BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
35 F
29

Digitized by Google

14.35.F29

EXPOSITIO IN PRIMAM SECVNDAE ANGELICI DOCTORIS D. THOMAE AQVINATIS

Auctore

F. BARTHOLOMAEO A MEDINA

Ordinis Prædicatorum,

PRIMARIAE THEOLOGORVM

Cathedræ apud Salmaticenſes Præſectò.

CVM INDICE COPIOSISSIMO AC LOCVPLETISSIMO.



BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

BERGOMI

TYPIS COMINI VENTVRAE ET SOCIORVM.

M. D. LXXXVI.

NOS Frater SERAPHINVS CAVALLI Brixienſis, Sacræ Theologiæ Profeſſor, ac totius ordinis Prædicatorum humilis Generalis, Magiſter, & ſeruus, eis potiſsimum, quos in vinea Domini vt ſtrenuos operarios continuo laborare cognoſcimus: ac talenta ſibi a Domino donata in Chriſti obſequium, religioniſque noſtrę decus glorioſe, & feliciter negotiari, & ſuis tum priuatis, tum publicis ſtudijs Rempublicam Chriſtianam mirum in modum iuuari poſſe compertum habemus, nedum quæ penes noſtram ſunt poteſtatem, lubenter impartiri debemus; prout libentiſsime impartimur; ſed etiam laborum ſuorum vberrimos fructus vt in lucem producant in proximorum vtilitatem (cum non nobis nati ſimus) plurimum ſatagere debemus: ea de cauſa, tenore præſentium, noſtri auctoritate officij, tibi admodum R. P. Magiſtro F. Bartholomæo Metinenſi, eiuſdem Ordinis, in celeberrimo ſtudio Salmanticenſi Primariæ Cathedræ Regenti, in virtute Spiritus ſancti, & ſanctæ obedientiæ ſub formali præcepto mandamus, vt quam primum potueris, impreſſioni ac prælo mandes, & in lucem emittas aureas expoſitiones in Primam Secundæ D. Thomæ: ac alias lucubrationes tuas, quas in omnes D. Tho. partes paratas habes, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti. Amen. In contrarium quibuſcumque non obſtantibus. Datum Toleti, die vij. Octobris. M. D. LXXVII.

Frater Seraphinus.
qui ſupra manu propria.

Frater Ludouicus Vgocinus Ariminenſis
Prouincialis Terræ Sanctæ.

REVERENDISSIMO AC DIGNISS. P. NOSTRO SERAPHINO CAVALLI BRIX.

Totius Ordinis Prædicatorum Magiſtro Generali,

F. BARTHOLOMAEVS DE MEDINA,
Sacrę Theologiæ, & eiuſdem ordinis Profeſſor,
perpetuam & florentem felicitatem.

NEMINI video dubium eſſe, Pater Reuerendiſsime, quin quam plurimos ex præclaro Prædicatorũ ordine viros doctiſsimos, & inter omnes nominatiſsimos prodijſſe, ingenue teſtetur; qui ſuis lucubrationibus, & monumentis Rempublicam Chriſtianam mirum in modũ illuſtrauerint. Etenim, vt prætermittam Albertum Magnum, Tarantaſiam, Hugonem, Capreolum, Soncinatem, Sylueſtrum, Ferrarienſem, Turrecrematam, Raymundum, Vincentium, Antonium, et alios innumeros, quos noſtra religio in lucem reipublicæ produxit; in hoc ordine primas, omnium calculo, tenet diuinus Thomas, lumen & Doctor Eccleſiæ: cuius doctrinam, veluti e cælo delapſam, Eccleſiæ omnes, ſacra Concilia, ſcholæ vniuerſæ admirantur, ſuſcipiunt, et colunt. Hunc proxime inſecutus eſt Caietanus, doctrinæ D. Thomæ defenſor acerrimus, flos ingeniorum omnium, vir ingenio prudentiaq; acutiſsimus. Sed neque in Hiſpanijs defuerunt, qui D. Thomæ ſequentes documenta, vigilijs & laboribus ſe dedentes, pro virili in vinea Domini Sabaoth gnauiter laborantes, uaria litterarũ monumenta, et quidem non cõtemnenda ſæculis futuris reliquerunt. Doctiſsimus namq; Franciſcus Victoria, vir præclarus ingenio, eruditione, eloquentia, interpres D. Th. in Salmaticenſi Vniuerſitate ſic floruit, vt inter primos merito ſit numerãdus: qui non ſolum abdita D. Th. arcana diſcipulis patefecit, verumetiam eo ordine, et diſpoſitione digeſsit, vt ſeipſum ſuperaſſe videatur. Certe ea ratione, et methodo doctrinam ſcholaſticam tradidit, ut reſtaurator diuinæ Theologiæ optimo iure habeatur. Huic debent Hiſpaniæ, quod Theologizare illas docuit, quodq; in pretio diuinam Theologiam habẽdam eſſe perſuaſit, quæ antea vbique incognita iacebat & inculta: huic præterea debet reſpublica Chriſtiana, quod omnes anfractus, & difficultates, quæ in Theologia diuina

occur-

occurrere ſolent, ipſe debilitauit, fregitque. Certe hoc ſolo nomine magnam gloriam eſt promeritus, quod Caietani ſenſum & mentem in aperto, & quaſi ob oculos poſuit. quod ſane difficilius puto, quam clauam de manu Herculis eruere: nã in hoc auctore difficilius videtur, bene illum expoſuiſſe, quã ſelectiſſima & pulcherrima inueniſſe. Hic eſt, qui omnia Scholaſticorũ placita inuincibili diligentia perluſtrauit, vt ſi quæ inueniret contra D. Thomæ doctrinã pugnare, eique quodã modo aduerſari, sũma cura & ope adniteretur cõuellere, et deſtruere. Mirabile ſane dictu, quod oẽs auctores, qui ante eius ætatẽ Scholaſtice ſcripſerunt, legerit, in cõpendiũ & epitomen redegerit, & ad illuſtrandã D. Thomæ doctrinã cõuerterit. Sed & ipſe eſt, qui varia doctrinarum ſupellectile ornatus, Dialecticæ, Philoſophiæ, Sacræ ſcripturæ, & ſcientiæ Sanctorũ cognitione inſtructus, oĩa hæc ſubſidia ſibi cõparauit, ut D. Thomæ doctrinã augeret, locupletaret, et magnã illuſtrioremq́ redderet: in illius. n. æuo emanauerũt putei aquarũ, & quaſi mare, adimpleti ſunt ſupra modũ. Hunc uirũ eruditiſſimũ cõſecutus eſt vir litteratiſſimus Pater Soto, huius nominatiſſimi Magiſtri primarius diſcipulus, qui quantum iuuerit Rẽpublicam Chriſtianam, quantũq; ſuis cõmentarijs doctiſſimis, & plane diuinis Theologiam diuinam auxerit, et doctrinam D. Tho. illuſtrauerit, oẽs pæne mortales intelligunt. Poſt hunc cathedram magiſterij in Hiſpanijs tenuit doctiſſimus ille Magiſter Cano. Epiſcopus Canariẽſis ſapientiſſimus lõge ac doctiſſimus, qui certe nulli eſt ſecũdus. Nam ſi nõ ſolũ ſcire aliquid artis eſt, ſed quædam ars docendi, in vtraq; diuine, & mirabiliter floruit. Sed neq; in his, a me ante commemoratis, deſiit diuinæ ſapientiæ radius: floruerũt namq; apud nos ſapientiſſimi Magiſtri, Sotomayor, Pænitentia, Mantius, quos honoris gratia noĩo. Hi oẽs in doctrinam D. Thomæ annotationes reliquerũt, non quidem integras et perfectas, neq; typis mandatas, ſed in albeolis manuſcriptis a diſcipulis excerptas. Quibus nos, qui pie illis in Chriſto defunctis ſuperſumus, ſemper de nouo addimus, ſemper aliquid ex D. Thomæ fonte perenni exhaurimus: habet. n. doctrina D. Thomæ conſortiũ, & cõmunionẽ diuinæ ſapientiæ, quæ cũ infinitus theſaurus ſit, ſine inuidia communicata exhauriri nequaquam põt. Hæc igitur ſacræ Theologiæ documẽta, a noſtris Patribus, magnis exantlatis laboribus, cõfecta, et a nobis multis in locis aucta, & locupletata (vt eſt improbum & ingratum huius æui ſæculum) furunculi quidam, non agnoſcentes furtum, ſed ea, quaſi ſua propria reputantes, domiq́ ſuæ nata, ſibi vendicant, arrogant, rapiunt, et typis mandare, ſine aliquo pudore audaciſſime procurant, non deferentes honorem ordini D. Dominici Patris noſtri, cui hæc oĩa magno Dei munere conceſſa ſunt. Patres igitur noſtri, quaſi a longo ſomno expergefacti; quippe qui & oẽs honores, & oĩa honorifica ne pili quidem faciant; mihi,

om-

õium Theologorum minimo, in commodum Reip. Chriſtianæ hanc prouinciam demandarunt, vt hæc litterarum monimenta, ſimul cum eis, quæ ego excogitaueram, ordinarem, cõplerem, & perficerem. Quod opus, opitulante Domino, & D. Th. apud illum intercedente, ad vmbilicum vſq; quantum quidem ad expoſitionem Primæ Secundæ ſpectare videbatur, deductũ eſt. Cõmentarios vero in ceteras partes D. Thomæ, quos iam præ manibus habemus, breui prælo mandari curabimus. Hoc opus, qualecũq; eſt, tibi, Pater reuerendiſsime, dico, offeroq́; Cui namq; vigiliæ, & lucubrationes noſtræ potius debentur, quam ei, qui in ordine Prædicatorum primas tenet, & moderator exſiſtit; cui omnia iura noſtra, ex obedientiæ voto, obſtricta ſunt? Tibi igitur ſeruiant, et in honorem noſtri Ordinis euulgētur. Accedit huc, quod tu, Pater digniſsime, ſupremus es huius operis architectus, tu perſuaſor, tu calcar addidiſti non minimum, vt lucubrationes noſtras prælo committerem. Licet. n. quamplurimi ſerio & diligenter ſæpe mecum egerint, vt alijs ſtudijs intermiſsis, totus in hanc curam incumberem, ego vero, qui infirmitatis meæ optime conſcius eſſē, ſtudioſe non ſemel tergiuerſari cœpiſſem: tu tamen vnus omnem formidinem tandem ex aïo meo penitus depuliſti. Itaq; non tam volũtate, et arbitratu meo, quam tua auctoritate, & impulſu ad hoc opus edendum me cõuerti. Tuum igitur eſt opus, tibi debitum, tuo denique honori acceptũ referendũ, ſi quid fructus ex his commentarijs Reip. Chriſtianæ acceſſerit. Sed & illud non parum me mouit vt lucubrationes iſtas tibi dicarem. Preterquam .n quod priſtinæ auctoritatis, & religionis antiquæ vehemens & ardens amator exſiſtas, ſolerti etiã diligentia monimenta huius ſacri tui Ordinis, et antiquorum Patrũ vndequaq; conquiris, et poſteritati tradere ſummopere ſtudes. Quis. n. ignorat, quod huius rei gratia, non ſemel atq; iterum, ſed ſæpiſsime doctiſsimos quoſq; adhortatus fueris, ĩmo mandatis obſtrinxeris, ut ſi quæ alicubi litterarum monimenta adhuc deſiderata laterent, uel noui ẽt auctores memoria digni recenter perficerent, ea in lucem producerẽt. Quid præterea hic dicam de eximia animi tui in ſacroſanctæ Theologiæ candidatos propenſione; de fauore quo omne litterarũ ſtudioſos complecteris; & obſequijs, quæ impendere ijs ſoles, qui aliquo eruditionis gradu, vel aliquo bono ſpei titulo tibi eſſent cõmendati? Sciens hic prætereo amorem pane ſingularem, quo ſemper me proſecutus es, & adhuc proſequeris; ingenij tui dexteritatem. ſingularem quoq; prudentiam, qua totius Ordinis cauſſis ita praes, negotijſq; grauioribus ita conſulis, vt nihil amplius in te deſiderari queat. Qua virtutis atq; bonitatis tuæ conſtanti, atq; perpetua fama effectum eſt, vt ad te amandũ colendumque, ſtudio feramur incredibili. Hæc itaque omnia cum ſic in te vno, vt vix in quoquam alio, concurrant, præter illa, quæ breuitatis ſtudio prætermitto, iuſtiſsimæ certe

cauſſa

Digitized by Google

cauſſæ mihi videntur, cur lucubrationes noſtræ in tuo potiſsimum nomine apparere debeant. Quare vt eas iam tibi officij gratia iure optimo inſcriptas, qua cetera omnia ſoles humanitate ſuſcipias, et nominis tui auctoritate defendas: noſtram inſuper in his qualemcumq; operam, fortaſsis multorum opinione maiorẽ, æqui bonique conſulas, quam poſſum vehementer oro atq; obteſtor. Sed neq; uereor, quod impolita, et vulgari cõmentariorũ dictione offendaris, Pater Reuerendiſsime. Nam cum Cicero, eloquentiæ parens, æquabile, et temperatũ orationis genus potius, quam elegantem, lautum, diuitem, ſplendidumq; dictionum apparatum in Philoſopho probandum cenſeat, quis curioſam illam, ornatamq; dicẽdi rationem a Chriſtiano requiret Doctore? Dictionis inaffectata & incõpoſita ſimplicitas, decora mihi videtur (inquit diuinus ille Baſilius) & cõueniẽs profeſsioni Chriſtiani Doctoris; cuius eſt, non ad oſtentationem magis ſcribere, quam ad publicam vtilitatem. Cui conſonat illud Auguſtini proloquium. 4. de doctrina Chriſtiana, c. 11. Bonorum, inquit, ingeniorũ inſignis eſt indoles, in verbis verum amare; non verba. Quid. n. prodeſt clauis aurea, ſi quod volumus aperire non poteſt? aut quid obeſt lignea, ſi hoc poteſt, quando nihil quærimus niſi patere, quod clauſum eſt? Egregium ſane viri ſancti & docti iudicium, quo noſtræ Scholæ loquendi modus ab oĩum impugnationibus defenditur, et roboratur. Remiſsiorem itaq; adhibui ſtylum; tũ, quoniam Chriſtiani doctoris munus, cuius intereſt non ad oſtentationem ſcribere, ſed publicam quærere vtilitatem, non eſt circa verborũ pugnas multas agitare quæſtiones, ſed in rebus Theologicis indagandis nudam aperire veritatem; tum vero, quoniam cum Theologorum ſcholaſticorũ uarios oportuerit adduci locos, innumerasq; ſententias, componenda fuit oratio, quæ cũ his auctoribus, qui paſsim citantur, aliquam videretur habere ſimilitudinem. Sane volui D. Thomam imitari, virum plane diuinum, et in omni diſciplinarum genere ſingularem, quem omnes vere & ſolide docti venerantur, & Græcia ipſa admiratur; qui non voculas ſectari didicit, & vnde Græca, vel Latina verba ſint deducta curioſius exquirendi curam habuit, ſed in res cognitione digniſsimas omne ſtudiũ & operam contulit. Scribant, reſcribant latiniſsimi hoĩes et Ciceroniani, quãtum & quam polite velint, Latine, Græce, et Hebraice; adde etiam, ſi vis Arabice, et Chaldaice: eorũ monumenta, ſi cum D. Th. ſcripturis comparentur, verba erunt, & meræ nugæ, non res ſeriæ. Hunc ergo virũ doctiſsimum, quem, quadam admiratione commotus, ſæpius fortaſſe laudo, quam neceſſe eſt, lubenti animo ſequor. Sed iam ſatis meam barbariem excuſaſſe videor. Ad te Pater Reuerẽdiſsime conuertor, et Deum Opt. Max. oro, vt in Domino Ieſu diu te valere clementer concedat. Vale iterum atque iterum. Salmanticæ, ex noſtro Conuentu.

Digitized by Google

ARGVMENTVM OPERIS.

ANTEQVAM huius operis explanationem aggrediamur, quædam nobis exponenda videntur, quæ audientium animos ad huius vtiliſsimi operis auſcultationem inſtruant, ac præparent. Sunt autem hæc potiſsimum. Nam primum quidem quis ſit ſcopus, quo ſunt, quę in hoc opere habentur, refereda omnia, conſtituere propoſitum eſt. Deinde (quod proximum eſt) de vtilitate huius libri, quæ maxima eſt, quantum inſtituto noſtro ſatis fuerit, diſſeremus. Tertio autem, quæ orationis forma, quis character, quæ methodus diſputationis: quod non modicam vtilitatem habere ad auctorem rectius intelligendum videatur. Quarto vero de materia agendum, quam, ex veterum ſententia, in hypotheſin, ſeu argumẽtum, & perſonas, loca, & tempora partiemur, ac diuidemus: quibus explicatis, ad auctoris enarrationem veniemus; nonnullis tamen, quæ ad vocum quarundam multiplicis ſignificationis diſtinctionem pertinent, præmiſsis.

Quod igitur ad ſcopum attinet, vir Sãctus elegantiſsime explicat hoc in opere, quibus in rebus noſtra beatitudo conſiſtat. Quàquam enim omnes natura trahimur & ducimur ad beatæ vitæ appetitionem, plerique mortalium, in quo illa ſit collocanda, ignorant. Eam rem exponit, & commonſtrat D. Thomas, vt intelligamus, quem ad finem omnes curæ, & actiones noſtræ referendæ ſint. Decernit itaque quo tendamus, & qua, nõ ſine perito aliquo, cui explorata ſint ea, ad quæ procedimus. Demonſtrat namque nobis Chriſtũ, qui eſt via, veritas, & vita, cui ſoli tuto credere poſſumus. Nemo enim aſcendit in cęlum, niſi qui deſcendit de cęlo, Vnigenitus, qui eſt in ſinu Patris, ipſe mediator, dux & anteſignanus eſt. Scopus quidem propoſiti operis hic eſt, vberius forte, ac plenius infra exponendus. De vtilitate diſſerendum eſt. Quod igitur ad vtilitatem attinet, nemini dubium eſt, quin hæc ſit longe maxima. Nam cum omnino, quæ in vitam incurrunt errata omnia, alia quidem ex hoc pendeant, quod non recte de humanæ vitæ fine ſit conſtitutum: alia vero ex conſecutionis ignoratione eorum, quæ ad finem referuntur, neceſſe nimirum fuerit recte vitam inſtituere volenti, & verum finem vitæ humanæ agnoſcere, & in

medijs,

Digitized by Google

mediis, quæ illuc ducant, numquam decipi. Quod certe hic liber pulcre præſtare videtur, cum & verum vitæ humanæ, cuiuſmodi ſit, finem demonſtret, quęque huc ducant vniuerſa præſcribat; oſtenſis ſimul variis vitiis, ad quæ maxima hominum multitudo exorbitans deuoluitur. Hæc de vtilitate nunc dicta ſufficiant. Sequitur vt de diſputationis forma agamus. Genus diſputationis æquabile, plenum, ſolidum, atque ordinatum eſt, ſubtile inſuper & limatum. Sanctus enim Doctor, rem explicat propriis aptiſque verbis, maiorem curam habens rerum, quam uerborum: hæret in cauſſa ſemper, & quod Theologo probādum ſit, dum acutiſsime videt, omiſsis ceteris argumentis, in id mentem, vireſque ingenij defigit. Genus itaque docendi eſt humile, pacatum, non vehemēs, non inflatum, ſed forte, præmunitum, & ex omni parte ſeptum. Quā ab vltimis principiis deducit abditiſsima, & profundiſsima rerum omnium? quam acute refellit aliena? quam fortiter cōmunit, & corroborat ſua? nihil eſt in eo inane, aut vacans; omnia ſolida & plena. de hoc vere dici poteſt, ruituram ſtructuram vniuersā, ſi vel verbum vnum, tāquam vnum lapidem detraxeris. Quo ordine digerit, & diſponit ſingula, quod eſt in tradendis artibus vtile. Certe in hoc potiſſimum eſt admirabilis Doctor Sanctus. Illud, quod in vera methodo præcipitur, vt ab uniuerſalibus, & generalibus rebus, ad ſpeciales partes, via, & ordine progrediamur, quā diligenter obſeruat vir Sanctus? Affert quoque Diuus Thomas (in quo Cicero laudat Hortenſium) minime vulgare genus diſputandi, nempe partitiones, quibus de rebus dicturus eſſet, & collectiones; memor & quæ eſſent dicta, contra quæque ipſe dixiſſet. Itaq; diſputationis membra artificioſe diuidit, & ueluti in digitis ſingulas partes quæſtionis diſtribuit, quod vtiliſsimum artificium, magnas utilitates affert: nam quod dictum ſit, commonet, & ad reliquum comparat auditorem. Deinde ad delectādum: reficit enim lectorem, uel auditorem, cum & id, quod dictum ſit, breui epilogo ob oculos ponit, & ſequentis diſputationis ſummam aliquā proponit: ad quam non aliter afficimur, atque viatores, quibus ſuſcepti itineris viæ demonſtrantur. Socrates in Phędro, & Cicero in Bruto comparant orationem legitime compoſitam animanti, quod caput habeat, & medios artus, & extremos. Caput eſt generalis definitio rei, & reliqui artus ſunt partitiones, & definitiones partiū, via & ordine diſpoſitę; ex quibus omnibus vnū quaſi corpus diſputationis conficitur. Quam methodum, & rationē diſputādi, quam opportune, quam artificioſe adhibet Diuus Thomas?

D. Diony-

D. Dionyſius docet diſtribuendam vnamquamque rem, in ſubſtã tiam, virtutem, & operationem. D. Thomas hunc ordinem perpe tuo ſequitur diſputandi. Diſputaturus namque de Virtutibus, pri mum earum definitiones proponit; deinde proprietates perſequi tur; tertio de earum officio diſſerit. Illud etiam præceptum diſpu tandi a pleriſque probatur, vt antequam confirmemus noſtra, de moliamur aliena. Hunc ordinem diſputandi D. Thomas in ſuis li bris perpetuo obſeruauit, vti cum omni ingenij laude multum, tum etiam neſcio an ordine rerum plurimum admirandus. De materia proximum eſt ut dicamus, quam (vt diximus) diuidunt veteres in hypotheſin, perſonas, loca, & tempora. De hypotheſi iam ſupra expoſitum eſt. Nunc ad reliqua progrediamur: & pri mum quidem, quem ordinem habeat hic liber in ſacra Theolo gia exponendum eſt. Certe cum D. Thomas diſſeruerit in ſuperio ribus de Deo, ſecundum quod in ſe eſt, atque etiam ſecundum quod eſt omnium principium, & creator; in hoc opere aggreditur exponere, quemadmodum Deus ſit finis omnium, rector atque gubernator cunctarum rerum. In perſonis vero hæc ſunt animad uertenda: in primis auctor operis, qui eſt vir, ac Doctor Sanctus Di uus Thomas, in quo commendando, non vtar longa præfatione: conſtat enim omnibus, atque etiam mediocriter eruditis explora tum eſt, Diuum Thomam Doctorem Eccleſiæ, puram atque Ca tholicam docuiſſe Theologiam, eamque Pontifices approbaſſe, Patres Conciliorum acceptaſſe, cœtum omnium Theologorum, relictis aliis, iam ſuſcepiſſe. De me vero, qui huius ſum interpres & enarrator, nihil vobis poſſum polliceri, niſi diligentiſſimam diligentiam, laborem aſſiduum, bonam mentem, deſide rium denique bonum, ac rectum: orauique, atque oro vnum Deum meum, per quē omnia, in quo omnia, vt in tradenda atque edocenda veritate Chriſtiana, det mihi mentem pacatam, & tran quillam, & magis de diſcipulorum vtilitate, atq; Dei gloria, quam de honore huius mundi cogitantem. Item oro Deum meum, vt adiuuet auditores meos intuentes, & uerum quærentibus lumen accendat interius. Amen.

ALIVD ARGVMENTVM.
In Primam Secundæ Diui Thomæ.

TOTVM negotium Theologorum de Deo tractat. Eſt enim Theologia, ſcientia de Deo, & rerum diuinarum peritia. De Deo autem trifariam agitur in Theologia, aut ſecundum ſe, vel vt eſt principium, vel vt eſt finis rerum aliarum omnium. Ergo Diuus Thomas in tres partes diuidit Summam Theologię. In prima tractat de Deo ſecundum ſe, & vt eſt principium creaturarum. In ſecunda & tertia de Deo, vt eſt finis creaturarum. Et quia ad finem illum peruenitur per actus humanos, & per Chriſti Domini beneficia, ideo in ſecunda parte agitur de fine vltimo, & de actibus humanis. In tertia vero de beneficijs Chriſti, videlicet, de redemtione humani generis, & de ſacramentis. Poſtremo, de vltima retributione bonorum & malorum: quam tamen imperfectã reliquit. Secundam partem (quod excedere videbatur iuſtum volumen) poſtea diſcipuli Diui Thomæ diuiſerunt in duas partes: quarum alteram vocarunt Primam Secundæ; alteram Secundam Secundæ. In Prima Secundæ, poſt determinationẽ de vltimo fine, agitur de actibus humanis in generali; in Secunda Secundæ in ſpeciali. Præſens autem liber, qui eſt Prima Secundæ, in ſeptem partes principales diuiditur. Prima eſt de vltimo fine: ſecunda de actibus humanis ſecundum ſe, id eſt, ſine reſpectu bonitatis & malitiæ: In tertia de bonitate & malitia eorum: In quarta de paſſionibus, & affectionibus animi: In quinta de principijs intrinſecis humanorum actuum, qui boni ſunt, & ſtudioſi; nimirum de habitibus in generali, & de virtutibus: In ſexta de principijs intrinſecis & extrinſecis malorum actuum, id eſt, de vitijs, & de quibuſdam peccatis ſpecialibus, hoc eſt, originali, & veniali: In ſeptima & vltima de principio extrinſeco bonorum actuum, ſcilicet de legibus, de Dei gratia, quam nobis præſtet ipſe Chriſtus auctor gratiæ.

ALIVD ARGVMENTVM
breuius explicatum.

CVm omnes natura trahantur ad beatæ vitę appetitionem; pauci vero intelligant in quo illa conſiſtat, eam rem in primis explicat elegantiſſime Diuus Thomas, docens vbi nam ſit vera beatitudo, & quibus vitę humanæ actibus illam aſſequamur.

QVæritur in hoc libro, quis ſit finis, quid extremum, quid vltimum, quo ſint omnia bene viuendi, recteque facien di conſilia referenda: quid ſequatur homo vt ſummum ex rebus expetendis; quid fugiat vt extremum malorum. Itaq; argumentū libri eſt, de finibus bonorum & malorum diſſerere, quo modo bene feliciterque viuamus. Hic liber docet, comprehenditq. documenta, quibus in viam pacatæ tranquillæ, beatæq. vitę homines deducantur. Demum, beatæ vitæ diſciplinam & rationē illuc perueniedi demonſtrat. Diſſerant ſane principes ciuitatis, an partus ancillæ ſit in fructu habendus (quod & acutum genus eſt, & ad vſus ciuium non inutile) noſq. ea ſcripta, reliquaque eiuſdē generis & legimus, & libenter legemus: hęc vero quæ vitam conti nent omnem, negligemus? nam vt ſunt illa vendibiliora, hæc vberiora certe ſunt, & fructifera magis. Iudicentur eruditi, qui in Poetis euoluendis tempus omne conſumunt, in quibus nulla ſolida vtilitas, omniſque puerilis delectatio: aut in Muſicis, et Geometria, numeris, & aſtris conterunt: quę a falſis initijs profecta, vera eſſe non poſſunt, & ſi eſſent vera, nihil afferrent quomodo iucun dius & rectius viueremus. Eas ergo artes perſequar ego; viuendi autem artem tantam, tamque ope roſam, ac perinde fructuoſam relinquam? Mihi ſatis eruditus eſt, qui ſcit, quomodo recte beateque viuamus. Cuius ſcientiæ pręcepta hic liber comprehendit.

REVERENDI P. F. BARTHOLOMAEI MEDINAE

IN PRIMAM SECVNDAE D. THOMAE AQVINATIS

Angelici Doctoris expoſitio.

QVÆSTIO PRIMA.

De vltimo fine.

Articulos habet octo.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum homini conueniat agere propter finem.

SVMMA TEXTVS.

Habet D. Thom. duas Concluſiones, quarum prior eſt: Actiones humanæ illæ tantummodo dicuntur, quæ a deliberata voluntate procedunt. Nam actiones humanę propriæ dicuntur, quarum homo eſt dominus, & ſi quæ aliæ conueniunt homini: vt pedem, vel manum mouere, hominis actiones ſunt, ſed non proprię. Sed homo habet dominium ſuorum actuum per intellectum, & voluntatem: Ergo illę actiones proprię humanę dicuntur, quæ procedunt ex deliberata voluntate.

Prior concluſio.

Poſterior Concluſio: Omnes humanæ actiones ſunt propter bonū, & finē. Nam actiones, q̄ procedūt ab aliqua potentia, tēdūt in obiectū potentiæ: obiectum autem volūtatis eſt bonū, & finis: & ideo neceſſe ē, vt oēs actiones ſint propter finem.

Poſterior concluſio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

In expoſitione huius articuli, paucis explicandum eſt, quid ſit finis, quid bonum, quid vero deliberata voluntas, quæ ſint actiones humanæ: poſtremo, quid ſit hominem ſuarum actionum habere dominiū, ne horum vocabulorū varia ſignificatione decipiamur.

Vnde finis deriuetur, & quid ſit.

Finis nomē tranſlatum videtur eſſe a terminis, & limitibus, quibus res finiūtur, & terminātur. Vnaquæque enim res ſuo fine terminatur, neque vltra procedit. Vel dicitur finis (auctore Cicerone li. 1. de finibus) quaſi vltimū & extremum, quo operationes noſtras referre oporteat.

Cicero.

Finis Græce dicitur τέλος a verbo τελέω, quod eſt perficio: nam vnaquæque res in adeptione finis perficitur: ſicuti perfecta eſt domus, quando habitatur. Deniq; Finis dicitur illud, cuius gratia aliqd fit: ſicut ſanitatis eſt ambulādi finis: ambulamus enim vt ſani ſimus. Hæc definitio ex naturali philoſophia notiſſima eſt, neq; nr̄a expoſitione opus habet. Ex qua definitione liquido conſtat, quod finis, & bonum ſunt idem: quam ſententiam, velut celebrem, commemorat hic D. Thom. ex 2. Phyſic. quæ, omni dubio procul, certiſſima eſt: nam omnia agūt alicuius boni gratia, & ſi eſſe aliquid bonum natura vel ratio perſuaſerit, in id, tāquam in finem, appetitus noſter ferri poterit. Deinde, Finis nil aliud eſt, quā bonum, cuius gratia aliquid fit, vel bonum intentum; vel bonum, quo obtento, quieſcit actio: vt ſanitas eſt finis ambulādi, & bonum, cuius gratia ambulationem ſuſcipimus. Itaque bonum, & finis, idem ſunt. quod plane aſſerit Ariſt. 2. Phyſico. c. 3.

D. Thom.

Ariſt.

Multiplex acceptio finis.

Sed bonorum, & finium, multæ ſunt differentiæ. Alij ſunt operationes: vt finis Muſicæ eſt canere, & citharizare, præter quas nullū aliud ſubſequitur opus. Alij ſunt operationum effectus: vt finis artis ædificatoriæ, domus eſt; finis fabri, ſella, mēſa, aut aliquid huiuſmodi. hāc differentiam proſequitur Ariſt. 1. Ethic. in initio. Alia differentia finium eſt, quod alius ſit finis operis, alius operātis. de qua re diſſerit D. Thom. in 2. d. 1. q. 1. art. 1. & d. 38. artic. vltimo. D. Thomas loquitur hic de fine abſolute in communi, & in genere, ſiue ſit finis operis; ſiue operātis; ſiue ſit operatio; ſiue operationis effectus.

Ariſt.

D. Thom.

Nota.

Vltima differētia finiū maxime aduertenda eſt: vnus enim eſt finis vltimus omnium rerum; alius eſt finis vltimus in ſuo genere: ſicut dicimus finē ædificantis eſſe domum; & finem militis eſſe victoriā. Neq; enim qui vltimam manum domui impoſuit, vlterius pgreditur; neque qui partam habet victoriam, amplius bellum gerit. itaque ſunt vltima in ſuo genere. Vltimus finis omniū rerum ille erit, ad quem omnia referuntur, & ipſe vlterius non refertur. Vel, illum appellamus vltimum finem, propter quem omnia expetuntur, & ipſe propter ſe expetitur. ad hūc modū definit Cice. vltimum finem lib. 2. de finibus.

Cicero.

De quo fine loquatur D. Tho. in ſua concluſ.

Sed quæri poteſt, num D. Thom. in titulo articuli, & in Concluſione pcipua, loquatur de fine abſolute, & in genere; an potius de humanæ vitæ vltimo fine. Ratio dubitandi eſt, quoniam D. Thom. propoſuit in quæſtionis initio, ſe de vltimo hominis fine inueſtigaturum. Ad hanc dubitationem dicendum eſt, D. Thom. loqui de fine in genere. Etenim D. Thom. more ſuo, & Ariſtotelico, in hac quoque tractatione ab vniuerſalibus, & communioribus exordium ſūſit, quē morem ſæpenumero ſeruaſſe Ariſtotelem manifeſtum eſt. primo lib. Poſt. ſic incipit: Omnis doctrina, omniſque diſciplina ex præcedenti efficitur cognitione, ex quo vniuerſali principio, quod omnis demonſtratiua cognitio, ex præcedenti cognitione proficiſcatur, demonſtrat. Et primo lib. Ethic. ſic incipit: Omnis ars, omnis di-

Ariſt.

diſciplina, omniſq; electio, & actus, bonũ quoddã expetere vr: volens oſtendere, ꝙ homo operetur propter finẽ, & bonum. Non diſſimiliter D. Thom. in præſentia, dum ꝓpoſuerit de hominis ultimo fine inueſtigare, ſit ne aliquis ultimus finis hominis, cuius cauſſa homo in lucem ꝓductus fuerit, prius definit, uniuerſas opationes humanas eſſe propter finem aliquem. ex quo paulatim, ſenſimq; progrediens demonſtrat, ad quẽ ultimũ finem cõditus ſit, & procreatus, ac demum, in quo hominis ſita ſit beatitudo. & hinc eſt, ꝙ vſq; ad quartum art. nil peculiare de ultimo fine fuerit ſciſcitatus. Ex his patet, quid ſit finis, & bonũ.

Quę ſit volũtas deliberata.

Proximum eſt ut explicemus, Quid ſit deliberata uoluntas. Ea nimirum eſt, quæ deliberationem, & conſilium rationis ſequitur, & deliberatione habita operatur. Pro cuius rei declaratione, animaduertendum eſt, quod origo, & fons liberæ uoluntatis eſt indeterminatio, & indifferẽtia intellectus, potentis in utramque partem deliberare, & nunc aliquid ꝓ ſequendum, nunc vero fugiẽdum decernere. quod eſſe uerum his argumentis demonſtro. Nã appetitio ſequitur cognitionem: ergo uniuerſa libertas in uoluntate originem habet ex cognitione. Deinde, uoluntas noſtra ex hoc libera eſt, quia poteſt libere eadẽ eligere, vel refutare: ſed hoc nõ poſſet, niſi intellectus eſſet indifferens & indeterminatus & aptus natura ad iudicãdum de eadem re, nunc ſibi conuenientem, nunc uero diſconuenientem: ergo tota libertas oritur ex indifferẽtia iudicij. Præterea, iudicio ſemper correſpõdet appetitus: ſi iudiciũ eſt determinatum, & naturale, neceſſe eſt talẽ eſſe appetitũ; ſi iudicium eſt indifferens, atque liberum, liber eſt appetitus. Ouis enim, quoniam inſtinctu naturali iudicat lupũ eſſe fugiendum, non poteſt non fugere. ceterũ homo, quoniam poteſt iudicare lupum fugiendum, & interdũ nõ eſſe fugiendum, libere poteſt eligere fugam, & interdũ eã refutare. Item, non omnes uolitiones noſtræ uolũtatis ſunt liberæ, ſed multæ ſunt naturales: nempe uniuerſæ, quę vel præueniunt, vel non ſequuntur iudiciũ rationis liberũ: qualeſ ſunt, quæ fiunt in nobis ſubito, & quæ fiunt in pueris, & amentibus, quæ licet ſponte & uoluntarie fiant (teſte Ariſto. 3. Ethic. c. 2.) ceterum non fiunt libere & per electionem. Et huius rei nulla alia ratio oſtendi põt, niſi ꝙ non ſequuntur iudiciũ rationis liberum: libertas ergo uoluntatis ex libero iudicio & indifferenti originem habet.

Ariſt.

Tandẽ uoluntas noſtra ea de cauſa libera eſt, ꝙ forma, per quam operatur (nempe bonum apprehenſum) non eſt determinata ad unum: ergo libertas noſtra ex differentia iudicij originem trahit. Ex his, quæ hactenus dicta ſunt, aperte patet, quõ ſit illud intelligẽdum, quod dicit D. Th. quod liberum arbitriũ eſt facultas rationis, & uoluntatis, id eſt, facultas, quę ſequitur ducatum, & rationis conſiliũ. Vnde qualis fuerit cognitio, talis erit operatio: & quoniã homo ſuapte natura eſt rationalis, liberam habet voluntatem. Itaq; ratio eſt fons & origo libertatis. Sed iſta nunc ſint ſatis, ut pote quæ 1. p. q. 83. ſunt diligentius tractata.

Quid ſignificet hominẽ habere dñm ſuorũ actuũ, &c.
Lutherus.
Rom 6.
Ioan 8.
Petrus 2 canõ c. 2.
Caluinus.

Supereſt vt exponamus, Quid eſt, ꝙ homo habeat dominium ſuorum actuum, & vnde ortum habuerit iſta locutio. Lutherus affirmat iſtam locutionem continere perniitioſum errorem: quam una ſolius D. Paul. Rom 6. confutat auctoritate: Fuiſtis ſerui peccati; liberati autẽ a pctõ, ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Itaq; in quocunq; ſtatu vitæ ſerui ſumus, ſiue cupiditatis, ſiue caritatis: utraq; enim libero arbitrio dñatur. Sic Chriſtus Dñs Ioan. 8. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. & D. Petrus 2. cano. c. 2. A quo quis ſuperatus eſt, huius & ſeruus eſt. Huic conſẽtiẽs Caluinus, cẽſet hãc locutionẽ eſſe cauẽdã: q. n. eã audit, ſtatim cõcipit, hominem mẽtis, & volũtatis ſuæ eſſe dñum, & poſſe ſe flectere in vtrãq; partẽ, & euehitur in extremã cõfidẽtiã, cõtra illud Io. 15. Sine me nihil põtis facere. Ad hoc dubiũ rñdetur, iſtã locutionẽ nullum abſurdũ ſe ferre, nec aliquẽ cõtinere errorẽ. Pro cuius intellectu, animaduertẽdũ e, hoĩem nõ dici dñm actuũ ſuorũ, eo ꝙ habeat opationes ꝓprias ſibi q; genuinas: opationes. n. naturales, quas homo cõe hẽt cũ ceteris animãtibus, ſũt ſibi ꝓpriæ, atq; a natura inſitæ, ſtarũ aũt opationũ nullũ habemus dñiũ. Præterea, ſeruus dñiũ hẽt ſuarũ opationũ: eſt. n. liberi arbitrij. ceterũ opationes ſerui, nõ ſunt ſuæ, quidquid. n. ſerui eſt, dñi eſt. Ruſſus, homo nõ dr dominus actuũ ſuorũ,

Ioan. 15.

quia hẽt opationes ꝓprias, ſibi ſoli cõuenientes, per quas a ceteris animantibus diſcernitur. Nã prima intellectio, anteuertens oẽm actum uolũtatis, eſt opatio, ſoli homini cõueniẽs, qua diſtinguitur a ceteris animãtibus, at huius opationis nullũ habemus dñiũ. Deinde, in noſtra uolũtate ſũt multi actus, qui anteuertũt oẽm libertatẽ, vt, ridere, flere, admirari, qbus ſæpenumero nõ poſſumus dominari. Nec dicitur homo habere dñiũ actuũ ſuorũ, qm̃ hẽt ius ad illos: ad actus. n. malos nõ habemus ius, quorum tñ habemus dñiũ. poſſumus. n. bene, aut male opari. Nec uero dr̃ homo habere dñiũ actuum ſuorũ, qm̃ ex ſeſe flectere poteſt in vtramuis partẽ, & quã maluerit, eligere. Nam Ioan. 15. dicitur: Sine me nihil poteſtis facere. Dicitur ergo homo habere dñium ſuorum actuum, qm̃ vel ex ſeſe, uel adiutus diuino cõſilio, & auxilio, poteſt operari, & non operari ſic, uel aliter operari. Ad hũc modũ dicimus homines furioſos, & ebrios non eſſe cõpotes, nec habere dñiũ actuũ ſuorũ: non. n. viuunt ex rõne, ſed potius aguntur, vt pecudes. In hoc ſenſu dicimus, ſeruũ habere dñiũ actuũ ſuorũ, licet eos in utilitatẽ dñi exerceat. Hoc dñium præclare explicatur in ſancta ſcriptura Geneſ 4. Subter te erit tuus appetitus, & tu dominaberis illius. Item Eccleſiaſt. 15. Ab initio conſtituit Deus hominẽ, & reliquit eũ in manu conſilij ſui, & c. 31. Qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit. & Ioan. c. 19. Neſcis quod habeo poteſtatem crucifigere te, & poteſtatem dimittere te. Hanc poteſtatem in vtramq; partem, appellamus dñium ſuorum actuum: quod idem eſt atq; liberũ arbitriũ, quod qui negat ineſſe hominibus, inſanus eſt, & hæreticus & in naturã humanã iniurius. Illud uero, qđ adducitur a Luthero, & Caluino, inane eſt, & facillimo negotio labefactari poteſt. Dicendum namq; eſt cum D. Bernard. Opuſculo de libero arbitrio, ꝙ triplex eſt libertas, a peccato, a miſeria, a coactione: & hanc dicit D. Bernard. eſſe penitus inamiſſibilem. Ex quo patet, quo modo ſint intelligendæ ſacræ ſcripturæ, quæ aſſerunt, peccatorem eſſe ſeruũ peccati, & non habere libertatem. Certe loquuntur de libertate a ſeruitute peccati, non de libertate a coactione, quæ prorſus homini eſt intrinſeca, & inſeparabilis. Sed de hoc diligentius q. 83. primæ partis.

Ioan. 15.
Gen. 4.
Eccleſ. 15.
Idem c. 31.
Ioan. c. 19.
Bernard.

Tandẽ exponendum, quæ nam ſint actiones humanæ. Actio humana duplex eſt. vna, quãtum ad ſubſtantiã operis, id eſt, illa actio, quæ cõpetit ſoli homini, qua diſcernitur a ceteris animantibus. & in hoc ſenſu multæ actiones ſunt humanæ, quę liberę nõ ſunt, vt prima intellectio, & motus primi uoluntatis, qui omnem voluntatem anteuertunt. Alia eſt actio humana, quãtum ad modum, quam uidelicet homo exercet cũ libertate, & deliberatione, & cõſultatione. & huiuſmodi operationes tantummodo appellat humanas philoſophus moralis. Nã his operationibus tantũ homo cenſetur ſtudioſus, uel uitioſus, meretur laudẽ, aut vituperium, & demũ tendit in beatitudinẽ. Operationes in principio commemoratas cenſet eſſe humanas Phyſicus, Methaphyſicus. Ceterum philoſophus moralis tñ eas cenſet actiones humanas, quæ ex libera uoluntate ꝓcedunt. Qđ ergo dicit D. Thom. in articulo, quod actiones humanæ ſunt quæ cõueniunt homini, in quantum homo, illa dictio, In quãtum homo, reduplicat modũ operãdi hominis propriũ, qui competit homini, quatenus homo eſt: & hoc eſt operari cũ libertate, conſultatione, & deliberatione. Explicatur hæc doctrina ſubiecto exẽplo. Dicũt. n. diuini Theologi, bifariam poſſe dici aliquod opus miraculoſum, tũ ſecundum ſubſtantiã: quia ſecũdũ ſe excedit omnẽ capacitatem creatã, ueluti ſuſcitatio Lazari, de qua Ioan. 11. Tum uero ſecundum modum: licet enim id opus poſſit fieri a virtute creata, ſed non quantum ad modum: ſicut quod in momento euaneſceret febris ſocrus Simonis, de qua legitur Lucæ quarto. Hoc modo Caietanus hunc explicat; nobis autem eius ſententia non probatur.

Quæ nam ſit actio humana.
Duplex actio humana.
Ioan. 11.
Lucæ 4.
Caietanus

Sed adhuc contra id, quod dictum eſt, poteſt obijci ad hunc modum. Nam viſio beatifica, quæ nos beatos efficit, operatio humana eſt maxime omnium: at nõ procedit ex deliberata uoluntate, neque eius habemus dominium. Docent enim vno ore omnes Theologi, quod in ea actione, beatorum intellectus neceſſitetur ſic, ut non poſſit alio diuertere conſpectum,

aut,

tur cogitatū. Sed hæc obiectio duobus modis refelli pōt. Vel enim dicendum eſt, actionē beatificam non eſſe actionem humanam, de qua præſenti loco diſputatur: ſed potius eſſe finem omnium actionum humanarum. Vel reſpondendum eſt, quod viſio beatifica in principio voluntaria fuit: nam actionibus humanis, & liberis, acquiſita fuit; quamq́, poſtquam habita fuerit, neceſſitatem habeat.

An bonū & finis ſint idē & an obiectum voluntatis.

His explicatis, dubitatur primo: Quid eſt qđ ait D.Th. ꝙ bonū, & finis ſunt idē; & ꝙ bonū, & finis ſunt obiectū voluntatis? vr̄ ſnīa D.Tho. falſa. Primo, nam D.Tho. ꝓ certo habet, ꝙ volūtas nō pōt ferri, niſi in bonū, qđ maxime cōtrouertitur inter Theologos, vt quæſt. oct. videbimus. Sentiunt nāq; multi Theologi, voluntatē poſſe ferri in quodcūq; ens, ſine reſpectu boni, & poſſe velle miſeriā, & ſummū malū, in quo nulla apparet rō boni. Deinde, voluntas non ſolū fertur in finē, ſed ēt in media, vt plane cōſtat. Ergo vniuerſale obiectū volūtatis nō eſt finis, ſed finis, & mediū. Cōfirmatur, nā amara potio, & vniuerſaliter oē mediū ad finis cōſecutionē neceſſariū, nō hēt rōnē finis; at eſt obiectū volūtatis: eſt. n. bonū: ergo ſolus finis nō eſt obiectū volūtatis. Præterea non eſt improbabilis illa ſnīa, quæ aſſerit, ꝙ datur appetitio in volūtate, q̄ nec ſit finis, nec mediū, de qua diſſeritur prima parte quæſt. 5. & infra quæſt. 8. in introductione quæſt. & artic. 2. ergo appetitionis obiectum non eſt finis. Præterea, dato ꝙ iſta ſententia ſit vera, videtur inanis, & inefficax ad probandum, omnes actiones humanas eſſe propter finem. Nam ex hoc, quod finis ſit voluntatis obiectum, non recte concluditur, omnes actiones voluntarias eſſe propter finem; ſed tantum quod tendant in finem. ſicuti ex hoc, quod color ſit obiectum viſus, non recte concluditur, omnes viſiones eſſe propter colorem, ſed tendere in colorem. Item alia de cauſa iſta ratio videtur mihi eſſe inanis: nam ex ea concluditur, omnes actiones voluntatis, etiam naturales, eſſe propter finē: nam finis eſt obiectum voluntatis. quod eſſe verū, negat D.Tho. in articulo.

D.Thom.

Tandē D.Tho. tertio cōtra gentes capit. 2. & 3. & 17. poſtquam demonſtrauit oīa agere propter finē, conatur oſtendere, omnia agere ꝓ bonum. ergo bonum, & finis non ſunt omnino idem. Pro huius quæſtionis explicatione nō eſt neceſſe a nobis diſputari, ſi voluntas tantum feratur in bonum: nam iſta quæſtio tractatur diligētius infra quæſtion. octau. vbi inquiritur, num voluntas ſit tantum boni. Tantum oſtendendum eſt: quomodo finis, & bonum ſunt idem. quod certiſſimū eſt; nam ſicut voluntas, quidquid appetit, appetit ſub ratione boni, ita quidquid appetit, appetit ſub ratione finis.

Quod finis & bonū ſint idem.

Rurſus, quēadmodum bonū eſt, quod primo allicit voluntatē (quod ſignificatur in illa ſententia, Bonū eſt, quod oīa appetunt) ita finis eſt id, quod primo mouet appetitū: (quod ſignificatur in illa ſentētia; Finis eſt, cuius gratia aliquid fit) & ſicuti bonum habet ex ſeſe quod ametur, ita finis ex ſeſe habet quod diligatur. Certe Ariſt. primo Ethicorum, poſtquā dixerat, Bonum eſt quod omnia appetūt, ſubijcit continuo, finium alij ſunt operationes, &c. aperte ſignificans bonum, & finem eſſe omnino idem.

Ariſto.

Rñſio ad argumenta in oppoſitum. D.Dionyſ. Ariſt.

Ad argumenta in oppoſitum rñdendum eſt & ad primum dicitur: D.Tho. ſuam ſnīam hauſiſſe ex D.Dionyſ. cap. 4. de diuin. nomin. cuius verba ſūt: Nemo intendens ad malū operatur. & ex Ariſt. 1. Ethi. dicente, Bonum eſt, qđ oīa appetūt. licet. n. aliqui vertant ex Græco, ſummum bonum eſt, qđ oīa appetunt: magis tamen acquieſcendum eſt tra ſlationi Argiropyli, quæ habet, Bonum eſt, quod oīa appetunt, id eſt, omnia appetunt bonum, & bonum eſt obiectum appetitus. Nec hæc veritas refellitur hoc argumento, maximi apud quoſdam momenti. Nolitio eſt mali, & non boni: at nolitio eſt actus voluntatis: ergo voluntas poteſt in malum ferri. Dicendum namq; eſt, quod malum non fugitur, niſi propter bonum, cui aduerſatur malū: & ideo omnis nolitio ſupponit volitionem boni, propter qđ malum deteſtamur. Itaque nolumus malum, propter bonum quo priuat: & ſic nolitio eſt propter bonum.

Omnis nolitio ſupponit volitionem boni.

Vel reſpondēdū, quod actiones potentię appetitiuæ bipartitæ ſunt: quędam ad proſecutionem pertinent; & huius generis actiones ſemper in bonum tendunt, & ex bono gignuntur. In ſecundo genere ſunt actiones, quæ ad fugam, & cōfutationem ſpectant: quæ certe, quāquam ex bono gignantur, & habeat bonum pro obiecto motiuo (quod dicunt Theologi) terminantur tamen ad malum, vt, nolitio infirmitatis terminatur ad malum, vt malum, & incommodum eſt, quāquā motiuum, ex quo gignitur hæc nolitio, ſit ſalus. ex huius enim appetitu mouetur, vt infirmitatem nolit, & eam deteſtetur. Ad idem genus pertinet odium, quo volumus inimico malum, vt bonum meum non impediat: ſic ſane intellectus fertur in falſum per modum fugæ, & confutationis, diſſentiendo falſitati. In verum tamen tendit per modum proſecutionis, amplectendo, conſentiendoque. Simile docet Ariſtotel. ſecundo de anima, cum dicit: Potentiam ferri in ſuum obiectum, & ſuum contrarium, explicante Caietano, in ſuum obiectum, per modum proſecutionis, amplectendo illud: in contrarium, per modum remotionis, profecto ſentit viſus tenebras, quia non videt illas. & ſic Diuus Thomas de malo, quæſtio. 16. articul. 3. ad. 5. dicit, quod aliquis poteſt appetere non eſſe, quod malum eſt, per modum fugæ Quod & valebit ad confutationem ſequentis argumēti: de quo lege Ferrari. tertio contra Gent. capit. 19. & Caietan. omnino ſecunda ſecundæ quæſtione. 2. artic. 3. & 12. quæſtion. 25 artic. 2.

Ariſt. Caiet. D.Thom. Ferrar. Caiet.

Non difficilius ſoluitur alia quæſtio, & obiectio, quam hoc modo proponunt. Deſperantes volunt non eſſe: ſed non eſſe, non eſt bonum, (bonum enim, & ens, conuertuntur:) ergo deſiderium voluntatis non ſemper fertur in bonum. Ad hoc dicendum eſt, quod deſperantes decipiuntur: exiſtimant enim non eſſe, tanquam bonum. Dico præterea, quod deſperantes volunt non eſſe, non propter ſe, ſed vt fugiant miſeriam, & carere miſeria, bonum eſt. Illud etiam argumentum inane eſt, quod quidam exaggerant. Sequitur (inquiunt) quod nullus poteſt operari contra conſcientiā: quod falſum eſt, & contra Diuum Paulum, Romanorum decimo quarto. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt.

Rom. 14.

Probatur ſequela, quia ſi voluntas non poteſt velle aliquid, niſi ſub ratione boni, Petrus iudicans malum eſſe fornicari, non poteſt velle fornicari. Reſpondetur, cum obiectum voluntatis ſit bonum abſolute, poteſt eſſe iudicium, quod fornicari ſit malum morale, cum alio iudicio, quod ſit bonum delectabile. & hoc ſufficit ad volitionem. Vltimo argumentantur, & acute, vt eorum iudicio videtur. Simplex apprehenſio poteſt mouere appetitum rationalē: ergo ſine cognitione boni poteſt eſſe appetitus volūtatis. Antecedens probatur. alias enim non ponerentur motus naturales, & primo primi in voluntate: quod eſt contra id, quod experimur, & contra omnes philoſophantes. Si enim ſuperuenit cognitio conuenientis, aut diſconuenientis, iam incipiunt deliberati motus. quæ omnia hoc argumento confirmantur. Nam Diuus Thomas 2. diſtinctione 14. quæſt. tertia, articulo primo, & ſecundo, & in alijs locis, dicit eſſe quoſdam motus in appetitu ſenſitiuo, qui non poſſunt vitari, quia non ſequuntur cognitionem, ſed complexionem, & diſpoſitionem naturalem: & illi ſoli nō ſunt peccata: videtur ergo quod poſſit eſſe aliquis motus, ſaltem in appetitu ſenſitiuo ſine cognitione boni, ſed ſolum ex ſimplici apprehenſione.

D.Tho.

Ad dirimendā hanc obiectionē non eſt neceſſe diſſeri a nobis, num ad mouendum appetitū ſatis ſit ſimplex apprehenſio, an potius neceſſaria ſit notitia iudicatiua: nam hæc inueſtiganda ſunt diligentius infra quæſt. octau. In præſētia vero dicendum eſt, quod quemlibet motum appetitus præcedit aliqua apprehenſio boni; ſed talis apprehenſio aliquando poteſt vitari; & ſic ſatis eſt ad peccatū ſi ſit de delectabili prohibito: aliquando vero talis apprehenſio non poteſt vitari, quia naſcitur ex complexione, & diſpoſitione naturali, ſicut ex calefactione naſcitur quidā motus in ſenſualitate, ſed prius naſcitur apprehenſio in imaginatione. Cum ergo dicit Diuus Thomas, quod ſunt quidā motus in ſenſualitate, præcedentes cognitionē, intelligendus eſt de cognitione, quę fuerit in poteſtate noſtra. & ſic interpretatur diſerte Capr. 2. diſt. 40. q. 1. ad 2. contra primā conclus. Vel dicendū eſt, ꝙ motus naturales dñr, qui præcedūt cognitionē intellectiuā. ita cenſet hoc loco Cōradus. Sed vt hoc melius percipiatur, obſeruāda ſunt verba D.Th. in 2. d. 24. q. 2. ar. 1. Duplex eſt (inquit) apprehēſio rōnis. vna, ſimplex & abſoluta, qñ. ſ. ſine diſcuſſione apprehenſum diiudicat; & talem ſequitur voluntas nō deliberata: alia eſt inquiſitiua, qñ ſ. ratiocinando bonū, vel malū, conueniens, vel nocuū inueſtigat, & talē apprehēſionem ſequitur vo-

Capreol. Conradus. D.Thom.

lũtas deliberata. Ex qbus verbis apparet aliqđ eſſe iudiciũ, qđ D. Tho. vocat ſimplicẽ apprehenſionẽ. Rñdetur ad ſcđm Med. ũ aliquo modo eſſe fine: volũtas namq; tendit in illud, & in eius adeptione aliquo modo quieſcit: & cũ oĩs volũtatis actus ſit qdã motus, obiectũ eſt terminus eius. Vel dicẽdũ eſt, ꝙ finis eſt obiectũ volũtatis motiuũ; ſed terminatiuũ poteſt eſſe aliquid, qđ nõ ſit finis. Poteſt etiã rñderi, ꝙ mediũ nõ appetitur pp ſe, ſed ſolũ pp finem, & ideo finis eſt obiectũ volũtatis: nã quidquid appetitur, appetitur pp finẽ. Vel dicendũ eſt, & in idẽ redit, ꝙ bonũ, qđ per ſe eſt bonũ, & finis, re idẽ sũt, & minime differunt: id vero qđ eſt bonũ p accidẽs in ordine ad alterũ, vt mediũ, quod dr̃ bonũ, quia eſt commodũ ad finis cõſecutionẽ, nõ eſt neceſſe quod ſit idem cum fine. Sic reſpõdet hic Caiet. ſicut obiectum viſus per ſe eſt color, vel quid lucidũ; p accidẽs vero eſt homo, & quæuis alia res viſibilis. Ad tertiũ reſpondetur, illã ſententiam non eſſe probabilem, de qua diſputatur 1 p. loco citato & infra q. 8. Ad quartum vt reſpondeamus, explicandũ eſt, num ex eo, quod finis ſit voluntatis obiectũ, recte concludatur, oẽs operationes volũtatis eſſe pp finẽ. In cuius rei expoſitionẽ docet pñti loco Caiet. tẽdere in aliqđ cõe eſſe omni tẽdenti in terminum: operari vero, vel eſſe pp finẽ, propriũ eſſe cauſſæ finalis: Cũ igitur doctrina ex ꝓprijs ſit tradẽda, cũ D. Tho potuiſſet inferre, Ergo oẽs operationes volũtatis tendunt in finẽ; rectiſsime intulit, Ergo omnes operationes humanæ sũt pp finem; tum vt oſtenderet proprium modũ cauſſandi cauſſæ finalis; tum vero, vt demõſtraret modum propriũ operandi hominis: eo enim a ceteris animãtibus homo ſeparatur, quod rationem finis agnoſcat, & propter illius aſſecutionem operetur. Eſt namque de ratione appetitus rationalis, quod habeat pro obiecto finem, a ratione præſtitum, demonſtrante & indicante, illud eſſe bonũ, & dignũ, cuius adipiſcendi gratia operetur. Itaque in voluntate idẽ eſt, tendere in finem, & agere propter finẽ. Reſpõdetur ad quintum, quod quando voluntas mouetur naturaliter, potius agitur, & impellitur ab auctore naturæ, quã ſe agat, & moueat libere: & ideo huiuſmodi actiones, propriæ actiones nõ ſunt. Vltimo argumẽto reſpondetur, quod id, quod Diuus Thomas in illo loco fuſiſſime tractauit, idem hic pauciſſimis comprehenſus eſt verbis, ſequens Ariſto. 1. Ethicor. in principio, vbi pauciſſimis verbis demõſtrat, omnia humana opera eſſe propter bonum, & finem. Omnis (inquit) ars & diſciplina, omniſque electio, & actus, bonũ quoddam appetũt. ex quo concludit, veteres Philoſophos rectiſſime dixiſſe, Bonũ eſt, quod omnia appetũt.

Dubitatur præterea, An verũ ſit, quod huiuſmodi operationes tantũmodo ſint illę, quarum habemus dominiũ, & quæ a voluntate deliberata proficiſcuntur. Videtur ꝙ non. Nam actio hominis circa ultimum finem, (in via, verbi gratia, appetere beatitudinẽ, vel velle bonum) eſt actio humana: at non eſt in noſtra poteſtate. neceſſitatur namq; voluntas, & nullus eſt, qui deliberet, aut conſulat, num velit eſſe beatus. Præterea, actiones appetitus ſenſitiui, anteq̃ ratio deliberet, humanæ ſunt (ſiquidem in illis poteſt eſſe meritum, aut demeritũ) at non ſunt deliberatæ: ergo actio humana non recte definita eſt. Reſpõdetur ad primã obiectionẽ: quod illa actio tantum habet de humana, quantũ de libera: eſt tamen libera, quantum ad exercitiũ, & contradictorie (quod aiunt Theologi) id eſt, poteſt volũtas velle, & non velle, licet non poſſit velle contrariũ. Reſpondetur ad ſecũdũ, quod voluntas deliberata eſt duplex; formalis, quando actu ratio deliberat; & interpretatiua, quando conſentit ante deliberationẽ; præceſſit tamen opportunitas deliberandi, & conſultandi, quid nam agendum eſſet: & vtraque ſatis eſt ad actionem humanam.

Dubitatur præterea, Quem ſenſum habeat illa Diui Thom. ſententia in argumento, Sed contra: Primum in vnoquoq; genere eſt cauſſa aliorum; quã accepit ex Ariſt. 2 meta. c. 1. Durãd 2. diſtin. 15. quæſt. 3. exponit, id eſt, primum in genere cauſſalitatis, ẽ aliorũ cauſſa. Sed hoc ridiculũ prorſus eſt, hoc enim nil aliud eſt, quam quod prima cauſſa ſit cauſſa aliorũ. Capreol. 2. d. 14. q. 1 ad 1. Durandi ait, quod primum in perfectione, & ordine naturæ, aliquo modo eſt cauſſa omniũ aliorum: & arbitror, quod ſaltem eſt cauſſa exemplaris, vt lux, & albedo eſt cauſſa omniũ colorum. Angelicus Doct. 1. p. q. 10. articul. 6 ad 4 ait, quod quando aliquid eſt menſura aliorum, nõ eſt neceſſe quod cetera ab eo depẽdeant, ſed ſatis eſt, quod ſit ſimplicius, & perfectius. Quidquid tamẽ ſit de alijs, Cauſſa finalis eſt prima omnium cauſſarum, a qua ceteræ dependẽt, & deriuantur: nam vniuerſæ referuntur ad cauſſam finalem, qua obtenta, vniuerſa ceſſat actio. Deinde, materia nullius eſt actiuitatis, & valoris: forma ſi non adſit, virtus agentis nõ poteſt peruenire ageus, niſi cupiditate formæ moueatur, & finis, nil operatur. Finis igitur eſt prima omnium cauſſarum, à qua ceteræ omnes dependent. Finis enim rerum agendarum ita comparatus eſt, ſicut primum principiũ in ſcientijs. Quemadmodum enim primum principium in ſcientijs eſt cauſſa omniũ cõcluſionũ; ita finis eſt cã rerũ agendarũ: & vt ex primo principio omnis veritas deriuatur; ita ex fine recto vniuerſa ſtudioſa operatio habet originem. quod ſignificauit Dominus in illo verbo, Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit, id eſt, ſi recta fuerit finis intentio, vniuerſa operatio inde ſubſecuta, ſtudioſa erit. cui conſonat illud, Arbor nõ poteſt malos fructus facere, ſi ſit bona, Matthæi. 7.

In ſolõne ad primũ, Variæ quæſtiones moueri ſolẽt, ad inueſtigandum quomodo finis mouet. In primis quæritur, Num finis moueat ſecundum eſſe reale, an potius ſecundum eſſe intentionale, & cognitum verbi gratia, Sanitas mouet infirmũ ad ſumendam potionem, vt ſanus fiat: quæſtio eſt, vtrum moueat ſecundum eſſe reale, quod nõdum habet; an uero ſecundum eſſe cognitum. Hæc quæſtio ſolet ſedari tribus concluſionibus.

Prima Concluſio. Finis mouet ſecundũ eſſe reale futurũ, vel poſsibile. verbi gratia, Sanitas, quæ poteſt in infirmo cauſari, mouet medicũ ad medẽdum probatur ſic eſſe. Nã finis eſt, in cuius adeptione quieſcit appetitus: at appetitus nõ quieſcit, niſi in rei aſſecutione. Tũ vero, nã finis eſt illud, qđ deſideramus, & cuius adipiſcẽdi gratia laboramus: at infirm⁹ nõ deſiderat cognoſcere ſanitatẽ, vel habere illã in propoſito ſui animi, ſed in re illam habere. Tum deinde, nam finis eſt optimũ, & vltimum, cuius gratia aliquid ſit, quem ſi agens non conſequatur, cũ fruſtratum eſſe omnes dicimus. Sed vniuerſæ iſtæ cõditiones fini conuenire non poſſunt, prout eſt in intellectus conſideratione, ſed prout eſt in re, vt plane conſtat. Sed & illud argumentum maxime rem confirmat, quod finis, & bonum idem ſunt, & in nullo differunt, ut ſupra oſtenſum eſt. At bonum, & malũ in rebus ſunt, ſecundũ Ari. 6. metaph. c. 4.

Secunda Concluſio. Eſſe in intentione, & apprehenſione intellectus, eſt cõditio requiſita vt finis moueat: itaq; quẽmadmodũ in cauſſa efficiẽti forma eſt ratio, & principiũ operandi; conditio vero requiſita eſt, quod applicetur ad operandũ: ſic in cauſſa finali, ratio formalis, quæ allicit appetitũ, ẽ eſſe reale, & bonitas realis extra intellectum: ſed conditio requiſita eſt, ꝙ cognoſcatur, & proponatur per intellectũ. Medicus enim non curaret, niſi cognoſceret ſanitatem eſſe poſſibilem, & infirmo commodam; miles non pugnaret, niſi exiſtimaret victoriã eſſe poſſibilẽ. Cuius rei eſt alia euidens demõſtratio. Finis enim mouet noſtram voluntatem: ſed nihil volitum, niſi præcognitum (vt eſt in prouerbio) & ideo vt moueat finis, prærequiritur cognitio. Præterea, finis eſt omnium cauſſarũ prima: præcedit ergo, &, vt conſtat, non ſecundm eſſe reale; ſiquidẽ ſecundum eſſe reale effectus eſt operationẽ agentis conſecutus: oportet ergo vt præcedat ſecundum eſſe cognitũ.

Tertia Cõcluſio, quod finis ſit in executione, & in effectu, neque eſt ratio formalis, nec cõditio requiſita vt finis moueat: nam finis mouet, antequam habeatur, & deſideratur, etiam ſi non acquiratur. Rurſus, Finis mouet, quando acta eſt. etenim finis mouet, quãdiu agẽs agit, id eſt, vſq; ad primum inſtãs eſſe acquiſiti finis: & potiſſime mouet, quando eſt quietatio, & exſaturando noſtrum appetitum. Ex his cõcluſionibus elucidatur ſnĩa illa celebris, quã habet Cõmentator. 12. met. tex. 36. Forma (inquit) balnei ad extra mouet, vt finis: vt vero in anima, agit deſideriũ. In 1. par. huius ſententiæ loquitur de ratione formali: in ſecũda vero parte loquitur de cõditione requiſita: finis enim non gigneret deſideriũ, ni pcognoſceretur. Ita docet oẽs diſc. prin D. Th. cu Caie. sũmo cõſenſu. Hãc tñ ſnĩam refellũt euidẽtiſſima argumẽta, vt ego ſentio. In primis D. Tho. infra q 31. ar. 3 ad 1. aperte docet, ꝙ apprehẽſio bona, eſt

Caietan.

Num ex quo finis eſt voluntatis obiectũ, conſequatur oẽs operationes voluntatis eſſe propter finem.

Ariſtote.

An actiones humanę ſint illæ quarum habemus dominium, & quæ a voluntate deliberata originem ducunt.

Ad obiectiones in oppoſitum.

Qui ſẽſus ſit illius ſnĩæ: Primũ in quolibet gñe, e cauſa aliorum.

Ariſtot.

Durand.

Capreol.

D. Thom.

Matt. 7.

Verum finis moueat ſm eſſe reale, aut potius ſm eſſe cognitũ.

Prima cõc.

Ariſt.

Scđa cõcluſ.

Tertia cõcl.

Commentat.

D. Thom.

Quod eſſe in

Quod eſſe in intentione nō ſit tm̄ conditio requiſita ut finis moueat.

ne, eſt ratio obiectiua, & nō tm̄ conditio requiſita, vt bonū moueat appetitum, idque perſuadere nititur efficaci argumento. Nam bonum, & malum, ſecūdū diuerſas apprehenſiones intellectus, cauſant varias virtutes & operationes: malum enim apprehenſum, vt præſens, cauſat triſtitiam; apprehenſum, vt futurum, timorem incutit. igitur nō eſt tm̄ conditio requiſita. In eodem loco aſſerit, ꝙ bonum apprehenſum per ſenſum, ſi iam eſt præſens, cauſat delectationem; bonū uero apprehenſum p intellectū, ſi iā ē adeptum, ſicut gaudium. Hoc ipſum confirmat D. Tho 1. p. q. 80. artic. 1. & 2. idque euidenti argumento demonſtrat. Nam hoc differt inter naturalem appetitum, ſenſitiuum, & rationalem, quod naturalis habet pro obiecto bonū, ſine cognitione; ſenſitiuus uero habet pro obiecto bonum, apprehenſum per ſenſum: ſed intellectiuus, ſiue rationalis, habet pro obiecto bonū, apprehēſum per intellectum. Ex quo euidens eſt, quod apprehenſio, & cognitio boni, non tm̄ eſt conditio requiſita, ſed ratio obiectiua, ex qua differentia appetituū præcipua ſumitur. Sed & Dn̄s Caiet. infra q. 30. art. 3. ad 2. pro certo habet, ꝙ boni apprehēſio, & cognitio, nō eſt aliquid prærequiſitū ad appetitionē, & quaſi approximatio agentis ad paſſum: ſed quod eſt ratio obiectiua uoluntatis. & contrarium aſſerere, ſcribit Caiet. ab omni philoſophia eſſe alienum. qđ confirmat duobus argumentis, quæ breui comprehendit ſermone. Alterū ē, ꝙ ad mouendam uoluntatem nil differt bonū, aut apparens bonū: obiectū. n. uoluntatis eſt bonū, vel apparēs bonū. Certe, cum apparens bonum mouet uoluntatē, ratio rei, quæ mouet, non eſt a parte rei, ſed ſm̄ quod eſt in intellectu. Iam uero alterum argm̄ euidentius rem cōcludit. Nam appetitio eſt mala, tendens in uere bonum, apprehēſum ut malū: ergo bonū, ſm̄ quod eſt in intellectu, & non ſm̄ eſſe reale, tribuit ſpeciē actibus humanis; alioqui hęc appetitio bona eſſet. tendit. n. in id, quod eſt uere bonum: ſeu qm̄ tendit in bonum, quod re uera exiſtimatur malū, appetitio mala cenſetur. Itaque ad propoſitam dubitationem dicendum eſt, argumenta adducta euidenter demonſtrare, finem eſſe in intentione, non eſſe tantum conditionē prærequiſitā, ſed eſſe rationem formalem, & obiectiuam, ratione cuius mouetur uoluntas. Certe, quemadmodum color lumine illuſtratus, eſt obiectū uiſus; ſic & bonum cognitum, & apprehēſum, eſt cauſſa amoris obiectiua, & quo apparet, & apprehēditur melius, pulchriuſque, magis mouet: intellectus enim exornat obiectum, & ppo nit, ut pulchrū, & in iſta ratione appetitur, & amatur. Sed & illud animaduertendum eſt, argumenta a contrarijs poſita tm̄ perſuadere, quod finis non mouet, ut habeamus illum in intentione, & in animi noſtri propoſito, ſed ut habeamus in re. Et in hoc ſenſu explicandi ſunt diſcipuli D. Thom. cum dicunt, finem mouere ſecundum eſſe reale, & non ſecundum quod eſt in intentione. Labuntur tn̄ dicentes, finem eſſe in intentione, aut apprehenſione, eſſe tantū conditionem requiſitam, & non potius rationem obiectiuam.

Cōtra præfatam ſententiam arguitur acrius.

Sed contra noſtram ſententiam obijciunt quidā fortiſſime (vt ipſi exiſtimant) Sequeretur, inquiunt, ſi uera eſſet hæc ſentētia, ꝙ caritas in uia, & in uita beata, differrēt ſpecie. qđ aſſerere, abſurdum eſt, & a doctrina Catholica alienum, cum caritas eadem maneat in uia, & in patria.

Quod recte ſequatur, patet. nā, vt antea dictum eſt, apprehenſio, & cognitio boni eſt ratio obiectiua appetitus: ergo ubi fuerit diuerſa apprehenſio, erit diuerſa ratio caritatis & amoris. cōſtat autem, quod in uita præſenti apprehēſio eſt ænigmatica, & pertinet ad fidē; in uita uero beata eſt aperta euidenſq;, & pertinet ad uiſionem.

Diſſoluitur ita hæc obiectio.

Sed non eſt difficile hoc argumentum refellere: nam diuerſa apprehenſio non cauſat diuerſam appetitionem, ſecundum ſpeciem, niſi quando apprehenditur bonum ſub diuerſa ratione boni: at in uita præſenti, & in uita beata, eadem rō boni apprehenditur, licet hic obſcure; illic aperte. Sunt & qui dicant, amorem patriæ, & uiæ differre in genere moris, quandoquidem amor in patria, eſt neceſſarius; in uia, liber exiſtit. hoc tamen alterius eſt ſpeculationis.

Qđ diuerſa apprehenſio cauſet diuerſam appetitionem ſecūdu ſpeciem.

Quæſtio alia ſolet moueri, Verū finis habeat aliā cauſſalitatem, præter cauſſalitatem cauſſæ finalis, id eſt, Verū habeat vim cauſſæ efficientis. Pro cuius breui declaratiōe ſciendum eſt, quod finis poteſt comparari ad operantē, & ad media, quæ ducunt in finis aſſecutionem. Si cōparetur ad operantem, officium finis eſt, imprimere inclinationē, & amorē ſui in operante, quibus alliciatur ad operādum, & finem conſequēdum: in quo genere mouendi, id, quod mouet appetitū, eſt eſſe illud, cuius amore & deſiderio tenetur. Et hoc intelligunt Philoſophi, cum dicūt, Finem eſſe, cuius gratia aliquid fit: quod eſt illud, cuius amore agēs mouetur ad operandū. Si vero referatur ad media, cauſſalitas finis in hoc conſiſtit, quod tribuit medijs quādam bonitatē, & amabilitatē, ex eo, quod ordinantur ad finem. Verbi gratia, Sanitas deſiderata ab infirmo dat medicinæ dulcem quandam bonitatem, ex eo, quod ordinatur ad ſanitatem, ita, quod etſi eſſet horrenda, & fœtida, amaretur & deſideraretur: quæ ſi non ordinaretur in talem finem, vt horrendum quid & inſipidum, reijceretur. quod eſſe verum, vel experientia ipſa demonſtrat. Dicūt ergo quidam, quod finis, & eſt cauſſa efficiens, & eſt cauſſa finalis, diuerſa tamen ratione: efficiens, in quantum imprimit ſui amorem & inclinationem; finalis vero, in quantum perficit operantem, & mouet eum ad operandum, & tribuit medijs bonitatem, & amabilitatem ſuperius expoſitā. de qua re. quęſt. 9. articul. 1. diligentius inueſtigabitur.

An finis habeat alīā cauſſalitatē quā cauſæ finalis.

An finis ſemper ſit prior in intentione, & poſterior in executione.

Dubitari præterea ſolet, Verum finis ſit ſemper poſterior in executione; prior vero in intentione. Reſpondetur, non ſemper finem poſteriorem eſſe tempore, vt videre eſt in Deo Optim. Maximo. qui eſt Alpha & Omega, principium & finis, qui tempore omnia antecedit: oportet tamen quod ſit poſterior in executione, id eſt, in adeptione.

D. Thom. An actū voluntatis elicitū eſſe uitæ humanæ finem ſit poſſibile.

In ſolutione ad ſecundū affirmat Diuus Tho. eſſe impoſſibile, actum voluntatis elicitum, eſſe vltimum finem humanæ vitæ. Nam vltimus finis eſt ſummum, & appetibile primum: at impoſſibile eſt, quod actus voluntatis ſit primum appetibile, vt eſt impoſſibile, quod videre, ſit primum viſibile. Hæc Diui Thom. ratio, etſi acuta videatur, nihilominus nullius videtur momenti ad demonſtrandum quod nititur probare. Vel enim loquitur Diuus Thom. de fine, vt res quædam eſt, quam maxime deſideramus; vel vt eſt adeptio, & conſecutio rei, quā deſideramus. verbi gratia, Auari dicimus duplicē eſſe finem: vnum, pecuniam; alterum vero, poſſidere pecuniam. Si loquatur Diu. Thom. de fine, prout eſt res quædam, nullus actus voluntatis, neque alterius potentiæ, poteſt eſſe vltimus finis; omnis enim actus ad aliquod terminatur obiectum. Si vero loquatur de fine, prout eſt aſſecutio rei, quam appetimus, id quod affirmat Diuus Thom. non eſt adeo certum: nam Scot. & multi alij Theologi cenſent, vltimum finem in actu voluntatis eſſe collocandum: finis enim in hoc ſenſu non eſt primū appetibile, ſed aſſecutio primi appetibilis. Deinde ratio hæc D. Tho alia de cauſſa nulla eſſe videtur. ſi enim aliquid probaret, probaret etiam, vltimum finem hominis in actu intellectus non eſſe conſtitutum: nam finis vltimus noſter, eſt prima & ſūma veritas: ſed prima & ſumma veritas nō poteſt eſſe actus intellectus, quādoquidem eſt obiectum intellectus. Præterea argumentū hoc aliud habet vitium. Nam D. Thom. pro certo habet, quod actio hominis, quæ eſt vltimus finis, eſt actio humana; cuius oppoſitum oſtēſum eſt 1. par. Demonſtratum namq; eſt, quod viſio beata, quæ eſt noſtra felicitas, non eſt actio libera, ſed neceſſaria. Huic dubitationi reſpondemus, dicentes, Diuū Thom. in præſenti non diſtinguere hos duos fines commemoratos: idem namque finis eſt pecunia, & pecuniam poſſidere. Et licet aliquando D. Thom. & ceteri Theologi inter ſe diſſentiant, in hoc tamen maxime cōueniunt, quod vltimus finis (ſiue pro re ipſa, ſiue pro aſſecutione rei accipiatur) ſemper eſt ſummū, & primū bonū, ratione cuius cetera amantur. Ex quo argumento euidenti concluditur, quod aſſecutio vltimi finis non poteſt eſſe actus voluntatis, nam eſt primum, & ſummum bonum: at actus voluntatis non poteſt eſſe primum bonum, ſed obiectum eius voluntatis ſcilicet. Ceterum non eſt impoſſibile, quod actus intellectus ſit aſſecutio vltimi finis: non enim eſt impoſſibile, quod actus intellectus ſit ſummum bonū voluntatis. Sed de hoc infra q. 3. artic. 4. accuratius & diligentius.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Explicatio articuli hui⁹ in quattuor capita ē reducēda. Exponēdū primo ē, utrū oĩa pp finē operētur. Secūdo, num animalia bruta ſe in finē moueāt, & finis rationē cognoſcāt.

ARTICV. SECVNDVS.

Vtrum agere propter finem ſit proprium rationalis naturæ.

SVMMA TEXTVS.

Prior cō. Prior Concluſio. Vniuerſa agentia operantur propter finē. Cauſſarum.n. ſubordinatarum, ſi prima ſubtrahatur, neceſſum eſt alias ſubtrahi. Sed prima inter oēs cauſſas, eſt cauſſa finalis: materia namq; non cōſequitur formam, niſi ſcdm ꝙ ab agente mouetur; neq; agens mouetur, niſi ex intentione finis. vt igitur uniuerſa agentia operentur, neceſſum eſt, vt agant propter finem.

Poſterior concluſio. Poſterior Conclu. Propriū eſt rōnalis naturę agere ꝓpter finē, ſic, vt rationalis natura hoc habeat proprium, vt ſe moueat, & ducat in finem. Illa.n. quæ rationem habent, ſeipſa mouent ad finem, cum dominium habeant ſuorum actuum, per liberum arbitrium, & ſit in ſua poteſtate, ſic, vel aliter operari, & ad iſtum finem, vel alium ſe conuertere. Quæ vero rōne carēt, quaſi ab alio ducta, tēdūt in finem apprehenſum, ſi ſunt animalia bruta; & in non apprehēſum, per ſolam naturalem inclinationem, ſi omnino cognitione careant.

Tertio. qūo ſit ꝓpriū naę rōnalis, ꝙ ſe agat, & dirigat ī finē. Quarto, utrū Deus operetur pp finem. Nam D.Th. ait in art. hoc eſſe propriū rōnalis naturæ; nō creaturę. Vt igitur a prima quæſtiōe exordiamur, apparet certe nō oēs actiōes eſſe pp finem. In primis, actiones contēplatiuę non ſunt pp finē, ſed propter ſe. Deinde, actiones otioſę, & quę nō ſerio fiunt; atque adeo actiones, quæ fiūt præter intētionē operantis, ut fricatio barbæ, nō fiūt pp finē. Præterea, ea quæ ſunt a caſu, nō ſūt pp finē, teſte Ariſto. 2. Phyſico. Ea.n. quę fiunt pp finē, eueniunt plerumq; et ut plurimū, ea vero, quę fiunt a caſu, non eueniunt ſemper, aut plerumq; ergo &c. Præterea difficile eſt explicatu, qūo entia naturalia, cognitionis experttia, operentur pp finem. Ignis enim, qñ comburit, non mouetur realiter a fine, cum finis nondū ſit: nec uero mouetur, qm̄ habet finem in propoſito & intentione. ignis n. non cognoſcit finem, nec illum ſibi præſtituit. Præterea ſunt multi effectus in rerum natura, quorū mens humana nō ualet cōprehendere rōnem, nec cauſſam, ut qua re ſint producti culices, & dracones; qua re pluat in mari, & non in terra, quæ pluuia eget; quid eſt, ꝙ fulmina percutiant montes, & non latrones; & iuſtus condemnetur, & ſcelerati abſoluantur. De his effectibus, quorū mens humana non ualet aſſignare rōnem, optime philoſophatur D.Augu. ſuper Pſal. 148. Præterea rō, qua ſibi perſuadet D.Tho. omnia agere pp finem (nam ait, Oportet, ꝙ ex ſuo fine ad operandū determinentur) nullius roboris eſſe uī. Nam ex ea conſequens eſt, ꝙ naturalia agentia nunquā operarentur: ignis namq; ut moueatur ad operandū, neceſſe eſt ꝙ determinetur, non ſolum ad effectum huius ſpeciei, ſed ad hūc ſingularem effectū: actiones nāq; uerſantur circa ſingularia. Sed ignis non determinatur, neq; ex ui ſuæ naturæ, neq; ex fine ſuo, ad producendū hūc effectum ſingularem: cōſeruatio.n. ſpeciei, quæ eſt finis cōburētis ignis, nil minus incolumis eſſet, ſi alius ignis ꝓduceretur. Ergo ſi rō D.Thom. ualida eſſet, agentia naturalia nūquam operarentur. Confirmatur idem. Nā ſi artifex eſſet determinatus ad ædificandū, & nūquā determinatur ad hoc, uel illud efficiendū, numquam operaretur.

An omnes actiones ſint ꝓpter finē. Primum argumentū. Secundum. Tertium. Ariſtot. Quartum. Quintum. D. Auguſt. Sextum. Confirm.

Ariſto. Pro huius quæſtionis explicatione ſciendū eſt, Ariſt. 2. Phyſ. c. 8. id ſolū inſtituiſſe probare, naturā agere pp finē, omneſq; eius actiones in aliquē ſcopū eſſe deſtinatas. Id ipſum demonſtrat D.Tho. accuratius & diligentius 3. cōtra gēt. c. 3. Lactan. Firmia. in lib. quē de Opificio conſcripſit. Cice. lib. 2. & 3. de natura Deorū. Sufficere nobis deberet hac in re unica rerū oīum magiſtra experiētia, ut eius oēs actiones ad finē aliquem tendere fateremur. Quis.n. diffitebitur, hirūdinē paleas eo colligere, vt nidū efficiat? aut araneam nō alia de cauſſa telam cū tanto labore texere, q̄ ut muſcas capiat? & plātas expanſa habere folia, ut fructus ab iniuria cęli defendantur? Deinde, ſi uideremus ſagittam, ex alieno ſecretiori loco prodeuntē, eundē ſemper ſectæ ſcopū, recte ſane colligeremus, eſſe aliquē, q eā in ſcopū dirigeret. Præterea, ſi in forū aliquod, uel lyceū ingreſſi, ſūmū ordinē, maximūq; ornatū inueneremur, illico intelligeremus, aliquē eſſe, q præeſſet, & cuius imperio oēs parere teneremur. Iam uero, ſi in domū aliquam adducti, uariā ac pulcherrimā eius ſuppellectilē uiderem⁹, cōtinuo colligeremus, nō ab aliquo architectonicæ artis ignaro, ſed a maximo aliquo huius artis opifice eſſe erectā. Eadē ꝓrſus rōne, ex uiſibili huius mūdi mole, tā admirabili excellētiq; ordine diſpoſita, eſſe huius mundi moderatorē, & gubernatorē aliquē, Deū ſcilicet Opt. Max. cuius nutu, & conſilio omnia gubernentur, facile eſt intelligere: Inuiſibilia.n. ipſius ut dr̄ Ro. 1. a creatura mūdi intellecta conſpiciūtur: & ut dicitur Sap. 13. ab ſpecie creaturę cognoſcibiliter poterat cognoſci creator oīum. Certe, ut recte argumētatur Cic. lib. 3. de nat. Deor. ſi characteres litterarū temere, proiecti, hiſtorias ſeu annales Ennij nō pficiūt, qūo eſt credibile, mūdū hunc, tā excellētē & admirabilē, fortuito cārū cōcurſu eſſe pfectū? Sed oīno legatur Ariſt q. 2. Phyſ. c. 8 & 1. lib. de aīalib. c. 1. admirabili artificio, & copioſa argumētatione demōſtrat, vniuerſā naturā opari pp finē. Antiqui namq; Philoſophi, cām finalē penitus ignorātes, oēs effectus referebant, vel in cām materialē, uel in fortunā, & caſū, qui in oibus dominatur. Si n. ab illis q̄ras, quid eſt, ꝙ oculi ſunt diaphani? totū hoc in cām materiale referunt, nempe quia de materia patū habent. ꝙ ſi percunteris, quid eſt, ꝙ oculi in capite, & nō in pede, & ī anteriori parte capitis ſint cōſtituti? id forte fortuna, & caſu accidiſſe fatētur, q infeliciter, & miſere mundū hūc diuina gubernari prudētia negabant, & oīa temere fieri atteſtabantur. Ariſt. uero uel ex hoc ſūmā adeptus eſt laudē, ꝙ cognouit cām finalē rerū naturaliū, ex qua mūdū hūc diuina ꝓuidētia, & ſūma rōne eſſe conſtitutū ratus eſt: cuius eſt illa ſnīa memorabilis, Opus naturæ, eſt opus intelligētiæ, id eſt, opa naturalia, ſumma intelligētia, & diuina ſūt diſpoſita. Sed ut videamus, qbus rōnibus id ſibi pſuaſit Ariſt. capita ſuū argumētorū referā. Primū, naturalia ſemp, aut plerūq; fiunt; q̄ uero eueniūt temere & caſu, raro accidūt. Deinde, natura vniuerſa ſem ꝑ ducit in id, quod melius eſt, & p certiſſima & ornatiſſima media. Tertio, ars, q̄ certiſſime operatur pp finē, imitatur naturā, & eodē modo opatur, atq; natura. Si.n. ars extrueret nidū, eodē modo efficeret ſicut natura; quod ſi natura domū ędificaret, eiuſdē figuræ faceret, atq; ars facit. Quarto, mōſtra atq; peccata eſſe nōnūquā in rebus naturalib⁹ plane conſtat. at peccare, eſt a uero ſcopo & fine aberrare. Vltimo, cū oīa agentia operentur pp bonū (ignis.n. pp aliqd ſibi cōuenientēs operatur, nempe ut ſpecies conſeruetur) idē bonū appetit hō, cū generat hoīem. Cōſequēs eſt, uniuerſa operari pp finē: finis.n. nihil aliud eſt, q̄ bonum, cuius gratia aliqd fit. Ad argumēta in principio rñdetur. Ad primum dr̄, ꝙ actiones contemplatiuę non ſunt pp finē, ſed ſunt ipſe finis. ita D.Tho. 3. contra gētes c. 2. actiones uero iocoſę, aliqñ quęrūtur vt fines; aliqñ ęruntur pp ſui delectationē; aliqñ vero quęrūtur ut media, ut poſtea vehementius opemur. Illæ uero actiones, quæ ſunt p̄ter intētionē operātis, nō fiūt ab intellectu, ſed uel a ſubita imaginatiōe, uel a cā naturali: calor.n. īmodicus excitat pruritū, eſtq; cā cōfricatiōis. uerū oēs iſtæ opationes ſūt pp finem

D Thom. Lactantius. Cicero. Quod natura agat pp finem in omni ſua actione. Rom. 1. Sap 13. Cicer. Ariſto. Solutio argumentorū D. Thom.

nem ab auctore naturæ conſtitutũ: operationes vero otioſę non appellantur otioſæ, qñ carent fine, ſed qñ carent

D. Gregor.

debito fine, vel fine a rõne præſtituto, vt eſt auct. D. Greg. hom. 6. in Euangelia, explicãs illud, De omni verbo otioſo.

Ad ſecundũ.

Rñdetur ad ſñ, quod qñ Petrus v. g. ibat in forũ recreationis grã, & tegula cadens forte fortuna illũ occidit, oĩa agentia naturalia hic interuenientia operantur pp finem. De Petro exploratum eſt: nam finis eius erat animi recreatio; de tegula vero eadem eſt certitudo: deſcendebat. n. in locum naturalem, vt ibi quieſceret. Oĩa itaq; agentia operantur pp finem. Ceterum effectui per ſe intento, coniungitur alius effectus per accidens, videlicet, ꝙ Petrus occidatur: hic vero effectus non habet alium finem diſtinctũ ab actionibus naturalibus, quibus per accidens cõiungitur: immo dicendum eſt, quod non habet aliquem finẽ. Et ad argumentum rñdetur, quod finis cauſſarum naturaliũ vel liberarum, ſatis eſt ad oẽs effectus naturales, & fortuitos: & ita oĩa agentia ſemper operantur pp finem.

Nota.

Illud ẽt eſt aduertendum, quod effectus fortuitus, comparatione ad cauſſas particulares, fortuitus eſt, & pręter intentionẽ; ceterum comparatione ad primã cauſſam, intentus, & ẽt præuiſus. Nam diuinam prouidentiã ad oĩa, ẽt minima, ad numerandos ẽt capillos capitis ſeſe extendere, certiſſimum eſt.

Eccleſ. 5.

Cui conſonat illud Eccleſiaſt. 5. Ne dicas corã angelo, non eſt prouidentia. Si videris calumnias egenorum, & violenta iudicia, & ſubuerſionem iuſtitiæ in prouincia, ne mireris ſuper hoc negotio, quia excelſo excelſior eſt alius, &c.

D. Hieron.

Hoc D. Hiero. de prouidentia Dei exponit, quã nemo dẽt negare, etſi cõmemorata delicta videat in prouincia, quia Deus reſeruat hæc oĩa in Iudicium.

Ad tertium.

Ad tertium rñdetur, quod natura operatur pp finem, quaſi ab alio directa, & adducta in finẽ. & ideo non eſt neceſſe, ꝙ cognoſcat, uel præſtituat finem.

Ad quartũ.

Rñdetur ad quartum, ꝙ oĩum operum Dñi homo non valet rõnem reddere, ſed rector vniuerſorum oĩa comprehẽdit, quæ faciũt verbum eius; homo vero debet hæc conſiderare, vt placeat Deo, & in omnibus laudare artificem. Nam ſi intrares in officinã fabri ferrarij, non auderes reprehendere folles, malleos, & incudes, quorum rõnes non ſcires.

D. Auguſt.

Ad hunc modũ rñdet Auguſt. loco citato in argumento.

Ad vltim.

Ad vltimum, quod difficile eſt, rñdent quidam moderni, ꝙ prima cauſſa determinat agentia naturalia ad hunc producendum effectum. Sed hoc nõ eſt legitime philoſophari, quotidianos & ordinarios effectus in ſolam primã cauſſam reducere. Certe eodem mõ diceremus, ꝙ Deus determinauit ignẽ ad cõburendum potius, q̃ ad frigefaciendum. Dicendum eſt, ignem ad calorem producendum ex vi ſuæ formę determinari; ceterum ad producendum hũc calorem, ex eo determinari, quia hanc formam habet, & qñ in hoc loco, in hoc tempore, & circa hoc ſubiectum operatur: ſi. n. haberet aliam formam, aut in alio tpe operaretur, alium certe calorem produceret. Quod ſi quæras: a quo determinatur ignis ad hanc actionem, hoc loco, & tpe perficiendã? Rñdetur, ex inſtinctu naturę, & ab auctore naturę, medijs cauſſis ſecundis determinatis, quemadmodum ſagitta ad iſtum ictum, & ad iſtum ſcopum determinatur a ſagittante, & ab impetu ſagittæ impreſſo.

Obijcitur cõtra ſuperius dicta.

Sed quamq̃ copioſe demõſtratũ ſit, oĩa agere pp finẽ, non quieſcunt Theologi, nec deſinunt argumẽtari.

Primum argumentum.

Inprimis ſic arguunt. Nã peccatum veniale, verbi gratia, mendacium, non eſt pp finẽ: non. n. eſt pp Deum: peccatum. n. in Deum referri non poteſt: neque vero eſt propter creaturam; alioqui eſſet peccatum mortale, ſiquidem haberet creaturam ꝓ vltimo fine, q̃ magna peruerſitas eſt.

Secundum.

Deinde, pia voluntatis affectio in eo, cui Euangelium prædicatur, quæ ſemper credulitatem, & fidem præcedit, non eſt pp finem, ſiquidem nõ eſt propter finem naturalem: liquet enim eſſe actionem ſupernaturalem. neque ordinatur ad finem ſupernaturalem: nã ordinationem in finem ſupnaturalem neceſſũ eſt præcedat cognitio ſupernaturalis, quæ hic non præcedit, cum fides nõdum aduenerit.

Tertium.

Præterea, hoĩem eſſe animal, eſt aliquid creatum, & reale, ſiquidem eſt magna pfectio; at non eſt propter finem: nam auctore Ariſt. 7. Met. tex. 59. quærere, quare homo ſit animal, ſuperuacaneũ eſt inueſtigare, quia non habet cauſſam finalẽ.

Ariſt.

Hæc argumẽta facillimo negotio ſoluuntur.

Ad primum.

Ad primum enim dicẽdum eſt, ꝙ qui mentitur, pp aliquem finem operatur: nemo. n. intendens ad malum operatur: mentitur ergo, uel pp ſuum commodum, vel pp delectationem, vel vt alterum defendat. Vtrum vero in his cõſtituat vltimum finẽ, in ſequentibus explicandum eſt.

Ad ſecundũ.

Secundo argumẽto rñdetur, ꝙ illa pia affectio eſt pp finem naturalẽ, quã haud dubie iam præceſſit prædicatio Euangelij ſupernaturalis, quæ ſatis eſt, vt dirigat operationem in finem ſupernaturalem. Sed & illud reſponderi poteſt, ꝙ in eodem temporis momento, in quo eſt pia voluntatis affectio, eſt etiam lumen fidei illuminans. & ſic pia affectio introducit fidẽ, & credulitatem, & lumen fidei dirigit piam affectionem.

Ad tertium. & vltimum.

Tertio & vltimo argumento reſpondetur, non militare contra noſtram concluſionem: ſiquidem hominem eſſe animal, non eſt operatio, & nos tantum aſſerimus, vniuerſas actiones eſſe propter finem. Rurſus, concluſio noſtra intelligenda eſt de rebus, quæ exiſtunt, & re uera efficiũtur; hoĩem vero eſſe animal, neq; exiſtit, neq; efficitur. Quid autẽ rei ſit hoĩem eſſe animal; an ens rõnis, an ens reale, creatum, an increatum, diſputant Metaphyſici. Sed hæc diſputatio ad noſtrum inſtitutum non ſpectat.

An bruta ſe agãt ꝓprie in finem.

Eſt iam ſecunda quæſtio, An animalia bruta proprie ſe agant in finem.

Ariſto.

Ariſt. 8. Phyſic. & alibi ſæpe aſſerit, ꝙ bruta mouent ſe in ſuos fines. & probatur hoc.

Primum argumentum.

Nã bruta p proprium appetitum, & cognitionẽ, tendũt in ſuos fines: ergo proprie mouent ſe in finem. Et in hoc diſtinguuntur a rebus inſenſibilibus, quarũ motus tribuitur gñanti: nã iſte motus conſequitur qualitates naturales, quas a gñante ſuſcipiunt: & qui dat formã, dat cõſequẽtia formã: bruta ergo, quia hẽnt cognitionẽ, & appetitũ finis, mouẽt ſe in finẽ.

Secundum.

Pręterea, bruta videntur cognoſcere rõnẽ finis, & ordinem mediorũ ad finẽ: ergo proprie mouẽt ſe in finem. Conſequentia euidens eſt, & probatur antecedens. ouis. n. apprehendit herbã ſibi conuenientẽ ſub rõne boni; rurſus, reiecta vna herba, quã guſtare cœperat, aliã accipit: cognoſcit ergo ordinẽ mediorũ ad finẽ.

Tertium.

Deinde, bruta verã hẽnt electionem: ergo vere mouẽt ſe in finẽ: electio. n. eſt ordinare media in finẽ. Probatur antecedens, nã ſi equo duo pabula proponantur in eadem diſtantia, equus ſuapte natura non determinatur magis ad vnum, q̃ ad alterum: reliquum ergo eſt, ꝙ ſpontanea electione tẽdat potius in vnũ, q̃ in alterũ.

Quartum.

Itẽ, canis propoſitis duobus cibis, vel vocatus ſimul a duobus, primũ quaſi cũctabundus ſubſiſtit; deinde vero quaſi deliberatione facta alteri ſe applicat: ergo.

Quintum.

Pręterea, appetitus bruti nõ ẽ determinatus ex ſe, ad hoc, vel illud appetibile, ſm̃ ſenſum: nã obiectũ appetitus eſt bonũ delectabile in cõi: ergo determinatur ad hoc, vel illud delectabile ex ſua cognitiõe, & non ex inſtinctu naturæ.

Sextum.

Iã vero, ſi animalia nõ vtuntur rõne, quõ apes, vermes, hirũdines tãta arte operãtur? & quidquid ſit de ceteris animantibus, certe formica vr̃ cognoſcere rõnem finis: cognoſcit. n. alimẽtum eſſe neceſſarium, & cognoſcit futurã egeſtatem, & ad eam depellendã congregat in horrea ſua.

Plutarch.

Plutarchus in opuſculo, ꝙ animalia bruta vtantur rõne, producit varia argumẽta ad id probandũ.

D. Baſil.

D. Baſil. hom. 7. 8. & 9. in Hexameron, varia adfert animaliũ exempla, quorum mores a prudentia, & rõne non videntur differre.

Porphy.

Porphy. 3. lib. de ſacrificio, vt fertur, ſentit oĩa animalia, quæ ſenſu ſunt prædita, hr̃e rõnem, & habere orõnem interiorem, & exteriorem, atque adeo eſſe quoſdã homines, qui ſermones belluarũ percipiant.

Pro huius quæſtionis explicatione notandũ eſt, animalia bruta in multis cũ hoĩe conuenire: operantur. n.

D. Thomæ

pp finem, vt docet D. Tho. 1. concluſione.

Ariſt.

Tum vero, q̃a mouent ſe in ſuis operationibus, vt aperte docet Ariſt. loco adducto.

Bruta operãtur propter finem, aliter tamen quã homo.

Tum tertio, quia cognoſcunt, & appetunt finem. Multis tñ inter ſe differunt. Primo, quia homo per rationem, & deliberationẽ præſtituit ſibi finem, & media ad illum ducentia; bruta vero & finẽ, & media habent inſtinctu naturæ determinata. & hinc eſt, ꝙ ſemper eodẽ pacto operẽtur. Deinde, hõ cognoſcit rõnem finis; brutũ vero minime, quod eſt dictũ. homo cognoſcit finem ſibi eſſe conuenientem, & quare ſibi conueniat, & quod eo acquiſito, bene ſibi erit conſultum; brutũ vero licet cognoſcat hordeum, vel aquam ſibi eſſe conuenientem, at non cognoſcit, quare ſibi conueniat, an ad ſedandam ſitim,

vel ad vitæ ſuſtentationē. Differūt tertio in finis proſecutione Brutū namq; ſertur in bonū apprehenſum cuidam neceſsitate, & impulſu naturę: non.n.in bruti facultate ſitum eſt, operari, aut non operari, ſic, vel aliter opari: homo vero quocūq; bono propoſito, poteſt operari, & nō operari; eligere, & refutare. Excipio beatitudinē ī cōi, circa quā voluntas nr̄a neceſſitatur, quantū ad ſpecificationē, licet nō, quātū ad exercitiū. Quarto differūt in mediorū proſecutione: qđ diſcrimen, tria cōprehendit. Vnū eſt, ꝙ homo p intellectū media diuerſa inquirit, & ea inter ſe cōfert, & qbuſdā omiſsis, ea eligit, q̄ ad finē adipiſcēdū magis ſibi conſentanea videntur; brutū vero ad oīa hæc hēt iudiciū, a natura determinatū. Alterū eſt, ꝙ homo cognoſcit ordinem mediorū ad finē, nēpe mediū ordinari ad finē: quod non cognoſcit brutum, vt iā ſupra dictum eſt. Tertiū eſt, ꝙ homo vult mediū pp finem; quod animantibus brutis non competit: non.n. cognoſcunt ordinem mediorum ad finē.

Prima Concluſ.

Quinto differunt, nam obiectum appetitus rōnalis eſt bonum vniuerſale; obiectum vero appetitus bruti eſt bonum particulare: quod diſcrimen optime explicat D. Th. hic ad vltimum. Iam argumentis adductis ſatiſfaciamus.

D Thom.

Ad argumēta in oppoſitum

Ad primum

Ad prima rñdetur, ꝙ licet aīalia ſe moueant, nō uero ſe mouent in finē: nam mouere ſe in finem, proprie eſt ordinare media in finem, & tēdere in finem ſub rōne finis, cognoſcendo rōnem finis. Alia ēt de cā non ſe mouent animalia in fine: mouentur.n.neceſſario, & nō eſt ſitum in eorū facultate, moueri, aut nō moueri. At vero, qa hō pōt opari, & nō opari, & p ſua volūtate, & deliberatione ſe ad opandum applicat, dr̄ ſe mouere & agere in finem. Quod vt apertius intelligamus, obſeruandū eſt, quinq; eſſe rerū genera, de qbus dubitari ſolet, nū moueant ſe, vel ab alio moueantur. Primi gn̄eris illa ſunt, quæ proijciūtur: de qbus nulla eſt dubitatio, ꝙ nō a ſe, ſed ab alio moueātur.

Illa de quibus pōt controuerti, an a ſe, uel ab alio moueātur, quinq; ſunt.

In quo gn̄e materia prima numeranda eſt, q̄ cū nullius ſit actiuitatis, non ſe mouet ad formam, ſed eam ab agēte recipit. In ſcđo gn̄e continentur grauia, & leuia: de qbus quæſtio eſt apud Philoſophos, an moueātur a forma inhęrente, danteq; illis motum, aut in ſuperiorem, aut in inferiorem locū, an potius moueantur a generāte: de quibus, q̄uis recentiores quidā ſentiant ea a forma moueri, Ariſt. tn̄, & D. Tho. eius optimus interpres, ea a generāte moueri arbitrantur: quæ q.8. Phyſic. exagitari ſolet. In tertio genere ſunt plantæ, quæ infimū vitæ gradum participāt: de quibus certum eſt, quod ſeipſas moueant: plantæ.n.alimentum, quod intra ſe recipiunt, in ſuam conuertunt ſubſtantiam, vtq; propria alimenta concoquentes creſcunt, ac nutriuntur. In quarto genere animalia bruta cōprehenſa ſunt, quæ quidem cognoſcunt bonum, ſibiq; conueniens, ex qua rurſus cognitione ſe mouent ad conſequendum bonum apprehenſum: ideoq; veriſſime ſe mouent, quia ipſis ineſt principium efficiens ſuorum motuum, cognitio.ſ. & appetitus. Ceterum quia in eis non eſt iudiciū collatiuum ad deliberandum in vtramque partem, cum omne eorum iudicium ſit determinatum ex inſtinctu naturæ: ideo non dicuntur proprie ſe mouere in finem, ſed aguntur ex inſtinctu naturæ. Quintum genus ē creaturæ rōnalis, quæ, ppriè mouet ſe in bonum, vel in malū, ſua deliberatione, & conſultatione, quæ proinde tam ex parte intellectus, quā ex parte voluntatis libere ſe mouet. Ex parte quidē intellectus, quia pōt in vtramq; partem deliberare; ex parte vero voluntatis, quia quocūq; bono ſibi p intellectum propoſito, pōt illud amplecti, vel non amplecti: qua de cauſſa dr̄ homo actionum ſuarū dominus. Atq; ex his conſtat, qua ratione ductus D. Thom. dixerit bruta non ſe mouere in finem, quia, ſcilicet, ex inſtinctu naturę ad illum mouentur. Ad ſcđm argumentum ex his, q̄ hactenus dicta ſūt, facilis patet ſolutio. Tertio argumento dicimus, ſatis iam expoſitum eſſe, qua rōne bruta non cognoſcant rōnem finis.

Bruta nō ſe proprie i finē mouent, quia ex inſtinctu naturæ ad illum tendunt.

Ad ſecundū

Ad tertium.

Ad quartum argm̄ rñdetur, in eo caſu equum non moueri ad pabulum ſuſcipiendum, quod iam experientia cōpertum eſt in aſino Buridani, de qua re accuratius agendum eſt q.13. Quinto argumento rñdetur, obiectum appetitus bruti, bonum eſſe delectabile in cōi: veluti obiectum viſus, color eſt in cōi: quēadmodū eñ viſus ſemper fertur in aliqđ coloratū particulare, eodē prorſus mō appetitus bruti ſeper fertur in bonū aliqđ particulare, idq; ex inſtinctu naturæ. Ad alia argumēta, qbus ſuadebatur aīalia bruta rōne vti, rñdendū eſt. Dicimus n. quod q̄uis aīalia bruta rōne & prudentia non vtantur, habent nihilominus operum ſuorum ducem & rectorem, auctorem naturæ, Deum Opt. Max. ideoq; nihil mirum, ſi quędam tanta arte confecta operentur. In quibus verum eſt, quod vulgo dici ſolet, Opus naturæ, eſt opus intelligentiæ: quod a nobis iam ſuperius expoſitum eſt. quæ quæſtio diſputari ſolet 1.p.q.44.articu.4. de qua uide D. Tho. in 2.d.2.q.1.art.1. vbi pulchre hoc exponit, ex cuius expoſitione ſoluuntur argumenta Durand. in 2.d.1.q.6.

Ad quartū.

Ad quintū.

Ad alia argu.

D. Thom.

Durand.

Dubitatur vltimo, vtrum Deus pp finem aliquē operetur. Cui dubio rñdemus, Deum pp finem operari. probatur ex Symbolo, Qui pp nos homines, & p p noſtram ſalutem deſcendit de cęlis. Iam quæcumque operatur, propter ſuam bonitatem operatur, iuxta illud Prouer. 16. Vniuerſa propter ſemetipſum operatus eſt Dominus. Deus ergo propter finem aliquem operatur.

Dub. An Deus operetur ob aliquem finem.

Prouer. 16.

Ceterū notādū eſt, quod qn̄ aliqs vno actu vult finem, & alio actu vult media, volitio finis, cā eſt volitionis mediorū. Ceterū qn̄ quis vno eodemq; actu vult finē, & media, velle finem, non eſt cā volitionis mediorum. Et qm̄ Deus Opt. Max eodem voluntatis actu finem vult, & media, dicendum eſt, Deum medium velle propter finē, velleq; vnum propter aliud; non tamē vult vnum, quia vult aliud: in hoc enim indicatur, vnam volitionem, cauſſam eſſe alterius volitionis: quod in Deo locum habere non poteſt. de qua re copioſius diſputatur 1.par.1.q.artic.5.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum actus humani habeant ſpeciem ex fine.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio eſt. Vnū quodq; ſortitur ſpeciem ſuam, ſecundum actum; & non ſecundum potentiam. Quod euidēter patet in his, quæ compoſita ſunt ex materia & forma: hæc enim in ſuis ſpeciebus conſtituuntur per proprias formas.

EXPLICATIO ARTICVLI.

HIC articulus continet in ſe plura, ad oēm philoſophiā morū indagandā neceſſaria, & ad explicandū, qua rōne actus humani ex fine bonitatē ſortiātur, aut malitiā: qđ aperte aſſerit Augu lib. de moribus eccleſ. & Manich. his verbis: Scđm qđ finis laudabilis fuerit, aut vituperabilis, ſcđm hoc ſunt nr̄a opa laudabilia, aut vituperabilia. q̄ ſnīam accepit ex Oſeæ c.9. Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt: qđ ſignificat Dn̄s in illo verbo Mat.6. Si oculus tu' fuerit ſimplex, totū corpus tuū lucidū erit. Oculus in ſacra ſcriptura eſt finis intētio, q̄ ſi recta fuerit, oīs opatio īde ſubſecuta, recta erit; ſi vero praua extiterit, actio inde emanans, mala erit. Conſtat igitur ex litteris ſacris, act' humanos ex fine ſpēm hr̄e. Ceterū ut ex principijs Metaphyſicæ hæc veritas defēdatur, adducē da ſūt aduerſus eā aliqua argumēta, qbus ſolutis, nullus de huius rei veritate remanebit ābigēdi locus. Sit primū argm̄. Vnūquodq; ſpēm, & eſſētiam ſuā ex aliquo principio ſibi intrinſeco ſortitur, finis aūt principiū extrinſecū eſt: nō ergo dat ſpēm actibus humanis. Scđm, Vnaquæq; res in certa ſpecie conſtituitur ex aliqua vltima differentia, q̄ pdicatur de re, cuius ē differētia; vt hō ex rōnali cōſtituitur, at finis nō ē differetia vltima, nec pdicatur de actu humano: ergo. Præterea, actus humani, vt cetere res oēs, hēnt naturā, & eſſentiam, rōne cuius in ſpecie cōſtituātur: collocantur.n.in pdicameto, cōſtantq; gn̄e, & differētia, finis aūt externū quid eſt, & extrinſecū: ergo. Deinde, ens rationis nō tribuit ſpēm, & eſſentiā realē, ſed finis, qn̄ mouet ad actus humanos, eſt ens rōnis: non.n.eſt in rerum natura, ſed tm̄ in intentione: non ergo tribuit ſpeciem realem. Hæc argumen-

D. Aug.

Oſeæ 9.

Matt.6.

Oculus pro intentione accipitur in ſcriptura.

Primum argumentū cōtra tertiam cōcluſionē

Secundum.

Tertium.

Quartum.

gumēta copioſe ſatis tractata ſunt 1. p. q. 77. art. 3. vbi diſputatur, Vtrum potentiæ diſtinguātur per actus, & actus per obiecta.

Quō finis ſit differentia intrinſeca act9 humani.

Huius tñ rei ueritas eſt, finem, & obiectum non tribuere actib. humanis ſpeciē, nec eſſe vltimum actuū humanorū differentiā. D. Th. tñ fatetur, actus humanos ſumere ſpeciē ex fine, id eſt, ex habitudine, & tēdētia in finē. Ad cuius rei intellectū notandum eſt ex D. Thom. 2. 2. q. 23. art. 8. & de veritate q. 15. articu. 2. & ex Cardinale Caieta. 1. p. loco adducto: Quædā eſſe in rerū natura, q̄ ideo instituta ſūt, vt ſint, qualia ſūt homo, leo, & cetera huius generis; alia vero nō pp ſeipſa, ſed pp alia eſſe pducta, vt potentiæ, & inſtrumēta, q̄ pp actioné, & opationē īſtituta fuerūt.

Secunda. D. Thom. D. Thom. Caietan. Ariſtot.

Tertia.

In operatione eſt obiectum, & habitudo ad illud.

Notandū ſcdo eſt, in operationibus duo eſſe cōſiderāda. vnum eſt finis, & obiectū opationis, qd eſt extrinſecū rei, cōſtituiturq; in rei eſſētia, & dfinitione, tāq̄ additamētū, & terminus. alterū ē habitudo ad tale obiectū, & finē: & hoc eſt rei intrinſecū, conſtituiturq; in rei definitione, tamq̄ vltima differentia. Notādū eſt tertio, ꝙ iſta habitudo, licet pp noīum penuriam appelletur noīe relatiuo, tñ non eſt vera relatio: quemadmodū aptitudo materiæ ad ſuſcipiendā formam, non eſt relatio, ſed eſt ipſa eſſentia materiæ, apta ad formā ſuſcipiendam; & volitio boni, nō eſt relatio ad bonū, ſed eſt actus, qui ſuapte natura fertur in bonū; eleemoſynæ largitio nō eſt relatio ad pauperem, nec ad eleemoſynā, ſed eſt actio, qui ſuapte natura ad ſubleuandā miſeriam pauperis ordinatur. Ex hac expoſitione, ſi bene expēdatur, facile eſt intelligere, quo modo actus humani cōſtituātur in ſpecie p formā, & differentiā intrinſecā: facileq; eſt argumētis in oppoſitum rñdere.

Quomodo actus ſpeciē ſortiātur ex principio actiuo.

Illud vero magis vrget, maiuſq; faceſſit negotiū: quō actiones ſuſcipiāt ſpeciē ex principio actiuo. Sol. n. per lucem calefacit, & calefactio non ſpecificatur a luce, ſed a calore quem immittit; rurſus, ignis eodem calore, & eodē principio actiuo liquefacit ceram, & indurat lutū: at iſtæ operationes non habent ſpeciem ex principio actiuo, alioqn eſſent eiuſdē ſpeciei: ergo.

Quæſtionis reſolutio.

Rñdeo primo, in actionibus moralibus idē eſſe, ꝙ ſuſcipiāt ſpeciem ex principio actiuo; & a fine. Bonum. n. quod eſt obiectum nr̄æ voluntatis, & eſt principium, quod mouet nr̄am uoluntatē ad actiones humanas, & eſt finis, ad quē actiones humanæ terminantur.

Duplices actiones.

Dicēdū eſt ſecūdo, Actiones eſſe in duplici differentia, quædā. n. ſunt ad quas principia actiua ſuapte natura deſtinantur, vt calefacere, reſpectu caloris; & illuminare, reſpectu ſolis: in qbus verum eſt, actiones ex principio actiuo ſpeciē ſortiri. Aliæ ſunt actiones, ad quas principia actiua ſuapte natura non referuntur, vt calefacere, reſpectu ſolis, liquefacere, reſpectu ignis: in quibus illa locū non hēnt, nec de his locutus eſt D. Tho. Dicendum eſt tertio, D. Tho. tñ affirmaſſe de ratione actionis eſſe, quod oritur ex principio actiuo, qd habeat in ſe formaliter, uel eminenter ſimilitudinē cum effectu, qui producitur: calefactio itaq; uel eſt a calore, vel ab eo, qui uirtutem habet calefaciendi.

Examinatur reſolutio vltima.

In ſolutione ad ultimum, quattuor docet D. Thom. ſcitu digna, quæ a nobis fuſius ſūt explicāda. Primum, quod

Secunda Concluſio. Motus proprij ab actu ſpeciē ſortiuntur. Motus enim proprie dictus, in actionem, & paſsionē diuiditur, vt conſtat ex Ariſt. 3. Phyſico. Sed vtrumque horū, ſpeciem ſortitur ab actu. Actio enim, ſpecificatur ab actu, qui eſt principium agendi; paſsio ab actu, qui eſt terminus motus noſtri: cū calefactio, actio, nil aliud ſit, q̄ motio quædam a calore pcedens; calefactio, paſsio nil aliud eſt, q̄ motus ad calorē: conſtat autem definitionē explicare rationem ſpeciei.

Tertia Concluſio. Actus humani ex fine ſpeciem recipiunt, ſiue conſiderentur per modum actionum, ſiue p modum paſsionū. Illi enim ſunt actus humāi, qui ex deliberata voluntate procedunt: obiectum autem volūtatis eſt bonum, & finis, vnde principiū & terminus eorum eſt finis. Id. n. ad qd terminatur actus humanus, eſt, quod voluntas intendit, ut finem. Hoc ipſum demonſtrat D. Thomas auctoritate D Auguſtin. Scribit enim Auguſtin. lib 2. de moribus Eccleſiæ & Manichæorū, capit. 13. Secundum quod finis eſt culpabilis, uel laudabilis. ſecundum hoc ſunt opera noſtra culpabilia, vel laudabilia. Ex prædictis aperte ſequitur, actus morales ex fine ſpeciem accipere. Idem enim ſunt actus morales, & actus humani, vt dicit D. Ambroſi9 in præfatione ſuper Lucam.

D. Thom.

docet, eſt, Actus humanos vt egrediuntur ab agēte, vnicū tm̄ habere obiectū, a quo ſpeciē ſortiantur: poſſe tñ deſtinari ad alios fines remotos, & aduentitios. verbi gratia. Si quis velit interficere hoīem, vt eius vxore liberius potiatur, hmōi operatio vnicum tñ habet obiectum proximū, homicidium. ſ. a quo ſpeciē ſuam ſortitur. Docet ſecūdo, vnū, eūdēque actū poſſe habere varias diuerſaſque ſpecies, iuxta diuerſitatē finiū, ī quos refertur, vt ſi qs vellet furari pp mœchiā, huiuſmodi operatio, & furtum, & mœchia eſt.

D. Aug.

Quare ī moralibus vn9 actus ad plures ſpecies pertineat.

Dicet aliquis: vnde fit, ꝙ in naturalibus vna, eademq; res non habet diuerſas ſpecies, variaſq; eſſentias; in moribus autē vnus, & idē actus humanus in multis ſpecieb9 colloceturꝛ Diceñ eſt, ī naturalibus9 reb9 vnam eandēq; rē hēre vnā ſpeciem eſſentialē, & multas, variaſq; aduentitias, & accidentarias: homo. n. & animal rōnale eſt, & albus, philoſophus, theologus, &c. idē cenſendū eſt de actibus humanis.

D. Amb.

Vel diceñ eſt, diſcrimē eſſe maximū inter moralia, & naturalia: ꝙ hæc ſpeciē habeāt ex forma ſubſtantiali, quæ mutationem nullā ſubit; illa vero ſpeciem ſortiantur ex operantis intentione, quę pro varia operantis intentione variationem recipiunt. Docet tertio D. Tho. eūdem actum in genere naturæ, poſſe eſſe diuerſum in genere moris, vt interficere hominē publica, aut priuata auctoritate, nihil differunt in genere naturæ; differunt vero maxime in genere moris. Quartū quod docet D. Tho. eſt, ea quæ differunt in genere naturæ, ſæpenumero cōueniunt in genere moris. verbigrā, comedere pdices, & comedere oua, certe dfferūt in gñe naturæ; at in gñe moris ad eandē tēperātię virtutē ſpectant.

An actus, prout egrediuntur ab agēte, vnicū obiectū habeat.

Ceterum aduerſus ea, quę primo docuit D Thom. ſunt quædam argumenta, quæ eā doctrinam dubiā & ancipitē reddunt. In primis Ariſtoteles 5. Ethico. expreſſe aſſerit, ꝙ qui furatur pp mœchiā, potius eſt mœchus, q̄ fur. hmōi ergo operatio a mœchia ſpeciē ſortitur; mœchia aūt non eſt huius operationis proximū obiectū (cum illud ſit furtum) ſed remotum. non ergo omnis operatio ſpeciem hēt ex obiecto proximo.

Primum argumentum. Ariſt. Secundum. D Thom. Tertium.

Deinde D. Thom. aperte affirmat infra q. 18. ar. 6. quod actus humanus potius habet ſpeciē ex fine, q̄ ex pximo obiecto. nō ergo ſibi cōſtat in hac parte D. Thom. Præterea, interficere hominem, nullam habet ſpeciem certam, & definitam ex obiecto: nullā enim ex ſe dicit virtutem, aut uitiū, ſed uidetur opus indifferens, ut leuare feſtucam, uel habere plures præbendas: non ergo ab eo obiecto poteſt ſortiri operatio aliqua ſpeciem ſuam.

Quartum.

Quarto, qñ aliquis decreuit interficere homines in foro exiſtētes, ſiue illi clerici ſint, ſiue laici, iſta ſane operatio non habet ſpeciem ex obiecto proximo: non enim magis homicidium eſt, q̄ ſacrilegium.

Quintum.

Quinto, quando aliquis intra ſemetipſum certo ſtatuit, ſe uelle eſſe ſtudioſum, hmōi voluntatis decretum, nullum habet certum, definitumq; obiectum, a quo ſpeciem ſortiatur, cum nullius certæ, determinatæq; ſit uirtutis. falſum eſt ergo qd nos docuit D. Thom. His argumentis vt reſpondeamus, ſciendum eſt, hanc D. Thomę ſententiam, uarias habere expoſitiones.

Variæ expoſitiones. D. Thom.

Quidam enim D. Thom. interpretantur dicentes, D. Thomam tantum loqui de naturali ſpe-

ci: actus humani, non autem de ſpecie morali. vult ergo dicere D. Thom. actus humanos, qui ab operante egrediuntur, vnicum tantum habent obiectum proximum, a quo ſpeciē naturalem ſortiūtur in genere entis, quæ operatio, ſi ad aliquos fines referatur, ex illis diuerſas habebit ſpecies morales, eaſq. præcipuas. quæ interpretatio manifeſta nobis eſt in hominis occiſione, quæ naturalē ſua ſpecie ſortitur ex eo, ꝙ eſt hominis; nō autē leonis: in quo ſēſu

Primæ Concluſ.

omnes hominis occiſiones, ſiue liberæ illæ ſint, ſiue nō; iuſtæ, vel iniuſtæ extiterint, eiuſdem omnino ſunt ſpeciei in genere naturæ. Alij aliter, longeque melius D. Thom. interpretantur, quorū ſententia maxime a nobis probatur: dicūt enim D. Tho. non ſolum loqui de ſpecie naturali; verum etiā de morali illū locutum fuiſſe. Statuunt enim duplicē rerū eſſe ſpeciem, & eſſentiā. vnam, rei intrinſecā, & eſſentialem, a qua res quælibet ſuū eſſe eſſentiale, & ſpecificū ſortitur, quemadmodū animal rationale, eſſentia hominis; alterā, extrinſecā, & aduentitiā, quemadmodum diſgregare viſum eſt eſſentia hominis nō quidē quatenus homo eſt, ſed quatenus albus eſt: nō enim dat eſſe homini, ꝙ ſit homo, ſed ꝙ ſit albus. Horū ergo interpretatio eſt, D. Thom. illud docere, actus ſcilicet humanos, ut egrediūtur ab operāte, habere ſpeciē intrinſecā, & eſſentiale ab obiecto proximo: ab alijs autē finib⁹ remotis, & accidētarijs habere quidem ſpeciē, nō tamē eſſentialē, ſed aduentitiā, & accidentariā.

Probatur autē hanc eſſe verā interpretationē. Commune enim eſt omnibus potentijs, inſtrumentis, & actibus, ꝙ a proximo obiecto ſpecificentur, nō autem a remoto: idē ergo erit in actibus humanis. Præterea, illa eſt eſſentialis ſpecies in actibus humanis, quæ mutationē nullam recipit, ſemperque actū cōcomitatur; at occidere hominē, quocūque modo illud fiat, ſemper eſt homicidiū: ex eo ergo ſuā ſpeciē actus ſortietur. Quod vero ad aliquē aliū vlteriorem finem referatur, vel ad adulteriū, vel ad vindictā, accidentariū quidē illud eſt, & externū. quo fit, vt ſpecies inde acceptæ, accidentariæ ſint, reique ſuperadditæ.

Addunt alij & tertiā (nec prorſus a ratione alienā) interpretationē: dicūt enim actū voluntatis internū ex fine ſpeciē ſuam ſortiri, quia id, quod mouet voluntatē ad actionē, finis intētus eſt; actū vero exteriorē ex obiecto proximo ſpeciē, & eſſentiā habere. de qua interpretatione q. 18. iterū habēdus eſt ſermo.

Solutio argumentorū. Ad primum

Iam argumentis adductis ſatisfaciamus. Primoque argumēto: libenter fatemur eū, qui propter mœchiā furatur, mœchū potius eſſe, ꝗ furem: finis.n. eſt id, quod primo mouet voluntatē: ille autē, qui propter mœchiam furatur, furtū vult propter mœchiam: magis itaque vult mœchiā, quam furtū, magiſque eſt appellandus mœchus, ꝗ fur. Ex hoc tamen nō recte infertur, ſpeciē eſſentialē huius operis ex mœchia eſſe ſumendā: maior enim bonitas, aut malitia in actibus humanis nō eſt petēda ex forma eſſentiali: ſed potius ex formis accidētarijs, & ſuperadditis eſt poſtulāda. Nō enim appellamus hominem omnino, & abſolute bonum, ex eius forma ſubſtantiali, ſed potius ex virtutibus ſuperadditis: neq; ſolū ex naturalibus defectibus nominamus ſimpliciter, & abſolute malū, ſed ex vitijs, & peccatis, quæ poſtmodum cōtraxit. Cuius rei cauſſa ē, quia bonū, & optimū, rationē habēt vltimi; vltimū vero in ſuperadditis perfectionibus cōſiſtit, quemadmodū perfecta domus ea eſt, quæ nō ſolū parietes habet, fundamētū, & tecta, ſed quæ omnibus ſuis numeris eſt abſoluta.

Duplex finis, operis & operātis.

Reſpōdemus Secūdo: in operatione humana duplicē eſſe finē: vnū operis; alterū vero, operātis, in quē ab operāte dirigitur. v.g. eleemoſynā largiri, ex ipſo opere ad ſubleuandā pauperis miſeriā deſtinatur, & ab hoc obiecto ſuā primā ſpeciē ſortitur; ceterū hoc opus poteſt alio referri ab operante, vel ad caritatē, vel ad libidinē, qui finis erit præcipuus operantis; at non operis ipſius.

Ad ſecundū

Ad ſecundum argumētum dicimus, iam a nobis expoſitum eſſe, quo modo actus humani ex fine præcipuā ſortiantur ſpeciem, ſed non eſſentialem: hanc enim ex obiecto primo eos habere oſtēſū eſt.

Ad tertium

Tertio argumēto reſpondemus, D. Thom. numquā docuiſſe omnē actū humanū ex vi ſuę naturę certā ſpeciē moralē ab obiecto deſumere: certū namque eſt apud Diuū Thom. eſſe quædā opera ſuapte natura indifferentia; quāquam poſſimus fateri, opera etiā indifferētia, ex obiectis ſpeciē ſuam deſiderare: obiecta enim eorū indifferētia ſunt. Ceterum D. Thom. ideo in ſolutione nos docuit, omnem humanū actū, vt egreditur ab operante, ſecundū omnes eius circūſtantias, certā habere ſpeciē, non ſolū naturalē, verum etiā moralē, quia nullus datur actus indifferens in indiuiduo, & in operis exercitio, vt inferius videbimus.

Ad quartū

Ad quartū argumentū reſpondemus, volitionē illā eſſentialiter eſſe homicidiū, reliquas vero circumſtātias, accidētarias eſſe. Vel dicendū eſt, in eo caſu virtualiter multiplicē eſſe volitionē. vnā, qua vult laicos occidere; alterā vero, qua vult ſacerdotes interficere.

Ad quintū

Vltimo argumēto reſpōdemus, eā operationem habere ſpeciē moralē, reducique ad ſynderesim, vel ad iuſtitiā legalem, quæ omnē cōplectitur virtutē. Si cui tamē ſolutio hæc diſplicuerit, dicimus ſecūdo: quemadmodū volūtas illa occidēdi clericos, & laicos, virtualiter eſt duplex volūtas, ad duas ſpectans ſpecies; ita huiuſmodi volūtas, qua aliquis certo ſtatuit velle eſſe ſtudioſū, includit velle eſſe ſtudioſū circa caſtitatē, iuſtitiā, &c. quæ ad oēs illas reducitur.

Illud quoque certum eſt, non omnem actum bonum ad aliquam certam virtutem ſpectare: ut manifeſtum nobis eſt in hoc actu, quo volumus eſſe beati, ad quem, licet ſtudioſus ſit, nulla animi noſtri virtus ponitur neceſſaria.

Non omnis actus bonus ad aliquam certam ſpeciē ſpectat.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum ſit aliquis finis vltimus humanę vitę.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Impoſſibile eſt in finibus procedere in infinitū, ſed neceſſe eſt, vt ad aliquem vltimum finem deueniatur.

In omnibus enim quæ per ſe habent adinuicem ordinem, oportet ad primum aliquod deuenire, quo ſubtracto, alia mouere nō poſſunt: ſed ſi eſſet in finibus proceſſus in infinitum, ſubtraheretur primus finis: ergo omnes alii tollerentur, ſicque nulla eſſet actio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Ariſtot.

Conclusiones huius articuli deſumtæ ſunt ex Ariſt. 1. Ethico. capi. 7. & ex 2 Met. cap. 2. vbi copioſa ſatis argumētatione oſtēdit Ariſtot. in nullo genere cauſſarū poſſe eſſe progreſſū in infinitū: nos autē in hac diſputatione de cā finali accuratius & diligētius ſumus acturi. In cuius rei expoſitione, quærendū primo nobis eſt: Quinā ſint fines eſſētialiter ſubordinati. Secūdo, ſit ne neceſſe, vltimū finē humanæ vitæ cōſtituere. Tertio, an operationes omnes, tam bonæ, quā malę, ſint propter vltimum finem.

Prim. quęſt. Secunda. Tertia. Quarta.

Demum, vtrum in finium intētione, qui per accidens coniunguntur, & in mediorū aſſecutione, ſit abitio in infinitū. Si enī rationes D. Tho. recte expendantur, probare videtur, in appetitione etiā horū finiū, nullū eſſe progreſſū in infinitū.

Quinā ſint fines eſſētialiter ordinati.

Vt igitur ad primā quæſtio. deueniamus, notandū eſt ex Capre. capite 2. ſenten. d. 20. ad finē, longe aliud eſſe cauſſas p ſe ordinatas, ꝗ ſunt cauſſæ eſſētialiter ſubordinatæ. Nā cauſſæ p ſe Socratis ſūt pater, eius au⁹, proauus, omneſque maiores eius: neque enim potuit Socrates ab alijs maioribus, ꝗ ab his, a quibus genitus eſt, procreari: cauſſę tamen eſſentialiter ſubordinatę illæ ſūt, quarū vna nō poteſt operari abſq; eo ꝙ alia operetur, vt animal, cælū, intelligentia, Deus: Animal.n. nihil operari poteſt, niſi cælū, intelligentia, & Deus ipſe, cooperentur. In iſtis nō poteſt eſſe progreſſus in infinitū; in illis vero pōt, ut ſi mūdus ab æterno extitiſſet. Illi ergo fines ſūt eſſētialiter ordinati, quorū vnus mouet ad volitionē alteri⁹. verbi gratia Vult infirmus ſumere potionē aliquā, qa vult extenuare corp⁹ vt ſalutē cōſequatur; vult ſalutē cōſeq, qa in ea adipiſcēda maxima ſuæ felicitatis pars ſita ē. Ille igitur finis, q magis vltimus fuerit, magis mouebit; & q vltimus omniū extiterit, pcipue mouebit. is namq; eſt, q pro-

Capreol. Aliud eſt cauſſę per ſe ordinatę; aliud eſſētialiter ordinatę.

Ariſt. pter ſe amatur, & cetera propter ipſum. & hoc eſt, qđ docet Ariſto. 1. Eth. in initio, Bonum eſt, qđ omnia appetũt, id eſt, ultimũ illud bonũ oĩa appetũt: huncq; ſenſum eſſe probabilem, demonſtrat articulus Græcus, Τὸ ἀγαθὸν id eſt, illud ſingulare bonum, atq; eximium. Fines non p ſe ordinati, ſed per accidens ſunt illi, quorum vnus p ſe nõ mouet ad alterius appetitũ, vt cum homo appetit diuitias, honores, voluptates in qbus poteſt eſſe progreſſus in infinitum: nõ enim poteſt homo tot fines appetere, qn poſsit plures. *Ariſt.* Hinc illud ẽ Ariſ. Appetitũ diuitiarum, & bonorum temporalium, tẽdere in infinitũ.

Secunda Cõcluſio.

Secunda Concluſio. Impoſſibile eſt in aſſecutione mediorum progredi in infinitũ. Id.n. quod eſt principium in executione, ẽ primum eorũ, quæ ſunt ad finem, vnde aliqs opari incipit; qua re amoto hmõi principio, nullus inciperet aliquid operari. Cum igitur in finibus ali9 ſit ordo intentionis; & alius ordo executionis, in vtroque oportet eſſe aliquid primum: ſi enim non eſſet aliquis ultimus finis, qui eſt velut principium mouens appetitum, nec aliqua actio terminaretur, nec quieſceret agentis intentio, neque aliquis inciperet operari, neque conſilium terminaretur.

Tertia Concluſio. Quę per accidens coniunguntur, nil prohibet infinitatem habere, cum cauſſę per accidẽs indeterminatæ ſint.

Sed illud maxime obſeruãdũ eſt, ꝙ qñ homo incipit operari, cũ appetit fines dudũ cõmemoratos, aliqđ ſtatuẽdũ eſt, qđ primo moueat apptẽ ad opandũ; alioqui.n. nulla ſequeretur actio: atq; eadẽ de cauſſa datur primũ aliqđ principiũ, a quo incipit operari; alioqui nec terminaretur cõſiliũ, nec de medijs aliqua eſſet deliberatio. quo in ſẽſu in his ẽt finibus nullus eſt pgreſſus in infinitũ. Qđ ergo docet D. Tho. hoc eſt, Qñ fines non ſunt ordinati, põt homo infinitos fines appetere, id eſt, nõ tot, quin plures: poteſt rurſus appetere infinita media. ceterũ nõ docet, ꝙ qñ incipit operari, non ab aliquo primo incipiat, tũ in intẽtione, tum ẽt in executione. Ex his patet explicatio primæ, & quartæ quæſt.

Verum ſit aliquis finis vltimus humanæ vitæ. Sed pergamus ad ſecundã, demõſtremuſq; eſſe aliquẽ vltimũ finẽ humanæ uitę, quod eſſe uerũ, demõſtrat Ariſt. locis ſuperius adductis. *Ariſt.* *Primum argumentum.* Certe ſi nõ eſſet aliquis vltimus finis humanæ uitæ, non poſſemus recte, & ad amuſſim vitam nrãm inſtituere: inſtitutio nãq; noſtra ex fine, quo tendimus, potiſſime ſumẽda eſt. *Secundum.* Itẽ, ſi non eſſet vltimus finis humanæ vitæ, nullus eſſet conatus, nullus labor, fruſtra inaniterq; in lucem hanc producti eſſemus, nũquãq appetitus noſter quieſceret. *Tertium.* Præterea, quotquot ſunt philoſophi, ſolo lumine rõnis naturalis ducti, cenſent aliquem eſſe humanæ vitæ finem, quẽ oẽs, vitam beatam vocauerunt, delitijs, iucunditateq; repletam, omniſq; mali expertẽ. In quo tñ ſita ſit hmõi beatitudo, diſcordes inter ſe ſunt hoſum ſniæ, de qua; quot capita, tot ſenſus. Sacræ tamen litterę in ſolo Deo Optim. Max. beatitudinem noſtram collocatam eſſe nobis demõſtrant: de qua re inferius diligentior habẽdus eſt ſermo.

An oẽs operationes humanæ ſint ꝑpter finem. Proximũ tamen eſt, vt explicemus tertiam dubitationem: ad cuius rei expoſitionem notandũ eſt, Actiones omnes naturales in aliquem finem ultimũ tendere. Deus namque, & natura, nil faciunt fruſtra.

Sciẽdũ ſcdo eſt, omnes actiones humanas, & liberas, in aliquẽ vltimũ finẽ tendere, ẽt ſi ſermo nobis ſit de finib9 ab hoĩe intẽtis, ac ſtatutis, ſcđm falſam eius opinionẽ, & æſtimationẽ. Homo.n. quotieſcunque operatur, tendit in aliquẽ finẽ determinatũ, in cuius adeptione conquieſcit.

Præterea, omnes animalis operationes in vltimum finem feruntur: tum primo, quia oẽ agens in omni opere ſuo felicitatem ſuam quærit: tũ ſecundo, quia in omni appetitu animalis debet eſſe primũ appetibile, quod primo moueat appetitũ: primũ aũt appetibile, eſt vltimus finis.

De fine dupliciter loq poſſumus. Pro huius tamen rei explicatione ſciẽdum eſt, de fine vltimo dupliciter nos loqui poſſe. primo modo, ſecũdum rationem cõmunem, quo modo dicimus, uitam beatã, finem vltimum eſſe, quã appetimus propter ſe, & reliqua, propter ipſam, ipſaq; ulterius non fertur. eſt itaque ultimus finis noſter. Poſſumus ſecũdo modo loqui de fine, in particulari: quo modo dicimus, Deũ eſſe finem noſtrum. & hoc dupliciter, vel ſecundum ſe; uel quo ad nos. Secundũ ſe quidẽ, ſolus Deus, & eius poſſeſſio eſt ultimus finis noſter; quo ad nos vero, & ſecundum noſtrã opinionem, vni erit poteſtas, alteri voluptas, alteri honor, &c. Quãdo ergo definit D. Thomas ad vltimum finem humanæ vitę eſſe tandem deueniendum, loquitur de fine abſolute, nil curando, ſit verus, necne: ſed tantum oſtendit, eſſe aliquẽ finem humanæ vitæ, quem quiſque ſibi pſtituit. verbigratia: ſit alicuius hominis finis vltim. voluptas, omnes alij fines ſunt huic ſubordinati: & hic eſt, q primo mouet.

Tertia Concl. Ceterum poni poſſunt alij fines infiniti, qui inter ſe accidẽtaria quadam ratione ſe habeant: volo pecunias, vt cantores cõducam, qui cantent: & volo vt cãtent, pp voluptatem: oẽs fines numerati, pręter vltimum, accidentario ſe habent; poſſunt.n. alio ordinari; pecuniã enim alio ordinari poſſe certum eſt: cãtus ẽt alio referri poteſt, ad adulterium, vel ad furtum, & ſic in infinitum.

Qũo bonũ ſui ſit diffuſiuum: D. Thom. D. Dionyſ. Dubium aliud eſt, Quę ſit legitima explicatio illius ſẽtentiæ, quam docet D. Thom. ad primum, & D. Dionyſ. 4. c. de nominibus diuinis: Bonum eſt diffuſiuum ſui ipſius: ex ea enim, vt acute argumentatur D. Tho. videtur eſſe conſequẽs, vt ſit progreſſus in infinitum in bonorum diffuſione. Rurſus videtur ſequi, Deũ neceſſario creaſſe creaturas. Pręterea, vltimum bonum, poſt quod nullum aliud reperitur, eſt bonum: at non ſe diffundit alijs. iſta ergo ſẽtentia uera non eſt. *Reſponſio:* Huic dubio reſpondeamus, ſentẽtiam hanc varijs modis poſſe intelligi. Primo, ꝙ bonum trahit, & rapit voluntatem in ſui appetitionem: itaque diffundit ſe, nõ efficienter, ſed finaliter: hæc explicatio eſt D. Tho. *D. Thom.* 1. p. q. 5. art. 4. ad primum, & de veritate, q. 21. articulo primo, ad quartum. Secunda interpretatio eſt, ꝙ bonum eſt ſui ipſius diffuſiuum, ſecundum naturam ſuam & cõditionem: ſi liberum eſt, libere ſe diffundit per intellectum, & voluntatem; ſi naturale, naturaliter; ſi infinitum, infinite; ſi finitum, finite. Ex quo ſequitur, in operationibus ad intra, Deum infinite ſe communicare; in opationibus vero ad extra, finite: quia creatura non eſt capax infinitæ perfectionis. Ex quo rurſus ſequitur, ꝙ ſi Deus oparetur ex neceſſitate naturæ, non ſe communicaret creaturis infinite, pp rationem adductã. Sequitur deinde, ꝙ cũ Deus operetur per intellectum, & ſapientiam, non eſt alia cauſſa, quare nõ ſit progreſſus in infinitum in diffuſione bonorum, præter hanc, quia agens per intellectum, & voluntatem, oĩa in numero, pondere, & menſura conſtituit.

Tertia interpretatio eſt, ꝙ bonum de ſe, eſt ſui ipſius diffuſiuum; non autem ꝙ actu ſe diffundat. hanc interpretationem ſequuntur diſcipuli Diui Thomæ, tertia parte, quæſt. prima, articulo primo. *D. Thom.* Hinc ſequitur, ꝙ ab vltimo bono, quod Deus decreuit producere, non eſt ablata natura boni: non.n. eſt natura boni, ꝙ actu ſe diffundat, ſed ꝙ ſit ſui ipſius diffuſiuum. Aliqua etiam ratione poteſt concedi, vltimum bonum etiam alijs communicari. quod vt intelligatur, ſciendum eſt, *Dupliciter res dicũtur bonæ.* Duobus modis res aliquas bonas vocari: vno modo, quia habent in ſe bonitatem, & pulchritudinẽ: alio modo, cõparatæ alijs rebus, ſicuti vox & in ſe ſonora eſt, & alijs conſonat. eodem modo res oẽs & ſunt in ſe bonæ, alijſq; conſonant: ex quo ordine, pulchritudo vniuerſi maxima conſurgit. Dico ergo, vltimũ bonum hoc modo ſe communicare alijs, conſummat.n. & abſoluit omnia opera, vltimam manum eis imponens.

Dubium vltimum. Dubitatur vltimo, quid eſt, quod docet D. Thom. quod in his, quæ habent ordinem per ſe, non proceditur in infinitum? *Verũ in habentibus ordinẽ per ſe pcedi poſsit in infinitum. Primum argumentum.* In diuiſione enim continui, cuius partes habẽt inter ſe ordinem & connexionem, proceditur in infinitũ. Deĩde, in diuiſione numerorũ eſt progreſſus in infinitũ:

numeri

numeri autē habent inter ſe ordinē, & connexionem: ternarius enim de ſe eſt prior quaternario, & quaternarius de ſe præſupponit ternariū. Secundum. Denique, in demonſtrationibus mathematicis eſt progreſſus in infinitū: ſecūda .n. figura demōſtratur per primam; & tertia per ſecundam, & ſic in infinitum.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum vnius hominis poſſint eſſe plures vltimi fines. Concluſio eſt negans.

SVMMA TEXT.

CVm enim vnumquodque ſuā appetat perfectionē, illud appetit, vt vltimum finē, quod appetit, vt bonum perfectum, & completiuum ſui ipſius, ita quod nil extra ipſum appetendum relinquatur: quod nō poteſt eſſe, ſi aliquod extraneū ad ipſius perfectionē requiratur: immo oportet id, in quod tendit voluntas, ſub ratione vltimi finis eſſe vnū. Et ſicut in proceſſu rationis primū principiū eſt id, quod naturaliter cognoſcitur, ita vnum eſt, quod deſideratur a volūtate. Verū enim eſt illud axioma, Sic ſe habere finē in rebus agēdis, atque ſe habet primū principiū in ſcientijs.

Conc. At demonſtrationes habent inter ſe ordinem & cōnexionē. Ad hanc dubitationem reſpondet Caiet. Caiet. Solutio. Figuras, & numeros non eſſe actu infinitos; quòd vero in potētia procedat in infinitū, nō oſtēdit, ꝙ ſimilis pceſſus in finibus ſit infinitus: nā fines ſunt actu cāæ.

Secūdo dicendū eſt, ꝙ numeri, & figuræ poſſunt inter ſe bifariam comparari. primo, ꝙ poſteriores referātur ad priores, quo modo non eſt proceſſus in infinitum: nam vniuerſi numeri terminantur ad vnitatē, & omnes figuræ ad triangulū, ſi prima eſt. alio modo poſſunt referri priores ad poſteriores, & hoc pacto priores nō dependet a poſterioribus: accidit enim ternario, quod addatur vnitas alia, & fiat quaternarius. in his vero, quæ ſunt per accidens, nō eſt impoſſibile, quod eatur in infinitum.

Obiectio. Dicet tamen aliquis: Eodē modo poterit quis ſtatuere, quod ſit aliquis finis vltimus humanæ vitæ, ex quo infiniti fines deriuātur, in quibus erit ordo p accidēs: accidit enim ſecūdo, quod ei adiungatur tertius; et tertio, quod ei quartus apponatur. Et idē erit iudiciū de cauſis efficiētibus, in quibus ex prima, vniuerſæ deriuātur: at inter alias erit ordo accidentarius, in quibus idcirco poterit eſſe progreſſus in infinitū. verbi gratia, Aquā calefacit ignis, cęlū, intelligentia, Deus: quod enim Deus, intelligentia, cęlum operetur, ordo naturæ id expoſcit: quod vero ignis adiungatur cęlo aut Deo, qui eſt prima cauſſa, accidentarium eſt. Videtur ſane argumentum aliquid vero ſimile ſuadere: nitar tamen illud diſſoluere.

Dicendū eſt enim, ꝙ in finibus, qui per ſe originē trahunt ab vltimo fine, nullū locū habet huiuſmodi ratio, quia fines, qui ab vltimo fine deriuātur, propter vltimū finē amantur, ideoq; ſunt media neceſſaria ad finis conſecutionē: quare ſi in his medijs, vel finibus eſſet progreſſus in infinitū, numquā eſſet finis acquiſitio. Fateor tamē in alijs finibus, quia nō ordinantur p ſe ad vltimū finem, poſſe dari progreſſum in infinitum: qđ libēter fatetur D. Thom. Vel dicendū eſt, in numeris quaternariū ſic accidere ternario, ꝙ quaternarius neceſſarius nō ſit, vt ternarius exſiſtat: at vero in finibus, quoniā ex primo deriuātur, Solutio. nō accidit ꝙ tertius addatur ſecūdo; nam ſecundus ſine tertio conſiſtere nō valet, v.g. ſit vltimus finis Deus, & eius poſſeſſio: medium neceſſariū ſit amare: ad hoc vero ſit neceſſarium credere & ſperare: certe ſine fide, & ſpe, impoſſibile erit amare (loquor de huius vitæ præſentis ſtatu) ſaltem impoſſibile eſt, finem aſſequi ſine horum mediorum acquiſitione. Ex his, quæ hactenus dicta ſunt, manifeſtum eſt, conceſſo fine vltimo fieri non poſſe, vt ſit pgreſſus in infinitū in medijs, & finibus ſubordinatis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

ARgumēta, quibus D.Tho. concluſionē confirmat, adeo certa, & euidētia ſūt, vt nō ſit opus, alia fortiora, aut maiora, ad ea corroboranda in mediū adducere. Quibuſdam tamē nō placet hæc D. Thom. cōcluſio, argumētanturq; aduerſus eā his argumētis.

Argumenta contra concluſionem. D.Thom. Primum argumentum. Primo, ſi vnius hominis non poſſunt eſſe plures fines vltimi, vel ex eo maxime eſſet, quia vltimus finis implet totū hominis deſideriū, ita, vt nil aliud deſiderandū relinquatur. Iſta tamen ratio nulla eſt: Peripatetici enim, quorū parens princepſque eſt Ariſtoteles, conſtituunt vitam beatam, & finē vltimum in operatione virtutis, & ſapientiæ, at nō ſunt ea contenti, ſtatuunt enim partem humanæ felicitatis, bona, tum naturæ, tū fortunæ, quo potiſſime ab Stoicis ſeparatur, vt auctor eſt Cicero 3. lib. de finibus, & idē Ariſt. locupletiſſimus teſtis eſt .1. Ethyc. & 10. lib. docet felicē indigere amicis. Ariſtot. Cicero. Ariſtot. Confir. Confirmatur alia de cā, rationem hāc nullā eſſe. Nam, ſecundum Theologos, qui beatus eſt, poteſt adhuc & beatior fieri: vnus enim eſt altero beatior. ergo beatitudo nō eſt ſummū & perfectiſſimū bonū, extra qđ nulla alia perfectio poſſit deſiderari.

Secundum. Deinde, in ſantiſſima Trinitate ſunt tres perſonæ, quarum quælibet eſt ſummū bonū, & vltimus finis: ergo ſūt tres vltimi fines. Tertium. Rurſus, ſi quis hoc modo apud ſe ſtatuat, ſi ego eſſem Epiſcopus, vel Doctor nihil ultra deſiderarē, certe hic conſtituit duos vltimos fines ex æquo, ergo &c. Vltimum. Vltimo (& eſt difficile argumentū) Quilibet homo peccator in quolibet mortali peccato cōſtituit vltimū finē in bono incōmutabili, ad qđ tendit, auertēdo ſe a bono incōmutabili, itaque libidinoſus, in voluptatibus ſuū vltimū finē conſtituit, ambitioſus, in honoribus, auarus in pecunijs: cōtingit tamē vnū, eundemq; hominē affectum eſſe ad diuerſa peccata mortalia. Vnus ergo homo poteſt habere plures vltimos fines.

Solutio argumētorū. Ad primū. Ad primū argumentū reſpōdetur. Peripateticos, declarātes ſuā ſententiā de hominis felicitate, aperte oſtēdere, nullā in hac vita integram felicitatē reperiri poſſe. Dicendū igitur eſt, omnia illa requiri propter virtutis operationē, quæ ſine horū bonorum ſubſidio nō poteſt optime exerceri: de qua re infra q.4. diligētius agetur. Ad confir. Ad confirmationē reſpōdetur, illā perfectionē, quæ addi poteſt, nō eſſe extraneā: imo in hoc ſita eſt, ꝙ idem bonū, & idē finis perfectius poſſideatur. Sed & illud certū eſt, ꝙ beatitudo explet omne deſideriū cuiuſcunque beati, vel minimi etiā: de quo in ſequentibus abūdans futurus eſt ſermo. Ad ſecūdū. Secūdo argumento reſpondetur, ꝙ quemadmodū tres perſonæ ſūt vnus Deus, eodē modo ſūt vnū ſummū bonū, & vnus vltimus finis. Poteſt tamē cōcedi, tres perſonas eſſe tria bona, ſi bonū ſumatur adiectiue: nā tūc ſenſus eſt, ſunt tres habētes bonitatem.

Ad tertium. Ad tertiū reſpondetur, in eo caſu vnū tantum futurum eſſe finē indifferentem vtrumq;. Vel dicēdum eſt, ꝙ nunquam incipiet operari, niſi ad alterū illorū ſe determinauerit, niſi media ad vtrumq; finem fuerint cōmunia. Vel dicendū eſt tertio, ꝙ qui conſtituit ſuum finem, vel deſiderium in altero duorum bonorū, nō conſtituit ſibi duos fines vltimos: in adeptiōe enim alterius boni cōquieſcit. Reſpondetur tandem, ꝙ hic homo ſeipſum conſtituit vltimū finem: nam omnia iſta in ſuum refert commodum.

Ad vltim. Vltimo argumento reſpondetur, eum qui mortaliter peccat, non conſtituere vltimum finem in quouis peccato mortali, ſed in omnibus peccatis mortalibus ſeipſum conſtituit vltimum finem. D.Auguſt. Quo circa Diuus Auguſtinus 14. de ciuitate Dei cap. 28. ait quod amor ſui, vſque ad contemtum Dei, ædificat ciuitatem Babylonicam; amor vero Dei, vſque ad contemtum ſui, ædificat ciuitatem cæleſtem. Vnde, quando doctores Catholici affirmant, eum, qui mortaliter delinquit, cōſtituere vltimum finē in peccato mortali, explicatio vera eſt, ꝙ deſerit vltimum finem verum, qui Deus eſt, propter delectationem peccati, ex amore ſui, in quo cōſtituit finē vltimū. Alij vero dicūt, ꝙ vnus homo pōt habere plures vltimos fines ſucceſſiue. quo pacto arbitrātur ſe diſſoluere argumentū adductum: in hoc omnino non illud diſſoluunt; cōtingit

Graue dubiũ Vtrum qui peccat mortaliter, cõſtituat finem vltimum in creatura.

enim, quod vnus homo ſimul ſit affectus ad diuerſa peccata mortalia. Hinc vero oritur magna & difficilis quæſt. Verũ q peccat mortaliter, conſtituat vltimum finẽ in creatura, & eã plus Deo diligat: nã certe ſi conſtituit vltimum finem in creatura, plus diligit eam, quam Deum, & quam vniuerſa. In huius controuerſiæ expoſitionem, inſignẽ poſuit operã Hadrianus Quodlibet ſeptimo, artic. tertio, & perſuaſit ſibi partẽ negatiuam, his argumentis. In primis, qui peccant ex ignorãtia, arbitrantes ſe obſequiũ præſtare Deo, non cõſtituunt vltimũ finem in creatura, quippe qui omnia iſta opa in Deum referunt. Præterea, poteſt quis offendere Deum in gratiã ſui amici, quem diligit minus, quam ſeipſum, pro quo non perderet digitũ: ergo poteſt quis Deum offendere in gratiam amici, quẽ minus Deo diligat. Conſequentia ex eo probatur. Sicut enim non oportet peccantem magis amare finem, propter quẽ ſolum peccat, ita nõ eſt neceſſe, quod magis amet amicũ, propter quem ſolum peccat, quam ipſum Deũ.

Tertium.

Præterea, poterit quiſpiã offendere Deum in gratiam amici, pro quo certe non moreretur; at poteſt ſic erga Deum eſſe affectus, quod potius eligeret mori, & annihilari, quam fidẽ eius negare: magis ergo diligit Deũ, quam creaturam, & ipſum pro vltimo fine habet.

Quartum.

Tandẽ poteſt filius incurrere offenſionem, & indignationem patris ſui pro liberãdo nocẽte, quem pater damnaret ad mortem: at certũ eſt, quod filius plus diligit patrem, quam hominem ſceleratũ cuius iudiciũ eſt, quod mallet ſceleratum perire, quam patrem. Simili ergo modo poteſt quis indignationẽ Dei patris incurrere pro creatura, quã diligit minus, quam Deũ.

Alia argumenta ad idem.

Hæc, & alia huius generis argumenta opponit Hadrianus; ea tamen, quæ ſequuntur, animaduerſione digna eſſe videtur:

Primum.

Primum, conſtituamus hominem amãtem mulierem fornicariam, non tamen nimio affectu pro qua non daret decẽ aureos. Rurſus, ſtatuamus eundem hominem paratum ex pietate naturali ad dãdum centum aureos in eleemoſynam propter Deũ. Ex his principijs deduco hoc argumentum. Hic plus diligit cẽtum aureos, quam fornicariam mulierem; & plus diligit Deum, quam centũ aureos: ergo plus diligit Deũ, quam creaturã, propter quam Deũ offẽdit.

Secundum.

Deinde, ſi Deus mihi præciperet decem præcepta, & creatura præciperet alia decem his cõtraria; ſi ego iuſſu Dei facerẽ nouẽ, & iuſſu creaturæ eſſẽ vnũ, certe nõ diligo plus creaturã, nec pluris eã æſtimarẽ: at peccarẽ mortaliter: ergo q peccat mortaliter, nõ plus diligit creaturã, q̃ Deũ.

Tertium. D. Thom.

Præterea, in oĩ opere noſtro, ẽt qñ peccamus, operamur pp vltimũ finẽ, & Deũ verũ: qđ oſtẽdit D. Tho. eſſe verũ, artic. 6. & 7. huius quæſt. ergo q peccat mortaliter, nõ conſtituit aliũ vltimũ finẽ.

Quartum.

Præterea, qui peccat mortaliter, vel conſtituit in creatura vltimũ finẽ verũ, vel ſm̃ æſtimationẽ ſuã & opinionẽ, non primũ, vt de ſe notum eſt; nec vero ſm̃: nam peccator non vult, qđ oĩa referãtur in creaturã, pp quã offẽdit Deũ; nec vero eligit in eo ſtatu ſẽper pmanere; imo ſtatuit ab eo ſtatu ſe cõtinuo diſceſſurum.

Vltimum.

Vltimũ argũ magnas habere vĩ vires: ducit.n. ad incõueniens. Si.n. peccator conſtituit vltimũ finẽ in creaturã, cõſequens eſt, q qui amat furtũ, & amicũ plus, q̃ furtũ, peccat duplex pctm̃: tũ amando furtum; tũ amando amicũ plus, q̃ furtum. Quod peccet amando furtum, certum eſt. quod vero peccet amando amicum, euidenti argumẽto conuinco. Nam hic amat furtum plus, quam Deũ, & amicum amat plus, quam furtum: ergo amat amicum plus, quam Deum. ergo peccat. Secundum inconueniens ſequitur ex prædicta ſententia, quod qui peccat venialiter, cõſtituit vltimum finem in creatura: quod aſſerere, alienũ eſt ab omni Theologia. Nã omnis operatio humana neceſſe eſt habeat aliquem vltimũ finẽ; ſed peccatum veniale nõ eſt propter vltimum finem, qui Deus eſt: ergo habet aliũ vltimum finem. Deinde, omne noſtrum peccatũ in amore inordinato creaturæ cõſiſtit: q ergo peccat venialiter, vel vtitur creatura, vel fruitur; ſi vtitur, non peccat, ſecũdum

D. Aug.

D. Aug. 1. lib. de doctrina Chriſtiana; ſi fruitur, ergo cõſtituit vltimum finem in creatura: fruitio enim eſt vltimi finis. Vltimo, qui peccat venialiter, conuertitur inordinate ad bonum commutabile: ergo auertitur a bono incommutabili: acceſſus enim ad vnum terminum, eſt ab altero receſſus: ergo. Tertiũ inconueniẽs, quod ſequitur ex pdicta ſententia, eſt, quod qui peccant ex ignorãtia, arbitrãtes ſe Deo obſequium præſtare, plus diligunt creaturam, quam Deum.

Reſolutio q̃ſtionis. Matth. 10.

In contrarium eſt omniũ Sanctorum ſententia, quæ fere eſt ſententia irrefragabilis fidei Chriſtianæ, quã confirmo. primo ex illo Matth. 10. Qui amat patrẽ, aut matrem plus, quam me, nõ eſt me dignus, id eſt, (explicãtibus patribus, Ambroſio, Hieronymo, Auguſtino) q ex amore parentum tranſgreditur legem meam, nõ eſt me dignus: nam patrem, & matrem plus amat, quam me.

Ambroſ. Hieron. Auguſt. Ioan. 12.

Idem confirmo ex illo Ioann. 12. Multi (inquit) ex principibus non audebant Chriſtum confiteri, ne extra ſynagogam fierẽt: ex quo colligit Chriſtus Dñs, eos plus diligere gloriã hominum, quam Dei. Itaque, auctore Chriſto Domino, huiuſmodi argumentatio neceſſaria eſt: hic peccat mortaliter, ergo plus diligit gloriam hominum, quam Dei.

Ephe. 5.

Deinde ad Ephe. c. 5. auaritia appellatur idolorũ ſeruitus. certe auarus habet pro Deo ſuo pecuniã, cui adipiſcendæ omne ſtudiũ ſuum impendit.

Phil. 3.

Simili locutionis phraſi vtitur ad Philippen. 3. de hominibus delitijs deditis, quod eorum Deus venter ſit. id namque cuique Deus eſt, quod p̃ ceteris diligit, & cui præ ceteris ſtudia ſua impendit.

1. Ioan. 5.

Præterea primæ Ioãnis quinto dicitur. Hæc eſt caritas Dei, vt mãdata eius cuſtodiamus: ergo q non cuſtodit mãdata Dei, non habet Dei caritatem, nec diligit Deum ſup omnia.

Hierem. 2.

Huic ſuffragatur illud, quod habetur Hierem. ſecũdo. Me dereliquerunt fontẽ aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ aquam continere non valent.

Auguſt.

Hanc eãdem ſentẽtiam affirmant omnes ſancti Patres. Nominatim Auguſt. primo de doctrina Chriſtiana oſtẽdit ſatis abũde, omne malum noſtrum in hoc conſiſtere, quod fruamur creaturis, & vtamur Deo: frui vero eſt amare aliquid tãquã vltimũ finem, & in eius adeptione cõquieſcere. Idem accuratius oſtendit 10. de Trinitate ca. 10. & lib. 83. q. 30. & 14. de Ciuitate. cap. vigeſimo octauo, & lib. vigeſimo primo, cap. vigeſimo ſexto.

Chryſoſt. Athanaſ.

idem docet Chryſoſtom. homil. decimatertia in Epiſtola ad Philippen. Athanaſi. explicans illud, Quorũ Deus venter eſt. idẽ ſentit: & in opuſculo cõtra Gentiles in principio.

D. Thom. Argumenta in eandẽ ſententiam.

D. Thomas in epiſtola ad Philippen. c. 3. lectione 3. & ad Rom. primo, lectione ſeptima. & hic in argumento, ſed contra. & articul. 7. ad primum, & infra quæſt. 88. & 89. & de malo, quæſt. 7. articulo 1. Sed oſtendamus eandem rem argumentis euidẽtibus.

Primum.

In primis omne peccatum mortale excludit caritatẽ, & amicitiam Dei: ergo excludit dilectionem Dei ſuper omnia.

Secundum.

Deinde, qui peccat mortaliter, conuertitur ad bonũ cõmutabile, & auertitur a bono incõmutabili: ergo deſerit Deũ propter bonũ commutabile: pluris ergo æſtimat bonum cõmutabile.

Tertium.

Præterea, illud plus diligimus, quod præ ceteris eligimus: ſed peccato, derelicto Deo, eiuſque amicitia, eligit creaturã: ergo plus facit creaturã.

Quartum.

Iſta vero eſt demonſtratio D. Thomæ. Nam omnis operatio hominis debet habere vltimum finẽ; ſed qui peccat mortaliter, auertitur ab vltimo fine vero, qui eſt Deus: ergo aliũ vltimum ſibi cõſtituit finẽ. Deniq; illud eſt vltimus finis, quod præ ceteris amamus, & ad cuius adeptionem omnia noſtra ſtudia impendimus; ſed luxurioſus, aut auarus, præ ceteris eligit pecuniam, vel voluptatem, & vt faciat ſatis ijs finibus, omnia ſua ſtudia impendit: ergo. A ijs argumẽtis hæc ſententia confirmari poterat: ſed hæc ſufficiant.

Pro ſolutione argumẽtorũ Adriani notabilia. Not. 1. Quo intelligatur, peccatorem cõſtituere vltimũ finẽ in creatura.

At argumentis Hadriani vt ſatis fiat, ſciendum eſt, dupliciter poſſe intelligi, peccatorem in creatura vltimũ finẽ ſuum conſtituere. vno modo, quod hoc iudicium intellectus pcedat, in creatura mea felicitas eſt conſtituta: & hoc iudicium ſpeculatiuũ nõ habent omnes, qui peccant mortaliter; alioqui omnes eſſent infideles, & hæretici. Alio modo contingit hoc practice, cum peccator, Deo ſpreto & eius amicitia, amplectitur creaturam: & in hoc ſenſu, omnis, qui peccat mortaliter, conſtituit vltimum finẽ in creatura, & eam plus diligit, quam Deum: vel formaliter, vt in eo, qui peccat ex certa ſententia: vel interpretatiue, vt in eo, qui peccat ex ignorantia.

Not. 2. Duplex peccati finis. D. Auguſt.

Secũdo obſeruãdũ eſt, q q offẽdit Deũ pp creaturã, vel diligit illã creaturam plus, q̃ Deũ; vel certe ſeipſũ amat plus, q̃ Deum: qđ ſignificat D. Aug. in illa ſnĩa, Amor ſui vſque ad contemptum Dei, ædificat ciuitatem Babylonis.

Nota.

Quod vt apertius nobis innoteſcat, maxime obſeruãdũ eſt, quod quemadmodum in quolibet virtutis genere duplicem cõſtituimus finem; proximum vnũ, eidemque

virtuti

Virtutis duplex finis.

virtuti propriũ, & peculiarẽ, qualẽ miſericordiæ ſtatuimus, alienæ vẽ mederi miſeriæ, famelicũ alere, nudũ opire: cõem alterũ, Deũ. ſ. ad quẽ, tamq̃ in finẽ, virtus oĩs refertur. Eadẽ pꝛfus rõne duplicẽ finẽ in peccatis oĩbus ſtatuẽdũ eſſe cenſemus; ꝓpriũ vnũ, illum nimirũ, qui eſt actus illius obiectum, quemadmodũ auari pecuniam, libidinoſi delectationem, finem cõſtituimus: communẽ alterum, in quem, tamquã in finem, peccata omnia referuntur, qui eſt amor ſui ipſius. Qui fines ita inter ſe sũt effecti, vt primus ſi ſecundo conferatur, ſit illius mediũ; ſecundus vero prioris ſit finis, cuius gratia priorem illum amplectimur. Quibus ſtatutis, reſpondemus, licet verum ſit, primũ finem nõ magis a nobis amari, quam Deum (vt adducta argumenta probare nituntur) ſecundũ tamen finem, qui amor eſt ſui ipſius, plus a peccatore amari, quam Deum.

Not. tert. Dilectio maior, intenſiue, & appretiatiue.

Notandum item eſt tertio, quod maior dilectio eſt duplex, intenſiua, & appretiatiua. Intenſiua eſt, quãdo vehemẽtius, & ſuauius erga rem aliquã afficimur. Appretiatiua eſt, quãdo rem aliquã ceteris præferimus.

Not. quart.

Illud etiam eſt obſeruandũ, poſſe inueniri vt diligamus rem aliquam plus intẽſiue, & minus appretiatiue, & ecõtra; vt mulier intẽſius, & ſuauius afficitur erga catelum, quam erga margaritã: at ſi deberet perdere alterum illorũ, eligeret potius perdere catulũ quam margaritam.

Not. quint.

Item obſeruandũ eſt, poſſe cõtingere, vt eandẽ rem plus diligamus ſecundum vnam rationẽ, & minus, ſecũdum aliam. Nam amicum in ratione amicitiæ plus diligimus, quam ſeruũ: at in ratione vtilis, & cũmodi, plus ſeruũ diligimus. Qua de cauſa peccator plus diligit Deum, quatenus eſt bonũ quoddam vniuerſale, ſine quo, vel ad momentum, res omnis nequit ſubſiſtere; ceterum in ratione amicitiæ, plus diligit creaturam; deſerit enim Deum; & eius amicitiam, propter amorem creaturæ.

D. Thom.

Et ideo D. Th. 1. p. q. 60. ar. vltimo ad vltimum plane dicit; quod dæmones diligunt Deũ plus, quam ſe, quatenus eſt bonum quoddam vniuerſale; ceterum quatenus eſt bonũ particulare, odio habere illum.

No. vltim.

Vltimo notandũ eſt, ꝙ qui labitur in mortale peccatũ, labitur ruina irreparabili, quantũ in ſe eſt; ſic adeò, quod ſi Deus ſua gratia non ſubleuaret, actũ eſſet de eius ſalute & remedio. Iſta documẽta

Ad Adriani argumenta

diſſoluunt facile Hadriani argumenta.

Ad primum

Dicẽdũ namque eſt ad primũ; quod qui peccat ex ignorantia culpabili, virtualiter, & interpretatiue præponit Deo creaturã, & eam plus facit, quandoquidẽ propter amorem creaturæ & deſerit Deũ, & eius amicitiã.

Ad ſecundũ.

Rñdetur ad ſcdm negãdo cõſequẽtiã; nam in quouis pctõ mortali includitur intrinſece, ꝙ deſeratur Deus pp creaturã, vnde cõſequens eſt, ꝙ plus diligatur creatura, at nõ includitur in peccato, qđ in grãm amici cõmitto, vt diligã amicũ plus, q̃ me. Vel dicatur, ſi hoc non placet, ꝙ cũ offendo Deũ pp amicũ, quem diligo minus, q̃ me ipſum, in eo peccato (vt iam expoſitũ eſt) me ipſum diligo plus, quam Deum, & plus, q̃ amicũ; quãdoquidem, vt ſatisfaciam meæ voluntati, Deũ & eius amicitiam perdo; & ſic in creatura conſtituo vltimũ finẽ, nimirum in amore proprio inordinato.

Ad tertium.

Ad tertium reſpondetur, recte cõcludere, quod in eo caſu Deus diligitur magis intenſe, quam creatura, nõ autẽ probat, quod magis appretiatiue diligatur. deſeritur. n. Deus, & eius poſſeſſio, propter creaturã.

Obiectio.

Dicet aliquis, illud amatur magis appretiatiue, quod præ ceteris diligitur, vt ex ſuperioribus manifeſtũ eſt: at hic peccator nõ moreretur pro amico, quod tamen pro Chriſto ſubire nõ dubitaret. plus ergo appretiatiue amat Chriſtum.

Idẽ cõfirmatur: videmus enim multos peccatores grauiſſimis ſceleribus irretitos qui fidei zelo accẽſi, libẽtiſſime appetunt mortem pro fide ſua.

Solutio.

Huic obiectioni dicẽdũ eſt, quod ſi huiuſmodi dilectio eſt maior appretiatiue, erit certe maior ſecũdum alias rationes, at in ratione amicitiæ maior non eſt: vt enim ſæpe dictũ eſt, qui peccat mortaliter, deſerit Deum, eiuſq; amicitiam propter amorẽ creaturæ. Vel dicendũ eſt, dilectionem illam nullius pretij eſſe coram Deo: opera enim noſtra, extra caritatem facta, nullius valoris ſunt corã Deo,

1. Cor. 13.

vt teſtatur Paul. 1. Corin. c. 13.

Ad quartũ.

Ad quartum eiſdem ſolutionibus reſpondetur. Eſt præterea aliud diſcrimen. Filius enim de ſe habet, vnde poſſit amicitiam patris perditã reuocare: ceterum peccator non habet ex ſe, vnde poſſit in gratiam Dei redire.

Ad argumẽ.

Ad argumẽta, quæ adduximus in fauorem Hadriani, reſpondẽdum eſt; & ad primũ reſpondemus negando cõſequentiam.

ta adducta in fauorem Adriani. Ad primum Reſpon. 1.

Ex peruerſione enim & corruptione liberi arbitrij prouenit, vt vnam rem diligamus minus, quam alteram pretioſam, & plus quam aliã viliorem. Fornicarius itaque ille diligit plus Deũ, quam diuitias, diligitque minus Deum muliere fornicaria, quã diuitijs cenſet viliorem: quod quidẽ ex peruerſione, & corruptione appetitus prouenit.

Secund. ſol.

Reſpõdetur ſecũdo, hunc fornicarium nil operari propter Dei dilectionem, quem nihili facit, eumq; pro re viliſſima cõmutat. Itaq; ſi largitur eleemoſynam, non eſt propter dilectionẽ Dei efficacẽ, ſed vel ex amore ſui, vel ex amore Dei imperfecto, & velleitate quadã inefficaci. Vnde ad argumentum, negamus hunc peccatorẽ plus Deũ diligere, quam diuitias: ſi enim non diligit Deum, non diligit Deum plus, quam diuitias.

Tert. ſolutió

Reſpondetur tertio, quod in hoc caſu diligitur plus Deus, ſecundum alias cõſiderationes: ceterum in ratione amicitiæ plus diligitur creatura, propter quã Deus deſeritur. Ad ſecundum principale argumentũ reſpondetur, quod dilectio ſuper omnia includit in ſe obſeruantiã omnium mandatorũ Dei; vt plane aſſerit Ioan. loco adducto:

Ioannes.

quapropter qui in vno offendit, factus eſt omniũ reus, & non diligit Deum ſuper omnia.

Ad tertium.

Reſpondetur ad tertiũ, quod in peccato eſt bonũ delectabile, quod ordinatur in vltimum finem. Rurſus eſt malum morale, quod nõ ordinatur in vltimum finem; quin potius auertit ab vltimo fine. Itaq; peccator operatur pp vltimũ finẽ in generali, & pp beatitudinẽ in cõi, vt ſuũ expleat deſiderium: verũ nõ operatur pp Deũ. Dicendũ eſt ſecũdo, quod peccator operatur pp Deũ, vt eſt bonũ cõe: at vt eſt particulare bonũ, odio habet illũ, ſic docet D. Tho. art. 6. huius quæſt. & 1. p. loco ſuperius adducto.

D. Thom. Ad quartũ.

Ad quartũ reſpõdetur, iã a nobis expoſitum eſſe, quomodo practice peccator cõſtituat vltimũ finem in creatura; non autem ſpeculatiue.

Ad vltim.

Ad vltimum, quod aliquam in ſe continet difficultatẽ, annitar aliquid vero ſimile dicere. Ad primũ inconueniẽs dicendũ eſt, quod ſi hic diligit plus amicũ appretiatiue, in hoc ſenſu quod eſt paratus dimittere furtũ propter amicum, & eſt paratus non dimittere propter Deũ, certe peccat, tum diligendo amicum, tum etiam diligendo furtũ: ſi vero plus amat amicum intenſiue, nõ eſt cõſequens, quod peccat amicũ diligendo: nam diligere intenſius creaturã, quam Deũ, nullum eſt peccatũ. Secundo ad argumẽtum, neganda eſt conſequẽtia: nam ſit cõparatio in diuerſo ordine, & genere, & certũ eſt, quod illa maxima, ſi uinco vincentem te, a fortiori, vinco te, nil veri in ſe cõtinet in diuerſo genere & ordine.

Cõparatio i diuerſo genere dupliciter interpretatur.

Sed explicãdum eſt, quomodo cõparatio fiat in diuerſo genere & ordine. Cuius rei duplex eſt interpretatio: prior, quod iſte plus diligit furtũ, quam Deum; diligit enim inordinate; diligit etiam plus amicũ, quam furtum; nam diligit ordinate. Poſterior explicatio eſt, quod iſte nõ diligit furtum, propter amicum: nam certe ſi diligeret furtum propter amicum, & furtũ plus quam Deum, euidens eſt, eum magis diligere amicum, q̃ Deũ. Illud ẽt aduertendũ eſt, argumẽtationẽ hmõi nõ eſſe neceſſariã. Timor pœnę cauſſa eſt vt ceſſẽ peccare: & ſolus Deus non eſſet cauſſa ꝙ a pctõ deſiſterẽ: ergo plus timeo pœnã q̃ Deũ. Ratio huius eſt: nã hoc, qđ timeo, & formido pœnas, in Deum ipſum ſuapte natura ordinatum eſt.

D. Thom.

Ad ſecundũ incommodum reſpondet optime D. Th. infra q. 88. art. 1. ad 2. 3. & 4. q. 7. de malo, art. 1. ad 3. & 4. & 9. quia tamen eius ſolutio nõ omnibus placet, diligẽtius examinãda eſt.

De peccante venialiter ſi conſtituat finem vltimũ in creatura.

Dicit ergo D. Thom. quod ille, qui peccat venialiter, inhæret bono temporali, nõ vt fruens; quia nõ conſtituit in eo finem; ſed vt vtens, referens in Deum, nõ actu, ſed habitu. Deinde cõcedit, quod q peccat venialiter conuertit ſe ad bonum cõmutabile: ſed bonum commutabile non auertit ab incõmutabili bono, niſi quando cõſtituitur in eo finis: ſed qui peccat venialiter, non conſtituit vltimum finem in bono cõmutabili. Certe ſolutiones huiuſmodi obſcurę ſunt, & intricatę, & quę accurata indigẽt expoſitione.

Obijcitur cõtra ſolutiones. D. Thom.

Difficile ſane eſt ad intelligendũ quomodo id, quod in peccato veniali amatur, propter Deũ diligatur habitu, etſi non actu; amans enim delectationẽ in ſuperfluo potu, ſciens & aduertens, nec actu amat illam propter Deum, quod de ſe patet; nec habitualiter intẽdit ordinare illam in Deum. Hoc ipſum confirmatur; quia tale

amabile, nō eſt amabile pp Deū: ergo neq; actu, neq; habitu amatur pp Deū. Explicatur hoc euidētius. nā certe actus inordinatus non eſt medium cōſentaneum, vt in Deū, aut in Dei gloriam referatur. quid eſt ergo, quod docet D. Tho. pctū veniale referri in Deū habitu, non actu?

D. Thom.

Sed & aliud incōmodum hęc ſētētia D. Th. habere videtur: nā nō explicat aperte, quē finē habeat peccatum veniale, exēpli cauſſa, mendacium: cum enim nō habeat Deum ꝓ vltimo fine, & conſtet habere aliquem finem, cōſeq̄ns eſſe videtur, vt habeat creaturā ꝓ fine. Hæc argumēta facillime ſibi voluiſſe videtur Cardinalis Caiet. 2.2. q. 24. arti. 10. ad 2. dixitque originem traxiſſe ex eo, ꝙ non intelligitur, qd ſibi vellet, amare habitu pp Deū: eſt. n. cōſiderāda differētia, qua īter ſe differūt amare actu, vel virtute; vel habitu pp Deū. Nam amare actu pp Deū, eſt actu, & in opis exercitio referre amorē illū in Deū; amare aūt virtualiter, eſt ex ꝓcedenti intentione ad Deū operari pia opa, vt cū quis a principio officij diuini intendit ex caritate ꝑſoluere deuote, atq; attente officium diuinū, & poſtea præter intentionem diuagatus, & diſtractus perſoluit illud, talis pp Deū virtualiter opatur ex intentione præcedenti, cuius virtus ꝑſeuerat in opere. Amare aūt habitu, neq; actualē relationē, neq; præcedētē intentionē perſeuerātē ponit, ſed ſolū ſignificat habitus cōcomitantiā, & efficaciā. Itaq; nil aliud eſt dicere, amatur hoc habitu pp Deū, q̄ habere habitū, quo pp Deū hoc amari poſſit: & ſic peccatū veniale amatur pp Deū habitu, tum, q̄m peccatum veniale nō tollit caritatis habitū; tum vero, q̄m quantū eſt ex parte habitus caritatis (permanet. n. in eo, qui peccat venialiter) amare poteſt peccatum veniale pp Deum, ſed ex defectu rei amabilis non amatur pp Deum, ſiquidem nō eſt amabilis propter Deum. Hęc eſt explicatio Domini Caietani, acuta ſatis & erudita; mihi tamen (vt verū fatear) non ſatisfacit: non. n. explicat rei difficultatem, quem. ſ. finē habeat peccatū veniale, in quem referatur, vel ſit referibile, vt vtar Caietani verbis. conantur itaq; alij Theologi alio modo prædicta argumenta diſſoluere. In peccato. n. inquiūt eſt duplex finis: & finis proprius operis, & amor ſui ipſius, eius, ſcilicet, qui peccat, qui eſt finis operātis, & cōmunis omni peccanti. Si loquamur de fine operis, quē habet peccatū veniale, videlicet, mendaciū, certū eſt nō poſſe referri in Deū, neq; habere illū pro vltimo fine, neque actu neq; habitu. At vero ſi loquamur de fine opantis, inquirentes quē finē ſibi proponat is, qui officioſe mētitur, & peccat venialiter, haud dubie habet aliquē finē: vel. n. mentitur animi gratia ob ſuā delectationem; vel ob amici defenſionem; vel propter rei familiaris cōmodū. refert itaque in ſui amorem. Et quoniam huiuſmodi finis in eo, qui peccat venialiter, refertur habitu in Deū, ideo peccatū veniale, qd ad hunc finē refertur, dicitur referri in Deū habitualiter. At in peccato mortali, quoniā finis operantis, amor ſcilicet ſui, nō refertur in Deū habitualiter (peccator enim, qui peccat mortaliter, cōſtituit vltimū finem in ſeipſo, vt antea dictum eſt) ideo non refertur in Deū habitualiter. Propter quā cauſſam dixit D. Tho. q. 7. de malo artic. 1. ad 3. quod peccatum veniale nō conuertitur ad bonum commutabile, tamquam ad finem, ſed tamquā ad medium. Hæc etiam explicatio non omnibus ꝓbatur: nō enim manifeſtum nobis reddit, quem finē habeat peccatum veniale. propter quod alij facilius hāc difficultatē explicātes dicūt, quod qui peccat venialiter, nec fruitur, neq; vtitur creatura, ſed abutitur. Ille enim qui inordinate refert aliqd in aliud, nō fruitur eo, vt conſtat, neq; uere vtitur, ſed abutitur: qđ facit is, qui peccat venialiter. Et cū D. Auguſt dicit, ꝙ creatura vtimur, vel fruimur, addēdum eſt, Vel abutimur. Sunt qui dicant, quod peccās venialiter aſſimilatur ei, qui nimis moratur in uia; ſed mortaliter peccās recedit a uia, & inhęret alteri habitualiter a Deo, non aūt q venialiter peccat.

Cōcluſio. D. Aug. Caiet. expoſitio. Caiet. expoſitio nō videtur ſatisfacere. Aliorum ſolutio. D. Thom. Aliorum expoſitio. D. Aug. Aliorum placitum.

Inueni Theologum quendā, qui nullum incōmodum cēſebat eſſe concedere eū, qui peccat uenialiter, cōſtituere vltimū finem in creatura. Vincebatur enim argumēto ſupius poſito. dicebat tn̄, qđ cōſtituere vltimū finē in creatura pp imperfectionē materię, erat peccatū veniale, veluti qui habet motus infidelitatis parum deliberatos. Proculdubio cōcedendū eſt, quodā modo ſe a Deo auertere; nihilominus propter imperfectionem actus, & deliberationis, peccatum mortale non committitur.

Pecularis dicēdi modus.

Sed ut iā finē imponam⁹ importuno argumēto, dicēdū eſt, ꝙ peccatū ueniale, uerbi gr̃a, mēdaciū officioſū, habet pro fine (ſi tn̄ finē habet, potius. n. eſt defectus a bono & fine) deſtruere ueritatē in re iocoſa, & quæ minime alterū lædit: q finis rurſus refertur in cōmodū, uel delectationē opantis; operās vero in ipſum Deū. Ex quo cōſequēs eſt, peccatū ueniale quodā modo referri in Deū. Neq; hoc a uera Theologia uideatur alienū: in omni. n. opere nr̄o (ut inquit Aug.) quærimus Deū; ſed in peccato ueniali nō recte, neque ordinate quærimus Deum. Hæc ſatis ſint de iſta quæſtione. Ad tertiū incommodū iam dictum eſt, quo modo qui peccat ex ignorātia culpabili uirtualiter, & interpretatiue præponat Deo creaturā, & eā pluris faciat.

Propri⁹ diſſoluēdi modus.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum omnia quæ vult homo, velit propter vltimum finem.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās, quam probat, primo ex auctoritate D. Auguſt. 19. de Ciuitate Dei c. 1. Illud (inquit) eſt finis boni noſtri, propter quod amātur cetera; illud autem, propter ſeipſū. Et certe hęc eſt definitio vltimi finis, quod ametur ꝓpter ſe, omnia propter ipſum. Hoc ipſum confirmat euidēs ratio. Nā quidquid homo appetit, appetit ſub ratione boni: quod quidem ſi non appetitur vt bonum perfectum, & vltimum, neceſſum eſt vt appetatur, ſicut tēdens in illud: at inchoatio alicuius ſemper ad conſumationē ordinatur, quod patet tam in his, quæ fiunt a natura, quam in his, quæ ab arte fiunt, Sed & huius rei alterum eſt argumentum, quia ſecundæ cauſę mouentes, non mouēt, niſi ſecundum qđ mouentur a prima: vnde ſecūda appetibilia non mouent appetitum, niſi in ordine ad vltimum appetibile, quod eſt vltimus finis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

SCotus 4. ſent. diſt. 49. q. 10. cēſet, ꝙ etſi uerū ſit: appetitū naturalem ſemper tēdere in finē ultimū: at appetitum elicitū, & deliberatum nō ſemper tēdere in ultimū finem. qđ eſſe uerū, demōſtrat his argumētis. Primo, homo pōt opari nil cogitādo de ultimo fine. Tū ſcdo, quia poteſt operari ignorās prorſus eſſe ultimū finē, & eſſe Deū. Tū tertio, nā pōt operari, nō ſolū negatiue ſe habēdo ad ultimū finem, ſed etiam contrarie, ut licet aduertere in homine Chriſtiano, qui uult fornicari, ſtante certitudine, & perſuaſione Chriſtianæ fidei, ꝙ operatur contra ultimum finem, & contra Deū, & contra ſuam ſummam perfectionē. Tum quarto, quia noſtra uoluntas libera eſt: ergo etiam propoſito ſibi ultimo fine poteſt operari, & non, propter ultimum finē.

Scotus. Vtrum appetitus elicit⁹ feratur ſemper in finem vltimum. Primum argumentum. Secundum. Tertium. Quartum.

Præterea infidelis, qui cōſtituit ultimum finem in idolo, non ſemper operatur propter idolū, alioquin omnis infidelis operatio eſſet peccatum: cuius cōtrarium affirmat D. Tho. 2. 2. q. art. 4. Item Stoicus, qui conſtituit ultimum finem in operatione uirtutis, non ſemper operatur ꝓpter uirtutem, alioquin eſſet impeccabilis. Ruſus Epicurus, q conſtituit ultimum finem in uoluptate, non omnia operatur propter uoluptatem. atq; adeo peccator, qui conſtituit ultimum finem in creatura (ut ſupra oſtenſum eſt) nō omnia operatur propter creaturam; alioquin uniuerſa opatio

Quintum. D. Thom. Sextum.

Argumentũ

hominis peccatoris eſſet peccatum. Ex his exẽplis ſic conficio argumentum. Sicut ſe habet voluntas omniũ ad vltimũ finem in generali, eodem modo ſe habet volũtas huius hominis ad finem iuſtũ vltimũ in particulari. Ergo ſi quidquid vult homo, velit propter finẽ vltimum in generali, & iſte homo conſtituit vltimum finem in voluptate, vel in ſui amore; conſequens eſt, ꝙ quidquid velit iſte homo, velit propter voluptatẽ, vel ſui amorem: cuius cõtrarium eſſe verũ, ſupra oſtenſum eſt; alioqui omnis peccatoris operatio mala eſſet.

Vltimo.

Vltimo ex D. Tho. ſententia ſequuntur quædam, quæ maximã præ ſe ferunt abſurditatẽ. Primũ ſequitur, quod peccator, quãdo mortaliter peccat, operetur propter vltimum finem, & propter Deũ, & quod referat peccatum mortale in Deũ: quod aſſerere, abſurdũ eſt. Sequitur deinde, non dari actus otioſos: actus enim otioſi appellantur, q carent aliquo fine bono. ſed ſecũdum D. Tho. hic, omnis actus humanus refertur in aliquem finem bonum, vltimum ſcilicet finem: ergo. Præterea ſequitur, quod nullus ſit actus, etiã ſceleratiſſimus, qui nõ habeat aliquã circũſtantiam boni, videlicet circũſtantiam vltimi finis. Sequitur præterea, quod ſit neceſſaria circũſtantia vltimi finis, vt actus ſit bonus moraliter; cuius cõtrarium docet D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 4. vbi docet expreſſe, quod infideles poſsũt habere bonum actum moralẽ, licet non referant in ultimum finem, & in 2. d. 41. art. 1. & ad 3. & 4. ait aperte, quod vt actus ſit moraliter bonus, non eſt neceſſaria circumſtantia vltimi finis. Poſtremo ſequitur, quod neceſſario præcedit amor vltimi finis volitionem cuiuſcunque alterius boni particularis; cuius contrarium eſſe verum, vel ipſa experientia conſtat.

D. Thom.

Dubii explicatio.

Auguſt.

Pro huius quæſtionis explicatione ſciendũ eſt, eos, q D. Thom. hac in parte impugnant, nõ tam impugnare D. Tho quam Ariſtot. Cicer. Auguſt. ceteroſque recte philoſophantes. Ariſt. enim 1. Ethic. c. 1. & 4. & 7. definit vltimũ finem eſſe illud, quod propter ſe expetitur, & omnia pp ipſum expetuntur. Cicer 1. & 2. lib de finibus ait, vltimus finis eſt, ad quem omnia referũtur, & ipſe vltimus alio nõ refertur D. Auguſt. lib. 19. de ciuitate Dei. cap. 1. & 2. dicit, Illud eſt finis vltimus, propter quod cetera amantur, & illud propter ſeipſum. Quam definitionem eſſe veram, oſtẽdit D. Thom in artic. euidentibus argumentis, quę prius adduxerat Ariſto. 2. Met. ad oſtendendũ, quod in noſtris operationibus tandem in vltimum finem eſt deueniẽdũ.

Cicero.

Auguſt.

Ariſtot.

Sciendũ eſt ſecundo, dupliciter nos loqui poſſe de vltimo fine vno modo formaliter, alio vero modo materialiter: & quod idẽ valet in gñali, & particulari. Finis vltimus formalis eſt, qui primũ mouet voluntatem, & ratione cuius cetera expetuntur: & hoc nihil aliud eſt, q̃ felicitas, & bonum perfectum, ad ſatiandũ appetitũ noſtrũ ſufficiens, non determinando ad hoc bonũ, vel ad aliud, ſed in gñe, & in cõi. Finis vltimus materialis eſt illud, in quo ratio hmõdi ſũmi boni inuenitur, cuiuſmodi ẽ Deus Opt. Max.

Prima cõcl. Oĩa agunt propter ultimum finem formaliter.

His ſic explicatis ſit prima Cõcluſio. Quãdo affirmat D. Tho hominem omnia agere propter finem vltimũ, loquitur de fine vltimo formaliter, non materialiter Senſus itaque eſt, quod homo in omnibus operibus ſuis hoc intẽdit, & cupit, vt bene ſe habeat, vt perfectionem ſuam acquirat, & vt deſideria ſua expleat. Ceterum non eſt ſenſus, ꝙ in omnibus operibus ſuis operetur propter Deum formaliter. & quod hic ſit ſenſus verus D. Thom. liquet ex rationibus adductis in articulo, & patebit articulo ſequenti.

Secunda cõcluſio.

D. Thom.

Secunda Cõcluſio. Vt homo operetur vniuerſa propter vltimum finem, nõ eſt neceſſe, quod cogitet ſemper de vltimo fine. Hoc aſſerit D. Tho. ſolutione ad tertium. idipſum oſtendunt argumenta Scoti: hoc etiam patet manifeſtis exemplis. Non enim eſt neceſſe, agricolam ſeminantẽ de meſſe futura ſemper cogitare; nec oportet ædificãtem, qui fundamenta domus erigit, ſemper de domo futura cogitare; atque adeo viator, qui ad D. Iacobum tendit, non ſemper de fine ſuo meditatur.

Tertia concluſio. In uolitione cuiuſcunque boni antecedat uolitio ultimi finis.

Tertia Concluſio. Probabile eſt, quod omnem volitionem cuiuſcũque boni particularis præcedat, vel tempore, vel ordine naturæ, amor vltimi finis.

Probatur: nam ſi videmus agricolam ſeminantẽ, continuo colligimus eum antea de meſſe cogitaſſe. Rurſus, ſi videmus architectũ domum erigẽtem, ſtatim colligimus eum prius voluiſſe domum ædificare. Quando ergo appetimus bonum aliquod particulare, & in eius adeptione laboramus, recte cõcluditur amorẽ vltimi finis præceſſiſſe. Deinde, ſicut ſe habent prima principia in ſcientijs, ita ſe habet vltimus finis in rebus agendis, auctore Ariſto. 2. Phyſic. & 7. Ethic. Sed impoſſibile eſt, ꝙ aſſentiamur cõcluſionibus, quin prius aſſenſi fuerimus principijs, ex quibus concluſiones dependent. Ergo impoſſibile eſt, ꝙ velimus aliqd, qđ bonũ ſit, quin prius vltimũ finem amauerimus. Præterea non poſſumus appetere media circa fines particulares, quin prius finem voluerimus: ergo nõ poſſumus appetere aliquod bonũ particulare, quin prius vltimũ finem appetierimus. Idẽ confirmatur: Nã volitio medij, & bõi particularis cauſatur ex volitione vltimi finis: præceſſit ergo amor vltimi finis. Hoc docere uidetur D. Tho. 1. p. in materia de angelis, ꝙ prima volitio, quã habuit angelus in primo inſtanti, fuit amor vltimi finis materialis. Cũ ergo homo peruenit ad rõnis vſum, ꝓbabile eſt maxime, quod prima eius uolitio ſit amor ultimi finis.

Ariſtot.

D. Thom.

Quarta Concluſio. Probabilior eſt illa ſentẽtia, & mihi magis probatur, quæ aſſerit, quod uolũtas poteſt uelle bonũ aliquod particulare prius, quã velit ultimũ finem. Probatur. Nam bonum particulare eſt vere bonũ, & iudicatur tale: ergo poteſt mouere appetitũ. Conſequentia inde probatur: nam obiectũ voluntatis eſt bonum: ergo ſatis eſt, ut uelit, ut præſentetur tanquã bonum, etiam non præcedente volitione ultimi finis. Deinde, bona particularia eatenus ſunt bona, quatenus participant rationẽ vltimi finis, & ſummi boni: ergo qui appetit bonum aliquod particulare, implicite, & in uirtute appetit ultimum finẽ, licet non præceſſerit uolitio ultimi finis, ut optime ait D. Tho. in articulo, quod qui appetit bonum imperfectum, implicite appetit bonum perfectũ. Deinde nos cernimus albedinẽ abſque eo, quod præceſſerit viſio colorati, & intelligimus hominem abſq; eo, ꝙ præcedat cognitio entis, & mea ſñia poſſumus aſſentiri huic principio, Omne totũ eſt maius ſua parte, prius, quã aſſentiamur huic primo prĩcipio, Quodlibet eſt, vel nõ eſt: ergo poteſt uolũtas appetere aliquod bonum particulare prius, quam uelit ultimũ finẽ. Item, poteſt homo extinguere ſitim ex inclinatione naturæ, & velle bibere ad ſitim extinguendam: quorum primum nulla alia præcedenti uolitione præſtare poteſt. quod & facere poteſt brutum. Poſſumus ergo uelle bonũ particulare prius, quam uelimus ultimum finem.

Volũtas põt uelle aliqđ particulare bonum priꝰ quã ultimũ finem.

D. Thom.

Confirmantur oĩa hæc. Nã certe prima hoĩs cogitatio, & deliberatio nõ uř eſſe de ultimo fine, ſed de aliquo bono particulari cõuenienti ſibi ſecũdum ſuã æſtimationẽ.

Obiectio.

Sed contra hanc doctrinam eſt vnicum argumentũ, quod maxime premit: Nam iſta uolitio non eſt propter ultimum finem formaliter, ut notum eſt; nec uero uirtualiter: nam tunc eſt relatio in finem uirtualis, quando procedit ex uolitione præcedenti ultimi finis: Ergo iſta operatio non eſt propter ultimum finem.

Solutio. Qđo quidquid homo uult, uelit propter ultimum finem.

Pro expoſitione huius argumẽti ſciẽdũ eſt, multipliciter poſſe intelligi, ꝙ quidquid uult homo, uelit pp ultimũ finẽ. Vno modo, ꝙ actu uelit vltimũ finẽ, & ꝙ omnia in illũ dirigat. & hoc eſſe falſum, uel ſola experientia ſatis aperte teſtatur. Alio modo, ꝙ prius uelit ultimũ finem, & poſtmodũ media adducentia ad ultimũ finẽ, quẽ modum dicendi amplectuntur quidã Theologi, quorũ ſñiam eſſe probabilem in tertia concluſione dictũ eſt. Tertio modo poteſt intelligi, quod uelit oĩa propter ultimũ finẽ, licet nunquã cogitauerit, uel concupiuerit ultimũ finem. Pro cuius explicatione in memoriã reuocandũ eſt ex art. 1. huius quæſtionis, quod agens naturale, agit pp finẽ, & omnia bruta operantur propter finem, licet non cognoſcant finẽ. Leo. n. pugnat cum Tauro, non intelligens quod uelit illum interficere ad uitam defendendã, & bombix oĩa quæ facit, facit pp perfectionem ſerici, quod nunquã cognoſcit; & arbor producit frondes ad protegẽdos fructus; & aqua aſcẽdit, ut ſuppleat uacuũ; & homo nil de uita cogitans, ſi bibit dũ ſitit, hoc facit pp tuendam uitam. Ratio horum omnium hęc eſt: iſta enim opera ſuapte natura deſtinantur in ultimum finem: non ergo opus habet ana ordinatione, & deſtinatione. Vt. n. natura irrationalis inclinatur, & agit naturaliter propter finẽ, ita homo inclinatus

In finem ſuum naturalem, naturaliter. & ſicut irrationalis natura operatur propter finem, licet illum non cognoſcat, ita homo operatur propter finem ſuum vltimum, licet eum non cognoſcat. Itaque licet homo præſtituat ſibi finem aliquem certū, tamen præter illum finem, illa actio eſt pp vltimū finē naturalem, licet eum non cognoſcat. hac ergo de cā, homo vult oīa propter vltimum finem.

Prima Concluſ. Sed alia huius rei pōt aſſignari cā, & noſtro iudicio lōge exactior, iſta, ſcilicet, quod omne bonū particulare, & imperfectum, ſuapte natura deſtinatur ad bonum perfectū. Qui ergo cupit bonum imperfectum, & particulare, implicite, & in virtute cupit bonū perfectum &

Secunda Concluſ. ſuis numeris abſolutum.

Quinta concluſio. Omnia quæ vult homo, vult pp̄ter Deum. D.Thom. Quinta Concluſio, Oīa quæ vult homo, vult propter finem particularē, qui eſt Deus, Hanc concluſionem affirmat D. Tho. 4. d. 49. q. 1. articu. 3; & de veritate, q. 22. art. 2. & 1. Ethic lect. 1. explicans illam ſententiam Philoſophi, Bonum eſt, quod omnia appetūt; Sed apertius, & diligentius 3. contra Gent. c. 17. 18. 19. vſque ad 23. probatur iſta cōcluſio. Homo enim in omni ope ſuo, quo laborat ſub ſole, hoc vult, vt bene ſe habeat, & felicitatem acquirat, atque vt ſua deſideria compleat; Sed ſolus Deus eſt bonum ſufficiens ad explenda nrā deſideria: Ergo in omni opere ſuo expetit, & quærit Deum.

Præterea, Qui cupit eſſe, viuere, & pfectus eſſe, neceſſe eſt vt appetat oīa neceſſaria, vt ſit, vt viuat, & vt perfectus ſit; ſine Deo aūt, homo vel per momentum ſubſiſtere nequit. I omni ergo ſuo deſiderio deſiderat Deū eſſe. Deinde, quodcunq; bonum particulare eſt diuinæ bonitatis participatio: quod de ſe ſatis nobis conſtat. Ergo qui appetit bonū aliqđ particulare, implicite, & in virtute appetit ſūmū bonū. Præterea, ſicut eſt Deus cā efficiens oīum rerum; ita eſt finis oīum rerum vltimus, ſm̄ illud: Ego ſum Alpha & Omega, principiū & finis: ergo oīa refert in ſeipſum. Cui conſonat illud Prouerb. 16. Omnia pp ſemetipſum operatus eſt Dn̄s. Itaq; quēadmodū cāæ ſecūdæ ſine cauſa prima nec mouere, nec influere poſſunt; eodē mō fines particulares volūtatē mouere non poſſunt ſine fine oīum rerū vltimo, qui eſt primum deſiderabile, & primū appetibile, pp quod cetera appetūtur, & deſiderantur.

Apo. vltim. Prou. 16.

Nota. De peccatore vero, & peccatis, ad hunc modum ſtatuēdum eſt. In primis, in peccato cōſiderare poſſumus bonū delectabile, & vtile, & ipſius operis entitatē; Rurſus, malū morale, & operantis intentionem. Si conſideretur bonum delectabile, & vtile, atq; ipſius operis entitas, omnia iſta proculdubio in Deū tendunt: nā horum oīum Deus eſt cauſa & efficiens, & finalis. Si aūt conſideretur malū morale, certū eſt quod non tendit in Deum: tum primo, quia eſt auerſio a Deo: tum ſecūdo, forſan. n. eſt priuatio, & defectus, & nihil: tum tertio, nā Deus neq; eſt cauſſa efficiens, neq; finalis peccati. Si vero attendamus intentionem operantis, dicendum eſt, quod peccator in omni peccato operatur pp Deum, vt eſt bonū quoddam vniuerſale: nam in omni peccato quærit felicitatem in communi, & ſua deſideria complere: quod eſt quærere finem vltimū in gn̄ali: quod adeo certum eſt, vt dicat D. Thom. prima parte, quæſtione 60. articulo vltimo ad vltimū, Quod dæmon in omnibus operibus ſuis, etiam maxime malis, amat plus Deum, quatenus bonū eſt vniuerſale, q̃ ſeipſū.

D.Thom.

Solutio argumētorū. Ex his, quæ hactenus dicta ſunt, omnia argumēta Scoti adducta ſoluuntur. Primum enim, & ſecundum, & tertium expreſſe ſunt ſoluta. Ad quartum reſpōdeo, quod voluntas libera eſt, quantum ad exercitium; ceterum neceſſitatur ad vltimum finem, quantum ad ſpecificationem: quemadmodum ſi oculus videt, neceſſitatur vt videat colorem, qui eſt eius obiectum; non autem neceſſario videt.

Ad quartū.

Ad quintū dicēdum eſt, cōcluſionem D. Thom. ſolum veram eſſe de fine vltimo in generali; non in particulari. Itaq; infidelis, non ſēper operatur propter idolū, quod ſibi conſtituit vltimum finem; neque homo Epicureus propter voluptatem; neque Stoicus propter operationem virtutis: at ſemper opatur homo vt bene ſe habeat, vt deſideria ſua cōpleat, atque vt perfectionem ſuam acquirat. Quæcumque enim appetit homo, propter finem vltimum appetit; & hoc eſt quod vocat Diuus Thom. vltimum finem in generali. Neque eſt idem iudicium de fine vltimo in genere, atque de particulari. Nam finis vltimus in generali, clauditur intrinſece in quouis opere, & quauis appetitione voluntatis; ſed finis vltimus in particulari, niſi ex peculiari operantis intentione præſtituatur, non eſt illud propter quod agens operatur.

Ad vltim. Ad vltimum argumentum dicendum ſupereſt: ad cuius prius incommodum, de peccatore, ſcilicet, ſatis plura dicta ſunt. Ad ſecundum incommodum reſpondetur, opera humana tunc dici otioſa, quando carent fine aliquo particulari ab operante præſtituto, quāquam in vltimum finem ſuapte natura referantur. Ad tertium incommodum dicimus, nullum eſſe inconueniens, neque abſurdum (qđ ſtatim docebo) circumſtantium finis non eſſe proprie circumſtantiam. Quarto incommodo reſpondetur: Theologos non diſputare, vtrum ad actus moraliter, & politice bonos, requiratur circūſtantia vltimi finis; ſed talis vltimi finis, Dei, ſcilicet, quod Greg. Arim. requiri arbitratur: cuius contrarium cenſet Diuus Thom. nec verbum loquens de vltimo fine abſolute. Dicimus ſecundo, non ita intelligendum eſſe, omnes actus referendos eſſe in vltimum finem, quaſi circūſtantia ſit cuiuſque actus, quod agens referat illum in vltimum finem: ſed ex eo ſolum, quia obiectum iſtud in particulari ſuapte natura, abſque alia operantis intentione, in finem vltimum referatur, quemadmodum ſuperius expoſitum eſt. Vel dicimus, nō eſſe circūſtantiā actus humani quod referatur in vltimū finem, cum hoc ſit omnibus humanis actibus intrinſecū, & commune: circūſtantia vero, eſt accidens actus humani: quod docebimus quæſtione ſeptima. Vltimo inconuenienti reſpondetur, iam ſatis dictum eſſe, quo modo non ſit neceſſe amorem cuiuſque finis, volitionem cuiuſque boni particularis antecedere.

Greg. Arim.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum ſit vnus vltimus finis omnium hominum.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Si ſermo ſit de vltimo fine, formali, & generali, omnes homines eundem finem vltimum habent. Omnes enim cupiunt bene ſe habere, ſuamque perfectionem adimplere; quæ eſt ratio vltimi finis in generali.

Secūda Cōcluſio. Si loquamur de vltimo fine in particulari, in quo ratio, & perfectio ſūmi boni inuenitur, nō eſt idem finis vltimus omniū hominum, quia vt vltimum finem, alij appetūnt voluptatē; alij diuitias, in quibus maxime delectantur.

Tertia Concluſ. Tertia Concluſio. Ille erit vltimus finis particularis, verus, atque ſolidus, quem præſtituunt ſibi hoīes ſtudioſi, & moribus, virtutibuſq; pđiti. Ceteri vero fines, quos præſtituunt ſibi homines vitijs dediti, nō ſunt veri fines, ſed potius mali, & adulterini.

EXPLICATIO ARTICVLI.

COncluſiones huius articuli maxime obſeruandæ ſunt, quæ acceptæ ſunt ex Ariſtotele primo Ethicorum, capitulo quarto, quo in loco aſſerit Ariſtoteles, quod de humanæ vitę felicitate in duobus recte conſenſerunt antiqui Philoſophi; in nomine, & in beatitudinis ratione, & defini-

Ariſtot.

Beatitudo.

definitione. Omnes.n. vno ore appellant beatitudinẽ, vitam beatã, florentẽ, atq; felicẽ, omni genere mali vacãtẽ, & oĩbus bonis affluentem. Rurſus deſinierunt, felicitatẽ in bona, & recta vita eſſe collocandã. quæ aũt ſit recta vita, in hoc varias induxerunt opiniones: quali enim quiſq; animo præditus erat, talem de beatitudine, et fine vltimo opinionẽ aucupabatur. Alij dicũt, quod recte viuere, eſt voluptuoſe viuere; alij, viuere honorifice; alij, locupletiſſime. de quorũ Philoſophorũ deliramẽtis diſſerit

D. Auguſt. Cicero.

Augu. 13. de Trinita. c. 4. Cicer. in Tuſculanis quæſtionibus, & in libro de finibus bonorũ & malorũ;

Seneca. Lact. Firm. D. Thom. Ariſto.

Seneca in lib. de vita beata; Lactã. Firm. lib. 3. de falſa ſap. c. 7. Ceterũ quemadmodũ religio nr̃a Chriſtiana conſtituat vltimũ finẽ verũ, & legitimũ, ĩ ſequẽti quæſtione diligentius inueſtigabitur.

Prior concluſio.

Illud tñ dignũ animaduerſiõe ex huius articuli prima Cõcluſione elicitur, ꝙ nemo ẽ, quantumuis barbarus, qui nõ beatus eſſe cupiat, &

Poſterior concluſ. D. Auguſt.

finem vltimũ in generali non quærat, & deſideret. quod aperte aſſerit Auguſt. lib. 10. confeſſ. cap. 20. & lib. 1. de lib. arbit. c. 14. & 19. de Ciuit. Dei, c. 1. & ſequentibus, & 13. lib. de Trinitate c. 2. Eſt illa memorabilis ſententia D.

D. Aug.

Auguſt. In quibuſdã (inquit) rebus poſſumus ſcire quid oẽs velint: vnde illa cuiuſdã Mimi faceriſſima ꝑdicatur vrbanitas, qui cũ ſe promiſiſſet in theatro, quid vellent omnes, ſe dicturũ, dixiſſe perhibetur, Vili vultis emere, & care vẽdere. Quã ſententiam non probat Augu. eſſe in vniuerſum veram, licet eam populus admirabili fauore fuerit amplexus: multos enim repies, qui vili vendant, quę dimiſerunt parentes; & care emant, quæ cõſumunt libidines. At ſi dixiſſet Mimus (inquit Augu.) omnes beati eſſe vultis, miſeri eſſe nõ vultis, dixiſſet aliquid, quod nullus in ſua non agnoſceret voluntate.

D. Augu.

Sed ſatis hac ð re. nã de ea infra q. 5. articul. vltimo erit diligẽtior inueſtigatio.

Obiectio. D. Thom. Cicero. Seneca. Ariſto.

Contra ſecundam concluſionẽ articuli eſt vna obiectio ꝑfacilis. Nam in ſequenti articulo definit D. Tho. ꝙ oĩum rerum, & hominũ eſt vnus vltimus finis in particulari, videlicet, De.

D. Thom.

Falſa igitur eſt ſecunda concluſio, ĩ qua affirmatur, quod in fine vltimo particulari nõ omnes homines conuenimus. Certe Diuus Thom. in ſequenti articulo loquitur de fine vltimo, præſtituto ab ipſo Deo; in hoc vero articulo ſermo ẽ de fine præſtituto ab ipſo homine: ſicut folia mori ſunt ab auctore naturæ propter fructus; ab agricola vero nutriũtur, propter bombyces, &c.

Beatitudinis nomẽ quid ſignificet. Ariſto.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrũ in illo vltimo fine aliæ creaturæ conueniant.

SVMMA TEXTVS.

NOn quærit D. Thom. de vltimo fine formali, & generali: exploratum enim eſt, omnes creaturas huc tendere, vt bene ſe habeant: Suamq; perfectionem acquirant; ſed quærit, Nũ omnes creaturæ habeant pro fine Deum Opt. Max. q eſt Alpha & Omega principiũ, & finis. Ad cuius rei intellectũ adnotat D. Tho. ex Ariſt. 5. Meta. text 22. finem vltimum bifariam ſumi poſſe. vno mõ, ꝑ re ipſa, quam deſideramus; alio modo, ꝑ adeptione huius rei, quã deſideramus: quẽadmodũ auari finis pro re ipſa, pecunia eſt; finis vero pro adeptione, pecuniæ poſſeſſio eſt, & acquiſitio eiuſdem.

Eſt igitur prior Concluſio. Si loquamur de vltimo fine pro re, quã deſideramus, omnes creaturæ eũdem fineq́ vltimum cum homine habent, nempe Deum.

Poſterior Concluſio. Si ſermo ſit de fine vltimo pro aſſecutione, non omnes creaturæ conſequuntur finẽ vltimum: ſicuti homo, q cognoſcẽdo, & amando vltimum finem, Deũ conſequitur: quod creaturis irrõnalibus nõ cõuenit.

EXPLICATIO ARTIC.

DIfficile ſane eſt ad explicandum, quo modo creaturæ omnes pro vltimo fine habeãt Deũ, Optimum Maximum. eam tamen rem adeo exacte explicat D. Th. 3. cõtra Gẽt. cap. 17. & deĩceps vſq; ad 23. & de veritate q. 22. arti. 2. vt in hac re explicanda, non ſit opus noſtro labore.

Beatitudo in ſacris litteris uarie ſignificatur. D. Thom.

QVAEST. II. de beatitudine hominis.

In quibus beatitudo hominis conſiſtat, octo habet articulos.

Introductio Quæſtionis.

PRiuſquã articulorũ explicationẽ aggrediar, nõnulla ſunt præmittẽda, quæ ſi recte expẽdãtur, magnã lucẽ his, quæ dicẽda sũt, erũt allatura. Sciẽdũ eſt ĩ primis, quod de quæſtione hac diſſerunt Theologi 4. ſent. d. 49. D. Augu. 13. de Trinitate, & 19. de ciuitate D. Tho. 3. lib. contra Gent. ca. 27. deinceps vſque ad 40. Cicero lib. de finibus bonorum & malorũ, in Tuſcula. & Paradoxis. Seneca lib. de vita beata. Ariſt. 1. Eth. c. 5. & per ſequentia capita.

Obſeruandũ eſt deinde, ex præcedenti quæſtione ſatis nobis conſtare, omnes homines finẽ aliquẽ vltimum reſpicere, quo propoſito in actiones incumbunt, in quẽ appetitus noſter tendit, in cuiuſque adeptione cõquieſcit, & vltra nil ſupereſt deſiderãdũ: quem finem omnes vno ore appellant beatitudinẽ. Quocirca, poſtquã D. Tho. præcedenti quæſtione demonſtrauit, eſſe finem aliquem ultimũ humanæ uitæ, beatitudinem ſcilicet, quam omnes deſideramus: in hac quæſtione, & ſequẽtibus explicat elegantiſſime, & copioſiſſime, in quibus rebus ſita ſit, et collocata.

Iſta aũt beatitudo nihil aliud eſt, quam rerum omniũ abſoluta bonitas. Vnde & ipſe Ariſtot. 1. Ethi. cũ dixiſſet, Bonũ ẽ quod omnia appetũt, bonũ uocauit beatitudinẽ, quã oẽs mortales, res item oẽs, quærãt, cupiãt, & expetant. Beatitudinẽ itaq; oẽs uno ore uocant uitã beatam, felicem, omnis mali generis expertẽ, omnibuſq; bonis affluentẽ. Qua de cã, in ſacris litteris non uno nomine ſignificatur: nõ.n. eius copia & abundantia una uoce cõprehendi, concludiq; poteſt. Aliquando regnũ Dei; aliquãdo regnũ calorũ; interdũ beatitudo uocatur: præcipue tamen uita æterna, quæ ab omni malorũ ſenſu, ac metu aliena eſt, quæ cæleſtibus inenarrabilibus gaudijs, delitijs, uoluptatibuſq; omni ex parte ſemper abundat. Hæc omnia cõplectũtur Theologi hac definitione: Beatitudo eſt ſtatus, omniũ bonorũ aggregatione perfectus. quã definitionẽ elegãter explicat D. Tho. 3. cõtra Gẽ. c. 63. quã alijs uerbis fere idẽ ſignificãtibus expreſſit Cicero dicens: Beatitudo eſt ſecretis malis oĩb⁹, cumulata bonorũ con-

D. Auguſt. *Beatitudinis definitio. D. Thom. Cicero.*

Hoc tamẽ aduertendum eſt, quod docet Aug. primo libro confeſſio. capitu. primo: Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec reuertatur ad te. Quibus uerbis ſignificare uidetur,

proprium eſſe homini, quod ſit factus ad Deum, & propter Deum.

In eo certe rationalis creatura a ceteris omnibus ſecernitur, & ſeparatur, quia ea ſola poteſt Deum cognoſcere, eumque amare explicite.

Alio etiam modo inter ſe differũt, quod homo ſit immediate ad Deum deſtinatus: cetera vero primum referuntur ad hominem, cum propter hominem creata fuerint, cuius cor inquietum eſt, donec ad Deum perueniat. (D.Thom.) Hic eſt igitur huius orbis ordo, & diſpoſitio vt elementa propter corpora mixta, hæc vero propter viuentia: ex quibus plantę propter animalia, animalia propter hominem; homo vero propter Deum (Diuitiarum diuiſio.) ſit conſtitutus, ita, vt propter ſemetipſum omnia operatus ſit Dominus, Prouer. 16. (Prouer. 16.)

plexio. Notãdum ultimo, quod quemadmodum Chriſtus Dominus doctrinam euãgelicam exorſus eſt a beatitudine illa, Beati pauperes ſpiritu; eodem modo D. Thom. tractatum de beatitudine exorſus eſt, condemnans in primis illam uulgi opinionem, quod beatitudo in diuitijs ſit conſtituta.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum beatitudo hominis in diuitijs conſiſtat.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt negãs, quã D.Tho. ita probat. Nam ex diuitijs quædã ſunt naturales, quibus ſubuenimus naturalibus neceſsitatibus, vt panis, vinum, oleum, &c. aliæ ſũt artificiales, quę ad faciliorem commutationem ſunt adinuentæ; vt ſunt pecuniæ. Beatitudo autem non poteſt conſiſtere in diuitijs naturalibus: nam iſtæ magis ſunt ad finem, quam finis, quia ad vitę ſuſtentationem quæruntur. Neque vero in artificialibus, quoniam diuitiæ artificiales; propter naturales quærũtur: multo ergo minus in eis beatitudo cõſiſtere poteſt; ergo beatitudo non conſiſtit in diuitijs.

EXPLICATIO ARTICVLI.

(Concluſio articuli confirmatur.) Huius articuli concluſio probatur. Nã beatitudo alio nõ refertur, ſed eſt vltimus finis, ad quẽ omnia referuntur: at diuitię referũtur ad hominẽ, & ſunt propter hominem: vnde ordine naturæ, & dignitatis, omnia ſunt ſubdita homini, ſecundũ illud Pſalmi: Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius. (Pſal. 8.) Præterea, beatitudo eſt omniũ bonorũ mater, & ſtatus omniũ bonorum aggregatione perfectus; at diuitiæ non ſecum habent, vel afferũt omnia bona, dicente Spiritu ſancto Prouer. decimoſeptimo: Quid prodeſt ſtulto diuitias habere, cũ ſapiẽtiam emere non poſſit? (Prob. 17.) Præterea, beatitudo eſt ſummũ, & præſtantiſſimũ bonum, at diuitiæ non ſunt præſtantiſſimũ bonũ, dicente ſcriptura ſacra, Eccleſ. 41. Melius eſt bonũ nomen, quã diuitiæ multæ. (Pro. 22. & Eccl. 41.) Quod conſtat verũ eſſe ex ſuffragio omniũ hominũ recte ſentientiũ, quod diuitias, ſi bonæ ſũt, in vltimũ bonorũ omniũ referũt. Deinde, beatitudo ſatiat deſideriũ animæ noſtræ, & in eius adeptione appetitus cõquieſcit, at habere diuitias & opes, nõ implet deſideriũ animæ noſtræ, dicẽte ſcriptura, Eccleſia. quinto. (Eccl. 5.) Auarus numquã implebitur pecunia. His accedit, quod beatitudo eſt bonũ ſtabile, atque fixũ; diuitiæ autẽ ſũt inſtabiles, & caducæ. Hãc rationẽ proſequitur Apoſtolus primæ ad Timot. ſexto, & Propheta Pſalmo 51. & 61. (1.Tim 6. Pſal. 51. & 61.) Iam vero diuitiæ inuolũtariè ſæpenumero perduntur; temere, & caſu proueniunt, bonis, & malis ſũt cõmunes. Præterea, beatitudo eſt ſummũ bonũ, in cuius adeptione, & conſecutione appetitus noſter quieſcit, atque in eiuſdẽ cõſeruatione, at diuitiarũ bonũ non conſiſtit in earũ conſeruatione, quin potius in earum elargitione, dicẽte Domino Act. vigeſimo: Beatius eſt dare, quã accipere. (Act. 20.) Sed quid multa in hãc ſententiã diſputo? adeo certũ eſt beatitudinẽ noſtrã in diuitijs nõ eſſe ſitã, vt ſint noxiæ, & periculoſæ ad vitã inſtituendam. Quę incommoda, & pericula diligenter perſecuti ſunt Philoſophi antiqui, Plato, Seneca, Socrates, Plutarchus: præcipue Cicero in illo Paradox. quod honeſtũ eſt ſolũ bonum: & in alio Paradox. docet, ſolum ſapientẽ eſſe diuitem. (Plato. Seneca. Socrates. Plutar. Cicero.) Sed & Chriſtiana doctrina de hac re tres concluſiones conſtituit, quæ maxime ſunt obſeruandæ. (Prima Cõc.)

Prima Concluſio. Qui volunt diuites fieri, difficile conſequentur vitam beatam.

(Secũd. Cõc.) Secunda Concluſio. Diuites, quamquam non ſtudeant diuitijs acquirendis, difficile acquirent beatam vitam.

(Tert. Conc.) Tertia Concluſio. Qui non habent odio diuitias, difficile ad vitam beatam deueniunt.

DEMONSTRATIONES pro prima concluſione.

(Prim. Cõcl. oſtenditur. Qui dicãtur velle eſſe diuites.) Illi dicũtur velle eſſe diuites, qui ſtudent diuitijs acquirẽdis; & non ſolum quærunt ea, quæ ſunt neceſſaria ad vitæ neceſſitatem. Prædicti numquã cõſequentur vitam beatã, aut difficile conſequentur.

Agens enim operatur propter finem, & in finibus nõ eſt proceſſus in infinitum: propter quod neceſſum eſt, vt vniuerſum agens præſtituat ſibi vltimũ finẽ, propter quẽ omnia operetur.

Illi ergo qui volunt diuites fieri, aut conſtituunt vltimũ finẽ in diuitijs, vel in ſuperbia, aut in libidine, propter quæ ſtudent diuitijs acquirẽdis. quod ſi ita res ſe habeat, impoſſibile eſt, quod cõſequantur veram beatitudinem, quæ in diuitijs conſiſtere nequit. Habent etiam animi peruerſitatem, quę in vita beata eſſe non poteſt. Eſt enim ſumma peruerſitas cõſtituere vltimum finẽ in creatura. At ſi prædicti conſtituunt vltimum finem in virtute, ſed ſtudent diuitijs acquirendis in præſidium virtutis, & vitæ beatæ, quæ ſine diuitijs ſuſtentari non poteſt (vt exiſtimant Peripatetici) falluntur certe, & miſere decipiuntur, & difficillime ſic affecti poterunt vitam beatam adipiſci. Nam nil eſt laborioſum magis, quam vitam beatam conſequi.

Vnde, quantũ ad intellectum, eſt opus arduum: oportet enim ad beatitudinem omnium rerum cognitionem habere, & omnium rerum agendarum prudentiam.

Quantum ad effectum, oportet vt qui vitæ beatæ acquirendæ ſtudent, ament, atque diligant inuiſibilia, contemnantque viſibilia. Quæ enim videntur, temporalia ſunt, & caduca; quæ vero non videntur, & quæ beatum hominem efficiunt æterna ſunt, & numquam moritura.

Quantum ad corpus, neceſſum eſt eius affectus compeſcere, & frænare, & captiuare, vt ſeruiant ſpiritui, & animæ. Denique oportet, vt per multas tribulationes in vitã beatam intremus.

Ex his ſequitur, oportere omnino eum, qui ſtudet vitæ beatæ acquirẽdæ, ex toto conatu, & ex omnibus viribus, quotidie ad cæleſtia euehi, & extolli. Nec ſatis ſunt vires animæ naturales, ſed peranneceſſarium eſt, vt a Deo diuinitus adiuuentur.

(Prima demõſtratio.) Ex his documẽtis elicitur prima demonſtratio. Hi, qui ſtudẽt diuitijs acquirẽdis, non poſſunt eas acquirere ſine ingenti labore, nec vero ſine aliorũ iactura, & detrimẽto (vt plerũque accidit) nec eas poſſunt facile cõſeruare, niſi magnis curis diſtrahatur animus, vt rerũ experientia euidenter demonſtrat. Sed impoſſibile eſt, quod animus eodẽ in tẽpore intentiſſime feratur in cęleſtia, & terrenis occupetur. Ergo impoſſibile eſt, vt quis diuitijs acquirendis det operã, & ſimul rebus diuinis vacet.

(Confirm.) Cõfirmatur etiam: nã qui volũt diuites fieri, neceſſum eſt, vt intellectu, & affectu a rebus celeſtib' ſeparentur, & a contẽplatione rerũ diuinarum, in qua beatitudo animi noſtri cõſiſtit, vt infra demõſtratũ eſt, abſtrahãtur. Certe qui non dat operam rebus, quæ ad animum ſpectant; ſed rebus viſibilibus, & caducis vacat, cum in tentationes huius mundi ſæpiſſime cadere neceſſum eſt.

Ex quo ſequitur, quod qui eiuſmodi ſunt, difficillime

me

me a peccato liberantur, & magno cum labore ad vitam beatam perueniunt. Sed quid terimus tempus in colligendis argumentis ad huius rei demonſtrationẽ, cum rerum experientia hoc ipſum demonſtret? vnde rectiſſime & elegantiſſime docet Paulus 1 ad Timo 6. Nihil intulimus in hũc mũdũ, haud dubie, quia nec auferre quid poſſumus: habentes aũt alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſumus. Nam qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & laqueum diaboli, & in deſideria multa inutilia, & nociua, quę mergũt hoĩes in interitũ & perditionẽ. Radix .n. oĩum malorũ eſt cupiditas: quã quidã appetentes, errauerunt a fide, & inſeruerũt ſe doloribus multis. Nil ſignificantius dici potuit ad deteſtationẽ diuitiarũ. ſenſus eſt. Oẽs nudi naſcimur, ne quis originẽ obijciens plura ſibi dicat eſſe poſſidẽda; & morientes nihil auferimus nobiſcũ, ne prætexamus quãobrem plura ſint paráda: reliquũ eſt hoc exiguũ vitę ſpatiũ, vel vmbra potius, in qua minimis opus eſt, nẽpe exiguo cibo, atq. tegumento; cetera ſuperflua ſunt, & hoĩum opinione erroris introducta. Et notandũ id quod paulo poſt addidit: appetitionẽ diuitiarũ parere ea, quæ hoĩes in interitũ demergant, nẽpe vnde emergere haud facile queant, aut nũquã potius emergant. Certe auarus, dum cupiditatẽ ſuã, quę inexplebilis eſt, explere cupit, & adulteria, & homicidia, & nihil nõ admittit, vt recte exclamat Poeta: Quid non mortalia pectora cogis, auari ſacra fames? & Sapiẽtia in Eccleſiaſtico: Auaro nihil eſt ſceleſtius: hic enim & animam ſuam venalem habet.

Elegantiſſimus locus. D. Pauli 1. ad Timo. 6. ad deteſtationem diuitiarum. — *Poeta.* — *Eccle. 10.*

DEMONSTRATIONES
pro ſecunda concluſione.

CONtendimus demonſtrare, non ſolum ſtudium & auaritiæ vitium, multum impedire beatę vitę conſecutionem, ſed etiam diuitem eſſe, impedimentum afferre ad vitæ beatæ conſecutionem: quod apertiſſime docet ſancta ſcriptura, Eccleſi. 31. Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, neque ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic? & laudabimus eũ: fecit enim mirabilia in vita ſua: & Dominus in Euangelio, Difficile eſt diuitem intrare in regnum cælorum.

Ecclef. 31.

Quare diuites difficile ſoluuntur.

Huius difficultatis tres ſunt cauſſæ. Prima eſt, quoniá difficile eſt habere diuitias, & non eas amare: Voluntas enim hominis, qui tẽdit in beatitudinem, eſt veluti ferrũ cõſtitutum intra duos magnetes, videlicet, intra bona huius vitæ, quę videntur; & inter res inuiſibiles, in qbus vera beatitudo conſiſtit. Senſus oſtendit diuitias, & voluptates; ratio humana demonſtrat bona virtutum, quæ inuiſibilia ſunt. Senſus itaque trahit hominem ad ſenſibilia; ratio, & mens ad inuiſibilia. Certum autem eſt, quod pręſẽs obiectum vehementius mouet volũtatem. Diues ergo cũ ſemper habeat bona hæc ſẽſibilia præſentia, vehemẽtius ad hæc inferiora bona protrahitur: & ſic difficilius ad bona ſuperiora attollitur & eleuatur: & ſic difficillime vitã beatam conſequetur. Alia cauſſa eſt, qm̃ ad conſeruandas diuitias multa ſunt neceſſaria, veluti ſerui, ancillæ, iumenta, & alia id genus: vnde neceſſum eſt, vt mens rebus tẽporalibus nimis intẽta, a rebus diuinis, & vera beatitudine diſtrahatur. Alia cã eſt, qm̃ q diuitias hẽt, hẽt fomẽtũ ad oĩa vitia: nã Pecunię obediũt oĩa. Qđ ſi cõtra hãc veritatẽ exẽpla Sanctorũ adducas, qui, cũ eſſent diuites, vitam beatam ſunt conſecuti, vt Abraham, Iſaac, Iacob, & ſanct. Patriarchæ, dicendum eſt, quod veri ſancti, qui optime vſi ſunt diuitijs, difficile vitam beatam ſunt conſecuti: de his namq. dicit Spiritus ſanctus, quod fecerunt mirabilia in vita ſua. Si igitur diues, qui recte, & ſtudioſe vtitur diuitijs, difficile vitam beatam conſequitur, quid dicemus de illis, q nõ recte, & ſtudioſe diuitijs vtũtur? Ceterum illud eſt quod dicitur in Euangelio, Facilius eſt camelum per foramen acus intrare, quam diuitẽ intrare in regnum cælorum: Certe quemadmodum qui mittit ignem in linum, & ex alia parte precatur Deũ, vt ſua veſtimenta non ardeant, tentat Deum & peruerſe agit, ſic q amat intenſe pecuniam, & ex alia parte precatur Deũ vt diuitijs a vitæ beatæ conſecutione non impediatur, tẽtat Deum, & peruerſe agit. Sed dices: Si beatius eſt dare, q̃ accipere, iuxta ſententiã Domini, conſequens eſt, diuitẽ paupere eſſe beatiorẽ. Reſpondetur, diuitias in collatione beneficiorũ aliquas hẽre vtilitates; ſed ſi vna vni cõferatur, plures habere voluntariam paupertatem: etſi.n. pauper voluntaria beneficia non conferat, elargitur tñ ſpiritualia, quæ corporalibus potiora ſunt. Dicimus etiam, q licet dare beatius ſit ſm̃ ſe, quam accipere; creaturæ vero melius eſt a Deo recipere, quam dare: nam vniuerſa eius bonitas in participatione diuinæ bonitatis conſiſtit.

Soli qui diuitias habuere. — *Obiectio.*

Illud vero animaduerſione dignum videtur, quod annotat D. Tho. art. 1. ad 3. deſiderium pecuniæ, & beatitudinis, vtrumque in hac vita eſſe infinitum; differre tñ maxime inter ſe, quod illud ſit infinitum propter ſuam imperfectionem. Diuitiæ enim habitæ ſtatim contemnuntur, & explorata eorum inſufficientia, cumulatiores deſiderantur; deſiderium vero beatitudinis eſt infinitum, propter ſuam perfectionẽ: Optimum namq. bonum, quo magis poſſidetur, magis amatur, iuxta illud, Qui edunt me, adhuc eſurient; & qui bibunt me, adhuc ſitient.

D. Thom. Beatitudinis & diuitiarũ deſideriũ infinitum.

DEMONSTRATIO
tertiæ Concluſionis.

HAbere odio diuitias intelligimus eo in ſenſu, quo dicimus ægrotum habere odio medicinam amarã: ad huc enim modũ oportet odio habere diuitias, ac ſi eſſent medicinæ amaræ. Cum enim (vt dictum eſt) periculũ afferant ad vitæ beatæ conſecutionem, & non poſſimus vitam tranſigere ſine bonis temporalibus, oportet omnino vt eas amemus, tamquam medicinas, ad vitam temporalẽ conſeruandam; & vt amaras guſtui animæ ſpirituali. Anima enim noſtra optime intelligit eas eſſe periculoſas ad vitam beatam obtinendam: & ideo, ſi poſſibile eſſet, deſiderandum quidem eſſet abſque bonis temporalibus viuere, ſicuti ægrotus, ſi poſſet ſanitatem conſequi ſine medicina, eas certe non eligeret.

Odio habere diuitias, quid.

Huius rei eſt altera demonſtratio. Nam, quando res aliqua non amatur propter ſe, ſed propter alium finem, tantum amatur, quantum neceſſaria videtur ad finis conſecutionem. Vnde ægrotus non accipit medicinam in magna quantitate, & abundantia, ſed tantum de medicina, quantum expedit ad ſanitatem recuperandam, & ſemper inclinat in minus: ſic de diuitijs omnino iudicandum eſt.

Sed & tertia demonſtratio hoc euidentius oſtendit.

Triplex amor nobiſcum oritur.

Nã amor proprius eſt ex oĩ parte vehementiſſimus, & in primis naturali amore quiſq. vehemẽtiſſime deſiderat eſſe, & viuere, & conatur, quantum poteſt, vitã conſeruare. Deinde naſcitur in nobis amor alius naturalis, etiã vehementiſſimus, generandi ſimile, & propagãdi genus humanum, & concupiſcentia carnis eſt vehementiſſima.

Sed & tertius amor nobiſcum naſcitur, qui ad intellectum ſpectat: is eſt amor excellentiæ, & honoris, quẽ eſſe vehementiſſimum, euidens experientia demõſtrat. Cum enim homo ex diuitiarum abundantia exiſtimet, ſe poſſe oĩa bona, ſuperius dicta, adipiſci, quæ ſunt maxime amata, ſecundum illud, Pecunię obediunt oĩa: fit conſequẽs, quod amor diuitiarum ſit multum vehemens, & ardẽs. Vnde vir ſtudioſus, ſi nõ cõſiderat diuitias, vt medicinas amaras, & periculoſas ad ſalutem & pacem animæ, & non odio eas pſequitur, modo ſupra expoſito, difficillime poterit vitam beatam conſequi. & hoc eſt, quod in Euãgelio dicit Saluator: Nemo poteſt duobus dominis ſeruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget. Et vt nos intelligamus qui ſunt iſti duo domini, ſubiungit ſtatim. Nõ poteſtis Deo ſeruire, & diuitijs: obſerua verbum Domini, & conſigna myſteria. nõ dicit Dominus, nemo poteſt duobus Dominis inſeruire, quia alteri ſeruiet, & alteri non ſeruiet, ſed cauſſam ſubiungit: aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit. Certe in ſeruitute tẽporali nos poſſumus ſeruire vni abſq. eo, quod odio alterum habeamus: ceterum in ſeruitute animi noſtri, Dominus pro manifeſto ſtatuit, quod qui non habet odio diuitias, ad modũ iã expoſitum, non intrabit in regnum cælorum, aut intrabit difficillime. Sed ex ijs demonſtrationibus non inferat Theologus diuitias dãnari, aut eſſe malas; ſed inferat eſſe bonas, ac cõducentes ad vitæ beatæ cõſecutione, ſi qs eis legitime vtatur: at his vti legitime, difficillimũ e. Vide de

Quo modo diuitiæ probentur.

hac re

D. Auguſt.

hac re diſputationem optimam in D. Auguſtino ſuper Pſal, 51. & epiſt. 89. ad Hylarium, quæſtio. 4. in qua diſputat acerrime contra Manichæos, diuitem manentem in diuitijs ſuis poſſe in regnum Dei ingredi, ſi ex ſuis diuitijs mandata Dei fecerit.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum beatitudo hominis in honoribus conſiſtat

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans, cuius ratio eſt: nam honor nihil aliud eſt, quam ſignum quoddam, & teſtimonium excellentiæ in aliquo exſiſtentis, videlicet, in honorato: honor ergo beatitudinem conſequi poteſt; ſed in eo beatitudo ſita eſſe non poteſt.

EXPLICATIO ARTIC.

Concluſ.

Svnt ſane aliq elatiori aio, quam diuites; prediti, pauloque altius naturæ vim intuentes, qui totis viribus, totoq; animi conatu honores, & dignitates, oī qua poſſūt diligentia, conſectantur. Eſt enim nobis illud a natura tributum, vt his ſtudijs maxime operam demus, quibus populus deferat honores. In eo tamē maxime peccāt his honoribus inhiantes, quod ex imperiti vulgi opinione dependeant, in eiuſque rumore veram laudem & beatitudinem conſtituant. Præterea, beatitudo bonum firmum, conſtanſque eſſe debet; honor autem ab hominibus exhibitus, varius eſt, & inconſtans.

Honor eſt in honorante. Ariſt.

Præterea, honor non eſt in honorato, ſed in honorante, vt Ariſtotel. ait 1 Ethico. cap. 5, id eſt, non eſt in poteſtate eius honor, qui honore dignus eſt, ſed in arbitrio honorātis, qui pro ſuo libito, & voluntate poteſt, quem maluerit, honorare. Beatitudo autem, in beato eſt, qui poteſt ſine impedimento ea frui, & delectari.

Honor non per ſe expetitur.

His accedit, quod honor numquam per ſe expetitur, ſed ſemper ad aliud refertur. Nā honor nil aliud eſt, quā ſignum, & teſtimonium illius excellentiæ, quæ eſt in honorato; excellentia vero potiſſime attenditur ex beatitudine, & ex virtutibus, quæ ducunt in beatitudinem. quapp honor beatitudinem ſequi poteſt, at beatitudo nō eſt. Idem confirmatur. Beatitudo. n. facit homines excellētes; quin potius indicium eſt excellentiæ exſiſtentis. Deniq; beatitudo inamiſſibilis eſt; honor vero quotidie deperditur: non ergo in honore ſita eſt beatitudo. legite D. Tho. hoc articulo ad primum, vbi explicat, quo modo honor ſit virtutis præmium: & ſolutione ad tertium, ubi demonſtrat, ueram cauſſam, quare homines tanta cura, tantoq; labore honores proſequantur.

D. Thom.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Gloria qd. Auguſt. Prob. conc. D. Thom.

Gloria nihil aliud eſt, quam clara cū laude notitia, ſecundum Auguſt. lib. 83. quæſt. 4.31. Quod vero in huiuſmodi clara cum laude notitia, beatitudo hominis ſita non ſit, in hunc modum demonſtro.

Primo, quia beatitudo verum eſt, & ſolidum bonum: humana autem gloria ſæpenumero fallax eſt. Secundo, quoniam quod homo in ore omnium verſetur, magna cum gloria, magnoque cum honore, nequaquam hominem bonum efficit: tantum abeſt, vt eum beatum faciat. Si enim cognitio huiuſmodi vera eſt, oportet eam ex bono rei inhærenti demanare, ſicque in re ipſa bonum præſupponit: quod ſi falſa exſtiterit, iam non eſt rei conſona, ſicque non inuenit bonum. gloria igitur humana non facit hominem bonum: nec ergo beatum.

Tertio, quod homo præclarus, glorioſuſque habeatur, alio modo comparatur ad humanam cognitionem; alio modo ad diuinam.

Humanæ & diuinæ cognitionis diſcrimen. Pſal. 90.

Humana. n. cognitio ex rebus cognitis cauſatur, ideoque nō efficit bonū, ſed iā effectū præſupponit. At diuina cognitio, cauſſa eſt rerum cognitarū: ideoq; ex gloria, quæ apud Deum eſt, dependet hominis beatitudo, tanquā ex cauſſa, iuxta illud Pſal. Eripiam eum, & glorificabo eū. cui conſonat illud 2. Cor. 10. Ille probatus eſt, quem Deus cōmendat.

2. Cor. 10.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum beatitudo in gloria humana vel fama conſiſtat.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans, quę ita probatur. Nā humana cognitio, in qua (ſi laus adiungatur) conſiſtit fama, & gloria, ſæpe fallitur: ideoque potius ad beatitudinem conſequitur, quam quod eam efficiat. Ex gloria tamen, quæ eſt apud Deum, dependet beatitudo hominis, ſicut ex ſua cauſſa.

Concluſ.

Obſeruandum tamen eſt non a nobis dictū eſſe, gloriā, quæ apud Deum eſt, noſtrā eſſe beatitudinē: non enim noſtra beatitudo eſt cognoſci a Deo, ſed potius eū cognoſcere. Quod autē diximus, hoc vnū eſt, ex gloria, quę apud Deum eſt, noſtrā beatitudinem dependere. In cuius rei maiorem explicationē aduertēda ſunt, q̄ docet D. Hiero. cap. 5. epiſt. ad Gala. vbi ita ſcribit: Quantas habeat definitiones, & ſignificantias gloria, & Philoſophorum innumerabiles libri, & Ciceronis duo volumina, quæ de Gloria ſcripſit, indicia ſunt. Ne autem gloriæ verbum prætermittamus intactum, ſuas Philoſophis ineptias relinquentes, de ſcripturis aliqua tractemus.

D. Hieron. Cicero.

Matt. 23. Ioan 5. Gloriæ nomen varie adaptatur.

Opinionem vulgi, & laudem hominum fauore quæſitam, gloriæ nomen ſonat, vbi dicitur Matth. 23. Omnia autē faciunt, vt ab hominibus glorificētur. & alibi Ioa. 5. Quo modo poteſtis credere gloriā ab inuicem quærētes? Porro in bonam partem eodem loco ſubiungit: Et gloriā ab eo, qui ſolus eſt, non quærentes? ex quo intelligimus, idem verbum, nunc virtutem; nūc vitium ſignificare. Si ab hominibus gloriam quæro, vitium eſt, ſi a Deo, virtus eſt. qui & ad veram gloriā nos cohortatur dicens: Eos autē qui me glorificant, glorificabo. Significat & aliud in diuinis ſcripturis gloria: cum auguſtius aliquid, & diuinius hominū ſe præbet obtutibus: Viſa eſt in tabernaculo gloria Domini. Exhod. 40. & in templo, quod a Salomone cōſtitutum eſt, gloria erat, 3. Reg. 8. & in facie Moyſi, quando neſciebat, q̄ glorificatus eſſet vultus eius. de qua vultus gloria puto & Apoſtolum dicere 2. Cor. 3. Nos autē reuelata facie gloriam Domini contemplantes, in eandē imaginem traſformamur a gloria in gloriam, ſicut a Dei ſpiritu & ipſe Saluator ſplendor gloriæ, & figura ſubſtantiæ Dei dictus eſt. Hebræ 1. Vidit & Stephanus gloriam Dei, & Ieſum ſtantem a dextris eius Act. 7. Vt autem & nobis fingēdorum licentiam nominum præſumamus, Rebus quippe nouis (vt ait quidam) noua fingenda ſunt nomina, quia hic dictum eſt, Nō efficiamur inanis, vel vanę gloriæ cupidi, nos eos aſſeremus plenę gloriæ eſſe cupidos, qui gloriā Dei deſiderāt, & laudem virtute cōdignā, & aſpectum diuinius aliqd oſtendentem. Vnde, & in pleriſq; noſtri maieſtatem pro gloria tranſtulerunt. Iā dudū cupio in verba prorumpere, ſed teneor timore dicendi: dicā tn̄, nec tacebo paſſionem meam, paſſionem pene communem, non de diuitijs, non de potentia, non de pulcritudine, & corporum venuſtate: hæc. n. manifeſte inter carnis opera numerantur: eleemoſyna, ſi ob laudem fiat, inanis eſt gloria, longa oratio, pallor ex ieiunijs conſequens, non mea ſunt verba hæc, ſed Saluatoris in Euangelio prodantis. Ipſa quoque caſtitas in matrimonio, viduitate, virginibus, ſæpe plauſum quærit humanum. & quod dudū a meo dicere, ſed dicendum eſt, martyrium ipſum, ſi fiat, vt admirationi, & laudi habeamur a fratribus, fruſtra ſanguis effuſus eſt. loquatur Apoſtolus, loquatur electionis vas. 2. Cor. 13. Si tradidero corpus meum vt glorier; caritatem autem non habeam, nil mihi prodeſt.

Exod. 40. 3. Reg. 8. 2. Cor. 3. Hebr. 1. Act. 7. Matth. 6. & Luc. 20. 1. Cor. 13.

Poteſtas humana quæ includat.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Poteſta, humana ex multis coaleſcit. ex diuitijs, fama, honore, principatu: oĩa.n.iſta neceſſaria sũt, vt qs ĩ Repub. prĩcipatũ obtineat. ꝙ in his bonis beatitudo ſita nõ ſit, his argumentis ꝓbatur. Tũ primo, q̃a humana poteſtas eſt valde imperfecta, ſolicitudini, formidini, varijſque ærũnis expoſita. Tũ ſcdo: poteſtas.n. habet rõnẽ principij; beatitudo aũt habet rationem finis. Demum. poteſtas eſt indifferẽs ad bonum, & malum; at beatitudo ẽ bonum ſummum.

Conclus.

Cõcluſiones horum art. demonſtrãtur.

Diligentius tamẽ oſtẽdamus, quod in his bonis, in quattuor præcedẽtibus concluſionibus commemoratis, ſita non ſit noſtra beatitudo, immo neq; in oĩbus bonis externis. In primis, ꝑdicta bona ſunt cõmunia bonis, & malis; beatitudo autem ſolis bonis competit.

Conclus.

Deinde, beatitudo eſt bonũ ſummum, quod nullum ſecum compatitur malum; prædicta autẽ bona multis malis, miſerijs, & ærumnis sũt circumuallata. Præterea, beatitudo bonum eſt ſufficiens, & pfectum, prædicta autem bona poſſeſſor b⁹ ſuis nõ ſufficiũt, cum eis habitis, multa eis adhuc ſuperſint habẽda, vt virtutes, & ſcientię. Item beatitudo bonũ ſummũ eſt, quod nulli nocet; prædicta autem bona ſæpenumero nocent, & Remp. perturbant, vt plane conſtat. Demum, bonum ſummum eſt noſtris ſtudioſis actibus acquiſitum, prædicta autem bona temere, & forte fortuna obueniunt: qua de cauſſa bona fortunæ appellãtur: In his ergo beatitudo, & humana felicitas non eſt collocata.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum beatitudo hominis in poteſtate conſiſtat.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt negans. D. Tho. varie iſtã cõcluſionem oſtendit. Nã beatitudo habet rõnem vltimi finis; poteſtas vero rationẽ principij. Item, poteſtas ſe hẽt ad bonũ, & malum, & poteſt quis ea male vti; quod veræ beatitudini non quadrat: Tãdem, ptãs affert ſecũ multas anxietates, & tribulationes, q̃ a beatitudine procul abeſſe debent: nõ igitur in poteſtate ſita ẽ beatitudo. Sed ĩ calce artic. D. Tho. quattuor rõnibus ea, quæ in hoc artic & tribus præcedentibus dixerat, oſtẽdit, quæ manifeſtiſsima ſunt.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum beatitudo hominis conſiſtat in aliquo corporis bono.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt negans. huius ꝓbatio ꝑſpicua ẽ: Nam homo in beatitudine, alia excedit animãtia; in corporis autem bonis a quãplurimis animalibus ſupatur, vt ĩ diuturnitate vitæ, ab elephãte; in fortitudine, a leõe; ĩ curſu, a ceruo, &c. Item, corporis bona ad animam ordinãtur, vt ad finem; beatitudo aũt finis vltim⁹ ẽ. nõ igit in corporis bonis beatitudo cõſiſtit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

SVadetur aũt huiuſmodi concluſio his argumentis. Primo, quia hmõdi bona ſunt corporis bona; non aũt animæ, quæ corporeis bonis potiora ſunt. Secundo, quia hmõi bona communia nobis ſunt cũ multis animantibus. Tertio, nam bruta aĩalia in his bonis ſæpenumero homines excellunt. Deniq, quis non admiretur eorum hominum amentiam, qui, cum corpore & animo cõſtemus, illam partem inferiorem, belluiſque communem amplectuntur; partem vero ſuperiorẽ, & diuinam nihilo pendunt? legatur D. Tho. hic, qui optime, acutiſſimeque philoſophatur.

D. Thom.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum beatitudo hominis conſiſtat in voluptate.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt. Beatitudo hominis, neque in voluptate corporis, neque in voluptate animæ ſita eſt. probatur. Nam corporis voluptas, exteriora & ſenſibilia bona cõſequitur, in quibus bonis beatitudo ſita non eſt, cum ſint homine ipſo indigniora: & talis voluptas, & delectatio cõpetit homini, ſecundum ignobiliorem partem, & ſenſibilem. Pręterea, talis voluptas nõ poteſt ſequi bonum perfectum, quia ſequitur bonum per ſenſum apprehenſum, quod non eſt perfectum hominis bonum: nam in homine anima præſtat, & bonum intellectuale: nõ ergo in voluptate beatitudo conſiſtit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

QVod non ſit ſita beatitudo noſtra in corporis voluptate, præcedens concluſio ſatis demõſtrauit, quod vero non cõſiſtat in animæ voluptate, & delectatione, demonſtratur in hunc modum.

Nã delectatio, & voluptas ſeqtur ad beatitudinẽ: ex eo .n. q̃ſq; delectatur, & voluptate afficitur, ꝙ bonũ deſideratũ iam poſſidet in re, vel in ſpe. Ex quo conſequens eſt, quod voluptas ẽ appẽdix ad beatitudinẽ; at nõ eſt beatitudo vera. Præterea, operatio pfectior eſt delectatione: nam delectatio ſequitur ad operationem, veluti accidẽs ꝓprium ad ſubiectum: ergo beatitudo non cõſiſtit in delectatione, ſed in opatione: beatitudo enim conſiſtit in bono præſtantiſſimo, & excellentiſſimo.

Conclus.

Quid Epicurus de vita beata ſenſerit.

Obſeruandum tamen eſt, quam plurimos tribuere Epicuro, ꝙ in voluptate corporis beatitudinem ſtatuerit, ſed ſi vera ſunt quæ Cicero aſſerit lib. 1. & 2. de finibus, Epicurus ſobri⁹ fuit, doctus, & religioſus, qui proinde beatam vitam in voluptate animę, & iucunditate; & non in voluptate corporis cõſtituit. Lactantius firmia. libro tertio de falſa ſapientia capitulo 7. affirmat, Epicurũ in animæ voluptate noſtrã felicitatẽ conſtituiſſe, Ariſtippum, in voluptate corporis; Diodorum, in indolentia. Idem habet Seneca lib. de vita beata. c. 13. Diogenes Laer. lib. 10. de vitis philoſophorũ conatur, Epicurũ ab hac infamia liberare. Sũt q arbitrantur ſectã Epicureã eſſe, quã nũc ſequunt Scotus, v ẽ i ſtatuit beatitudinẽ in fruitione & delectatione voluntatis cõſiſtere. Sed quicqd ſit de apologia & defenſione Epicuri, certũ eſt in primis, opinionẽ & ſectã Epicureã fuiſſe infamem. Deinde certũ eſt, nřam beatitudinẽ in ſenſus voluptate non eſſe poſitã. Nã quo q̃s magis accedit ad finẽ ſuũ, tanto pfectior eſt atq; beatior: ſi igitur nřa beatitudo eſt ſenſus voluptas, quo qs voluptatibus, & luxurijs fuerit magis deditus, eo erit beatior, atq. perfectior. Deinde, ſi nřa beatitudo eſt ſenſus voluptas, certe bellux hẽnt beatitudinẽ præcipuã, quippe quę nõ habeãt metus memoriã, nec miſeriarũ vitæ huius, nec cognitione Dei, nec timorẽ Iudicij, nec leges, phibẽtes voluptates, nec certamẽ illud inter carnem & ſpiritum: pſtantius eſt ergo eſſe belluã, q̃ eſſe hominem. Certe iſta ſententia, ſiue Epicuri ſit, ſiue Ariſtippi, condẽnata eſt, & omniũ ſibilis exploſa, vt generi humano valde infamis: quæ proinde in innumeris locis ſacrarũ litterarum dãnata eſt: Eccle. 5. c. ex perſona Epicuri dixit: Itaque viſum eſt mihi bonum, vt comedat quis, & bibat, & fruatur gaudio, & lętitia: hęc enim pars eius eſt. Quam ſententiam capitulo vltimo damnauit, cum dixit: Finem dicendi pariter oẽs audia-

Cicero.

Lact. Firm.

Ariſtipp.

Diodorus.

Seneca.

Diog. Laer.

Eccle. 5.

Eccl. vlt.

audiamus. Time Deum, & mandata eius ſerua: hoc enim eſt, omnis homo. Ex grege Epicuri erant, qui dicebant Sapien. cap. 2. Vbique relinquamus ſigna lætitiæ: hæc enim eſt pars noſtra. & rurſus: Comedamus, & bibamus: cras n. moriemur. quam ſententiam poſtmodum in inferno recantarunt dicentes: Nos inſenſati, vitam illorum exiſtimabam⁹ inſaniam, & interitum ſine honore. Cherinthus inter Chriſtianos habetur infamis hæreticus, qui in noſtra beatitudine poſt corporum reſurrectionē fabulatur, mille annos eſſe futuros in regno Chriſti, ſecūdum carnis delectationem: de hac hæreſi vid. Caſtro, verb. beatitudo, hæreſ. 2. & Bibliothecā ſac. lib. 5. annot. 233. & lib. 6. annot. vltima, quibus locis ſūdamētum eius ponitur, & error confutatur. Sarraceni deniq; habentur homines delicati, turpiſſimi, & infames, qui retributionem bonorum, & vitam beatam in voluptate carnis ſtatuunt. Quorum omnium error, & inſcitia, magis eſt execranda, quam oratione reijcienda.

Sap. 2. — Cherinthus. — Caſtro. — Sarraceni.

Dicendum eſt tertio, noſtram beatitudinem in animæ voluptate non eſſe conſtitutam: nam magis præcipua eſt ſubſtantia, quam accidens: magis enim præcipua eſt hominis ſubſtantia, quam riſibilitas, ſed delectatio, & voluptas eſt accidens, & appendix ad bonum conſecutum, & iam poſſeſſum: ergo in voluptate animæ noſtra beatitudo non eſt ſita. Hac ratione vtitur D. Tho. art. 6. hic, & Seneca lib. de vit. beat. cap. 8. & 14. Sed certe non caret ſua difficultate; nam difficile eſt ad explicandum, quid ſit magis præcipuum, boni conſecutio; an eius delectatio, & iucunditas. Sed de hoc infra q. 4. art. 2. inueſtigabitur.

D. Thom. Seneca.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum beatitudo hominis in aliquo bono animæ conſiſtat.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negās. Nā beatitudo habet rōnē boni, quod eſt bonum per eſſentiam, & per ſe; bonum autem animæ participatum eſt. Verum eſt tamē, quod ſi beatitudo, accipiatur pro vſu, & adeptione rei, quæ appetit, ad animam pertinet: quia homo per animā beatitudinem conſequitur, & in actione ei⁹ pfecta beatitudo cōſiſtit, &c.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Beatitudo dupliciter ſumitur.

PRo huius rei expoſitione ſciendū eſt, quod ſi ſit ſermo de beatitudine pro re, quę nos beatos efficit, atq. felices, certū eſt, nō eſſe ſitā in animæ bonis, neq; in habitu, neque in actu, neq; in animi eſſētia: Illud n. bonum, quod nos beatos efficit, bonū eſt perfectum, & vniuerſale, eſtq. voluntatis obiectum, perficiens plene oīa aīæ noſtræ deſideria. quodcūq; aūt bonum animæ noſtræ, bonum eſt limitatū, atq; finitum: in bonis ergo animæ beatitudo noſtra ſita non eſt. Si vero loquamur de beatitudine pro adeptione rei, quam maximę deſideramus, certum eſt, beatitudinem noſtram in actu animæ noſtræ præſtantiſſimo conſiſtere, quo videlicet, ſūmum bonum apprehendimus, & poſſidemus.

Obiectio prima.

Dicet tamen aliquis: Ratio huiuſmodi, quę adducta eſt ad oſtendendum beatitudinem noſtram in bonis animæ non eſſe ſitam, nulla eſſe videtur. Cum enim dicimus, bonum vniuerſale obiectū eſſe voluntatis, vel eſt ſermo, de bono vniuerſali in prædicando; vel de bono vniuerſali in eſſendo, qualis eſt Deus. Si primo modo ſit ſermo, verum illud eſt: ex eo tamen non ſit conſequens, bonū vniuerſale in eſſendo obiectum eſſe noſtrę voluntatis, in quo ſolo volūtas conquieſcat. Si autem ſecundo modo loquamur, falſum dicit: obiectum enim voluntatis noſtræ, non eſt bonum infinitum, ſed bonum in communi: ſicut verum in communi eſt obiectum intellectus. Reſpondetur, ſermonem eſſe primo modo: argumentum enim manifeſtum eſt, & neceſſarium: ex eo n. quod bonū vniuerſale ē voluntatis noſtræ obiectum, conſequens eſt, voluntatem noſtram impetu naturali in ſingula bona ferri poſſe. Sequitur præterea, quocūque bono adepto, & conſecuto, poſſe voluntatem noſtram in alia, variaque bona ferri: ſicque poteſt progredi in infinitum. Ex quo demum ſequitur, nūquam eam ſatiandam, donec illud bonum cōſequatur, quod i ſe omnem bonitatē cōprehēdit, quod eſt Deus. Reſpondetur ſecūdo, ſermonē eſſe de bono vniuerſali ī eſſendo: hoc enim obiectum eſt noſtræ volūtatis: qd qd enim appetit volūtas, vel ē bonū vniuerſale in eſſendo, vel propter hmōdi bonum, vt teſtatur D. Tho. opuſculo. 2. cap. 103. Hoc enim differūt bonum, & verum, quod illud ſit ī rebus; hoc vero in intellectu. Alio etiam argumento refelli poteſt pdicta concluſio. Illud enim cui aliquid appetimus, magis amamus, quam illud quod appetimus. magis enim amamus amicum, cui appetimus pecuniam, quam pecuniam. Sed quiuis homo appetit ſibi quodcumque bonum: plus ergo amat ſe, quam quodcūque bonū: beatitudo autem eſt id, quod maxime amatur: omnia enim propter ipſam amamus; hominis ergo beatitudo conſiſtit in aliquo bono hominis, non corporis: ergo animæ. Huic argumento ſatisfacit D. Tho. artic. 7. ad 2. docēs beatitudinem eſſe ſummum bonum, quod maxime deſideramus amorę cōcupiſcentiæ: hoc enim amoris generę ea concupiſcimus, quæ nobis, amicisque conueniunt. Cum ergo beatitudinem, ipſumque Deum nobis ipſis deſideramus, huiuſmodi bona amore concupiſcentiæ amamus; nos aūt ipſos amorę amicitiæ amamus, atque adeo Deū ipſum amore amicitię amamus: volumus n. Deo bona, quæ ipſe poſſidet, noſq;, & noſtra in Deum referimus. Dicet aliquis, ex hac ſolutione ſequi videtur, eo amore, quo volumus nobis Deū, & beatitudinem ipſam, plus nos amare, quam Deum: ſicuti plus diligimus amicum, cui volumus pecuniam, q̃ pecuniam.

D. Thom. — Secunda obiectio. — D. Thom. Solutio. — Tertia obiectio.

Huius argumenti videtur D. Tho. negare conſequentiam: comparatio enim debet fieri in eodem amoris gñe: conſtat n. Deum magis a nobis amari inter ea omnia, quę amore concupiſcentiæ amamus, in quo noſtra cōſiſtit beatitudo. Certum præterea eſt, inter omnia, quę amore amicitiæ amamus, maxime nos Deum ipſum diligere: ad eū enim nos, noſtraq; omnia referimus. Dico ſecūdo cum D. Tho. 2. 2. q. 26. art. 3. in ſolutionibus argumētorum, cuius ſolutio (quantum ego conijcio) exactior eſt, quando quis amico bonum aliquod particulare cupit, magis ab eo diligi amicum, quam bonum illud peculiare, quod cupit, quādo vero vult amico bonum aliquod vniuerſale, quale eſt Deus, plus ab eo amari bonum vniuerſale, quam amicū.

D. Thom.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum beatitudo hominis in aliquo bono creato conſiſtat.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negās: cui⁹ rō manifeſta hæc ē. Nā beatitudo eſt bonū perfectū, quod totaliter appetitum noſtrū quietū reddit, & ſatiat, ita, vt nihil aliud reſtet appetēdum. Hoc aūt eſt vniuerſale bonum, quod in Deo eſt; in alijs autem tantum eſt bonū participatū. Igitur in aliquo bono creato beatitudo noſtra ſita eſſe non poteſt, &c.

EXPLICATIO ARTICVLI.

NOn affirmat D. Tho. beatitudinē eſſe aliqd increatū: de hac n. quæſt. ſequenti ar. 1. inueſtigabitur quod docet, hoc vnū eſt: Illud bonū, qd nos beatos efficit, nō eſſe bonū creatū, ſed increatū. Hæc concluſio eſt de fide Catholica. probatur ex illo Pſ. 72. Quid mihi eſt in cælo, & a te qd volui ſuper terrā? & Eccle. 1. Vanitas vanitatū, & oīa vanitas, id eſt, oīa ſūt vana, maximeq; deficiunt vt hoīem beatum, felicemq; reddāt. Certe Salomon vniuerſis bonis deguſtatis, & poſt dili-

Pſal. 72. — Eccleſ. 1.

gentem uitæ beatæ inueſtigationem, tandem in vltimo E.

Eccl. vltim.

Eccleſiaſt. ſic concludit: Time Deũ, & mãdata eius obſerua: hoc eſt. n. oĩs hõ. ac ſi apertioribus verbis dixiſſet: hæc eſt ſumma vitæ beatæ, in qua ſola tota humana felicitas continetur, timere Deum, mandataq. eius obſeruare. cui conſonat illud Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te verũ Deũ, & quẽ miſiſti Ieſum Chriſtũ. & 1 Ioan. 2. Nolite diligere mundũ, nec ea, quæ in mundo ſunt. Si quis diligit mundum, non manet caritas Dei patris in eo. & iterum: Mundus tranſit, & concupiſcentia eius.

Ioan 17.

1 Ioan. 2.

Oſtenditur veritas concluſionis.

Demonſtratur eadem veritas manifeſtis, apertiſq; rõnibus. In primis, beatitudo eſt ſummũ bonum, adimplens finem, ſiq; oĩa deſideria; nullum autem bonum creatũ deſideria nra adimplere poteſt: ergo. Minorem probo: tum, quia obiectum voluntatis nræ bonum vniuerſale eſt, vt docuimus ſupra: quocumq. ergo alio bono adepto, aliud poterit deſiderari, ſicq. voluntatis noſtræ appetitus nũquam adimplebitur. Tum ſecundo, quia omne noſtrũ deſiderium infinitum eſt, & illimitatum: bono igitur finito, & limitato finiri non poterit. Tum tertio, quia nobis eſt naturale deſideriũ, vt viſo effectu, cauſam videre cupiamus: niſi ergo cauſam primam videremus, ſatiari nũquam poſſet appetitus noſter. Confirmatur idem.

Noſter enim intellectus non poteſt tot percipere veritates, quin poſſit plures indagare.

Rurſus, voluntas noſtra non poteſt tot bona amplecti, quin poſſit plura alia deſiderare. Intellectus ergo noſter ſatiari nũquã poterit, quoadusq; infinitam quandam veritatem pertingat, quæ in ſe veritates omnes comprehendat. Eadem prorſus rõne voluntas noſtra ſatiari nũquã poterit, vſquequo ſummum illud bonum attingat, quod in ſe bonitatem omnem complectitur. Veritas hęc, vel ex eo maxime conſtare nobis poteſt, quia experimur animos noſtros his rebus, quæ in hac mortali vita continentur, numquam ſatiari. Licet enim omnia mundi bona in vnum colligas, numquam voluntatis noſtræ appetitum adimplebis, vt veriſſime dixerit Auguſt. 1. conf. capit. 1. Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrum, donec reuertatur ad te.

D. Auguſt.

Simile.

Sicut enim acus parui horologij a magnete tacta, inquieta ſemper manet, & in omne latus ſe vertit, quouſque polum centrumq. reſpiciat, in quem ſuapte natura deſtinatur: ita ſane homo inquietus ſemper manet, quouſque ad Deum ipſum perueniat, in quem, tamquã in finem ſummum bonumq. ſuapte natura eſt deſtinatus.

Argumentũ. D. Dyonij.

Argumentabitur forte aliquis aduerſus ea, quæ dicta ſunt, auctore D. Dionyſ. 4. cap. de diuinis nominibus. Diuina ſapientia coniungit fines primorũ, principijs ſecundorum: ex quo accipi poteſt, quod ſummum inferioris naturæ, attingat infimum naturæ ſuperioris; ſummum autẽ hominis bonum, eſt beatitudo: Cum ergo angelus, naturę ordine, ſit homine ſuperior, apparet certe, beatitudinem hominis ſitam eſſe in hoc, quod aliquo modo angelum attingat. Argumentum eſt quod hic D. Thom. primo loco proponit, quod, vt verũ fatear, obſcure diſſoluit. Dominus Caietan. 2. 2. q. 2. artic. 3. huius rei difficultatem aperte explicat, & inter cetera illa ſcribit, quod homo, ſecundum intellectum, & voluntatem, eſt capax vniuerſalis boni, ſicque habet immediatum ordinem ad Deum, ſecundum triplicem rationem, ſcilicet, vt mouentem, vt finem, vt obiectum: ideoq; hominis beatitudo in eo ſita nõ eſt, vt attingat angelos, aut videat. quibus (vt iam dictum eſt) ſecundum intellectum, & voluntatem immediate nõ ſubijcitur. omnino tamen legatur Caiet.

Caiet.

De beatitudine hoĩs in puris naturalibus conſtituti.

Notandum tamen eſt, quod ſi loquamur de beatitudine perfecta, quam lumen fidei nobis oſtendit, certiſſimũ eſt, illam in nullo bono creato conſtitutam eſſe: ſita enim eſt in Dei viſione, & poſſeſſione: verũ ſi loquamur de beatitudine, quam homo habere deberet, ſi in puris naturalibus eſſet conſtitutus, difficile eſſet explicatu, in quo beatitudo hominis eſſet conſtituenda. Voco hominem conſtitutum in puris naturalibus, qui non eſt cõſtitutus in peccato, neque in gratia, neque eſt in aliquem ſupernaturalẽ finem deſtinatus, ſed qui ſolum eſt in finem, rationali naturæ conſentaneum, deſtinatus: quo modo de eo locutus fuit Ariſtot. omniſq. philoſophorum turba.

Videtur certe, quod homo in puris naturalibus conſtitutus, neceſſario deberet eſſe miſer, & infelix, vel quod nũquam poſſet ſuam beatitudinẽ adipiſci. In primis, noſter intellectus natura duce inclinatur ad omne verum inueſtigandum: at intellectus, facultatibus ſolius naturæ innixus, non poteſt adipiſci omne verum: ergo nũquam põt eſſe beatus. Deinde, voluntas noſtra habet naturale deſiderium ad omne opus ſtudioſum, & naturæ cõſentaneũ perficiendum; at noſtra uoluntas non põt omne bonũ naturæ conſentaneum perficere, pp humanam imbecillitatem: numquam ergo ſatiabitur. Præterea, cum hõ in puris naturalibus conſtitutus, corpore conſtet, & aĩa; corpuſq. aggrauet animam, & caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, non poterit adimplere omne opus naturæ ſuæ cõſentaneũ, nec poterit totã legem naturalẽ implere, vt vera habet Theologia, de homine in natura lapſa, a quo in poteſtate nil differt homo in puris naturalibus conſtitutus: debebat ergo homo ſic cõſtitutus, in mortale aliquod pctm̃ neceſſario labi: eſſet ergo neceſſario futurus infelix, & miſer. Conſequentia probatur. Peccato n. mortali, lege naturali, & diuina, debetur æternum ſupplicium, & miſeria æterna.

Verum hõ in puris naturalibus neceſſario deſet eſſe miſer.

Primũ argumentum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Deinde, q peccat mortaliter, offendit Deum, vt auctor eſt naturę, & conſtituit ipſum ſibi inimicũ: ſi ergo per grę donum non reparatur, ſine remedio erit miſer. At hõ in puris naturalibus conſtitutus, nullum habet gratię donũ: ſtatuimus n. de eo diſputare, quatenus ad nullum ſupernaturale eſt deſtinatus. Præterea, ut hõ beatus ſit, neceſſe eſt eum habere voluntatis rectitudinem, cumq; bonũ bonum eſſe: qui aũt conditus eſt in puris naturalibus, nõ põt hẽre huiõi voluntatis rectitudinẽ: neceſſe n. eſt eũ pp ſuã imbecillitatẽ, & infirmitate, in aliquod mortale pctm̃ labi: nõ ergo põt ſuã beatitudinem adipiſci. Snĩa præterea probabilis eſt multorũ Theologorum, finem nrm̃ naturalẽ eſſe, videre Deum ſicuti eſt facie ad faciem. at hũc fine non põt hõ hẽre ex facultate, & uiribus naturæ, vt habet vera Theologiæ ſnĩa: ergo. Confirmantur iſta omnia Ariſtot. auctoritate: ille n. (ut uidere eſt 1. & 10. Ethi lib.) conſtituit beatitudinem hominis naturalem in virtute, adiunctis fortunæ, & corporis bonis. Si igitur teſte Ariſto, huiõi bona ad vitã beatam requiruntur, contrariaq; mala miſeriam efficiunt, nemo ſane beatus eſſe poterit: nemo. n. eſt qui non grauiſſimis urgeatur malis, pp rerũ humanarum inconſtantiam, & imbecillitatem: quis namq. eſt, qui ab omni malo ſit penitus immunis?

Quintum.

Sextum.

Huic quæſtioni reſpondent quidam Theologi, dicentes, quod ſi Deus hoĩem in puris naturalibus cõdidiſſet, neceſſario etiam ei dediſſet adiutorium naturæ humanæ conſentaneũ, quo prædictus, poſſet omne naturæ bonũ pficere, & in ſtudio virtutũ permanere. Hoc ſenſiſſe uidetur D. Augu. de correptione & grã capit. 11. Si inquit, Deus adiutorium, quo permaneret ſi uellet, homini dediſſet, cũ non talis naturæ facta eſt, ut ſine diuino adiutorio poſſet perſeuerare ſi vellet, non utiq; ſua culpa cecidiſſet: Ergo ſi in puris naturalibus non datur adiutoriũ homini, quo poſſet perſeuerare, ſua culpa certe non laberetur. Idem uiſus eſt aſſeruiſſe idem D. Aug. 3. lib. hypognoſticõ ſeu pcotũ. Hæc ſnĩa refellitur his argumentis. In primis, naturalia manſerunt integra poſt peccatum, tã in hominibus, quam in angelis, ut omnibus Theologis placet. Sed in homine in natura lapſa non manſit huiuſmodi integritas, & poteſtas ad perficiendum omne uirtutis opus, ut docet fides Catholica: Ergo hoc adiutorium inter naturalia non eſt referendum: alioqui enim poſt peccatum manſiſſet.

Primus dicẽdi modus.

D. Auguſt.

D. Auguſt.

Deinde, homo (ut ſatis cõſtat ex naturali philoſophia) cõſtat ex corpore, & anima, & ex carne, & ſpiritu, habetq. certamen inter carnem, & ſpiritũ: ergo ſi ſola, & pura naturalia conſiderentur in homine, neceſſum eſt ex ſua imbecillitate, ut aliquando labatur, & deficiat.

Tandem, ſi huiuſmodi adiutorium inter naturalia eſt numerandum, debiturq. naturæ, conſequens eſt hoĩem poſt peccatum, mõſtrum aliquod eſſe: priuatur ſiquidem aliquo bono ſuę naturę debito, ut ſi intellectu careret, uel auxilio generali. legẽdus ẽ de hac re Magiſter Soto. 1. lib. de natura & gratia, ſtatim in principio. Auctoritati D. Auguſt. rñdetur, hominem in puris naturalibus conſtitutũ,

Mag. Sotus

ha-

habere adiutoriũ ſufficiens ad ſingula cauẽda peccata, & ad obſeruanda ſingula præcepta legis diuinæ, licet nõ ad oĩa per totã vitã: quemadmodũ põt quis Grãmaticã, Rhetoricã, Dialecticã, Theologiã, & alias ſciẽtias addiſcere, licet nullus homo reperiatur, quantumuis pollens ingenio, qui oẽs ſcientias ſimul didicerit. Hoc exemplo vtitur D. Hieron. 1. Dial. contra Pelagianos, in cõfirmationem noſtræ ſententiæ. Reſpõdetur ſecũdo, D. Auguſt. tãtum loq. de illo magno peccato, quod cõmiſit primus parens, quod non eſſet tam magnum, ſi adiutorium originalis iuſtitiæ non ſuſcepiſſet.

D. Hieron.

Prior concluſio.

Proprius modus dicendi.

Sed nunc oportet explicare, in quo eſſet ſita beatitudo hominis naturalis, ſi in ſolis naturalibus eſſet productus. Ad quã rẽ intelligendam ſcire oportet. Ariſtot. oẽſq. recte ſentientes ſtatuiſſe, eũ hominem, qui ex naturæ vi, & facultate Deum cognoſcit, & colit, maxime curæ eſſe ipſi Deo, qui idcirco largitur illi bona temporalia, & ſpiritualia, quantũ expedit ſaluti illius. Vnde Ariſto. 1. Ethi. c. 8. & 9. non conſtituit ſolũ naturalẽ beatitudinẽ in virtute, ſed præcipue in diuina erga homines prouidentia. Quapropter ad Deũ ſpectat præmia diſtribuere, bonorumq. retributiones, quæ oĩa ratione naturali nobis conſtant aperte. Rurſus, ad Deũ attinet tribuere vnicuiq. cognitionem neceſſariam ſm̃ ſtatum ſuum, qua vnum Deum cognoſcat; eumq. tãquã parentem colat, & veneretur. Ad Deũ præterea ſpectat, peccata condonare, & diſſimulare peccata hominis: Si n. iſta condonatio non eſt, nullus in puris naturalibus conſequi poſſet felicitatem naturalem, ſed oẽs in perpetua remanerent miſeria. Iſta vero cõdonatio, (loquimur de homine in puris naturalibus cõſtituto, qui nec ad grãm, nec gloriã ſit deſtinatus) certe fieret per aliquẽ dolorem, ex facultate naturę cõparatum, Deo ſic ordinante: vel fieret ex eo, quia proponeret ſequi bonũ, & fugere malũ: vel alijs modis nobis penitus incognitis: hoc tñ potius eſt diuinare, quam aliquid certo ſtatuere. Oportet potius grãs agere Chriſto liberatori, qui nos vocauit in admirabile lumen ſuũ, quo illuſtrati, viã cernimus, qua progrediendũ ſit ad vitã felicẽ, atq. beatã. Quõ vero Ariſt. cognouerit beatitudinẽ naturalem, & in quo eam poſuerit, infra q. 2. & 4. inueſtigabitur. Sciendum tñ eſt Ariſt. nũq̃ locutum fuiſſe de alterius ſæculi beatitudine, ſed de beatitudine huius vitæ imperfecta, qualem homines poſsũt, vt homines, habere, mille periculis, & ærumnis expoſiti. Illud etiam obſeruãdum eſt, Ariſt. numquam explicaſſe, quo modo homo in peccato mortali conſtitutus, beatitudinem naturalem poſſit adipiſci: non. n. agnouit peccati mortalis grauitatem, nec vero cognouit, quo modo mortali peccato ſupplicium æternum, & miſeria ęterna debeatur: Ideoq. nec remedium, nec medelam peccati agnouit, quæ eſt Chriſtus, qui eſt Deus benedictus in ſæcula.

Ariſtotelis dogmata notãda de beatitudine.

QVAESTIO III.

De definitione beatitudinis.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum beatitudo ſit aliquid increatum.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. Si ſit ſermo de beatitudine pro re, quæ nos efficit beatos, aliquid eſt increatum, Deus ſcilicet, qui ſolus bonitate ſua infinita poteſt voluntatem noſtrã perfecte ſatiare.

Poſterior Concluſio. Si loquamur de beatitudine pro adeptione ſummi boni, beatitudo aliquid creatum eſt, nẽpe actus animæ noſtrę præſtantiſsimus, quo videmus, & poſsidemus Deum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quæſtio difficilis.

Vtrũ formalis beatitudo ſit aliqd increatum.

Argumenta contra ſecundam concluſionem.

Primum.

IN hoc articulo eſt illa grauis quæſtio diſputanda: Vtrũ beatitudo formalis, quę eſt viſio Dei, & poſſeſſio, ſit aliquid creatũ, an potius ipſemet Deus. Probatur hoc ſecundum grauiſſimis argumentis.

In primis, Deus poteſt vniri intellectui creato in rõne notitiæ, & viſionis, ſic adeo, vt ipſe Deus ſit viſio, per quam beatus videat Deũ: ergo non eſt opus alia viſione creata. Antecedens probatur. Mirabilius eſt, q eſſe diuinum vniatur Chriſti humanitati, & quod humanitas Chriſti ſubſiſtat per diuinum eſſe, q̃ quod Deus vniatur intellectui noſtro, in rõne notitiæ, & viſionis: illud autem poſſibile fuit, vt videre eſt in Dominicę incarnationis myſterio: ergo & hoc poſſibile erit, tũ vel maxime, quia Deus ipſe formaliter eſt viſio, & intellectio.

Secundum.

Secũdo, ſi Deus eſſet formaliter albedo, & vniretur humanitati, efficeret illã formaliter albã, vt plane cõſtat: cũ ergo Deus ſit formaliter viſio, & intellectio, & vniatur intellectui creato, facit illũ formaliter intelligẽtẽ: nõ ergo eſt opus alia intellectione creata. Tertio, in Dñicæ incarnationis myſterio Deus vnitur humanitati Chriſti, & eſſe diuinũ, dat eſſe humanitati formaliter, & diuina perſonalitas, dat perſonalitatem humanã formaliter: quia eſſe diuinũ, eſt infinitum; ſed diuinũ intelligere eſt etiam infinitum: poterit ergo tribuere intelligere humanum formaliter: quare alia intellectione nõ erit opus.

Poſterior concluſio.

Tertium.

Quartum.

Quarto, Deus vnitur intellectui beato in ratione ſpeciei intelligibilis: eſt enim forma intelligibilis, vt placet D. Tho. 1. p. q. 12. artic. 2. ad 3. poterit ergo Deus vniri intellectui creato in ratione viſionis, & notitiæ: eſt enim Deus ipſa notitia.

D. Thom.

Confirm.

Confirmatur idem argumentum. Hac enim de cauſſa Deus vnitur intellectui creato in ratione ſpeciei, & ſimilitudinis, quia nulla creatura poteſt Deũ repræſentare, ſicuti eſt: potius ergo debet vniri in ratione notitiæ, & viſionis: nam viſio præcipue Deum repræſentat ſicuti eſt.

Quintum.

Præterea, ſi viſio beata eſt aliquid creatũ, maxima abſurda & incõuenientia ſequerẽtur. Primũ, q aliqua creatura repræſentet Deũ, ſicuti eſt: notitia. n. (auctor. D. Augu. 9. de Trinita. c. 11. & 12. & lib. 4. c. 17.) eſt naturalis, & exacta rei ſimilitudo. Sm̃, quod aliqua creatura eſſet infinitæ perfectionis, quia per illam viſionem infinita poſſunt repræſentari. In anima Chriſti maxime locum habet argm̃, quæ in verbo videt infinita. Tertium, q videndo aliquam creaturã, videremus Deum ſicuti eſt, quia videndo illam viſionem, illius obiectũ videremus, cũ viſio ſine obiecto eſſe nõ poſſit. Quartũ, quia ſi viſio, qua beatus videt Deũ, eſt creata, poterit ergo Deus eam conſeruare in obiecti abſentia: erit ergo homo beatus, abſente Deo. Hæc ſunt argumenta, quæ ſolent in ſcholis adduci in confirmationem huius ſententiæ. Sed oſtendamus maioris ponderis argumentis, poſſe Deum vniri homini in ratione operationis. Primum, Meritum animæ Chriſti fuit omnino infinitum: fuit ergo Deus. Conſequentia probatur, qa extra Deum nihil eſt infinitum. Antecedens vero confirmatur: nam ſi fuit meritum finitum, potuit ergo Deus maius meritum illo efficere: quouis enim finito, poteſt Deus aliud maius producere. Secundum argumentum. Meritum, & operationem animæ Chriſti Deus neceſſario amabat: ergo erat Deus. Conſequentia ex eo conſtat, quia Deus ad extra nihil neceſſario amat. Antecedens probatur: ſi enim Deus meritum, & operationem Chriſti non acceptaret, eſſet iniuſtus, & non eſſet Deus.

D. Auguſt.

Maiora argumenta ad oſtendendum Deum vniri poſſe in ratione operationis.

Primum.

Secundum.

Tertium.

Præterea, Deus operationem Chriſti, & eius meritum amabat infinite, & erat illi infinite gratũ: ergo erat Deus. Conſequẽtia inde probatur, quia nil eſt infinite gratum, niſi ſolus Deus. Confirmatur antecedens: nã ſi finite amabat, & finite erat illi grata Chriſti operatio, conſequens eſt, quod potuerit eſſe alia operatio gratior coram Deo: quod eſt ab omni Theologia alienum.

Quartum.

Præterea, meritum Chriſti fuit infinitum: meruit ergo infinitum præmium; at præmium eſt viſio diuinæ eſſentiæ: meruit ergo infinitam Dei viſionem. Rurſus: ergo meruit vt Deum cõprehenderet, & infinite intelligeret, quãtum Deus ipſe cognoſci poteſt: fuit ergo meritum illud Deus, quia ſoli Deo debetur, quod ſeipſum cõprehendat, & cognoſcat, quantum ipſe cognoſci poteſt.

His

Quorundã Theologorũ ſententia. Capreo. Caie tan. Greg. Ari.

His argumentis adducti fuerũt quidã Theologi, vt arbitrarentur, viſionem beatorũ, qua Deũ ipſũ intuẽtur, rẽ eſſe increatam: quorum ſẽtẽtiam referunt Capr. 3. d. 14. q. 1. explicans primam illius quæſtionis concluſionem; Caie. 3. p. q. 9. articul. 1. Gregor. Arimi. ſecundo ſentent. d. 7. q. 2. quo loco fatetur Greg. ſuis temporibus hmõi opinionem in Pariſienſium ſchola fuiſſe a quibuſdam Theologis defenſam. Certe ſi prædicti auctores loquantur de viſione beatifica, quâ beati vident Deum, ſcdm legẽ ordinariã, & ſm decretum a Deo ſtatutũ, eorum opinio eſt fere hæretica. Si autẽ loquantur de potentia Dei abſoluta, ſtulta eſt, & inſana opinio. Quod ſit fere hæretica, probatur. Oẽs Theologi 4. d. 49. vno ore fatentur, beatitudinẽ eſſe perfectionẽ inhærentẽ beatorũ animis, qua beati vident Deũ, eoq. perfruuntur: ergo beatitudo res eſt creata. Secundo, in Clement. ad nr̃um. de hæreticis, ex Concilio Viennẽſi ſub Clemente V. decretum eſt, hæreticum eſſe aſſerere, ꝙ homo nõ indigeat lumine gloriæ ex parte intellectꝰ ad videndũ Deum: Conſequens ergo eſt, intellectum beati ꝓducere viſionem beatificã: alioqui. n. non eſſet neceſſariũ lumen gloriæ. Tertio, in Concil. Ephe. & Viennẽſi, & in 6. Conſtantinopol. & in 14. Toletano, anathema pronuntiatur ei, qui dixerit, quod in Chriſto Ieſu non fuerit geminus intellectus, gemina volũtas, & gemina ſciẽtia, creata, ſcilicet, & increata: Hæreticũ eſt ergo aſſerere in Chriſto Ieſu fuiſſe vnicã tm̃ viſionẽ increatã, per quã Deũ videret. Præterea, in Concil. Trident. Seſſ. 6. can. 4. anathema dr̃ ei, qui dixerit hoĩem, cũ iuſtificatur, nihil prorſus operari, ſed ſe habere, mere paſſiue, tamquam inanime organũ: Multo ergo magis eſt tamquã hæreticus execrandus, qui docet hoĩem, cũ Deum videt, nil penitus operari. In eodem præterea Concil. Trid. & in eadem Seſſ. canon. 10. definitur contra Lutherum, & contra Oſiandrum hæreticos, quod non ſumus iuſti formaliter per iuſtitiã, quæ eſt in Chriſto: Hæreticum eſt ergo aſſerere, beatos eſſe beatos, videreq; Deũm, per viſionem in Deo exiſtẽtem. Deinde in ſacris litteris aperte aſſeritur, beatos ꝓducere viſionem beatificam: viſio ergo beatifica Deus non eſt: Deꝰ. n. produci non poteſt. Antecedens probatur. 1. Ioan. 3. dr̃: Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum ſicuti eſt. & Ioan. 14. Philippe. Qui videt me, videt & patrẽ meum. videre autem in rõnali natura, eſt ꝓducere viſionem. Quod autem huiuſmodi ſñia ſit hæretica, oſtendit copioſius D. Thõ. de veritate q. 20. art. 1. & 3. p. q. 9. art. 1. ad. 1. & 3. ſñiarum. d. 14. q. 1. vbi multa diſputat in hanc quæſtionẽ, Vtrum in Chriſto Ieſu fuerit ſcientia creata. Qđ autem huiuſmodi opinio inepta ſit, & inſana, his argumẽtis demonſtro. Primo, videre, & amare, ſunt operationes vitales: neceſſe eſt ergo eas oriri a principio vitali intrinſeco, cuius ſunt operationes: oppoſitumq. intelligi nulla rõne poteſt. Qui. n. fieri poteſt, vt ego viuam per vitam in alio exiſtentem: aut videam per alterius viſionem? Secundo, vel intellectus creatus, cum Deũ intuetur, producit uiſionem, vel non. Si non producit, otioſus eſt, & non beatus; Si vero producit viſionem beatificam, ergo illa viſio, Deus non eſt: Deus. n. improducibilis eſt. Tertio, ſi viſio beata, qua beati vident Deum, increata eſt, conſequens ẽ, oẽs beatos, in beatitudine eſſe æquales: vident. n. Deum ꝑ eãdem uiſionẽ increatam. Sequitur præterea, quod Deũ ipſum comprehendant: uident. n. ipſum per uiſionem increatam, & infinitam. Aliud etiam ſequitur inconueniẽs: nam ſi Deus poteſt vniri intellectui beato in rõne notitiæ, conſequẽs eſt, quod poſſit ei uniri in ratione amoris, & dilectionis, quæ omnia manifeſtam præ ſe ferũt abſurditatem. Præterea, in intelligere, eſt quoddam pati, eſt ẽt quædam actio immanens, quæ manet, & inhæret potẽtię, a qua progreditur: ſed Deus non poteſt eſſe forma inhærens intellectui: ergo nõ poteſt uniri intellectui in ratione notitiæ. Demum, ſicut Deus eſt formaliter ſcientia, ita eſt formaliter uita: ſed nõ põt, ſe ſolo, dare formaliter uitam corpori: ergo nõ poteſt, ſe ſolo, facere intellectũ formaliter intelligentem, & ſcientem: quemadmodum ergo oportet uitam corpori inhærere, ita oportet ſcientiam, & viſionem intellectui inhærere. Supereſt tandem argumẽtis adductis ſatisfaciamus.

Clemen. ad noſtrum Concil. Vienen. — Cõcil. Ephe. Cõcil. Vien. Concil. Conſtan. Concil. Tol. — Concil. Tri. — 1. Ioan. 3. Ioan. 14. — D. Thom.

Solutio argumentorũ. Ad primum.

Ad primum negandũ eſt antecedens: eſt enim manifeſtum diſcrimen inter unionem hypoſtaticam, & unionem in rõne notitiæ: quia ut Deus uniatur humanitati in rõne ſuppoſiti, non eſt neceſſe ꝙ inhæreat humanitati, aut ꝙ ſit forma hominis, aut ꝙ ab humanitate producatur; ceterũ, ut ſit notitia, qua beatus cognoſcit, & uidet, neceſſe eſt quod inhæreat, & ſit forma intellectus intrinſeca, & quod producatur ab intellectu nõo: quæ oĩa diuinitati repugnant. Secundo argumẽto rñdetur, admiſſo, Deũ eſſe formaliter albedinem, eũq. uniri humanitati, tñ nego quod illam formaliter albam efficeret: non. n. inhæret humanitati. Eadem ratione licet Deus ſit formaliter ſcientia, uniaturq. intellectui creato, non efficit formaliter illum intelligentem: non enim ei inhæret, neq; eſt uitalis operatio. Tertio eodem prorſus modo ſatisfaciendum eſt. Ad quartum reſpondetur negando conſequentiam. Species enim concurrit ad intellectionem, tamquã efficiens principium; ceterũ nõ concurrit formaliter, id eſt, non eſt forma inhærens, neq; operatio uitalis, de cuius ratione eſt, quod producatur a principio uitali intrinſeco. Hoc eodem modo reſpondetur quinto argumento. Ad cuius primum inconueniẽs dico, uiſionem beatam, quâ beati uident Deum, non eſſe naturalem ſimilitudinem Dei, ſed eſſe operationem uitalem, qua Deum intuemur. Quod uero docet Auguſt. notitiam eſſe naturalem ſimilitudinem obiecti, intelligendũ eſt, rõne principij, & rõne ſpeciei intelligibilis. Nil enim aliud uult Auguſt. docere, quam cognitionem effici per ſimilitudinem: qui enim oĩa cognoſcit, debet eſſe omnia per ſimilitudinem, & rerum ſpecies, quas penes ſe habet. Dialecticis uero docẽtibus notitiam eſſe naturalem ſimilitudinem obiecti, nulla eſt eis in hac parte fides adhibenda. Ad ſecundum inconueniens reſpondetur, uiſionẽ beatam animæ Chriſti non eſſe infinitam ſimpliciter, ſed ſecundum quid: non. n. ſe extendit ad infinita ſimpliciter; ſed ad infinita ſecundum quid, in certo & limitato genere: de quo 3. p. q. 10. art. 3. diligentius diſputatur. Ad tertiũ inconueniens, dicitur quod, ꝙ comprehenderet viſionem beatificam, non neceſſario videret Deũ, ſicuti eſt, ſed ſufficit ut intelligat ordinem quẽ hẽt clara Dei uiſio ad Deũ: ſicut ſi quis comprehendat uiſionẽ colorati, non eſt neceſſe, ut eſſentiam colorati comprehendat, ſed ſatis eſt ut agnoſcat coloratum, & ordinem, quem habet viſio ad coloratum. Reſpondetur ſecundo, quod ille, qui comprehenderet uiſionem beatificam creatam, ex conſequenti videret Deũ ſicuti eſt, non ex natura huius viſionis, ſed ex eo, ꝙ ut comprehenderet huiuſmodi viſionẽ, neceſſe erat ut Deus vniretur intellectui beato in rõne ſpeciei intelligibilis, atq; adeo neceſſarium erat lumen gloriæ, quarũ rerum auxilio uideret Deum, ſicuti eſt. Ad quartum inconueniens dicimus, Deum nulla rõne poſſe intuitiue uideri abſq; eius præſentia: non. n. poteſt Deus producere aliquã creatã ſimilitudinẽ, quæ repræſentet Deũ pfecte ſicuti eſt: oĩs. n. creatura longe inferior eſt, quam quod poſſit Deũ repræſentare ſicuti eſt. Secundo rñdeo, quod ſi Deus huiuſmodi notitiam conſeruaret in rei abſentia, eſſet ſane abſtractiua, ſicq. non faceret hominem beatum.

Vnionis hypoſtaticæ & in rõne notitiæ diſcrimen. — Ad ſecundũ. & tertium. — Ad quartũ. — Ad quĩtũ. Vtrum notitia ſimilitudo obiecti dici poſſit. — Viſio beata animæ Chriſti non eſt infinita ſimpliciter.

Omnibus alijs argumentis de Dominicæ incarnationis ſacramento, non poſſumus eis præſenti loco, ut par eſt, ſatisfacere: ſed ea tm̃ præſenti loco adducã, quæ nr̃o inſtituto erunt accommodata: Rñdeo ergo, quod licet operatio animæ Chriſti, ſm̃ ſe limitata ſit, & finita, at uero ex coniunctione ad diuinam perſonam, quæ huiuſmodi operationes, mediante humanitate, exercebat, Deoque offerebat, habebat quãdam infinitatem, & valorem infinitum, quẽadmodũ Chriſti humanitas ex diuinæ perſonæ vnione recepit infinitam dignitatem, & infinitum eſſe, eſſe. ſ. diuinum. Secundo rñdeo, operationem animæ Chriſti, in genere entis finitam eſſe, & limitatam; at uero in genere meriti, & ualoris infinitam eſſe & illimitatam: erat. n. operatio diuinæ perſonæ, a qua operatio illimitationem, & infinitatem habebat. Dico tertio, Deũ magis amare Chriſti humanitatem, quam uniuerſitatem creaturarum paſſibilium: non quod ſit infinita, uel Deus; ſed ex coniunctione ad diuinam perſonam in ſuppoſiti unitate.

Ad argumẽta ſumpta ex incarnationis myſterio. Opationes animæ Chriſti.

Illud uero axioma, Quocũque finito poteſt Deus maius efficere, verum eſt, quãdo eſt finitum, non cõiunctum bono infinito ſimpliciter. Interpretatio eſt D. Thom. 1. p. q. 25.

Nota.

p q 25.artic.vltimo ad vltimum.Rūdeo quarto,licet opinio ſit probabilis,dari poſſe maiorē & excellentiorē viſionē Dei,viſione animæ Chriſti:ceterū non eſt ꝓbabilis opinio,quod poſſit dari maius meritū,merito animę Chriſti:

Meritum. Chriſti quomodo infinitum.

nā meritū Chriſti non tantum habuit valorem ex charitate habituali, ſed potiſſime ex gratia vnionis:de qua re vide D. Tho.3.p.q.1.art.2 ad 2.& q.7. in multis articulis, & q.26 art. 2 ad 1. & Caietanū ibidem exponētem ſolutionē ad tertiū, Capreo. in 3.d.13.quæſti. vnica. Vltimo notandum eſt, ꝙ licet verū ſit, meritum Chriſti in ratiōe meriti fuiſſe infinitum; non tamen fuit omnibus modis infinitum: alioq; enim Deus eſſet. Ex quo ſequitur, præmiū huius meriti non eſſe omnibus modis infinitū, ſed eſſe infinitum ſyncathegorematice, id eſt, quocūq; p̄mio dato, Chriſtus Dñs maius pręmiū ꝓmeruit. Queadmodū ergo virtus diuina ex eo maxime oſtēditur infinita, ꝙ poſſit infinita ꝓducere ſyncathegorematice, id eſt, non tot, quin plura: & quacūq; perfectione data, poteſt meliorem efficere, quā non poſſit producere creaturā infinitā, eodem modo meritū Chriſti oſtenditur infinitum, eo præcipue, quia quocūq; præmio dato, magis adhuc promeruit. Ex alio etiam capite meritum Chriſti oſtēditur eſſe infinitum, ex modo, ſcilicet, merendi: meruit.n.apud Deum ex oī iuſtitię rigore, vt bonis Theologis viſum fuit, qui modus merēdi infinitū valorē habuit: nulla.n. creatura pura hoc modo potuit promereri apud Deum, vt eius meritum Deus ex iuſtitia acceptare teneretur, niſi quatenus gratiæ Dei innititur, & incumbit. Quemadmodū.n. creatio oſtendit virtutē Dei infinitā, non ex parte rei creatæ, quæ finita eſt, ſed ex modo faciendi: facere.n.ex nihilo, virtutem requirit infinitam: eadē ꝓrſus ratione mereri apud Deum ex proprijs, & omni iuſtitiæ rigore, infinitatem quandam contrahit. Reſpondetur etiam, alio modo meritum Chriſti fuiſſe infinitum ex parte vnionis hypoſtaticæ: at premium, quod creaturę debet conferri, non poteſt eſſe infinitū ratione vnionis: creatura.n.cui pręmium conferendum eſt, Deus non eſt. Illud enim certo affirmari oportet, Chriſtū Dñum beatitudinē ex meritis non habuiſſe, ſed eā nobis promeruiſſe. Aduertendū etiam eſt, quod quemadmodum meritum fuit infinitum, ratione vnionis, eodem modo potuit mereri pręmium infinitum, ratione vnionis. Non enim dubito, quin Chriſtus potuerit promereri, quod tertia perſona ſāctiſſimæ Trinitatis vniret ſibi naturam angelicam, vel humanam, ſi ad id promerendum ſuam direxiſſet operationē. Ex his, quæ hactenus dicta ſunt, ſatis (ni fallor) ſoluta remanent aduerſariorum argumēta, quæ ſuperius propoſuimus. Vnicum tamen ſupereſt argumentum, quod opinionem illā confirmare videtur, quo ſoluto, nil erit amplius quod de hac quæſtione deſideretur. eſt autē huiuſmodi argumentū.

Argumentū: D. Auguſt. D. Thom: Solutio.

Frui creatura, peruerſitas maxima eſt, teſte D. Augu. at fruemur viſione beatifica: eſt.n. finis noſter vltimus, auctore D. Tho. infra quæſtione 11 articul.3 non ergo videbimus Deū viſione creata: ergo increata. Huic argumento reſpondetur, quod in ordine ad deſideriū noſtrum, amorem, & fruitionem, idem eſt obiectū, Deus, & videre Deū, ſicuti auaro idē eſt, pecunia, & habere pecuniam: atque, vt vnico verbo cuncta complectamur, dicimus beatum ſolo Deo frui, viſione beatifica: per eā enim Deum habet præſentem, quo præcipue fruitur, & delectatur.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum beatitudo ſit operatio.

SVMMA TEXTVS.

Conluſ.

CONcluſio eſt. beatitudo, vt eſt aliquid creatum in homine exſiſtens, eſt operatio; quia eſt vltima hominis perfectio. Vnumquodque enim in tantum perfectum eſt, in quantum eſt actu: vnde operatio eſt vltimus actus operantis, & actus ſecundus dicitur: habens enim formam poteſt eſſe in potentia operans, ſicut ſciens eſt in potentia conſiderans. Inde eſt, quod etiam in alijs rebus, vnaquęque dicitur eſſe propter ſuam operationem, auctore Ariſtotele ſecundo de Cælo. Sciendum eſt tamen, quod beatitudo multis modis dicitur, ꝓut diuerſæ res beatitudinis ſunt capaces. nam in Deo eſt per eſſentiam: eius enim operatio, eſt ipſum eſſe, & ipſa eſſentia diuina; in angelis eſt vltima ꝑfectio, ſecundum aliquā operationem, qua coniunguntur Deo. & hæc in eis eſt vnica, & ſempiterna; in nobis vero ſecūdum ſtatum præſentem, eſt ꝑ aliquam operationem, qua Deo coniungimur, ſed non vnica, quia operatio noſtra interciſione multiplicat. & ideo, in hac vita perfecte non habetur, ſed in futura, qn̄ erimus ſicuti angeli Dei.

Meritum. Chriſti & eius præmiū quo proportionatur. — **Capreo. D. Thom.**

EXPLICATIO ARTICVLI.

Ariſto. — **Quæſtio. Vtrum beatitudo perficiat eſſentiam quā potentiam.**

IN hoc articulo ſunt a nobis graues & difficiles quæſtiones explicādę, quę plurimū conducent ad veram beatitudinis rōnem intelligendam.

Henricus.

Henricus de Ganda quodlibet 13.q.12.cēſet beatitudinem prius pficere eſſentiā, quam potentias: arbitratur.n. beatitudinem maxime in eo ſitam eſſe, quod D. illabitur beatorū animæ, & cum ea cōiungitur, & ea in ſe trāsformat, ita, vt nō appareat aliud quā Deus, quemadmodū ferrum candens apparet ignis. Probatur hæc ſnīa, tum teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, tum ēt rōnibus. In primis. 1.Ioan.c.3.dicitur: Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, & videbimus eum, ſicuti eſt, & 2.Pe.1. Maxima & pretioſa nobis promiſſa donauit, vt efficiamur diuinæ conſortes naturæ: ergo in conſortio, & in hac (vt ſic loquar) deificatione, noſtra beatitudo conſiſtit. Idem ēt cōfirmatur. Amor (vt placet D. Dionyſ.7 c. cæleſtis hierarc.) eſt vis transformatiua amantis in rem amatam. Docēt ēt Platonici, aīmū magis eſſe vbi amat, quam vbi animat. Cui alludere vr̄ illud Euangelij: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuū. Deus aūt maxime amat animā beatā: ꝑ illam ergo dilectionem maxime ſe transfundit, intimeq; ſe transformat in animæ beatæ eſſentiam: in huiuſmodi ergo transformatione beatitudo noſtra conſiſtit. Probatur etiā hæc ſententia varijs, iiſque fortiſſimis rationibus.

1.Ioan.3. 2.Pet.1. — **D.Dionyſ.** — **Matt.6.** — **Rationes ꝓ illa ſententia.**

Prima. Rom.6.

Prima ratio huiuſmodi eſt. Beatitudo eſt gratia conſummata, ſecundum illud, Gratia Dei, vita ęterna. at gratia eſt in eſſentia animæ, & non in potentijs, auctore D. Tho. infra q.110. art.4. beatitudo ergo perficit animę eſſentiam; deinde vero ad potentias deriuatur, & redundat.

Secunda. D. Thom:

Secundo D. Thom. 1.p.q. 12.artic.2.docet, Deum prius vniri intellectui beatorum, tāquam ſpeciem intelligibilē, quam beatus producat viſionem beatificam: in illa ergo vnione, & illapſu beatitudo noſtra conſtituenda eſt.

Tertia.

Præterea, in rebus omnibus prius eſt eſſe, quam operari: ergo prius eſt deificari hominem, quam operari diuinū.

Quarta.

Deinde, perfectio perfectiſſima in ſubiecto perfectiſſimo collocada eſt: at animæ eſſentia eſt perfectius ſubiectum, quam eius potentia, vt eſt manifeſtum: ergo in ea, & non in potentijs conſtituenda eſt beatitudo.

Quinta.

Pręterea, beatitudo eſt ſummum bonum hominis: maius autem bonum eſt, quod Deus illabatur animę noſtrę, & quod Deus nos videat, & amet, quam quod nos videamus, & amemus Deum: in illo ergo primo noſtra cōſiſtit beatitudo. Minor probatur: tum primo, quia gratia, per quam ſumus grati Deo, melior eſt, quam caritas, per quā amamus Deum: tū ſecundo, quia id melius eſt, quod eligibilius eſt. at ſi alterum horū deeſſe oporteat, eligibilius eſt, quod Deus me amet, quam quod ego amē Deū: ergo.

Sexta.

Pręterea, beatitudo eſt vnio perfectiſſima, qua Deo cōiungimur; at non eſt perfectiſſima vnio ea, quæ fit ſecundum operationem, cum operatio ſit accidens: ergo.

Septima.

Deinde, ſi beatitudo eſt operatio animæ noſtræ, conſe-

quēs eſt, animam noſtram ſeipſam beatificare: ipſa enim producit, & efficit ſuam operationē: quod aſſerere, ab omni Theologia alienum eſt.

Octaue.

Iā ſi beatitudo eſt operatio, eo vel maxime, quia vnūquodque eſt propter ſuam operationem: quod adducit D. Thom. in articulo. Hæc autem ratio nulla eſt: operatio enim accidēs eſt. omne autem accidens eſt propter ſubſtantiam, & non e conuerſo: ergo.

D. Thom.

Nona.

Deinde, ita natura comparatum eſt, vt imperfectiora ſint propter perfectiora; at accidentia ſunt imperfectiora ſubſtantijs: ergo.

Decima.

Demū, ignis operatio, calefactio eſt; at calefactio nō eſt ignis perfectio: collocatur .n. in paſſo, & non in agente; ergo ignis non eſt propter calefactionē. Hæc ſunt argumenta, quibus Henrici opinio confirmari videtur.

Henrici opinio temeraria.

His tamen non obſtātibus, dico hanc Henrici opinionem temerariam eſſe, & impoſſibilem. Primo, in Concilio Florentino, & in Clemētina, Ad noſtrum. de hæreticis. & in extrauagāti Benedicti XI. definitur, noſtram beatitudinem in viſione, & fruitione Dei ſitam eſſe. Idem etiam habetur in ſacris litteris, Ioan. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te verum Deum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. & Paul. Tunc cognoſcam, ſicut cognitus ſum. Beatitudo ergo in operatione conſiſtit.

Cōcil. Flor.

Ioan. 17.

Secundo, eodē modo beatus eſt homo, ſicut Deus: Deus autem beatus ē per ſuam operationē: docet enim Ariſto. 12. Meta. tex. 51. Quod ſi Deus dormiret, non eſſet beatus: homo ergo beatus eſt per ſuam operationem. Idem confirmatur. Si enim anima Chriſti non videret, & amaret Deū, non eſſet beata: ergo beatitudo in operatione conſiſtit. Præterea, iſte illapſus non excedit modū exiſtēdi in gratia: homo enim in gratia exiſtēs, hēt Deū ſibi vnitū, & ſcdm fidem, & ſm rationem naturalem: ex eo autem quod homo eſt in grā, non eſt beatus: iſte ergo illapſus non conſtituit hominem beatum. Vltimo, ex eo, quod homo ex non beato, fit beatus, re vera mutatur; at ex hoc, ꝙ Deus illabitur animæ, non mutatur anima; Deus enim neq; inhæret animæ, neque in anima recipitur: iſte ergo illapſus nō conſtituit hominem beatum.

Ariſtot.

Soluuntur argumenta Henrici.

Ad argumenta in contrariū, auctoritatibus ſacræ ſcripturæ reſpondetur, verum eſſe Deū illabi animis beatorum, etiam ſecundum Diuum Thomam, ex quo illapſu, beatorum ſequitur beatitudo. Nam (ſecundū D. Tho.) Deus vnitur intellectui beato, taquam ſpecies; nihilominus non conſiſtit beatitudo in huiuſmodi illapſu, ſed in viſione, & fruitione Dei, quæ inde conſequitur.

Duobus modis coniūgimur Deo.

Pro cuius rei maiori intelligentia notandū eſt, duobus modis nos Deo coniungi. vno mō, p ſimilitudinē, & vnionē, alio mō, quatenus attingimus Deū ipſū: & vtraq; cōiūctio eſt neceſſaria ad hominis beatitudinē: beatitudo tñ non in prima coniunctione, ſed in ſcda ſita eſt. Quamuis .n. homo habeat Deum ſibi vnitū, & ſit particeps diuinæ naturæ, ſi non videat, & amet Deum, beatus certe nō erit.

Secundo argumento reſpondetur, illam Platonicorum ſnīam metaphorice, & non proprie eſſe intelligendam: ſignificat .n. amantem maxime facere rem dilectā, & de ea ſemper cogitare, animiq; intentione cum ea ſemper cōfabulari; non eſt tñ ſenſus, quod in re amata ſit, ſecudū eſſētia .n, ſed ſecundum deſiderium, & cogitationem. cui ſimile eſt illud Euangelij: Vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Rationibus adductis ſupereſt vt reſpondeamus.

Ad primam rationem.

Ad primam rationem reſpondetur, gratiam eſſe actum primum, quo efficimur filij Dei, & habemus eſſe ſupernaturale: qua de cauſſa in animæ eſſētia eſt collocāda: at beatitudo eſt actus ſecundus, qui eſt operatio, qua conſequimur, & adipiſcimur bonum noſtrum, ideoq; in potentijs animæ operatiuis eſt collocāda. Quod vero dicitur, beatitudo eſt gratia conſumata, hunc ſenſum habet, quod ſit Dei donum, & beneficium omnibus numeris abſolutum, ſic, vt vlterius nihil ſit deſiderandum.

Ad ſecundā.

Secundæ rationi iam ſatis ſupra reſponſum eſt.

Ad tertiam.

Tertiæ rationi reſpondetur, iſtum illapſum, & deificationem neceſſariam eſſe, & priorem operatione; nō tamē in illo illapſu ſitam eſſe beatitudinem, ſed in adeptione, & conſecutione vltimi finis, qui in noſtra operatione cōſiſtit, vt ſatis ſupra oſtenſum eſt.

Ad quartā.

Ad quartam rationem reſpondetur, beatitudinem noſtram conſtituendam eſſe in præſtātiſſimo ſubiecto, quod percipit & adipiſcitur ſummum bonum: anima vero noſtra non percipit, nec fruitur bono, niſi per potentias: in potentijs itaque noſtra beatitudo conſtituenda eſt.

Ad quintā.

Ad quintam rationem dico, beatitudinem noſtram nō cōſiſtere in eo, quod Deus nos videat, aut amet; licet .n. hoc ſit maius bonum noſtrum (vt argumentum adductū concludit) ceterum eſt bonum noſtrum extrinſecum: beatitudo vero bonum eſt noſtrum intrinſecum, qua Deum videmus, fruimur, & poſſidemus.

Ad ſextam.

Ad ſextam rationem reſpondetur, beatitudinem, perfectiſſimam cōiunctionem eſſe ad Deum, qua cōſequimur, & adipiſcimur Deum: quæ ſine dubio operatio eſt.

Ad ſeptimā.

Ad ſeptimam reſpondetur, intellectum illuſtratū lumine gloriæ producere viſionem beatificam, concurrereque inſtrumentaliter ad noſtram beatitudinem efficiendam: nihilominus præcipua noſtræ beatitudinis cauſſa Deus eſt, qui ſolus perfecte noſtram voluntatem ſatiare poteſt.

Ad octauā. Ariſt.

Ad octauam dico, rationem illam eſſe Ariſt. 2. de Cælo text. 17. & 9. Met. tex. 15. & 1. Ethic. cap. 7. cum vero docet Ariſtot. finē cuiuſque rei eſſe operationem, non loquitur de fine, p re, quam optamus; ſed de fine pro adeptione: dicimus enim auari finem eſſe, pecuniam habere: & hæc eſt vna interpretatio ſententiæ Ariſtot. Secūda interpretatio eſt, vt ſignificet, ita natura eſſe comparatū, quod vnaquæque res per ſuam operationem, ſuum finem adipiſcatur. Tertia interpretatio eſt, quod finis cuiuſcumq; operationis ſit ipſe agens in eſſe completo, & perfecto: & quia operatio eſt vltima actualitas, & perfectio agentis, hinc eſt, quod vnumquodq; eſt propter ſuam operationem; id eſt, propter ſuum eſſe completum, & perfectum.

Sciendum tamen, operationem, ſi vt accidens eſt conſideretur, imperfectiorem eſſe ſubſtantia; ſi vero cōſideretur, ut forma actuans ſubiectum, atque vt eſt conſecutio vltimi finis, atq; in genere moralis virtutis, lōge melior, perfectiorq; eſt, quam ſubſtantia. Ex qua diſtinctione ſoluta remanent duo vltima argumenta.

Secū. quæſt. Verū beatitudo in actu vel in habitu conſiſtat. Primum argumentum. Secundum.

Eſt ſecūda quæſtio huius articuli: Vtrū beatitudo cōſiſtat in actu, an potius in habitu? id eſt, Vtrum ſimus beati ex eo, quod poſſimus Deum videre, quando libuerit; an potius ex eo, quod ſemper Deum videamus? Videtur illud primum verum eſſe.

Primo, quia habitus eſt actu perfectior: illum enim efficienter producit.

Secūdo, qa beati poſſunt deſiſtere ab amore, & viſione Dei, abſq; eo, quod amittant beatitudinē. Beatitudo ergo non in actu, ſed in habitu ſita eſt. Antecedēs probatur. Nā habitus caritatis, qui eſt liber, & moralis, producit amorē in beatitudine: ergo ille amor liber eſt, & non neceſſarius. Idem confirmatur. Chriſtus Dñs ab inſtanti ſuæ cōceptionis fuit beatus; at nō neceſſario amabat Deum, alioq in illo amore nō meruiſſet: neceſſarijs .n. non meremur: ergo.

Confir.

Vltimo.

Vltimo, multo probabilis eſt illorum Theologorum ſētentia, quod, ſcilicet, beati vident in Verbo omnia, quę ad ſuum ſpectant ſtatum, non formaliter, ſed cauſſaliter, id eſt, reuelantur quando oportet. beatitudo ergo non conſiſtit in viſione actuali, ſed in habituali.

Solutio quæſtion.

Huic quæſtioni reſpōdetur, impoſſibile eſſe beatitudinem in habitu eſſe conſtitutam. probatur primo. Nullus ex eo quod poteſt operari, bonus eſt, aut beatus; habitus enim facultatem tantum tribuit operandi: non ergo in habitu ſita eſt beatitudo. Deinde, habitus, medium quoddā eſt inter potentiam, & actum; & actus eſt finis ipſius habitus. Ideo enim habitus ſtudioſos comparamus, vt ſtudioſe operemur. Tandem, habitus inueniuntur in dormientibus, & in hominibus magnis calamitatibus oppreſſis, in quibus non eſt beatitudo. Beatitudo ergo non in habitu, ſed in actu eſt conſtituenda. Argumenta ſunt ex Ariſtotele deſumta 1. Ethicorum cap. 6.

Ariſtotelis.

Ad primā.

Argumentis in oppoſitū adductis reſpondetur. Ad primum dico, quod etſi verum illud ſit, habitū, ratione adducta in argumento, perfectiorem eſſe actu; at actus multis alijs de cauſſis potior eſt, & pfectior: eſt enim finis habitus, actuatq; ipſum, eſtq; tandē vltimi finis conſecutio.

Ad ſecundā.

Secundo argumento reſpondetur, negando opera illa in argumento adducta, eſſe libera; quin potius dico, beatos neceſſitari in viſione Dei, & fruitione. qđ vel ex hoc ſolo verum eſſe coniicitur: quia alioqui beatitudo no-

ſtra

ret in habitu, & non in actu conſiſteret. Quo modo autẽ opera Chriſti Domini fuerint meritoria, noſtrum præſentis operis excedit inſtitutum.

Ad tertium. Caietan. Tertio argumento reſpõdetur, ſententiam illam non eſſe ꝓbabilem, licet eã aſſerit Caiet. 3. p. q. 10. artic. 2. Deinde, conceſſo ſententiam illam eſſe probabilem, nil concludit contra noſtram ſententiam: hæc enim opinio loquitur de reuelationibus particularibus, quæ beato fiunt; cum hoc vero recte cohæret, viſionem Dei, & fruitionem eſſe immutabilem, & inuariabilem, in æternumq. eandem permanſuram, &c.

Tertia quæſt. Vtrum viſio beata a ſolo Deo producatur. Tertia quæſtio huius articuli eſt, Vtrum operatio beata, in qua beatitudo noſtra ſita eſt, ꝓducatur a ſolo Deo, an potius intellectus, & voluntas beatorũ ad eam efficiẽter concurrant. Et vt rectam & explicitam diſputationem inſtituamus, quæritur ſpecialiter, Vtrum viſio beata a ſolo Deo producatur, noſtro intellectu mere paſſiue ſe habente. Suadetur pars affirmatiua his argumentis.

Pars affirmatiua probatur. Primo. Primo, viſio beata ſuperat facultatem naturæ creatæ: eſt enim ſupernaturalis, & quantum ad ſubſtantiã, & quãtum ad modum, vt docet ſana & catholica doctrina de actu caritatis, ſpei, & fidei, etiam in hac vita: nulla ergo creatura poteſt eam efficere.

Secundo. Præterea, anima noſtra mere paſſiue ſe habet ad uirtutes infuſas: quod ex definitione virtutis infuſæ ſatis conſtat. Eſt enim virtus infuſa, bona qualitas mentis, quam Deus in nobis, ſine nobis operatur: ad beatitudinem ergo anima noſtra mere paſſiue ſe habebit: beatitudo enim excellentius donum eſt, & diuinitus infuſum.

Tertio. Præterea, ſi anima nr̃a concurrit efficienter ad viſionẽ beatificam, cõſequens eſt, ꝙ anima ſeipſam beatificaret, beatãq. efficeret: producit .n. operationem, in qua beatitudo conſiſtit. Sequitur præterea, poſſe beatos ſiſtere a ſua beatitudine: poſſunt enim ab actionibus, quas ipſi producunt, ceſſare. Quod ſi rñdeat aliquis, beatos in ſuis operationibus neceſſitari, hoc certe eſt maximũ argũ, operationem beatificã ab extrinſeco produci. Si .n. beatus, beatã viſionem produceret, certe liberum ei eſſet operari, uel nõ operari: intelligimus enim, & amamus, cum volumus.

Quarto. Deinde, ſi intellectus beati producit viſionem beatificam, conſequens eſt eum, qui melioribus præditus eſt naturalibus, perfectiorem beatitudinem habere, licet ſit meritis inferior: ſicq. angelus beatior erit beatiſſima virgine, & quam anima Chriſti Domini: quod aſſerere, ab omni Theologia, & fide Chriſtiana alienum eſt.

Quinto. Quinto probatur Nam intellectus perfectior producit viſionẽ pfectiorẽ. Angeli aũt natura ſua perfectiorẽ hñt intellectum ipſis hominibus: ergo ſaltem conſequẽs eſt, ꝙ ſi duo eſſent in meritis æquales, ceteraq. oĩa eſſent paria, is qui perfectiorẽ polleret intellectu, perfectius Deũ videret: quod a vera Theologia eſt maxime alienũ.

Sexto. Præterea, ſi intellectus noſter producit viſionem beatificam, vel mediante aliqua ſpecie creata, vel abſq. aliqua ſpecie intelligibili, primum dici non poteſt: nulla .n. ſpecies creata põt Deum repræſentare ſicuti eſt: nec vero ſ̃m, quia intellectus aĩæ nr̃æ in genere intelligibilium eſt veluti tabula raſa, in qua nihil eſt depictum, & pura potentia, indifferenſq. ad hoc, vel illud intelligendum: opus ergo habet ſpecie intelligibili ad hanc viſionem producendam.

Minoris momenti argu. Rom. 6. His argumentis alia ſolent addi minoris ponderis & momenti, quale eſt illud: Beatitudo, gratia eſt, iuxta illud Roman. 6. Gratia Dei, vita æterna: gratiam autem ſolus Deus confert: ergo & gloriam. cui concinit illud Pſalm. Gratiam, & gloriam dabit Dominus. Præterea, meritum eſt a merente: ergo præmium a præmiãte: ergo a ſolo Deo producitur præmium.

Prima opin. Scot. Capre. Arim. De hac quæſtione magna controuerſia eſt inter Theologos. Quidam arbitrantur intellectionem nũquam produci ab intellectu efficiẽter, ſed a ſolo obiecto. Horũ opinionem refert Scotus, primo ſentent. diſtinctione tertia, quæſt. 7. & Capreol ſecundo ſenten. diſtin. 3. quæſt. 2. explicans primam concluſionem. & Greg. Arim. ſecundo ſẽtent. diſtinct. 7. quæſt. 2. Præcipuum argumẽtum quo hæc opinio confirmatur, hoc eſt. Si intellectus producit effectiue intellectionem, conſequens eſt, idem eſſe agens & patiens, in potentia & actu, materiam & formã, efficiẽſq. reſpectu eiuſdem: hoc autem fieri nulla ratione põt: non ergo producitur intellectio ab intellectu, ſed a ſolo obiecto. Idem confirmatur. Ariſtot. ſecundo de anima, cap. vltimo, & tertio de anima, cap. quarto docet, intelligere & ſentire, eſſe quoddam pati: intellectus ergo non efficit intellectionem, ſed tantum eam patitur.

Ariſtotel. Secund. opi. Marſil. Ocham. Palud. Scot. Secunda opinio eſt eorum, qui cenſet (quidquid ſit de alijs intellectionibus) viſionem beatificam a ſolo Deo produci, intellectu beatorum mere paſſiue ſe habente. hæc opinio eſt Marſilij tertia ſent. quæſt. 10. artic. 2. concluſione 4. Ocham. primo. diſtinct. 1. quæſt. 2. Palud. quarto ſentent. diſtinct 49. quæſtione prima, articul. ſecundo, in confirmatione tertiæ concluſ. Scotus quarto ſenten. diſtinct 49. q. 11. ſub dubio relinquit, Vtrum noſter intellectus ad viſionem beatificam ſe habeat mere paſſiue; de voluntate vero certo ſtatuit, eam concurrere efficienter ad fruitionem: alias enim non neceſſario collocandus eſſet habitus caritatis in patria, qui tamen ſecundum fidem cõſtituendus eſt. Buridanus 10. Ethicor. quæſtione quinta cenſet, Ochami opinionem eſſe maxime probabilem.

Buridanus. Tert. opin. Tertia ſententia eorum eſt, qui cenſent notitiam omnem produci efficienter a potentia cognoſcitiua. Expoſuimus hactenus quid alij ſẽſerint de hac quæſtione; ſupereſt vt noſtram ſententiam his concluſionibus explicemus.

Auctoris reſolutio. Prima Concl. Ariſtotel. Sit prima concluſio. Sententia prima commemorata, ab omni ratione, & philoſophia eſt prorſus aliena. In primis hæc ſententia negat, intelligere actionem eſſe vitalẽ: de eſſentia enim actionis vitalis eſt, quod oriatur a principio intrinſeco actiuo, teſte Ariſtote. octauo Phyſicor. & alijs plurimis locis. Diffitetur præterea huiuſmodi ſententia, intelligere actionem eſſe immanentem: nam re vera ſi intellectio a ſolo obiecto producatur, apertum eſt illam actionem eſſe tranſeuntem: quod aſſerere, & Ariſt. 9. Met. tex. 16. & omni philoſophiæ aduerſatur.

Ariſtotel. D. Auguſt. Præterea huius ſententiæ auctores negant axioma illud certiſſimum Auguſtin. nono de Trinitate, cap. duodecimo, & ſecundo d doctrina Chriſtiana, Ab obiecto, & potẽtia pari notitiã: deinde habitus in intellectu exiſtentes, ut prudentia, & ars, producunt ſuas operationes efficienter, vt conſtat: ergo etiam intellectus. Conſequentia ex eo probatur, quia quidquid producit habitus, producit etiam potentia, in qua habitus ſitus eſt. Eo præterea ſententia, totam videtur ſubuertere philoſophiam: ſi enim intellectus non producit intellectionem, quorſum requiruntur ſpecies ad intelligendum? quorſum oportet phantaſmata illuſtrari, & illuminari? quo modo diſcurrit homo, ratiocinatur, & meditatur? Videtur denique huiuſmodi ſententia aliena eſſe a fide.

Concil. Trid. In Concil. enim Tridentino, ſeſſione ſexta, canone quarto, anathema pronunciatur aduerſus eum, qui dixerit, hominem in opere ſuæ iuſtificationis, habere ſe mere paſſiue, tamquam organum inanime: execrandus eſt ergo qui docet, hominem, cum credit, & cognoſcit myſteria fidei, habere ſe mere paſſiue.

Ad argum. Primo opin. Argumentis huius opinionis reſpondemus, nullum eſſe incommodũ fateri, idem eſſe agens, & patiens reſpectu diuerſorum. & cum Ariſtot. ait, intelligere, eſſe quoddam pati, intelligendum eſt ratione ſpeciei intelligibilis, quæ recipitur in intellectu paſſibili, vel ratione obiecti, a quo patitur noſter intellectus, mediante intellectu agente; vel etiam ratione intellectionis, quæ in ipſo intellectu recipitur, & manet.

Q̃o intelligere quoddam pati dicatur. Illa itaque ſententia, intelligere, eſt quoddam pati, nõ facit ſenſum formalem, ſed cauſalem, id eſt, intelligere cauſatur ex paſſiõe, qua intellectus noſter ab ſpecie intelligibili patitur, eam in ſe recipiens.

Clem. ad noſtrum. Secunda Concluſio. Sententia ſecunda periculoſa eſt, & temeraria. Probatur primo. in Clementin. ad noſtrum. de hæreticis, ſancitum eſt, eſſe neceſſarium lumen gloriæ ex parte noſtri intellectus ad vidẽdum Deũ: ergo intellectus noſter lumine illuſtratus, concurrit efficienter ad viſionem beatificam; alias non eſſet neceſſarium tale lumẽ.

Conc. Trid Secundo, in Concil. Tridentin. loco ſupra adducto, anathema aduerſus eum pronunciatur, qui dixerit, hominẽ in ſua iuſtificatione ſe habere mere paſſiue, nihilq. operari: potius ergo pronunciandum eſt anathema aduerſus eum, qui dixerit, hominem in beatitudine nil operari.

Tertio, in ſacris litteris notum eſt, ac teſtatum, noſt. ã beatitudinẽ ſitam eſſe in Dei viſione, & amore; ſed vt cõ

ſtat

ſtat ex naturali ratione) nil aliud eſt videre, & amare, quã viſionẽ, & amorẽ producere: beati ergo producũt amorẽ, & viſionẽ. Vltimo, viſio, qua beati vident Deũ, actio eſt vitalis: neceſſario ergo procedit a principio actiuo intrinſeco. qđ adeo certũ eſt, vt Deus efficere non poſſit, ꝙ ego cognoſcã, aut videã abſque eo, quo producam viſionem, aut intellectionem. quod ſupra diligẽtius explicauimus.

Sciendum tamen eſt, hanc noſtram ſententiam fere eſſe de fide. Quando enim concluſio aliqua ſequitur ex vno principio reuelato, & altero, lumine naturæ noto, eſt de fide: hæc autem concluſio huiuſmodi eſt: eſt ergo de fide. Probatur minor. Nam ſacræ litteræ expreſſe teſtantur, beatos videre Deũ, vt in illo: Videbimus eum ſicuti eſt. Rurſus alio loco: Nunc videmus per ſpeculum in ænigmate; tunc vero facie ad faciem. Sed euidens eſt lumine naturali, quod videre nil aliud eſt quam viſionẽ producere: beati ergo beatificam viſionem producunt.

Dubium. Vtrum poſſit Deus viſionem ſe ſolo producere. Capreo. Ad vltimum argu. contra 1. concluſ. Palud.

Quæſtio tamen hinc magna oritur, Vtrum de potentia Dei abſoluta poſſit Deus ſe ſolo producere viſionẽ beatã in intellectu beato, noſtro intellectu mere paſſiue ſe habente. Capreo. quarto, diſtinctione quadrageſimanona, quæſtione quarta, articulo tertio, ad argumenta Durandi, arbitratur hoc implicare contradictionẽ, & repugnantiã. & ſecũdo ſenten. diſtinctione tertia, quæſtion. ſecunda dicit, Deũ ſe ſolo poſſe producere qualitatem illã in noſtro intellectu; noſtrũ tamen intellectũ nil intelligere poſſe per illã qualitatẽ. Palud. 4. ſentent. d. 44. quæſtion. vltima, articulo vltimo, cẽſet Deum imprimere poſſe noſtro libero arbitrio actum intelligendi, vel volendi, libero arbitrio noſtro mere paſſiue ſe habẽte. Huic ſentẽtiæ fauere videtur D. Tho. de veritate, quæſt. 10 articul. 11. quo loco docet, quarundã operationũ principiũ eſſe in operãte, vt videre eſt in oĩbus actionibꝰ agentiũ naturaliũ: aliarũ vero operationum principium eſſe extra ipſum operantẽ, vt in actionibꝰ miraculoſis, quarũ principiũ eſt virtus diuina, in quarũ numero collocat viſionẽ beatificam. Hæc ſentẽtia placuit doctiſſimo Magiſtro F. Franciſco Victoriæ, tãque confirmabat hoc argumento: Deus ſe ſolo producere poteſt notitiam illam in noſtro intellectu, vt etiam placet aduerſarijs. Impoſſibile autem eſt, eſſe notitiam in noſtro intellectu, & quod non intelligamus: Deus ergo poteſt ſe ſolo producere viſionem beatificam in noſtro intellectu.

D. Thom. Victoria.

Tria ad intellectionẽ neceſſaria.

Ad huius quæſtionis expoſitionem obſeruandum eſt, dũ aliquid intelligimus, tria eſſe in noſtro intellectu: primum, ſpeciem intelligibilem ab obiecto productam: deinde verbũ, in quo, vt in ſpeculo, reſplendet, & videtur: tertio, rem ipſam quam per verbũ intelligimus. Quibus ſtatutis, dico primo, Deũ ſe ſolo producere poſſe intelligibiles ſpecies. Secundo dico, Deum ſe ſolo poſſe verbum ipſum producere. Dico tertio, Deum ſe ſolo nõ poſſe producere intellectionem: inuoluit enim repugnantiam, & contradictionem, quod ego cognoſcam, & non producam intellectionem. Eſt enim intellectio vitalis operatio, de cuius ratione intrinſeca eſt, quod ab intelligẽte producatur: Intelligere enim, nõ eſt ſpeciem, vel verbum producere, ſed eſt tendẽtia ad rem cognoſcendam, quam Deus ſolus efficere non poteſt: eſt enim vitalis operatio a principio intrinſeco originem trahens.

Auctoris reſolutio.

Qõo quod Deus facit cũ cauſſa ſecunda, poſſit facere ſe ſolo.

Ex quo ſequitur axioma illud, Quidquid Deus poteſt facere cũ cauſſa ſecũda, poteſt facere ſe ſolo, intelligẽdũ eſſe de cauſſa efficienti; nõ autẽ de cauſſa formali. Rurſus intelligendum eſſe, quando effectus non ducit ordinẽ intrinſecum ad cauſſam efficiẽtem; operatio autem vitalis, qualis eſt intellectio, ducit ordinem intrinſecũ ad principium vitale intrinſecum, a quo, tanquam ex fonte, demanat. Vt quæſtionem iſtam tandem abſoluamus, ſupereſt argumentis in principio adductis ſatisfaciamus.

Ad primum in princip.

Ad quorum primum, admitto operationem beatificam ſuperare omnẽ vim, & facultatem naturæ, & ex quo ſolũ ſequitur, hominem ex viribus naturæ nõ poſſe producere viſionẽ beatificam: at ſi adiuuetur lumine ſupernaturali, poterit eam producere: quemadmodũ calefacere, ſuperat vim aquæ naturalem; ſi tamẽ calida ſit, calefacere optime poterit. Ad ſecundum reſpondetur, negando conſequẽtiam: eſt enim manifeſtum diſcrimen inter habitum, & actum. Habitus enim, cum non ſit vitalis operatio, poteſt ab extrinſeco in ſubiecto produci; at Dei viſio, cum ſit vitalis operatio, neceſſum eſt quod a vidente proficiſcatur.

Ad ſecundũ.

Ad tertium. Vtrũ animã beatificet ſe. 1. Ioan. 3.

Tertio argumẽto reſpondetur, huiuſmodi locutiones, Homo beatificat ſe, & homo ſãctificat ſe, nõ eſſe tã improprias, vt multi arbitrantur: primæ enim Ioannis 3. dicitur: Omnes, qui habet hãc ſpem, ſanctificat ſe. poterit ergo in bono & catholico ſenſu admitti, hominẽ ſe beatificare; nõ ꝙ ſit auctor præcipuus beatitudinis, ſed ſimul cum gratia Dei concurrendo. Reſpondetur ſecundo, animã noſtrã vere proprie non ſe beatificare: ea enim res ſola nos beatificat, feliceſque reddit, quę omnia noſtra deſideria cõplet: huiuſmodi autẽ res, ſolus eſt Deus. His tamẽ nihil obſtãtibus, vere proprieque fateri poſſumus, animã noſtrã actiue cõcurrere ad ſuã beatitudinẽ producendã: ſicut in prima iuſtificatione, cũ homo ex impio, ſit iuſtus, homo peccator actiue cõcurrit ad ſuam iuſtificationẽ, vt ſancitũ eſt in Concil. Trident. ſeſſione ſexta, canon. quarto; at homo peccator nõ ſe iuſtificat, ſed Deus illũ iuſtificat: qđ explicatur exemplo ſatis accommodato. Certũ eſt enim diſcipulum non ſe docere, ſed a magiſtro doceri: nihilominus tamen diſcipulus concurrit actiue ad doctrinã ſuſcipiendam, diſcurrendo, ratiocinãdo, vnum ex altero colligẽdo.

Conc. Trid.

Ad quartũ.

Quarto argumento reſpondetur, beatos non poſſe ceſſare a Dei viſione, & amore: neceſſitantur enim ad huiuſmodi opera omni ex parte, & quãtum ad ſpeciem actus, & quo ad eius vſum & exercitium. Hinc vero non ſequitur, intellectum, aut voluntatem nõ concurrere efficienter ad viſionẽ, aut amorem producendum: demonſtratio enim euidens conuincit intellectũ vt neceſſario aſſentiatur cõcluſioni; ex hoc tamen non ſequitur, intellectum nõ concurrere efficienter ad concluſionis aſſenſum.

Ad quintũ Caiet.

Ad quintum argumentum reſpondet Cardinalis Caietanus, tertia parte, quæſtione decima, articulo quarto, & 2. 2. quæſtione vigeſimaquarta, articulo ſeptimo, admitẽdo illud cõſequens, nec vllũ cẽſet incommodũ, intellectũ ex ſua natura meliorẽ, cum æquali lumine gloriæ clariorẽ producere Dei viſionẽ. Nec hoc iuſtitiæ diuinæ diſtributiuæ aduerſatur, quæ reddit vnicuique quod ſuum eſt: hic enim viſionis exceſſus nõ oritur ex lumine glorię, ſed ex natura intellectus, cum lumine gloriæ concurrentis. Hęc tamen Caiet. opinio vno omnium ore exploſa eſt: ideoque alia via eſt nobis pergendum. Dicimus enim, cum operatio beatifica ſit ſupernaturalis, eius diſpoſitio nõ erit viſ al qua naturalis, ſed ſupernaturalis, cuiuſmodi eſt lumen gloriæ: quãto igitur perfectius fuerit lumẽ gloriæ, tanto perfectior & clarior erit viſio beatorum. Ex quo ſequitur beatiſſimã Dei genitricẽ, ſemperque virginẽ Mariã, inter omnes puras creaturas primatum in beatitudine obtinere: collatum enim ei fuit præſtantiſſimum lumen gloriæ.

Perfectior viſio beatifica ex maiori lumine gloriæ pendenda eſt.

Sequitur etiam, quod ſi lumen gloriæ animæ Chriſti collatum, alicui angelo conferretur, non ideo perfectius Deum ipſum videret. cuius contrarium cenſet Caietanus loco ſuperius adducto. explicatur hoc exemplo ſubiũcto. Si æqualis calor reperiretur in aqua, & in vino, æqualis certe ſequeretur calefactio: calefactio enim calorẽ ſequitur; nõ naturã aquæ, vel uini. Eadẽ prorſus ratione, ſi æquale lumẽ daretur angelo, & animę, ęqualis ſequeretur viſio.

Ad ſextum.

Sexto argumento reſpondetur, viſionem beatam non fieri per ſpeciem creatam, ſed Deum Opt. Max. vniri intellectui beatorum tamquam ſpeciem intelligibilem, cõcurrereq; efficienter cum intellectu noſtro ad viſionẽ beatificã producendã, qua de re diſputat D. Tho. 1. p. q. 12 art 2.

D. Thom.

Ad alia arg.

Alijs leuioribus argumentis reſpondeo, atq; ad primũ dico, illam Diui Pauli ſententiam, Gratia Dei, vita æterna indicare nobis fontẽ, a quo demanat vita æterna, eſſe gratuitum Dei donum; ad hanc tamen vitam beatã concurrere hominem actiue, tum merito ſuorum bonorum operũ, tum etiam producendo operationem, in qua beata vita cõſiſtit, de qua Pauli ſentẽtia diſſerit doctiſſime Augu. epiſt. 105. & 1. lib. de gratia & libero arbitrio c. 8. vſq; ad 11.

D. Auguſt.

Ad ſecundũ argumentũ, concedo præmiũ eſſe a pręmiãte: ex hoc tamen non ſequitur intellectum noſtrum non producere viſionem beatificam; veluti ſi cœco cõcederetur in præmium ſui operis viſio, potẽtia viſiua certe viſionem produceret. Hoc igitur argumentum tantum ſuadet, præmium ex munere, & gratia Dei nobis prouenire, quod

nos libenter fatemur. cui ſimile eſt, illud Pſalmi: Qui coronat te in miſericordia, & miſerationibus, &c.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum beatitudo in operatione ſenſus conſiſtat.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſ.

PRior Concluſio eſt negans. Etenim noſtra beatitudo conſiſtit in cõiũctione ad bonum increatum, cui per operationem ſenſus coniungi non poſſumus: Ergo in parte ſenſitiua eſſentialiter non eſt ſita beatitudo: maxime, quia in corporalibus bonis, beatitudo non conſiſtit; ſed in ſpiritualibus, ad quę bona per operationem ſenſus non attingimus.

Poſterior Concluſ.

Poſterior Concluſio. Operatio ſenſus antecedenter, & conſequenter poteſt ad beatitudinẽ pertinere. Antecedẽter quidem, quia ad operationem intellectus, requiritur ſenſus: nihil enim eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Conſequenter vero in alio ſtatu, cum poſt reſurrectionem ex ipſa beatitudine animæ fiet quædam redundantia in corpus, & in potentias ſenſitiuas, vt in ſuis operationibus perficiantur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

D.Thom. D.Auguſt.

QVæſtionẽ huius articuli explicat D. Thom. 1.p. q.12. articul. 3.& D.Augu. epiſtola 111. & 112. nos tamen breuiter ab hac quęſtione nos expediemus. In hoc articulo eſt illa quæſtio diſputanda: Poſſit ne Deus sẽſu aliquo interiori videri? Suadetur pars affirmatiua his argumẽtis.

Verũ poſſit Deus ſenſu interio rico gnoſci. Prim. argu.

Primo, ſenſus interior poteſt habere notitiam abſtractiuã Dei: ergo & intuitiuam. Antecedens ꝓbatur: tum primo, quia appetitus sẽſitiuus dolet de peccato, vt eſt Dei offenſa: luget enim aliquis & plorat, ex eo ſolum, quia Deum offendit: in appetitu ergo ſenſitiuo eſt timor, & offenſi Dei cognitio.

Secundum.

Tum ſecundo, quia in appetitu ſenſitiuo collocantur virtutes infuſæ, temperantia, & fortitudo, quæ ex ſententia Theologorum regulantur diuinis regulis, verſanturquę circa Deum, quo maxime diſcernuntur a virtutibus acquiſitis: pari modo ergo ſenſitiua attingit Deũ ipſum.

Tertium.

Præterea, ſenſus interior habet notitiam rerum inſenſibilium: quod verum eſſe hoc argumento conuinco. Ouis enim per æſtimatiuam cognoſcit matris amicitiam, & lupi inimicitiã: ergo.

Quartum.

Deinde, res corporea virtute diuina poteſt eleuari, vt agat in ſpiritum, vt videre eſt in Sacramentis, quæ corporea cum ſint, agunt in animam: vnde eſt illa celebris Auguſt. ſententia: Quæ eſt iſta tanta virtus aquæ, vt corpus tangat, & cor abluat? Potentia ergo sẽſitiua, licet corporea ſit, poterit eleuari, vt ſpiritũ videat.

D.Auguſt. Vltim.

Vltimo, ſi ſenſus interior non poteſt Deum videre, maxime ex eo, quia Deus in infinitum potentiam ſenſitiuã excedit, hoc autem nil prohibet, quo minus ſenſus interior Deum poſſit intueri: intellectus enim creatus in infinitum a Deo elongatur: cum tamen illuſtratus lumine gloriæ Deum ipſum intueatur, &c.

Deus nõ poteſt ſenſu exteriori ꝑcipi.

In huius rei expoſitionem ſit prima Cõcluſio. Deus nõ poteſt percipi ſenſu aliquo exteriori: Deus.n. non eſt viſibilis, non audibilis, non odorabilis, non guſtabilis, nec tãgibilis: nullo ergo sẽſu exteriori percipi poterit. Probatur conſequentia: iſtæ enim ſunt omnes ſenſibiliũ differẽtię.

Deus nõ poteſt ſenſu interiori videri.

Secũda Cõcluſio. Nullo ſenſu interiori poteſt Deus cognoſci. Probatur primo hæc cõcluſio. Obiectũ ſenſus interioris eſt res materialis, & corporea; Deus aũt res ẽ immaterialis, & incorporea: Deus ergo nullo ſenſu interiori ꝑcipi poterit. Secundo, Deus eſt ſpiritus, & a corpore minime dependens; virtus aũt ſenſitiua corporea eſt, & in organo corporeo exiſtens: Deus ergo nullo ſenſu interiori poterit percipi.

Victoria.

Inquiret tñ aliquis, Poterit ne eſſe in sẽſu interiori notitia connotatiua, & abſtractiua Dei, ſicut hẽt cæcus de coloribus? Doctiſſimus Magiſter, & nũquã ſatis pro dignitate laudatus F. Franciſcus Vict. ꝓp adducta ſup⁹ argumẽta id fieri poſſe arbitrabatur: nullã tñ poſſe dari notitiam intuitiuã in sẽſibus interioribus ipſius Dei.

Senſus interior non poteſt Deũ cognoſcere.

In huius dubij explicationem ſit Tertia Concluſio. Senſus interior nulla ratione poteſt Deum cognoſcere. probatur hæc concluſio. Primo, potentia nulla virtute poteſt eleuari extra latitudinem ſui obiecti, neque enim poteſt uiſus ſonum videre, aut auditus colorem ꝑcipere; at obiectum potentiæ ſenſitiuũ eſt res materialis, & ſenſibilis. nulla ergo uirtute poterit eleuari, ut rem immaterialem percipiat. Confirmatur. cæcus enim notitiam illam, quam habet, non habet per uiſum, ſed uel per ſenſum cõmunem, cuius officium eſt differentias rerum ſenſibiliũ percipere; uel per intellectũ, cuius munus eſt ueritates omnes ꝑcipere. Secũdo perfectiſſima Dei cognitio, quã habemus in hac uita mortali cõſtituti, eſt per effectus: ſi ergo uirtus ſenſitiua põt hoc pacto Deum cognoſcere, æquabitur certe intellectui.

Obiectio.

Dicet tñ aliqs: Quidditas rei materialis ẽ obiectũ noſtri intellect⁹, auctore D.Thom. 1.p.q.84.art.7. nihilominus eleuatur intellectus noſter uirtute diuina ad Deum uidẽdum, qui eſt omnino immaterialis: licet ergo obiectũ potentiæ ſenſitiuæ ſit res materialis, uirtute diuina eleuari poterit, ut percipiat rem immaterialem.

D.Thom. Solutio.

Huic obiectioni dicendũ eſt, quidditatem rei materialis, eſſe obiectũ nſi intellectus motiuum: nihil.n. in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. Eſt præterea obiectum, terminatiuũ nſi intellectus: quidquid.n. cognoſcitur a noſtro intellectu, uel eſt res materialis, uel habens aliquem ordinem ad rem materialem. Ex quo efficaci cõuincitur argumento, Deũ ipſũ, aut angelum, non poſſe ab intellectu noſtro quidditatiue cognoſci. Dicimus deniq; quidditatem rei materialis, eſſe obiectum proprium noſtri intellectus; obiectum autẽ cõe, & adæquatum, ens, & uerum. Argumento igitur rñdemus, noſtrum intellectum cognoſcere res materiales, ex quibus per diſcurſum, & ratiocinationem Deum ipſum, tãquam illarum auctorem, cognoſcit: quod diſcurſus genus, potentiæ ſenſitiuæ cõuenire non poteſt. Quod ſi rurſus urgeat quis: Cogitatiua in homine (ex ſñia D.Tho.) ratiocinatur, & diſcurrit: quæ tñ eſt potentia ſenſitiua: poterit ergo per hmõi diſcurſum Deum cognoſcere. Reſpondetur, cogitatiuam in homine diſcurrere circa res materiales, & corporales; non autem circa res ſpiritales, &c.

Quarta Cõcluſio. Aeſtimatiua poteſt Dei amorem cõcipere.

Quarta Concluſio. Præſuppoſita cognitione Dei ex parte intellectus, æxſtimatiua in homĩe poteſt cõcipere timorẽ, & amorem, erga Deũ; licet ad partẽ ſpectet ſenſitiuã: ut ouis, ſuppoſita cognitione matris, & lupi, concipit nõnullam rõnem amicitiæ, & inimicitiæ. Probatur hoc uerũ eſſe. Ad operationes nõ ſunt neceſſarię ſpecies ſenſibiles: nõ.n. uerſantur circa res ſenſibiles: poterit ergo æxſtimatiua in homine timorem, & amorem erga Deum concipere; licet hmõi res nullo ſenſu exteriori poſſint percipi.

Quinta Cõncluſio. Ex æſtimatiua aliquando in ſenſu oritur dolor

Quinta Concluſio. Ex æxſtimatiua talis dolor aliquãdo in ſenſu oritur, ut lacrymas ſæpe excutiat. Probatur hoc unico argumẽto. Appetitus ſenſitiuus ab æxſtimatiua mouetur: poterit ergo in appetitu ſenſitiuo huiuſmodi dolorem generare.

Arg. ſolutio Ad primum

Argumentis ſuperius adductis iam ſatisfaciamus: ad quorum Primum reſpondetur, negando antecedẽs: de dolore enim appetitus ſenſitiui plura ſatis a nobis dicta sũt; de uirtutibus uero infuſis, quæ in appetitu ſenſitiuo collocantur, dicimus in primis, Temperãtiam uerſari circa delectationes guſtus, & tactus moderandas; Fortitudinem uero circa timores, & audacias. Dicũtur uero uirtutes infuſæ, quia regulis diuinis regulãtur, & rõnibus ſupernaturalibus, fide, ſcilicet, & prudẽtia infuſa. Cognitio itaq;, qua prædictæ uirtutes regulãtur, in parte intellectiua eſt,

non ſenſitiua; munus autem appetitus ſenſitiui nil aliud eſt, quam parere, & obedire.

Ad ſecundũ. Ad ſecũdum ex his, quæ in quarta concluſione dicta ſunt, patet quid ſit dicendum.

Ad tertium. Tertio argumento reſpondetur, nõ eſſe ſupra vires potentiæ corporeæ eam agere in ſpiritũ, vt videre eſt in corpore humano, quod agit in animam: eſt tamẽ ſupra vires potentiæ cognoſcitiuæ, eam eleuari extra latitudinẽ ſui obiecti. Reſpondetur ſecundo: cum corpus agit in ſpiritũ, comparatur potentia corporea ad ſpiritum, tamquam cã efficiens ad ſuum effectum: ideoq; virtute diuina eleuari poterit ad quemcumq; effectum, etiam ſpiritalem. Ceterũ potentia ſenſitiua comparatur ad obiectum, tamquam ad formam: cum autem Deus non poſſit ſupplere vices cãæ formalis (non enim poteſt facere album, ſine albedine) ſequitur nulla ratione eleuari poſſe potentiam ſenſitiuã extra latitudinem ſui obiecti. Tertio reſpondetur, quod cum cognitio omnis per aſſimilationem fiat, quemadmodum corpus non poteſt fieri ſpiritus, ita etiam potentia corporea non poteſt eleuari, vt ſpiritum videat. Reſpondeo vltimo, quando corporeum inſtrumentum eleuatur virtute diuina, vt agat in ſpiritum, exercet ſuam operationem corpoream circa corpus, quam non poteſt exercere circa ſpiritum: ignis enim nullum poteſt immittere calorem in ſpiritum; aqua etiam baptiſmi ablutionem exteriorem circa corpus tantum exercet; animam vero abluit non virtute propria, ſed virtute a Deo ſibi communicata. Ex quo fit, potentiam ſenſitiuam non poſſe eleuari, vt videat ſpiritum: operatio enim ſenſitiua, corporea eſt, quæ circa ſpiritum exerceri non poteſt.

Ad vltim. Vltimo argumento reſpondetur, duobus modis obiectum excedere virtutem potentię. vno mõ, qñ continetur intra obiectum potentiæ, ſuperat tñ potentiam pp ſuam perfectionem, & potentiæ imbecillitatem: qũo oculum veſpertilionis lumen ſolis excedit. hic tñ exceſſus põt a Deo ſuppleri, confortando potentiam. Alio modo obiectum excedit potentiam, qñ non continetur intra obiectum potentiæ: que exceſſum Deus non põt ſupplere: nõ n. poteſt viſus eleuari, vt ſonum videat; neq; auditus vt percipiat colores: potentia enim in ſuum obiectum ſolũ ferri poteſt, qũo Deus ſuperat potentiam ſenſitiuam.

Vt ſecundam concluſionem explicemus, quo modo, ſcilicet, potentiæ ſenſitiuæ perficiãtur in ſuis operationibus poſt reſurrectionem, eſt quæſtio diſputanda;

Vtrum omnes ſẽſus in beatitudine ſuas exercebunt operationes. Vtrum omnes ſenſus ſuas exerceãt operationes in vita beata, poſt corporum reſurrectionem. Quæſtio eſt ſcitu digna, & quæ a nemine fere recte, & vt par eſt, explicatur.

A parte negatiua arguitur. Primo. A parte negatiua ſic diſputo. Primo, ceſſante motu cæli naturali, conſequenter omnis motus, & alteratio corporea ceſſabit: tunc autem ceſſ. bit motus cæli, vt patet: ceſſabunt igitur omnes ſenſuum omnium operationes: operatio enim ſenſitiua, quædam alteratio eſt.

Secundo. Secundo, omnes operationes ſenſuum poſt reſurrectionẽ ſuperuacaneæ erunt: in hac enim vita ſunt neceſſariæ ſenſuũ operationes, vt intellectui famulentur, qui in ſuis operationibus a ſenſibus dependet: nihil enim eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu. At in vita beata intellectus non dependebit a corpore, vt ſæpe fatetur D. Thom. ergo operationes ſenſitiuæ in vita beata otioſæ erunt.

Tertio. Ariſtot. Tertio, beati ſunt omnino impaſſibiles: ſentire autem eſt quoddam pati, auctore Ariſtot. ſecundo de Anima: nõ ergo ſentient in actu.

Quarto. Quarto, immutatio naturalis pręcedit immutationẽ animalem, ſicut eſſe naturale pcedit eſſe intentionale; Corpora autẽ glorioſa, ratione impaſſibilitatis, non immutabuntur mutatione aliqua naturali. Ergo nec mutatione animali, quæ requiritur ad ſentiendum. Hæc argumenta cõuincunt, nullum ſenſum in vita beata poſt reſurrectionem habiturum aliquam operationẽ.

De exterioribus ſenſibus in particulari probatur hoc ipſum. Primo. Singulatim tamen de ſenſibus exterioribus idem eſt oſtendendum. In primiſque viſum non habiturum ſuas operationes, hæc argumenta ſuadent: Species viſibiles multiplicari nõ poſſunt, niſi per aerem, aut per aliquod corpus diaphanum, quod ſit tra ſparens. Sanctorum autem locus & habitatio eſt interna pars celi, quę ſolida eſt, aut opaca, vt ſtellæ teſtantur, quæ niſi opacitatem haberent, nõ poſſent Solis radios, quos ſuſcipiunt, reflectere. Non ergo apparet, qũo per cæli mediũ ſpeciẽs viſibiles multiplicẽtur.

Secundo. Præterea, vt viſio fiat, neceſſum eſt ſpecies in oculi pupilla recipi; hoc autem fieri non poteſt: excellens enim lumen obſtaculo erit, ne ſpecies in oculo recipiantur: experientia enim compertum eſt, eximium lumen in ſpeculo impedire, ne per ſpecies obiecti, in ipſo receptas, ipſũ cãrũ obiectũ videatur.

Tertio. Deinde, ſi beati oculis ſuis vidẽt, præſertim (vt par eſt) videbunt Chriſtum Dñm, at nõ vident omnes Chriſtum Dominum, cum aliqui ab eo maxime diſtent, & corporalis diſtantia viſionem impediat.

Quarto. Iam vero vt certe, quod neq; Chriſtus Dñs aliquid videat corporali viſione, & quod nullꝰ beatorũ videat Chriſtũ. Quod vero hoc recte ſequatur, probatur: quia viſio fit p medium diaphanum; at Chriſtus Dominus, ſecundũ corpus, eſt ſupra cælos omnes, ſic, ꝙ planta pedis eius eſt ſupra ſuperficiem cõuexam ſupremi cæli (vt docet D.Tho.

D. Thom. 3. par. quæſt 57. articulo quarto) in quo loco nõ eſt diaphanum: nulla ergo erit ibi corporalis viſio. Certe per vacuũ ſpecies viſibiles multiplicari, & diffundi nequeunt; at ſupra ſuperficiem conuexam ſupremi cæli locus nõ eſt, ſed vacuum: ergo non eſt ſpatium, per quod ſpecies viſibiles ad oculos deferantur: & ſic viſio non erit.

De auditu. Sed de auditu magna verſatur quæſtio, quo modo in vita beata ſuas functiones habebit. Nam vocalis ſermo, qui potiſſime in vita beata audiri debet, non intelligitur, quo modo fiat, niſi aeris verberatione, qui in cælo non eſt. Itẽ neq; fieri poteſt in corpore ſolido, quod incidi nequeat: Vox enim multiplicatur per medium, at vero corpus cæleſte ſcindi non eſt poſſibile. Item vox, vt habetur ſecũdo de Anima, text. 90. fit ex aere verberato vſq; ad arteriã;

Ariſtot. ſed ibi aer nõ eſt. Quod ſi dicas aerem pulmonis miniſtrare materiam, ex qua voces formentur, non vides te incidere in magnum incommodum? nam ille eſt neceſſarius ad vitæ ſubſiſtentiam: non ergo debet conſumi in vocũ prolatione. Inſuper ſi deſeruiret ad formationẽ vocum, tandem conſumeretur, & definerct eſſe, ſi multos miſcerẽt ſermones, & ſic loqui non poterũt beati, neque voces audire.

De olfactu. De olfactu etiam fiunt argumenta. Nam odor non emittitur, niſi per effumationẽ, & euaporationẽ, vt apud nos apparet: euaporatio uero, ſeu effumatio, eſt quædam corruptio; at poſt diem Iudicij nulla amplius erit corruptio. Repetitur etiam illud argumentum de aere: nam hæc euaporatio non poteſt fieri, niſi per aerem; at ibi aer non eſt: neque vero corpus per quod odores diffundãtur.

De guſtu. De guſtu ſic arguitur. Nam talis ſenſus deſeruit potentiæ nutritiuæ: operationes vero potentiæ nutritiuæ in corpore glorioſo locum non habebunt. Deinde certum eſt, quod illic (vt inquit Chriſtus Dominus) neq; nubent, neque nubentur, neque erit cibi, potuſue vſus: quia neque erit animalis vita: & cum ſapor nõ propter ſe a natura fuerit inſtitutus, ſed propter neceſſitatem cibi, & potus, igitur illa neceſſitate ceſſante, nullus illic erit ſapor.

De tactu. Iam vero de tactu dubiũ eſt, qñ ſpecies tactiles ſumũtur ex frigiditate, & calliditate, & humiditate, & ſiccitate, quæ ſunt res tangibiles; at prædictæ qualitates poſt diem Iudicij non erunt. Ad hæc, paſſionem intentionale præcedit realis paſſio, quãdo tactu aliquid percipimus, ſed paſſio realis, & naturalis in corpore glorioſo nõ erit: ergo neque intentionalis. Ex dictis ſequi videtur, ꝙ in vita beata neq; erit operatio ſenſuũ interiorum: nam ſenſus interiores ab exterioribus dependent: ergo iſtorum operatione de medio ſublata, et illi ab operatione ceſſabant.

Soto. Hanc quæſtionem latiſſime diſputat Sot. 4. d. 49. q. 4. artic. 5. in cuius rei expoſitionem eſt primum aſſertũ; Quod in hac re nil temere eſt definiẽdum: nam neq; excogitare poſſumus quæ in vita beata nos manent. Vnde D. Aug. lib. 22. de

Auguſt. Ciuit. Dei c. penult. hanc quęſtionem inueſtigans, ſic exorditur: Nunc iã quid acturi ſint in corporibus mortalibus, atq; ſpiritalibus Sancti, non adhuc eorum carne carnaliter, ſed ſpiritualiter viuente, quantũ Dñs nos dignatur adiuuare, videamus. Et illa quidem actio, vel potius qes, atq; otium, quale futurum ſit, ſi uerum velim dicere, neſcio: non n. hoc vnquã per ſenſus corporis vidi. Si aũt hoc mente, id eſt, intelligentia vidiſſe me dicam, quantũ eſt, aut quid eſt noſtra intelligentia ad illam excellentiã? ſed videamus nos pro modo noſtro, quo modo ſenſus corporei ſuas fũctiões in uita beata ſint habituri. Pro quo ſit ſecundum

Omnes ſenſus in vita beata habebunt ſuas operationes.

cundum aſſertum. Omnes ſenſus, tã interni, q̃ externi, habebunt ſuas operationes in vita beata poſt corporũ reſurrectionem. Hoc eſſe verum, probat doctiſſimus Pater Sot. in loco dudum citato, per ſingulos ſenſus diſcurrẽdo; ſed nos in vniuerſum rem demõſtrabimus, & pauciſſimis quidem argumentis. In primis, damnati homines, & miſeri, in omnibus ſenſibus cruciantur, vt habet ſua doctrina: ergo beati in omnibus ſenſibus delectantur: Deus enim pronior eſt ad præmiandum, quam ad puniendum.

Deinde, potentia perfectior eſt coniuncta ſuo actui, q̃ ſi ſit ſeparata ab actu. Sed vniuerſa natura cum omnibus potentijs animæ erit in vita beata perfectiſſima: ergo erit omnibus ſenſibus, & eorum operationibus ornata.

D. Auguſt.

Præterea, in vita beata, omne deſiderium naturale ſaturatur, & impletur: at potẽtiæ animæ ſenſitiuæ naturaliter tendunt in ſua obiecta: ergo hoc naturale deſideriũ adimplebitur, vt percipiant ſua obiecta. Ad hæc D. Auguſt. in epiſtol. 56. ad Dioſcorum aperte docet iſtam ſententiam: ſcribit enim, quod ex affluentia eſſentialis beatitudinis, ꝑmanabit ad corpus, & ad ſenſus corporeos, vt magis in ſuis operationibus perficiantur. Certe beati eo modo reſurgent, quo ipſe Chriſtus reſurrexit a mortuis. Sed Chriſtus Dominus a mortuis reſurgens habuit vſum omnium ſenſuum, vidit, audiuit, palpauit, guſtauit, &c. & haud dubie modo habet omnium ſenſuum operationes: ergo beati, qui in Chriſto ſunt, habebunt omnium ſenſuum operationes. Quod vero beati eo modo reſurgent, quo Chriſtus reſurrexit, ſic oſtẽdo. Primum ex illis ſcripturis, quæ dicunt, Chriſtum Dominum eſſe primogenitum ex mortuis, ſiue mortuorum, ad Coloſſ. 1. Apoc. 1. & 1. Cor. 15. Si enim Chriſtus Dominus eſt primogenitus, & electi ſunt ſecũdogeniti ex mortuis: ergo electi in Chriſto ſimiliter erunt ſecundum naturam, quæ accipitur ex regeneratiõe ex mortuis. Secundo idẽ oſtẽditur ex ſcriptura, 1. Teſ. cap. quæ dicit, quod ita Deus eos, qui dormierunt per Ieſum, adducet cum eo: ergo ſimili modo reſurgent.

Coloſſ. 1. Apoc. 1. 1. Cor. 15. 1. Teſſ. 4.

Tertio ex ſcriptura ad Philip. 3. quæ dicit, Chriſtum reformaturum corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuæ. Quarto ex ea ſcriptura, quæ dicit, qualis cæleſtis ſ. Chriſtus reſurgens, tales & cœleſtes: & ſicut portauimus imaginem terreni, ita & portabimus imaginem cæleſtis. Quinto ex eo Apoſtoli: Si complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus. & 1. Ioa. 3. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus.

Pſal. 3. Paulus. 1. Ioan. 3.

Senſus in vita beata recipient ſpecies ſenſibiles ab obiecto.

Tertium aſſertũ. Senſus, qui in ſuis operationibus perficiũtur, in vita beata recipiunt ſpecies ſenſibiles ab obiecto, ſicut dũ hanc vitã viuimus. Hæc aſſertio noſtra explicat modũ, quo beati perficientur in operationibus ſenſitiuis: nam de mõ non inter oẽs conuenit. Dicunt. n. quidã, ꝙ ſenſationes in corporibus glorioſis non fiunt per ſuſceptionem ſpecierum ab obiecto, quia ſunt impaſſibiles, & non valent recipere peregrinas impreſſiones: ſed vel extra mittendo; vel dicunt, ſenſus exteriores ab internis ſuſcipere ſpecies vice verſa, quõ interiores ab exterioribus eas ſuſcipiunt. Nos vero decernimus, ꝙ ſuſcipiũt ſpecies ab obiecto: qm̃ potentiæ ſenſitiuæ non mutabunt naturã ſuam: ſunt autem potentiæ ſenſitiuæ, non quidem actiuæ, vt extra mittant; ſed paſſiuæ vt intus ſuſcipiant, idq. reſpectu ſuorum obiectorum. Igitur neq. ſentire, niſi per ſuſceptas ſpecies poſſunt, neque illas, niſi a ſuis proprijs obiectis, ſuſcipere. Deĩde, quod receptio ſpecierum fiat ex obiecto, patet euidentius. Nam Ariſtotel. in lib. de anima hoc ait, diſcrimen verſari inter obiectum intellectus, & obiectum ſenſus, quod obiectum intellectus ſit intra animam, obiectum vero ſenſus extra, in re ipſa.

Ariſtot.

Ad primum. D. Thom. Duplex actio competens corpori.

His explicatis & conſtitutis, ad argumenta ſatisfaciendum eſt. Ad primum dicendum ex D. Tho. de potentia q. 5. art. 8. quod actio cõpetens corpori duplex eſt: altera, ſecũdum proprietatem corporum, vt ſcilicet, agat ꝑ motũ: hoc enim proprium eſt corporis, vt motũ moueat, & agat; aliam autem actionem habet ſecundum quod attingit ad ordinem ſubſtantiarum ſeparatarum, vt participat aliquid de modo ipſarum, ſicut naturę inferiores participãt aliquid de natura ſublimiori, vt apparet in quibuſdã animalibus, quæ participant aliquam ſimilitudinem prudẽtiæ, quæ propria eſt hominum. Hæc autem eſt actio corporis, quæ non eſt ad tranſmutationẽ materiæ, ſed ad quãdã diffuſionẽ ſimilitudinis in medio ſm̃ ſimilitudinẽ ſpiritualis intentionis, quæ recipitur de re in intellectu, vel in ſenſu: & hoc mõ Sol illuminat aerẽ, & calor ſpeciẽ ſua multiplicat in medio. Vterq. aũt modus actionis in iſtis inferioribus cauſatur ex corporibus cæleſtib⁹: nã & ignis ſuo calore tranſmutat materiam ex uirtute corporis cæleſtis; & corpora viſibilia multiplicant ſuas ſpecies in medio, virtute luminis, cuius fons eſt in cæleſti corpore. Vnde ſi actio vtraq. corporis cæleſtis ceſſaret, nulla actio in inferioribus remaneret; ſed ceſſante motu cæli, ceſſabit prima actio; ſed non ſecunda: & ideo ceſſante motu cæli, erit qdẽ actio in iſtis inferioribus illuminationis, & mutationis medij a ſenſibilibus; nõ aũt erit actio, per quã trãſmutabitur materia: & ſic non erit generatio, neq. corruptio. Alteratio vero quæ requiritur ad ſenſationem, non ẽ primi generis, vel ſecũdi: & ideo ſenſatio erit in uita beata: & non tm̃ hæc, ſed etiam motus membrorum, & motus localis, & motus cordis erit ĩ corporibus beatificatis, quia iſti cauſantur ab anima, quæ non dependet a cælo.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum dicendum eſt, quod licet ſenſationes in vita beata non deſeruiunt intellectui, deſeruiunt tamen perfectioni beatitudinis, & ſenſibus, vt in ſuis operationibus perficiantur. Certe eodem argumento probaretur, quod in vita beata non oporret fore corpus, quia corpus non deſeruit intellectui: nihil enim minus videbit Deũ anima a corpore ſeparata, quam cõiuncta corpori: de qua re vide Caietan. 1. 2. quæſtione quarta, artic. 5. & tertia parte quæſtione 11. artic. 2.

Caietan.

Ad tertium & quartum.

Ad tertium argumentũ dicendum, quod duplex eſt mutatio altera naturalis, videlicet, quando recipitur qualitas ſenſibilis, ſicut eſt a parte rei extra animam, vt quando recipitur color in ſubiecto; altera eſt intentionalis, videlicet, quando recipitur in anima qualitas ſm̃ eſſe ſpirituale, de quo dicit Ariſt. 2. de Anima, quod ſenſus eſt receptiuus ſpecierum ſine materia; & hæc mutatio inuenitur in ſenſatione, & ſic nemo patitur per illam paſſionę proprie dicta, qualis negatur quod ſit in beatis, ſed paſſione perfectiua, q̃ veriſsime in beatis inuenitur: de hac enim dicitur, quod intelligere, eſt quoddam pati; & ſentire eſt quoddam pati. & D. Thom. in 4. diſt. 44. quæſt. 3. articul. 1. quæſt. 2. dicit, quod corpora beatorum non dicuntur impaſsibilia, quia nil recipiũt de nouo: ſed quia nil recipiũt quod illos lædat, aut affligat, ſicut recipiunt corpora damnatorum, quæ ideo dicuntur paſsibilia.

Ariſtotel. D. Thom.

Ad argum. de viſu. Ad primum.

Ad quartum, idem omnino dicendum puto. Ad argumenta de uiſu conabimur reſpõdere: ſunt enim difficillima. Ad primum dicendum, quod medium, per quod diffunduntur ſpecies vſque ad oculum, non eſt ſolummodo aer, neque aqua, ſed etiam quodlibet corpus diaphanũ & tranſparens, ut patet in cryſtallo, per quod ſpecies traſmittuntur vſque ad oculum: cælum vero tranſparens eſt. ꝙ vero hoc ita ſe habeat, aſſerit Ariſto. 2. de Anima, tex. 68. vbi ſcribit, quod medium viſus neque eſt ſolus aer, neq; aqua: non enim eis conuenit eſſe medium ad viſum, niſi quatenus aliquid diaphaneitatis corporum cœleſtiũ participãt. Ad ſecundum argumentum dicto, quod excedens lumen non impedit receptionem ſpecierum, quia quanto magis medium illuminatur, tanto magis aptum efficitur ad tranſmittendas ſpecies. Exemplũ vero de ſpeculo ſimile non eſt: nam quod ſpeculum nimis illuminatum ab excellenti lumine non reuerberet, & emittat ex ſe ſpecies, inde prouenit, quia excedens lumen tollit ab ſpeculo obſcuritatem, quę neceſſaria eſſe videtur, vt ſpecies reuerberentur, & perueniant uſq. ad oculum, nõ uero tollit excellens lume, quin ſpecies perueniant uſq. ad ſpeculum; in pupilla uero lume nõ eſt, ut ſpecies reuerberetur, ſed ut perueniant uſq. ad oculum. Quod, ſi requiratur reuerberatio, adhuc poterit fieri, quia excedens lume in uita beata non tollit obſcuritatem pupillæ, quę eſt illi cõnaturalis. Ad tertium dicendum eſt, quod acutiſsima illic erit acies, & acumen viſus, plus quam Aquilæ: & ſic nulla ſpatij diſtantia impediet uiſionem, ut optime declarat Auguſt. lib. 22. de Ciuitate Dei, cap. penultimo.

Ariſtot. Ad ſecundũ. Ad tertium D. Auguſt.

Ad quartum

Ad quartum, quod eſt difficile, dicendum arbitror, quod tunc per miraculum multiplicabũtur ſpecies viſibi

les per vacuũ, vſque ad beatorum oculos, vt videāt Chriſtum Dominũ, ſuper omnes cælos collocatũ. Ad argumenta de auditu dicendũ eſt: ad primum & ad ſecũdũ reſpondet D Thom. in 2.d.2.q.2.art.2.ad5. quod ſoni illi, & voces multiplicabuntur per ſonoras ſpecies, ſine motu, atq; adeo ſine inciſione corporis, ad modum, quo ſpecies viſibiliter multiplicātur, ſine ſciſione aeris. Nihilominus adhibet ſecũdā ſolutionē, ꝙ poſſunt multiplicari ſoni ꝑ inciſionē partiũ cæli empyrei: qđ eius ignobilitati nō eſt tribuendũ, eo quod factum ſit ꝓpter beatorum ſtatũ, & ſcīditur impulſione beatorũ linguæ. quā ſolutionem etiam amplectitur Richardus d.49.art.4.q.3. Neque inde infertur (ait D. Thom.) cælum eſſe corruptibile: quoniam raritas (inquit) & denſitas illius cæli non ſunt eiuſdem rationis cũ eiuſmodi qualitatibus, q̃ ſunt apud nos; & ideo licet partes cæli, dum diſcinduntur, condenſentur; & dum conturrunt, rare fiant; non ideo corpus eſt corruptibile. Quod vero attinet ad explicādum quod ſit medium, per quod ſpecies ſonoræ diffenduntur, dicendum eſt ex Ariſtot. ſecundo de Anima, text.79. neque eſt ſola aqua, aut ſolus aer; ſed id quod repercuſſum reſilit.

Ad argum. de auditu. D. Thom. Concluſ. prima. Richard. D. Thom. Ariſtot.

Argumento vero de olfactu facile eſt reſpōdere, quod nō eſt de eſſentia odoris, quod ſit euaporatio, aut eſſumatio: nā vultures à remotiſſima diſtantia cadauera olfactu præſentiunt, ad quam fœtoris fumus pertingere nequit.

Ad argum. de olfactu.

De ſapore vero ita diſcernit doctiſſimus pater Soto, vt dicat, ex optimo qualitatum temperamento, perinde humorem aliquem perpetuũ ineſſe illi linguæ, vt diximus odorem etiā in corporibus diffundi, vt beati nullo vſu ſēſus corpore ſinſtrentur, humor etiam ille faciet ſuauiſſimũ omnium ſáporem. Ad vltimum, de tactu dicēdum eſt, quod beati percipiunt ſpecies tactiles abſq; paſſione ꝓprie dicta, diſtemperante corpus, ſed recipiunt illas abſq; aliqua tranſmutatione naturali, veluti recipiunt ſpēs viſibiles Et vt quæſtionem paucis abſoluam, dico, quod ſenſus in ſuis operationibus perficiuntur in vita beata miris modis, ſed veris. & hæc de iſta quæſtione dixiſſe ſufficiant.

Ad argum. de guſtu. Mag. Soto. Ad argum. de tactu.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum beatitudo ſit actus intellectus, an voluntatis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Impoſsibile eſt beatitudinem noſtram in actu voluntatis conſiſtere. Itaque in actu intellectus eſſentialiter conſiſtit. Hæc concluſio probatur nunc leui (quod aiunt) & ſuſpenſa manu: in ſequentibus enim copioſe demonſtrabitur. A principio volumus conſequi finē intelligibilem; illum autem conſequimur per hoc, quod fit nobis præſens per actum intellectus: in actu ergo intellectus beatitudo noſtra conſiſtit.

Secunda Concluſio. Delectatio voluntatis eſt quid cōſequens, & velut accidens, adiunctum beatitudini iam acquiſitæ: nam in fine iam adepto, voluntas conquieſcit, & delectatur.

Secũ. cōcl.

EXPLICATIO ARTICVLI.

DE quæſtione huius articuli, quæ maxima ē, differit optime Ariſt. 1. & 10. Ethic. & 12. Meta. Doctores Theologi in 4. d.49. optime & copioſiſſime. Vt ergo certiori methodo hāc diſputationē inſtituā, obſeruare oportet, ꝙ in beatitudine inſūt hęc bona; videre Deū, amare, & immenſa lætitia animi frui, atq. delectari Sit igitur quatuor ſnīæ ad inueſtigandũ, qua in re ex his cōmemoratis, beatitudo nr̃a ſit conſtituta.

Ariſtot. Tria bōa in beatitudine. Quattuor ſētetiæ de beatitudinis eſſentia.

Prima ſententia dicit, quod coniunctum in viſione, amore, & gaudio. hæc placuit Palud. Duran. Marſil. Richardo. & Maiori in 4.d.49. Probatur hæc ſnīa eſſe vera. In primis D. Auguſt. 13. de Trinitat. c.5. & 6. dicit, Beatus eſt, qui habet quicquid vult, & nihil mali vult, & q recte vult, quicquid vult. Cui conſonat illud Boetij, Beatitudo eſt ſtatus oīum bonorum aggregatione perfectus. cui ſimile eſt illud D. Paul. Roma. 14 Regnũ Dei eſt iuſtitia, & pax, & gaudium in Spiritu ſancto Certe in ſacris litteris apertiſſime aſſeritur, quod in beatitudine inſunt vniuerſa hęc bona, viſio Dei, amor, & fruitio, & in Clemen. ad noſtrum. de hæreticis, & in extrau. g. Benedict. 12. quam refert fideliter Marſi. In 4.p.q.13 articul.3. concluſione 4. dicitur, quod beatitudo in Dei viſione, & fruitione conſiſtit: Ergo in aggregatione bonorum beatitudo noſtra conſtituenda eſt.

Prima Palud. Durand Marſil. Richar. Maior. Ad prim. argumentum. Auguſt. Boet. Roman. 13. Concil. Vien. Benedic. 12. Marſil.

Deinde, ſola viſio, ſine amore, & fruitione, beatitudo noſtra non eſt: nō enim noſtram cupiditatem ſatiat: ergo ad beatitudinem hæc vniuerſa bona neceſſaria ſunt.

Secundum.

Tertio, ſubſtātia & eſſentia plena hoīs in intellectu, & voluntate cōſiſtit: ergo in vtroq; beatitudo cōſiſtit. Probatur antecedens, nam definitio hominis eſt, quod ſit animal rationale, & liberũ; libertas verò eſt facultas rationis, & voluntatis, vt definiunt Theologi in 2. d. vigeſimaquarta.

Tertium.

Quarto, vtraq; potentia; videlicet, intellectus, & voluntas eſt beatificabilis: ergo in vtraq. noſtra beatitudo conſiſtit Antecedens ex eo ꝓbatur, ꝙ quemadmodũ intellectus beatificatur ex coniunctione ad ſummũ verũ, ita ſane volũtas beatificatur ex coniunctione ad ſummũ bonũ: & quemadmodũ intellect⁹, quocunq; vero inueſtigato, non quieſcit, donec veniat ad infinitum verum, quod in ſe omnem veritatem contineat: ita voluntas, quocunq. bono adepto, & guſtato, nũquam ſatiatur, donec veniat ad infinitum bonũ, quod in ſe omnem bonitatem contineat.

Quartum.

Vltimo, hō beatus eſt, ſicuti Deus: Sed Deus eſt beat⁹, tum intelligendo, tum amando, tum producendo verbũ, tum producēdo Spiritum ſanctum, qui eſt amor: ergo homo beatus eſt, tum videndo, tum amando, & fruendo.

Vltimum.

Secunda opinio dicit, quod beatitudo in delectatione conſiſtit. hæc opinio placuit Aureolo in 4.d 49. & Ariſtot. 10 Ethico. cap.2. refert, Euxodum quendam, virum ſapientem, arbitrantem ſummum bonum eſſe delectari & ipſemet Ariſtot. mouet hanc quæſtionem, Vtrum in beatitudine principalius ſit viſio, aut delectatio, & eam inſolutā relinquit. Apparet certe quod ſit delectatio.

Secund opiā Aureoli ſententia. Ariſt. Eudoxus.

In primis D. Aug. 10. confeſſ. c.21. dicit in hunc modũ: Omnes velle eſſe beatos, ſatis conſtat: omnes namq. velle gaudere, ſatis apertũ eſt; ipſum verũ gaudium omnes beatitudinem vocant. & capit. 22 Beata vita hæc eſt, gaudere de te, & ad te; & propter te. hæc eſt, & non eſt altera. & capit. 23. Beatitudo eſt gaudium de veritate. Cui conſonat illud Euangelicum, Intra in gaudium Domini tui; & Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Idem oſtenditur optimis argumentis. Tum quoniam, quod magis fugimus, & deteſtamur, eſt dolor, atque triſtitia: ergo quod magis amamus, eſt iucunditas, & delectatio.

D. Auguſt. Primum. Argumentũ ex Auguſt. Prima ratio.

Tum deinde, quoniam finis lapidis eſt quieſcere in centro: ergo finis hominis eſt qeſcere in bono adepto. Quies vero eſt delectatio, & fruitio.

Secunda.

Tum tertio, quoadusque veniat delectatio, & animi quies, nō quieſcit animus: ergo nondum eſt beatus, neq; conſecutus ſuum finem: cōſecuto enim fine, quieſcimus.

Tertia.

Tum quarto, quoniam delectatio (vt Ariſtotel. decimo Ethic cap quarto ait) perficit operationem, ſicut decor iuuentutem: ſed perfectio eſt nobilior perfectibili: ergo delectatio eſt perfectior operatione intellectus, quæ eſt viſio: in ea ergo ſita eſt noſtra beatitudo.

Quarta. Ariſtot.

Deinde, viſio correſpondet fidei; fruitio vero, ſiue delectatio correſpondet caritati, quæ ſecundum D. Paul. 1. Corint. 13. maior eſt: ergo delectatio excellentior eſt.

Quinta. 1. Cor. 13.

Item, obiectum appetitus ſenſitiui eſt delectatio: vniuerſa namque bruta operantur propter delectationem: & hic appetitus nō eſt peruerſus, ſed rectiſſime a Deo inſtitutus: ergo operationes ſunt propter delectationes: delectationes ergo meliores.

Sexta.

Vltimo,

Vltima.

2 Vltimo, beatitudo noſtra eſt finis vltimus, & quod ultimo deſideratur, & vlterius nihil deſiderandum ſupereſt. Sed delectatio eſt vltimũ quod aduenit beato, & ultra nihil aliud deſiderat: ergo. Hæc omnia confirmantur, nam beatitudo eſt fruitio vt affirmat Auguſt. innumeris locis. nominatim, 1. de doctrina Chriſtiana, cap. 4. & 5 2. idem aſſerit D. Tho. aperte 1. 2. q. 18. art. 2. ad 4. frui vero (vt conſtat apud omnes) eſt delectari, & iucunditate affici.

D. Auguſt.

D. Thom.

Scoti opin.

Tertia opinio eſt Scoti in 4. diſt. 49. q. 4. quod beatitudo in amore cõſiſtit. Huius vero opinionis, qm̃ varia ſiũt in infinitum argumenta, illa in pauca prædicamenta cõferã. Primum prædicamentũ eſt de perfectione volũtatis ſuper oẽs alias animæ potentias, itaq. hoc conficio argm̃.

Primum. Prædicamentum de perfectione voluntatis.

Beatitudo .n. præſtantiſſima potentia ſita eſt: At voluntas eſt præſtantior potentia quam intellectus. Ergo in actu voluntatis, & non in actu intellectus, ſita eſt. Quod vero voluntas ſit præſtantior potentia, demonſtro in hunc modũ.

Primum Argumen.

Tum, qm̃ voluntas mouet intellectum, vt cõſtat apud omnes: at in omni genere motus, motor eſt perfectior mobili.

Secundum.

Tum vero, quoniam ea potentia præſtantior eſt, q̃ reſpicit finem vltimum omnium; at voluntas habet pro obiecto finem vltimum omnium, nempe ſũmum bonũ, quod eſt obiectum voluntatis: ergo eſt præſtantior inter omnes potentias. Maior probatur. Nam inter artes ea eſt præcipua, & architectonica, quæ reſpicit finem omnium aliarum, qua de cauſſa, ars militaris, imperat arti equeſtri; & ars equeſtris, imperat frænifactoriæ,

Tertium.

Tum deinde, qm̃ voluntas eſt appetitus vniuerſalis totius hominis: voluntate .n. volumus videre, audire, intelligere. Intellectus vero eſt appetitus particularis, tribuitus tm̃ homini ad intelligendũ: ergo voluntas præſtantior ẽ.

Quartum.

Item voluntas hẽt perfectius obiectũ q̃ intellectus: ergo perfectior eſt. Conſequẽtia inde patet, qm̃ nobilitas potentiæ ex obiecto ſumenda eſt. Antecedens probatur: qm̃ obiectum voluntatis eſt bonũ in vniuerſali, obiectũ vero intellectus, bonum particulare. Cæterum.

Vltimum.

Vltimo, volũtas in libertate perfectior eſt: dictum eſt .n. cum ageretur de libero arbitrio, quod ſola voluntas eſt libera formaliter, per quam hõ hẽt dominium actuum ſuorum: ergo ꝑſus perfectior eſt: nam perfectio hominis, quatenus homo eſt, in libertate ſita eſt.

Secund. prædicamentum de perfectione amoris. Prim. argu. 1. Cor. 13. Col. 3. 1. Tim. 1. Anſel. Hugo de ſancto vic. Dionyſ.

Sedm prædicamẽtum eſt de perfectione amoris, ex quo tale educitur argm̃. Beatitudo in perfectiſſima operatione ſita eſt: ſed amor eſt præſtantiſſima operatio: ergo in amore ſita eſt. Antecedens patet ex illo 1. Corin. 13. Maior horum eſt caritas: & ad Coloſſ. 3. Vinculum perfectionis eſt caritas: & 1. ad Timo. 1. Finis præcepti caritas; & D. Anſel. lib. 2. cur Deus homo cap. 1. dicit. Peruerſus ordo eſt amare, vt intelligas; rectiſſimus vero intelligere, vt ames: ergo vniuerſa cognitio ordinatur ad amorem: amor ergo primatum tenet. Idem affirmat Hugo de Sancto Vic. ſuper ca. 7. cæleſtis hierarch. & ipſe Dionyſ. ibidem conſtituit inter angelos in ſupremo ordine Seraphim, qui amore ardent, & incenſi ſunt, in ſecũdo loco Cherubim, qui multitudine ſcientiæ pollẽt. Ratio Dionyſii eſt, quia amor in beatitudine primatũ tenet.

D. Thom.

Idem dicit D. Tho. 1. p. q. 82. art. 3. & q. 108. art. 6. ad 2. & de verit. q. 22. artic. 11. vbi demonſtrat veram huius rei cauſſam, qm̃ amor fertur in Deum, vt in ſe eſt, cognitio vero infertur in Deum, prout eſt in intellectu noſtro. Certum autem eſt quod Deus melius eſſe habet in ſe, quam in intellectu noſtro: ergo amare præſtantius eſt. Certe D. Tho. in locis commemoratis ſtatuit hanc regulam vniuerſalẽ, quod amor comparatione ad ſuperiora, præeminet intellectioni; comparatione vero ad inferiora, inferior eſt cognitione. Sed prætermiſſis auctoritatibus, idem probatur euidentibus argumentis.

Prima ratio

Primo, habitus caritatis eſt præſtantiſſimus inter omnes habitus: ergo actus caritatis præſtat inter omnes actus.

Secunda.

Secundo, ea quæ ſunt priora acquiſitione, & gñatione, ſunt imperfectiora, vt videre eſt in embryone, & in aĩali, reſpectu hominis. & aſſerit hoc Ariſto 9. Met. Sed viſio Dei eſt prior acquiſitione, ex qua conſequitur amor: ergo perfectior eſt amor.

Tertia.

Vltimo, illa operatio eſt melior, cuius oppoſita eſt peior. hẽt hoc axioma Ariſt. 2. top. 3. Ethi. ſed amor Dei opponitur odio Dei, quod eſt peius, quam non videre Deũ. Confirmatur: Nam licitũ eſt deſiderare nõ videre Deũ, vt patet ex illo Apoſt.

Paulus

Optabã ego eſſe anathema a Chriſto pro fratribus meis. at nũquam licet odio habere Deũ: ergo deterius eſt odiũ Dei, quã nõ videre Deũ. Vlterius, licitũ eſt deſiderare nõ videre Deũ, vt probatũ eſt; at nũquã licet deſiderare non amare; hoc .n. aduerſatur caritati ex omni parte: Caritas .n. ad hoc inclinat, vt amemus Deũ, & amicũ noſtrũ: ergo peius eſt nõ amare, quã non uidere.

Tert. prædicam. de maiori appropinquatione. Prim. argu.

Tertiũ prædicamẽtũ eſt de maiori appropinquatione, & vnione ad vltimũ finẽ, in quo cõſiſtit noſtra beatitudo. Arguitur ergo. Beatitudo cõſiſtit in actu ꝓximo ad vltimũ finẽ, q̃ immediatius, & perfectius attingit vltimũ finẽ. Sed huiuſmodi eſt amor, & non viſio: ergo. Minor probatur. Nã obiectũ volũtatis eſt vltimus finis, & ſummũ bonũ. Certũ eſt aũt, ꝙ vnaquæq. potentia pfectius attingit obiectũ ſuũ, quã reliquæ oẽs.

Secundum.

Deinde, viſio nõ reſpicit vltimũ finẽ, ſub rõne vltimi finis, nec ſub rõne boni, ſed tm̃ ſub rõne veri: ergo in viſione nr̃a beatitudo nõ cõſiſtit.

Confirm.

Cõfirmatur. Nã beatitudo de ſe ẽ vltimus finis, & ſũmũ bonũ: ergo ad eã potentiã ptinet, q̃ fertur in vltimum finẽ ſub rõne boni. Vltimo, amor ẽ magis vnitiuus q̃ cognitio, vt demonſtrat D. Tho. infra q. 28. art. 1. ad 3. ergo maxima vnio fit per amorẽ.

Vltimum. D. Thom. Vlt. prædi. & magis deſiderabili.

Vltimũ ꝓdicamẽtũ ẽ de magis deſiderabili, & amabili, ex quo tale fit argm̃. In eo cõſtituẽda ẽ nr̃a felicitas, qd magis amatur & deſideratur. Sed hmõi eſt amor, & nõ viſio: ergo. Minor ꝓbatur. Nã vnuſq́ſq. magis amat ꝓpriã pfectionẽ, q̃ alienã, iuxta illud: Amabile q̃de bonũ; vnicuiq. aũt ꝓpriũ. Sed amor ẽ ꝓpria opatio, & ꝓpria pfectio volũtatis; intellectio vero nõ ẽ ꝓpria, ſed intellectus: ergo amor ẽ qd magis a nr̃a volũtate deſideratur, & amatur: ergo in eo cõſiſtit beatitudo.

Quarta D. Thom. ſententia.

Quarta opinio eſt D. Tho. ꝙ beatitudo in viſione Dei cõſiſtat, itaq. ẽ actus intellectus, & nõ volũtatis. Hęc ſnĩa ſine dubio ẽ veriſſima, quã demõſtro oĩ argumẽtorũ gñe.

Exho. 33.

Primo, hæc ſnĩa eſt valde cõſẽtanea ſacris litteris. Exho. 33. cũ Moyſes vehemẽter peteret a Dño, vt oſtẽderet illi faciẽ ſuã, rñdit Dñs, Ego oſtendã tibi oẽ bonũ: ex qua interrogatione, & rñſione manifeſte liquet, nr̃am beatitudinẽ in Dei viſione, &

Pſal.

manifeſtatione ſitã eſſe. Cui ſimile eſt illud: Adimplebis me lętitia cũ vultu tuo. & illud: Satiabor cũ apparuerit gloria tua. & iterũ, Ibũt de virtute in virtutẽ, videbitur Deus &c. &, Vnã petij a Dño, hãc requirã, vt inhabitẽ in domo Dñi, & videã volũtatẽ eius. In nouo teſtõ clariora ſũt teſtimonia, in primis illud Io. 17. Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcãt te ſolũ Deum, &c.

Ioan. 17.

Scot.

Hãc ſnĩam varie interpretatur Scot. Primo, vt ſit ſenſus: cognitio, uita eſt, & ſi eſt ꝑpetua æterna eſt: ceterum nõ eſt ſeſus, ꝙ ſit uita beata. Et ꝙ hæc explicatio nõ ſit cõſẽtanea, patet. Nã ex ea ſeq̃tur, ꝙ damnati uidẽtes dæmones hẽant vitã æternã: nã uidere, uita eſt, & æterna, ſiq̃de ꝑpetua eſt. Alia interpretatio ẽ valde ꝓbabilis, ꝙ ſit ſenſus de cognitione ꝑ fide, q̃ uita æterna dr̃, qm̃ ad uitã æternã nos ducit. hãc explicationem adhibet Cyrillus huic loco, ſup Io. & lib. de fide ad reginas, & D. Hila. li. de Patris, & Filij unitate.

Cyrillus. Hilarius.

Ceterũ, licet hęc explicatio ſit ꝓbabilis, ꝓbabilior ẽ, ut ſit ſẽſus de uita beata: nã uita æterna in ſacro eloq̃o ſẽp ſignificat uitã beatã, ut in illo Ioa. 3. Vt oĩs q̃ credit in eũ, nõ pereat, ſed hẽat uitã æternã. & Matth. 19. Quid boni facia, ut hẽam uitã æternã? & Matt. 25. Iuſti in uitã æternã ibunt; mali uero in ignẽ æternũ. Cui ſimile eſt illud D. Pau. Ro. 6 Grã Dei uita æterna. Itaq. uita æterna in ſacro eloq̃o vit. beata ẽ.

Ioan. 3. Matt. 19. Matt. 25. Rom. 6.

Sed quãquã hoc teſtimoniũ nõ eſſet ſatis idoneum, certe alia teſtimonia ſũt ſolidiſſima, vt eſt illud 1. Io. 3. Cũ apparuerit, ſimiles ei erimus, & uidebimus eũ ſicuti ẽ. & Io. 14. Si q̃s diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligã eum, & manifeſtabo ei meipſũ. & Philip. Ieod. c. dicit, Oſtẽde nobis Patrẽ, & ſufficit nobis. cui Dñs rñdit: Philip. q̃ videt me, uidet & Patrẽ meũ. & 1. Cor. 13. Videmus nũc ꝑ ſpeculũ in ænigmate; tũc aũt facie ad faciẽ. & 2. Cor. 5. Dũ ſumus in corpore, pegrinamus a Dño; ꝑ fidẽ .n. ambulamus, & nõ ꝑ ſpẽm, audemus, & bonã uolũtatẽ hẽmus peregrinari a corpore, & pñtes eſſe ad Dominum. Ecce, uidere ꝑ ſpeciẽ, eſt eſſe præſentes ad Dominum, & uitã beatam habere.

1. Ioan. 3. Ioan. 14. Ibidem. 1. Cor. 13. 2. Cor. 5.

Argumen.

Ex his teſtimonijs tale colligo argumentum. In ſacris litteris ſæpe aſſeritur noſtram beatitudinem in Dei uiſione conſiſtere, nũquam uero affirmatur quod in Dei amore. Ergo in actu intellectus, & non uoluntatis conſiſtit.

Certe Deus nũquam promittit pro præmio, quod homo diligat Deũ, ſed e diuerſo, quod diligetur a Deo, iuxta ſermonem Domini, Ioa. 14. Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & ego diligam eum.

Ioan. 14.

D. Thom. conformis Auguſt. D. Auguſt.

Deinde, hæc ſnĩa D. Tho. eſt valde conſentanea ſanctis Patribus, præcipuæ D. Aug. is nãq. primo de Trinita. c. 8. explicans illud Pauli, Videmus nũc p ſpeculũ in ænigmate, dicit: Hac contẽplatione promittitur nobis oĩum actionũ nr̃arum finis, & æterna perfectio gaudiorũ: & c. 9. In viſione tota merces conſiſtit; & c. 10. in illa contemplatione Deus erit oĩa in oĩbus, & c. 13. Plus quam quinquies repetit eandem ſnĩam, interpretans illud Domini, Beati mundo corde, qm̃ ipſi Deũ videbunt. & enarrans illud, Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & ego oſtendã illi meipſum, dicit, Sola viſio eſt ſummum bonũ nr̃um, cuius adipiſcendi gratia præcipitur nobis quidquid recte agere debemus: & c. 15. Viſio eſt tota merces: 13. de Trinitate c. 5. dicit. Beatus eſt qui habet quidquid vult, & nil mali vult. Itaq. vita beata non eſt amare quod habes, ſed habere qđ amas. & in epiſtola de videndo Deũ ad Paulinum; Viſio ẽ ſumma merces, quæ promittitur diligentibus Deũ. & in libro de ſpiritu, & anima, c. 57. Videre Deum ſumma felicitas, ſũma iucunditas, beata & æterna vita eſt. dicit multa in hanc ſnĩam D. Auguſt. lib. de ſpiritu & lite. c. 22.

Ariſt. Plato, Socrates, Seneca, Plutar, Cice. Augu. Eugub. Rõnes hoc ipſũ oſtendẽtes.

Tertio, hæc ſententia eſt valde conſentanea ſententijs omnium philoſophorum. Certe Ariſto. primo Ethicor. capitulo ſeptimo, & decimo Ethicor. capitulo ſeptimo, vſq. in finem, varijs argumentis demõſtrat, beatitudinem noſtram ſitam eſſe in ſapientiæ operatione, & in altiſſimarũ cauſſarum contemplatione. Idem affirmant vniuerſi philoſophi Platonici, Plato, Socrates, Seneca, Plutarch. Cicero, quos omnes diligẽter refert Auguſt. Eugubinus lib. 10. de perenni philoſophia. Sed prætermiſſis auctoritatibus, idem demonſtratur euidentibus argumentis.

Intellectus præſtãs volũtate.

In primis, beatitudo in præſtantiſſima potentia collocanda eſt, vt plane conſtat inter omnes. Sed intellectus eſt præſtantiſſima potentia: ergo. Quod vero intellectus ſit præſtantiſſima potentia, probatur. Tum, quoniam vita cõtemplatiua eſt præſtantior vita actiua, vt conſtat ex ſuffragio omnium Theologorum. Tum ſecundo, quoniam prudentia, quæ eſt virtus intellectualis, inter omnes virtutes morales primatũ tenet. Tũ deinde, quoniam intellectus præcipit, & leges ponit voluntati, & eam dirigit & illuminat, atque adeo voluntas ex eo ſtudioſa eſt, & recta, quoniam rectę rationi paret, & obtemperat, & conſentanea ẽ. Tum vltimo, quoniam intellectus eſt rationalis per eſſentiam; voluntas vero per participationem.

Beatitudo ẽ cõſecutio vltimi finis.

Secunda demonſtratio. Beatitudo (vt conſtat apud omnes) eſt conſecutio vltimi finis; ſed actus voluntatis non poteſt eſſe conſecutio vltimi finis: ergo in actu voluntatis non conſiſtit beatitudo, ſed in actu intellectus. Quod vero actus voluntatis non ſit conſecutio vltimi finis, demonſtratur in hunc modum. Nam in voluntate tantummodo ſunt tres actus, deſiderium, delectatio, & amor. Qđ deſideriũ nõ ſit conſecutio vltimi finis, notius eſt, quã vt probatione egeat: deſiderium namq. ſignificat cupiditatẽ rei abſentis, & nondum habitæ. Sed quod delectatio non ſit conſecutio, ex his patere poteſt. Nam delectatio conſequitur ad bonum iam adeptum, & poſſeſſum: ergo non eſt adeptio vltimi finis. Deinde, delectatio non per ſe appetitur, ſed ſemper ad aliud refertur. Si adiungitur in cibo & potu, eſt propter cõſeruationem indiuidui, ſi in coitu animalium, propter conſeruationem ſpeciei, ſi in operationibus virtutum, vt ſtudioſe, & fortiter operemur. Demũ, delectatio ſecundum ſe, bona non eſt; ſi conſequitur ad operationẽ rectam, bona eſt; ſi ad operationem turpem, turpis eſt. Sed dicit Scot. quod conſiſtit in amore rei præsẽtis, quem actum prętermiſit D. Tho. in art. Sed fallitur Scotus: nam amor vel eſt rei præſentis, vel abſẽtis. Si abſentis, nõ eſt conſecutio vltimi finis; ſi vero præſentis, iam præſupponit rem poſſeſſam, & habitam. Itaq. D. Tho. nõ eſt oblitus amoris: ſed excludẽdo deſideriũ, excluditur amor rei abſentis; excludendo delectationem, excluditur amor rei præſentis: & ipſemet D. Tho ad hoc propoſitum in 3. contra Gent. c. 26. ponit hos tres actus voluntatis, amorẽ, deſiderium, & delectationẽ. Deinde, beatitudo eſt habere qđ amas, vt plane conſtat inter omnes; habere vero, & apprehendere eſt opus intellectus, & non voluntatis. Voluntas namq. non eſt potentia apprehenſiua, neq. conſecutiua. Hoc enim intereſt inter intellectum, & voluntatem, ꝙ voluntas fertur in bonum, prout eſt a parte rei; intellectus vero apprehendit obiectum per ſpecies, & imbibit in ſe illud. Itaq. voluntas conſequitur bonum ſuum p intellectũ, tãquam per manum, & anſam. Præterea, Deus eſt obiectũ noſtræ beatitudinis, & vltimus finis, vt ex ſuperioribus ſatis conſtat: ergo conſecutio illius, erit actus, quo primo apprehẽdimus Deũ. Sed huiuſmodi eſt actus intellectus, & non voluntatis: ergo. probatur minor: nam nihil eſt volitum, & amatum, niſi prius cognitum. Prior ergo eſt apprehenſio & conſecutio per intellectum. Certe voluntas ſe habet ad ſummum bonum, ſicut ad cetera bona particularia; voluntas vero nũquam conſequitur bonũ quodcũq. per ſe, ſed per aliam potẽtiam. Deſideramus pecuniam; non cõſequimur eam voluntate, ſed manu. Deſideramus vinum; non conſequimur voluntate, ſed guſtu. Deſideramus muſicã; auditione conſequimur, nõ volũtate. Idem confirmatur optimo argumẽto. Nã tales actus ſolet habere homo circa amicum, vel honorem, quales habet circa Deũ: amat. n. honorem præſentem, & in eo delectatur. At non eſt conſequi honorem, amare honorem, ſed habere honorem. Ergo non eſt cõſequi Deũ, amare Deũ, aut in eius poſſeſſiõe delectari. Qđ vt clarius videatur, ſtatuamus, diſputatiõis gratia, honorẽ eſſe ſummũ bonũ hominis, in quo eius beatitudo ſit cõſtituta. Certe cõſeq; honorẽ, nõ eſt amare honorẽ; ſed hẽre illũ. & Ariſt. q poſuit beatitudinẽ in opatione ſapientiæ, & contẽplatione, non appellat beatũ qui amat ſapiẽtiã, ſed qui vere ſapiens eſt.

Differentia intellect⁹ & voluntatis

voluntas nõ conſequitur bonũ per ſe.

Scoti ſolutionis.

Ad hæc argumenta diſerte, & acute (vt ſibi videtur) indet Scotus, ꝙ gemina eſt aſſecutio finis: prima via generationis, & prima via perfectionis, quæ eſt amor rei præſentis, quo maxime noſtra voluntas ſedatur, & conquieſcit; iuxta illud, Tenui eũ, nec dimittã Itaq. ſentit Scotus, ꝙ p viſionẽ Deus eſt p̃ſens intellectui, & hæc p̃ſẽtia eſt aſſecutio vltimi finis: ſed eſt prima via generationis, nõ via pfectionis. Sed re uera Scotus abutitur vocabulo, & ignorat ꝓpriã vocẽ, vocãdo amorẽ conſecutionẽ vltimi finis. Quis enim dicet ſe conſecutũ pecuniã, qa amat pecuniã? maxime, qa amor (vt dictũ eſt) abſtrahit ab habito, & non habito: qđ ſi eſt rei iã habitæ, præſupponit vltimi finis cõſecutionẽ.

Tertia demõſtrat. Beatitudo eſt ſummum bonũ.

Tertia demõſtratio. Beatitudo eſt ſummũ bonũ, & primũ appetibile, ratiõe cuius cetera appetũtur, vt plane cõſtat. Sed eſt impoſſibile ꝙ primũ appetibile ſit actus voluntatis: ſicut eſt impoſſibile, ꝙ primũ viſibile, ſit viſio: viſio namq. dẽt verſari circa uiſibile, tãquam circa ꝓpriũ obiectũ. Ergo ex hoc, ꝙ beatitudo ſit obiectũ volũtatis, conſequens eſt, ꝙ non eſt actus uoluntatis. Hãc demõſtrationem explicauimus diligenter ſupra, q. 1. art. primo.

Quarta demonſtrat. Durand.

Quarta demonſtratio eſt, quã hẽt Duran. in 4. d. 40. q. 4. & inſinuat eam D. Tho. ad ſiñ. Appetitus namq. vniuerſus, ſiue naturalis ſit, ſiue ſẽſitiuus, ſiue rationalis, nũquã appetit tãquam ultimũ finẽ ſuam operationẽ, ſed alterius potentiæ operationẽ, aut paſſionẽ. Ergo uoluntas non appetit, tãquam ultimum finem, ſuam operationem. Antecedens probatur exẽplo lapidis, qui appetit deſcendere, & eſſe deorſũ, pp cõſeruationẽ lapidis, qui locus nõ ẽ actus eius. Pro cuius rei intellectu obſeruãdũ ẽ, ꝙ appetitus naturalis datus eſt rebus naturalibus, ut ipſæ cõſequãtur bonũ ſuum; itaq. appetitus non præcipue ſequitur bonũ ſuũ, ſed potius totius naturæ bonũ; ut animaduertere eſt in appetitu lapidis, qui adepto fine lapidis, continuo qeſcit. Eadem ratio eſt de appetitu ſenſitiuo, qui datus ẽ animantibus, ut conſequantur perfectiones ſibi debitas. Nõ aliter appetitus rationalis, qui uocatur uoluntas, datus eſt naturæ rationali, ut conſequatur bonum, naturę rationali debitum, & cõſentaneum, quod eſt ueritas, & bonũ intellectuale, & diuina ſapientia. Itaq. uoluntas non præcipue quærit bonum ſuum, ſed bonum integrum, & perfectum naturæ humanæ. Comparatur uoluntas ad intellectũ, qualis eſt comparatio uxoris uehementer diligẽtis uirũ ſuũ: ſi. n. uir eius ægrotat, id, quod ſũme deſiderat, eſt eius ſanitas, & ĩ eius adeptione delectatur, & fruitur, & ſanitatẽ uiri arbitratur ẽẽ bonũ ſuũ: nõ aliter uolũtas ſe hẽt ad ĩtellectum,

Appetitus naturalis qua re a natura datus.

D. Thom.

ctum, & eius bonum reputat bonum proprium, tamquam bonum ſui capitis.

Vlt. demon. Vltima demonſtratio. Summa miſeria eſt priuatio diuinæ viſionis, vt omnes Theologi vno ore affirmant: & appellant hanc miſeriam pœnam damni. Ergo ſumma merces eſt viſio Dei. Idem confirmatur. Nam pueri diſcedentes ſine baptiſmo, damnantur, & miſeri ſunt, vt habet fides catholica: at non habent pœnam ſenſus, nec odium Dei, ſed tantum priuantur diuina viſione. Ergo Dei viſio ſumma beatitudo eſt.

Eſſentia rei quæ? Not. prim. Soluuntur argum. Ad argumenta in oppoſitum poſitæ vt reſpondeatur, obſeruādum eſt. Primo, illud eſſe eſſentiam cuiuſque rei, ad quod cetera naturali conſecutione ſequuntur: ſicuti hominis eſſentia in rationali anima conſiſtit, ex qua ceteræ potentię naturali conſecutione deriuantur. quod ſi verum eſt, conſequens eſt, quod eſſentia beatitudinis noſtræ in viſione Dei conſiſtat: nam ex viſione Dei, naturali conſequio, & amor, & ſumma delectatio deriuantur: qui enim videt Deum, neceſſario amat Deum, & non poteſt eſſe quin indicibili iucunditate perfruatur.

Not. ſecund. Secundo obſeruandum eſt, quod operationes humanæ poſſunt conſiderari in genere naturæ, qua ratione huius, vel alterius perfectionis in genere naturæ exſiſtunt. Rurſus poſſunt conſiderari in genere moris, qua ratione, laude, vel vituperio dignæ ſunt: veluti ſi comparetur ieiunium, & volitio fornicandi in genere naturæ: certe hæc volitio perfectior eſt, quam ieiunium, quæ eſt operatio partis ſenſitiuæ; ceterum ſi conferantur in genere moris, ieiuniū præſtantius eſt. Quando ergo in præſentia inueſtigamus, vtra ſit perfectior operatio, voluntatis, an intellectus, de genere naturæ præcipue diſputationē ſumimus.

Not. tert. Amor amicitiæ & concupiſcentiæ Tertio obſeruandum eſt, quod amor duplex eſt: amor amicitiæ, quo amamus nos ipſos, & amicos; & amor concupiſcentiæ, quo amamus bonum noſtrum, quatenus bonum noſtrum eſt. Et in hoc ſenſu definimus, quod cognitio, & viſio Dei magis amatur, quā amor, & eſt maius bonum noſtrum, quam amor.

Not. quart. virtus moralis & intellectualis. Quarto obſeruandum eſt, quod virtus eſt duplex, moralis, & intellectualis. In vita præſenti virtus moralis excellentior eſt, at in vita beata, intellectualis præſtantiſſima eſt: nā ex viſione beata, amor, fruitio, & vniuerſa bona originem habent.

Not. vltim. Pars eſt propter totum. Vltimo obſeruandum eſt, quod pars eſt propter totum, tamquam propter vltimum finem, & ideo plus amat totū, quam ſeipſam. Ex quo conſequens eſt, quod voluntas plus amat bonum integrum & perfectum creaturæ rationalis, quam bonum proprium. His annotationibus apparet, quid ad argumenta propoſita dicendum ſit.

Ad argum. primæ opinionis. Nam ad argumenta primæ opinionis dicendum eſt, euidenter demonſtrare, quod in beatitudine inſunt omnia hæc bona, viſio, amor, & fruitio; at non concludunt, quod eſſētia beatitudinis in his bonis coniunctim ſita ſit. Nam certum eſt, quod ex Dei viſione, naturali conſequio & amor, & fruitio deriuantur. Sed oportet ſpecialiter ut ad ſingula reſpondeamus.

Ad primum Ad primum reſpondetur, optime probare, quod in beatitudine inſunt hæc bona. quod nos non negamus: multa enim pertinent ad rei perfectionem, quæ ad rei eſſentiam pertinere nulla ratione poſſunt, ſicut in homine licet animaduertere.

Ad ſecundū. Ad ſecundum dicendum eſt, quod ſi ſola viſio inueniretur ſine amore, & fruitione, faceret hominem beatum eſſentialiter, ſed non perfecte.

Item dicendum eſt, quod ſi viſio Dei relinqueretur ſuæ naturæ, certe ex ea naturali conſequio amor, & fruitio deriuarentur: ſed ſi impeditur virtute diuina per miraculum, non deſinit eſſe beatitudo. Vltimo dicendum eſt, quod licet ſola viſio ſit beatitudo, non tamen facit hominem beatum ſine fruitione: viſio namque ex eo eſt beatitudo, quoniam cauſat fruitionem, & animi quietem, quā neceſſario cauſat neceſſitate naturali.

Ad tertium Ad tertium reſpondetur, quod de eſſentia hominis eſt, eſſe rationale; voluntas vero eſt propria paſſio.

Ad quartū. Ad quartum reſpondetur, quod voluntas beatificatur, quando conſequitur, & habet bonum, quod amat; hæc vero conſecutio eſt per intellectum, vt ſupra demonſtratum eſt. Deinde dicendum eſt, quod quemadmodum voluntas conſequitur ad intellectum: ita beatificatur conſequenter ad intellectum: ex viſione namque beatifica, amor, & voluntatis fruitio deriuantur. Ad vltimum reſpondetur, quod quamquam in Deo omnia ſunt vnum, intellectus & voluntas, viſio & amor; at ſecundum intelligentiæ rationem prior eſt diuina beatitudo, quam actus voluntatis diligentis, & in ea conquieſcentis: quod non poteſt eſſe, niſi per actum intellectus. Itaque beatitudo tribuenda eſt Deo ſecundum intellectum, ſicuti ceteris beatis, qui ad ſimilitudinem Dei beati dicuntur. de hac re inueſtigatur diligentius. 1. parte, quæſtione 26. artical. 2. Ad vltim.

Ad argumenta ſecundæ opinionis, ad auctoritates ſcripturæ, & Sanctorum dicendū eſt, quod in beatitudine eſt ſolidum gaudium, & verum; at ex hoc non concluditur, quod gaudium ſit beatitudinis eſſētia. Sed dicitur beatitudo eſſe gaudium, eo genere locutionis, quo ſolemus ſæpenumero cauſſas nomine effectuū deſignare, ſicut frigus dicitur pigrum, quoniam pigritiam & ignauiam cauſat; & concupiſcentia dicitur peccatum, quoniam ad peccatum incitat & allicit. Ad primū, negatur antecedens: magis enim deteſtamur, & fugimus priuationem boni, ad quam cōſequitur triſtitia & dolor: ſicuti pater magis deteſtatur, & fugit mortem filij, quem diligit, ad quam conſequitur triſtitia & dolor: & quod magis deteſtetur, patet ex illo axiomate, Propter quod vnumquodque tale, & illud magis. nam certum eſt quod triſtatur propter mortem filij. Ad argum. ſecun. opin. ad auctoritates. Quare beatitudo gaudiū dicatur. Ad primum

Ad ſecundum reſpondetur, finem lapidis eſſe conſequi locum ſuum naturalem, in quo conſeruetur, ex quo ſequitur quies: ad eundē modum dico finē hominis eſſe conſequi ſummum bonum, ex quo fruitio & delectatio naturaliter deriuantur. Ad tertium dicendum eſt, quod qui habet quod amat, nihil vltra deſiderat: ex poſſeſſione namque rei amatæ, delectatio & fruitio naturaliter demanant. Ad ſecundū. Ad tertium.

Ad quartum dicendum eſt, ꝙ delectatio perficit operationem, ſicut decor iuuentutē; qui eſt conſequens ad iuuētutem. Itaque delectatio eſt perfectio concomitans viſionem beatificam, ſed nō eſt perfectio, quæ faciat viſionē in ſua ſpecie perfectam. Ad quintū dicendum eſt, ꝙ caritas nō quærit dilectum, vt in eo delectetur; ſed eſt conſequens vt delectetur in bono iam adepto. Itaque delectatio non eſt finis caritatis, ſed potius viſio, per quam ſit finis ei præſens. Ad ſextum dicendum eſt, ꝙ appetitus ſenſitiuus, & rationalis diuerſimode ſe habent in ſuis appetitionibus: appetitus namque ſenſitiuus tantum fertur in bonum delectabile: obiectum namque appetitus ſenſitiui eſt bonum delectabile: ſenſus enim, quē ſequitur appetitus ſenſitiuus, nō ſe extendit ad bonū honeſtum, quod in ratione conſiſtit, neque vero ad bonū vtile: tum enim bonum vtile ſit medium accommodum ad finem conſequendum, & ſenſus non poſſit agnoſcere rationem finis, & proportionem mediorum ad finem, vt ſupra demonſtratum eſt, conſequens eſt, quod appetitus ſenſitiuus nō fertur in bonum vtile, ſed tātum in bonum delectabile. Rationalis vero appetitus fertur, tum in bonum delectabile, tum in bonū vtile, ſed præcipue in bonum honeſtum, cuius pulcritudinem, & honeſtatē oſtendit intellectiua cognitio, quam ſequitur appetitus rationalis. Quemadmodū enim gubernator reipublicæ homines generoſos, & excelſi animi ad egregia facinora edenda amore virtutis mouet, & adhortatur; homines vero inferiores amore concupiſcentiæ, vel timore pœnæ, vel præmij cupiditate: ſic Deus mouet voluntatem amore virtutis; portionem vero ſenſitiuam, vt inferiorem, & imperfectiorem, mouet amore concupiſcentiæ, & delectationis. Quomodo vero in appetitu ſenſitiuo, qui præcipue ſequitur delectationes, non ſit peruerſitas, infra quæſtione 4. art. 2. inueſtigandum eſt. Ad quartū. Ad quintum Ad ſextum.

Ad vltimum reſpondetur, quod delectatio eſt vltimū, & extremum, quod aduenit rei iam perfectæ, tamquam appendix, & accidens quod conſequitur: quocirca beatitudo non eſt. Beatitudo namque eſt vltimum, & extremum bonum perfectum, atque ſummum; non ſicuti appendix, & accidens quod aliud conſequitur. Ad vltimum Arg. Ad finem vltimum duo ſunt neceſſaria.

Quod ſi dicas, illud eſſe vltimum finem, quod per ſe amatur; delectatio vero per ſe amatur, ergo eſt vltimus finis. Reſpondeo, quod ad finem vltimum

duo ſunt neceſſaria, & quod appetatur propter ſe, & q amentur cetera propter ipſum; delectatio vero licet ſit amabilis propter ſe, cetera tamen non amãtur propter ipſam. & hæc vltima conditio eſt potiſſima ad rationem finis ultimi. Nam finis ultimus eſt, cuius gratia omnia fiunt.

Nota.

Illud etiam non eſt prætermittendum, quod poſſeſſio ſummi boni, & ſumma delectatio, quæ inde deriuatur, non ſunt conſideranda, ſicuti duo bona diſtincta, ſed ut vnum bonum perfectum, & conſummatum. Sic affirmat Diuus Thomas ſupra, quæſtione ſecunda, articulo ſexto, ad prim. Ratio Diu. Thom eſt, quoniam eiuſdem rationis eſt appetere bonum, & delectatio in bono, quæ nihil aliud eſt, quam quietatio in bono adepto: ſicuti ex eadem virtute naturæ eſt, quod lapis deſcẽdat deorſum, & quod quieſcat ibi. Locus Diui Thom. eſt inſignis, & obſeruãdus ad hoc propoſitum: vbi etiam explicat, quo modo delectatio ſit appetibilis propter ſe: Videndus eſt etiam D. Tho. 3. contra Gent. cap. 26.

Quo modo beatitudo fruitio dici poſſit. D. Auguſt.

Supereſt exponere, quemadmodum auctore D. Auguſt. & auctore D. Tho. beatitudo ſit fruitio: ex quo conſequẽs eſt, quod ſit delectatio. Immo ex hoc loco D. Auguſti. infert Scotus, quod beatitudo ſit amor: nam frui, eſt amore inhærere alicui rei propter ſeipſam, vt eſt uidere in D. Auguſtini primo de doctrina Chriſtiana, c. 4. Certe hæc ſentẽtia D. Auguſt. Summa merces eſt fruitio; non facit ſenſum identicum, ſed cauſſalem, id eſt, beatitudo cauſat ſummã fruitionem in volũtate, quo in ſenſu explicauimus illam ſententiam eiuſdem Auguſtini, Beatitudo eſt gaudiũ de ſumma veritate. in eodem ſenſu interpretanda eſt definitio illa Boetij, Beatitudo eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus, id eſt facit ſtatum omnium bonorũ aggregatione perfectum. Illa etiam explicatio non eſt abſurda, q frui, ſit actus intellectus; & non uoluntatis: frui namq. eſt capere fructum, & re amata potiri. Vnde Diuus Auguſtinus libro de moribus Eccle. Quid eſt frui, niſi præſto habere quod diligis? Non dixit, diligere quod habes, ſed habere quod diligis: habere vero, & tenere, eſt opus intellectus, ut ſupra demonſtratum eſt. Sed de hoc inueſtigabitur infra quæſtione vndecima. Illud tamen pro certo habendum eſt, quod frui non eſt amare: frui enim amico, non eſt amare amicum.

D. Auguſt.

Soluuntur Scot. argum. Ad argum. Prim. præd.

Ad argumenta tertiæ opinionis, quæ in quattuor prædicamenta ſunt diſtributa, hoc modo ſatisfaciendum eſt.

Ad argumenta primi prædicamenti de perfectione voluntatis ſuper alias potentias, in primis dicendum eſt, q non vacat in præſentia diſſerere de comparatione intellectus, & uolũtatis: hæc enim inueſtigatio pertinet ad primã partem, quæſtione 82. articulo tertio. Sed quod ad noſtram cauſſam ſpectat, negandum eſt, uoluntatem eſſe pfectiorem intellectu.

Ad primum.

Et ad primum in oppoſitum reſpondetur, quod uoluntas mouet intellectum in genere cauſſæ efficientis, applicando illum ad opus ſuum, intellectus vero mouet volũtatem in genere cauſſæ finalis, illuminando, dirigẽdo, imperando. cauſſa autẽ finalis inter omnes præcipua eſt. Deinde dicendum eſt, quod intellectus primo; & per ſe mouet uoluntatem: nam obiectum voluntatis eſt bonum propoſitum per intellectum; voluntas vero mouet intellectum, ueluti per accidens, quatenus ipſum intelligere apprehenditur ut bonum: itaq. actus intellectus, qui mouet voluntatem, ſemper præcedit: & ſic voluntas mouet iam mota. Certe ſi finis voluntatis eſſet præſens, moueret intellectũ, neceſſitaret & traheret uoluntatem ad amandũ, neq. exſpectaret motionem uoluntatis; in hac vero peregrinatione, quia finis eſt abſens, uoluntas mouet intellectum ad finis conſecutionem.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum reſpondetur, quod uoluntas ea rõne qua mouet ceteras potentias ad operandum, excellere vr; ceterum intellectus alijs multis de cauſſis excellentior eſt: tum qm mouet uoluntatem in genere cauſſæ finalis, illuminando, dirigendo, &c. tum uero, qm hæc potentia nobiliſſima conſequitur ultimum finem, pro quo uoluntas tãtopere laborat: tum ultimo, quoniam huius potentiæ eſt viſio beata, ex qua naturaliter ſequitur amor.

Ad tertium.

Ad tertium reſpondetur, quod licet uoluntas ſit appetitus uniuerſaliſſimus, & nobiliſſimus; at non eſt potentia apprehenſiua, & conſecutiua obiecti: & ideo indiget alia potentia nobiliſſima, quæ finem ſuum conſequatur, & poſſideat, & præſentem habeat.

Not ſolut.

Vel dicatur (& eſt ſolutio maxime obſeruãda) quod voluntas eſt appetitus hominis: & ſic magis appetit homini ſummam hominis perfectionem, quæ in intellectu conſiſtit, quam propriam ſuam perfectionem: ſicuti pars plus amat totum, quam ſeipſam.

Ad quartũ.

Ad quartum reſpondetur, quod obiectum intellectus eſt perfectius natura: nam quod attinet ad uniuerſalitatẽ, æqualis eſt ratio: ſicut enim omne bonum eſt uerum; ita omne uerum eſt bonum: ſed excellit verũ, quod eſt obiectum intellectus: nã verum eſt magis ſeparatum, & diuinum. Intellectus enim, qui eſt potentia cognoſcitiua, perficitur in cognitione veritatis, ſiue ſit res, ſiue nõ ſit: veritas namque abſtrahit a rerum exiſtentia; uoluntas uero, quoniam fertur in bonum vt habeat illud, & potiatur, non eſt tam ſeparata, neque adeo diuina; & bonum concernit rei exiſtentiam, & ideo nõ eſt tam ſeparatum, nec tã diuinum. De hac ſolutione, quoniam obſcura eſt, videndus eſt Diuus Thom. prima parte quæſtione 82. articulo tertio.

D. Thomas.

Ad ultim.

Ad ultimum reſpondetur, quod potentia non eſt perfectior ex eo, quod liberior; nam electio mediorum imperfectior eſt, quam intentio ultimi finis, quæ neceſſaria eſt, quantum ad ſpecificationem, ut ſupra dictum eſt. Deinde viſio Dei, uel amor in uita beata, eſt actus præſtantiſſimus; at neceſſarius eſt.

Ad argum ſecun. præd.

Ad argumenta ſecundi prædicamenti, de perfectione amoris, reſpondetur, certe in primis dicendum eſt, alium eſſe ordinem caritatis in uia ad cognitionem ænigmaticam, & caritatis in patria ad uiſionem claram: nam in uia, noſter profectus incipit a fide, & perficitur a caritate, per quam comparamus bona merita ad uidendum Deum. & ita bene dicit Anſel. (quod etiam docet Diuus Paulus) caritatem in uia eſſe præſtantiorem: ceterum in uita beata ex uiſione beatifica, naturali conſequtio, oritur amor, tãquam proprius effectus, & propria paſſio. Ex his patet qd dicendum ſit ad D. Paul. & D. Anſelm.

Ad D. Dion.

At Diu. Dionyſio reſpondetur, quod Seraphim, qui sũt ſupremi ſpiritus, habent denominationem a caritatis ardore, quoniam inflammant inferiores angelos per illuminationem cognitionis Dei, ſicuti prædicator, per prædicationẽ uerbi diuini auditores inflammat; Cherubim uero conſtituuntur inferiores ſpiritus, quoniam habent in officio docere, non inflammare.

Ad Diuum Thom. (qui certe loquitur in vita beata, cum comparat caritatem cognitioni, & probat eſſe perfectiorem caritatem, quæ fertur in Deum, prout in ſe eſt) dicendum eſt, quod obiectum cognitionis & amoris in vita beata eſt Deus; ſecundum ſe. de amore, omnes fatentur; de cognitione uero, patet ex illo, Videbimus ſicuti ẽ. Rurſus dico, quod caritas in uita beata habet hanc excellentiam, quod fertur in Deum, prout eſt a parte rei; uerũ viſio beatifica excellit multis de cauſſis. Primum, quoniam eſt menſura amoris: tantum enim amant beati, quãtum vident. Deinde, quoniam ex viſione beatifica naturaliter amor ſequitur. Tertio, quoniam uiſio beatifica, uerſatur circa uerum, quod eſt magis diuinum, & ſeparatum, quam bonum. Hæc dictã ſint ad explicanda dicta ſanctorum Patrum, quæ uidebantur noſtram ſententiam conuellere.

Ad pri. argu.

Ad alia argumenta huius prædicamenti, & ad primum reſpondetur, quod fortaſſis lumen gloriæ eſt præſtantiſſimus habitus. Vel dicatur, quod quamquam caritas ſit præſtantiſſimus habitus, non inde concluditur, quod amor ſit præſtantiſſimus actus in uita beata: nam uiſio, quæ eſt præmium bonorum operum, non eſt tribuenda potentiæ, neque habitui, ſed Deo præmiatori, ex qua viſione beatifica ſequitur amor, ut ſæpenumero dictum eſt.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum reſpondetur, quod ea, quæ ſunt priora in genere cauſſæ materialis, imperfectiora ſunt; ſed ea, quæ ſunt priora in genere cauſſæ efficientis, formalis, & finalis, perfectiora ſunt, ut ex philoſophia manifeſte exploratum eſt.

Ad tertium.

Ad tertium reſpondetur, quod illa ſententia Ariſtotel. eſt

Expoſitio illius propoſitionis. Cuius oppoſitũ eſt peius, ipſum eſt melius.

eſt topica, & probabilis tm̃: quocirca ſæpenumero eſt fallax. Ceterũ habet duas expoſitiones veras. prior eſt: oppoſitũ melioris eſt peius, ex ea parte, qua opponitur meliori; ſed alijs de cauſis põt eſſe minus malum. Alia expoſitio eſt. id quod tollit maius bonũ, ea parte, qua tollit maius bonũ, peius ẽ;

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum beatitudo ſit operatio intellectus ſpeculatiui, an practici.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Beatitudo potius eſt operatio intellectus ſpeculatiui, quam practici, cum ſit hominis optima operatio, quæ in contemplatione diuinorum conſiſtit; & vnumquodque dicitur ab eo, quod eſt in illo optimum. bonum autem diuinum, obiectum eſt intellectus ſpeculatiui. Secundo, contemplatio maxime requiritur propter ſeipſam; actus vero practicus ꝓpter actiones, quæ ad aliquẽ finem ordinantur: vnde non eſt vltimus finis, & beatitudo. Tertio patet; qa vita cõtẽplatiua cõmunicat cum Deo, & Angelis: ſed in vita actiua, bruta communicant aliqualiter cum homine: ideo principaliter vltima & ꝑfecta beatitudo conſiſtit in contẽplatione; ſecundario in operatione intellectus practici, &c.

ſed aliũde põt eſſe minus malum. Verbi gratia, Non vidre Deũ ea parte, qua tollit viſionẽ Dei beatificã, q̃ ſummũ bonum eſt, peius eſt, q̃ odium Dei; ea parte, qua tollit amorẽ Dei: ceterũ ea parte, qua odium Dei eſt intrinſece malum, & peccatum, peius eſt, q̃ nõ uidere Deum: immo hac de cauſſa peius eſt mentiri, q̃ non uidere Deum. Ex his explicationibus apparet legitim⁹ cõmentarius huius ſn̄æ Ariſt. quas accepi ex D. Caiet. 2. 2. q. 142. art. 3. ad 1. alioqui hæc argumentatio ex oppoſitis fallaciſſima eſt.

Concluſ.

Caietan.

Fallit in primis in rebus, quarum vna includit alteram: vt non ſequitur, Bona habitudo corporis melior eſt, quam ſanitas: ergo mala habitudo corporis eſt peior q̃ ægritudo: nã bona habitudo corporis includit ſanitatem, & aliquid præter eã. Eadẽ rõne nõ ualet, Melius eſt eſſe hominem ſtudioſum, quã eſſe ens: ergo peius eſt nõ eſſe ſtudioſum, quam non eſſe. Ad nr̃um propoſitum, odiũ Dei includit non videre Deum, & aliquid aliud: & ideo nõ ſequitur odiũ Dei eſt peius, q̃ non videre Deum, ergo amare eſt melius, q̃ videre Deum. Deinde hæc argumentatio fallit in rebus, quæ genere diſtant; vt non ſeqtur, Fortitudo eſt melior quam temperantia: ergo timiditas, quæ opponitur fortitudini, peior eſt, q̃ intemperãtia. Tertio conficitur argumentatio vitioſa, qñ oppoſitio non eſt ſimilis, vt in argumento propoſito, Odium Dei opponitur amori contrarie; non videre Deum opponitur viſioni priuatiue, ex quo tantũ ſequitur, quod carentia, & priuatio diuinæ viſionis ſit peior, q̃ carentia diuini amoris. Certe ipſe Scotus debet fateri, quod hic modus argumentandi fallaciam habet: nam ipſe docet, quod melior eſt dilectio inimici, quam dilectio amici; at peius eſt odiũ amici, quam odium inimici. Videte alias expoſitiones huius, maxime tertio contra Gent. cap. 26.

Ferra.
Nota.

Illud etiam obſeruandum eſt ad diſſoluenda omnia argumenta huius prædicamenti, ꝙ licet concederetur amorem eſſe præſtantiſſimum actum in genere moris, & odiũ eſſe peſſimum in genere vitij; ceterum ex hoc non ſequitur, in amore noſtram beatitudinem eſſe conſtituendam: nã beatitudo ſita eſt in actu præſtantiſſimo in genere naturæ, & in genere perfectionis naturalis, qua ratione virtutes intellectuales, præſtant virtutibus moralibus, inter quas primatum tenet actus intellectus, quo poſſidemus, & videmus Deum præſentem.

Ad argum. Tert. prædi.

Ad argumenta tertij prædicamenti, de maiori vnione, & appropinquatione ad vltimum finem, dicendum eſt, ꝙ actus intellectus propĩquior eſt vltimo fini: quoniã actus voluntatis non fertur in vltimum finem, niſi cognitũ, & quoniam actus intellectus, ſcilicet viſio, & poſſeſſio ſummi boni, eſt vltimus finis volũtatis: idẽ.n. eſt dicere, finẽ voluntatis noſtræ eſſe Deum, & habere Deum: ſicut idẽ ẽ dicere, quod auari finis eſt pecunia, & habere pecuniam.

Ad primum & ſecũ. arg.

Quocirca ad primum, & ad ſecundum argumentum, admitto, quod beatitudo formaliter ſit ſummũ bonum; quãquam poſſimus dicere, quod eſt ſummum verum, & infinitum. Rurſus admitto, obiectum voluntatis eſſe bonum; ceterum ex hoc non eſt conſequens, quod voluntas apprehẽdat, & conſequatur ſummũ bonum; nam volũtas (vt ſupra dictũ eſt) nõ eſt potentia apprehenſiua, neq. cõſecutiua: ſed conſequitur ſummũ bonum per alias potentias.

Not.

Illud ẽt obſeruãdum eſt, aliud eſſe, quod voluntas immediatius, & formalius feratur in bonũ; aliud ꝙ immediatius attĩgat bonum: primũ nãq. ex neceſſitate cõcedẽdũ eſt; ſm̃ uero negãdũ. Nã intellectus primum attingit ſũmũ bonũ: tũ, qm̃ nihil ẽ volitũ, niſi prius cognitũ: tũ vero, qm̃ coniũctio ad ſummum bonũ ꝑ intellectũ, ẽ cauſſa cõiunctionis ꝑ volũtatẽ. Vltimo obſeruãdũ eſt, ꝙ quamquam volũtas tendat in bonũ ſub rõne boni, aliæ potẽtiæ conſequuntur bonũ; & non ſub ratione boni. v.g. Deſiderat volũtas vinum ſub rõne boni; guſtus percipit illud ſub rõne dulcis: voluntas deſiderat muſicã ſub rõne boni; at percipit eam auditus ſub rõne ſonitus. Non diſſimiliter deſiderat videre Deum ſub rõne boni; & intellectus conſequitur ſub rõne veri boni, quod præſentat volũtati, vt eo fruatur.

Ad vltimũ

Ad vltimũ reſpõdetur, quod amor eſt maxime vnitiuus ſecundum concordiam & conſenſionẽ affectuum; at beatitudo eſt vnio realis ad ſummum bonum.

Ad quartum prædicam.

Ad quartum prædicamentũ, de magis deſiderabili, dicendum eſt, quod voluntas eſt appetitus, & inclinatio vniuerſalis hominis: & ſic magis appetit bonum ꝑfectũ hominis, quod conſiſtit in intellectu, & in poſſeſſione ſũmi boni, quam bonum proprium: ſicut nos magis amamus bonum diuinum, & vniuerſale, quam bonum noſtrum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum viſio beatifica ſit practica.
Scotus.
Primu arg.
Secundum.
Tertium.
Vltimum.

Scotus in prologo pri. ſen. q. 4. cõtẽdit viſionẽ beatificã eſſe practicã: tũ, qa ordinatur ad opus alterius potẽtiæ, nẽpe ad amandũ Deũ ex totis ꝑcordijs: tũ, qm̃ eſt ꝓxima regula operãdi, & amãdi: tũ tertio, qñ eſt ſũma prudentia: tũ vltimo, qñ myſteria in vita beata cognita, ſũt rectificatiua bonarũ volũtatũ.

Palud.
Expoſitio dubij.

Palu. in 4. d. q. 49. q. 3. art. 2. docet, ꝙ in vita beata eſt gemina cognitio, vna ſpeculatiua qua beati intuẽtur Deũ: altera practica, q̃ regula eſt opum agẽdorũ. In huius dubij expoſitionẽ dicẽdũ eſt, viſionẽ beatã nõ eſſe practicã, ſed ſpeculatiuã: obiectũ n. viſionis beatificæ ẽ Deus ipſe, q̃ nõ ẽ opabilis a nobis: ergo nõ ẽ de re operabili, ac ſubinde nõ erit practica. Deĩde, viſio beata ꝑcipue verſatur in cognitiõe diuinæ naturæ, & ꝑfectionũ, & attributorũ Dei: erit ergo ſpeculatiua.

Scientia practica quid requirat.

Itẽ ad hoc vt aliqua ſciẽtia practica appelletur, nõ ſatis ẽ ꝙ poſſit mouere ad opandũ, alioq vniuerſæ ſciẽtiæ creaturarũ, & cælorũ, eſſent practicæ: nã ex cognitione cęlorũ, in cognitionẽ Dei deuenimus, & ĩ ei⁹ amorẽ exardeſcimus, ſed eſt neceſſe ꝙ eius officiũ primariũ, & immediatũ ſit dirigere ad operandũ, qũo ſit faciendum opus, qũo forma introducatur in materiã: at officiũ viſionis beatificæ primariũ ẽ, oſtẽdere nobis naturã diuinã, & eius ꝑfectiones: eſt ergo ſpeculatiua. Secũdo dicẽdũ eſt, viſionẽ beatificã eſſe quodãmodo practicã, quod eſſe verũ, argumenta Scoti optime, & euidenter demonſtrant: quod ẽt inſinuat D. Tho. in ar. Vltimo dicẽdum eſt, viſionẽ beatam eſſe eminẽter practicã, & ſpeculatiuã: etenim eſt participatio quædã diuinæ ſcientiæ, quæ vna cum ſit, eſt eminẽter practica, & ſpeculatiua, vt demõſtratum eſt 1. p. q. 1. articu. 4. Deinde, ſacra & diuina Theologia eſt eminenter practica, & ſpeculatiua, vt in loco dudum allegato manifeſtatum eſt. Idem prorſus definit D.

Thom. de dono ſapientiæ in 2.2.q.45.art.3. Idem prorſus de uirtute fidei ſtatuẽdum eſt, ſecundum ueram, & certã Theologiam. Vnde quod dicit Palud. commẽtum eſt: una enim uiſio beata ad utrumq. ſatis eſt. Hic uero obſeruã dum eſt, quod cum dicit D. Tho. ad 1. quod Deus de ſeipſo tantum habet ſciẽtiam ſpeculatiuam, interpretãdus eſt, ꝙ loquitur ſecundum cõmunem loquendi uſum, quo omnis ſcientia, practica ẽ, aut ſpeculatiua. Ceterũ in prima parte apertiſſime docuit, quod ſciẽtia diuina eſt eminenter ſupra practicũ, & ſpeculatiuũ. Præterea dubitatur, Verum uiſio beata ſit notitia incomplexa, an complexa; apprehenſiua, an iudicatiua. Certe apparet quod non ſit incomplexa, neq. apprehenſiua. Apprehẽſiua enim nõ vocatur ſpeculatiua: ſpeculatiua enim & practica tantum conueniunt notitiæ iudicatiuæ. Deinde, ex ſola apprehenſione non ſequitur amor, aut delectatio. Tum vltimo, quoniam beatitudo in eo conſiſtit præcipue, quod uidemus ea, quæ credimus: myſteria enim fidei ſunt, quæ principaliter videnda ſpetamus in uita beata: qđ ſignificat Paul. ad Heb. 11. cum inquit, Fides eſt ſubſtantia ſperandarũ rerum: & affirmat aperte D. Tho. 2.2.q.1.ar.6.ad 1.

Prior concluſio.

An viſio beata ſit notitia incõplexa.

Hebr. 11. D. Thom.

Ad hoc dubium dico Primo, viſionẽ beatam, eſſe vnã & ſimpliciſſimam: tum, quoniam eſt cognitio Dei intuitiua: tum vero, quoniã cognitio ſimplex, ceteris paribus perfectior eſt quam compoſita: tum tertio, quoniam ea q̃ in inferioribus ſunt diſperſa, in ſuperioribus ſunt vnita: quidquid.n. agnoſcunt ſenſus externi, percipit vnus ſenſus cõis; & quidquid cognoſcunt vniuerſi ſenſus interni, & externi, vnus intellectus cognoſcit: ergo in vita beata, vna contẽplatione ſumma, omnia cognoſcuntur. Cui cõcinit illud Zachar. 14. In illa die erit vnus Dñs, & nomen eius erit unum, id eſt, vna intellectio, & conceptio. 15. de Trin. c. 16. D. Aug. dicit, ꝙ beati oĩum rerum ſcientiam vnico conſpectu habebunt. Sed eſt obſeruandum, ꝙ hęc uiſio eſt apprehẽſiua: eſt.n. (ut dictũ eſt) notitia intuitiua rei præſentis. Rurſus, vna cum ſit, eſt ſimul iudicatiua: tũ quia cognitio apprehenſiua tñ, eſt imperfectiſſima: tum vero, quia ſola apprehenſio non mouet ad amorem, & delectationem: tum tertio, quia beatitudo explet omne deſiderium, & omnem cupiditatem: at nos non ſolum deſideramus apprehendere Deũ, ſed iudicare qualis ſit, quãtus ſit, quam bonus ſit. Vltimo, hæc uiſio beata correſpondet fidei, quæ apprehenſiua eſt, & iudicatiua: nihil ergo mirũ eſt, quod hæc viſio excellentiſſima, quam Deus producit, ſpecialiſſimo auxilio ſit apprehẽſiua & iudicatiua ſimul.

Zach. 14.

D. Auguſt.

Secundo obſeruandũ eſt, ꝙ cum in beatitudine ſint diuerſa iudicia, quæ beati iudicant Deũ eſſe omnipotentẽ, Deũ eſſe trinum & vnum, merito dubitari poteſt, in quonã iudicio nr̃a beatitudo præcipue ſit cõſtituta? Certe ego arbitror in hoc iudicio eſſe præcipue ſitam: Quam bonus Iſrael Deus his, qui recto ſunt corde. Cetera uero iudicia, quæ habent beati, vel ſunt præmia fidei, uel ſunt neceſſario coniuncta. Qui n. videt Deũ eſſe ſummũ bonũ, certe conſpicit Deum eſſe immenſum, infinitum, omnipotentẽ: hæc.n. vel ſunt eadem, vel neceſſario coniuncta. Quõ uero beati per viſionem beatificam videant uniuerſas res ſucceſſiue, an ſimul, an toto intellectus conamine; & an vniuerſæ viſiones beatæ ſint eiuſdem ſpeciei, quæſtiones ſunt magnæ, quas in ſequentibus explicabimus. Eſt aliud dubiũ, quod eſt, qđ dicit D. Thom. ꝙ actus intellectus practici non quæritur ꝓp ſeipſum, ſed propter operationem voluntatis. Hoc apparet falſum. Nam actus intellectus practici eſt nobilior, q̃ operatio uoluntatis; at perfectius non ordinatur ad imperfectius, tamquam ad finem.

Dubium.

Dubium.

Primum argumentum.

Deinde actus intellectus practici, eſt actus prudentiæ; at prudentia præſtat omnibus virtutibus moralibus, quæ in uoluntate ſedem habent.

Secundum.

Vltimo, actus intellectus practici eſt cauſſa omnium operationum humanarum, quæ ſunt in potentijs liberis. ergo perfectior eſt.

Tertium.

Hæc ſentẽtia D. Tho habet uarias expoſitiones. Prima eſt, ꝙ hoc differt inter intellectum ſpeculatiuum, & practicum, quod contemplatio ueritatis de ſe pficit intellectũ ſpeculatiuum: unde licet nulla alia opatio eſſet in mũdo, cõtemplatio veritatis hæret in ſe quæreretur, & deſideretur; opus uero intellectus practici non perficit intellectum: verſatur nãq. circa ſingulare; & intellectus circa uniuerſale: uerbi gratia, Scire vtrum ſit hora 10. vel 11. & num potus ſit temperatus, ad perfectionem intellectus non multum refert, ceterum ut ſobrie & temperate bibamus, multum refert.

Secunda expoſitio, quod finis intellectus practici eſt opus, id eſt, non addiſcimus artes ut ſimus ſciẽtes, ſed ut operemur. quapropter ſi non eſſent neceſſaria opificia in republica, artes ſuperuacaneæ eſſent. hoc affirmat Ariſto. in Ethic. in principio.

Tertia expoſitio eſt, ꝙ actus prudentiæ non ordinatur ad actionẽ uoluntatis, tãquã mediũ ad finẽ, ſed tãquã pfectum ad imperfectũ perficiendũ: uelut. Sol ordinatur ad hæc inferiora alenda, & fouenda. Comparatur namq. prudentia ad ceteras uirtutes, ſicuti auriga, & dux, & imperatrix. Illud ẽt eſt addendũ, non eſſe aliquod inconueniens aſſerere, potẽtias, & habitus eſſe propter operationes a ſe productas: nã operatio (ut dictum eſt diligenter in 2. ar.) eſt cõplementũ, & culmen potentiæ. legẽdus eſt hic Caie. qui optime explicat, quõ cauſſa efficiens ſit pfectior ſuo effectu, at non eſt perfectior ſemper ſua operatione.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum beatitudo in conſideratione ſcientiarum ſpeculatiuarũ conſiſtat.

SVMMA TEXTVS.

PRior Cõc. Beatitudo hominis perfecta nõ conſiſtit in ſpeculatione ſcientiarum ſpeculatiuarum.

Poſterior Concluſio. Beatitudo hominis ĩperfecta, id eſt, ſumma, quę poteſt haberi in hac vita, conſiſtit in cõſideratione ſciẽtiarum ſpeculatiuarum. Concluſiones hæ D. Tho. ſatis apertæ ſunt, earum

Poſterior cõcluſio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

CErte beatitudo hoĩs non eſt ſita in cognitione rerũ diuinarũ, & humanarũ, quæ cõiter a pluribus habetur, & per demõſtrationẽ acquiritur. Nã beatitudo ẽ perfectiſſima opatio, ſine vitio, & errore; at hæc cognitio, quã pleriq. hoĩes habet, eſt imperfectiſſima, & multis erroribus admixta. Deinde, beatitudo eſt finis oĩum nr̃arum actionũ; at prædicta cognitio eſt finis oĩum nr̃arum actionum, ut de ſe patet.

Præterea, beatitudo eſt uniuerſale, & commune bonũ generis humani; at prædictam cognitione pauciſſimi homines adipiſci ualẽt, quam ſi uniuerſi homines in repub. conarentur adipiſci, mulieres, ſartores, zonarij, eſſet exitium reipub. De hac demonſtratione uidendus eſt Ferrarienſis 3. contra Gent. cap. 39.

Ferrar.

Inſuper, prædicta cognitio ſemper eſt in potentia ad illud uerum cognoſcẽdum, quod ignorabat, adhuc intellectus noſter non ſatiatur: intellectus namq. eſt in potentia, & in cupiditate ad omne uerum intelligendum: nemo enim hominum v'nquam ſe omne verum ſciuiſſe. Iam uero omnis cognitio humana eſt admixta multis erroribus, & habet magnam incertitudinem: tum propter imbecillitatem ingenij noſtri: tum propter rerum deceptionem: tum propter imaginationem ſenſuum, quę excęcat nr̃um intellectum: paſſiones quoque vehementes, & prauæ conſuetudines ſunt nobis impedimento, quæ omnia decẽtentur Sapien. c. 9. Cum inquit, cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ, corpus quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit. Hæc omnia confirmãtur maximo argumento. Nam ab exordio mundi, uſq. ad noſtram ætatem fuere multi ueri philoſophi, excellenti ingenio pditi, qui ſcrutati ſunt rerum naturã, qui ingenue confeſſi ſunt, ſe plura ignoraſſe, quam ſciuiſſe, fatentur quoq; ſe vltimas rerũ differentias ignoras habuiſſe. Et

Sap. 9.

quæ

tamē ,pbationes aliquam in ſe continent difficultatē, quæ ſequēti ordine diſpoſitæ, faciliores reddētur. Sit igitur primum principium D. Thom. Duplex eſt beatitudo, pfecta, & imperfecta. Secundum fundamētum. Scientiæ ſpeculatiuæ humanæ nō ſe poſſunt extēdere, niſi ad ea, quæ cognoſcūtur adminiculo ſenſuum. probatur. Scientiæ non ſe poſſunt extēdere vltra ſua principia: ſed principia ſciētiarū non transcēdunt ſenſibilia: ergo neque ſcientiæ. Maior probatur. Nam tota ſcientia continetur in principijs ſuis. Minorē vero ſic demonſtro. Cognitio principiorū ortum habet a ſenſu, & per experientiā probatur, auctore Ariſt. 2. Poſt. capitulo vltimo, & primo Met. capitul. 1. Tertiū fundamentum. Intellectus noſter perficitur cognitione rerū ſēſibilium. Docet enim Ariſtot. tertio de Anima, intelligere perfectionē eſſe noſtri intellectus. Quartum fundamentū. Nihil perficitur ab inferiori, vt inferius eſt: nā cyphus aureus non perficitur argento, aut plumbo: vnde cyphus aureus nō deargētatur, argentū vero deauratur. Quintū fundamentum. Poſtquam intellectus noſter perficitur cognitione rerum ſenſibilium, reliquum ſit, quod nō perficiatur illis, quatenus ſenſibiles ſunt. natura roſæ, verbi gratia, quatenus inferior eſt, nō perficit intellectū, ſed quatenus participat naturam aliquā ſpiritualem, intelligibilem & ſuperiorem. Sextum fundamētum. Intellectus noſter nō poteſt perfici perfectione vltima, niſi ab aliquo qđ ſit ſuperius intellectu noſtro. Probatur, quia omne quod eſt per aliud, reducitur ad id, ꝙ eſt per ſe. Septimum fundamentum. Intellectus noſter in hac vita nō poteſt cognoſcere ſubſtantias ſeparatas quidditatiue p hæc ſenſibilia; quapropter nō poteſt perfici vltima perfectione, conſideratione ſcientiarum ſpeculatiuarum. His iactis fundamentis, facillimū erit vnicuique litteram D. Thom. intelligere.

quænam rogo beatitudo ſine Dei cognitione cōſiſtit? quā eſſe in rerū vniuerſitate doctiſſimi philoſophi vix ſtatuerunt. De Dei prouidentia, de futura vita, de finibus bonorū & malorū, de immortalitate animæ apud iſtos philoſophos magna fuit, & perpetua diſſenſio, & multis tenebris impedita. Sed audiamus virum ſapiētiſſimū qđ ſētiat de omni ſciētiarū cōſideratione, Salomonē dico, qui in inueſtigando, ubi nā ſit ſita beatitudo, omnē ætatē conſumſit. is namq. Eccl. 1. cap. definit, omnes ſcientias eſſe vaniſſimas ad deſideriū humanū ſaturandum, in illo verbo, Non ſaturatur oculus viſu; nec auris auditu impletur. & in eodē ca dicit, Studium ſapientię eſſe occupationem peſſimam, & afflictionem ſpiritus: & tandem concludit. Qui addit ſciētiam, addit laborem. & c. 2. Tranſiui ad contemplandam ſapientiā, erroreſq. & ſtultitiam, & dixi, quis eſt homo vt poſſit ſequi regē factorē ſuū? id eſt, omnis humana ſapiētia, cōparatione ad diuinam, tenebræ ſunt & nihil. & iterum in eodē cap. Moritur doctus ſimiliter vt indoctus, id eſt, q̄q̄ ſcientiarū poſſeſſio magna eſt, a morte tū non liberat. & iterū. Deteſtatus ſum omnē induſtriam meā: quo in loco (auctore D. Hieron.) condemnat & deteſtatur oēm induſtriam, quam in libris cōponendis poſuerat. & c. 3. Cuncta fecit Deus bona ip tempore ſuo, & mundū tradidit diſputationi eorum, vt nō inueniat hō opus, quod operatus eſt Deus ab initio vſq. ad finem, id eſt, ſcientiarum oīum ſupellex non ſe extendit, vt valeat hō minimum opus Dei comprehendere. & cap. 6. Quid habet amplius ſapiens ab ſtulto? & quid pauper, niſi vt pergat illuc, vbi eſt vita? in qua ſnīa ſignificat, quod ad habendam vitam beatam, melius eſt eſſe pauperem, & ſtultum, q̄ eſſe ſapientem huius mundi. & cap. 7. habetur hæc ſnīa: Dixi, ſapiens efficiar, & ipſa longius receſſit a me. alta profunditas, & quis inueniet eam? & in eodem cap. Luſtraui vniuerſa animo meo, vt ſcirem, & conſiderem, &c. & c. 8. ſunt aliæ ſententiæ ad hoc perſuadendū, præcipue illa, quæ incipit, Appoſui cor meum, vt ſcirem Sapientiam. quibus conſonat illud Hierem. 9. Non glorietur ſapiens in ſapientia ſua, nec fortis in fortitudine ſua, ſed in hoc glorietur, ſcire & noſſe me. Baruch c. 3. Diſce, o Iſrael, vbi ſit prudētia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus, vt ſcias ſimul vbi ſit lōgiturnitas vitæ, vbi ſit lumen oculorū & pax. Quis inuenit locum eius, & quis intrauit theſauros eius? & multa in hanc ſnīam dicit, grauiſſime Propheta diuinus, ad oſtendendum, ꝙ in ſola Dei ſapientia, noſtra beatitudo ſit conſtituta. Hæc ſunt argumenta ſolidiſſima ad demonſtrandam concluſionē huius articuli. Nam certe argumētum, quod adducit Diuus Thomas in articulo, leue quibuſdam videtur: dicit nihil

Eccleſ.1.
Eccleſ.2.
Ibidem.
Hieron.
Eccleſ.3.
Eccleſ.6.
Eccleſ.7.
Eccleſ.8.
Hier.9.
Baruch.3.
Ratio D. Thom. impugnatur

perfici ab inferiori, quatenus inferius eſt: quod videtur eſſe falſiſſimum. Nam ſubſtantia perficitur accidētibus, quæ imperfectiora ſunt. Deinde, ignis calefaciēs manū, perficit eam, licet ſit inferioris naturæ. Rurſus, ſenſibilia perficiunt ſenſum, & intelligibilia intellectum; at in prædictis formis nō inuenitur aliqua virtus ſuperior, rōne cuius pficiāt, & tribuant perfectionem.

Primo.
Secundo.
Tertio.

Porro, non apparet neceſſariū, quod perficiatur noſter intellectus per coniunctionē ad rem immaterialem ſm ſe, ſed ſatis eſt, quod pficiatur per ſimilitudinē, & ſpeciē, ſicut potentia viſiua non perficitur per coniūctionem ad rem materialē, ſecūdum ſe; Ex his apparet, quod argumētum a D. Thō adductum; leue ſit, & inane. quod tamen vehementer defendit Caiet. in hoc art. Certe omnis res pficiēs alteram, ea ratione perficit, qua tribuit actum, & pfectionem; illud uero qđ perficitur, ea ratione perficitur, quatenus ē in potentia, & reducitur in actum: & ſic in vniuerſū verū eſt, id qđ perficit eſſe nobilius quam id, quod perficitur, ſecundum eam rationem, qua perficitur: bene enim poteſt perfici Theologus a Grammatico, non quatenus Theologus, ſed quatenus caret Grammatica; Itaque id quod perficit alterum ſimpliciter, neceſſe eſt vt ſit perfectius eo ſimpliciter; id vero quod perficit alterum ſecundum quid, oportet vt ſit perfectius eo ſecundum quid: & quoniam intellectus noſter perficitur ſimpliciter ab ipſo intelligibili, tamquam per formam ſubſtantialem, vt docet Auerro. 3. de Anima, ideo oportet quod in ſe contineat aliquid ſimpliciter perfectius ipſo intellectu. Vnde, quando intellectus noſter intelligit lapidem, & perficitur per coniūctionem ad lapidem, eſt iam lapis intelligibilis in actu, & lapis aliquid melius habet intellectu humano, non per ſe, ſed per coniunctionem ad intellectum agentem, quo illuſtratur, & illuminatur. Et quoniam omne quod eſt per aliud, debet reduci ad illud quod eſt per ſe, cōſequēs eſt, quod intellectus noſter non perficitur præſtantiſſima pfectione ex cognitione rerum ſenſibilium, quoadúſque ad cognitionem rerum immaterialium deueniat; maxime, quoniam obiectū noſtri intellectus eſt quidditas cuiuſq. rei, & eſſentia; inclinatur náq. noſter intellectus viſis effectibus naturali cupiditate ad vidēdum rerū quidditatē, & eſſentiam. Cum igitur in rerum vniuerſitate videamus quamplurimos effectus ſubſtantiarum ſeparatarum, & dignoſcere hos effectus, non ſit cognoſcere earū quidditatem, conſequens eſt, quod naturale noſtrum deſideriū nō quieſcat, donec res immateriales videamus & contemplemur, & coniungamur rebus immaterialibus ſecūdum ſe. Hæc eſt vera ratio defendendi argumentum S. Thom.

Quarto.
Superius nō perficitur ab inferiore.
Caietan.
Auerro.

Alia

Alia ratio faciſior eſt, quod tantum voluit affirmare D.Tho. hominem his, quæ ſe inferiora ſunt, non poſſe eſſe beatum, & expleri. Ita nãq; comparatum eſt natura, vt capacitas naturæ ſuperioris, his, quæ inferiora ſunt, expleri non poſſit. Argumenta vero in contrarium adducta tãtum probant, ꝙ natura ſuperior, ab inferiori aliqua ratione pfici valet. Quidã vero ab his difficultatibus facile ſe expediunt dicẽtes, ꝙ rationes D.Tho. quæ adducũtur ad probãda myſteria fidei noſtræ, non cõuincũt, nec neceſſarie cogunt: ſed tantũ ſunt rationes veriſimiles, & quæ explicãt veritatẽ fidei nõ demonſtrãt.

Concluſio.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum beatitudo in conſideratione ſubſtantiarum ſeparatarum conſiſtat.

SMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Si loquamur de beatitudine perfecta, non conſiſtit noſtra beatitudo in cõſideratione ſubſtantiarum ſeparatarum; ſi vero loquamur de beatitudine imperfecta, in earum conſideratione noſtra beatitudo cõſiſtit. In tantum enim vnumquodque eſt perfectio alicuius potentiæ, in quantum ad ipsũ pertinet ratio proprij obiecti illius potentiæ: proprium autem obiectum noſtri intellectus, eſt verum. ergo habere veritatem participatam, non facit intellectum perfectum vltima perfectione. Angeli autem habent eſſe participatum, vnde ſola Dei contemplatio facit perfecte beatum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Definitiõ huius articuli eſt euidens, quãquã argumenta, quę adducuntur hic a D.Tho. in huius confirmationẽ, nõ ſint adeo euidentia. Euidentiora habentur 3. cõtra Gẽtes cap.43. & 44. ex quo loco poterit petere, qui voluerit. Certe ex his quæ diximus ſuperiori artic. manifeſtũ eſt, beatitudinẽ noſtram in cognitione ſubſtantiarũ ſeparatarũ non conſiſtere, maxime cum hæc cognitio ſit valde incerta, & tantũ probabilis, & veriſimilis, vt plane affirmat Ariſt. 2. de cælo text.61. & 11. Metaphy. text.26. & illud axioma Ariſtot. Noſtrum intellectum ſe habere ad manifeſtiſſima naturæ, ſicut oculus noctulæ ad lumen Solis, noſtrã ſnĩam præcipue cõfirmat.

Ariſto.

Sed illud habet dubitationem, Verũ ſit veritas fidei irrefragabilis & diuina, noſtrã beatitudine ſitã nõ eſſe neque in ſcientiarũ cõſideratione, neque in ſubſtantiarũ ſeparatarũ cognitione. Ratio quæ mouet ad dubitandũ, eſt, quoniã teſtimonia ſacri eloquij in ſuperiori articulo adducta hoc manifeſte aſſerere vidẽtur. Deinde, fides diuina docet, feminas, & opifices beatitudinem poſſe adipiſci: at ſi feminæ, & opifices vacarẽt ſapiẽtiæ, exercitijs, & ſciẽtiarũ ſpeculationib⁹ vniuerſa reſpubl. periret. ergo in hoc hominis beatitudo nõ cõſiſtit. Præterea, nõ ſolũ D.Tho. ſed etiã D.Paul. 1. Corint. 13. affirmat, caritatẽ Dei in hac vita, cognitioni, & ſciẽtię præſtare: ergo veritas diuina eſt, beatitudinẽ noſtrã in Dei amore eſſe ſitã, & nõ in cognitione ſubſtãtiarũ ſeparatarũ. Propter hæc argumẽta Cano libr.9. de locis, cap 9. inter alios errores Ariſto. hunc recẽſet præcipuũ, ꝙ beatitudinẽ hominis in cognitione ſeparatarũ ſubſtantiarũ poſuerit: ſed ſi plenius rem conſideraſſet, rigorẽ cẽſendi temperaſſet. Nihil enim in hac parte aſſerit Ariſto. qđ non affirmet D.Tho. in præſenti quæſtione. Veritas namque eſt, ꝙ eſt gemina beatitudo, perfecta, & imperfecta. Ruſus, alia eſt contemplatiua; alia actiua: Actiua in timore Dei, & obſeruatione diuinorũ mandatorum conſiſtit, iuxta illud Eccle. vltim. Finẽ dicendi faciamus. Time Deũ, & mãdata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo. Contemplatiua vero, in contẽplatione Dei, & ſubſtantiarũ ſeparatarũ, & vera, & perfecta ſapientia ſita eſt. Hæc ſentẽtia eſt Ariſt. quæ per latũ vnguem a veritate religionis Chriſtianæ diſcedit, imo maxime conſonat. Ariſtot. nãque 10. Ethicor c.7. & deinceps, ita ſtatuit, beatitudinẽ eſſe optimã vitam quæ cũ virtute traducitur; perfectiſſimã vero atq; eminentiſſimã virtutis actionẽ eſſe, quæ ſit ſecũdũ ſapientiã: quæ vero ſit vera ſapiẽtia, & vbi maxime ſita, abſoluit dicens, eundẽ eſſe ſapientẽ beatũ, Deo cariſſimũ, & gratum, quẽ Deus cariſſime diligat: diligat autẽ propter ſapientiã, ſuiq; ſimilitudinẽ. Qui enim ſancte, ſapienterque viuunt, Deo ſimiles ſunt: hæc autem ſimilitudo facit eos Deo cariſſimos, in qua ſapientia ſunt admirabiles, & perennes voluptates. & in Polití. lib. 7. cap.1. abſoluens de vita beata ſermonem: Ecce (inquit) vnicuique tantum beatitudinis, quantũ virtutis, & ſapiẽtiæ, ipſum Deũ pro teſtimonio, & exẽplo habentes; qui beatus, felixque ſit proprijs, nõ alienis bonis. & libro de morib⁹ ad Eude. cõcludens, quẽadmodum Salomõ ſuos claudẽs dixit: Finem dicendi faciamus. Time Deum, & mãdata eius obſerua, &c. Illo præclaro fine vſus eſt, omnes actiones noſtras omniaque ſtudia, rerumque poſſeſſiones tunc iudicandas eſſe meliores, quãdo magis faciũt, & adiuuãt ad Dei cognitione, & cultũ, deteriora autẽ cenſeri, quæ nobis impedimẽto fuerint. Cõſtat igitur conſentaneã eſſe doctrinã Ariſtot. noſtræ fidei, & diuinis oraculis, in quib⁹ ſæpiſſime aſſeritur, beatitudine noſtrã ſitã eſſe tũ in Dei amore, & diuinorũ mandatorũ obſeruatione, tũ vero in Dei ſapientia, vt videre eſt in libr. Sapiẽtiæ. De hac ſapiẽtia (de qua liber Sapientiæ ſermonẽ facit) eſt intelligẽdum, quod eſt actus intellectus, habens coniunctã caritatẽ, & omnem virtutẽ. Non aliter Ariſto. cũ vitam beatã in ſapientia conſtituit, loquitur de ſapientia, quæ omnẽ virtutem habet coniunctã, & comitẽ. Ad argumenta in oppoſitũ. Ad primũ reſpõdetur, quod ſanctæ ſcripturæ tantũ demonſtrãt, nõſtrũ intellectũ ex cognitione ſcientiarũ non perfecte ſaturari & expleri; cognitio nãque rerum diuinarum, & humanarum, quę facultate ingenij noſtri comparari poteſt, imperfecta beatitudo eſt.

Dubium. Verum conclu. art. ſit de fide,

1. Cor. 13.

Cano,

Eccl. vltim.

Ariſtot. Placita de beatitudine.

Solutio argumentorũ. Ad primum.

Ad ſecundum reſpondetur, quod feminę, & opifices, ſi non valent beatitudinem contemplatiuam adipiſci, certe poſſunt actiuã. Deinde dicendum eſt, quod facili negocio poſſunt cognoſcere Deum rectorem vniuerſi, in cuius contemplatione potiſſime noſtra beatitudo eſt cõſtituta.

Ad ſecundũ.

Ad tertium reſpondetur, quod ſapientia, quæ habet ſecum omnes virtutes coniunctas, & ipſam quoque caritatem, nihilo minor eſt quam ipſa caritas. & ideo in lib. Sapientiæ tantopere commẽdatur. Hæc dicta ſint in explicationem concluſionis articuli.

Ad tertium,

De explicatione vero argumenti, quod adducit Diuus Thom. in eius confirmationem, multum laboratur inter diſcipulos D.Thom. adduxit enim D.Thom ex penetralibus Metaphy. quædã principia, quæ cuique Theologo difficillima ſunt ad explicandum. In primis dicit, obiectũ noſtri intellectus eſſe verũ; cum in alijs locis minime paucis, dicat eſſe ens; & alibi affirmet quod ſit quidditas rei materialis: de qua relegẽdus eſt Capreol. in 1. d.2. q 1. Certe verũ, eſt paſſio entis, cõſequens ens, prout eſt in intellectu: Itaque ideo ens eſt verum, quia de eo poteſt haberi notitia, & adæquatio intellectus ad rem.

Explicatur ratio D.Thom.

De obiecto intellectus.

Capreo,

Deinde obſeruandũ eſt, quod ens eſt obiectum intellectus noſtri adæquatũ, ratione cuius cetera intelligũtur; quidditas vero rei materialis, eſt obiectum noſtri intellectus motiuũ, & proportionatũ, vt expoſitũ eſt in materia de anima. Verũ autẽ, eſt perfectio noſtri intellectus: perficitur enĩ noſter intellectus in contẽplatione veritatis: in hoc enim eius perfectio ſita eſt ꝙ habeat notitiã cõuenientem, & adęquatã rei: & ideo D. Tho. in hoc articulo nõ ſine cauſa retulit perfectionẽ intellectus, ad verũ p eſſentiam; & nõ ad ens per eſſentiã, cum tamen re idem ſint, & verũ per eſſentiam, ſequatur ad ens per eſſentiam.

Alia duo principia ſtatuit D. Thom. in hoc articulo, quæ

Quomodo ad quod eſt tale.

per participationem reducatur ad id quod eſt tale per eſſentiam.

quæ accurata indigent expoſitione, nempe, quod omne, qđ eſt tale p participatione, referri debeat ad tale p eſſentiã. Cui conſonat aliud principiũ: Oẽ quod eſt per aliud, debet referri ad id, quod eſt p ſe. Hæc principia videntur falſa. Nã id qđ eſt albũ per accidens, non eſt neceſſe referatur ad album per eſſentiam, ſed ad Solem, in quo eſt eminenter, & p ſe albedo, quãuis non per eſſentiam. Ex ratione ergo adducta a D. Thom. non concluditur, pfectionem noſtri intellectus reducendã eſſe ad uerum per eſſentiam; ſed ad uerum p ſe, cuiuſmodi ſunt multa uera. Angelus.n. eſt uerus per ſe: ẽ enim ens p ſe neceſſariũ, & in corruptibile: & prima principia ſunt uera per ſe, licet non ſint uera per eſſentiam.

Conclusio

Confir.

Deinde, homo eſt homo per ſuam eſſentiam; & angelus eſt angelus per ſuam eſſentiam: ergo eſt ens p ſuam eſſentiam. Et confirmatur: nam ens (ut conſtat ex uera Dialectica, & Metaphyſica) pdicatur eſſentialiter, & qdditatiue de omnibus rebus: ergo male dicit D. Tho. quod omnis creatura ſit ens, & vera per participationem.

Vltimo,

Vltimo, perfectio potentiæ uiſiuæ non eſt uidere Solẽ, qui de ſe lucidus eſt, qm̃ eſt obiectum improportionatũ: ergo perfectio intellectus noſtri non eſt uidere Deũ, q eſt uerus per eſſentiam, ſiquidem eſt obiectum improportionatũ. Ad hanc dubitationẽ dicendũ eſt, hæc principia eſſe accepta ab Ariſto. 2. Metaph. c. 2. Deinde dico, eſſe uerißima, & certißima: hẽt.n. hũc ſenſum, q qñ una forma inuenitur in diuerſis ſubiectis, ſiue ſit unitate generica, ſiue ſpecifica, ſiue analogica; ſi in uno ſubiecto inuenitur, tãquam in fonte, & ueluti in primario principio, in aliis uero tãquam mendicata, & ab alio deriuata, non ſolũ hæc forma mutuata debet in primum fontem reduci, ſed ẽt oẽs eius effectus principalius, & perfectius primo principio debent tribui. exempli gratia, Calidum reperitur in igne, & in aqua: ſed in igne, tãquã in fonte; in aqua uero per participationẽ, & coſonem. Ex quo conſequens eſt, q oĩs calor immiſſus in aquam, in ignem debeat referri, atq. reduci. Rurſus conſequens eſt, q ſi aqua calefacit, hoc ipſum quod eſt calefacere, igni perfectius, & principalius concedendũ eſt. Nõ ſecus in noſtra cauſſa. Cum.n. omnes creaturæ, ſiue corporales, ſiue ſpirituales ſint, ſunt ueræ, & bonæ p participationẽ primæ ueritatis, & bonitatis, conſequens eſt, q prima, & uerißima ueritas ſit cauſſa omnium aliorum, ut uera ſint. Item conſequẽs eſt, q ſi ueritas creata, & participata pficit noſtrum intellectũ, multo magis ueritas prima perficit noſtrum intellectum: qua demonſtratione utitur D. Tho. hic ad demonſtrandũ, noſtrum intellectum non poſſe perfici perfectißima perfectione, donec ueniat ad eſſentiam primæ ueritatis.

Ariſtot.

Alius commẽtarius eſt ualde probabilis, quẽ inſinuat D. Tho. ad ultimum, quod uniuerſa potentia non perficitur præſtantißima perfectione, niſi attingat id, in quo plena ratio ſui obiecti inuenitur. Cum igitur intellectus noſter habeat pro obiecto verũ in uniuerſali, conſequẽs eſt, quod non ſatiatur, neque expletur, donec ueniat ad uerum per eſſentiam, in quo omnis ueritas continetur.

Ad prim. argumentum.

Ad argumenta in oppoſitum breui ſatisfaciendum eſt: Ad primum rñdemus, ſatis eſſe q id, quod eſt per aliud, referatur ad id, quod eſt per ſe, ſiue ſit per eſſentiam, ſiue nõ ſit. Et ſic ignis eſt calidus per ſe, & Sol eſt lucidus per ſe: ceterum angelus eſt ens per aliud, & habet eſſe p participationẽ: & ſic omne ens eſt tale per participatione, donec ueniamus ad unũ ens tale p eſſentiã, qđ eſt Deus. Vel dicatur, q hæc principia ſtatuta a D. Tho. loquũtur, qñ una forma inuenitur in diuerſis ſubiectis, & in uno inuenitur tãquã in fonte; in alio uero, ab alio deriuata: & tuc in uniuerſũ eſt uerũ, q id, qđ eſt tale p participationem, referri debeat ad id, qđ eſt tale per eſſentiam. Ceterũ albedo, aut calor non inueniũtur ĩ Deo, & ideo non eſt neceſſe q calidũ referatur, niſi ad ſũmũ calidũ. Ad confirmationẽ rñdetur, q ens, qđ dr̃ ab eſſentia, eſt pdicatũ eſſentiale, intrinſecũ oĩbus: ſed qđ dr̃ ab actu exiſtẽdi, nõ ẽ pdicatũ eſſẽtiale, ſed accidẽtale: ſolo nãq. Deo eſſe, ẽ de eius ſubſtãtia, & eſſẽtia: ĩ hoc.n. ſeſu ens nihil aliud eſt, q̃ habẽs ẽẽ. Cũ igitur uniuerſa creatura hẽat eſſe receptũ, & participatũ ab alio, cõſequẽs ẽ, q uniuerſa creatura ſit ens p participationem. Certe hoc docet D. Tho. 2. cõtra Gẽt. c. 52. cũ inqt: q eſſentia cuiuſcũq. rei eſt p ſe, & nõ p aliud; eſſe uero eſt p aliud: qm̃ ſuum eſſe, nõ eſt ſua eſſentia. Idẽ affirmat quodlib. 2. ar. 3. & Albe. Mag. lib. de cauſſis c. 8. dicit, q omne qđ eſt ex alio, hẽt eſſe p aliud. Quãquã.n. q animal ſit animal, & q hõ ſit hõ, non ſit ex alio; ceterũ eſſe quod hẽt in effectu, nõ habet ex ſeſe, ſed ex primo eſſe, a quo fluit omne eſſe; alioqui ſi creatura hẽt ex ſeſe eſſe, nũquã eſſet in potentia ad illud, & ſemper eſſet. Sed ne in anguſtias illius quæſtionis incidamus, Vtrũ eſſentiæ rerũ, vt q homo ſit animal, q angelus ſit angelus, habeant cãm productiuã, & ſint a Deo, (quã quæſtionẽ explicat optime Sonci. Met. q. 10. & Ferrari. 2. contra Gẽt. vbi ſupra) dicendũ eſt breuiter, q ens eſſe de eſſentia creaturæ, pt intelligi bifariã. Primo, q ſit definitione, & quidditate creaturæ: & in hoc ſenſu, angelus, eſt angelus; & ens p ſuã eſſentiã: Alius ſenſus eſt, q angelus ſit ens p ſuã eſſentiã, id eſt, ſit eſſentia entis, & fõs, ex quo oĩs entitas proficiſcatur: & in hoc ſenſu vſurpat D. Tho. in ar. cũ inquit, q ſolus Deus eſt ens, & verũ p eſſentiã. Vel dicatur, q Deus nõ ſolũ eſt cã efficiens omnium, ſed ẽt exẽplar, & idea: itaq. nihil pfectionis hẽt creatura, niſi p participationẽ illius ideæ, & exẽplaris, eo mõ, quo aqua eſt calida p participationẽ, & multo melius: & iõ ſolus Deus eſt q hẽt, qdquid hẽt, p eſſentia ſuã: & ad iſtum ſenſũ, non ſolũ hõ hẽt eſſe p participationẽ, ſed ẽt eſt hõ p participationẽ. Itaq. qñ dicimus, q hõ eſt homo, non p eſſentia ſuã, non volumus dicere, q homo non ſit de eſſẽtia hominis, ſed q eſt hõ p participationem, de illa ideali perfectione, q̃ eſt in Deo, eminẽter, iuxta illud Ioã. 1. Qđ factũ eſt, in ipſo vita erat. Ad vltimum rñdetur, ſimilitudinẽ non conſiſtere: nã imperfectio uidendi Solẽ, quæ eſt in potentia viſiua, nõ prouenit ex ipſa potentia, ſed ex organo corporeo, in quo ſita eſt: quod eſt talis cõditionis, & temperamenti, ut ad præſentiã Solis nõ ualeat cõſiſtere. Vnde ſi hæc potentia viſiua poneretur in Aquila, optime videret Solẽ. Intellectus vero noſter nõ eſt in organo corporeo: eſt.n. ab omni materia ſeparatus, & ideo nõ læditur ab excellenti intelligibili, ſed potius maxime pficitur. diſcrimen eſt quod proſequitur Ariſt. 3. de Anima c. 4.

Ens quo ſit prædicatum eſſentiale omnium.

D. Thom.

Albe. Mag.

Sonci. Ferrar.

Ioan. 1.

Ad ultimũ.

Ariſtot.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum beatitudo conſiſtat in Dei viſione

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt. Vltima, & perfecta hominis beatitudo in Dei viſione conſiſtit. Quia non eſt aliquis perfecte beatus, quãdiu reſtat aliquid quærendum, aut deſiderandum. Et vniuſcuiuſque perfectio eſt ſecundum rationem proprij obiecti: obiectum autem intellectus (vt dictum eſt) qdditas rei eſt, id eſt, rei eſſentia, & natura, & in tantũ procedit intellectus, vt rei eſſentiam cognoſcat. Non ergo ſufficit ad beatitudinem intellectus, ſcire effectũ, & cauſſam, ſed neceſſe eſt, ut cognoſcat eſſẽtiam cauſſæ: aliter.n. non quietatur: vnde non eſt perfecte beatus, donec pringat ipſam eſſentiã, & p vnionem ad Deum ſuam habeat beatitudinem, in quo obiecto ſolo beatificatur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

In hoc articulo eſt quæſtio grauißima: Vtrum beatitudo hominis naturalis ſit in viſione diuinæ eſſentiæ. quam quæſtionem ſolent mouere Theologi ſub alio tenore verborum: Vtrum ſit naturale deſiderũ videndi Deũ: vel, Vtrũ Deus clare viſus

Quæſtio grauiſsima, utrũ Deus clare uiſus, ſit finis hominis naturalis.

viſus

viſus, ſit finis noſter naturalis? Quæſtio hæc memorabilis eſt inter Theologos, & inſignis. Scot. argum. Scot. In primis Scotus q. 1. prologi, & in 4. d. 49. multis in locis tenet, illum finem eſſe naturalem, ſed ſupernaturaliter adipiſcendum, probatq. quadrupliciter, quantum ego intelligo.

Primum. D. Auguſt. Primũ, auctoritate Aug. lib. de prædeſtinatione Sanctorũ c. 5. dicentis, poſſe habere fidẽ, & caritatem, naturæ eſt hominum. Secundum. D. Auguſt. Scdo, quia hõ naturaliter appetit illum finẽ, iuxta illud D. Aug. 1. lib. confeſſo. c. 1. Feciſti nos Domine ad te, & inquietum eſt cor noſtrũ, donec reuertatur ad te. Quod etiam euidenti rõne demõſtatur. Nam nihil poteſt ſatiare hominis appetitũ vſq. ad Dei viſionẽ: alias iã hõ eſſet beatus, & eius appetitus quietus. Tertium. Tertio, quia vniuerſa potẽtia cõparatur tripliciter ad actũ ſuũ: ſi qdẽ vel eſt naturalis, ſicuti lapis inclinatur naturaliter ad motum deorſum; vel eſt violenta, vt cũ lapis aſcendit ſurſum; vel ſe habet neutraliter, ſicuti ſuperficies, reſpectu albedinis & nigredinis ad neutram: n. ſuperficies ſuapte natura inclinata eſt, & ſic eſt potentia neutra. Quod vero in aĩa nr̃a ſit naturalis potentia, & inclinatio ad Dei viſionem, & fruitionem, ſic oſtendit Scotus: Tum, qm̃ potentia animæ noſtræ, ſecluſo quocũq. medio ſupernaturali, recipit in ſe caritatem, & lumen gloriæ, vt de ſe patet: non enim recipit lumen gloriæ intellectus noſter, intercedente alio medio ſupernaturali: alioqui eſſet abitio in infinitum.

Tum deinde, quoniam omnis potentia perficitur naturaliter per actum, qui eſt eius perfectio. Viſio autem Dei eſt actus, qui præcipue intellectum noſtrum perficit.

Tum vltimo, quia vnumquodq. appetit naturaliter ſuã perfectionem, ſed maxime naturaliter maximã ſuam pfectionem, ex principio Metaphyſicæ. Sed viſio Dei eſt maxima hominis perfectio: ergo.

Ex hoc argumento duo concludit Scot. quod nulla potentia eſt ſupernaturalis in ordine ad actum, ſed quod vel erit naturalis, vel violẽta, ſiue neutra. Deinde colligit, quod ſi potentia comparatur ad actum recipiendũ, nulla eſt ſupernaturalis; ſi vero comparetur ad agens impreſſiuum actus, tunc ſi comparetur ad agens naturaliter impſſiuum actus, erit potẽtia naturalis; ſi non naturaliter impreſſiuum, erit in opere ſupernaturalitas. Sicq. concedit Scot. quod viſio Dei eſt naturalis, reſpectu potentiæ; ſupernaturalis vero, reſpectu agentis: ſicut viſus cæco reſtitutus eſt naturalis, ſi ad potentiam viſiuam referatur; ſed q cæco in inſtanti detur, ſupernaturalem agentis virtutem requirit. Hæc de tertio argumento.

Quartum. Quarto ſic arguit Scot. Homo natura ſua eſt capax beatitudinis, & viſionis beatificæ quod in hunc modũ demõſtrat. Tum, qm̃ eſt conditus ad imaginem, & ſimilitudinẽ Dei, quæ certe ſimilitudo, & imago, nihil aliud apparet eſſe, quã capacitas animæ noſtræ ad Deũ videndũ, & poſſidendũ. Tũ deinde, qm̃ ecluſo quocumq. dono ſupernaturali, homo habet illam. Tum tertio, qm̃ hæc capacitas cõuenit vniuerſis hominibus, & naſcitur cũ eis: ergo eſt naturalis. Hæc opinio Scot. ꝓbatur a multis viris doctis, & Mag. Soto. nominatim a Domic. d Soto, uiro litteratiſſimo in 1. lib. d natura, & gratia c. 4. & in 4. ſent. d. 49. q. 2. art. 1. placet etiã Durand. Durand q. 8. In cuius confirmationem Pater Soto hæc ſolebat adducere argumenta. Arg. M. Sot. Primum. In primis. Omnes homines naturali appetitu deſideramus beatitudinem in genere, & in cõi: volumus enim beati eſſe, & miſeri non eſſe: ergo eſt appetitus naturalis ad rem illam, in qua uera beatitudo conſtituta eſt, quæ nihil aliud eſt, q̃ Dei viſio & fruitio: appetitus enim naturalis non fertur in incertũ. Secundum. Deinde, quies in Dei viſione naturaliſſima eſt: ergo motus, quo ferimur ad Deum videndum, naturalis eſt.

Tertium. Inſuper, beati in patria neceſſitantur ad amandum Deum, vt habet ſana doctrina. Sed hæc neceſſitas non ꝓuenit ab extrinſeco, ſed ex inclinatione voluntatis: cũ. n. habeat ſuum bonum preſens, quieta manet, & nihil aliud deſiderat. Quartum. Item, intellectus ſuapte natura inclinatur in ſuum obiectum, & ad omne id, quod continetur intra ſuũ obiectum; veluti viſus in coloratum, & in omne id, quod colorem participat; Sed Deus clare uiſus, continetur intra obiectum noſtri intellectus; alioqui nulla poteſtate, etiã ſupernaturali, poterit eleuari ad uidendum Deum. Potentia enim nulla virtute poteſt eleuari extra latitudinẽ ſui obiecti, ſicut viſus corporeus non poteſt eleuari ad uidẽdum ſpiritum. Ergo intellectus noſter habet inclinationẽ naturalẽ ad Dei viſionẽ. D. Thom. Hæc ſnĩa vr̃ eſſe D. Tho. multis in locis, nominatim in prologo ſuĩarum, & in 1 p. q. 12. artic. 1. dicit expreſſe, q homo põt videre Deum, quia naturaliter cupit uidere Deũ: viſis. n. effectibus, naturaliter deſideramus videre cauſſam. Idem demonſtrat in hoc art. Et 3. contra Gent. c. 50. multis argumentis probat, naturale angelorum deſiderium non quieſcere, donec Deum videant: & c. 51. dicit plane, q ineſt omni intellectui humano naturale deſiderium videndi Deum. Argumen. D. Thom. Primum. Argumenta quibus D. Tho. confirmat ſuam ſnĩam, hæc ſunt. Principio. Naturale eſt, ut uiſis effectibus, deſideremus videre cauſſam. Sed in rerum vniuerſitate videmus multos effectus primæ cauſſæ, præcipue huius mũdi admirabile artificiũ: Secundum. Ergo naturaliter deſideramus uidere Deũ. Deinde, qm̃ obiectum intellectus noſtri eſt quidditas rei, & eſſentia: Tertium. ergo non quieſcit eius deſiderium, donec quidditatẽ rei perfecte cognoſcat: Itẽ, quicũq; habet cognitionẽ abſtractiuam rei quam deſiderat, naturaliter deſiderat illã intueri. Sed nos ĩ effectibus creatis habemus notitiã Dei abſtractiuam. Ergo naturaliter deſideramus uidere illũ.

Quartum. Præterea, quicumque cognoſcit de re aliqua quod ſit, naturaliter deſiderat cognoſcere quid ſit, & qualis ſit. At nos cognoſcimus de Deo quod ſit: Ergo naturaliter deſideramus cognoſcere qd ſit, & qualis ſit: qđ ſane ſine Dei viſione apprehendi non poteſt. Quintum. Certe ſi nõ habemus naturale deſiderium uidendi Deum, præcipue id eſſet, qm̃ nõ poſſumus uidere Deum ſicuti eſt, ex facultate naturæ noſtræ, ſed ad hoc omnino neceſſarium eſt lumen deſup infuſum, quo illuſtratus intellectus noſter diuinam eſſẽtiam intueri valeat. Sed hæc ratio inualida videtur omnino. Nam etiam beatitudinem naturalem nõ poteſt adipiſci homo ex facultate ſuæ naturæ, niſi diuinitus ex ſupnaturali auxilio adiuuetur. Exploratum enim eſt apud vniuerſos Theologos, quod homo in ſolis naturalibus conditus, neceſſum eſt quod aliquando labatur in peccatum mortale: non enim poteſt homo in puris naturalibus conſtitutus, vniuerſam legem naturalem adimplere per ſua naturalia. Ex quo euidens ſumitur argumentum.

Secundum. Nam hõ ille non põt eſſe beatus ex facultate naturę: ſiñ. n. ius naturale, hõ ille, poſtquam in peccatũ mortale lapſus eſt, meretur ſupplicium, & miſeriã æternam: Ergo vt ſit beatus, beatitudine naturali, neceſſum eſt ut ei remittatur peccatũ, quæ eſt gratia ſupernaturalis. Et cõfirmatur. Nam ſi videre Deũ non eſt finis noſter naturalis, ideo eſſet, quia non poſſumus naturaliter illum adipiſci, ſed ſupernaturaliter tantum. Sed hęc ratio non conuincit. Nam anima exuta corpore, naturaliter deſiderat vniri corpori, & vnio iſta in reſurrectione corporum, ſupernaturali virtute efficienda eſt. Rurſus, cæcus naturaliter deſiderat videre, quod per facultatẽ naturæ fieri non poteſt: & quælibet pars terræ, ſecundũ verã philoſophiam, naturaliter deſiderat eſſe in centro, quod per naturam eſt prorſus impoſſibile. D. Thom. Et, D. Thom. 1. 2. q. 113. art. 10. dicit, q iuſtificatio impij eſt quodãmodo naturalis animæ noſtræ, quã tamen adipiſci nõ poſſumus ex viribus naturæ, ſed ex munere, & gratia Dei nobis donatur. Hæc exempla maxime obſeruãda ſunt: nã ex his argumenta, quæ cõtra prędictã opinionẽ adduci ſolent, manifeſtam habent ſolutionem.

Quatuor opiniones ad ex plicãdã quæſtionem Prima opin. Duplex deſideriũ naturale. In hac quæſtione explicanda, verſantur inter Doctores quatuor opiniones. Prima ſic explicatur. Diſtinguunt namque viri ſapientes duplex deſiderium: naturale vnũ, quod nõ eſt actus elicitus voluntatis, ſed pondus, & inclinatio naturæ in bonum ſuum, quod non oritur ex præcedenti cognitione, ſed ex ipſa rei natura: ſicut lapis põdere naturæ fertur in locum ſuum, in quo naturaliter quieſcit. Alterum deſiderium eſt actus elicitus volũtatis, quod ex voluntate procedit, ex præcedenti cognitione, qua iudicamus aliquid eſſe bonum, & conueniens. Scot. & M. Soto. Dicunt igitur Scotus & Soto, quod deſiderio elicito voluntatis naturali non deſideramus uidere Deum: nam hæc viſio diuinitatis eſt nobis prorſus incognita per naturam, & ſola fide demonſtratur; deſiderium autem voluntatis elicitum oritur ex præcedenti cognitione: nihil enim eſt volitum, niſi præcognitum. Sentiunt tamen, quod in homine eſt pondus

naturæ,

naturæ, quod nũquam quieſcit, donec ad apertam Dei uiſionem ueniamus.

Secund. opi.

Secũda opinio dicit, quod deſiderio naturali elicito uoluntatis, deſideramus uidere Deũ: nam uiſis effectibus, cognoſcimus Deum eſſe, ex quo deſideramus primam cauſſam, & Deũ auctorẽ omnium intueri; quamquã ex ratione naturali non appetimus videre Deũ eo modo, quo per fidẽ cognoſcimus. Hæc opinio placuit

Ferrar.

Ferrar. in 3. contra Gent. c. 51. Et quod hæc ſentẽtia ſit valde conſentanea dictis D. Thom. plane negari non poteſt: nam in locis ſuperius adductis aperte loquitur de deſiderio voluntatis, ex cognitione prouenientc. Ex his duabus opinionibus commemoratis, inferunt earum auctores, ꝙ videre Deum, eſt finis naturalis hominis, licet ſupernaturaliter ſit adipiſcendus: neq. enim nouum eſt, aut ſingulare, ꝙ ſit inclinatio naturalis ad aliquem finem, & ꝙ non non habeamus vires naturales ad illum aſſequẽdũ: quod multis exemplis in argumento vltimo pro ſententia Diui Tho. explicatum dedimus. Immo in hoc cernitur celſitudo, & ſublimitas humanæ naturæ, vt ad illum finẽ naturaliter inclinetur, quem non, niſi per Dei auxilium, conſequi valeamus: eſt tamen paratiſſimus nobis ſubuenire, & quæ per amicos poſſumus, per nosipſos poſſe cẽſemur.

Tertia opin. Caiet.

Tertia opinio eſt Dñi Caiet. 1. p. q. 12. art. 1. quæ in duabus propoſitionibus conſiſtit. Prima ſi in hoĩe, ſola & nuda naturalia conſiderentur, nõ ineſt ei naturale deſideriũ videndi Deũ. Secũda, ſi cõſideretur hõ illuſtratus lumine fidei, vel habens aliquam notitiam de Dei clara viſione, poteſt habere naturale deſiderium elicitum voluntatis videndi Deum: veluti aqua, ſi conſideretur ſm̃ naturã ſuã, non habet inclinationẽ naturalẽ ad calefaciendũ; verum ſi conſideretur vt calida eſt, inclinationem habet ad calefaciendum Hæc ſnĩa apparet vera his argumentis.

Argument. pro ſenten. Caietan. Primum.

Nam hæreticus, vel Sarracenus deſiderat videre Deũ, & hoc q. dem appetitu naturali, ſiquidem non hẽt donũ ſupernaturale.

Secundum.

Deinde, ſi philoſophus diceret diſcipulo, Deũ poſſe videri, & diſcipulus crederet, deſideraret vtiq. diſcipulus videre Deum. Certe ſi proponeretur Platoni quid nã mallet, diues ne eſſe, an videre Deum? Rñderet, ſe malle videre Deũ. Ecce, deſiderans videre Deum, non habet donũ ſupernaturale.

Tertium.

Item viſis effectibus, naturaliter deſideramus videre cauſſas: Sed fideles non ſolum videmus effectus naturales, ſed et effectus ſupernaturales. Ergo naturaliter deſideramus videre Deum, non tñ vt eſt principium rerũ naturaliũ, ſed etiam rerum ſupernaturalium.

Vltimum.

Vltimo, quicũque deſiderat naturaliter ſummam ſuam perfectionem. Sed fides docet quod ea tantum ſit in viſione diuinæ eſſentiæ: Ergo qui habet hanc cognitionem, naturaliter deſiderat videre eam.

Confir.

Confirmatur Nam volũtas naturaliter fertur in quodcumq. bonum, & pulcrum, per intellectum ſibi propoſitum. Sed fides oſtendit ſummum bonum in viſione diuinę eſſentiæ eſſe conſtitutum: ergo volũtas naturaliter erga illud afficitur, & inclinatur.

Quart. opin.

Quarta opinio docet, ꝙ viſio Dei, & eius fruitio, nulla rõne eſt finis naturalis hominis: ſed eſt gratuitũ Dei donũ, ꝙ in hunc finem ſimus ordinati

Ad prim. argumentum, pro hac ſententia. 1. Cor. 2.

Et ꝙ hæc ſnĩa vera ſit, demonſtratur in primis ex ſanctis ſcripturis: ex illo 1. Corint. 2. Oculus non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderũt, quæ præparauit Dñs diligẽtibus ſe. Senſus eſt, nec oculis eſt cõſpecta, nec auribus audita, nec deſiderio deſiderata, quæ præparauit Deus diligẽtibus ſe. Huic aũt ſnĩæ aduerſari vr̃, ꝙ in nobis ſit naturale deſiderium ad viſionẽ Dei, quam Deus in præmium præparauit diligentibus ſe. Aduerſatur itidem, quod ratione humana poſſit comprehendi, viſionem diuinæ eſſentiæ, eſſe finem naturalem noſtræ naturæ debitum. Certe in diuinis litteris viſio diuinæ eſſentiæ promittitur fidelibus, tãquam ꝑmiũ ex gratia præparatum.

Ioan. 17.

Ioan. 17. Hæc eſt uita æterna vt cognoſcant te Deũ uerum, & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. quã uitam æternam ex munere Dei hominibus contingere, paulo ante in eodem capite teſtatur Dominus &

Rom. 6.

Roman. 6 capit. Gratia Dei, vita æterna, id eſt, quibuſcũq. ineſt uita æterna, quæ in uiſione Dei cõſiſtit, non illis cõpetit ex natura, aut ex principiis a natura ingenitis, ſed ex gratia donantis Dei per Chriſtũ, ut uiuentes hanc uitã dicere oporteat cum Apoſtolo, Gratia Dei ſumus quod ſumus: rurſum, Viuo ego i iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus, id eſt, uiuo iã non ex meipſo, aut per facultates dũtaxat naturales, ſed in Deo & ſm̃ Deum, per dona, quæ ſunt deſurſũ a Patre luminũ, quibus conſortes efficimur diuinæ naturæ. Ite 1. Ioan. c. 5. ſcribitur, Qui habet Filium Dei, habet uitã æternã, quæ in ipſo eſt. Ideoq. a propheta Eſa. c. 9. uocatur pater futuri ſęculi, ut queadmodũ nemo habet uitam humanam, niſi genitus ab homine, ita nemo habet uitam æternam, niſi regeneratus a Chriſto Dño, & ex gratia, & munere Dei donantis. Cui conſonat illud ex Pſal. 83. Gratiã, & gloriam dabit Dñs.

1. Ioan. 5. Quare Chriſtus dicatur pater futuri ſęculi. Eſa. 9. Pſal. 83.

Ex his teſtimoniis ſequitur, beatitudinẽ hominis, quæ in Dei uiſione, & fruitione conſiſtit, eſſe gratuitum Dei donũ Hæc teſtimonia ſacri eloquii ualde obſeruanda ſũt: cõtinẽt. n. ſemina omnium argumentorum ad demõſtrandam prædictã ſnĩam, quæ eſt rationibus diuinæ Theologiæ euidentius demõſtranda.

Prim. ratio pro hac ſententia.

In primis, finis, & media debent eſſe eiuſdẽ ordinis, & proportionẽ habere; ſed media neceſſaria ad uidẽdũ Deum uniuerſa ſunt ſupernaturalia, ut fides, caritas, lumen gloriæ, ut docet ſana & catholica doctrina: ergo finis ille eſt prorſus ſupernaturalis.

Confir.

Idẽ cõfirmatur. Nã ſi uidere Deũ eſt finis noſter naturalis, & naturæ nr̃æ debitus, & conſentaneus, cõſequẽs eſt, ꝙ media neceſſaria ad illũ finẽ conſequendũ, ſint nobis naturalia, & naturæ nr̃æ conſentanea: ſi n. conſecutio finis naturalis eſt, & media ꝑ quæ illũ conſequimur, omni dubio procul naturalia erũt.

Secunda.

Item, non lege naturali, nec ex principiis naturæ, ſed ex ſupernaturali ordine prædeſtinati ſumus ad Dei uiſionẽ, & fruitionẽ: prædeſtinatio uero in ſacro eloquio gratia eſt: ex quo conſequens eſt, ꝙ non ſit finis noſter naturalis, ordinatio namq. rerum in ſuos fines naturales gratia non eſt: ideo. n. dicitur gratia, quia non eſt debita naturæ, nec noſtris operibus.

Tertia.

Ex quo aliud ſumitur argũ in cõfirmationem huius ſententiæ. Nam ad gratiam nõ eſt inclinatio naturalis, ut de ſe patet: ergo neque ad gloriam. Conſequentia inde eſt manifeſta. Nam ſi non eſt inclinatio naturalis ad ultimam diſpoſitionem, non eſt inclinatio naturalis ad formam, quæ inde ſubſequitur.

Quarta. Ariſtot.

Præterea, res quæ eſt finis, & adeptio finis, non ſunt duo fines, ſicut non ſunt duo fines auari, pecunia, & habere pecuniam: quod aperte teſtatur Ariſtot. 5. Met. tex. 22. Ergo ſi Deus eſt finis noſter naturalis, eius fruitio, & uiſio erit naturalis: quod concedere alienũ eſt a ſana doctrina. Nam ſi credere in Deum, & amare Deũ in hac uita eſt gratuitum Dei donum, euidens eſt quod Dei fruitio, & uiſio ſit gratuitum Dei donum.

Quinta.

Item, uoluntas eodem appetitu fertur in finem aliquẽ, & in media neceſſaria ad illum finem, in tantum, quod ſi aliquis nõ deſiderat media neceſſaria ad finem, cõuincitur efficaciter non deſiderare finem: Ergo, ſi homo naturaliter deſiderat uidere Deum, eodem appetitu deſiderat media neceſſaria ad iſtum finẽ, ut gratiam, & lumen gloriæ: quod aſſerere alienum eſt a fide catholica.

Confir.

Confirmatur. Nam qui deſiderat eſſe beatus, implicite deſiderat eſſe, & uiuere, quĩ hæc ſunt media neceſſaria ad illum finem.

Vltima.

Vltima ratio. Deſideriũ ultimi finis debet eſſe efficax: nã ratione ultimi finis omnia appetuntur: Sed deſiderium naturale uidendi Deum non eſt efficax: ergo non eſt finis naturalis. Probatur minor. Nam eſt euidens, quod ex facultate naturę non poſſumus uidere Deũ facie ad faciem, & uoluntas non eſt impoſſibilium.

D. Thom.

hæc eſt ſententia D. Thom. aperta 1. p. q. 23. artic. 1 & q. 62. artic. 1. q. 75 artic. 7. ad 1. 2. q. 109. arti. 5. in quibus locis dicit, quod duplex eſt finis hoĩs. unus naturalis, quem uiribus naturę poſſumus adipiſci; alter ſupernaturalis, qui ſuperat facultatem, & proportionem naturæ, ut eſt uidere Deum.

Finis hominis duplex.

In qua ſententia tria dicit, unum eſt quod ſuperat facultatem naturæ; alterum eſt quod ſuperat omnem proportionem naturæ: ergo omnem inclinationẽ naturæ; tertium eſt, quod eſt finis ſupernaturalis.

Corollariũ.

Ex hac doctrina ſequitur aperte, quod non eſt potentia naturalis ad uidendũ Deum ſicuti eſt: nullus enim ex uiribus naturæ poteſt conſequi iſtum finem: ergo nõ eſt potentia naturalis. Potentia enim miraculorum ea de cauſſa non eſt naturalis; quia non poſſumus eam habere ex uiribus naturæ.

Potentia naturalis quid.

Deinde potentia naturalis ea eſt, quæ poteſt reduci ad actum per agens naturale: materia enim eſt in potentia naturali ad formam ignis, quoniam per agẽs na-

naturali

tuale ad actum reduci poteſt: cœlũ non eſt in potentia naturali ad calorẽ, quoniam per agens naturale nõ poteſt ad actũ reduci; Sed in natura non eſt agens naturale ad viſionem Dei, & fruitionem cauſſandam: ergo nõ potentia naturalis. Item, omni potentiæ paſſiuæ correſpondet potentia actiua, ſed in natura non eſt potentia actiua ad cauſſandã Dei viſionem: ergo non eſt potentia paſſiua inclinata in Dei viſionem. Hac ratione vtitur Ariſto. 3. de Anima, tex. 17. ad probandum, eſſe ponendũ intellectum agentẽ: quoniam in omni natura vbi eſt patiens, oportet quod ſit agens. Præterea, Deus non deficit in neceſſarijs multo minus, quã natura: ergo ſi dedit pro vltimo fine noſtro claram Dei viſionem, dedit ſubinde media neceſſaria ad huius finis cõſecutionẽ. Certe improuida eſſet natura, quæ prouidiſſet de fine, & non de medijs. hæc ratio eſt Ariſt. 2. de cœlo, vbi dicit: Si orbes cœleſtes haberent vim progreſſiuam, natura vtiq. dediſſet organa opportuna. Vltimo, ſi in anima noſtra eſt naturalis potentia & inclinatio ad vidẽdum Deũ, ſequeretur, quod angelus, qui perfecte nouit animam noſtrã, cognoſceret ex facultate naturali ſui intellectus, quod anima noſtra eſt inclinata ad Dei viſionem: ſicut qui perfecte cognoſcit lapidem, cognoſcit eum inclinatum in locum ſuum. Ex quo ſequitur, quod angelus ex facultate naturæ ſuæ habet euidẽtiã, quod viſio diuinæ eſſentiæ, & fruitio ſit poſſibilis: nam cognoſcit quod deſiderium naturale non eſt ad impoſſibile. Hæc argumenta, & alia id genus, optime proſequitur Dominus Caiet. ad finem, prima parte, in quæſtione ſpeciali de potentia ad actus ſupernaturales.

Ariſtot. — Ariſtot. — Optim. arg. — Caiet.

Explicatio quæſtion. — Prim. Cõcl.

Pro explicatione huius controuerſiæ ſit prima propoſitio. Illa ſententia, quæ aſſerit, Deum clare viſum, eſſe finem noſtrum naturalem, eſt probabilis: nam eius auctores, & rationes in eius confirmationem adductæ, efficiũt illam probabilem.

Ad argum. quart. opin.

Argumẽta vero quartæ opinionis, quæ vehementer probant contrarium, habent tres ſolutiones. Prima eſt, quod licet ſit inclinatio naturalis ad talẽ finẽ, eius adeptio ẽ ſupernaturalis, ideo non eſt conſequens, quod ſi finis eſt naturalis, media debeãt eſſe naturalia: nã media ſunt neceſſaria ad finis adeptionem: & ideo ſi adeptio eſt ſupernaturalis, media debent eſſe ſupernaturalia. Rurſus non ſequitur, quod finis, & media in omnibus proportionem habeant. Item non ſequitur, quod prædeſtinatio nõ ſit gratia: nam prædeſtinatio non eſt quod ſimus inclinati ad viſionem Dei, ſed quod efficaciter habeamus viſionẽ Dei: hoc autem gratuitum beneficium Dei eſt. Nec vero ſequitur, quod qui cognoſcit animam inclinatam ad Dei viſionem, cognoſcat Dei viſionem eſſe poſſibilem: nam adeptio eſt ſupernaturalis, & donum Dei gratuitum.

Appoſitũ exempla.

Certe anima ſeparata a corpore, vt antea dictum eſt, naturaliter deſiderat uniri corpori; hæc tñ vnio, quæ fit in reſurrectione corporũ, ſupernaturalis eſt, & ratione humana inueſtigari non poteſt. Rurſus, cæcus naturaliter deſiderat videre; ſed viſus non poteſt ei naturaliter reſtitui.

Secunda ſolutio eſt, quod in hoc cernitur celſitudo humanæ naturæ, quod ſit condita, & inſtituta ad eum finem, quem, niſi ex Dei adiutorio, adipiſci non valemus.

Tertia ſolutio eſt, eſſe veriſſimum illud prouerbium, Quod per amicos poſſumus, per nos poſſumus.

Secun. conc.

Secunda propoſitio. Illa ſnĩa, quæ aſſerit nos inclinari ad Deum videndum pondere naturæ, ſine cognitione, & appetitu elicito voluntatis, falſa eſt, & improbabilis. In primis eſt aperte cõtra D. Tho. qui locis adductis manifeſte loquitur de deſiderio, procedẽte ex effectuũ cognitione. Deinde eſt contra veritatem: nã deſideriũ naturale vltimi finis competit homini, quatenus homo eſt: ergo quatenus rõnalis eſt: ergo ſequitur cognitionem: pondus n. naturæ ſine cognitione, eſt commune belluis, & hominibus. Item, tale deſideriũ eſt voluntatis; obiectũ aũt volũtatis eſt bonũ, propoſitum per intellectum: ergo ſequitur cognitionem. Confirmatur. Nam voluntas, licet conſideretur vt natura, ſemper habet pro obiecto bonũ apprehenſum: ergo eius deſiderium ſequitur cognitionem.

Tertia cõcl.

Tertia Concluſio. Illa ſententia, quæ aſſerit, quod homo illuſtratus lumine fidei, aut habens notitiam rerũ ſupernaturalium, appetitu naturali & efficaci, deſiderat videre Deũ ex facultate naturæ, falſa eſt, & omnino improbabilis. Nam ex ea ſequitur, quod homo ex facultate naturę poſſit habere actũ ſpei, quod aduerſatur ſanæ doctrinæ. Patet. Nã actus ſpei nihil aliud eſt, quàm efficaciter deſiderare videre, & poſſidere Deũ ſicuti eſt. Immo ſequitur, quod ex facultate naturæ poſſit diligere Deũ ſup oĩa: nã ſi efficaciter diligit, & deſiderat videre Deũ, vt vltimũ finẽ ſuũ, cõſequens eſt, quod diligat illum ſuper oĩa: nã dilectio efficax vltimi finis, eſt dilectio Dei ſuper oĩa: rõne n. vltimi finis omnia alia appetuntur. Præterea, alienum eſt a fide aſſerere, quod homo ex facultate naturæ poſſit efficaciter deſiderare credere in Deũ, vt definitum eſt in Concil. Mileuit. & Arauſic. Ergo alienũ eſt a fide aſſerere, quod hõ ex facultate naturæ poſſit efficaciter deſiderare videre Deũ. Vltimo, quia ſũt beati in patria cœleſti, licet videant Deũ facie ad faciem, nihilominus eorũ voluntas ad diligendũ Deum clare viſum, requirit diuinum auxilium ſupernaturale, & caritatem deſuper infuſam, vt hẽt ſana doctrina. Ergo licet hõ ſit illuſtratus lumine fidei, requiritur diuinum auxilium ſupernaturale, vt eius voluntas deſideret efficaciter bonum beatificum, quoniam eſt obiectum ſupernaturale.

Concil. Mileuit. Arauſic.

Nota.

Itaque fidelis, vel paganus, habens notitiam rerum ſupernaturalium, poteſt ex facult[illegible] naturæ habere imperfectum deſiderium videndi De[illegible] quod explicatur his verbis: Vellem Deum videre; ſed [illegible] deſiderium videndi Deum nemo habet, niſi diuinitus adiuuetur.

Quar. conc.

Quarta Concluſio. Illa ſententia quę aſſerit, quod videre Deũ eſt finis noſter omnino ſupernaturalis, verior eſt, & ſanctis ſcripturis magis conformis, & ad docendum, & ad prædicandum aptior: nam eius rationes ſunt efficaciores, & litteris ſanctis magis conſentaneæ.

Soluuntur. Scot. argu. Ad primum.

Ad primũ in cõtrariũ ex Scoto rũdetur, nõ dicere Aug. naturale eſſe homini poſſe hẽre caritatẽ, ſed naturę eſſe hominũ: in quo voluit ſignificare, quod in natura nr̃a eſt capacitas, & potẽtia obedientialis, vt poſſit eleuari ad amorẽ, & fruitionẽ Dei, quæ non inuenitur in lapide, nec in leone.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum nego antecedens. Nam (vt antea dictum eſt ex D. Tho.) duplex eſt beatitudo hominis. vna naturalis, in cuius adeptione appetitus naturalis quieſcit: & hæc eſt cognoſcere Deũ, & illum colere, quantum per naturã poſſibile eſt: quam beatitudinem deſcripſit pulcherrime Ariſtot. 10. Ethi. Si igitur homo, vel angelus ad iſtam beatitudinẽ perueniat, quietus eſt eius appetitus, præcipue ſi aliam meliorem numquam agnoſcat: ut uidere eſt in pueris, qui ſũt in lymbo, qui, ut habet Theologorũ opinio, ſunt beati, beatitudine naturali, nec aliam deſiderãt, quoniam aliam numquam cognouerunt: immo Lucifer, licet aliam nouerit, contentus fuit beatitudine naturali. Alia eſt beatitudo ſupernaturalis, in cuius adeptione quieſcit appetitus ſupernaturalis ſpei, & caritatis, de qua dixit B. Auguſtinus, Feciſti nos Domine.

Ariſtot.

Ad tertium. Potẽtia obediẽtialis. Caiet.

Ad tertium reſpondetur: quod ſecundum veram Philoſophiam, & Theologiam, potentia aut eſt naturalis, aut violenta, aut obedientialis: nec datur potentia neutra, quod optime demonſtrat Caiet. loco proxime citato. Dicendũ eſt ergo quod in anima noſtra eſt potentia obedientialis, ut poſſit eleuari ad Dei viſionem, & fruitionem. Potentia uero obedientialis, eſt aptitudo rei, ut in ea, & de ea fiat quidquid Deus ordinauit.

Potentia obediẽtialis quid?

Quid uero ſit hæc potentia obedientialis, uehementer controuertitur inter Theologos. Quidam dicunt quod eſt nõ repugnantia, ſiue non reſiſtentia ad actionem diuinam. Dupliciter enim dicitur vnum alteri obedire, uel quoniã exequitur eius imperium, vel quoniam non reſiſtit eius actioni: ſicut cera mollis dicitur obedire facile, quia ad nutum cedit. Alij uero dicunt quod eſt donum ſuperadditum naturæ. Ego uero dico quod eſt ipſamet natura ſubdita Deo, vt in ea, & de ea faciat quod uoluerit. Sed quãquã eſt ipſa natura, non eſt potentia naturalis, quoniam reſpicit agens ſupernaturale, & actum ſupernaturalem.

Ad primum Sco: contrã modo defin[illegible]ita.

Ad rationes uero Scoti in contrarium. Et quidem ad primam dicendum eſt, quod anima immediate in ſe recipit gratiam, & caritatem, & non mediante alio dono ſupernaturali; alioqui eſſet proceſſus in infinitum; ex hoc vero non ſequitur, quod ſit inclinatio naturalis ad hæc dona, ſed quod natura in ſe recipiat.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum reſpondetur, vnumquodq. naturaliter incli-

inclinari in ſuum actum, ſi fuerit ei proportionatus, & naturæ ſuę conueniens; videre verò Deum, ſuperat omnem ordinem, & proportionem naturæ.

Ad tertium.

Sic ſoluitur etiam tertia ratio: dicendum enim eſt, vnũquodque inclinari naturaliter in ſuam perfectionẽ, & maxime naturaliter in maximã ſuam pfectionem, quãdo fuerit proportionata & ſuæ naturæ cõſentanea: quod in præſenti nõ habet locum.

Ad quartum principale.

Ad quartũ principale rñdetur, optime probare, quod in nobis eſt capacitas, & potẽtia obedientialis, vt poſſimus eleuari ad Dei viſionem, & fruitionem, quæ licet conueniat omnibus hominibus, & naſcatur nobiſcum, non eſt nobis naturalis, propter rationes ſuperius commemoratas: ſicuti omni cadaueri conuenit potentia obedientialis, vt reſumat animam, & potentia non eſt naturalis. Hæc eſt legitima huius argumẽti ſolutio, quamquam poſſumus dicere, hominẽ eſſe conditũ ad imaginem Dei, non ſignificare eſſe capacem viſionis beatificæ, ſed eſſe liberi arbitrii, & habere dominium ſuorum actuum: de qua re D. Thom. 1. p. q. 93.

D. Thom. Soluitur argum. Mag. Soto. Ad primum.

Ad primum, quod adducit Soto, concedo quod appetitu naturali deſideramus illam rem, quę eſt beatitudo noſtra naturalis. ea eſt cognoſcere Deum, quantum per naturam cognoſci poteſt, & illum colere, & glorificare, nõ autem videre Deum facie ad faciem.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum nego conſequentiam. Nam licet ille finis ſit ſupernaturalis, in eius adeptione quieſcit aĩa naturaliter, quoniam continet eminenter omnia, quæ anima noſtra deſiderare poteſt: ſicut humanitas in verbo diuino quieſcit naturaliter, licet nõ habeat propriã exſiſtẽtiam; ſed exſiſtentiã verbi diuini: nã exſiſtentia diuina præſtat eminentius, quod præſtare debebat humana exſiſtentia.

Ad tertium.

Ad tertiũ rñdetur, ꝙ voluntas beati ex naturali inclinatione ſaturatur in Dei viſione, non ꝙ ſit finis naturalis, ſed qñ cõtinet eminenter omnia, quæ deſiderari poſſunt.

Ad quartũ.

Ad quartum reſpondetur, quod vniuerſa potentia inclinatur naturaliter in ſuum obiectum in communi: ſed nõ eſt neceſſe, quod inclinetur naturaliter in omne illud, quod continetur intra ſuum obiectum, quando eſt improportionatum, & excedens, vt videre eſt in viſu reſpectu luminis Solis.

Ad argu. ex D. Thom.

Ad argumenta ex D. Tho. reſpondetur in primis, quod rationes D. Thom. aliquando ſunt probabiles, non neceſſario concludentes: maxime cum in expoſitione diuinorum myſteriorum, quæ ratione humana non poſſunt comprehendi, verſantur. Vel dicatur, quod loquitur de homine illuſtrato lumine fidei, in quo ſine dubio eſt naturale deſiderium videndi Deum, imperfectum tamen, vt ſupra expoſitum eſt. Vel dicatur, rationes D. Thom. optime demonſtrare, deſiderium humani pectoris non poſſe pfecte ſatiari vſque ad Dei viſionem & fruitionem; ceterum ſatiatur ex cognitione rerum diuinarum, quæ per naturam haberi poteſt, quantum per naturam poſſibile eſt.

Ad vltimũ.

Ad vltimum reſpondetur, iam dictum eſſe in quo cõſiſtat beatitudo hominis naturalis, & quo modo obtineri poſſit. nunc breuiter dicendum eſt, non ideo viſionẽ beatificam eſſe finem noſtrum ſupernaturalem, quia non poteſt ſine Dei adiutorio obtineri; ſed quoniam ſuperat omnem ordinem, & proportionem naturæ. Pro quo intelligẽdum eſt, quod actus dupliciter dicitur ſupernaturalis; tum ſecundum ſuam naturam, vt gratia, lumen gloriæ; tum ſecundum modum quo fit, ſicut viſus reſtitutus cæco: viſus enim eſt homini naturalis. ſed quod cæco reſtituatur, requirit ſupernaturalem virtutem: viſio vero diuinæ eſſentiæ, eſt ſupernaturalis primo modo: ſuperat enim omnem ordinem naturæ.

Actus dupliciter dicitur ſupernaturalis.

Ad Argum. Caiet.

Ad argumenta Caietan. dicendum eſt, tantum probare quod homo illuſtratus lumine fidei, habet deſiderium naturale videndi Deum, ſed imperfectum, vt ſupra dictũ eſt. & hæc ſufficiãt de iſta quæſtione.

QVAESTIO IIII.

De his, quæ requiruntur ad beatitudinem, articulos habet octo.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum delectatio requiratur ad beatitudinem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs. Nam delectatio cauſatur ex hoc, quod appetitus requieſcit in bono iam adepto: vnde non poteſt eſſe beatitudo ſine delectatione concomitante.

Quid ſit delectatio. D. Thom. infra q. 26. art. 1. ad. 2. *Concluſio.*

De hac delectatione diſputãt Theologi. primo, qd ſit delectatio, ſit ne amor? Ad hoc dico ſecundũ D. Tho. quod gaudium diſtiguitur ab amore; & gaudium, & delectatio in voluntate idem ſũt. Idem dicit plenius infra q. 31. vbi quærit, quid ſit delectatio, & qũo ab amore differat: & 3. contra Gent capit. 26. dicit in voluntate hæc tria eſſe, deſiderium, amorem, & delectationẽ. Itaq. delectatio, eſt qualitas producta ex amore boni pñtis, & hẽt ſe vt paſſio amoris, ſicut triſtitia oritur ex odio mali pñtis. Itẽ ſciẽdũ, ꝙ delectatio nihil aliud eſt q̃ quies in bono adepto. verbigratia, infirmus qui deſiderabat ſanitatem, in eius adeptione quieſcit & delectatur: deinde lapis appetitu naturali deſiderat locum infimũ, quo adepto, quieſcit. At quod eſt quies in rebus inimicis, eſt delectatio in animalibus. Itaq. quies eſt nomen vniuerſalius: nam omnis delectatio eſt quies; ſed non omnis quies eſt delectatio. Hoc docet D. Tho. hic ad 1. & 1. & infra q. 31. arg. 1. Sed videtur, ꝙ delectatio non ſit quies: nam D. Tho. in art. docet delectationẽ cauſari ex quiete in bono adepto: ergo delectatio & quies differunt. Rñdetur, ꝙ iſta cauſalitas nõ ſẽper ſignificat cauſſam diſiunctam; ſed rõnem & formam: ſolemus namq. dicere, parietem eſſe album, quia hẽt albedinem. & ſic explicandus eſt D. Tho. ſed qũo gaudium & delectatio diſcernantur inter ſe, exponit vberius D. Tho. infra q. 31. vbi artic. 4. vide Caie. qui diſputat contra Scotum, Vtrum delectatio ſit paſſio, an potius actus voluntatis: quod prius inueſtigauerat 1. p. q. 64. art. 3.

Vtrum delectatio ſit quies? D. Thom. Caietan.

Secundo quæritur, An delectatio ſit fruitio. Capre. in 1. d. 1. reſpondet affirmatiue. Scotus in eadem d. q. 3. dubitat, an ſit fruitio, & adducit diuerſa loca D. Augu. in vtramq. partem. ſed de hoc latius infra q. 11.

Vtrum delectatio ſit fruitio? Capr. Scot.

Tertio quæritur, An ſit de fide quod delectatio ad beatitudinem erigatur. reſpõd. affir. quod patet ex illo: Intra in gaudium Domini tui, & Gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vobis. Item, In quo exultabitis lętitia inenarrabili, & Delectationes in dextera tua, & Exultabunt ſancti in gloria.

Ad ſecundũ fidem requiratur delectatio ad beatitudinem. Mat. 25. Ioan. 16. 1. Pet. 1. Pſ. 15. & 149.

Quarto quæritur, An poſſit delectatio a beatitudine ſeparari, ita ut quis ſit beatus & non delectetur. ad hoc dico, quod de lege nõ poteſt delectatio a beatitudine ſeparari: eſt enim propria paſſio beatitudinis. Secundo dico, eſſe probabile de potentia Dei abſoluta, poſſe delectationẽ a beatitudine ſeparari: nam probabile eſt, ꝙ propria paſſio poſſit a ſubiecto ſeparari virtute diuina. Tertio dico, ꝙ in paſſione, anima Chriſti non habuerit gaudium beatitudinis, vt daretur locus triſtitiæ, & acerbius pateretur, aſſerit M. Cano: verum hæc ſententia eſt contra D. Tho. vnde nõ eſt amplectenda. Sed nota, quod hic beatus q careret delectatione, non eſſet perfecte beatus: nã licet eſſentia beatitudinis in viſione Dei ſita ſit, connotat tamen quod quietetur, & ſatietur deſiderium, & requirit ad ſui perfectionẽ & delectationem, ſicut eſſentia hominis, potentias ad ſui perfectionem. Quinto requiritur, An beati neceſſario delectentur in beatitudine. Sco. in 1. d. 1. q. 4. & 4. d. 49. & Gab. & Mai. in eadẽ d. docent, quod beati libere delectantur in patria, ſic ut a delectatione deſiſtere poſſint: ſtatuit eñ Deus non concurrere cum illis ad priuationẽ delectationis, ſicut ſtatuit non concurrere cũ confirmatis in grã ad peccandum. Argum. huius opin. quoniam varia ſunt, ad aliquot prædicamenta reducemus. Prim. præd. cõtinet argu. ex parte voluntatis. Primo, vna potentia non poteſt habere niſi vnum modum operandi, ſed voluntas operatur libere: ergo non poteſt neceſſario operari.

Vtrũ poſſit delectatio a beatitudine ſeparari. Cano 12. de locis c. 14. D. Thom. 3. p. q. 46. artic. 8.

Quæſt. gra. an beati neceſſario delectẽtur, Scot. Gabriel. Maior. Arg. pro parte negatiua ex parte voluntatis. Primum.

Secun-

Secundum.

Secũdo, maior vel minor propinquitas obiecti ad potẽtiam nõ facit differẽtiam, quo ad neceſſe agere, vel nõ neceſſe agere, ſed quãtũ ad intẽſius, vel remiſſius; ſed Deus qñ nõ vr̃ clare; non neceſſitat voluntatem nec in amore, nec in fruitione: ergo nec qñ vr̃ clare.

Tertium.

Tertio, potẽtia, quæ antea erat libera, non operatur neceſſario, niſi ei aliquid ſuperaddatur: ſed voluntas in via erat libera, ergo in patria non neceſſitatur, cũ nihil ei addatur.

Quartum.

Quarto, potentia, quę neceſſario & naturaliter operatur, non eget habitu ſuperaddito ad operandũ: ergo ſi voluntas in patria neceſſario amat, & delectatur, nõ indiget habitu caritatis ad amãdũ & fruendũ: cuius contrariũ dicit Paul.

1.Cor.13.
Quintum.

Quinto, naturalis finis voluntatis habitus & poſſeſſus, non neceſſitat voluntatem: ergo nec ſupernaturalis: cõſ. patet, & probatur antecedens: nã angeli creati ſunt in beatitudine naturali, quam poſtea per peccatum amiſerunt: niſi velimus dicere, dæmones adhuc eſſe beatos beatitudine naturali.

Vltimum.

Vltimum exploratum eſt, ꝙ voluntas noſtra ad bonũ alienũ non neceſſitatur, nec naturaliter inclinatur: ergo nec ad bonũ diuinũ amandũ.

Argu. ex parte caritatis.
Primum.

Sũn præd. continet argumenta ex parte caritatis. Nam ſi actus amoris & delectationis in patria ẽ neceſſarius & naturalis, ſequitur, quod habitus caritatis non cõcurrat ad illum, quod eſt falſum: nam D. Paul. dicit, quod in vita beata manet caritas, & certum eſt, quod non manet ocioſa. ſed probatur ſequela: nã habitu amoralis eſt liber & non concurrit ad actum neceſſarium: habitibus enim vtimur cum volumus.

1.Cor.13.
Secundum.

Secundo ſequitur, quod amor & delectatio in via, & in patria, differant ſpecie & genere: nam actus neceſſarij & liberi diſtãt ſpecie & genere.

Tertium.

Tertio ſequitur, quod beatus in delectatione & amore habeat ſe ſicuti brutum: nam non libere amat, nec libere fruitur.

Argu. ex parte Dei.
Primum.

Tertium prædi. continet argumenta ex parte Dei. primo, Deus mouet omnẽ creaturam libere, & non neceſſario concurrit cum creaturis: ergo non neceſſitat voluntatem, vt delectetur & fruatur.

Secundum.

Secundo, Deus in nullo beato implet totam illius capacitatem: multa enim in Deo ſuperſunt videnda: ergo non rapit neceſſario in eius amorem & delectationem.

Tertium.

Tertio, Deus non mouet infinite intellectum creatũ: ergo ens creatum poteſt tãtum mouere. ſed ens creatum non poteſt neceſſitare voluntatem: ergo nec Deus clare viſus.

Quartum.

Item, ponat Deũs præceptum beato, vel reuelet illi quod viſio illa durabit per tres annos tantũ; tunc vel beatus conformat voluntatem ſuam volũtati diuinæ; vel nõ. ſi primum, ergo iam vult carere illa viſione poſt tres annos; ſi ſecundum, ergo non neceſſario diligit Deum.

Quintum.

Quinto, ſic iudicamus, Deum eſſe ſumme diligibilem & ſummũ bonum, in via ſicut in patria. ſed in via hoc iudicium non neceſſitat ad amandum: ergo nec in patria.

Confirm.
D. Thom.

Confirmatur, nam auctore D. Tho. multis in locis, præcipue ar. 4. huius quæſtionis, ſic ſe habet voluntas in patria ad bonum diuinum, ſicut voluntas in via ad beatitudinẽ in communi. ſed in via non neceſſitatur ad amandũ beatitudinem in communi: poteſt enim actum ſuſpendere, & ab eo deſiſtere: ergo nec in patria.

Vltimum.

Vltimo, Chriſtus in via erat vere beatus; at non neceſſitabatur ad amãdum & fruẽdũ: ergo beatus nõ neceſſario amat, neq. fruitur. Probatur min. Nã Chriſtus per ſua opera merebatur: ergo nõ erant neceſſaria: neceſſarijs enim nõ meremur, nec demeremur.

Argu. ex auctoritatib.
Mag. ſent.
D. Auguſt.
Ariſtot.
3. Eth.
D. Thom. de verit. q. 22. ar. 6.
D. Thom. ſententia in 4. d. 48. q. 1.

Quartum prædi. continet auctores graues tenentes, quod beati libere amant, & delectantur. Mag. in 2. d. 7. & d. 25. adducit diuerſa loca D. Augu in quibus aſſerit, ꝙ beati libere amant, & delectantur in beatitudine. & Ariſt. dicit, quod nemo inuitus fit beatus, & Paul. dicit quod caritas manet in patria, de cuius ratione vr̃ eſſe quod libere operetur, ſiquidem eſt habitus liber, & D. Tho. de verit. dicit, quod voluntas in omni ſtatu, reſpectu cuiuſq. obiecti, non neceſſitatur quantum ad exercitium. Idem habet in 1. q. 10. art. 2. Contrarium docet D. Thom. in 4. vbi dicit ꝙ aliquod delectabile poteſt habere, vnde poſſit non delectari. ſed delectabile quod e ipſarõ delectationis, nõ poteſt non delectari. & quoniã diuina eſſentia eſt delectabilis per eſſentiã, impoſſibile eſt, quod clare viſa nõ delectetur. & 3. cont. Gent. cap. 62. & 4. cont. Gent. cap. 92. dicit impoſſibile eſſe, quod beatus videns Deum, ab amore, & delectatione deſiſtat. & 1. par. dicit eſſe impoſſibile, ꝙ videns Deum non amet Deum, & in eo delectetur.

1. p. q. 60. articul. ad vl. & q. 62. ar. 8.

Caiet. Ferr. Capre. Soto. Quæſt. cap.

Caie. 1. p. conſtanter tuetur hanc ſententiam, q. 82. art. 1. & 2. Ferra. vbi ſupra. Capreol. in 1. d. 1. q. 3. conc. 4. Soto in 4. diſt. 49. q. 3. ar. 4. Vt igitur veritas elucidetur, ſciẽdũ eſt, quod in patria hæc omnia inſunt, videre Deũ, amare, & exultare: quod adeo aſſeritur in ſacro eloquio vt probatione non egeat. Secundo notãdum, quod beati videntes Deum, in perpetuum, & neceſſario vident, amant, & delectãtur, ſic vt ab his operationibus numquã deſiſtãt. Hoc dicitur in Pſal. Beati qui habitant in domo tua Domine, in ſęcula ſęculorum, &c. & alibi, Non commouebitur in æternum, qui habitat in Hieruſalem. & Eſa. 33. Oculi tui videbunt Hieruſalem ciuitatem opulentã, tabernaculum quod nũquã transferri poteſt, neq. auferentur claui eius in ſempiternum, & funiculi eius numquam dirumpentur, quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus Deus noſter. & 1. Pet. 1. Regenerabit nos in hereditatem incorruptibilẽ, & incontaminatam. & Apo. 3. Qui vicerit, faciam eum colũnam in templo Dei mei, & foras non egredietur amplius. Item illud, Iam non erit amplius, neque luctus, neq. clamor: & illud, Gaudium veſtrum nemo tollet a vobis. Sed & in ſymbolo confitemur vitam æternam, id eſt, vitã beatã perpetuo duraturam.

Pſal. 83.
Eſa. 33.
1 Pet. 1.
Apo. 3.

Primũ arg. pro hac ſententia.

Ex quo conficio primum argumentum, ad demonſtrandã hanc ſententiam. Id quod aliquando eſt, & aliquando non eſt, tempore menſuratur, & æternum non eſt. Sed prædicta bona, quæ in beatitudine inſunt, æterna ſunt, teſtante ſacro eloquio: ergo inuariabilia, & neceſſaria ſunt.

Cõfir. prim.

Confirmatur primo ex diffinitione vitæ beatæ: omnes namque vno ore vitam beatam appellant vitam felicem, omnibus bonis affluentem, ad quã malum accedere non poteſt: ergo in beatitudine gaudiũ eſt perpetuum, ad quam triſtitia accedere non poteſt.

Confir. ſecũ.

Item cõfir. Nam a beata vita procul abeſt omnis error, & ſtultitia. Sed ſi beati deſiſterent a delectatione, & gaudio beatitudinis, eſſet ſumma ſtultitia, ut etiam aduerſarij concedunt: ergo beati a delectatione deſiſtere non poſſunt.

Confir. tert.

Item confirmatur. Id quod cum amore poſſidetur, ſi ſciatur eſſe amiſſibile, triſtitiam infert. Sed gaudium de beatitudine, cum amore poſſidetur: ergo eſt impoſſibile beatos non triſtari, ſi ſcirent eſſe amiſſibile.

Secũd. ratio.

Præterea impoſſibile eſt, ꝙ quis deſiſtat a bono, quo ſũme fruitur, niſi qñ exiſtimat eſſe aliqd malũ in tali fruitione, vel eſſe maioris boni impeditiuam; vel certe qa laſſatur & faſtidiũ hẽt. Sed beatus vides Deũ, aperte videt in tali fruitione nulli eſſe incõmodũ, neq. eſſe maioris boni impeditiuam, & non eſt cur fatigetur, & faſtidiat: ergo impoſſibile eſt, quod ab illo gaudio deſiſtat. Explicatur hoc: nam voluntas (quod nunc ſtatuo pro certo) non poteſt aliquid velle, niſi ſub ratione boni. Sed beatus videt aperte, quod non eſt aliqua ratio boni, ꝑ quam a gaudio beatitudinis deſiſtat: ergo nõ põt illud velle.

Efficax arg.

Deinde, ſtãte imperio practico ex parte intellectus, fac hoc, dilige, ama, impoſſibile eſt ꝙ non ſequatur obedientia in voluntate. Sed viſio beata non ſolum eſt iudicium ſpeculatiuum, ſed ẽt practicum, ama, delectare in Domino, &c. ergo ex viſione beatifica, neceſſario ſequitur amor, atq. delectatio.

Vltim.

Vltimo, ſi beatus ex ratione, & natura beatitudinis poteſt deſiſtere ab amore, & delectatione, ſequitur ergo beatitudinem eſſe cõſtitutam in habitu, & non in actu: quod aſſerere alienum eſt ab omni Philoſophia. Probatur ſequela. Nam talis eſſet beatus ſine actu, ex eo ſolum, quod poteſt amare, & delectari, quando ſibi placuerit.

Carol.

Ex his argumentis, aliquãdo conſtat, ꝙ beati ab intrinſeco, & ex natura beatitudinis, neceſſario amãt, & delectãtur, & non tantum ex lege diuina, qua ſtatuit non concurrere cum beatis ad priuationem delectationis. Qui maiora argumenta huius rei deſiderat, legat D. Thom contra Gent. vbi ſupra.

D Thom.
Obiectio.

Sed certe uidetur, quod argumẽta ſuperius adducta, non ſolum probant, quod beati neceſſario amant, & delectantur, ſed etiam quod Deus non poſſit impedire delectationem, & amorem in vita beata: potiſſime illud argumentum, de uoluntate eius natura eſt, quod nõ poſſit ferri niſi in bonum. Cum igitur nulla ratio boni appareat, quod beatus a delectatiõe, & ab amore deſiſtat, conſequens eſt, ꝙ Deus non poſſit impedire delectationem, & amorem.

Confir.

Idem confir. Nam Deus non poteſt produ-

producere odium ſui, quoniam de ſe malum eſt, ergo nõ poteſt impedire beatũ, ne amet Deum, quoniã de ſe malum eſt impedire aliquem ne amet Deum.

Solutio.

Ad primam obiectionem dicendum eſt, quod licet nõ habeat rationem boni, quod quis ſua ſponte a gaudio beatitudinis deſiſtat, ceterum habet rationem boni, quod, iubẽte Domino & ordinãte, ab hoc gaudio deſiſtat: quemadmodum quod quis ſua ſponte velit non eſſe, non habet rationem boni; ceterum quod patiatur mortem ab alio illatam, habet rationem boni.

Ad confir. ſolut. argu. in principio. Ad primum

Ad confirmationem reſpondetur, quod non amare Deum, quando non tenetur, non eſt malum: at odium Dei ſemper malum. & ideo ſimitudo non conſiſtit. Proximũ eſt, vt argumentis in principio factis, reſpondeamus.

Ad argumenta primi prædicamenti, ad primum nego antecedens: patet enim in pueris, & in amentibus, quod voluntas operatur; & nõ libere operatur. Idem poteſt demonſtrari de motibus primo primis voluntatis; atque etiam in voluntate diuina, quæ neceſſario producit Spiritum ſanctum, & libere nos amat.

Intellectus & voluntatis proportio.

Pro cuius declaratione obſeruandum eſt, quod quemadmodum intellectus tripliciter poteſt cõſiderari. primo vt potẽtia cognoſcitiua aliorũ, & ſic vocatur intellectus; deinde, vt potẽtia cognoſcitiua aliquorum ſine diſcurſu, & ſic etiã appellatur intellectus. tertio vt potentia cognoſcitiua aliquorum per diſcurſum, & ſic appellatur ratio. ad eum modum voluntas trifariam conſideratur. primũ vt potentia appetitiua; & ſic vocatur voluntas. deinde vt determinatur ad vnum, ſicut voluntas diuina determinatur ad ſe amandum, & voluntas beati ad Deum diligendum, & viatoris ad bonum in commune proſequendum; & hoc modo voluntas conſideratur vt natura: eſt enim determinata ad vnũ. tertio conſideratur vt indifferens ad vtrumque, & ſic appellatur liberum arbitrium: & quemadmodum cognoſcere per diſcurſum, & ſine diſcurſu, non requirit duos intellectus, ſed vnum, ſub diuerſa ratione; ita amare libere, & neceſſario, non requirit duas potentias, ſed vnam voluntatem, quæ modo conſideratur vt natura; modo vt libera eſt.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum nego antecedens. Nam ſecũdum diuerſam applicationem agentis, diuerſus modus operandi conſequitur. Si enim debita eſt applicatio agentis, operatio neceſſaria eſt; ſi vero indebita, operatio contingens, & impedibilis eſt. verbi gratia, Si principiã prima ſcientiarum per euidentem demonſtrationem applicentur, generant ſcientiam, & neceſſitant intellectum ad aſſenſum concluſionis: ceterũ ſi non recte applicentur, non generant ſciẽtiam. Vel dicatur antecedens eſſe verũ, ſi ſit eiuſdẽ rationis maior, vel minor propinquitas, quod in propoſito nõ eſt verum: nam propinquitas eſt præſentia in vita beata; in hac vero vita abſentia.

Ad tertium.

Ad tertium iam dictum eſt in præcedenti ſolutione, quod ex ſola applicatione obiecti, diuerſus modus operãdi demanat: Vel dicatur, ꝙ aliquid de nouo additur, nẽpe viſio diuinæ eſſentiæ: Vel dicendum eſt, quod voluntas in præſentia conſideratur vt natura, quæ determinata eſt ad bonum, & nulla ratione ad malũ ſub ratione mali.

Ad quartũ. Quare requiratur charitas in patria

Ad quartum reſpondetur, quod licet voluntas neceſſario amet Deum, opus habet caritate ad illum diligendum: tum quoniam obiectũ eſt excelſum, & ſupernaturale: tum vero, quoniam dilectio caritatis eſt omnino ſupernaturalis, ſuperans facultatem voluntatis creatæ: tum tertio, quoniam licet ſummum, & diuinum oſtẽdatur nobis in via per fidem ſupernaturalem, adhuc neceſſarium eſt diuinum adiutorium ex parte volũtatis ad diligendũ Deum: ergo licet videatur Deus facie ad faciem, ex parte voluntatis requiritur diuinum auxilium, ad illum diligendum.

Obiectio.

Sed dicit Theologus, Voluntas in Deo viſo naturaliter quieſcit: ergo eſt naturalis inclinatio, non ergo requirit habitũ caritatis. Ad hoc dicendum eſt, ꝙ quamquam voluntas naturaliter quieſcat, non eſt conſequens quod ſit naturalis inclinatio. quod explicatur pulcherrimo exẽplo ex diuina Theologia. Nam appetitus humanitatis in Chriſto Domino ſaturatur & quieſcit in perſonalitate Verbi diuini, ſed non inclinatur naturaliter ad vnionem

Solutio.

Verbi diuini. Ratio huius eſt, quoniam bonum ſuperius, & altioris ordinis, continet omnia bona inferioris ordinis multo eminentius: itaque ſi Deus oſtenderetur voluntati, vt bonum naturale ſuæ naturæ debitum, naturaliter quietaret voluntatem: multo ergo potius quietat voluntatem, ſi oſtendatur vt eminentius & ſuperius bono naturali, in ſe continens aliquid amplius ſed quoniã hoc bonum eminentius, & perfectius excedit facultatem voluntatis, neceſſarius eſt habitus caritatis, per quẽ voluntas reddatur idonea ad diligendum Deum dilectione ſupernaturali: veluti neceſſarium eſt lumen gloriæ ad videndum Deum ſicuti eſt.

Ad quintũ.

Ad quintum fortaſſis ita poteſt concedi, quod angeli neceſſitantur ad amandum beatitudinem, & perfectionẽ ſuam naturalem. quapropter etiam dæmones habent ſuã perfectionem naturalẽ. Sed de hoc diſputare non eſt præſentis loci: pertinet enim hæc inueſtigatio ad materiam de angelis. Vel dicatur, ꝙ bonum naturale, comparatũ ad bonum ſupernaturale, cognitũ & apprehenſũ, non habet omnem rationẽ boni, & ideo non neceſſitat voluntatem.

Ad vltimum.

Ad Vltimum reſpondetur, eſſe bonum cuiuſque, eſſe beatũ, vel de beatitudine delectari. Vel dicendũ eſt, quod licet bonum diuinum non eſſet bonum proprium, ſemel habitum refutari non poteſt, quoniam in refutatione nulla apparet ratio boni.

Ad argum. ex parte charitatis.

Ad argumenta ſecundæ dubitationis in primis dicendũ eſt, quod caritas de ſe habet opus liberum, ſed ex cõiunctione ad aliud, habet opus neceſſariũ: quemadmodũ habitu ſcientiæ poſſumus vti cum libet, ſed dato ꝙ habeo in intellectu hæc principia, Omne animal rationale eſt riſibile; Omnis homo eſt animal rationale, neceſſario aſſentimur concluſioni: ad eundem modũ dato quod in intellectu ſit viſio diuinæ eſſentiæ, non poteſt non ſequi amor, & delectatio.

Charitas duppliciter cõſideratur.

Deinde dicendum eſt, quod caritas poteſt cõſiderari vt natura quædã, & ſic habet opus neceſſarium. poteſt etiam conſiderari vt habitus liber; & ſic habet actum liberum. Et quod hæc diſtinctio ſit admittẽda in caritate, patet, tum quoniã admittitur in voluntate, quæ libera eſt: tum etiam quoniã caritas habet ſuos actus naturales. & primo primos.

Tertio dicendum eſt, quod caritas in vita beata habet actus liberos, quibus diligit Deum & proximũ, diſtincta dilectione ab ea, quæ procedit a viſione beata. Nã anima beata ſuis vtitur habitibus & ſuis ſcientiis extra verbum. Præterea dicendũ eſt, ꝙ caritas non ponitur in vita beata vt libere operetur, ſed vt eleuet voluntatẽ ad dilectionem Dei ſupernaturalem. Illud etiam addendũ eſt, quod beati, qui neceſſario amant, & delectantur, non ſe habent veluti bruta; immo habent ſe veluti Deus: quemadmodũ enĩ Deus neceſſario ſe amat, & alia libere, & anima Chriſti neceſſario amat Deũ, & alia libere; ad eundem modũ beatus neceſſario amat Deum, & alia libere.

Vltimo dico, quod amor caritatis in patria licet ſit neceſſarius, verus amor amicitiæ eſt: nam Perſonæ Diuinæ in ſanctiſſima Trinitate, amore amicitiæ neceſſario ſe amant: quanto enim amicitia firmior eſt, tanto melior eſt.

Ad argu. ex parte Dei. Ad primum

Ad argumenta tertii prædicamenti, ad primum reſpondetur, quod Deus concurrit neceſſario cum aliquot creaturis in hoc ſenſu, quod creaturæ non poſſunt non operari: pro quo intelligendum eſt, quod licet Deus concurrat libere, & agat libere, cum cooperatur creaturis: ceterum quoniam diſponit omnia ſuauiter, attemperat ſe admodum creaturæ. In creatura namque libera, concurſus diuinus recipitur libere; in creatura vero quæ operatur neceſſario, concurſus recipitur neceſſario: quidquid enim recipitur, ad modum recipiẽtis recipitur.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundam reſpondetur, quod Deus clare viſus implet totã capacitatem, & cupiditatẽ voluntatis, ita vt ad eius complementũ nihil deſiderari valeat: nam ad plenitudinem voluntatis ſatis eſt videre Deum, & omnia quæ ſunt formaliter in Deo.

Ad tertium.

Ad tertium reſpondetur, quod Deus non neceſſitat voluntatem, motione tantum effectiua, ſed potiſſime obiectiua. videns namque Deum, nullam videt ra-

D tionem.

tionem mali; propter quam a delectatione & gaudio deſi-
Ad quartū. ſtat,& amore. Ad quartum reſpondetur,quod nos inue-
ſtigamus naturam,& veram proprietatē beatitudinis: ce-
terum de potentia Dei abſoluta bene poteſt Deus ſuſpēde-
re actum,& concurſum,quo cū beatis concurrit:& ſic bea-
ti neceſſario ab operatione deſi-
ſtēt:Imo de potē-
tia Dei abſoluta poteſt Deus bea-
tos dānare,& dā-
natos beatifica-
re. Itē dicendū
eſt, ꝙ interī dū
talis permittitur in ſtatu vitæ bea-
tæ, neceſſario a-
mat & delecta-
Ariſtotel. tur, ſicuti D.
Paul. quādo vi-
debat diuinā eſ-
ſentiā ..., ne-
ceſſario amabat.
Ad quintū. Ad quintum
reſpondetur, ꝙ iudicium illud,
in vita præſenti non neceſſitat; at in vita beata neceſſi-
tat: tum quoniam in vita præſenti non ſemper adeſt hoc
iudicium: tum vero, quoniam obiectum non perfecte
applicatur per intellectum:tum deinde,quoniam ex par-
te voluntatis defatigatur homo in amore, & delectatio-
ne beatitudinis, atque adeo ex parte corporis eſt impedi-
mentū, ratione cuius neceſſum ſit ab amore beatitudinis
deſiſtat. Itē,homo viator vel ex ſcientia, vel ex errore po-
teſt habere hanc exiſtimationē, bonum eſt mihi nunc ab
amore beatitudinis ceſſare. Vltimo iudiciū illud beatifi-
cū habet in ſe omnem perfectionē boni: eſt enim noſtra
beatitudo; iudicium vero præſentis vitę non habet in ſe
omnem perfectionem,ſiquidem non eſt noſtra beatitudo.
Ad confir. Ad confirmationem reſpondetur, ſimilitudinem in
hoc conſiſtere, quod ſicuti viator quidquid vult, propter
beatitudinem in cōmuni vult: ita beatus quidquid vult,
vult propter bonum diuinum, quod poſſidet. Ceterum
differt in multis, quæ diligenter numerata ſunt in præce-
denti ſolutione.

Ad vltim. Ad vltimum de Chriſto, dicendum eſt, quod non me-
ruit per viſionem beatificam, nec per amorem beatificū,
ſed per alia opera,quę libere exercebat. Deinde dico fuiſ-
ſe inſigne miraculum quod Chriſtus ſimul eſſet viator,&
comprehēſor:quod priuilegium ad vniuerſos beatos ex-
tendere ſtultum eſt.

Quod ſi dicat Theologus, quod Chriſtus per dilectio-
nem beatam non promeruit: ergo per alia opera, quæ ab
illa dilectione demanabāt, non promeruit: Dicendum
eſt, hoc factum fuiſſe, quoniam alia opera erant libera:
quamquam enim Chriſtus Dominus, neceſſitabatur ad
diligendum Deum, non neceſſitabatur ad hoc, vel illud
faciendum, ſicuti Deus neceſſario ſe amat, & alia libere
amat.

Reſpondetur auctoritatibus. Ad quartum prędicamentum dicendum eſt,ex diuina
Liberū æquiuocum eſt. Theologia, ꝙ hoc nomē Liberū, æquiuocū eſt: aliquādo
D.Auguſt. ſignificat id, ꝙ non eſt coactum, nec violentū, ſed ſūme
D.Thom. volūtarium& ſpontaneum, licet ſit neceſſariū. Et in hac
ſententia dicunt ſancti Patres, ꝙ Pater voluntarie genuit
Filium: in eodem ſenſu dicit Augu. ꝙ beati libere amant,
& delectantur. Eadē eſt interpretatio Diu.Thom. quando
dicit, ꝙ Deus libere ſe amat, de potentia: quæſt. 10. ar. ſe-
cundo ad 5. Alio modo vſurpatur Liberū, ꝓ eo, qd̄ poſitis
omnibus requiſitis ad operandū poteſt operari,& nō ope-
rari.& in hoc ſenſu, amor in beatitudine non eſt liber.

Ex his conſequens eſt, quod beati, licet neceſſario
ament, & delectentur, non tamen inuiti & coacti: nam
coactio præter neceſſitatem ſignificat, quod fiat contra
inclinationem voluntatis, & certum eſt, quod non om-
ne neceſſarium eſt coactum, vt videre eſt in lapide, qui
neceſſario deſcendit.

Ad D. Tho. Ad Diu. Thom. qui videtur dicere, quod voluntas, re-
ſpectu cuiuſcumq. obiecti in quocumque ſtatu, nō neceſ-
ſitatur quantum ad exercitium. Reſpondetur, id eſſe ve-
rum in ſtatu præſentis vitæ: vel dicendum eſt, ꝙ in ſtatu
præſentis vitę,& in ſtatu vitę beatę numquā neceſſitatur
volūtas, quātū ad exercitiū ex
obiecto: nā ne-
ceſſitas, quæ eſt in vita beata, nō
prouenit ab obie-
cto, ſed ex incli-
natione volūta-
tis: quemadmo-
dū, ꝙ lapis dicē-
dat neceſſario
in cētrū, nō pro-
uenit ex centro
ſed ex īclinatio-
ne ipſiꝰ lapidis:
& ꝙ ignis neceſ-
ſario comburat
ſtuppā, nō ꝓue-
nit ex ſtuppa,
ſed ex natura ip-
ſius ignis.

ARTICVL. SECVNDVS

Vtrum in beatitudine ſit principalius viſio, quam delectatio.

SVMMA TEXTVS.

Quæſtio eſt, quam proponit Ariſt. decimo Ethic. capitulo 4. & inſolutam relinquit, quā inueſtigat Seneca, libro de vita beata, & grauiſſimis ſententijs explicat. Concluſio eſt. In vita beata principalius eſt viſio, quam delectatio: delectatio enim in quietatione conſiſtit. Sed, quod voluntas in aliquo quietetur, non eſt niſi propter bonitatem illius, in quo quietatur. Cum igitur voluntas cō- Concluſio. quieſcat in actione intellectꝰ, quæ eſt viſio diuinæ eſſentiæ, hæc quietatio,& animæ delectatio, ex bonitate viſionis cauſatur, vtpote quoniam videre Deum, eſt ſummum bonum ipſius, &c.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quod in vita beata non ſit principalius delecta-
tio quam viſio,& poſſeſſio ſummi boni, ſuperi-
us, quæſtione præcedēti, art. 4. ſatis ſuperq.
demonſtratum eſt: oſtenſum nāque eſt effica-
citer,& euidenter, beatitudinem in delectatione non eſſe
cōſtitutam; & eos qui hāc ſententiam introducere conan-
tur, in opinionē Epicuream incidere plane patefecimus.
An ſenſitiuꝰ appetitus proſequatur ſuas operationes ob delectationes. D. Tho. In ſolutione ſecundi argumenti, Diuus Thomas mo-
uet magnam quæſtionem: Verum appetitus ſenſitiuus
proſequatur ſuas operationes propter delectationes. A
parte negante ſic arguitur.
Primum argumentum Nam auctore. Diu. Tho. 3. contra Gen. ca. 26. delectatio-
nes ſunt inſtitutæ propter operationes, & non e cōuerſo:
Secundum. ergo nulla natura recte inſtituta poterit exequi ſuas ope-
rationes, propter delectationes, alioqui erit peruerſitas.
Deinde, ordo appetitus ſenſitiui non poteſt eſſe ad-
uerſus inſtitutorem naturæ; ſed inſtitutor naturæ ordina-
uit delectationes propter operationes: ideo enim auctor
naturæ appoſuit delectationes in cibis, vt conſeruaretur
indiuidua; in Venere vero, vt cōſeruarentur ſpecies: ergo
appetitus ſēſitiuus nō poteſt ſine ꝑuerſitate exercere ſu-
Confir. as operationes, propter delectationes. Hoc ipſū cōfirma-
tur. Nā bruta nō mouētur ex ſeipſis ad ſuas operationes,
ſed mouētur per inſtinctū datum ſibi ab auctore naturæ:
oportet ergo concedere, ꝙ moueantur ſecundum modū
præſcriptum ab auctore naturæ: modus vero præſcriptus
eſt, quod delectationes ſint propter operationes.
Tertium. Præterea, ſi bruta ſe mouerent ad ſuas operationes,
propter delectabile bonum, vel ex hoc eſſet, quia non co-
gnoſcunt aliud bonum a delectabili: ſed hæc ratio eſt ina-
nis & friuola: formicæ enim cognoſcunt bonum vtile.
quapropter congregant in æſtate ad futuram hyemem. &
certe quando cōgregant grana, non delectantur, ſed labo-
rant,& cruciantur.
D.Thom. In aduerſum pugnat D. Thom. in ſolutione ſecundi:
dicit enim aperte, quod appetitus ſentiēs exequitur ſuas
operationes propter bonum delectabile. Ad huius rei
expoſitionem nonnulla ſunt ſtabilienda principia, ex qui-
bus facile erit veritatem inueſtigare.
Prim. aſſer. In primis ſtatuo pro certo, quod appetibile pro-
Appetibile ī duplici genere. pter ſe in genere boni, eſt duplicis generis, tum gene-
ris naturæ; tum generis morum. Appetibile propter
ſe in genere naturæ, eſt quod ſuapte natura habet vnde
poſſit mouere, & allicere appetitum. Appetibile
vero propter ſe in genere moris, eſt quod ſuapte natu-
ra habet, vnde poſſit mouere appetitum, ſecundum
ratio-

Secun. aſſer. rationem: Deinde ſtatuo pro certo, quod geminus ordo poteſt ſeruari in rerum appetitione: alter in rebus ipſis, quæ expetuntur: alter eſt reſpectu appetentis, & agentis. Facile eſt hoc intelligere in rebus, quæ ad cognitionem pertinet: Nam ſubſtantia ſecundum ſe, & ex meritis ſuis, prius cognita eſt, quam accidentes, accidentes vero, quo ad nos, prius eſt in noſtra cognitione. Non ſecus poteſt quis philoſophari in noſtro propoſito, videlicet, quod operationes ſuapte natura magis ſunt appetibiles, quam delectationes; reſpectu autem brutorum, eſt ordo præpoſterus.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehenſio.

SVMMA TEXTVS.

QVæſtio huius articuli proponitur præcipue, propter D. Paul. qui 1. Cor. 9. ſic ait: Sic currite, ut comprehendatis. Quæſtio ergo eſt. Vtrum ad beatitudinem requiratur comprehenſio: & concluſio eſt affirmans. Sed videamus, quo modo probatio [illegible]

Quis ſit ſenſus quæſtionis propoſitæ. Sed & nihil valet ad propoſitæ quæſtionis difficultatem explicandam: oportet etiam animaduertere, quod cum dicimus, nullum appetitum ſenſitiuus exequatur operationes propter delectationes, non quærimus de appetitione peruerſa & vitioſa: de hac n. exploratum eſt, quod fere ſemper exequitur operationes propter delectabile bonum, immo homines voluntatis appetitu, etiam intellectiuo, nihil aliud quærunt, quam delectari; quomodo ergo quæſtio de appetitu ſenſitiuo recte inſtituto. His explicatis eſt prima Concluſio.

Prima conc. Si delectatio & voluptas conſiderentur in genere natura, ſunt propter ſe expetibiles, quam habet ſuapte natura, vnde poſſint mouere appetitum. Idem comprobatur ex diuiſione, qua diuiditur bonum, in honeſtum, delectabile, & vtile: inter quæ ſolum bonum vtile expetitur ratione alterius, vt docet D. Thom. 1 parte quæſtio. 5. articulo 6. D. Thom. Ariſt. obiidque Ariſtot. 10. Ethico. docuit, ſtultam eſſe quæſtionem, ſi quis exquirat, propter quid aliquis velit delectari, ſiquidem delectatio propter ſe expetenda eſt. Sed & in huiuſmodi comprobationem demonſtraturi ſumus in ſequentibus, quod bruta exercent ſuas operationes propter delectabile tantum: ergo delectatio eſt propter ſe expetibilis.

Secun. conc. Secunda Concluſio. In genere moris, ſolum bonum honeſtum eſt propter ſe appetibile. liquet hoc. Nam ſi ſola delectatio ſufficeret ad cohoneſtandum actum, multi actus vituperabiles eſſent laude digni, videlicet nimius ludus, nimia venatio, nimius potus, quæ omnia ab vniuerſis vituperantur. Sed nemo eſt, qui non condemnat Epicuri ſententiam, qui docuit voluptatem eſſe ſumme appetendam ab vniuerſis hominibus, & propter eam omnia eſſe obeunda. Imo vero delectatio non eſt bona, niſi ratione operationis: illa enim eſt delectatio bona, quæ conſequitur ſtudioſam operationem, illa mala, quæ conſequitur malam & vitioſam operationem: ergo delectatio non eſt propter ſe appetenda, quod confirmatur eſſe verum. Nam bonum honeſtum differt ſecundum ſe a bono delectabili: ergo bonum delectabile ſecundum ſe, non eſt appetibile in genere moris, nec laude, aut honore dignum. Videte ad ſtabiliendam hanc concluſionem, grauiſſimas ſententias Senecæ, in lib. de vita beata.

Seneca. Tertia conc. Tertia Concluſio. Si conſideretur prima inſtitutio naturæ, omnis delectatio cuique rei eſt indita propter operationes ſuas, vt ſit veluti perfectio, & condimentum operationis. probatur hoc. Nam prima intentio naturæ eſt, vt res conſequantur ſuos fines, ad quos deſtinantur: ſed conſequuntur eos per ſuas operationes: ex qua conſecutione deinde ſequitur delectatio. ergo delectatio non eſt de prima intentione naturæ. Quod inde maxime demonſtratur. Nam ſapiens gubernator, qualis eſt auctor naturæ, numquam ordinat id, quod melius eſt, in id, quod inferius eſt, ſed vice verſa ordinat minus bonum, in maius bonum. Sed operatio eſt præſtantius bonum, quam delectatio. Ergo operatio non eſt propter delectationem: quin potius delectatio inſtituta eſt propter operationem. Quod vero operatio excellentior ſit quam delectatio, ſic oſtenditur. Nam non laudamus eum, qui magis delectatur, ſed qui diligentius operatur. Profecto auctor naturæ non inſtituit cibationem propter delectationem, ſed propter conſeruationem vitæ, nec matrimonium aut coitum propter delectationem, ſed propter conſeruationem ſpeciei. Ex hoc ſ[illegible] pondere naturæ, quod vocant appetitum [illegible] cipalius appetere operationes, quam delectationes. Nam vnumquodque inclinatione naturali, & [illegible] ra[illegible] quæ [illegible] que pon[illegible] re expet[illegible] delectationes, propter operationes.

Quarta conc. D. Thom. Quarta Concluſio. Omnia animalia bruta, atque adeo omnes appetitus ſenſitiui, appetitione elicita exercent ſuas operationes, propter delectationem: quod aſſerit haud dubie D. Thom. in ſolutione ſecundi, & patet euidenti demonſtratione. Nam omnia animalia bruta non poſſunt quicquam appetere, niſi ſub rat[illegible], & conuentionis. Sed animalia bruta, non cognoſcunt aliud bonum, niſi delectabile. Ergo omnium oper[illegible] bonum delectabile. Minor huius ſyllogiſmi ſic oſtenditur. Nam animalia bruta non cognoſcunt ra[illegible] non enim cognoſcunt quo modo coitus ordinatur ad generationem, quo modo nidus ad incubandum oua: igitur non poſſunt appetere aliquid vt vtile, ad finis [illegible] ſub ratione boni honeſti: nam tunc operationes brutorum eſſent honore, & laude dignæ: relinquitur ergo a numeratione ſufficienti bonorum omnium, quod non poſſunt ferri niſi in bonum delectabile, ſub ratione delectabilis. Hoc ipſum confirmatur. Nam obiectum appetitus ſenſitiui, eſt bonum delectabile: ergo nihil valet appetere, niſi ſub ratione delectabilis.

Corol. Appetitus ſenſitiuus in homine non verſatur niſi circa bonum delectabile. Ex his conſequitur, quod appetitus ſenſitiuus, etiam in homine, non verſatur niſi circa bonum delectabile, num quam enim appetitu ſenſitiuo appeteret potionem amaram, niſi per rationem intelligeret eſſe vtilem ad ſuam ſanitatem procurandam.

Ex eiſdem documentis manifeſte liquet, quod appetitus ſenſitiuus numquam exercet ſuas operationes, niſi propter delectationes, quamquam inſtitutor naturæ inſtituerit delectationes, propter operationes: neque eſt peruerſitas appetitus ſenſitiui contra auctorem naturæ: immo eſt ſagacitas, & prudentia quædam naturalis. Cum enim bruta animalia non poſſint per ſenſum cognoſcere id, quod vtile eſt, quatenus vtile eſt, adiunxit auctor naturæ delectationem, quæ moueat brutorum appetitum ad ſuas operationes. Bruta appetunt operationes propter delectationes. Sed illud etiam non eſt prætereundum, quod brutum proprie non exercet operationes, propter delectationes, ita vt ordinet operationes ad delectationes; ſed appetit ſic operari, quoniam eſt delectabile. illa vero operatio deſtinatur ab auctore naturæ ad alium finem, videlicet ad conſeruationem indiuidui, vel ad conſeruationem ſpeciei. Ex his, ni fallor, argumenta quæ facta ſunt in principio, ſolutionem habent. Sed iam tempus eſt, vt ad alium articulum progrediamur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo quatuor ſunt inueſtiganda. principio, quid ſit comprehenſio, deinde, cuius potentiæ, præterea loco, num poſſit eſſe beatitudo ſine huiuſmodi comprehenſione, vltimo, vtrum viſio diuina eſſentiæ cum fruitione ſatis ſit ad beandum hominem an præterea ſit neceſſaria comprehenſio. Vt igitur prima quæſtio elucidetur, ſcire oportet, quod comprehenſio eſt vocabulum variæ ſignificationis in diuinis litteris, & in ſacra Theologia. Nam accipitur interdum, vt ſignificet rei conſecutionem, & tentionem, vt cum dicimus, Iam tenemus illum quem præſentialiter habemus. interdum vero accipitur, vt ſignificet inclusionem comprehenſi a comprehendente: ſed etiam accipitur comprehenſio reciproco, quod eſt ad perfectionem peruenire. In primo ſignificato accipitur in præſentia, cum dici-

ta: ad beatitudinem eſſe neceſſariam comprehenſionē.i. [illegible] tionem, de qua loquitur Paul.c 1 d.cit: Sic currite, [illegible] hendatis. In ſcdo ſign ficato accipitur [illegible] dicitur: Magnus cōſilio, & incompre- [illegible] In tertio uſurpatur ad Philip cap 3. Se [illegible] quit) nō arbitror me comprehēdiſſe, id eſt, ad perfectionem iuſtitiæ peruenisse. Ac de prima quæſtione hæc in præſentia ſufficiant.

Cuius poten tiæ ſit comprehenſio. C. Thom.

Proximum eſt ut exponamus ſecundam quæſtionem, Cuius nā potentiæ ſit comprehenſio uoluntatis, an intellectus?

Certe D. Tho. in ſolutione ſecūdi aperte docet, quod eſt uoluntatis itaque uoluntas eſt quæ habet Deum præſētem; non per operationem uoluntatis, ſed per operationem intellectus. Et quod hæc ſinia uera ſit, oſtēditur in hunc modum.

Primū argu.

Nam illa potētia, reſpectu cuius obiectum eſt abſens, & quæ q̄rit eius præſētiā, ea certe eſt, q̄ habet obiectum præſens. at uoluntas eſt, quæ deſiderat Deū, & quærit illū: ergo ea eſt q̄ habet Deum præſentem.

Confir.

Hoc ipſum confirm. Nam quando quis cupit amici præſentiam, & eius amplexus, & habet illum præſentem, potius voluntas habet illum præſentem, quam oculus, vel intellectus, licet præſentia ſolum ſit oculorū, aut intellectus. Et certum eſt, quod ſitiens non appetit aliam præſentiam aquæ, quam bibere; & ſic aqua ſit præſens voluntati per os, muſica per auditum.

Secundum.

Denique comprehenſio correſpondet ſpei, viſio fidei, & delectatio caritati, ut deſinit D.Th. in articulo. Sed ſpes eſt voluntatis: ergo cōprehenſio eſt voluntatis, eo vel maxime, quod ceteris actibus correſpondet aliquid in proprio ſubiecto in vita beata.

Reſponſio. Comprehenſio beatifica.

Ad huius rei explicationē dico primū, ꝙ comprehenſio beatifica eſt habere Deum præſentem cum perpetuitate, & ſecuritate. quapropter licet D. Paulus in raptu viderit diuinā eſſentiam, ut quidā Doctores ſancti affirmant, non tamen fuit comprehenſor.

Comprehenſio eſt intellectus. D.Thom.

Deinde deceſſo, comprehenſionem eſſe intellectus, & idē cū De viſione: & hoc aſſerit aperte D.Tho. & veriſſime, in ſolutione tertij. Nā cōprehenſio nihil aliud eſt, quam conſecutio vltimi finis: ſed cōſecutio vltimi finis eſt actus intellectus, vt ſuperius eſt demonſtratum artic 4. quæſt. præcedentis: ergo cōprehenſio eſt intellectus. Præterea, cōprehenſio eſt uelut tentio ſummi boni; & cōprehendere, eſt tenere: ſed intellect⁹ eſt veluti manus volūtatis, p quā volūtas hēt bonū quod deſiderat.

Ad tertium dico, ꝙ viſio diuinę eſſentię non ē cōprehenſio, quatenus eſt uiſio Dei aperta: ſed quatenus per eam habemus Deum præſentem & per eā uoluntas tenet qđ deſiderat. Itaque, ſicut volūtas eſt, q̄ laborat, & fatagit, vt hēat bonum quod deſiderat, ea eſt quæ habet bonum amatum; non quidem per actum voluntatis, ſed per actū intellectus: quēadmodum appetitus eſt, qui deſiderat cibū, & apprehēdit illum p guſtum. Ratio huius eſt, quā eſt voluntas ſit vniuerſalis hōis appetit⁹, mouet uniuerſas potētias ad cōſequēdū ſuū finē. Ex his diſcere poteris, quō comprehēſio ſit actus intellectus, & pertineat ad volūtatē.

Dubium.

Sed ad dubitabit Theologus, quid ē quod dicit D. Thomas, quod viſio correſpondet fidei? nā in ſupiori articulo ad finem dixerat, quod correſpōdebat caritati. Reſpondetur, nullā eſſe contradictionem: non enim ē incommodum, ꝙ vnus idemq. actus, ſēn diuerſas conſiderationes, diuerſis habitibus, & potentijs correſpondeat: ſi viſio cōſideretur vt eſt clara, & aperta, cōrrēdet in præmiū fidei obſcuræ: ſi vero conſideretur vt comprehēſio, corrñdet ſpei: at ſi cōſideretur vt præmiū bonorū operū, corrñdet caritati, quę eſt primum principium bonorum meritorum.

Ter. quæſt. Vtrum beatitudo poſsit eſſe ſine comprehenſione. Pars affirmatiua.

Sed hoc iam ſatis probato & conſtituto, ſequitur vt examinemus tertiam quæſtionem, Vtrum poſsit aliquis eſſe beatus ſine Dei comprehenſione: ubi q. quærimus de Dei cūncti potentia nam ſēn legem ſtatutam & ordinariam quid ſit ſentiendum, nemini poteſt eſſe dubium.

Primo.

Suadetur pars affirmatiua. Nā Deus pōt dare homini notitiā ſui intuitiuā ipſo abſente, q̄ proinde eſſet beatus, qppe q. videret Deū [illegible] eſt.

Secundo.

Deinde, Deus pōt dare notitiā intuitiuā Antichriſti abſentis, uel nō exiſtentis, ꝓut docēt oēs ferē Theologi: poterit ergo dare notitiā intuitiuā ſui ipſius, ipſo abſente. Hoc ipſum explicatur eui[illegible]tius. Nā obiectū nō cōcurrit ad cauſandā notitiā, niſi ſolum p modū cāæ efficiētis: Sed poteſt Deus ſupplere omnē cauſſalitatē efficiētię: poterit

D.Thom. legitime procedat. In primis D.Tho. ſtatuit pro certo, quod cū beatitudo cōſiſtat in conſecutione vltimi finis, ea, quæ requiruntur ad beatitudinem, conſideranda ſunt ex ipſo ordine ad finem. Deinde ſtatuit D.Tho. aliud principiū ęque notum, & exploratum, quod homines ordinantur ad beatitudinem p intellectum, & voluntatem, quo maxime diſcernimur a ceteris animantibus. Sed & tertiū ſubdit principium D. Thom. cum inquit, quod intellectus noſter, dum viuimus, ordinatur in finem vltimum per fidem, cuius eſt imperfecta cognitio. Ceterū volūtas noſtra ordinatur in beatitudinem per duos actus, ſcilicet p amorem, & ſpem: qui inter ſe differunt hoc modo. Nā amor eſt primus actus voluntatis, vt in ſequentibus patebit: eſt vtique primum pondus, quo volūtas fertur in rē amatam, licet de rei conſecutione, ſpem aut fiduciam nō cōcipiamus. Continuo enim atque quis dijudicat epiſcopatū eſſe bonum, quāquam de illo habendo nulla effulgeat ſpes, amat illum. Ceterum ſpes, vel fiducia addit ſupra amorem tendentiam, inquiſitionem; & curſum, ſicut dicit Paulus: Sic currite, vt comprehendatis: ſpe enim mouemur ad rei amatæ conſecutionē. Sed pergit Diuus Thomas aliud conſtituere documentum.

Res amata tribus modis ſe pōt habere ad amantem.

Res (inquit) amata trib⁹ modis ſeſe poteſt habere ad amantem. vel enim iam habemus illam, & tunc amor perfectus, eſt iucūdiſsima rei amatę poſſeſsio; ſed tūc ſpes locum nō habet: quod habet enim quis, quid ſperat? vel eſt impoſsibilis adeptu, & tunc ſpes euaneſcit; vel eſt poſsibilis, ſed ardua & difficilis: & hæc eſt habitudo ſperātis, & confidentis ad rem ſperatā. Ex his pricipijs ſic ratiocinatur D. Thom. beatitudo, cum ſit perfectiſsimum bonum, & vltimus finis noſtri deſiderij, & amoris, neceſſum eſt quod hæc omnia compleat. & ſic iſtis tribus correſpondēt aliqua in uita beata. Nam perfecta cognitio, q̄ eſt uiſio diuinæ eſſentiæ, correſpondet imperfectæ cognitioni fidei iuxta illud Paul. primæ Corinth. 13. Videmus nunc per ſpeculum in ęnigmate; tunc autem facie ad faciem.

1. Cor. 13.

Præſentia uero finis, correſpōdet ſpei; ſed delectatio in pręſentia conſequitur dilectionem. & ideo ad beatitudinē neceſſum eſt, iſta tria cōcurrere, viſionem, quæ eſt cognitio perfecta; cōprehenſionem, quæ importat præſentiam finis; delectationem vel fruitionem, quæ importat quietationem rei amantis in amato.

poteſt ergo producere notitiam intuitiuam rei abſentis.

Tertiũ. Ad hæc, ut habeatur notitia intuitiua de aliquo, nõ eſt neceſſe, quod ſit, neque ut cõcurrat tamquam obiectum: Deus namque habet notitiam intuitiuam de futuris cõtingentibus, & beati de rebus futuris, & angeli habent notitiã de rebus materialibus, nõ cõcurrentibus obiectiue, vt placet D. Tho. ergo poteſt Deus infundere notitiam ſui, ipſo Deo abſente.

Prior cõcluſio. Profecto uidetur quod Deus poſſit impedire, lapide exiſtente ob oculos meos, omnẽ actionẽ lapidis, & facere quod ego viderem lapidẽ. at tunc, lapis eodem modo ſe haberet, atque eſſet abſens: ergo ad eundem modum poterit Deus facere notitiam ſui intuitiuam, ipſo cõcurrẽte effectiue, & non obiectiue.

Argum. Ex his, conficitur argumentum in principio adductum, & eius uis demonſtratur. Nam talis homo eſt beatus, ſiquidem uidet Deum ſicuti eſt: at non comprehendit Deum, vtpote qui abſens eſt.

Vltimo. Denique ad extremum ſic argumentor. Non minus ad vitam beatã eſt neceſſaria delectatio & fruitio, quam cõprehenſio. Sed poteſt eſſe beatitudo ſine delectatione, ut ſuperiori articulo expoſitum eſt. Ergo ad beatitudinẽ nõ requiritur comprehenſio. & ſic poterit eſſe beatitudo ſine comprehenſione. Vt hæc quæſtio elucidetur, primum ſic ſtatuo, eſſe prorſus impoſſibile, quod quis ſit beatus ſine comprehenſione. Nam beatitudo eſt cõſecutio ſummi boni: ſed conſecutio ſummi boni, ſine comprehenſione intelligi non poteſt. Ergo fieri non poteſt, ut ſit beatitudo ſine comprehenſione. Deinde, quod ſit beatitudo ſine cõprehenſione eſt euidens contradictio: etenim ſi eſt beatitudo, eſt conſecutio ſummi boni: at ſi non eſt comprehenſio, non eſt conſecutio ſummi boni: ſequitur ergo euidẽs contradictio. Vnde ad argumenta breuiter reſpondebo.

Ad argum. Nam ad primum dico, quod ſi ille caſus eſt poſſibilis, talis homo, ſicut eſſet beatus, ſic comprehenderet ipſum Deum, ſiquidem haberet Deum præſentem, atque ſic ſuis oculis illum cerneret. Vel dicito, quod quãquam fieri poſſit, ut Deus infundat notitiã intuitiuam aliarum rerum, abſque earũ præſentia: at in uiſione diuinæ eſſentiæ hoc eſt impoſſibile prorſus: tum quoniam diuina eſſentia eſt ubique præſens per eſſentiam, præſentiam, & potentiam: tum uero, quoniam diuina eſſentia uideri non poteſt per aliquam ſimilitudinem creatam, propter quod, ut uideatur diuina eſſentia, neceſſum eſt omnino, ut ipſa diuina eſſentia uniatur intellectui creato, in ratione ſpeciei intelligibilis: quod non poteſt fieri ſine Dei præſentia. de qua re in prima parte diſputatum eſt diligenter.

Ad vltim. Ex his patet ad alia argumẽta. excipio vltimum, ad quod dicendum eſt, quod delectatio eſt propria paſſio beatitudinis, comprehenſio uero eſt beatitudinis eſſentia. & ideo non eſt ſimilis argumentandi ratio.

Argum. Sed ut ad ultimam dubitationem deueniatur, ſcire oportet, quod ex commemoratis in ſuperiori diſputatione, poteſt produci tale argumentum ad comprobandum, quod uiſio Dei cum amore, & fruitione, non ſufficiat ad hominem beatificãdum. Nam poteſt quis videre Deum, & habere Deum abſentem: ergo poteſt quis uidere Deũ, & non eſſe beatum. Anteccedens probatur facta illa hypotheſi, quod Deus daret notitiam ſui intuitiuam ipſo abſente. Sed iam hæc dubitatio explicata eſt, ſi ... ſuperiora memoria teneantur: nam iam demonſtratum eſt, eſſe omnino impoſſibile, quod aliquis uideat Deum, & non habeat præſentem Deum.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum ad beatitudinem requiratur rectitudo uoluntatis.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſio. Rectitudo uoluntatis requiritur ad beatitudinem antecedenter: quæ concluſio veriſsima, & argumentatio D. Thomæ, recte procedit. Nã ordo volũtatis ad finem eſt, ſicuti ordo materiæ ad formam: eſt enim velut perfectibile ad ſuam perfectionẽ. quapropter finis comparatur ad id, quod ordinatur ad finem, ſicut forma ad materiam, quæ ſi non eſt diſpoſita, non conſequitur formam. Ita ſane uoluntas non poteſt debite conſequi finem ſuum, niſi habeat debitum ordinem ad vltimum finem, in quo rectitudo voluntatis cõſiſtit.

Poſterior Concluſio. Rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem conſequenter, & concomitanter, quia, ſicut in præſenti ſtatu nihil cupit, uel amat uoluntas, niſi ſub communi ratione boni, ſic beatorum voluntas nihil poteſt diligere, niſi ſub ratione diuinæ bonitatis, quæ voluntas rectiſsima eſt.

EXPLICATIO ARTICV

Certe ſecundum legẽ a Deo ſtatutam, nemini poteſt eſſe dubium, quin ad vitam beatam requiratur rectitudo uoluntatis, *Poſterior concluſ.* tum antecedẽter, tum conſequenter, & concomitanter. Quod ſi quis eſt paullus, qui ad huius rei confirmationem ſacras ſcripturas expoſtulet, ut huic ſatisfaciam, in primis eſt illa Matthæi quinto, *Mat. 5.* Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum uidebunt: & Hebræ. duodecimo dicit Paullus: *Hebr. 12.* Pacem ſequimini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo uidebit Deum. & Iacobus capitulo primo: *Iac. 1.* Religio munda & immaculata apud Deum & Patrem hæc eſt, uiſitare pupillos, & immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo. & in Pſalm. 14. Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? *Pſal. 14.* qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiam. & Sapien. ſeptimo: Nihil inquinatum incurrit in eam. *Sap. 7.* & Eſai. trigeſimoquinto: *Eſa. 35.* Via ſancta uocabitur, & nõ tranſibit per eam pollutus. Denique in hoc exſuperat noſtra religio omnes alias religiones, & philoſophorum ſectas, quod ſummam requirit munditiam a ſuis ſectatoribus, in cognitione, locutione, & opere: propter quod, lex Dei uocatur lex Domini immaculata, cuſtodiens animas. *Pſal. 18.* Hac veritate ſtabilita & confirmata, ſequitur grauis quæſtio.

Quæſt. gra. vtrum beati peccare poſſint. Vtrum beati in uita beata ſic habeant rectitudinem uoluntatis, ut peccare deinceps non poſſint, efficianturque omnino impeccabiles. A parte negatiua ſic arguitur.

Pars negatiua. Primũ argu. Nam angeli, qui Deo aſſiſtunt, beati ſunt atque felices: Sed in angelis, qui Deo aſſiſtunt, poteſt eſſe peccatum, iuxta illud Iob capitulo quarto: *Iob. 4.* Ecce qui ſeruiunt ei, non ſunt ſtabiles, & in angelis ſuis reperit prauitatem.

Secundum. Deinde, beatitudo non tollit, neque deſtruit naturam voluntatis humanæ. Sed noſtra uoluntas ſuapte natura, uertibilis eſt de bono in malum. Ergo beati atque felices non habent uoluntatem immutabilem in bono. Certe quod beati atque felices, ex natura, & ex ſtatu beatitudinis non habeant quod ſint impeccabiles, ſed tantum ex dono gratiæ, eos in bono confirmantis, docent Doctores bene docti. *Scotus, Gab. Adam.* Scotus primo, diſtinctione primi, quæſtione quarta, & in quarto diſtinctione quadrageſimanona, quæſtione ſexta, & Gab. prima diſtinctione primi, quæſtione ſexta, & in ſecundo diſtinctione ſeptima, quæſtione prima, Adam, & alij huius farinæ. Sentiunt itaque prædicti auctores quod beati ex natura beatitudinis poſſunt peccare, & odio habere Deum, ut ſi cognoſcerent eos cõdemnaturum, uel aliquem eorum amicum. Addunt præterea, quod ad experiendam ſuam libertatem, poſſunt a Dei viſione, & fruitione deſiſtere. Hæc ſententia probatur argumentis non contemnendis.

In

In primis, beati ex ſtatu beatitudinis non perdunt naturam, neque proprietates naturales. Sed ad rationalem creaturam naturaliter conſequitur liberum arbitrium, in bonum, & in malum flexibile, ad quod ſubinde ſubſequitur poſſibilitas peccandi: ergo beati poſſunt peccare.

Deinde, quidquid recipitur, ad modũ recipientis recipitur, vt habet Prouerbium. Sed beatitudo recipitur in libero arbitrio, quod eſt ad malum, & bonum flexibile: ergo beatitudo non excludit peccandi poſſibilitatem.

Præterea, dato (diſputationis gratia) quod homo reprobus, dum hic viuit, videret diuinã eſſentiam (quod fieri poſſe omnes Theologi concedunt) in ea certe videret ſuam damnationem, qui proinde apprehẽderet Deũ ſub ratione mali, & nociui: poterit ergo odio habere Deum.

Sextum. Ad hæc, ſi ita res ſe habet, quod beati neceſſario amant Deum, & ſunt omnino impeccabiles, ſequuntur hæc incommoda. In primis ſequitur, quod non ſunt liberi in vita beata quod aſſerere abſurdiſſimum eſt.

Quintum. Deinde, licet neceſſario ament Deum (quod adhuc in ambiguo eſt) verum nõ neceſſitantur ad alia præcepta obſeruanda, neque ad alia media proſequenda: quemadmodum, licet Deus ſe amet neceſſario, alia tamẽ libere amat. Ergo in aliis mediis proſequendis, cum maneat omnimoda libertas, peccare poſſunt: vel ſaltem ſequitur hoc incommodũ, quod omnia opera beatorum ſunt neceſſaria, & quod in nullo libertatem habeant. Nam ſi concedas quod in aliquo opere libertate gaudeãt, ſtatuamus quod Deus illud opus præcipiat: tunc conficio hoc argumentũ. Beatus poteſt illud opus a Deo præceptũ facere; & non facere: ergo poteſt peccare.

Iam vero quis prohibet, quod in vita beata poſſint eſſe peccata venialia: ſiquidem peccata venialia nõ aduerſantur caritati, vt habet ſana doctrina.

Septimum. Inſuper, de potentia Dei abſoluta duo contraria poſſunt eſſe in eodem ſubiecto ſimul: quapropter tempore paſſionis Dominicæ in anima Chriſti fuit ſummum gaudium, & ſumma triſtitia. Ergo de potentia Dei abſoluta, poteſt eſſe in vita beata ſummus amor, & ſummum odiũ Dei.

Vltimum. Denique, beatus ſi vult, peccare poteſt: ergo abſolute & ſimpliciter peccare poteſt. Antecedens huius argumenti eſt veriſſimum: nam eſt vna conditionalis, quæ eſt recta conſecutio: imo veriſſimũ eſt, quod ſi Deus vult peccare, poteſt. Conſequentia argumenti probatur, quoniam id quod aliquis poteſt facere, ſi vult, abſolute poteſt facere. Hæc ſunt argumẽta, quibus perſuadere nitũtur auctores cõmemorati, ꝙ beati ex ſtatu beatitudinis peccare poſſunt, niſi per gratiam Dei, in bono eſſent confirmati.

Expoſitio quæſt. In hac quæſtione explicanda duo faciam, eaque breui expediam: demonſtrabo in primis contra Origenem, ꝙ beati ſunt impeccabiles; deinde oſtendam, vnde ſint impeccabiles; ex ſtatu beatitudinis, an potius ex dono gratiæ, eos in bono confirmantis.

Orig. Vt igitur primum breuiter, & ſummatim definiam, ſcire oportet, quod Origenes homil. 23. ſuper Lucam docet, quod non ſolum angeli beati poſſunt peccare, verum etiam quod aliquando peccant. Nam interdum angeli cuſtodiæ hominum deputati, ſunt in culpa & negligẽtia, & ideo reprehenduntur a Deo: refertúrque hæc ſentẽtia inter errores Origenis, quod aſſeruit angelos, & animas beatorum, poſt beatitudinem, iterum poſſe in miſeriã deuenire. Atqui Iacobus Faber in opuſculo quodam de triplici Magdalena, obiiciens ſibi auctoritatem D. Tho. qui aſſerat vnicam tantum fuiſſe Magdalenam, reſpondet ſtatim ſententiis Diui Thomæ non eſſe adhærendum, quippe qui errauerit in hoc articulo, dicens beatos eſſe impeccabiles.

Faber.

Nihilominus definitio fidei irrefragabilis eſt, beatos eſſe impeccabiles, eoſque habere voluntatẽ immutabilẽ in bono. quod demõſtro. Primũ, ex auctoritate Eccleſiæ, quæ eſt columna, & firmamentum veritatis. Deinde ex diuinis ſcripturis, Pſalm. 83. Beati qui habitãt in domo tua Domine: in ſęcula ſęculorum laudabunt te, id eſt, ſine fine. Eſaiæ trigeſimotertio: Oculi tui videbunt Ieruſalẽ ciuitatem opulentam, tabernaculum quod nequaquã transferri poteſt, nec auferentur claui eius in ſempiternum, & funiculi eius nũquam diſrumpentur; quia ſolummodo ibi eſt magnificus Dominus Deus noſter. & 1. Pet. capitulo primo. Regenerauit nos in hæreditatem incorruptibilem, & incõtaminatam. & Apoca. capitul. tertio. Qui vicerit, faciam illum columnã in templo Dei mei, & foras nõ egredietur amplius. Denique huiuſmodi ſunt innumerabilia teſtimonia veteris, & noui teſtamenti, quæ aſſerunt beatitudinem eſſe ſempiternam, & per peccatum nõ poſſe deperdi. Argumẽta vero rationis, ex diuina Theologia adducta, in ſequentibus deſignabuntur.

Pſal. 83.
Eſa. 33.
1. Pet. 1.
Apoc. 3.

Reſpõdetur Origeni & Fabro. Ad Origenẽ dico, quod in hac parte notatur de errore, & hæreſi, & ideo eſt cauendus. Ad Fabrum dico, quod notatur in hac parte de imperitia, & illi poſſumus dicere, quod tractent fabrilia fabri. Ad ſentẽtiam vero adductam ex lib. Iob capitulo 4 dico, quod habet varias interpretationes; quidã interpretãtur de angelis viatoribus. quod ſi explicetur de angelis beatis, ſenſus & interpretatio eſt, quod quantum eſt ex natura ſua, poſſunt peccare; ſic explicat D. Gregor. 5. moral. capitul. 27. Alij interpretantur, quod nomine prauitatis non intelligatur peccatum, ſed ignorantia, aut alius defectus: propter quod dicit D. Dionyſ. quod angeli ſuperiores purgant, & illuminant angelos inferiores. Alii ſic explicant, vt dicant ſenſum eſſe, ſtabilem illam, & immutabilem naturã non habere angelos, quã habet Deus: vnde Hebraiſmus proprie habet, & in ſeruis ſuis nõ credit: ſunt enim mutabiles, ſi ſuę relinquantur naturæ.

Iob. 4.
D. Greg.
Dionyſ.

Ad ſecundũ. Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, quod gratia, & gloria non tollunt naturam: tollunt tamen & deſtruunt defectus naturæ. porro peccatum non eſt natura, ſed defectus naturæ. ꝙ ſi ab anima beata aufertur poſſibilitas peccandi, non adimitur ei aliqua perfectio: nã poſſe peccare, magna imperfectio eſt.

vnde prouenit quod beati ſint impeccabiles. Sed ſupereſt, vt explicemus, Vnde veniat ꝙ beati ſint impeccabiles, & manum conferamus cum Scoto & aliis, qui exiſtimant non venire ex natura beatitudinis, ſed ex dono gratię, confirmantis beatos in bono.

Durand. Durand. in 2. diſtinct. 7. quæſtion. 1. & diſtin. 23. quæſtio. 1. docet hoc proficiſci ex eo, ꝙ in beatis nõ poteſt eſſe error in intellectu: & ſic ratiocinatur. Beati videntes Deũ, cognoſcunt plene omnia, quę ad ſe ſpectãt, & vniuerſa quæ in quouis negotio agẽda ſunt: & nõ exiſtente errore in intellectu nõ põt eſſe peruerſitas, neque peccatum in voluntate, dicente Ariſtot. 3. Ethico. capitulo. 1. omnis prauus eſt ignorãs. & teſtante ſacro eloquio Prouerb. 14. Errãt omnes, qui operantur malũ. Certe hæc argumẽtatio Durandi efficax eſt, quæ confirmatur alio argumento non minoris efficaciæ.

Ariſtot.
Prouerb. 14.

Nam viſio diuinæ eſſentiæ, eſt ſummum bonum, ſiquidem eſt noſtra beatitudo: ergo facit beatos & felices impeccabiles. Profecto ſi beatitudo nõ excluderet omne malum, & poſſibilitatem peccandi, ſummum bonum non eſſet, neq; appetitum noſtrum ſedare, & exſaturare poſſet. Præterea, ad vitam beatã bonitas maxime neceſſaria eſt; vtique neceſſarium eſt, vt beatus bonus ſit: ergo ſi viſio diuinæ eſſentiæ non facit beatum, bonum & impeccabilem, non eſt beatitudo, neque ſufficiens bonum ad hominem beandum.

D. Thom. Has rationes accepit Durand. ex D. Tho. de verit. quæſtio. vigeſimaſecunda, articul. ſexto, & quæſt. vigeſimaquarta. articu. 8. & tertio, cont. Gẽt. capitulo 62. & quarto lib. capitulo. 92. & 1. part. quæſtione ſexageſimaſecunda, articulo octauo.

Sed D. Thom. in locis dudum citatis ſcribit beatos eſſe impeccabiles, tũ ex parte intellectus, tum ex parte voluntatis. Ex parte intellectus quidem, quoniam habent lumen gloriæ, habentque obiectum præſentiſſimũ: namq; vident omnia quæ ad ſtatum eorum pertinẽt, & vniuerſa quæ in quouis negotio agenda ſunt. Sed ex parte voluntatis ſic ratiocinatur D. Thom. Nam beati vident eſſentiam bonitatis, & vniuerſam rationem boni, tam vniuerſalem, quam particularẽ: ergo quidquid amãt, propter illud ſummum bonũ amant, ac ſubinde a rectitudine, & probitate auerti numquam valent. Conſecutio huius argumenti inde probatur. Nam eſſentia bonitatis in ordine ad videntem Deum ſic ſe habet, ſicut bonum in communi ad creaturam rationalem, dum hanc viuit vitam. Sed creatura rationalis nihil poteſt velle, niſi ſub ratione boni in cõmuni: Ergo vidẽs Deum nihil poteſt velle, niſi propter illud ſummum bonum, quod videt, & poſſidet, in quo rectitu-

do uoluntatis maxime ſita eſt, ut nihil uelit, cupiatue, niſi pp uerum & ſummum bonum. Vim & efficaciam huius argumentationis explicat Caiet. quem proinde legendum cenſeo. Sed ueniamus ad aliam huius rei demõſtrationem. Certe beatus nõ poteſt nolle beatitudinem, ſicut non poteſt uelle miſeriam: Sed beatus dilucidiſſime cognoſcit, quod ſtatim atque peccat, perdit beatitudinem: ergo non poteſt uelle peccare. Denique beatus in omnibus deſiderat Deo placere, & in uita beata perſeuerare, ſed dignoſcit optime ad hoc eſſe neceſſarium ut non peccet: ergo ſemper uult non peccare: qui enim efficaciter vult finem, efficaciter uult media, quæ ſunt neceſſaria ad finem. Sed & hæc ueritas demonſtrata eſt euidentius in art. 1. huius quæſtionis, ubi pleniſſime oſtẽſum eſt, quod beati neceſſario amant, & fruuntur, ſic adeo, ut ab amore & delectatione deſiſtere non ualeant.

Caiet.

Ex quibus liquido conſtat, q uita beata de ſe ſine eo, q ei aliquid ſuperaddatur, excludit oẽ malum, & oẽm poſſibilitatem peccandi, & perdẽdi felicitatis ſtatũ; alioqui beatitudo non eſſet, vñ beati atq; felices, ex beatitudinis proprietate, & non ex priuilegio, ſunt impeccabiles. Sed ut hæc ueritas euidenter, & diſtincte intelligat, ſtatuatur ſolito more prima Concluſio ad mẽtem doctiſſimi patris Victoriæ, Deus de ſua oĩpotentia põt dare uiſionem ſui, illi, qui ſemper fuit in peccato mortali, & põt damnatos ſaluare. Hæc concluſio cum loquatur de potentia Dei abſoluta, liquida eſt: nã Deus poteſt gratis ignoſcere, & cõdonare peccata. Verũ uero poſſit condonari & remitti pctũ, ſine aliquo dolore, & ꝓpoſito non peccãdi; alia qõ eſt, q̃ in materia de pœnitentia inueſtigari ſolet.

Prim. Cõc. Victor in Prima Cõc. Deus poteſt dãnatos ſaluare

Secunda Concluſio. Deus, quæ ſua eſt omnipotentia, poteſt dare uiſionem ſui, homini exiſtẽti in peccato mortali, hoc eſt, illi qui prius commiſit peccatum mortale, & non fuit illi remiſſum; uerum talis non eſſet beatus, quia ſimul cum Dei uiſione haberet culpæ miſeriam.

Secũd. Cõc.

Tertia Concluſio. Deus de potentia abſoluta poteſt dare uiſionẽ ſui, exiſtenti actu in peccato. Sed tũc uidetur, quod in primo exordio eſſe uiſionis, ſtatim deſineret peccare, propter rationes ſuperius adductas, quib. ſatis probatum exiſtimo, quod uidens Deum, non poteſt peccare.

Tertia Cõc.

Et ſi dicas, q Deus in illo inſtanti põt impedire actiuitatẽ uiſionis beatificæ, & ſic non amabit Deũ, poteritque perſeuerare in ſuo peccato: Rñdebat doctiſſimus Victoria, id poſſe concedi, neque facile poſſe impugnari: unde iuxta hanc opinionẽ, uidens Deũ de potentia abſoluta, põt peccare. Nos in ſuperioribus docuimus, q lege ſtatuta ſeruandũ eſt & id quod natura beatitudinis expoſtulat: Deus uero uirtute miraculoſa põt contrariũ efficere. Ego uero quid de hac re ſentiam, breuiter complectar.

Obiectio Solutio M. victoriæ

Sentio certe, Deum de ſua omnipotentia poſſe auferre a beato lumen gloriæ, & uiſionem beatificam, quib. ablatis, beatus poteſt peccare: nam iam non manet beatus.

Proba ſententia

Deinde aio, q poſtquam Deus promiſit iuſtis in præmium uiſionem beatam, non poteſt eis eam denegare: nã licet negando præmium iuſtis, nullam faceret iniuriam beatis, prout demonſtrabitur in materia de gratia; negaret tñ ſeipſum, & ſuam ueritatem, & non exſolueret Chriſto Domino, quod ꝓmeruit de omni rigore iuſtitiæ: itaq; Deus confert neceſſario uiſionem beatificã iuſtis in præmium. Sed hæc neceſſitas non tollit Dei omnipotẽtiam, qua poteſt omnes beatos de cælo deiicere: eſt enim neceſſitas ex ſuppoſitione, quæ non tollit Dei omnipotentiam, qua poteſt omnes beatos in nihilum redigere.

Denique, ad extremũ decerno eſſe prorſus impoſſibile, q uidentes Deũ poſſint peccare. ſic docet Capreol. in 1. d. 1. q. 2. concluſione 4. & demõſtratur eſſe uerum, hoc pacto. Nam uidentes Deum, uident eſſentiam & fontem bonitatis, & omnem rõnem boni, tum uniuerſalem, tum particularem: ergo quidquid amant, amant pp ſummum bonum: quõ ergo peccare poterunt? Deinde, uoluntas nõ põt uelle aliquid, niſi ſub rõne boni. quod adeo certum eſt, ut nulla rõne aut potẽtia fieri poſſit, ut feratur in malum, ſub rõne mali. Sed intellectus non poteſt proponere uoluntati in uita beata, q ſit bonũ deſiſtere a Dei amore & fruitione, aut perdere uitam beatam per pctũ. Ergo beatus peccare non poteſt. Vltimo; Poſito efficaci imperio ex parte intellectus, uoluntas non poteſt non præſtare obedientiam. Sed uiſio beata non ſolum eſt ſpeculatiua, ſed ẽt eſt imperium efficax, quo eſt [illegible] imperat amorẽ Dei: ergo neceſſarium eſt ut amor Dei [illegible]

Cap.

Ad argumenta dicendum eſt; ad ea, inquam [illegible] bant, quod beati ex priuilegio, & non ex natura beatitudinis ſint impeccabiles. Ad primum dicendum, quod rationalis creatura in uita beata, manet in [illegible] & [illegible] libera: non enim eſt proprietas libertatis poſſe peccare: ut patet in Deo, & in anima Chriſti, in quibus peccatum eſſe nequit. Libera namque uoluntas [illegible] habet duo; alterum eſt, poſſe operari, & non operari; alterum eſt, poſſe peccare. hoc ultimum prouenit ex defectu, & imperfectione liberi arbitrij. & q[illegible] in uita beata procul abeſt omnis imperfectio, abeſt [illegible] inde peccandi poſſibilitas. Vel dicendum, quod liberum arbitrium rationalis creaturæ de ſe in bonum & in malum conuerti poteſt, ſed ex coniunctione ad [illegible] beatificam, in malum flecti non poteſt: ſicut anima Chriſti Domini ex coniunctione ad diuinitatem peccare nõ poteſt. Vel dicat Theologus, quod liberum arbitrium in uita beata, iam non conſideratur, ut liberum arbitrium, ſed ut natura quædam determinata ad unum, & ad bonum, quod ſuperius plene expoſitum eſt.

ad primum

Ad ſecundum dicendum, quod perfectio ineſt perfectibili ad modum ipſius, ſed tollendo imperfectionem, & defectum cuiuſmodi eſt, poſſe peccare.

ad ſecundum

Ad tertium dicendum eſt, quod licet ille uideat ſuam damnationem in uiſione diuinæ eſſentiæ, non poterit Deum odio habere; quia in eo, quod uidet, ſplendet omnis bonitatis ratio, & plenitudo, cuius quædam portio eſt ipſius damnatio meritiſſima: eſt enim homini beato amabiliſſima diuinæ iuſtitiæ diſpoſitio, & executio.

ad tertium

Ad quartum dicendum, quod beati multos actus habent liberos; quamquam enim neceſſitatur ad amandũ Deum, ſed ad alia amanda, & proſequenda non neceſſitantur, ſicut ad plenum expoſitum eſt primo artic. huius quæſtionis itaq; beati, in uita beata habent ſe ſicut Deus, Deus namque neceſſario ſe amat, & alia a ſe libere. His addere oportet, non eſſe inconueniens, quod poſtquam beati neceſſitantur ad finem, ad aliquem actum neceſſarium ad beatitudinis conſeruationem neceſſitari, uidelicet uelle implere uoluntatem Dei, tametſi ad alios actus particulares libere ſe habeant.

ad quartũ

Ad quintum dicendũ, quod licet in proſecutione mediorum, & in alijs multis actibus beati libere ſe gerant, non eſt conſequens, quod poſſint peccare; ſiquidem uniuerſa hæc diligunt propter ſummum bonum; quemadmodum Chriſtus Dominus in ſuis operibus libere ſe habebat, & poterat operari, & non operari; mori, & non mori: at peccare non poterat, quippe qui habebat uoluntatem ex bono confirmatam.

ad quintum

Ad ſextum dicendum, quod licet peccata uenialia nõ aduerſentur caritati, aduerſantur tamen feruentiſſimæ caritati, cuiuſmodi eſt in uita beata.

ad ſextum

Ad ſeptimum dicendum, quod quidquid ſit de alijs contrarijs, certe odium Dei non poteſt eſſe in uita beata: nam obiectum odij, eſt malum uerum, uel apparens; in uita autem felici nulla apparet ratio mali.

ad ſeptimũ

Ad ultimum neganda eſt conſequentia: nam conditionalis illa, habet antecedens omnino impoſſibile: impoſſibile namque eſt, quod beatus uelit peccare: unde quemadmodum non ſequitur, ſi Chimera uult peccare, poteſt: ergo abſolute poteſt peccare; ſic non ſequitur, ſi beatus vult peccare, poteſt: ergo abſolute peccare poteſt. de confutatione huius argumenti uide D. Th. quod lib. 5. artic. 4.

ad Vltimũ

D. Thom.

Sed quamquam argumenta aduerſariorum confutata ſunt competenter, ſemper tamen manet ſcrupulus. Nam probationes, quibus utitur D. Thom. in confirmationem ſuæ doctrinæ, inualidæ & friuolæ uidentur. ea namque, quæ adducta eſt ex parte intellectus, uarias calũnias habet. tum quoniam beati non cognoſcunt omnia agenda, ſed tantum ea, quæ pertinent ad ſtatum ſuum: ergo circa alia agenda peccare poſſunt. Tum uero, quoniam angeli, licet non potuerint peccare circa naturalia, at

Obiectiones contra probationẽ D. Thom.

 pecca-

p[e]ccarunt circa ſupernaturalia: ergo licet beati non ua-leant peccare circa ea, q̃ intuentur in diuina eſſentia, pec care poterunt circa ea, q̃ non uident in diuina eſſentia.

Solutio. Ad hæc dicendum, q̃ breuiſſime potero, ꝙ quamquam beati non uideant omnia in diuina eſſentia; at ſunt pru[dent]iſſimi, & ideo [nu]nquam opinā[tur], neq; aſſentiū[tur] alicui rei cū [formid]ine, & pe[riculo] errādi, ſed [ſemper] uideant actū. [Vel dici]tur, ꝙ ex Dei uiſione ſe-quitur ſummus amor, ex ſummo

Concluſio. amore, ſūma dili gentia, ad inſpiciē dū, q[uid] dico; facita ſunt: & ita num-quā peccare pñt. Denique [dic]o, ꝙ

Secũ. con. licet beatis ex na tura beatitudinis non debeatur, ꝙ uideant omnia in Deo, ceterum de betur beato, ꝙ quonietiamq; ali quid [agen]dū eſt, a[lia] [int]ruatur, [quæ] [ſunt] [a]gēdum. [Idem] ſit ſimile

2. Cor. 5. de angelis. Nam quamquam an-geli in naturali-bus fuerint per-fectiſſimi, non tamen cognoſce-bant omnium a-gendorum ratio-nem, & circumſtantias, & ideo peccare potuerunt: beati uero (ut dictum eſt) omnium agendorum rationes intuen tur in Deo.

Obiicitur deinde. Primum. Sed rationes, quę allatæ ſunt ex parte uoluntatis, in omnibus inualidæ apparent.

Nam ex eo quod quidquid amat beatus, amat propter Deum, tolum ſequitur, quod non poſſit peccare peccatū commiſſionis: ſed non probat, quod non poſſit omittere actum, & ſic peccare peccatum omiſſionis.

Secundum. D. Th. Deinde, ſola ea uoluntas eſt impeccabilis, quæ eſt ipſa regula ſuarum operationum, prout demonſtrat D. Tho. 1. p. q. 63. art. 1. Sed uoluntas beati non eſt regula ſuarum operationum, ſiquidem regulatur uoluntate diuina. Ergo

Vltimum. non eſt impeccabilis. Vltimo, beatus de potentia Dei ab-ſoluta, poteſt non delectari, & amare, ut prædictum eſt. er go poteſt odio Deum habere. Conſequentia inde proba-tur. Nam amori tantum aduerſatur odium Dei: ergo ſi a-mor Dei non eſt neceſſarius, poterit ibi eſſe odium Dei. Ad hæc breui reſpondebo.

Ad primum. Ad primum dico, quod amor Dei ſuper omnia, exclu dit omne peccatum, & commiſſionis, & omiſſionis: uel di cendum, quod peccatum omiſſionis ſemper oritur ex i-gnorantia, uel ex inconſideratione, quæ in uita beata eſ-ſe nō poſſunt, uel ex actu uolūtatis, quo uolumus omit-tere; quem actum in beatitudine inuenire eſt impoſſibi-le, ſiquidem ibi nulla apparet ratio boni, ex qua uolun-tas ad omittendum moueatur.

Ad ſecundū. Ad ſecundum dicito, quod ea uoluntas eſt impeccabi lis, quæ eſt regula ſuarum operationum, uel quæ ſemper & inſeparabiliter habet coniunctam regulam bonarum operationum, cuiuſmodi eſt beatorum uoluntas: de quo

Caiet. lege Caiet. prima parte q. 63. art. 1.

Ad ultimum. Ad ultimum dico, quod id, quod aduerſatur calori, etiam aduerſatur cauſæ productiuæ caloris. quoniam igi tur Dei uiſio de ſe eſt amoris productiua, cōſequenter eſt, quod odium Dei, uiſioni beatæ aduerſetur. Item, Alia de cauſſa uiſio Dei diſſipat odium Dei, quoniam oſten-dit in Deo omnem rationem boni, & nullam ratio-nem mali; tollit ergo obiectum odij, ac ſubinde ipſum odium.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum ad beatitudinem requiratur corpus.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Ad beatitudinem imperfectam, quæ in hac uita habetur, requiritur corpus, cum operatio intellectus hic non ſit ſine phantaſmate.

Secunda Concluſio. Ad beatitudinē perfectam, quę in Dei viſione conſiſtit, non requiritur corpus; quamuis aliqui falſo crediderint, animas uſq; ad reſurrectionem non uidere Dei eſſentiam, quod eſt contra Apoſtolum ſecundæ Corinthiorum quinto. Voluntatem habemus peregrinari a corpore, & preſentes eſſe ad Deum. Quod per rationem etiam patet: quia beatitudo conſiſtit in viſione Dei, qui per phantaſma non videtur; & ſic non eſt neceſſarium corpus.

Tertia Concluſio. Ad beatitudinem perfectam requiritur corpus ad bene eſſe. Perfectio enim dupliciter conſideratur; vno modo, ad cōſtituēdam eſſentiam, vt anima requiritur ad perfectionē corporis; & hóc modo non requiritur corpus ad perfectionē beatitudinis: alio modo conſideratur perfectio ad bene eſſe, & ad perfectionem rei faciendam, vt eſt pulcritudo corporis, velocitas ingenij, & ſimilia, & hoc modo pertinet corpus ad perfectionē beatitudinis: nam operatio dependet ex natura rei. Quanto ergo anima eſt pręctior in ſua natura, tanto pręctiorē habebit ſuam operationē, in qua beatitudo conſiſtit. At anima ſeparata a corpore, habet inſeparabilē quādā inclinationē ad corpus; quapropter p[er]fectius eſſe habet in corpore.

EXPLICATIO ARTIC.

Ter. conc. Quæſt. gra. Num animę ſanctorū ante diem iudicij uideant Deum. Patrum antiquorum ſententiæ.

IN hoc articulo mouet ſ grauiſſima quæſtio, Num aīæ Sanctorum uſq; ad diē Iudicij Deum videant, & diuina uiſione fruantur? Ad hanc perdiffi cilem & obſcurā quæſtionem, uniuerſi fere Patres antiqui (ſi prima fronte inſpiciantur) negatiuā rñſionem adhibēt: horum ſentētiā, iuxta ſeriem temporum in quibus floruerunt, referam fideliter.

Iacob. Iacobus Apoſtolus in Lithurgia diuini ſacrificij, pro aīabus Sāctorum in Chro quieſcē-tiū, ita precatur, ut ſdicet eas nōdum ad locū ſpectatæ beatitudinis puenitle: eſt aūt forma precationis huiuſmodi: Domine Deus noſter memento omnium orthodoxorum, ac recte de fide ſentientium, ab Abel iuſto uſque ad hodiernum diem, fac eos requieſcere in regione uiuentium, in regno tuo, in delitiis paradiſi, in ſinu Abraham, Iſaac, & Iacob, ſanctorum Patrum noſtrorum; unde exſu-lat dolor, triſtitia, & gemitus; ubi præſidet lumen uultus tui, & perpetuo refulget.

Irenæus. Irenæus Epiſcopus Lugdunen-ſis, in fine libri aduerſus hæreſes Quinti ſic ait: Cum enim Dominus in medio umbræ mortis abierit, ubi animæ mortuorum erant, poſt deinde corporaliter reſurre-xerit, & poſt reſurrectionē aſſumptus ſit, manifeſtum eſt, quia & diſcipulorum eius, pp quos & hæc operatus eſt Dominus, animę abibunt in inuiſibilem locum, definitū eis a Deo, & ibi uſq; ad reſurrectionem commorabūtur, ſuſtinentes reſurrectionem, poſt recipientes corpora, & perfecte reſurgentes, hoc eſt, corporaliter, quemadmodū Chriſtus reſurrexit, & ſic uenient ad conſpectum Dei.

Iuſtinus. Iuſtinus philoſophus & martyr. in lib. quæſtionum a genti-bus poſitarum, q. 76. Si ante reſurrectionem nulla ſunt operum præmia, quis fructus fuit latroni cum in paradi-ſum eius animus introductus eſt; præſertim cum paradi-ſus ſub ſenſum cadat; animi aūt eſſentia non percipiatur ſenſibus? Rñſio, hoc latro conſecutus eſt cum in paradi-ſum intrauit, ꝙ re ipſa fidei emolumentum, fructumq; cognouit, quia dignus eſt habitus cœtu beatorum, in quo cuſtoditur ad reſurrectionis, remunerationiſq; diem, ha betq; paradiſi ſenſum, intelligentiæ ſenſu, qui dicitur, quo animi & ſeipſi uident, & quæ ſunt ſub ipſis, & præto rea angelos atq; dæmones. & rurſum q. 60. Nemini, in-

Tertull. quit, ante reſurrectionem ex his, quæ in uita geſſit, præ mium redditur. Tertull. lib. aduerſus Martionem quar-to ait. Vnde apparet ſapienti cuique, qui aliquando Ely-ſios campos audierit, eſſe aliquā localē determinationē quæ ſinus dicta ſit Abrahæ, ad recipiendas aīas filiorum eius, etiam ex nationibus patris, ſcilicet multarū natio-num

num in Abrahæ cenſum deputandarũ, & ex eadem fide, qua & Abrahã credidit Deo, nullo ſub iugo legis, nec in ſigno circunciſionis. Eam itaq; regionem, ſinũ dico Abrahę, etſi non cęleſtem, ſublimiorem tñ inferis, interim refrigerium præbituram animabus iuſtorum, donec conſummatio rerũ reſurrectionem oĩum, plenitudine mercedis expungat, hic appariturа cæleſti promiſſione, ad quam aſcenſum Chriſtus ædificat in cælum, ubi eſt locus æternus. Item lib. de Anima c. antepen. Nemini, inquit, ante reſurrectionem ex his, quæ in uita geſſit, præmium redditur. Idem ruſus lib. de Aĩa c. antepenult. Si Chrs forma humanæ mortis apud inferos functus, non ante aſcendit in ſublimiora cælorum, q̃ deſcendit in inferiora terrarũ, ut illic Patriarchas & Prophetas, compotes ſui faceret, habes & regionem inferorum ſubterraneam credere, & illos cubito pellere, qui ſatis ſuperbe non putent aĩas fidelium inferis dignas, ſerui ſup dñm, & diſcipuli ſuper magiſtrũ aſpernati, ſi forte in Abrahæ ſinu; exſpectandæ reſurrectionis ſolatiũ carperẽt: & paulo infra: Nulli patet cęlũ, terra adhuc ſalua, ne dixerim clauſa: cũ tranſactione n. mũdi reſerabuntur regna cælorũ. & poſt aliqua addit: Habes & de paradiſo a nobis libellum, quo cõſtituimus, oẽm aĩam apud inferos ſequeſtrari in diem Domini. Demũ c. ult. hęc intulit. Oẽs ergo aĩę apud inferos, uelis ac nolis, ſunt, & ſupplicia iam illic & refrigeria, habes pauperem & diuitem. Cur. n. non putes animã & puniri apud inferos interim ſub exſpectatione utriuſq; iudicij? quid ergo fiet in tpe iſto? dormiemus? at enim animæ, neque in uiuentibus dormiunt: corporum n. eſt ſomnus: nonne & apud inferos aĩa & gaudere, & dolere ſine carne, quia & in carne illæſa, ſi uelit, dolet; & læſa, ſi uelit, gaudet. hoc ſi ex arbitrio ſuo in uita fit, quanto magis ex iudicio Dei poſt mortẽ? Clemens Rom. lib. hypothypoſeon ſecundo, ex ſnia Petri dicit hæc: Quemadmodum magiſter noſter Chriſtus non ſtatim euolãs abijt, ſed ſuſtinẽs definitum a Patre reſurrectionis ſuæ tps, quod & per Ionam manifeſtum eſt, poſt triduum reſurgens aſſumtus eſt; ſic & nos ſuſtinere oportet reſurrectionis, & gloriæ noſtræ tps, prænunciatum a Prophetis, & ſic reſurgentes aſſumi in cælum: interim uero, oportet aĩas uſq; ad diem Iudicij extra cælum, patienter futuram gloriam exſpectare. Origen hom. 7. in Leuit. Nondum (ait) ſancti receperunt lętitiam ſuam, nec apoſtoli quidem, ſed & ipſi exſpectant, ut ego lætitiæ eorum particeps fiam. Nec. n. decedentes hinc Sãcti, continuo integra meritorum ſuorum præmia conſequuntur, ſed exſpectant ẽt nos, licet morantes, licet deſides: non eſt. n. illis perfecta lætitia, donec p erroribus noſtris dolent, & lugent noſtra peccata, ſicut Paul. dicit; nondum aſſecuti ſunt promiſſiones, Deo pro nobis melius aliquid prouidẽte, ne ſine nobis perfectionem conſequerentur. Vides ergo, quia exſpectat adhuc Abraham, ut quæ perfecta ſunt conſequatur: exſpectat & Iſaac & Iacob, & oes Prophetæ exſpectãt nos, ut nobiſcũ perfectã beatitudinem percipiant. Idem libr. Periarchon ſecundo, non longe a fine, loquens de loco, ad quem aĩæ Sãctorũ tendunt poſt mortem; Puto, inquit, quod Sancti quiq; decedentes ex hac uita permaneant in loco aliquo in terra poſito, quem Paradiſum dicit ſcriptura diuina, uelut in quodam eruditionis loco, & ut ita dixerim, auditorio, uel ſcola aĩarum, in qua de omnibus his, quæ in terris uiderant, doceantur, & indicia quoque quædam accipiant de conſequentibus & futuris, ſicut in hac quoq; uita poſiti, indicia quædã futurorum, licet per ſpeculum in ænigmate, tñ ex aliqua parte conceperant, q̃ manifeſtius & lucidius, Sanctis in ſuis locis, & tpibus reuelantur. Si qs ſane mundus corde, & purior mente fuerit, inde ad aeris locũ aſcendet, & ad cælorũ regna perueniet. Itẽ ĩ lib. 4. periarchon, de loco aĩarũ ſanctarũ, ſed aliquanto diuerſius mentionẽ faciens inquit: Qui de hoc mundo ſm cõem iſtã mortẽ recedunt, pro actibus ſuis, & meritis diſpenſantur, prout digni fuerint iudicati: alij quidẽ in locũ, qui dr infernus, alij in ſinũ Abrahæ, per diuerſas mãſiones. Lactan. lib 7 diuinarum inſtitutionum c. 21. Nec quiſquam putet aĩas poſt mortem ſtatim iudicari: nam oẽs in una, cõique cuſtodia detinentur, donec tps adueniat, quo maximus iudex meritorum faciat examen; tũc

Clemens.

Orig.

Lactan.

quorum fuerit probata iuſtitia, hi præmium immortalitatis accipient, quorum autem peccata & ſcelera detecta fuerint, non reſurgent, ſed cum impijs recondentur in eaſdem tenebras, ad certa ſupplicia deſtinati.

Victorinus.

Victorinus martyr Pytabionenſis Eps, in commentarijs Apocalypſeos, explicãs illud, Vidi ſub altare Dei, &c. Aĩas aũt occiſorũ dicit ſe uidiſſe ſub ara. i. ſub terra: ara, enim, & cælũ & terra dr, ſicut lex ait, quæ duo altaria fecerat, aureã intrinſecus, & æream extrinſecus. Sed et cælũ intelligitur ara aurea, q̃ erat interior, ad quã ſacerdotes ſemel in anno introibant, ſic & ara ærea, terra intelligitur ſub qua eſt infernus, remota a pœnis & ignibus regio, & requies ſanctorũ, in qua quidẽ ab impijs uidentur & audiuntur iuſti, & nec illuc tranſmeare pñt. Illas ergo aĩas occiſorũ expetere uindictã ſãguinis, ideſt corporis ſui, de habitantibus ſuper terrã uoluit nos cognoſcere, qui oĩa uidet. Sed quia in nouiſſimo tpe Sanctorum remuneratio perpetua, & impiorum uentura eſt damnatio, dictũ eſt eis, Exſpectate; & pro corporis ſui ſolatio, acceperunt (inquit) ſtolas albas, ideſt, donum Spiritus ſancti.

Prudent.

Prudẽtius in Poematib. ſuis piorũ aĩas corpore decedẽtes, nunc in ſinu Abrahæ, nũc in paradiſo terreſtri, nũc ſub altare Dei collocare uidetur, ſicut in Hymno pro exequijs defunctorum facit, ubi hunc in modum canit:

Quanam regione iubebis
Animam requieſcere puram?
Gremio ſenis abdita ſancti
Recubabit, ut eſt Eleazar,
Quem floribus undiq; ſeptum
Diues procul aſpicit ardens.
Sequimur tua dicta Redemptor,
Quibus atra morte triumphans,
Tua per ueſtigia mandas
Socium crucis ire latronem.
Patet ecce fidelibus ampli
Via lucida iam paradiſi.
Licet & nemus illud adire,
Homini quod ademerat anguis.

Et in Hymno decem & octo martyrum Cæſaraugustanorum, indicans quo loco illa martyrum turba quieſcat, ait:

Hæc ſub altari ſita ſempiterno,
Lapſibus noſtris ueniam precatur
Turba, quam ſeruat procerum cicatrix
Purpureorum.

D. Ambr.

Ambroſius Mediolani Epiſcopus lib. ſecundo de Cain & Abel, capitulo ſecundo, Soluitur, inquit, a corpore anima, & poſt uitæ huius finem, adhuc tamen futuri iudicij ambigua ſuſpenditur. & in lib. de bono mortis c. 10. Scriptura Eſdreæ, habitacula animarum promtuaria nuncupat, & occurrens querelæ humanæ, eo quod iuſti qui præceſſerunt, uidentur uſq; ad diem iudicij per plurimũ ſ. tẽporis, debita ſibi remuneratione fraudari, mirabiliter ait, Coronæ eſſe ſimilem diem iudicij: coronæ enim dies exſpectatur ab omnibus, ut intra eũdem diẽ & uicti erubeſcant, & uictores palmam adipiſcantur uictoriæ. Ergo dum exſpectatur plenitudo temporis, & exſpectãt aĩæ remunerationem debitã, alias manet pœna, alias gloria. & paulo infra in eodem capite, locũ quẽ petũt animæ omnes corporibus exſutæ, appellat infernũ, qui nõ uidetur.

Chriſoſt.

Ioannes Chriſoſt. homilia trigeſimanona in priorem ad Corinthios, examinans uim illius Paulinæ argumentationis, uidelicet, Si in hac uita tãtum ſperantes ſumus, ergo miſerabiliores ſumus omnibus animantibus, inqt: Quid ais Paule? ſupereritne fiducia ſola ſi corpus nõ excitetur? an non animus ſuperſtes erit? erit, & immortalis quidem; quamquam uero uel ſexcenties ſit (ut ſane eſt) immortalis, tamen ſine carne ipſa admirandis illis bonis non fruetur, quẽadmodum nec pęnis punietur. omnia. n. eorũ opa tribunali Chri manifeſtabuntur (inquit Paulus) ut unuſquiſque ferat, quæ per corpus, ſeu bona, ſeu mala fecit. Nam ſi corpus non reſurgat, anima noſtra incoronata manebit, & extra cæleſtem beatitudinem erit. Auctor operis imperfecti in Matth. homilia 34. ſuper illud; Erũt primi nouiſſimi, & nouiſſimi primi, &c. oſtendens quod denariũ æternæ beatitudinis omnes eodem tempore ſint accepturi, ſic ait; Aut ideo primos dicit nouiſſimos futuros, &

ſtos,& nouiſſimos primos,nõ ut nouiſſimi digniores ſint primi;ſed ut cõſequentur: propheta.n.Eſdras omnium Sanctorum unam oſtendere uocationẽ,& nullã inter eos diſtãm temporis cauſſæ,dicit, omnium Sanctorum nume rũ eſſe quaſi coronã.Sicut.n.in corona, cum ſit rotunda, nihil inuenis,quod uideatur eſſe initium,aut finis:ſic in ter Sanctos,quantũ ad tempus,in illo ſæculo nemo nouiſ ſimus,nemo primus: nõ ergo quibus datum eſt primo [illegible] nouiſſime remunerantur,quia Sancti quaſi corona, [illegible] ſunt:nouiſſime nati,primi remunerãtur, [illegible] gloriam habentes.iſti per hanc cõſequentur.

D. Auguſti. Augustinus [illegible] ratione Pſ.63.ait,Poſt uitam iſtam nondũ eſt [illegible] ſancti,quibus dicetur; Venite benedicti Patris mei, percipite regnum quod uobis paratum eſt ab [illegible] nondum ibi eſt,quis neſcit: Sed iam po[illegible] ubi illum quondam ulceroſum pauperẽ di ues ille ſuperbus in medijs tormentis uidet lõge requie [illegible] requie Certe ſecurus exſpectabis Iudicij [illegible] de Geneſi ad litteram c.9 inquit: Pars illa ciuitatis Dei,quæ coniungenda immortalibus angelis, [illegible] hominibus congregatur, nunc uel morta liter peregrinatur in terris,uel in eis qui mortẽ obierũt, ſecretis animarum receptaculis, ſedibuſque requieſcit.

Theodore. Theodoretus Cyrenenſis Epiſcopus in commentar. undecimi capituli ad Hebræos, Sanctorum, ait, ergo tot & tanta fuerunt certamina, ſed hi tamen nondum coro nas acceperunt:exſpectat enim uniuerſorum Deus aliorũ certamina,ut ſoluto ſtadio,omnes qui uictoriam fuerint [illegible] uel uictores pronunciet,& remuneret.

Arethas. [illegible] eſareæ Epiſcopus in commentarijs Apoca [illegible] ctis ex Andreæ Cæſarienſis Epiſcopi inopu [illegible] exponeret illud, Vſquequo Domine nõ uin dicas ſanguinem noſtrum ait,Per hæc apparent Sancti ap petere mundi conſummationem , ideo longanimiter ex ſpectari iubentur uſque ad conſummationem fratrum , ne abſq. ipſis conſumentur , iuxta diuinum Apoſtolum . Albæ aũt ſtolæ florentem in ipſis uirtutum ſplendorem deſignant,quo induti ſunt,quamquam promiſſiones nõ dum reportarunt.Horum igitur ſpe, quæ per intellectũ , ueluti in ſpeculo contemplantur, omni craſſitie liberati merito lætantur, quieſcentes in ſinibus Abrahãm . Nãq; id a multis ſanctis dictum eſt , unumquemque uirtutis cul torem,ſortitum eſſe dignum locum,unde etiam de futu ra ſua gloria certam quandam aſſequatur coniecturam.

Oecumen. Oecumenius in undecimo cap. epiſtolæ ad Hebræos , Omnes,inquit,Sancti teſtimonium promeriti,q; per fidẽ Deo placuerunt,nondum conſecuti ſunt bona ipſis pro miſſa, Deo de nobis melius prouidente , ne illi aliquid amplius quã nos haberent: in eo quod priores coronati eſſent, vnum definiuit tempus, vt & nos cũ ipſis corone mur:hoc autẽ pro nobis eſt,illi numquam ſedent ut remu nerati, noſtrã exſpectantes adminiſtrationem,ne ſine no bis conſumarentur . Non dixit Coronarentur,ſed quod maiorem habet emphaſim,Conſumarentur,hoc eſt,acci perent terminum bonorum , pro quo laborat omnis co natus,& fatigatio eius,qui uirtute præditus eſt.

Theophyl. Theophylactus Bulgariæ Eps ad Hebr 11. Sancti , ait, nihil adhuc cæleſtium promiſſionũ ſunt aſſecuti,tametſi conſtat nonnullos,ut Dauidem regem,his terræ bonis af fectos: haud tamen præſentia hæc ipſi inquirimus , ſed q̃ in cælo ſunt , certiores & ueraciores promiſſiones . Hoc idem habet in commentar. ſuper vigeſimumtertium capi tulũ Luc.exponens illud,Hodie mecum eris in paradiſo.

Euthim. Euthimius Zigabonus in comment. 23.c. ſuper Lucã, ediſſerens promiſſionem Chri ad latronẽ;Hodie mecum eris in paradiſo,hæc ſcripſit:Chriſtus ſciens latronis intẽ tionem, promiſit quod illi optatiſſimum uidebatur: no uerat.n.atro Paradiſum e doctrina Moſayca , & tũc qui dẽ dedit ei conuerſationẽ in Paradiſo,tamquã arrhabonẽ regni ſui,quod eſt fruitio ineffabiliũ , ac æternorũ bono rũ,q̃ oculus non uidit,nec auris audiuit,nec in cor homi nis aſcenderunt Nondum.n.quiſquã iuſtorũ accepit pro miſſionem,ueluti magnus docuit Paulus,poſtmodũ uero & hoc tradet regnum, tẽpore uniuerſalis reſurrectionis.

Ioan XXII. Ioannes Romanus Pontifex eius nominis XXII. ho rum ſententiæ dr ſubſcripſiſſe,& decreto ſanciuiſſe ſic eſ ſe credendũ. Teſtes ſunt huius decreti Gulielmus Ochã in opere 93 dierum,& Adrianus Papa ſextus,cuius uer ba in 4.lib. ſent. in fine quæſtionis de ſacramento confiſ mationis hæc ſunt; Nouiſſime fertur de Ioan. XXII. q; publice docuit, declarauit, & ab omnibus teneri manda uit,q; aiæ purgatæ ante finale iudicium, non habent ſto lam,quæ eſt clara & facialis uiſio Dei,& Vniuerſitatẽ Pa riſienſem ad hoc induxiſſe dr, q; nemo in ea poterat gra dũ in Theologia adipiſci,niſi primitus hunc errorem iu raſſet ſe defenſurum, & perpetuo ei adhæſurum . Sed & Diuus Bernardus explicans illud Apocalyp. 6. Vidi ſub altare Dei aĩas interfectorum, hanc ſententiam expreſſe docet; ſignanter in ſermone quarto feſtiuitatis omnium Sanctorũ,ubi aſſerit, animas Sanctorum uſque ad diẽ Iu dicij quieſcere ſub altare Dei,hoc eſt, in ſola uiſione hu manitatis Chri , donec ueniat tps , in quo filius Dei poſt uniuerſalem reſurrectionẽ oſtendat ſeipſum illis in for ma Dei,una cum Patre & Spiritu ſancto . Rurſum in ſer mone tertio eiuſdem feſti,obiter explicans illud , Quam dilecta tabernacula tua Dñe ? concupiſcit anima mea in atrijs Dñi.Tres,inquit,eſſe aĩarum ſtatus: Primum, in ta bernaculis:2m,in atrijs:tertium,in domo Dei,hoc eſt,in beatitudine, in quam ſine corporibus non intratur . Ser mo eius ſic habet.Aduertiſtis(ni fallor)ex his,quæ præce dẽti ſermone ſunt dicta,tres eſſe ſanctarũ ſtatus aĩarum; primũ uidelicet in corpore corruptibili; 2m, ſine corpo re;tertium,in beatitudine conſumata . Primum denique in tabernaculis,2m in atrijs,tertium in domo Dei.& poſt pauca ſubdit, In illam beatiſſimam Dei domum , animæ nec ſine nobis intrabunt,nec ſine corporibus ſuis . — Ocham. Adrianus. D. Bernard.

Hęc ſententia uidetur habere fundamẽtum in ſanctis ſcripturis,in quibus & præmium iuſtorum , & ſuppliciũ impiorum ad diem uſque Iudicij reſeruari uidetur Matt. c.25 ſic dicitur. Venite benedicti Patris mei, percipite re gnum,quod uobis paratum eſt,&c. in quibus uerbis inſi nuatur, iuſtos uſque ad diem Iudicij regnum non habuiſ ſe.& ad impios dicitur,Ite maledicti in ignem æternum, q; paratus eſt diabolo & angelis eius.& ſecundæ ad Tim. cap primo. Scio cui credidi,& certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illum diem . Cui conſonat illud ex c.4.De reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus in illa die ; phraſi ſcripturæ ſignificãs diem Iud.cij.& Apocal capit.6. Sanctis efflagi tantibus præmium ſuorum laborum , reſponſum eſt , ut conquieſcerent per modicum tempus , donec complere tur electorum numerus.& Hebr. undecimo eſt inſigne te ſtimonium, ubi Diuus Paul. recenſitis Patribus antiquis ſic dicit;Hi omnes teſtimonio fidei probati, non accepe runt repromiſſionem , ne ſine nobis conſumarentur; lo quitur aperte de præmio bonorum operum . — Matt. 25. 2. Tim. 1. Apo. 6. Heb. 11.

His non obſtantibus, pro certo & infallibili fidei dog mate habendum eſt,animas Sanctorũ,qui in Chriſto mo riuntur, ſi non deferant aliquid purgandum in purgatorij loco continuo eſſe beatas,& uidere Dei eſſentiam,& con trariũ dogma pertinet ad errorem Armenorum , & Ana baptiſtarum, docentium, animas ſanctorum ante reſurre ctionem corporis, diuinæ unionis gloria frui non poſſe , damnatum Decretalibus epiſtolis Innocentij III.& Bene dicti XI.Romanorum Pontificum, & Oecumenicæ Syno dus Florentinæ decreto,cuius hæc uerba ſũt . Definimus illorum animas,qui poſt baptiſma ſuſceptum,nullã oĩno peccati maculam incurrerunt ; illas etiam quæ poſt con tractam peccati maculã,uel in ſuis corporibus, uel eiſdẽ exſutæ corporibus, prout ſuperius dictũ eſt,ſũt purgatæ, in cælum mox recipi , & intueri clare ipſum Deum trinũ & unum, ſicuti eſt,pro meritorum tamen diuerſitate,aliũ alio perfectius.Illorum autẽ animas, qui in actuali mor tali peccato,uel ſolo originali decedunt, mox in infernũ deſcendere,pęnis tamen diſparibus puniendas.Idem de finiuit Benedictus XI in quadam Extrauagante,quæ licet in corpore iuris non circumferatur , authentica eſt, & in fallibilis auctoritatis,quam integra fide refert Marſil. in 4.quæſtione decimatertia , articulo 3. & Alfonſus de Ca ſtro lib.de hæreſibus,ver.beatitudo,hære.ſexta. Eadẽ de finitio habetur in Concil. Trident. Seſſione quinta , ca no. quinto , licet non omnino aperte.Idem definit Inno cent. — Veritas fidei certa. Error Armenorũ. & Anabaptiſtarum Innoc. III. Bened XI. Conc. Flor. Bened. XI. Marſ. Caſtr.

en. III in capitulo maiores. de baptiſmo & eius effectu. Idem definitur in capitulo, Apoſtolicam. de presbytero non baptizato.

In confirmationem vero huius catholicæ ſententiæ, magnos ſcripturarum cumulos non coaceruabo, ſed paucos, momēto ſuo & pondere perquā graues. Ad Philippēſes, capitu primo, dicit Paullus. Cupio diſſolui, & eſſe cū

Phil. 1.

Chriſto. in quo ſignificat, ꝙ diſſoluta habitatione mortali, cōtinuo debebat eſſe beatus. eſſe nāque cū Chriſto, eſt in vita beata in perpetuū regnare, vt patet ex illo primæ

1. Theſſa. 4.
2. Cor. 5.

ad Theſſalonicenſes capitulo quarto: Et ſic ſēper cū Domino erimus & ſecūdæ Corinthiorum cap. quinto eſt inſigne teſtimonium: Scimus (inquit Paullus) quoniā ſi terreſtris domus noſtra huius habitationis diſſoluatur, ꝙ ædificationē habemus ex Deo, domū nō manu factā, ſed æternam in cælis. apertum autem eſt, ꝙ non loquitur de domo materiali, ſed de domo illa, de qua dixerat Dominus: In domo Patris mei māſiones multæ ſūt & æque certū eſt & exploratum, ꝙ loquitur de gloria æterna. Itaque ſenſus euidens eſt, ꝙ diſſoluta hac domo lutea, in qua dū viuimus, habitamus, ſi nō ſit impedimentū peccati, cōtinuo videbimus Deū, & beata viſione fruemur. Sed in eodē capite eſt alia ſententia multo euidentior: dicit enim Paulus: Quādiu ſum⁹ in corpore, peregrinamur a Domino per fide enim ambulamus, & non per ſpeciē. & paullo poſt: Audemus, & bonā voluntatem habemus peregrinari a corpore, & præſentes eſſe ad Dominum Ergo auctore Diuo Paullo, continuo atque anima emigrat a corpore, ſi non ſit peccati impedimētū, nō peregrinatur a Domino, & videt Deū per ſpeciē, & habet Dominum præſentē, & iam per fidem non ambulat. Cui ſimile eſt quod dicit 1.

1. Cor. 13.

Corinthior. 13. Nūc, id eſt, in præſenti, vita videmus per ſpeculum in ænigmate; tunc, id eſt, in futura vita videbimus facie ad faciē. nunc cognoſco ex parte; tunc cognoſcam, ſicut & cognitus ſum: tunc, id eſt, in futura vita & Luc. 23. dicitur latroni, Hodie mecum eris in paradiſo, id

Luc. 23.
Apo. 6.

eſt, in gloria cæleſti. & Apocal. 6. ſcribitur, ꝙ factis exposcentibus vltionem ſui ſāguinis, datæ ſunt ſingulis ſtolæ albę: per quod intelligitur gloria animę, auctore Diuo Auguſti. homilia 6. ſuper Apocal & auctore Diuo Gregor. ſu-

Greg.

per Pſalmos pænitentia, explicante illud verbum, Auditui meo dabis gaudium & lætitiam. Hæc ſunt quæ ex ſcripturis diuinis adductis efficaciter demonſtrant ſentētiam fidei: quibus ſi pauca teſtimonia ſanctorum Patrum annexam, videbor mihi magnum facturum operæpretiū.

D. Auguſt.

Diuus Auguſtinus libro nono confeſſ. capitulo 3. inquit Nebridium amicum ſuum requieſcere iam in ſinu Abrahæ, vbi ad fontem bibit, quantum poteſt, ſapientiam, ſine ſine felix. & in libr. medit cap. 24. ſic inquit: Felices ſancti Dei omnes, qui de pulcritudine Dei iā ſatiamini, de cuius beatiſſima viſione ſēper gaudetis. & in libr. de ſpiritu & anima, capitulo quinquageſimooctauo, frequentiſſime docet, animas ſanctorum diuinæ viſionis gloria iam frui. & lib. de eccleſiaſticis dogmatibus, cap. ſeptuageſimonono ſcribit, animas in cælo tantummodo expectare gloriam corporum, vt earum felicitas perfecta ſit. & ſermone quarto in ſollennitate ſanctorū. Eandem ſententiā docet

D. Greg.
Hiero. Amb.

Diuus Gregor. libr. quarto moral. cap. vigeſimoquinto. Hieronymus in epitaphio Nepotiani; Ambroſius in epiſtola quinquageſimanona ad Theſſaloni. de obitu Acolij, & in cōmentar. ſuper epiſtolā ad Philippen explicās illud, Cupio diſſolui, & eſſe cū Chriſto & in prima ad Corinth. cap. decimotertio ait: Exeuntes ſancti de hoc mūdo, plus neceſſe eſt inueniant, quā nunc putant: ſicut Ioānes Apoſtolus de Saluatore dixit, Tunc videbunt illū ſicuti eſt. Chriſoſtom. homilia in illud Sap. quinto. Iuſtorū ani-

Chriſoſt.
Sap. 5.

mæ in manu Dei ſunt: & homil. ad populū Antiochenū ſexageſimanona, homilia decima ſexta in epiſtolā ad Roman. & homilia 32. in eandem epiſtolam, homilia ſuper epiſtolā ad Philipp. quarta, & homilia d cruce & latrone.

Sed ſi poſt tam præclara teſtimonia lubet inſpicere rationes ex diuina Theologia erutas, euidentius eadem veritas confirmabitur.

In primis, noſtra beatitudo in Dei viſione conſtituta eſt. Sed corpus nullo modo eſt neceſſarium ad viſionem Dei, quippe quæ non fit mediante phantaſmate, aut ſimulachro, vel inſtrumento corporeo. Ergo nulla eſt ratio, quæ animas ſanctorum a viſione diuinæ eſſentiæ impediat, vſque dum corpus reſumant.

Deinde, Deus pronior eſt ad miſerēdū, quam ad puniēdum. Sed Deus animas impiorū, cōtinuo atque emigrant a corpore, punit ſupplicio æterno, prout patet ex illo Iob

Iob 21.
Luc. 16.

vigeſimoprimo: Ducūt in bonis dies ſuos, & in pūcto ad inferna deſcēdunt. & Lucæ decimoſexto: Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno. Ergo aīæ ſanctorū, iam fruuntur viſione beatifica in præmiū ſuorū laborū. Præterea, beatitudo eſt merces copioſa ſanctorum, iuxta illud

Mat. 5.
Leui. 19.

Matth. quinto. Ecce. n. merces veſtra copioſa eſt in cælo. Sed Leuitici decimonono præcepit Dominus, ne merces mercenarii maneret apud dominū vſq; mane. Igitur continuo poſt ſtatū merendi cōfert Dominus ſuis ſāctis mercedē promiſsā. Sed vita præſens eſt ſtatus merendi, & ſtatus militiæ. ergo, cōtinuo atque emigramus a corpore, habebimus mercedē noſtrā. Certe ſi animæ ſanctorū vſq; ad diē reſurrectionis nō fruentur viſionis diuinę gloria, nō multum profuiſſet nobis, ꝙ Chriſtus fuiſſet mortuus pro nobis multo tēpore ante diē Iudicii: ſiquidem verū eſſet, ꝙ nūc detinerētur animæ iuſtorum in ſinu Abrahæ, ſicut detinebantur animæ ſanctorū Patrum. hoc aute aſſerere alienū eſt a vera doctrina: nā dicitur Matth. quarto. Pæni

Mat. 4.
Cap. Maiores de bap. & eius effe.

tentiam agite: appropinquauit enim regnum cęlorum. & capi. maiores. de baptiſmo & eius effectu, deſinitur, quod per baptiſmū apertū eſt nobis regnum cęlorū. Itē ſequitur, animas ſāctorum vſq; ad diē Iudicii affici triſtitia, & mœrore; Imo affici eodem mœrore, quo triſtantur animæ exiſtentes in Purgatorio: vident enim ſe retardari a viſione beatifica. Denique ſequitur, animas iuſtorū nunc habere fidē & Trinitatis, & Diuinitatis Dei: nā per ſolā claram Dei viſionem excluditur fides. Cōſequens autē videtur eſſe contra illas ſcripturas, quas ſupra adduximus ex Diuo Paullo, Videmus nunc per ſpeculum in ænigmate; tunc autem facie ad faciem: & Quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur a Domino. per fidē enim ambulamus:

Teſtimonia ſanctorum quomodo accipienda.

Sed iam tempus eſt, vt teſtimonia ſanctarum ſcripturarum, & ſanctorum Patrum, quę videntur contrariam præ ſe ferre ſententiam, catholica veritate interpretemur.

Pri. interp.

Prima interpretatio eſt, quod ſancti Patres, & ſanctæ ſcripturæ loquātur de perfecta & conſumata illa felicitate, quam poſt corporis reſurrectionem expectamus, quæ non erit in ſanctis vſque ad diem Iudicii: tunc enim dabitur illis duplicata ſtola: tūc totus homo glorificabitur, & omne deſiderium, tum animæ, tū corporis adimplebitur.

Sec. interp.

Poſterior interpretatio, quod in die illa reſurrectionis, & gloriæ perfectæ, ita omnia tractari debent erga bonos, & reprobos, atque ſi nihil antea eſſet factū: tunc præſenti tota curia cęleſtium, terreſtrium, & infernorum, ac recenſitis cuiuſcūque operib⁹ in iudicio publico: ante tribunal Chriſti, per publicam, & omnibus manifeſtam ſententiam, iuſtis præmium, & reprobis ſupplicium decernetur: cum hoc tamē verum eſt, quod ante illum diem, per iudicium cuiuſque ſpeciale, æqua vtriſque ſatisfactio cōtinget. Et quod hęc ſit legitima explicatio ſanctarum ſcripturarum, patet vel ex illo: nam eodem verborum tenore, quo illo in die dicitur iuſtis, Venite benedicti patris mei, percipite regnum; dicitur reprobis, Ite maledicti in ignem æternum. At ſana fides, & doctrina fidei docet, reprobos, ſtatim poſt mortem, æternum ſubire ſupplicium.

Ter. interp.

Tertia Iterpretatio, dum hæc ſcriberem, ſeſe mihi obtulit, certe doctrinæ eccleſiæ maxime conſentanea, videlicet, quod conſumata, & perfecta gloria, tum ſanctorum, tum Chriſti capitis noſtri, ad diem Iudicii refertur: tunc enim omnia erunt ſubiecta Chriſto Domino, & omnes eius inimici, vt ſcabellum Chriſti, ponentur: tunc erit triūphus Chriſti, & gloria ſuperinenarrabilis.

Quod ſi qua ſunt ſanctorum dicta, quæ nequeant aliquam ex his interpretationem pati, memineris ſaltem, hūc errorem nihil officere eruditioni, & pietati tam illuſtriū virorū, cum Eccleſia, illorum temporibus, nōdum aliquid certi de hoc articulo ſtatuiſſet credendum.

Quod vero dicunt Ioan. 22. huic errori aſſenſiſſe, falſum & impudēs eſſe, mēdacium patet ex Extrauagāti Benedicti. 11. in qua Summus Pontifex cum ab hac ſuſpicio-

ne liberat. Sed ex hac definitione emergit quæſtio per difficilis, & inter Theologos ſatis controuerſa, Num beatitudo ſanctorum, poſt reſurrectionem corporum futura ſit maior, ac perfectior? Non quæritur in præſentia an ſit futura maior extenſiue: nam de hoc dubitat nemo: ſiquidẽ poſt reſurrectionem corporum, gloria animæ extēdetur ad corpus, & erit gaudium vtriuſque partis. Rurſus non inquiritur de maiori gloria accidentaria: nā quod creſcet gloria hæc accidentaria, vel ex hoc demonſtrabitur quod antea dictum eſt: tum ex hoc, quod erit completus electorum numerus, & triumphus gloriæ Chriſti ex omni parte perfectus ad extremũ: ex hoc, quod adimplebitur deſiderium, quo anima deſiderat vniri corpori. Sed illud reuocatur in dubium, Num beatitudo eſſentialis animæ, quæ in Dei viſione conſiſtit, poſt corporum reſurrectionem ſit futura maior, & perfectior, ſic, vt beatus clarius & perfectius videat Dei eſſentiam, amet intenſius, atq; ſuauius.

D. Thom. Marſ. Partem affirmantem huius cõtrouerſiæ docuit Diuus Thomas, in 4. diſtinctione 49. quæſtione 1. arti. 4. Marſi. in 4. q. 13. articul. 3. concluſione 4. Argumenta huius opinionis hæc ſunt. Primũ: nam anima perfectius eſſe habet, dũ eſt cõiuncta corpori. ergo perfectior erit operatio poſt reſurrectionẽ corporũ. Conſequentia inde probatur. Nam operatio ſequitur eſſe, & modũ eſſendi. Sed antecedens probatur, quoniā rationalis anima, eſſentialiter eſt forma hominis, & pars eius: cum omnis pars ſit propter totum, perficitur in toto compoſito, & in eo habet ſuā vltimam perfectionẽ: propter quod anima vnita corpori, cauſat eſſe ſpecificum, & communicat ſuam exiſtentiam corpori, & partibus organicis, quod nõ facit, dũ eſt a corpore ſeparata. Ex quibus omnibus liquido conſtat, ꝙ anima cõiuncta corpori, perfectius eſſe habet.

Secundum. Deinde ſic arguitur. Nā rationalis anima, dũ eſt a corpore ſeparata, appetit appetitione naturali, & pōdere ſuo, vniri corpori: fieri autem non poteſt, quin hæc naturalis appetitio ſit impedimentũ, ne anima totis viribus in Deũ feratur. Cum enim virtus animæ ſit limitata, intẽſio & vis huius appetitus, retardabit quantũ videtur intẽſionẽ viſionis beatæ. Atque hoc argumentum adeo efficax viſum eſt Diuo Auguſtino 12. Geneſi ad literā. cap. 35. vt videatur ſentire, ꝙ beatitudo poſt diẽ Iudicij futura ſit maior, intenſiue etiā.

Auguſt. D. Thom. Eodẽ argumento conuincitur D. Tho. in 4. ſentent. loco dudũ citato. Cuius ter aliud conficitur graue argumentũ,

Tertium. Si anima beata poſt aſſumptum corpus videret aliquid in Deo, quod prius non videbat, omnium Theologorum ſuffragiis creſceret beatitudo eſſentialis. Ergo ſi in anima beata expletur aliquod deſideriũ, qđ antea nõ explebatur creſcet abſq; dubio beatitudo eſſentialis. Cõſecutio argumenti ſic oſtenditur. Nā ſicut eſt propriũ beatitudinis, ꝙ videatur Deus, & omnia ī Deo q̃ ad ſtatũ cuiuſque ſpectāt, ſic ſane eſt de eſſẽtia beatitudinis, vt in beatitudine omne deſideriũ iuſtũ expleatur: Beatus.n. eſt qui habet quidquid vult, & nihil mali vult. Sed poſt reſurrectionẽ explebitur deſideriũ habēdi corpus, qđ prius nõ erat expletũ, vt plane cõſtat. Creſcet ergo beatitudo eſſentialis.

Quartum. Præterea, beati poſt reſurrectionem corporum, intenſius, & ſuauius delectabuntur, fruẽturque viſione beata: ergo creſcet beatitudo eſſentialis. Probatur conſequẽtia. Nam etiam fruitio, & delectatio pertinẽt ad eſſentiā beatitudinis, ſicut amor.

Quintum. Ad hæc, pœna damnatorum, & cruciatus eorum, creſcet poſt corporis reſurrectionem. ergo gloria beatorũ futura eſt maior poſt corporis reſurrectionẽ: ſicut enim gloria confertur pro meritis, ita & ſupplicium pro demeritis.

Oppoſita ſententia. D. Thom. Palud. Durand. Maio. Bonau. Contrariam ſententiam tenet hic aperte Diuus Thomas, ſolutione ad quintũ: dicit enim quod ſolum augebitur extenſiue. quam etiam tenet Palud. in 4. diſtinctione 49. quæſtion. 6. & Durand. quæſtion. 7. & Maioris eadem d. q. 12. dubio vltimo, & cõcordat Bonauentura. ſed dicit, quod, licet non intenſius, expeditius tamẽ habebit operationes. Sed demonſtratur hæc ſententia.

Prim. ratio. Primum, vel homo dum viuit, meruit tantam gloriam, quantam habet poſt reſurrectionem, vel nõ meruit. ſi primum: ergo habebit anima totam ante reſurrectionẽ, poſt quam ipſam meruit; ſi non meruit: ergo numquam habebit, quia non datur, niſi propter merita.

Secunda Durand. Deinde, vt bene arguit Durandus, nõ augebitur viſio beata ex parte potẽtiæ, nõ ex parte luminis gloriæ, & nõ eſt impedimentũ aliquod ante corporis reſurrectionẽ: ergo nõ augebitur poſt corporis reſurrectionẽ. Certe potẽtia intellectiua non creſcit, neque vero lumen gloriæ, qđ eſt datum in præmium laborum, & bonorũ meritorũ. Explicatur hoc euidentius. Nam intellectus hominis beati non perficitur ex corpore aſſumpto, neq; lumẽ gloriæ; corpus ipſũ nõ cõcurrit obiectiue, neq; effectiue ad viſionẽ beatificam: ergo ex corpore non augebitur viſio beatifica.

Tertia. Præterea ſequitur ex oppoſita opinione, quod anima Christi in triduo habuit minorem gloriā, quia impediebatur ab appetitu corporis: quam cauſam iſti auctores ponunt; & quod minus intenſe videbat Deum, & diligebat.

Quarta. Sequitur rurſus, quod angeli motores orbium habebunt maiorem gloriam poſt diem Iudicij, quia nunc ſunt intenti ad miniſterium mouendi cœlos.

Quinta. Ad hæc ſequitur, quod anima tranſiret de vna hierarchia ad aliam. Quod recte ſequatur, patet, quia ponamus quod infima hierarchia perueniat in gloria ad decem gradus, & ſit anima ſācti Martini in illa, in reſurrectione habebit duodecim gradus, & ſic tranſibit ad aliam.

Sexta. Denique, anima beata videns Deum ante corporis reſurrectionem, non minus amat: ergo non minus videt. Quæ, rogo, cauſſa excogitari poteſt, quare anima videns Deũ, nõ amet illũ ex omnibus viribus ſuis? maxime, quia amor mediorũ non minuit amorẽ finis. ſed animę beatæ amant corpora propter Deum: ergo ille amor non minuit amorẽ Dei. Sed veniamus ad confutationẽ argumentorũ.

Solutio. Argument. Ad primum. Ad primũ dicendum eſt, ꝙ anima ſeparata, idẽ eſſe habet a corpore ſeparata, atq; cũ eſt corpori cõiuncta: habet tamen illud perfectiori modo, vt argumentũ efficaciter perſuadet. & ſic operatio, quādo erit corpori coniuncta, erit perfectior: nā non erit operatio partis, ſed hominis: ſic modus operandi erit perfectior, ſed nõ erit intenſior. Vel dicat Theologus, ꝙ ſi argumentum aliquid probat, ſolum probat de operationibus naturalib' quæ ſequuntur ad eſſe naturale, nõ vero de ſupernaturalibus, quæ conſequuntur ad principia ſupernaturalia. Beatitudo vero eſt operatio ſupernaturalis, & ideo referēda eſt ad principia ſupernaturalia, ad lumen gloriæ, ad caritatẽ ſupernaturalẽ, & non debet referri ad principia naturæ; alioqui angelus cũ æquali lumine gloriæ beatior eſſet quam aīa Chriſti, ſiquidem habet perfectiorẽ intellectum, vt recte ratiocinatur Duran. in loco ſuperius adducto.

Ad ſecundũ. Ad ſecũdum argumentũ dicendum, ꝙ vel ille appetitus eſt ſolũ naturalis, nõ elicitus, qui, cũ nõ ſit actus, nõ impedit, vel ſi eſt elicitus, eſt propter Deũ, & ſic nõ impedit: nā amor mediorum, nõ minuit amorẽ finis. Cũ igitur animæ beatæ ament corpora propter Deũ, conſequens eſt, ꝙ ille appetitus nõ minuat amorẽ Dei. Certe hoc argumentum de appetitu, nihil omnino valet, quia alias ſequeretur, ꝙ anima nihil poſſet de nouo velle, quin minueretur eius viſio, & dilectio. Vnde dico, ꝙ cum gloria ſit ſupernaturalis, tantũ de gloria habebit anima, quantũ meruit, auxilio diuino hoc ordinante, nõ habito reſpectu ad principia naturalia.

Ad tertium. Ad tertium argumentũ dicẽdum eſt, ꝙ in vita beata impleri omne deſideriũ, poteſt varijs modis intelligi, tum ex parte appetibilis, tum ex parte appetentis. Animæ ergo ſeparatæ deſideriũ ex parte appetibilis ſufficientiſſime adimpletur, quoniam habet præſens ſummum bonum, quod eſt ſufficiens ad ſaturandum omne deſideriũ: ceterum ex parte appetentis, non omnibus modis ſaturatur, quoniam non habet illud bonum omnibus modis, quibus vellet habere. Sed & alio modo animæ ſeparatæ deſideriũ omne ſaturatur in vita beata. Nam habet ſummum bonum perfectiſſimũ, quod deſiderabat, vt vltimũ finẽ, propter quod omnia alia deſiderabat, in quo noſtra felicitas eſſẽtialiter cõſiſteret, tametſi beatus nihil aliud poſſideret. Vnde eſt illa vox Auguſt. 5. confeſſ. capitulo 4. Auguſt. Beatus eſt, qui te habet, etiam ſi alia nõ habeat, qui vero te, & alia habet, non propter illa beatior, ſed propter te ſolum beatus. Saturatur rurſus omne deſiderium animæ ſeparatæ in vita beata, quoniā habet bonum præſens, cuius adeptio facit, vt quæcũque deſiderat anima, ſuo tempore infallibiliter conſequatur. Cum enim beatus nihil

deſide-

deſideret, niſi quod videt Deum velle: & voluntas Dei ſẽper impleatur, conſequens eſt, quod voluntas beati ſẽper compleatur, pp quod dicit D. Thom. 1. q. 67. art. 4. ad 3. q̃ gloria corporis, quã deſiderant beati, hẽt ineuitabilem cauſã. Vnde beatus habet, quicquid uult, quoniã poſſidet bonum unum, qđ in ſe continet omnia deſiderabilia, & cauſam ſecutæ huic adimpletionis oĩs deſiderij.

D. Thom.

Sed propterea cõmemorare alium ſenſũ, in quo beatus dicatur habere quicquid uult. Nã anima beata, ſi qđ habet deſideriũ, non ſentit aliquã moleſtiam, aut afflictionẽ propter illud deſiderium: tum, quoniã beatus certo certius cognoſcit ſe cõſecuturũ quod deſiderat: tum, quoniã beatus ex omni parte habet ſuam voluntatem ſubiectam diuinæ volũtati, & ſumme iucundatur, quod Dei voluntas fiat. Quapropter ſententia eſt Theologorum, quod beati non habent ſpem de reſurrectione corporũ, ſed ſimplex deſiderium: quoniam ſpes quæ differtur, affligit animam, atque adeo, quoniam ſpes verſatur circa arduũ & difficile; beati vero propter illud deſiderium non cruciantur, neq. vero reputãt arduum, quod adimpleatur ſuum deſiderium.

Prior Conc. Poſter. Conc.

His ad hunc modum conſtitutis, ad tertium argumentum confutandum, neganda eſt conſequentia. Nã eſſentia beatitudinis, ẽ viſio Dei, & ideo ſi aliqd videtur in Deo, quod prius inuiſum erat, ex neceſſitate augetur beatitudo, quantum ad eſſentiam: ceterum neque eſt eſſentia beatitudinis, neque uero eius proprietas quod omne deſiderium adimpleat, niſi modis a nobis expoſitis.

Ad quartum Ad quartum dicendum, nulla ratione poſſe negari, quin poſt reſurrectionem augeatur delectatio & fruitio, tum intenſiue, tum extenſiue. Nam certe anima ſuauius delectabitur, cum conſumatam, & perfectam gloriam adepta fuerit: iucũdiſſimas deinde capiet delectationes ĩ omnium ſenſuum operationibus. ſed inde non conſequitur, quod perfectius uideat Deum, & magis amet Deum, quibus in rebus eſſentialis beatitudo conſiſtit.

Ad quintũ, Ad quintum dicendum, quod miſeria reproborum nõ augebitur reaſſumptis corporibus, quantum ad dolorem quem habent de carentia diuinæ viſionis, quæ correſpondet viſioni, & fruitioni, ſed erit in pluribus, quia cruciabuntur in corpore, & anima: ſimiliter in beato, cũ gloria redundabit in corpus.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum ad beatitudinem requiratur aliqua perfectio corporis.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſio. Ad imperfectam beatitudinem, quę in hac vita haberi poteſt, requiritur bona diſpoſitio corporis: nam per inualetudinem ipſius, in omni operatione virtutis, homo poteſt impediri.

Poſterior Concluſio. Ad beatitudinẽ perfectã requiritur bona diſpoſitio corporis antecedẽter, & cõſequẽter; antecedenter quidẽ, quia ſi tale ſit corpus, cuius ſit grauis difficilis adminiſtratio, aggrauat animam, & mens auertitur a cęlo: vnde corpus, qđ hic fuit ad ſarcinã, cũ fuerit ſpirituale, erit ad gloriã, & ęquabitur angelis ſecũdum Auguſt. conſequenter vero requiritur, nã ex beatitudine animæ fiet redundantia in corpus, quare incorruptionis vigor in inferiorẽ naturam redundabit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

De præſenti quæſtione erat tota cõtẽtio inter Stoicos, & Peripateticos, vt põt videri in Cicerone in multis locis, dicẽtibus Stoicis, ẽẽ beatũ ſapiẽtẽ dolore, & morbo cõfectũ, ſicut ſi optime valeret. d quo eloquẽtiſſimi, & prorſus inclidiſſimi ſũt dialogi & libri Ciceronis de Finibus, de Tuſculãis, & Academicis q̃ſtionibus, d Officijs, item in paradoxis. Contẽdebãt in contrarium Peripatetici facere quidẽ beatũ ſolã ſapientiã, ſed nõ ſine bonis naturæ, & fortunæ, & cum illis beatiorẽ eſſe ſapientẽ. Et certe Ariſt. multum tribuit bonis fortunæ: vnde & apud Lucianum Alexander apud inferos de Ariſtot. grauiter conqueritur, & illum nugatorem peſſimum, & aſſentatorẽ vocat peritiſſimũ, qui non vereretur accipere quæ Alexander dabat fortunæ bona, & opes in partẽ felicitatis reputabat.

Stoici & Peripatetici Cicero. Ariſtot. Lucianus.

Sed vt auctorem noſtrum in hac parte interpretemur, qui ſine dubio ad verbũ ſententiam Ariſtotelicam ſequitur, operæprecium facturi videmur, ſi definiamus in primis, quę ſint vera & ſolida bona, in quibus noſtra beatitudo conſiſtat: quæ rurſus ſecundaria bona, & velut inſtrumenta, quæ ad beatitudinẽ adiuuant, & conducunt. Inſpiciamus ergo quæ præcipuorum ſint Philoſophorũ ſententię de bonis, eorumq; diuiſione.

Plato ſic diuidit bona, vt quædam eiuſmodi eſſe ſtatuerit, quæ per ſe, & ſui cauſſa affectantur, & amantur, non alterius alicuius, qđ inde nobis accedere poteſt, gratia, in quibus, tamquam in fontibus, acquieſcimus: Alia vero his quodamõ contraria, q̃ ipſa qdẽ ſuacã nõ expetuntur, ſed vtilia qdẽ ſũt, & alio ſẽp dẽſtinãtur. Prioris generis virtutes ſũt, &, vt abſolute dicã, vniuſcuiuſque rei abſoluta pfectio. Poſterioris vero, quæ cũque horũ vel efficientia ſunt, vel conſeruantia, aut etiã quę his contraria, vel pellunt, vel prohibẽt. Ceterũ inter hęc duo, quaſi cõtraria genera, tertiũ quoddã intermediũ fecit, quod vtriuſque extremorum naturæ particeps eſſet, & tũ ipſum ſui gratia expeteretur, tum vſum alio relatũ haberet, vt prudentẽ eſſe, ſanũ, & viſus acumine pollere.

Prima diuiſ. bonorũ. Plato.

Sed & alio modo diſtribuit Plato bonorum genera, vt bonorũ, alia animæ, alia corporis, alia externa faciat. Animi quidem, vt iuſtitiam, prudentiam, fortitudinẽ, temperantiam, & cetera huiuſmodi. Corporis autem, ſanitatẽ, robur, pulcritudinem. Externa vero, diuitias, generis nobilitatem, ciuilem potentiam, nominis celebritatẽ, & quę cumque his ſimilia ſunt. Harum diuiſionum prior lib. de Repub. 2. apud Platonem habetur, poſterior vero in eiuſdem Euthydemo. In vtroque autem Platonem magnum ſequitur Ariſtote. vt in ſequentibus videbimus.

Secun. diuiſ.

Stoici vero ab vtroque diſſentientes, nihil in bonis, præter virtutem habendam, cenſent, vt nec in malis quidquam, præter vitium; reliqua vero tum neutra, tum indifferentia appellant. Stoicorum vero ſentẽtiam, de bonorum diuiſionẽ hoc loco propoſuiſſe, non omnino erit inutile, quæ apud Diogenẽ Laertium in Zenonis Citici vita hoc modo exponitur. Eorum quæ ſunt (inquiunt) alia bona eſſe, alia mala, alia neutra. Et bona quidem, ipſas virtutes, prudentiã, iuſtitiam, fortitudinẽ, temperantiã, & reliqua id genus; mala vero contraria, inſipientiã, iniuſtitiã, &c. neutra vero, quæ neque iuuant, neque nocẽt: vt vita, ſanitas, voluptas, pulcritudo, robur, diuitiæ, exiſtimatio bona, & quæ his ſunt contraria, mors, morbus, dolor, deformitas, imbecillitas, paupertatis ignominia, & alia huius generis. Atque hæc quidem de bonis & malis, Stoicorum eſt ſententia, quæ pluribus etiam a Cicerone lib. de finibus bonorum & malorum tertio, exponitur. Sed hæc in præſentia nobis ſufficiant.

Stoici. Laertius. Cicero.

Ariſtot. vero 1. libr. magnorũ moral. exquiſite ſatis, bona, in hæc tria diſtribuit genera, honorabilia, laudabilia, & quæ δυνάμεις vocat, id eſt, potentias. & prioribus duobus generibus, cuiuſmodi ſint, explicatis, de tertio hoc modo diſſerit. Potẽtias vero dico, vt imperiũ, diuitię, robur, pulcritudo: his. n. & bonus recte vti poteſt; & malus pperã. Quapropter poteſtates huiuſmodi appellãtur bona. & bona qdẽ certe ſũt: exploratur. n. quodnã ſit bonũ, boni viri vſu; non mali. Sed præſtat verba Ariſtot. referre. quæ apud ipſum habentur libro primo Ethic. ad Nicomachum, quæ Diu. Thom. in hunc articulum ad verbum fere tranſcripſit.

Ariſtot. Ariſtot.

Princi-

Principes, inquit, beatitudinis cauſſę, virtutū ſunt operationes: cęterū multa fortuito fiũt, & magnitudine, paruitateque differunt, parua quidē, ſiue ſint ſecunda, ſiue aduerſa, non facere vitę momentū, grandia vero & multa, ſi ſecūda ſunt, beatiorē vitam efficiunt, quippe quæ ad decorandū ſunt apta, & vſus ipſorum pulcer, ſtudioſuſq. ſit. ſi sūt aduerſa, prēmūt, lędunt. vitam beatam, atque impediunt ... operationes impediunt: attamen & in his honeſtum elucet, vt potè cū quis multa magnaque infortunia facile fert, nō ſenſus ſtupore; ſed vt generoſus, & magnanimus.

Prior cōcluſio.

Peripatetici. Vt igitur Peripateticorum ſententiam breuiter, & ſummatim cōplectamur, ſciendum oportet, quod Peripatetici tria faciũt bonorū genera; bona añæ, bona corporis, bona externa; atq; bona tā corporis; quā externa, ad bona animæ ęe deſtinata peripatetice dicebāt. Quapropter, dicebāt beatitudinem precipue & eſſentialiter, in bonis animæ eſſe conſtitutam: in ceteris vero non niſi ſecundario, & inſtrumentaliter. Rurſus aiebant, quod iſthæc bona erant amanda propter virtutē, velut medicina propter ſanitatem, & ideo non infinite erãt amanda, ſed quãtum conducerent ad bona animæ. Et ſic, licet diuitiæ ſecundum Peripateticos bonæ ſunt; exceſſus tamen, & abuſus nocet, ſicut Réubarbarū in parua quantitate prodeſt; in magna quantitate nocet, & affert mortē. Ab his ſententijs Peripateticorum, definitio & doctrina fidei Chriſtianæ non diſcedit vel latum vnguem.

Poſterior concluſio.

Itaq. tū Philoſophiā tū Chriſtianā, tū Peripateticā, qui recta ad beatitudinē pergere cupit, primū quidē animū ſanū habeat, & hunc virtutibus ornare, & perfectionē adducere conetur. Deinde vero, qm̃ non ſolū animi corpus eſt inſtrumentum, ſed etiam ad ſe mutuo affecta ſunt, ut animi in corpus, & corporis e contra in animā redundēt affectiones, vt omnibus pſiantiſſimus & experientia, & rõne philoſophis viſum eſt: neq. ſanitatē, neq. reliqua corporis bona negligat, neq. nimiū ſtudiū, nimiã multãq. operam ponendam in his arbitretur. Conſimili autem rõne & externorū, quę corporis neceſſitatibus & vſibus a Deo & natura, deſtinata ſunt bona, cognitione cognita & perfecta, neque in hiſce õparandis ab officio virtutis, deſiſtat, & horum amiſſionem, ſi quæ forte, (quoniam caduca & incerta ſunt bona) incidat, pacate & moderate ferat; atq. hac ratione vitam gerens & inſtituens ſibi conuenientiſſimã adipiſcetur beatitudinem. Qui vero contra cõfuſo perturbatoque bonorum ordine, bona corporis, aut bona externa, bonis animæ prætereat, huic omnia contrario euenīãt neceſſe ē, & infortunias, & calamitates, & infelicitatem, & in miſeriam detrudetur. Ab hac ſententia, quę vera eſt, noſtra fides, & diuina doctrina abhorrere non poteſt: ſed addit ſuper Peripateticam ſectam. Nã noſtra religio reputat hominem pauperem, mendicum, lapidatum, felicē & beatum, quem reputarent miſerū Peripatetici. Item Peripatetici autē diuitias eſſe vtiles, & inſtrumēta apta ad beatitudinem conſequendã: noſtra vero religio docet eas periculoſas, ſicut ſcriptum eſt: Impoſſibile eſt diuitē intrare in regnum cælorum. Docet tamen, quod ſi quis eis recte vtatur, non perdet beatitudinis viam. quæ Peripateticorum ſententia ē.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum ad beatitudinem requirantur bona externa.

SVMMA TEXTVS.

PRior Cõcluſio. Ad beatitudinem huius vitæ, bona exteriora ſunt neceſſaria; non quod ſint de eſſentia beatitudinis, ſed quia inſtrumentaliter deſeruiunt, cum ad operationem tum actiuæ, tum contemplatiuæ vitæ, homo egeat indumentis, & alijs neceſſarijs.

Poſterior Concluſio. In vita beata, hæc bona exteriora non erunt neceſſaria: nã tunc corpus erit ſpirituale, & ſic nullo modo indigebit exterioribus, quæ ordinantur ad vitam animalem, & corruptibilem: quapropter promiſsiones corporales, quæ in ſacris ſcripturis leguntur, metaphorice capiuntur.

EXPLICATIO ARTIC.

Prior cõcluſio.

POſt ea, quæ latiſſime conſtituta ſunt de diuiſione bonorum, in ſupiori articulo, in quo etiam euidenter explicatam eſt, quemadmodum bona externa ad beatitudinē cõſequendã deſeruiãt; inutile erit, rurſus hic amplius morari. Iudæorum aduerſatur Theologus, eſt. opinione Iudæorum, e una-lium, Deū in veteri lege tantū, p. nihile obſeruatoribus ſua legis, in præmium ſuorū laborum, bonorū terra poſſeſſionē: quam ſententiam eſſe hæreticam, & execrabilē, in ſequentibus (ſi De⁹ conceſſerit) commonſtrabimus.

Poſterior concluſio. Iudæorum opinio.

Sed dices, Videtur certe quod in vita beata futuri ſint ſenſus inanes & quæ dicetur de beatis. Aures habent, & non audient; nares habent, & non odorabunt, ſi in vita beata non ſunt bona externa, quibus ſenſus fruantur. Sed de hoc iam dictum eſt, quemadmodum ſenſus habebunt actus ſuos perfectiores, quam hic dum viuimus vide Ioannem de Tambaco de ſeſſibilibus delitijs Paradiſi, vbi pulcre oſtendit, quo modo nullus ſenſus vacabit.

Ioannes de Tambaco.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum amici ſint neceſſarij ad beatitudinem.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. In imperfecta beatitudine huius vitę amicis indiget homo, non propter vtilitatem, & delectationem propriam, quia felix in ſeipſo hæc habet: ſed propter bonã operationem, vt alijs benefaciat, & benefaciēdo ab alijs adiuuetur.

Poſterior Concluſio. In patria cælesti non requiritur ſocietas amicorū de neceſsitate, quia homo habet totã plenitudinē perfectionis in Deo, iuxta illud: Quid mihi eſt in cælo, & a te quid volui ſuper terram? ſed ad bene eſſe facit ſocietas amicorū, qui inuicē ſe videbunt, & de ſua ſocietate gaudebunt: vnde concomitanter ſe habet amicitia.

EXPLICATIO ARTICVLI.

CErte amicitia, quæ caritas eſt, præcipue in patria cæleſti inuenitur, & ad eſſentiam beatitudinis eam concurrere, ex dictis exploratum eſt: De patria enim cæleſti potiſſime intelligitur illud, quod ſecundum literam Hebræam in Canticis non ſemel legitur: Vexillum ſponſi eſt amor. Vexillum certe patriæ cæleſtis, quod vbique viſitur, amor amicitiæ eſt, quo Deus beatos amat, & beati viciſſim diligunt.

Sed interrogabit Theologus, Quomodo poterunt beati non triſtari, cognoſcentes parentes, amicos, filios, & neceſſarios ſuos eſſe damnatos? Certe, ab hac quæſtione modernis facile ſe expediunt, dicentes, quod licet habeant ſufficientem cauſam triſtitię, tamen Deus non concurrit ad illam triſtitiam, & ſic non cauſatur triſtitia. Sed veteres Theologi dicunt, quod hoc fit ex natura ipſius viſionis. Nam ſicut ſumma triſtitia impedit minorem delectationem: ita ſumma delectatio impedit illam triſtitiam, quæ ex ſupplicio amicorum poſſet prouenire: tum vel maxime, quod beati id volunt quod vident Deum velle, & in adimpletione diuinæ voluntatis conquieſcunt, & delectantur.

QVAESTIO. V.

De adeptione beatitudinis, articulos habet octo.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum homo beatitudinem adipiſci poſſit.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās. Nam homo ē capax viſionis diuinæ eſſentiæ, quod patet, quia intellectus cōprehendere poteſt vniuerſale, & voluntas appetere bonum perfectum. Sed differt ab angelis, q ſimplici intuitu apprehendūt veritatem, qui ſtatim poſt principium ſuæ cognitionis beatitudinem ſunt conſecuti; homines vero per inquiſitionē, veritatem apprehendunt: & ideo poſt tempus ad ipſam perueniunt, & poſſunt angelos tranſcendere, dum per operationem intelligūt aliquid eſſe ſupra angelos, qd eos habeat.

EXPLICATIO ARTICVLI.

D. Th. cū de adeptione beatitudinis diſputat, non quærit de beatitudine in particulari, q in Dei viſione cōſiſtit; ſed de beatitudine in cōi, vbicūq. illa inueniri poſſit. Qua rōne,

D. Thom. quæſtio huius articuli differt ab ea, quā diſputat D.Tho.1.p.q.12 art.1. num Deus videri poſſit. Ibi enim loquitur de beatitudine ī particulari Sed cū ſit certum & exploratū, hominē poſſe videre Deū, exploratū etiā eſt hominē

Concluſ. poſſe beatitudinē cōſequi: nā q videt Deū, abſolute, & omnibus modis beatus ē. Quod autē homo poſſit videre Deum, liquet ex multis teſtimonijs ſacri eloqij.

Mat. 5. Matth. 5. Beati mundo corde, quoniā ipſi Deū videbūt: & illud

Cor. 13. 1.Corinth. 13. Videmus nūc p ſpeculū in ænigmate; tunc autē facie ad faciē. & 1.

1. Ioa. 3. Ioan. 3. Cum apparuerit, ſimiles ei erimus, & uidebimus

Ioan. 12. eum ſicuti eſt. Quod uero p bona opera poſſit homo adi-

Mat 25. piſci ſuam beatitudinem, probatur ex illo Ioan 12. Et ubi

Objicitur. ego ſum, illic ſit & miniſter meus: & ex illo Matt. 25. Venite benedicti Patris mei, pcipite regnū. Sed cōtra hāc definitionem pōt objci ex multis teſtimonijs ſāctæ ſcripturæ, in quibus aſſeritur eſſe impoſſibile uidere Deum.

1. Timot. 1. 1. ad Timot. 1. Regi ſeculorum immortali, inuiſibili & 1.

1. Timot. 6. ad Timot. 6. Lucem habitat inacceſſibilem, quam nullus

Exhod. 33. hominum uidet, ſed neque uidere pōt. Exhod. 33. Nō ui-

Ioan. 1. debit me homo, & uiuet. Ioan. 1. Deum nemo uidit umq̄.

Explicatio locorum. Sed has ſolas, & ſimiles dico tripliciter fore interpretandas. Primū, ut ſentiamus neminē corporeis oculis uidiſſe umq̄ aut uiſurum eſſe diuinā eſſentiam. Secundo, neminē ſpirituali mentis oculo uiſurū diuinæ ſubſtantiæ naturā, q̄diu ī hac mortali carne uiuat. Tertio nullū umquā uidiſſe, aut aliqñ uiſurū Dei ſubſtantiā, uiſione cōprehenſionis, qua. ſ. Deus ſeipſum cognoſcit, ſoluſque ſuā ipſius ſubſtantiam, qualis, quantaque ſit cōprehēdit.

Concluſio. D. Thom. an cōſtet ratione euidēti. Sed q̄ritur, Vtrum hæc ueritas conſtet rōne euidenti, an ſolummodo ex diuinis reuelationibus. Certe ſi loquamur de beatitudine in particulari, q̄ in Dei uiſione conſiſtit, ſolum conſtat ex diuinis reuelationibus hoīem poſſe

1. Cor. 2. eſſe beatum: quod patet ex illo 1. Cor. 2. Oculus non uidit Deus abſq. te, quæ pparaſti diligentibus te. Demonſtratur idem. Nam media, q̄ ſunt neceſſaria ad cōſequendam hanc beatitudinem, ex ſola diuina reuelatione cognoſci

1. Cor. 2. pñt, ut incarnatio Dñi noſtri Ieſu Chriſti, & alia myſteria gratiæ, de quibus Apoſtol. 1. Cor. 2 loquens ſic inquit, Sapiētiam loquimur inter pfectos, quam nemo principum huius mundi cognouit. Verum ſi loquamur de beatitudine in cōi, rōne euidenti cōſtat, ad Deum pertinere, ut tribuat premium & beatitudinem pro meritis, & bonis actibus. Conſtat .n. ratione euidenti, Deum eſſe gubernatorē & rectorem uniuerſi ſapientiſſimum, & rectiſſimum iudicem: ergo ratione euidenti conſtat, quod Deus homini præmium decernat pro bonis ſuis actibus.

Hoc ipſum confirmatur. Nam ex hoc efficaciter concludunt Theologi, animum hominis eſſe immortalem. Etenim cum iuſtum ſit, quod boni laborum præmia accipiant, pariterq. ut mali ſupplicium pendant, & uidemus ſæpe in hac uita multos bonos atteri calamitatibus, & ęgenis; contra uero malos pſpe agere & ſuccedere: hīc ſequitur euidenter, aīam eſſe īmortalē, & Deū in futuro ſeculo bonos eſſe pmiaturū. Ex his cōſequitur eſſe euidens rōne naturali, hoīem poſſe cōſequi beatitudinē, ſi ſermo ſit de beatitudīe in cōi. Qd ex pdictis efficaci ar- Prior conc.

gumento cōcluditur: quoniam ſi ad Deum ptinet, bōis tribuere beatitudinis pmiū; cōſequēs eſt, φ homo poſſit illud habere.

Præterea huius rei eſt alterū Poſte. conc.

argumentū. Nā rōne euidēti ſatis cōſtat, hominē non eſſe fruſtra conditū: ergo euidēter cōſtat poſſe cōſequi ultimum finē ſuum, & ad beatitudinem peruenire, alioq fruſtra eſt: illud enim fruſtraneum eſt, quod nūquam poteſt cōſequi finem ſuum. Sed & illud exploratum eſt, deſiderium hominis naturale non eſſe fruſtraneum, nec ſuperuacaneū a natura inſitum. Sed homo naturaliter appetit beatitudinem in communi: poterit ergo aliquando cōſequi finem ſuum. Quid ni cum uniuerſæ res creatæ cōſequantur fines ſuos.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum vnus homo poſſit eſſe beatior altero.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſio. Si attenditur obiectum, & cauſſa beatitudinis, beatitudo vna eſt, qui eſt Deus: atque hæc vnitas ſignificatur denario, quem recipiebant omnes, qui in vinea laborauerant.

Poſterior Concluſio. Si attenditur adeptio & fruitio ſūmi boni, vnus poteſt eſſe beatior altero: atque hoc modo dicitur diuerſitas manſionum

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quod unus homo in uita beata ſit beatior altero, quodque iuſti nequaquam ſint æquales in gloria, quemadmodum ſentiunt Ioui- Cōfirmatur

nianus & Lutherus, apertiſſimis argu- ſecunda

mentis demonſtratur. In primis ex illo Ioann. decimo- Concluſio

quarto: In domo patris mei manſiones multæ ſunt. D. Thom.

Rurſus ex illo Matthæi capitulo decimonono: Amen Iouinianus

dico uobis, quod uos qui ſecuti eſtis me, in regenera- Lutherus. Ioan. 14.

tione, cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, Matth. 19.

ſedebitis & uos iudicātes duodecim tribus Iſrael: dicit Dominus. Quibus uerbis aperte ſignificat Dñi Apoſtolos digniorem locum, quam ceteros, in cælo habituros. Eandem etiam beatorum inæqualitatem Chriſtus ipſe perſpicuam fecit parabola illa de munificentiſſimo Rege illo, q conſtituit ſupra decem ciuitates ſeruum illum, qui ipſius mna acquiſiuit decē mnas; & ſupra quinque ciuitates ſeruum alterum, qui mna Domini ſui, acquiſiuit quinque mnas. Sed ex ſententijs D. Pauli idem oſtenditur euidentius. Nam 1. Corinth. 15. ſic loquitur: Stella ab ſtella dif- 1. Cor. 15.

fert in claritate, ſic & reſurrectio mortuorum. Quod ſi ex his verbis liquidum eſt inæqualem fore gloriā corporis, & erit profecto inæqualis gloria animæ; par quippe eſt de vtraq. ratio; & indecens & indecorū eſt, vt habētes æqualem gloriam in anima, nō haberent æqualem gloriam in corpore. Et recte Hieronymus diſputans contra Iouinianum ait, præmiſiſſe Apoſtolorum Solem, & Lunā, cum dicit: Alia claritas Solis, alia Lunæ, alia claritas ſtellarū, ne Hieron.

ſtellam & ſtellam, totum quiſquam intelligeret humanæ multitu-

[illegible] genus. Sed ex coniunctione Solis & Lunæ, [illegible] unt ad malos, admoneretur & ſtellas ad [illegible] ferè itaq; qđ dicit Apoſtolus, Sic & reſurrectio mortuorum, ita eſt intelligendũ, vt alius videlicet claritate [illegible] ceat, alius Lunæ ſplẽdore rutilet, alius Lucifer [illegible]; alius Arcturus; alius Orion; & alij ceteræ ſtellæ, quæ [illegible] Iob volumine cõtinentur. Et pulcherrima ſane alluſio hæc eſt Pauli, ad intelligendũ, pro meritorũ varietate [illegible] inæqualitate, diuerſas fore & inter ſe impares iuſtorũ glorias. Vt enim aſtra omnia recipiũt quidẽ a Sole omnẽ ſplẽdorẽ: quodlibet tamẽ, ſecundũ probabiliorẽ [illegible] horũ ſententiã, iuxta ſuam qualitatẽ, & quò magis minúſve ſolidũ eſt, & diaphanũ, plus minusue [illegible] ſane quamuis omnes iuſti de plenitudine Chriſti, qui eſt Sol fulgẽtiſſimus, gloriã animę & corporis participent; nequaquã tamen ex æquo, ſed iuxta quantitatem, & modũ ſuę diſpoſitionis, hoc eſt bonorũ operũ, & meritorũ ſuorum, gloriã animæ & corporis recipiẽt. Sed & Daniel. c. 12. cũ eos, qui dormiunt in terræ puluere, euigilaturos pronũciaſſet; alios quidẽ in vitam æternã, alios vero in opprobriũ, vt declararet eximiã fore gloriã bonorum doctorũ, & multo maiorem quam aliorũ, continuo ſubdit: Qui autẽ docti fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor Firmamẽti, & qui ad iuſtitiã erudiũt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Sed & vniuerſa vtriuſque teſtamenti pagina teſtatur, reddendũ eſſe vnicuique præmiũ in iudicio iuxta menſuram ſuorum operum. ideo Daniel dixit, aperiendos eſſe libros in iudicio, quia omnia opera noſtra exactiſſime tunc expendẽtur, & iuxta eorũ merita ſuũ vnicuique præmiũ retribuetur. & Paul. 2. Cor. 5. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Domini, vt referat vnuſquiſque ſiue bonũ, ſiue malũ, prout geſſit in corpore. & 1. Cor. 3. Vnuſquiſque propriã mercedem accipiet ſecundũ proprium laborẽ & alibi ſæpius, Qui reddit vnicuique ſecundũ opera ſua & Ioan. in Apocalyp. c. 14. aperte pronunciat, mortuos in Domino opera ſua cõſequi, nẽpe vt iuxta eorum bonitatẽ, præmium a iuſto iudice recipiatur. & D. Paulus, Nolite errare: Deus nõ irridetur: quę enim ſeminauerit homo, hæc & metet, qui parce ſeminat, parce & metet, qui ſeminat in benedictionibus, hoc eſt, benigne & abundãter, de benedictionibus & metet, id eſt abundanter & copiose. Ita ex his teſtimonijs tale cõficitur argumentum irrefragabile. Gloria datur ſecundum quantitatẽ & qualitatem meritorũ. Sed merita iuſtorum ſũt inæqualia, vt liquido cõſtat ex diuinis litteris. Cõſtat igitur gloriã & beatitudinem Sanctorũ, non eſſe æqualẽ; ſed vnus altero beatior erit. Demum hæc cõcluſio eſt definita in Concil. Florent. circa principium: definitur enim animas beatas videre Deum trinum & vnũ ſicuti eſt, ſed pro diuerſitate meritorum, aliũ alio perfectius videre. Solet etiam produci in huius ſententiæ confirmationem Extrauagans Benedicti 11. in qua definiuit, animas iuſtorũ conſequi beatitudinis prĕmiũ ante iudicij diem: quam & ſupra commemorauimus. Sed re uera in definitione Benedicti 11. nulla de præſenti quæſtione fit commemoratio. Porro in Concil. Triden. Seſſion 6. canon penultimo hæc veritas haud obſcure inſinuata eſt. D. Hieron. 2. lib. cõtra Iouinianũ innumerabilia protulit argumẽta, quib⁹ cõtra Iouinianũ hæreticum mirabiliter triũphat. ex quo loco, ſi quis deſiderat meliora ſubſidia ad noſtrã cauſſam defẽdendã, petere poterit. Sed cõtra hanc veritatẽ fidei proponi ſolet argumentũ ex parabola euangelica, de vno denario reddito operarijs primæ horæ, tertiæ, & ſextæ, & nona, & vndecimæ: ex quo videtur conuinci, ꝙ inæqualiter laborãtibus in excolẽda vinea Domini, vnus tamẽ & idẽ denarius, id eſt, idẽ præmiũ, & æquale redditũ eſt: quæ ſane argumentatio noſtrã ſententiam lab. factare videtur.

Dan. 12.

1. Cor. 5.

1. Cor. 3.

Apoc. 14.

Paulus.

Cõcil. Flor.

Benedict. 11.

Conci. Trid.

Hieron.

Obiectio.

Solutio.

Huic argumento facile & diſtincte reſpondet D. Tho. 1. prima cõcluſione, quod per vnitatem denarij ſignificatur aperte, ꝙ omnes beati atq; felices poſſidebunt Deum, qui eſt beatitudo ſanctorum. Itaque comprobat argumentum, quod ex parte obiecti ſit vnitas in vita beata. Voluit igitur Dominus hac parabola oſtendere, vnius & eiuſdẽ Dei participes eſſe omnes beatos, & eandẽ vitam æternã eſſe in præmium omnibus dandam, licet pro diuerſitate meritorum, alius alio clarius Deum videbit. Sicut enim idem eſt cælum commune omnibus ſyderibus; & tamẽ ſtella differt a ſtella in claritate: ſic quamuis eadem vita æterna, idẽ regnũ, idẽ denarius omnibus cõcedatur, alias alius alio perfectius gaudebit, fruetur que diuinæ eſsẽtiæ viſione. Et in hunc modũ reſpondet huic obiectioni Hieron. Auguſt. Gregor. Vnus denarius (ait Hierony. vbi ſupra) non vnum eſt præmium, ſed vna vita, & vna de gehẽna liberatio. Et D. Augu. in illa verba Ioãnis: In domo patris mei mãſiones multæ ſunt, ſic inquit: Eo vtique denario, vita ſignificatur æterna, vbi nemo amplius viuit alio, quia viuendi nõ eſt diuerſa in æternitate mẽſura: ſed multæ manſiones, diuerſas meritorũ in vna vita æterna ſignificant dignitates: alia enim eſt gloria Solis, alia Lunæ. & multa ſimilia dicit Auguſt. in lib. de ſancta virginitate c. 26. Eadem, & in eundẽ ſenſum eleganter perſequitur D. Gregor. lib. 4. moral. cap. 42.

Hieron.

D. Auguſt.

D. Auguſt.
Gregor.

Supereſt tamen de hac expoſitione nonus ſcrupulus. Nam ſi ita ſe res habet, ꝙ in vno denario diſpar erat eorũ gloria, & retributio, quid ergo conquerebantur, obmurmurabantque cõtra patrẽfamilias illi, qui pondus diei, & æſtus portauerant, pares ſibi effectos, qui vna dũtaxat hora laborauerant? Ad hunc ſcrupulũ eximendũ, obſeruandum eſt ex D. Chriſoſt. explicante hanc parabolam, ꝙ in parabolis non ſũt ſingula verba morosè explicãda. Neque enĩ opus eſt ꝙ omnia, quæ in eis dicũtur, adamuſſim & per omnia quadrent, ſed conijciẽdus eſt oculus ad præcipuum parabolæ ſcopum. Dominus in illa parabola voluit ſignificare, ꝙ quidam ſequuntur Deum a prima iuuẽtute; quidam vero incipiunt ſequi in ſenectute: & tamen aſpirante Dei gratia, nouiſſimi non minus præmij recipiunt, quam primi. Vel Dominus retulit illã parabolam ad Apoſtolos, qui cum eſſent futuri nouiſſimi, debebãt eſſe primi in regno cælorum. Vel Dominus voluit nos admonere in illa parabola, ꝙ in via Dei tantum poteſt proficere ſolertiſſimus quiſque breui & exiguo tempore, quantum proficit negligens in longiori tẽpore. Denique docet Dominus, ꝙ merita noſtra habent potiſſime ſuum valorem & efficatiam ex diuino placito: & hoc eſt quod dixit paterfamilias, An nõ licet mihi ꝗ meo facere quod libet?

Dubium.

Chriſoſt.

Sed quæſtio eſt inter catholicos Theologos ad examinandum, quo modo vnus ſit beatior altero, & in quo cõſiſtat, ꝙ vnus perfectius, & melius participet obiectũ beatificum, ꝗd eſt ſummũ bonum. Ad cuius rei expoſitionem ſcire oportet, ꝙ hic non quærimus de cauſſa prima, & remota huius variæ atque diuerſæ participationis gloriæ, ſed de cauſſa proxima. propter qđ nõ ſatis res expeditur, ſi dicamus vnũ altero eſſe beatiorẽ: quonia cum Deus ſit ſpeculũ voluntariũ, pro ſua volũtate plus ſe repræſentat & præbet videndũ vni, quã alteri: hæc enim Theologia venit ex longinquo, & ex valde remotis: omnia enim eueniunt ſecundũ diuinã voluntatẽ. Quod ſi hæc reſponſio apta eſt, Sic Deo placitũ eſt vel vno die poſſemus vniuerſas Theologiæ quæſtiones apta reſpõſione eludere, videlicet dicẽdo, Sic dijs placet. Neque vero hæc controuerſia ſufficienter explicatur, ſi dicat Theologus, vnũ eſſe beatiorẽ altero, quia Deus perfectius cõcurrit cũ vno, quam cũ altero: tũ, quoniã hæc cauſſa eſt cõmunis, & remota, & quæ quadrat omnibus agẽtibus: tũ vero, quoniã cũ beatitudo nõ ſolum ſe teneat ex parte Dei cõcurrentis, ſed ex parte intellectus videntis Deũ, oportet cauſſã reddere nõ ſolum ex parte Dei, ſed etiam ex parte intellectus noſtri.

Quomodo vnus alio beatior ſit.

Vera ergo explicatio propoſitæ dubitationis hæc eſt, quod maior participatio ſummi boni, & ſũmæ beatitudinis in hoc conſiſtit, quod vnus beatus perfectius videat Deum, quam alius. In hanc cauſſam retulit hanc diuerſitatem Concil. Florent. vbi ſupra. Et ratio idẽ perſuadet euidens. Nam beatitudo eſſentialiter in Dei viſione cõſiſtit, vt ſuperius oſtenſum eſt, ergo maior & perfectior beatitudo in perfectiori viſione. Quod ſi quis arguat ex D. Tho. nam hoc in loco colligit perfectiorem, & maiorẽ beatitudinẽ ex maiori fruitione, Dicendum eſt, quod cum viſio, & fruitio in vita beata conueniant, D. Tho. indiff. enter ſolet loqui de vtraq;, quando nõ diſputat ex profeſſo, in quo eſſentialiter conſiſtat beatitudo: Vel dicendum, ꝙ fruitio eſt proprietas beatitudinis, & viſionis beatificæ: vñ optime colligitur ab effectu; ſi fruitio perfectio eſt, ergo viſio

Explicatio dubij.

Concil. Flo.

Obiectio.

Solutio.

Quare vni viſio ſit altera perfectior.

viſio & beatitudo pfectior erit. Verũ ſupeſt inqrere ĝ maiori pfect one viſionis, quod non hẽt facilẽ explicationẽ. Quæritur, in quo conſiſtat, ꝙ vna viſio diuinitatis ſit altera perfectior? In huius quæſtionis gratiã obſeruandũ eſt, ꝙ viſio beata põt cõparari ad intellectũ, a quo procedit, vel ad obiectum qd videtur. Ruſus, maior pfectio ex parte obiecti põt expendi bifariã, vel quãtũ ad ea, q̃ in obiecto videt, q͞a plura, vel pauciora videntur, vel quãtũ ad modũ videndi, q͞a clarius aut diſtinctius vñr: ſicut in viſione corporali viſio imaginis poteſt eſſe pfectior, q͞a plura in imagine vñr, vel q͞a clarius & diſtinctius vñr. His cõſtitutis eſt prima cõcluſio.

Prior Conc.

Poſter. Conc.

Prima conc.

Perfectior viſio beatifica & maior, quãtũ eſt ex parte intellectus, ex perfectiori, & maiori lumine gloriæ expendenda eſt. Nã intellectus creatus videt Deũ mediãte lumine gloriæ, a quo eleuat; & illuſtratur vt Deũ poſſit videre: itaq. lumen gloriæ eſt principiũ immediatũ, quo intellectus ſit potẽs ad intuendũ Deũ, vt euidenter demõſtrat D.Tho.1.p.q.12. artic.5. Ergo perfectior viſio diuinitatis, ex pfectiori lumine gloriæ expendenda eſt. Hoc ipſum cõfirmatur. Nã viſio diuinitatis, eſt viſio ſupernaturalis, oẽſq. vires intellectus naturales longe ſuperans: ergo ad principiũ ſupernaturale, cuiuſmodi eſt lumen gloriæ, referenda eſt. Profecto, qñ calefactio ſuperat vires aquæ, ſi aqua aliqñ calefacit, ex rõne caloris calefacit; nõ ex proprijs viribus aquæ.

Verũ natu ralis perfectio intellectus adiuuet.

Sed ex hoc magna enaſcitur quæſtio, Verũ naturalis perfectio intellectus iuuet ad pfectiorẽ viſionem diuinitatis, ĩtc, vt cum æquali lumine gloriæ perfectior intellectus, perfectius videat Deũ? Verũ ſi documenta noſtræ ſuiæ exacte conſiderentur, quid ſit ſentiendũ manifeſte patet: videlicet, ꝙ nihil iuuat ad perfectiorem viſionẽ. Contrariã tamen ſniam habet Caiet.3.p q.10.artic.4. ſed de hoc fuſius diſputatur.1.p.q.12.

Caiet.

Secũda cõc.

Secunda Concluſio. Si loquamur ex parte obiecti, maior perfectior viſionis nõ ſumitur ex eo quod plura, vel pauciora videãtur eorum, quæ ſunt in Deo formaliter. Ad cuius rei interpretationem ſciendum ẽ, quod aliqua ſunt in Deo dupliciter, vel formaliter, id eſt, ſecundum propriam rationem, vt ſunt diuina attributa, quæ dicunt perfectionem, & nullam includunt imperfectionem; cetera ſunt in Deo eminenter, id eſt, non ſecundum propriam rationem, ſed altiori & ſublimiori modo, demptis omnibus imperfectionibus, vt ſunt omnes effectus creati, quos Deus poteſt producere. Decerno itaq. in concluſione, quod maior perfectio beatitudinis nõ eſt ex eo, quod plura vel pauciora videãtur in Deo eorum, quæ ſunt formaliter in Deo. Nam (vt ego exiſtimo) omnes videntes Deum, vident omnia quæ ſunt formaliter in Deo: omnia enim quæ ſunt formaliter in Deo, ſunt vna ſimpliciſſima perfectio, quæ eſt eſſẽtia diuina: qui ergo videt eſſentiam diuinam, videt ſubinde omnia quæ ſunt formaliter in eſſentia diuina,

Tertia cõcl.

Tertia Concluſio. Maior, vel minor perfectio uiſionis beatificæ ſumitur ex parte obiecti; quia videns Deum, uidet plura, uel pauciora ex his, quæ ſunt eminenter in Deo. Nam ea quæ uidentur eminenter in Deo, uidẽtur tanquam in cauſa: at qui plures effectus cognoſcit in cauſa, perfectius cognoſcit cauſam: ergo q in Deo uidet plures effectus, perfectius uidet Deum. Certe quando quis in principio ſcientiarum plures concluſiones percipit, perfectius illud principium penetrat.

Quarta cõc.

Quarta Concluſio. Maior, vel minor perfectio beatæ viſiõnis ſumitur ex parte obiecti, alio mõ.ſ. ex eo, ꝙ videns Deũ intenſius, & magis intime Deũ intuetur, & magis pſpicue: quemãdmodũ euenit ſępenumero, ꝙ eãdem concluſionem vnus alio perfectius, & euidentius intelligit. Sed de his omnibus fuſius diſputatur 1.par.q.12.ex quo loco quidam uariás quæſtiones furãtur, & ad iſtũ locum tranſtulerũt, tranſcribentes eas: ſed nobis ſatis fuerit, ea, q̃ noſtro propoſito sũt accomoda, perſtractaſſe.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum in hac vita poſsit quis eſſe beatus.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. In hac vita poſſumus habere beatitudinem imperfectam, & aliqualem participationem beatitudinis æternæ, prout ſupra dictum eſt.

Poſterior Cõcluſio. In hac vita, non poteſt haberi pfecta beatitudo; q͞a beatitudo cum ſit perfectũ, & ſufficiens bonum, excludit omne malũ, & implet omne deſiderium. quod in hac vita fieri non poteſt, cũ multis ſubiaceamus malis, & reſpectu ignorãtiæ, ex parte intelleſtus; & inordinatæ affectionis, ex parte appetitus, multiſq. alijs pęnalitatibus, q̃ vitari non poſſunt, ex parte corporis. nec etiam impleri poteſt deſiderium in hac vita, cum permanentiam eorum cupiat homo, quę trãſitoria ſunt, maximeque fugiatur mors, quę tñ ſequitur, neque etiam diuina eſſentia in hac vita videri põt, in qua conſiſtit beatitudo.

EXPLICATIO ARTIC.

Augu. cõtra ſecũ. cõcluſ. Pri. argum.

COncluſio ſecunda videtur falſum dicere. Nã Chriſtus dominus in hac vita fuit beatus: fuit enim ſimul viator, & cõprehenſor, ut vno conſenſu definiunt uniuerſi Theologi. Deinde, D.Paulus, ut placet D.Auguſt. & D.Tho. in corpore conſtitutus, vidit diuinã eſſentiam, in cuius uiſione perfecta beatitudo conſiſtit. Idem aſſeritur de Moyſe. Idem diſputant de D Benedicto, ut animaduertere licet, quodlib. 1.ar.1 apud D Tho.

Secundum: Aug. D.Thom.

Tertium.

Pręterea, alia ratione ſubuertitur hæc concluſio Diui Thom. ſecunda. Nam ex ea ſequitur omnes homines naturali deſiderio deſiderare mortem, quod eſt contra experientiam. Quod recte ſequatur, ſic oſtenditur.

Etenim omnes homines naturali deſiderio deſideramus beatitudinẽ perfectã, ſed ad eã conſequẽdam eſt medium neceſſarium, interuentio mortis. Ergo qui naturali deſiderio deſiderat beatitudinem perfectam, ex cõſequio deſiderat mortem, & ab hac uita migrare: ſiquidẽ in hac uita mortali beatitudinem perfectam habere non poſſumus. Certe qui deſiderat efficaciter finẽ, deſiderat ſubinde medium, quod eſt neceſſarium ad finis adeptionẽ. quod ẽẽ uerum, multis argumẽtis in ſuperioribus eſt cõfirmatũ.

Quintum.

Sed & aliud incommodum uidetur ſequi ex prædicta ſententia, uidelicet, ꝙ ueritas reſurrectionis cõſtaret nobis ratione euidenti, cum tñ ſola fide hæc ueritas teneatur. Quod recte ſequatur, hoc pacto demonſtro. Nam ex prouidentia diuina, & peccantibus pœna, & bene operãtibus pręmium debetur. Sed homines conſtituti ex corpore & anima peccant, & recte operantur Ergo hominibus ſecundum corpus & animam, præmium aut pęna debetur: ergo ſi in hac uita præmium noſtræ felicitatis conſequi nõ poſſumus, neceſſaria eſt iterata coniunctio animę ad corpus, ut homo integer in corpore & anima recipiat præmium.

Reſolutio dubij. D.Aug.

In huius expoſitionem dicendum eſt, concluſionem D.Thom. eſſe certiſſimam, quam euidenter demonſtrat D.Tho. ſuis argumentis. Eandẽ demonſtrat D.Aug. lib 19 de ciuitate Dei, fere per totũ. Certe ſi in hac uita tñ ſperãtes eſſemus, miſerabiliores eſſemus, nõ tñ cunctis hominibus, ut teſtatur D.Paul.1. Cor.15. imo et uniuerſis reb⁹. Nã ceteræ res facile conſequuntur fines ſuos; homo uero infinitis, tũ animæ, tũ corporis perturbationibus, & ærũnis circumuallatus, uix cõſequitur beatitudinẽ huius uitæ. ſi uero eã cõſequitur poſt longos labores, eã retinere non ualet: nã poſt morte breui ẽ abrũpẽda.

1. Cor. 15.

Ad argumẽta in oppoſitũ adducta facile erit ſatisfacere. Nã ad primũ breuiter dicẽdũ eſt, ꝙ D.Tho. loquitur de lege ordinaria, & ſm̃ cõem curſum naturis debitum. Quod uero, Chriſtus Dñs fuerit ſimul uiator, & comprehenſor, fuit miraculorum ſummum, maximumq Eadem eſt interpretatio de D.Paulo, d Moyſe, & de D Benedicto, ſi forte, dũ hanc uitam uiuerent, uiderunt diuinam eſſentiam.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum argumẽtum confutandũ, nonnulla ſunt

an.maduertenda. In primis oẽs hoĩes per appetitum ſenſitiuũ horremus mortẽ, vt malũ terribile. Nã ſẽſitiua pars, [illegible] felicitate alterius ſæculi iudicare poteſt: at per appetitum rõnalem oportet, vt appetamus mortem pro cõſecutione beatitudinis perfectæ, quæ in hac vita mortali haberi nequit. Quapropter [illegible] philoſophi pro conſecutione huius felicitatis, quamuis de ea tenuiſſimã haberẽt cognitionẽ [illegible] ſe morti tradiderunt. Cicero in prima Tuſculana [illegible] quẽdã Aegyptium Cyrenaicum [illegible] Ptolomeo Regi [illegible] incõmodis huius vitæ, & felicitate alterius [illegible], quoniã [illegible] multi [illegible] conſ[illegible]. Ibidẽ [illegible] altũ, [illegible] nomine, [illegible] dicit, [illegible] induſtria [illegible], ſe a muro in mare præcipitaſſe lecto Platonis libr. de immortalitate animæ. Auguſt. Eugubinus lib. 10. de perenni Philoſophia c. 19. refert alios philoſophos, qui habebant in ore illam ſententiam Domini, Qui odit animam ſuam in hoc mundo in vitam æternam cuſtodit eam.

Prior cõcluſio.

Poſterior concluſio.

Ambroſius.

Auguſt.

Philip. 1. *Rom. 7.* *2. Cor 5.*

Sed his prætermiſſis, quæ incerta ſunt, D. Paul. ad Philip. 1. veriſſime dicit, Cupio diſſolui, & eſſe cũ Chriſto. & ad Ro. 7. Infelix ego hõ, quis me liberabit de morte corporis huius? & 2. Cor. 5. Audemus, & bonam voluntatẽ habemus peregrinari a corpore, & præſentes eſſe ad Dñm. Et illa vox orationis Dominicæ, Adueniat regnũ tuũ; vox Sãctorum eſt, explicantiũ deſideriũ, quo magnopere ex hac vita diſcedere concupiſcunt. Vnde qui efficaciter, & oĩb modis deſiderant beatitudinẽ perfectam, facile contemnunt mortẽ per appetitũ rõnalem: nam per appetitũ ſenſitiuum maxime horremus mortem. quod ſignificat Pau. 2. ad Cor c. 5. dicens. Ingemiſcimus grauati, eo ꝙ nolumus ſpoliari, ſed ſuperueſtiri; nolumus, inquam, per appetitũ ſenſitiuum: nam per appetitum rõnalem iam dixerat D. Paul. Audemus, & bonã voluntatem habemus peregrinari a corpore, & pñtes eſſe ad Dñm. Itaq. ſicut mercator, q̃ proijcit merces in mare pro tuenda vita, vult certe proijcere ne pereat; at vellet non proijcere, ſi poſſibile eſſet vitam, & merces ſimul conſeruare: ſic, qui vult efficaciter & ſerio beatitudinem, vult ſimpliciter mori, & pñtem abrumpere vitã: ſed nollet, ſi eſſet poſſibile non ſpoliari, ſed ſuperueſtiri. Tertia ſolutio eſt, ꝙ mors nõ eſt medium per ſe neceſſarium, ad conſequendam perfectam beatitudinem, ſicut nauigium ad nauigandum; ſed eſt neceſſariũ mori per accidens, &, quod dicunt Theologi, ex ſuppoſitione, ſicut ſuppoſito naufragio, neceſſaria eſt tabula ad euadendum, non autem neceſſarium vt qui deſiderat nauigare, deſideret tabulam ad ſupernatandum. Inſuper dicendũ eſt, viros ſapientes, qñ illis a Domino fuerit denũciatum, quod ex hac vita mortali diſcedant, lætabundos, & agentes gratias Deo debere parere, quaſi a carcere & vinculis emittantur; ſi vero nihil fuerit illis denunciatũ, oportet, vt in præſidio, & in ſtatione ſua permaneant, ne vt proditores, & infideles arguantur. itaq. non oportet, ꝙ deſiderent mortem, ſed quod a Domino illatam generoſo animo ferant. Ad tertiũ argumẽtum ſic reſpõdet Scotus in 4. d. 43. q. 2 non conſtare ratione euidenti eſſe vnũ rectorem vniuerſi, ſcelera punientem, & ꝓ meritis pmiũ retribuentem: contra quem alio in loco dimicauimus. Vt igitur veram confutationem breui complectar, dico, ꝙ etiam ſi non conſtet, ſatis magnum eſt præmium ipſe fructus virtutis, quo viri probi mirifice delectantur.

2. Cor. 5.

Ad tertium. Scot.

Sed huic ſolutioni vĩ aduerſari illud eloquium D. Paul. Si in hac vita ſperãtes eſſemus, miſerabiliores eſſemus cũctis hominibus. propter qđ dicendũ eſt, quod ſecundũ philoſophos recte ſentiẽtes de animorũ immortalitate, ſatis ẽ, animã a corpore ſeparatam vel ꝓ ſceleribus puniri, vel ꝓ bonis actibus pmiũ ſuſcipere: qm̃ anima eſt quæ ꝑ voluntatẽ eſt primũ & præcipuũ princ.piũ noſtrorũ operũ; corpus vero tantum cõcurrit, tãquam organũ & inſtrumentum. hoc dicunt philoſophi ad hoc argumẽtũ [illegible] cogerentur cõcedere reſurrectionem corporum eſſe naturalem de qua re lege D. Auguſtinum lib. de cognitione veræ vitæ, cap. 41.

Paulus.

Auguſt.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum beatitudo ſit amiſſibilis.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. Beatitudo imperfecta poteſt amitti. Nam de felicitate contemplatiua patet, quæ amittitur per obliuionem, cum corrumpitur ſcientia, vel ex ægritudine, vel ex alia occupatione, quibus homo totaliter abſtrahitur. Patet etiam de actiua, cum poſsit homo mutari vt degeneret a virtute.

Poſterior Concluſio. Beatitudo pfecta alterius vitæ amitti nõ poteſt, quæ quietat omne deſiderium, & excludit omne malum; quia aliter homo non eſſet beatus, ſi nõ eſſet certus, quod bonum acquiſitũ & poſſeſſum nõ eſt amiſſurus. Vnde ſi hæc opinio eſſet falſa, beatus non eſſet, quia falſum, eſt malum intellect⁹, & falli miſeria eſt. Secũdo in particulari conſiderando, impoſsibile eſt, quod vidẽs diuinam eſſentiam, velit nõ videre, cũ in ea habeat omne id, quod appetitum ſatiat, & cũ pœna numquã proueniat, niſi a culpa, Deus nũquam ſubſtrahit ſui viſionem, quia ad hanc requiritur rectitudo voluntatis, vt ſupra dictum eſt: hæc autem rectitudo a nullo ſubſtrahi poteſt, cũ mẽs Deo coniuncta ſuper omnia eleuetur; vnde per nullum agens poteſt excludi talis viſio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

DE vitã æterna & inamiſſibili, quam electis poſt morte ſupereſſe minime dubitamus, multæ ſunt demonſtrationes in ſacris eloquijs. Dicit. n. Sapiens, Iuſti aũt in perpetuũ viuent, & apud Dñm merces eorũ. dicit ẽt Daniel: Et qui ad iuſtitiã erudiunt multos, fulgebunt quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. & Paul. Et ſic ſemper cum Domino erimus. uitam æternã & perpetuam ſignificans. & D. Petrus: Vocauit nos in æternam gloriam ſuam. manifeſtiſſime autẽ Saluator in euangelijs dicit: Et ibunt iſti in pœnam æternam; iuſti autem in uitam æternam. Denique in Symbolo omnes confitemur uitam æternã, de qua Chriſtianis nobis eſt certamẽ. Vita igitur illa felix & beata, numquam finem habebit. Quapropter dogma hæreticum eſt Origenis, & quorũdã philoſophorum dicẽtium, quod poſt diuerſas temporum uiciſſitudines, beati futuri eſſent miſeri; & miſeri e cõtra beati. Contra hunc errorem diſputat Auguſtinus, libro de hæreſibus, hæreſi 43. & 12. de ciuitate Dei, capitulo uigeſimo. & Diuus Gregorius ſuper Iob, in illud: Aeſtimabit abyſſum quaſi ſeneſcentem. Sed & hæc ueritas non ſolũ conſtat fide Catholica, ſed rationibus euidentibus, quas perſequitur Diuus pater Auguſtinus in locis citatis: agit enim contra hunc errorem in libris de Ciuitate, argumẽtis tãtummodo, nullum ſcripturæ ſacræ afferens teſtimonium. quod inde uenisse conſtat, quia tunc contra ethnicos Philoſophos agebat, quos ſacræ ſcripturæ teſtimonia parum mouere poterant. Varias etiam huius rei demonſtrationes deſignat Diuus Thomas tertio contra Gent. capitulo ſexageſimoprimo, & ſexageſimo ſecundo, & quarto contra Gent. capitulo nonageſimo ſecundo & ſupra q̃ſtione quarta, articu. quarto, oſtenſum eſt, beatos ſuapte natura eſſe impeccabiles.

Sapiens.

Daniel.

Petrus.

Matt. 25.

Orig.

D. Aug.

Gregor. Iob 41.

Auguſt. Rationes ꝓ hac veritate

D. Thom.

Illud etiã aduertere oportet, quod beatitudo ſãctorum non dicitur æterna & inamiſſibilis, ex eo tantum, ꝙ Deus per auxilium gratiæ ſpeciale, eam in æternum cõſeruet: ueluti diceretur arbor æterna, quam Deus ſempiterne cõſeruaret: ſed ſuapte natura eſt inamiſſibilis, & æterna, ſicut cæleſtia corpora, & ſpiritus angelici. Nam uiſio illa

Viſio beata ſuapte natura inamiſſibilis eſt.

illa beata ſicut ſuapte natura eſt vita, ſic ſane ſuapte natura eſt vita æterna: neq. enim habet vnde corrumpatur.

Hoc ipſum confirmatur, quia nõ habemus aliud argũ ad probandum, q cælum, & lumen Solis ſit incorruptibile, niſi quia ſcimus q numquam corrũpentur. Sed hoc ſcimus de viſione beatifica: ergo vt q illa ſit ſuapte natura incorruptibilis, & Deus, qui ſapientiſſime oia cõponit, quo beatitudinẽ, quæ nũquam corrumpit, poſuiſſet in natura corruptibili?

Prior cõcluſio.

Pri. obiecti. In contrarium autẽ videtur. Nã viſio diuinę eſſentiæ, quam habuit D. Paulus, dũ adhuc viueret, deſinit ẽẽ: ergo viſio diuinę eſsẽtię ſuapte natura nõ eſt incorruptibilis.

Secunda. Præterea, caritas vitæ beatæ eſt eiuſdem rationis cum caritate, quam hic habemus, dum viuimus. Sed caritas huius vitæ ſuapte natura eſt corruptibilis, idq. accidit multis modis. Ergo & caritas patriæ. Explicatur hoc. Nam ſine caritate, beatitudo conſiſtere non poteſt. Sed caritas de ſui natura eſt amiſſibilis, vt dudum probatum eſt: ergo beatitudo ſuapte natura amiſſibilis eſt.

Tertia. Denique, caritas huius vitæ non corrumpitur ex parte agentis, qui eſt Spiritus ſanctus, neq. corrũpitur rõne ſua: nam caritas de ſe numquam excidit: corrũpitur tñ ex parte liberi arbitrij. Ergo viſio beata, licet ſuapte natura ſit incorruptibilis, poterit tñ ex parte liberi arbitrij deſinere eſſe.

Ad primum. Ad hæc argumenta ſatisfaciendum eſt. Nam ad primum dicendum, q viſio diuinæ eſſentiæ quã habuit Paulus, & viſio beati, ſũt eiuſdem ſpeciei, quod patet ex obiecto: habent enim idem obiectum, & ex lumine gloriæ, & ſpecie intelligibili, per quam diuina eſſentia videtur: cũ hoc tñ recte coniungitur, q viſio D. Pauli fuerit corruptibilis, & viſio beata ſit ĩcorruptibilis: Sicut lux Solis, & lux quæ in aere recipitur, ſunt eiuſdem ſpeciei; nihiloſecius tñ lux Solis eſt incorruptibilis; aeris vero corruptibilis ẽ. Vel dicito ad argũ, quod fortaſsis differunt ſpecie: tũ, qm vna eſt per modum permanentis; altera per modum tranſeuntis: tum vero, qm vna ſuapte natura eſt habitus, altera eſt diſpoſitio.

Ad ſecundũ. Ad ſecundum dicendum arbitror, hoc differre inter caritatem vitæ, & patriæ, quia caritas vitæ, ẽ incorruptibilis ex parte Spiritus ſancti mouentis animã ad amandum; deinde ex ſua propria ratione: nam caritas nihil poteſt, niſi Deũ amare, at ex parte ſubiecti, qui inhęret, amiſſibilis eſt, qm non replet totam capacitatem rõnalis animæ: at in vita beata, etiam ex parte ſubiecti, inamiſſibilis eſt: replet enim totam capacitatem mentis humanę. Omnis enim motus, & viuus ſa actio beatorum, eſt in Deum, & propter Deum. De hac argumenti confutatione legendus eſt D. Tho. 2. 2. q. 24. art. 11. Ex cuius enodatione liquet quid dicendum ad reliqua argumenta.

D. Thom.

Caietan. Sed non eſt prætereundum id, quod notat Caietan. hoc in loco, Aliud eſſe, ſi formaliter loquendum eſt, beatitudinẽ eſſe inamiſſibilem, & beatitudinẽ eſſe æternam: Nam æternitas deſignat durationem numquam finiendã; inamiſſibilitas vero ſignificat immutabilitatem, rõne cuius beatitudo durat in ſempiternum. Itaq ſicut hæc demonſtratio eſt a priori (vt dicunt Dialectici) Deus eſt immutabilis: ergo Deus eſt æternus, ita hæc demonſtratio a priori procedit, Beatitudo eſt inamiſſibilis, & immutabilis: ergo eſt æterna. Circa id quod dicit D. Thom. quod beati nõ poſſunt errare, eſt q̃ſtio, Num ita ſit? Nam pars negatiua his argumentis ſuadetur.

Verum beati errare poſſint?

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum homo per ſua naturalia poßit acquirere beatitudinem.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. Imperfecta beatitudo quæ in hac vita poteſt haberi, per facultatẽ naturæ acquiri poteſt. Nã beatitudo contemplatiua, in cõſideratione ſcientiarum potiſsime ſita eſt; beatitudo vero practica, in exercitio virtutum conſiſtit: virtutem vero per ſua naturalia homo comparere poteſt.

Poſterior Concluſio. Beatitudinem perfectam, quæ in Dei viſione conſiſtit, homo p ſua naturalia acquirere non poteſt; quia eſt ſupra oẽm naturam creaturæ: nam, qualibet cognitio creaturæ eſt ſm modũ ſuæ ſubſtantiæ. Ois. n. cognitio naturalis ſequitur naturam cognoſcentem. Sed omnis cognitio, ſecundũ modum ſubſtantiæ creatæ, deficit, & inferior eſt ad viſionẽ diuinæ eſſentiæ, quæ in infinitum ſuperat omnem naturam creatam. Ergo per ſua naturalia homo Dei viſionẽ obtinere non poteſt.

Secundum. Etenim lumen gloriæ nõ oſtendit beato oẽs veritates. beatus. n. non videt oĩa in verbo, prout prima parte oſtenſum eſt. Præterea, lumen ſcientiarum, quas dũ hic viueret, cõparauit, non demonſtrat illi oẽs veritates: ergo falli poteſt.

Tertium. Deinde, angeli beati, qui ignorantes myſteriũ Dominicæ reſurrectionis percontabãtur alios, Quis eſt ille, qui venit de Edom: certe poterãt de triũpho Christi aliqd non certum obiectare.

Poſterior concluſio.

Quartum. Profecto ſi beatus non videt in verbo, num quãtitas diſtinguatur a re quãta, & diſputet D. Thom cum beato, produeatq. in medium rationes pbabiles, generabunt opinionem, quę talis eſſe poterit.

Confir. In cuius rei cõfirmatione ſtatuamus q vnus beatus alteri enarret rem geſtam; tunc vel crederet, vel non. Si nõ ſecũdũ dederis, dabis ſubinde quod eſt iniurius in beatum, cui fidẽ non adhibet. Si credit: ergo habet iudicium opinatiuum.

Beatus non poteſt habere errorẽ in intellectu. In gratiam huius quæſtionis, in primis ſic ſtatuo, Beatum non poſſe habere errorem in intellectu, ſiquidẽ beatitudo excludit omne malum; errare vero, malum eſt, & imperfectio intellectus. Deinde aio beatum non poſſe habere iudicium opinatiuum: nam tale non poteſt eſſe ſine formidine; formido vero & metus, a vita beata longe abſunt. Quod etiam alio argumento euidenti conuinco eſſe verum. Nam beatus ſcit ſe non poſſe errare, ſiquidem hoc pertinet ad ſuam beatitudinem; & omnino eſſet inconueniens, quod beatus haberet aliquid, quod multũ facit ad ſuam beatitudinem, & ipſe non ſciret, & id quidẽ euidenter, nam credulitas non poteſt tollere omnem ſolicitudinem. Ex his tale conficio argumentum, ad probandum, quod oẽ iudiciũ beati ſit euidens, & accipio hoc iudiciũ. Quantitas diſtinguitur a re quãta: tunc ſic recte, & euidenter ſequitur: ergo non poſſum errare: & ego aſſentior quod quantitas diſtinguatur a re quanta: ergo quantitas diſtinguitur a re quanta. Maior huius ſyllogiſmi eſt euidens; minor etiam euidentiam habet. Nam euidenter cognoſcit ſe aſſentiri. Conſequentia vero argumentationis euidentiſsima eſt: ergo concluſio euidens eſt. Et eodẽ modo probabitur de quocumque aſſenſu, vt manifeſte patet aliquid intelligenti in dialecticis. Illud etiam addendũ eſt pro quæſtionis elucidatione, beatũ ab intrinſeco, & ex natura beatitudinis nõ poſſe errare. quod animaduerſione dignum iudico contra quoſdam Theologos, aſſerẽtes quod beatus non poteſt errare, aut decipi, quia Deus conſeruat illũ, ne ĩ errores labatur. Sed probatur nr̃a ſnĩa. Nã beatitudo ſuapte natura excludit omne malum, at errare, & decipi malum eſt. Deinde, beatus ab intrinſeco, & de natura beatitudinis & felicitatis, eſt prudentiſſimus, & optimus: ergo numquam ſe exponet periculo errandi.

Solut. argu. Vnde ad argumẽta in aduerſum poſita dicat Theologus, q licet beatus nõ videat oĩa in Deo, hẽt tñ ſummam prudentiã ex viſione Dei, quapropter nũquã aſſentietur alicui rei p opinionẽ, licet de ea re magnæ ſint coniecturæ, ne ſe exponat periculo errãdi. Itaq. beatus nũquam opin. ẽ: ſed ſup certo, & euidẽter aſſentitur, qm aſſenſum habet.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Duplex huius vitæ beatitudo. IN grãm huius articuli ſcire oportet, q ſi ſequamur documẽta Philoſophiæ naturalis, duplex ẽ beatitudo huiuſ vitę. Vna ẽ cõtemplatiua, q̃ in ſciarũ cõtẽplatione poſita eſt: Altera actiua eſt, quæ in exercitio virtutũ conſi-

conſiſtit. De his loquitur D. Thom. in prima concluſione, quando docet, ꝙ per facultatem naturæ poteſt obtineri felicitas huius vitæ. Verũ ſi ſequamur documenta Chriſtianæ religionis, duplex eſt beatitudo huius vitæ. Altera cõſiſtit in contemplatione myſteriorũ fidei, & paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti crucifixi, in qua te viri iuſti miris modis delectantur. Altera eſt actiua, quæ cõſiſtit in vniuerſali omnium mandatorum obſeruatione, vt patet ex illo Eccleſiaſtes vltimo, Time Deum, & mãdata eius obſerua: hoc eſt enim omnis homo. quæ omnia mãdata Chriſtus Dominus ad vnum mandatum amoris reduxit.

Eccle. vlt.

Itaq. vniuerſa beatitudo pſentis vitæ, in vero amore conſiſtit: hæc vero beatitudo per vires naturæ haberi non põt. Sed & illa beatitudo alterius ſæculi, quæ in Dei viſione conſiſtit, per ſua naturalia homo comparare nõ valet.

Pſal. 83.
Rom. 6.
1. Cor. 2.

Cuius rei multæ ſunt demõſtrationes in ſacris litteris: dicitur enim in Pſal. 83. Gratiam & gloriam dabit Dominus. cui concinit Paul. ad Roman. 6. Gratia Dei, vita æterna. & iterum 1. Corinth. 2. Oculus non vidit, neq. auris audiuit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe, nobis aũt reuelauit per ſpiritum ſuum. & Matth. 11. Nemo nouit Patrem, niſi Filius; & Filium nemo nouit niſi Pater, & cui voluerit Filius reuelare. & Ioan. 14. Manifeſtabo ei meipſũ.

Ioan. 14.
Conc. Vien.

Definita eſt hæc veritas in Concilio Viẽnenſi ſub Clemẽte V. & habetur definitio in Clemẽtina Ad noſtram. de hæreticis. quo in loco cõdemnatur error Begardorum, & Beguinorum, aſſerentium intellectualem naturam in ſeipſa eſſe beatam, neque indigere lumine gloriæ, neque aliqua virtute ſupernaturali ad videndum Deum. Veritas ergo irrefragabilis eſt, quam definit D. Thom. in ſecunda cõcluſione, quam omnes Catholici confitentur.

Examinatur ratio. D. Thom. Scot.

Sed probationem D. Tho. non omnes admittunt: videtur n. Scoto in 4. diſtinct. 49. queſt. 11. quod non recte procedat, ſed eſſe leuem & nugatoriam. & arguit contra duas ſententias D. Thomæ, ex quibus conſtituit probationem. Prima eſt, quod modus cognoſcendi ſequitur naturam cognoſcentis. Secunda eſt, quod improportio eſt inter intellectum, & Deum: & ideo intellectus creatus per ſua naturalia Deum uidere non poteſt. Hæc principia ſiue axiomata, multis argumentis conuellere admititur Scotus.

Arg. Scot. Primum.

Sequitur, inquit Scotus, ſi hæc principia vera ſunt, viſũ corporeum non poſſe videre cælum, ſiquidem viſus corporeus habet inferiorem modum eſſendi.

Secundum.

Sequitur rurſus, angelum inferiorem non poſſe ſuperiorem videre, propter eandem rationem.

Tertium.

Atque adeo ſequitur, quod homines, quando hanc vitam viuimus, nõ poſſumus Deum cognoſcere, ſiquidem Deus eſt ſuper omnem naturam, & ſuper omnes vires creaturæ.

Quartum.

Sed & illud ſequitur euidentiſſimum incommodum, quod intellectus beati, illuſtratus lumine gloriæ, non poteſt videre Deum facie ad faciem: nam adhuc manet improportionatus, ſiquidem eſt creatura limitata, & finita, a qua Deus diſtat in infinitum.

Quintum.

Quinto ſequitur, noſtrum intellectum non poſſe eleuari, etiam adiutorio diuino, ad vidẽdum Deũ ſicuti eſt: nam potentia non poteſt eleuari vltra latitudinem ſui obiecti: vt viſus nõ poteſt eleuari vt videat ſonum. Quod ſi dicas, quod Deus eſt intra latitudinem obiecti noſtri intellectus. Contra ergo intellectus noſter per facultatẽ naturæ poteſt Deum videre.

Sextum.

Sexto ſequitur, quod noſter intellectus illuſtratus lumine gloriæ, naturaliter videat Deum, contra cõcluſionẽ ſecundam D. Thom. Patet. Nam illud lumen ſuapte natura ordinatur ad vidẽdum Deũ, neque habet aliud officiũ naturale, niſi oſtendere nobis Deum. Hoc mõ impugnãt viri docti rationem D. Tho. quorum rationes ſi adducerentur, faciliime ab omnibus contemnerentur.

Quattuor neceſſaria ad exactam cognitionem.

Certe ratio Diui Thomæ eſt pulcra. Nam ad exactam alicuius rei cognitionem quattuor debent cõuenire: natura cognoſcens, intellectus, ſpecies intelligibilis, & actus intelligendi: quæ quidẽ inter ſe debent habere proportionem. quod ſic oſtẽdo, ab vltimo incipiẽdo. Nam actus intelligẽdi ſine dubio habet proportionẽ cũ ſpecie: ſi enim ſpecies eſt confuſa, cognitio eſt confuſa.

Præterea, ſpecies intelligibilis habet proportionem cũ natura cognoſcente: ſenſus enim, quoniam eſt omnino materialis, perficitur ſpeciebus omnino materialibus, & ſingularibus, intellectus vero noſter, quoniam eſt in materia, non tamen vtẽs organo corporeo, perficitur ſpeciebus abſtractis a materia, ope & auxilio intellectus agẽtis. Sed angeli, quoniam ſunt penitus immateriales, perficiũtur ſpeciebus omnino ſpiritualibus, non acceptis a rebus materialibus, ſed a Deo infuſis. De[us] vero, qui eſt actus purus, non perficitur per aliquam ſpeciem, ſed per ſuã eſſentiam omnia comprehendit. Inductione ergo colligitur, ꝙ ſpecies habent proportionẽ cum natura cognoſcente; & cognitio cum ſpecie. Ex quibus euidenter concluditur, ꝙ modus cognoſcendi, ſequitur naturam cognoſcentis. Ex quibus emittur euidens ratio ad perſuadẽdum, ꝙ nullus intellectus creatus per ſua naturalia poſſit videre Dei eſſentiã, ꝙ talis eſt: Senſus non poteſt percipere & cognoſcere ſpiritualia, quoniã eſt potentia materialis, & cognoſcit per ſpecies materiales; ſpiritualia vero ſunt oĩno immaterialia. Ad hæc, intellectus noſter, dũ hic viuimus, nõ poteſt angelorum quidditatem & eſſentiam videre, qm̃ eſt immerſus materiæ, & cognoſcit p ſpecies a rebus materialibus acceptas miniſterio ſẽſuum; Angeli vero ſunt omnino expertes materiæ. Sed in hac immaterialitatis, & ſpiritualitatis ratione, plus excedit Deus quẽlibet intellectum creatum, quam aut ſpiritualia ſẽſum, aut angeli noſtrum intellectum. Ergo intellectus creatus p ſua naturalia non poteſt Deum videre ſicuti eſt. Ad iſtum modũ explicatum, probatio D. Tho. eſt elegãtiſſima. Ad argumẽta in aduerſum reſpondetur.

Argu. ſoluũ. Ad primum.

Ad primum dicendum, ꝙ cælum in ratione viſibilis, eſt eiuſdem rationis cum ceteris mixtis: nam corruptibile & incorruptibile ſunt differentiæ per accidens ad rõnem viſibilis; eſſentiales vero sũt, lucidum, coloratum, &c.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum dico, oẽs angelos habere eſſe a materia ſeparatum, licet alter altero ſit nobilior.

Ad tertium.

Ad tertium rñdetur, ꝙ in hac vita non poſſumus Deum cognoſcere quidditatiue, & per proprias ſpecies; ceterũ per creaturas, & in ordine ad eas, & p ſpecies ab eis acceptas, bene poſſumus Deũ cognoſcere: ſed hæc cognitio imperfecta eſt, & confuſa.

Ad quartũ.

Ad quartum rñdetur, ꝙ D. Thõ. loquitur de cognitione naturali, non de ſupernaturali: nã cognitio ſupnaturalis nõ dẽt proportionari naturæ cognoſcẽti. Qũo aũt intellectus lumine gloriæ illuſtratus, habeat pportionẽ cũ Dei viſione, expoſitũ ẽ 1. p. q. 12. artic. 5.

Ad quintum.

Ad quintũ argũ reſpondetur, ꝙ obiectum adæquatũ noſtri intellectus, eſt intelligibile, & ens: quare Deus continetur intra latitudinem obiecti intellectus noſtri. Sed obiectum proportionatum noſtri intellectus, eſt quidditas rei materialis. qua de cauſa, vt noſter intellectus intelligat quidditatiue rem immaterialem, & ſpiritualem, omnino eget luminis ſuperiori adiutorio.

Ad ſextum. Caietan.

Ad ſextum, Caietan. 1. p. loco citato ait, non eſſe abſurdum concedere, ꝙ Deus per aliquod lumen creatum naturaliter videatur: [illegible] omnis habitus naturaliter eſt principium ſui actus; uti poteſt concedi, quod caritas ſuapte natura pducit amorem. Sed ait Caiet. ſentẽtiam eſſe tenẽdam, ſed linguam coibendam, ne detur occaſio errãdi cũ Pelagianis. Secundo rñdetur, non eſſe cõcedendum, quod per illud lumen naturaliter uideamus Deum: nam cũ illa forma ſit ſupernaturalis, per illam ſupernaturaliter uidemus Deum. Secus eſt de uiſu, cæco homini reſtituto: nã uiſus eſt forma naturalis, & ideo per eam ſemper naturaliter uidemus. Hæc breui ſermone ſunt explicata, & circũſcripta: nam de his in 1. p. q. 12. latiſſime diſputatum eſt.

In hoc articulo ſolent diſputari grauiſſimæ qõnes. Prima, An Dei clare uiſus, ſit noſter [illegible] naturalis. Preterea, Verũ finẽ noſtrũ naturalem uiribus naturæ poſſimus cõſequi. Inſup, An intellectus creatus ad uidẽdũ Deũ, egeat lumine gloriæ. Item, An diuina eſſentia debeat uniri intellectui creato in rõne ſpeciei vt uideat Deũ. Itẽ, An naturalia conducant ad uiſionem beatã. Vltimo, An facienti quod in ſe eſt, ĩ puris naturalibus infallibiliter detur gratia. Nam ſi infallibiliter datur gratia, & in gratia perſeuerãti infallibiliter datur beatitudo; ſequitur ꝙ hõ per vires naturæ poſſit conſequi ſuam beatitudinem. Oẽs iſtæ quæſtiones, præter ultimam, quæ diſputatur in materia de gratia, diſputatæ ſunt 1. p. d. 1. art. 1. & q. 12. per totam.

ARTIC.

EXPLICATIO ARTIC.

NOn admodũ obſcura sũt, q̃ hic ab auctore dicuntur:& ſi q ſunt, q̃ põt facellere negotiũ, a D.Tho. breuiter explicantur ſolutionibus argumentorũ. Sed certe in ſolone ſecundi, nõ vř euidens rõ demõſtrare, quid eſt ꝙ un⁹ beatus non poſſit alium beare, cõicando illi lumen gloriæ, quod hẽt; cũ & aqua, habẽs calorem ab igne, põt ſuum calorẽ alteri cõicare? Verũ hæc dubitatio varijs modis depellitur. Primũ, ſi dicamus, ꝙ lumẽ gloriæ non eſt in beato ſecundum eſſe pfectum, ſed cõicatur, & deſup infunditur illi imperfecte: & ideo unus beatus non põt alterum beatificare, neque lumine gloriæ illũ illuſtrare, ſicut ſpecies albi, q̃ eſt in oculo, nõ facit albũ; & lumen, qđ eſt in aere, non ſemper illuminat alterum aerem. Quod ſi cui hæc rõ, euidens non videatur, alteram euidentiorem in medium producam. ea eſt, ꝙ ad beatitudinẽ hominis non ſolum requiritur lumen gloriæ, ſed ẽt, ꝙ uniatur eſſẽtia diuina intellectui creato in rõne ſpeciei ĩtelligibilis, vt poſſit ꝓducere illã uiſionẽ: hanc aũt unionẽ ſolus Deus põt facere.

Solutio ad ſecũdum explicatur.

Conclusio.

Prima conclusio.

Denıq; ad extremum dico, ꝙ lumen gloriæ eſt habitus ſuꝑnaturalis, excedẽs omnes vires naturæ, & iõ a ſolo Deo ĩfundi põt. ſic.n. definitur habitus infuſus: Habitus infuſus eſt bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nullus male utitur, quã De⁹ ĩ nobis, ſine nobis operatur. Ratio huius eſt: nam eſt ordinis plane diuini.

Secunda conclusio.

Ariſtot.

Corol.

Ex quo eliciunt diuini Theologi, non poſſe produci aliq̃ creaturã, cui lumẽ gloriæ ſit cõnaturale, alioq aliqua creatura p ſua naturalia poſſet uidere Dei eſſẽtiã ſicuti ẽ.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum homo poſſit conſequi beatitudinem per actionem ſuperioris creaturæ.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt negãs. Nam uiſio Dei, in qua beatitudo noſtra conſiſtit, ſuperat facultatem, & vires cuiuſq; creaturæ, vt probatum eſt ſufficienter in articulo præcedẽti. Ergo per actionem creaturæ, q̃ habet uirtutem finitam, non cõſequitur homo beatitudinem, ſed ſolummodo Deus dabit gratiã & gloriam. Sane beatitudo eſt quoddam bonum excedens uires naturæ, omnis autem creatura legib⁹ naturæ ſubiecta eſt: poſſunt aũt diſponi, inquãtum ab angelis adiuuãtur homines ad conſequendũ ultimum finem.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum ad beatitudinẽ conſequẽdam requirantur bona opera.

SVMMA TEXTVS.

PRima Cõcluſio eſt affirmans. Nam rectitudo uolũtatis nihil aliud eſt, quam debitus ordo uoluntatis ad ultimum finẽ: q̃ ſane requiritur ad beatitudinem, ſicuti debita diſpoſitio materiæ ad formæ conſecutionem.

Secunda concluſio. Ordo naturę exigit, ꝙ homo ſtatim nõ habeat beatitudinem, ſed paulatim, & per incrementa uirtutum. Quamquam enim Deus poſsit facere uoluntatẽ recte tendentem in finẽ, & finem conſequẽtem; tamen ordo diuinæ ſapientiæ hoc non exigit. Dicit.n. Ariſ. 2. de cælo, quod eorũ, quæ nata ſunt habere bonum pfectum, aliqđ hẽt ſine motu, aliqđ uno motu, & aliquod plurib⁹ motibus. Sine motu cõuenit tm̃ Deo, qui naturaliter hẽt beatitudinem, ſine operatione ꝓcedenti, quod nulli creaturæ cõpetit. Sed angelus, q̃ eſt ſuperioris naturæ, quam ſit homo, unica operatione ex ordine diuino conſecutus eſt ſuam beatitudinẽ. Homines aũt per multas operationes beatitudinem cõſequuntur, q̃ merita dicũtur: homo.n. eſt naturæ rõnalis, qui ꝑ diſcurſum, & rõcinationem ex uno in aliud paulatim & ſenſim, & in rerũ cognitione, & in exercitio uirtutũ incrementa ſuſcipit. Tertia Concluſio in ſolutione ſecundi. Singulare eſt in Chriſto Dño inter homines, ꝙ ſine operatione ꝓcedẽti meritoria fuerit beatus. Nã gloria fuit data animæ Chri, non ex meritis, ſed ꝓꝑ unionem hypoſtaticã ad uerbum diuinum. Quarta Concluſio in eadẽ ſolutione. Pueri baptizati in Chro, conſequuntur beatitudinem per opera: nam meritum Chriſti illis applicatur. Quinta Cõcluſio in ſolutione ultimi. Qñ dicit Pau. Rom. 4. beatitudinẽ hominis, cui Deus imputat iuſtitiam ſine operibus, loquitur de beatitudine ſpei, & caritatis, quæ eſt in hac uita, quæ confertur ſine operibus præcedentibus: nihilominus tamen in noſtra iuſtificatione, opera bona cõcurrunt. Creamur enim in operib⁹ bonis, ut in ipſis ambulem⁹, ut alio in loco dicit Paul. Non tñ hæc opera ſunt merita noſtræ iuſtificationis: iuſtificamur.n. gratis per gratiam Dei, per redemtionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Tertia conclusio.

Quarta conclusio.

Quinta conclusio.

EXPLICATIO ARTIC.

IN hoc articulo obſeruet Theologus contra Lutheranos, eſſe inſigne Dei beneficium, & memorabile, ꝙ exigat a nobis opera ad beatitudinis conſecutionem quæ in re tantum abeſt, ut derogetur bonitati Dei, aut iuſtitiæ, ut inde magis eluceſcat, & illuſtrior fiat. Sicut.n. in rebus naturalibus quamquã potuit Deus illuminare orbẽ ſine Sole, & hæc inferiora ſine corporib⁹ cæleſtibus, & eorũ agitatione fouere, ac gubernare: uoluit tñ admittere creaturas intermedias, q̃ ſecum operarẽtur, ut magis ſuã bonitatẽ oſtenderet, & ut magis creaturas magnificaret: ſic ĩ operibus gratię, licet Deus potuerit beare hoĩes abſq; ſuis operibus: uoluit tñ exigere bona opera nr̃a ad beatitudinis cõſecutionẽ, ut nr̃am induſtriã magnificaret, illuſtremque efficeret. Eſt enim magna, & eximia hoĩs dignitas, ꝙ ꝑ ſua opera, ex gratiæ pſidio adiutus, mereatur laudem, & beatæ uitæ pmiũ; quippe qui põt dicere Deo: Qui creauit me, ſine me, nõ iuſtificabit me ſine me. Hoc beneficium amplificat diuine D. Baſil. homi. 10. in Hexameron, his uerbis: Singulari Dei beneficio Deus ꝑmiſit ſimilitudinis ad Deum nos ẽẽ operarios, ne ſimus inſtar imaginũ; quas pictores fingunt, & maiores ſtatuũt, q̃ ſi ad ꝓtotypũ excellẽter rńdeant, non imaginẽ laudas, ſed pictorẽ extollis. Vt itaq. meũ ſit pꝛmiũ, mea ſit laus, & nõ aliena, hoc mihi dereliq̃t deus, vt ſimilis Deo euadã. Quod igitur reqrantur opera ad beatitudinis cõſecutionẽ, nemini dubiũ ẽ. Poterat tñ hic diſputari quomõ ſe habeãt opera nr̃a ad ꝑmiũ, uel ad vitã æternã; utrũ ne ſint merita uitæ æternæ, & beatitudinis cæleſtis? Noui

Baſil.

Roma. 4.

enim heretici Lutherani, non poſſunt audire nomen Meriti. Sed de hoc latiſſime & fuſiſſime diſputabitur in quæſtione ultima huius partis.

Illud tamen in præſenti littera mouet de ſe magnam quæſtionem, quod dicit D. Tho. in probatione ſecundæ concluſionis, quod Deus pōt facere uoluntatem, in finem tendentem, & finem cōſequentē. Ex hac enim ſnīa emergit perdifficilis quæſtio, Nū de potentia Dei abſoluta poſſit fieri, ut uoluntas ſimul tendat in finem per bona opera & cōſequatur finē: poterit ne fieri, vt ſimul in eodem inſtanti tēporis mereatur quis beatitudinē, & conſequatur illam? Certe hæc q̄ſtio torquet & magna, & parua ingenia. Card. Caiet. cum de beatitudine, & de condemnatione angelorum diſputat, in hanc uī propēdere ſnīam: immo magna aſſeueratione docet, quod angeli boni in ſecundo inſtanti meruerunt beatitudinem, & eam ſunt cōſecuti. Et uiros alioqui bene doctos audiui, qui ex hac ſnīa D. Tho. efficaci argumentatione, ut arbitrantur ipſi, colligebant, Chriſtū Dñm, quamuis ab inſtāti ſuæ conceptionis fuerit beatus, potuiſſe mereri ſuam beatitudinem: nam uoluntas animę Chriſti Dñi in eodem temporis momento potuit tēdere in beatitudinem, & eam conſequi, prout dicit hic D. Tho. Sed tñ hæc opinatio ex uerbis D. Tho. erui nulla rōne poteſt. Nam D. Tho. (quantum ego iudico) non uoluit docere, fieri poſſe, ut in eodem temporis momento poſſit uoluntas tendere in finem, & conſequi finem; ſed tñ docet, poſſe fieri, ut ſtatim poſt unam operationem conferatur ei beatitudo; non tñ aſſerit, quod in eodem inſtanti ſit meritum, & pmium beatitudinis perfectæ. In hoc.n. eſt euidēs contradictio, quod ſit fides & uiſio: quod ſit ſpes & præmiū ſimul: nā ſi meretur quis, fidem hēt: quod ſi in eodem inſtanti conſequitur beatitudinem, iam uidet; erunt igitur ſimul uiſio, & fides. Rurſum, ſi meretur quis: ergo ſpem hēt conſequendi præmiū, quod ſi ſimul conſequitur beatificam uiſionem: ergo iam nō ſperat. quod enim hēt quis, qd ſperat? Hæc dicta ſunt breui ſermone, & ſuſpenſa manu (quod aiunt) nam prolixior, & fuſior diſputatio pertinet ad tractatum de myſterio incarnationis Dominicæ: nunc uero tm̄ dictum ſit de explicatione ſnīæ D. Thomę.

Prior con cluſio. Vtrum de potentia abſoluta poſſint eſſe ſimul meritū beatitudinis & beatitudo.

Caiet.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum omnes homines appetāt, beatitudinem.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. Omnis homo appetit beatitudinem, ſi eā accipimus quatenus eſt perfectum bonum, quod noſtræ uoluntati ſatisfacit, quilibet enim deſideria ſua cupit ſatiare.

Poſterior. Concluſio. Non omnes homines appetūt beatitudinem, ſi capitur ſecundū ſpecialem rationem, quantū ad id, in quo cōſiſtit; ſic enim nō omnes cognoſcūt beatitudinem, neque ſciūt in qua re ſpeciatim ſit cōſtituta hominis beatitudo: immo exiſtimant Deū nō poſſe a creaturis uideri, in cui' uiſione oīs felicitas conſiſtit; & ſic non omnes beatitudinem diuinę uiſionis concupiſcunt.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Scotus. Arg. d̄ appetitu naturali.

SCotus in 4. diſt. 49. q. 9. impugnat D. Tho. hic, & 1. p. q 82 art. 1. Primo quantum ad hoc quod dicit, quod beatitudinē in cōi oēs appetūt, & diſtinguit de appetitu naturali, & elicito, & probat quod appetitu naturali, non appetatur beatitudo in cōi, ſed beatitudo in particulari. Quia appetitus naturalis ē ad aliquā pfectionem intrinſecam reale: ergo ad aliquid particulare. Rurſus, vniuerſale, eſt ſolum obiectū intellectus, & uoluntatis, & non naturæ: ergo nō eſt appetitus naturalis alicuius uniuerſalis. Deinde arguit de appetitu elicito, quod ſit euidens contradictio appetere beatitudinē in uniuerſali, & nō in particulari, qa beatitudo in particulari includit bonū pfectū, ſicut in uniuerſali: ergo ſi una neceſſario mouet, & alia: utraque tā bona eſt beatitudo in particulari, ſicut in uniuerſali. Sed nō oēs appetūt beatitudinē in particulari: ergo neq. beatitudinē ī vniuerſali.

Primū arg. Secundum.

Arg. d̄ appetitu elicito. Primum.

Secundum.

Præterea, id quod eſt in particulari, maiorem hēt perfectionē, q̄ id, quod eſt in uniuerſali: homo.n. perfectius qd eſt, q̄ animal: ergo beatitudo in particulari potius mouet. Ad hæc, appetitus noſter ſatiatur perfecte beatitudine particulari: ergo fertur naturaliter in beatitudinem in particulari: quilibet.n. deſiderat appetitum ſatiare. Inſup. intellectus indubius de beatitudine in particulari, eodē mō fertur in beatitudinē in particulari, & in beatitudinē in cōi: nā eadem eſt beatitudo, & ſcit indubie eſſe eādem, cognoſcitque non in alio eſſe beatitudinem, q̄ oēm appetitū quietat. Sed intellectus Chriſtianus, qui ē indubius d̄ beatitudine ī particulari, nō neceſſario appetit illam. Ergo neque beatitudinem in cōmuni.

Tertium.

Quartum.

Poſt cōc.

Vltimo, deſiderium efficax non pōt eſſe, niſi circa bonum in particulari: ergo non pōt fieri, ut appetamus beatitudinem in uniuerſali. Antecedens argumēti ſic oſtenditur. Nā hoc differt inter intellectū, & uoluntatem, quod intellectus hēt pro fine, habere in ſe rem, & eius ſpeciem, uoluntas uero hēt pro fine, habere rē prout ē a parte rei: ſed res, prout eſt a parte rei, eſt bonū quoddam particulare: ergo impoſſibile eſt, quod uoluntas feratur in beatitudinem in cōi. Hæc Scotus.

Vltimum.

Durand. in 4. diſt. 49. q. 8. docet, quod neceſſario habemus quandam uelleitatem beatitudinis, quæ explicatur his uerbis: Vellem eſſe beatus: ſed nō uolitionem efficacem. & probat argumentis non omnino inualidis.

Durand.

In primis, nemo appetit appetitione efficaci, quod exiſtimat eſſe impoſſibile. Sed damnati exiſtimāt, & pro certo habēt, ſe non poſſe habere beatitudinem. Ergo non appetunt beatitudinem appetitione efficaci.

Pri. argum.

Deinde, q deſiderat finē appetitione efficaci, deſiderat ſubinde media, q ſunt neceſſaria ad illū finē conſequendū, ut ſatis probatum exiſtimo in ſuperioribus. Sed multi homines ſcientes non poſſe conſequi beatitudinem ſine adimpletione præceptorum Dei, nolunt adimplere præcepta. Ergo conuincuntur euidenter, quod non appetunt beatitudinem. Vt uero uis huius argumenti euidentius oſtendatur, conficiatur argumentum in hunc modum.

Secundum.

Sit uerū, quod aliqs neceſſario appetat beatitudinē, & iudicet mediū neceſſariū ēē dare, uelut eleemoſynā, ſequtur, qd neceſſario dabit eleemoſynā: uolens.n. finē, & cognoſcēs media, neceſſario vult media, ſm doctrinā D. Th. Oppoſitū aūt uidemus ſæpe, quod ſciēs ſe nō poſſe cōſeq beatitudinem ſine elargitione eleemoſynarū, nō vult elargiri eleemoſynas. Hoc ipſum confirmatur: Nā certe aliqui ita uellent habere beatitudinem, niſi eſſent neceſſarij tot labores: q̄ eſt uolitio condōnalis & inefficax, & ſic oīno uī, quod uolens abſolute beatitudinem, & cognoſcens ſe nō poſſe habere, niſi p labores, deſiſtit ſępe ab illa uolitione.

Confir.

Vltimo arguitur in patrocinium Durand. Nam damnati deſiderāt nō eſſe, ut patet ex illo Apo 9. Deſiderabūt mortem, & fugiet ab eis: ergo deſiderāt nō ſ. eſſe beatos. Cōſequentia inde pbatur. Nā qui aliqd deſiderat, deſiderat ſubinde, qd ſcit neceſſario īde ſubſecuturū. Sed dānati euidenter ſciunt, quod ſi nō ſunt, nō pñt eſſe beati: ergo ſi deſiderant nō eſſe, deſiderant non eſſe beati. Hoc ide cōfirmatur. Nā eſſe accidentariū, uidelicet, eſſe beatū, pſupponit eſſe ſubſtātiale: ergo ſi qs deſiderat eſſe beatus, deſiderat eſſe. Propter qd ex oppoſito optime ſequtur, Deſiderat nō eſſe: ergo deſiderat nō eſſe beatus. Itē ablato eſſe ſuſtātiali, aufertur cōtinuo ēē accidētariū. Ergo ſi dānatus deſiderat, vt a ſe auferatur ēē, deſiderat ex cōſequio nō ēē beatus. Profecto ſi dānatus deſiderat beatitudinē, ſibi illā deſiderat. Sed ē euidēs cōtradictio, quod velit nō ēē, & quod velit ſibi beatitudinē: nā ſi nō ſupeſt, quō pōt hr̄e beatitudinē? Hęc dicta ſūt ī patrociniū Dur. Maior. 4. d. 49 q. 6. q̄q̄ tenet opinionē D. Th. ēē īter oēs pbabiliorē. pducit tñ nōnulla argūa ad illā ī pbōnē. In primis dānat' pt cōformare uo

Vltim. difficile. Apoc. 9.

Confir.

Arg. Maio. Primum.

luntati diuinæ. Sed ſcit eſſe voluntatem diuinam φ nō ſit beatus. Ergo poteſt nolle beatitudinem. Et euidentius argumentum ſit de præſcito, cui Deus reuelaret ſuam damnationem, & φ numquam erit beatus, φ ille poſſit eſſe in gratia, & conformare voluntatem ſuam voluntati diuinę.

Secundum. Sedo ſic arguit: Intellectus poteſt dictare beatitudinē eſſe nolendam: ergo poteſt voluntas ſe conformare illi dictamini. Conſequentia probatur; quia quidquid præſentatur ſub ratione boni, voluntas poteſt velle, & pōt ſe cōformare dictamini. Et antecedens patet, quia tenentes contrarium huius opinionis dicunt, φ ad experiendā libertatem, poteſt quis nolle beatitudinē: ergo illi poſſunt habere hoc iudicium ad experiēdā libertatem, Bonum eſt nolle beatitudinem. Sed ſatis eſt argumētorum: quæ ſi numero & multitudine æſtimanda eſſent, certe magna ſubſidia

Expoſ. quæſ. præ ſe ferrent ad labefactandam ſententiam D. Tho. Sed nos in contrarium adducemus argumenta, quidem numero pauca, ſed pondere & momento grauiſſima.

Duplex appetitus, naturalis & elicitus. 1. Not. Ad huius igitur rei explicationem obſeruandum eſt in primis duplicem eſſe appetitum, naturalem, & elicitum. Quod vero prædicti appetitus inter ſe diſtinguātur, efficaciter probant Scotus & Durandus in locis citatis.

Nam appetitus naturalis ineſt ſemper, & naturaliter; appetitus autem elicitus non ſemper ineſt: experimur.n. nos aliquando ab omni appetitione elicita ceſſare.

Præterea, appetitus naturalis competit omnibus rebus cognitione carentibus: lapis enim appetit in locum ſuum deſcendere; alter vero appetitus ſequitur cognitionem.

Tertio, appetitus naturalis nō eſt operatio, neq; actio, ſed naturę pondus: lapis enim ante, quā deſcendat, & aliquid operetur, appetit deſcendere in locum ſuum.

2. Not. Illud ēt obſeruandū eſt, φ in hoīe eſt natura vegetabilis, carēs cognitione: eſt & natura ſentiēs perfectior, q̃ ſit in brutis; atq; adeo eſt natura intellectiua, qua diſcernitur a ceteris animantibus. Hō itaq; habet eſſe cum lapidibus; viuere cū plātis; ſentire cū animalibus; intelligere cū angelis quapropter hō in ſe cōtinet quodā modo oēm crea-

Mar. vlt. turā. Quo in ſēſu quidā doctores īterpretātur illud Mar. vlt. Prædicare euangeliū omni creaturæ i. homini, qui eſt

Sap. 1. oīs creatura. & Sap. 1. dicitur de hoīe. Et hoc quod cōtinet oīa, ſcientiam hēt vocis. Oportet ergo dicamus, φ in hoīe eſt triplex appetitus, naturalis, quatenus habet animam vegetabilē, ſenſitiuus, & intellectiuus ēt: ſed in præſentia appetitus ſenſitiuus & intellectiuus pro eodē vſurpātur: nā vterq; hēt actum elicitū, & vterq; ſequitur cognitionē.

3. Not. Beatitudo dupliciter conſideratur. Animaduertat etiā Theologus, φ beatitudo dupliciter conſideratur, nō φ ſit duplex beatitudo; ſed φ beatitudo habet duplicem conſiderationē. Poteſt n. conſiderari quatenus eſt bonū perfectū, & quatenus ſatiat nrām voluntatē, & oē deſideriū replet. Rurſus, quatenus eſt viſio Dei, aut aliquod bonū particulare, qđ cū ingenti labore cōpa-

4. Not. ratur. Ad extremū notādū eſt, voluntatē nrām ferri neceſſario in beatitudinē in cōi, habere duplicem ſenſū; vel quantū ad ſpecificationem; vel quantum ad exercitium. Prior ſenſus eſt, φ noſtra voluntas non poteſt nolle beatitudinē, nec eam odio habere, ſed ſi habet aliquem actum circa beatitudinē in cōi, oportet vt ſit volitio, oportet vt ſit actus proſecutiuus, & non refugitiuus. Poſterior ſēſus eſt, φ non poſſumus a tali appetitione ceſſare. Explicantur hæc oīa appoſito exēplo. Nam viſus neceſſitatur, quātum ad ſpecificationem, ad videndum coloratum i. ſi habet aliquem actum, neceſſum eſt illum habeat circa coloratum, aut lucidum; at non eſt neceſſe φ ſemper videat, & ideo non neceſſitatur, quantum ad exercitium.

Omnes appetūt neceſſario beatitudinem. Prim. conc. His conſtitutis, eſt Prima Concluſio. Oēs hoīes appetitu naturali appetimus beatitudinē in cōi, neceſſario, quātū ad ſpecificationē non tñ quantū ad exercitiū: quātum ad ſpecificationē intelligit, φ nō poſſumus nolle beatitudinē, bene tñ ab eius appetitu poſſumus ceſſare. Prima pars huius concluſionis probatur. Nā D. Augu. 13. de

Auguſt. Trinitate cap. 3. referens facetias cuiuſdam Mimi, dicit, ſi Mimus dixiſſet, Oēs beati eē vultis, & miſeri eſſe nō vultis, diceret aliquid quod nullus in ſua voluntate non recognoſceret. & decimo lib. cōfeſſ. c. 21. ſic ſcribit: Nec ego tantum, aut cum paucis, ſed beati prorſus oēs eſſe volumus. & paulo poſt: Si q̃ratur a duobus, vtrū militare vellent, fieri poſſet vt alter velle ſe, alter nō, rñderet. ſi uero ab eis quęratur, vtrū beati eſſe vellēt, vterq; ſtatim, ſine vlla dubitatiōe, diceret ſe id optare, neq; ob aliud ille velit militare, neq; ob aliud iſte nolit, niſi vt beati ſint. & ſuper Pſal. 113. cōcione prima, in exordio ſic inquit. Exhortatur nos, vt q̃ramus beatitudinē, quā nemo eſt q non expetat: quis.n. vnquā vel pōt, vel potuit, vel poterit inueniri, qui eſſe nolit beatus? Itē oēs hoīes in oībus operibus noſtris hoc inquirimus, ſatiare nimirum nrām voluntatem, & implere noſtra deſideria. Ergo volumus beatitudinē in cōi: beatitudo enim in cōi nihil aliud eſt, quam bonum perfectum, quod noſtram voluntatem ſatiat.

Tertio probatur. Nam nemo intendens ad malū operatur: ergo nemo pōt velle vltimā miſeriam. ergo nemo eſt qui eā nō deteſtetur: ergo nemo eſt qui felicitatē reſpuat. Ariſtot.

Item, obiectum voluntatis eſt bonum, ſicut obiectum viſus eſt lucidū. Sed viſus nihil pōt intueri niſi ſub rōne lucidi: ergo voluntas nihil pōt velle, niſi ſub rōne boni.

Item, intellectus non pōt diſſentire alicui, niſi ſub rōne falſi: ergo volūtas nō pōt nolle aliqđ, niſi ſub rōne mali, aut non conuenientis. Sed in rōne beatitudinis in cōi nulla apparet rō mali: ergo &c. Ad probandū iſtam cōcluſionē cōducunt oīa argumēta producta in prima qōne ad probandum nos ſemper operari propter finem. Secūda pars concluſionis probatur. Nā experiētia patet, φ quidquid volumus, libere volumus. Præterea, nihil volitū, niſi prius ſit cognitū. Sed intellectus nō ſēper ꝓponit nobis beatitudinē in cōi: ergo non ſemper amamus illam.

Tertio, etiam ſi intellectus eam nobis proponat, non neceſſario amamus eam, quātum ad exercitium: nā licet in beatitudine in cōi ex parte obiecti nulla appareat rō incōmodi, aut mali; ex parte tamen actus eſt aliquod incommodum: nam abſurdum eſt in hac appetitione ſēper cōmorari, Appeto beatitudinē in cōi, & ab ea numquam deſiſtere. Henri. de Gandauo quodlib. 13. qōne 6. tenet, φ Gand. beatitudinem in cōi amamus neceſſario, quantū ad ſpecificationem, & exercitium. & Durandus loco citato ſentit, Durand. φ beatitudinem propoſitam per intellectum neceſſario amamus. Sed huiuſmodi ſententię ſatis ſunt impugnatæ.

Secunda Concluſio. Circa beatitudinē in particulari, quæcūq; illa ſit, ſiue in uiſione diuinæ eſſentiæ, ſiue in operatione ſtudioſa collocetur, non neceſſario appetit noſtra voluntas. Beatitudinē in particulari non neceſſario amat voluntas. Probatur. Nam circa quodcumq; bonum particulare pōt inuenire noſtra voluntas aliquid incōmodi difficilis, aut laborioſi. Ergo rōne huius poſſumus illud bonum nolle. Præterea probatur ab effectu. Nam hoīes peccatores odio proſequuntur Deum, quia, ꝓponūt eum tamquam iudicem, & criminū vindicē, licet cognoſcant in eo ſummam beatitudinem eſſe conſtitutam. Ex quo demōſtratur, quam peſſime errent Lutherani, qui dicunt hominem qui credit, neceſſario amare: nā licet credant & cognoſcant homines peccatores, nolunt amare, quia apprehendunt ſub ratione difficilis & laborioſi.

Ad argumenta Scoti ſatisfaciendum eſt. Ad primum & ad ſecundū de appetitu naturali, reſpondet hic Caietanus, neſcio qua diſtinctione, bona fortaſſis, ſed non neceſſaria. Nos enim nihil aliud dicimus, niſi φ appetitus naturalis appetit beatificari, non determinando in hoc, uel illo, uel hoc modo, uel illo; quod nemo negare poteſt. qui n. ſitit, appetit potum, non neceſſario iſtum, uel illum, ſed qualemcumque potum. Solut. argu. Ad primum & ſecundū. Caietan.

Ad alia argumenta Scoti de appetitu elicito. Ad primū rñdetur, φ ſi beatitudo in particulari euidenter vel æqualiter cognoſceretur, atq; beatitudo in cōi æqualiter appeteretur, immo vehementiori appetitione quam beatitudo in cōi. Vnde ſuperius dictum eſt, Deum clare uiſum, neceſſitare uoluntatem beati ad amandum. Item dicendum eſt, quod beatitudo in particulari poteſt apprehēdi ſub ratione difficilis & laborioſi, ideoq; poteſt reſpui, & refutari. Ad ſecundum eadem rñſione ſatisfaciēdū eſt. Ad ſecund. Ad tertium.

Ad tertium dicendum, φ licet in beatitudine in particulari omnis appetitio, & omne animi deſideriū expleatur, non tamen naturaliter ab omnibus appetitur, propter rationes ſuperius commemoratas: tum, quia non euidenter cognoſcitur: tū vero, quia appetitur ſub ratione difficilis & laborioſi. Ad quartum dicendum, quod ut quiſque Ad quartum

que appetat beatitudinem in particulari, quæ in Dei viſio ne cõſiſtit, nõ ſatis eſt indubius aſſenſus intellectus, quẽ habent omnes Chriſtiani, ſed propterea requiritur euidẽtia, quæ ſolum in beatis inuenitur. Rurſus oportet, quod non poſſit apprehendi ſub ratione laborioſi.

Ad vltimũ.

Ad vltimũ argumentum dicendum q appetitus verſatur circa rẽ in cõmuni: nam materia appetit formã in cõi, non hanc, vel illam; & volũtas nr̃a odio proſequitur genus latronũ. Itaq. appetitus, tum naturalis, tum ſenſitiuus, fertur in rem vniuerſaliter, non tamen in rem vniuerſalẽ, de quo videndus eſt D. Tho. infra q. 29. artic. 6. Vel alio modo reſpõdetur, quod volũtas, quæ vult beatitudinẽ in cõi, vult aliqđ bonũ particulare, puta ſaturare ſuũ appetitũ, ſed ſub rõne vniuerſali: velut cũ video hoĩem a longe, video qdẽ rẽ ſingularẽ, ſed ſub rõne vniuerſali, videlicet, ſub conceptu entis.

D. Thom.

Ad argum. Durand. Ad primum.

Ad argumenta Duran. Ad primũ, quod eſt difficile, rñdetur, q beatitudinẽ in cõi, ſub rõne impoſſibilis, poſſũt damnati refutare per actũ perfectũ, dicentes, nolumus eſſe beati, quandoquidẽ beatitudinẽ adipiſci eſt impoſſibile, quãquam ſemper habent actum imperfectum. ſi vellem⁹ ẽẽ beati. Vel dicẽdũ, q ſp volũt eſſe beati: nã volũt aliqđ bonũ apparẽs, videlicet vindicare ſe de Deo, & Deum blaſphemare & in hoc opere ſe habere bene, & progredi, & ſatiare ſuã voluntatẽ: & hoc eſt quærere beatitudinẽ in cõi. Certe D. Tho. 1 p. q. 60. arti. vlt. ad vltimum dicit, q damnati dæmones neceſſario amant Deum, quatenus eſt bonum naturæ vniuerſale. Sed & illud adduci põt in confutationem argumenti, quod voluntas poteſt ferri in impoſſibile ex ſuppoſitione, vt peccator qñ pœnitet, vult non peccaſſe, quod eſt impoſſibile: nam ad præteritũ non eſt potentia. Item filius, qui videt patrem mortuum, vult illum non eſſe mortuũ. Sed & appetitu naturali damnatus vult beatitudinẽ. Neque obſtat quod ille appetitus ſit ad impoſſibile: nam hoc eſt per accidens ex parte ſtatus: alioqui n. beatitudo poſſibilis eſt. Neq. obſtat q talis appetitus ſit fruſtraneus: nam ſatis eſt quod non ſit fruſtra in tota ſpecie. Profecto in principio eiuſmodi appetitus fruſtra nõ fuit: nã re uera potuit beatitudinẽ cõſequi.

D. Thom.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum argumentum dicendum, quod peccatores in voluptatibus quærunt ſuam beatitudinem, & ſuam voluntatem ſaturare, & dum præſentibus bonis fruũtur, ea practice arbitrantur eſſe media conuenientia, ad ſuam beatitudinem conſequendam, & voluntatem ſaturandã.

Ad tertium.

Ad tertium rñdetur, q cũ quis pp labores deſiſtit a beatitudine conſequẽda, iã beatitudo præſentatur illi cũ admixtione alicuius mali, & ſub rõne difficilis & laborioſi. & non ſub pura rõne beatitudinis: ſed dũ pręſentibus bonis delectatur, in eis quærit ſuã beatitudinẽ, & ſuũ appetitũ ſaturare, quæ eſt rõ generalis beatitudinis, ſub qua ab vniuerſis amatur, & expetitur.

Ad quartum

Ad quartũ argm̃ rñdetur, q dãnati, quando volunt non eſſe, volunt ſuam beatitudinẽ: nã licet non eſſe ſit ingens malum, quatenus priuat eſſe; ceterum quatenus priuat damnatos ſua miſeria, & calamitate, & quatenus eſt liberatio ab infelicitate & ærumna, eſt magna portio felicitatis: nam carere ſumma miſeria, beatitudo quædã eſt. Quãuis n. eſſe ſit per ſe appetibile, eſſe tamen coniunctũ ſummæ miſeriæ, nõ eſt appetibile. Quapropter illud quod dixit Dñs, Matth. 26 de Iuda; Melius illi erat ſi natus non fuiſſet hõ ille; abſolute, & diſtincte verum eſt: nam melius eſt non eſſe, q̃ miſerum eſſe.

Mat. 26.

Ad Confirm.

Ad alias confirmationes ſatis (vt arbitror) reſponſum eſt in ſuperioribus, q in appetitu proſecutionis, quãdo appeto aliquod bonum poſſidere, & conſequi, fieri non poteſt quod appetam aliquod bonum per modũ proſecutionis, & quod deſiderem non eſſe? verum in appetitu, quo appeto aliqđ malum a me remoueri, & depelli, impoſſibile nõ eſt quod appetam non eſſe, vt vltimam miſeriã effugiam: immo hæc appetitio eſt rationi maxime conſentanea, in qua appeto bonum, & beatitudinem. Nam velle carere vltima miſeria, eſt velle implere meum deſiderium, & ſatiare meam voluntatem, quæ eſt vt careã miſeria ſumma, & ĩfelicitate. Explicat hanc ſolutionem eleganter in primis D. Thom. de malo, quæſtione 10. articulo 1. & quæſtione 22. de veritate, articulo 1. ad 7. & quæſtione 16. de dæmonibus, artic. 3. ad quintum.

D. Thom.

Ad argum. Maioris. Ad primum

Ad argumenta Maioris breuiter & ſummatim reſpondetur, ne ſit nimis prolixa diſputatio.

Ad primum quidam dicunt, quod non poſſet ſe conformare diuinæ volũtati per hanc volitionem; Volo nõ eſſe beatus, vel nolo eſſe beatus; ſed bene p aliam, puta, Fiat voluntas tua, vel aliam ſimilem. Sed hæc ſolutio voluntaria videtur. Alia ſolutio eſt, quod iam beatitudo reputatur, non vt pura beatitudo, ſed ſub aliqua rõne mali, ſcilicet vt eſt contra diuinam voluntatem. Vel dicatur, quod hoc argumentum tantum probat de beatitudine in particulari: beatitudo vero in vniuerſali, eſt perfectum bonum quod omne deſiderium adimplet, & voluntati ſatisfacit: vnde qui in cauſa argumenti vt ſe conformet diuinæ voluntati, vult non eſſe beatus, in ea appetitione quærit beatitudinem in vniuerſali, & ſuæ voluntati ſatisfacere.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum argm̃ rñdetur, q intellectus non poteſt dictare, neq. iudicare, quia eſt per ſe notũ, q beatitudo ſit appetenda, & q miſeria ſit refutanda. Sedo dico, q illud dictamen, Bonum eſt nolle beatitudinem, dictat de actu voluntatis directo, & ſic per actum reflexũ ſe conformat illi. ſ. Volo nolle beatitudinem. Et concedo q poteſt quis velle nolle beatitudinem, ſed non poteſt nolle: qui enim oppoſitam opinionem tenent, poſſent conari ad nolendã beatitudinem, & ſic cupere & velle experiri ſuam libertatem in hoc; ſed numquã experientur: ſicut ſi quis conaretur; ad experiendam ſuam libertatem, videre id, quod nõ eſt coloratum, nihil proficeret, quia potentia non poteſt ferri extra ſuum obiectum; non diſſimiliter ſi quis conaretur, ad experiẽdam ſuam libertatem, velle malum, ſub rõne mali, aut velle ſummam miſeriam, aut odio habere bonũ, in vanum laboraret, quia voluntas non poteſt ferri extra ſuum obiectum, obiectum autem voluntatis eſt bonum. Atq; hæc de beatitudine dicta ſint, qua vtinam, omnes & docẽtes, & legentes, per Dei gratiam, potiamur.

QVAESTIO VI.

De voluntario, & inuoluntario, articulos habet octo.

Breuis introductio quæſtionis.

POſtquã diuinus Doctor copioſe egit de beatitudine, quę eſt præmiũ ſtudioſi laboris, hic aggreditur ad diſputandũ, quibus modis, & officijs illã conſequamur. Et quoniã nullũ opus meretur beatitudinem, niſi quod ſponte & uoluntarie ſit, diſputat in initio de uoluntario, & inuoluntario: de qua re differunt nonnulli Theologi in 2. diſt. 24. & diſt. 25. & Philoſophi morales ſuper 3. lib. Ethic. Ariſtot. ſummi Philoſophi.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum in actibus humanis uoluntarium inueniatur.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt affirmans. Sed quo pacto eam probet, videam⁹. Nã argumẽtatio D. Thom. ſuboſcura eſ-

EXPLICATIO ARTICVLI.

Voluntarij multiplex acceptio.

VOluntariũ pluribus a Latinis vſurpatur modis. Vno mõ dr̃ volũtariũ, qđ eſt dictum, vel factũ ex libidine, & temere, & qđ dicimus gratis: ĩ qua ſignificatione vſurpauit hanc vocẽ Cice. 1. Philipp. cũ inqt: Nemo mihi volũtarius hoſtis fuit, ſed reipublicę cã. i. neminẽ gratis & ex libidine hoſtẽ habui, ſed pp reipublicæ iuſtã defenſionem. Dicitur etiam voluntariũ, tum apud Ciceronem, tum apud Liuium, quod ſit ſponte, & ex animo, vnde volũtarius miles. & Carbo (inquit Cicero)

Cicero.

ro) morte uoluntaria ſe a iudicum ſeueritate uindicauit. Vſurpat hanc uocem in hac ſignificatione diuina ſcriptura, cum dicit Exho.35. Cſs uoluntarius, & prono aĩo, & 1. Pet.c.5. Neque turpis lucri gratia, ſed uoluntarie.

Exo. 35.
1.Pet.5.

Tertia huius uocis ſignificatio inter Theologos, & Philoſophos frequẽtiſſima ẽ, ut ſignificet id, quod eſt ultroneũ, & ſpontaneum. Vltroneũ & ſpontaneum ẽ, quod nõ fit ab extrinſeca uiolẽtia, ſed cuius principium eſt intrinſecum cũ cognitione finis, ſiue id fit factum ex rõne recta, ſiue ex libidine, ſiue ex aĩo, & libenter, ſiue ex metu, & triſtitia fiat: ueluti cum mercator proijcit merces ĩ mare, volũtarie operatur, & uult eas proijcere, licet cũ triſtitia proijciat. Tot igitur modis cum uolũtariũ dicatur voluntariũ ꝓ eo, cuius principium ẽ intrinſecum cũ cognitione finis, ĩ hoc tractatu accipere oportet.

Ariſt.
Greg.
Damaſ.

His conſtitutis, q̃ ad definitionẽ nominis ſpectare videbantur, ad rẽ ipſam explicandã aggrediamur. Obſeruet ergo Theologus, differre maxime inter motũ naturalẽ, & uoluntarium. Nam motus uolũtarius requirit cognitionẽ in eodem agente; naturalis uero minime, ut patet in motu lapidis, & ſagittæ, q̃ ab alio cognoſcente, in finẽ & ſcopum dirigũtur. Deinde mot⁹ uolũtarius eſt operatio appetitus ſenſitiui, vel intellectiui, ſequẽs cognitionem: naturalis uero non eſt operatio, ſed põdus, & inclinatio naturæ: uel ſi operatio eſt, nõ originẽ trahit ex cognitione, ſed ex naturæ inclinatione, & põdere. Ex his colligitur definitio volũtarij.

Differẽt' motus naturalis & uoluntarium.

Voluntariũ eſt operatio appetitus cũ cognitione finis. Qua de cã nouitij Theologi, & inter hos Almaynus ĩ initio ſuorum moralium perperam definiunt uoluntariũ hoc mõ, ꝙ ſit operatio in poteſtate operantis conſtituta, ſic, ut poſitis oĩbus requiſitis ad operãdum, poſſit operari, & nõ operari, cõfundentes liberum cũ uoluntario. Et ꝙ ꝑdicti auctores decipiantur, ſic oſtendo. In primis Ariſ.3.Ethi.

Quid uoluntarium
Almayn,
Ariſtot.

c.1 plane aſſerit, ꝙ in infantibus, pueris, & mutis beſtijs uoluntariũ inuenitur, in quibus liberũ opus non inueniri exploratũ eſt. Deinde, Deus uoluntarie, & maxime ſpontanee ſe diligit; at nõ libere, ſed neceſſario: vñ liberum, & uoluntariũ differunt. Itaque non ſeqtur [illegible] eſt uoluntariũ: ergo eſt liberũ: nã ut aliqd ſit voluntariũ, ſatis eſt, ꝙ non ꝓcedat ex uiolẽtia, neque ex rei ignorantia, q̃ oĩ dubio ꝓcul uolũtarium tollũt, & adimũt. Sed uiolentia non eſt, qñ motus ꝓcedit a principio intrinſeco, atq. adeo ignorantia non ẽ cũ procedit ex cognitione finis: ergo ſatis fuerit ad rõnẽ & definitionem volũtarij, ꝙ ſit a principio intrinſeco cũ cognitione finis. Ex cuius rei definitione planiſſime cõcluditur: ꝙ actus uolũtarius nõ põt eſſe uiolentus: nã uoluntarium eſt, qđ ꝓcedit a principio ĩtrinſeco cũ cognitione finis; uiolentũ uero eſt, qđ ꝓcedit a principio extrinſeco. Itaque ſicut conſtat ex repugnantibus, & impoſſibilibus, quod idem motus ſit naturalis, & uiolentus, ita conſtat ex repugnantibus, ꝙ motus ſit uolũtarius, & uiolẽtus ſimul. Sed & illud obſeruet Theologus, quod ĩ operationibus humanis quãdoque liberũ cõcedimus, & uoluntarium adimimus: itaque non quodcũque liberum ſit, idem uoluntarium, & ſpõtaneũ dixeris. qđ explicabitur adhibito exẽplo. S[illegible].n. ſint duo homines in extrema neceſſitate cõſtituti, & ego nõ poſſum utriq. ſubuenire, ſed uni tantummõ, neceſſum ẽ itaq. alterũ mori; illius hoĩs mors ẽ mihi libera, ſiquidẽ in mea facultate fuit poſitũ, illũ hoĩem a morte, & interitu eripere; ſed nõ eſt mihi uoluntaria, propter quod mihi ad culpam nõ imputatur. Ad hoc enim, ut aliqua omiſſio uoluntaria ſit, tres conditiones ſunt neceſſariæ, ut plane teſtatur D. Tho art.3 huius quæſtionis, quod poſſim, & tenear, & non faciã: in caſu uero commemorato non teneor ſubuenire, & ideo mors ſubſecuta, non eſt mihi uoluntaria.

Vo[illegible] & [illegible] di[illegible] tur

Violentum quid?

Non ſemper id quod liberum eſt, uoluntarium ẽ

Not. D.Thom.

ſe uidetur. Argumentatio ſic procedit ad methodum ſyllogiſmi reducta. Voluntarium eſt, cuius principium ẽ intra cum cognitione finis. Sed humanorum actuum principiũ eſt intra cũ cognitione finis. Ergo in humanis actibus uoluntarium inuenitur. Maior ſyllogiſmi ꝓbatur auctoritate Ariſ.3.ethi.c.1.& docet illã Greg. Niſſenus, atque etiã D. Damaſcenus. Minor ſyllogiſmi per ſe nota eſt, & cõfirmatione non indiget. Sed & alio mõ rectius procedit ſyllogiſmus hoc modo cõfectus. Nã actus illorum, quæ mouẽt ſe ipſa, & finem ac rationem ſui actus cognoſcũt, maxime uoluntarij appellantur. Sed hoc maxime competit homini, q ſeipsũ mouet, & ſui operis finem cognoſcit. Ergo in ipſius actibus maxime voluntariũ inuenitur. Vt vero hic ſyllogiſmus integre explicetur, D.Tho. ſtatuit nõnulla principia. Primum eſt; quorundam actuum principiũ eſt in agente, aut in eo quod mouetur; quorũdam vero principium eſt extrarium. Exemplum primi generis, ut quãdo lapis deſcẽdit in locum inferum: huius namq; motus principium eſt in ipſo lapide, nẽpe grauitas lapidis. Exemplũ ſecundi generis, quando lapis proijcitur in locũ ſuperum, uel funda, uel manu. Subſequitur ſecundum principium. Eorum quæ mouentur a principio intrinſeco, quædam mouent ſe ipſa, quędam non mouent, neque agunt ſe, ſed mouentur. Hoc patet in homine, qui ſe mouet, & agit: rurſus patet in lapide, qui (ſi uera ſunt, quæ Phyſici dicunt) mouetur a generante ex impetu naturæ.

Tertiũ principium. Illa mouent ſe perfecte, in quibus nõ ſolum eſt principium, ut ſe moueant, uerum etiam eſt principium, ut ſe moueant in finem, uniuerſa namque actio, & paſsio eſt propter finem. Ergo illa dicuntur proprie ſeipſa mouere, & agere, quæ mouent ſe propter finem.

Quartum principium. Motio in finẽ requirit cognitionem finis. Hoc principium ꝑ ſe notum eſt, nec indiget longa oratione, ut cõprobetur. Ex his principijs ſeqtur, ꝙ ea q̃ ſunt cognitionis expertia, proprie, & pfecte non ſe mouent, ſiquidẽ in finem ab alio dirigũtur, & deſtinantur, ueluti ſagitta in ſcopum. Sequitur deinde, quod res cognitionis compos, dicitur perfecte ſe mouere, quoniam habet principium intrinſecũ, ut ſe moueat: hẽt inſuper in ſeſe principium, ut ſe moueat, & dirigat in finem. Subſequitur demum, quod actus rerum, quę cognitionis ſunt compotes, ſint uoluntarij: nam uoluntarium eſt, cuius principiũ ẽ intrinſecum cum cognitione finis. quod ſi uerum eſt, in actibus humanis maxime inuenitur uoluntarium: homo ſiquidem perfecte cognoſcit finẽ ſuum, & mouet ſe ad operandum. Et quod ad ſyllogiſmum Diui Thomæ pertinet, ſic ſe res habet. nos uero ad explicandum articulũ progrediamur.

Quid ſit mo-ueri ſe in fi-nem. S.Thom.

Demũ obſeruet Theologiæ diſcipulus, ne grauiter decipiatur, ꝙ iſtæ voces, Mouere ſe, & Mouere ſe in finem, ſunt variæ, & multiplicis ſignificationis apud Ariſt. & D. Thom. Nam D Tho. art. 2. primæ quæſ. huius partis, aperte docet, quod ſolus homo, qui habet dominium ſuorum actuum, proprie mouet ſe in finẽ. cęterũ in hoc articulo manifeſte docet, quod res oẽs, quæ habent cognitionem finis, mouent ſe in finem. Rurſus 1. p. q. 18. art. 1. ad 2. ſcribit, quod plãtę, quę habent tm̃ uegetabilem animã, & omnis cognitionis expertem, ſe mouent, ſiquidẽ viuunt: uiuẽtia. n. a rebus inanimis in hoc maxime differũt, quod uiuentia ſe mouent. Hic uero docet, quod uiuentia, quæ cognitione carent, non ſe mouent.

Poſt cõc.

Prior concluſio.

Vt ergo ſciat Theologus, quomodo accipere oporteat harũ vocum uarias ſignificationes, animaduertendum eſt, ꝙ medium (ut eſt in prouerbio) participat naturam, & ꝓprietatem ab utroq; extremo; & alteri cõparatum, induit rõnem, & nomen alterius. Certe liberalis, medium quoddã tenet inter prodigum, & auarum. ſi comparetur auaro, vr̃ prodigus; ſi uero prodigo, apparet tenax. Nõ aliter res viuentes, & uniuerſa animantia obtinent mediũ locum inter hoĩem, & res, q̃ uita & aĩa carent: ſi comparẽtur homini, potius aguntur ex inſtinctu, & impetu naturę, quam ſe agant in finem; uerum ſi comparẽtur rebus inanimis, uere ſe mouent, ſiquidem habent animam, q̃ eſt principiũ actuum motus. Ex hac doctrina facile eſt cõciliare locos iſtos, qui in doctrina D.Tho. pugnare videbantur. Sed & alio mõ cõciliantur, ſi dicamus ꝙ D Tho. in 1. p. loquitur ut phyſicus; hic uero loquitur, ut philoſophus moralis: principium enim primum in philoſophia morali, eſt agnitio finis, vñ q̃ carent cognitione finis, nõ dicuntur ſe mouere. Vel D.Tho. pro eode accepit in pſentia, ſe mouere, & agere; & ultronee, & ſpontanee ſe mouere: ultroneũ uero, & ſpontaneũ, cognitionem finis manifeſte requirit.

In ſolutione primi inſinuat D. Tho. quod appetibile, mouet appetitum in genere cauſſæ finalis, de qua re eſt maxima cõtrouerſia inter Theologos, quam in ſequentibus accurate & diligenter examinabimus.

In ſolutionibus aliorum argumentorum demonſtrat D.Tho. eſſe definitionem uolũtarij, ꝙ ſit operatio a principio intrinſeco cũ cognitione finis; ceterum non eſſe definitionẽ uoluntarij, ꝙ a nullo principio extrinſeco progrediatur: ꝓgreditur n. ab appetibili, quod eſt ueluti principium extrarium; progreditur rurſus a Deo, q̃q̃ Deus nõ eſt cẽſendus inter principia extrinſeca, quia ſicut intime confert eſſe oĩbus rebus, ſic intime operatur in oĩbus: uocatur tñ principium extrinſecum, quia non eſt de eſſentia creaturæ, neque aliqua potentia creaturæ.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum in brutis animantibus inueniatur uoluntarium.

SVMMA TEXTVS.

PRior Cõcluſio. In brutis animantibus inuenitur uolũtarium imperfecte, licet non improprie.

Poſterior Concluſio. In natura rõnali ſiue intellectuali inuenitur uoluntariũ perfecte. Probationes D.Thom. ſic procedũt. Nam uoluntarium eſt, cuius principium intra ẽ, cũ cognitione finis. Sed brutis animantibus cõperit imperfecta cognitio finis, q̃ conſiſtit in ſola apprehẽſione, ſine eo, ꝙ cognoſcatur ratio finis, & proportio mediorũ ad finẽ, ſine aliqua deliberatione de his quę ſunt ad finẽ ſed per ſubitum motũ in ipſis: bruta enim cognoſcunt ꝑ ſenſum, & æſtimatiuam naturalem, cibum eſſe bonum & conuenientem, ſed nõ cognoſcunt ad quem finem dirigatur, & ordinetur. & ideo in brutis imperfecta ratio volũtarij inuenitur. Ceterum natura rationalis, ſiue intellectualis, cognoſcit perfecte finem, & rationem finis, & ordinem mediorum ad finem. quapropter pfecte ſe mouet in finẽ, perfecte ordinat media ad finem, & in ea ſecundum perfectam rationem, voluntarium inuenitur.

EXPLICATIO ARTIC.

IN hoc articulo recolendum eſt, quod in ſuperiori art. ſatis demonſtratum exiſtimo, quemadmodum uoluntarium in animantibus brutis reperiatur, & quomodo uoluntarium, & liberum inter ſe differant; hinc uero explicandum eſt id, quod dicit S.Tho. ꝙ perfectam cognitionem finis conſequatur uoluntarium, ſecundum rõnem perfectam, prout apprehẽſo fine, aliquis deliberans de fine, & de his, q̃ ſunt ad finem, poteſt moueri in finem, uel non moueri. Duo inſinuat S.Tho. in cõmemorata ſnĩa quæ de ſe mouẽt quęſtionem. Alterum, ꝙ de fine ſit deliberatio, cum tñ deliberatio tñ ſit de medijs: nullus. n. deliberat, an bonum ſit ſalutem aut beatitudinem aſſequi; ſed d medijs illuc ducẽtibus, deliberatio & conſultatio procedit. Alterum eſt, quod uoluntarium perfectũ aſſeritur idẽ eſſe cũ libero. qđ vr̃ aperte falſum. Nam Deus perfectiſſime, & maxime uoluntarie, ſe amat; at non libere ſe amat, ſed neceſſario: ergo non quodcũque uolũtariũ perfecte ſit, liberum eſſe dixeris. Cuius contrarium aſſerit D.Tho.

Dubitationes duæ circa litteram. D.Thom.

Prima quæſtio facile explicatur: nã de fine ultimo non eſt deliberatio, neq. conſultatio; at de finibus alijs põt eſſe cõſultatio & deliberatio: nam finis, qui nõ eſt omnium ultimus, eſt medium, reſpectu ultimi. Põt certe eſſe conſultatio & deliberatio, expediat ne ducere uxorem ad uitam rectam, & tranquillam tranſigendã? expediat ne ſalutem huius uitæ tueri ac conſeruare, an potius eam profundere pro re p. incolumitate, & ſalute?

De fine ultimo non eſt conſultatio. de alijs vero finibus eſſe poteſt.

Vel dicendum, quod et de ultimo fine poteſt eſſe deliberatio & conſultatio, quantum ad exercitium operis, licẽt, non quantum ad ſpecificationem; (ut uocabulis ſcholæ utamur) Quamuis. n. non ſit conſultatio, utrum expediens ſit eſſe beatũ, & miſeriam fugere: attñ põt eſſe conſultatio & deliberatio, qñ ſit de beatitudine aſſequenda cogitãdum: non. n. ſemper eſt tempus idoneum ad huius rei meditationem habendam. ꝑs. n. eſt đ hac re cogitãdi; & tp̃s abſtinendi ab huius rei conſideratione. Sed ſecũda q̃ſtio uehementius mouet. Pro cuius rei elucidatione dicedum mihi uĩ, ꝙ quan quam oĩs actus perfecte liber, reſpectu alicuius obiecti, ſit ẽt perfecte uoluntarius, reſpectu eiuſdem obiecti: tñ non conuertitur: non. n. omnis actus perfecte uoluntarius, comparatus ad aliquod obiectũ, eſt pfecte liber, ſi ad idem referatur. Certe uolũtas uolũtarie maxime afficitur erga beatitudinẽ, ſic adeo, ut nemo poſſit eam odio habere. Et patet euidenti rõne.

Nam talis operatio eſt a principio intrinſeco cum perfecta finis cognitione: at pfecta appetitio, perfecte libera non eſt, prout infra demonſtrabitur. Conſimiliter, Deus ipſe uoluntarie ſe amat, & quidem perfectiſſime, at reſpectu eiuſdem obiecti, liberum actum non habet, tametſi in ordine ad creaturas libere ſe habeat.

Not. Omnis actus perfecte uoluntarius. ẽ pfecte liber uel illius ꝓcipium. ſecus. D.Thom.

Dicendum ulterius eſt, ꝙ omnis actus perfecte liber, uel eſt principium unde actus liber perfecte oriatur, & demanet: quemadmodum aſſenſus primorum principiorum in ſcientijs, non eſt ſcientificus formaliter, eſt tñ principium primum, ex quo ſcientia conclusionum deriuatur. Et hoc modo intelligitur D. Tho. non enim dixit quod perfecte uoluntarium, ꝓ ſemper liberum: ſed ſenſus, & intelligentia D. Tho eſt, quod is, cui competit perfecta ratio uoluntarij, potens eſt ad deliberandum, & ad habẽdum perfectum actum liberum, ueluti ex ꝑmiſſa-

rum cognitione eſt quis potens ad habendam ſcientiã cõcluſionum: & qm̃ huiuſmodi potentia non competit brutis, non habent perfectam rationem voluntarij circa finẽ ſuum, quia inde non accipiunt vim, neq. poteſtatẽ, vt moueant ſe per media ordinata ad finem ſuum cõſequendũ, ſed mouentur ab auctore naturæ. Deus autẽ perfecte cognoſcit, & amat ſummum bonum, quod eſt ipſa, ex quo eligit diuerſa media ad gloriam ipſius Dei amplificãdã, dilatandamq. Vel dicatur pro quæſtionis propoſitæ dilucidatione, ꝙ D. Tho. in præſentia loquebatur de voluntario perfecto, quod reperitur in creatura rationali, ſiue intellectuali, quod ſane cum libero perfecte conuertitur: nullus. n. eſt actus in creatura rationali & intellectuali pfecte voluntarius, qui non ſit perfecte liber, ſaltem quantũ ad operis exercitium: & ſic ſedãtur propoſita quæſtio.

Examinatur Solutio. Ad primum. In ſolutione primi dicit D. Tho. quod voluntarium in brutis, eſt denominatio ſiue appellatio ab extrinſeco, deſumta a voluntate, quæ non eſt in ipſis. Quæ ſnſa videtur falſa: nam ex ea ſequitur, ꝙ voluntarium non reperiatur in brutis proprie, ſed improprie, & per figuram ſicut ridere dicitur de prato viridi, ſanum dicitur de medicina, quę denominatur ſana, a ſanitate, quam efficit in animante. Si ergo voluntarium dicitur de brutis a volũtate, quæ eſt in homine, certe proprie non reperitur in brutis, ſed per cõparationẽ & ſimilitudinem ad hominis voluntatẽ. Sed hæc obiectio facile depellitur, ſi reducamus in memoriã illud prouerbium decantatum, Aliud eſt a quo nomen imponitur, aliud eſt quod nomen ſignificat. Certe hæc vox, Voluntarium, a voluntate impoſita eſt, vt nomen ipſum præ ſe fert: ceterum non ſignificat tm̃ id, quod a voluntate procedit, ſed id, quod procedit a principio intrinſeco cum cognitione finis, vt idem ſit quod vltroneum & ſpontaneum. & ſic voluntarium proprie in brutis inuenitur.

In quo ſit radix libertatis poſita. In ſolutione ſecundi argumenti explicat D. Thom. in quo conſiſtat radix & principium noſtræ libertatis, quod cuiq. Theologo eſt difficillimum ad explicandum. Nam quãquam vel ruſtici homines poſſint internoſcere inter eum, qui habet liberum arbitrium, & inter eum, qui non habet: ceterum explicare in quo conſiſtat ratio liberi arbitrij, hoc opus, hic labor eſt.

Voluntas eſt libera formaliter. Prim. cõclu. Ad id explicandum eſt prima concluſio. Voluntas noſtra eſt libera formaliter. volo docere quod libertas ineſt voluntati, non intellectui. Hanc concluſionem demõſtro eſſe veram his argumentis. In primis, volũtas noſtra põt velle, & nolle; poteſt hoc mediũ eligere, vel refutare; poteſt agere, & non agere, vt experientia conſtat: ergo volũtas noſtra libera eſt: illa enim potentia eſt libera, quæ habet poteſtatem ad oppoſita, & quæ poſitis omnibus reqſitis ad operandum, poteſt operari, & non operari. Deinde, electio, eſt proprium opus libertatis: ex eo enim dicimur liberi, quia ex diuerſis medijs vnum poſſumus cõplecti, & aliud relinquere. Sed electio, omnium philoſophorum conſenſione, eſt opus voluntatis: ergo libertas in volũtate collocanda eſt. Præterea, habere libertatem, eſt habere dominium noſtrorum actuum, & dominium eſt facultas vtendi re pro noſtro arbitratu; vti vero eſt actus voluntatis, prout infra demonſtrabitur. Ergo libertas in voluntate conſiſtit. Sed quid detinemur in re clariſſima demonſtranda? Certe voluntate peccatur, vnde peccatum adeo ẽ volũtarium, quod, ſi non adſit voluntatis aſſenſus, peccatum non eſt. Ruſſus, voluntate meremur, vel laudem, vel vituperationem: ergo in voluntate præcipue libertas cõſiſtit, ſiquidem actibus liberis vel peccamus, vel ſtudioſe operamur.

Arguitur cõtra prędicta. Sed non deſunt auctores primæ claſsis, qui omnem libertatem ad intellectum referant, qui in huius rei confirmationem his vtuntur argumentis.

Primum. Nam in illa parte animæ noſtræ eſt libertas, in qua eſt diſcurſus, & deliberatio. ſed in intellectu eſt diſcurſus & deliberatio: ergo in intellectu ẽ libertas. Maior huius ſyllogiſmi ſic oſtenditur. Nã volũtas noſtra non poteſt operari, niſi facto diſcurſu, & confecto ſyllogiſmo explicite, vel virtualiter: vt ſi volo deinceps dare operã vitæ rectæ inſtituendæ, conficio hunc ſyllogiſmum. Qui vult ſalutẽ æternã conſequi, neceſsũ eſt, vt det operã rectæ inſtituendæ vitæ. Sed ego volo ſalutem æternam conſequi: ergo dãda eſt opera rectæ vitę inſtituẽdæ. Certe ſtante hoc diſcurſu, voluntas neceſsitatur vt concluſionem ſyllogiſmi amplectatur; propter quod omne noſtrum detrimentum in hoc diſcurſu faciendo conſiſtit: ſi enim recte & efficaciter concludimus, recta ſequitur voluntatis opatio; ſi vero nõ recte concludimus, praua ſequitur voluntatis opatio: voluntas enim de ſe cæca eſt, & cõſtringitur ferri in id, quod per intellectũ proponitur. Ex hoc principio deducit Ariſtot. illud axioma, quod omnis prauus, eſt ignorans; & diuina ſcriptura continet, cum dicit: Errãt ij, qui operãtur malum. *Ariſtot.* Ex eadem doctrina aſſerunt vniuerſi, tum Philoſophi, tum Theologi, quod exſiſtente perfecta ſcientia in particulari in intellectu, nõ poteſt eſſe peccatum in volũtate: quod diſerte definit D. Tho. in materia de peccatis. *D. Thom.*

Secundum. Præterea, ſi in voluntate eſſet ſita noſtra libertas, certe eſſet ſitum in eius facultate credere quod illi eſſet collibitũ: at hoc eſſe falſum, experientia euidenti comprobatur. Si quidem voluntas non poteſt nos inducere ad credẽdũ, niſi qđ intellectus iudicauerit eſſe credibile: voluntas ergo conſtringitur in id, quod ab intellectu eſt propoſitum: ex quo conſequens eſt, quod in ſe nullã habet libertatẽ.

Tertium. Ad hæc, intellectu iudicãte, hoc vel illud eſſe faciẽdũ, vel volũtas manet libera, vt nõ ſequatur quod ab intellectu iudicatũ eſt; vel conſtringitur iudiciũ intellectus amplecti. Primũ dici non põt: nã voluntas non poteſt ferri, niſi in id, quod eſt propoſitũ: eſt. n. potentia cæca. Quod ẽt alia rõne patet, quia tũc recto iudicio ex parte intellectus exſiſtente, poterit eſſe peccatum in voluntate, cuius contrarium aſſerunt Theologi vniuerſi. relinquitur itaq. ꝙ conſtringitur voluntas ſequi intellectus diſcurſum.

Soluuntur propoſita argumenta. Hęc argumenta, quãquã magna videntur, non efficiũt quod eorum auctores prætendunt: nam ſolum probant ꝙ libertas ſit in intellectu, tãquã in prima radice: quod nos in ſequentibus comprobabimus. Habent etiã aliud vitiũ commemorata argumenta: nam non vident qui ea conficiunt, quod licet ſtante iudicio ex parte intellectus efficaci, non poſſit voluntas contrarium facere: at eſt in facultate volũtatis auertere alio cogitationem; & illud iudiciũ intellectus interrumpere, & aliud iudicium in contrariũ proponere, inclinareq. ad alias rationes excogitandas. Ex quo conſequens eſt, quod tota vis huius diſcurſus & ſyllogiſmi conficiendi, ex energia volũtatis dependeat. Sed de hoc fuſius in ſubſequentibus inueſtigãdum eſt.

Libertatem volũtatis pcedit cognitio finis. Secun. concl. Nunc ſequitur ſecunda concluſio. Libertatem voluntatis antecedit ex parte intellectus cognitio, qua cognoſcitur ratio finis, hoc ẽ, qua cognoſcitur finem eſſe dignum, propter quem debeamus operari, & cuius gratia aliquid oporteat fieri: nam infirmus, priuſquam eligat media ad ſanitatem recuperandam, oportet prænoſcat ſanitatem eſſe dignam, propter quam laborem habeamus.

Tertia conc. Tertia concluſio. Libertatem voluntatis procedit ex parte intellectus cognitio, qua cognoſcitur proportio mediorum ad finem: nam priuſquam ægrotus eligat media, neceſſarium eſt cognoſcere hæc media ad finem ſuum cõſequendum eſſe conſentanea, & illuc ducentia, alias nũquam eligeret diminutionẽ ſanguinis, aut potionẽ amaram.

Quar. concl. Quarta cõcluſio. Libertatem voluntatis antecedit ĩdeterminatio, & indifferẽtia iudicij ex parte intellectus: appetitio enim ſequitur cognitionẽ: igitur vniuerſa libertas noſtra ex cognitione originem trahit. itaq. ſi iudiciũ non fuerit in facultate iudicantis, ſed determinatũ ex inſtinctu naturæ, appetitio ſequens non erit libera, & indifferẽs, ſed determinata ad vnum. verbi gratia: qm̃ ouis habet a natura inſitum hoc iudicium, Lupus eſt fugiendus; non poteſt non fugere; ceterum quando iudicium fuerit in facultate iudicantis, ſic adeo quod poteſt hoc iudicare, & oppoſitum, appetitio ſequens erit libera & indifferens. verbi gratia, qm̃ homo poteſt habere hoc iudiciũ, Lupus eſt fugiendus, & iudicare oppoſitum, videlicet, lupum nõ non eſſe fugiendum, non neceſſario fugit, neq. neceſſario perſiſtit, ſed libere vtrumq. ſequitur. Itaque voluntas eſt formaliter libera, quoniam mouetur p formam, hoc eſt, per bonum apprehenſum, quod non habet determinatã naturam, neque eſt determinatum ad vnum.

Quin. concl. Quinta concluſio. Libertas eſt formaliter in voluntate; in intellectu vero, veluti in radice. Hæc concluſio ex prædictis euidenter ſequitur.

Sed

Dub.

Sed dicet Theologus; Vnde determinatur intellectus? ſuo diſcurſu, & in iudicijs ſuis ferendis, cū ſit indifferēs? nam ſi dicas determinari ab ipſa volūtate, conſequēs eſt, libertatem non ſolū eſſe in voluntate formaliter, ſed etiā radicaliter, ab ipſa ſiquidem venit oīs libertas.

Solutio.

Rūdetur, noſtrum intellectū aliquādo determinari ab auctore naturæ; aliqn̄ vero p diſcurſū & ſyllogiſmū; nonnuquam per ſenſum, & cōſuetudinem; demum ſæpiſſime per ipſammet voluntatē. Sed tunc, ne detur pceſſus in infinitum, ſi quæratur rurſus, a quonam voluntas noſtra determinetur? neceſſe ē deuenire ad unū actum intellectus, qui īſit nobis per naturā. Sed de radice libertatis noſtræ, ſatis dictū exiſtimo: nā de libero arbitrio cōtrouerſia in alium locū remittenda eſt, in quo fuſiſſime cōtra Lutheranos ſumus diſputaturi. Modo tātum definitum ſit, quod ad libertatē duæ conditiones ſunt neceſſariæ. alia ē indifferētia & indeterminatio iudicij ad deliberandum; alia eſt poſt deliberationem, facultas eligendi, vel refutādi id, quod deliberatum eſt. Prima cōditio eſt fons & radix libertatis; ſecūda ē ipſa libertas.

Ad libertatem duæ cōditiones neceſſariæ.

ARTIC. TERTIVS.

An voluntarium poſsit eſſe abſque omni actu.

SVMMA TEXTVS.

Prima cōcluſio.

PRima Concluſio. Volūtarium directe nō pōt eſſe abſque actu: nam voluntarium directe dicitur, quod procedit a voluntate directe, ſicut ab agente. Sed nihil poteſt eſſe a voluntate, ſicut ab agente, niſi per aliquem actum, ad minus ipſius voluntatis. Ergo voluntarium directe non poteſt eſſe ſine actu.

Secunda.

Secunda Couclusio. Voluntariū indirecte poteſt eſſe ſine actu, quandoque quidē abſq; actu exteriori, cū actu interiori, ſicut cum voluntas vult non agere; aliquando autem etiā abſque actu interiori, ſicut cum non vult. Probatio huius cōcluſionis apud D. Thom. hæc eſt. Nam ſubmerſio nauis dicitur a gubernatore eſſe, in quantum deſiſtit a gubernando. ergo hoc qd eſt non velle, vel non agere, dicitur eſſe voluntarium, & a voluntate prodire, in quantū volūtas deſiſtit ab actu, vel interiori, vel exteriori.

Tertia.

Tertia Concluſio. Hoc deſiſtere ab actu, vt ſit voluntariū, tres cōditiones expoſtulat, q poſsit uoluntas, & debeat, & non agat: nam non ſē per id quod ſequitur, ad defectū actionis reducitur ſicut in cauſſam in agē s, ex eo q non agit: ſed ſolū tunc, quando poteſt, & debet agere: ſi.n. gubernator non poſſet nauē dirigere, vel non eſſet ei commiſſa nauis gubernatio, non imputaretur ei nauis ſubmerſio, quæ per abſentiā gubernatoris cōtingeret. Quia igitur uoluntas uolendo, & agendo poteſt impedire hoc, quod eſt non velle, & nō agere, imputatur ei, quaſi ab ipſa exſiſtens. Certe probatio D. Tho. euidentiſsime cōcludit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

CErte in hoc articulo iā aggreditur D.Th. inueſtigare de uolūtario pfecto. quod patet ex eo, quod dicit, uoluntariū eſſe, quod a uoluntate procedit: conſtat aūt q in brutis non procedit a uolūtate. Idē oſtēditur euidentius. Nam in brutis non eſt uoluntatium indirecte: non.n. obligantur aliquid agere. Illud etiam obſeruet Theologus, doctrinam huius articuli afferre maximam lucem ad materiam de peccatis intelligēdam, præcipue ad tractatum de peccatis omiſſionum.

Duplicē circa ſecūdam D. Thom. concluſionē.

Sed uidetur profecto, quod D. Tho. in 2. cōcl. ſibi ſit cōtrarius: nā infra q.71. artic. 5. pro certo habet, non dari omiſſionē abſq. omni actu; in hoc articulo docet dari omiſſionem abſq. oī actu, tam interiori, q̄ exteriori. Hęc manifeſta uidetur eſſe abſq. dubio contrarietas, ſed re uera nō eſt. Nā in hoc loco docet, dari purā omiſſionē abſq. actu pſenti, & concomitante. quod eſſe verū, manifeſte patet. Ille.n. qui culpabiliter dormit, tēpore quo tenetur audire miſſam, eo tēpore habet omiſſionē uoluntariam, qū nullus eſt actus præſens uoluntatis. Ceterū in loco allegato docet, non dari purā omiſſionem abſq. actu præſenti, uel præcedenti. quod manifeſte patet in caſu commemorato: nā præceſſit iſte actus, Volo dormire. Vel dicendū eſt, q omiſſio ſuapte natura non requirit actum: ex eo enim pecco peccarū omiſſionis, quia omitto, quod debeo facere; omitto audire miſſa.n, omitto dicere officium diuinū: ceterum omiſſioni ſemper adiungitur aliquis actus, qui vel auget, uel extenuat omiſſionis peccatum: ſi enim omitto audire miſſam propter ſtudium, minus pecco, quam ſi omittam ex libidine, vel propter ludum.

Quæ requirantur ad omiſſionem voluntariam.

In tertia concluſione docet S. Tho. doctrinā minime uulgarē, ideo præcipue conſiderandā, nēpe q ad omiſſiones uoluntarias, q̄ ad culpam imputentur, tres cōditiones ſunt neceſſariæ, Qd poſsim, Tenear, & Non faciam; tunc omiſſio uolūtaria erit. Itaq. nō ſatis fuerit facultas & libertas faciendi, & nō facere, vt omiſſio dicatur voluntaria. quod patet his exemplis. Video duos gladijs ſe īpetentes, quorum litē poſſum dirimere magno cum diſcrimine; non facio. hoc nō eſt mihi uoluntarium, quia non teneor cū tāto periculo. erit tamen voluntariū reſpectu Prætoris, qui ad id ex officio tenetur. Simili rōne, Vido hominē ex carcere fugientem; quē poterā detinere; nō detineo. ea omiſsio non eſt mihi voluntaria, q̄ reſpectu cuſtodis carceris uolūtaria ē, quia ad id ex officio tenebatur. Sed & tertium exemplum adhibeamus. Eram in Eccleſia orans, & exiens inde non clauſi ianuam; ſubſecutum eſt furtum. illa omiſſio, quę reſpectu ſacriſtæ eſſet voluntaria, mihi non eſt voluntaria.

Rationes pro illa ueritate.

Et q hæc doctrina uera ſit, demōſtratur his argumētis. Principio, qui omittit aliquid quod nō tenetur agere, nō eſt cā moralis illius operis, ſiquidē non peccat: ergo reſpectu illius omiſſionis nō eſt voluntarium: uoluntariū.n. in moralibus eſt cā operis, dicente Ariſt. 3. Eth. cap. 1. q is q operatur ex ignorantia, non operatur voluntarie, qm̄ non laudatur, neq. vituperatur. Sed qui omittit aliquid quod non tenebatur facere, non uituperatur, neq. laudatur. Ergo in his omiſſionibus non eſt voluntarium.

Ariſt.

Præterea, ſi eſt uoluntarium in his omiſſionibus: ergo qui omittit, conſentit: rurſus ergo peccat. Conſequentia probatur ex illo Rom. 1. Non tantum digni ſunt morte, q faciunt, ſed qui conſentiunt facienti.

Rom. 1.

Vltimo ſi hæc ſententia D Th. non diceret uerū, ſequeretur quod omnia peccata eſſent uolita a Deo, & Deus cōſentiret uniuerſis peccatis: Deus enim poteſt impedire omnia peccata, & nō impedit. Ex hac ſententia D. Thom. colligunt interpretes D. Tho. non eſſe audiendos eos, qui dicunt, omnem omiſſionem liberam, eſſe uoluntariā. nā in ſuperioribus ſatis (ut exiſtimo) commonſtratum eſt, multas omiſſiones liberas, uoluntarias non eſſe.

Obiectiones contra ſententiam D. Thom.

Sed contra hanc ſententiam, tam ualide confirmatam, ſunt argumenta non omnino inualida.

Prim. argu.

Quorum primū ſic ſe habet. Si gubernator nauis, qui nō tenetur ſubuenire naui, uidens eam ſubmergi, habeat iſtum actum, Volo nō ſubuenire, uel nolo ſubuenire, nō culpatur, non conſentit, non ei imputatur, ut plane conſtat. at illa omiſsio eſt uoluntaria: ergo argumēta adducta in confirmationem ſententiæ. D. Thom. inualida eſſe deprehen-

prehenduntur, quæ in hoc potiſſimũ incumbunt. quod ſi prædictę omiſſiones eſſent uolũtarię, imputarẽtur ad peccatũ.

Secundum.

Deinde, illud eſt uoluntariũ, quod procedit ex uolũtate: ſed prædicta omiſſio procedit ex uoluntate: ergo uolũtaria eſt.

Tertium.

Præterea, qñ quis in die profeſto nõ audit miſſam, eo mõ eſt uolũtariũ, ſicuti qñ non audit in die feſto: ſed in die feſto illa omiſſio ẽ voluntaria, ſiquidẽ imputatur ad peccatum: ergo in die profeſto erit uoluntaria. Maior ſic oſtenditur. Nã ille qui omittit, interrogatus, quare omittit, promte rñdebit, quia uolo non audire miſſam.

Prior cõcluſio.

Confir.

Idẽ confirmatur. Nam omittere audire miſsã, quando non teneor, aliquãdo ẽ meritoriũ, ut plane conſtat: ergo uoluntarium.

Solutio argumẽtorũ.

Ad hæc argumenta ſatisfaciendum eſt pro uirili parte. In primis dicere oportet, quod hæc argumẽta procedant de uolũtario directe, itaq. conuincunt, quod omiſſiones commemoratæ in argumentis dudum adductis, ſunt voluntariæ directe, quæ ab ipſa uoluntate prodeunt quæ utrũ ſint bonæ, uel malæ, ex obiecto expendendum eſt. Sed D. Tho. loquitur de omiſſionibus uoluntarijs indirecte, quæ ut ſint uoluntariæ, prædictas conditiones expoſtulant. Vel dicat Theologus, D. Thom. tñ docere, quod iſtæ omiſſiones non ſunt uoluntariæ, qñ non tenemur agere, & eas cauere, id eſt, non debent reduci in uoluntatem, tamquam in cauſſam. Verbi gratia, dormit nauta, quando ſubmergitur nauis; dormio & ego. ille eſt cauſſa, ego uero minime. Certe ſi D. Tho. attente legatur, non affirmat quod iſtæ omiſſiones non ſunt uoluntariæ, ſed quod effectus inde ſubſecutus non eſt uoluntarius, reſpectu omittentis: ueluti ego non claudo oſtium, quod non teneor claudere. ſubſequitur furtum; illud furtum non eſt mihi uoluntarium. Nec ualet hæc argumentandi ratio, Quicũq. uult antecedens, uult conſequens.

Nota.

ſed iſte uult non claudere oſtium, ex quo ſequitur furtũ: ergo uult furtũ. Quod uero hæc argumentandi rõ nõ ualida ſit, demonſtratum eſt in materia de Angelis: tum, qm̃ maior argumentationis falſa eſt, ut ibidem comprobatũ eſt: tum uero, quoniam conſequentia nulla eſt: furtum ſiquidem non ſequitur ex opere, uel omiſſione noſtra, ſed ex malitia alterius, quam ego cauere non teneor.

Verum nolle, ſemp cauſſet inuoluntarium.

In ſolutione ſecundi aſſerit D. Tho. quod nolle cauſſat inuoluntarium. Contrarium eſſe uerum probatur ſic.

Prim. argu.

Nam dicitur Deus nolle peccata, nolle dare gloriã Antichriſto. at Deo Optimo Maximo nihil eſt inuoluntarium, ſicut neque uiolentum: non ergo uerum eſt, quod nolle cauſſat inuoluntarium.

Secundum.

Secundo ſic argumentor. Nolle, eſt quidam actus uolũtatis interior, ut aperte conſtat: ergo quidquid ab illo procedit, uoluntarium eſt, iuxta definitionem uoluntarij, ſuperius deſignatam.

Sed prædictæ obiectiones facile depelluntur, ſi ſenſũ D. Tho. percipiamus. Non enim intelligitur D. Thom. quod nolle ſemper cauſſet inuoluntarium: cum enim ego nolo furari, neque furor, nullum eſt inuoluntarium: ſed qñ aliquid fit nobis nolentibus, tunc eſt uere inuoluntariũ: ut ſi quis nobis nolentibus & inuitis furatur res noſtras, percutit, uulnerat: ſiñ quem modum reſpectu Dei nihil eſt inuoluntarium: uoluntas enim Dei abſoluta, ſemper adimpletur, iuxta illud, Oĩa quæcumq. uoluit fecit in cælo & in terra.

Ex quo aiaduertere oportet, quod peccata quę ſunt, non fiunt, Deo abſolute nolẽte: ſi.n. Deus abſolute nollet, ut peccata nõ fierẽt, certe non fierent, quoniam Dei uolũtas omnipotẽs eſt, & ſemp adimpletur. Dicuntur aũt peccata fieri cõtra uolũtatem Dei, per figuram & metaphoram, quoniã fiunt contra uolũtatem ſigni, hoc eſt, cõtra legẽ Dei, & eius præcepta, de quo in ſequẽtibus copioſior erit tractatus. Ex his ſoluitur primum argumẽtũ propoſitũ.

Poſterior concluſio.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum dicendum; quod nolle, non in eodem genere cauſſat inuoluntariũ, in quo uelle cauſſat: nã uelle, eſt cauſſa efficiens ſæpenumero ipſius operis uolũtarij, ut cũ uolo mouere brachiũ, uel linguam: ſed nolle nunquã eſt cã efficiens inuoluntarij, ſed dicitur nolle conſtituere inuoluntarium, denominando effectum inuoluntarium. Si.n. ego nolo quod efficiatur aliquid, & efficitur, certe effectus non procedit ex mea uoluntate, ſed dicitur inuoluntarius, quia fit me inuito & nolente. Sed ut ab his obſcuritatibus nos expediamus, dicendũ eſt, quod cum D. Tho. dicit; nolle cauſſare inuoluntarium, hẽt ſenſum clariſſimum, uel ego decipior. Significat.n. quod cum ego habeo iſtum actum, nolo legere, ipſum legere, eſt mihi inuoluntarium, & diſplicet: ſed cum negatiue me habeo, ſic, ut non uelim legere, quia de hac re minime curo, non uelle non cauſſat inuoluntariũ: nam cum negatiue me habeam erga lectionem, lectio neque placet, nec diſplicet; neque eſt uoluntaria, neq. inuoluntaria: ſecundum quam explicationem, argumenta non recte procedunt, neq. impugnant ſententiam D. Thom.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum uiolentia uoluntati poſsit inferri.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. Volũtas in actibus imperatis poteſt uiolentiam pati. Actus imperatos uoluntatis voco, qui imperantur a voluntate, & mediante alia potentia exercẽtur: vt ambulare, loqui, imperantur a voluntate, mediante potentia motiua. Quantum igitur ad actus imperatos, poteſt voluntati violentia inferri, ſiquidem per violentiam exteriora mẽbra impediri poſſunt, vt non imperium voluntatis exequantur. & poſſunt moueri, vel impediri a motu, nobis nolentibus & inuitis, contra noſtrã voluntatem.

Poſterior Concluſio. Volũtas in actibus elicitis ab ipſa, non poteſt uiolentiam pati. Voco actus elicitos voluntatis, velle amare, &c. nam nihil aliud eſt actus voluntatis, quam quædam inclinatio procedẽs ab interiori principio cognoſcente. Vnde contra rationem voluntatis eſt, quod ſit coacta: nam de ratione actus voluntatis eſt, quod procedat ab interiori principio cum cognitione finis: quod autem coactũ eſt, vel violentum, eſt ab exteriori principio. Vnde repugnantia eſt, quod ſit actus voluntatis, & quod ſit coactus, vel violentus. Nam ſi eſt violentus, & coactus: ergo eſt contra voluntatem; ſi vero eſt actus voluntatis: ergo eſt a voluntate.

EXPLICATIO ARTICVLI.

VT melius ea quæ hic ab Auctore dicũtur, itelligãtur, operæpretiũ erit explicare breui ſermone, uocum quarundã uariã, & multiplicem poteſtatẽ, & ſignificationẽ, ne ex earum æquiuocatione, deceptio cõtigat. Nam cum de uiolentia, & coactione, atq. de uoluntario D. Tho. in his articulis propoſitum ſit diſputationem inſtituere, fieri profecto non poteſt, ut quis eius doctrinam recte percipiat, citra harum uocum multiplicis ſignificationis diſtinctionem.

Quid ſit violentum.

Definitur itaque violentum, quod procedit ab extrinſeco, paſſo non conferente uim, quod eſt intelligendum, paſſo repugnante; uel actuali inclinatione, uel uirtuali ad oppoſitum: nam ſi quis dormientem hominem præcipitaret, uiolentiam inferret: at paſſum actu non repugnat, ſed potius mouetur naturaliter ſecundum corporis grauitatem, at ſecundum uolũtatem naturaliter eſt inclinatus

ad

impedire ne prodeat in actu, ad quẽ naturaliter inclinatur.

here influentiam & concurſum generalem, ita vt voluntas non poſſit amare: immo a creatura poteſt voluntas in hunc modum cogi, & violentia inferri, puta, ſubtrahendo obiectum. Poteſt rurſum fieri, vt dum quis vult perſiſtere in actuali Dei amore, impediatur ab alio, q dedit illi fraudolenter potum inebriantem, vel dormire facientem: tũc ſane voluntas ceſſat ab actu contra propriam inclinationem: poteſt ergo voluntas non ſolum a Deo, ſed etiam a creatura impediri ne exeat in actum.

Tertia cõcl. Deus poteſt infundere uoluntati intẽſiſſimũ odiũ loco dilectionis quã habebat. Prou. 21.

Tertia concluſio. Non obſtante quacũque dilectione, & volitione voluntatis, poteſt Deus infundere intenſiſſimum odium loco illius, & vice verſa. Hæc concluſio eſt euidens, & probatur ex illo Prouerb. 21. Cor regis in manu Domini, & quocũque voluerit, vertit illud.

Quar. conc. Aliquo modo voluntas cogi poteſt. Tripliciter res violentiã pati põt. August. Victoria. Soto. Caiet. Prim. argu. August.

Quarta concluſio. Tamen his caſibus commemoratis, negari non poteſt, quin voluntas aliquo modo cogatur. Nam tribus modis res aliqua violentiam patitur: enim, quando habet motum contra inclinationem naturalem, vt cum lapis proijcitur ſurſum: tum vero, quando impeditur a propria & naturali inclinatione, & operatione, vt cũ lapis detinetur ſurſum: tum vltimo, quando mouetur motu naturali, ſed vehementius & intenſius quam natura expoſtulat. Hanc veritatem demonſtrant argumẽta in initio quæſtionis propoſita. Verum eſt, q quidam diſcipuli D. Thom. doctiſſimus Victoria, & pater Soto, atque etiã Caiet. 1. p. q. 82. artic. 1. habent pro certo, quod reſpectu actionis Dei, nulla creatura cogi poteſt. Quam ſententiam probant his argumentis.

Secundum. Vtrum voluntas reſpectu Dei poſsit violentiam pati.

In primis D. Auguſt. 26. lib. contra Fauſtum c. 3. dicit q id eſt cuilibet rei naturale, quod ille fecerit, a quo eſt omnis modus, numerus, & ordo naturæ.

Deinde, omnis creatura, ſtr̃ inclinationem naturalẽ, habet potẽtiam obedientialẽ, vt Deo obediat ad quẽcũq. actum, vel vt detineatur ab actu. Certe, ſicut non eſt cõtra inclinationem aquæ abſolute, vt eſt pars orbis, detineri in ſupero loco ne ſit vacuum, licet ſit cõtra inclinationẽ eius, vt eſt quoddam eius particulare (vnde ſcribit D. Tho. d. potentia. q. 4. art. 1. ad 20 q motus aquæ circularis nõ eſt violentus, quamuis non ſit ab intrinſeco, quia eſt a ſuperiori natura, ad quam inclinatur aqua) ſic voluntas naturaliter inclinatur vt obediat Deo ad quemcũq. actum, licet ſit cõtra inclinationem eius particularem.

D. Thom.

Tertium. Præterea, magis inclinatur creatura ad actũ quem Deus producit, quã ad actum proprium ipſius creaturæ: ſicut brachium potius inclinatur in bonum totius, quam in bonum proprium.

Quartum. Tum deinde, quoniam voluntas noſtra ad quemcũq. actum, vel vt detineatur ab actu, non reſiſtit Deo, licet ſit contra inclinationem eius particularem, ſicut motus lapidis ſurſum ſaltem non reſiſtit. quod ſufficit ut motus non ſit violentus: vt patet de motu cæli, ad quem non concurrit cælum, ſed ſolus angelus: & licet non haberet cælum inclinationem ad illum motum (ratione cuius ille motus dicitur naturalis) ſatis eſſet quod non reſiſteret ad hoc, vt non eſſet violentus.

Quintum. Sed & huius rei aliud producunt argumentum, quod videtur palmarium. Nam ſi Deus auferret a lapide grauitatem, non violenter detineret illum in loco ſupero: ergo ſi Deus auferat auxilium ſuũ generale vt creatura detineatur, & impediatur ab actu ſuo, non violenter detinet creaturam. Conſequentia argumenti inde probatur. Nam tam neceſſarium eſt auxilium Dei ad operandum, ſicut grauitas ad deſcendendum.

Sextum. Profecto tunc res cogitur proprie, quando, poſitis omnibus requiſitis ad operandum, impeditur ab aliquo agente ne operetur: ſed quando deeſt auxilium generale, non habet creatura omnia neceſſaria ad operandum: ergo nõ patitur violentiam: ſicuti non cogitur hõ ad non volandum, quia non habet aptitudinem, neq. potentiam ad volandum.

Vltimum. Vltimo, iſtę operationes, quas Deus efficit præter ordinem naturæ conſuetũ, ſunt ſupernaturales, & miraculoſæ: ergo non violentę. Hæc ſunt, quæ adducunt præclariſſimi auctores ad perſuadendũ, quod creaturæ reſpectu opationis diuinæ non cogantur, neq. patiãtur violentiam.

Auctoris ſententia.

Mihi vero hæc ſententia nũquam probari potuit: ſentio enim, quod ſi conſideretur natura particularis, quatenus ens quoddã particulare, bene poteſt a Deo cogi, vt ſi Deus ſolus proijceret lapidẽ ſurſum, uel detineret in loco ſupero, aut vero ſiſteret cælum: nam aſcenſus aquæ, ut non ſit uacuum, licet ſit ab auctore naturæ, eſt tamẽ uiolẽtus reſpectu aquæ, in quantum eſt quæ ... naturæ particularis. Hoc ipſum confirmatur, quia Deus poteſt facere, ut patiatur creatura ab extrinſeco, contra propriam inclinationem: immo re uera cogit dęmones, & uim facit, detinẽdo eos cõtra ipſorum uoluntatẽ in igne inferni. At res indubitata eſt, quod poſſit Deus eũdem effectum ſe ſolo facere, abſque medio ignis inſtrumento, puniendo, & ligando dæmones contra ipſorum voluntatẽ. Immo crediderim, q ſi Deus influendo in lapidem, ſicut mõ influit inclinationem ad motum in locum ſibi naturalem, proijceret ipſe ſolus in locum ſuperũ, tunc certe uiolenter moueretur: quia talis motus eſſet contra inclinationem, quam Deus illi tribuit: ſecus autẽ eſſet, ſi Deus ſubtraheret influentiam, & concurſum generalem, vel inclinationẽ lapidis in locum inferum: tũc nulla eſſet uiolẽtia, cum nulla maneret reſiſtentia. Sed eandem ueritatẽ demõſtro alio argumento. Nam hoc uidetur eſſe priuilegium uolũtatis, quod etiam a Deo cogi non poſſit: quod ſi Deus de potentia ſua abſoluta non poteſt cogere ullam creaturã, neq. uero ei uiolentiam inferre, nõ eſt priuilegium particulare & ſingulare; quod uoluntas neq. a creatura, neq. a Deo cogi poſſit. Atq. in hanc ſententiam etiam inducor: nam rationes ſuperius adductæ, uidentur mihi oĩno inualidæ: Nam ſi eſſet neceſſarium ad hoc ut ſit uiolentum, q poſitis omnibus requiſitis ad operandum, impediatur a ſua operatione, conſequens eſt lapidem non detineri uiolenter in loco ſupero: nam non habet omnia requiſita ad operandum, nempe non habet ablatum impedimentum.

Quin. conc. Voluntas in ſuis actibus elicitis, neq. a creatura cogi poteſt.

Quinta concluſio. Deus non poteſt cogere uoluntatem ad actus elicitos. Volo dicere, quod fieri nullo modo põt, q uolũtas cogatur in ſuis actibus, quos elicit ſiue a creatura; ſiue a Deo: eſt enim euidens contradictio, q uoluntas inuita, & repugnans habeat actum ſuum. quod probatur his argumentis. Nam omnis operatio uoluntatis, aut eſt uolitio boni, aut eſt uolitio mali. Sed omnes iſtæ operationes ſunt ſecundum inclinationem uoluntatis: ergo nõ poſſunt eſſe uiolentæ. Maior argumentationis uera eſt ſine contradictione. Minor ſic oſtenditur. Nam uoluntas ſuapte natura inclinatur ad bonum, & refutat malum. Deinde, voluntas tunc proprie & uere cogeretur, quando haberet actum contra ſuam uoluntatem, id eſt, quando non uolens uellet. Sed hoc inuoluit in ſeipſo contradictionẽ: nam ſi habet actum, iam uult, & ex alia parte eſt non uolẽs, ſiquidem actus eſt uiolentus, id eſt, cõtra uoluntatẽ. Sequitur ergo euidens contradictio, ſi uoluntati uiolẽtia inferatur. Sane illud dicitur uiolentum & coactum, quod ſit nobis inuitis, & repugnantibus, id eſt nobis nolentibus, & contra id quod uolumus. Euidens ergo contradictio eſt, quod ſit actus uoluntatis, & quod ſit uiolentus & coactus: nam ſi eſt actus uoluntatis, uoluntas iã uult, q ſi uult, iã non eſt contra uoluntatem, ac ſubinde coactum non eſt. Præterea, ad idem ualet hæc ratio: tunc uoluntas cogeretur proprie, quando uellet malum ſub ratione mali: nam inclinatio uoluntatis eſt uelle bonum, & refutare malũ: ſicut inclinatio intellectus eſt aſſentiri uero, & diſſentire falſo: ſed uoluntas non poteſt uelle malum, ſub ratione mali, ut eſt in confeſſo apud Theologos (qui recte & ſapienter res definiunt) ergo uoluntas non poteſt cogi. Vltimo, omnis actus uoluntatis, eſt actio uitalis. Rurſus ẽ actio uoluntaria cum cognitione finis: ergo non poteſt eẽ uiolenta: uiolentum enim eſt quod procedit ab extrinſeco paſſo, non conferente uim. Itaq. ſicut fieri nullo mõ poteſt, quod motus ſit naturalis & uiolentus, ſic eſt euidens repugnantia, q ſit actus uoluntatis, & uiolentus.

Sexta concl. Aliæ potẽtię a uoluntate poſſunt cogi in ſuis actib. Durand.

Sexta concluſio. Intellectus, & uiſus, & ceteræ potentiæ, poſſunt cogi. Hæc concluſio ſtatuitur contra Duran. in 2. d. 25. q. 3. & 4. qui tribuit omnibus potentijs id, quod D. Thom. uoluntati ſingulariter tribuit, nempe quod nõ poſſunt cogi ad actus elicitos.

Differt uoluntas a ceteris potentijs.

Sed pro explicatione concluſionis obſeruandum eſt, hoc differre inter uoluntatem, & ceteras potentias, quod ceteræ potentiæ feruntur in propria obiecta, & in utilitates proprias & particulares: ceterum uoluntas non ſo-

Illud

ARTICVL. QVINTVS.

Vtrum uiolentia cauſſet Inuoluntarium.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmatiua, quam probat D. Tho. tum auctoritate Ariſtotelis, & Damaſceni: tum etiam euidenti ratione. Nam uiolentia directe aduerſatur uoluntario, ſicut & naturali: commune eſt enim & uoluntario, & naturali, quod vtrumq; ſit a principio intrinſeco; uiolentū autē eſt a principio extrinſeco. Quapropter ſicut violētia in his reb⁹ quę cognitione carēt, eſt cōtra naturā, ita in rebus cognoſcētibus facit eſſe cōtra volūtatē, quod autē eſt contra naturā, dicitur eſſe innaturale: q̄ vero uiolentū eſt, dicitur eſſe inuoluntariū: unde uiolentia inuolūtariū cauſſat. Sed eſt obſeruandū, quod quantum ad actum, qui eſt ipſius uoluntatis, uiolentia nūquam facit inuoluntarium: nam ſi eſt actus uolūtatis immediate ab ipſa elicitus, volūtarius eſt & uiolentus eſſe non pōt: ſed quantum ad actum imperatū, violentum poteſt cauſſare inuoluntarium, prout eſt expoſitū præcedenti articulo.

EXPLICATIO ARTIC.

Vtrum oēs actus uiolenti ſint inuoluntarij.

Videbitur fortaſſe alicui, q̄ concluſio huius articuli non ſit ſp vera, & in primis vr̄ eſſe dubiū de actibus neq; nolitis, neq; uolitis ſed pmiſſis, an dicātur uolūtarij, uel uiolēti, & Inuoluntarij: puta, ſi qs moueret manum meā, nec uolēte me, neque nolēte de his igitur actibus ſic argu-

Prim. arg.

itur. Nā qn̄ homo trahitur ab altero, neq; uolens, neq; nolens, ſed mere negatiue, aut pmiſſiue ſe habēs, talis motus ē violentus, ſiqdē eſt ab extrinſeco, paſſo nō cōferēte uim: at nemo diceret, talem hoiem uiolēter & coacte trahi: ergo uiolentia nō cāt inuolūtariū.

Concluſ.

Secundum.

Deinde, ſi inferatur ſtuprum uirgini, repugnāti fortiter in ſua interiori uoluntate, q̄ tn̄ nō reſiſtit externe, cum poſſit ſe defendere, ne uioletur, ea operatio abſq; dubio eſt violenta, & coacta, ſed nō eſt inuoluntaria: cuius rei euidentiſſimū argm̄ eſt, q̄ illa peccat mortale pctm̄: ergo uiolentia non cāt inuoluntarium.

Tertium.

Præterea, beati martyres uiolenter torquētur, & maxime in ſuis cruciatibus & tormētis gaudēt uoluntarie: ergo uoluntarium, & uiolentum non contrariantur.

Vltimum.

Ad ultimum, ſi quis interiori diſſenſu efficaci nolens adorare idolum, cogeretur externe adorare, eā adoratio, uiolenta eſſet, ut plane cōſtat: ſed nō eſſet inuoluntaria, ſi qdē peccat pctm̄ grauiſſimum: ergo uiolentum non ſemp eſt inuoluntarium. Sed q̄q̄ hæc argumenta aliqd uideantur efficere cōtra ſnīam in articulo cōſtitutā: non tn̄ eā ſubuertunt; qn̄ potius eā confirmant: ſnīa.n. articuli ꝑ ſe certa, & p ſe nota habēda eſt. Nā uiolentis actibus, & neceſſarijs nō meremur, aut demeremur, ut cōſtat ex oīum hoīum cōfeſſione: ſi.n. quiſpiam, me nolēte, traheret manum meā, & eā te perſuteret, certe ea pcuſſio mihi non tribueretur uitio, neq; imputaretur ad culpā. Sed actibus uoluntarijs meremur aut demeremur: ergo uiolentia tollit uoluntariū. Deinde, d rōne uoluntarij eſt, q̄ ꝓcedat ab intrinſeco cū cognitione finis: uiolētum uero ſic definitur, q̄ ſit ab extrinſeco, paſſo nō cōferente uim: ergo uiolentū & uoluntarium oīno repugnant. Quod ex nōis definitione demōſtrari liquido pōt: nā uiolentum & coactum eſt, qd̄ fit nobis inuitis, & repugnātibus, & cōtra nr̄am uoluntatē.

Ad argumenta.

Ad primum

Ad primum argm̄ dicēn. q̄ in caſu cōmemorato, ille q trahitur, neq; eſt uoluntarius, neq; inuoluntarius, ſed ē nō uoluntarius, ueluti ſi dormiens traheretur. qua de cā, qn̄ definiunt Theologi violentum, q̄ ſit illud, quod ꝓcedit ab extrinſeco, paſſo nō cōferēte uim, intelligitur paſſo repugnāte & reſiſtēte: ueluti cum lapis detinetur in loco ſupero, qn̄ hēt grauitatem ſemp reſiſtentē, ſemp uiolenter detinetur. In hoc ergo caſu nō eſt qdē inuoluntarium, quia non hēt nolitioē; neq; uoluntarium, quia non hēt uolitionem: ſed ē nō uoluntarium. & hoc tertium mēbrum poſuit Ariſ. 3. Eth. c. 1. & uidebitur art. 8. qūo aliquid eſt nō uoluntarium, neq; tn̄ inuoluntarium.

Exponitur definitio uiolenti. Ariſtot.

Sed hic obſeruandum eſt, q̄ qn̄ aliquis ſciens, & prudens in aliquo negotio magni momēti, quod erga ſe geritur, negatiue ſe hēt, cēſetur uirtualiter repugnare, & contradicere. qua de cauſſa Theologi definiūt uiolentū, q̄ ſit illud, qd̄ ꝓcedit ab extrinſeco, paſſo nō cōferente uim i. paſſo nō conſentiente, nec adiuuāte. Ex quo cōmode pōt intelligi definitio Innocētij III. in c. Maiores, d bap. & eius effectu, q̄ ſe hēt in hunc modū. Imprimit ſacramentalis operatio characterē, qn̄ nō inuenit obicē cōtrariæ uoluntatis obſiſtentē. i. qn̄ nō inuenit cōtrariā uoluntatē formaliter, uel uirtualiter. Ex quo definiunt Theologi, q̄ ſi qs paganus ſciēs, & prudēs baptizaretur nō cōſentiēs, nō maneret baptizat⁹, qm̄ cēſetur uirtualiter contradicere.

Ad ſecundum

Ad ſecun argm̄ dicendum ē ex doctrina ar. 3. ad uoluntariū indirecte reqri tres condōnes, q̄ poſſim; & tenear, & non faciā. Itaq; in caſu argumenti dicendum, q̄ ſtuprū erit uoluntarium puellę, qa poterat reſiſtere, & tenebatur, & non fecit. ſi uero nō tenebatur clamare, neq; exterius reſiſtere (nā inferebat illi mors ſi reſiſtebat) illud opus cenſetur uiolentū, aut non uoluntarium. Eſt aūt graue dubiū, utrū teneatur, uel nō. de quo in materia d Tēperātia, cōpetentius diſſeretur.

Ad tertium

Ad tertium dicēdum, q̄ cruciatus martyrum pōt cōſiderari dupliciter. uno mō, quatenus eſt actio tyrānorum, & hoc mō eſt uiolētus, ſiquidem martyres nihil adiuuant, nec cōferunt ad hanc actionē; ſi uero conſideretur, quatenus eſt paſſio, eſt oīno uoluntaria: martyres.n. libēti aīo ſufferunt cruciatus pro Chrō.

Ad ultim.

Ad ultimum dicēn. q̄ ille idolatra, q externe adorat idolum, nō peccat ex eo, q̄ re uera uult adorare idolū; ſd ex eo, q̄ ponit operatione exteriorē, & uult eā ponere, quā oīb. modis tenebatur cauere, ēt cum periculo uitæ. Vtrū uero iſte idolatra tm̄ exterior, incidat in pœnas cōtra idolatras pronunciatas, eſt alia q̄ſtio, q̄ tractatur in 2. 2.

Lutherani. Euidens cōtradictio eſt quod Deus cogat ad peccandum.

Ex definitione huius articuli demōſtratur, q̄ turpiter errant Lutherani, dicentes q̄ Deus nos cogit ad peccadum. Hoc aūt quā abſurde & impie dicatur, cōſiderant⁹ ex his q̄ dicta ſunt. Nā peccatum adeo eſt uoluntarium, q̄ ſi nō eſt uoluntarium, peccatum non eſt: nā dicere pctm̄ eſſe ſine uoluntatis aſſenſu, magnū eſſe deliramētum ſcribunt ſācti Patres.

Tertul. Ambr. Auguſt.

Tertullianus li. 2. cōtra Marcionē. Ambroſius lib. de Iacob & uita beata c. 30. Aug. diſputatione 2. cōtra Fortunatū Manichæū, & lib. d uera religione. c. 14. & lib. d duabus aīabus, & li. 1. retractationum, & alibi ſæpenumero. Itaq. reum teneri quempiā, qa non fecit, qd̄ facere nō potuit, ſummæ iniquitatis, & infamiæ ab oīb. hoībus eſſe putatur. Ergo fieri nullo mō pōt, q̄ ſit uiolētum, & coactum, & q̄ ſit pctm̄. Deinde ex alio principio ſumto idē demōſtratur. Nā pctm̄ (ut ex eius definitione famigeratiſſima liquet,) ē dictū, uel factum, uel concupitū cōtra legē Dei: at lex Dei, q̄ eſt regula, & norma nr̄arum operationū, re ipſa nihil aliud eſt, q̄ uoluntas diuina. Ex hoc cōcludo argm̄. Si Deus me mouet, & cōpellit, ut peccē, ergo mouet me, ut faciā contra uoluntatē ſuā, & contra ſuam regulam. Sed hæc eſt euidens repugnantia: nā, ſi Deus mouet & cogit, ut aliquid faciā: ergo uult ita fieri: ergo nō operor cōtra Dei uoluntatem. Sed & alio ſyllogiſmo rem eādem cōmonſtro. Nā ſi Deus me mouet, & cogit ut aliquid faciā: ergo uult ita fieri. ergo illud opus qd̄ facio, rectū & ſtudioſum erit: eſt.n. conforme, & conſentaneum diuinæ uoluntati. Itaq. ex illa hypotheſi ſequitur euidens cōtradictio, & q̄ ſit peccatum, & q̄ ſit rectum & ſtudioſum; & q̄ ſit conueniens regulæ diuinæ, & q̄ ſit diſſentaneum, & diſconueniens. Quod uero ex hoc dogmate peſtilentiſſimo eudēs cōtradictio ſequatur, manifeſte conſtabit, uel ex hoc argumento, qd̄ ſequitur. Deus.n. peccare nō pōt, ſiquidem peccare, eſt a regula deflectere, qd̄ oīpotens nō pōt

facere

Digitized by Google

lo eē obſeruanda. Hoc ipſum cōfirmatur ex eo, qď dixit Dñs, Non homo pp ſabbathum; ſed ſabbathū pp hoīem. vñ efficaciter colligitur, φ lex de ſabbatho ſeruando, non obſtringit hoīem cum periculo mortis, niſi alia neceſſitas incidat. Sed abundantius idem oſtenditur ex eo, qď legitur Ioſue c. 5. nēpe, φ filij Iſrael nō fuerint circumciſi per annos quadraginta, cum eſſet lex pronunciata Geneſ. 17. φ die octauo circumcideretur infans: excuſati tñ ſunt, qa non poterant commode legē circūciſionis obſeruare, & uulnera curare. neq; ſcriptura diuina aliam cām cōmemorat, neq; refert hoc in Dei diſpēſationē. Sed deſino in re clariſſima pducere maiora argumēta: nā ad finē articuli ſum demōſtraturus, φ ēt lex diuina naturalis nō obligat cū periculo, & diſcrimine uitæ. Tertia regula. Ea q phibentur iure poſitiuo humanæ legis, non obligāt cum periculo uitæ. Volo dicere, φ ſi quiſquā ex metu mortis, uel alterius grauiſſimi incōmodi comedit carnes feria ſexta, uel cōicat cū excōicatis, nihil peccat, nec eſt pųaricator legis humanæ, ſi qdē leges humanæ nō obligant cū tanto periculo: debent.n. eſſe mites, & ſuaues. at ſi obligarent cū periculo mortis, eſſent intolerabiles. Rurſus eadē ueritas confirmatur ex pcedenti regula: ſi n. ea q̄ fiunt ex metu mortis contra legē diuinā poſitiuā, non imputātur ad pctm̄, multo minus imputantur ea, q̄ fiunt contra hominū leges, & mandata. Sed obſeruet Theologus, φ nō ob id met⁹ grauis dr̄ excuſare a tranſgreſſione legis, φ cauſſet inuoluntariū, ſed licet ea, q̄ fiunt ex metu, ſint uoluntaria, non imputantur ad pctm̄, qa in tali euentu non militant contra legē. Illud ēt animaduertendū eſt, φ hoc in loco ex pfeſſo nō diſputantur, utrū metus excuſet; nā hr̄ diſputatio in 2. 2. q. 125. ar. 4. ubi tractatur de uitijs oppoſitis fortitudini. Ex doctrina huius articuli ēt pōt cognoſci (ut admonet Caietanus) φ uota, & matrimonia, & alij cōtractus ex metu facti, ēt ſi ſint ex metu cadenti in conſtātē uirum, ſunt obligatorij: φ ſi aliqñ nō obligant, uel ſunt diſpenſabilia, uel cōmutabilia: hoc non eſt, φ ſint inuoluntaria, ſed qa ſunt ſcđm qď inuoluntaria, & ius ſaltē poſitiuū uult aliquos cōtractus, & maxime matrimoniū, non ſolū eſſe uoluntarios, ſed plane uoluntarios; alias facit irritos, Et licet in iure aliqñ inueniatur tales cōtractus nō eſſe uoluntarios, uel eē inuolūtarios, hoc dr̄ extēſione uocabuli, in fauorē humanæ libertatis. Vocatur.n. inuolūtariū, qď nō eſt ex oī parte uoluntariū: nihilo ſecius tñ p certo habendū eſt, oēs cōtractus, metu graui celebratos, iure naturali eē ualidos. Patet in iuſo facto latroni ex metu mortis: qď ſine dubio ualet, & ratum eſt, tum corā Deo, tum ēt corā hoīnibus, ut definitur in c. ad aures. & c. cū dilectus. de his, q ui metu. ve cā fiunt. Idem patet in uotis, q̄ hoīes in naufragio conſtituti nuncupant Deo, & Diuæ Virgini Mariæ, q̄ ualida ſunt & firma, & conſenſu oīum Doctorū. Sed & matrimoniū ualidum cenſetur, qñ qs graui metu infirmitatis pterritus ducit vxorē, quā habuit in cōcubinam. Sed obſeruet Theologus, φ ptici: oēs cōtractus, excipio iur̄.n, qď pp ſanctitatem iuri ſemp, qñ eſt de re licita, eſt obſeruandū irritantur iure poſitiuo, qñ ſunt facti ex metu cadenti in conſtantē uirum, qñ extorquetur conſenſus p iniuriā. i. qñ cōpellitur homo ex metu, p iniuriā ab altero illato, celebrare, aut uero inſtituere matrimoniū, uotū ſollēne, & alios cōtractus. Ex his facile ē intelligere, qūo oēs contractus ex metu graui facti, ſint irriti, & inualidi, put definitur. ff. d his, q ui metus v e cā fiunt. & in Decretalibus eo. ti. Intelliget ēt Theologus, qua rōne ſit definitū in c. locū. & in c. ueniens. de ſponſal. & matrimonijs. φ matrimoniū, ex metu mortis cōtractū, eſt irritū & inualidū. Sed & uotū ſollēne ex metu graui, n uirum cōſtanṭē cadē-ti, Deo pmiſſum, & nuncupatū, eſſe nullius ualoris ſtatutum eſt, & decretū c. 1. de his, q ui metus ve cā fiunt. Facile ēt erit animaduertere, quemadmodū non peccet, q metu mortis pterritus, non corripit fratrem ſuū, quem iure diuino naturali tenebatur corripere, non ſubuenit parentibus, non ſuſcipit euchariſtiam, non confitetur. Certe in his oībus nullum cōmitteretur peccatum: nā lex diuina ď corripiendo fratre, de ſubueniendo parentibus, nō obligant cū periculo mortis: hæc n. ſunt præcepta affirmatiua, quæ proinde obligant, quādo oportet, & ſicut oportet ſecundum prudentiā. qua de cauſſa, nō ſubuenire, nō corripere in caſibus commemoratis, non ſunt contra legem, & ideo non imputantur ad culpam.

Ioſue. 5.

Geneſ. 17.

Tertia reg.

Caie.

Contractus ex metu graui celebrati quando ſint inualidi

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum concupiſcentia cauſſet inuoluntarium.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ſic ſe hēt. Cōcupiſcētia non cauſſat inuoluntarium; ſed magis facit uolūtarium: nam uoluntas fertur in id quod uult; per concupiſcentiam uero inclinatur ad uolendum quod concupiſcit, unde magis facit uoluntarium. Neque eſt eadem ratio de timore, & metu, qui reſpicit malum; & de concupiſcentia, quæ reſpicit bonum, quia potiſsime allicitur uoluntas ad operandum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Qvod hic docet D. Tho. uериſſimum eſt, ſed diligenti & accurata indiget defenſione: nā doctrina huius articuli pugnaciſſime ſolet impugnari his argumentis. Principio, cōcupiſcentia diminuit cognitionē, ut plane conſtat, pturbat.n. rōnis iudiciū: ergo diminuit uoluntarium. Conſequentia inde pbatur. Nā cognitio eſt ď rōne, & definitione uoluntarij, ut ex dictis patet. Deinde, ignorantia tollit uel minuit uoluntariū, qa tollit cognitionē: at concupiſcentia diminuit cognitionē, ut ſatis pbatum exiſtimo: ergo diminuit uoluntariū. Præterea, metus cāt quodā modo inuoluntariū, uel certe diminuit uoluntarium, qñ eſt in cā, ut homo faciat contra uoluntatem, q̄ pmaneret ſine tali metu: atq; adeo qñ id, qď fit ex metu, fit cum mœrore & triſtitia: ſed concupiſcentia eſt in cā, φ homo operetur contra id qď habebat in uoluntate, illa concupiſcentia non exiſtente, neq; alliciente, atq; adeo eſt in cā, φ hoīes uidentes pmium laborum, & uirtutis bonum, operentur cū triſtitia, & mœrore illud, qď non operarentur, ſi paſſionibus deſiderij, & concupiſcentia nō excitarentur. Ergo concupiſcentia nō auget uoluntarium. Ad hæc, concupiſcentia diminuit liberum: ergo ēt uoluntarium. Antecedens argumenti eſt p ſe notum; conſequentia inde liquet. Nā in hoīe idem eſt liberū, & uoluntariū. Certe concupiſcentia diminuit peccatum, hac ſola de cā, quia minuit uoluntarium: ſic teſtatur D. Tho. infra q. 77. art. 6. & 7. Vñ vr̄, φ doctrina huius articuli ſit falſa, & φ D. Tho. non ſatis ſibi conſtet: nā in hoc loco plane aſſerit, φ cōcupiſcentia auget uoluntariū; & in loco nunc cōmemorato, φ diminuit. Hoc ipſum cōfirmatur: nā ex ſnīa D. Th. grauius delinquit, qui accedit ad mulierem deformē & fœdā, q̄ qui accedit ad mulierem pulcrā: at qui accedit ad mulierem pulcrā, maiori & uehementiori concupiſcentia accedit: ergo concupiſcentia non auget uoluntariū. Vltimo ſic arguitur. Si quis furatur ex cupiditate, iudicāte rōne hoc eſſe pctm̄, & grauiſſimū malum, & periculū uitæ æternæ, ſicut concupiſcentia inclinat ad furtum, ita rō inclinat ad oppoſitum: ergo quātū de uoluntario addit paſſio, tm̄ tollit rō. quod confirmari vr̄ ex illo Ro. 7. Sentio aliā legem in mēbris meis, repugnantem legi mentis meæ. & ad Gala. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: hæc.n. ſibi inuicem aduerſantur, ut nō q̄cumq; uultis, illa faciatis. Ex quibus vr̄ deduci, φ concupiſcentia non cauſſet uolūtarium, ſi quidem eſt motus repugnans uoluntati, & rōni. Sane in quarto articulo definitum eſt, φ primi motus ſenſualitatis, ſunt inuoluntarij, & uiolenti, qa repugnant, & aduerſantur hoīs uoluntati. in contrariū eſt ſnīa D. Tho. Ad huius rei expoſitionē, ſciendum eſt, φ concupiſcentia hoc in loco non accipitur pro potentia; q̄ appellatur concupiſcibilis, neq: pro paſſione appetitus ſenſitiui, ſed p

Examinatur ſententia D. Thom.

Primo arg.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

D. Thom.

Confir.

Vltimum.

Rom. 7.

Galat.

In oppoſitū

Quid concupiſcentia ſit deqña hic diſputatur.

uis affectionẽ uoluntatis, ſiue appetitus ſenſitiui, qua inclinamur ad aliqd faciendum, uel non faciendũ p actum pſecutionũ, ut ſecludam⁹ metũ, q̃ ẽt eſt paſſio appetitus ſenſitiui, quo potius ab opere, & exercitio retardamur, & Ipedimur: non. n. eſt motus pſecutionis, ſed potius (ut ita dixerim) refugitiuus, & retardatiuus. & qđ hoc pacto accipiatur hoc uocabulũ in hac diſputatione, liquet ex argumentis D. Tho. Illud ẽt oportet animaduertere, ꝙ paſſio, ſiue affectus ai nři dupliciter pōt cõparari ad liberũ arbitriũ, antecedenter, & conſequenter. Antecedẽs eſt, cũ paſſio inclinat aĩum meũ ad aliqd faciendũ, uel fugiendũ. Conſequẽs eſt, cũ ex deliberatione, & ex efficaci, & ardẽti uolũtate naſcitur affectus in appetitu ſenſitiuo, ſicut iudex, qñ vult efficaci & forti aĩo punire malefactores, excitat in ſe affectũ iræ; & ille, quẽ uehementer pœnitet ſuorũ delictorũ, excitat in ſe mœrorẽ, & triſtitiã, ut melius reſipiſcat. Et hoc mõ affectiones aĩ nři nihil aliud ſunt, q̃ igniculi utiles ad opera uirtutũ exequẽda. Quã de cã Stoici philoſophi pperã docẽnt, oẽs affectus aĩ nři eſſe extirpandos, & excludẽdos, atq; ſi eſſent aĩ nři morbi & ægritudines. Multo melius Peripatetici docẽt, iſtos affectus, ſi nõ frænũ rõnis ſuſcipiant, & nõ dominẽtur in nobis, ſed potius rõni obtẽperent, ad opera uirtutũ maxime conducere. His explicatis, ẽ prima cõcluſio. Affectus aĩ nři, ſequẽs deliberationẽ rõnis, & uolũtatis aſſenſum, auget uoluntariũ. Probatur ſic. Nã uoluntarium definitur, qđ pcedit ex inclinatione uoluntatis, cũ pfecta cognitione: at iſte affectus, de quo diſſerimus, eſt in cã, ꝙ uoluntas ex inclinatione in bonũ concupitũ, feratur in illud cũ pfecta cognitione finis: ergo auget uoluntariũ. Idẽ oñditur ex effectu. Nã paſſio excitata in appetitu ſenſitiuo, ẽ indiciũ apertũ, ꝙ motus uoluntatis ſit ardẽs, & concitatus: nã in hac natura paſſibili, Ipoſſibile eſt, ꝙ ſit ardens, & cõcitatus motus uolũtatis, & ꝙ nõ ſequatur affectio in appetitu ſenſitiuo. Propter, qđ Auguſtinus. 14. đ ciuitate Dei c. optime dicit. Quãdiu hanc uitam mortalẽ uiuimus, ſi non habemus aI paſſionẽ, nõ recte uiuimus. Qđ eſt admodũ aĩmaduertẽdũ contra quoſdã hoĩes ſuperſtitioſe religioſos, & nimis Stoicos, q pfitentur ſe uiuere vitã oĩs affectus expertẽ, & totã ex cælo pendentẽ. De his formidãdũ eſt cũ D. Aug. ꝙ nõ recte & ſtudioſe uiuant. Sed ut ad confirmationem nřę concl. aduertamur, ſic arguitur. Qñ hõ poſt deliberationẽ rõnis eligit aliqd, multo melius id exequitur, qñ excitat affectũ in appetitu ſenſitiuo, ut experiẽtia cõprobatur: vñ Ariſ. 3. Eth. c. 8. adducit ad hoc ppoſitũ uerſus Homer. Virtuti Imitte furorẽ, uirtutẽ & furorẽ exige. ſignificatur his uerbis, ꝙ uir ſtudioſus in fortitudinis uirtute, ſi aſſumat furorẽ & irã, maxime adiuuatur ad opus fortitudinis exercendũ, ſi tñ furor ipſe nõ anteuertat rõnis iudiciũ: nã tũc pturbat uirtutis opus. Vltimo tñ in cõcluſionis cõprobõnem pfero ſnĩam oĩum Theologorũ, aſſerentium, cũ qui peccat ex maiori concupiſcentia, grauius peccare: ex quo conſequens eſt, ꝙ hæc aĩ cõcupiſcentia auget pctm̃, & ſubinde uoluntariũ. Sed 2 concl. Cõcupiſcentia, q anteuertit iudicium rõnis, & cõſenſum uolũtatis auget uoluntariũ. Certe D. Th. hic de oĩ concupiſcentia docet, ꝙ auget uoluntariũ idẽ cenſet Ariſ. 3. Eth. c. 1. & 2. & pbatur ita eſſe. Nã uoluntariũ eſt, qđ pcedit ex inclinatione uoluntatis; & magis ẽ uolũtariũ id, in qđ uoluntas magis inclinatur. Sed cõcupiſcentia facit, ꝙ uoluntas magis inclinetur I rẽ deſideratã, & ſic magis inclinatur voluntas cũ paſſione, q̃ ſine illa, & maiori conatu fertur in obiectũ, ut experiẽtia docet. Deinde concupiſcentia hẽt p officio facere, ꝙ obiectũ appareat magis pulcrũ, magis iucundũ, & magis deſiderabile: ergo accendit magis ipſam uoluntatẽ. Tertia concl. Concupiſcentia hæc diminuit liberũ: libertas. n. oritur ex libero iudicio, ut ſupra pbatum eſt. Sed hæc cõcupiſcentia pturbat iudiciũ rõnis. Concupiſcentia ergo potius aufert de libertate, q̃ de libertatẽ, ut di infra q. 9. art. 2. & q. 10. ar. 3. Ex hoc ſequtur, ꝙ aĩ nři affectus & paſſiones, aliquo mõ excuſant a peccato, non ꝙ diminuant uoluntariũ, ſed ꝙ minuant liberũ. Ex eode ſeqtur, ꝙ liberum, & uoluntariũ, non ſunt oĩno idẽ, cũ concupiſcentia augeat uolũtariũ, & minuat liberũ, ꝙ ſi eſſent idẽ, penitus nullo mõ fieri poterat. Tandẽ ſequitur, ꝙ qñ dicit S. Tho. q. 77. ar. 6. ꝙ concupiſcentia minuit uoluntarium, & iõ minuit pctm̃, eſt intelligẽdum. i. diminuit liberũ; alioq D. Th. ſibi eſſet contrarius. Sed ſupereſt argumentis in principio poſitis ſatisfacere. Ad primum diceñ. eſt, ꝙ cognitio, quã Ipedit concupiſcentia, eſt actualis conſideratio, & hoc qđ ẽ non actu cõſiderare; uoluntariũ eſt hoĩ operanti ex concupiſcentia: vñ concupiſcentia de ſe nõ minuit, neq; impedit cognitionẽ ſui obiecti; Imo plurima occurrunt concupiſcenti ad ſuã concupiſcentiã adimplendã, & libidinẽ ſaturandã. Verũ eſt tñ, ꝙ aliquo mõ impedit cognitionẽ recti & ſtu hoñ operis & iu rõnis regulam, ſed hoc non cõmonſtrat, qđ diminuat uoluntariũ in ordine ad bonũ honeſtũ, & rectũ: nã totũ ſuit uoluntariũ in conſenſu antecedenti, & iõ imputatur ad pctm̃, ſicuti ignorantia affectata (qđ ſtatim dicemus) non diminuit uoluntariũ, etſi ſũ ſe ſit priuatio cognitionis, eo, ꝙ talis priuatio eſt uoluntaria antecedẽter, vñ qđ ex eo ſequit, uoluntariũ eſt. Vel dicat Theologus ad argumenti confutationem, ꝙ concupiſcẽtia, ea parte qua minuit cognitionẽ, minuit uoluntariũ; ceterũ ea parte qua magis inflãmat uoluntatem, auget uolũtariũ: & qm̃ magis eſt de rõne uoluntarij, ꝙ pcedat ex inclinatione uoluntatis, q̃ ꝙ procedat ex cognitione, ideo dicimus concupiſcentiã augere uoluntariũ. Et ad hũc modũ exponendus eſt D. Th. in ſequenti articulo, ubi docere vr̃, ꝙ paſſio diminuat uoluntariũ. Sed illud addendum ẽ, qđ paſſio conſequens electionẽ, de qua certũ eſt, ꝙ voluntarium augeat, ẽt diminuit cognitionem: nã licet ad electionem reqratur magna conſideratio, & diligens rõnis deliberatio, nihilominus ad operis executionẽ non oportet ut ſit attentiſſima cõſideratio; quia potius hæc impediret executionem: ſicut in citharœdo ſi ad tactũ ſingulatũ chordarum deberet aĩaduertere, numq̃ opus conficeretur. Idẽ aĩaduertere licet in ſcriptore, qui ad ſingulas litteras formandas ſi aĩaduerteret, nunquam ſcriberet. Itaq; non recte ſequitur, Diminuitur cognitio: ergo tollitur de uolũtario: ſicuti q̃q̃ obiectum timoris ſit malum immines, cã tñ decrementi, uel incrementi in timore eſt rõ mali apprehenſa: ꝙ uero ſit imminẽs & futurum, eſt ueluti condõ neceſſaria. quapp creſcẽte cognitione mali, creſcit timor, licet malum ſit minus imminens: vñ uiri iuſti, & ſancti, quanto in ſanctitate magis creſcunt, tanto magis timent malum culpæ. Ad ſcđm argm̃ diceñ non eſſe eãdem rõnẽ: nã ignorantia tollit facultatẽ conſiderandi, & cognoſcendi, paſſio uero non tollit facultatẽ conſiderandi, ſed tantummodo actualem cõſiderationem, & hoc ex culpa operantis; ut ſatis abundanter expoſitum eſt. Ad tertium dicendum, admodũ differre inter ea, q̃ fiunt ex metu, & inter ea, q̃ fiunt ex concupiſcentia: homo. n. qui operatur ex metu, ſp hẽt repugnantiã, & reſiſtentiã ad id, quod operatur; at ille q operatur ex concupiſcentia, non hẽt repugnãtiã illam ex parte uoluntatis, paſſione ipſa diſſipãte priorem uoluntatem, & adducente eã ad id, quod ipſa concupiſcit, blãditijs, delectatione, & his ſimilibus. Quod uero cõtinentes, paſſionibus uicti, & ſuperati, triſtitia, & mœrore afficiuntur, non inde prouenit, ꝙ concupiſcentia auferat de uoluntario, ſed ex uerme cõſcientiæ hoc proficiſcitur: uident. n. ſe pdere, & bonũ rõnis, & pmiũ bonorũ operũ. Sed ut hæc ſolutio & explicatio argumẽti explicetur diligentius, intelligendũ eſt, ꝙ cum q̃s operatur ex metu, uolũtas uult aliqd qđ antea nolebat, & uult illud, nõ pp ſe ſed pp aliud, & ſic cum quadam triſtitia acceptat, quia ſm̃ ſe malum eſt, & formidabile, cõcupiſcentia vero de ſe nõ eſt cã triſtitiæ. Vñ ſi quis triſtatur cum peccat ex concupiſcentia, huiuſmõdi triſtitia per ſe cauſatur ex ſyndereſi, & ex uerme conſcientię, non ex ipſa concupiſcentia. Ad quartum argm̃ confutãdum, duo, q̃ in ſuperioribus ſunt a me ſatis demonſtrata, ſunt conſideranda: tam. n. ſatis expoſitum eſt, quemadmodũ hæc pbatio nõ recte pcedat, Diminuit liberum: ergo diminuit uoluntariũ. Illud ẽt eſt demonſtratum, quõ ſnĩæ D. Tho. q̃ uidebantur inter ſe pugnare, conciliandæ ſunt, & in concordiã reducendæ. Ad cõfirmationem rñdetur, ꝙ illa ſnĩa Theologorũ, ſi recte & ſtudioſe intelligatur, potius cõfirmat nřam ſnĩam. ille enim qui accedit ad pulcram, ſtatuit ueluti pro certo, ꝙ non accederet ad fœdam: ex quo euidenti argumento cõcluditur, quod habet minorem concupiſcentiam, ſiquidem Idiget maiori motiuo ex parte obiecti, ut moueatur:

Vnde

Margin notes (left): **Duplex concupiſcentia. antecedẽs & conſequens.** — **Stoici.** — **Peripatetici** — **Prima conc. paſſio ſequens deliberationem rõnis nõ diminuit uoluntarium.** — **Aug. ſententia notandã.** — **Ariſtot.** — **Secunda cõ. Paſſio anteuertens iudicium rõnis, & conſenſũ uoluntatis, auget uoluntarium.** — **Ariſto.** — **Tertia cõcl. Paſſio antecedens diminuit liberũ.** — **Corolarium** — **D. Thom. ad argumẽta.**

Margin notes (right): **Ad primum** — **Ad ſecundũ** — **Ad tertium** — **Nota.** — **Ad quartum** — **Ad confir.**

Vñ ſi eſſent duo homines æque libidine addicti, & unus accederet ad pulcriorem, ut magis delectaretur; alter uero ad fœdiorẽ, ut minus delectaretur, certe primus magis peccaret. Vel dicatur tñ concludere argm̃, ꝙ concupiſcẽtia diminuat pctm̃, quod a nobis uehementer aſſertum eſt; at ex hoc non eſt conſequens, ꝙ diminuat volũtarium.

Ad ultimum.

Ad ultimũ ſic rñdeo, ꝙ nos nihil aliud docuimus, q̃ quod concupiſcentia auget uolũtarium; ſi vero aliunde minuatur, nihil ꝓ cõcluſionem Doctoris.

Primo concl.

Deinde dicẽdum, ꝙ poſtquam hoc fit ex paſſione, iã demonſtratur, ꝙ plus inclinat paſſio, quam retrahat rõ. Et ſane paſſio ex hoc mouet, q̃a mouet rõnem ad iudicandũ, ꝙ hoc eſt conueniens, & pulcrum, ut infra dicetur. Illud etiã eſt addendum, ꝙ licet motus ſẽſualitatis dicatur uiolentus, aut inuolũtarius, ſm quod uoluntas reſiſtit, vel non conſentit prout ſupra declaratum fuit; nũquã tñ concupiſcentia ſm ſeipſam eſt cã inuoluntarij. Nã uel voluntas amplectitur, quod cõcupiſcẽtia q̃rit, & ſic iam fertur in illud libenter, & voluntarie; ſi uero reſiſtit nolens conſentire, iam illud inuoluntarium per ſe non oritur ex concupiſcentia; ſed a timore inferni, uel a recta ratione dictante, quam graue malum ſit pctm̃. Ex quo facile eſt intelligere, quomodo motus ſenſualitatis primi, ſint violenti prout ſupra expoſitum eſt, & quomodo concupiſcentia per ſe non ſit cã inuolũtarij. Nam motus ſenſualitatis dñr inuoluntarij & uiolenti, quia uoluntas recte inſtituta reſiſtit ac concupiſcentia ſm ſe non eſt uiolenta, quin potius per ſe allicit, & inuitat ad amandum: quo maxime diſcernitur a metu: Nam illa quæ ex metu acceptat volũtas, non ſunt pp ſe voluntaria: ſed potius ſecundũ ſe mala, q̃ acceptãtur vt vitetur maius malum: ſed ea quę p concupiſcentiã acceptat voluntas, ſunt pp ſe voluntaria, quia delectãt, & iucunditate afficiunt. Hæc de iſta quæſtione ſatis erunt.

Vtrum habitus, & affect⁹ qui ſunt in uoluntate augeãt uoluntarium.

Sequitur aliud dubium, Num affectus, & habitus, qui ſunt in voluntate augeant voluntarium? Ratio dubitandi & inquirendi eſt, quia D.Tho. tantum vr̃ ſermonẽ facere de cupiditate, quæ eſt ĩ appetitu ſenſitiuo. Rñdeo, ꝙ ſi S.Tho. diligẽter videatur, non tñ intelligit nomine concupiſcentię cupiditatem appetitus ſenſitiui; ſed oĩno oẽm uoluntatis affectum proſecutiuum, & omnem habitum uoluntatis. & ſic pro certo habendum eſt, ꝙ hæc oĩa augent voluntarium. Quod ſic demonſtro In primis ex argumentis oĩbus, quę producta ſunt ad probandum, ꝙ cupiditas augeat voluntarium: quæ oĩa ad confirmationem huius rei valida inuenientur, ſi attente conſiderentur. Deinde idem oſtenditur euidenti experientia: habitus.n. vel effectus voluntatis, inclinãt illam maxime ad proſequendum, quod concupiſcunt, & etiam operantur per modum naturę: nam conſuetudo uerſa eſt in naturã.

Dubium.

Sed percontabit Theologus, utrum habitus praui, q̃ ſunt in voluntate, diminuant liberum: nam ꝙ diminuãt, hæc ratio ſuadet. Habitus.n. praui & uitioſi ſæpenumero perturbant rõnis iudicium, & certa experientia conſtat, ꝙ amor, uel odium magis oculos mentis excæcant, quam appetitus ſenſitiui affectiones, & cupiditates. Vr̃ ergo dicendum, ꝙ diminuant liberum, ſicut ſupra dictum eſt de cupiditatibus appetitus ſenſitiui. In ꝯrium ꝑ ponit̃ euidens rõ. Nam ſi habitus uitioſi diminuũt liberũ, conſequens eſt, ꝙ diminuant peccatum. Ex quo rurſum ſequitur, ꝙ q̃ peccat ex habitu, & ex malitia leuius peccat, quã qui peccat ſine habitu. Propter hoc iudico eſſe dicendum, ꝙ cum habitus acq̃rantur voluntarie, tametſi per eos operetur homo poſtmodũ per modum naturę; at dicendũ nõ ẽ, quod operetur cum minore libertate, aut min⁹ voluntarie, ex eo, ꝙ operetur per habitus.

Habitus praui non diminuunt liberũ. Corolarium.

Concedo tñ, quod habitus prauus excuſat ex parte a peccato, uel etiam omnino, quando iam homo habuit ueram pęnitentiam, & ſtatuit de cetero ſtudioſe uiuere: tunc enim habitus cenſetur inuoluntarius, & de eo iudicandum, atque de paſſione antecedente iudicium rationis. Ex quo ſequitur, ꝙ is qui iurat falſum ex conſuetudine præterita, cuius iam uere pęnituit, non aduertens, neque conſiderans, nihil peccat: nam hæc iuratio non eſt illi uoluntaria, q̃ omni dubio procul eſſet uoluntaria ei, qui prauã conſuetudinem hẽt iurandi, ſi in ea perſeuerat. Habitus uero ſtudioſi, quamquam minuãt libertatem ad malum, non tñ ſimpliciter, & abſolute minuũt libertatem: poſſe enim peccare, & poſſe deficere, eſt imperfectio liberi arbitrij; ceterũ ſtudioſi habitus ꝑficiunt liberũ arbitriũ, & illuſtrãt rõnis iudicium, ut poſſit inuenire, & excogitare quãplurima media conuenientia ad uitã beatã ꝓſequẽdam, ĩ cuius adeptione noſtra libertas potiſſime cõſiſtit.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum ignorantia cauſſet inuoluntarium.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concl. Ignorãtia eſt triplex, concomitans, cõſequẽs, antecedens. Ignorantia concomitãs eſt de eo, quod agitur: tñ ſi ſciretur, nihilomin⁹ ageretur. & talis ignorantia non inducit ad uolendum, ut hoc fiat; ſed accidit ſimul eſſe factũ, & ignoratũ: ſicut putãs occidere ceruum, occidit inimicum, quem oĩno uellet occidere, ſi ſciuiſſet: non.n. facit aliquid repugnans uolũtati. Conſequens aũt ignorãtia eſt uoluntaria, qñ aliquis vult ignorare, ut excuſationem habeat a peccato, alio mõ, qñ põt ſcire & dẽt: ſic.n. non agere, & non uelle, & nõ ſcire, uoluntaria ſunt indirecte. Antecedens uero ignorãtia eſt, qñ nõ eſt uoluntaria; ſed eſt cã uolendi, quod alias non uellet: ſicut cum aliquis ignorat aliquam circũſtantiã actus, quam non tenebatur ſcire, & ex hoc aliquid facit, quod non faceret, ſi ſciret, ut cum aliquis diligentia adhibita, neſciens aliquẽ tranſire ꝑ uiã, proijcit ſagittã, qua interficit tranſeuntẽ.

Secunda concl.

Scđa Concl. Ignorantia concomitans, nõ cauſſat inuoluntariũ; ſed efficit non uoluntarium: nihil.n. eſt uolitum, niſi prius cognitum.

Tertia.

Tertia Concl. Ignorantia conſequens non cãt inuolũtarium; ſed efficit ſm̃ quid inuoluntarium. Nã cum ignorantia ſit uolũtaria, id quod ex ignorantia ſequitur, uolũtariũ dr̃, & ad pctm̃ imputatur: efficit tñ talis ignorantia inuolũtarium, ſecundũ quid, in quantum præcedit actum uoluntatis ad aliquid agendũ, qui actus non eſſet, ſcientia præſente.

Quarta.

Quarta Concl. Ignorantia antecedens cãt inuolũtarium ſimpliciter. Nã cũ ignorantia ſit inuolũtaria ſimpliciter, id qđ ex ea ignorantia ſequitur, inuoluntariũ eſt oĩno. Ex his ſequitur, ꝙ ĩuoluntarium ſimpliciter cõtingit duobus modis tantũ, & id quod fit per uiolẽtiam, & id quod fit per ignorantiã antecedentem.

EXPLICATIO ART.

Almayn. Impugnatur ſecunda concl.

Almaynus in ſuis moralibus c.4. conatur oſtendere, ꝙ ignorantia concomitans excuſet ab omni peccato, & per conſequẽs, quod cauſſet omnino inuoluntarium. Nã quicũq; adhibita diligentia interficit inimicum, putans eſſe belluam, non peccat peccatum homicidij, neque aliud pctm̃: quod ſic oſtẽdit.

Prim. argum.

Quia ſi tunc interficeret amicum, non peccaret: ergo neque interficiens inimicum. Patet conſequentia, quia omnia alia ſunt paria, pręterquã, ꝙ ſit amicus, uel inimicus:

Secundum. hoc aũt ipſe non poteſt ſcire. Et certe fortius arg͞m eſſet, quia ſequeretur, quod poſtquam emiſit ſagittam, ſi inimicus declinaſſet ictum, quod tunc non peccaret:quod eſſet abſurdum, excuſare videlicet, iſtum a peccato, per hoc tantum, quod alius declinauit ictum.

Tertium. Item ſequitur, quod etiamſi eſſet uera ceruа, & poſt emiſſionem ſagittæ tranſiret inimicus, & interficeret, ꝙ peccaret. Quod recte ſequatur, patet, quia non pōt excuſari, niſi ignorantia: ergo ſi ignorantia illa concomitans non excuſat, tenetur in crimine. Quartum. Item ſequitur, ꝙ ſi emiſiſſet ſagittam, ubi nullus hominum ſolet errare, & caſu inimicus tráſiret, ꝙ peccaret, & đ crimine teneretur. His, & alijs argumentis inſurgit prædictus auctor, & imponit D. Tho. ꝙ dicat, ꝙ in exemplo poſito de interficiente inimicũ, credente ſe interficere feram, ꝙ peccat mortaliter.

Solutio dubij. Sententia D. Tho. Sed nos dicimus, quod ipſe non intellexit D Tho. & quod omnia argumenta huius hominis ſunt otioſa. Nam D. Tho. hoc in loco non docet, quod ignorantia concomitans accuſet, uel excuſet; ſed tantum docet, quod non efficit inuoluntarium, quod expreſſe docuerat Ariſto. 3. Ethi. c. 1. Nam quando quis ex ignorantia aliquid facit, ſi adueniente ſcientia pœnitet facti, arg͞m euidens eſt, ꝙ fecit inuoluntarius, & ꝙ ignorantia fuit cā uolendi, id qđ alioqui non uellet: uerum ſi adueniente ſcientia non pœnitet facti; ſed afficitur iucũditate, euidens eſt, ꝙ non fecit inuitus, neq; inuoluntarius: nihil. n. fecit ꝑ ſuam voluntatem, & inclinationẽ. Item euidens eſt, ꝙ talis ignorantia non fuit cā uolendi: nã ēt ſi non adeſſet ignorantia, id ipſum uellet, & cuperet. Ceterum concedendum eſt, ꝙ qui operatur ex tali ignorantia, operatur non uoluntarius: nam nihil eſt uolitum, quin prius ſit cognitũ.

Vnde ſciat Theologus, iſtam argumentationem non recte procedere: iſte actus eſt ex genere ſuo malus, & uõ eſt inuoluntarius: ergo eſt peccatum, quia ſufficit ad hoc ꝙ non ſit peccatum, ꝙ ſit non voluntarius: non. n. poteſt eſſe pct͞m, niſi ſit uoluntarium, quia omne pct͞m eſt uoluntarium. D. Tho. Et licet S. Th. dicat infra q. 76. artic. 3. ꝙ ignorantia cõcomitans non excuſat, non ideo ſequitur, ꝙ accuſat. Sed ex hoc emergit quædam dubitatio grauis; An ſiquis ſtatuit apud ſeſe interficere inimicum vbicumque inuenerit, poſtmodum vero in nemore, adhibita omni diligentia, putans ſe occidere feram, interficit inimicũ, quæſtio eſt, an teneatur de crimine homicidij.

Dubium de ignorantia cõcomitante. A parte affirmatiua ſic arguitur. Nam (ut eſt ſolã bonorum Theologorum) vt opus ſit bonum, ſatis eſt, quod referatur in bonum finem, & honeſtum per uolitionem in communi, qua quis ſe, & omnia ſua refert in bonum finem. Vñ comedere, atque dormire ſunt actus ſtudioſi in homine, qui primitus ſe, & cũa ſua in deum retulit. Sed q ſtatuit apud ſeſe interficere inimicum vbicũque eum interuenerit, vĩ certe, quod acceptauerit, & approbauerit, Prim. argum. illa uolitione uniuerſali omnem actum, quo contingat interficere inimicum. Ergo illa interfectio inimici, & voluntaria erit, & imputabitur ad peccatum.

Confir. Deinde hoc ipſum confirmatur. Nã poſtquam cognoſcit ſe inimicum interfeciſſe, non ſolum complacet in opere, uerumetiam dicit accidiſſe iuxta deſiderium ſuum, & ſuã voluntatem impleuiſſe, & uoti compotẽ euaſiſſe, quæ omnia comprobant, illam interfectionem uoluntariam fuiſſe. Sed certe argumenta hæc non conuincunt.

Explicatio dubij. Vt vero ueritas elucideretur, & argumenta propoſita depellantur, ſciendum eſt, & habendum ꝓ certo, ꝙ homo ille non peccat nouum peccatum, qñ interficit inimicũ: de nouo. n. uult interficere inimicum, neq; de hac re cum emiſit ſagittam cogitauit, neq; vllam habuit volitionẽ; ſed tm̃ uoluit occidere feram. Illud ēt habendum eſt pro certo, ꝙ uoluntas illa praua, q̃ præceſſit, qua ſtatuit interficere inimicum ubicũque eum inueniret, nõ infecit, uec maculauit hanc emiſſionem ſagittæ, qua putans ſe occidere feram, occidit inimicũ: nam illa interfectio (ut ſatis probatum exiſtimo) nec fuit uoluntaria directe, neq; indirecte. Nec minus certum eſt, ꝙ cõplacentia, q̃ ſecuta eſt poſtquam cognouit eſſe inimicum, eſt pct͞m homicidij: nam tam vult, & approbat homicidium. Quamquam nõ eſt leuis concertatio inter Theologos, num liceat complacere, & delectari de actibus, & euentibus, qui ſunt ex cuſari ex ignorantia inculpabili, prout infra videbimus. Addo his al ud æqualiter certum & exploratum, ꝙ quãquam hæc cõplacentia, mala ſit & improba, non tñ inde eſt conſequens, ꝙ interfectio inimici in euentu commemorato, ſit mala, & improba; immo pōt contingere, ꝙ actus, vñ ſubſecuta fuit, ſit ſtudioſus & meritorius, vt ſi ille homo ex patris aut Principis obedientia venationi vacaret: itaq; neq; in emiſſione ſagittæ, neq; ĩ iterfectione inimici peccauit, ſed potius meruit. Rō huius eſt: nam interfectio inimici non fuit uoluntaria, vñ non imputatur ad pct͞m; emiſſio uero ſagittę uoluntaria fuit, ſed oĩ parte ſtudioſa & recta: neque enim hēt vñ uitium contrahat.

Ad argumenta ſic reſpõdendum eſt. Nam ad primum dicendum, argumentationem non recte procedere, nec eſſe eandem rõnem: nam quamuis, vt opus ſit bonũ ſatis eſt relatio præcedentis voluntatis in communi; ſed vt opus ſit malum, non ſat fuerit illa uoluntas precedens, alioqui omnia opera infideliũ eſſent peccata, quia generali quadam uolũtate, ſe, & omnia ſua retulerunt in idolum, quod pro Deo colunt. Ratio huius differentiæ eſt, quia bonum opus de ſua natura eſt referibile in finẽ honeſtum: vnde niſi per actualem uolitionem, aut ſaltem diſtinctam, non referatur in malum finem, nõ efficitur opus malum; quemadmodum, ut graue deſcendat deorſum, communis influẽtia cauſſarum uniuerſalium ſatis erit, quia ipſe lapis de ſua natura ad talem motum eſt ꝓpenſus; uerum, ut moueatur ſurſum, neceſſaria eſt alia cã particularis, quæ impellat lapidem in locum ſuperum. Non aliter accidit in noſtro propoſito: nam opus, quod de ſua natura eſt ſtudioſum & rectum, ut prauum efficiatur, non ſufficit uoluntas illa uniuerſalis; ſed requirit diſtincta, & particularis. Vel dicat Theologus, ſi prædicta ſolutione non eſt contentus, quod opus, quod uirtualiter pōt referri in aliquem finem per illam uolitionem in communi, oportet ut ſit opus, quod poſſit actu referri in talem finem, uel quod ſit opus de ſe aptum, ut in illum finẽ referatur. At uero in exemplo poſito, de eo qui interficit inimicũ, credens eſſe feram, opus illud cum ſit ignoratum, non poteſt referri in talem finem, & ideo non eſt uirtualiter deſtinatum in talem finem. Sed deſino in re tam euidenti amplius immorari.

Argumentorum ſolutio. Ad primum.

Ex tam longa diſputatione intelligat Theologus, ꝙ ignorantia concomitans non cauſſat inuoluntarium; ſed neq. uoluntariũ; propter quod opus factum ex tali ignorantia, peccatum non eſt, quamquam cõtrarium videtur docere Adrianus quodlib. 4. Marſil. in 2. q. 15. artic. 2. & Gabriel in d. 22. quæſt 2.

Ignorantia cõcomitans non cauſſat uoluntarium, nec quidem inuoluntarium.

Adria. Marſil. Gabri.

Sequitur ut dicamus de ignorantia conſequente. Mouet aliud dubium Almay. nam dicit, quod ignorantia cõſequens, non debet dici conſequens, ſed antecedens: antecedit. n. peccatum, & actum peccati, & eſt cauſſa illius, ut qñ ego frango ieiunium ex ignorãtia, quod ſi ſcirem, non facerem. Sed reſpondetur huic Doctori, quod licet ignorantia antecedat actum peccati, & ſic cã illius merito appellatur conſequens: eſt. n. uoluntaria, uel directe, uel indirecte: itaquè conſequitur actum uoluntatis.

Dubitatio de ignorantia conſequente.

Ex hoc ſequitur, quam inſcite diſtinguant aliq Theologi (inter quos eſt Almaynus) duplicem ignorantiã antecedentem, ꝙ quædam ſit uincibilis, quædam inuincibilis: nam omnis ignorãtia vincibilis, eſt conſequens, ſiquidem quodammodo eſt uoluntaria. Sed non erit ab re hic commemorare nonnullas diuiſiones ignorantiæ, quę in ore omnium uerſantur, ne decipiatur Theologus ex nominum uaria ſignificatione.

Diuiſiones ignorantiæ.

Ignorantia in primis alia eſt poſitiua, quæ habet errorem poſitiuum; alia eſt priuatiua, cum quis non ſcit, quæ ſcire tenetur.

Rurſus, ignorantia alia eſt inuincibilis, alia uincibilis. Inuincibilis eſt, quam quis adhibendo omnem diligentiam, quam tenetur adhibere ad ſciendum, non pōt uincere; ſicut animaduertere licet in exẽplo Iacob, quando fuit ei ſuppoſita Lia pro Rachele: potuiſſet quidem Iacob illam lucerna adhibita cognoſcere non eſſe ſuam, ſed quia non conſueuit fieri, dicitur non potuiſſe, uel ſaltem non debuiſſe cognoſcere, & ideo illius ignorantia fuit inuincibilis. Vincibilis ignorantia eſt, quam adhibendo

adhibendo talem diligentiam poſſumus uincere.

Alia diſtinctio ignorantiæ eſt, ꝙ alia ſit uolūtaria, alia inuoluntaria, quę nullo modo eſt volita. Itaq; uoluntaria eſt duplex, uno mō directe & formaliter, de qua Iob 21. Qui dixerunt Deo, recede a nobis, ſcientiam viarū tuarum nolumus. & Pſ. 35. Noluit intelligere, ut bene ageret. & hęc dr̄ ignorātia affectata. Alia eſt indirecte uolūtaria, qñ quis ignorat ea, q̃ ſcire p̄t, & debet, prout ſuperius eſt explicatum.

Iob 21. Pſal. 35.

Alia diſtinctio ignorātiæ, q̃dā eſt ãtcedēs, q̃dā ē cōſequēs, alia cōcomitās. Ãtcedēs ē cā uolēdi, q̃d alias non uellet, & non eſt uoluntaria, ut patet in Iacob. Conſequens, quę eſt cauſſa quidē uolendi, ſed eſt uoluntaria: & dicitur conſequens, quia ſequitur actum, uel negligentiam uoluntatis. De cōcomitante iam ſuperius ſatis dictum exiſtimo.

Quomodo ignorantia cōſequens cauſſet inuoluntarium.

Sed hic aduertendum, ꝙ quando dicit D. Th. in articulo, ꝙ ignorantia conſequens cãt inuoluntarium ſecundū quid, non eſt intelligendum in uniuerſum: nam ignorantia affectata, eſt ignorantia cōſequens, ꝗ̃ nullo mō cãt inuoluntarium. Verificatur ergo aſſertum D. Th. de ignorātia uoluntaria, ex negligentia culpabili, & uincibili: quāquā qui diceret intelligi debere D. Th. de omni ignorantia, ēt affectata, non improbabiliter loqueretur: nam ignorantia affectata cauſſat hoc modo inuoluntarium, quoniā tollit ſcientiam, quæ ſi adeſſet, non ſequeretur opus.

Ariſto.

Alia eſt diſtinctio ignorantiæ, ꝙ alia iuris eſt, alia facti, quas vocat Ariſt. 3. Eth. ignorātiā uniuerſalis, & ignorantiam ſingularium. Ignorantia iuris, eſt ignorantia legis ad quam tenemur. Ignorātia facti eſt, quando cū ſciētia iuris ignoratur circumſtantia aliqua, rōne cuius ignoratur, ꝙ tale obiectū ſit prohibitum, ut patet in Iacob, q non ignorabat legem, vtrumne accedendū eſſet ad non ſuā, ſed ignorabat circūſtantiā, an ne Lia eſſet ſua. Sed ſatis & pluſquā ſatis de ignorantiæ uarijs diſtinctionibus.

Dubium.

Sed certe vr̄, ꝙ nulla ignorantia cauſſet inuoluntariū, tū, qm̄ ignorantia non tollit liberū. ergo non tollit uoluntarium. quod non tollat liberum, patet: quia qui operatur ex ignorantia, libere operatur: tū deinde, qm̄ congreſſus Iacob cū Lia, fuit meritorius: ergo fuit uoluntarius; tū uero: nā qui operatur aliquod opus ex ignorantia, nō facit illud contra ſuam voluntatē. ergo non eſt inuoluntarius.

Solutio.

Sed hęc argumenta nō habent difficilem ſolutionem: nam prędicta opera comparata ad vnum, ſunt uolūtaria; comparata ad alterum, ſunt inuoluntaria Iacob uolūtarie acceſſit ad mulierem; inuolūtarie ad Liā: uolūtarie emittimus ſagittam; ſed inuoluntarie occidimus. & ſic eadem opera ſunt contra uoluntatem, & ſecundū uolūtatē. Itaq; ignorantia reſpectu illius rei, quæ ignoratur, cãt inuoluntarium. Circa ultimam cōcluſionem articuli recte admonet Caietanus, quod ſi quis ſit uir doctus, & adhibeat bonam & ſanam diligentiam ad ſciendum, quæ tenetur ſcire ſecundum ſuum ſtatum, & habet firmum propoſitum non peccandi mortaliter, ſi forte fortuna ex obliuione, quam poterat uincere, commiſit aliquid, quod uidetur eſſe peccatum mortale: ut cōicare cum excommunicato, aut conſulere contractum uſurarium; non eſt timēdū de peccato mortali: hęc enim ignorantia referēda eſt ad ignorantiam antecedentem, & inuoluntariam: nō eſt enim in poteſtate noſtra meminiſſe ſemper, uel habere ad manū vſum ſcientiæ. Ceterum ſi quis eſt negligens, & nō adhibet diligentiam ad ſciendum ea, quę tenetur ſcire iuxta ſtatum ſuum, qñ ex obliuione, quam poterat uincere, aliquid commiſit contra legem, cenſendum eſt, ꝙ peccauit mortaliter. De eiuſmodi. n. dicitur illud Apoc. c. 3. Vtinā calidus eſſes, aut frigidus: ſed quia tepidus es, incipiā te euomere ex ore meo. Indubitata eſt, certaq; hæc ſententia domini Caietani, ſed tota difficultas eſt, qūo hoc cognoſcatur poſt factū: ueluti in exēplo poſito, poſtquā Doctor aliqs conſuluit cōtractum vſurariū ex inaduertētia, qūo cognoſceret, utrum potuit aduertere; & ex negligentia ſua non aduertit? Certe nō alio modo, niſi ex hoc, vtrum ipſe habeat voluntatem non peccandi mortaliter, & examinādo res circa quas operatur, & adhibendo diligētiā, quam communiter adhibendo non ſolet errare: nam ſi hæc ita ſe habent, omnino eſt tollendus ſcrupulus, & conſcientia ſedanda. Tantum de iſta quęſtione.

Optimum documentum ad dicernendum de peccatis ex ignorantia. Apocal. 3.

QVAESTIO VII.

De circumſtantijs humanorum actuum, articulos habet quattuor.

De hac re diſputat Ariſtot. 3. Eth. & Doctores Theologi in 4. d. 16. ex his locis petenda ſunt, quæ ad hanc diſputationem pertinere uidebuntur.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum circumſtantia ſit accidēs humanorum actuum.

SVMMA TEXTVS.

Concl.

Concluſio eſt affirmans. Circumſtātię enim dicūtur oēs cōditiones, q̃ ſūt extra ſubſtantiam actus, & tamē attingūt actum humanum aliquo modo. Et deriuatum eſt nomē iſtud ad actus humanos, ab his quæ in loco ſunt: nam in his, quæ loco continentur, dicitur aliquid circumſtare, quod extrinſecum eſt a re, tamen attingit ipſam, uel ei appropinquat ad locum.

EXPLICATIO ART.

Videbitur fortaſſis alicui, ꝙ cōcluſio huius articuli falſa ſit. Nā quędā circumſtantię dant ſpeciē eſſentialem; & ſubſtantialem actui humano: ergo circumſtantia nō eſt accidens actui humano. Conſequentia inde probatur. Nam accidens nō confert eſſentiā, & ſubſtantiā. Probatur antecedens. Nā furari in loco ſacro, in ſpecie ſacrilegij eſt ex circumſtantia loci. Itē accedere ad mulierē maritatā, eſt adulteriū ex circūſtātia perſonæ ſarj; adeo dare eleemoſynam ob vanā gloriā, cōſtituitur in genere mali ex circūſtantia finis. Pro explicatione huius notandū eſt, ꝙ circumſtantia (ut nomē ipſū ſonat) eſt accidens adiacens operationi, quod eius qualitatem variat, quam Latini appellant appendicem.

Argumenta contra concluſionem. D. Tho. Secundum. Quid ſit circumſtantia.

Secundo notandum eſt, ꝙ de circumſtantijs eſt gemina conſideratio. Vna eſt de numero, & quidditate circūſtātiarum; cuius expoſitio pertinet ad hunc locū. Alia eſt de confeſſione circūſtantiarū, de qua diſputant Theologi in 4. d. 16. Tertio notandum eſt, ꝙ ſunt quędam circumſtantiæ, quæ non uariant qualitatem operis, ut occidere hominē ante prandiū, uel poſt prandiū: & iſtæ ſunt circumſtātiæ actus humani in genere naturę, & non in genere moris. Aliæ ſunt circumſtātię, quę uariant qualitatem operis, mutādo, uel genus, uel ſpeciē, ut locus ſacer, reſpectu furti, aut homicidij. Quędam ſunt circumſtātiæ, quæ variant qualitatem operis, vel augendo, vel minuendo intra eandem ſpeciem, ut furari rem pretioſam, & rem uilem.

Diuiſio circumſtantiarum.

Quando D. Tho. hoc in loco docet, ꝙ circūſtantia eſt accidens actus humani, loquitur de circumſtātia quæ variat qualitatem operis intra eandem ſpeciem: nam circūſtantiæ quæ mutant ſpecies morales, iam tranſeunt in rationem obiecti, a quo actus humani ſuſcipiunt ſpeciem. Hæc eſt expoſitio Caietani infra quæſtion. 18. articul. decimo. Secunda expoſitio huius dubij eſt, quod actus humanus aliquādo habet geminam ſpeciem; vnam primariam, ſubſtantialem, & inuariabilem; alteram ſecundariā accidentariam, & variabilē. Prima ſumitur ab obiecto immediato; ſecūda ab obiecto ſecundario. uerbi gratia, quādo quis occidit hominē ad illud deprædandū, ille actus ſubſtantialiter eſt homicidium: quoniam obiectū proximum eſt, priuare hominem uita; ceterū accidentarie eſt furtum: nam accidit homicidio, quod ordinetur ad deprędandum. Itaque ad dubium propoſitum dicendum eſt, quod licet circumſtantia conferat ſpeciem, quoniam

Senſus D. Th. Caiet. Authoris ſententia.

ſemper conſert ſpeciem accidentariam, ideo inter accidentia actus humani numerãda eſt.

Obiectio. Sed dicet aliquis; Res naturales numquam accipiunt ſpeciem a forma accidentaria: ergo nec morales.

Solutio. Rñdetur primo, ꝙ res naturales ẽt accipiũt ſpecies accidentarias a formis accidẽtarijs; q̃dam .n. ſubſtantia eſt alba, quędã vero nigra. Secundo rñdetur, differre inter entia naturalia, & entia moralia: nã entia naturalia habent ſuas ſpecies a formis ſubſtantialibus, quę uariari non põt ipſis rebus manentibus; cęterũ actus morales habent ſuas ſpecies ex intẽtione operantis, quę in infinitũ variari põt: ſicut res artificioſæ ex intentione artificis variantur; lignũ aliquando hẽt formam cathedræ; aliquãdo lectuli.

Concl. Hęc ſolutio nõ placet quibuſdã viris doctis, & iõ adhibent aliam, q̃ fortaſſis alijs etiã nõ probabitur. Dicunt itaq; ꝙ nulla circumſtantia, vt circumſtantia eſt, tribuit ſpeciẽ actui, reſpectu cuius eſt circumſtantia; ſed fieri põt, ut qđ comparatũ ad unum, eſt circumſtantia; cõparatum ad aliud, circumſtantia nõ ſit. Sit exemplum; occidit qs hominem ad deprædandum: tunc deprædatio, & acceptio rei alienę, eſt circumſtantia reſpectu occiſionis; uerum reſpectu uoluntatis furandi, non eſt circumſtãtia, ſed potius obiectum, quod pręcipue prætẽditur. Sit aliud exemplum: furatur quis in loco ſacro: tunc circumſtantia loci ſacri, eſt circumſtantia comparata ad furtum in cõi; at comparata reſpectu huius furti, eſt uelut obiectũ dans nouam ſpeciem. Itaq; circumſtantia loci ſacri, non dr̃ circumſtantia reſpectu voluntatis, qua quis vult furari in loco ſacro: nã reſpectu huius habet ſe ueluti obiectũ conferens ſpeciem. Sic viſum eſt his auctoribus ſatisfacere abundanter propoſito argumẽto. contra quos non ſtatui in pręſentia pugnã mouere, neq; meam ſnĩam pugnaciſſime defendere: nam in q. 18. de hac re fortiter dimicabimus: nunc uero ad Auctorem reuertamur.

ART. SECVNDVS.

Utrum circumſtantiæ ſint conſiderandæ a Theologo.

SVMMA TEXTVS.

Concl. Concluſio eſt affirmãs. Circũſtãtiæ .n. pertinent ad conſiderationem Theologi: primo quidẽ, quia Theologus cõſiderat actus humanos, ſecundum quod per eos homo ad beatitudinẽ ordinatur: ſed qđ ordinatur ad finem, debet eſſe proportionatum fini, ſecundum commenſurationem quãdam: hoc autem fit in actibus humanis, ſi habeant debitas circũſtãtias. Secundo, quia Theologus cõſiderat actus humanos, ſecundũ quod in eis inuenitur bonum, uel malum; melius & peius, quod uariatur ſecundum circumſtantias. Tertio, quia Theologus conſiderat actus humanos, ut ſunt meritorij, uel demeritorij, quod conuenit actibus humanis, ad quod requiritur, quod ſint actus uoluntarij; actus autem humani iudicantur uoluntarij, uel inuoluntarij, ſecundum cognitionem, uel ignorantiam circumſtantiarum.

ART. TERTIVS.

Vtrum circumſtantiæ conuenienter enumerentur ab Ariſto. 3. Ethicorum.

SVMMA TEXTVS.

Concl. Concluſio eſt affirmãs. Nã Cicero in ſua Rhetorica ſeptem circumſtantias enumerat, quæ hoc uerſu continentur.

Quis, quid, vbi, quibus auxilijs, cur, quomodo, quando.

Conſiderandum namq; eſt in actibus humanis, quis fecit, quibus auxilijs, uel inſtrumẽtis fecit, quid fecerit, ubi fecerit, cur fecerit, quõ fecerit, & quando fecerit. Sed Ariſt. 3. Ethi. addidit aliã, circa quod, quæ a Tullio comprehẽditur ſub circũſtantia, Quid. Quod uero hæc numeratio ſit ſufficiens, ſic oſtenditur. Nam circumſtantia dicitur quaſi extra ſubſtantiã actus exſiſtẽs, ita tamẽ, quod aliquo modo attingit ipſum. Attingit autẽ tribus modis; uno modo, in quãtum attingit ipſum actũ; alio modo, in quantum attingit cauſſam actus; tertio modo, in quantum attingit effectum. Ipſum actum attingit, uel per modum menſuræ, ut tempus & locus; uel per modũ qualitatis actus, ſicut modus agendi. Ex parte autẽ effectus, ut cum conſideratur, quid aliquis fecerit. Ex parte uero cauſſæ actus, quantum ad cauſſam finalem, ut cum conſideratur, propter quid fecerit. Ex parte cauſſæ materialis, ſiue ex parte obiecti, conſideratur, circa quid fecerit. Ex parte uero cauſſæ agentis principalis, accipitur quis fecerit. Ex parte vero cauſſæ inſtrumentalis, conſideratur quibus auxilijs.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Conc. Trid. De hoc articulo legite Concil. Trid. Seſſ. 14. c. 5. vbi docet ad Doctorem Chriſtianum pertinere circũſtantias humanorum actuum habere perſectas & cognitas, maxime eas, quæ mutant ſpeciem. De eadem re diſputat fuſiſſime D. Baſilius ſerm. 2. de bapt. c. 8. & demõſtrat ex ſcripturis diuinis, quõ opus humanum, niſi ſit præditum omnibus circumſtantijs, Deo placere non poteſt. legite auctorem. Baſil.

Nota. Sed & illud nõ eſt prætereũdum, ſacrũ Concilium ob id, quod commemorauit circũſtantias, q̃ mutãt ſpeciem, nõ ꝓpterea voluiſſe, ꝙ circũſtantię, q̃ nõ mutant ſpeciem, non ſint uiro Theologo conſiderandę; nam Cõcilium cõmemorauit eas, quæ præcipue ſũt de cõſideratione Theologica; de alijs uero, ꝓpterea quia non commemorauit, non eſt argũ euidens, neque apparens, ꝙ excluſerit eas a conſideratiõne theologica. Nam argumentũ negans, neque ĩ diuinis ſcripturis, neq; in definitionibus Conciliorũ ualidũ eſſe, certo ſcimus. Ariſt. Illud tñ ꝙ certo habendum eſt, ꝙ illæ tantummodo circumſtantię ueniunt in conſiderationem Theologorum, quę pertinent ad bonitatẽ, uel malitiam operis; laudem uel uituperiũ; præmiũ uel ſuppliciũ. v. g. ꝙ quis poſt prandium occidat inimicũ, prorſus eſt circumſtantia impertinens; ꝙ uero quis poſt prandiũ celebret miſſam, circumſtantia ad genus moris pertinens eſt: nam efficit ut opus malum ſit, & peccatũ. Itaque circumſtantia actuum humanorum conſideranda eſt & expendenda ex regula & norma actuum humanorũ, q̃ eſt recta & prudens ratio. Si in ordine ad iſtam regulã circumſtantia fuerit conueniens, aut diſconueniens, tũc erit de Theologica conſideratione; ſin minus, aliena erit, & oĩno abhorrens: nam circumſtantiæ, quę ſunt impertinẽtes reſpectu boni, uel mali, in infinitum poſſunt uariari, & ideo ſub certis regulis comprehendi nequeunt.

Quæ circumſtantiæ pertinent ad Theologi conſiderationem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Pro explicatione notãdũ eſt, ꝙ tractare de his circũſtantijs ſigillatim, pertinet ad diuerſos locos Theologię: nũc pauca exponenda ſunt. Circa circũſtantia, Quis, notandum eſt, ꝙ non eſt agens principale, ꝙ neceſſario requiritur ad operationem; ſed eſt

Circumſtantia. Quis, quæ ſit.

ſed eſt conditio, & appendix addita operanti; vt quod ſit monachus, vel ſacerdos, uel Epiſcopus. De hac circumſtantia manet grauiſſima q̃ó in 4. ſent. An uirgo, uel monacha, quæ conſentit in uirum per actum internum, teneatur explicare in confeſſione ſe eſſe virginem, uel corruptam?

ART. QVARTVS.

Vtrum ſint principales circumſtantiæ, propter quid, & ea in quibus eſt operatio.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio

Concluſio ſic habet. Principaliſſima eſt illa, quæ attingit actum ex parte finis, ſcilicet cuius gratia aliquid fit: nam actus dicũtur humani, prout ſunt uoluntarij; obiectum autem uoluntatis, eſt finis. Secundaria uero eſt, quæ attingit ipſam ſubſtantiam actus, id eſt, quid fecit. Aliæ vero ſunt magis, uel minus principales, ſecundũ quod uel magis, uel minus appropinquant ad iſtas.

Quid ſit circũſtantia Quid.

Circa circumſtantiam, Quid, notandum eſt, ꝙ non eſt obiectum principale, a quo actus ſumit ſpeciem; ſed eſt conditio obiecti. v.g. furari alienum, alienum illud non eſt circumſtantia Quid: nam eſt obiectum quod cõfert ſpeciẽ actui; ceterũ furari magnam quantitatem, uel paruam, circumſtantia eſt, quoniam obiecto furti accidẽtarium eſt, quod ſit magnum, uel paruum. Sunt qui dicant, ꝙ circumſtantia, Quid, eſt cum conſideratur aliquis effectus actus humani, qui nõ eſt intentus per illum actum; vt cum quis putans ſe occidere feram, occidit hominem; tunc occiſio hominis eſt circumſtantia, Quid, comparata ad occiſionem feræ exiſtimatam: quo exemplo vtitur D. Tho. q. 6. art. 8. *D. Th.*

Simili ratione eſt iudicandum de circumſtantia, Circa quid. Cum enim Iacob acceſſit ad Liam, putãs eſſe Rachelem, ignorabat circumſtantiam, Circa quid. Sed non ſolũ ex ignoratione, ſed ex ſcientia poteſt conſiderari circumſtantia, Quid: nam cum quis uolens occidere laicum, & parat ſagittam ad illum occidendum, ſi uidet clericum iuxta ſtantem, qui ſimul interficiendus eſt; nihilominus emittit ſagittam, & occidit ſimul clericum; abſq; dubio in tali euentu, occiſio clerici eſt circumſtantia, Quid, cõparata ad occiſionem inimici, quæ ex principali deſtinato prætendebatur: atque hæc ſñia non diſplicet omnino.

Circumſtantia finis.

Circumſtantia finis, nõ eſt finis actui intrinſecus; ſed extrinſecus & accidentarius: ut cum quis dat eleemoſynam ob uanam gloriam.

Circumſtantia loci.

De circumſtantia loci notandum eſt, quod licet ſemp augeat peccatum per accidens; non tamen mutat ſpeciẽ peccati, niſi conſtituat peccata, quæ directe ſanctitati loci aduerſentur, vel immunitati, ut q̃n effunditur ſemen, aut uero ſanguis humanus in Eccleſia: hæc eñ peccata impediunt cultum exhibẽdum in Eccleſia, ad quẽ Eccleſia eſt dicata & conſecrata: & ſimiliter ſiquis extrahat hominem ab Eccleſia contra immunitatem Eccleſiæ, ſacrilegium eſt.

Circumſtantia temporis.

De circumſtantia temporis uidetur aſſerere D. Th. ſolutione ad 1. quod ſemper augeat peccatum, ſicut circũſtantia loci: de quó eſt magna controuerſia in uarijs locis Theologiæ contra Scotum. Nam uidetur ex hoc inferri; eſſe maius peccatum occidere in die feſto, quam in die profeſto: cuius oppoſitum affirmant omnes diſcipuli D. Tho. Mihi uidetur dicendum, quod circumſtantia tẽporis aliquando augeat peccatum, ſic adeo, quod illam circumſtantiam exponere, ſit de neceſſitate cõfeſſionis: ſicut cum quis in die paraſceues offendit Deũ grauiſſime, aut uero in die ſacro communionis habet rem cum muliere non ſua; quoniam hæc peccata ĩ hoc tpe commiſſa, & grauiorem habẽt impudentiam, & ingratitudinem: in ceteris diebus feſtis communibus, non cẽſeo eſſe de neceſſitate confeſſionis explicare in confeſſione circumſtantiam diei feſti. Sed de hoc ſuo in loco. De alijs circũſtantijs non eſt uerbum addendum, quoniam de ſe patent. Videte D. Baſilium ſermone 2. de baptiſmo. c. 8. ubi ex ſanctis Scripturis colligit iſtum numerum circumſtantiarum, quem poſuit Ariſtoteles. *Ba*

EXPLICATIO ART.

Certe quod hic docet D. Tho. facillimum eſt, neque explicatione indiget: tantum duo animaduertere operæpretium eſt. Vnum eſt, ꝙ cum quærit D. Th. de circumſtantia, quæ cõſiderat ea, in quibus eſt operatio, nõ quærit de circumſtantia loci, aut temporis; ſed quærit de circumſtantia, Quid. Vnde Gregorius Niſſenus libro quinto, capitulo ſecundo, quaſi exponens dictum Ariſtotelis, qui conſtituit præcipuã hanc circumſtantiam, loco eius poſuit circumſtantiam, Quid. Itaque in actibus humanis principaliſſime conſiderandum eſt, cur fecerit opus, qui operatur. Deinde uero ea, in quibus eſt operatio, id eſt, quid fecerit, uel quænam fecerit. *Greg. Niſ.*

Notādus textus D. Th.

In ſolutione ſecundi animaduertat Theologus illud quod aſſerit Diuus Thom. quod finis, licet non ſit de ſubſtantia actus; eſt tamen cauſſa actus principaliſſima, in quantum mouet agentem ad agendum: unde maxime actus moralis ſpeciem habet ex fine. In qua ſententia apertiſſime habetur, quod finis, qui tribuit ſpeciem actui humano, aliquando eſt circumſtantia, contra quoſdam diſcipulos Diui Thomæ, qui pugnaciſſime defendunt, quod quando finis tribuit actui humano ſpeciem, circumſtantia non eſt. contra quos in ſequentibus dimicabimus.

QVAESTIO VIII.

De voluntate, quorum ſit vt volitorum, in tres articulos diuiſa.

Quæſtio grauis pro introductione Quæſtionis.

Ordo doctrinæ admirādus.

Admirabilis hic plane ordo, & artificij plenus. Nã poſtquam D. Th. egit in præcedentibus, de actibus voluntarijs in genere, & in vniuerſali; nunc aggreditur ad diſputandum de actibus voluntatis in particulari, & ſpeciatim. Cuius diſputationis initium inde ſumitur, quod volũtas mouetur in finem, & in ea quæ ſunt ad finem; quod principium accipitur pro certo, & per ſe noto. & ſic ordo & methodus diſputationis exigit, vt primum conſideremus de actibus volũtatis, quibus mouetur in finem; deinde de actibus voluntatis, quibus mouetur in ea quæ ſunt ad finem. Actus autem voluntatis in finem vidẽtur eſſe tres; velle, intendere, & frui. Actus vero circa media, varij ſunt & multiplices; vt cõſilium, deliberatio, electio. Primũ ergo conſiderandum de actibus voluntatis circa finem. Hæc pro introductione adducta ſunt a D. Th.

Vtrũ detur actus volũtatis neuter.

Ceterum in hac introductione vnum eſt quod de ſe magnam mouet quæſtionem. Dicit enim diuinus Doctor, quod voluntas mouetur in finem, & in ea quæ ſunt ad finem; an ne de-

ne detur actus neuter, qui nec ſit finis, neque eorum quæ ſunt ad finem? *Sco.* Scotus in primo, diſtinctio. prima quæſtio. tertia & alij doctores non deſpicabiles opinantur dari actum neutrum voluntatis. Et confirmatur hæc opinio bonis argumentis.

Prim. ar. Primo, intellectus poteſt proponere voluntati bonum, nõ propter ſe, neque propter aliud: poteſt enim proponere voluntati, diuitias eſſe bonas abſolute, & voluntas poteſt ferri in hoc bonũ: ergo voluntas poteſt ferri in bonum, non propter ſe, nec propter aliud.

ſecundũ. Deinde, intellectus poteſt apprehẽdere bonum, abſtrahendo a fine, & medijs; ſicuti apprehendit animal abſtrahendo ab homine, & equo: bonum enim eſt quid ſuperius ad finem, & media. ergo poteſt hoc bonum, propoſitum voluntati, mouere illam ad operandum, & uoluntas poterit illud proſequi.

Tertium. Præterea, ſi Deus ſtatuiſſet nullam producere creaturam, tunc amaret bonitatem ſuã, non tamquam finem, neq; tamquam mediũ. ergo poteſt dari actus neuter volũtatis. Probatur Antecedens. Nam tunc non amaret bonitatem ſuam tãquam mediũ, vt cõſtat, neq; tamquã finem: nã de rõne eius qđ amatur ut finis, eſt, ut ametur pp ſe, & alia amentur pp ipſum: eſt enim illud, cuius gratia aliquid fit: ſed tunc Deus nõ amaret creaturas propter ſe: ergo non amaret ſe tamquam finem.

Confir. Hoc idem confirmatur. Nam Deus ad intra amat bonitatem ſuã neceſſario. Volo dicere, ꝙ Deus amat ſeipſum, & diuinas perſonas neceſſario; quamuis ad extra nihil neceſſario amet. Ex quo ſic deducitur argumentũ. Nam tunc non amat neceſſario bonitatẽ ſuã tamquam finem: nã in perſonis diuinis, nulla reſpectu alterius eſt finis; alioqui vna eſſet ꝑfectior altera, & ad vnam ceteræ ordinarẽtur veluti ad finem: neq; uero amat, ut medium, ut liquido conſtat. ergo datur actus neuter.

Vlti. Vlt. ſic, aliquando amamus ſcientias, non tamquam finem; quoniam non amamus cetera propter ipſas: neq; tamquam media; qm̃ amamus illas pp ſeipſas. ergo neutro modo amamus. His argumentis occurrit hic Dominus Caie. & oſtendit euidenter, oppoſitũ eſſe verum: prius tñ ſtatuit, quod amare propter ſe, vel propter aliud, contingit bifariam: vno modo, formaliter, & actualiter, & quod dicit *Caie. uera ſententia.* Caieta. in actu ſignato, id eſt, quod in opere formaliter explicetur illud propter ſe, uel pp aliud. Et in hoc ſenſu uera eſt ſentẽtia Scoti: datur enim uolitio, in qua nõ explicatur formaliter & diſtincte propter ſe, vel propter aliud, ut ſatis probatum eſt. Alio modo cõtingit virtualiter, & quod dicit Caie. ĩ actu exercito: & in hoc ſenſu nõ datur actus neuter in voluntate; ſed uniuerſus aut eſt finis, aut mediorum: nam id bonum quod amatur, vel habet bonitatem in ſe vnde ametur, uel non habet in ſe bonitatem, ſed aliunde mendicat. Si primum, amatur, vt finis; ſi ſecundum, amatur, ut medium: & inter hæc non poteſt dari aliud medium, quia ſunt contradictorie oppoſita. ergo non datur actus voluntatis, qui non ſit finis, aut mediorum. Deinde, volitum propter ſe, & volitum propter aliud, nõ habent medium; quoniam contradictorie opponuntur. Volo dicere, quod quidquid eſt volitum, aut eſt volitum propter ſe, aut volitum propter aliud. Volitum enim propter ſe, nihil aliud eſt quam volitum nõ propter aliud. ergo non datur actus neuter; ſiquidem omnis actus voluntatis fertur, vel in volitum propter ſe, vel in volitum propter aliud, hoc eſt in finem, aut in media. Volitum enim propter ſe, eſt finis; volitum propter aliud, eſt medium.

Iam vero hoc ipſum confirmatur auctoritate *Ariſt.* Ariſtotelis ſummi Philoſophi, qui in 2. Phyſicorum, tex. vigeſimonono dicit, quod omnis volitio eſt propter ſe, vel propter aliud. Certe ſi datur actus volũtatis neuter, qui neque ſit finis, neque mediorum, quomodo eſt verum quod dicit Ariſtotel. ſecun. Phyſicorum, & eſt veluti axioma decantatũ, Sic ſe habere vltimum finem in rebus agendis, ſicut primum principium in ſcientijs? nam tunc daretur aliquis actus, qui nõ eſſet ab aliquo principio: & omnino cauſſa finalis eſt, quæ primum mouet. oportet ergo dare aliquod obiectum, quod primo moueat voluntatem. impoſſibile igitur eſt, ꝙ actus uoluntatis non feratur in aliquem finem, mediate vel immediate.

Finis duplex habet officiũ. Sed intelligendum eſt, quod finis habet duplex officium. vnum eſt, quod ametur propter ſe; alterum eſt, quod cetera amentur propter ipſum. Primum habet, quatenus habet in ſe bonitatem; ſecundum habet, quatenus eſt cauſſa finalis. Nam cauſſam finalem ſic definiunt, quod ſit illud, cuius gratia aliquid fit. Et quoniam contingit, aliquid eſſe cauſſam; & non actu cauſſare, hinc prouenit quod aliquid ſit finis, & appetibile propter ſe; & cuius gratia cetera poterant appeti, & deſiderari; & quod non actu exerceat cauſſalitatem finis: non enim actu eſt cauſſa, cuius gratia aliquid fit. Vnde dico, quod ſi finis accipiatur pro appetibili propter ſe, non datur actus voluntatis, qui non verſetur circa finem, neque circa media; quoniam appetibile propter ſe, & propter aliud, opponuntur contradictorie, inter quæ dari medium impoſſibile prorſus eſt: verum ſi accipiatur finis pro eo quod exercet actualitatem, & cauſſalitatem finis, datur actus neuter voluntatis. quod euidenter demonſtrant argumenta, quę de uoluntate Dei ſuperius ſunt adducta. Ex his documentis puto quæſtioni propoſitæ affatim ſatisfactum eſſe; nunc ad expoſitionem articulorum progrediamur.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTIC.

Vtrum uoluntas poſſit ferri in malum ſub ratione mali. Prim. argum.

IN huius rei expoſitionem eſt dubium; An uolūtas poſſit ferri in malum, ſub ratione mali, & nolle bonum, ſub ratione boni. Et probatur pars affirmatiua. quia peccat ex certa malitia, peccat ſciēs illud eſſe malū: ergo eligit malū ſub rōne mali. Probatur conſequentia. Nā hoc differt ab eo, qui peccat ex paſſione, & ex ignorātia. Hoc ipsū cōfirmatur. Nā ex oppoſita ſētētia ſequitur, ꝙ non poſſit quis agere cōtra conſcietiā. Cōſequēs eſt falsū, & cōtra Paul. Ro. 14. Oē, quod non eſt ex fide, peccatum eſt. Cōſequētia ꝓbatur. quia ſi nō poteſt quis uelle niſi bonum: ergo quoniā cognoſcit malum & peccatum eſſe furari, nō poteſt uelle furari.

Confir.

Prior cōc.

Rom. 14.

ART. PRIMVS.

Vtrum uoluntas ſit tantum boni.

SVMMA TEXTVS

PRior Concluſio. Volūtas numquam fertur niſi in bonū. Voluntas.n.eſt appetitus quidā rationalis; at appetitus non eſt niſi ad bonū. ergo, &c. Quod vero appetitus numquam ſit niſi ad bonum, ſic oſtenditur. Nā appetitus eſt inclinatio quædam appetentis: nihil autē inclinatur niſi in aliquid ſimile, & conueniens. Certe omnis res, inquātum eſt ens & ſubſtātia, bonum quoddā eſt, unde neceſſe eſt, ut omnis inclinatio ſit in bonum. Vnde eſt, qđ Philoſophus dicit 1. Ethic. Bonum eſt, quod omnia appetunt.

Secundum.

Secundo, qui odit fratrē ſuum, uult illi malum, ſub rōne mali & nociui: ergo uoluntas pōt uelle malū, ſub rōne mali. Cōſequentia nota eſt, & probatur antecedens. Nam hoc differt inter odium, & iram (auctore D. Tho. q. 12. de malo ar. 4) ꝙ ira appetit malū fratri, ſub ratione iuſti uindicatiui; ſed odiū appetit malū proximo, ſub ratione mali.

D. Th.

Tertium.

Tertio, qui ſe interficiunt, atq; adeo peruerſi quidā homines, & dæmones, uolunt malum ſub ratione mali: nā uolunt offendere Deum non alia de cauſſa, niſi ut offendant Deum, non propter utile, nō propter delectabile: ſi enim non eſſet offenſa Dei, non facerent illud.

Quartum.

Quarto, homo ut experiatur ſuam libertatem, poteſt eam experiri nolendo beatitudinē, atq; adeo propoſitis duobus bonis ſine aliquo diſcrimine & æqualibus, pōt unum eligere, & alterum reſpuere: & tamen ibi non eſt maior ratio boni in uno, quam in alio: ergo poteſt uolūtas aliquid eligere & non ſub ratione boni. Cōfirmatur. Nam ſi uoluntas duobus bonis ęque cōuenientibus ſibi propoſitis poteſt unum eligere, & alterū reſpuere, hac ſola ratione, quoniā uult: ergo poteſt uelle ſub ratione mali, malum, hac ſola ratione. quoniā vult. Probatur conſequentia, quoniam ratio hæc eſt ſufficiens motiuū volūtatis. Quinto, habitus iniuſtitiæ inclinat in malū, ſub ratione mali: inclinat.n. in actum iniuſtitiæ, quatenus iniuſtitia eſt. ergo uoluntas poteſt ferri in malum, ſub ratione mali. Probatur conſequentia: nā quidquid habitus uoluntatis appetit, poteſt appetere uoluntas & appetit.

Confir.

Quintum.

Sextum.

Sextum, obiectum uoluntatis non eſt bonum, ſed ens quod comprehendit ſub ſe bonum, & malū. ergo poteſt ferri in malum, ſub ratione mali. conſequētia eſt euidēs, & probatur antecedēs; tum, quoniam obiectum intellectus eſt uerum, uel falsū. intellectus.n. comprehēdit uerum, uel falſum: ergo obiectum uoluntatis eſt bonum, uel malum; tum uero, quoniam uoluntas eſt impoſſibilium, auctore Ariſt. 3. eth. ergo non eſt tantum boni.

Arist.

Septimum.

Septimum quoniam uoluntas poteſt uelle ex ſimplici apprehenſione, quando intellectus nō iudicauit eſſe bonum, uel malum, ut patet in motibus primo primis.

Octauum.

Octauo, damnati poſſunt conformare ſuam uoluntatem diuinæ uoluntati. Sed Deus pōt præcipere ne uelint beatitudinem, quam ipſe decreuit negare illis in perpetuum. Ergo poſſunt nolle beatitudinem. Certe poteſt quis uelle non eſſe, & hoc non poteſt apparere bonum: nam ubi non eſt ens, bonum non eſt.

Vltimum: Ocham.

Vltimo eſt argumentum Ocham. Si ſententia D. Th. eſt uera, ſequitur, quod circa aliquod obiectum homo uiator non poſſit mereri, nec demereri. patet ſequela. Nam circa miſeriam præſentatā ſub ratione omnis mali; & circa beatitudinē ſub ratione oīs boni, homo uiator neceſſario operatur, neceſſario amat beatitudinem, & neceſſario odit miſeriā. ergo non poteſt mereri, nec demereri.

Confir.

Confirmatur. Nam miſeriā præſentatam ſub ratione omnis mali, uel uolūtas poteſt uelle, & ſic habet Ocham ſuum intentum; uel nō poteſt uelle illā, & ſic non poterit circa hoc obiectū tantum peccare: nā circa hoc obiectum tantum poteſt peccare uolēdo illud.

Poſterior.

Poſterior Concluſio. Hoc differt inter appetitū naturalem, ſenſitiuuū, & intellectiuum, ꝙ naturalis ſemper fertur in bonum uerū, quod eſt in ipſis rebus; ſēſitiuus uero, & intellectiuus, aliquando feruntur in bonū apprehēſum, & quod apparet bonum. Ratio huius hæc eſt: nam omnis inclinatio cōſequitur aliquā formam: appetitus naturalis conſequitur formā in natura exſiſtentem; appetitus uero ſenſitiuus ſequitur formā apprehēſam per ſenſum, uel intellectum. Ex quo ſequitur, ꝙ ad hoc, ut uolūtas in aliquid tendat, non requiritur, ꝙ ſit bonum in rei ueritate; ſed ꝙ apprehēdatur in ratione boni. quare uolūtas ſemper eſt boni ueri, uel apparentis.

Ocham. Scot.

Propter hæc argumenta Ocham in 3. q. 13. dubio. 3. tenet partem affirmatiuam huius quæſtionis. Scotus eſt dubius: nam in 4. diſtin. 49. quæſt. 9 uidetur deſcendere in ſententiam Diuus Thomas oppoſitum docet in 2. diſtin. 1. quæſt. 4. in 2. diſtin. 6. quæſt. 2. & in diſtin. 43. His non obſtantibus, ueritas eſt, quod uoluntas eſt tantum boni. Ab hoc principio exorditur Ariſtot. libros Ethic. dicens, Omnis ars, omniſque doctrina, & electio, bonum appetere uidentur. Qua de cauſſa bene antiqui dixerunt, bonum eſt, quod omnia appetunt. Diu. Dionyſius. c. 4. de diuin. nominibus habet illud prouerbium; Nemo intendens ad malum operatur. Seneca lib. 4. de beneficijs cap. 17. dicit, nemo tam a lege naturali ſeparatus eſt, ut animi gratia ſit malus. Auguſt. libr. 2. confeſſionum. c. 4. uſque ad 10 idem proſequitur copioſe: inquirit namque, quidnam amauerit in furto, quod commiſit decimoſexto ætatis ſuæ anno, pro certo habens nihil poſſe amari, niſi ſub ratione boni. Sed omiſſis auctoritatibus probatur noſtra ſententia euidenti ratione. Primo, ipſa experientia docet, quod nemo intendēs ad malum operatur. Nam uel ipſi dæmones perditiſſimi, ſi blaſphemant Deum, & alia grauiſsima flagitia committunt, ſub alia ratione boni committunt, ut de Deo ſumant uindictam. Item homines qui ſe interficiunt, atq; damnati, qui cupiunt a Deo annihilari, appetunt hæc omnia ſub ratione boni, nempe ut careant cruciatu, & miſeria, & hoc bonum eſt.

Voluntas eſt tantum boni Ariſtot.

Dionyſ.

Seneca.

Auguſt.

Rationes pro iſta ſententia

Secundo, obiectum noſtræ uoluntatis eſt bonū, ſicut obiectum intellectus eſt uerum: ergo nō poteſt uolūtas ferri in malum, ſub ratione mali. Probatur cōſequētia. Nam potentia non poteſt ferri extra ſuum obiectum, & per Dei potentiam. Sed dicit Ocham; bonū non eſt obiectum uoluntatis, ſed ens. Contra, intellectus & uolūtas ſunt diſtinctæ potētiæ; ſed obiectum intellectus eſt ens. ergo non eſt obiectū uoluntatis. Secundo, auctore Ariſt. 2. Phyſi. finis habet unde moueat appetitū in ſe; at medium, nō habet in ſe unde moueat appetitum. ſed ſi ens eſt obiectum uoluntatis, cū medium ſit ens, habebit unde moueat uoluntatē. Tertio. magis bonum magis mouet uoluntatem, ut patet. igitur uolūtatis obiectū eſt bonū. Probatur conſequentia. Nam magis calidū, aut magis

Ariſto.

gis ſonorum, non magis mouet uiſum; qm̃ nõ eſt obiectũ viſus. Confirmatur. Nam magis bonum, etiam ſi ſit imperfectum ens, magis allicit uoluntatem: centum.n.ſcuta aurea magis inflammant uoluntatem, q̃ unus aſinus; & tñ aſinus eſt perfectius ens in genere naturæ. Præterea, appetitus eſt quædam inclinatio naturæ: ſed inclinatio naturę non eſt in perditionẽ ſui: ergo nõ eſt in malum. Item, vniuerſæ res operãtur propter aliquem finem, ut dictum eſt: ergo ꝑꝑ bonum aliquod: finis.n. eſt bonum & optimũ, cuius gratia aliquid fit. Vltimo, uniuerſæ res quando conſequuntur id, quod cupiebant, delectantur, & quieſcunt: ergo cupiebant bonum. Probatur conſequentia. Nam quies & delectatio non eſt niſi de bono. Iſtæ rationes quas commemoraui, magna ex parte ſunt acceptæ ex D. Th. 3. contra gentes c. 3. & 16. & 17. quibus in locis hanc materiam tractat D. Th. optime.

D. Th.

Argumentorum ſolutio. Ad primum.

Ad argumenta: & quidem ad primam reſpondetur, ꝙ ille peccat ex malitia; non qui uult malum, ſub rõne mali: ſed qui peccat ex corruptione habitus, & ex lõga & inueterata conſuetudine, quem nec paſſio, nec ignorãtia impellit ad peccandum. itaq; qui peccat ex malitia, non eligit ſub ea rõne, ſm quam ſcit eſſe malum; ſed ſub alia, ſecundũ quam reputat ſibi eſſe cõueniens, uel delectabile, utileue. Et quẽadmodũ ipſe homo ſi nihil boni haberet in ſe, nihil poſſet appetere: ita ſi ipſum obiectum non haberet aliquam rationem boni, nullo modo appeteretur.

Ad confirm. Ad confirmationem dicendum eſt, quod probatio non recte procedit, & ſic neganda eſt conſequentia: ſtat enim quod quis cognoſcat furtum eſſe malum, & tamen pecuniam eſſe bonum utile. & ſic poteſt uelle furari, & operari contra conſcientiam.

Ad ſecundum. Ad ſecundum reſpondetur tripliciter, ꝙ bene põt quis velle alteri malum, ſub ratione mali; ceterum ſibi nequit velle malum, ſub ratione mali. Hæc ſolutio videtur falſa. Nam obiectum uoluntatis eſt bonum: ergo nec ſibi, nec alteri poteſt quis uelle malum, ſub ratione mali: ſicut ex eo ꝙ obiectum uiſus eſt color, recte concluditur, ꝙ uiſus non poteſt ferri, niſi in coloratum, uel in id, quod participat rationem coloris. Secundo reſpondetur, quod in obiecto potentiæ gemina ratio formalis reperitur qua refertur ad potentiam. una eſt ratio cõmunis, quæ mouet & allicit ipſam potẽtiam. altera eſt ratio, quę terminat ipſã operationem, a qua operatio ſortitur ſpeciem. v.g quãdo videmus album, prima ratio, quæ mouet, eſt coloratum: nam quidquid uiſus videt, ſub ratione colorati uidet; ceterum ratio, quæ terminat iſtam uiſionem, album eſt, ex quo obiecto, uiſio albi diſtinguitur ſpecie a uiſione nigri: non aliter in obiecto uoluntatis, ratio vniuerſalis, q̃ allicit, & mouet appetitũ, eſt rõ boni; ceterum in actu odij, ratio, quæ terminat, eſt malũ, ſub ratione mali, qua rõne diſtinguitur odium ab ita. Itaq; ut argumẽtum ſoluatur, dicendum eſt, quod quando quis odit alterũ, vult illi malum ſub ratione mali. i. vt extinguatur penitus: ceterum hoc totum refert in bonum ſuum, vt alius non ſit ſibi impedimento, ut non præripiat ſibi laudem. Tertio reſpondetur, quod odium reducitur ad nolitionem, & ad fugam: nam odiſſe alterum, eſt nolle illi bonum: ceterum nõ eſt impoſſibile, ꝙ ego alteri nolim beatitudinem; at impoſſibile eſt, quod mihi nolim beatitudinem. Doctiſſimus

Mag. Victor. Victoria aiebat, quod uoluntas poteſt ferri in malum, ſub ratione mali, ita quod totum hoc ſe habeat tãquam obiectum materiale; ſicut uolo amarum, uolo tormentũ; ſed uolo ſub ratione boni. itaque etiam malum ſub ratione mali, uolo ſub ratione boni, puta cum quis delectatur in peccato, ut offendat Deum, in hoc, quod eſt offendere Deum, inuenit delectationem; non tamen poteſt uelle malum ſub ratione mali: ſic ſane qui odit alterum, uult illi malum ſub ratione mali, ſed ut ſibi bonum ſit & commodum, prout iam explicatum eſt.

Ad tertium. Ad tertium reſpondetur, quod illi qui ſe interficiunt, ſine dubio appetunt bonũ: appetunt enim carere cruciatu, & ęrumna: carere autem malo, bonum eſt. Dæmones uero, qui appetunt offendere Deum; ut eum offendãt, appetunt ſub ratione boni: nã iudicant eſſe bonum blaſphemare eum, a quo tam magnum cruciatum habent.

Ad quartum. Ad quartum reſpondetur, quod uoluntas non poteſt habere actum extra ſuum obiectum. Vel dicatur, quod iam illud haberet aliquam rationem boni, nempe ut experiretur ſuam libertatem.

Ad confirm. Ad confirmationem reſpondetur, quod poſitis duobus bonis æque conuenientibus, abſque dubio poteſt uoluntas unum reſpuere, & alterum eligere ad experiendam libertatem ſuam: ceterum notandum eſt, quod ſemper experitur ſuam libertatem circa bonum, & ideo argumentum non concludit: ſed de hoc infra q. 13. arg. 6.

Ad quintum. Ad quintum reſpondetur, quod iniuſtitia nõ inclinat ad malum, ſub ratione mali: nã licet inclinet in furtum, inclinat tamen ſub ratione utilis, uel delectabilis. Et hæc ſolutio, argumento ſatis eſſe uidebatur, ſi nobis liceret ꝑ homines acutos, qui nodum (vt dicitur) in ſcirpo quærunt: non enim ſatis intelligunt, quomodo habitus iniuſtitiæ de ſe non inclinet ad malum, ſub ratione mali, cum habitus iniuſtitiæ de ſua ratione ſit malus, & obiectum eius ſit malum, ſub ratione mali, conſtringunturq; diſputare, num malum morale ſit priuatio, an uero aliqua natura poſitiua: ſed nobis uidetur non eſſe neceſſe in has anguſtias incidere. Dicendum namque eſt, habitum iniuſtitię de ſe inclinare ad malum, ſiue id ſit priuatio, ſiue aliquid poſitiuũ cõtra rõnem, ſiue deuiatio a regula. Dicendum eſt rurſum, uoluntatem, cum ex habitu iniuſtitiæ inclinatur ad furtum, inclinare in furtum, qua rõne malum eſt contra iuſtitiam, uel quatenus deuiat, & auertit a iuſtitia: nam etiam hęc priuatio, & deuiatio, uoluntaria eſt, ut potio amara uoluntaria eſt propter ſalutem: ſic peccator vult priuationem rectitudinis, & iuſtitię. propter bonum annexum. Colligamus ergo ex dictis, quod aliud longe eſt, actũ uoluntatis malum moraliter tẽdere de ſe in obiectum malũ morale, a quo ſpecificatur; aliud uero, ꝙ uolũtas feratur in malũ ſub ratione mali: primum.n. eſt uerũ; ſecundum falſum. qui ergo furatur ex habitu iniuſtitiæ vult malum, ſed ſub ratione boni delectabilis, uel utilis.

Ad ſextum. Ad ſextum reſpondetur, quod obiectum uoluntatis non eſt niſi bonum. Et ad argumenta contraria dico, eſſe differentiam inter intellectum, & uoluntatem, quod intellectus eſt potentia tum apprehenſiua, tum iudicatiua: quatenus apprehenſiua, apprehẽdit uerum, vel falſum; quatenus iudicatiua, aſſentitur uero, & diſſentitur falſo. ceterũ voluntas eſt potentia tantum appetitiua, quapropter motu proſecutionis ſemper fertur in bonum; at uero per fugam refugit malum. Item dicendum eſt, quod quando uoluntas eſt impoſſibilium, etiam fertur in obiectũ ſub ratione boni. Atq; etiam dicẽdum eſt, ꝙ in motibus primo primis, præcedit iudicium quoddam veluti naturale, & minime liberum Deniq; dicendum eſt, quod ſicut intellectus non poteſt aliquid apprehendere niſi ſub ratione entis; ita uoluntas nihil poteſt appetere niſi ſub rõne boni. Sed dicet aliquis, nolle eſt actus uoluntatis, & nolumus malum ſub ratione mali: ergo voluntas per ſuũ actũ poteſt ferri in malum, ſub ratione mali. Reſpondetur, ꝙ voluntas abominatur malum ſub ratione mali, quoniam eſt inſtituta ad volendum bonum, ſicut lapis abominatur locum ſuperum, quoniam ſuapte natura ad locum inferum deſtinatur. Secundo dico cum D. Th. 1 p. q. 20. ar. 1. quod obiectum primarium voluntatis eſt bonum, ſecundarium, eſt malũ: ſi enim horremus malum, eſt quia aduerſatur bono, ſi horremus mortem, eſt quoniam aduerſatur uitæ, quam tantopere amamus.

D. Th.

Ad ſeptimũ. Ad ſeptimũ rñdetur, ꝙ dãnatus poteſt conformare uoluntatem ſuã diuinæ, nolendo beatitudinem in particulari; ceterũ non põt uelle malum ſub ratione mali, etiã de potentia Dei abſoluta; qm̃ obiectum uoluntatis eſt bonum, & potentia non poteſt ferri extra ſuum obiectum.

Ad ultimũ. Ad ultimũ, cõcedo, ꝙ ſit aliquod obiectũ, circa qđ non poſſit uiator mereri, nec demereri, quantum eſt ex ſpecie actus: ſunt.n. neceſſarij actus, quantum ad ſpecificationẽ circa tale obiectum: poterit tñ eſſe meritum, uel demeritum, quantum ad exercitium actus, quod eſt liberum. Secundo dico, quod poteſt demereri nolendo malum, ſub ratione mali, apponendo malam circumſtantiam finis, ut vanæ gloriæ, atque adeo poteſt quis demereri appetendo bonum in cõi, apponendo malam circumſtantiam finis, vel temporis. & per hoc patet ad confirmationem.

Pro-

Solum exponitur, an voluntas ſemper feratur in bonū verum.

Proximum eſt, vt reuertamur ad examinandam ſecundam concluſionem D. Tho. in qua aſſerit, ꝙ voluntas nō ſemper fertur in bonum verum, ſed aliquando fertur in bonum apparens, quod re vera bonum non eſt. Ex hac ſententia deduci videntur grauiſſima incommoda.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum voluntas ſit tantum finis, an etiam eorum quæ ordinantur ad finem.

ARTIC. PRIMVS.

PRior Concluſio. Accipiendo uoluntatē pro ipſa potentia, voluntas fertur in finem, & in media ducentia ad finem. Quælibet enim potentia extendi poteſt ad ea, in quibus inueniri poteſt quocumque modo ratio ſui obiecti: vt viſus ſe extendit ad omnia, quæ participant quocumque modo colorem. Ratio autem boni, quod eſt obiectum voluntatis, inuenitur non ſolū in fine, ſed etiam in his, quæ ſunt ad finem. Ergo potentia voluntatis, non ſolum fertur in finem, ſed etiam in ea, quæ ordinantur ad finem.

Poſterior Concluſio. Si loquamur de volūtate, vt nominat proprie actum, ſic eſt finis tantum: quia ſimplex actus potentiæ eſt in id, quod eſt ſecundum ſe obiectum potentiæ: id autē quod propter ſe eſt bonum & volitum, eſt finis: vnde voluntas proprie eſt ipſius finis.

Prim. argu.

Nā in primis deducitur, ꝙ voluntas ſit peioris cōditionis, q̃ ſit appetitus naturalis lapidis: ſiquide appetitus naturalis lapidis ſemper ē ad verum bonū.

Secundum.

Prior cōcluſio.

Sequitur deinde, ꝙ obiectū noſtræ volūtatis nō ſit bonum, ꝙ ſit in rebus, ſed ꝙ ē in apprehenſione rationis: cuius cōtrarium aſſerit Ariſtot. 6. Metaph. text. 8. conſtituēs differētiam inter obiectum intellectus, & obiectum voluntatis; quod obiectum intellectus eſt in intellectu; obiectū uero uolūtatis ē bonū, quod in rebus eſt. Quod recte ſequatur, patet. Nam bonū exiſtimatum bonum, & quod non eſt vere bonum, tātūmodo eſt bonum, ſʒ rationis apprehenſionem.

Arist.

Tertium.

Tertio ſequitur falſum eſſe quod ab omnibus fere dicitur, hanc verſari differentiam inter potentias apprehēſiuas, & potentias appetitiuas, ꝙ illæ mouentur ex obiectis; quæ ſunt intra potentias, per aliquam rei ſimilitudinem, iſtæ uero mouētur, & trahuntur ad res, prout ſunt a parte rei. Patet ꝙ recte ſequatur. Nā ſi uoluntas non tendit in bonum, quod eſt verum bonum, ſed tantum ſʒ quod apprehenditur, & exiſtimatur, iam voluntas non trahitur ad bonum, prout eſt a parte rei, ſed prout repræſentatur ab intellectu.

Argumenta diluuntur.
Ad primum.

Ad hæc argumenta ſic ſatisfaciendum eſt. Nā primum dicendum, argumentum non recte procedere, & hic negādam eſſe conſequentiam. Non enim ſequitur quod lapis ſit melioris cōditionis, quam uoluntas: bonum enim qđ quærit lapis, eſt minimum bonum, & nullius fere momēti. Ruſus, lapis nō mouet ſeipſum, nec libere dirigit ſuas operationes; at uoluntas fertur in rationem boni vniuerſalis, per cognitionem finis, per deliberationem, & conſilium, quod eſt maximæ dignitatis, etiam ſi poſſit errare, propter errorem cognitionis. Certe ſi argumentum propoſitum efficaciter procederet, probaret ſubinde, bruta animantia eſſe melioris conditionis q̃ homo ſit: nam bruta animantia peccare non poſſunt, homo uero peccare pōt.

Ad ſecundū.
Quo modo bonū in rebus eſſe dicatur.

Ad ſecundum dicendum, quod bonum eſſe in rebus ipſis, dupliciter intelligi poteſt: tum, ut ſit uere in rerum natura, & hoc modo non eſt neceſſe, ut argumētum probat: tum uero quod quæratur in re, & non ſolum ut ſit in intentione, & hoc modo uoluntas ſemper fertur in bonū, prout eſt a parte rei, id eſt, vt habeatur in re, non ut habeatur in intentione. & ſic quando voluntas trahitur ad bonum apparens, & apprehenſum, etiam fertur in bonum ut habeat illud in re, & non tantum in intellectu, quamquam fallitur & decipitur intellectus, putans eſſe a parte rei, quod re uera nō e. Vel dicat Theologus (& hæc ſolutio eſt admodum notanda) quod motus voluntatis poteſt ferri ad bonum in communi, & poteſt referri ad bonum in particulari: ut cum quis uult diuitias ad ſuam beatitudine cōſequēdam, hæc uolitio poteſt referri ad beatitudinem, & poteſt referri ad diuitias. Dicendum eſt igitur, quod omni motus uoluntatis, ſi referatur in bonum in communi, ſemper fertur in uerum bonum: talis enim uoluntas, eſt motus naturalis, neceſſarius quantum ad ſpecificationē, inditus ab auctore naturæ: ergo ſemper tendit in uerū bonū, alioqui uoluntas ab auctore naturæ traheretur in malum. Ceterum, actus uoluntatis, reſpectu boni particularis, poteſt ſæpenumero tendere in bonum apparens, & ſic uoluntas dicitur fruſtari, quando per media quæ eligit, non conſequitur ſuum finem, quem intendebat. Ex quo conſequens eſt, quod intēdebat verum finem & bonum: nā bonum apparēs, & ſecvndum apprehenſionem, iam obtinuit. Ex quo patet quēadmodum obiectū voluntatis ſemp ſit verum bonū: immo ut dictū eſt in materia de beatitudine, volūtas in omni ope ſuo quærit verum & ſummum bonum quod eſt Deus. Verum eſt tamen. ꝙ hæc ratio veri boni numquam mouebit ad aliquod opus ſpeciale, niſi apprehendatur vt bonum, illi ſūmo bono conſentaneum, & cōtenens: & in hoc fallitur homo ſæpiſſime, iudicādo eſſe bonitatem veram, quæ re uera bona nōn eſt. Ex quibus etiā colligitur, quod ratio prima quæ mouet voluntatem, eſt vera bonitas, ſiquidem ipſum malum ſub ſpecie veri boni mouet voluntatem.

Notando ſolutio.

Poſterior

Ad tertium.

Ad tertium argū dicendum eſt, quod illa differētia veriſſima deprehenditur, ſi documenta prædicta in præcedenti ſolutione vera ſunt. Tantum de hoc articulo.

EXPLICATIO ARTICVLI.

HIc articulus continet explicationem Ariſtotelis, in 3. Ethic. c. 2 & cap. L. vbi conſtituit tres differentias inter electionem, & volūtatem. Voluntas, inquit, eſt tantum finis; electio, mediorū: ſicut intellectus eſt primorum principiorum; ſcientia concluſionum. Deinde, voluntas eſt etiā impoſſibilium: volumus enim non mori, quod eſt impoſſibile; electio vero eſt tantum poſſibilium. Ad ultimum, electio eſt tantum eorum quæ per nos aguntur; uoluntas uero etiam eſt eorum quæ per alios aguntur: uolumus enim diſputatorem vincere. atque hæc facillima ſunt.

Gaiet. obſcure loquitur.

Caietanus mouet hic neſcio quod chaos, & ponit, ꝙ duplicē habitudinem habet finis ad appetitum. cuius verba ego plane non intelligo: ſenſum tū arbitror me percipere: vult. n. dicere, ꝙ quemadmodum in intellectu aliud ē cognoſcere concluſiones propter principia: hoc. n. pertinet ad ſcientiam, cuius officium eſt concluſiones eruere ex principijs, & eas per principia demonſtrare; aliud vero in concluſionibus videre principia: hoc enim pertinet ad habitum primorum principiorum, quod eſt lumen naturale, illuminans prima principia: ſic in volūtate, uelle media propter finē, ad electionem pertinet; uelle aūt in medijs ipſum finem, nō ad electionem pertinet, ſed ad actū ſimplicem voluntatis, quæ nominatur voluntas: nemo. n. dicitur eligere ſanitatē in ipſis medijs, ſed medicinam eligimus propter ſanitatem. Hæc eſt ſubtilitas Domini Caietani, quæ fere a nemine intelligitur, ſed neq. oportet in eius explicatione amplius immorari.

Circa id quod D. Thom. dicit, quod ea quæ ſunt ad finem, non ſunt bona, neque uolitia propter ſe: & ideo voluntas non fertur in ea, propter ſe. poteſt dubitari. Nam obiectum uoluntatis eſt bonum, quod ſe extendit ad bonum utile, atque delectabile: ergo bonum utile atque delectabile eſt uolitum propter ſe a uoluntate. Sed eſt dicendum

cendum ad dubium propoſitum, quod eſt per ſe volitum bonum quodcunque vt diſtinguitur contra per accidens, id eſt, non per accidens volitum, ſed tamen non vt diſtinguitur contra per aliud: bonum enim vtile amatur propter aliud, ſed non amatur per accidens.

EXPLICATIO ARTIC.

Certe non eſt facile ad intelligendum, quemadmodum voluntas eodem actu feratur in media, & in finem. Vt ergo diligenter rem expendamus, quæritur, Vtrum voluntas, quando vult medium, eadē appetitiōe velit medium, & finem: ſicut D. Thom. pro cōperto habet in 2. & 3. aſſertione; an potius neceſſario debeat eſſe gemina volitio, vna, quæ verſetur circa finem; & alia, quæ verſetur circa media: ſicut ſentit Gregor. Ariminen. in 1. d. 1. q. 1. art. 2. Et videtur iſta ſecunda ſententia eſſe vera.

Prim. concl.

Vtrum voluntas quādo vult medium, velit illud eodem actu quo vult finem.

Secunda.

Greg. Arimin.

Prim. argu.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum voluntas eodem actu moueatur in finem, & in ea quæ ſunt ad finem.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Voluntas poteſt appetere finem, ſine eo, quod feratur in ea, quæ ſunt ad finem: nam finis eſt per ſe volitus.

Secunda Concluſio. Medium, vt medium, non poteſt voluntas velle, niſi ſub rōne finis: mediū enim, vt mediū, non eſt appetibile, niſi ꝓpter finem. Itaq. non contingit quod quis velit medium, vt medium, quin velit finem.

Tertia Concluſio. Manifeſtum eſt quod ſit vnus actus voluntatis, quo voluntas fertur in medium propter finē: vnus enim actus ē, quo volo medicinam propter ſanitatē: ſicut vnus actus eſt, quo video coloratum propter lucē.

Quarta Concluſio. Actu voluntatis quo fertur in finē; aliquando tēpore antecedit actum voluntatis, quo fertur in media: veluti cum quis prius voluit ſanitatem, & deinde deliberat de medijs. Idem prorſus contingit in intellectu: prius n. aſſentimur principijs, deinde concluſionibus.

Nam volitio finis, eſt cā volitionis mediorum: ergo nō pōt eſſe idem actus, volitio medij, & finis. Cōſequētia inde probatur. Nā nihil eſt cā ſui ipſius. Probatur antecedēs. Nam rō & cā, quare infirmus vult ſumere potionem amarā, eſt, quī efficaciter vult ſanitatem. Quod vero volitio finis, ſit cauſſa volitionis mediorum, ſatis abunde Gregorius probat. Nam finis eſt, gratia cuius cetera fiunt: ſed hoc eſt propter amorem finis: ergo amor finis, eſt cauſſa omnium aliorum. Tum deinde, nam finis in rebus agendis eſt veluti primum principium in ſcientijs: at pricipiū eſt cauſſa concluſionum. His accedit, nam nihil aliud videtur eſſe, medium eſſe volitū propter finem, niſi quod volitio vnius, ſit cauſſa alterius. Ex his putat Gregorius competenter probaſſe, volitionem finis, eſſe cauſſam volitionis mediorum, quod in primo argumento erat poſitum.

Secundum.

Deinde, ſicut appetimus media pp finē, ita aſſentimur concluſionibus pp principia. Sed aſſenſus concluſionū nō poteſt eſſe aſſenſus primorum principiorum, vt plane cōſtat: ergo volitio medij, non poteſt eſſe volitio finis.

Tertium.

Tertio, deſideramus aliquando medium, quando nihil cogitamus de fine; & rurſus aliquando volumus mediū propter finem, & deſinimus velle finem perſeuerante volitione medij: ergo ſunt duæ volitiones.

Vltim.

Vltimo eſt argumentum ducens ad inconueniens. Sequitur ex ſententia D. Tho. quod idem actus ſit volitio & nolitio, gaudium & triſtitia. Probatur hoc. Nam quando quem penitet delicti propter Deum, idem actus eſt circa medium, & circa finem, auctore D. Tho. at circa peccatū eſt nolitio; circa Deum eſt volitio. Item ſequitur, quod idem actus ſit intenſus & remiſſus: nam quando volo potionē amariſſimam, propter ſanitatem, volo ſanitatem intenſiſſime, potionem vero remiſſiſſime.

Prim. cōcl. volitio medij non ſemper eſt formaliter volitio finis.

Pro explicatione eſt prima concluſio. Volitio medij, non eſt ſemper formaliter volitio finis: quando enim quis pergit in D. Iacobum, & vult ambulare, non ſemper cogitat de fine. Item quando infirmus vult ſumere potionem, non ſemper cogitat ſanitatem: atq. adeo aſſenſus cōcluſionis, non ſemper includit formaliter aſſenſum primorum principiorum.

Secū. concl. Virtualiter volitio medij includit volitionem finis.

Secunda concluſio. Volitio medij, virtualiter includit volitionem finis: nam medium, vt medium eſt, nō habet aliam bonitatem, niſi eam, quam a fine mēdicat: ergo nō pōt mouere voluntatē niſi ſub rōne finis. Secdo, aſſenſus concluſionū dependet virtualiter ab aſſenſione primorū principiorū: ergo electio medij dependet virtualiter a volitionē finis. Probatur conſequentia. Nā ſicut ſe habet primū principiū in ſcientijs, ita ſe habet finis in moralibus. Tertio, qn̄ ægrotus deſiderat ſumere potionem, et qn̄ de ſalute nihil cogitat, illa volitio imperatur a præcedē ti uolitiōe, qua uoluit ſanari. ergo.

Tertia.

Tertia concluſio. Aliqn̄ contingit, quod p eūdē actū formaliter volumus mediū, & finem. ſ. qn̄ recordamur finis, & hēmꝰ iſtū actū, volo mediū pp finē. Probatur. Nam potētia eadē actione fertur I obiectū, & in rōnem formalem obiecti: ſicut viſus eadē viſione fertur in coloratū, & in lucidū, qm̄ lucidū eſt rō videndi colores: ergo eadē volitione voluntas pōt ferri in mediū, & in finē: nā finis eſt rō volendi medium. Secdo, eodē actu, & eodē amore diligo proximū pp Deum, qm̄ Deus eſt rō formalis, qua re ametur proximus: ergo ſi finis eſt rō qua re ametur medium, eodē actu amamus medium, & finē. Rurſus, in naturalibus idē eſt motus ad media, & ad terminum: ergo et in moralibus idem eſt motus in medium, & in finem. Vltimo, uolūtas noſtra pōt eadem uolitione ferri in diuerſa: poſſumus. n. eadem uolitione uelle furari rē Petri pretioſam, & illum occidere: ergo poſſumus eadē uolitione uelle medium, & finē, ad quē ducit mediū.

Tertia concl. Aliquando per eundem actum volumus finem, & media.

Quarta.

Vt vero hæc veritas accuratius intelligatur, ſciendum eſt, quod uarijs modis pt quis velle mediū pp fine. Primo mō, quod ex uolitione finis, cauſſetur uolitio medij abſoluti, ita quod in uolitione medij, non formaliter ponatur finis, ut uolo ſanitatē, & intelligo nō poſſe ſanari ſine potione: uolo ergo potionē. Secdo, quod ex uolitione finis uelit quis medium pp finē formaliter, ita quod in ſecunda uolitione ponatur hoc totum, Volo potionē pp ſanitatē. Tertio, cum ſimul iudico quod eſt bona potio ad ſanitatē, & ſimul uolo potionē pp ſanitatē: & in hoc tertio mō nō cauſſatur uolitio medij, ex uolitione finis, ſed finis eſt rō uolendi media. Et quod hoc ſit poſſibile, iā ſatis demonſtratū exiſtimo, & patet euidēti exēplo. Nā Deꝰ uult media pp finē; at exploratū eſt quod in Deo uolitio medij non cauſatur ex uolitione finis: falſum ergo eſt quod dicit Gregor. quod illa dictio, pp, dicat ſemper cauſſalitatem cauſſæ efficientis, ſed nonnūquā dicit rōnem formalē volendi. Sed & alio mō cōtingit, quod uelimus media pp finē, puta, cum ex uolitione finis præcedentis, cauſſatur volitio medij: nam cum uolo ire ad orandū pp Deum, poſtea uero uolo orare non cogitando de Deo, in omnibus his appetitionibus uolumus media pp finē, uirtualiter, ut probatū eſt. Sed in tertio modo, eodē actu uolumus medium pp finē apertiſſime & euidentiſſime, ut ſatis expoſitū eſt in tertia cōcluſione. & ſic iſta quæſtio non ſolum eſt ſpeculatiua, ſed etiam moralis: Ex hoc enim, quod uolitio medij eſt quodammodo uolitio finis, prouenit quod ſit bona uel mala a fine: ſi enim non eſſet aliquo modo uolitio finis, non eſſet qua re diceretur bona uel mala a fine. Argumenta uero Gregorij facillime ſoluuntur.

Diuerſis rationibus pōteſt quis velle medium propter finē

Argu. ſolu. Ad primum

Ad primum dicendum, quod quando in diuerſis temporibus uolo finē, & deinceps eligo media: tunc uolitio finis, eſt cauſſa uolitionis mediorum; ceterum qn̄ ſimul uolo mediū pp finē, uolitio finis nō ē cā uolitionis mediorū. Itaq. illa dictio, pp, non dicit cām uolitionis, ſed cām uolitu … qn̄ dici-

dicimus viſum videre coloratū propter lucem, nō eſt ſenſus q; ſint ibi duę viſiões, altera lucidi, & altera colorati, & ꝙ viſio lucis cauſſet viſionem colorati; ſed ſenſus eſt, ꝙ coloratum videtur ſub ratione lucidi: non aliter quando dicimus Deum amare creaturas ob ſuam bonitatem, non eſt ſenſus, ꝙ volitio ſuæ bonitatis, cauſſet volitioné creaturarum, ſed ſenſus eſt, ꝙ creatura amatur, eſt propter bonitatē diuinam. Secūdo reſpōdetur; quod volitio finis, eſt ratio volendi media: cōſtat autem idem eſſe rationē formalem ſui ipſius; ſicut ꝙ Deus ſit immutabilis, ratio eſt quia ſit æternus, cum tamen immutabilitas & æternitas Deo ſint idem.

Ad ſecundū. Prim. conc.

Ad ſcḋm rñdetur, quando prius aſſentimur principijs, & deinde cōcluſionibus, non ē idē aſſēſus quo aſſentimur cōcluſionibus ꝑ principia: cęterū quando ſimul aſſentior cōcluſionibus ꝓpter principia, eſt idem actus numero, qui ꝑtinet ad ſcientiam.

Ad tertium. Secun. concl.

Ad tertiū rñdetur, ꝙ quando nō recordamur finis, appetimus media propter finem virtualiter, ſicut expoſitum eſt.

Ad quartū. Caie.

Ad quartum reſpondet hic Caietanus, nō eſſe abſurdum, quod idē actus comparatus ad diuerſa ſit nolitio & volitio. verbi gratia. deteſtatio peccatorū ob Deum, nolitio eſt reſpectu peccati; reſpectu Dei volitio & amor. Idē dicit Capr. in 1. diſtin. 1. quæſt. 1. Sed licet iſti auctores cōcedāt, ꝙ idē actus ſit volitio & nolitio, nō tamen debet cōcedi, ꝙ nolitio, ſit volitio: ſicut licet phyſicus concedat quod idē motus ſit actio & paſſio, non tamen admittit, ꝙ actio ſit paſſio. Secunda ſolutio, ꝙ deteſtatio peccati formaliter eſt nolitio, & virtualiter includit volitionem: non eſt enim intelligendū, ꝙ quando ego deteſtor peccatum, mea voluntás feratur in duas res, in peccatū, per modum nolitionis; & in Deū, per modum volitionis: ſed fertur in unam rem ſub ratione alterius: ſicut quando viſus videt coloratum ꝓpter lucidum, nō fertur in duo, ſed in coloratum, ratione lucis. Similiter, quādo intellectus aſſentitur cōcluſionibus ꝓpter principia, nō fertur in duo, ſed in cōcluſiones, ratione principiorum. Ex hac ſolutione ſequitur ſolutio alterius incōueniētis. Nam quando appetim⁹ potionem amarā ob ſanitatem, nō eſt ibi volitio ſanitatis, & ideo nō eſt intenſa volitio. Caietanus in articulo dicit, ꝙ idem actus comparatus ad diuerſa, ſit intenſus, & remiſſus. Vide ꝓ confutatione argumentorum Capr. in 1. diſtinct. 1. quæſtio. 1. circa argumenta contra quartam cōcluſionem.

QVAESTIO IX.

De motiuo voluntatis, in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum voluntas moueatur ab intellectu.

SVMMA TEXTVS.

Probatiões D. Th. in hoc articulo rectiſsime ꝓcedunt, & ſunt efficaciſsimę. ſed oportet eas ad methodū argumentationis reducere, vt videat Theologus, quam efficater rem demonſtrent. Sit ergo prima concluſio.

In tm̄ aliquid indiget moueri ab altero, in quātū eſt in potentia ad plura. Probatio hui⁹ ſic ſe hēt. Nā oportet, inquit, ꝙ id, qđ eſt in potentia, reducatur ad actū per aliqd, quod eſt in actu: reducere autē ad actū id qđ eſt in potentia, eſt mouere: ergo id qđ eſt in potentia ad plura, oportet ꝙ moueatur ab altero.

Secun. concl.

Secunda concluſio. Dupliciter aliqua vis animæ inuenitur eſſe in potētia ad diuerſa vno modo, quantū ad agere, vel non agere. alio modo, quantum ad agendū hoc, vel illud. Hæc concluſio tantum commonſtratur exemplo. Viſus.n. quandoq. videt actu, quandoq. non videt, & quandoq. videt album, & quādoque videt nigrum.

Tert. concl.

Tertia concluſio. Vis animæ, quæ eſt in potētia ad agere, vel nō agere, & ad agendū hoc, vel illud, indiget mouente, quantū ad duo; & quantū ad exercitiū vel vſum actus; & quātū ad determinationē actus. Hęc concluſio ſequitur efficaciter ex prima & ſcḋa.

Quar. concl.

Quarta concluſio. Mouēs, quantum ad exercitiū actus, tenet ſe ex parte ſubiecti, qđ quandoque inuenitur agēs, quandoq. non agens; mouēs vero ad agēdū hoc, vel illud, tenet ſe ex parte obiecti, a quo actus ſpecificatᷣ, & determinatᷣ. Hæc cōcluſio nō ꝓbatur, ſed ſatis manifeſta ē exēplo iā adhibito de viſu. Viſus enim aliquādo videt, aliquādo non videt pro noſtra voluntate: quod vero viſio ſit albi, vel nigri, ex obiecto determinatur, & ſpecificatur.

Quin. concl.

Quinta concluſio. Voluntas eſt in potentia ad exercitium ſui actus, nec non ad determinationem proprij actus circa certam materiam: volūtas.n. aliquando vult, aliquādo non vult; aliquando vult hoc, aliquando illud.

Sexta concl.

Sexta concluſio. Voluntas, quantū ad exercitiū ſui act⁹, nō mouetur ab intellectu, qn potius ipſa volūtas mouet & ſeipſam, & ceteras oēs potentias ad exercitium ſuorū operum. Probatur ſic. Nam cū oē agēs agat propter finem, vt ſupra oſtēſū eſt, principiū oīs motionis ex fine ſumendum eſt. Et hic eſt ꝙ ars, ad quā pertinet finis, mouet ſuo imperio artem, ad quam pertinēt ea quæ ſunt ad finem: ſicut gubernatoria ars imperat nauifactiuæ, vt docet Ari. 2. Phyſi. Bonum autem quod eſt obiectū voluntatis, habet rationem finis vniuerſalis, & ideo ex hac parte volūtas mouet alias potentias animę ad ſuos actus: vtimur enim alijs potentijs cum volumus: nam fines & perfectiones omniū aliarū potentiarum, comprehenduntur ſub obiecto volūtatis, ſicut q̄dam particularia bona. Hoc idē cōfirmatur euidenti argumento. Nam ſemper ars, uel potentia, ad quā pertinet finis vniuerſalis, mouet ad agendum artē, vel potentiam, ad quam pertinet finis particularis, ſub illo vniuerſali cōprehēſus, ſicut dux exercitus q intēdit bonū cōe, ſcilicet, ordinē toti⁹ exercit⁹, mouet ſuo impio aliquē ex

EXPLICATIO ARTICV.

Arg. ſextā cōcluſionem. Primū arg. Ariſt.

Certe videtur, quod ſexta cōcluſio falſa ſit.

Nam ſæpenumero intellectiones & cogitatiões anteuertūt actum volūtatis, vt patet experientia: ergo uoluntas nō mouet ītellectū, quātū ad exercitiū operis. Scḋo, contradicente noſtra uolūtate, ſæpenumero recurrūt cogitationes, q̄ rapiūt nos ad diuerſa: ergo. *Secundum.* Tertio, *Tertium.* nihil ē uolitū, niſi prius cognitū, ut ē in ꝓuerbio: ergo neceſſario deberem⁹ uenire ad unū actū intellectus, q antecedat oēm actū uolūtatis, alit̄ erit abītio ī īfinitū. Nā ſi illud uelle anteceſſit aliud intelligere, & illud intelli-

telligere anteceſſit aliud velle, erit abitio in infinitum.

Quartum.

Quarto, intellectio nõ eſt efficienter a voluntate: tum quia eſt tñ ab intellectu, & a ſpecie intelligibili: tũ vero, quoniam actus voluntatis tãtum ſunt nolitio, & volitio: ergo voluntas non mouet intellectum efficienter ad intelligendum.

Quintum.

Quinto, voluntas non producit in intellectu aliquem habitũ, nec aliquã qualitatẽ inhærentem, nec ipſam intellectionem: ergo nõ mouet intellectũ efficiẽter. Probatur conſequentia. Nã de ratione mouẽtis eſt, quod producat aliqd ĩ paſſo.

Confir.

Confirmatur. Nam voluntas tãtum applicat potentias ad operandum: ergo nõ mouet potẽtias ad operãdũ. Probatur conſequentia. Nam applicatio, vt conſtat ex phyſica, non eſt cauſa per ſe, ſed per accidens.

Vltim.

Vltimo, ſi voluntas moueret intellectum, quantum ad exercitium operis, moueret etiam quantũ ad ſpecificationem, & directionẽ. Probatur ſequela. Nam aqua, quæ eſt in potentia ad pati, & non pati, & ad paſſionem, & ad talẽ paſſionem, ab eodem agẽte reducitur ad paſſionem, & ad talem paſſionem, nempe ab igne. Item viſus eſt in potentia ad videre, & non videre, & ad videndum album, & nigrũ; nihilominus tamen, ab eodem obiecto reducitur ad videndum, & ad tale obiectum videndum. Ergo voluntas quæ reducit intellectũ ad opus, reducit illũ ad tale opus, ac ſubinde mouet illum, quantum ad ſpecificationem.

Prim concl. Voluntas nõ mouet intellectũ in omnib. ſuis operibus.

In oppoſitum eſt ſententia D. Tho. In huius rei expoſitione eſt prima concluſio. Manifeſtum eſt quod voluntas non mouet intellectum in omnibus ſuis operibus. Hoc probant tria argumenta in principio poſita.

Secund. conc. Voluntas nõ mouet potẽtias animæ vegetabiles.

Secunda concluſio. Potentiæ vegetatiuæ non mouẽtur in omnibus operibus ſuis a voluntate. Patet. Nam potentiæ vegetatiuæ non ſubduntur libero arbitrio.

Tert. concl. Volũtas mouet oẽs potentias in operationib. liberis. Eccleſ. 15.

Tertia cõcluſio. Voluntas mouet intellectũ, quantũ ad exercitiũ in oĩbus operibus liberis, atq. adeo oẽs alias potẽtias ĩ opationibus, q̃ cõpetũt hoĩ, quatenus hõ eſt. Hoc ſignificat D. Tho. in prima cõcluſione articuli: loqtur.n. vt philoſophus moralis. Ad hũc modũ loqtur ſapiẽs Ecc. 15. Ab initio cõſtituit Deus hoĩem, & reliqt eum in manu cõſilij ſui, nẽpe in operationibus liberis. Sñia D. Tho. in hoc ſenſu expoſita, non tñ eſt vera, ſed & primum principium philoſophiæ moralis. Ex hoc principio inferunt Theologi, quod nemini imputatur peccatum, niſi volẽti. Rurſus, ꝙ peccata non iuſte vindicarentur, niſi voluntate fierẽt. Atq. adeo, ꝙ nulla eſt veritas, nulla laus, nullum p̃mium, niſi voluntate fiat: ex voluntate.n. omne malũ, & omne bonũ originem ducit. Quapropter voluntate ſola peccatur, & recte viuitur.

D. Aug.

Videte D. Augu. 1. retractationũ c. 9. de vera religione c. 20. & 1. lib. de libero arbitrio c. 12. 13. & 14. 16. 2. lib. c. 18. 3. lib. 1. & 3. Hęc ſñia conſtat euidenti experientia. Nam intelligimus, quando volumus; audimus, quando volumus; videmus, quando placet.

Vnde hẽat voluntas qđ moueat vniuerſas alias potentias ad operandum.

Sed dicet Theologus, vnde habet voluntas hoc imperium, vt vniuerſas alias potentias moueat ad operãdum ſuo arbitratu? Certe habet ex hoc in primis, quod eſt potẽtia libera, in qua libertas formaliter cõſiſtit, vt ſupra expoſitum eſt; ceteræ vero potentiæ ſunt liberæ per participationem, ex conſenſu voluntatis: & ideo nihil mirum ꝙ habeat hoc imperium ſuper omnes alias potentias.

Deinde ex alio capite demonſtratur, quod voluntas habeat hoc imperium. Nam voluntas reſpicit, tamquã obiectũ ꝓprium, bonum in cõi, & in tota ſua latitudine qđcumque ſit illud; ceteræ vero potẽtiæ reſpiciunt ad bona particularia, quæ cõprehenduntur ſub obiecto vniuerſaliſſimo voluntatis. Inde profecto habet voluntas, ꝙ moueat ceteras potentias: ſicuti rex, quoniam reſpicit bonũ cõmune Reipub. per ſuum imperium mouet prępoſitos, qui in ſingulis ciuitatibus præſit, & ius dicut. Hãc cauſſam amplificat mirabiliter D. Tho. in art. & varijs exẽplis adductis confirmat.

Vltim. cõcluſ.

tribunis, qui intendit ordinem vnius aciei.

Vltima cõcluſio. Intellect⁹ mouet voluntatem, quantum ad ſpecificationem, & determinationem ſui actus. Nã intellectus oſtendit voluntati ſuum deſiderabile, & pręſentat ei obiectum ſuum; obiectum autem ſemper determinat potẽtiam ſuam ad ſpecialem actum, & actus ipſe per obiectũ ſpecificatur, & determinatur. Itaq. intellectus tenet primas in oſtendendo, & proponendo; volũtas vero in mouendo, quantum ad operis exercitiũ. Ratio vero, quare intellectus primas teneat ex parte obiecti, hæc eſt; quoniam obiectum mouet determinando actum, ad modum principij formalis, a quo in rebus naturalibus actio ſpecificatur, ſicut calefactio a calore. Primum autem principium formale, eſt ens, & verũ vniuerſale, quod eſt obiectum intellectus: & ideo iſto mõ motionis intellectus mouet voluntatem, ſicut præſentans ei obiectum ſuum.

Voluntas hominis rex in regno, & primum mobile in vniuerſo.

Profecto, qđ eſt rex in regno, eſt voluntas in hoĩe. Et hinc prouenit, quod quando voluntas in aliquid propendit, vniuerſus homo cũ vniuerſis potentijs illuc trahitur: & ſicut primum mobile motu ſuo omnia alia corpora cęleſtia ſecum velociſſime rapit; ſic voluntas cũ efficaciter vult, ſecũ trahit vniuerſas alias potẽtias; intellectum, vt intelligat qđ ipſa vult; memoriam, vt recordetur; deſideriũ, vt illuc tẽdat; mẽbra exteriora, vt id quod cupit, executioni demãdent. Hinc ꝓficiſcitur, vt ſi quis conſenſu voluntatis amplectitur vitia, continuo efficiatur vitioſus; & ſi mundũ, mundanus; & ſi carnem, carnalis; & ſi ſpiritum, ſpiritualis; & ſi Deum, diuinus. Nam quod amplectitur uoluntas, totus ipſe homo amplectitur, & amat: & hoc ſatis eſt ut fiat talis, quale eſt id quod amatur: ꝓp qđ Propheta Oſeas c. 9. loquens de uitioſis hominibus improbis dicit, Facti ſunt abominabiles, ſicut ea quæ dilexerunt.

Oſeæ.

Sed libet aliã huius rei demõſtrationẽ adhibere. Ita.n. cõparatum eſt, ut effectus naturaliter cõſequant̃ ſuas cãs: ut quãto cãæ ualidiores ſunt, & efficaciores, effectus inđ ſubſecuti, ualidiores & meliores proficiſcuntur. Cũ ergo finis ſit prima cãrum oĩum: ipſe.n. eſt qui primum & præcipue mouet ceteras ad operandũ; cõſequens eſt, ꝙ ea uis animæ, q̃ habet pro officio finẽ uniuerſalem reſpicere, ex eius deſiderio & cupiditate cetera omnia moueat: hmõdi autem eſt uoluntas, ut ſuperius probatum eſt. Vnde eſt, ꝙ qui uehementiori cupiditate afficitur erga finem, uehementius moueatur ad media, quæ ſunt neceſſaria ad finis conſecutionem.

Quar. cõcl. Volũtas mouet ceteras potentias applicando eas ad operãda.

Quarta concluſio. Voluntas mouet intellectum, & ceteras potentias, quæ eius imperio ſubduntur, applicando eas ad operandum, nec hẽt aliã efficaciã.

Dupliciter res aliqua mouet aliam.

Pro cuius explicatione notandum eſt primo, ꝙ dupliciter unum mouet aliud. primo mõ, cãndo aliquid in paſſo, uel ipſum motum, uel aliquã qualitatem inhærentẽ: ſecundo mõ, applicando tñ potentiam producentem ad opus. Et iſte modus applicãdi in naturalibus, non eſt modus cãndi per ſe, ſed per accidens: qui.n. applicat ignẽ ad comburendum, non comburit, ſed ignis comburit. At in moralibus, omnia opera referuntur in uoluntatem applicantem, tamquam in primam & potiſſimam. Ratio huius eſt. Nam omnia opera moralia, & quantum ad uſum, & quantum ad exercitium, dependent a uoluntate applicante intrinſece, & etiam quantum ad modum. Certe in artificioſis magnam laudem meretur cã applicans, ut patet in coquo, & in argentario. Secundo noto, ꝙ potentiæ q̃ ſubducuntur imperio uoluntatis, ſunt in duplici differentia. quædam ſunt paſſiuæ tantum, ut ſunt potentia motiua, & potentia executiua paſſiua; aliæ ſunt actiuæ, ut ſũt omnes potentiæ, tum apprehenſiuæ, tum appetitiuæ.

Ariſtot.

Tertio noto, quod uoluntas mouet potentias paſſiuas, cauſſãdo immediate in illis motum. Hoc aſſerit Ariſt. 3. de Anima c. 10. cum dicit, ꝙ appetitus eſt potentia motiua ſecundum locum. Et probatur ratione. Nam potentia motiua paſſiua recipit in ſe motum, & non eſt aliud principium

cipium in quod reducatur ille motus, niſi in appetitũ: ergo. Scdo, Angelus p intellectũ, & uolũtate cauſſat motũ ĩ corporibus celeſtibus: ergo cõſimiliter p volũtate aĩa mouebit corpus ſuũ ĩn locum, ceteras vero potentias mouet volũtas tm̃, applicãdo eas ad opus. Hoc ꝓbãt argumẽta facta in principio, a quarto vſq. ad vltimũ. Ex his notationibus patet ꝗd dicẽdũ ſit, ꝑrquã ad vltimũ.

Solutio arg. Ad vltim.

Ad qd rñdetur, eſſe differẽtiã inter potẽtias naturales, & potentias q̃ ſubdũtur imperio volũtatis. Potẽtiæ.n. naturales applicãtur ad opus ex inſtinctu naturę; potentię vero liberæ applicãtur ad agẽdũ, vel nõ agẽdũ, ex impio volũtatis, vt cõſtat experiẽtia. Itaq. applicatio & vſus, eſt a volũtate; ſpecificatio vero opis, ẽ ab obiecto. Scdo dico, eſſe hoc ſingulare in actib' volũtatis, ꝙ req̃rãt duo mouẽtia. vnũ p modũ agẽtis; alterũ p modũ illuminãtis & dirigẽtis: nã volũtas ſeqtur formã apprehẽsã p intellectũ, & obiectũ eius ẽ bonũ apprehensũ p intellectũ. Dico tertio, ꝙ in oĩbus rebus naturalibus reptur, ꝙ potẽtia vt reducatur ĩ actũ, req̃rit geminũ motorẽ. v.g. aĩal qñ uidet, aut graditur, mouetur ꝗdẽ ab appetitu ad illũ motũ; ceterũ ꝙ motus ille ſit huius vel alterius ſpeciei, ab obiecto accipiẽdũ eſt. Similiter, qñ mouetur lapis in ſuũ locũ, generãs cauſſat illũ motũ; at uero, ꝙ motus ſit huius aut alterius ſpeciei, ex termino expẽdẽdũ eſt.

Quo intellectus moueat voluntatem. Prim. argu. D.Thom.

Eſt ſcda qõ: Quõ intellectus moueat volũtatẽ, an effectiue, & actiue, an potius p modum cãæ finalis, oſtendẽdo, illuminãdo. Et vr̃ primũ. Nã appetitus (auctore D.Tho.q.80.1.p ar.2.& 1.2.q.22.ar.3.) ẽ potentia paſſiua, & magis paſſiua q̃ intellectus. ita aſſerit D.Tho.in eodẽ loco. Sed intellectus vere patitur a ſuo obiecto, recipiẽdo ſpeciẽ: ergo voluntas vere patitur a ſuo obiecto, qđ eſt bonũ apprehẽſum p intellectũ. Ergo volũtas mouetur efficienter ab intellectu.

Secundum.

Scdo, ſubſiſtentia cõiũcta cãę, nõ uariat genus cãndi: calor.n. in eodẽ genere cãę cõcurreret, ſi eſſet ſubſiſtens p ſe, & ſeparatus, ſicut nõ concurrit, qñ ẽ cõiunctus, & eſt accidẽs. Sed Verbũ in diuinis ꝓducit efficienter amorẽ, qm̃ ꝓducit Spiritũ ſanctũ, ut docet fides. Ergo uerbũ intellectus noſtri, licet ſit accidẽs, ꝓducit amorẽ in genere cãæ efficientis.

Tertium.

Tertio, intellectus practicus mouet volũtatẽ efficienter: ergo ſemp intellectus mouet volũtatẽ efficienter. Cõſequẽtia inde ꝓbatur, qm̃ ſolus intellectus practicus mouet voluntatẽ. Probatur vero antecedẽs. Nã in intellectu practico reſidet prudẽtia, q̃ per ſuũ impiũ mouet volũtatẽ efficiẽter, & oẽs virtutes q̃ ſunt in volũtate: ſic adeo, ꝙ eſſet mõſtrũ & miraculũ, ꝙ prudẽtia imparet efficaciter, & nõ ſequeretur obedientia in volũtate.

Vltim.

Vltimo experientia cõſtat, nobis incuti timorẽ, aut triſtitiã, ex malis ꝑſentatis p intellectũ; atq. ẽt gaudiũ ex bonis ꝓpoſitis p intellectũ, ẽt nobis nõ cõſentientibus, ſicut ex ſenſibilibus, ſenſationẽ. Ergo experiẽtia conſtat, ꝙ intellectus mouet voluntatẽ efficiẽter. Probatur cõſequentia. Nã ſi hoc non eſſet, ſed diceremus appetitũ moueri ad ꝑsẽtiã appetibilis, non eſſet al qua rõ efficax ad ꝓbandum aliqd ab alio pati. Nã ego dicã idẽ de intellectu, reſpectu intelligibilis; & de ſenſu, reſpectu ſenſibilis; & de ligno, reſpectu cõburẽtis: nempe quod omnia hæc mouẽtur ad præſentiam ſuorum obiectorum. Itaq. ſumma huius argumenti hęc eſt.

Poſita notitia, ponitur volitio; non poſita, nõ ponitur, ergo notitia poſita, ponitur volitio; nõ poſita, nõ ponitur: ergo notitia efficienter cauſſat volitionẽ. Hæc ſunt argumenta potiſſima ad probandum, ꝙ intellectus moueat efficienter voluntatem. Alia minoris momenti adducit Capreol. in 2.d.25.q.1.

Capr. D.Thom.

In oppoſitum eſt. Nã D. Th. in hoc articulo dicit, ꝙ intellectus mouet voluntatẽ, tamquã ꝑſentans ei obiectum ſuum, & 1.par. quæſt. 82. art. 4. conſtituens differentiã inter intellectum, voluntatem, quantũ ad motionem, dicit ꝙ voluntas mouet intellectum efficiẽter; intellectus vero mouet voluntatem in genere cauſſæ finalis, illuminando, dirigendo. Hæc queſtio eſt ualde difficilis. ſed in primis omittamus quoſdam Philoſophos, & Theologos, dicentes, quod voluntas in oĩbus opibus ſuis ſe habet mere paſſiue, qui referunt vniuerſam efficientiã in obiectum volũtatis, ita, ꝙ bonum ꝓducit volitionem, voluntate mere paſſiue ſe habente. Hæc ſñia eſt inſana. Volitio.n. ſuapte natura eſt actio: ergo neceſſe eſt ꝙ ꝓcedat a principio intrinſeco vitali. Deinde omittamus alios qui dicunt voluntatẽ tm̃ cõcurrere ad ꝓducendã volitionẽ, & ꝙ intellectus p accidens ſe hẽt. Quare dicunt, ꝙ voluntas põt ferri in cognitũ. qua ſñia nulla eſt abſurdior. Eſt.n. primũ principiũ in philoſophia morali, ꝙ nil eſt volitum, niſi prius cognitũ. Scdo, primum principium eſt, ꝙ prudentia quæ reſidet in intellectu, nõ concurrat ad operationes virtutũ, quæ ſunt in voluntate per accidens, ſed p ſe. Tertio, primum principium eſt, ꝙ voluntas ſit appetitus rõnalis: appetitus aũt rõnalis in hoc differt a naturali, ꝙ ſequitur formã apprehenſam per intellectum. Vnde ſequitur ꝙ voluntas, ẽt qñ operatur naturaliter, atq. etiã qñ operatur vt natura quædam eſt, ſequitur formã apprehenſam per intellectum: vt videre eſt in myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis. Voluntas.n. quæ producit amorem diuinum, vt natura quædam eſt, producit per Verbũ. atq. etiã voluntas beatorum, quia neceſſario amat Deum, neceſſario amat bonum, prius apprehenſum per intellectum.

Variæ Theologorum ſententiæ.

Theologi, qui in hac quæſtione exponenda ſunt admittendi, habent varias opiniones. Quidam volunt, quod intellectus per bonum, apprehenſum efficiẽter mouet uoluntatem. Huius opinionis eſt Gregor. Ari. in 2. d. 24. q. vnica, concluſione 2. Gab. d. 25. q. vnica, dubio 3 Palu. in 4. diſt. 49. q. 5. ar. 1. Henric. quodlib. 12. q. 5. Capr. in 2. d. 25. q. 1. ar. 3. ſentit, quod intellectus uoluntatem mouet in genere cãæ finalis, & formalis, & nullo mõ in genere cauſſæ efficientis. Idẽ ſentit Ferra. 1. cont Gẽt. c. 44. & Victoria.

Gre. Arim. Gab. Palud. Henric. Capr. Ferrar. Victor. Caietan.

Caiet. 1. p. q. 80. art. 2. & infra q. 22. ar. 2. habet ſingularem ſñiam, dicens, quod in actu uoluntatis ſunt duo conſideranda. unũ eſt ipſa ſubſtantia actus: & nomine ſubſtãtiæ actus, nõ intelligit vniuerſam entitatem actus, ſed tm̃ genericã, & quidquid ſignificatur uoĩe volitionis. Eſt.n. cõpertum exercitatis in Dialectica & Metaphyſica, quod genus tm̃ ſignificat ſubſtantiam rei, & ideo prædicatur in quid; & dr̃ia ſignificat modum rei, & ideo prædicatur in quale quid. alterum quod debet conſiderari, eſt ſpecificatio actus, ꝙ ſit huius vel alterius ſpeciei. Dicit igitur Caieta. ꝙ intellectus nõ cõcurrit actiue ad ſubſtantiam actus voluntatis; ceterum ad eius ſpecificationẽ concurrit actiue.

Arg. Caietan.

Et probat bono argumento. Nã in appetitione volũtatis, eſt exercitium actus, & eius ſpecificatio: ergo habere debet cauſſam actiuã vtriuſq. Sed voluntas non eſt cã ſpecificationis actus; alias oẽs volitiones eſſent eiuſdem ſpeciei. Igitur ſpecificatio debet reduci in bonum apprehenſum per intellectum, tamq̃ in cãm efficientem. Quidã ex Magiſtris noſtris dicunt, ꝙ in voluntate eſt gemina volitio, naturalis, & libera. Ad liberam volitionem concurrit intellectus per modum cauſſæ formalis, vel finalis, & nullo mõ p modum cauſſę efficientis, ſed tm̃ oſtẽdẽdo, illuminando, dirigendo; ceterũ ad naturalem volitionem concurrit efficienter. qua de cã Verbũ diuinũ efficiẽter producit Spiritum ſanctum; atq. adeo voluntas nr̃a in motibus primo primis rapitur efficienter ab apprehenſione boni, ob eandem rõnem.

Expl. quæſt. Prim. concl.

Pro huius expoſitione eſt prima concluſio. Probabile eſt ꝙ intellectus moueat volũtatem in genere cauſſę finalis, vel formalis, & nullo mõ in genere cauſſæ efficientis.

Primũ arg. D. Thom.

Nã Ari. & D.Th. quotieſcũque loquũtur de mõ, quo intellectus mouet voluntatem, dicunt, ꝙ mouet per modũ cauſſæ finalis: ergo ita aſſerendũ eſt. videatur ſingularis locus D.Th. de verita. q. 22. artic. 11. ad 5. vbi dicit, ꝙ intellectus mouet voluntatẽ, non inclinans eã in id in quod tendit, ſed ſicut oſtendẽdo id, in quod tendere debet. plura ſcribit fere in hanc ſñiam de veritate, quæſtione 22. ar. 12.

Secundum.

Secundo, ad hoc quod volũtas operetur, ſatis eſt ꝙ bonum præſentetur voluntati p intellectũ, nec ad hoc requiritur alia efficientia. Nã nũmi ꝓpoſiti volũtati auari, continuo rapiunt eã: & tñ tm̃ concurrunt obiectiue, & nõ effectiue.

Tertium.

Tertio, ꝓpoſito bono voluntati, licet auferas oẽm efficientiã quã aduerſarij fingunt, adhuc voluntas ferretur in illud bonũ: eſt.n. impoſſibile, ꝙ uoluntas habeat ſuum bonum ſibi propoſitũ, & ꝙ in id nõ feratur: ergo non requiritur efficiẽtia ex parte intellectus.

Quartum.

Quarto, intellectus nõ ponit aliqd ĩ volũtate, qđ ſit prĩũ ad actũ volũtatis, aut uero quod ſit effectiuũ illius actus, vt de ſe patet: ergo non mouet efficiẽter uolũtatẽ. probatur cõſequẽtia. Nã eſt prorſus intelligibile, ꝙ intellectus moueat volũtatẽ efficiẽter; & quod nõ producat

Quintum. cat aliquid in ea. Quinto, volūtas eſt cā principalior volitionis: ergo ſi bonum apprehenſum concurrit effectiue ad volitionem, vel cōcurrit tamquā forma, vel tamquam inſtrumentū, non tamquam forma: forma.n. dēt eſſe coniuncta operanti; bonum uero apprehenſum eſt in alia potentia, non tamquam inſtrumentum: nam inſtrumentum mouetur a principali agente; at bonum apprehenſum nō mouetur a voluntate.

Sextum. Sexto, ſequeretur ex oppoſita ſententia, quod voluntas in omnibus operibus ſuis non eſſet libera: nam bonum apprehenſum, & appetibile, eſt agens naturale: ergo ſi bonum apprehenſum mouet efficienter voluntatem, mouet naturaliter, & non libere.

Septimum. Septimo, volūtas mouet intellectum efficienter, vt ſupra demonſtratum eſt: ergo intellectus non mouet voluntatem in eodem genere cauſſæ; alias in eodem genere cāæ idem eſſet mouens, & motum, quod eſt abſurdum.

Secund. cōc. Scda Concluſio, Probabilis mihi videtur oppoſita ſententia. ſ. ꝙ intellectus mouet volūtatem in genere cāę efficientis. Et idē aſſerendū eſt de bono apprehēſo, ꝙ moueat voluntatem efficienter. Probatur. Nā licet argumenta q̄ fecimus, ꝓ prima concluſione, nō ſint contemnenda: præ illis tñ quæ ſunt poſita in principio q̄ſtionis, nō ſunt magni momēti. Scdo, repeto illud argm̄ quod feci in principio q̄ſtionis. Nam qñ quęritur, an intellectus moueat efficienter voluntatem, non quæritur de intellectu ſpeculatiuo: ſic.n. nihil mouet; ſed de intellectu practico: iſte vero intellectus ſemper mouet efficienter voluntatem. Prudentia.n. quę reſidit in hoc intellectu, per ſuū imperiū efficaciter rapit voluntatem, & virtutes quæ ſunt in volūtate. Confirmatur. Nā ſtante imperio efficaci ex parte intellectus, nulla reſtat libertas in voluntate ad contradicēdū, vt infra dicetur. Ergo ſignum eſt euidentiſſimū, ꝙ imperium intellectus rapiat efficaciter volūtatem Quod ſi aliquis dicat, ꝙ hoc imperium habet efficaciam in mouēdo ab ipſa voluntate (prudentia.n. eſt virtus moralis, q̄ in ſuo opere dependet a voluntate) Rñdetur, ꝙ licet imperiū aliqn ſit efficax ex volitione, quæ mouet intellectum ad tale imperium; nihilominus tñ cum non ſit abitio in infinitum, neceſſario deueniendum eſt ad vnum imperiū intellectus, anteuertens oēm actionem voluntatis, qđ ſecum efficaciter rapiat voluntatem.

Ad argum. Pro prim. concluſ. Ad primum. Ad argumēta pro prima opinione: ad primum rñdetur, ꝙ bonum apprehenſū pōt dupliciter conſiderari. uno modo, prout eſt a parte rei, & ſm̄ hanc conſideratione mouet finaliter, & metaphorice; alio modo, ſm̄ quod eſt in intentione, & ut habet coniunctum imperium efficax intellectus: & ſm̄ iſtam conſiderationem rapit efficaciter volūtatem. Philoſophi qñ dicūt, ꝙ finis, & bonum apprehenſum mouent finaliter, interp̄tandi ſunt ſecundum primam conſiderationem.

Ad ſecundū. Ad ſm̄ reſpondetur, non eſſe ſatis ad hoc ꝙ voluntas operetur, quod proponatur ei bonum per intellectum: ſed p̄terea ē neceſſarium imperium efficax intellectus, qđ efficaciter moueat voluntatem. Secundo dico, ꝙ intellectus hēt duo officia; unum eſt, proponere uoluntati bonū & cōueniēs, ornando illud quantum poteſt, quēadmodum orator artificioſa oratione proponit laudes eius hoīs, quē vult laudare: & in iſto munere intellectus tm̄ concurrit finaliter, aut vero formaliter; aliud officium intellectus eſt, imperare uoluntati efficaciter: & in hoc officio intellectus cōcurrit efficienter.

Ad tertium. Ad tertium rñdetur, ꝙ ſine aliquo miraculo licet intellectus proponat uolūtati ſummū bonū, ſi non interueniat imperium efficax, nulla ſequeretur operatio uoluntatis.

Ad quartum Ad quartum rñdetur, quod ſi aliqd probaret, probaret ſubinde, ꝙ uolūtas non moueat efficiēter intellectū: cuius oppoſitum ſuperius ꝓbatū eſt.

Ad quintum Ad quintum rñdetur, ꝙ concurrit tamq̄ forma, qua mediante uoluntas ꝓducit ſuas operationes. nec oportet, ꝙ ſit cōiuncta forma operanti; ſed ſat eſt ꝙ ſit in eadem eſſentia animæ: hoc eſt proprium voluntatis, quod operetur per bonum apprehenſum ab alia potentia eiuſdem animæ.

Ad ſextum. Ad ſextum reſpondetur, quod motus brachi eſt liber: qui tñ depēdet a motu cęli, qui eſt naturalis: motus enim recipitur in paſſo ad modum recipiētis. Secundo dico, ꝙ ſi ignis applicatus calefaceret, & calefaceret ꝓ libito meo, certe calefactio eſſet libera. Qm̄ igitur bonū apprehenſū dependet a uoluntate, & in applicatione, & in uſu, hinc ē quod cogitatio, & uolitio habent omnem libertatem.

Ad ultimū. Ad ultimum dicēdum, non eſſe incommodū aliquod, ꝙ idem ſit mouens, & motum, ad diuerſa comparatū. Voluntas mouet intellectū ex eo ꝙ applicat eum ad motū; intellectus voluntatem, imperando, ꝑcipiendo.

Quæ operatio intellectus requiratur ad mouendā voluntatem. Sed illud dubium explicādū eſt: Vtrum ad mouendā uolūtate ſufficiat ne ſimplex apprehenſio boni; an uero ſemper requiratur iudicium de rei cōuenientia & bonitate? Scot. Marſil. Scotus in 2. diſt. 6. & Marſil. in 2. q. 16. ar. 1. tenent, ꝙ ſimplex cognitio, & incomplexa, poſſit mouere uolūtatē ad agendum. Argumenta quibus vtuntur ad huius opinionis probationē, hæc ſunt.

Prim. arg. In primis, cognitio ſimplex pōt mouere appetitum ſenſitiuum: ergo & poteſt mouere uoluntatem. Conſequentia probatur ex eo, quia voluntas tantæ virtutis eſt circa ſuum obiectum, atq. appetitus ſentiens circa bonū ſenſibile Antecedens uero ꝓbatur in animalibus imꝑfectis, in qbus, auctore Ariſt. in 2. d. anima, tex. 20 & 27. & 29. Ariſtot. tātummodo eſt ſenſus tactus, in quo ſenſu nō pōt eſſe notitia complexa, neq. iudicatiua, cū ſenſus exterior non poſſit conficere ꝓpoſitiones; & tñ habēt ſuas appetitiones: nā qñ punguntur, dolent & contriſtant; qñ vero capiunt delectationem, dilatantur.

Secundum. Item pueri, & amentes habent ſuas appetitiones, qui neq. iudicant, neq. deliberant: cuius rei indicium manifeſtū eſt, ꝙ ſubito triſtantur, uel hilareſcunt. Ergo in his mouetur uoluntas ex ſimplici apprehenſione.

Tertium. Hoc idem comprobat euidēs rerum experientia. ſæpe.n. appetimūs cibum uel potum ex ſimplici apprehenſione, ut uidere licet in hoīe, qui ſūma fame cruciatur: is.n. appoſito cibo, continuo gaudet. Certe homo qui uelociſsime ſcribit, qui uult ducere omnem lineam, non iudicat quemadmodum quælibet linea ducenda ſit: citharœdus etiam qui tangit lyram, non iudicat ad omnem contactum, quem facit.

D. Tho. Quartum. Item D. Th. in 2. d. 24. q. 3. ar. 1. dicit, ꝙ in appetitu ſenſitiuo ſunt quidam motus naturales, qui non ſequuntur cognitionem, ſed naturalem cōplexionem carnis, & ideo non poſſunt uitari, & illi ſolum, ſecundum S. Tho. nō imputantur.

Quintum. Præterea uiſus pōt cognoſcere coloratū ſub rōne lucidi: ergo intellectus per ſimplicē apprehenſionē pōt cognoſcere bonum, ſub rōne boni, & illud præſentare uoluntati. Poterit ergo mouere uoluntatem ꝑ ſimplicem apprehenſionem.

Sextum. Item pōt argui. Nā ad ſuſpendēdum actum non requiritur iudicium: ergo neque ad agendum. Aſſumtum probatur. Nam ſi ad ſuſpendēdum actū, & ut ceſſemus ab operę, requiritur iudicium, conſequens eſt quod ad ſuſpendendum illud iudicium, requiritur aliud iudicium: & ſic erit proceſſus in infinitum.

Septimum. Præterea, pōt fieri argumentū de angelo peccante: uidetur.n. peccaſſe ex ſimplici apprehenſione; alias ꝑceſſiſſet error in intellectu angeli, ſi habuiſſet iudiciū. At error in angelo añ peccatū nulla rōne admitti pōt. Idē argumētū pōt fieri de primo pctō, qđ cōmiſit primus hō: uidetur.n. peccaſſe ex ſimplici rei apprehenſione. Si.n. prius iudicaſſet bonum eſſe comedere de ligno uetito, conſequēs ē ꝙ in illo añ peccatū error fuit, & defectus: qđ concedere ab oī uera Theologia alienū eſt. In huius rei expoſitionē eſt prima concluſio.

Prim. concl. Ad mouendam voluntatē requiritur iudiciū de rei conuenientia. Ad mouendā uoluntatē non ſufficit ſimplex rei apprehenſio; ſed requiritur iudiciū de conuenientia rei, & bonitate. Sic docet D. Tho. hic ſolutione ad 2. & in 2. d. 24. q. 2. art. 1. & Ariſt. de anima tex. 46. dicit, ꝙ intellectus practicus mouet uoluntatem ad agendum; non ſpeculatiuus. D. Thom. Ariſt. Certum aūt eſt, ꝙ intellectus ſpeculatiuus habet ſimplicem rei apprehenſionem, & cognitionē. & in 2. de Anima inquit, ꝙ ad ea quæ ſunt in apprehenſione, nos habemus, ſicut ad ea quæ ſunt in picturis, vbi terribilia nos non contriſtant. Idē ſi apprehenſio ſola ſufficeret, oīa eſſent æqualiter appetibilia, vel fugiēda: æqualiter.n. apprehenditur miſeria vt bona; beatitudo vt mala. Nā quantum ad apprehenſionem, nulla eſt differentia: audita enim hac enſiciatione, miſeria eſt bona: apprehendimus.n. miſerā ſub ratione boni & conuenientis. Sequitur rurſum, quod apprehendendo necem meam, triſtarer, etiam ſi nullum immineret periculum. Immo ſi ſola apprehenſio ſufficeret, homines ſe libenter interficerent, quia apprehendi hoc poteſt tamquam ſummum bonum. Item poſſumus facile comparare maximam delectationem:

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum voluntas moueatur ab appetitu ſenſitiuo.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio articuli ſic habet. Appetitus ſenſitiuus ex parte obiecti mouet voluntatem. Apertæ, planæq. ſunt probationes, quæ hic ab Auctore ꝓducuntur. Prima eruitur ex illo Iacobi cap. 1. Vnuſquiſque tentatur a concupiſcētia ſua abſtractus, & illectus. Non autem abſtraheretur quis a concupiſcentia ſua, niſi voluntas eius moueretur ab appetitu ſenſitiuo, in quo appetitu eſt concupiſcentia. Ergo appetitus ſenſitiuus mouet voluntatem. Subnectit Diuus Thomas, alteram probationem, non minus efficacem. Id (inquit) quod apprehenditur ab intellectu ſub ratione boni & conuenientis, mouet voluntatem ex parte obiecti. Sed paſsio, quæ eſt in appetitu ſenſitiuo, eſt in cauſſa, quod

nem: poteſt.n. quis apprehendere ſe eſſe Archiepiſcopũ Toletanum, aut Summum Pontificem. Præterea eo modo apprehendit homo cordatus, Bonum eſt me in puteum conijcere, atq. homo inſanus: at cordatus qui iudicat eſſe malum, non facit, inſanus uero facit, quia iudicat eſſe bonum. D.nũ ratio potiſſima qua re non põt quis nolle beatitudinẽ abſolute, ẽ, quia nõ põt apparere ſub ratione mali: ſmo illa ẽ una rõ, qua re beati non pñt nolle videre Deũ. At ſi ſufficit ad volẽdum aliquid, ꝙ per notitiam ſolũ apprehẽſiuã appareat bonum; & ad odiũ rei, ꝙ appareat malũ, non eſt dubium, quin poſſint formari tales propoſitiones apprehẽſiuæ, Beatitudo eſt mala, & miſeria eſt bona: oportet ergo vt ſit iudiciũ ꝺ bono ad volẽdũ; & de malo ad nolẽdũ. Sed numqd D. Tho. hoc alicubi dicit, aut inſinuat? Rñdetur, ꝙ D. Th. loquitur, ſicut philoſophus per hæc vocabula, intelligere, cognoſcere, apprehendere, q̃ ſunt cõia ad notitiã apprehenſiuã, & indicatiuã. Et certe clariſsime (vel ego ſũ cæcus) ſuã ſnĩam declarauit hic in ſolutione ſecundi.

Secunda cõ. Scḋa Cõcluſio. Ad mouendã voluntatem efficaciter, non ſufficit iudicium ſpeculatiuũ de conuenientia rei & bonitate: nam me diſputante de beatitudine, quod ſit ſummum bonum, non ſeqtur efficax volitio, quia intellectus ſpeculatiuus nihil mouet.

Tertia conc. Tertia Cõcluſio. Nõ ſufficit ad mouendam volũtatem iudiciũ practicum, qḋ explicatur his verbis: Beatitudo eſt ſũme appetenda, bonũ eſt ſequi virtutem: nã qſq; iudicat hoc eſſe bonum, at non oẽs ſequuntur uirtutem.

Quarta cõc. Quarta Concluſio. Satis eſt ad mouendam voluntatẽ iudicium practicum intellectus, quod explicatur his verbis: fac hoc, ama, dilige. de efficacia huius imperij infra q̃ſtione 17. Nunc vero ad argumenta ſatisfaciendum eſt.

Ad argum. ad primum. Ad primũ dicẽdũ, ꝙ hæc animalia imperfecta habent impfectũ iudiciũ, iudicãt, vel exiſtimant cibũ, vel calorẽ eſſe ſibi cõmodum, aut incõmodum, quo delectãtur, vel triſtantur. Certe Ari. 2. de Anima tex. 29. reliquit ſub dubio, an ne in animalibus imperfectis ſit tm̃ ſenſus tactus: ſed in 3. de Anima tex. 56. vbi tract. de motiuo appetitus, oĩno docet, ꝙ habẽt phãtaſiã, ſed indeterminatã. & ꝓbat, qa triſtitiã videntur hr̃e, & lætitiã. Vnde patet, ꝙ ſm̃ Ariſtõ. ſimplex apprehenſio ſenſus exterioris non ſufficit ad mouendum appetitum, ẽt ſenſitiuum.

ad ſecundũ. Ad ſm̃ argumentũ dicendum eſt, ꝙ ſicut pueri & amentes ſubito feruntur in ſua obiecta per ſuas appetitiones, ſic ſubito æſtimant aliqd ſibi cõmodum aut incommodum. Sed obſeruãdũ, ꝙ iudicium in præſentia appellatur apprehenſio, & æſtimatio alicuius rei, ſub rõne conuenientis, aut diſconuenientis; commodi, aut incommodi; non vero accipitur ꝓ enunciatione iudicatiua: propoſitiones.n. iudicatiuæ non inueniuntur in brutis. Sed & illud non ꝑtereũdum, quod iudicium apud Philoſophos morales ſumitur pro ſnĩa & decreto, qḋ ex deliberatione & cõſultatione dimanat. Verum in pñtia accipitur pro æſtimatione rei, ſub rõne cõuenientis, aut diſconuenientis: & tale iudicium inuenitur in pueris; & amentibus.

ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ commorati in argumento, iudicant eſſe bonum quod faciunt; poſtmodum vero in operis exercitio ſequuntur iudicium iam præconceptum, neq. requiritur qḋ de nouo iudicent.

ad quartum D. Thom. Ad quartũ dicendum, ꝙ nullus motus appetitus ſenſitiui eſt ſine imaginatione, vt clare dicit S. Th. in 2. diſt. 24 q. 1 ar. 1. ſed dñr illi motus naturales, qa licet ſint cũ imaginatione, non tñ ex ea cauſsãtur, ſed ex motu naturali, vel complexione carnis; vel ſi cauſſantur ex ea, nõ potuit ipſa imaginatio vitari.

Conradus. Conradus vr̃ exponere, quod tales motus præcedunt oẽm cognitionem intellectiuã, & rõnis deliberationẽ, & ideo non imputantur.

ad quintũ. Ad quintũ dicendum, ꝙ ſi intellectus ſpeculatiuus proponit voluntati bonum & cõueniens, volũtas non mouetur ad agẽdũ: nam (ut dictum eſt) intellectus ſpeculatiuus nõ ſufficit ad mouendã voluntatẽ.

ad ſextum. Ad aliud dicendum eſt, quod ad ſuſpendendũ negatiue, nõ requiritur aliud iudiciũ, quia hoc nihil aliud eſt, quã nõ agere, & ab opere ceſſare: ſicut.n. uoluntas, iudicante intellectu, bonũ eſſe diligere Platonẽ, eſt libera ad non diligendum; ita & poſtquam cæpit diligere, eſt libera ad non diligẽdũ, & ſic poteſt ceſſare ab actu. Si tñ haberet hanc volitionẽ, volo non diligere, oportet vt habeat iudicium, malum eſt diligere, & bonum non diligere. Vel dicito, ꝙ licet eſſet neceſſarium iudicium, non eſſet abitio in infinitum: nam deueniendum eſſet ad unum iudicium, quod haberemus ab auctore naturæ, vel ex ſẽſu, vel ex cõplexiõe naturali.

ad ultim. Ad vltimum, de angelo, dicunt Theologi, quod peccauit per inconſiderationem, & ideo non cogimur cõſtituere errorẽ in intellectu angeli ante pc̃tũ. Q̃uo aũt hoc ſit intelligendum, nõ eſt præſentis ſpeculationis: quãquã ego non arbitror eſſe incõmodum aliquod, concedere ꝙ angelus in eodem inſtãti, in quo peccauit, habuerit errorẽ practicum in intellectu: errant.n. oẽs qui operantur malum, & oĩs prauus eſt ignorans. Neq. ex hoc conſequens eſt, ꝙ fuerit error ante peccatum: nam error prædictus pertinet ad primum peccatum: cum.n. quis furatur, certe errat, neque tamen iſte error imputatur vt nouum, & diſtinctum peccatum. Sed de hoc alio in loco conuenientius diſputauimus, nunc ad ſequentem articulum progrediamur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Q̃uo mouea tur intellectus ad iudicãdum a paſſione appetitus ſenſitiui. Dvo dubia hic poſſunt eſſe. Primum, q̃uo ex paſſione moueatur intellectus ad iudicãdum: an hoc ſit mediate, hoc eſt ꝓpterea, quia ex paſſione ſequitur iudiciũ conuenĩetis in imaginatione, & ex hoc iudicio ipſius ſenſus ſeqtur ſimile iudiciũ in intellectu; an ẽt ĩmediate. Cauſſa variatione facta ĩ iudicio ſenſitiuo, inſurgente paſſione in appetitu, varietur iudicium in intellectu? Certe vtroq. modo paſſio variat iudicium. Et quidem de primo modo non eſt dubium: & ſic S. Thom. ponit in multis locis, infra quæſt. 77. art. 1. Secundũ autem modum ponit & in alijs locis. & fit hoc pacto, quia appetitus ſenſitiuus mutat animal totum: eſt.n. appetitus ſubiecti, & ex diſpoſitione varia ſubiecti aliqd apparet conueniens, vel diſconueniens, nõ ſolũ ſenſui, ſed ẽt rõni: Non ſolũ enim qui febri æſtuat, ſm̃ ſenſum iudicat eſſe conueniens bibere, ſed etiam ſecũdum intellectum, ẽt ſi ſenſus non iudicaret. Immo aliquando ex paſsione mouetur ad iudicandum id, quod non poteſt iudicare ſenſus, puta, poteſt moueri ad iudicandum quod eſt ſibi cõueniens, blaſphemare, vel odiſſe Deum; vel e cõtrario ex timore pœnarum ſenſibilium ad iudicandum, quod expedit dolere de peccatis. & iſti duo modi ſunt certi.

Q̃uo voluntas moueatur ab appetitu ſenſitiuo. Secundũ dubium eſt, An alio modo voluntas moueatur ab appetitu ſenſitiuo, quam per hoc quod variatur iudicium rõnis? puta, inclinando immediate voluntatẽ. Pro quo nota, quod uoluntas tripliciter põt mouere appetitũ ſenſitiuum: vno modo, cauſſando iudicium nouum in

imaginatione. verbi grã, cū hō timet pœnas inferni, p voluntatem mouet intellectū, & p intellectū imaginationē ad formandum aliqua phantaſmata pœnarum, ut ignis vrentis, vermis rodentis, & exinde ſequitur paſſio timoris in appetitu ſenſitiuo. Scdo modo, imperando paſſionem, per imperij effica ciam, ſicut ſcribit Ari. de viro forti, qui vidēs eſſe vtilem irā ad pugnādū, vult iraſci; & mulier cui placet mors viri, excitat dolorem appetitu ſenſitiuo ad exprimēdas lacrymas. Tertio modo, dato φ nihil iſtorū fit, ſed ſolū ex redundantia voluntatis in appetitū: ex triſtitia ēt volūtatis, naturali cōſequo ſequitur triſtitia in appetitu, & ex hoc quod aliqs deteſtatur peccatum, tamq̃ turpe, ſequitur verecūdia in appetitu. Quo oīno diſtinguitur a duobus primis modis. Nā ſtante apprehenſione de turpitudine peccati in ſenſu, ſi voluntas non deteſtaretur illud, non ſequeretur verecūdia in appetitu, & gaudēte volūtate de aliquo ēt nō delectabili, ſequitur delectatio in appetitu; & de triſtitia voluntatis de peccato ſpirituali, ſequitur triſtitia in appetitu ſenſitiuo, quæ non ſequeretur, niſi eſſet talis triſtitia in voluntate. Nō.n. eſt credendum φ ſolum ex voluntate redundet in appetitū aliqua paſſio per hoc, φ mutatur iudicium ſenſus: nam manente eodē iudicio, ſm diuerſos motus voluntatis, redundant motus diuerſi in appetitu ſenſitiuo. de qua re videndus eſt D. Tho. de veritate. q. 26. art. 3. ad 13. & ar. 6. ēt ad 13. Dubium ergo modo eſt, an iſto tertio mō, quo volūtas mouet appetitū per redundantiā, ēt appetitus moueat voluntatē, φ itaq. ceteris oībus paribus in ſenſu & intellectu, voluntas vnius inclinetur ad pecunias, pp paſſionem auaritiæ exiſtentem in appetitu ſenſitiuo; & volūtas alterius, qui non habet talem paſſionem, non inclinetur, uel non tantum inclinetur; breuiter, verum præter duos modos ſuperius poſitos, quibus appetitus ſenſitiuus poteſt mouere uoluntatem, immutando iudiciū rationis, detur alius modus quo appetitus moueat volūtatem. Et quidē a parte negatiua hæc ſunt argumenta. In primis S. Th. vbicunq. loquitur de motione voluntatis ab appetitu ſenſitiuo, non poſuit niſi illos duos modos. Patet hoc non ſolum hic, ſed infra q. 77. art. 1. & de veritate, q. 22. arti. 9. dicit, φ nulla creatura poteſt agere directe in ipſam volūtatem, vt eam qualitercumq. inclinet & ibidem ad ſextū ſcribit, quod appetitus ſenſibilis non mouet voluntatem, quaſi directe in voluntatem agendo, ſed ſolum ex parte obiecti, impediendo rationē. lege omnino D. Tho. in hoc loco, in quo dicit expreſſe, quod non aliter appetitus mouet, niſi ſicut ſi quis perſuaderet φ eſſet cōueniēs blaſphemare, vel aliud peccatum. Certe in artic. 5. huius q̃ſtionis ꝓ certo habet & euidenti, φ corpus nō imprimit directe in voluntate, & per conſequens neq. appetitus ſenſitiuus, cum ſit in corpore. Præterea, ſenſus non mouet intellectum, niſi ex parte obiecti: ergo neq appetitus ſenſitiuus mouet uoluntatem, niſi ex parte obiecti. Ad hæc, ſi appetitus ſēſitiuus mouet volūtatē & trahit illā ꝑtē ſubiecti, ex redūdātia & colligatione, ſequitur, φ voluntas moueretur quātū ad exercitium ab alio quā a Deo, & a ſe ipſa. cuius oppoſitum dicit hic D. Tho infra art 6. Patet conſequentia. Nam D. Tho art. 1. huius quæſtionis, non ponit niſi duos modos quibus mouetur voluntas; vel ex parte ſubiecti, quātum ad exercitiū actus; vel ex parte obiecti, quātū ad ſpecificationē. Si ergo appetit' ſēſitiu' mouet volūtatē, alio mō q̃ ex parte obiecti, mouet illā quātū ad exercitiū actus. Profecto φ appetitus ſēſitiuus tm̃ moueat voluntatem ex parte obiecti, ad modum perſuadentis & allicientis, magis fauet nobilitati, & libertati voluntatis.

Ariſt.

D. Thom.

Pri. argum. D. Thom.

Secundum.

Tertium.

D. Thom.

obiectū appareat magis aut minus conueniens, pulcrum aut minus pulcrū. Ergo appetit' ſenſitiu', in quo paſſiones animi collocātur, mouet voluntatem ex parte obiecti. Id autem qūo fiat, exponit D. Tho. eleganter in primis. Quod enim aliquid videatur conueniens, ex duobus cōtingit; ex conditione eius, quod proponitur; & ex conditione eius, cui proponitur; neq. enim omnibus conueniūt. Vnde prouenit, quod uir iuſtus diuerſimode diſpoſitus, non eodem modo iudicat aliquid vt conueniens, vel vt diſconueniens. Propter quod Ariſt. dicit 3. Ethi. Qualis vnuſquiſque eſt, talis finis videtur ei. Manifeſtum eſt autem, quod per paſſionem appetitus ſenſitiui immutatur hō ad aliquam diſpoſitionem: vt cum iraſcit, excādeſcit; cū timet, friget, & refugit: Vnde ſecundū quod homo eſt in aliqua paſſione, videtur ſibi aliquid conueniens, quod non videretur extra talem paſſionem conſtitutō.

Sed cōtrariā ſ..... ꝓbāt nō minora argumenta. Primū arguitur ex euidenti experientia. Nā continuo atq. appetitus ſenſitiuus afficitur erga aliquam rem, afficitur ſubinde volūtas, & trahitur vt velit: quemadmodum ſi vxor, & filij vehementer cupiant rem aliquā, continuo trahitur vir in eandem ſententiam. Certe homines poſtquam recte ſeceru.... rectū iudiciū intellectus ſine quocumq. errore, ſi patiuntur paſſiones vehemētes, ſentiunt difficultatem in volūtate, & dato φ operentur contra paſſiones, tm̄ non operantur prompte & delectabiliter. Ex qua euidenti experientia non obſcure colligitur, quod voluntas trahitur ab appetitu ſenſitiuo, ex quadam colligatione & redundantia. Idem colligitur alio argumento. Nā ſi paſſio mouet tantum voluntatem ex parte obiecti p modum ſuadentis & allicientis, ſequitur quod quicunq; peccaret ex paſſione, neceſſario haberet iudicium erroneū in intellectu. Hoc tamen non videtur verum Nā ille qui rectum iudicat, poteſt contra conſcientiā peccare, & hoc ex paſſione incitatus. Sed & tertium argumentū hoc . perte conuincit. Nam ſi paſſio mouet voluntatem ex parte obiecti, mutando iudicium intellectus, & non alio modo, ſequitur, quod continentiæ habitus potius deberet conſtitui in intellectu ad rectificandum iudicium, quā in voluntate, poſtquā paſſiones nihil agunt niſi mutādo itellectū.

Quod ſi hæc argumenta leuia videntur, & minime rem demonſtrare, ex auctoritate maiorū pergā idē oſtendere. Certe D. Th. 1. p. q. 111. ar. 2. ſcribit in hūc modū: Volūtas, (inquit) mouetur ab interiori, a ſolo Deo; ab extriſeco vero mouetur ab angelo, per hoc quod pōt eſſe cā φ aliquid apprehendatur ab intellectu, & iubdit. Sed ꝑter hunc modum ēt voluntas mouetur ab extrinſeco. ſ. ex paſſione exiſtente in appetitu ſenſitiuo: ſicut ex concupiſcentia, vel ira inclinatur voluntas ad aliquid volendū, ſic ēt angeli poſſunt voluntatem mouere, cōcitando ſimiles paſſiones. loquitur propemodum in eandem ſnīam D. Tho. de veritate, q. 26. ar. 6. & 7. quibus in locis manifeſte declarat, φ appetitus ſenſitiuus non ſolum mouet voluntatē ex parte obiecti, ſed ēt ex parte ſubiecti, ex quadam redundantia & colligatione naturali. Sed hoc in loco tm̄ commemorat, quo modo appetitus ſenſitiuus moueat voluntatē ex parte obiecti: iſte.n. modus eſt clarior & manifeſtior.

Sed & ſancta ſcriptura nō obſcure inſinuat, quo modo appetitus carnis trahat voluntatem: huc enim pertinet illud quod dicit Paul. Roman 7. Sentio aliam legem in mēbris meis, repugnātem legi mentis meæ, & captiuum me ducētem in legem peccati. In quibus verbis explicat vim appetitus ſenſitiui, qua trahit ſecum voluntatem. Idem explicat in eo quod ſubdit, Infelix ego homo, quis me liberabit de morte corporis huius? grat a Dei per Ieſum Chriſtum, id eſt, gratia Dei, qui in carne damnauit peccatum, & ſic exauit appetitum meum. Idem elucidat Sapiēs cum inquit: Corpus quod corrumpitur, aggrauat animā, & deprimit ſenſum multa cogitantem. Sed & D. Iacobus idem ait, cum dicit: Vnuſquiſq. tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Hæc ſententia videtur mihi admodum probabilis, quam proinde libenter amplector. Ex ea tamen non ſequitur quod vehemētius moueatur qui habet paſſiones vehemētiores, ceteris parib. ex parte intellectus

Contraria ſententia ꝓbatur. Primum.

Secundum.

Tertium.

D. Thom.

Rom. 7.

Sap. 9.

tellectus

tellectus & voluntatis: nunquam.n. ſunt paria ex parte intellectus. Quia enim paſſio trahit ſecum voluntatem ex colligatione & redundantia, ſemper immutatur intellectus, non quidem in iudicio, ſed in imperio: paſſio.n. eſt in cã quod intellectus imperet efficaciter hoc vel illud eſſe faciẽdum, ſine quo imperio voluntas nũquã mouetur. Itaq. ſicut paſſio ex colligatione quã hẽt cũ voluntate, trahit ſecum voluntatem, ità trahit ſecũ intellectum, non vt ſẽper iudicet eſſe bonum id, ad qđ paſſio inclinat; ſed ut uel diſſimulando, vel in conſiderãdo imperet ſecundum paſſionem eſſe faciendum. Hęc de ſecũdo dubio dixiſſe ſufficiat.

Cõcluſio.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum voluntas moueat ſeipſam.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ſic habet. voluntas mouet ſeipſam in electione mediorum. Probatio eſt perfacilis. Voluntatis obiectum eſt finis, vt ſupra ſatis probatum eſt. Sed finis in rebus agendis ſic ſe habet, ſicut primum principium in ſciẽtijs. At intellectus per hoc quod cognoſcit primum, principiũ reducit ſe de potẽtia ad actũ circa cognitionem concluſionum, & hoc modo mouet ſeipſum: Ergo conſimili ratione voluntas per hoc quod vult finem, mouet ſeipſam ad volendum ea quæ ſunt propter finem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo ſolum contendit D. Thom. demonſtrare, quod voluntas quantũ ad exercitiũ mouet ſeipſam, in aliquo actu, hoc ẽ in electione mediorum. Vtrum uero in omni opere ſuo moueat ſeipſam, alia quæſtio eſt in ſequentibus articulis examinanda, ad quam diſputandam iam aggrediamur: nã in hoc articulo nihil eſt dubitandum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

MAgnum ingenium, planeq. diuinũ D. Tho. q cũ alia multa hoc articulo nos doceat, tũ illud pcipuũ, quo in oĩ opere nos non incipimus. Sed Deus qui donat nobis & velle, & facere, p ſua voluntate, ipſe eſt ex quo oĩa, per quẽ oĩa, in quo oĩa; ab eo principiũ opis, in eũ finis nrę opationis refertur, qppe q ſit Alpha & Ome. principiũ & finis. Id aũt quõ demõſtret diuinus Doctor, opæpretiũ eſt vt exquiſite explicemus.

A quo moueatur volũtas noſtra, & incipit velle. Arg. contra tertiã concl. D. Thom. Primum.

Quæritur ergo a pleriſq. & a nemine fere explicatur, A quo moueatur nřa voluntas, cũ vult finem, & cum incipit velle, qđ prius nolebat? Et quidẽ D. Tho. definit φ moueatur ex inſtinctu Dei mouentis, vt patet in tertia concluſione. ſed φ definitio ſit falſa, ſuadetur his argumẽtis. Principio voluntas pducit effectiue volitionẽ finis, ſicut volitionem mediorũ: ipſa enĩ eſt quæ vult finẽ, & media conſentanea ad finẽ. Ergo voluntas mouet ſeipſam in volitione finis: Cõſequentia vř nota, & antecedens probatur; qa volitio & amor finis, eſt operatio vitalis, quam anima nřa efficit per voluntatem.

Secundum.

Deinde, volitio finis eſt opatio libera quantũ ad exercitiũ actus, vt ex dictis ſatis patere exiſtimo. Ergo volũtas hẽt dominium huius operis; & ſic poterit amare & nõ amare, velle & nõ velle.

Tertium.

Præterea, volitio finis eſt uoluntaria: eſt.n. actus elicitus a voluntate: ergo eſt a principio intrinſeco, cũ cognitione finis. Nõ ergo oportet eã referre in inſtinctum exterioris mouẽtis.

Quartum.

Sed & illud argũ vrget. Nam hoc maxime differt inter bruta animantia, & homines, φ homines mouent ſe in finẽ; bruta animantia minime. dictum eſt hoc, & magna aſſeueratione confirmatum ſupra q. 1. art. 1. & 2. Voluntas ergo humana mouet ſe in finem. His accedit, φ ſi volũtas cũ vult finẽ, mouetur a Deo auctore naturæ, & ex eius inſtinctu & impulſu, ſicut lapis mouetur a generante, cõſequẽs eſt, φ talis motus ſit naturalis, & neceſſarius: qđ aſſerere, aperte falſum eſt. Nã aliqñ volitio finis eſt libera, & meritoria.

Quintum.

Iã uero opera uitæ quæ repetiuntur in animantibus, non tribuũtur generãti, neq. auctori naturæ, ſed animæ uiuenti, unde anima definitur, φ ſit principium vitę.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum uoluntas moueatur ab aliquo exteriori principio.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Voluntas, prout mouetur ab obiecto, ab aliquo exteriori principio mouetur. Hęc concluſio liquida eſt, neque probatione indiget,

Secunda Concluſio. Voluntas mouet ſeipſam, cum eligit media ad finem, in quãtum per hoc quod vult finem, reducit ſeipſam ad volendum ea quæ ſunt ad finẽ, mediante conſilio & deliberatione.

Tertia Concluſio. Voluntas cum vult finem, nõ mouet ſeipſam; ſed neceſſe eſt, vt voluntas moueatur in finem

Sed appetitio, & amor finis, eſt opus uiuũ: ergo in animã uiuentem eſt referendũ, nõ in auctorẽ naturæ. Certe oĩa opera uitæ Phyſici ſũma cõſenſione in animam reducũt; non in generantem, neque in auctorem naturæ. Hæc argumenta fiunt contra concluſionem D.Th.

Prima cõcluſio.

Secunda.

Impugnatur ratio D. Thom. Scot. Caietan.

Sed contra probationẽ, ad pbandum φ non recte procedat, arguit Scotus 1. quodlib. q. 21. & Dñs Caie. hoc in loco ẽt inſurgit. Probatio D.Th. ſic hẽt. Nã ſi uolũtas mouet ſeipſã cũ incipit uelle finẽ, mouet ſe p præcedẽtẽ uolitionẽ, & deliberationẽ. At in his deliberationibus non eſt proceſſus in infinitum: ergo deueniendum eſt ad unam uolitionẽ, ĩ qua uolũtas moueatur ex inſtinctu exterioris mouẽtis.

Tertia.

Prim. argu.

Hæc rõ vř inualida & friuola: poterit.n. qs dicere, φ voluntas mouet ſe cũ appetit finẽ, non p pcedentẽ volitionẽ, aut deliberationẽ, ſed quia ipſa producit uolitionem.

Secundum.

Deinde uoluntariũ (ut docuit S.Th.) eſt duplex. vnum qa eſt uolitũ; aliud, quia eſt in poteſtate uolũtatis. & hoc ſecũdo mõ actus quo uolũtas appetit finẽ, ẽ uolũtarius: vñ ex hoc φ prima uolitio finis nõ eſt uolita, non efficaciter pbatur, φ non ſit uoluntaria.

Tertium.

Præterea ad uolitionẽ finis ſufficit obiectũ pñs cũ ipſa uolitione: ſufficit (inquã) φ proponatur obiectum uoluntati ab ipſo intellectu, ut uoluntas uelit finẽ: ergo non oportet conſtituere motorẽ extrinſecũ.

Quartum.

Demũ, tota uis probationis S. Tho. in hoc conſiſtit, φ uoluntas non mouet ſe, niſi mediante cõſilio, uel mediante præuia alia uolitione: qđ S.Th. neq hic, neq. alibi probauit. Sed neq. Ariſt. quẽ D.Th. in patrociniũ ſuæ ſniæ hic pduxit, fauet placito D.Th. ſi attente legatur: nã in eo loco ſic ſcribit: Deus noſter, & qa auctor naturæ eſt, & quia creaturarũ intellectualiũ particularẽ prouidentiã gerit, mouet intellectum nřm, non ſolũ quantũ ad eas cognitiones, quas in exordio uitæ habemus, ſed ẽt quãtum ad alias, quas habemus in progreſſu tẽporis, quę in nobis inſunt abſq. præuio iudicio, aut deliberatione, quę a Deo nobis immittuntur. Vbi Ariſt. nũquam docet, φ uoluntas noſtra moueatur ex inſtinctu exterioris mouentis, ſed tñ hoc aſſerit de intellectu, & prima cognitione. Propter hęc argumenta Scotus, & alij Theologi, irrident quæſtionem huius articuli, & ueluti facilẽ, eã prætermittunt: exiſtimãt .n. φ uoluntas in appetitione finis mouetur ex obiecto; & intellectus ex pſentatione. cęterũ Ariſt. in hac qõne explicãda admodũ laborat, vñ fit, & vñ naſcatur, φ alꝰ ſit aptꝰ & inclinatus ad Philoſophiam; alius ad Medicinam; ad Poeticem alius. docetq. quod iſtę uarię hominum inclinationes a Deo proueniant, & proficiſcãtur ex inſtinctu diuinitatis. Quod ut diligentius exponatur, eſt prima concluſio. Voluntas mouet ſe in electione mediorũ. Na ea potẽtia mouet ſe ad opandũ, q̃ applicat ſe ſuo ſpẽe ad operan-

Prim. concl. Volũtas mouet ſe in electione mediorum.

 operan-

operandum. Sed humana uolũtas ꝑ deliberationẽ & cõſilium applicat ſe ad eligenda media. Ergo mouet ſe in electione mediorũ. Deinde, intellectus ꝑ aſſenſũ primorum principiorũ mouet ſe ꝑ diſcurſu aſſenſũ concluſionũ, ut experiẽtia cõprobatur. Ergo uoluntas per uolitionem finis mouet ſe ad uolitionẽ mediorum. Cõſequẽtia inde ꝓbatur. Nã quod eſt ĩ intellectu, aſſenſus primorũ pricipiorũ, eſt in uoluntate uolitio finis; & qd eſt ĩ intellectu diſcurſus, eſt in uolũtate electio mediorum. Preterea, in eo opere, quod uoluntas agit ſine deliberatione, nõ dicitur ſe mouere: nõ. n. dicimus ꝙ mouet ſe uolũtas, ut appetat uitam, aut ſalutem, quãm huiuſmodi appetitiões ſunt naturales, & inditæ a natura, ſed ĩ eo opere dicitur ſe mouere, qd agit mediãte cõſultatione & deliberatiõe. At in medijs eligẽdis vtitur cõſultatione & deliberatione. Ergo in electione mediorũ mouet ipſa uolũtas.

Obiectio. Sed argumentabitur aliqs contra ea quæ dicta ſunt. Nã omne quod mouetur, ab alio mouetur, ut ſcribit **Ariſtot.** Ariſtot. ſeptimo & octauo Phyſicor. Ergo uoluntas in electione mediorũ ab alio mouetur. Hoc ipſum confirmatur. Nã qd mouet, eſt in actu; qd mouetur in potẽtia. At impoſſibile eſt ꝙ reſpectu eiuſdem ſimul idẽ ſit in actu, & in potẽtia: ergo oẽ quod mouetur, ab alio mouetur.

Solutio. Vt hoc argũ confutetur, ſciendũ eſt in primis, nũq iam dixiſſe Ariſt. ꝙ omne qd mouetur, ab alio moueatur, ſed tñ docuit, ꝙ omne quod mouetur, ab aliquo mouetur. Illud etiam intelligendum eſt de ſuppoſitis per ſe ſubſiſtentibus, in qbus diſtinguitur pars per ſe mouens, a parte per ſe mota, debetque intelligi de motibus corporeis, qui uere & proprie motus ſunt; non autem debet extendi ad actiones ſpirituales, quæ re uera motus non ſunt, niſi tñ per methaphorã. In actionibus enim ſpiritualibus non verificatur defiinitio motus, quæ ſic habet: Motus eſt actus entis in potẽtia, Actio uero ſpiritualis potius eſt actus exiſtentis ĩ actu. Vel dicat Theologus, ꝙ uoluntas in electione mediorũ mouetur ab alio: mouetur. n. a uolitione finis: uoluntas. n. exiſtens in actu per uolitionem finis, mouet ſe ad eligẽda ea quæ ordinãtur ad finem.

Secunda cõ. Voluntas ꝓducit efficiẽter uolitionem finis. Secunda concluſio. Voluntas producit efficienter uolitionem finis: uolo dicere, quod cum uoluntas appetit, uel amat finem, ipſa eſt quæ amat finem, & cõcurrit efficienter ad actum amandi. Contrarium huius docet **Capr.** Capreolus in 1. diſt. 2. q. 1 ad 8. contra 5. concluſionẽ. Sed noſtra concluſio euidenter demonſtratur ex argumentis, quæ recitauis in exordio quæſtionis uſque ad quartum.

Argum. Sed in ꝓpoſitum Capreoli eſt argũ. Nam uoluntas eſt pura potẽtia ad primam uolitionem finis. Ergo neceſſum eſt conſtituere extrarium motorem, a quo reducatur ad actum: id. n. quod eſt in pura potentia, nõ ſe reducit ad actum.

Solutio. Ad hoc argũ dicendum eſt, quod licet uoluntas ſit in potẽtia formali ad primam uolitionem, id eſt actualiter careat illa; eſt tamen in actu uirtualiter: nam habet in ſe unde poſſit comparare primã uolitionem finis, ſi obiectum ei ꝓponatur: ſicut ignis per calorem habet unde ſe poſſit reducere ad actum combuſtionis, ſi ei cõbuſtibile applicet. Itaque maxime differt inter intellectum, & uoluntatem, quod intellectus ſic ẽ pura potentia, ut non poſſit reduci ad actũ, niſi ab obiecto recipiat ſpeciem; at uolũtas ſic eſt pura potẽtia, ut poſſit reduci ad actũ amãdi, propoſito obiecto ꝑ intellectum, abſq. eo ꝙ in ſe aliquid recipiat. Vel dicat Theologus, hoc argũ eſſe inualidum, & nugatorium: Voluntas mouetur ab alio, cũ primũ appetit finẽ: ergo nõ cõcurrit efficienter ad actum amãdi: brutum. n. efficiẽter cõcurrit ad appetitionem finis; mouetur nihilominus ex inſtinctu naturæ: & oculus efficienter producit uiſionem; at mouetur a uolũtate ut uideat: & intellectus efficienter ꝓducit aſſenſum fidei; ſed mouetur a Deo per illuminationẽ ſupnaturalẽ. Itaq. hæc duo nõ diſſident, ſed bene cohærent, Hæc potẽtia aut vis animæ ꝓducit efficienter talem actum, & mouetur ab alio, ſicut uice uerſa poteſt euenire, quod res aliqua moueat alteram, & non concurrat efficiẽter ad actum illius: ut uoluntas mouet oculũ ad uidendũ, at non concurrit efficienter ad actum uidendi: & uoluntas per piam affectionem mouet intellectum ad credendum, ſed efficienter nõ producit actũ fidei.

Tert. concl. Volitio finis libera ẽ, quãtum ad exercitium. Tertia cõcluſio. Volitio finis eſt uoluntaria & libera, quãtum ad exercitium operis: dũ enim hanc uitam uiuimus, omnis operatio humana libera eſt quod uel ſola experientia cõprobatur. Eſt n. ſitum in nrã poteſtate, uelle & non uelle, amare uel non amare. Vnde qñ Caietanus ad finem huius articuli ſcribit, ꝙ prima uolitio eſt naturalis, & non uoluntaria, nõ intelligit, ꝙ non ſit libera & uoluntaria in exercitio actus: ſed tantum intelligit, ꝙ non eſt uolitio ex præcedenti uolitione, neque cauſſatur per deliberationem & conſultationem.

Quar. concl. Voluntas in uolitione finis mouetur ex inſtinctu primi motoris. Quarta concluſio. Voluntas quando vult finem, nõ ſe mouet, ſed mouetur ex inſtinctu primi motoris. Hæc cõcluſio præcipue loquitur de fine ultimo, ſed etiã dicit uerum de alijs finibus particularibus, quos Deus ex diuina ꝓuidentia nobis ꝓponit ſine aliqua deliberatione, aut delectatione volũtatis, & ſine cõſilio & diſcurſu mẽtis noſtræ Perſuadetur ſic eſſe hiſce argumentis. Primũ oĩum, Tũc voluntas dicitur mouere ſe, qñ mediante conſilio & delibe-

ex iſtinctu alicuius exterioris mouentis. Hanc concluſionẽ ꝓbat D. Tho. ſecutus principia philoſophiæ. In primis ſtatuit, ꝓ certo, quod id quod moueatur, ab alio mouet, ex 8. Phyſic. Deinde aliud principium ſtatuit, ꝙ id, quod eſt in potẽtia, oportet ꝙ reducatur ad actũ per aliquid quod ſit in actu. His annectit, quod volũtas eſt aliquãdo in potẽtia volendi id, qđ prius nolebat. Ex qbus principijs concludit efficaciter, quod volũtas ab aliquo mouetur: manifeſtum eſt. n. quod voluntas incipit velle aliquid, cum hoc prius nõ vellet: oportet ergo ꝙ ab aliquo moueatur ad volendum. Et quidem ipſa uolũtas mouet ſeipſam, in quantum per hoc ꝙ vult finem, reducit ſeipſam ad volendum ea quæ ſunt ad finem; hoc autem nõ poteſt facere, niſi cõſilio mediãte. Cum enim aliqs vult ſanari, incipit cogitare quõ hoc conſequi poſsit, & ꝑ talem cogitationem peruenit ad hoc, quod poteſt ſanari per medicinam: & hoc vult. Sed quia nõ ſemper ſanitatẽ actu vult, neceſſe eſt quod incipiat uelle ſanari ab aliquo mouẽte. & ſi quidẽ ipſa moueret ſeipſam ad volendum, oportuiſſet, ꝙ mediante conſilio hoc ageret ex aliqua voluntate præſuppoſita, hoc autem non procedit in infinitũ: vnde neceſſe ẽ ponere, quod in primum motum voluntatis, volũtas prodeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouẽtis, vt Ariſt. concludit in quodam capit. Ethicæ Eudimicæ. Ex hoc ſeqtur, quod licet motus voluntarius habeat principiũ proximũ intrinſecum; primum tñ eſt ab extrinſeco. Probatio ergo D. Tho. ad ſyllogiſmi formam compoſita ſic habet. Volũtas mouet ſeipſam ad volendum ea quæ sũt ad finem, in quãtum per hoc quod vult finẽ, reducit ſe ad ea quæ sũt neceſſaria ad finẽ. Sed hoc nõ poteſt facere, niſi mediãte conſilio & deliberatione. Igitur ne ꝓcedatur in infinitũ, neceſſum eſt dicere vt in primum motum volũtatis ipſa uoluntas prodeat ex inſtinctu alicuius exterioris mouentis.

deliberatione applicat ſe ad operãdũ. Sed de fine nulla ẽ deliberatio, nullũ conſiliũ: nullus.n. ſanæ mentis deliberat, an debeat appetere ſanitatẽ, aut uitã. Ergo in appetitione finis, uoluntas non ſe mouet. Deinde, intellectus noſter in aſſenſu primorũ principiorũ nõ ſe mouet, ſed mouetur ab auctore naturæ, q illuminat oẽm hoĩem lumine rõnis naturalis. Ergo uoluntas in appetitione finis nõ ſe mouet; ſed mouetur ex inſtinctu primi motoris. Cõſequẽtia inde probatur. Nam finis ſic ſe habet in rebus agendis, ſicut primũ principium in ſcientijs & queadmodũ intellectus ſuapte natura eſt inclinatus ad aſſenſum primorũ prĩcipiorũ, ſic uolũtas ad appetitione finis. Ad hæc, tribuere inclinationẽ naturalẽ eius ẽ qui inſtituit naturã: qui.n. inſtituit naturam lapidis, tribuit lapidi inclinationem & pondus, ut in locum inferum deſcendat. Ergo inclinare uoluntatem in finem & bonum, Dei optimi maximi opus eſt, qui inſtituit, & condidit humanã volũtatem. Itẽ, deſcenſus lapidis ob id tribuitur auctori naturæ, qm̃ ex inclinatione naturali proficiſcitur. Sed appetitio finis oritur ex inclinatione naturali uoluntatis: ergo in auctorem naturę referenda eſt. Certe ſi in principio Deus nõ tribuiſſet nobis inclinationẽ in bonũ, ſed recẽter & de nouo nobis eã cõferret, ĩ Deũ reduceremur: ergo etſi dedit in initio, in Deũ referẽda ẽ. Itẽ ſi hæc inclinatio mala eẽt, Deo auctori tribueretur. ergo ſi bõa ẽ, Deo auctori tribuẽ da ẽ.

Concluſio. Ex his argumentis conuincitur, quod uoluntas noſtra non ſe inclinauit in bonũ; ſed Deus, ut auctor naturæ, dedit talem inclinationem, quam non habemus ex nr̃a deliberatione, non ex nr̃o cõſilio, nec eſt opus nr̃æ inuentionis; ſed nobiſcũ nata eſt, & indita ab auctore naturæ.

Sed dicet Theologus, prædictas rationes non omnino eſſe deſpicabiles; ſed nulla ex parte attingere, neq. declarare ꝓbationẽ D.Tho. probatio enim D. Thomæ alio modo omnino procedit, ut patebit conſideranti. Expenditur probatio D.Tho. Vt igitur probatio D. Tho. diligenter examinetur, ſciendum eſt, ꝙ finis non ſolum eſt cauſſa ipſius effectus, ſed eſt quodam modo cã ipſius agentis. Non enim finis concurrit ad effectum aliquem cum agente, ſicut aliud agens particulare, veluti duo ignes concurrunt ad vnum calorem.

Cauſalitas. Sed tota cãlitas finis eſt mouere agẽte ad operandũ, & ſolum per hoc concurrit ad effectum. & hoc ſupra ꝓbatũ eſt, ꝙ omne agens, agit pp finem. & qui hoc negaret, negaret aliquã cãm finalem eſſe neceſſariã. Si.n. non oporteret vt ædificator agat propter finẽ, vel moueatur a fine, ædificator poterit facere domum cum ſola materia, inducendo formam: quod eſſet corrumpere totam philoſophiã, cũ finis non ſolum ſit cã, ſed cã cauſſarum. Si ergo omne agens agit propter finem, agit ex appetitu finis: nihil.n. aliud eſt architectum agere pp finẽ, niſi agere ex appetitu finis. Illud ẽt animaduerſione dignum eſt, ꝙ mouere ſe ad operãdum, eſt aliquo mõ agere (loquendo de motione quantum ad operis exercitiũ) hoc.n. nihil aliud eſt, quã applicare ſe ad actũ, ſicut mouere lapidẽ, mouere baculũ. Ex his duob. principijs ſequitur in primis, ꝙ mouere ſe, eſt agere. Sc̃do ſequitur ꝙ ſi aliqua res mouet ſe, pp aliquem finem mouet ſe: mouetur enim a fine ad agẽdũ. Tertio ſequitur, ſi mouetur a fine ad agẽdum: ergo ex appetitu finis mouet ſe ad agendum. Quarto ſequitur, ſi mouet ſe ad primam volitionem finis: ergo ex appetitu finis mouet ſe ad illam, & non ex appetitu naturali, quia tunc non moueret ſe, vt patet de lapide, uel ẽt de bruto. Ergo ex appetitu animali, & ſic in voluntate ante primam volitionem erit alia uolitio: qđ eſt omnino impoſſibile: relinquitur ergo, poſtquam voluntas non poteſt ſe mouere niſi ex appetitu finis; ꝙ ad illum appetitum finis non moueat ſe; alioqui (ut D. Thomas bene deducit) eſſet proceſſus in infinitum. Hoc idem confirmatur. Nam non poteſt voluntas mouere quodcunq. aliud, niſi ex prę̃cedenti appetitione finis: ergo nec ſeipſam: nam quantum ad hoc nihil refert, utrum moueat ſe, uel aliud. Vis rationis. Tota ergo vis rõnis eſt in hoc, ꝙ omne mouens, mouet ex appetitione finis: hæc.n. eſt cauſſalitas cauſſæ finalis, & motor non incipit mouere, vel agere, niſi ex appetitu finis. Si ergo voluntas mouet ſe ad primã uolitionẽ: ergo mouet ſe ex p̃cedẽti appetitu finis, & ſic non eſt illa prima opatio. Fiat ergo argũ ſecundũ formã ſyllogiſmi hoc modo. Omne agẽs, agit pp finẽ appetitiuũ. Sed uolũtas mouendo ſe, agit: ergo iſte motus eſt ab ea, appetitu naturali, vel animali. Ex quo conſequens eſt, ꝙ ſi volũtas ſe mouet cum appetit finẽ, ꝙ talis motus ſit ab ea, vel appetitu naturali, vel animali ipſius finis. Sed non põt eſſe ex appetitu animali p̃cedẽti: nam ſic ſequitur euidens contradictio, ꝙ ante primã volitionẽ ſit alia uolitio: relinquitur ergo ꝙ appetitio finis fiat ex inſtinctu primi motoris. Sic ſane ſentiẽdũ eſt, & ſm̃ philoſophiã, & veritatem diuinæ Theologiæ. Ex hoc.n. principio educunt Theologi, ꝙ prima operatio angeli non potuit eſſe peccatũ, quia oriebatur ex inclinatione naturali, quã habuit angelus ex inſtinctu auctoris naturæ. Simili đ cã dicunt, ꝙ aſſenſus fidei Chriſtianæ non põt eſſe falſus, quia ad eum inclinat prima ueritas, quæ neq. fallere, neque falli poteſt. Ad idẽ facit illud Prouer. 21. Cor regis in manu Domini, quocũq. voluerit, vertet illud. Pro. 21. Simile eſt illud Eſa. 65. Inuentus ſum a non quærentibus me, palam apparui his qui me non interrogabant. Eſa. 65. Sed explicandũ eſt, quemadmodũ, qñ incipimus velle non ſolum vltimũ finẽ, in quẽ ab auctore naturæ inclinamur, ſed ẽt in alijs negotijs particularibus moueatur noſtra voluntas a Deo. Sentiunt.n. viri doctiſſimi, ꝙ nõ ſolum in prima volitione, quã habemus in exordio vitæ circa bonum in cõi, & circa finẽ ultimum humanæ vitæ, uerũ ẽt in prima uolitione, quã habemus de negotijs gerẽdis, moueatur noſtra voluntas ex inſtinctu primi motoris. Certe Ariſt. 6. Ethi. ad Eudemum circa finem docet, ꝙ ſæpenumero nobis nihil cogitantibus venit in mentem cogitatio efficax & impetuoſa, quæ ſecum trahit voluntatem, quam motionem non poſſumus nobis tribuere, neq. in noſtram inuentionem referre, cum de hac re nihil vnquã cogitauerimus: Ariſtot. neque uero poſſumus eam referre in ſubſtantiam angelicam, quæ non poteſt efficaciter mouere noſtram uoluntatem: unde talis cogitatio in Deum reducenda eſt. Eãdem ſententiam propemodum docet Caietanus 1. parte, quæſtione 82. articulo 4. circa tertium argumentum, & ꝓbatur per experientiam. Caiet. Nam ſæpenumero accidit, quod veniat in mentem cogitatio, aut deſideriũ rei, de qua nũquam cogitauimus, neque deliberauimus, neq. meminimus, & uoluntas fertur in rem illam impetu quodam & inſtinctu: ergo appetitio illa ex inſtinctu Dei mouentis prouenit. Cuius rei alterum argumentum habemus.

Nam uoluntas tunc ſe mouet, quando mediante conſilio & deliberatione ſe mouet, ut antea dictum eſt. Sed q deliberat, aut conſultat, nõ prius deliberauit; alioq in deliberationibus eſſet ꝓceſſus in infinitũ. Ergo deueniendũ eſt ad unam cogitationem, uel uolitionẽ, quã nõ referas in tuã deliberationẽ, ſed in Dei inſtinctũ, & motionẽ. Et certe hæc rõ, quæ eſt Ariſtot. in loco adducto, & D. Tho. in p̃ñia, concludit efficaciter, ꝙ qñ incipimus velle abſque præuio iudicio & abſq. p̃cedenti deliberatione, talis motio non ſit ex nobis, ſed ex ſuperiori natura. Sane quẽadmodum Deus, vt eſt auctor gratiæ, interdum mouet hominem ad fines ſupernaturales, de quibus nulla præceſſerat hominis cogitatio, iuxta illud ſuperius citatum, Cor regis in manu Dñi, quocũq. uoluerit vertet illud: & illud Eſaiæ, Inuentus ſum a non quærentibus me, palã apparui his qui me nõ interrogabãt: in quibus operibus hõ cognoſcit ſe mouere, ſed neſcit vnde illa motio originẽ trahat, iuxta illud Ioan. 3. Spiritus ubi vult ſpirat, & neſcis vnde veniat, aut quo uadat: nõ diſſimiliter quatenus Ioan. 3. Deus eſt auctor naturæ, mouet aliquãdo nr̃am voluntatẽ ad opera quædam, de quibus nihil antea meminimus. Et admonet recte Caietanus, ꝙ hoc efficit Deus, ut demonſtret particularem prouidentiam, quam gerit erga naturã intellectualẽ, & rõnalem. Vnde ſicuti primi motus cõſequentes naturã tribuũtur Deo auctori naturæ, ſic iſti motus & inſtinctus immittũtur a Deo, quatenus habet de natura intellectuali & rõnali peculiarem prouidentiam. Rectiſſime ergo & uetiſſime dixit S. Thom. ꝙ qñ uoluntas incipit uelle nõ ex præuia deliberatione, mouetur ex inſtinctu primi motoris. Solut. argu. Sed iã tẽpus eſt, vt argumẽtis in contrariũ poſitis ſatisfaciamus. Certe argumenta, q̃ uſque ad quartum proponuntur, tm̃ probant; quod noſtra uoluntas concurrit efficienter ad uolitionem finis: ex quo non ſequitur, quod ſe mouet ad illum, ut abundanter &

Ad quartũ.

copioſe probatũ eſt. Ad quartum dicendũ, quod homo mouet ſe ad conſequendũ finem: dirigit.n. media neceſſaria ad conſecutionẽ finis, in quo præcipue differt a bruto: ceterũ non ſe mouet in appetitione finis, ſed ab auctore naturę excitatur. Itaq; homo mouet ſe ad finẽ, non per actum quo vult finẽ, ſed per actũ quo refert & dirigit media ad finem.

Ad quintũ.

Ad quintum dicendũ, quod licet uolũtas moueatur ex inſtinctu Dei mouentis ad volendũ finem, non inde cõſequitur, quod illa volitio ſit neceſſaria, & minime libera. Deus.n. mouet vnũquodq; ſm conditionem propriæ naturæ; liberũ arbitriũ mouet libere; agentia uero naturalia monẽt neceſſario, & naturaliter. & nunc certum eſt quod Deus actualiter mouet meã voluntatẽ ad ſcribẽdũ; & tñ nõ neceſſitat. Prophetæ rurſus a Deo inſpirati loquebantur, ac libere operabantur. Itaq; inclinatio noſtræ uoluntatis in bonũ, quædã inſpiratio Dei eſt, quæ non aufert noſtrã libertatem. Illud tamen non eſt prætereundũ, quod Deus aliqñ illuminat, excitatq; noſtram voluntatem abſq; cõſenſu noſtræ voluntatis, & abſq; vlla libertate: unde inquit Augu. impoſſibile eſt quin viſis tangamur. Hos motus ſubitos, & corruſcationes inſtates, appellant Theologi motus primo primos: quos agnoſcit D Ambr. lib. 2 de Cain. c. 1. & lib. 1. de Iacob c. 1. & D. Aug. 3. lib. de libero arbitrio.

Not. Augu. Ambroſ.

Ad ſextum.

Ad ſextum dicendũ, ꝙ ſecundum conſiderationẽ phyſicam, uoluntas mouet ſe in finẽ: nam habet in ſe principium actiuũ illius actionis; at ſm cõſiderationem moralẽ, non mouet in finem. Nã tunc dicitur ſe mouere, qñ agit ex ꝑcedenti deliberatione, uel ex præcedenti appetitu finis, prout ſupra explicatũ eſt.

Ad rationes contra probationem D. Thom.

Ad primam.

Ad rationes quibus impugnatur probatio D. Th. dicendũ eſt. Nã ad primã dicitur, tãtũ probare, ꝙ appetitio finis ſit actus elicitus voluntatis; ceterũ non probare, ꝙ non proficiſcatur ex inclinatione naturali. Eſt.n. valde, & inter prima animaduertendũ, ꝙ licet appetere finem ſit actus elicitus a voluntate; tñ non eſt volũtarius, ſed naturalis: qñ non proficiſcitur a uoluntate applicante ſe ad volendũ; ſed Deus auctor naturæ inclinat & excitat voluntatẽ, ut velit finem ſuum.

Ad ſecundã.

Secunda rõ ſic cõfutatur, vt dicamus primã volitionẽ finis eſſe uoluntariã, quia eſt in poteſtate noſtra uelle & nõ velle, amare & nõ amare; ceterum ex hoc non ſequitur quod non ſit a Deo excitante. Rurſus ex hoc non ſequitur, ꝙ ſi voluntas moueat ſe ad illã, non debeat eſſe volita ex ꝑcedenti volitione: nã certe ſi volũtas mouet ſe ad eliciendã primã volitionẽ, iã prima volitio eſt uolita ex appetitione alicuius finis. & ſic bene concludit D. Th. ꝙ eſſet proceſſus in infinitum.

Ad tertiam.

Tertiam ſic refellito, vt dicas, ꝙ aliud eſt loqui de volitione finis; aliud eſt loqui de volitione, quatenus oritur ex uolũtate applicante ſe ad volendũ. Nã ad primã volitionẽ ſatis eſt uolũtas, & obiectũ ꝓpoſitũ per intellectũ: volitio n. nihil aliud eſt, q̃ actus voluntatis in bonũ; ceterum ad ſecundã oportet ꝙ uolũtas per ꝓpriã operationẽ applicet ſe ad volendũ finẽ. Cũ autẽ illa propria operatio ſit pp finẽ, neceſſe eſt dicere ꝙ prius vult finem, q̃ moueatur in illũ. Bene ergo concludit S. Th. ꝙ ſi voluntas moueat ſe in finẽ, mouet ſe per ꝑcedentẽ volitionem: & cũ non ſit procedere in infinitũ, neceſſum eſt deuenire ad vnã volitionem, quã habemus ex inſtinctu Dei mouentis.

Ad quartã.

Ad quartam rõnem dicito, rationem D. Th. efficaciter id oſtendere, vt ſatis probatũ eſt. Ad Ariſt. uero dicendum eſt, ꝙ pro eodem ualet reducere volitionẽ finis primã in Deũ auctorẽ naturæ, & intellectũ motũ a Deo auctore naturæ, ex qua motione ſequitur in uoluntate efficax uolitio finis: nam utraq; excitatio eſt a Deo, q eſt benedictus in ſęcula. Amen.

Quõmodo ex diuinis impulſibus dicantur homines bene ut maleſ fortunati.

Sed nõ erit ab re diſputare in præſentia, qũo ex his impulſibus, quos Deus animis noſtris imprimit, dicantur hoĩes bene fortunati, aut male fortunati. Quam diſputationẽ ſic aggredior, ut adhuc explicẽ diligentius, qũo mens noſtra & uoluntas ex inſtinctu Dei moueatur. ꝙ ſi longius diſputationẽ protraxero, boni & ęqui cõſulat lector: nã ex hac diſputatiõe doctior euadet, noſtramq; diligentiã non cõdẽnabit. Explicat hanc quæſtionẽ Ariſt. libro de bono fortunæ, & lib. de mundo, ad fi. & 7. lib. Ethi. ad eũdem, ad finem, & 2. magnorũ moraliũ c. 3. & 8. in Rhetoricis, & alibi ſæpenumero. Scotus in quodli. q. 21. In cuius rei expoſitionẽ primũ explicabo qd ſit fortuna; deinde quæ ſunt bona illius; ꝓximo loco in qbus inueniatur bona aut mala fortuna, vltimo vnde proueniat bona aut mala fortuna.

Ariſt.

Scot.

Quid ſit fortuna.

Vt igitur explicetur quidnã ſit fortuna, ſit ne oĩno aliquid, aut vero inane tñ nomen, ſciendũ eſt, in hac re explicanda Philoſophorũ variare ſñias, alijs qdẽ eã e medio tollentibus, & oĩum rerum certas ac definitas cauſſas reddere conãtibus; alijs oĩa fortuna fieri aſſerentibus; ſunt qui inter hos medij, neq; oĩa fortuna fieri aſſerant, neq; tñ nulla: quorum oĩum particularim nunc referre ſñias minime neceſſariũ arbitror. ſolum ſciat Theologus, hanc vltimã ſentẽtiã eſſe Ariſtotelicã, vt uidere eſt in 2. lib. Phyſi. ex cuius doctrina cõſtituuntur ſequẽtes cõcluſiones.

Prim. concl. Fortunã eſſe certum eſt.

Prima eſt: Fortunam eſſe, manifeſtũ eſt: quod probatur ex oĩum cõſenſu. Oẽs n. homines tũ docti, tũ indocti, incunctãter aſſerunt multa fortuna fieri. Idẽ confirmatur euidẽti rõne. Nã illa dicimus fortuna fieri, q̃ fiunt præter intentionem operantis: vt cũ agricola fodies terrã ut agrum coleret, inuenit theſaurũ: hunc euentum dicimus fortuitum, & eius cauſſam dicimus eſſe fortunã. Sed multa eueniunt ꝑter intentionẽ operantis, tum cõmoda, tũ incommoda, vt conſtat experientia. Vnde manifeſtũ eſt, fortunã eſſe.

Secun. conc. Fortuna ſecundum rẽ nõ diſtinguitur a natura neque ab intellectu.

Secunda concluſio. Fortuna re ipſa non diſtinguitur a natura, & ab intellectu, ſiue a propoſito voluntatis. Nam voluntas cõparata ad effectum per ſe intentũ, cauſſa voluntaria eſt, & libera; at cõparata ad effectum per ſe non intentũ, eſt fortuna. itaq; fodiens terrã eſt cauſſa p ſe agriculturæ; at reſpectu inuentionis theſauri, eſt cauſſa fortuita. Ex quo deſtruitur error paganorum, aſſerẽtium fortunã eſſe Deam. pp quod D. Aug. lib. 1. retractationum, c. 1. dicit non ſibi placere ꝙ tam ſæpenumero in ſuis libris nominauerit fortunam.

Tert. concl. Fortuna nõ eſt cauſſa totalis.

Tertia concluſio. Fortuna nõ eſt cauſſa totalis. Volo dicere, ꝙ nihil eſt tam fortuitum in rerũ euentu, cuius non ſit cauſſa certa, & definita, intendens illũ effectum. Vnde Plato rectiſſime dixit, nihil eſſe cuius ortum non præcedat cauſſa legitima. Aug. 5. de ciuita. Dei c. 9. adducit propemodũ eandem ſententiam ex Cicerone, quæ certe ueriſſima eſt. Omnis.n. effectus cadat ſub intẽtione primæ cauſſæ, & diuina prouidẽtia eſt ordinatus.

Plato. Augu. Cicero.

Reſpectu dei non eſt fortuna, nec fortuitus effectus.

Ex quo patet, quo modo de fortuna debeant loqui Doctores Chriſtiani. Nam reſpectu diuinæ prouidẽtię, nullus effectus eſt fortuitus, & nulla eſt fortuna, cum vel paſſer non cadat in terram ſine Dei prouidẽtia, & omnes capilli capitis noſtri numerati ſint. Ceterũ nonnulli effectus reſpectu primæ cauſſæ ſunt per ſe intẽti, qui reſpectu cauſſarum inferiorum ſunt fortuiti: quod explicat optime, & ſingulariter D Tho. 1. p. q. 116. art. 1. Quemadmodũ (inquit) ſi Dñs mittat eodẽ tẽpore duos ſeruos, vtrumq; ſeparatim, ea intentione ut ſibi fiant obuij, quã intẽtionẽ illis non patefecit, certe occurſus iſtorum reſpectu Dñi præuiſus fuit & prudenter ordinatus; at reſpectu ſeruorũ, fuit fortuitus. Ex his ſequ. ꝙ Deus non eſt fortuna, neq; debet appellari fortuna. ſiquidẽ nõ forte, neq; fortuito operatur, ſed omnia ſummo conſilio prouidentiæ ſuę gubernat & regit.

D. Thom. exemplum.

Quo modo fortuna ſit intelligẽda. Augu.

Quo modo autẽ fortuna ſit intelligenda, explicat Aug lib. quæſtionũ in Geneſim q. 91. & 1. retract. ca. & 1. de ciuit. Dei ca. 1. & ſuper Geneſim lib. 5. & ca. 21. & 22. Sequitur rurſus, quod hæc aduerbia, Forte, Forraſſis, ex more Sanctæ ſcripturæ ſępenumero ponũtur ꝓ rebus certiſſimis. Itaq; licet Deus videatur ſub dubio loqui, tãquã de re fortuita, tñ de rebus certis ab æterno definitis facit ſermonẽ. Huius conſuetudinis Diuinæ ſcripturæ varias reddunt rõnes ſancti Patres: Hieronymus ſup Ezechielẽ c. 2. & Hieremiæ c. 26. & ſuper Io. c. 3. & Matth. 21. Orige. hom. 16. in Numeros, Augu. in Pſal. 2. & in Io. tractu 37. Chryſoſtomus homilia 17. in Ioannẽ, & in Matthæum 78. & hom. 4. de patientia Iob. Theophila ſuper Lucam c. 20. Gregorius ſuper Ezechielem, homil. 9. Ambroſius lib. 5. de Fide ad Gratianũ c. 8.

Hierony. Orig. Aug. Chryſoſt. Theophil. Grego. Ariſt.

Sed ut ad noſtrum propoſitum reuertamur, Ariſto. 2. Phyſico. fortunam cauſſam per accidens eſſe, in his quæ ſecundum electionem alicuius fiunt gratia, ſtatuit. Idem indefinite eam eſſe inquit, hominibuſq; incertam: atque adeo ſi quis diligenter perpendat ea quæ ab Ariſt. de fortuna diſſeruntur loco nunc citato, inueniet profecto nihil aliud eam eſſe, quam priuationem quandam &

conſilij,

conſilij,& prudentiæ,ac omnino rationis inopiam. Neq; vero hoc modo fortunam aliquid eſſe, conſtituiſſe abſurdum uideatur,ſed rationi maxime conſentaneum, ex ijs quæ dicta ſunt aliquo modo conſtare poteſt, quamquam clarius ex ſequentibus intelligitur. Ceterum ipſam uel Deam facere,vel alio modo in cauſſarum numerum referre,aut omnino aliquid eſſe ſtatuere,præter omnem rationem eſſe uidetur. Atque hoc ipſum,& veterum pleriq; tũ Philoſophi,tum Poetæ ſignificare uoluerunt, dum ij ſam cæcam faciunt,inſanam,ſurdam. Sed operæpretium exiſtimo, horũ ſingula, quæ ab auctoribus tribuuntur fortunæ,quid ſibi uelint, diligentius examinare.

Cõditiones fortunæ explicantur. In primis, ꝙ mulier eſſe fingitur, & in lapide globoſo inſiſtere,ipſius mutabilitatẽ,& incõſtãtiã deſignat;Quod uero cæca,inſana,ſurda,temeritatem,& amentiam: neq; eñ quiſquã eſt q̃ ignoret mulieri incõſtantiã fere tribui. Sed & hoc ſenſui manifeſtũ,nullã figurã ſphærica uolubiliorẽ eſſe. Ceterũ (qđ ad inſaniã pertinet) id certe conſtat, ꝙ mentis,& rationis quædã ſit priuatio.& qm̃ uiſus,& auditus præcipui ſunt ad ſapientiã comparandam ſenſus,vt omnino nullus prudẽtiæ, aut rationi locus videretur reliquus,hos & ipſi ſenſus adimũt auctores. Atq;ex omnibus his manifeſte patet,non antea fortunæ locũ eſſe,q̃ ad eam ætatem ſit peruentum,qua rationis vſum homo iam habere incipit,& actionis compos redditur. Nam priuatio nõ tribuitur proprie, niſi quando ſubiectum aliquid natura ſua habere debet,& quod dicunt Phyſici, quãdo ſubiectũ eſt aptum,& natum habere,& non habet. Vnde lapidẽ nemo cæcum eſſe dixerit, nam viſum numq̃ habere debet. Et hæc in ea ſententia eorum quæ fortunæ tribuuntur,vis eſt,& ſignificatio. Ex quibus eruitur, hominis amentiam, conſilijque inopiam, aut fortunam,aut certe huius præcipuam eſſe cauſſam:qđ Ariſt. primo Metaphyſices euidenter declarauit,cum inquit:Experientia artẽ produxit;imperitia uero fortunam. Sed etiã Poetæ hoc ipſum explicarunt:nam Iuuenalis Satyrã. 10. ſic fortunam alloquitur; Ariſt.

Iuuenal.
Nullum numen abeſt,ſi ſit prudentia:ſed te
Nos facimus Fortuna Deam, cæloq; locamus.

Sed breui ratione oſtendamus, ꝙ fortuna ſit cauſſa per accidens,& ꝙ ſit prudentiæ,& conſilij inopia, & priuatio quædam. Effectus enim tunc dicitur fortuitus, & fortuna fieri,qñ eſt præter intẽtionẽ operantis: & ꝙ ſit præter intentionẽ operantis, & ab operante minime præuiſus effectus,ex inopia conſilij,& ꝓuidentiæ oritur. Vnde in Deo, qui omnia præuidet,regit,& ordinat,fortuna non eſt, neque aliquis effectus fortuitus reſpectu diuinæ prouidentiæ accidit,vt retro probatum eſt.

Quodnam ſit opus fortunæ. Sed fortunæ præmiſſa deſcriptione, deinceps quodnã ſit eius opus oſtendendum eſt: nã hoc in ſecundo loco ꝓpoſitum fuit ad explicandũ. Et quidẽ vulgus Philoſophorum inquit ipſã circumire quaqua uerſus,& his q̃dẽ facultates eripere;alijs largiri;rurſus ab eiſdẽ ſtatim auferre,& alijs dare:ſed oĩa hæc inconſulto,& temere facere, atque adeo parũ conſtanter,ſiquidẽ eſt cauſſa per accidens,& cæca,cõſilij & rõnis inops. Neque uero diuerſa ab his ſunt quæ Ouidius,lib. 5. Triſtium,fortunæ opera aſſignat,cum inquit;

Ouidius.
Paſſibus ambiguis fortuna uolubilis errat,
Et manet in nullo certa,tenaxq; loco.
Sed modo læta manet, vultus modo ſumit acerbos,
Et tantum conſtans in leuitate ſua eſt.

Ex his patere facile poteſt, quid ſit bona fortuna; quid uero mala:nam res fortuitæ ſunt,ex quarũ euentu, bono uel malo, fortunatos homines,uel infortunatos eſſe dicimus. Huius generis ſunt, proſpere nauigare, inuenire theſaurum,& his ſimilia.

Quod ut exacte intelligatur, dico primo, manifeſtum eſſe ꝙ ſit bona,uel mala fortuna:nam operanti ex propoſito uolũtatis ſuæ,aliquãdo accidit ingens bonũ; aliquãdo uero ingens malũ,præter eius intentionẽ, & opinionem. Quãdo euenit ingens bonũ, fortunatũ dicimus; quando malũ inexſpectatũ,infelicem & infortunatũ appellamus.

Deinde dico, ꝙ bona fortuna conſiſtit in duobus, tum, in conſequendo bonum;tum in fugiendo malum, præter operantis intentionem. Sunt qui dicunt fortunam etiam uerſari in his, quæ noſtræ poteſtati non ſubduntur: vt ꝙ homo naſcatur nobilis, pulcer: ſed hæc potius ſpectant ad caſum,quam ad fortunã: nam fortuna tãtũ habet locũ in his qui operantur ex propoſito,& electione. Vltimo dico,non eñ appellandum eſſe felicem aut fortunatum, cui ſemel atq; iterum res feliciter eueniunt, præcipue ſi non ſunt res magni momenti:nã,ut dicitur, una hirundo non facit ver. Neq; uero eum dicimus fortunatum,cui oĩa feliciter & fortunate cedunt præter eius intentionem:nã hoc ſecundum cõem curſum fieri impoſſibile eſt. Eum igitur appellamus fortunatum, cui plerumq; res accidunt fortunate atq; feliciter. Sed vt ad ultimã q̃ſtionẽ ueniamus(nã ceteræ omnes iam ſunt explicatæ) q̃ramus exquiſite; Quænam ſit cauſſa bonæ,uel malæ fortunæ: explicemus,quẽadmodum rerum fortuitarum cauſſa ſit Deus,ſit angelus, ſit cælum,ſit homo,deniq; ſit fortuna. Et quidẽ Ariſto. 1. Ethico. c.9. & libro de mundo ad Alexandrum ad finẽ,in ſũa hæc dicit, ꝙ ſi humana curant Dij, aut angeli, nemo dubitabit,hoĩes ab angelis inſtigatos ea facere ſæpe, quæ ſibi ſunt ignota, & improuiſa, ab angelis uero ſumma cognitione diſpoſita. Excitat angelus agricolam interno impulſu, vt fodiat agrum,in quo inuenit theſaurum;& id q̃dem quod agricolæ eſt fortuitum,angelo eſt præuiſum,& deſinitum. Hoc expendens Aug.5. de ciui.c.9.ſic ait: Nos fortuitas cauſſas,unde fortuna nomen accepit,non eſſe dicimus nullas,ſed latentes,quas tribuimus uero Deo, uel quorumlibet ſpirituum uoluntati. Non commemorat tantum ſpiritus bonos:nam & hos effectus,tam boni, q̃ mali efficere ualent:in his.n. omnia quæ poſſunt boni, poſſunt & mali;ſed differt ex fine. Nã bonorum finis eſt,hominẽ adiuuare;malorum uero eſt,hoĩem perdere. Quod uero Deus ſit cauſſa,pateſcit hoc exẽplo. Dormierat Pet. nihil cogitans qđ foris ageretur:excitatur ſubito,& ꝓpoſuit efficaci impulſu e domo exire:continuo atq; egreſſus eſt,ruit domus; felicem & fortunatũ omnes appellitant, quoniã cauit magnum periculum præter eius intentionẽ, & præuidentiã. Cuius rei cauſſam ſi a Philoſopho ignorãte requiras,dicet eſſe fortunam;ſi ab Aſtrologo,dicet eſſe fauorabilem, & benignam ſtellarum conſtellationẽ. Sed falluntur omnino: nã iſtius euentus cauſſam oportet eſſe intelligentem:& dato ꝙ ſtellæ,& ſydera potius inclinent hominem ad motum,q̃ ad quietẽ; verum efficaci impetu mouere uoluntatẽ,ſolius Dei opus eſt,prout infra demõſtrabitur. Præterea,ſicut accidentarium eſt, & fortuitum, ꝙ egreſſus e domo Petrus effugiat illud periculum, ſic ſane accidentarium eſt illi conſtellationi, inclinari Petrum ad motum, ꝙ egreſſus e domo effugiat periculum. Vnde quamquam Aſtrologi cognoſcerent omnium ſyderum cõſtellationem,& influxum,non poterant cognoſcere, ꝙ egreſſus Petrus e domo, debebat periculum effugere. Sed de hoc,art.ſeq. Concluditur ergo ꝙ una ſit cauſſa huius euentus.ſ. diuina uirtus,excitans Petrum efficaci impulſu, ut egreſſus effugeret ruinã,quã Deus præuidebat. Vnde Ariſto. hanc quæſtionem ediſſerens, numquam meminit conſtellationum,neq; ſyderum,ſed diſtincte,& aperte q̃ſtionem definiens concludit, ꝙ bonæ, uel aduerſæ fortunæ duplex eſt cauſſa: aut ꝙ incidunt homines in aliquod bonum,præter eorum intentionem,uel præuidentiã; aut quod impetu quodam animi trahuntur ad aliquid, cuius rationem prorſus ignorant, ſine eorum cõſilio aut deliberatione, quod Hiſpano,& uernaculo ſermone dicimus, dio me al coraçon. Illud primum ad fortunam refert Ariſ. ſecundum uero ad diuinam motionem, & inſtinctum primi motoris,quo humana uoluntas occultis impulſib. immutatur:unde his inſpirati,dicunt homines,neſcio quid præſagit animus. quo in loco expreſſe docet Ariſtot. Deo noſtra omnia eſſe cognita, & ſolum Deum noſtram efficaciter mouere uoluntatẽ. Hos impetus(ſicut ego arbitror) vocant Theologi dona Spir. ſancti, quibus filij Dei aguntur:de quibus loquitur frequẽter ſancta ſcriptura. Pro. 21. Cor regis in manu Domini,quocumq; uoluerit, uertet illud & illud: Inuentus ſum a non quærentibus me. & illud:Non uos me elegiſtis,ſed ego elegi uos. cui ſimile illud,Nõ eſt uolentis,neq; currentis,ſed miſerentis Dei.& Epheſ.1.In quo ſorte uocati ſumus. Diuina electio vocatur ſors. Nam ſicut in mittendis ſortibus nihil confert induſtria humana,aut hominis ingenium, ſed ſors a Domi-

Cauſſa bonæ vel malæ fortunæ quæ ſit. Ariſt.

Aug.

Ariſt.

Pro. 21.

Eſa. 65.

Rom. 9. Epheſ. 1.

no derigitur: ita in electione diuinitatis nihil valet induſtria hominum, neq; bonum meritum, ſed diuina gratia, ſecundum propoſitum voluntatis ſuæ.

Ex dictis ſequitur, humanam voluntatem frequenter concitari impetu quodam diuino, quem ſi volumus habere, oratione aſſidua petendus eſt. Deus enim ſcit dare bonum ſpiritũ petentib. ſe. vide Abulenſem ſuper Exhod. c.21.q.15. De hoc impetu ſolent diſputari inter Doctor. variæ quæſtiones. præcipua illa eſt, Num imponat neceſſitatem noſtræ uoluntati? de qua ediſſeritur quæſtione ſequenti, artic. vlti. Secunda quæſtio ſolet moueri, An quando anima noſtra hoc impulſu agitur, feratur in rẽ cognitã? Nã quod non feratur cum cognitiõe, ex hoc videtur probari: nã fertur ſine rõne, & ſine cõſilio: talis etenim impulſus eſt a Deo, & non ab intellectu, ut retro expoſitum eſt. Quod uero feratur in rem cognitam, illud euidẽter demõſtrat. Nã talis impulſus eſt actus uoluntatis elicitus; actus aũt uolũtatis fertur in rem cognitam: voluntas enim eſt appetitus cum rõne, unde nihil eſt uolitum, quin præcognitum. Certe talis impulſus eſt ab intellectu, & uolũtate, ſed nõ eſt ab intellectu deliberãte, & cõſultate: rapitur. n. intellectus, rapitur ẽt uolũtas a Deo, in quib. operib potius iſtæ potentiæ agitur, quã agant. Sed & illud q̃ri ſolet a pleriſq;, An talis impulſus ſit a caſu, & fortuna fiat? Nam cũ non fiat a rõne, neq; a cõſilio, videtur in fortunã eſſe referendum. Sed iã dictũ eſt nõ eſſe a fortuna, neq; a caſu, ſed ex Deo. Neq; uero deſinunt Theologi litẽ mouere, & dubitãt, An ne intellectio, quã habemus ex inſtinctu diuino, ſit huiuſmodi, ꝙ eam producamus uolendo, aut non uolẽdo? Primũ dici non põt: nam tunc eſſet abitio in infinitum. Nam ſi eſt uolita prima intellectio, cũ nihil ſit uolitũ, qn prius fuerit cognitũ, cõſequẽs eſt, ut fuerit cognita prius, & ſic ante primã cognitionẽ erit anterior cognitio. Si uero dicas ſecundũ, videbis te incidere in magnũ incommodũ, ſi exacte rẽ conſiderabis. Dicendum tñ arbitror, ꝙ primam intellectionem habemus uolendo: nã ſimul atq; Deus noſtrum mouet intellectum, inuenit uoluntatẽ pediſſequã, quæ conſentit, & approbat. Vltimo q̃ri ſolet, Vtrum iſte impetus impellat noſtrã uoluntate in quouis negotio, in quauis electione, & arte. Nã deliberans, non prius deliberauit, & conſultans, nõ prius conſultauit; alioqui eſſet ꝓceſſus in infinitum. Ergo qñ aggredimur negotium, artẽ, & electionẽ, neceſſum eſt ex inſtinctu primi motoris rẽ auſpicari. Certe argumentũ conuincit, ꝙ in omni opere noſtro nos non incipimus, ſed Deus dat nobis, & incipere, & velle, & perficere pro ſua uoluntate unde Ari. lib. de fortuna, ad finem dicit, ꝙ fortunatus non oportet, ut deliberet: nã habet principium ſuorum operum melius intellectu, & ratione. & paulo poſt ſcribit, ꝙ rationis principium eſt nobilius, & perfectius ratione, & intellectu, videlicet, ut ego interpretor, Deus optimus maximus, q operatur oia in omnib. quoniã eſt Alpha & Omega, principium & finis. Illud tantum non concedat Theologus, ꝙ in auſpicatione, & exordio malorũ, & ſcelerũ, incipiat nos Deus mouere: nã ĩ his a dæmone cõiter exordiũ ſumitur.

Abulen.

Poſt. con.

Prior. cõ.

ARTICV. QVINTVS.

Vtrum uoluntas moueatur a corpore cæleſti.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. Voluntas directe non mouetur a corporib. cæleſtibus. Nam res incorporeę ſunt formalioris, & vniuerſalioris virtutis, quam corporeæ. Vnde nullum corpus agere põt in rem incorpoream. & ſic impoſſibile eſt, quod corpus cæleſte imprimat directe aliqd in intellectu, aut uoluntate, cum prædictæ potentiæ ſint incorporeæ.

Poſterior Concluſio. Voluntas a corporibus cæleſtibus indirecte poteſt moueri ex parte obiecti. Cum enim appetitus intellectiuus quodã modo a ſenſitiuo moueatur ex parte obiecti, vt ſuperius expoſitum eſt, indirecte redundant motus corporum cæleſtium in uoluntatem, in quantum per paſſiones appetitus ſenſitiui, ipſam voluntatem moueri contingit. Motus uero, & affectus appetitus ſenſitiui, corporibus cæleſtibus eſſe ſubiectos, nemo eſt qui ignoret, cum ſint & ipſi corporei. Mouent etiam corpora cæleſtia voluntatem, prout mouent quædam voluntatis obiecta, & corporalia organa, ex quibus uoluntas diſponitur, ſed non cogitur. Vnde dicitur, Sapiens dominabitur aſtris.

EXPLICATIO ARTICVLI.

EX doctrina huius articuli facile intelligitur, quẽadmodum corpora cæleſtia poſſint mouere noſtram uoluntatem ex parte obiecti, duobus modis. Primum, faciendo ꝙ aliquod obiectum ſit conueniens, aut diſconueniens noſtræ uoluntati, & inde cõcitatur, & allicitur noſtra volũtas ad amandum, vel refutandũ: ueluti ex impreſſione corporũ cęleſtiũ cauſatur in hyeme frigus; ex quo fit, vt calor ĩ hyeme ſit homini cõueniẽs, & ſic inclinatur uolũtas in eius appetitionẽ, cuius cõtrariũ cõtingit in æſtate. atq; hic eſt primus mod⁹ quo corpora cæleſtia mouet noſtrã voluntatẽ ex parte obiecti. Sed & alio modo id efficiũt, immutando organa potentiarũ ſenſitiuum: nam ex impreſſione, & ĩfluxu cælorũ, poteſt organum guſtus taliter diſponi, quod iudicet id, quod re uera dulce eſt, amarum eſſe, & uice uerſa. Atque ex conſtellatione corporum cæleſtium proficiſcitur, ꝙ homines talis nationis calidiores ſint, & ad bella magis proni, alij vero frigidiores ſint, & ad delicias procliues.

Bifariam corpora cæleſtia poſſunt uoluntatem mouere ex parte obiecti.

Sed q̃q̃ corpora cæleſtia his modis dicãtur mouere meã uolũtatẽ, nõ tñ imprimunt aliqd in eã, neq; impellunt, aut cõſtringunt; ſed ſolũ ſunt in cauſſa ꝙ uoluntati ꝓponatur obiectũ amandũ, vel fugiendũ: ipſa tñ uoluntas libera manet, abſq; ulla coactione aut neceſſitate. Quo fit, vt electiones noſtræ, bonæ uel malæ, nullo modo debeãt in conſtellationes cæleſtes, tamq̃ in cauſſas efficaces, referri. Nã ut dicitur in prima aſſertione, cælum nõ mouet uoluntatẽ, quãtũ ad exercitiũ, ſed ſolũ ex parte obiecti; neq; imprimit aliqd in uolũtate. q̃ eſt ueritas fidei infallibilis, & diuina Si. n. corpora cæleſtia directe influeret, & efficaciter mouerẽt noſtrã uoluntate, cũ corpora cæleſtia ſint agentia naturalia, & operẽtur neceſſario, conſequens eſt, ꝙ uolũtas noſtra neceſſario moueretur, & ſic periret in nobis liberũ uoluntatis humanæ arbitriũ. At ꝙ homo liberũ habeat arbitriũ, & experientia docet, & fidei doctrina perſuadet: dicitur. n. in Eccleſiaſt. 15. c Deus ab initio conſtituit hominẽ, & reliquit eũ in manu conſilij ſui. & Hieremiæ 10. c. A ſignis cæli nolite metuere, q̃ timent gentes, quoniam leges populorum uanæ ſunt & Deuteronom. 4. c. Ne forte eleuatis oculis in cęlum uideas Solem, & Lunam, & errore deceptus adores ea, & colas, q̃ creauit Dominus Deus tuus in miniſteriũ cunctis gentibus. Ex quibus uerbis conſtat, ꝙ mens noſtra, atque uoluntas ſuper omnia corpora cæleſtia eleuata ſit: uetiſſima enim eſt illa ſentẽtia Ptolomæi, Vir ſapiens dominabitur aſtris & illud antiquiſſimum, & celebratiſſimum prouerbium, Nemo læditur, niſi a ſeipſo De quo eleganter in primis ediſſerit D. Chryſo. homi 9 inter. 18. tom. 5. Porro, quamque corpora cæleſtia diuerſas cauſẽt cõplexiones, atq; diuerſos effectus in appetitu ſenſitiuo, ex quib. indirecte uolũtas inclinatur, & propenditur ad aliquid faciendũ, uel refutandum, nihilo ſecius tamen uoluntas libera manet ad reſiſtendũ paſſionibus appetitus ſenſitiui, iuxta illud Gene. 4. Subter te erit appetitus tuus, & tu dominaberis illi. Veritatem ... multis, iiſque elegantiſſimis rationibus

Corpora cæleſtia non impellunt aut neceſſitant uoluntatem.

Eccl 15.

Hier. 10.

Deut. 4.

Ptolo.

Gen 4.

D. Tho. Diuus Thomas 3. contra gentes, cap. 84 & 85 & 1 parte, quæſt. 115. & 116. in hoc articulo tantum poſuit vnicam huius rei demonſtrationem, quæ ſic habet: Res corporeæ non poſſunt agere in ſpiritum. Corpora cæleſtia ſunt res corporeæ. Ergo non poſſunt agere in ſpiritum, at voluntas animi noſtri, ſpiritualis, & immaterialis eſt. ergo corpora cæleſtia non poſſunt aliquid in noſtram uoluntatem imprimere.

Arg. contra probationē D. Tho. Primum. Sed contra hanc probationem ſic arguitur. Primo, phantaſmata cum ſint res corporeæ, producunt ſpeciem in intellectu, immo videtur ꝙ ipſum obiectum concurrat effectiue ad ſpeciem, & notitiam producendam.

Secundum. Deinde poteſt fieri argumentū de Sacramentis, & igne inferni, quorum vtrumq; agit in animam. Sacramentum cauſat gratiam in animam, ignis inferni cruciat ſpiritus.

Confir. Hoc idem confirmatur. Nā non poteſt reddi ratio quare poſſunt plus mouere corpora cæleſtia noſtram uoluntatem obiectiue, quam effectiue: nam ſi effectiue, non poſſunt mouere, quia corpora non poſſunt agere in ſpiritum, cum ſpiritus ſit nobilior, & immaterialior. certe eadem ratione comprobatur, ꝙ non poſſunt mouere animam noſtram obiectiue: motio enim formalis obiectiua non eſt imperfectior ꝗ motio effectiua; immo apparet præcipua magis, cum tota nobilitas, & perfectio potentiæ ex ordine ad obiectum ſumenda ſit.

Tertium. Præterea, uoluntas noſtra mouet, quantum ad exercitium, intellectum, vt oſtenſum eſt primo articulo huius

D. Tho. quæſt. oms. At intellectus perfectior eſt ꝗ uoluntas, prout demonſtrat D. Tho. prima parte, q. 82. art 3 Ergo ex eo ꝙ corpus cæleſte ſit inferioris naturæ, non recte ſequitur, ꝙ non poſſit noſtram uoluntatem directe mouere.

Argu. ſolu. Ad hæc argumenta reſpondendum eſt. Ad primum di-

Ad primū. cendum, ꝙ phantaſmata non concurrunt effectiue ad mo-

D. Tho. uendum intellectum. ſic docere videtur D. Thom. prima parte, q. 84 art. 6 vbi affirmat aperte, ꝙ tota cognitio ſenſitiua, non eſt cauſſa intellectualis notitiæ; ſed præbet tm̃ materiam, ex qua intellectus agens abſtrahit ſpecies intelligibiles Itaq. phantaſmata proprie non concurrunt effectiue, ſed dicuntur concurrere, & mouere, quia concurrunt ad mouendum inchoatiue, & tamquam materia: ſed intellectus agens mouet obiectiue phātaſmata. Aliter poteſt dici, ꝙ phantaſmata mouēt quidem intellectum, ſed non propria uirtute, ſed uirtute intellectus agentis. Verū eſt tamen, ꝙ eſſe obiectum, non eſt proprie mouere: nam ſatis eſt terminare actū potentiæ: uelut: obiectum uolūtatis non mouet effectiue uoluntatē, ſi uera ſunt quæ in ſuperioribus ſunt demonſtrata, terminat tñ actum uoluntatis.

Ad ſecundū Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, ꝙ corpora ex uirtute ſupernaturali bene poſſunt eleuari, vt agant in ſpiritum.

Ad tertium. Ad tertium argumentum dicendum eſt, ꝙ corpora cæleſtia, nec quantum ad exercitium, neque ex parte obiecti, poſſunt mouere noſtram voluntatem directe ꝙ ſi mouent ex parte obiecti, hoc eſt indirecte, & mediate: & ideo Diuus Thomas in littera dicit, ꝙ corpora cæleſtia mouēt ex parte obiecti, ex eo, ꝙ res corporeæ ꝗ cæli motui ſubduntur, continentur ueluti infra materiam obiecti formalis uoluntatis Etenim obiectum formale, & primariū noſtræ uoluntatis eſt bonum per intellectum vniuerſaliter, & immaterialiter repræſentatum, res vero corporea eſt veluti materia illius obiecti: & ita cælum influens in res corporeas, dicitur indirecte, & mediate mouere uoluntatem ex parte obiecti. Vnde ad argumenti cōfutationem dico, ꝙ actus voluntatis, & cuiuſuis potentiæ, non ſumit ſuam ſpeciem, & perfectionem ab obiecto ſecundum ſe conſideratio, ſed ex ordine, & habitudine ad illud obiectum: q ordo æqualiter perfectus eſt cum ipſo actu. Ipſum uero obiectum, qua ratione terminat ipſum actum, non eſt neceſſe, vt habeat tantam perfectionem, & immaterialitatem, quantam habet ipſa potentia: nam ſub hac ratione potentiæ ſe habent ſicut ſuperiores, quia ad talia obiecta tendunt, & quæ tendunt ſub perfectiori ratione, perfectiores cenſentur & exiſtimantur. Et hinc patere poteſt, quo modo uoluntas ſpiritualis cum ſit, corporeas res, & naturas appetat. Vel dicat Theologus breui ſermone, ꝙ obiectum primarium, a quo uoluntas ſumit, & nobilitatem, & ſpeciem, eſt bonum uniuerſale per intellectum ꝑ poſitum; cetera ſunt obiecta ſecundaria, & mediata.

Ad ultimū. Ad ultimum dicendum, ꝙ uoluntas in ratione immaterialitatis, eſt eiuſdem ordinis cum intellectu: utraq; n. eſt animæ noſtræ ſpiritualis potentia: ſed & quadā tenui ratione uoluntas eſt ſuperior intellectu, quia reſpicit tam quam finem bonum uniuerſale: qua de cauſſa habet in officio mouere uniuerſas potentias ad exercitiū ſuorū operū: nam uniuerſæ aliæ potentiæ reſpiciunt fines quoſdam particulares, qui ſub obiecto uoluntatis comprehenduntur. & ſic uoluntas poteſt mouere intellectum, quantum ad operis exercitium; quamquam intellectus abſolute nobilior ſit, & perfectior.

Vtrum ex cæleſtiū corporum influxu hominum mores dependeāt. Primū arg. In ſolutione tertij argumenti magna mouetur q̄ſtio, Vtrum corpora cæleſtia ſic influant, & imprimant in animos noſtros, ut ex eorum conſtellatione, & influentia, hominum mores, & ingenia dependeant? Partem affirmantē huius quæſtionis conantur perſuadere Aſtrologi uarijs rationibus; ſed potiſſimæ hæ ſunt.

Ariſt. In primis, Theologorum, & Philoſophorum una uox eſt, mundum inferiorem a Deo per cælū gubernari. Hoc Ariſtotelis illa vulgatiſſima ſententia docet, Neceſſario mundum hunc inferiorem, ſuperioribus motib. eſſe contiguum, ut omnis eius uirtus inde gubernetur. Vnde videtur ſequi, ꝙ omnis uirtus noſtra e cælo dependeat, & ſic cælum ad omnia opera uirtutis noſtræ nos impellat, ſic adeo, ut uirtutes, & uitia, in poteſtate noſtra non ſint, ſi quidem omne id quod operamur, ex corporum cæleſtiū conſtellatione ueluti conſtricti facimus.

Secundum. Ariſt. Deinde in alio loco docet Ariſt. ſummus philoſophus, ꝙ ſi cælum mouetur neceſſario, & a ſēpiterno, ea quæ ſūt in inferiorib. neceſſario mouentur. Ex quo eruitur tale argumentū. Cauſſæ ſecundæ eo mō mouent, quo mouētur. Sed cauſſæ ſecundæ mouētur neceſſario. Ergo neceſſario mouent, ex quo conſequitur, quod omnia eueniant neceſſario, & id quidem ex cælorum impulſu, & agitatione.

Tertium. Præterea, id quod eſt cauſſa cauſſæ, eſt cauſſa cauſſati, vt de ſe manifeſte liquet. At corpora cæleſtia ſunt cauſſæ cōplexionis noſtræ, ex qua oriūtur humani mores, diuerſaq; hoīum ingenia. Ergo ex corporibus cæleſtib. mores hoīum, & ingenia dependent. Quod corporis humani cōplexio ſit cauſſa humanorū morū, ex perītia cōprobatur.

Ariſt. Homines n. complexionis cholericæ, ſunt cholerici: & Ariſt. docet, ꝙ molles carne, aptiores ſunt ad ſcientias. Mēs igitur, & ingeniū, complexionē ſequitur, & corporis conſtitutionē. Ceterum ꝙ corporis complexio e cælo veniat, & inde deriuetur, manifeſtius eſt ꝗ ut probari indigeat. Ex quo ſequitur, quod Aſtrologi ex cælo poſſint de uita, & morbis hominum facile dijudicare, & diuinare.

Quartum. Ad hæc, experientia compertum eſt, ꝙ quamplurimi, quos conſtabat ex ſyderum conſtellatione in aliquem caſum, aut infortunium eſſe deſtinatos, omnib. viribus procurarunt, vt id effugerent; at non profecerunt: ſicut Æſchylus poeta, cui ab aſtrologo prædictum fuerat, ex ruina domus eſſe periturum, pp quod in Sicilia mœnibus vrbis egreſſus in qua morabatur, aprico in loco reſedit, ſup quem Aquila teſtudinem ferens, eiuſa ſplendore capitis (erat enim capillis vacuum) perinde atq. lapidi eam illiſit, vt fractæ teſtudinis carne veſceretur, eoq; ictu occidit illum, vt ſyderum conſtellatio, & ſignificatio minime fruſtraretur Omitto in præſentia commemorare quæ accidere ī morte Philippi Macedoniæ regis, & de Hānibale Carthaginenſi, & de alijs innumeris, qui nulla ratione, ea, ꝗ ex ſyderibus imminebant pericula, effugere potuerūt. Videmus etiam multos homines ſic ad furta, & latrocinia ex ſyderum conſtellatione eſſe inſtigatos, ut nulla ratione, nullo periculo, nullo ſupplicio īde auerti valeāt, eo ꝙ ex corporib. cæleſtibus ad id ſceleris inclinati eſſe videtur.

Quintum. Iam uero quis non uidet alios homines ſic uoluptatibus, & libidini eſſe addictos, ut inde nulla perſuaſione ſeparari ualeant: & ſi ut nt turpiſſime, & ſceleratiſſime ſe agere, cauſſantur ex ſyderum influentia ad id flagitij ſe adigi, & compelli.

Aſtrologorum potiſſimum argumentum in Sed potiſſimum argumentum Aſtrologorum hoc eſt. Nam ut cōſtat ex probatiſſimis hiſtorijs, certiſſima aſtrologi de natiuitatibus, uita, morte, imperijs, euētibus, bellis,

lis, nictcrijs, ceteriſque tam fauſtis quam infauſtis præ-nuntiarunt, ſicque eueniſſe in omni ætate compertum eſt.

Orig. Euſeb. Atqui in patrocinium iſtorum hominū, magnam auctoritatis molem adhibere volo. Origenes namq; (quemadmodum teſtatur Euſebius ſexto lib. de præparatione euangelica ca. 9.) elucidans illud Geneſis: Poſuit ſtellas in firmamento, ſtellas dixit a Deo poſitas in cælo, vt eſſent in ſigna, hoc eſt, ut per uarios earum aſpectus, & coniunctiones, ſignificarent vniuerſas, & ſingulas humanarū rerum cauſſas, non tamen efficerent. Depinxit enim Deus in ſtellis ſignificationes, & rationes omnium futurorum humanæ generationis euentuum, ut ſupernorum ſpirituum uirtutes in eis, veluti in libris, legerent quæcumq. hominib. (citra tamen vllam liberi arbitrij coactionem) per ſingula temporum interualla eſſent euentura, & inde aliquā huius ſcientiæ parte, quæ humani ingenij vires exceſſit, hominibus ſtellarum obſeruatoribus reuelarēt. Atq; iuxta hunc ſenſum putauit Origenes intelligendā eſſe ſententiā quādam ex libro, cui titulus, Narratio Ioſeph, olim apud multos Catholicos ī auctoritatē recepto, in quo Iacob Patriarcha inducitur ad filios ſuos hæc dicens: Legi in tabulis cæli quæcunq; ventura ſunt vobis, & filijs ueſtris.

Hæc ſunt argumenta Aſtrologorum, quibus conantur mentes noſtras corporibus cæleſtibus ſubijcere. quibus vt uera, & ſolida adhibeatur cōfutatio, ſciendum eſt, q effectus, qui prouenient ex corporibus cæleſtib. varij ſunt & multiplices. Quidā neceſſario eueniūt, vt eclypſis Lunæ, oppoſitiones ſyderū, ortus & occaſus Solis: & de his poſſunt Aſtrologi certiſſima prænuntiare: cognita enim cauſſa, neceſſario cognoſcitur effectus, qui inde naturaliter deriuatur. Vnde eſt q Aſtrologi defectiones Solis, itēque Lunæ prædicunt in multos annos certitudine infallibili. Sed hic aduertat Theologus, q quamquam Deus neceſſitatem impoſuit aſtris, vt ſemꝑ ſecundum idem moueantur, ipſe uero ſupra omnem neceſſitatem non ſolum conſiſtit, ſed & dominus, & factor eius eſt. Omnipotens enim exiſtens, & ſuapte natura ipſa poteſtas, nihil neque naturæ neceſſitate, neq; legis diſpoſitione facit. quapropter oīa ſunt ei contingentia, id eſt libera, & nō neceſſaria. Et vt hoc monſtraret, curſus Solis & Lunæ, quæ neceſſitate feruntur, & ſemper uno modo ſe habent, quandoq; ſtare fecit, vt legitur Ioſue 10. & quarto Regum vigeſimo, & defectionem Solis tēpore paſſionis Dominicæ miraculoſam, & Aſtrologis incognitā īntroduxit. Hoc facit Deus, ut oſtendat nihil a ſe ſecundum neceſſitatē fieri, ſed omnia per poteſtatē libere pro ſua voluntate. Semel autem & iterum has mutationes fecit, veluti ſcriptura ſignificauit; non uero diſpoſitionem neceſſarij aſtrorum motus, quam a principio poſuit, diſſoluit. Atque ex his quidem diſcent aſtrologi, Deum neceſſitati minime eſſe ſubiectum, & potius aſtrorum neceſſitatem diuino numini parere, & Deū dominari aſtris; ne ſit princeps omnium deterior, q mortalis in republica princeps, quem legib. ſolutum, non ſolum Iuriſperitorum communis ſtatuit conſenſus, ſed & Ariſtotelis lib. 3. Polyticorum confirmauit demonſtratio. Ex his facile eſt intelligere, quam deceptorium, & nugatorium ſit hoc argumentum: Defectio Solis, quę tempore Dominicæ paſſionis accidit, ex regulis aſtrologorum nō proceſſit: ergo vera non fuit. Sed his explicatis, redeamus ad illud vnde diuertimus, & reliquos ſyderū effectus ac conſtellationes conſimili ratione examinemus, vt videamus, quid Aſtrologi diuinare ualeant.

Margin: De quibus effectib. poſſunt aſtrologi certiſſima pronunciare. — Ioſue 10. 4 Reg. 20. — Ariſt.

Sane ſunt alij effectus, qui ex ſyderibus vt in plurimū eueniunt, ut ſunt ſiccitates, humiditates, pluuiæ: de quibus poſſunt aſtrologi prænuntiare: ſed in hac aſtrologia diuinante plerumque falluntur; tum, quoniam prædicti effectus non ſolum ex ſyderum conſtellatione dependent, ſed etiam ex elementis, & mixtis, & corporum varia diſpoſitione, quæ habent aliquando qualitates cōtrarias, quas aſtrologi non conſiderant: & ideo uano decipiūtur ſpiritu: quam uero ſit efficax hæc ratio, inferius demōſtrabo: Tum uero, quoniam Deus, qui miniſterio angelorum mundum gubernat, diſponit mundum hunc inferiorem, prout expedit homini, qui eſt omnium finis. Homo uero aliquando conuertitur ad malum, peccando, aliquādo ad bonum, per orationem, pænitentiam, humilitatem: propter qđ Deus immittit miniſterio angelorum varias rerū diſpoſitiones, vnde oriantur peſtilentiæ, mortes, bella, fauſta, infauſtave, vt ſignificauit ſcriptura in Pſal. 106. Poſuit flumina in deſertum, & terram fructiferam in ſalſuginē, a malitia inhabitantium in ea. Pſa. 106.

Sed & alia de cauſſa errant aſtrologi, cū de his effectib. prænuntiant: eſt ſiquidem exacte cognoſcere omniū ſtellarū concurſus, coniunctiones, & oppoſitiones, & omniū cauſſarū uniuerſaliū connexionē, ſuperat humanum ingeniū, & induſtriam: q ſi aliquid ex his ignoratur, omnis iſtorū aſtrorum interpretū uana eſt diuinatio. Quod uero pleraque de ordine cæli ignorant Aſtrologi, auctoritate ſcripturæ didicimus, ut patet ex illo Iob 38. Numquid noſti ordinem cæli, &c. Sed dato q omnē ordinem cæli perſpectum habeant, errant in ſuis prænūtiationib. nam quæ prædicere debent per coniecturas, pronuntiant euentura certiſſime, quod faciunt contra ipſius artis decreta, ſecundum quæ hæc non deriuantur ex corporibus cæleſtibus neceſſario, & infallibiliter; ſed plerumq; & pro maiori parte. Iob. 38.

Porro alij ſunt effectus, qui ex cælorum conſtellatione dependent, qui hominibus tantummodo conueniunt, vnde ſunt hominib. tam diuerſæ inclinationes: alij ſunt iucundi, alij triſtes; alij cholerici. Atqui hæc eſt diuinantis aſtrologiæ ampliſſima ꝓfeſſio, quod ex natalibus mortalium, inclinationes hominū varias, immo totius uitæ decurſum colligit. Quod aūt hæc profeſſio uaniſſima ſit, in ſequentibus, ex ſententijs Patrum euidenter oſtendam. Tantum huic profeſſioni concedo, q ex ſyderum conſtellatione poſſunt aſtrologi per coniecturas dignoſcere uarias hominum complexiones, & inclinationes: ceterum ſi ex his certo uolunt prædicere electiones humanas, mores, & ingenia hominum, impiū eſt, & nefarium ſcelus. Nam non obſtante quocumq; ſydere, ſupereſt liberum arbitriū, per qđ adiutum diuina gratia, & Dei timore conterritum, poteſt omnia vincula ſyderea diſrumpere.

Illud etiam dogma iſtorum hominum non probandū, ſed improbandum maxime. Dicunt enim ſydera inclinare, & inſtigare hominē ad fraudes, adulteria, homicidia. Hoc falſiſſimum eſt, & a uera doctrina alienum. Nam natura corporis cæleſtis bona eſt. ergo eius inclinatio in bonum eſt, & in bonum tendit; alioqui Deo Opt. Max. qui naturā, & inclinationē inſtituit, tribuendū eſt, q ad malū inclinet, & ſollicitet. Præterea, corpora cæleſtia operātur opera ſua ſm Dei ꝑceptum, qđ numq̄ tranſgrediuntur. Si ergo inclinent ad malum, ſm præceptum Dei ad malum inclinant. Certe in multis locis demōſtratum eſt a nobis, quo modo Deus non poſſit facere naturam, quæ de ſe inclinet, & ſollicitet ad malum. Errant igitur Aſtrologi, dicentes, ſydera ad fraudes, & adulteria inclinare. Sane Venus inclinat ad hilaritatem; at ex noſtro abuſu eſt quod ad libidinem propendat. & ſic de ceteris ſyderibus ſentiendum eſt.

Margin: Sydera ad malum nequaquam inclinant.

Sed de effectibus fortuitis, & qui ex hominum libera uoluntate dependent, explicandum eſt, quemadmodū ſyderibus ſubijciantur. Profecto de his certum ꝓdicere ſolus Deus poteſt. Sic enim ſcribitur Eſaiæ quadrageſimo- Eſa. 41.
primo. Annuntiate quę uentura ſunt nobis, & dicemus q
Dij eſtis uos. & capitu. quadrageſimoquinto. Ventura in- Eſa. 45.
terrogate me, ſuꝑ filios meos, & ſuper opus manuū mearum mandate mihi. & capitulo quadrageſimoſeptimo. Eſa. 47.
Stent, & ſaluent te augures cæli, aſtrologi, qui cōtemplabantur ſydera & ſupputabant menſes, vt ex his annūtiarēt uentura tibi. Ecce facti ſunt quaſi ſtipula, ignis cōbuſſit eos. & multa ſequuntur in hanc ſnīam, quibus Dominus manifeſte irridet aſtrologorum vanitatem, qui nunc temporis apud Chriſtianos in pretio ſunt: & capitu. qua-
drageſimooctauo. Prædixi tunc, antequam fierent indi- Eſa. 48.
caui tibi, ne forte diceres, idola mea fecerunt hæc. & Sapiē- Sap. 8.
ti. octauo: Signa & monſtra ſcit antequam fiant. Similis Dan. 2.
propemodum ſententia habetur Danielis ſecundo.

Certe potiſſimum argumentum ad probandum, religionem noſtram eſſe veram, eſt, quoniā ea quę credimus, multo ante tempore fuere prædicta, & ꝑ prophetas præ- D. Pet. 2 ca
nuntiata. Hoc argumento utitur D. Petrus in ſecunda ca- no. c. 1.
nonica capitulo primo, dum dicit: Habemus firmiorem propheticum ſermonē, cui benefacitis attendentes, quaſi

lucernæ lucenti in caliginoſo loco. & D. Paulus eodem vtitur argumento in exordio epiſtolæ ad Romanos, cum inquit: Paulus Apoſtolus ſegregatus in Euangelium Dei, quod ante promiſerat per prophetas ſuos de filio ſuo.

Roma. 1

Sed & idem demonſtratur alio efficaci argumento. Nã Dominus grauiſſime phibet ne accedamus ad diuinatores, & ariolos, ut nobis uẽtura pnunciẽt, ut ſanctæ ſcripturę in innumeris locis teſtantur. Ergo non eſt aliqua aſtrologia, quæ de his diuinare certo poſſit. Nam profecto ſi uentura poſſent ex regulis certæ ſcientię prænoſci, & præmonſtrari, Deus numquam huius ueræ ſcientiæ vſum aut interdixiſſet, aut nobis inuidiſſet.

Sed quid dicendũ eſt de aſtrologis, qui audent certo definire ex ſyderum conſtellatione, de cordium cogitationibus, de aliiſq; reb. occultiſſimis, quæ cuiq; creaturæ ſunt abditæ? Profecto de his conſulere aſtrologum, impiũ eſt: nam ſolus Deus hæc nouit, dicente Scriptura ſecundo Paralipomenon. c. 6. & Iob. 26. & ad Hebræos quarto. Tu ſolus noſti corda hominum, & Hieremiæ ca. 17. Prauum eſt cor hominis, & inſcrutabile; & quis cognoſcet illud? Ad hoc prædicamentum reducendi ſunt alij aſtrologi, qui ex ſyderum influentia, & prænotione gloriantur ſe cognoſcere quædam opera exteriora, omnis humanæ probationis expertia, vt ſunt occulta furta, adulteria, & his ſimilia: in quib. reb. aſtrologis minime credendum, & eos conſulere, impium & iniuſtum eſt. Quod ſit impium, probatur. Nam hæc non poſſunt cognoſci niſi ex diuinatione dęmonum. Quod ſit iniuſtum, patet, Nam fratris tui crimen reuelare ſine correptione fraterna, & ſine ordine iuris pręſcripti a Domino in Euãgelio, iniuſtum eſt. Sed in vltimo genere ſunt quædam opera, omnẽ naturam, & cõſtellationem ſyderum excedentia, vt ſunt myſteria fidei noſtrę, incarnationis Dominicæ ſacramentum, & cetera myſteria granæ, & arcana fidei noſtrę, & hæc ab ſtellis requirere, magna dementia eſt: nã hæc ex corporum cæleſtium conſtellatione neq; fiunt, neq; dependent; ſed ex libera Dei voluntate, & ex pposito voluntatis ſuæ, & fecit hæc, & nobis reuelauit per ſpiritum ſuum. Ex his patet, in quanto errore verſetur Petrus Aliacus presbyter Cardinalis, qui quæſtione in Geneſi in 3. & in libro de legibus, & ſectis, ſuper ſtella a Magis in Oriẽte conſpecta diſputans, oſtendit, Magos illos ſyderalis ſciẽtiæ peritiſſimos, potuiſſe ex aſtrologicis cõtẽplationib. prænoſcere futurã Chriſti natiuitatẽ, & uitã; nõ tñ ea certitudine, qua poſtea ortũ Chriſti, noua ſtella præmonſtrante, cognouerunt. Nã etſi Chriſti conceptio, & natiuitas oẽs cælorum uires, atq; omnes naturæ facultates in pleriſq; excedant; in aliquib. tamen naturæ cælorũ, & aſtrorũ uirtutes, tamq̃ ancillæ Domino ſuo famulãtes, amica lumina, & benignos influxus, quos a Chriſto acceperant, naſcenti Chriſto largiſſime ſuppeditarunt: Ea pp; poſſibile fuit Magos, præter hanc recentis aſtri apparitionẽ, ẽt duob. alijs indicijs præſciſſe, naſciturũ inſignem religione, imperio, & gloria uirũ. Primo, ex magna quadam coniunctione Iouis, & Saturni, qui anno ante Seruatoris noſtri ortũ ſexto, in ſigno Cancri coierũt prædicentib. cunctis illorum tẽporũ Aſtronomis, portẽdi magnam religionum mutationem. Secundo ex obſeruatione conſtitutionis cæli, quam habuit ipſa Chriſti natiuitas: ea incidit in annũ Octauij Aug. 42. octauo Kalendas Ianuarij, ante noctis dimidiũ: fuitq; I ea horoſcopus pars Virginis octaua; q̃ religionis immutationẽ ſignificat, & in culmine cæli Saturnus, imum cæli tenente Sole, ceteriſq; planetis eo ordine diſpoſitis, vt idẽ ſignificarent. Hæc Aliaci ſnĩa eſt; quam longe antea profeſſus fuerat Albertus ſuo ſeculo magnus, q in libro, cui ſpeculi titulũ impoſuit referẽs deſcriptionẽ ſigni Virginis, ab Albumaſare Aſtronomo traditã, ita ſcriptum reliquit. Albumaſar in ſuo maiori introductorio, tractatu ſexto; aſcendit (inquit) in prima facie illius ſigni Virgo pulcra, hñs in manu ſua duas ſpicas, & nutrit puerũ, & vocat ipſum puerum quædã gẽs Ieſum: & aſcẽdit cum ea ſtella Virginis. Hęc ille. Nos autem ſcimus, quod ſub aſcẽdente eiuſdem Virginis natus fuit Dominus noſter Ieſus Chriſtus, cum hoc, q̃ æquatio motus octauæ ſphæræ in tempore eiuſdem fuit octo graduum, & triginta minutorum, ſecundum calculationem certiſſimam, & quod ipſa erat tunc minuenda de locis planetarum inuentis per canones: non q̃ ſubiaceat ſtellarũ motui, aut earum iudicio, natorum deſideratiſſimus, qui creauerat ipſas ſtellas; ſed quia cum extenderet cęlum, ſicut pellem, formans librum vniuerſitatis, noluit litteris eiuſdem deeſſe ex his, quæ ſecundũ prouidentiam ſuam in libro æternitatis ſunt ſcripta. Etiam illud elegãtiſſimũ a natura, q̃ de Virgine naſceretur, ut profecto per hoc inueniretur homo carnalis, & vetus, qui non naturaliter naſcebatur, non q̃ cæli figura cauſſa eſſet qua re naſceretur, ſed potius ſignificatio: immo & uero verius ipſe erat cauſſa, qua re modus admirandæ ſuę natiuitatis ſignificaretur per cælum. Hactenus Albertus, ſiue alius quiſpiã eius nomine: nã is liber ab eruditis Alberti eſſe negatur. Idẽ Petrus Aliacus presbyter Cardinalis in quæſtionib. in Geneſim, diſputans ſuper hanc ſnĩam, Cataractæ cæli apertæ ſunt; aſſeuerat, q̃ q̃q̃ Noe futurum diluuium ex prophetica reuelatione Deo annuntiante pnouerit, id ipſum tñ longe ante, q̃ eueniret, ex regulis aſtronomicis præuidere potuit, ex cognitione uidelicet conſtellationum, quæ uniuerſalem illũ cataclyſmum non ſolum præſignauerunt, ſed ẽt iuſſu Dei effecerunt; non tamq̃ primæ cauſſæ, ſed tamq̃ famulæ & miniſtræ, adhibentes in obſequium omnipotentis Domini ſui uires, & facultates, quas ab eo acceperant; inundandi, & demergẽdi orbẽ terrarũ. Has cõſtellationes, inũdationũ productrices, appellauit Moyſes cataractas cæli, per apertionem illarũ ſignificans tempus illud, in quo Deus oẽs inundatrices vires, atq; influentias, prædictis conſtellationib. concluſas, veluti reſeratis clauſtris, ad totius terræ alluuionẽ em ſit. Hanc ſnĩam nõ ſolũ rident catholici ſcriptores (vt ſolent alia deliramenta aſtrologorũ) ſed tamq̃ hæreticam damnant. Certe ego extra controuerſiam damnandam eſſe decerno: nã myſteria hæc, quæ commemorata ſunt, ſuperant omnẽ naturã, & vniuerſam potẽtiã corporum cæleſtium, & ex ſola Dei voluntate dependent. Quo modo ergo ex ſtellarum conſtellatione dependent? quid? an non ſatis magna audacia eſt mentẽ noſtram cæleſtib. corporib. ſubijcere? Sed adeo temerarij ſunt aſtrologi iſti, vt ẽt ipſum Deũ, & ea quæ nemo nouit niſi Spiritus Dei, qui in ipſo eſt, nobis aũt reuelauit per Spiritum ſuũ, conſtellationib. ſyderũ ſubijciant; vel ſaltẽ ex eorum cõſideratione ſe poſſe cognoſcere glorientur. Certe eadẽ ratione poſſent cognoſcere ex ſtellis diẽ iudicij vniuerſalis, cum totus orbis igne ſit conflagraturus; cuius contrarium aſſeritur plane in ſcripturis ſanctis, videlicet q̃ de diẽ illo nemo ſcit, neque filius hominis. Sed deſino contra iſtã hæreſim pugnaciſſime dimicare, nam ipſa ſe prodit quam ſit temeraria. Quid. n. magis temerarium, & hæreticum, q̃ dicere, nos poſſe myſteria religionis noſtræ ex facultate humani ingenij, & per ſcientias naturaliter comparatas cognoſcere? cum vniuerſa ſcriptura teſtetur, hæc myſteria ex ſola Dei reuelatione teneri. Ex dictis patet qd ſit cenſendũ de prædictionib. Aſtrologorum, ad quæ prænuntianda ſeſe aſtrologia diuinans poſſit extendere.

Sed ne quis exiſtimet me propriam ſecutum fuiſſe ſententiam, libet hic referre quid ſancti Patres de hac re ſcriptum nobis reliquere. Diuus Auguſtinus quinto de ciuitate Dei, c. 1. poſtquam cõfutauit eos, qui dicunt ſtellas in genituris infantium effectrices cauſſas eſſe, & ſuas cuique naſcenti ſortes, fataque diſtribuere, demum eos quoque refellit, qui docẽt, poſitiones aſtrorum in natiuitatibus infantium non eſſe cauſſas, ſed ſigna tantum, quæ futuram naſcentis vitam, mores, fortunaſque ſignificent, ita ſcribens: Si dicuntur ſtellæ ſignificare potius iſta, quã facere, vt quaſi locutio quædam ſit illa poſitio, prædicens futura, non agens (non enim mediocriter doctorum hominum fuit iſta ſentẽtia) vt verbi gratia. Mars ita poſitus, homicidam ſignificat, ſed homicidam non facit: quo fit, vt nihil umquã dicere potuerũt mathematici, cur in vita geminorum, in actionibus, in euentibus, in profeſſionibus, artibus, honoribus, ceteriſq; rebus ad humanã vitam pertinentib. atque in ipſa morte ſit plerumq; tanta diuerſitas, vt ſimiliores eis ſint, quantum ad hæc attinet, multi extranei, quam ipſi inter ſe gemini, per exiguũ tẽporis interuallum in naſcendo ſeparati; in conceptu autẽ per unum concubitum, uno etiam momento ſeminati. Et

Margin notes: 2. Paral. 6. Iob. 26. Heb. 4. Hier. 17. — Aliacus. — Aliacus. Albe. Mag. — Aliacus. — Aug.

inſ.c.3 eiuſdẽ libri coarguit eos,qui ex reſponſo Nigidij Figuli referebant diſparitatẽ illam geminorum, ad vertiginem cæleſtis rationis, quæ ſua pernicitate vtriuſq; infantis horoſcopum exigui tẽporis momento mutaret. Sic aũt loquitur:Fruſtra affertur nobile illud cõmentũ de figuli rota,qd̃ reſpondiſſe ferunt Nigidium hac quæſtione turbatum:vnde & Figulus appellatus eſt.Dum.n. rotam Figuli vi quanta potuit intorſiſſet,currente illa bis numero de atramento,tamq̃ vno eius loco,ſumma celeritate percuſſit: deinde inuenta ſunt ſigna, quæ fixerat,deſiſtente motu,non paruo interuallo in rotæ illius extremitate diſtantia.Sic(inquit)in tanta cęli rapacitate,etiã ſi alter poſt alterum tanta celeritate naſcatur, quanta rotam bis ipſe percuſſi,in cæli ſpatio plurimũ intereſt. Hinc ſunt (inqt) quæcunq; diſſimillima perhibẽtur in moribus, caſibuſq; geminorum Hoc figmentum fragilius eſt q̃ vaſa, quæ illa rotatione finguntur Nam ſi tam multũ in cęlo intereſt, quod conſtellationibus comprehendi non poteſt, vt alteri geminorum hæreditas obueniat; alteri non obueniat, cur audent ceteri,qui gemini non ſunt, cũ inſpexerint eorũ conſtellationes,talia pronuntiare, quæ ad illud ſecretũ pertinent,quod nemo poteſt comprehendere, & momentis annotare naſcentiũ.Idẽ perſequitur Aug. lib.4.cõfeſ.c.3.vbi dicit,ꝙ aſtrologos & planetarios damnat Chriſtiana,& vera pietas.& 5.confeſ.c.3.& 7.ca. 6. agit gratias Deo,qui eum ab hac vanitate liberauit. Idem facit lib.2. ſuper Geneſ.c.16.17.& 2.de doctrina Chriſtiana a ca.21. vſque ad 29.& c.21.dicit eſſe magnam ſuperſtitionẽ conſiderare dies natalitios,& alibi ſæpe,& in calce enarrationis ſuper Pſalm.61. decernit Mathematicum in Eccleſia non eſſe recipiendum niſi publica,& ſolemni pænitentia præmiſſa.

Epiphanius

Epiphanius libro de ponderibus, & menſuris ſcribit:Aquilam, primum diuinæ ſcripturæ interpretem, non alia de cauſſa fuiſſe a patribus ex eccleſia pulſum,niſi ob eã,ꝙ aſtrologiæ diuinanti uacaret. Et D.Baſilius ſermone in principiũ Prouerbiorum dicit, hanc ſcientiam eſſe occupatiſſimam vanitatem.

Ambroſ Chryſoſt. Hierony. Alex. 3.

Ambro.lib. 4.Hexame c. 4.dicit eſſe inutilem,& impoſſibilem. Idem Chryſoſtom. & Hierony.& habetur 26 q.2.c.Sed & illud.Alex. 3. ca.1. de ſortilegijs,idem ſentit,& punit contrarium facientes. & c.non liceat 27.q.5.dicit non eſſe Chriſtianos, qui obſeruant tempora pro domib.ædificandis.& c. quicumq;, ibidem damnantur aſtrologi.& l.2. C.de maleficijs.damnatur hæc ars,l.3.5.7.idem aſſeritur.

D.Tho.

Sed & D. Tho. breui ſermone quid ſit ſentiendũ de prædictionib. aſtrologorũ explicauit:nam ſimplex eſt veritatis ratio. Is.n.in quodã opuſculo ſic ad quendam reſpondet: Quia petiſti,ut tibi ſcriberẽ,an liceret iudicijs aſtrorum vti, petitioni tuæ ſatiſfacere volẽs,ea quæ a ſacris Doctorib. ſuper hoc tradũtur,ſcribere curaui.In primis ergo oportet te ſcire, quod uirtus cæleſtium corporum,ad immutandã corpora inferiora ſe extendit.Dicit enim Auguſtin. 5.de ciuitate Dei, non vſquequaque abſurde dici poteſt, ad ſolas corporum differentias afflatus quoſdam ſydereos peruenire:& ideo ſi aliquis iudicijs aſtrorum utatur ad prænoſcendũ corporales effectus,puta,tempeſtatẽ,& ſerenitatem aeris;ſanitatẽ,vel infirmitatem corporis;vel ubertatem vel ſterilitatem frugum,& ſimilia, quæ ex corporalibus, & naturalibus cauſſis dependent,nullum uidetur eſſe peccatum; nã omnes homines circa tales effectus aliqua obſeruatione vtuntur corporum cæleſtium,ſicut agricolæ ſeminant, & metunt certo tpe,quod obſeruatur ſecundum motum Solis;nautæ nauigationem uitant in plenilunio, uel etiã in lunæ defectu;Medici circa ægritudines criticos dies obſeruant,qui determinantur ſecundũ curſum Solis & Lunæ:unde non eſt inconueniens ſecũdum aliquas alias occultiores ſtellarũ obſeruationes,circa corporales effectus uti aſtrorum iudicio.Hoc autem omnino tenere oportet, ꝙ uoluntas hominis nõ eſt ſubiecta neceſſitati aſtrorum, alioquin periret liberum arbitrium,quo ſublato,nõ deputaretur homini nec bona opera ad meritum;neque mala ad culpam. Et ideo certiſſime tenendum eſt cuilibet Chriſtiano,ꝙ ea quæ ex uoluntate hominis dependent,qualia ſunt omnia humana opera, non ex neceſſitate aſtris ſubduntur

Hier. 10.

& ideo dicitur Hier.10.A ſignis cęli nolite metuere,quæ gentes timẽt.Sed diabolus, ut omnes pertrahat in errorẽ,immiſcet ſe operationib.eorum,qui iudicijs aſtrorum intendunt.

D.Aug.

Ideo Aug.dicit 2.ſuper Geneſ.ad literam, c.17.Fatendum eſt,qñ ab aſtrologis uera dicuntur, inſtinctu quodã occultiſſimo dici, quẽ neſcientes humanæ mẽtes patiuntur;quod cum ad decipiendos homines ſit, ſpirituum immundorũ,& ſeductorum operatio eſt,quibus quędam uera de temporalib.rebus noſſe permittitur. Et ideo Auguſt. dicit 2. de doctrina Chriſtiana, ꝙ tales aſtrorum obſeruationes referendæ ſunt ad quędam pacta cum dæmonibus habita. Eſt autem omnino Chriſtiano uitãdum, pactum, uel ſocietatem cum dæmonibus habere, ſecundum illud Apoſtoli primæ ad Corinth. decimo Nolo uos fieri ſocios dæmoniorum;

1. Cor. 10.

& ideo pro certo tenẽdum eſt, graue peccatum eſſe,circa ea quæ a uolũtate hominis dependent,iudicijs aſtrorum uti. Quæ omnia confirmantur ex definitione Concilij Tridentini,cuius definitio ſic habet in indice voluminum a Synodo damnatorũ,regula 6.

Conci. Tri.

Epiſcopi diligenter prouideant, ne aſtrologiæ iudiciariæ libri,tractatus,indices legantur,uel habeantur,qui de futuris contingentibus, ſucceſſibus, fortuitiſue caſibus, aut ijs actionib. quæ ab humana uoluntate pendent, certo aliquid euenturum affirmare audent.

Ad aſtrologorum arg. Ad primum

Sed iam tempus eſt,ut argumenta aſtrologorum diſſoluamus,& demonſtremus quoniam uana ſunt.

Ad primum dicendum,ꝙ Ariſtot. in loco adducto,per mundum inferiorẽ nõ intelligit oĩa quæ ſublunaria ſunt, ſed quatuor elementa,quæ corporib. cæleſtib. ſunt contigua,& ideo corpora cæleſtia,in corporib.inferiorib. operari non ualerent,neq; eorum uirtus ad inferiora penetraret,niſi elementa prius uirtutẽ,& influentiam cæleſtium corporum in ſe ſuſciperẽt, indeq; oĩs uirtus deriuaretur.

Ad ſecundũ

Ad ſecundum dicendum,quod cælum mouet hæc corpora inferiora neceſſario ſuo motu,& agitatione,ſic ut nõ poſſimus effugere eius alterationes;ex cæli motu frigemus aliquando,interdum calemus,nonnumquam humectamur,& ſiccamur aliquando; ſed cælum nõ mouet nos neceſſario,motu locali. Nam quamquã alterationes prædictæ ex corporibus cęleſtibus nobis obueniant,& quamquam ſine motu cæli nõ poſſumus aliquem motum habere,nihilominus non cõſtringit nos, ut nos moueamus potius ad vnum locum quam ad alterum; ſed motum hunc pro noſtra uoluntate operamur. Itaque corpora cæleſtia, non trahunt corpora inferiora ex neceſſitate ad omnẽ motum,etiam corporum; & multo minus poſſunt imprimere aliquid in noſtris animis,qui ſpirituales ſunt, vt demõſtrat D.Tho.in articulo.

Ad tertiũ

Ad tertium dicendum; quod mores, & ingenia humana ſequũtur complexionem; & corporis conſtitutionem, ſed non adeo neceſſario, vt non poſſit homo facere cõtra id,ad quod complexio inclinat, & ſolicitat, maxime ſi ſit bene & ꝓbe inſtitutus.Et magna aſſeueratione decerno, ꝙ quamuis rationalis anima mortalis eſſet,(quod non eſt uerum)cælum non poterat conſtringere eam, ut neceſſario ſequeretur ſyderum conſtellationem,& corporis complexionem,ſed adhuc haberet ſuam libertatem;unde bruta animantia non adiguntur,& neceſſitantur,vt ſequãtur ſuas complexiones,quin potius poſſunt eis reſiſtere,& repugnare.Si quis enim una manu oſtenderet cani famelico cibum,& altera teneret baculũ, certe iſto metu detineret canem,& eius impetum naturalem, ut non auderet cibũ apprehendere. Itaque ego pernego ꝙ non poſſimus reſiſtere naturali complexioni.

Stilpo philoſophus.

Certe de Stilpone philoſopho acuto,& ſua ætate in magno pretio habito,ſcribitur,quod erat in ebrietatem,& luxuriam inclinatus, quam inclinationem ſic ipſe compeſcuit,ſicque ſuam naturam deficiẽtem frænauit,ut nemo videret eum ebrium, aut in eo libidinis ſignum deprehenderet.

Zopyrus. Phyſiognomon. Socrates.

Zopyrus Phyſiognomon,cuius profeſſio erat de moribus,& vita cuiuſq;,ex ſignis quibuſdã decernere,cum uidiſſet Socratẽ ſtupidum eum; & bardum eſſe dixit,mulieribuſque deditum;quam inclinationem ex decretis philoſophię Socrates perdomuit,atq; frænauit. Sed & illud addo ad confutationem argumenti,quod apprime eſt notandum,complexiones quidẽ corporum e cælo uenire,ſed non tantũ e cælo;nam e cælo veniunt tamquã a cauſſa uniuerſali;ab alijs uero tamquam a cauſſis particularib.unde dicit Ariſt. quod ſol, & homo

Ariſt.

gene-

generant hominem: ad generationẽ quippe Socratis neceſſarium eſt ut cõcurrat Sol, vt cauſſa vniuerſalis. ſed nõ ſufficit: quin potius eſt neceſſaria cauſſa particularis, quæ determinet cauſſam uniuerſalẽ ad generatione huius indiuidui. Propter quod Aſtrologi ex cõſideratione, cauſſarum vniuerſaliũ, nõ poſſunt de moribus hominũ iudicare, neq; de honoribus, neq; dignitatibus. Quando n. multę cauſſę concurrunt ad aliquem effectum, nõ poſſumus exacte cognoſcere effectũ ex cauſſis, niſi cognitis vniuerſis cauſſis, quarũ quæ ſunt magis particulares, inueſtigantur difficilius q̃ uniuerſales. Propter quod docuit Ariſ. ꝙ ex cauſſis vniuerſalibus neceſſum eſt, ut ad cauſſas particulares deſcẽdamus, ſi volumus uere eſſe ſapientes. Vnde ſi q̃ſpiã Aſtrologus, & aſtrorũ interpres aſpexiſſet cęlũ in eo tp̃is puncto, quo Socra. natus eſt, & aſpectus ſyderũ benigne faueret, ſi tñ Soc. natus fuiſſet ex parẽtibus cõplexionis deficiẽtis, nõ poſſumus ex ſyderibus bñ fauẽtibus, de vita & moribus Socratis dijudicare: ſiquidẽ quãquã aſpectus ſyderũ & eorũ cõiunctiones ꝑmitterent Socrati vitã felicẽ, & bene longã, cauſſæ tñ particulares ſunt tã male diſpoſitę & affectæ, ut nõ ſint aptæ ad recipiendum illũ cęli influxũ. Quod vt melius intelligatur, adhibeo exẽplũ ſatis accõmodum. Si agricola uelit duas arbores plantare, quarũ una ſicca ſit, altera viridis; & aſpexit cęlum ad plantationis opus aptiſſimũ, plãtetq; vtramq; in uno tẽporis articulo, uiridis naſcetur, ſicca uero minime: cęlum enim operatur ſecundum materię diſpoſitionem, & ſicca arbor nõ eſt apta, ut cęli influẽtiam alioqui benignam recipiat.

Ariſtot.

SVMMA SEXTVS.

Vtrum uoluntas a ſolo Deo moueatur, tanquam ab exteriori principio.

Interrogatio.

Sed interrogabit me Theologus quid ego ſentiam de influentijs ſyderũ, qua unus naſcitur ad honores; alius ad ignominias, & cetera huiuſmodi. Certe ut breuiter explicẽ, qd ſentio, dico, q credo, imo decerno eẽ fabulas, & nugas meras. Nã nos ſi de naturis rerũ facimus ſermonẽ, niſi illud qd ſenſus & ratio demonſtrat, nõ debemus credere: ratio uero & ſenſus demonſtrat, ꝙ cęlũ tm̃ operatur ſuo motu, & lumine, unde conſequẽs eſt, ꝙ oĩa quæ operatur cęlum, operatur mediãte motu, & lumine. Reliquas influentias irrideo, & oẽs ſapientes merito irrident. Propter qd placet mihi magnopere doctiſſimi cuiuſdã uiri diſtinctio, qua aſtrologiæ diuinantis duo genera diſtribuebat, phyſicum & fictitiũ. Phyſicum, phyſicas tm̃ ſtellarum influentias obſeruat., quæ non ſolũ imaginationis excogitatione, ſed re ipſa in rerũ natura exiſtant, ueluti ſunt lumen, motuſq; ſyderum. Fictitiũ uero, neglectis phyſicis influentijs, obſeruat influxiones quaſdã cõſtellationum imaginarias, & commentitias, hoc eſt, afflatus aliquos ſydereos, qui nuſquam ſunt, ſed ſolum ſunt aſtrologorum vanitate introducti: ueluti quod Venus mittat afflatum libidinis; Mars defluxionem iræ; Luna influxũ inſaniæ; Capricornus vim quandam occultam ut naſcentes ſub eo reges efficiat, & cetera huius generis deliramenta.

duplex aſtrologiæ genus phyſicum & fictitium.

Ad quartũ.

Ad quartum dicendum, quod ea quæ commemorantur ab aſtrologis euenire ex ſyderum cõſtellatione, ueniũt a fortuna, & a caſu: ueluti cum quis e domo egreſſus, pergens in forum, cadente lapide occiditur. Quo modo autẽ in his fortuitis prænunciandis uera dicant aſtrologi, confeſtim explicabo.

Ad quintũ.

Ad aliud de hominibus qui ad furta, vel libidinẽ ſunt ex ſyderibus inclinati, dico id vanũ eſſe, & nugatorium: ſed inclinantur ad hæc ex praua inſtitutione, & improba conſuetudine, quam acquirunt praue & improbe uiuẽdo: conſuetudo uero quæ altas radices mittit, iam uelut in naturam uerſa, difficillime extirpatur.

Ad vltimũ.

Sed inquit aliud argumentum quod ſequitur, ſi einſmodi aſtrologorum ſtudium uanitas eſt, & inane figmentum, qua ratione fit, ut hi ex conſtitutione ſyderum de natiuitatibus, morte, euentibus uerißima prædicant? Hæc eſt illa ſingularis, ac præcipua diuinatorum demonſtratio, ea uero quam labilis & infirma ſit, palam dextre Baſilius, Chryſo. Aug & alij priſci Doctores cõtra uanitatem hanc diſputantes, demonſtrarunt.

Baſil.
Chryſoſt.
Augu.

Quare quã prædicunt futura, certo eueniant

Itaq; cenſent Patres, veritatem illarum prædictionum non eſſe referendam ad obſeruationes conſtellationum, q̃ mera ſunt ſomnia: ſed ad alias quattuor potiores & euidentiores cauſſas, nimirũ ad ſortẽ, ad pacta, ad prudentiam conſultorum, & ſtultitiam conſulentium. Vim ſortis hoc facere teſtatur Auguſt. lib. 4. cõfeſſ. c. 3. Si enim de paganis poetę cuiuſpiam, longe aliud canentis atq; intendẽtis, cum forte quis conſuluit, mirabiliter conſonus negotio ſæpe uerſus exiret: mirandum non eſt, ſi ex aĩa humana ſuperiore aliquo inſtinctu neſciente quid in ſe fieret, non arte, ſed ſorte ſonaret aliquid, ꝙ interrogantis rebus, factiſq; concineret: hæc Auguſtinus. Secundo, multa ab aſtrologis dicta certiſſime eueniunt, non ex aſtrologia diuinante, quæ nulla eſt, ſed ex ſocietate & fęderibus inter eos & Dæmones conſtitutis. de quibus D. Aug. lib. 5. de ciuit. Dei, c. 7. ſic loquitur. His omnibus conſideratis, non immerito creditur, cum aſtrologi mirabiliter multa uera reſpõdent, occulto inſtinctu fieri ſpirituum nõ bonorum, quorum cura eſt has falſas ac noxias opiniones de aſtralibus fatis inſerere humanis mẽtibus atq; firmare, nõ horoſcopi notati & inſpecti aliqua arte, q̃ nulla eſt. & lib. 2. de Gene. ad literã c. 17. idipſum latius explicat, ſed ꝓpemodum in eandẽ ſententiã, & tandẽ cõcludit, ꝙ uiro Chriſtiano mathematici, maxime dicentes uera, cauendi ſunt, ne conſortio dęmoniorũ aĩam deceptã pacto quodã ſocietatis irretiãt.

D. Augu.

SVMMA TEXTVS.

Conclu

Conclusio ſic habet. Solus Deus, ut principium exterius, poteſt mouere uolunta-

Tertio, implentur ſæpenumero quæ aſtrologi prænunciant abſq; vlla ſtellarum inſpectione, ſed ſola animi prudẽtia, ad q̃ attinet nõ ſolum intueri p̃ſentia, ſed præterita reminiſci, & futura ꝓſpicere, & q̃ ventura ſunt, longe ante præuidere. Sunt autẽ homines quidã tã natura, q̃ exercitatione ita prudẽtes, ut ex negotiorum, & hoĩum circũſtantijs rite cõſideratis, multa eis euẽtura ꝓuideant, eaq; aſſeuerationis cõſtantia ꝓferant, vt raro fallãtur. Sic Hannibal prudentiſſimus dux, perſpecta temeritate ac imperitia Terentij Varronis Romani cõſulis, Afris victoriam; Romanis cladem, ingenti fiducia prædixit, & prædictionem rerum euentus confirmauit.

Quarta ac poſtrema cauſſa, ob quam diuinationes huiuſmodi ueræ eſſe deprehendantur, eſt cõſulẽtium ſtultitia, ſiue ſtulta credulitas: ſolet enim ea credulitas immittere credulis cõſulẽtium animis, aut ſpem felicitatis a diuinatore ꝓmiſſæ, aut metum calamitatis ab eo denuntiatæ. Hi autẽ duo affectus crebro efficiunt, ut humana negotia prænuntiatos effectus ſortiantur. Nam quemadmodum ſpes & fiducia, ardua quæq, opa audẽter aggrediuntur, & feliciter magnificeq; abſoluunt: ita pauor ac metus res pauide incipiunt, & inceptas turpiter & infeliciter deſerunt. Sed dum hęc ex alijs auctoribus trãſcriberem, alia cauſſa ſeſe mihi obtulit, q̃ fortaſſis nonnullis ut incerta & vacillans videbitur, ſed mihi maxime probatur. ea eſt, ꝙ iſti ſtellarum interpretes tot p̃dicunt euentura, tamq; uaria ꝓnuntiant, ut neceſſum ſit in aliquod uerum incidere: quod re uera accideret, ſi forte fortuna nullis inſpectis ſyderibus prænuntiarent. Hæc autem eſt uulgi temeritas, & ſtulta credulitas, ut aſtrologo ſępe falſa dicẽti, ſi in uno verum dicat, ſidem adhibeat veluti diuinã, cum tamen hominem alioqui probum, ſi ſemel in mendacio deprehendat, indignum cui credatur omnes arbitrentur.

Ad Orig.

Ad Origenis teſtimonium dicendum eſt, quod meretur condemnationem, ſicut alia dogmata, quę hic auctor ſuis operibus inſeruit: quam proinde ſententiam, ut periculoſam, & fabuloſam, improbat Aug. lib. 5. de ciuitate Dei, locis ſuperius citatis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Deus cauſſa eſt operationum uoluntatis.

IN hoc articulo obſeruet Theologus non ſolum eſſe certum, Deum cauſſare noſtram uoluntatem, quæ eſt potentia, & uis animæ ad uolendum, ſed etiam cauſſare omnes uoluntatis humanæ operationes: quaſdam quidem generali auxilio; quaſdã uero ex ſpecia-

Eſa. 26. Prouer. 21. Phil. 2.

ſpeciali. Dicitur enim Eſa. 26. Vniuerſa opera noſtra operatur in nobis Dñs: & Prou. 21. Cor regis in manu Domini, & quocũq; voluerit, uertet illud: & ad Phil. 2. Deus eſt qui operatur in nobis & velle, & pficere. Deinde illud obſeruet Theologus, ꝙ Deus ſolus mouet noſtram uoluntatẽ efficiẽter, quantum ad exercitiũ actus: nam in citatis teſtimonijs hoc uendicat ſibi Dominus, tãquã ꝓpriũ. Sed demõſtrare huius rei cãm, difficile ẽ, & opus laborioſũ.

Quare ſolus Deus moueat uoluntatem efficienter quãtum ad exercitium. D. Thom.

Diuus Thomas 3 contra Gẽtes c. 88. varias huius rei conatur demõſtrare rõnes. Prima ſic hẽt. Nã lex eſt ꝓuidentiæ, ut vnumquodq; moueatur a ſua ꝓxima cauſſa, & quod ſuperior cauſſa, ꝑtermiſſo hoc ordine, nihil poſſit efficere. Ergo intellectualis ſubſtantia nõ põt mouere noſtram uoluntatẽ, niſi mediãte bono apprehenſo. Antecedẽs huius argumenti probatur. Nam cum omnes actiones rerũ creatarum contineantur intra ordinem prouidentiæ diuinæ, non poſſunt illius leges & decreta præterire. Conſequentia argumenti inde ꝓbatur. Nã bonum apprehenſum eſt proxima cauſſa, quæ mouet noſtrã uoluntatem: ex quo cõſequẽs eſt, quod intellectualis ſubſtantia nõ poſſit mouere noſtram uolũtatem, niſi per modum perſuadentis: mouere enim uoluntatem mediante bono apprehẽſo, nihil aliud eſt, quam patefacere aliquid eſſe conueniens, aut diſconueniens ad agendum: quod nihil eſt niſi perſuadere.

Sed in hac ratione illud animaduerſione dignum eſt, quod ſolum ſummum bonũ, & uniuerſale, rapit efficaciter, & trahit neceſſario noſtrã uolũtatẽ: quod Deus ſolus poteſt oſtendere, cum uidetur a beatis per eſſentiam: iuxta illud Exho. 33. Ego oſtẽdam tibi omne bonũ. cetera uero bona, a quacunq; creatura demõſtrata & propoſita noſtræ uoluntati, non poſſunt illam trahere neceſſario, quia in quouis bono particulari poteſt ratio inuenire aliquid, quod appareat diſconueniens, aut incommodum, ſiquidẽ non eſt uniuerſale bonum.

Exho. 33.

Secunda cauſſa eſt, quoniam uoluntas noſtra non ſedatur, neq; ſaturatur niſi in adeptione ſummi boni, tamquã in eius fine, ad quem tendit. Ergo ſolũ ſummũ bonũ mouet noſtrã voluntatẽ per modũ efficientis. Conſequentia inde probatur. Nã ut in præcedentibus oſtenſum eſt, in quouis alio bono põt intellectus noſter inuenire aliquã rationem incommodi, propter quod non trahatur ab illo.

Tertia ratio ſic habet. Nam dare inclinationem naturalem, ſolum eſt illius, qui inſtituit naturam. Ergo inclinare uoluntatem in hoc, vel in illud bonũ, eius ſolius eſt, qui condidit uoluntatem. Conſecutio argumẽti ſic probatur. Nã ſicut ſe habet in re inanimi inclinatio naturalis, quã appetitum naturalem appellamus, ſic ſe habet in natura intellectuali voluntas, quam appellamus appetitũ rationalem. Hoc ipſum confirmatur. Nã licet quiſq; poſſit proijcere lapidem ſurſum, at non cuiq; continget efficere, ꝙ lapis concurrat ad illum motum efficienter. hoc ſolũ poteſt efficere auctor lapidis, qui dedit inclinationem lapidi, vt concurrat ſuo põdere ad ſuũ motum. Sed uolũtas noſtra concurrit efficienter ad quamuis appetitionem. Ergo tantummodo Deus, qui inſtituit naturam uoluntatis, poteſt mouere illam efficienter.

Quarta ratio. Violentum eſt, quod eſt a principio extrinſeco, paſſo nõ conferente vim: ſic.n. omnes definiunt uiolentum, nominatim Ariſt. 3. Ethi. Ex quo cõſequens eſt, quod ſi motus uoluntatis eſt a principio extrinſeco, violentus erit. Ex quo rurſum concludo, quod ſolus Deus poteſt mouere uoluntatem ad actũ ſuum per modũ efficiẽtis (ſolus.n. Deus eſt intime in omnibus rebus per eſſentiam, præſentiam, & potentiam) quare ſolus ille illabitur animis noſtris. Quod eſſe uerum, demonſtratum exiſtimo in materia de Angelis. Item, violentum eſt aduerſum & contrariũ, tũ naturali, tum voluntario: vtrumq; enim oportet quod ſit ab intrinſeco. Illud igitur agens extrinſecũ cauſſabit motũ ſine uiolentia, quod cauſſat in re mobili principium intrinſecum illius motus: ſicut generans dicitur mouere naturaliter, & nõ uiolente, grauia & leuia in ſuum locũ; aliud uero agens extrinſecum nõ poteſt mouere corpus naturale abſq; violentia, niſi forte per accidens, remouendo prohibens: ſed hoc nõ eſt cauſſare motum, ſed vti motu alterius. Deus igitur ſolus, qui inſtituit, & creauit voluntatẽ, & dedit illi principium intrinſecum ad volendũ, mouet illam per modum efficientis, & inclinantis ad bonum.

Obiectiones. Prima.

Sed contra hanc ſententiam, tot argumentis ſtabilitã, non deſunt argumenta. In primis fit argumentum de habitibus, qui ſunt in voluntate, qui efficienter mouent uoluntatem ad exercitium, & ad operandum: ſunt enim habitus principia operatiua.

Secunda.

Item poteſt fieri argumentum de intellectu, de quo diximus in 1. arti. huius quæſtionis, quod mouet uoluntatem efficienter. ergo non ſolum Deus poteſt mouere voluntatem efficienter.

Tertia.

Præterea Angelus mouet efficienter cęlum (vt ſatis cõſtat) & ad motũ naturaliſſimũ. At Angelus non cauſſat naturã corporis cęleſtis. ergo quãquam angelus nõ cauſſet naturam noſtræ uoluntatis, poteſt eã efficienter mouere. & ſic labefactatur probatio Diui Thomæ in articulo.

Dubium aliud.

Item poteſt enaſci dubitatio ex concluſione ꝓpoſita, an ſit uera tãtum de lege, & ex natura rei; an uero ſic uera ſit,

tem per modũ efficientis, & quantum ad exercitium Sed videamus, quo modo Diuus Thom. hoc probat: nam eius probationes non ſunt vſque adeo euidẽtes. Prima probatio Diui Thomæ ſic procedit. Nam uoluntas eſt potẽtia animæ rationalis, quæ a ſolo Deo creatur. Ergo uoluntas eſt potentia animæ, quæ a ſolo Deo mouetur. Secunda ſic. Voluntas habet ordinem ad uniuerſale bonum; particularis autem cauſſa non põt dare inclinationem vniuerſalem ad bonum: vnde neq; materia prima, quæ eſt in potentia ad omnes formas, poteſt cauſſari ab aliquo particulari agente. Ergo ſolus Deus, q eſt vniuerſale bonũ, eſt cauſſa noſtræ voluntatis. Ex quo conſequens eſt, quod ſolus Deus poſsit mouere noſtrã voluntatem. Sed adhuc (vt verum fatear) vis probationum D. Thom. non demonſtratur: prædicta enim tantum ꝓbãt, quod ſolus Deus cauſſat noſtrã voluntatem; non ꝙ ſolus Deus efficienter moueat. Sed ecce validiſsimã & certiſsimã ꝓbationem D. Tho. Nam motus volũtatis eſt ab intrinſeco, ſicut mot⁹ naturalis Sed motum naturalem rei motæ nemo poteſt cauſſare, niſi qui eſt aliquo modo cã naturæ. Ergo motum voluntariũ nemo põt cauſſare, niſi ſit cauſſa noſtræ voluntatis: voluntatis autem cã nihil aliud eſſe poteſt, quam Deus, vt antea probatũ eſt. Ergo ſolus Deus poteſt mouere noſtram volũtatem. Maior huius probationis certiſsima eſt; Minor vero probatur euidenti exẽplo. Non enim põt aliquis facere, quod lapis cõcurrat ad motũ ex inclinatione naturali, licet poſsit homo mouere lapidẽ: non enim eſt in poteſtate cuiuſq; principiũ naturale ad mouendum lapidem: & ſi ad omnem motum lapidis oporteret lapidem cõcurrere, nullus homo poſſet mouere lapidem. Cum igitur voluntas cõcurrat ad omnem actũ voluntarium, impoſsibile eſt, vt moueatur niſi a ſolo Deo, q eſt eius auctor.

ta ſit, ut fieri nō poſſit etiam de potentia Dei abſoluta, quod aliqua creatura moueat voluntatem efficienter.

Solutiones. Sed hæc argumenta facillimam ſolutionem habent.

Ad primum. Nam ad primam obiectionem dicendum, quod habitus quidam ſunt ſupernaturales, & diuinitus infuſi, & iuuenēt volūtatē virtute diuina; quare eorum motio, & energia, in Deū referenda eſt: alij ſunt habitꝰ facultate naturæ comparati, & horum motio pręcipue attribuitur voluntati, quæ habitus acquiſiuit, & contraxit illos virtutem ad operandum. Vel dicat Theologus, quod D. Th. loquitur de efficaci motione, quæ efficaciter trahit voluntatem: hanc non habent habitus, niſi depēdenter a voluntate; quia habitibus vtimur cū volumus.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicēdum, quod ſi intellectꝰ mouet voluntatē, eſt dependēter a voluntate: propter quod vniuerſa eius motio & vis, in volūtatem eſt referenda. Vel dicatur, quod intellectus eſt in eadem eſſentia animæ, & ideo nō cenſetur principium extrinſecum.

Ad tertium. Ad tertium dicēdum, quod cælum non concurrit efficienter ad ſuum motum, ſicut voluntas; ſed ſolum concurrit paſſiue, ſuſcipiendo illum motum: vnde non eſt mirandum, quod Angelus concurrat efficienter ad illum motum. D. Thom. in ſua probatione loquitur de mobili, quod efficiēter cōcurrit ad ſuum motum, vel de mobili, quod eſt determinatum a natura ad talem motum, ſicut graue, uel leue.

Ad dubium. Ad ultimum, in quo quæritur, an aliqua creatura poſſit per Dei omnipotentiam mouere uoluntatem noſtrā ad operandum per modum efficientiæ, uel inclinando uoluntatē, uel imprimendo in ea aliquid; dico, quod ſubtilius quæritur, quam utilius. Ego tamen non dubito, quin creatura, diuina uirtute poſſit imprimere aliquid in animam noſtram: poſſunt enim ſacramenta, quæ ſunt res creatæ, imprimere in animis noſtris gratiam, & uirtutes ſupernaturales, & id quidem efficienter: de hoc nihil dubitandum eſt. Sed illud non audeo definire, an creatura aliqua poſſet ſic applicare noſtram voluntatem ad operandum, vt neceſſitet illam ad operandum, ſicut Deus neceſſitat ad amandum in patria: hoc ſub lite maneat, vt excogitent exquiſite diuini Theologi.

QVAESTIO X.

De modo quo voluntas mouetur, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum voluntas moueatur naturaliter ad aliquid?

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ſic hēt. Volūtas fertur naturaliter in bonum in communi, & in finē ultimum, atque adeo ad omnia bona, quæ cōueniunt uolenti, ſecundum naturam ſuā; cuiuſmodi ſunt cognoſcere uerum, uiuere, & eſſe. Probatio D. Thom. inde ſumit exordium, ut explicet uariā ſignificationem huius nominis, natura. Natura, inquit, multipliciter dicitur: nam in rebus mobilibus, pro principio intrinſeco, forma, uel materia uocatur natura; alio modo quælibet ſubſtantia, uel quodlibet ens, quod cōuenit ei ſecundum ſuā ſubſtantiam naturale dicitur, & naturaliter conuenire. His explicatis, prima ratio D. Tho. hæc eſt. Sicut ſe habet primum principium in ſciētijs, ſic ſe habet ultimus finis in rebus agendis. Sed prima principia intellectualis cognitionis ſūt naturaliter cognita. Ergo principium primum uoluntariorum oportet eſſe aliquid naturaliter volitum, quod eſt bonum in cōmuni, uel ultimus omniū finis. Secunda ratio concluſionis. Quælibet potentia naturaliter fertur in ſuum obiectum. Sed obiectum voluntatis eſt bonum in communi; ergo uolūtas naturaliter fertur in bonum in communi; & non tantum, ut natura: cum per uoluntatem appetimus non ſolum ea, quæ pertinent ad uoluntatem, ſed etiam ea quę pertinēt ad ſingulas potentias, & ad totum hominem: ideo naturaliter homo uult nō ſolum obiectum uoluntatis, ſed etiam alia, quæ conueniunt alijs potentijs, vt cognitionem ueri, eſſe, & uiuere, & ſimilia, quæ comprehenduntur ſub obiecto uoluntatis, ſicut quædam particularia bona.

EXPLICATIO ARTIC.

Arguitur cōtra rationē articuli. Videtur certe, quod concluſio articuli vera non ſit.

Prim. argu. Nam volitio boni, & volitio vltimi finis, libera eſt, & non determinata ad vnum, atque adeo meritoria. ergo non eſt naturalis.

Secundum & Tertium. Deinde, multi ſunt qui nolunt ſapere, & quam plurimi ſe interficiunt, & damnati volunt non eſſe. Ergo homo non deſideat naturaliter cognoſcere verū, viuere, eſſe. Præterea probatio D. Th. in articulo videtur inanis: quia ex eo quod voluntas nō ſolum vult bonū in communi, ſed etiam ea quæ pertinent ad alias potentias, & ad conſiſtentiam hominis, ratiocinatur D. Tom. quod naturaliter velit ea quæ pertinēt ad certas potentias, & ad cōſiſtētiam hominis, quæ ratiocinatio inanis eſſe videtur. Nam ex ea probatur, quod omnia quæ vult voluntas, naturaliter velit, quia omnia comprehenduntur ſub obiecto voluntatis, ſicut quædam particularia bona.

Explicatur veritas. Vt veritas explicetur, & diſſoluantur argumenta in contrarium; ſcire oportet, quod quæſtio propoſita in hoc articulo, magna ex parte expoſita eſt ſupra quæſtione quinta, articul. 8. vbi cōmonſtratum eſt, quomodo voluntas fertur neceſſario, quantum ad ſpecificationem, in beatitudinem in communi. Idem docet Diuus Thomas hoc in loco. & eadem eſt ſententia Scoti, in quarto diſtinctio. 49. quæſt. nona. quamquam in modo loquendi ſit differentia. (D. Thom. Scot.) Nam Diuus Thom. dicit, quod uolitio boni, & beatitudinis, eſt uoluntati naturalis. Scotus docet, quod non eſt naturalis, ſed in natura. Sed profecto modus loquendi Diui Thom. eſt conformis modo loquendi Philoſophorum, & rectæ rationi. Vnde Ariſtot. in principio Metaphyſicæ ſic inquit: Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat, eo quod tale deſiderium ex inclinatione naturali proficiſcatur. (Ariſt.) Certe cupiditas pecuniæ in auaro, in natura uoluntatis eſt: at nemo dixerit talem cupiditatem eſſe naturalem voluntati. Vt ergo uolitio boni & beatitudinis dicatur naturalis, ſat fuerit, quod proficiſcatur ex inclinatione naturali volūtatis, & quod uoluntas ſit ſuapte natura inſtituta, & condita ad uolendum bonum, & quod neceſſitetur ad id, quantum ad ſpecificationem. Sic enim eſt inſtituta, ut uelit bonum, & nullo modo poſſit trahi, ut nolit bonum: uelut ignis, quia natura ſua eſt calidus, & nō poteſt frigefacere, naturaliter eſt calidus, & naturaliter calefacit, licet non ſemper calefaciat; & graue, quod natura ex ſua natura deſcendit, & ex ſua natura non poteſt aſcendere, naturaliter deſcendit, quamquam non ſemper deſcendit: ſimili ratione uoluntas ſuapte natura eſt inclinata

nata ad bonum, licet non ſemper ſit in appetitione boni.

Soluuntur argumenta. Ad primum.

Ad primum argũ in contrarium dicendum eſt, ꝙ ut volitio boni ſit naturalis, ſatis eſt, ꝙ proficiſcatur ex inclinatione naturali, & ꝙ neceſſitetur voluntas, quantum ad ſpecificationem. Nam ſicut uiſus inclinatur, vt videat colorem, ſic, ut oppoſitum videre non valeat: ſic volũtas inſtituta eſt, ut uelit bonum, & nulla ratione trahi pōt, vt nolit bonum. Pro quo ſciendum eſt (quod alio in loco eſt a nobis explicatum) duplicem eſſe libertatem, cõtradictionis, & contrarietatis. Contradictionis eſt, qua poſſumus velle, & non uelle; operari, & non operari. Contrarietatis eſt, qua poſſumus velle unum, & contrarium: ſicut poſſumus velle diuitias, & paupertatem; poſſumus velle ducere uxorem, atq; etiam ſequi vitam cœlibem. Libertas plena, q̃ eſt uere, & proprie libertas, utrumque requirit. & ideo naturale non ſolum dr̃, quod nullo modo eſt in poteſtate agentis, ſed ẽt ſi ſit in poteſtate agẽtis quantum ad exercitiũ, ſi ſit neceſſariũ, quantum ad ſpecificationem dr̃ naturale, & non proprie liberum: licet.n. voluntas poſſit velle bonum, & non velle; operari, & nõ operari, q̃ eſt libertas contradictionis, ſed non hẽt libertatem contrarietatis: ſi.n. vult, bonum vult, & non poteſt velle id, quod bonũ non eſt: quemadmodũ viſus ſi videt, coloratum videt; & non pōt videre id, quod coloratum non eſt. Ex quo ratiocinari licet, ꝙ volũtas de ſua natura ſit inclinata ad bonum, quamuis non ſemper proſequatur bonum, neque ſemper ſit in actuali appetitione boni.

ad ſecũdum

Ad ſecundum dicendum ex Dño Caietano, quod ſicut in rerum vniuerſitate ſunt quidam effectus, qui neceſſario omnino eueniũt, ita ut oppoſiti nũquam poſſint euenire, ut ꝙ Sol oriatur, cęlum moueatur: alij ſunt qui eueniunt, ut plurimum, & fere ſemper, ut hominem habere duos oculos, duas manus, quorum oppoſitum aliquãdo contingit, ſed raro: & in hoc genere dicendum eſt, quod homines naturaliter deſiderant ſcire, viuere, & eſſe, & qñ hoc non contingit, eſt contra naturam, uel præter naturam: idque rarenter contingit, quemadmodũ monſtra naturę. Aliter dr̃, ꝙ homo ex ęquo & ęqualiter inclinatur ad uolendam beatitudinem, & ad uolendam uitam, & ſuppoſiti ſubſiſtentiam. Quare ſicut non poteſt abſolute nolle beatitudinem, ſic homo poteſt abſolute nolle vitã, ſed bene per accidens rõne adiuncti, propter adiunctam miſeriã, & ærumnam: ſic etiam poteſt quis nolle beatitudinem propter adiunctum laborem, & difficultatem. Sed certe difficile eſt explicare, quomodo uoluntas amet neceſſario beatitudinem, & non neceſſario uelit eſſe; qm̃ ſi vult homo eſſe beatus, neceſſum eſt, ut uelit eſſe: eſt.n. euidens cõtradictio, non eſſe, & habere beatitudinis bonum, ex hoc, quod non eſſe, ſequitur non eſſe beatum; & ſi beatus eſt, neceſſum eſt, ut ſit. Sed de huius rei difficultate ſatis (ut opinor) diximus ſupra, quæſt. 5. ad finem.

ad tertium.

Ad tertiũ dicendũ eſt, non eſſe rectã argumentationem, ex eo, ꝙ aliqua bona contineantur intra obiectum voluntatis, cõcludere & ratiocinari, ꝙ voluntas ea naturaliter proſequitur: nec in hoc ſenſu procedit argumentatio D. Tho. ſed tñ procedit de iis, quæ conueniunt volenti, ſecundum naturã ſuam: ad hoc.n. ſumit D. Tho. illud principium, ꝙ uoluntas eſt appetitus, & inclinatio totius hominis, data a Deo, vt homo uelit, quæ ſibi ſecũdum naturam conueniunt, & ſic recte procedit probatio S. Thom. Voluntas (inquit) eſt appetitus totius hominis, datus in bonũ ipſius hominis. Sed eſſe, & uiuere, & ſcire verum, conueniunt homini, ſm naturam ſuam. Ergo ad hæc bona voluntas ſuapte natura inclinata eſt.

Voluntas cõſideratur, vt natura eſt, & ut voluntas eſt,

In ſolutione argumenti primi, admodum notanda eſt illa diſtinctio famigeratiſſima de uoluntate, ut natura ẽ, & de uoluntate, ut uoluntas eſt.i. ut liberum arbitriũ eſt. Voluntas.n. pōt conſiderari multipliciter: ſed qđ attinet ad noſtrum propoſitum, dupliciter conſideratur; tum, vt eſt res q̃dam habens talem naturam, & vt eſt apta nata, vt uelit; tum uero, ut cauſſa eſt libera, quæ libere operatur.

Q̃o diſtinguatur natura cõtra voluntatem.

Quando 2. Phyſicorum, & 9. Metaph. diſtinguitur natura contra uoluntatem, non diſtinguitur, ut res talis cõtra talem rem, ſed ſolum eſt diſtinctio in rõne cauſſandi. etenim uoluntas, ſecundum quod eſt res, ſuam naturam habet, & ideo natura contra voluntatem, ſecundum iſtã conſiderationem diſtingui nõ debet; ſed in ratione cauſſandi differunt, quia res illa, quæ cauſſat per modum naturæ, cauſſat ſm naturam ſuam, & ſecundum quod talis res eſt determinata ad unum: voluntas uero, ſ.n quod eſt potentia libera, non cauſſat per modum naturæ, neq; uero, quia talis res eſt, neq; ut determinata ad vnum; ſed potius cauſſat, quia vult, & quia eſt indifferẽs ad vtrumlibet, & ſic nõ cauſſat naturaliter: quidquid enim cauſſat quia vult, non cauſſat naturaliter.

Voluntas duplicem modum operandi habere poteſt.

Ex hoc ratiocinari poſſumus, uoluntatem habere vtrumque modum operandi, & cauſſandi, ut natura q̃dam eſt, & ut libera eſt: & modus cauſſandi, ut natura eſt, conſequitur ad voluntatẽ, ut res quædã eſt habens talem naturam: modus uero cauſſandi vt eſt libera potentia, conſequitur ad uoluntatem, ut eſt indifferẽs ad utrumlibet. Atqui iſti duo modi non conſtituunt duas res, aut duas cauſſas, ſed ſolum ſunt duæ rõnes diuerſæ in genere cauſſandi; quemadmodũ unus intellectus hẽt duos modos operandi: nam concluſionibus aſſentitur per diſcurſum; principijs uero aſſentitur ſine diſcurſu, mediante lumine rõnis naturalis. Itaq; voluntas, ut eſt res quædam, cauſſat naturaliter, & determinatur ad unũ; ut uero eſt liberum arbitrium, operatur libere. Cum aũt in unaquaque re prius ſit natura, quam operatio, hinc eſt, quod prius intelligimus uolũtatem habere naturam, quam vt operetur: ad naturam uero ſequitur modus operandi ad modum naturæ, & ideo prius intelligimus in uoluntate modũ cauſſandi naturalẽ, quam modũ cauſſandi liberum, ac proinde naturaliter determinatur uoluntas ad ea, quæ primo vult: eius.n. uolitio fundatur in natura, quæ eſt principium aliarũ operationum, quas libere producit. Hæc doctrina animaduerſione digna eſt, ad intelligendũ, quomodo Spiritus ſanctus licet procedat ꝑ actũ uoluntatis, non tñ procedit libere; ſed naturaliter, & neceſſario: procedit namque (ut dicũt Theologi) a uolũtate, ut natura eſt, non ut libera eſt. Sed de hoc in prima p. q. 41. ar. 2. competentius ediſſeruimus.

Doctrina D. Tho. notanda in ſolut. 2.

In ſolutione ſecundi argumenti non indiligenter legas doctrinam, quæ ibi traditur: docet enim D. Tho. ꝙ ea quæ conueniunt naturaliter rebus, ſi conſequuntur formã, ſemper actu inſunt; ſicut calidum igni, rõnale homini: quod aũt eſt naturale, tãquam conſequens materiam, non ſemper actu ineſt, ſed quandoque ſm potentiam tãtum: ſicut ignis non ſemper fertur ſurſum; ſed qñ eſt extra locum ſuum. Rõ huius eſt differentia inter actum, & potentiam: forma.n. eſt actus; materia uero eſt potentia; motus aũt eſt actus exiſtentis in potentia; vñ ea, quæ pertinent ad motum in rebus naturalibus, non ſemper inſunt, niſi in certa diſpoſitione, qñ ſunt extra locum ſuum. Ex hoc non colligat Theologus, ꝙ motus naturalis competat rebus, rõne materię, & non rõne formę: hęc enim eſſet magna deceptio. Accipit.n. hic D. Tho. materiam pro potentia, & uult dicere, ꝙ motus grauis, aut leuis, competit ſecundum, quod eſt in potentia; non ſecundum, quod eſt in actu. Intelliget tamẽ Theologus, quod non ſolum aptitudo ad motum, & ad operationem, cõpetit ſubiecto naturaliter, ut grauitas, & riſibilitas; ſed etiam deſcenſus, & riſus.

Caiet.

In ſolutione tertij argumenti merito Caietanus commendat, & amplificat doctrinam Diui Thomæ, nempe quod unum indiuiduum immaterialis ordinis, propter ſuam excellentiam, & perfectionem eximiam, æquiualet multis indiuiduis materialibus, contentis ſub una ſpecie, immo ſub uno genere etiam analogo. Cum enim natura determinata ſit ad unum, ſecundum proportionem (naturæ enim genericæ, correſpondet vnum in genere; & naturæ ſpecificæ, correſpondet vnum in ſpecie; & naturæ indiuiduæ, correſpondet unum in indiuiduo) ex hoc poteſt quis ratiocinari, quod cum bonum in communi, quod eſt obiectum uoluntatis, ſit quoddam genus analogum comprehendens ſub ſe uaria ac diuerſiſſima bona, oporteret conſtituere unam potentiam voluntatis in genere, quæ ſub ſe uarias atque diuerſas potẽtias volendi contineret: uel uice uerſa, cum uoluntas ſit una potẽtia ſpecie, oportebat, ut unum obiectum in ſpecie ei correſpõderet. Sed fallit ratiocinatio, ut docet hic D. Thom. Nam cum voluntas ſit potentia immaterialis,

vna cum ſit, præhabet in ſe quidquid genus, aut ſpecies haberet, præcipue cum tendat in uniuerſa bona ſub vna rõne formali: quemadmodum intellectus tendit ad omnia ſub vna ratione ueri. Eſt autem ratio huius, quia quæ ſunt diſperſa in inferioribus, in ſuperioribus ſunt coniūcta. quia de cā tāta eſt amplitudo immaterialis potentiæ, vt uniuerſi ſit capax.

ART. SECVNDVS

Utrum voluntas moueatur neceſſario a ſuo obiecto.

SVMMA TEXTVS.

Prior Cõcluſio. Voluntas quantū ad exercitium actus, a nullo obiecto de neceſſitate mouetur; qa poteſt aliquis de quocunq; obiecto non cogitare, ac p cõſequēs illud nō velle.

Poſterior Concluſio. Voluntas quantū ad ſpecificationē actus, quæ eſt ex obiecto, ab aliquo obiecto mouetur neceſſario; ab aliquo vero minime. Nā ſi proponatur aliquod bonum vniuerſale, & ſecundum omnem cōſiderationem, tunc bonum hoc de neceſſitate appetit volūtas, ſicut viſus, qđ eſt ex omni parte coloratū, non poteſt nō videre, niſi viſum auertat: ſed ſi proponatur aliquod bonum particulare, in quantū deficit ab aliquo bono, poteſt accipi vt nō bonū ex illa parte; & ſecundū hanc cōſiderationem poteſt repudiari a volūtate.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Prior cõc. De prima cõcluſione eſt dubitatio, nū vera ſit: nā vr̄ falſa hiſce argumentis.

Argumenta contra priorem D. Tho. Prim. argu. In primis, Beati, neceſſitātur ad amādum Deum, quātum ad exercitium, ſic vt non poſſint non amare: quod eſſe verū ſatis pbatum eſt in ſ... ſtimo in q. 4. Ergo male dicit D. Tho. quod a nullo obiecto neceſſitatur, quantum ad exercitium.

Secundum. August. Deinde, in motibus primo primis (quos admittunt Theologi in 2. diſt. 24 propter auctoritatem D. Aug. dicentis, Nō eſt in facultate noſtra quin viſis tāgamur) mouetur noſtra voluntas neceſſario, cum non ſint in poteſtate uoluntatis, & nō niſi ab obiecto: ergo aliquod obiectum trahit uoluntatem noſtram neceſſario.

Tertium. Item, ſi alicui admoueatur ignis ſubito, fieri non poteſt quin uoluntas ſtatim refugiat, & refutet, & ſi videtur pulcerrima mulier, ſubito trahitur voluntas ad complacentiam; & uiſo inimico, confeſtim mouetur uoluntas, & cor incitatur.

Quartum. Demū in pueris, & amentibus vr̄, quod uoluntas moueatur neceſſario ab obiecto propoſito, & præſentato, ſi quidem eorum uoluntas non mouetur libere, alioqui peccarent. Ad hæc argumenta breuiter dicendum eſt.

Solutio argumentorum. Ad primum. Ad primum rñdetur, quod fortaſſis D. Thom. loquitur de ſtatu naturali voluntatis. & patet, quia dicit ꝙ poteſt de quocūque obiecto non cogitare, quæ probatio plane procedit, uel in hac uita, uel de voluntate in ſtatu ſuo naturali: ceterum in vita beata optime concedit D. Tho. quod voluntas neceſſitatur ad amandum, ut videre licet 1. p. q. 60. in ultimo articulo ad ultimum argumētum. Vel dicatur (& hæc eſt uera & ſolida confutatio argumenti) ꝙ hæc neceſſitas non prouenit ex obiecto, ſed ex natura ipſius uoluntatis proficiſcitur. Eſt. n. natura & inclinatio voluntatis, vt quando habuerit præſens bonum, ſecundum oēm rationem boni, ſic ut nulla ratio mali in eo apparere poſſit, perfecte & euidenter propoſitum per intellectum, ſicut habet in vita beata, ex neceſſitate moueatur ī illud, ſicut natura lapidis ea poſtulat, ꝙ ablato impedimento naturaliter feratur in centrum. Præterea prouenit hæc neceſſitas ex Deo, nō qua ratione obiectum eſt, ſed qua rōne eſt cauſſa efficiens. tum ſecundum quod eſt auctor naturæ uoluntatis, tum uero ſecundum, quod eſt cauſſa gratiæ, infundens lumen gloriæ. quo lumine ſtante, non poteſt ex parte intellectus non eſſe hoc imperium efficax, ama, dilige, quo imperio efficaci rapta voluntas, non pōt non amare. Profecto ſic eſt naturale voluntati videntis Deum, amare Deum, ſicut bruto indigenti, & volenti aquam, appetere aquam, & ſicut lapidi deſcendere deorſum. ſed lapis non neceſſitatur a loco infero, nec brutum ab aqua, ſed a natura: ſimile ergo eſt de uoluntate videntis Deum, ad amorem Dei.

[illegible] Sed ſi quæras ex me, Quid eſt, quod voluntas in vita pſenti, quando ei proponitur bonum uniuerſale, quod undique bonum eſt, non neceſſario mouetur, & in uita beata neceſſario mouetur? Reſpondeo facile, quod contemplatio ſummi boni in hac vita non ſemper accipitur, ut bonū & inconueniens, qn potius ſæpe accipitur, ut incōueniens pp noſtram imperfectionem, & imbecillitatē, & impedimenta occurrentia: quare uoluntas pōt diuertere animū a tali cogitatione, & ſic poterit non amare. Certe pp impedimēta oportet ſæpenumero a ſummi boni cogitatione animum amouere. Beat⁹ uero nullū hēt impedimentum, quo cōſtringatur auertere cogitationē, & cōtēplationē. His accedit, ꝙ uel ex errore, vel ex certa ſciētia pōt hō ſe conuertere ad alias res cōtēplādas, & habere hoc iudicium; bonum eſt mihi a cōtemplatione ſummi boni deſiſtere: at in vita beata tollitur hæc imperfectio: tum, qm̄ uiſio beata eſt neceſſaria: tum uero, quoniam illa eſt iudicium certum & euidens, eam eſſe ſummum bonum; & ab ea deſiſtere, eſſe miſeriam, & malum: tum demum, quoniam ſimul eſt imperium efficax, cui uoluntas non poteſt non obedire.

Ad ſm̄ argm̄ dicatur, ꝙ illa neceſſitas nō prouenit ex obiecto quod ſic oſtenditur. Nā idē obiectum paulo poſt nō neceſſitat, & cum maiori cognitione ſui. v. g. prius cognoſcebat iſte hanc mulierem eſſe pulcrā, & delectabilē, & ex hoc mouebatur neceſſario ad uolendū eā: poſtea adueniente uſu rõnis, cognoſcit etiā, ꝙ eſt honeſta, & ꝙ ſit ſua, & ꝙ ſit vtile accedere ad eam, & tn̄ non neceſſitatur, ut in articulo ſeqnēti dicetur. Ergo neceſſitas illa non eſt ex parte obiecti, ſed ex parte uoluntatis, cuius natura eſt, ut ſine deliberatione moueatur, atque ſi eſſet brutum. Sicut ergo in bruto neceſſitas nō puenit ex obiecto, ſed a natura, ita in uoluntate naturaliter agente, naturalia ſiquidem ſunt a generante; qui. n. dat formam, dat conſequentia ad formam. Ad tertium argm̄ idem dicendum eſt. *Ad ſecundum & tertium.*

Ad quartum argm̄ doctiſſimus Victoria aiebat, ꝙ uoluntas ad nullum actum neceſſitatur in uia, etiam in pueris, & amentibus, ac ſomniantibus. Rōnes quibus nitebatur ſuadere hanc ſniam, non ſunt omnino inualidæ, de quibus articulo ſequenti. Potiſſima ratio hæc uidebatur. Nam (ut ſtatim tangebatur) obiectum cum maiori cognitione non neceſſitat: ergo neque cum minori. & certe eſt mirum, quod ante deliberationem neceſſitabatur, & poſt deliberationem, manentibus oibus cauſſis prioribus, & adiuuātibus alijs, ut patuit in caſu poſito in confutatione præcedentis argumenti, non pōt neceſſitari. Et ſi arguas: ergo pueri & amentes peccarent per actum voluntatis. Reſpondebat eſſe negandam conſequentiam, quia non ſunt actus deliberati: non. n. prædicti poſſunt deliberare. Sed quia S. Tho. articulo ſequenti docet, ꝙ idem eſt iudicium de amentibus, & furioſis, ſicut de brutis, quæ ſequūtur ex neceſſitate impetus ſuos; ideo teneatur cõis opinio, quod homo etiā habens uſum rõnis, neceſſitatur ad motus quoſdam ſubitos, ut pueri & amentes; ſed tota iſta neceſſitas eſt a natura, ſicut dudum expoſitum eſt. *Ad quartum. Magiſt. Victoria.* Hactenus de concluſione articuli dictum eſt. Sequitur, ut examinemus probationem D. Th. vtrum recte procedat. *Examinatur ratio D. Tho. prim. argum.* Rõ D. Tho. hæc eſt. Pōt hō non cogitare de quocumque obiecto. ergo pōt non uelle illud, & ſic non neceſſitatur, vt uelit. Hæc rõ inualida eſſe videtur, & falſum ſtatuere. Nam aliqñ homo neceſſitatur ad cogitandum, ut experientia docet: aliquę. n. ſunt cogitationes adeo vehementes, & importunæ, ut non poſſit eas nr̄a uoluntas compeſcere. Certe nō poteſt noſtra uoluntas primam cogitationem obiecti repræſentatiuam aut diuertere, aut refutare.

Potiſſime ſit argumentum de prima illectione, quæ neceſſaria omnino eſt quantum ad exercitium. Nam ſi ſtatuis illam eſſe liberã, & uoluntariam, incidis in magnum incommodum, & pcipitium, Si enim eſt uoluntaria, cum nihil ſit uolitum, quin pcogitum, neceſſum eſt dicere, ꝙ primæ cognitioni alia antecedit anterior. & ſic erit abitio in infinitum.

Secundum.

Sed & hæc probatio D. Th. aliud habet uitium. Nã non explicat, an manẽte cogitatione, neceſſitetur uoluntas quãtum ad exercitium. Nã ex una parte vr̃ inſinuare, quod neceſſitetur: nam vr̃ ſignificare, ꝙ uoluntas poſſit ſuſpendere actum, qñ poteſt diuertere cogitationem ergo ſi non diuertat, non poteſt ſuſpendere actum. Dominus Caiet. ut explicet propoſitas difficultates, vr̃ concedere, ꝙ uoluntas omnino neceſſitatur ad primum actum, quantum ad exercitium, ſicut & uoluntas uidentis Deum; ſed iſta neceſſitas nõ eſt ab obiecto, ſed a natura, ſicut & illa, q̃ eſt in uita beata. Deinde dicit, ꝙ S. Tho. non intelligit, ꝙ quandocumque, & in quacumque diſpoſitione poſſit uoluntas alio diuertere cogitationem, uel non cogitare d̃ obiecto, qa hoc manifeſte falſum eſt; ſed tñ docet, quod nullum obiectum habet de ſe, quod poſſit neceſſitare potentiam ad agendum; ſed poſita potentia in tali diſpoſitione neceſſario cogitat. Hoc autem uerum eſt: nã ſi obiectum haberet illã uirtutem neceſſitandi potentiam, ſemper ſit idem. Vult ergo dicere S. Thom. quod nullum obiectum, ſaltem in uia, habet in ſe, ut poſſit neceſſitare uoluntatem ad agendum, quia neqꝫ reſpectu cogitationis hoc habet. & ſic vr̃ concedere Caiet. quod manente cogitatione ſaltem de aliquo obiecto, non poteſt uoluntas nõ uelle. Sed forte Caietan. intelligit de motu primo ſolum: & quamquam hic vr̃ concedere, quod uoluntas neceſſitatur ad primum actum, quo ad exercitium: tamen in articulo ſequenti uidetur negare actus primos naturales, & neceſſarios. Sed multo euidentius poſſumus ſententiã Diui Thomæ elucidare: dicimus enim in primis, quod id quod adducitur in obiectione de prima intellectione, quæ anteuertit omnem actum uoluntatis, non ſubuertit, quod hic dicit Diu. Thom. Nam hic non aſſeuerat, quod ante omnem cogitationem antecedat actus uoluntatis; ſed ſolum dicit, quod poſtquam habuerimus aliquam cogitationem, poſſumus eam amouere pro noſtra libertate, quod ueriſſimum eſt. Illud etiam dicendum, ꝙ quando cogitatio eſt uehemens, poſſumus eam abijcere, ſi tamen manet libertas, licet hoc fiat cum magno labore & cum ingenti difficultate; uel iam quod in principio nõ poſſumus, in progreſſu tamen poſſumus alio diuertere, licet aliquando ſit neceſſarium diuinum auxilium implorare. & hoc ſat fuerit, ut uoluntas non neceſſitetur quo ad exercitium.

Caiet.

Auctoris explicatio.

Sed iam tempus eſt, ut declaremus, an manente cogitatione neceſſitetur uoluntas. Pro quo recolendum eſt ex ſuperioribus, quod ſimplex apprehenſio boni non ſufficit ad mouendum voluntatem, neque uero iudicium practicum. quod explicatur his verbis: Bonum eſt ſectari virtutem, ex quo euidenter ſequitur, quod manente cogitatione, non neceſſitatur uoluntas. Et D. Thom. non conficit hanc argumentationem: cogitatio manet de rei bonitate, & conuenientia: ergo ſequitur uolitio in uoluntate. ſed ſic ratiocinatur, Non eſt cogitatio in mente. ergo non ſequitur uolitio in uoluntate. quam argumentandi rationem eſſe euidentem, compertum eſt: nam nihil eſt uolitum, quin ſit cognitum.

In ſolutione tertij argumenti exponendum erat, quomodo cohæreant inter ſeſe, quod dãnati velint eſſe beati; & tamen ſm rectam electionem deſiderant non eſſe. Sed de hoc abundanter dictum eſt quæſtio. 5. art. 8. Caie. videtur dicere, quod ſi ſit medium neceſſarium uiuere, & eſſe ad conſecutionem ultimi finis, non poteſt quis ſm rectam rationem deſiderare non eſſe; ſed ex paſſione, uel ignorãtia poteſt quis deſiderare non eſſe.

ART. TERTIVS.

Vtrum voluntas de neceſſitate moueatur a paſſione.

SVMMA TEXTVS.

Prior concl.

PRior Cõcluſio. Quando paſſio ſic dominatur, ꝙ tollit, & perturbat omne iudicium rationis, tũc volũtas neceſſario mouetur. Nã in amentibus & furioſis quod perturbat paſſio appetitus ſenſitiui, eadẽ eſt ratio ſicut de brutis, quæ ex neceſſitate ſequuntur imperiũ paſſionis, in quibus proinde nullus eſt rationis motus.

Poſterior Concluſio. Quando non abſorbetur rõ a paſſione, ſed aliqualiter obtenebraſ, remanente, quo ad aliquid, libero rationis iudicio, tunc volũtas reſiſtere poteſt: vnde ſi homo ẽ ſui cõpos, nulla neceſſitate ſeqꝫ paſſionẽ.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Poſterior.

Vtrum in pueris, amentibus, & c. ſint aliqui actus uoluntatis.

Prim. argum.

VT prima elucidetur cõcluſio, dubitatio ẽ non parua; Verum in pueris, amentibus, furioſis, atq; ſomniãtibus, ſint aliqui actus volũtatis. A parte aſſertiua ſic arguitur.

Nam habent actus circa res ſpirituales, quæ non cadũt ſub ſenſu, & deſiderium rerum ſpiritualium, ut experiẽtia patet ex his, quæ tum faciunt, tum dicunt: loquuntur enim de Deo, & angelis, diſputant de dialecticis. Idem confirmatur de pueris, & ſomniantibus: ſomniãtes enim poſtea meminerunt ſe habuiſſe actus intellectus, & voluntatis. Confir.

D. Thom. Secundum.

Certe D. Tho. in innumeris locis ſuæ doctrinæ teſtatur aperte, quod amẽtes, & ſomniantes, habent actus intellectus, & uoluntatis. In 1. p. q. 84. art. 8 ad 2. ſcribit quomodo ſenſus & imaginatio plus, uel minus ligantur, uel ſoluuntur in dormientibus; & concludit ſic: ergo p modum quo ſenſus ſoluitur, & imaginatio, dormiendo ligatur iudicium intellectus, non tamen ex toto vnde aliqui dormiendo ſyllogizant; ſed cum excitãtur, ſemper recognoſcunt ſe in aliquo erraſſe. Idem & clarius ponit in 4. diſt. 9. q. 1. art. 4. ad 3. & 4. in quo loco etiam dicit, quod aliquando in ſomno conſentit quis turpitudini. & 2. 2. q. 154 art 5. ubi quærit de pollutione nocturna, dicit, quod idem eſt iudicium de ſomniãtibus, ſicut de amentibus. & ibidẽ ad 2. & 3. clare docent, ꝙ ſomniantes poſſunt habere aliquos actus rationis, quamuis ratio ſit ligata, neque negat, ꝙ habeant actus uolũtatis, immo ſatis inſinuat: ait enim, ꝙ ideo non imputantur, quia non habent uſum liberi arbitrij. Sed apertiſſime de ueritate. q. 28. art. 3. ad 6. dicit, quod in ſomniante ſunt actus uoluntatis.

Sed idem demonſtratur ratione: quia in amentibus, & ſomniantibus obiectum uoluntatis proponitur ſufficienter. ergo uoluntas poteſt habere actum. Conſequentia inde probatur, quia omnis potentia poteſt agere, ſi obiectũ ſufficienter proponatur. Antecedens probatur, quia amẽs iudicat etiam ſm intellectum, bonum eſſe comedere, & ſimilia, ut clare patet ex San. Thom. ubi ſupra. immo dicit, quod ſyllogiſmum conſtruit, licet cum errore: & experientia docet, quod de multis iudicat, de quibus ſenſus non poteſt iudicare. Hæc argumenta euidenter conuincunt, quod in pueris, amentibus, & ſomniantibus ſunt aliqui actus uoluntatis. propter quod quando dicit Diuus Tho. quod in amentibus, & furioſis nullus eſt rationis motus aut uoluntatis, loquitur de uoluntate, quæ eſt liberum arbitrium; non de uoluntate, ut natura. Vel dicendum, quod non manet motus uoluntatis actiue; ſed bene paſſiue: nam amẽtes & furioſi quodam impetu mouentur, & aguntur, ueluti bruta ex inſtinctu naturæ mouentur. D. Thom. ſententia exponitur.

Sed ex hoc magna oritur controuerſia; Num amentes, & pueri neceſſitentur in ſuis operibus; an potius habeãt actus liberos. Nam uidetur, quod habeant actus liberos. Num amẽtes, & pueri habeant actus liberos.

Prim. argum. Secundum.

In primis, uidemus amẽtes, & pueros multa agere rogatos, & admonitos, ad modum aliorũ hominũ, ergo nõ neceſſitãtur ĩ illis. Deinde, pdicti comparãt inter duo, ut

alterum

alterum illorum eligāt: pueri.n. comparant ex vna parte, an eāt in ſcholas ne verberentur; ex altera parte ne eāt, qm̄ ſugent. Præterea motus ſubiti, quos Theologi vocant primos, oīno non imputabiles, non ſunt neceſſarij; ſed liberi, Ergo nec motus amentium. Aſſumtum probatur; quia omnis noticia, quæ eſt in primo inſtanti, poſtmodum non neceſſitat: ergo nec tunc neceſſitat. Nec ualēt dicere, ꝙ poſtmodum non neceſſitat, quia ſuperuenit nouum iudiciū: nam ſtat, quod iudicium ſuperueniens magis moueat, quam retrahat a tali motu.

Quartum.

Item maniaci qui talem paſſionem habent, ꝙ circa aliquam materiam particularem non habent vſum rōnis, cum habeant circa omnes alias, iſti non uidentur neceſſitari circa materiam illam; ſed errare. Ergo amentes, & furioſi non neceſſitantur in ſuis operationibus.

Ad hæc, pueri, & amentes habent actus voluntaris, & nihil eſt in illis, vnde neceſſitetur voluntas. ergo nō neceſſitatur. Probatur minor. Nā non neceſſitatur ab obiecto, non a ſenſu, nō a paſſione appetitus ſenſitiui, nō a iudicio intellectus, non a natura, non a Deo. Hæc oīa probantur inductiue. Et de obiecto quidem patet manifeſte: nā nullum obiectum ex ſe neceſſitat voluntatem, ut dictum eſt art. 2. Patet ēt uberius: nam obiectum non mouet voluntatem, niſi mediāte iudicio intellectus, quo iudicamus aliquid eſſe bonum, & pulcrum: at tale iudiciū non neceſſitat voluntatē, prout infra demonſtrabimus. Nec vero poteſt volūtas neceſſitari a ſenſu, qa ſenſus nō pōt mouere voluntatem, niſi per intellectum, ut teſtatur

Ariſt.

Ariſt. 3. de Anima. & ratio euidens id oſtendit. Nam obiectum uolūtatis, eſt bonum propoſitum per intellectum. Quod uero paſſio appetitus ſenſitiui non neceſſitet eorū voluntatem, uel exinde probatur, quia aliquando amentes agunt ſine paſſione; uel ſaltem poteſt eſſe tanta paſſio in hōīe ſano, ſicut in amēte, & puero, & ſomniāte. Neque ex parte intellectus neceſſitatur uoluntas, qa quæcūque notitia eſt in amēte, uel puero, pōt eſſe in hōīe cordato, & adulto: & in hoc nō neceſſitatur: ergo nec in illis.

Confir.

Hoc ipſum cōfirmatur. Nam ſi notitia intellectus neceſſitat, uel eſt ſimplex apprehenſio, uel iudicium perfectum, uel imperfectum. Non ſimplex apprehenſio, quia talis notitia non ſolum non neceſſitat, ſed neque poteſt mouere voluntatem: nam teſte Ariſt. 3. de anima, intellectus ſpeculatiuus non mouet; ſed practicus. Neq; neceſſitat iudicium imperfectum: nā tale iudicium in homine ſano non neceſſitat: iudicium autem perfectum non poteſt eſſe in homine amente: & dato quod eſſet, non neceſſitaret, ſi quidem non neceſſitat hominem cordatum.

Ariſt.

Vltimum.

Vltimo ſic arguitur. Aīa ſeparata hōīs inſani, aut pueri, tametſi maneat cū eodē iudicio, & cum eadē notitia ex parte intellectus, certe nō neceſſitatur. ergo dū erat corpori coniūcta, non neceſſitabatur ex iudicio intellectus.

D. Tho.

In contrarium eſt ſententia D. Tho. in articulo: dicit enim, quod operantur ſicut bruta, quæ non habent actus liberos. Propter argumenta ſuperius commemorata, doctiſſimus Pater Victoria, quē ſemper honoris cauſſa nomino, exiſtimauit, quod amentes, & pueri habent actus liberos, & ꝙ poſitis oībus requiſitis ad operandum poſſunt operari, & non operari; uelle & non uelle. Docuit hāc ſententiam in Relectione, cuius titulus eſt; Ad quid tenetur homo perueniens ad uſum rationis.

Victoria.

Prima concl.

Sed ad huius rei explicationem eſt prima Concluſio. Amentes, pueri, atque ſomniantes, habent actus intellectus, & uoluntatis. Hæc concluſio in ſuperioribus ſatis ſuperque eſt demonſtrata argumentis irrefragabilibus, & ideo maioris confirmationis non indigent.

Pueri & amētes non habēt actus liberos.

Secunda Concluſio. Certum nihil vī, ꝙ pueri, & amētes non habent actus liberos, falſumq; eſt, ꝙ poſitis oīb. requiſitis ad operandum, poſſint operari, & non operari. Hanc concluſionem, qm̄ auctoritate non poſſum probare, argumentis efficaciter probare conabor. Certe habent actus liberos: ergo habent in poteſtate ſua operari, & nō operari. Ex quo cōſequens eſt, ꝙ ſint dn̄i ſuorum actuū, & ſui compotes: nam habere dominium noſtrorū actuū, nihil aliud eſt, q̄ habere in poteſtate nr̄a, operari, & non operari; uelle & non uelle. Deinde ad confirmationem eiuſdem ſnīę ſic argumentor. Nā ex ſnīa omnium Theologorum, & Philoſophorum, ut ſit peccatum, ſat fuerit, ꝙ ſit opus liberum contra legem. At amentes, ſ.n. iſtam ſnīam, quam ſubuertere conamur, habent actus liberos contra legem: ergo peccant. Præterea auctore D. Auguſt. lib. 1. retract. ca. 9. malum, quod caueri non pōt, pctm̄ nō eſt; malum vero, qđ caueri pōt, pctm̄ eſt. Ergo ſi amentes non cauent, cum in manu ſua ſit cauere, peccato tenentur. & cap. 10. ſcribit ad pctm̄ ſatis eſſe uoluntariū: qđ explicatur his uerbis, Si noluiſsē, nō feciſſem. At ſi amētes non neceſſitantur in ſuis operibus, ſi noluiſſent, non feciſſent. Ergo peccant. His accedit ex ſacra ſcriptura aliud argumentum. Nam ad laudem uirtutis, & operis ſtudioſi ſat fuerit potuiſſe tranſgredi, & non fuiſſe trāſgreſſum: id enim tribuitur laudi in diuina ſcriptura. Ergo ſi amentes habent actus liberos, merentur laudem uirtutis: potuerunt.n. tranſgredi, & non ſunt tranſgreſſi. Preterea, ſi uoluntas amentium non neceſſitatur, nec eſt determinata ad unum: eſt itaque capax vitij, & uirtutis: nā uirtus, uel uitium ad hoc conſtituitur in voluntate, ut determinet eam ad bonum, uel malum. Ad vltimum, ſi habent actus liberos, poterūt certe conferre đ circūſtantijs operum, ratione quarum moueantur ad operandū, uel deſiſtant: & ſic non ſolum habebunt actus liberos; ſed etiam deliberatos, qui ex deliberatione, & conſilio rationis proueniunt.

Auguſt.

Tert. conclu. Amentes in ſuis operibus ſūt magis bruta, quā beſtiæ.

Tertia concl. Amentes & furioſi in ſuis operibus ſunt magis bruta, quā beſtiæ. Refertur.n. de quodam religioſo, quod oblatis duobus pomis, & ob oculos poſitis, non ſe poterat ad alterum determinare, ſed manebat in ancipiti; & ꝙ nō ſe inclinabat ad ingreſſum parui oſtij, neſciebatq; aſcendere, neque deſcendere per ſcalas, q̄ opera non conueniunt ipſis beſtijs. Cuius rei rōnem ſi quis vellet exquiſite cōſiderare, hanc eē inueniet. Nā cū bruta non habeant ab auctore naturæ uim rationis, habent inſtinctus quibus regūtur, & gubernantur. Sed homo cū habeat ab auctore naturæ uim rationis, & uſum, ſi priuetur rationis vſu, ſit magis brutus quam beſtia, ſi quidem non habet inſtinctus naturæ, quibus regatur.

Argumentorum ſolutio. Ad primum.

Ad argumenta in contrarium ſatisfaciendum eſt. Nā ad primum dicendum eſt, quod Elephas multa agit rogatus, & perſuaſus, ad modum quo homines ſolent operari, & canes aſſueſcunt ad opera, quæ videntur eſſe ſimilia ijs, quæ fiunt a ratione, & conſilio; ſed certe amentes aliqui ſunt adeo ſtupidi, quod potius cum beſtijs, quam cū ipſis agendum ſit.

Ad ſecundū.

Ad ſecundum dicendum, quod tantum conuincit, ꝙ amentes, & pueri habent imperfectum modum rōcinandi, & cōparandi vnum alteri: ceterum habere talem modum rationis, non ſufficit ad peccandum, neque ad merendum, neque uero ad libere operandum.

Ad tertium.

Ad tertium dicendum, uoluntatem neceſſitari in motibus ſubitis, uel ex natura uoluntatis, q̄ talis eſt, ut ope[illegible] neceſſario, quando intellectus non eſt capax deliberationis, & conſilij; aut uero prouenit hæc neceſſitas ex motione phantaſiæ, quæ anteuertit omne iudicium rationis, & ſic non paret ipſi rationi; ceterum poſtmodū adueniente vſu rationis pleno, frænatur, & compeſcitur illa motio, & ultra iam nō neceſſitat. Profecto in his motibus neceſſitatur uoluntas, ſicut brutum ex inſtinctu naturæ neceſſitatur.

Ad quartum.

Ad quartum dicendum, quod fortaſſis quis poteſt in amentiam incidere circa unam materiam, & non circa aliam. de quo alio in loco lucidius ediſſeretur. Vel dicat Theologus, quod maniaci non ſunt uere amentes; ſed habent errorem in intellectu ſpeculatiuo de re aliqua; videlicet, exiſtimat aliquis vehementiſſime ſe ęgrotare, cum recte ualeat.

Ad quintum.

Ad quintum dicēdum, quod amentia, & in uniuerſum priuatio uſus rationis, præcipue proficiſcitur ex læſione, uel imperfectione partis ſenſitiuæ, potiſſime ſenſuū interiorum. & hæc ſola cauſſa poteſt deſignari in pueris. Libertas enim oritur ex intellectu; intellectus uero in hac uita depēdet naturaliter ex miniſterio ſenſuum, ſine quibus nihil intelligere poteſt: vnde perturbatis ſenſibus, perturbatur iudicium rationis: ſed hæc perturbatio ſæpe ſæpius oritur ex uehementiſſimis paſſioni-

paſſionibus, uel libidinis, aut iræ, aut timoris: prædictæ enim paſſiones immutant corpus, ac ſubinde immutant ſenſus, qui corporei ſunt, & mox lædunt phantaſiam, qua læſa, & perturbata, perturbatur intellectus, & fit deliriũ.

Dicendum itaque ad confutationem argumenti, quod poſito iudicio intellectus in amente, neceſſitatur eius voluntas: quoniam intellectus in amente eſt determinatus ad unum, propter ligamen ſenſus, veluti brutum determinatur ex inſtinctu naturæ: at in homine cordato per ſimile iudicium non neceſſitatur, quia iudicium tale nõ eſt determinatum ad vnum.

Vltimo dicendum eſt, quod ſi anima hominis inſani a corpore ſeparetur, eo modo ſe haberet, atque ſi eſſet hominis cordati: anima enim ſeparata nõ poteſt eſſe amẽs; at cum eſt corpori coniuncta propter ligamen partis ſenſitiuæ, non poteſt diſcurrere, neque recte iudicare, & ſic delirium accidit. Sed de his plus ſatis. Ad examen ſecundæ concluſionis progrediamur.

Paſſiones ſenſitiui appetitus libertatẽ non adimunt.

De ſecunda concluſione hoc in primis ſtatuere oportet, quod ſit certa ſecundum fidem Catholicam. Pro certo n. habẽdum, quod paſſiones appetitus ſenſitiui nõ auferunt libertatem. patet hoc luce clarius ex diuinis litteris. Gen. 4. Subter te erit appetitus ſenſitiuus, & tu dominaberis illius. Ad Rom. 7. appellat Paulus paſſiones appetitus ſenſitiui, peccatorum paſſiones, ex eo, quod peccata cauſſant; at ſi funditus tollerent libertatem, peccata non cauſſarent; nam vbi non eſt libertas, peccatum non eſt. Et ad Galat. 5. dicitur, quod caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: non dicitur, quod caro vincit ſpiritum. Et 1. Ioan. 1. cap. 2. habetur illa memorabilis ſententia, Omne, quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcentia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ. & Iacob. 1. Vnuſquiſque tentatur a concupiſcentia ſua, &c. Ex his patet, eſſe certam ſecundum reuelationes diuinas, quod paſſiones cauſſant peccatum: ex quo cõſequens eſt, quod prorſus non tollant libertatem.

Gene. 4.
Rom. 7.
Galat.
1. Ioan. 2.
Iacob. 1.

Nota.

Sed hoc in loco obſeruet Theologus contra Lutheranos, quod quanquam non ſit in poteſtate noſtra, quod motus cõcupiſcentiæ inſurgant, de quo cõqueritur Paulus, cum ait; Non quod uolo bonum, hoc facio, ſed quod odi malum, hoc ago, id eſt, cõcupiſco: ceterum in voluntate mea eſt, ut uoluntas non velit concupiſcere, & ut nõ conſentiat concupiſcentiæ. Et hoc nobis præcipitur illo præcepto, Non concupiſces: non enim prohibet Dominus concupiſcentias ne ſint, neve eas habeamus: id enim in hac vita eſt impoſſibile; neque prohibet Dominus primos motus concupiſcentiæ, qui non ſunt in noſtra poteſtate; ſed prohibet vitioſos affectus, & uitioſa deſideria, ad quæ accedit voluntatis conſenſus, ut Nõ concupiſces idem eſſe uideatur, quod Eccleſiaſtici 18. dicit ſcriptura, Poſt concupiſcentias tuas non eas, hoc eſt, non ſequaris, nec aſſentiaris eis. cui cõſonat illud Rom. 6. Non regnet peccatum in veſtro mortali corpore, vt obediatis concupiſcentijs eius. Ioannes Chryſoſ. Homilia. 52. operis imperfecti in Matthæum, & Homilia. 13. in epiſtolam ad Rom. aliud eſſe vult cõcupiſcere, aliud velle concupiſcere. Concupiſcere, inquit, paſſionis; uelle autem arbitrij eſt: frequenter enim concupiſcimus quando nolumus. Eãdem propemodum ſententiam ſcribit Proſper lib. 3. de vita cõtemplatiua. c. 2. Ex hoc ratiocinari licet, quod concupiſcentia, quantumuis vel urit, uel etiam delectat, nihil aliud eſt, quam pugna, in qua ſiquis victor euaſerit, æternæ vitæ præmia promeretur. Hoc explicat in primis eleganter D. Auguſ. ſermone 43. de uerbis Domini. Huic doctrinæ cõcinit illud quod dicit Paulus ad Galat 5. Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis: non dixit deſideria carnis non habebitis: hoc enim eſt impoſſibile; neque dixit deſideria carnis non facietis: concupiſcere enim, facere eſt; ſed ne perficiatis, id eſt, ne conſentiatis deſiderijs carnis. vide de hac re D. Anſelmum, elucidantem illud Pauli Rom. 6. Non regnet peccatum, &c. Origen homilia 17. in Numeros. Baſilium in inſtitutione illorum, qui uitam cupiunt ducere perfectam. Atqui hanc doctrinam fuſiſſime a Patribus traditam, tribus, quæ ſitum; verbis concluſit hic Diuus Thomas in ſolutione primi argumenti.

Eccle. 18.
Rom. 6.
Chryſoſt.
Hieronym.
Proſper.
Auguſt.
Galat. 5.
Anſelm.
Origen.
Baſil.

Argumenta contra ſecundam concluſionem. Primum.

Sed aduerſus concluſionem Diui Thomæ ſolent fieri duo aut tria argumenta, quorum primum ſic habet. Nã libertas noſtræ uoluntatis finita eſt, & prima paſſio tollit libertatem, vt unum; ſecunda, vt duo: ergo in tãtum poſſunt paſſiones excreſcere, ut funditus tollant omnem libertatem. Vel conficiatur ſic argumentum: Reſiſtentia volũtatis eſt finita, ſit ergo vt decem, ſi ſit paſſio, ut quatuor: uoluntas indiget aliqua reſiſtentia ad reſiſtendum illi paſſioni, creſcat ergo paſſio in duplo, triplo, & ſic cõſequenter: unde poteſt tantum creſcere, quod uoluntas non poſſit reſiſtere.

Secundum.

Deinde ſic arguitur. Nam videtur profecto, quod fieri non poſſit abſque miraculo, uri ab igne, & non dolere: vnde quando B. Laurentius proijciebatur in ignem, ex ſubito dolore non poterat uoluntas non refutare, & refugere, ſi miraculum ſecludamus.

Vltimum.
1. Cor. 10.

Vltimo fieri poteſt argumentum ex illo Apoſt. 1. Corint. capit. 10. Fidelis Deus, qui non patietur vos tentari, vltra id, quod poteſtis. ex quo videtur, quod ſi Deus nõ concurreret per auxilium ſuum ſpeciale, quod quantum eſt ex natura rei, paſſiones poſſent ſuperare voluntatem. Propter hoc argumentum, Gregor. Arim. in 1. diſt. 1. quæſt. 2. artic. 2. ad 3 exiſtimat, quod tam uehemens poteſt eſſe paſſio, quod non poſſit voluntas abſque miraculo nõ neceſſitari ad conſentiendum. Caiet. uero docet hic, non eſſe neceſſarium ad miracula recurrere, quæ ſententia mihi maxime probatur.

Gregor. Ari.
Caiet.

Pro cuius declaratione ſciendũ eſt primo, quod ſi paſſio ſic dominatur, & regnat, quod obruat iudicium rõnis, certe neceſſitatur uoluntas: nam tunc nulla manet libertas: ſi uero paſſio non omnino extinguit iudicium rõnis, uoluntas non neceſſitatur, vt obediat paſſioni: nã cum maneat libertas in uoluntate, põt paſſioni reſiſtere. Cum enim paſſio (ut ſupra dictum eſt) non moueat volũtatem, niſi mediante iudicio, quando manet iudicium rationis liberum, quantumcumque creſcat paſſio, uolũtas poteſt reſiſtere. Itaque paſſio pugnat cum intellectu; ſi illum omnino ligat & uincit, ligat etiam & neceſſitat voluntatem, & captiuam trahit; ſi ſecus, liberam relinquit uoluntatem. Illud etiam dicendum eſt, quod aliquando poteſt eſſe tam uehemens paſſio appetitus ſenſitiui, ut requirat uoluntas diuinum auxilium ſpeciale ad vincendam illam. Non certe Abraham, quando audacter parabat ſacrificare filium ſuum, auxilio ſpeciali indigebat ad uincendas affectiones teneriſſimas erga filium ſuũ Iſaac quem ſuauiſſime diligebat. Nihilominus aio, quod hoc non debet appellari miraculum, in quo fallitur Gregorius: nam ad diuinam prouidentiam ſpectat ferre auxilium afflictis, & laborantibus, & cũ ſuis affectibus pugnantibus.

Ad argumenta. Ad primum & ſecundum.

Et ſic ad argũ primum dicendum, ꝙ cum paſſio tũ habeat bellum cum intellectu, qñ iudicium intellectus manet liberum, quantumcumque creſcat paſſio, uel per unum gradum, poteſt voluntas reſiſtere; ablato nũc iudicio rationis, concedimus, quod uoluntas neceſſitatur. & ex hoc patet confutatio ad ſecundum argumentum.

Ad tertium.

Ad ultimum ex Diuo Paulo concedimus, quod ad reſiſtendum paſſioni uehementiſſimæ, requiritur auxiliũ diuinum, etiam ſpeciale. Apoſtolus autem non ſolũ vult dicere, quod Deus non permittet nos tentari ſupra uires noſtras abſolute; ſed &, quod nõ permittet nos venire ad extremas anguſtias, & neceſſitates, quæ ex paſſionibus poſſent prouenire. In ſolutione tertij argumenti ne decipiaris, credẽs, ꝙ uoluntas moueatur aliquando ex bono apphenſo per ſenſum: hæc enim deceptio eſt apertiſſima. Nam res materialis, & corporea, non poteſt immediate agere in uoluntatem, quæ eſt potentia animæ immaterialis. His accedit: nam obiectum volũtatis eſt bonum apprehenſum p intellectum, quo diſtinguitur maxime ab appetitu ſenſitiuo, ergo non põt uoluntas moueri a bono ſenſibili apprehenſo per ſenſum; ſiquidem non eſt eius obiectum. Senſus itaque S. Tho. eſt clariſſimus: uult enim dicere, quod voluntas non ſolum appetit bonũ uniuerſale, ſed etiam ſingulare, & ſenſibile, cognitum directe & immediate per ſenſum; indirecte uero, & mediate per intellectum.

Voluntas nõ mouetur a bono apprehenſo per ſenſum.

EXPLI-

ARTICV. QVARTVS.

Vtrum uoluntas moueatur neceſſario ab exteriori principio, quod eſt Deus.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio eſt negans. Nam Deus omnibus naturam ſuam ſeruat, & ſecundum eorum conditionem mouet: unde ex cauſſis neceſſarijs, neceſſarij ſequuntur effectus ſ ex contingentibus, contingentes. Voluntas autem eſt actiuum principium, non determinatum ad unū, ſed indifferenter ſe habet ad multa. Ergo fieri non pōt, ut Deus neceſſario moueat uoluntatē. Sed & aliam huius rei probationem annectit D. Tho. Nam diuina uoluntas non ſolum ſe extendit ut aliquid fiat, ſed etiam ut fiat eo modo, quo congruit naturæ uoluntatis quam mouet, & eo modo quo Deus ſtatuit, & uoluit. Sed Deus uoluit, ſtatuitque, ut uoluntas noſtra libere moueretur, & ut quidam effectus prodirent neceſſario; alij libere, alij contingenter. Ergo repugnat diuinæ motioni, ſi uoluntas ex neceſſitate mouetur. Itaque ad efficaciam diuinæ motionis ſpectat, ut uoluntas noſtra libere moueatur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Hęretici liberum arbitrium auferre nituntur, ex varijs cauſsis.

HÆretici Vuicleuiſtæ, & Lutherani tollunt liberum arbitrium ab homine, dicentes omnia ex mera neceſſitate euenire. Sed intelligendum eſt, quod qui hominem libera voluntate ſpoliant, id eſt, nihil in eius poteſtate relinquūt, varias huius rei cās demonſtrare conantur. Alij hoc referunt ad certitudinem diuinæ ſciētiæ; alij vero in diuinæ prouidentiæ, & prædeſtinationis ineuitabile decretum; ſunt q hoc referāt ad efficaciā diuinæ motionis, cui nemo reſiſtere valet: ſed & alij ad peccatū primi parētis hoc referūt dicentes, mentem humanā & rōnē ob primi parētis lapſum tātis tenebris oppſſam, vt nihil cernere queat, volūtatem ita cupiditatibus, & reliquis irrōnalibus affectibus, ac eorū auctori diabolo ſubiectā eſſe, atq. ſeruā, ut in ſua poteſtate numq̄ ſit hō Sed potiſsime ſtatuūt hoīem a Deo neceſſario moueri, & agitari, ita, ut nullā portionem, neq. ad hunc, nec ad illū motū ipſe conferat hō; aut ſi quid confert, non aliter atq. iumentū quoddā, quod ad ſeſſoris arbitrium impellitur. Quamquā & ſic nonnulli hæretici humanis actibus nimium tribui exiſtimant; ſi homo iumento cōparetur: quare ipſum potius rotæ inanimi cōferunt, quæ ab aqua circumagitur. In ſumma hoīem ex Dei impulſu ſēper neceſſario moueri, & numquā ſua ſponte aut libere, aſſerunt, tm̄ abeſt ut liberum hoīem conſtituant, vt actionū ſuarum nō ſit auctor & dominus. Sed cōtra hæreticos in præſētia toto agmine dimicare non ſtatui, quin potius vniuerſam hanc diſputationem ad primam partem D. Th. refero, vbi ex profeſſo de libero arbitrio hominis diſſeritur; nūc uero tm̄ hoc argumentū commemorabo: Nā cū hæc argumenta de certitudine diuinæ præſcientiæ, & prædeſtinationis amplificant, non conſiderant ꝙ eadem impietate Deum adigunt ad ſimiles anguſtias: nam ſicut nos non poſſumus reſiſtere voluntati diuinæ, itaq. neque ipſe ſuæ voluntati, qua ab æterno voluit agere quæcumq. agit, & ſic ad iſtorum rationem non libere ageret quidq̄.

Quō Dei motio, efficax neceſſitatem no imponat voluntati.

His conſtitutis, aggrediamur ad explicādum, quomodo cohæreat quod noſtra uoluntas libere mouetur, & tm̄ Dei motio efficax ſit, cui uoluntas noſtra reſiſtere non ualeat? videtur certe ꝙ hæc duo inter ſe maxime repugnēt.

Prim. argu.

Nam cauſſa libera eſt, quæ poſitis omnib. requiſitis ad operandū, pōt operari: & non operari: ſic. n. definitur cauſſa libera ab uniuerſis Theologis. Sed ſi ponatur Dei concurſus, & Dei motio, q̄ vnū eſt de neceſſarijs ad operādū, volūtas neceſſitatur ad agendū; alioq motio Dei nō eſſet efficax, neq; eſſet omnipotēs, cōtra illud, Oīa quęcūq: voluit fecit in cælo, & in terra. ergo uoluntas noſtra ſemp neceſſario mouetur, & operatur. Itaq; ſic cōcludo argumētū. Qñ adeſt diuina motio, volūtas noſtra nō pōt operari, ſi q dē neceſſitat; qñ uero nō adeſt, nō pt operari: nā ſine Dei motione nemo valet operari. ergo numq̄ libertatē habet.

Secundum,

Præterea, qñ ponitur Dei cōcurſus & motio, nō pōt uolūtas nr̄a nō moueri. ergo ſi mō ponitur, modo neceſſitatur. Certe ſi qñ Sol oritur non poſsū nō diligere amicū, ſi mū Sol oritur, modo neceſſitor ad diligendū amicū.

Tertium,

Ad hæc, ſi quis moueret manū meā ad ſcribēdū, cui ego reſiſtere nō valerem, certo ſcribere non eſſet liberum, ſed neceſſariū. Sed ad ſingulas, & uniuerſas opationes mouet nos Deus, cui reſiſtere nō ualemus. Ergo uniuerſa opa nr̄a non ſunt libera, ſed neceſſaria. In ſumma, uis argumentorū in hoc cōſiſtit. Nā ſi Deus mouet nr̄am voluntatem, certe uolūtas mouetur, ſiquidē mouere & moueri ſunt correlatiua: itaque poſita Dei motione; volūtas mouetr̄, & nō pōt nō moueri: ergo volūtas neceſſitatr̄ cū moueťa Deo.

Vltimum.

Ad ultimū, Deꝰ pōt neceſſitare uolūtatē: ergo ſemp neceſſitat. Antecedens relinquo ꝓ certo, cū de facto neceſſitat ad uiſionē beatificā, & ad amorē beatificū. Cōſequētia uero inde ꝓbatur; quia Deus nō neceſſitat volūtatē aliter q̄ mouendo uolūtatē, ut efficaciter agat; ſed qñcūq; uolūtas vult, Deꝰ vult ut efficaciter agat; eſt enim impoſſibile ꝙ uolūtas uelit, niſi Deꝰ velit eam uelle. Certe cū Deus neceſſitat volūtatem, non agit per alias potentias, neq: habet alias, niſi intellectum, & voluntatem, & ſuum velle, eſt ſuū agere. Ergo ad neceſſitandū uoluntatē ad agendū, nō aliud adhibet Deus niſi volitionē, quā vult ipſā agere. Neq; vr̄ qūo Deus neceſſitet Angelū ad eſſendū, niſi volēdo vt ſit, nec lapidē ad motum, niſi uolendo ut moueatur Hæc ſunt argumenta fortiſſima, quib. impugnatur noſtrum liberum arbitrium.

Soluuntur argumenta.

Sed videamus eorum confutationes. Nam quod homo libere moueatur in ſuis operationibus, ex ipſa experientia liquido conſtat, & rationes quas hic produxit S. Th. euidenter hoc ipſum demonſtrant. Dicūt igitur qdā viri docti, qui ſibi acuti vr̄r, ꝙ poſito Dei cōcurſu, quo Deus cōcurrit mecū ad loquendū, poſſum nō loq, immo de facto ſæpenumero non loquor. Imaginātur. n. ꝓdicti auctores,

Quorundā explicatio.

ꝙ Dei concurſus ſemp eſt paratus, & applicatus eodē modo, ſiue ego loquar, ſiue non loquar. & ſicut ego habeo linguam qñ taceo, & ſicut corpus cæleſte ſemp eſt in actuali motione, qua concurrit cū his inferioribus; ſic adeo ꝙ licet corpora inferiora non operentur, corpus cæleſte ſemp mouetur: ad eundem modum Deus ſemp ſuppeditat motum & concurſum ſuum, quo concurrit cum his inferioribus, licet ſecundæ cauſſæ non ſemper operentur, neq; ſemper hoc concurſu diuino vtantur. Et hac ratione acute, & ſubtiliter ſaluatur, quomodo Deus concurrit nobiſcum, & non neceſſitat nos ad operandum.

Impugnatur ſolutio,

Hæc ratio defendendi liberum arbitrium cum Dei concurſu & motione, merito ab omnibus improbatur: quoniam mouere, & moueri ſunt correlatiua, q̄ mutuo ſe conſequuntur ſed Deū concurrere cū cauſſis ſecundis, eſt mouere illas ad operandū. ergo fieri nō pōt, vt Deus concurrat cū cauſſa ſecunda, & ꝙ cauſſa ſecunda non moueatur ad operādū Deinde, Deus nō ſolū eſt cauſſa partialis omniū horū effectuum, qui fiunt mediantib. cauſſis ſecūdis, ſed ēt totalis in ſuo genere. Ergo impoſſibile eſt hæc duo eſſe uera, ꝙ Deus concurrat mecū ad loquendum, & ꝙ ego non loquar: poſita enim cauſſa totali, quæ impediri nō poteſt, neceſſum eſt poni effectum. Ad hæc, certa & immobili fide tenendum eſt, quod non ſolum Deus eſt paratus ad concurrendum cum omnibus cauſſis, uerum etiam quod mouet, & applicat vniuerſas cauſſas ad operandum, & quod ex Deo eſt initiū operis noſtri. ergo impoſſibile eſt, quod Deus moueat concurrendo, & quod ego non mouear. Tandem ſecundum imagi-

rationem iſtorũ, quod eſt perfectionis in noſtris operibus, tribuimus nobis: tribuimus enim nobis quod moueamur, quod operemur, quod velimus, Deo autẽ tribuimus quod eſt imperfectionis, nempe quod conferat nobis auxilium potentiale & habituale.

Almayn. Sic ergo labefactata & expugnata iſtorum opinione, Almaynus in ſuis moralibus c. 1. & 2. alia via pergit: opinatur n. ꝙ poſito Dei concurſu, non poteſt hõ non operari: negat tñ inde concludi, ꝙ hõ non libere operetur; & dat definitionem libertatis, & liberi pro ſua phãtaſia, dicens, ꝙ ad libertatem ſufficit, & requiritur, ꝙ poſitis omnibus præuijs neceſſario requiſitis ad agendum, ſit in poteſtate uoluntatis agere & non agere. & ſic putat ſe ſatisfeciſſe omnibus argumentis ſuperius adductis. Nã cum dicitur, poſito Dei concurſu, homo non poteſt non agere: ergo neceſſitatur ad agendum: negat conſequentiam, quia concurſus diuinus non eſt de præuijs, ſed de concomitantibus: poſito n. Dei concurſu, neceſſum eſt nr̃am poni actionem, ſiquidem neceſſario ſe concomitantur, & conſequuntur. Impugnatur Almayn. Sed iſte auctor cum ſuis ſequacibus putat ſatis eſſe rñdere ad verba, & quocumq. modo ſe expedire, ne capiatur in ſermone; alioqui parum rem explicat, immo grauiſſime errat. Certe ut a facilioribus exordiamur, errat in eo qđ dicit, concurſum Dei inter p̃requiſita nõ eſſe annumerandum: nam Dei concurſus eſt cã noſtræ uolitionis: ergo p̃requiritur ad noſtram uolitionem: omnis eñ cã prærequiritur ad effectum. Deinde ſi concurſus Dei generalis non eſt de præuijs, & requiſitis ad operandum, ſequitur, ꝙ numquam dabitur ſufficiens numerus prærequiſitorum ad operandũ, quibus poſitis, poſſit voluntas agere, & non agere. Quod recte ſequatur, patet. Nam ante Dei concurſum voluntas nõ põt agere; poſito aũt Dei cõcurſu, voluntas neceſſario agit: ergo nũquam dabitur numerus ſufficiens prærequiſitorum quibus poſitis, poſſit voluntas agere, & non agere. Præterea, quando Deus neceſſitat ſuo concurſu voluntatem, quæro, utrũ concurſus ſit de præuijs, uel de concomitantibus? ſi de præuijs; contra ſic argumentor. Nam bene ſequitur, Deus mouet voluntatem: ergo uoluntas mouetur: & certum eſt quod poſito hoc concurſu, neceſſum eſt actionem volũtatis ſequi; unde mutuo ſe conſequuntur, & concomitãtur. non ergo eſt de præuijs, ſed de concomitantibus, ſi argumenta Almayni aliquid probant. Si eſt concomitans: ergo uoluntas adhuc libere agit, quia definitio libertatis ab Almayno cõficta, ei competit; nam poſitis omnibus præuijs, uoluntas poteſt non agere: non enim neceſſitatur niſi a concurſu concomitante. & hoc non impedit libertatem, ut ipſe arbitratur. Item, uel motus & concurſus, quo ego moueo lapidem, eſt de præuijs, uel de concomitantibus. Si de præuijs; quare ergo concurſus Dei non erit de præuijs, cum concurſus meus ad motum lapidis non ſit prior concurſu Dei? ſi eſt concomitans concurſus meus: ergo non neceſſitatur ad motum ipſe lapis; immo libere mouetur, iuxta definitionem iſtorũ auctorũ, quia ſi neceſſitatur, hoc eſt a concurſu meo; at ille non eſt de præuijs, ſed de concomitantibus; & poſitis ſolis præuijs, lapis poteſt non moueri: inter præuia enim non ponitur concurſus meus, neq. Dei. Errat ergo Almaynus, exiſtimans, ꝙ concurſus Dei non debeat numerari inter præuia, & requiſita ad operãdum. Sed turpius errat & grauius, cum dicit, quod poſito Dei concurſu, non poteſt uoluntas nõ agere, & quod tunc neceſſario mouetur: nam ex hac ſententia ſequitur, quod uoluntas numquam libere agat: nam ſine concurſu Dei non poteſt quicquam agere, poſito Dei concurſu, neceſſario agit: ergo numquam libere agit. Deinde vt uoluntas neceſſitetur in opere ſuo, ſatis eſt mouere illam, ſic ut nõ poſſit non agere. Sed cum Deus mouet voluntatem noſtram, ſic mouet ut non poſſit non agere: ergo ſemper neceſſitat. Præterea, eodem modo ſicut poſito concurſu uoluntas non poteſt non agere, ita poſita uolitione Dei ab æterno, qua voluit me ſcribere, non poſſum non ſcribere: ſicut enim motio Dei efficax eſt, ſic & Dei uoluntas omnipotens eſt. Et tunc non poteſt dicere Almaynus, ꝙ illa uoluntas eſt de concomitantibus, cum manifeſte ſit de p̃uijs. Itaque cõficiatur ſic hoc argumẽtum. Prius Deus voluit me ſcribere, quam quod ego ſcriberem, uoluit enim ab æterno, ceterum hoc non tollit, quin ego libere ſcribam, & poſita illa volitione, poſſum ſcribere & non ſcribere. ergo licet Deus me moueat prius ad ſcribendum, q̃ quod ſcribam, non tollit quin libere ego ſcribã, & quod poſſim non ſcribere. In ſumma iſti auctores, quos impugnauimus, aſſerunt quod eſt aliquid, quo ſtãte, noſtra uoluntas neceſſitatur, & quod illud non ſit in poteſtate noſtra. quid refert verum ſit præuium, vel concomitans? certe nihil, ad tollendam noſtram libertatem.

Sed iam tempus eſt, ut ueram huius nodi diſſolutionẽ perſequamur. D. Thom. expoſitio. Certe D. Tho. hoc in loco & 1. p. q. 83. art. 1. in ſolutione ad tertium; dicit, quod poſito Dei concurſu, non eſt poſſibile, quod homo non moueatur, ſtãte diuino concurſu, ceterum abſolute, & ſimpliciter poteſt nõ moueri. quod perinde eſt atq. ſi diceret non eſſe impoſſibilẽ hanc copulatiuam eſſe veram, Deus concurrit mecum, & mouet meam voluntatem, & mea uoluntas nõ mouetur. Ceterum hæc copulatiua eſt uera, Deus cõcurrit mecũ ad uolendum, uel loquendum, & ego poſſum non uelle, uel non loqui. Cuius cauſſa eſt: nã Deus concurrit cum cauſſis ſecundis, ſic ut non deſtruat earum naturas; cũ cauſſis liberis, libere; cum cauſſis neceſſarijs, neceſſario ſe accõmodat, & attemperat. Explicatur hæc ſolutio. Sicut enim poſito imperio efficaci intellectus, neceſsũ eſt ut obediat uoluntas; ceterum non neceſſitatur ad operandum, ſiquidem poteſt imperium ceſſare pro noſtro arbitratu. Idem explicatur alio exemplo aptiſſimo. Nã ſi ego diſputo, neceſſum eſt ꝙ loquar; uerum nõ neceſſario loquor, qm̃ nõ neceſſario diſputo; ad eũdem modum, ſtante Dei concurſu & motione, non poſſum non moueri, ſed non neceſſario moueor, quia Deus libere me mouet: hæc enim eſt neceſſitas conditionalis, non abſoluta, non cõſequentis, ſed conſequentiæ. Ex his facile erit intelligere, quid ad argumenta propoſita ſit reſpondendum.

Argumentorum ſolutio. Ad primum. Nam ad primum concedatur maior argumenti, & ad minorem dicendum, illam eſſe falſam; nam adhuc poſito Dei concurſu, libere agit, & poteſt non agere, licet nõ ſtet ꝙ Deus concurrat, & quod non agam in ſenſu cõpoſito; ſicut non ſtat quod Deus ſciuerit ab æterno Petrum peccaturum, & Petrus non peccet; tamen adhuc poteſt nõ peccare, & omnino conformiter oportet rñdere de utroque. & mirum eſt, quod iſti maiorem difficultatem inueniant in uno, quam in alio, cum ſit prorſus eadem. Sed & alijs exemplis confirmatur hæc ſolutio, quæ retro commemorata ſunt. Ad ſecundũ. Ad ſecundum argumentum idem per omnia reſpondẽdum eſt. Nam cum dicitur, quod poſito Dei concurſu, non poteſt non agere, negandum eſt omnino.

Ad tertium. Simili ratione confutatur tertium argumentum. Nam cum adeſt diuinus concurſus, poſſum non agere, & nõ operari, ut ſatis probatum eſt. Ad quartum. Ad quartum dicendũ eſt, nõ eſſe ſimilem rationem in exemplo adhibito: nã Deus non mouet noſtram uoluntatem ſicut habitus naturales, aut ſicut impetus ſagittam, nec uero vt mens noſtra membra exteriora; nec ſicut mouet nos, qui trahit nos inuitos, ſed mouet nos libere, ut nati ſumus moueri: mouet (inq̃) nos, atq. ſi ſolus homo eſſet in mundo, in manu cõſilij ſui conſtitutus: & hoc eſt quod dicit Salomon, quod cum magna reuerentia diſponit nos. Ad vltimum. Ad vltimum argumentũ nego conſequentiã: nec uolo in præſentia in litem vocare an uelle Dei, ſit ſuum agere, de quo in prima parte abunde diſputatur. Sed dico pro confutatione argumenti, ꝙ Deus numquam vult præciſe hominem agere; ſed agere libere, uel agere neceſſario, ſaltem hoc eſt uerum de agẽte indifferente ad agendum libere, uel neceſſario. Vnde ſi Deus uellet ſolum voluntatem agere, & nõ determinaret modum agendi, non eſſet maior ratio quod ageret neceſſario, quam libere, & ſic non ageret. Itaq. ad hoc ꝙ Deus neceſſitet uoluntatem, requiritur quod uelit voluntatẽ neceſſario agere.

Vtrum uoluntas neceſſario uelit tempore quo vult. Sed iam ſequitur, vt exponamus aliam quæſtionem, Vtrum uoluntas neceſſitet ſeipſam? hoc eſt, dato ꝙ uolũtas ſit libera ad volendum, an neceſſario velit pro tpe pro quo uult. Pars affirmatiua huius quæſtionis ſic oſtẽditur.

Primũ argu. Nam voluntas, quando vult, neceſſario vult, ergo numquam libere vult. Conſequentia argumenti euidens eſt. Ariſto. Sed probatur antecedens ex Ariſtotel. primo Perihermenias

menias; Omne quod eſt, quãdo eſt, neceſſe eſt eſſe. & D. Tho. infra q. 14. art. 6. ad tertium concedit, ſortem ſedere cum ſedet, eſſe neceſſarium.

D. Tho.

Secundum. Deinde voluntas, quando amat, non libere amat, ſed neceſſario, vt dictũ eſt, & quando non amat, nõ libere amat, ſiquidem non amat, ergo numquam libere amat.

Tertium. Præterea, hæc propoſitio conſtat ex repugnantib. amat, & non amat. ergo quando amat, nõ poteſt nõ amare: alioq; ſi hoc poſſibile ponatur in eſſe, ſequitur euidens contradictio, ꝙ amat, & non amat. Neq; ſatis difficultas huius quæſtionis ſubterfugitur, dicendo, ꝙ eſt neceſſitas ex ſuppoſitione, & neceſſitas ex ſuppoſitione non tollit libertatem: ſiquidem beati neceſſario amant Deum, at hæc neceſſitas ex ſuppoſitione venit, videlicet, ſuppoſito ꝙ ſunt beati, & habent lumen gloriæ.

Quartum. Deinde ꝙ præteritum fuerit præteritum, neceſſarium eſt omnino, ſic vt fieri nulla ratione poſſit, vt præteritum non fuerit præteritum: cum tamen hæc neceſſitas ex ſuppoſitione proueniat, ſuppoſito quod fuerit præteritum. ergo neceſſitas ex ſuppoſitione, vera neceſſitas eſt, & quæ tollit libertatem ad agendum.

Vltimum. Ad vltimum ſic argumentor. Vel eſt libertas in inſtanti quo operatur voluntas, vel ante, vel poſt. Non ante, vel poſt, vt ſatis patet: neq; vero quando operatur: nã ſi quando operatur, poteſt non operari, ſequitur Petrum nõ teneri habere contritionem de peccato, quod nunc peccat: qđ eſt abſurdum. probatur ſequela. Nam Petrus poteſt eſſe in gratia ſine contritione: ergo non tenetur habere contritionem. Antecedens probatur. Nam poteſt nunc non habere peccatum, quando peccat, ſiquidem poteſt operari, & non operari: ergo poteſt eſſe in gratia ſine contritione.

Ocham. Gabriel. His argumentis perſuaſi quidam auctores, vt Ocham quodlib. 1. q. 16. & 1. d. 38. q. 1. & Gabriel in eadem diſtinctione. q. vnica. & in 2. d. 25. q. vnica ſentiunt, ꝙ pro inſtanti quo voluntas vult, & operatur, neceſſario vult, & non libere.

Arguitur cõtra iſtã ſententiam. Sed iſtorum opinio eſt falſa, & omnino improbabilis. Nam ſecundum iſtorum Doctorum dogma, voluntas quãdo vult, non libere vult, ſed neceſſario. ergo numquam libere vult. Deinde, ſi vera ſunt quæ iſti dicunt, ſequitur hominem numquam mereri coram Deo; non enim meretur cum operatur, nam neceſſario, & non libere operatur, & neceſſarijs non meremur, nec demeremur; nec uero meretur cum non operatur: nam nullo exiſtente opere, nullũ eſt meritum. Præterea, voluntas non libere amat, quando amat, vt prædicti auctores definiunt: neque uero quando non amat, quia ſi non amat, non libere amat. ergo numquam libere amat. Item, voluntas quãdo amat, neceſſario amat, & quando non amat, neceſſario non amat. numquã ergo libera eſt. Sed & ſapientiſſimus Victoria varia excogitauit argumenta ad ſubuertendam hanc imaginationẽ, quorum nonnulla in medium proferam. In primis, eadem ratione qua homo, quando vult, neceſſario vult, eadem ratione nunquam Deus quando vult, neceſſario vult, & quãdo creabat mundum, neceſſario creabat, & Chriſtus quando patiebatur, neceſſario patiebatur. quod aſſerere impiũ eſt. Deinde, ſi Socrates viueret per vnum diem, & pro medietate tẽporis, Deus neceſſitaret ad ſtandum, & pro medietate ad currendum, nullo modo eſſet liberum Socrati currere. Sed ſic eſt de facto: ponimus enim ꝙ non neceſſitante aliquo currat per vnam medietatem, & per aliam nõ currat, tunc, vt iſta habet opinio, pro toto tẽpore quo currit, neceſſario currit, & pro toto tempore alterius medietatis neceſſario non currit. Ergo ita ei eſt neceſſe currere, ſicut ſi a Deo neceſſitaretur.

Magiſt. Victoriæ argumenta.

Sed videamus quid Doctores huius opinionis ad noſtra hæc argumenta reſpondeant. Dicunt ſane, quod homo pro inſtanti quo operatur, libere operatur, ceterum non poteſt non operari: itaque duo concedunt, vnum eſt, quod in eo inſtanti libere operatur, alterum eſt, quod in eodem inſtanti neceſſario operatur. Nam ad hoc quod homo libere operetur, ſatis eſt, ꝙ immediate ante illud inſtans potuit non operari, & immediate poſt illud inſtans põt ab actu ceſſare. Sed iſti auctores acutiſſimi, nõ vidẽt, quod ex eorum ſententia ſequuntur omnia inconuenientia, quæ ſuperius ſunt commemorata: quæ ſi non vident, videant obſecro quæ ſequuntur. In primis ſequitur, quod in primo inſtanti ſui eſſe, non poſſit aliquis, vel angelus, vel homo habere actum liberum, quia nũquam prius potuit vitare illum. Item ſi Deus pro hoc inſtanti neceſſitaret uoluntatem, & poſtmodum relinqueret eam liberam; poſtmodum nũquam libera eſt; ſiquidem prius actum uitare nequiuit. Itẽ, ſi Socrates eſſet inſanus per unum inſtans tñ, iam in toto tpe præcedenti eſſet liber, & non tñ in hoc inſtãti eſſet liber, quamquã prius actum vitare poterat. Immo ſubiti motus, quos uocant Theologi primo primos, eſſent liberi, quia prius potuit eos uitare. Item arguitur pro eodem. Si odium proximi eſt nunc liberum, quia licet neceſſario nunc ſit, tñ potuit prius non haberi. Ergo hõ prius peccat non impediendo pro nunc, & nunc non peccat. Item, ſi Deus produxiſſet mũdũ ab æterno, non libere produxiſſet; quia non prius potuit non produxiſſe. Hæc, & multa alia inconuenientia poſſunt inferri ex hac poſitione. & ideo tenenda eſt vera & ſolida doctrina, ꝙ pro eodem tempore, quo voluntas agit, poteſt non agere.

Argumenta ſoluuntur. Argumenta vero in cõtrarium adducta facillime exſoluentur. Dicẽdum eſt enim, quod neceſſitas ex ſuppoſitione non tollit libertatem, quemadmodum ſi ego curro, neceſſum eſt moueri: ſed abſolute, non neceſſario moueor, quia non neceſſario curro. Rurſus ſi diſputo, neceſſum eſt me loqui, at non neceſſario loquor, quia non neceſſario diſputo. Ad eundem modum, ſi amo, neceſſum eſt vt habeam actum amandi, ſed nõ neceſſario amo, quia poſſum ceſſare ad opere amandi: prædictæ enim neceſſitates non ſunt abſolutæ, ſed conditionales: neceſſum namq; eſt has conditionales eſſe ueras, ſi curro, moueor; ſi diſputo, loquor; ſi amo, habeo actum amandi: uerum neque antecedens, nec conſequens eſt neceſſarium. Itaq; potius in his eſt neceſſitas conſequentiæ, quam conſequentis.

Neceſſitas ex ſuppoſitione duplex. Sed ut diligentius elucidetur, intelligendum eſt, quod quædam neceſſitas ex ſuppoſitione aufert libertatẽ, veluti cum id quod præſupponitur, iam eſt neceſſarium: quẽadmodum ſi Adam fuit, non eſt poteſtas vt non fuerit, ſiquidem ad præteritum non eſt potentia. Ceterum ſi id qđ præſupponitur, & ſtatuitur, adhuc manet liberum & contingens, non aufert libertatem: vt ſi præſupponitur & ſtatuitur Petrum currere, aut eſſe, nõ tollitur facultas vt nõ currat, vel ut non ſit. Itaq; differt inter præteritũ, pñs, & futurum: quod ſi Adam fuit, neceſſe eſt fuiſſe, verũ ſi Petrus eſt, non eſt neceſſe ut ſit, & ſi Petrus naſciturus eſt, non eſt neceſſe ut naſcatur. Hæc documenta diligẽter animaduerſa, vniuerſa argumẽta propoſita labefactant.

Explicatur Ariſtot. Nã cum adducitur illud axioma Ariſtotelicum, omne quod eſt, qñ eſt, neceſſe eſt eſſe, cui incumbunt oĩa argumenta, dicendum eſt, quod loquitur de neceſſitate ex ſuppoſitione, & de neceſſitate conditionali, quæ non aufert libertatem. Vel dicendũ, ꝙ cũ dicit, neceſſum eſt eſſe, id eſt, determinate, ad quem ſenſum negat propoſitiones de futuro eſſe determinate veras. In ſenſu ergo in quo negat ꝓpoſitiones de futuro contingenti eſſe determinate ueras, concedit omnes de præſẽti eſſe determinate ueras. & hoc intelligit, cum dicit omne quod eſt, qñ eſt, neceſſe eſt eſſe.

Obiectio. Ocham. Cum uero urget Ocham; ſi uoluntas pro tempore quo agit, poteſt non agere, ponatur in eſſe, & tunc ſequeretur euidens contradictio, ꝙ agit, & non agit.

Solutio. Reſpõdetur, hoc argũn procedere eodem modo contra præſentiam diuinã, ſicut contra libertatem voluntatis. Nã poſito ꝙ Deus ſcinit Petrum peccaturũ; Petrus potuit non peccare; ponatur itaq; in eſſe, ꝙ Petrus non peccet: tũc habebitur, ꝙ Deus ſciuit Petrum peccaturum, & tñ Petrus non peccat: & ſic Deus deceptus eſt. Eodem ergo modo ſoluendum eſt argumentum, dicendo, quod non poteſt poni in eſſe ſimul cumaliis; ſicut iſtæ propoſitiones ambæ ſunt poſſibiles, Petrus currit, Petrus non currit: ceterum non poſſunt poni ſimul in eſſe. Vnde dicunt Dialectici, quod una poſita, deponitur alia. Itaq; dico, quod quando voluntas diligit, poteſt non diligere: ſicut quando Petrus currit, poteſt nõ currere. Ad aliud argumentum ex neceſſitate ſuppoſitionis iam ſatis arbitror dictum eſſe.

Vtrum voluntas neceſſitetur ad continuationem actus. Sed adhuc ſupereſt dubium, Vtrum voluntas alias neceſſitetur, ſcilicet, ad continuationem ſui actus. Vĩ certe quod uoluntas poſtquam elicuit actum, neceſſitetur vt cõtinuet illum per aliquod tempus: nam actus humanus non poteſt durare tantum per inſtans: non enim poteſt definere

ſinere eſſe in eodem inſtanti in quo eſt productus, neque vero in inſtanti immediato: nam non dantur duo inſtantia immediata, vt conſtat ex phyſica. Ergo neceſſum eſt dicere, quod durat per aliquod tempus. Ex quo cōſequitur, in illo tempore non eſſe libertatem ad reuocandum talem actum. Ex quo rurſus ſequitur, hominem non poſſe iuſtificari in inſtanti: nam actus iuſtificationis requirit tempus ad ſui continuationem. Item dato ꝙ tempus ad continuandum odium Dei ſit dimidia hora, conſequens eſt, ꝙ eo in tempore non ſit libertas, aut facultas ad deponendum odium Dei. Has, & ſimiles rationes adducit Greg. de Arimino in 1.d.38.q.1 art.3.& in 2.d.4.& 5. quæſtione vnica ad quartum, quibus ſibi perſuaſit, ꝙ etſi homo libere eliciat actum ſuum in primo inſtanti quo incipit operari, verum quoniam nullus actus durat tantum per inſtans, docet magna aſſeueratione, ꝙ neceſſario continuat actum ꝑ certum temporis ſpatium.

Greg. Ari.

Primæ cōc. Ois actio humana durat per aliquod tempus.

Vt vero breuiter dicam quid in hac controuerſia tenendum ſit, conſtituo primum aſſertum, & decerno, ꝙ moraliter, & fere ſemper omnis operatio humana durat per aliquod tempus, & nulla eſt quæ duret tantum per inſtans. Quod eſſe verum, vel ſola experientia demonſtratur. oſtēditurque hoc argumento. Nam actus voluntatis communiter, & fere ſemper reſcinditur per actum contrarium, aut diuerſum, quo volumus alio diuertere cogitationem, vel alijs negotijs vacare: at uero iſte actus non pōt eſſe in eodem inſtanti, alioquin duo actus contrarij poſſunt eſſe in eodem, & non poſſunt eſſe duo inſtātia immediatā, vt ſtatuo pro certo ex phyſica. ergo neceſſum eſt ut actus duret, & continuetur per tempus. Hoc ipſum confirmatur. Nam iſti duo actus ſunt immediati, ſiquidem vnus alterum expellit, ſed non dantur duo inſtantiæ immediata, ut cōſtat. ergo neceſſum eſt, ut interueniat tempus.

Nota.

Neque ex hoc ratiocinetur Theologus, ꝙ operatio humana requirat certum tempus, & determinatum, ut continuetur: nam aliud eſt ꝙ motus requirat tempus, qđ eſt certiſſimum, & euidentiſſimum, aliud eſt ꝙ requirat certum & definitum tempus, qđ eſt falſiſſimum. Itaque ſentio, ꝙ quocumque tempore dato, in minore poteſt deſiſtere ab actu ſuo, neque datur certum tempus continuationis.

Secun. conc. Nō oportet actum humanum continuari per aliquod tempus.

Ezech. 18.

Sed veniamus ad ſecundum aſſertum, quod tale eſt. Nō eſt neceſſe ꝙ actus humanus continuetur per aliquod tempus: & contrarium dogma non videtur mihi ꝙ ſit ſana doctrina: nam alioqui ſequeretur, non poſſe hominem iuſtificari in inſtanti: cuius contrarium docet fides. Ezech. 18. & 33. In quacumque die ingemuerit peccator, &c. ubi illud verbum, In quacumque die, ſignificat quamcumq; horam, quodcumque momentū, ut docet fides diuina. Quod autem hoc recte ſequatur ex dogmate qđ impugnamus, probatur. Nam auctore Gregorio, ad actum iuſtificationis neceſſum eſt certum tempus in quo continuatur. ergo in inſtanti non poteſt eſſe iuſtificatio. Deinde conſtituamus tempus, quo uoluntas neceſſitatur ad continuandū odiū Dei eſſe dimidiā horā, rurſus cōſtituamus hoīem in prima parte illius tpis facere qđ in ſe eſt, & qđ dēt ad deponendū odiū Dei; tunc ſequitur, Deū denegare gratiā ſuam hoī facienti quidquid pōt, & quidquid debet. Præterea ſequitur, hominē facientem quidquid poteſt, condemnari: tum ſequitur, hominem viatorem in illo interſtitio temporis eſſe extra ſtatū ſalutis, & nullū habere remediū; vel ꝙ poterit vitam æternam conſequi habens Dei odium.

Ter. conc. Sententia. Greg. abſurda.

Vltimo aio & decerno, hanc ſententiam Gregorij eſſe abſurdam, & erroneam: vniuerſi enim doctores in quarto ſententiarum, elucidantes materiam de pœnitentia, condemnant Scotum, & Gregorium erroris, quod dixerint ad veram contritionem eſſe neceſſariam certam temporis continuationem.

Argumentorum ſolutio.

Ad argumenta Gregorij ſic reſpondendū, vt dicamus, quod res ſpirituales, cuiuſmodi ſunt uolitiones, & intellectiones, bene poſſunt durare ſolum per inſtans: non enim corrūpuntur a contrario agente, ſed per ſolam ceſſationē ab opere, & per abſentiam conſeruantis: ſicut animaduertere licet in lumine, quod depēdet a præſentia Solis: unde in eodem temporis momento, in quo Sol occultatur, totum lumen corrumpitur. Similiter dicendum eſt, ꝙ actus uoluntatis dependet a uoluntate in eſſe, & cōſeruari; & ſic ſi voluntas ſubtrahit ſuam actionem, ſtatim deſinit eſſe. Neq; de hac re dubium eſſe poteſt. Certū eſt.n. ꝙ inſtans ipſum, in quo voluntas habet actum ſuum inſtantaneū, ſolū durat per inſtans: non eſt ergo reuocandum in dubium, quin actus voluntatis ſolū duret per inſtans. Vel dicat Theologus, ꝙ dato ꝙ operatio humana requirat tēpus, ut deſinat eſſe, ceterum non eſt conſequēs ꝙ requirat certum tempus, vt antea dictū eſt. Motus.n. in ſui inceptione requirit tempus, ſed non requirit certum tēpus: motus enim incipit hoc modo: nunc non eſt motus, & immediate poſt erit motus: itaq; quocumque tempore dato poſt hoc inſtans in minori iam eſt motus, nec datur certum tēpus, ante quod non eſt motus. Et profecto uidetur, ꝙ operatio humana requirit tempus, vt deſinat eſſe: nam non poteſt deſinere eſſe in eodē inſtanti in quo eſt: & non dantur duo inſtātia immediata. ergo requiritur tēpus vt deſinat eſſe.

Obiectiones contra ſuperius dicta.

Sed contra hanc veritatem tot argumentis ſtabilitā, & confirmatam, fiunt argumenta quædam, quæ cuiq; Theologo faceſſunt negotium.

Prim. argu.

In primis, ſi non eſt certum tempus, quo neceſſitamur ad continuandum actum noſtrum, conſequēs eſt, ꝙ in quolibet opere meritorio, quod durat per tempus, ſit infinitū meritum: quod aſſerere ab omni Theologia videtur alienum. Quod recte ſequatur, patet. Nam in quolibet inſtanti illius temporis meremur, cum non ſit maior ratio de vno, quam de alio: & ſunt infinita inſtantiā. ergo ad finem illius temporis meritum erit infinitum.

Confir.

Hoc ipſum confirmatur. Nam uel in nullo inſtanti meremur, vel in quolibet: Si in nullo, non erit meritum: ſi in aliquo, cum non ſit maior ratio de vno quam de alio, ſequitur ꝙ in quolibet meremur, & ſic erit infinitum meritum.

ſecundum.

Deinde alterum profertur argumentum ad impugnandam propoſitam ſententiam. Quælibet res mundi, inquit Gregorius, reſiſtit ſuæ corruptioni. ergo actus voluntatis reſiſtet ſuæ corruptioni. ergo ratione huius reſiſtentiæ debet durare per aliquod tempus.

vltimum.

Ad vltimum ſic arguitur. Actus voluntatis non deſinit eſſe per vltimum ſui eſſe, hoc eſt, non eſt verum dicere, nunc eſt, & immediate poſt hoc non erit: vnde conſequēs eſt ꝙ deſinit eſſe per primum nō eſſe, ut ſit uerum dicere, nunc non eſt, & immediate ante fuit. ergo requirit tēpus, vt deſinat eſſe, ut ſit uerum dicere, nunc non eſt, & immediate antea fuit. ergo requirit tempus, ut deſinat eſſe. Probatur conſequentia. Nam res continuæ, & res ſucceſſiuæ, & quę corrumpuntur per actionem ſucceſſiuam, ut homo, deſinunt eſſe per primum non eſſe.

Confir.

Hoc ipſum confirmatur. Nam actus contrarius per quē diſſipatur actus voluntatis præcedens, incipit eſſe in inſtanti: eſt enim uerum dicere, nunc eſt amor Dei in voluntate, & antea non fuit. ergo odium Dei non deſinit eſſe per vltimum ſui eſſe, ſed per primum non eſſe. ſi enim deſineret per vltimum ſui eſſe, eſſet uerum dicere, nūc eſt odiū Dei, & poſtmodum non erit, & ſic odium, & amor Dei eſſent ſimul. Ad hæc argumenta ſatisfaciendum eſt.

Solutiones Ad primum Zeno.

Ad primum dicendum, hoc argumentum eſſe leue, & nugatorium vel ex hoc probari. Nam hoc genere argumēti vtebatur Zeno Philoſophus, vt dicitur. 6. Phyſi tex. 77. ad probandum non poſſe dari motum: nā ſic ratiocinabatur. Mobile prius debet pertranſire medium quam ut perueniat ad extremum, & priuſquam tranſeat medium, oportet vt pertranſeat primam, tertiam, quartam, & octauam partem, & ſic in infinitum, cum ſpatium ſit in infinitum diuiſibile. Ex hoc concludebat non eſſe motum, uel ſi eſſet motus, quod infinita ſpacia oporteat pertranſire in breuiſſimo temporis ſpatio. Simile eſt argumentum propoſitum: cui ſic reſpondendum eſt, quod ſicut ſunt infinita inſtantia temporis, ita eſt vnum meritum quod poteſt diuidi in infinitas partes correſpondentes infinitis portionibus temporum, ſicut in motu locali datur continuum ſpatium per tranſitum, quod poteſt diuidi in infinitas partes, correſpōdentes infinitis partibus temporis, in quo fit motus. Sed & illud, ſecundum veram Theologiam, confutat argumentum, quod quantitas meriti non debet expēdi penes multitudinem inſtantium in tempore, alias quodcumque peccatum, vel leuiſſimum, eſſet infinitæ grauitatis, qa durat per infinita inſtantia, ſed oportet expendere meritū

ex

ex obiecto, & ex actu uoluntatis, & quoniam eſt idẽ obiectũ, & eadem uolitio numero in quouis inſtanti, & in toto tpe adæquato, hoc eſt, ꝙ eſt unum meritũ, neq; oportet, ꝙ ſingulis inſtantibus tpis, correſpondeant ſingulæ meritorum portiones, ſicut eſt liquidum in omni motu.

QVAESTIO XI.

De fruitione, in quattuor articulos diuiſa.

Introductio Quæſtionis.

Quo conſilio Doctores de fruitione diſputent.

De fruitione ediſſeruit Theologi in primo diſt. 1. quo in loco occaſionem huius diſputationis acceperunt, ex eo, quod Magiſter Sententiarum in exordio ſui operis Theologiam uniuerſam in res, & ſigna diſtribuit; priores quidem tres libros rebus aptãs; poſtremum uero ſacramentis, quæ ſigna ſacroſancta ſunt. Res, quæ in diuina Theologia inueſtigantur, rurſus diſtribuit: alias dicens eſſe quibus fruendum; alias quibus utẽdum ſit. Priores ſunt beatiſſimæ perſonæ diuinæ, quæ ſunt unus uerus Deus, immenſus, infinitus, incomprehenſibilis; poſteriores autẽ ſunt uniuerſæ creaturæ, quibus utendum eſt, non fruendum. Vnde Theologi diſſerendi occaſionem de fruitione acceperunt. Sed D. Th. certiori methodo hoc in loco de fruitione tractatum interſeruit: cum enim de actibus uoluntariis inueſtigare inſtituerit, methodus & ratio diſputationis expoſtulat, ut de fruitione, quæ eſt potiſſimus noſtræ uoluntatis actus, ſermonem inſtituat. Sed quo pacto de fruitione diſputet, uideamus.

ARTICVL. PRIMVS.

Vtrum fruitio ſit actus appetitiuæ potentiæ.

SVMMA TEXTVS.

Concl. Concluſio eſt affirmãs: Fruitio namque nomen ſumſit a fructibus, qui tamquam ultimi ex arbore exſpectantur, & cum quadam ſuauitate percipiuntur. Vnde fruitio pertinere uidetur ad amorẽ, uel delectationem, quã aliquis habet de ultimo bono exſpectato: & quia finis & bonum eſt obiectum uoluntatis, fruitio eſt actus po[tenti]æ appetitiuæ.

Ad ſecund. Ad ſecundum argũ dicendum, illud uũ probare, ꝙ omne ens reſiſtit ſuæ corruptioni, quando corrũpitur a ſuo cõtrario; ſed ſi dependeat in fieri & cõſeruari ab alio, ſubtracto illo, deſinit eſſe, ut patet de lumine, ut in ſuperiorib. ſatis ꝓbatũ exiſtimo.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ probatio deficit in multis: nam primum omnium res ſpirituales deſinũt eſſe per ultimũ ſui eſſe, ut patet in Angelis, ſi Deus eos annihilaret, & in lumine idẽ aĩaduertere licet, qđ quadam tenus rõne eſt ſpũale: in eodem prædicamento cõſtituuntur volitiones, & intellectiones animi noſtri. Sed & dato quod actus uolũtatis deſinat eſſe per primũ nõ eſſe, non probatur, quod requirat certum & definitum tẽpus, ut deſinat eſſe; ſed tantum, quod requirat tempus, de quo retro ſatis dictum eſt. Si quis autem cupit ſcire, quo uolitiones, & intellectiones animi noſtri deſinant, aut incipiãt eſſe, legat doctiſſimum Patrem Soto lib. 1. poſteriorum. q. 1. ſolutione ad ſextum: nos enim ad noſtrum Auctorem conuertimur. Nam aliud dubium, quod ſolet in hoc articulo moueri, Num confirmati in gratia neceſſitẽtur in bono, competentius in alio loco diſputabitur.

EXPLICATIO ARTIC.

Quid ſit fruitio, & cuius potentiæ actus. In hoc articulo in primis quid ſit fruitio explicandum eſt, & cuius nã potentię ſit, intellectus ne an uolũtatis: de hac enim re diſſident Theologorum ſentẽtię. Scot. Scotus enim in 1. diſt. 1. q. 3. & in 4. d. 49. q. 5. exiſtimat fruitionem eſſe amorẽ rei præſentis: quam ſententiam ſibi perſuaſit ex diuerſis ſententiis D. Aug. perperam intellectis, quæ in ſequentibus adducentur. Aug. Soto. Doctiſſimus pater Soto in 4. d. 49. q. 1. artic. ultimo docet, quod fruitio eſt actus intellectus, & ipſa Dei uiſio. Rationes uero quibus conatur hanc ſententiam perſuadere, hę ſunt potiſſimæ.

Prim. argum. In primis ex ipſo nomine ſic ratiocinatur. Nam frui cibo, eſt guſtare cibum; frui pulcro, uidere pulcrum; frui muſica, audire muſicam. Ergo frui Deo, eſt uidere, & poſſidere Deum.

Secundum. Deinde, frui ſur conſtat ex nominis ſignificatione eſt capere fructum rei deſideratę. Sed intellectus eſt, qui capit, & apprehendit: uoluntas namque non eſt potentia apprehenſiua, ut ſupra diximus. Ergo frui eſt intellectus, non uoluntatis.

Tertium. Præterea D. Auguſt. 1. de doctrina Chriſtiana, c. 32. & 33. docet aperte, quod ſumma merces eſt fruitio. & lib. 1. de Trinitate, capit. 9. ſcribit, quod in uiſione Trinitatis tota merces promittitur delectationis, & deſiderij noſtri, & in libro de moribus Eccleſię cap. 3. ſic inquit; Quid eſt frui niſi præſto habere, quod amas? habere uero & poſſidere, eſt actus intellectus, ut retro monſtratum eſt. Certe apud D. Aug. ut patet ex locis adductis, idem eſt fruitio, & uiſio Dei. D.Th. Adducit præterea in patrocinium huius ſententiæ S. Th. is namq; 1. p. q. 26. ar. 2. in argumẽto, qđ adducit in cõtrariũ, dicit expſſe, quod fruimur Deo per intellectum, & in hoc articulo in ſolutione primi docet, ꝙ uiſio Dei, ſecundum quandã conſiderationem eſt fruitio; & in tertio articulo ſcribit, quod fruitio eſt adeptio ultimi finis. Clement. ad noſtrum de hæreticis. Sed & in Clementina, Ad noſtrum. de hæreticis. definitur lumen gloriæ eſſe pernecceſſariũ ad uiſionem & fruitionem diuinam. At ſi fruitio nõ eſſet actus intellectus, ad eam non exigeretur lumẽ gloriæ, quod reſidet in intellectu.

Vltimum. Lau. Valla. Ad ultimum, [...] poſt ſanctos Patres iubet audire Grammaticos, Laure[nti]us Valla libro 5. eleg. cap. 5. dicit non nulla, quę huic fa[ueant] ſententiæ. Ex hoc ſequitur, quod fruitio ſit ipſa De[i] uiſio, quæ eſt actus utriuſque potentię, tum intellectus, t[um] uoluntatis; intellectus, ut elicientis, uoluntatis, ut mouentis. Itaq; ſicut uoluntas eſt, quæ laborat, & ſatagit ut ſummum bonum conſequamur, ſic & uoluntas eſt, quæ fruitur ſummo bono; ſed per intellectum: quemadmodum uoluntas eſt, quę deſiderat cibum, ſed fruitur eo per guſtum. Huic ſimile eſt id, quod dictum eſt ſupra quæſtio. 4. artic. 3. de comprehenſione. His poſitis, Pater Soto ueluti re iam confecta gloriatur, dicendo, quod ſi hanc ſententiam intellexiſſent Scholaſticorum plerique, non fruſtra digladiarentur de uerbis. S. Auguſt. qui in diuerſis locis de beatitudine, diuerſa uidetur ſentire, alicubi dicit, quod ſumma merces eſt fruitio; alicubi uero, quod ſumma merces eſt uiſio: nulla eſt contrarietas, aut diuerſitas in D. Auguſtino: nam apud D. Auguſt. idem eſt fruitio & uiſio. Hactenus de ſententia doctiſſimi Patris Soto, quam etiam magna aſſeueratione docet in Commentariis ſuper Epiſtolam ad Romanos capit. 6. Capr. Caiet. Sed Capreolus, & Caietanus, & alij multi Doctores exiſtimant, quod fruitio eſt actus uoluntatis, quo de ſummi boni adeptione & poſſeſſione delectatur, & congaudet. Quæſtionis explicatio. Vt ergo ueritas huius quæſtionis elucidetur, de nomine fruitionis pauca pertractanda ſunt: deinde quid ſit ſentiendum de eius definitione, & cuius potentię actus ſit, breui ſermone explicandum. Ariſt. Certe Ariſtot. 1. libro Rhetor. c. 5. diſtinxit, quædam eſſe amœna in rebus; alia uero frugifera: illis fruendum eſſe, quippe non alij uſui niſi capiẽdæ ſunt uoluptati: ut qui gaudet in pulcerrimis cernendis figuris, aut curioſis uidẽdis ſpectaculis; ſed fructifera ſunt, quæ commodo cedunt, & utilia ſunt, & non ſolum illis gaudemus, ſed ad uelle noſtrum conuertimus, ut equus, fundus. Simile docet Aug. li. 83. q. 30. dicens, fruimur illis, ex quibus uoluptatẽ capimus. Fruitio itaq; ſm propriam ſignificationem eſt perfecta in ſuo

genere

Fruitionis ſignificatio. genere delectatio, quam Hiſpano ſermone, gozo, appellamus. In qua ſignificatione hæc uox in ſanctis ſcripturis uariis in locis obuia eſt: nam Sap. 2. dicitur, Venite & fruamur bonis, quæ ſunt, i. in bonis delectemur, & iucunditate afficiamur & illud ex Pro. 7. Inebriemur & fruamur cupitis amplexibus hunc habet ſēſū, Delectemur ex mutuis amplexibus, & illud ad Phile, Ita frater ego te fruar in Domino; hanc interpretationem hēt, Ita tecum cōdelecter in futura beatitudine. & ad Ro. 15 inquit Paul. in eodē ſenſu, Si uobis primū ex parte fruitus fuero, i. ſi ueſtra præſentia & conſuetudine prius ex parte fuero delectatus, & animi mei deſiderium explēā. & Cic. 3. Tuſc. Zenonē iudicat acutiſſimum, contendentem illum eſſe beatum, qui præſentibus uoluptatibus frueretur. & illud Terentij in Adelphis, præcipue ſignificationem huius nominis aperit, cum dicit, agellū ei demus, quo fruatur. i. in cuius poſſeſſione delectetur & conquieſcat. Atq; hæc eſt legitima huius uocis ſignificatio: quam ueteres & diuini Theologi, in Theologicam tranſtulerunt ſignificationem, ut tātummodo pro delectatione, quā ex Dei uiſione & poſſeſſione percipiūt beati, vſurpetur & accipiatur; feceruntq; id ſapientiſſime. Nā ſi fruimur illis, quæ delectationem & uoluptatem ſecū trahūt, cum nulla voluptas uera, nulla ſyncera delectatio niſi in ſolo Deo ſit, nulla profecto fruitionis nomē promeretur, niſi uoluptas illa, quā de ſummi boni acquiſitione & poſſeſſione percipimus. quod Sacræ litteræ nobis aperte ſignificant, cū dicunt, Torrente uoluptatis tuæ potabis nos Dñe. rurſus apud Hier. Sæcularia bona ciſternis diſſipatis conferuntur; Dereliquerūt me, ait, fōtem aquæ uiuæ, & foderunt ſibi ciſternas diſſipatas, quæ continere aquas nō poſſunt. In Deo aūt ſunt uera gaudia, & pleniſſima, teſtāte hoc ipſum Dño, Io. 16. Gaudium ueſtrum nemo tollet a uobis. & alio in loco: Euge ſerue bone & fidelis, intra in gaudium Domini tui. His conſtitutis, quæ ad definitionem nominis pertinere uidebantur, eſt 1. concl. Fruitio eſt actus uolūtatis. Hanc ſnīam docet apertiſſime D. Th. in præfatione ſuper q. 8 dicit plane, ꝙ fruitio eſt actus uoluntatis præcipuus. idem docet conſtanter in hoc art. & in art. 2. ſcribit in brutis non eſſe perfectam fruitionem, quia in eis perfecta uoluntas non inuenitur. & in art. 3. clariſſime docet, fruitionē eſſe delectationem, & gaudium. idē docet Aug. lib. 10. de Trin. c. 10. & lib. 11. de Ciuitate Dei c. 25. & lib. 1. de doctrina Chriſtiana c. 33. & 12. de Geneſi ad litterā c. 26. Huic ſnīæ fauent Scripturę diuinæ, quas ſupra produximus, in quibus omni dubio procul fruitio ſignificat gaudiū, & perfectā delectationē: nec diuinæ litteræ habent aliam cōmodā explicationem. Eandē ſnīam confirmat uſus loquendi receptus: tunc. n. frui aliqua re dicimur, cum in eius adeptione delectamur, & uoluptate afficimur. Vltimo, hanc ſnīam docent uniuerſi uiri docti, qui linguam Latinam optime callent: dicunt. n. frui eſſe delectari, & cum ſuauitate fructū deſideratum percipere. Sic docet Laurētius Valla ubi ſupra. Manet ergo certum & exploratum, ꝙ fruitio ſit uoluntatis; non intellectus. Sed proximum eſt ut exponamus, Num fruitio amor ſit, num delectatio: nam D. Th. in hoc articulo tantū docuit, ꝙ eſt actus uoluntatis, uel ad amorem, uel ad delectationē ſpectans, ſecutus in hac re D. Aug. qui aliquādo refert fruitionem ad amorē, aliqn ad delectationem. Pro quo ſit 2. conc. Fruitio non eſt amor rei præſentis, ſed delectatio: nam frui Deo (ut nomen ipſum præſefert) non eſt amare Deum, ſed delectari de eius præſentia, & intuitu, frui cupitis amplexibus, non eſt amare amplexus, ſed delectari, & uoluptatem capere ex amplexibus. Certe D. Th. ſupra q. 4. artic. 3. fruitionē, delectationē eſſe decreuit: tria. n. aſſeruit eſſe in beatitudine perfecta; viſionē, amorē, & delectationem. i. fruitionē. Quod uero ita ſe res hēat, ut S. Tho. decreuit, oīa argumenta, q ſuperius pducta ſunt ad probādū eſſe actum uoluntatis, probant efficaciter. Cū uero D. Aug. dicit lib. 1. de doct. Chr. c. 4. frui, eſt amore inhærere alicui rei pp ſe, ubi fruitionē refert ad amorem: quod idem facit D. Th. in commentarijs Epiſtolę ad Hebræos c. 12. lectione 4. hunc habet ſenſum, ut fiat ſenſus cauſſalis. i. ex præſentia rei amatæ cauſſatur fruitio & delectatio. Vel dicatur, ꝙ aliud eſt amare, aliud amore inhærere alicui rei: nam inhærere alicui rei ex amore, eſt capere delectationem, uel eſt cū ſuauitate ei coniungi. Sed operæpretium eſt argumenta illa depellere, quæ probant fruitionem eſſe actū intellectus. Ad primum dicendum, ꝙ frui cibo, non eſt guſtare cibū, ſed in cibi guſtu delectari: & idem dicendum eſt ad alia exempla. Ad ſecundum, ꝙ frui eſt delectari, & delectari eſt uoluptatem capere: hæc omnia pro eodē accipiuntur apud oēs Latinos. Quod uero delectatio pertineat ad uoluntatem, notius eſt, q̄ ut ſit oſtendendum. Vt uero melius intelligatur obſeruandum eſt, ꝙ in adeptione & poſſeſſione ſummi boni, intellectus eſt ueluti manus apprehendens bonum & fructū, uoluntas eſt ueluti ſtomachus, qui in rei adeptione delectatur, & fruitur: & quemadmodum uoluntas eſt, quæ triſtatur de ſummi boni abſentia, ſic & ipſa eſt, quæ de boni præſentia delectatur, & fruitur. Ad tertium dicendum eſt, ꝙ illæ ſententiæ D. Aug. quibus affirmat, ꝙ fruitio eſt tota merces, habent cōmentariū, ut fiat ſenſus cauſſalis. i. fruitio cauſſatur ex ſummi boni adeptione & conſecutione. Eandē interpretationem habet illa ſententia D. Aug. 10. confeſsionum. c. 21. & 22. Beatitudo eſt gaudium de ueritate. Vel dicatur, ꝙ fruitio duo requirit, & uiſionem, & delectationem: quapropter ſancti Patres nunc referunt ad uiſionem, nūc ad delectationē; quemadmodū ſacra ſcriptura beatitudinem nūc appellat uiſionem, nunc gaudiū, nunc delectationem. Idē dicendum eſt ad S. Th. Ad quartū dicendū, ꝙ illa definitio, ſi recte intelligatur, potius eſt a nobis: ſi. n. uiſio & fruitio penitus eſſent idem, ſuperuacanee eſſet additum, lumen gloriæ eſſe neceſſarium ad uiſionem & fruitionem. Itaq; lumen gloriæ eſt neceſſarium ad fruitionem, non quod fruitio ſit actus intellectus, ſed quoniam eſt neceſſarium ad uiſionem, ex qua ſequitur fruitio & gaudium.

Sapien. 2. — Pro. 7. — Prim. cōc. — Rom. 15. — Cicer. Zen. — Terentius. — Hiere. — Io. 16. — Matth. 25. — Prima concl. Fruitio eſt actus uoluntatis. — D. Th. — Aug. — Aug. — Secun. con. Fruitio non eſt amor, ſed delectatio. — D. Th. — Secunda. — Tertia. — Aug. — D. Th. — Ad priora argumenta. — Ad primum. — Ad ſecundum. — Ad tertium. — D. Aug. — Ad quartum.

ART. SECVNDVS.

Vtrum frui tantum cōueniat creaturæ rationali.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Ea, quæ non cognoſcunt finem, vt grauia, & leuia, non fruuntur quando ſuum conſequuntur finem: nam frui, non eſt actus potentiæ peruenientis ad finem, ſed potētiæ imperātis executionem: dictū eſt enim quod eſt actus appetitiuæ potētiæ. In rebus autē cognitione carentibus, inuenitur quidē potentia pertingēs ad finē per modum exequētis, ſicut graue tēdit deorſum, & leue ſurſum; ſed potentia ad quā pertinet finis per modū imperātis, nō inuenitur in eis, ſed in aliquo ſuperiori, q mouet vniuerſam naturā per imperiū.

Secunda Concluſio. Bruta habent imperfectā fruitionē, cum ſuos fines adipiſcuntur: nam cognoſcunt bonum & finem: ſed quoniā per naturalē inſtinctum ferūtur in ſuos fines, non perfecte fruuntur.

Tertia Concluſio. Rationales naturæ, ſecūdum rationem perfectā fruuntur, quia non ſolum cognoſcunt finem & bonum, ſed etiam rationē vniuerſalis finis & boni, quæ nullo modo eſt in brutis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

VT hic articulus facile intelligatur (quamquam ipſe de ſe eſt faciliimus) ſcire oportet ex D. Tho. infra q. 31. art. 3. quod rebus cognitione carentibus, cum ad ſuos fines perueniūt, cōpetit quies: quieſcunt enim cum ſuos ſortiuntur fines, neq; amplius inquietæ manent: delectatio uero proprie cōpetit brutis; gaudium autem proprie non conuenit niſi creaturæ rationali, quemadmodum et lætitia,

D. Th. — Quies. — Delectatio. — Gaudium. — Lętitia.

quæ

quæ ultra gaudium importat redundantiam exterius pa- ſefactam in corporis geſtu,& motu. Itaq; quies lætius pa tet, quam delectatio;& delectatio, quam gaudium;& gau dium, quam lætitia.

Fruitio.

Fruitio uero non ſolum eſt quies in bono adepto, ſed delectatio, & gau dium perfectum. qd quidem in re- ſurrectione cor- porũ habebit con iunctam lętitiam per redundãtiam ad corpus, quãdo implebitur perfe cte illud uatici- niũ Eſaię. 9. Læta buntur corã te, ſi- cut q lætantur in meſſe; & cetera, q̃ ſequuntur. Vt autẽ nihil pręte- reatur, illud etiã eſt ſciendum, ꝙ Scot. in 1.d.1.q.5. dicit, ꝙ naturalia nullo modo fruũtur, qm̃ non inhærent, ſed potius a natura aſſiguntur ad ſuos fines. Sed certe cõſideratio S.Th. in articulo longe efficacior eſt, ut patebit recte conſideranti: ſagitta enim non fruitur, quando ſcopum attingit; ſiquidem ſagitta nõ ſe mouet per proprium imperium, ſed a ſagittatore collineatur, qui cum ſcopum attingit, fruitur, & uoluptatem capit. Sic de rebus alijs cognitione carentibus iudicandum eſt.

Prim. cõc. Eſai. 9.

Secunda.

Scot.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum fruitio ſit tantum vltimi finis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Proprie fruitio eſt vltimi finis, qui propter ſe,& non propter aliud, appetitur: vnde cum quadam delectatione appetitum quietat, ſic, vt nihil aliud deſideretur.

Secunda Concluſio. Nullo modo eſt fruitio ei⁹ quod in ſe nullã habet delectationem, ſed ſolum propter aliud appetitur: null⁹ enim fruitur potione amariſſima, quam propter ſanitatem accipit.

Tertia Cõcluſio. Eius quod in ſe habet delectationem, tametſi non ſit vltimum, fruitio eſt aliquo modo, ſed non proprie; quia non ſimpliciter appetitum quietat, quia ſemper manet in ſuſpenſo voluntas, donec habeatur id quod vltimum exſpectatur.

Tertia.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum Deo fruamur, an potius uiſione beata. Argumenta Durandi.

HIc aggreditur D.Th. ad diſputãdũ, quodnam ſit fruitionis obiectum. qua in re diſputatio eſt cum Durando; Vtrum fruitio vitę beatæ habeat pro obiecto immediate Deum, uel uiſionem beatificã? Duran. namque in 1.diſt.1.q.2. exiſtimat fruitionem beatam, non Deum, ſed Dei viſionem habere in obiectum: idque ſibi perſuaſit his argumentis.

Primum.

Primo, idem eſt obiectum fruitionis, & delectationis delectatio.n.& fruitio idem ſunt. Sed obiectum delectationis nõ eſt Deus: ergo neq; fruitionis. Minor argumenti ſic probatur. Nã obiectum delectationis non eſt res ſeparata ab eo, qui delectatur: qui.n. delectatur circa uinũ, de uſu & fructu uini delectatur; non de uino ſeparato.

Secundum.

Deinde, damnati non triſtantur niſi de carentia diuinæ uiſionis: ergo beati ſumme delectantur in uiſione beatifica.

Tertium. Ariſt.

Præterea, auctore Ariſt. 10. Eth. c 5. delectatio habet, quod ſit laudabilis, uel uituperabilis ab operatione: ergo operatio eſt obiectum delectationis;& non res ipſa.

Quartum.

Præterea, fruitio ſuccedit ſpei; ſed ſpes non hẽt Deum pro immediato obiecto, ſed Dei uiſionem, & poſſeſsionẽ: qui enim uinum, aut cibum exoptat, immediate non niſi uſum & poſſeſsionem talium cupit. ergo qui Deum deſiderat per uirtutem ſpei, immediate non deſiderat niſi uiſionem Dei,& poſſeſſionem.

Arguitur contra Duran. Ariſt.

Sed hæc ſententia Durandi, quàm falſa ſit, & improbabilis, hęc argumenta perſuadent. In primis Ariſt. 2. de Anima, tex. 28. ſic definit ſitim, ut ſit appetentia frigidi,& humidi: famem uero definit eſſe appetentiam calidi,& ſicci. ergo fames, q̃ eſt concupiſcentiæ appetitus, pro obiecto immediato habet calidũ & ſiccũ; non guſtationem calidi aut ſicci ergo deſideriũ beatitudinis nõ habet ꝓ obiecto immediato fruitionem, quæ eſt actus uoluntatis, ſed ipſũ Deum ſumme bonum. Et profecto qui delectantur in uiſione ſpectaculorum, delectatio illorum non quieſcit in uiſione, quia uiſio eſt; ſed quia ſpectaculum eſt: nõ enim quieſcit uidens ſpectacula in uiſione, quæ eſt intra oculũ ſuum (in hac.n. uiſione ſpectacula non celebrantur) ſed in foro. Certe qui ex rebus amœnis delectationem & uoluptatem capit, non delectatur immediate ex ipſa uiſione; etenim uiſio ipſa nõ eſt amœna, nec uirens, neq; florens: & qui uoluptatem capiunt audientes muſicã, nõ delectãtur immediate ex ipſa auditione, ſed ex muſica, & uocũ conſonantia: ipſa uero uiſio, uel auditio, ſunt ueluti q̃dã inſtrumentariæ actiones, quibus potentiæ conſequuntur quod deſiderant. Hæc oĩa confirmantur. Nam qui amat poſſidere epiſcopatũ, aut eccleſiaſticam dignitatem, profecto ipſã dignitatem immediate amat, quamuis intelligat citra poſſeſſionem non poſſe illi contingere: ſic ſane uiri iuſti, & amici Dei, qđ deſiderãt, Deus eſt; vñ eſt illa uox Dauidis; Sitiuit aĩa mea ad D.ũ fontem uiuum.& rurſus; Sicut ceruus deſiderat ad fontem aquarum, ita deſiderat aĩa mea ad te Deus. at poſſidebunt hoc, qđ dñſiderãt, qñ facie ad faciem uidebunt eũ. Præterea mẽs nr̃a in uita beata immediate uidet Deũ. ergo cõſimili rõne uoluntas noſtra diuina bonitate immediate fruitur. Verum eſt tñ, ꝙ eget oſtenſione huius bonitatis, quã illi demonſtrat lumen gloriæ,& uiſio beata. Certe uiſus oſtendit guſtui hoc eſſe pomum: nec propterea conſequens eſt, ut guſtus non immediate pomo fruatur.

Nota.

Vt uero hæc, quæ diximus, veriſſima eſſe cõprobentur, intelligat Theologus, & ſciat ſapienter diſcernere inter rem deſiderabilem,& rationem deſiderandi ſiue delectãdi,& effectum inde ſubſecutum. Res deſiderata ab ęgroto eſt ſanitas; ratio deſiderandi, uel delectandi eſt bonitas; effectus inde ſubſecutus, eſt poſſeſſio, uel delectatio: quemadmodum in igne calefaciente eſt agens, & ratio agẽdi, & effectus: & licet intermediet actio, ignis eſt, qui immediate calefacit. Igitur res, quæ beatos in uita beata lætificat,& iucunditate afficit, eſt ipſemet Deus; ratio delectationis & fruitionis, eſt bonitas ſumma; uiſio uero diuinitatis, eſt huius ſummi boni poſſeſsio, ex qua ſequitur delectatio, quæ eſt immediate de bono ſummo, quod in hac uita deſiderauimus.

Ad argumenta Durandi. Ad primum.

Ad argumenta Durandi ſatisfaciendum eſt, ad primũ negãda eſt minor ſyllogiſmi. Nã cã proxima & præcipua quare uoluptatẽ capimus, eſt bonitas rei, quam deſideramus: ſed poſſeſsio & coniunctio eſt ueluti conditio, ſine qua nũquam poterimus delectationem capere, uel eſt inſtrumentaria actio, qua potentia cõſequitur finem ſuũ.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum neganda eſt cõſequentia argumenti: nõ enim eſt recta ratiocinatio: nam damnati habent peruerſam uoluntatem,& ideo non ſumme dolent de malo culpæ, quod eſt contra Deum ipſum; ſed de malo pœnæ, qđ eſt contra ipſorum bonum. at beati habent rectam uoluntatem, & ideo magis iucundantur de bono ipſius Dei, quam de bono per participationem.

Ad tertium.

Ad tertium dicendum, ꝙ operatio eſt cã efficiens delectationis; ipſa uero res eſt cã obiectiua & finalis, de cuius poſſeſſã bonitate delectamur, & uoluptate afficimur.

Ad quartum.

Ad quartum dicendum, ſpem Deum ipſum obtinendũ ſperare: eſt autem Deus ſibi proprium bonum, quando per uiſionem mentis uoluntas ſumma fruitione Deo copulabitur. de quo fuſius ſolet tractari in 2.2.q.17.ar.5.

Facilior ſolutio ad argumenta Durandi.

Ad omnia uero argumenta Durandi facilius põt Theologus ſatisfacere in hunc modum, ſi dicat, ꝙ apud D.Th. & uiros doctiſſimos idem eſt dicere, Deum eſſe obiectũ ſpei, uel delectationis, & uiſionem Dei, & poſſeſsionem, eſſe obiectum ſpei, uel fruitionis: nõ enim eſt aliud obiectum ſummum bonum, & conſecutio ſummi boni: ſicut auaro idem eſt pecunia, & cõſecutio pecuniæ, & pro fine habet pecuniam, & poſſidere pecuniam. Et quod ſit idem obiectum ſummum bonum, & cõſecutio ſũmi boni, hoc argumento efficaci demõſtratur: alioqui poſſet uoluntas appetere ſummum bonum, & qđ nõ haberet appetitum habendi ſummũ bonum, quod eſt prorſus impoſſibile.

Certe

Certe S. Th. ſæpiſſime replicat, quod finis dupliciter dr̃, nempe & ipſa res, & adeptio rei, uel poſſeſſio, & quod pro eodem ualet dicere, finem eſſe rē aliquam, uel eius adeptionem. Vide S. Th. q. 3. art. 1. & in hoc articulo expreſſe idē reperit, quare inaniter laborat Durandus ad probandū, quod obiectum fruitionis ſit uiſio Dei, & non ipſe Deus: nam ex hoc, quod uiſio Dei ſit obiectum fruitionis, non eſt cōſequēs, quod ipſe Deus non ſit obiectū eiuſdē.

D. Th.

ART. QVARTVS.

Vtrum fruitio ſit finis iam habiti.

SVMMA TEXTVS:

Prim. cõ. PRima Concluſio. Fruitio perfecta, eſt finis iā habiti in re; nam tunc appetitus perfecte quietatur, & exſaturatur.

Secunda Concluſio. Fruitio imperfecta eſt finis habiti in ſpe. Probatio vtriuſq; cōcluſionis hæc eſt. Quoniam fruitio ex adeptione finis quē deſideramus, oritur & dimanat quando finis habetur in re, perfecte habetur; quādo finis habetur ī ſpe, nōdū pfecte habetur: & ideo ex priori finis adeptione, ſequitur fruitio perfecta; ex poſteriori, ſequitur imperfecta.

EXPLICATIO ART.

IN hoc articulo in primis quæritur, Vtrū in uita beata, ī qua eſt perfecta fruitio de ſūmi boni, & ultimi finis adeptione, ſit una fruitio triū pſonarū, Patris, & filij, & Spūs ſācti: uel an poſſit eſſe fruitio unius perſonæ ſine alterius fruitione? Hanc quæſtionem ediſſerit Scotus in 1. d. 1. q. 2. & in 4. d. 49. q. 7. Ex a parte affirmatiua quæſtionis ſic arguitur.

Secunda. Vtrum in uita beata poſſit quis frui una perſona ſine aliis.

Scot.

Argumenta. Primum. Nam quælibet perſona eſt ſummum bonū, & ultimus finis perfectiſſimus. ergo fieri poteſt, de potentia ſaltem Dei abſoluta, ut quis fruatur una perſona abſque alia.

Secundum. Deinde, in hac uita poſſumus frui una perſona abſque alia, ut plane conſtat; & in uita beata, uidetur, quod magis diligamus filium, q̄ patrem, ſiquidē apparet, quod et amplius debeamus: factus eſt enim pro nobis homo, & pro nobis mortuus eſt, & cruci affixus: quod non fecit pater. ergo in uita beata poteſt quis frui una perſona abſque alia.

Tertium. Præterea, in uita beata, beati iudicant filium factum eſſe hominem, & mortuum pro nobis, idq; non iudicant de patre. ergo poſſunt frui filio abſque patre. Conſequentia inde probatur. Nam ad fruitionem requiritur iudicium.

Quartum. Ad hæc, poteſt uideri una perſona abſque alia, & eſſentia diuina abſque perſonis. ergo poteſt eſſe fruitio unius perſonæ, abſque fruitione alterius, & poterit eſſe fruitio eſſentię, abſque perſonarum fruitione. Conſecutio argumenti euidens eſt, ſed antecedens probatur, tum, quoniā poſſumus cognoſcere perſonam, quæ eſt pater, abſq; eo, quod cognoſcamus filium determinate, puta Paulū, uel Alfonſū: ſed ſatis eſt cognoſcere illū habere filiū. ergo ad cognoſcendū patrem in diuinis, ſat eſt cognoſcere, quod habeat filiū, licet determinate nō cognoſcamus filiū: tū deinde, quīa pater ſine filio uideri ſane poteſt, quanquam intelligi non poſſit; aliud. n. eſt uiſio, aliud intelligētia. ergo q̄uis factibile non ſit, quod pater intelligatur abſq; filio, ſūt n. relatiua, & relatiua ſunt ſimul natura & intellectu, at factibile eſſe uidetur, quod Deus oſtendat uidendam ſuam paternitatem, & nō filiationem: tum uero, quoniam ad cognoſcendum patrem in diuinis, ſatis eſt cognoſcere ſuā definitionem, & eius correlatiuum: at Spiritus ſanctus non eſt de definitione patris, neque eius correlatiuum: poterit ergo uideri Pater ſine Spiritu ſancto.

Quintum. Tum præterea, quoniam generatio patris terminatur ad Verbum, & non ad eſſentiam diuinam, & una diuina perſona potuit terminare unionem carnis aſſumptæ, etſi neque pater terminat, neque Spiritus ſanctus: poterit ergo uideri una perſona ſine alia. Conſecutio argumenti inde liquet; quia ſi actio realis terminatur ad unum, & non ad aliud, actio intellectualis multo magis poterit terminari ad unum, & non ad aliud: nam ea, quæ re diſtinguuntur, intellectu ſeparantur.

Argumenta ad oſtendē[n]dū diuinā eſſentiā poſſe uideri abſque perſonis. Primum. Quod uero diuina ſubſtantia poſſit uideri ſine perſonis, hæc argumenta perſuadere uidentur. Nam diuinitas habet ſubſiſtentiam abſolutam; perſonæ uero diuinæ habent perſonalitates, & ſubſiſtentias relatiuas, at abſolutū ſecundū rōnem, prius eſt relatiuo: ergo poteſt Deus oſtēdere ſubſiſtentiam abſolutam, non oſtēnſa relatiua.

Secundum. Deinde, paternitas, ſiue filiatio diuina, quanquam eſt diuinitas, non tamen ſignificat diuinitatis eſſentiam. igitur ipſa diuinitas ſe demonſtrare poterit, non demonſtrato eo, quod non eſt de ſua eſſentiali ratione. Certe ſi de eſſentia diuinitatis eſſet pater, filius eſſet pater, ſiquidem filius eſt deitas, de cuius eſſentia dicitur eſſe pater: & fortaſſis Moyſes diuinam eſſentiam uidit in monte Synai, & ſanctiſſimam Trinitatē non uidit; aſſeruabatur enī Moyſi Trinitatis demonſtrāda gloria, quādo in mōte aſſiſtens Chriſto cū Elia colloquebantur de exceſſu in Hieruſalem complendo.

Tertium. Denique, uel etiā ſi nūā, ī aliquo priori originis eſt pr̄ quando non eſt filius: prius. n. intelligimus perſonam patris cōſtitutam, & perfectam, quam quod habeat filium. ergo in illo priori poteſt cognoſci pater abſque filio.

Prima concl. In u[ita] [bea]ta poteſt quis frui una perſona abſq; alia. Ad huius rei expoſitionem eſt prima concluſio. In uia non eſt una fruitio omnium perſonarum, & poteſt quis frui una perſona abſque alia, & eſſentia abſque perſonis: nam poteſt quiſpiam cogitare, & cum ſuauitate recolere Chriſtum dominum eſſe pretium noſtræ redemptionis, & nihil meminiſſe de Patre, aut Spiritu ſancto. Rurſus, poteſt quis ex ductu luminis rationis naturalis cognoſcere Deum eſſe unum abſque Trinitate perſonarum, & in hac diuinitatis contemplatione maxime delectari. Ex his facile eſt intelligere, quod poteſt quis amare unam perſonam abſq; alia, poteritq; ſuauius, & intenſius amare unā perſonā abſq; alia. Ceterum habere iſtum actum cōparatiuū, plus diligo filium, quam patrem, blaſphemia eſt non ferenda: nam tantum debemus patri atque filio, & tam eſt bonus atque filius; immo habent unam eandemque bonitatem, & perfectionem.

Secūda conc. Vna perſona non poteſt uideri ſine altera. Secunda concluſio. In uita beata quando uidebimus Deum ſicuti eſt, fieri non poteſt, ut uideamus unā perſonam abſq; alia, aut eſſentiam ſine perſonis: decernoque adeo hoc eſſe impoſſibile, ut numerari debeat inter ea, q̄ continent euidentē cōtradictionem, & quæ factibilia nō ſunt. Nam uiſio Dei eſt notitia intuitiua, qua vr̃ Deus ſicuti eſt, docente S. Ioanne Euangeliſta. ergo fertur in rem prout eſt a parte rei. Vnde cum Deus ſit in tribus perſonis, uidebitur neceſſario in tribus. Deinde, ſi Angelus cognoſcit me eſſe hominem, ex neceſsitate cognoſcit me eſſe animal, ut plane conſtat. Ergo qui uidet diuinam eſſentiam, neceſſe eſt etiam uidere tres perſonas. Conſequentia argumenti inde probatur. Nam maior identitas eſt inter eſſentiam, & perſonam, quam inter hominem, & animal. Præterea, qui uidet eſſentiam Petri, neceſſario uidet Petrum. At magis unum ſunt eſſentia, & diuinæ perſonę, quam Petrus & ſua eſſentia. ergo uiſa eſſentia Dei, ex neceſsitate perſonæ uidentur. Ad hæc, ſi natura diuina eſſet tm̃ una perſona (ſicuti gentes & Philoſophi arbitrantur) non poterit uideri eſſentia, non uiſa perſona. At eſſentia diuina, & tres perſonę tam unum ſunt, quam eſſet diuina eſſentia cum illa perſona. ergo fieri nō poteſt, ut uideatur eſſentia abſq; perſonis. Certe, quod ſit oīno impoſſibile uideri eſſentiam abſq; perſonis, docent uiri doctiſſimi. In primis S. Th. 2 2. q. 2. artic. 8. ad tertium. & Caiet. elucidans eundem locum, ante quem Henricus Gandauenſis quodlib. ſecundo, quæſtione ſeptima idem docuerat, cum quo Ocham, & Gabriel in diſtinctione prima, primi Sententiarum, quęſtione quinta, manifeſte conſentiunt. Ex hac concluſione ſequitur, quod non poſſit una perſona uideri abſque alia. quod concludo efficaci argumentatione. Nam una perſona non poteſt uideri ſine eſſentia, & eſſentia non poteſt uideri abſque perſonis: ergo una perſona non poteſt uideri ſine alijs.

1. Ioan. 3.

S. Th. Caie. Henricus. Gan. Ocham. Gabriel.

Tertia conc. Tertia concluſio. Secundum legem ordinariam, & ſecundum præſcriptum a Deo ordinem, fieri non poteſt, ut

fruatur

Fieri non poteſt, ut fruatur quis una perſona abſque alia.

fruatur quis una perſona abſque alia. Nam ſecundum legem ordinariam, eſt nobis ꝓmiſſum in præmiũ noſtrorum laborum uidere Patrem, & Filium, & Spiritũ ſanctũ, & in eorũ uiſione, & poſſeſſione ſumme delectari, & gaudere, ut plane teſtatur uniuerſa pagina noui Teſtamenti.

Quar. concl.

Quarta concluſio. Probabilis uidetur & credibilis illa ſententia, quæ aſſerit, quod poſſit beatus uidens Deũ, iudicare de bonitate, & pulcritudine unius perſonæ, & nõ alterius, & de bonitate eſſentiæ, & non de perſonis. Hanc ſententiam docet uir magni nominis Pater Soto libro 4. Sententiarum, d. 49. q. 3. artic. 3. & probat ſic. Nam poteſt Deus concurrere cum eo, qui uidet Deum, ad iudicandũ quod Deus eſt unus, & non concurrere ad iudicandum, ꝙ ſit trinus. Rurſus poteſt Deus concurrere ut iudicet Patrẽ producere Filium, & nõ ut iudicet Patrem producere Spiritũ ſanctum. Sane hoc non uidetur eſſe omnino impoſſibile, ut dicamus Deum id non poſſe facere. Quæ ſententia ſi uera eſt, cõſequens eſt ad eam, ut poſſit quis frui eſſentia abſq; perſonis, aut una perſona abſq; fruitione alterius: nam ad fruitionem, & delectationem, neceſſarium eſt iudicium intellectus, & non ſatis eſt ſimplex boni apprehenſio, ut ſupra probatum eſt. Ergo ſi uidens Deum poteſt iudicare de una perſona, & non de altera, poterit frui una, abſque fruitione alterius.

Soto.

Dubium.

Sed percũctabitur Theologus, Num qui uideret Deũ, & non frueretur oĩbus perſonis, eſſet perfecte beatus? eſſet profecto: nam uideret Deum Patrem, & Filiũ, & Spiritum ſanctum, in quorum uiſione beatitudo eſſentialis cõſiſtit. Sed & huius rei altera eſt probatio. Nam Deus eſt finis ultimus beatificans, ratione eſſentiæ, & bonitatis ſuæ, & non ratione relationum, & proprietatum perſonalium. Vnde acute & ſubtiliter docet S. Th. in 1. d. 1. q. 2. art. 2. ꝙ relationes diuinæ, ut ſunt ipſa Dei bonitas, fruibiles ſũt (ut ita dixerim) at non ut relationes ſunt. Sed tñ hæc ſententia, quamquã probabilis, & credibilis ſit, mihi profecto non probatur. & ideo ſtatuitur Quinta concluſio.

S. Thomas.

Quinta conc.

Mihi uidetur omnino impoſſibile, quod quis iudicet de una perſona, & non de alia, aut de eſſentia, & nõ de perſonis (loquimur de eo, qui uidet diuinam eſſentiam) & ſic decerno eſſe impoſſibile prorſus, ꝙ non ſit una fruitio omnium perſonarum, & diuinitatis. Quod mihi perſuadeo hiſce argumentis. Nam Pater, & Filius, & Spiritus ſanctus habent eandem eſſentiam, & bonitatem, & beatus hoc uidet euidenter: ergo fieri nõ põt ut iudicet eſſentiam diuinã eſſe bonam, pulcram, & ſumme delectabilem, & idipſum non iudicet de tribus perſonis. Præterea, uiſio diuinitatis, quæ eſt uiſio beata, nõ tantum eſt ſpeculatiua, aut apprehenſiua, ſed eminẽter iudicatiua, alioqui beatitudo non eſſet, ut ſupra oſtenſum eſt. ergo ſicut fieri non poteſt, ut uideatur una perſona abſque alia, aut eſſentia abſq; perſonis, ſic fieri non poteſt, ut iudicet uidens Deum de bonitate unius perſonæ, & non alterius. Et eſt alia probatio apud S. Tho. quæ non minus urget, q̃ præcedentes. Nam nõ ſolum perſonæ ſunt relatiuę, quarum una non poteſt uideri ſine alia, ſed etiam in eis eſt una eademque ratio fruitionis, nempe diuina bonitas. & ideo impoſſibile decernit S. Th. quod in uita beata poſſit eſſe fruitio unius, abſque alterius fruitione.

Ad argumenta in oppoſitum.

Argumenta uero in principio in contrarium obiecta, facile (quantum ego intelligo) enodabuntur. Nam ad primum dicendum, ꝙ quælibet perſona eſt ſummum bonũ, & ultimus finis ſufficientiſſimus ad beandos homines, & ad perfectiſſimam fruitionem, ſi ſeorſum & ſeparatim uideri poſſet: ceterum una perſona abſque alia, eſt eiuſdẽs contradictio, quod uideri poſſit, prout ſupra probatum exiſtimo. Itaque cõcedo id, quod ueriſſimum eſt, ſi eſſentia uideretur ſine perſonis, aut una abſque alia, perfecte bearet homines. quis negat, cum ſit ſumma, & infinita bonitas? Sed quod dicimus eſt, id fieri non poſſe propter ſũmam identitatem inter eſſentiam, & perſonas.

Ad primum.

Ad ſecũdum.

Ad 2. m dicendum eſt, probationem non recte procedere: nã in uita beata uidetur Deus facie ad faciem, & ſicuti eſt, in qua uiſione una perſona abſq; alia uideri nõ ualet.

Ad tertium.

Ad tertium dicendum, ꝙ tantum debemus Patri, ſicut Filio: nã Pater dedit nobis Filium, & omnia cum illo nobis donauit (teſtante D. Paulo) Præterea dicendum, quod

Rom. 8.

iudicium, quod in uita beata nos beatificat, & felices efficit, non eſt niſi iudicium de ſumma ſui Dei bonitate.

Ad quartum.

Ad quartum nego antecedens, & ad primam probationem, dico eam eſſe inualidam: nam non eſt conſimilis rõ de diuinis & humanis. In diuinis. n. qui cognoſcit, & uidet perſonam, ex neceſſario conſequio uidet eſſentiam; & qui uidet eſſentiã, neceſſario uidet tres perſonas, ut dudum probatum eſt: in humanis uero pater & filius nõ habent eandem numero eſſentiã, & nõ oportet, ut q cognoſcit patrẽ, cognoſcat aut uideat eſſentiam filij. Illud etiã non prætereundum, ꝙ ẽt in humanis, qui cognoſceret aliquem eſſe patrem, & non cognoſceret diſtincte filiũ, non cognoſceret diſtincte patrem, ſed tantum in confuſo.

Ad ſecundam probationem dicendum, ꝙ in humanis poteſt uideri pater, abſque eo, ꝙ uideatur filius, quamuis impoſſibile ſit, ꝙ intelligatur pater abſq; filio, ꝑ mutuã relationem; ceterum in diuinis id non habet uerum: nam Pater æternus, & Filius, habent eandem numero eſſentiam, immo ſunt eadem numero diuinitas. Cum ergo, qui uidet Patrem, neceſſario uidcat eſſentiam diuinam, & q uidet eſſẽtiã diuinã, neceſsũ eſt, ut uideat Filiũ, plane cõſequitur eſſe impoſſibile uideri Patrẽ nõ uiſo Filio.

Ad tertiam probationem dicendum; ꝙ qui exacte, & per propriam definitionem cognoſceret Patrem æternũ, certe definiret illum ſic, ut in eius definitione conſtitueretur eſſentia diuina: nam de ratione Patris æterni eſt, ꝙ ſit Deus: at ſi quis definiat eſſentiam diuinam, neceſſum eſt, ut definiat per unam perfectionem infinitam, & immenſam, quæ contineret in ſe quidquid in Deo relatiuũ, & abſolutum eſt. Et ideo Pater non poteſt perfecte intelligi abſque Filio, & Spiritu ſancto.

Ad quartam ratiocinationem dicendum eſt, eſſe inualidam, quamuis quibuſdam uideatur eſſe palmaria. Nã Petrus abſque homine intelligi nõ poteſt: at actio realis terminatur immediate ad Petrum, & non ad hominem, & uice uerſa: Petrus enim immediate recipit accidẽtia, & homo mediante Petro. Rurſus Petrus immediate generatur a Paulo, & curatur a medico, homo uero mediante Petro. Dixit enim Ari. medicum curare Calliam, aut Socratem, non hominem in communi. Ratio ergo quare argumentatio inanis eſt, hæc eſt: quod enim unum non poſſit uideri ſine alio, non proficiſcitur ex eo, ꝙ unũ nõ poſsit operari ſine alio, ſed ex eo, quod unum eſt de eſſentia, & ratione alterius: pater enim operari poteſt abſque filio; at intelligi nequit ſine filio.

Ad quintam probationem, qua probatur diuinam eſſentiam uideri poſſe abſque perſonis, dico eſſe nugatoriam: nam in Deo nihil eſt prius, aut poſterius; eſtq; tanta identitas inter eſſentiam & perſonas, quanta eſt inter ea, quæ ſumme unum ſunt. & ideo fieri non poteſt, ut eſſentia uideatur abſque perſonis.

Ad ſextam probationem ex præcedenti patet confutatio. Illud uero, quod de Moyſe additur, falſiſſimum eſt, & nulla ratione, aut probabilitate fulcitur.

Ad ultimam probationem illud reſpõdeo ex *Symbolo* fidei, qđ in hac Trinitate nihil prius, aut poſterius ſecundum ſe: uerum eſt tamen, quod ſecundum noſtrum modum intelligendi imperfectum, & imbecillum, quem habemus dum hic uiuimus, prius cognoſcimus perſonã Patris conſtitutam, quam quod generet, & quam quod habeat Filium, ſed in uita beata, ubi erit perfectus intellectus, omnia uidebimus ſimul omnino unico intuitu. Illa uero inſtantia originis, quę poſuit Scotus, fictitia ſunt, & non aſſeruntur ſine magno periculo, de quo accuratius dictum eſt ſupra in prima parte. q. 14.

Alia quæſtio ſolet moueri de fruitione ab interpretibus S. Thomæ; Verũ fruitio, quam hic habemus dum uiuimus, quam in nobis operatur caritas, ſit eiuſdem rationis cum ea fruitione, quam habent beati, uidentes, & poſſidentes ipſum Deum? Ediſſerit hanc quęſtionem Scotus in 4. diſt. 49. q. 7. & propendit magis in partem negatiuam, & ſuadetur ſic eſſe.

Verum fruitio uiæ & patriæ ſint rationis eiuſdem.

Scot.

Nam fruitio in uita beata non eſt libera, ſed neceſſaria: illic enim neceſſitatur uoluntas tum ad amãdũ, tum ad fruẽdum (ſi uera ſunt, quæ ſuperius dicta ſũt) ſed fruitio dum hic uiuimus eſt libera, quã poſſumus habere, &

Prim. arg.

non

non habere. ergo differunt non ſolū numero, ſed etiā ſpecie, & genere: liberum.n. & neceſſarium toto genere differunt. *Secundum* Deinde omne finitū, per continuum incrementū poteſt uenire ad quantitatē alterius finiti, ſi ſunt eiuſdē rationis. Sed fruitio quam habemus dū hic uiuimus, quantūcumq; creſcat, non poteſt peruenire ad quantitatem fruitionis uitæ beatæ. Ergo nō ſunt eiuſdē rōnis. *Vltimum.* Vltimo, fruitio uię ſequitur cognitionē obſcurā; fruitio beatitudinis ſequitur cognitionem euidētē: ergo differūt, & nulla ratione conueniunt.

Concl. Reſponſio. Sed hæc argumenta uerum nō concludunt: ueritas.n.eſt, ꝙ fruitio uiæ, & patriæ cæleſtis, ſunt eiuſdē rōnis: nam caritas uiæ, & patrię, ſine dubio sūt eiuſdem ſpeciei: immo eadē caritas numero manet in eodē hoīe in uia, & in beata uita: dicit.n. *Paulus.* D. Paulus, ꝙ caritas numquā excidit. ergo fruitio, quæ caritatem ſequitur, eiuſdem rōnis eſt in uia, & in uita beata. Pro confutatione argumentorū ſciendū eſt ex *Caiet.* Caiet. 2.2. q. 24. art. 7. & 3. p. q. 7. art. 11. quod licet caritas uiæ & patriæ ſint eiuſde ſpeciei, ſunt tū diuerſarū rōnū, quantum ad modū eſſendi. Etenim ſtatus caritatis in patria, eſt ueluti naturalis: eſt ſiquidē amicitia, cui naturale eſt conuiuere amico, & eius præſentia frui; ſtatus uero caritatis dum hic uiuimus, eſt præternaturalis: & *D.Th.* S. Thom. Opuſ. 61. dicit, quod eſt quodammodo uiolentus. quapropter *Paulus. Co. 12.* D. Paulus 1. Cor. 12. appellat caritatem, uiam, dicens, *Heb. 13.* Adhuc excellētiorem uiā uobis demōſtro. & ad Heb. 13. Non habemus hic ciuitatem pmanētem, ſed futuram inquirimus. Ex hoc ſequitur, quod caritas uiæ, & eius fruitio, quantumcumq; creſcat, non poteſt exæquare fruitionem patrię. licet.n. quod obiectū ſit clare uiſum, uel obſcure, non mutet caritatis rationem, uerum in præſentia amati habet maiorem intenſionem, & certam quandam perfectionem, quam caritas uiæ exæquare non ualet: ut ſi lapis haberet gaudium in centro, eiuſmodi gaudium nō habet extra centrum, licet uelociſſime, & ſuauiſſime moueretur in centrum. Sed de his fuſius agitur in locis citatis, nunc uero hæc documenta, quæ dedimus, ſatis erunt ad argumentorum confutationem.

Sed ex hoc alia naſcitur dubitatio, Num beati in uita felici neceſſario fruantur, & delectētur de Dei uiſione, an potius libere? Præclara quæſtio eſt, & digna theologico inſtituto: ſed de ea diligenter ſatis edisſertum eſt ſupra q. 4. art. 2. & 4. & idō ab eius tractatione ſuperſedēdum eſt, recolendaq; ſunt ea, quæ in illo loco a nobis ſunt diſputata. Certe ex eo, quod caritas neceſſario amet, & fruatur in patria, hic uero dum uiuimus libere, nō eſt cōſequēs, quod re ipſa differant: nam ſupra dictum eſt, quod uoluntas eadem nunc libere operatur, & tunc conſideratur, ut liberum arbitrium; nunc uero neceſſario, & ſic conſideratur, ut natura, quæ ad modū naturæ neceſſario operatur. Liberum ergo & neceſſarium nō ſemper differunt re, ſed tantum ex modo operandi. Atqui hic ſit finis explicationis; nā ſi liberet ſpaciari in quæſtionibus ferēdis de fruitione, diſputatio numquam finem inueniret: diſputant.n. Theologi innumeras quęſtiones; Vtrum ne Deus fruatur creatura? Vtrū ne q peccat mortaliter, fruatur creatura, & in creatura ſuū ultimū finem cōſtituat? & illud etiā interrogant, Num in hac uita mortali cuiquam conceſſū fuerit frui Deo, & diuinitus fruitione? & illud quoque, Num anima Chriſti Domini in paſſione frueretur, & gaudium haberet, an potius ſummo mœrore propter nos homines, & propter noſtram ſalutem afficeretur; Sed prædictę quæſtiones ex proprijs locis diuinæ Theologiæ ſunt furto ſublatæ, & in hunc locum tranſlatæ, ut Theologi diuitias ſuas oſtenderent: nos uero ad propria loca eas referimus, & ad id quod agimus concertimur.

QVAESTIO XII.

De intentione in quinque articulos diuiſa.

DE hac re tractant maxime Theologi in 2. d. 38.

ARTICVL. TERTIVS.

Vtrum intentio ſit actus uoluntatis?

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmans. Nam intētio nihil aliud eſt, quam in aliud tendere; unde intentio principaliter pertinet ad id, quod mouet ad finē. Voluntas autem eſt, q̄ mouet oēs alias uires animę ad finē. Intētio ergo uolūtatis eſt. Probatio ergo ad formā ſillogiſmi reducta, ſic habet. Intētio nihil aliud eſt, quam in aliud tēdere: Sed uoluntatis eſt in aliud tendere, ſiquidem mouet omnes alias animæ uires ad finem. Ergo intentio uoluntatis eſt.

EXPLICATIO ART.

Intētio quid ſit & quotuplici modo dicatur. IN hoc articulo ſciendū eſt, ꝙ intentio accipitur bifariam. vno modo, pro tēdentia in finē, ſiue res quę tendit in finē cognoſcat finem, ſiue non; & in hoc ſenſu natura intendit finē. alio modo accipitur pro tendentia in finem, cum cognitione finis & mediorū, quę ducunt in finem: & in hoc ſenſu ſolū competit naturæ rationali, & hoc modo diſputant de intentione tū Theologi, tū Philoſophi morales. Secundo intelligendū eſt, ꝙ intentio eſt actus uoluntatis circa finē: uoluntas uero circa finē tripliciter negotiatur, ut optime aduertit S. Thom. *Voluntas circa finem tripliciter ſe habet. D.Th.* ſolutione ad quartū. Primo reſpicit finē abſolute, ꝗ quatenus eſt amabilis propter ſe: reſpectu huius ponitur quidā actus in uoluntate, qui appellatur uoluntas. Deinde uolūtas reſpicit finē iam habitū; & reſpectu huius cōſtituitur in uolūtate quidā actus, ꝗ apellatur fruitio, de quo dudū dictū eſt. Tertio reſpicit uoluntas finē tanquā terminū p certa media conſequendū, & reſpectu huius ponitur quidā actus in uoluntate, qui eſt intentio. Itaq; qui deſiderat epiſcopatū, non intendit illū, ſicut is, qui iam hēt epiſcopatum, non intēdit, ſed fruitur iā illo: ille igitur intendit epiſcopatū, qui uult cōſequi illū p certa & ſtatuta media.

Tertio ſciendū, quod quamuis omnis actus uoluntatis præſupponat actum intellectus; nihil enim eſt uolitū, niſi præcognitū; inter omnes tamen actus uoluntatis nullus eſt in quo magis appareat ratio ordinis, & intelligentiæ, quam in intētione uoluntatis. Nam uoluntas, quæ fertur in finē abſolute, præſupponit, quod finis cognoſcatur tamquā poſſeſſus, & ultimus quies noſtræ uoluntatis; intentio uero præſupponit, quod finis cognoſcatur tamquam terminus, & ſcopus eorum, quę in illum ordinantur; ordinare uero eſt opus rationis, ut manifeſte conſtat: ergo in intētione aperta ſſime cernitur ordo rationis. Doctrina eſt D. Th. de ueritate. q. 22. art. 13. Illud etiam obſeruandum eſt ex eodē S. Th. ubi ſupra, quod hæc impreſſio rationis & ordinis, quæ in intentione apparet, non conuenit uoluntati ſecūdum ſe, ſed quatenus mouetur ab intellectu. Hoc probat *D.Thom.* D. Tho. optime. Nam ita comparatum eſt, quod quando duo agentia ordinata concurrunt ad operandum, in ſecūdo agente eſt duplex motus, unus competit ei ſecundum ſuam naturam: alter uero ei conuenit quatenus mouetur a ſuperiori agente. Quod animaduertere licet in corporibus cæleſtibus, quæ præter motum ſibi connaturalē, mouentur ad motum primi mobilis. Idem patet in aqua maris, quę præter motum naturalem ipſius aquæ, habet motum fluxus & refluxus a ſuperiori agente. Non aliter in noſtro propoſito, quod uoluntas afficiatur ad finem, uel eius poſſeſſione fruatur, eſt uoluntati connaturale; quod apte & apposite per media ſtatuta tendat in finem, hoc conuenit uoluntati, quatenus ab intellectu dirigitur. Itaque intentio eſt actus uoluntatis ex directione intellectus prouenient.

Caiet. Hic uero aduertit Dominus Caietanus, quod media tantum habent unam cōſiderationem, nimirum, quod deſtinatur ad finem. Finis uero propter ſuam perfectionem habet triplicem conſiderationem: ſi enim conſideretur, ut eſt amabilis propter ſe, conſideratione huius eſt uoluntas; ſi uero conſideretur quatenus ſatiat appetitum noſtrum, reſpectu huius, fruitio eſt: uerū ſi cōſideretur tamquam

Solutio. quam terminus per ſtatuta media cōquirēdus, reſpectu huius intētio eſt. Sed videtur, quod uolitio finis, qua afficimur ad finē abſolute, non ſit actus circa finē. & idē apparet de fruitione. Nā finis (auctore Ariſto. 2. Phyſic.) eſt illud, cuius gratia aliquid fit. Sed hæc cauſalitas finis nō reperitur in voluntate finis, qua amatur propter ſe; nec uero in fruitione: Ergo non ſunt act' circa finē. Reſpondetur, quod finis habet duo, & quod appetatur propter ſe, & quod alia appetantur propter ipſum: & ratio finis perfecta vtrūque cōplectitur: nihilominus tamen, ut dicatur actus circa finem, ſatis eſt quod feratur in fine, quatenus eſt amabilis propter ſe.

Cōcluſio. Ex hoc ſoluitur unum difficile argumētū, quo aliqui utuntur ad probādum, quod detur actus in uoluntate, qui nec ſit volitio finis, nec mediorum. Si. n. Deus ſtatuiſſet ab æterno nullā creaturam producere, tunc amaret ſuam bonitatem, non tāquam medium, ut p ſe notum eſt, nec tamquam finem: nā de rōne finis eſt quod propter ſeipſam alia fiant; & amētur: in tali uero caſu Deus nullā creaturam amat propter ſeipſum: ergo non amat bonitatē ſuā vt finem: datur ergo actus neuter. Reſpōdetur, ꝙ in tali caſu amat bonitatem ſuam ut finem: nā amat eam propter ſe, licet actu nō amet alia pp illā. De qua re uide Caietanū ſupra q. 8.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum intentio ſit tantum vltimi finis.

SVMMA TEXTVS.

CONCLVSIO eſt. Intentio, tametſi finis ſit, non tamen ſemper eſt ultimi finis: nam finis vltimus humanarum voluntatum eſt beatitudo. Intentiones autem hominum ſunt plures atque diuerſæ, ex quo conſequens eſt, quod licet intentio ſemper ſit finis, non tamen oportet, quod ſemper ſit ultimi finis, ſed eſt etiam finis medij.

ARTICV. TERTIVS.

Vtrum poſſit quis ſimul duo diuerſa intendere.

SVMMA TEXTVS.

Prior conc. CONCLVSIO prior. Poteſt ſimul homo diuerſa intendere, ſi tamen ſint illa plura adinuicem ſubordinata: intentio enim non ſolum eſt finis vltimi, ſed etiam medij: ſimul autem intendit aliquis & finem proximum, & vltimum, vt confectionem medicinæ, & ſanitatem.

Poſterior. Poſterior Concluſio. Tāetſi non ſint adinuicem ordinata, poteſt homo plura intendere. quod patet: quia homo vnum alteri præeligit, prout eſt conducens ad plura, & ſic plura ſimul intendit. Certe quis poteſt ex ſtudio literarum intendere ſimul ſcire, & ditari.

ARTICV. QVARTVS.

Vtrum ſit idem actus intentio finis, & electio mediorum.

SVMMA TEXTVS.

CONCLVSIO prior. Si volūtas feratur in finē ſeorſum, & ſeorſum vult media, non eodem actu vult finem, & media: & ſic duo erunt vel motus, vel actus; & non vnus. Hæc concluſio non probatur, nam de ſe manifeſta eſt.

Poſterior Concluſio. Quādo voluntas vult mediū propter finem, eodē actu fertur in medium, & in finem: finis enim eſt ratio volendi id qđ eſt ad finem: vt cum dico, volo medicinam propter ſanitatē, vnum motum deſigno: nam idem motus cadit ſuper obiectum, & ſuper rationem obiecti: ſicut vna ē viſio, qua videtur color & lumen, cum lumē ſit ratio vidēdi colorē.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo D. Th. ſolutione ad tertiū cōſtituit diſcrimen inter fruitionē, & intētionē: ꝙ fruitio eſt tantū vltimi finis; intētio uero eſt finis, licet nō ſit ultim'. Ceterū qōne præcedenti art. 3. dixerat S. Th. ꝙ fruimur fine, & ſi vltimus nō ſit: ergo D. Th. nō ſibi cōſtat. Reſidetur, diſcrimē eē īter fruitionē, & intētionē; ꝙ fruitio per ſe, & ſimpliciter, tantū eſt de vltimo fine, quoniam in ſola poſſeſſione ultimi finis animus noſter quieſcit, & ſatiatur. ceterū intentio fertur in finem, quatenus terminus eſt: & quoniā terminus proprie & ſimpliciter eſt, licet ultimus non ſit, ideo intentio proprie eſt finis, licet non ſit ultimus. Hæc eſt doctrina S. Th. & Caietani in hoc commentario.

Fruitionis & intentionis diſcrimē.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Dubium. IN hoc articulo eſt vna parua dubitatio, Quomodo verū eſt ſecundū omnē philoſophiā, quod intellectus ſimul non poteſt plura intelligere; volūtas uero poteſt ſimul plura intendere, ut hic habet S. Tho. Reſpondetur in primis, nullam eſſe differentiā: nam etiam ſicut quando intellectus intelligit plura, intelligit p modū vniuſ; ſic ſimiliter uolūtas intendit, ut dicit S. Th. ad ſecundū; Secūdo dico eſſe diſcrimen: nā intellectus cognoſcit res, pro ut in ipſo Itellectu ſūt; in ipſo uero ſunt p ſpecies unitas & ordinatas; volūtas uero fert' in res, put ſunt a parte rei: & quāuis ordinentur ad vnū, nihilominus in ſe ſunt diuerſæ, & differentes.

Poſterior

EXPLICATIO ARTICVLI.

Prior conc. DE ſecūda cōcluſione articuli magna naſceretur cōtrouerſia, Nū poſſimus eodem actu uelle media, & finē, niſi hæc qō diſputata fuiſſet diligenter & copioſe ſupra q. 8. art 3. contra Greg. Arim: q in uniuerſum negat poſſe uolūtatem noſtrā vno eodēque actu appetere finē, & media: quo in loco uarijs argumētis cō probatū eſt; uolūtatem eodē actu & motu ferri in medium, & finē, vt de hac re nulli poſſit eſſe dubiū.

Poſterior

Vtrum intētio & electio ſint unus actus uoluntatis. Sed ex hac definitione alia oritur dubitatio, Nū poſſit concedi, ꝙ intētio, & electio ſint idē actus voluntatis. Rō ppoſitæ dubitationis hæc eſt: qm̄ D. Th. in doctrina huius articuli plane docet, ꝙ idē actus eſt intētio finis, & uolitio mediorū; ſed uolitio mediorum, electio eſt: ergo intentio & electio, idem actus ſunt, & ad eundem motum ſpectant.

Prima cōc. Intentio & electio realiter diſtinguuntur. Ad huius rei expoſitionē eſt pria cōcluſio. Intētio, & electio diſtinguūtur realiter, & ſm ſuā ſpeciē: nā intētio in rebus agēdis hēt ſe ſicut aſſenſus primorū principiorū in ſciētijs, ut hēt axioma oīum philoſophorū; & electio hēt ſe ueluti aſſenſus cōcluſionis. Sed aſſenſus principiorū, & aſſenſus cōcluſiōis diſtinguūtur realiter. Ergo intētio, & electiō realiter diſtinguūtur. Deinde, intētio ē ueluti deſcēſus de fine ad media; electio uerō ē ueluti aſcēſus ā medijs ā finē. At aſcēſus, & deſcēſus realiter diſtinguunt', ergo idē iudiciū ē de ītētiōe, & electiōe.

Secundo cō. Secunda concluſio. Intētio, & electio nō hac de cauſſa diſcriminantur, quod intētio eſt circa finem; electio uero circa media: nam vtraq; uoluntatis operatio uerſatur circa finem, ut dudum expoſitum eſt.

Tertia cōc. Tertia concluſio. Intentio, & electio hac de cauſſa diſtinguuntur, ꝙ intentio primo fertur in finē, deinde in media; electio uero primo attingit mediū, deinde finē.

Quar. conc. Quarta concluſio. Inētio, & electio ſunt idē motus: differunt tñ realiter, ſicut actio & paſſio. Patet hæc cōcluſio exemplo iā adhibito de actione, & paſſione. Quēadmodū. n. idē motus cōparatus ad agentē, eſt actio; cōparatus ad paſſum, uocatur paſſio: ſic idē actus, & motus uoluntatis reſpectu mediorū, uocatur electio; reſpectu finis, appellabitur intentio. Sane ea quæ ſpeciē habent, & rōnem per reſpectū ad aliud extrinſecū, pñt diſtingui ſpecie per ordinē ad diſtinctos terminos, licet re ipſa ad eūdem motum pertineant. Intenſio. n. & remiſſio ſunt idem motus numero, reſpectu albedinis & nigredinis; eodē. n. motu remittit nigredo, & intēditur albedo: & idē motus eſt acceſſio, & receſſio reſpectu principij, & reſpectu finis: nā eodē motu accedimus ad terminū Ad quē, & recedimus a termino A quo.

Quinta con. Quinta cōcluſio. Qñ quis uult mediū pp finē, ut cū qs uult potionē amarā ſumere pp ſanitatē, eodē actu fertur in mediū, & finē. Hæc concluſio ſupius demōſtrata eſt, cōtra Grego. Arim. ſecundum quem ſenſum poteſt cōcedi, quod electio mediorum eſt intentio finis, non quod formaliter ſit intentio finis, ſed quoniam uirtualiter includit intentionem finis: quemadmodum aſſenſus concluſionis, uirtualiter includit aſſenſum principiorum, quamquam formaliter non eſt aſſenſus principiorum.

Alterum dubium. Sequitur alia dubitatio de probatione S. Th. an recte procedat, & de exemplo adhibito ad cōcluſionis probationem. Dicit. n. quod quemadmodum uiſus unica uiſione uidet coloratū, & lucem, ſic uoluntas unica appetitione appetit mediū propter finem. Hoc exemplū non uidetur ueriſimile, nec probabile: nā actiones diſtinguuntur ex obiectis, ut teſtat oīs philoſophia Ariſtotelica: ſed lumen & coloratū ſunt duo obiecta diſtincta: ergo unica viſione uideri nequeunt. Sed hoc dubiū facilē habet expoſitionem: quāuis enim coloratū & lux differāt in genere naturę, at nō differūt in genere uiſibilis, & ideo unica uiſione uidētur. Vel dicito, quod coloratū eſt id quod vī; lux vero eſt ueluti rō uidendi, pp quā eodē actu cognoſcūt: ſicut vna eſt notitia qua aſſentimus cōcluſioni pp principia. ſic docet S. Th. in ſolutione ſecundi argumenti. Vel dicat Theologus, quod quāuis coloratū & lumen differant inter ſeſe, pñt uideri unica uiſiōe, ſicut unica uiſiōe uidemus colorē Petri, & eius quātitatē: & qd amplius eſt (quātū mea fert opinio) unica uiſione uidemus albū & nigrū, licet uideamus diuerſis ſpeciebus. nā ē tñ unica aduertētia, & unicus conatus potētiæ, & fortaſſis in rōne obiecti uiſus, non differunt ſpecie album & nigrum. Sed hoc eſt nimis exilia ſectari.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum intentio conueniat brutis animantibus.

SVMMA TEXTVS.

Prior. conclu. PRior Concluſio. Si capitur intentio, prout aliquid ad aliud mouetur, cum animalia bruta moueātur ab inſtinctu naturali in finē; hoc modo dicuntur intendere, ſicut cetera quæ naturaliter mouentur: quo in ſenſu dici ſolet, quod natura intendit finē, ſicut ſagitta tendit in ſcopum.

Poſterior Poſterior Concluſio. Bruta animalia nō proprie intendunt, quia intentio importat ordinationē in aliquid tamquā in finē: eſt. n. intentio ordinatio aliquorū in finē: hæc aūt ordinatio, rationis eſt, & intellectus: vnde brutis animantibus competere nō pōt.

QVAEST. XIII.

De electione, in ſex articulos diuiſa.

Introductio quæſtionis.

POſtquā diuinus Doctor egit de actibus uolūtatis, qui circa finem verſantur, hic aggreditur diſputationē de actibus uoluntatis, qui ſunt circa media: de quā re tractat Ariſto. tertio Ethicorū. c. 2. & 6. Ethicorum. c. 2. Sed dubitari pōt circa ordinē, et methodū doctrinæ, quid eſt quod S. Tho. prius diſputat de electione, quā de cōſilio, cū tamen conſiliū præcedat electionē? Certe D. Th. admirabilē ſequitur ordinē & methodū doctrinæ: nam prius agēdū eſt de rei quidditate, & definitione; deinde de cauſſa illius extrinſeca; conſiliū aūt & deliberatio eſt cauſſa electionis. Vel dicatur, quod licet conſiliū ſit prius quā electio; at conſilium eſt propter electionē, tāquā propter cauſſam finalem: non enim eſt electio propter conſiliū, ſed contra: & methodus doctrinæ expoſtulat, quod prius inueſtigemus de fine, quā de medio, quod ordinatur ad finem.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum electio ſit actus uoluntatis, uel intellectus.

SVMMA TEXTVS.

Prima conclu. PRima Concluſio. Electio aliqd importat ptinēs ad rationem, & aliquid pertinēs

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN ſolutione ſecundi obſeruandum eſt, quod minus competit inētio brutis aīantibus, q̄ fruitio: qa fruitio importat ꝗ ſe delectationē, vel uoluptatē ex fine habito, qđ aliquo mō brutis cōuenit; ordinaſ uero vnū ī aliud, nullo mō conuenit.

Ordo doctrinæ. Hucuſq; S. Th. ex penetralib philoſophię moralis explicauit, qd ſit ītētio, & circa qđ uerſetur, & ī quibus locū habeat. Sup hāc doctrinā & ſup documēta q̄ hic docuit diuinus Doctor, ædificāt Theologi varias qōnes, q̄ ī diuina Theologia pcipuē locū obtinēt. De intentione uarię mouentur quæſtiones. In primis diſputāt, Vtrū bōa intentio, ex mala electione ſubſecuta, uitietur: ut ſi qs ītēdat ſubuenire paupi, & ad hoc eligat furari, qō ē, utrū illa intentio mala ſit, & uituperatione mereatur? Deinde diſputāt, Vtrū bona intētio īminuat malitia prauæ electiōis: exēpli grā, elegit qs furari ex uoluntate ſubueniendi pauperi: eſt ne minus & leuius peccatū q̄ furari ex volūtate furādi? Sed & illā qōnem mouent, Vtrū quātitas bonitatis uel malitiæ, ſequatur quantitatem malæ uel bonæ intentionis: ut ſi quis in bono opere tantū mereatur, quantum intendit mereri. Ad ultimū diſputant, Nū ad bonā intentionem habendam ſit neceſſaria fides diuina, & ſupernaturalis, quæ oſtendat uerum finē nſorū operū; arbitrātur. n. quidā, oīa opera infideliū eſſe peccata, quia nō hñt rectā intētionem ultimi finis, quem ſola fides demonſtrat. Vniuerſas has quæſtiones, quas ſolum uolui indicare, ne quis exiſtimet doctrinam huius quęſtionis eſſe inutilem, ediſſerit S. Th. copioſiſſime infra q. 18. quo in loco pro uirili eas enudabimus: nunc ad ſequentem quæſtionem progrediamur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quid ſit electio, & cuius potētiæ actus Ariſtoe. QVid ſit electio, & ad quā animæ potentiā pertineat, breuiter explicādum eſt. Certe Ariſt. 6. Eth. c. 2. nō aperte definiuit, an electio ſit uolūtatis, an ne potius intellectus, ſed tantū dicit, quod eſt aut appetitus intellectiuus, aut intellectus appetitiuus: quo ſignificare uidetur, utramq; potentiā ad electionem cōcurrere; ceterū 3. Eth. c. 2. plane definit, quod ſit uolūtatis. Pro cuius declaratione ſciendū eſt, quod electio eſt appetitus cōſultatiuus, hoc eſt, q ſequitur cōſiliū & deliberationem intellectus. v. g. intellectus ratiocinatus, & deliberat, Nū cū Turcis bellū ſit gerēdū, & uarijs

Varijs rationibus hinc inde adductis, tandẽ concludit bellum eſſe indicendum. Id uero quod conſilio & deliberatione eſt definitum, uoluntas appetit, & deſiderat. Appetitus hic qui ſequitur cõſultationẽ, & mandat executioni id quod deliberatũ eſt, appellatur electio. vnde veriſſime docet Ariſt. ꝙ electio ſit appetitus intellectiuus, aut intellectus appetitiuus, ſiquidẽ ſequitur deliberationem & cõſultationem intellectus. *Prima.* Quod ut exactius intelligatur, aduertendũ eſt, ꝙ noĩe electiõis duo poſſumus intelligere in primis reſolutionẽ, ſeu ſuiam ſelectã, quã in cõſultatione de rebus dubijs intellectus excogitat, q in intellectu nihil aliud eſt, q̃ iudiciũ quo definitur aliqd eſſe faciendum, uel non faciendum: quod improprie vocari põt electio, uſurpãdo electionem vt ſignificet determinationẽ intellectus, qua amplectitur vnam partẽ cõtradictionis, & eã præponit alteri. Deinde accipitur electio, ut ſignificet appetitionẽ, ſiue actũ uolũtatis, qui ſequitur cõſultationem & deliberationẽ intellectus: & hęc eſt propria huius nominis ſignificatio. Quapropter ueriſſime & certiſſime electio eſt actus uoluntatis: nã obiectum electionis eſt bonũ, quod eſt utile, & conferens ad finis conſecutionem: id enim mediũ eligitur, quod deliberatum eſt eſſe utile ad finem conſequẽdum. Sed obiectum uoluntatis eſt bonũ, vt aperte conſtat. ergo electio eſt actus voluntatis. Deinde, uirtutes morales potiſſime collocantur in uolũtate, ut iuſtitia, religio: ſed de definitione uirtutis moralis eſt, ꝙ ſit habitus electiuus in medio conſiſtens. ergo electio uoluntatis eſt. Preterea, ex operibus intellectus nõ dicitur homo bonus uel malus: ſed intelligẽs aut ignorãs, uerax aut fallax: at ex recta electione dicitur homo bonus; ex improba, improbus. ergo pertinet ad uoluntatẽ. Ad hæc experientia compertũ eſt, multos homines recte cõſultare, & diiudicare qd ſit faciendum, quidve refutandũ: at iſti ex corruptione affectus male eligunt. electio ergo ad appetitum pertinet, nõ ad intellectũ. Certe fuga, & proſecutio, uoluntatis ſunt, vt cõſtat ex omnium philoſophorũ ſententia: ſed electio eſt proſecutio boni. ergo uoluntatis eſt, uel appetitus. Atqui electionem voluntatis eſſe, ſatis probatum exiſtimo.

Secunda.

Not. Nihilo ſecius, quamuis quamquam electio ſit uolũtatis ſecundum ſubſtantiã ſuam, præcipue tamen & formaliter pertinet ad intellectum: nam electio ſequitur, tamquã regulam & normã, deliberationem & definitionem intellectus: ubi enim non eſt cõſultatio & deliberatio inter multa, electio non eſt. & hoc eſt quod explicat S. Tho. in art.

Obiectio. Sed contra hanc doctrinam ſic arguitur. Nam omnis actus uoluntatis ſequitur iudiciũ intellectus: nihil enim eſt uolitum, quin præcognitum: & hoc præcipue inuenitur in intentione, ſicut in ſuperiori quæſtione expoſitũ eſt: de qua tamen abſolute definiuit D. Th. quod ſit actus uoluntatis, tam formaliter, tum materialiter. electio ergo nihil peculiare habet præ alijs actib. uoluntatis, vt dicatur, ꝙ formaliter pertineat ad intellectum. In ſumma uis argumenti hæc eſt. Si electio pertinet præcipue ad intellectũ, quia ſequitur deliberationẽ, & iudiciũ intellectus, & oĩs actus uoluntatis ptinet pcipue ad intellectũ, ſiquidẽ ſequitur iudicium intellectus. Quid eſt ergo qd Sanctus Tho. ſecutus Ariſtotelẽ dicit hoc de electione, & nõ de alijs actibus appetitus? Certe electio hẽt hoc peculiare: *Solutio.* nã electio reqrit cõſultationem, & deliberationẽ inter multa, q̃ ſi nõ adeſt, uolitio erit, at electio nõ erit: itaq; appetitio habet, ꝙ ſit electio p ordinẽ ad intellectum. *Ter. con.* Vel dicito ex Capreolo ĩ primo, diſt. 1. q. 2. ad argumenta cõtra tertiã concluſionẽ, ꝙ motus aquæ in locũ inferũ nõ tribuitur cælo, licet cælũ ad illum motũ concurrat: quoniã aqua ſuapte natura fertur in locũ inferum, motus uero fluxus & refluxus in mari, Lunę tribuitur: nam huiuſmodi motus competit aquæ ex inſtinctu ſuperioris naturæ: non aliter in noſtro propoſito ꝙ uoluntas afficiatur ad finem, non tribuitur intellectui, quoniam voluntas ſuapte natura fertur in finem, & approbat illum: ceterum in media non fertur naturaliter, ſed determinatur potius ad hæc, quam ad illa, ex definitione, & deliberatione intellectus: & ideo electio pcipue ptinet ad intellectũ. Sunt qui facile propoſitam dubitationem expediant dicentes, Ariſtotelem tãtum docuiſſe, ꝙ electio pertinet ad intellectũ, & ad uolũtatem, quia uocabulum Electio, ad intellectus deliberationẽ, & ad appetitus proſecutionẽ ſeſe extendit: ſed proprie electio eſt uoluntatis. itaq; Ariſtoteles tantum diſtinxit uocabuli uariã ſignificationẽ, & poteſtatem: nunq̃ tamen dixit electionem præcipue pertinere ad intellectum, quia ſequtur deliberationẽ intellectus. *Alia obiectio.* Sed alio modo inſurgit Aureolus apud Capreolũ in loco allegato, & probat ꝙ electio ex omni parte ptinet ad uolũtatẽ, & nullo modo ad intellectũ. *Aureolus.* Nã inquit Aureolus, Voluntas dirigit media in finẽ, ordinat media in finẽ, refert media in finẽ, ſiquidẽ uoluntas vult media pp finẽ. ergo intellectus in electione nullas hẽt partes: nã ſi quas haberet, ordinaret, dirigeret, referret. Ad hoc dicendũ, ꝙ uolũtas eſt q̃ vult mediũ pp finẽ; at hoc non eſt ordinare, nec dirigere media in finẽ: uoluntas. n. non ordinat, ut dicit S. Tho. qõne præcedenti, art. 1. ad tertium, & de veritate, qõne 22. art. 13 ad quartum, docet ꝙ ordinatio actiua eſt in intellectu, paſſiua uero in uolũtate, ſicut ĩ reb artificioſis: *S. Tho.* ſagittator. n. eſt q dirigit ſagittã; ſagitta uero dirigitur in ſcopũ. Ex quo argumentum Aureoli facillime confutatur.

ad uoluntatem, unde appetitus intellectiuus, uel intellectus appetitiuus dicitur ab Ariſt. tertio Ethic.

Secunda concluſio. In electione, id quod pertinet ad intellectum, eſt veluti formale, & id quod pertinet ad volũtatem, eſt ueluti materiale. Quod ut exponatur, ſciendũ eſt, quod quãdo duo concurrunt ad vnũ cõſtituendum, vnum eorũ eſt veluti formale reſpectu alterius: quare electio nec eſt conſiliũ rationis tantum, neque appetitus tãtũ, ſed vtrumq; ſimul. Conſiderandum eſt. n. quod actus animæ recipiunt formam, & ſpeciem a ſuperiori potẽtia, uel habitu, ꝓut inferius a ſuperiori ordinatur, ut actus fortitudinis, quem habet aliquis pp Deũ, materialiter eſt fortitudinis; formaliter eſt caritatis. Patet autẽ quod rõ uolũtatẽ præcedit, & ordinat actum eius, quia uolũtas tendit in ſuum obiectũ a ratione præſentatum ſecundũ ordinem eius. Sic ergo actus quo uoluntas tendit in id, qđ vt bonum proponitur, in quãtum eſt per rationem ordinatum in finem, materialiter eſt uoluntatis; formaliter eſt rationis.

Tertia Concluſio. Electio ſubſtantialiter eſt actus volũtatis: nam ſubſtantia actus materialiter ſe habet ad ordinem, qui imponitur a potentia ſuperiori. & ideo electio ſubſtantialiter nõ eſt actus intellectus, ſed uoluntatis: perficitur enim electio in motu quodam ad bonum quod eligitur.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum electio conueniat brutis.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt negans. Electio enim eſt præacceptio vnius, reſpectu alterius; elige

EXPLICATIO ARTICVLI.

COntra concluſionem huius articuli arguitur vehemẽtiſſime, ad probandum, ꝙ bruta animalia habeant electionem. *Arg. contra Cõcluſionẽ* Primo, Si equo proponantur duo pabula in

 æquali

æquali diſtantia, ita quod omnia ſint paria, equus comedit alterum illorum; at non determinatur potius ad vnum quam ad alterum, niſi ex libera electione. ergo bruta habent electionem. [Primum.]

[Secundum.] Deinde, canis propoſitis duobus cibis, vel ſimul a duobus vocatus, primo, quaſi nutabundus exſiſtit; deinde veluti facta deliberatione, ad alterū ſe habet.

[Confir.] Idē confirmatur exēplo apertiſſimo, quod hic adducitur a Diuo Thoma, ſolutione ad vltimū. Canis enim inſequēs ceruum, ſi ad triuiū venerit, odoratu quidē explorat an ceruus primā, vel ſecundā via tenuerit; ꝙ ſi inuenerit non tranſiſſe, iam per tertiā viam ſecutus incedit, vt explorādo, quaſi vtens ſyllogiſmo diſcurſiuo, quo concludit poſſe ceruum per illam viam tranſiſſe, ex eo ꝙ non incedit per alias duas, cum non ſint plures. ergo videtur quod electio brutis animantibus cōueniat.

[Tertium.] Tertio, ratio quam adducit Sanctus Thomas in articulo, ad probandum, ꝙ bruta non eligunt, eſt prorſus inualida: dicit enim Diuus Thomas ꝙ uoluntas non eſt determinata ad vnū, & ideo eligere poteſt; appetitus uero ſenſitiuus eſt determinatus ad vnum, & ideo eligere nō pōt. Hæc ratio nulla eſt: quando enim dicit, ꝙ appetitus eſt determinatus ad vnum, vel intelligit ꝙ eſt determinatus ad vnum ſingulare, & indiuiduum, & hoc falſum eſt: nam ouis nunc carpit unam herbam, nunc alteram; & brutū nūc appetit cibum, nunc potum: ſi uero intelligit determinatū ad unum genere, uel ſpecie; videlicet ad bonum delectabile ſecundum ſenſum, verum dicit. ſed tunc eius rō imbecillior manifeſte apparet: nam ſub bono delectabili, continentur multa bona delectabilia, inter quæ poteſt eſſe electio. & ſic ratio D. Tho. tantum demōſtrat, ꝙ electio volūtatis latius patet q̄ electio appetitus ſenſitiui in brutis.

[Vltimum.] Vltimo, appetitus ſenſitiuus in homine ſine cōſenſu voluntatis hēt liberam electionem, quę proinde poteſt eſſe ſubiectum peccati venialis, vt arbitratur Dominus Caietanus inf. q. 74 artic 3. & 4. [Caie.] ergo appetitus ſenſitiuus in brutis poteſt habere electionē. probatur cōſequētia. Nam appetitus ſenſitiuus bruti, & appetitus ſenſitiuus hoīs, nō differūt, ſed sūt eiuſdē rōnis, ſi ſecludas conſenſum voluntatis.

[Expl. dubij Ariſt.] Pro explicatione articuli ſciendum eſt, ꝙ cōcluſio Diui Thomæ eſt Ariſt. 3. Ethic. capitulo ſecundo, vbi dicit, quod uoluntarium latius patet quam electio: voluntarium namque inuenitur in brutis, & in pueris; electio uero nō inuenitur. [Greg. Niſ.] Idem habet Gregorius Niſſenus, quem adducit S. Tho. in articulo Idem demonſtratur euidenti ratione: nam ſi bruta habent electionem, habēt certe liberum arbitrium: ex quo conſequens eſt, ꝙ uirtutis, & vitij, & beatitudinis, & ſupplicij eſſent capacia: quod aduerſatur omni Philoſophiæ, & Theologiæ. Idem oſtendit ratio Sancti Thomæ in articulo. Pro cuius dilucidatione intelligendum eſt, quod voluntas, & appetitus bruti, in duobus conueniunt: primo, quod ſicut voluntas non fertur niſi in bonum propoſitum per intellectum, ita appetitus ſenſitiuus bruti numquam fertur niſi in bonum apprehenſum per ſenſum: deinde vtraq; potētia eſt in aliquid commune & indifferens ad plura: nā appetitus ſenſitiuus bruti poteſt appetere plura delectabilia ſecūdum ſenſum, ſicut oculus plures colores uidere poteſt. ceterū in exercitio, & in actu appetendi multis differunt modis. Prima differentia eſt, quod volūtas in exercitio poteſt ferri in bonum in communi, non determinatum ad hoc vel ad illud: poſſumus enim deſiderare eſſe felices, & pſperitatem nos habere, & odio habere genus latronum, nō determinādo ad hoc uel ad illud. Ceterū appetitus ſenſitiu⁹ bruti non poteſt ferri in bonum delectabile in communi, ſed ſemper fertur in bonum delectabile determinatum, & ſingulare; ſicut oculus non videt colorem in communi, ſed ſemper hunc, vel illum determinate.

enim eſt vnum præ altero approbare: vnde electio in his q determinata ſunt ad vnum, non habet locum. Sed appetitus ſenſitiuus brutorū eſt determinatus ſecūdum ordinē naturæ ad vnum particulare, quo maxime diſcernitur a voluntate, quæ eſt determinata ad bonū vniuerſale ſed indeterminate ſe hēt reſpectu bonorum ſingularium. Ergo electio eſt proprium opus voluntatis, nō autem appetitus ſenſitiui: quare brutis non cōuenit, ſed apparet in eis quædā ſagacitas, in quantum habēt ordinationem naturalem ad quoſdam ordinatiſſimos pceſſus, vtpote a sūma arte ordinatos; non autem eſt in eis aliqua ratio, aut deliberatio. quod patet: quia omnia quæ ſunt eiuſdē naturæ, ſimiliter operantur, vt patet in auibus nidum ædificantibus.

[Obiectio.] Sed contra hanc differentiam eſt una obiectio: quando enim equus in abſētia aquæ ſiti cruciatur, deſiderat aquā, nō iſtā, uel illā: ergo appetitus bruti fertur in aliquid in communi.

[Solutio.] Reſpōdetur, ꝙ equ⁹ appetit aquā; quam proxime viderat, vel appetit aquā, quam exiſtimat in ppinquori loco eſſe conſtitutā. Secunda differētia eſt, ꝙ uoluntas propoſito bono p intellectū, poteſt ferri, & non ferri in illud: itaq; habet libertatem contradictionis. Ratio huius duplex eſt prima, quoniam intellectus poteſt inuenire aliquam rationem, & circūſtantiam, propter quam conueniens ſit non ferri in tale obiectum: & ratio eſt, quoniam ferri & non ferri in tale obiectū, continetur vtrumque ſub obiecto voluntatis, & poteſt habere rationem boni, & ideo voluntas vtrumq. proſequi poteſt. Appetitus uero ſenſitiuus bruti, propoſito aliquo bono per ſenſum, non poteſt ferri in illud: & ideo ouis non poteſt non fugere lupum & ratio huius eſt, quoniam æſtimatiua bruti eſt determinata ad vnum; tum etiam, quia non ferri in propoſitum obiectum, non continetur ſub obiecto appetitus ſenſitiui bruti, quod eſt tantum bonum delectabile ſecundum ſenſum. Tertia differentia eſt, ꝙ volūtas propoſitis duob. bonis, per intellectū poteſt vnū eligere, & alterum refutare: itaq; habet libertatem cōtrarietatis; appetitus uero bruti neceſſario fertur in bonum delectabile, quod vel propinquius fuerit, vel ꝙ ſenſus pſentauerit, vt conuenientius & ſic explicandus eſt Diuus Thomas, quando docet appetitum ſenſitiuū in brutis eſſe determinatum ad vnum. His poſitis, ad argumenta in principio deſignata ſatis faciendum eſt.

[Solu. argu. ad primum.] Ad primum dicendum eſt, ꝙ ſecundum quorundam opinionem, equus in tali caſu determinabitur ad vnū pabulum potius quam ad aliud, ex conſtellatione cæleſti: ſicut accidit cum filum ex omni parte vniforme frangitur potius ex vna parte quā ex alia: hoc enim niſi in ſyderā conſtellationem nullo modo referri poteſt. Sed iſti errant toto cælo: nā effectus particulares, in cauſſas particulares ſunt referendi, vt docet uniuerſa Philoſophia; & oppoſitum eſt miraculum: quamquā ego nō intelligo, q̄ ſyderea conſtellatio inclinet, ut filū frangatur potius una ex parte q̄ ex alia. Alij uero dicūt, ꝙ in caſu diſputationis equus ad nullum pabulum moueretur, & ſic fame periret. & hāc rem incredibilem, faciunt argumentando probabilem. Nam brutum non agit libere, ſed mere naturaliter; & nō eſt potior cauſſa quare ad hoc pabulum moueatur, quam ad aliud. ergo numquam mouebitur, ſed manebit in ſuſpenſo. Tum uero, quoniam ſi eſſet corpus ex æquo graue & leue, neque aſcenderet, nec deſcenderet: ſi quidem non eſt potior ratio quare determinetur ad aſcenſum, quam ad deſcenſum. [Ariſt.] Tum præterea, quoniam auctore Ariſtotele quarto Phyſicorum, corpus in vacuo numquam mouebitur: quoniam non eſt cur magis determinetur ad iſtā partem ſpatij, quam ad alteram. Tum ultimo, quoniam hoc euidenti rerum experientia comprobatum eſt, vt dicitur in aſino Buridani: & ego noui amentem hominem, qui propoſitis duobus pomis in æquali diſtantia, cruciabatur, vt comederet, & nō poterat, niſi ab alio applicaretur potius ad unū, q̄ ad alterū. Vt igitur argūm enodetur, & cōfutetur, dicendū eſt, caſum eſſe impoſſibilē fere: fieri. n. non pōt ꝙ omnia omni ex parte ſint æqualia & paria: nā vel equus potius videbit vnum pabulum, quam aliud,

vel

vel ſpecies melius trahentur ad potentiã ex uno obiecto q̃ ex alio; vel equus ſeſe mouebit ſic, vt pabula non maneant in eadem diſtantia, vel nequit fieri vt maneant in ęquali diſtantia in indiuiſibili; vel aliquid apparebit in vno obiecto, quod non in alio. Sic habet D. Thom. in articulo ſexto in ſolutione tertij. Vel dicito, quod equus in tali caſu appetet aggregatum ex illis duob' pabulis tamquam vnum obiectum, & ad illud mouebitur. ꝙ vero determinetur potius ad hoc pabulum, q̃ ad illud, forte fortuna accidit: ſicuti quãdo cõedit hordeũ nulla põt demonſtrari rõ, qua re I cipiat potius ab iſta parte, q̃ ab illa; quinimmo homo, qñ comedit panẽ, nõ prius definit aut deliberat quam partẽ prius mordere debeat. **Cõcluſio.** Ex his facile patet confutatio ſecundi argumẽti.

Ad tertium. Ad tertium, iã dictum eſt, quemadmodum debeat defendi probatio Diui Thomæ, vt recte procedat.

Ad vltimũ. Ad vltimum reſpondetur, quod illa ſententia Caietani ẽ falſa, & improbabilis, vt in loco citato videbimus. Sed quãquam Caietani ſententia diceret verum, non eſt conſequens, quod appetitus bruti habeat aliquam libertatem ad eligendum: nam appetitus ſenſitiuus ex coniũctione ad rationem habet quandam libertatem participatam, quam non habet in bruto: ſicut cogitatiua in homine (ex ſententia doctiſſimorum.) ratiocinatur, & ſyllogiſmum conſtituit, quam uim non habet in brutis.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum electio ſit finis, uel potius eorum quæ ſunt ad finem.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Electio eſt mediorum, & nõ finis: electio enim ſequitur iudicium, vel ſententiam, quo aliquid reputatur melius uel deterius per comparationem ad finem: igitur electio eorum eſt quæ ſunt ad finem. Ex quo ſequitur, ꝙ vltimus finis humanæ vitæ ſub electione non cadit. Sequitur rurſus, ꝙ finis medius, ut medium quoddam eſt ad vlteriorem finem, cadit ſub electione. Conſulito litteram Diui Thomæ, quæ optima eſt.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Qvod de fine non ſit electio, hæc rõcinatio Ariſtot. demonſtrat. Nam uolũtas quidẽ in id, quod abſolute & ſimpliciter bonum eſt, aut certe cuique videtur, ſuapte natura fertur, neq. ad hoc indiget conſultatione, aut animi deliberatione: electio autẽ **Ariſtot.** non eſt niſi pręcedente quadã deliberatione. Vnde Ariſto. tertio Ethicorum definit electionem, quod ſit appetitio deliberatiua eorum quæ in noſtra ſunt poteſtate. Cum igitur finis ultimus ſit abſolute & ſimpliciter bonum, & omnibus modis deſiderabile, de fine ultimo neque deliberatio, nec electio poterit eſſe.

De fine vltimo tripliciter loqui cõtingit. Sed ut rectius intelligatur, quo modo de fine vltimo non ſit electio, animaduertẽdum eſt, quod de fine vltimo poſſumus loqui tribus modis, tũ: ut uſurperetur vltimus finis in particulari: ut Deus, uel uiſio Dei dicitur in Theologia finis ultimus, & beatitudo noſtra: atqui de hoc fine vltimo rectiſſime poteſt eſſe deliberatio & conſultatio, ac ſubinde electio. **Deut. 26.** Sic enim ſcribitur Deuteronomij 26. En Dominum elegiſti hodie. Ratio huius eſt gemina; altera eſt, quoniam finis vltimus in particulari cõſideratur a nobis vt medium ad conſequendam beatitudinẽ in communi conſideratam: altera ratio eſt, quoniam nobis non cõſtat euidenter, aperteq; num Dei uiſio ſit noſter finis ultimus, ſed id reuelatione diuina nobis innotuit: & ſic deliberamus & cõſultamus, nũ his reuelationibus ſit aſſẽtiẽdum: ſed poſtquam finem vltimum habemus conſtitutũ de eo amplius nõ deliberamus. Si vero vltimus finis vſurpetur pro vltimo fine in communi, quem omnes deſideramus, vt eſt beatitudo, beatũ eſſe, ſic nullo mõ eſt electio vltimi finis, quia nullo modo hoc poteſt habere rationem medij. Verum ſi accipiatur vltimus finis pro eo quẽ quiſque habet, & amplectitur pro vltimo fine, ſiue in cõmuni, ſiue in particulari, de eo neq; eſt deliberatio, neque cõſultatio, neque vero electio. **Cõcluſio.** In ſolutione primi affirmat S. Th. vnã ſniam ex Ariſtotele 6. Ethico. **Solutio ad primum impugnatur, Ariſt.** quæ indiget accurata explicatione, & defenſione, nẽpe ꝙ virtus facit rectã electionem quantũ ad intẽtionẽ finis: ſed tñ electionẽ mediorum prudentia exequitur. Ex quo videntur nonnulla dogmata ſeq improbabilia. Vnum eſt, ꝙ virtus moralis ſit perfectior ipſa prudentia: ſiquidẽ virtus moralis facit rectã intentionẽ finis; prudẽtia uero uerſatur circa media. Alterum eſt, ꝙ virtus moralis, verbi gratia, temperantia, aut iuſtitia, non facit immediate rectam electionẽ. & ſic perperam definitur, ꝙ ſit habitus electiuus in medio conſiſtens. Tertiũ eſt, quod virtus moralis præſtituat finem prudentiæ, quæ ex præſtituto fine meditatur media, cuius contrarium eſt uerum. Nam potius prudentia pręſtituit finem omnib. virtutibus moralib. & eis imperat, eas dirigit, & illuminat: quod vel ex definitione virtutis manifeſte commonſtratur, quæ ſic habet, Virtus eſt habitus electiuus in medio conſiſtens, prout uir prudẽs determinauerit. Sed de his cõmode hoc in loco diſputari non poteſt: hæc enim diſputatio habet locum intra quæſtio. 56. & 58. vbi agitur de virtutibus.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum electio ſit tantum eorum quæ per nos aguntur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs. Probatio huius concluſionis apud Sanctum Thomam obſcura eſt, cum tamen alioqui res ſit clariſſima. Probo ita concluſionem ueram eſſe; tum auctoritate Ariſtotel. tertio Ethicorum, quam hic adducit Diuus Thomas, tum euidenti argumentatione. Nam nemo, ſi mentis compos ſit, eligit niſi ea, quę in poteſtate eius ſita ſunt: nemo ergo eligit ea quæ per alios agẽda ſunt, & quæ in ſua poteſtate non ſunt conſtituta. Volumus (inquit Ariſtotel. in loco citato) actorem quempiam, aut athletam in certamine ſuperiorem eſſe; at non eligimus: nam electio tantum eſt circa ea quæ in noſtra ſunt poteſtate.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Differt inter electionem, & voluntatem. In gratiam huius articuli ſcire oportet ex Ariſto 3. Ethic. c. 2. ꝙ inter electionem, & volũtatem tribus modis differt. In primis differunt inter ſeſe, ꝙ uoluntas eſt impoſſibilium; electio uero minime: uolumus enim non mori, qđ fieri certe non põt: & non eligimus nõ mori. Inſuper volũtas eſt eorũ quæ per nos minime fiunt: vt vult quis ſe regem eſſe, at nõ eligit: quia hoc in eius poteſtate conſtitutum non eſt. Ad hæc uoluntas, finis ipſius eſt potius; electio uero eorum quæ ad finẽ referuntur. Radix uero prima vnde p̃dictæ differentiæ oriuntur, hæc eſt, quoniam electio ſequitur deliberationem, & conſultationẽ intellectus: at de re impoſſibili nulla ſit conſultatio: nemo enim conſultat, quo modo non moriatur; neq; de reb. quæ in noſtra poteſtate ſitæ non ſunt: omnis. n. talis cõſultatio uana eſſet, & manis; neq; uero de fine, ſed tantummodo de rebus, & medijs quæ ducunt ad finem.

Obiectio. Sed contra hanc doctrinam eſt vna obiectio perfacilis, quam hic diſſoluit D. Th. in ſolutione tertij. Nam eliguntur homines ad aliqua officia, vel ſecularia, vel eccleſiaſtica, ab his, qui nihil circa illos agunt. ergo electio non ſolum eſt de his quæ a nobis aguntur.

Solutio. Cui obiectioni ſic ſatisfacit Diuus Thomas, vt dicat, ꝙ is qui eligit aliquem in Epiſcopum, uel Principẽ, eligi

nominare ipſum in talem dignitatem, alioqui ſi nulla eſſet eius actio ad conſtitutionem Epiſcopi, vel Principis, non cõpeteret ei electio. Neq; ex hoc inferat Theologus, ꝙ electores non eligant, ſed nominant eligendum: neque enim hæc eſt ſententia Diui Thomæ, ſed dicit, ꝙ electio, quæ eſt actus interior voluntatis in eiuſmodi electionibus, eſt electio nominationis talis pſonæ: quia electio eſt eorũ q̃ ſunt in poteſtate eligentis: cũ ergo elector dicit, eligo talẽ, ſubintelligitur ius dare, vel nominare, vel aliquid ſimile quod eſt in poteſtate eligentis.

Conclu.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum electio ſit tantum poſſibilium.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt affirmatiua. Nam electio eſt eorum quæ per nos aguntur, & in noſtra poteſtate ſunt conſtituta, vt ſuperiori articulo eſt demonſtratum. ergo electio non eſt impoſſibilium. Quod etiam ex ratione eligendi patet: eſt enim electio mediorum, vt conſequamur finem, vel vt nos ducant in finem: per id autẽ quod eſt impoſsibile, non poſſumus cõſequi finem: ergo electio nõ eſt impoſsibilium. Quod & alia ratione oſtẽditur. Nam dum homines conſultando perueniunt ad id ꝙ eſt impoſſibile, quaſi vlterius pcedere nõ valentes, diſcedunt. Vltimo hoc ipſum oſtenditur: nam ſi nis non eſt poſſibilis, niſi id quod eſt ad finẽ fuerit poſſibile: ad impoſſibile autẽ nullus mouetur: nõ enim aliquis tenderet in finẽ, niſi per hoc, quod apparet id qđ eſt ad finẽ eſſe poſsibile. Vnde impoſſibile ſub electione nõ cadit.

EXPLICATIO ARTIC.

Arg contra concluſionem Scot. Primum, Ariſt.

Videtur certe ꝙ electio ſit impoſſibilium, vt exiſtimat Scotus in ſecundo, diſtinctione 6. q. 1. Nã uoluntas eſt impoſſibilium, vt clare docet Ariſt. 3. Ethi. c. 2. ergo ẽ electio. Neq; ſatisfacit ſolutio Diui Tho. ꝙ voluntas, quæ eſt impoſſibiliũ, eſt inefficax, & cõditionata, q̃ explicatur his verbis, Vellẽ non mori, ſi eſſet poſſibile. nõ (inquã) hæc ſolutio expedit rei difficultatem: nã obiectum uoluntatis eſt finis, & bonũ, vt ſuperius in locis minime paucis oſtẽſũ eſt. Ergo ſi uolũtas fertur in rem impoſſibilẽ, ẽt per actum conditionatũ fertur in bonum, & finem. Hoc ipſum confirmatur. Nam in omni appetitione uoluntatis, includitur appetitio vltimi finis: ex quo conſequẽs eſt, ꝙ actus voluntatis, qui eſt circa rem impoſſibilem, ſit appetitio medij, vel finis.

Confir.

Secundo ſic arguitur. Damnati oderunt Deum, & volũt Deum nõ eſſe (quod eſt impoſſibile) vellentq; Deum de regno deijcere: at prædictus actus eſt electio deliberata: cuius indicium manifeſtatum eſt, ꝙ eſt peccatum grauiſſimum. Deinde, qui peccant mortaliter, vtuntur Deo, & fruuntur re creata, in qua conſtituunt ſuum vltimum finem, vt docet Auguſtinus lib. 83. quæſtionum. At impoſſibile eſt ꝙ creatura ſit vltimus finis, aut ꝙ Deus ſit medium. Ergo eligimus rem impoſſibilem.

ſecundum.

tertium.

Augu.

quartum.

Præterea, qui dolet ſe peccaſſe, & habet pœnitentiam ſui peccati, vult non peccaſſe, ſed non eſt poſſibile: nã ad prẹteritum nulla eſt potentia. ergo electio eſt de re impoſſibili. Ad hæc, rõnalis anima dum eſt a corpore ſeparata, appetit vniri corpori, vt teſtatur omnis philoſophia: ſed hoc per naturã eſt impoſſibile, alioq; reſurrectio mortuorũ eſſet naturalis. ergo impoſſibilia cadunt ſub electione. Hoc ipſum confirmatur. Nam ſnĩa eſt bonorum Theologorum, ꝙ eſt in animis noſtris appetitio naturalis nobis inſita videndi Deum: at videre Deũ per facultatẽ naturę, eſt de his q̃ fieri nequeunt. Iã uero Angelus appetiuit Dei æqualitatem, quod patet ex illo Eſaiæ 14. Similis ero altiſſimo. & Ezech. 28. Eleuatum eſt cor tuum, & dixiſti, Deus ego ſum. Sed ꝙ creatura habeat Dei æqualitatẽ, eſt prius impoſſibile: ergo de impoſſibili electio eẽ poterit. Certe, ꝙ uoluntas recte inſtituta non eligat id quod eſt impoſſibile, vẽ rationi conſentaneum; ceterum ꝙ uoluntas inordinata, & peruerſa non eligat id quod eſt impoſſibile, profecto numquam probatur. Ad huius rei expoſitionem, Scotus dicit in primis, ꝙ ex ignorantia ſæpenumero eligimus id quod fieri non poteſt: nã aliquando ex errore arbitramur eſſe poſſibile, qđ re uera eſt impoſſibile: ſicut aliquãdo eligimus incõmodũ, & inconueniens, qđ exiſtimamus eſſe commodum, & conueniens: & in hoc uerißime dicit Scotus. Addit uero, quod ex paſſione interdũ eligimus id quod eſt impoſſibile: interdum namque eligimus pugnare cum homine, quem nõ poſſumus ſuperare, & id quidem facimus paſſione perturbati: immo tenet, ꝙ impoſſibile & quod implicat contradictionem abſq; ignorantia, & paſſione; volũtas poteſt eligere, & amare amore amicitiæ, & amore cõcupiſcentiæ. Patet in angelo, q cum eſſet omniũ rerũ peritiſſimus, & oĩ errore intellectus careret, appetiuit Dei æqualitatẽ: qđ eſt de his rebus q̃ fieri nequeũt. Quod ſi obijcias ex auctoritate aliorum, & potiſsime ex auctoritate Ariſt. ꝙ electio eſt tãtum poſsibiliũ. Reſpõdet Scotus, quod loqñr de electione quæ ſequitur cõſultationẽ, & deliberationem: nemo eñ deliberat aut cõſultat đ re, cuius conſecutionem iudicat eſſe impoſſibilem: talis enim electio non eſt impoſſibilium: ſed bene electio quæ ſequitur apprehẽſionẽ perfectam, ſecluſa ignorantia, & paſſione. Hæc Scotus. cuius placitum non probatur a ceteris Theologis.

quintum.

Confir

ſextum.
Eſa. 14.
Ezech. 28.

Scot.
Expoſitio.

Vt ergo vera doctrina intelligatur, ſit primum aſſertũ. Ex ignorantia poteſt quis appetere atque eligere id quod eſt impoſſibile, cum tamen exiſtimat eſſe poſſibile. Hæc concluſio probata fuit ſupra in aſſertionibus Scoti, & aſſerit eam D. Tho. in ſolutione ſecundi.

Prim. conclu. Poteſt quis ex ignorantia eligere impoſsibile, iudicatũ poſſibile.

Sc̃da concluſio. Volũtas eſt de re impoſſibili ex quadã pſuppoſitione. Pro cuius rei intelligẽtia ſcire oportet, ꝙ impoſſibile eſt duplex. vnũ ſimpliciter, & abſolute, & oĩbus modis impoſſibile, & qđ implicat in ſe euidente cõtradictionẽ, ut Deũ eſſe creaturã, angelũ eſſe Deo æqualẽ: alterum eſt ex quadã præſuppoſitione, vt ꝙ Adam nõ fuerit, ſuppoſito ꝙ fuerit; & ꝙ homo nõ peccauerit, poſtquam peccauit. Aſſerit ergo ſc̃da concluſio, ꝙ volũtas eſt de re impoſſibili ex præſuppoſitione, & veriſſimum dicit. Nã qui recolit peccata priora, & habet iſtum actũ, vellẽ nõ peccaſſe, rectã habet voluntatem, & quidem optimam laudẽ promeretur. Ruſus cum quis videt patrem ſuum mortuum, & apud ſe ſe ſic ſtatuit, vellem patrem meũ nõ eſſe mortuum, ſtudioſe facit: at hæc uolũtas eſt rei impoſſibilis ſecundi generis: nã ad præteritum non eſt potẽtia.

Secun. conc. Voluntas eſt de re impoſſibili ex ſuppoſitione.

Tertia cõcluſio. Volũtas cõditionata põt eſſe de re impoſſibili oĩno, & q̃ inuoluit in ſe euidẽtẽ cõtradictionem. Itaq; volũtas cõditionata ẽ ĩpoſſibiliũ, et primi generis, ad habẽdũ aliqđ bonũ qđ poſſibile ẽ, ad qđ illud impoſſibile exiſtimatur cõueniens. v. g. dãnatus ĩ inferno đſiderat ab æterno ſupplicio liberari, & ſcit euidẽter, ꝙ nõ põt ab eo eripi, quãdiu Deus fuerit; deſiderat Deum non eſſe, ſi eſſet poſſibile, vt ab illis tormẽtis liberaretur. Rurſ' hõ ĩpius in hac vita cõſtitutus, deſiderat non eſſe diuinas leges, ſi poſſibile eſſet, ut creaturis frueretur. Sed eſt intelligẽdũ, ꝙ iſtæ volitiones, de q̃bus dictũ eſt, ſũt volitiones impfectæ, & cõditionatæ: nã volũtas tenet mediũ īter intellectũ, & rei executionẽ. Qñ ergo uolũtas nõ ſolũ ſeq̃tur bonũ apprehẽſũ p intellectũ, ſed perficit, & executioni mãdat, tũc pfecta voluntas eſt: ſed qñ non pficit, & executioni nõ mãdat, impfecta eſt.

Tertia conc. Volutas conditionata poteſt eſſe de re omnino impoſsibili.

Quarta cõcluſio. Voluntas efficax & pfecta, cuiuſmodi electio eſt, nõ põt eẽ de re impoſſibili. nam voluntas efficax (vt cõſtat ex ſnĩa oĩum philoſophorũ) ẽ illa, ad quã ſequitur opus. Sed nemo operatur circa rẽ quã arbitratur eſſe ĩpoſſibile. Ergo electio nõ põt eſſe đ re impoſſibili. Deĩde, qñ diſputamus de aliculus rei aſſecutione, cõtinuo ac deuenimus ad aliqđ medium impoſſi-

Quarta cõcluſio non poteſt eſſe de re impoſsibili.

ĩpoſſibile, deſiſtimus a cõſultatione, & electione. Ergo electio, & cõſultatio de re impoſſibili nõ cõſtat. Vltimo, obiectũ uiæ volũtatis eſt bonũ, & cõueniens. Sed id, qđ eſt impoſſibile, nec eſt bonũ, nec põt eſſe cõueniens: ergo uoluntas non põt illud deſiderare. Confirmatur idem. Nam bonũ appetimus vt poſſideamus, & habeamus: ſed ĩpoſſibile non poteſt haberi: ergo non poteſt deſiderari. Sane electio vr̃ eſſe vltima vis animæ, quæ exequitur id, quod ab anima decretũ ẽ, eſtque veluti animę manus, qua rẽ appetimus, & volumus, & velut apprehendimus; & ideo nõ poteſt eſſe res ĩpoſſibilis: nemo enim exequtur id, quod eſt impoſſibile, neq. manu apphendit.

Pri. conc.

Secun. cõcluſio,

Tert. con.

Obiectio.

Solutio.

Sed dicet Theologus, iſtæ rõnes etiam oſtendunt volũtatẽ nõ poſſe ferri in rẽ impoſſibilem, etiam ꝑ actum cõditionatum, ſiquidem eſt res impoſſibilis. Reſpondetur, ꝙ eo modo quo volũtas fertur in rẽ impoſſibilem, ſic iudicamus cõuenientem, & conueniẽtem. verbi gratia. peccator qui dolet de peccato, nõ iudicat eſſe bonũ non peccaſſe, ſed iudicat, quod fuiſſet bonum non peccaſſe: & ſic nõ habet iſtum actum, volo non peccaſſe, ſed vellem non peccaſſe. Vel dicatur, quod impoſſibile eſt bonũ, ſi eſſet poſſibile, & ſic habet volitionem conditionatam. Quinta concluſio. Iſtæ volitiones imperfectæ, de quibus dictum eſt, quã quam excludantur a ratione electionis, non tamen excluduntur a rõne opationis moralis, & liberę: nã ſunt capaces meriti & demeriti; laudis & vitupij. Et patet in homine, q deſiderat Deum non eſſe, & in homine, qui dolet ſe peccaſſe. Ex dictis ſequitur, quod Scotus in duobus errauerit. primo in eo quod dixit electionem eſſe impoſſibiliũ: deinde in eo quod dicit angelum appetiuiſſe Dei æqualitatem ſine iudicio conuenientis aut diſconuenientis: nam voluntas (vt monſtratum fuit quæſt 9. ar. 1) non mouetur ex ſimplici rei apprehenſione, ſed requirit iudicium, quo iudicamus aliquid eſſe conueniens aut diſconueniens Ex dictis etiam ſoluuntur omnia argumenta, quæ in principio quæſtionis adducta ſunt.

Quia concl. volitiones imperfectæ ſut operationes morales.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum homo ex neceſsitate eligat, vel libere.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Homo non neceſſario eligit, ſed libere.

Secunda Concluſio. Homo in electione mediorũ habet neceſsitatem cõtradictionis, & contrarietatis.

Tertia Concluſio. Bonum perfectum, quod eſt vndequaque bonum, vt beatitudo, cũ nihil in eo apprehendi poſſit ſub ratione mali, aut defectus, ex neceſsitare homo vult; ſed de hoc non eſt electio, cũ de fine non ſit electio, ſed de medijs ducentibus ad finem. Probationes iſtarum concluſionum apud S. Thomam ſunt certiſsimæ. Nam in electione mediorum poteſt voluntas velle & non velle, agere, & non agere, hoc aut illud: ergo nõ neceſſario eligit, ſed libere. Antecedens probatur. Nam quidquid ratio poteſt apprehẽdere vt bonum, in hoc ipſum poteſt voluntas tendere: poteſt autem apprehendere bonum, nõ ſolũ hoc quod eſt velle, aut agere; ſed etiam hoc quod eſt non velle, & non agere; & in oĩbus particularibus bonis poteſt conſiderare rationem boni alicuius, & alicuius bõi defectũ, quod habet aliquam rationẽ mali: & ſic poteſt vnumquodq. huiuſmodi bonorum particularium apprehendere vt eligibile, vel refutabile. Ex qua probatione liqdũ ſit, quemadmodum in electione mediorum voluntas habet libertatem contradictionis, quia põt velle & non velle; & libertatẽ cõtrarietatis, quia poteſt velle vnum, & refutare, & contrarium eligere. Ex eadem probatione etiã patere poteſt, quemadmodũ circa beatitudinem voluntas habet libertatem contradictionis, qa poteſt velle & nõ velle; ſed non contrarietatis, quia nõ poteſt velle beatitudinem, & refutare illam, neque poteſt miſeriam amare, aut appetere.

EXPLICATIO ARTICVLI.

QVæſtio huius articuli in magnas nos cõijciebat difficultates ad defendendũ liberũ arbitriũ, & liberam electionem humanæ volũtatis: ſed quoniã has difficultates in cõmentarijs diuinæ Theologiæ D. Thom. ſpargit, cũ agit de diuina præſciẽtia, d im mutabili ꝓpoſito diuinæ volũtatis, de pdeſtinatione, de ꝓuidentia, de libero arbitrio, de efficaci Dei motione, tñ ſtatui inueſtigare duas q̃ſtiones, quæ nr̃o ꝓpoſito videntur accõmodatiſſimæ. Illa eſt prior: Nũ qñ voluntas vult efficaciter finẽ, ex neceſſitate eligat mediũ, qđ iudicat ꝑ intellectũ eſſe vnicũ mediũ, & neceſſarium ad illũ finẽ. Exẽpli gratia. Ægrotus vult efficaciter ſanitatẽ, & iudicat per intellectũ eſſe vnicũ remediũ & neceſſariũ ſumere potionẽ: qõ ẽ, Vtrũ poſita uolitiõe talis finis cũ iudicio de medio neceſſario, an neceſſario velit mediũ. A parte negatiua ſic arguit. Nã ęgrotus, q efficaciter cupit ſanitatẽ, & iudicat ꝑ intellectũ vnicũ & neceſſariũ mediũ eſſe abſciſſionẽ manus, aut pedis, refutat tale mediũ: nã (vt ille dixit) nõ eſt tãto dolore digna ſalus: ergo q cupit efficaciter finẽ nõ neceſſitatur vt eligat mediũ, qđ iudicat ꝑ intellectũ eſſe neceſſarium.

Prim. quæſt. Num uoluntas neceſſario uelit medium omnino neceſſarium cũ uult finem.

Argum. primum.

Secundum.

Deinde ſi volũtas neceſſitatur in electione medij, quod eſt iudicatũ eſſe neceſſarium, certe talis neceſſitas ꝓuenit ex electione finis. Sed voluntas non neceſſitatur ex fine, ſiqdẽ libere vult finẽ: ergo non neceſſitat ex medio.

Tertium.

Præterea volũtas, dum hic viuimus, non neceſſitatur quantum ad exercitiũ, vt ſupius ſatis demõſtratũ exiſtimo: ergo volũtas efficaciter volẽs finẽ, nõ neceſſitatur vt mediũ eligat.

Quartum.

Ad hæc ĩ oĩbus bonis particularibus (excipio illud ſũmũ bonũ, in quo nulla rõ mali, aut đfectus apparere põt) ualet certe intellectus noſter apprehẽdere aliquã rõnem mali, aut đfectus, rõne cuiꝰ nõ neceſſitatur ut uelit illud. At mediũ nõ eſt ſũmũ bonũ, ſed imperfectũ Ergo numq̃ neceſſitatur uolũtas ad medij electionem. Hac ꝓbatione utitur D. Th. ad oſtẽdẽdũ, ꝙ electio humanæ uolũtatis libera ſit: q̃ ſi efficaciter ꝓbat, ꝑfecto ꝓbat, ꝙ uolũtas nũquã in electione medij neceſſitatur Vltimo, unuſqſq. appetit beatitudinẽ in cõi, ſerio & efficaciter, & iudicat per intellectũ, mediũ neceſſariũ ad beatitudinis cõſecutionẽ eſſe ſeruare diuina mãdata, ſed nõ ſeruat. Ergo nõ oĩs qui efficaciter vult finẽ aliquẽ, neceſſario eligit mediũ iudicatũ ꝑ intellectũ eſſe neceſſariũ. Hiſce argumẽtis viri quidã doctiſſimi cõuicti tenẽt partẽ negatiuã q̃ſtionis, & ut pugnaciſſime eã tueãtur, efficacioribus argumẽtis eã confirmãt. Nã dicũt, qui efficaciter uult beatitudinẽ, & Deo Opt. Max. ſeruire cũ iudicio intellectus, q ſeruare diuina mãdata eſt medium neceſſariũ ad beatitudinẽ conſequẽdã, iuxta illud: Si uis ad uitã ingredi, ſerua mãdata; nõ neceſſario eligit ſeruare diuina mãdata, alioq̃ ĩ hac electiõe & in obſeruatiõe mãdatorũ Dei nullũ eſſet meritũ: neceſſarijs n. nõ meremur, aut demeremur, ut ẽ antiquũ ꝓuerbiũ. Hoc ipſũ cõfirmatur. Nã actus exterior nullã addit bonitatẽ, aut malitiã ſup actũ interiorẽ, hac ſola de cauſſa, quoniam actus exterior nõ habet nouã libertatẽ, ſed ſeq̃tur neceſſario ad imperiũ actus interioris. Igitur ſi uo-

D. Thom.

Vltimum.

Alia arg. In eandem ſententiam. Primum.

Confir.

luntas neceſſitatur in electione mediorũ, & in hoc nullã hẽt libertatem, conſequens eſt, ut in electione mediorũ nullũ ſit meritum. quod quã abſurdum ſit, nemo eſt qui nõ intelligat.

Secundum.

Præterea conſtituamus duos ſeruos Dei, qui efficaciter & ſerio proponunt Deo ſeruire, in quibus, quãtum ad hoc, omnia ſunt æqualia, & uni illorum ſe offerat occaſio moriendi pro Chriſto, in qua ſi vitam pro Chriſto nõ profunderet, peccaret mortaliter: tunc ſane ſequitur (ſi vera eſt ſententia quã ſubuertere conamur) ꝙ iſte nihil mereatur corã Deo præ altero: nã iſte iudicat eſſe medium neceſſarium mori ꝓ Chriſto: ergo neceſſario eligit: ergo non meretur.

Tertium.

Profecto vr̃ ſequi euidentiſſime, ꝙ in electione mediorum, quę iudicata ſunt neceſſaria, nũquã ſit meritũ, ſed tñ in uolitione finis, quod aperte falſum eſt & erroneum: nã meritum in uita Chriſtiana præcipue conſiſtit in obſeruatione mandatorum Dei; mandata vero nõ dantur de fine, ſed de mediis.

Quartum.

Iã vero ſi quis nõ uxoratus cupit ſanitatẽ ualde efficaciter, & dicãt medici nõ eſſe aliud medium niſi accedere ad mulierẽ, ſequitur ꝙ ille hõ non peccet accedendo ad mulierem. Quod recte ſequatur, patet. Nã ille non peccat ex eo ꝙ ſanitatẽ cupit, nec peccat ex eo ꝙ eligit accedere ad mulierem, ſiquidem neceſſitatur ad electionem medij, quod eſt iudicatũ eſſe neceſſariũ: ergo nullo modo peccat. Nec expeditur ſatis argumẽti vis, ſi dicamus, quod requiritur vt iudicemus mediũ eſſe neceſſarium, & bonum; alioqui voluntas nõ poterit in illud ferri. Hæc ſolutio nõ explicat rei difficultatẽ: nã eadem rõne dicendum erit, ꝙ ægrotus cupit efficaciter ſanitatẽ; licet non uelit ſumere potionem amaram quã iudicat per intellectum eſſe medium neceſſarium ad ſanitatem conſequendã, conſimiliq. modo cõcedendum eſſe, ꝙ peccator vult efficaciter ſeruire Deo, quãquam non vult ſeruare eius mandata: nã hæc omnia reputant homines habere rationem incommodi & mali.

D. Thom. ſententia.

Contrariam ſñiam docet magna aſſeueratione D. Tho. in 1. p. q. 82. art. 2. & in hanc p. q. 10. art. 2. ad 3. & hic in ſolutione primi, & ſecũdi: in his locis docet diſtincte, ꝙ qñ media habent neceſſariam connexionem cũ fine, voluntas quæ efficaciter cupit finẽ, neceſſario vult media quæ ſũt neceſſaria ad illum fine.

Argu. efficacia.

Eandem ſñiam probant argumẽta, pauca quidem numero, ſed momento & pondere validiſſima. Nã uoluntas efficax eſt ad quam ſequitur opus, niſi ſit impedimentũ: ſic enim definitur voluntas efficax: ergo ſi non apponis media neceſſaria ad finis conſecutionẽ cũ poſſis, euidens eſt te nõ uelle efficaciter finem. Deinde hæc argumentatio ex ſñia omnium euidens & neceſſaria eſt, potes, & non facis: ergo non uis facere. Similiter hæc neceſſario concludit, vis, & potes: ergo facies, ſi impedimentũ non ſubſit. Ex quibus euidenter concluditur, ꝙ ſi uis audire miſſam efficaciter, & iudicas mediũ neceſſariũ adire eccleſiã, neceſſe eſt adire eccleſiã; alioqui hæc duo repugnantia ſimul ſtabunt, ꝙ vis efficaciter audire miſſã, & poſſis, & non facias. Præterea cõſtituamus diſputationis cã, ꝙ homini valde diuiti occurrat pauper, ſi diues in tali euentu nõ elargiatur eleemoſynã, conuincitur aperte non habere caritatem Dei, neq proximi. Ita decernit D. Ioan. in 1. epiſt. c. 3. cum dicit: Quo modo caritas Dei manet in illo? & rurſus ibidem: Fratres non diligamus verbo, neq. lingua, ſed opere & veritate. in quibus verbis manifeſte ſignificatur, eſſe mẽdacem dilectionem, & minime ſeriam, ſi media neceſſaria non adhibuerimus. Certe qui dicit ſe diligere Deum, & mandata eius nõ ſeruat, mendax eſt.

1. Ioan. 14.

Quod ẽt confirmatur ex illo Ioan. 14. Qui diligit me, mandata mea ſeruabit. Propter quod omnes arbitrantur eos mentiri egregie, quicũq. dicunt ſe velle ſerio & efficaciter ſeruire Deo, & mandata eius non cuſtodiũt. Iam vero quia agnoſcit aliquam argumentationẽ eſſe neceſſariã, & aſſentitur ꝑmiſſis, neceſſe eſt vt aſſentiatur cõcluſioni, vt docet Ariſt. 1. Poſteriorum, in principio.

Ariſt.

Ergo qui efficaciter vult finẽ, neceſſũ eſt vt velit media quæ ſunt iudicata eſſe neceſſaria ad fine. Conſequens argumenti ꝓbatur: nã ſicut eſt neceſſaria cõnexio cõcluſionis cũ principijs, ſic eſt neceſſaria connexio medij neceſſarij cũ fine.

Quæ. expo.

Ad huius quæſtionis explicationem operæpretium erit explicare prius, quid ſit volũtas efficax, quid vero volũtas inefficax: quibus vocabulis in quæſtione & proponẽda, & explicanda vtuntur vniuerſi Theologi.

Voluntas abſoluta & conditionata.

Certe volũtas finis, vel mediorum, quædam eſt abſoluta & determinata, quædã vero cõditionalis, & imperfecta. Prior ſolet explicari per hoc vocabulum, volo; licet aliqñ vtamur hoc verbo, vt ſignificet idem quod deſidero, opto. Voluntas ergo abſoluta & determinata eſt, qñ ſine conditione expreſſa, vel ſubintellecta fertur in aliquod bonum, qđ hõ exiſtimat eſſe poſſibile, vt volumus beatitudinem, volumus ſanitatem. Voluntas vero cõditionalis eſt, cui eſt annexa cõditio expreſſa, vel ſubintellecta, ſi eſſet poſſibile, ſi nõ eſſet difficile: ut peccator nollet hr̃e Deum inimicũ, qñ peccat; & mercator nollet ꝓijcere merces in mare, ſi eſſet poſſibile aliter ſaluare vitam: ſed tñ abſolute & determinate vult.

Voluntas efficax & inefficax.

Ad hanc diſtinctionem voluntatis poteſt referri alia diſtinctio, qua vtuntur Theologi, dicentes, ꝙ volũtas quędam eſt efficax, quędam uero inefficax: ſed tñ cũ explicant, qñ ſit uoluntas efficax, magnopere variant eorum ſñæ. Quidam dicunt, tunc eſſe voluntatem efficacẽ, cum eſt intenſa, & vehemens, tunc uero inefficacem, cũ eſt remiſſa, & non adeo concitata. Sed prædicti auctores decipiuntur: nam accidit ſæpenumero, ꝙ intenſius uolumus aliquid quod eſt impoſſibile, quam multa quæ facimus voluntate efficaci, iuxta illud Apoſtoli: Ingemiſcimus grauati, eo ꝙ nolumus expoliari, ſed ſuperueſtiri: quæ quidem voluntas eſt inefficax, quæ explicatur his uerbis, vellemus non expoliari, ſed ſuperueſtiri; at eſt intenſior volũtas, quam voluntas qua quis efficaciter & ſerio vult deambulare. Item actus caritatis, quamlibet remiſſus ſit & tenuis, eſt efficax & ſufficiens ad ſeruanda diuini regis oĩa mandata; at non eſt voluntas intenſa, & vehemẽs: ergo uolũtas efficax non eſt intenſa voluntas. Alij definiũt illã eſſe volũtatẽ efficacem, qua poſita, ſequitur effectus. Sed neq. hoc ſemper verũ eſt: nã aliqñ eſt voluntas efficax, & nõ ſequitur effectus, ueluti quis habet efficacẽ voluntatẽ moriendi ꝓ Chriſto, ſed nõ ſequitur effectus, quia non ſe offert occaſio moriendi ꝓ Chriſto.

Mag. Soto.

Doctiſſimus pater Soto aiebat, ꝙ voluntas efficax eſt, quæ explicatur per verbum indicatiui modi, volo; voluntas inefficax eſt, quę explicatur per verbum optatiui modi, vt vellem, nollem, & cetera hmõi. ſed hoc potius eſt ſignum efficacis voluntatis, quã eius definitio.

Propria ſententia.

Nobis videtur ita dicendum. Voluntas efficax eſt, quæ intendit, vel eligit facere aliquid quod exiſtimatur poſſibile. Quare non eſt neceſſarium, vt volũtas noſtra dicatur efficax vt ſubſequatur effectus: ſed ſatis eſt ꝙ ſubſequeretur effectus, quod ex parte volũtatis determinatæ, niſi aliunde impediatur effectus. quẽadmodũ dicimus, quod ſacramenta nouæ legis ſunt efficacia media ad conferendam gratiam; nihiloſecius tamen aliquando ex parte ſuſcipientium impeditur eorum effectus.

Prim. concl. Nullum medium, neceſſitat voluntatẽ abſolute.

Hic explicatis eſt prima concluſio. Nullum medium, quamlibet neceſſarium ſit, neceſſitat uoluntatem neceſſitate abſoluta: medium enim non mouet efficacius uoluntatẽ quã finis: Sed finis dum hic uiuimus nõ neceſſitat uoluntatem. ergo neque medium. Hanc concluſionem probant ſufficienter argumẽta, quæ pro parte negatiua quæſtionis ſunt adducta. Probat inſuper, & quidem euidenter, ratiocinatio quam habet D. Thomas in articulo.

Secun. conc. Quando nõ cognoſcitur neceſſitas medij, illud nõ neceſſario appetitur.

Secunda concluſio. Quãquã medium ſit neceſſarium ad finẽ, ſi non cognoſcitur eſſe neceſſarium, põt quis efficaciter uelle fine, abſq; eo, quod tale mediũ eligat. Rõ huius eſt, quoniã uoluntas ut uelit, requirit iudiciũ ex parte intellectus: nihil. n. eſt uolitũ, quin prius ſit cognitũ. Deinde in rerũ cognitione contingit ſæpenumero quod quis aſſentiatur principijs, & nõ aſſentiatur concluſioni, qñ non ſcit quẽadmodũ concluſio ex illis principijs deducatur: poterit ergo accidere ꝙ quiſpiam velit finem, & non uelit medium neceſſarium, qñ non cognoſcit illud.

Tert. concl. Volũtas aliquando neceſſitatur ad electionem medij.

Tertia concluſio. Quando aliquis vult efficaciter finẽ, & iudicat aliquod medium eſſe neceſſariũ ad finem, tunc neceſſitatur volũtas vt tale medium eligat; nihilominus libere eligit. Prima pars huius ꝓpoſitionis efficaciter demõſtrata eſt ex argumentis adductis ꝓ parte affirmatiua qõnis; ſecunda pars ſufficienter probatur argumentis ꝓ parte negatiua quæſtionis. & patet euidentiſſime. Nã hæc neceſſitas, ſi uolo efficaciter finẽ, neceſſe eſt vt velim medium neceſſarium ad finem, eſt neceſſitas conditionalis,

qualis

qualis eſt iſta, ſi curro, moueor; ſi diſputo, loquor: talis autem neceſſitas non aufert libertatem. Rurſus hoc idē demonſtratur alio argumento: nam libertas humanæ voluntatis oritur ex eo ꝙ iudiciū noſtri intellectus nō determinatur ſic ad tale obiectum, ꝙ non poſſit oppoſitum iudicare, aut iudicare eſſe bonum a tali actu ceſſare: ſed poſtquā voluntas noſtra vo'u efficaciter finem, adhuc eſt in facultate humanæ libertatis deſiſtere a tali volitione, & apprehendere hoc ſub rōne boni atque commodi. Poterit ergo agere, & nō agere; velle & nō velle, tū finē, tū media.

Obiectio. Sed ſi quis argumentetur in hunc modum: Poſtquam voluntas vult efficaciter finem in ſenſu compoſito, neceſſum eſt vt velit medium, quod eſt iudicatum eſſe neceſſarium: ergo non eſt libera voluntas in ſenſu compoſito:

Solutio. Dicendum eſt, quod ut ſit uera libertas, ſat fuerit, ꝙ voluntas poſſit agere, & non agere, eligere, & non eligere in ſenſu diuiſo: quamuis enim ſit neceſſarium in ſenſu compoſito, ꝙ ſi diſputo, loquor; at non neceſſario loquor, quia nō neceſſario diſputo: ſi enim neceſſario diſputarem, certe neceſſario loquerer: ad eundem modum, ſi volo efficaciter ſanitatem, neceſſum eſt ut velim medium neceſſariū ad ſanitatem conſequendam; ſed quia non neceſſario volo ſanitatem, non neceſſario uolo medium illud qđ eſt iudicatum neceſſarium. His conſtitutis, argumenta propoſita pro parte negatiua quæſtionis, ſunt confutanda.

Arg. ſolu. Ad primum dicendum, oſtendere euidenter, ꝙ mediū non neceſſitat voluntatē neceſſitate abſoluta, quod eſt veriſſimum: vel oſtendit, ꝙ poſſumus velle finem voluntate inefficaci, abſq; eo ꝙ eligamus mediū, quod ēt eſt certiſſimum, & a nobis comprobatum. Idem reſponſum adhibendum eſſe iudico ad alia quattuor argumenta, q̄ poſt primum ſequuntur. Sed & alia argumenta, quæ quidam doctores amplificāt, & maiora eſſe videtur, refutāda ſunt.

Ad argu. ſecundo loco poſita. ad primum. Ad primum ſunt qui dicant, ꝙ quando quis vult efficaciter finem, poſtmodum in electione mediorum nihil meretur, ſed totum meritum præfuit in intentione efficaci, quando voluntas voluit finem. Quorum ſnīa falſa eſt: tum, quoniam fraudat multa opera ſtudioſa ſua laude & merito: tum uero, quoniam dicere ꝙ in obſeruatione mādatorum Dei, quæ ſunt media neceſſaria ad vitam æternā obtinendam, non ſit meritum, periculoſum dogma videtur: tum tertio, quoniam non ſolum meretur qui religionis gratia pergit in D. Iacobum, ex eo ꝙ voluntate efficaci vult peregrinari; verumetiam in omnibus laboribus quos ſubit in itinere conficiendo. Vnde ad argumentum dicendum eſt, ꝙ electio medij neceſſarij libera eſt, ac pinde meritoria: ſolum enim eſt neceſſaria ex ſuppoſitione, & ex conditione, quæ neceſſitas non ſpoliat humanam electionem libertate: poteſt enim homo non cogitare de

Victoria. medio, & quando cogitauit, poteſt non uelle finem. Doctiſſimus pater Victoria aiebat, ꝙ quamuis admitteretur in electione medij neceſſarij non eſſe nouum meritū, nō inde eſſet conſequens, quod aliquid periret de merito, qa voluntas finis ex electione medij fit magis meritoria, ut volo ſubuenire pauperi, eſt meritoriū, vt quattuor, & delibero de medio, & iudico quod eſt neceſſarium tollere ēt mihi neceſſaria ad ſtatum, & volo; iam uoluntas ſubueniendi creſcit in merito, & eſt ut octo. Sed hæc ſolutio quamquam acuta videtur, uera non eſt, & ideo ad aliā eſt recurrendum, dicendumque eſt, quod electio medij neceſſarij libera eſt, ac ſubinde meritoria eſt.

Ad confir. Ad confirmationem argumenti dicendum eſt, eſſe notiſſimam differētiam inter actum exteriorem, & electionem medij neceſſarij. Nam actus exterior, & interior in moralib. pro eodem reputantur, eo ꝙ habent idem obiectum, & ideo habent eandem laudem, & idem meritum. Deinde actus exterior in ſe liber nō eſt, ſed tm̄ in ordine ad actum internū; electio uero medij neceſſarij libera eſt, & in potentia animæ libera, & a virtute libera producta.

ad ſecundū & tertium. Ad ſecundum argumentum, qui dicunt, ꝙ in electione medij neceſſarij non eſt nouum meritum, dicunt ſubinde ꝙ in tali euentu ille qui moritur pro Chriſto, nihil de nouo meretur, ſed nihil perit de merito, prout iam explicatum eſt. Sed nos qui decernimus electionem medij neceſſarij eſſe liberam, & meritoriam, nulla difficultate argumenti conſtringimur: dicimus enim ꝙ ille meretur, tū in appetitione finis, tum in electione medij. Ad tertium idem reſponſum adhibendum eſt.

ad quartum. Ad quartum dicendum, ꝙ in tali caſu tenetur homo ceſſare a uoluntate finis abſoluta & determinata, alioqui neceſſario ſequitur ꝙ vult fornicationem virtualiter: poterit tamen manere cum deſiderio, & uelleitate ſanitatis, vt ſic ſtatuat, vellem ſanitatem; ſed ſi pollutione & fornicatione eſt obtinenda, malo mori: hoc enim eſt quod Dñs dicit: Qui amat patrem, aut matrem plus quam me, non eſt me dignus, id eſt, qui ex inordinato amore parentum ſollicitatur, & mouetur ad aliquod peccatum committendum, non eſt me dignus. Atque hactenus de prima quæſtione ſatis erant.

Obiectio. Sed priuſquam ab ea diſcedamus, oportet recolere ex ſuperioribus vnum argumētum, quod faceſſit negotium cōtra ea quæ dicta ſunt. Nam quiſque appetitu efficaci deſiderat beatitudinem perfectam: ſed ad habendam beatitudinem perfectam neceſſum eſt mori: nam hic dum viuimus, non poſſumus habere beatitudinem perfectam. ergo vnuſquiſque appetit & deſiderat mori, & id quidem appetitu efficaci, quod aſſerere falſiſſimum eſt. De hoc argumento ſatis dictum eſt, q. 5. art. 3. propter quod ad aliā quæſtionem explicandam accedamus.

Secū. quæſtio. Verum ex duobus bonis æqualiter propoſitis voluntas unum eligere eorum. Secunda quæſtio eſt, Vtrum ſi intellectus proponat voluntati duo bona ex omni parte æqualia, poſſit uoluntas vnum eligere, & alterum refutare pro ſua libertate? Quæ ſtio eſt, quam edidiſſerit D. Tho. in ſolutione tertij. A parte affirmante hæc ſunt argumenta.

prim. argu. In primis, obiectum uolūtatis eſt bonū conueniēs, iudicatum tale: ſed vtrumq; eſt bonū conueniens, ppoſitū per intellectū. ergo poteſt voluntas eligere qđ maluerit.

ſecundum. Deinde, ſi intellectus proponat uoluntati duo bona non æqualia, uoluntas poteſt eligere minus bonum, refutato meliori: ergo potiori iure poterit voluntas ex duob. bonis æqualibus eligere quod maluerit. Antecedēs huius argumenti ſic oſtenditur: tum, quoniam obiectum uoluntatis eſt bonum; non magis bonum: ergo ſi illud minus bonum eſt obiectum uoluntatis, poteſt voluntas in illud tendere: tum uero, quoniam ſi illud minus bonum proponeretur volūtati ſeorſum, volūtas poſſet illud appetere: ꝙ uero proponatur alteri comparatum, non tollit eius appetitionem: tum deinde, quoniam non ſemper eligimus meliora; neque uero ad id obligamur: immo ſæpenumero iudicamus ꝙ non eligimus meliora, ut patet in pomis eligendis: & experientia compertum eſt nos frequentiſſime dicere, Nolo eſſe tā ſanctus ſicut ille: tum ultimo, quoniam Deus, in quo eſt perfectiſſima libertas ad eligēdum, & infinita ſapientia ad diſcernendum quod nam ſit melius, & conuenientius, non ſemper eligit meliora: quādo enim Deus uoluit producere mundum ad ſuam bonitatem declarandam, ipſe iudicabat ſe poſſe facere alios meliores, & pulcriores. ergo uoluntas pōt eligere id qđ

D. Tho. minus bonum eſt. Certe D. Tho. 1 part. q. 25. art. cu. 6. & 1. ſententiarum d. 44. euidenter demonſtrat, Deū poſſe meliora facere iis quæ facit: idque oſtendit ratio Omnipotētiæ ſuæ, quæ in hoc potiſſime conſiſtit, ut quacumque re creata poſſit meliorem efficere. Ex his ergo colligitur, ꝙ uoluntas ex duobus bonis propoſitis per intellectum, poteſt eligere minus bonum. Ex quibus neceſſario conſequitur, quod ex duobus bonis ex omni parte æqualibus, poſſit eligere quod maluerit.

Oppoſita ſententia. Conc. Contrariam ſententiam docet Cōradus in commentarijs ſuper iſtum articulum, & adducit in ſuum patrocinium D. Tho. in ſolutione tertij, ubi videtur aſſerere, ꝙ niſi conſideretur aliqua præſtantia unius boni ſuper alterum, nō poteſt uoluntas vnum eligere, citatque Ariſtotelem dicētem, quod electio ſemper eſt melioris boni. Præterea confirmat eandem opinionem argumentis non cōtemnēdis.

primum ar. In primis, ut uoluntas moueatur, neceſſum eſt ut ab intellectu determinetur: ſed intellectus ī caſu noſtræ diſputationis non magis determinat uoluntatem ad unum bonum quam ad alterum: ergo nunquam mouebitur. Profecto ſi eſſet corpus æqualiter graue & leue, neq; moueretur ſurſum, neque deorſum, ad eundem modum, cū voluntas non habeat maiorem inclinationem ad unum quā ad alterum, numquam ſequetur motus.

Præ-

Secundum. Præterea, ſi voluntas nulla propoſita differentia ex parte obiectorũ poteſt eligere vnum, & refutare aliud, & determinare ſe potius ad vnum, quam ad alterum, nulla poteſt aſſignari ratio huius determinationis, niſi quia uoluntas ita vult, & erit pro ratione uoluntas. Ex quo ſequitur ꝙ uoluntas poſſit ferri in malũ ſub ratione mali, hac ſola ratione, quia vult. Quod recte ſequatur, patet: nam hęc ſola cauſa, qa vult, ſufficit ad mouendum voluntatem, & eſt pro ratione voluntas.

Tertium. Ariſt. D.Tho. Deinde arguitur ex Ariſt 3. eth c 5. vbi docet, ꝙ omnis peccans, eſt ignorans: cuius ratio eſt (ut dicit D.Tho. ibidem lectione tertia) quia eligit minus bonum, reiecto & refutato eo quod melius eſt. Ergo, ſi propoſitis duobus bonis ex parte intellectus, & omnibus recte cõſideratis, põt voluntas eligere id quod minus bonum eſt, ſequitur ꝙ poſſit eſſe peccatum in voluntate, nullo errore exiſtente ex parte intellectus: quod eſt alienum ab Ariſt. doctrina, & omnium Theologorum.

Authoris ſententia. Ad huius rei expoſitionem ſic ego decerno. In primis, in rebus agendis, & in materia morali fere impoſſibile eſt ꝙ intellectus proponat voluntati duo bona ex omni parte æqualia: nam fere ſemp in vno inuenitur aliqua circũſtantia, ratione cuius præemineat, & præeligatur, videlicet qa eſt minus laborioſum, magis paratum: & ideo in moralibus regula eſt, ꝙ electio eſt de meliori bono. Quæ regula vt melius intelligatur, ſcire oportet, ꝙ qñ voluntas ex multis ſibi æqualiter bonis, ſiue inæqualibus, eligit vnũ, neceſſum eſt, ut intellectus iudicet practice præſtantiam illius boni quod eligit ſup alterum: ſed ut intellectus dicatur iudicare practice aliquã conditionẽ in vno obiecto, quã non iudicat in altero, non oportet ꝙ habeat hoc iudicium comparatiuũ, iudico hoc primũ eſſe melius altero, ſed ſatis eſt quod præcedente iudicio, quo iudicantur illa eſſe bona, & æqualia, poſtea intellectus ceſſet a conſideratione bonitatis vnius, & in alio cõſideret bonitatẽ, & conuenientiã: & hoc videtur aſſerere D.Th. in ſolutione tertij. Quod ſi aliquis percontetur, vñ proueniat, ꝙ intellectus ceſſet a conſideratione vnius, & non alterius? dicendũ eſt, aliquãdo hoc prouenire ex parte rei, qa eſt propinquior, vel facilior; aliquãdo ex libertate uoluntatis, quæ mouet intellectum ad exercitiũ circa unum obiectum, & non circa aliud. Itaq, ſæpenumero uoluntas eligit id, qđ peius iudicat eſſe iudicio quodã ſpeculatiuo; ſed iudicio practico, fere ſemper eligit id, quod iudicat eſſe melius, & conuenientius ſecundum oẽs circumſtantias. Illud ẽt addendum eſt pro explicatione difficultatis, ꝙ uoluntas indiget ope intellectus, vt determinetur ad eligendum, ſed hoc opus intellectus non eſt iudicium (in quo maxime q dam falluntur) ſed imperium efficax. de quo edixerit D. Tho. q. 17. Si igitur intellectus proponat uoluntati duo æqualia bona & impetiũ intellectus ſit æquale, ſic vt non propendat magis in unã partem, quam in aliam, nunquã mouebitur voluntas. Et hæc eſt ſñia Diui Thomæ in ſolutione tertij: loquitur enim de iudicio intellectus cũ imperio efficaci ipſius intellectus. Propoſitæ dubitationis ex his ſequitur explicatio. Nam ſi intellectus proponat voluntati duo æqualia bona, & imperium intellectus ſit inæquale, poteſt uoluntas unum eligere, & alterum refutare: nam iam habet imperium intellectus, a quo determinatur potius ad vnum, quam ad alterum. Imperium hoc explicatur his uerbis: fac hoc, ſcribe, ingredere religionem, & ſimilia: & non eſt iudicium quo iudicamus aliqđ eſſe bonũ, aut conueniens. Ex his (ſi recte expendantur) ſoluũtur omnia argumenta pro parte negatiua propoſita. Nam ad D.Tho & Ariſt iam ſatis dictum eſt.

Ad arg. pro parte negatiua. Ad primũ. Ad primum argumentum dicendum eſt, quod intellectus in caſu noſtræ diſputationis determinat uoluntatem potius ad unum bonum, quam ad alterum; non quidem per iudicium de bonitate rei, ſed per impetiũ efficax, de quo ſupra dictum eſt.

Ad ſecundum. Ad ſecundum argumentum neganda eſt conſequẽtia: nam quando ex duobus bonis æqualibus eligit vnum, quia vult, fertur in ſuũ obiectum, quod eſt bonum, circa quod põt experiri ſuã libertatem: malũ uero ſub ratione mali, nõ eſt obiectum noſtræ uoluntatis, & ideo ſimilitudo non cõſiſtit.

Ad tertium. Ad tertium argumentum dictum eſt, ꝙ qui eligit minus bonum, refutato meliori, errat, & eſt ignorãs, nõ quidem iudicando: nã uere iudicat eſſe minus bonum qđ eligit, ſed in imperio practico, quo iudicat, & decernit hic, & nũc hoc eſſe eligẽdũ. Sed iã tps eſt ut ad aliam queſtionem progrediamur.

QVAEST. XIIII.

De conſilio quod præcedit electionem, in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum conſilium ſit inquiſitio.

SVMMA TEXTVS.

Concl. eſt affirmãs. Nã in reb. agẽdis multa icertitudo inuenitur, qa actiones ſunt circa cõtingẽtia ſingularia: ſed in reb. dubijs & icertis ratio nõ profert iudiciũ ſine præcedente inquiſitione. & ideo añ iudiciũ de eligendis, neceſſaria eſt inquiſitio rationis, quæ conſilium vocatur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Circa hunc articulum, & circa totam quæſtionem ſunt parua dubia. Sed in primis quæritur, quid ſit conſilium, an ſit inquiſitio, an potius ſententia, de re dubia & incerta, prolata & definita. Sane conſilium eſt deliberatio, & conſultatio de medijs accommodis ad aliquem finem: diciturque conſiliũ, quaſi conſedium, eo ꝙ plures debeant conuenire, & conſedere ad rationes expendendas, & rẽ determinandã, & definiendam. Itaq, conſilium eſt deliberatio, & inquiſitio, ſicut cõſultare eſt deliberare, & inquirere. Sed qq̃ hæc vox in prima ſignificatione ſignificat deliberatione, & inquiſitionem, & conſultationem, uerum in uſu frequẽtiſſimo uſurpatur pro ſententia, & determinatione. Vnde Cicero lib. 1. de inuentione, ea de confirmatione, definit conſiliũ ad hunc modum: eſt aliquius rei faciendæ, uel non faciendæ excogitata ratio. Certe conſilium, quod datur inquirenti, vel dubitanti, non eſt inquiſitio, ut cũ dicimus conſulo tibi; ſed ſñia, & determinatio: quo in ſenſu diuinæ litteræ tribuunt Deo conſiliũ ad Eph. 1. Qui operatur omnia ſecundum conſilium voluntatis ſuæ: in eode ſenſu loquitur Paul. cum dicit 1. Cor. 7. De virginibus præceptum Domini non habeo; conſilium autem do.

Quid ſit conſilium. Cicero. Epheſ. 1. 1. Cor. 7.

Sed vt de vocis ſignificatione conſulamus Ciceronem linguæ Latinæ parentem, ſcire oportet, quod conſilium Ciceroni uox eſt variæ, & multiplicis ſignificationis: ſignificat enim deliberationem, cogitationem, animaduerſionem, rationem, ſententiam, collegium: quarum rerum exempla plura poſſem in medium producere. ſed ſatius erit ad res maiores explicandas nos conuertere: nunc ſatis eſt admonuiſſe, ꝙ Cicero utatur hac uoce, Conſilium, pro inquiſitione, & deliberatione.

Conſilium varia ſignificat.

Vtrum conſilium tantum hominibus competat. Sed dubitatur, Num cõſilium, pro deliberatione, & inquiſitione, competat tantum hominibus? Fortaſſis competit ẽt angelis, circa ſupernaturalia, & futura, ſed nõ eo modo quo hominibus, in qbus omnia fere ſunt incerta, dubiaque. Item fortaſſis competit angelis deliberatio, & inquiſitio de rebus agendis: na quamquam de rebus, quę ſcientiarum cognitione comprehenduntur, non habeãt diſcurſum, nec inquiſitionem: oĩa enim comprehendunt vnico intuitu ſine ratiocinatione, aut diſcurſu; at de reb. agendis fortaſſis per prudentiæ virtutẽ deliberant, quod hic & nunc ſit agendum: nam eorũ intellectus ad hæc nõ eſt determinatus. quare nunc hoc eligunt, nunc illud. Sed hæc quæſtio præſupponit alteram, Num angeli circa ſupernaturalia, aut circa futura contingentia, aut uero circa res agẽdas diſcurrãt: quæ in 1. p. explicãda eſt, & elucidãda.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articolo aggreditur D. Tho. ad diſputandum de obiecto conſilij, & definit aperte, ꝙ obiectum, de quo capitur conſilium, non eſt finis, ſed medium quod conducit ad finem. Contra quam ſententiā (ut nihil intactum relinquatur) ſic arguitur.

Arg. contra concluſionē. Primum.

Nam de oībus quæ dubitationē habent, pōt fieri inquiſitio, & deliberatio. Sed contingit de fine humanæ vitæ eē magnā dubitationē. ergo de fine vltimo humanę vitę pōt eſſe cōſilium.

Conclu.

Secundum.

Deinde, de oī operatione humana oportet vt ſit deliberatio, ne fiat qñ nō oportet, & ſicut nō oportet. Certe de oī operatione humana deliberat vir prudēs, ut fiat qñ oportet, & ſicuti oportet, ſed mo: ſ circūſtātias. At appetitio vltimi finis, & beatitudinis nřæ, eſt operatio humana. ergo de ea pt eē deliberatio, & capi cōſiliū. Ad hęc argumēta breuiſſi ma riſione ſatisfacit D. Th. in ſolutione primi, dicēs, ꝙ id, qđ accipitur vt finis, eſt iā determinatū & fixū; vnde quādiu hētur ut dubiū, nō habetur ut finis, & & idō ſi de eo cōſiliū capit̃, nō erit cōſiliū đ fine, ſed đ eo qđ ē ad finē: đ appetitiōe vero beatitudinis certe nemo dubitat, aut deliberat, Nū beatitudo ſit appetēda, ſed delibe rat uir prudēs, qñ dēat hr̄ talē appetitionē, & ī ea ſe exercere. & ſic cōſultatio non eſt de fine, ſed de eo quod eſt ad finē.

Solutiones.

Conclu.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum conſilium ſit de fine, vel de his quæ ſunt ad finem.

SVMMA TEXTVS

COnclusio ſic habet. Conſilium non eſt de fine, ſed de his q̄ ſunt ad finē: finis enim in rebus agēdis habet rationē principij, quod ſub q̄ſtionem nō cadit. Sed in omni inquiſitione principiū præſupponitur: ergo de fine non eſt cōſiliū, neq; deliberatio. Cōtingit tamen ꝙ id, quod eſt finis reſpectu quorundā, ordinetur ad alium finem: vt quod eſt principiū vnius demonſtrationis, ſit cōcluſio alterius: vnde ꝓb accipitur vt finis in una inquiſitione, pōt accipi vt medium in alia inquiſitione, & ſic de eo erit cōſiliū. v. g. ſanitas, quę nō cadit ſub cōſultatione medici, pōt cadere ſub cōſultatione uiri probi: poteſt. n. vir probus cōſultare, Num expediat perdere ſanitatem corporalem, ut ſaluti animæ conſulat.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum conſilium ſit de his quæ a nobis aguntur.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt affirmās quā probat D. Th. in primis auctoritate Greg. Niſſeni, dicentis: Conſiliamur de his q̄ ſūt in nobis, & per nos fieri pñt. Deinde probat: nā conſilium collationē inter plures habitā deſignat, quaſi ad conferēdum multi ſedeāt: in particularibus. n. cōtingētibus aliqđ occurrit vni, quod nō cōſiderat alter, ꝓpter uarias cōditiones circūſtātes: quare plures rē certius ꝑcipiūt. qđ nō accidit in neceſſarijs, & ī uniuerſalibus, in q̄bus unus per ſe ſufficere pōt, ꝓpter ſimpliciorē, & abſolutiorē cognitionē. Vnde proprie conſiliū eſt circa ea quę a nobis agūtur, & in poteſtate noſtra ſunt.

ARTICV. QVARTVS.

Vtrum conſilium ſit de omnibus quę aguntur a nobis.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt. De his q̄ determinata ſunt quo modo fiāt, ſiue per artem, ſiue per naturā, non conſultamus, neque de rebus parui momēti; nā conſilium & inquiſitio eſt de his, quę in dubiū ueniunt: in rebus uero agendis contingit ex duobus aliquid nō eſſe dubitabile, ut ſi quid parum referat ſic uel alio modo fieri: & de hoc non capitur conſiliū, quaſi parum aut nihil adiuuans ad conſequēdum. Aliud eſt, quādo per determinatas vias procedītur ad determinatos fines, ſicut in artibus cōtingit, quæ uias certas habent operandi: ut ſcriptor non conſiliatur quo modo debeat litteras trahere, cum per artem ſcribendi determinatus ſit modus.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Nū conſiliū poſſit eē de impoſſibilibus.
Ariſt.

QVæritur in hoc articulo, Num poſſit aliquis cōſultare de impoſſibilibus. Huic q̄ōni rńdet Ariſt 3. Eth. c. 3. quo in loco ꝓponitur, utrū ſit cōſultatio de quolibet: & dicit, ꝙ nō dicitur cōſultabile, de quo aut inſipiēs, aut mēte captus cōſultat: cōſultamus āt de rebus agēdis, q̄ in nřa ſunt poteſtate. vnde cōſiliū nō uerſatur circa rē impoſſibilē. cōtinuo. n. atq; deuenimus ad rē impoſſibilē, ceſſat oīs cōſultatio, & ultra nō ꝓgreditur. Vnde ēt eſt, ꝙ nō conſultamus de rebus præteritis: nam ad præteritū nō eſt potentia: nemo. n. conſultat utrū Troia ſit expugnāda: hoc. n. ſolo priuatur Deus (ut dicit Agathon) vt id quod factum ſit, non ſit factū. Sed nūquid cōſultamus de rebus amicorū? Ariſt. n. uidetur dicere, ꝙ nō dicimur eligere, niſi ea quæ ad nos ſpectant: electio uero & deliberatio in eodē verſantur. Sed idē Ariſt. 3. Eth. c. 3. docet huius dubitationis ſolutionē: dicit. n., qđq; ꝑ amicos facim᷒, ꝑ nos facere uidemur, & bonū amicorū, ut bonū noſtrū exiſtimatur.

Agathonis ſententia.
Ariſt.

Ariſt.

Sed adhuc ſupereſt parua dubitatio, Nū cōſiliū & deliberatio ſit tm̄ de bono vtili, ita ꝙ nō ſit cōſultatio de bono honeſto, de uirtutibus, de honore. Certe Ariſt. I Rhetoricis vř aſſerere ꝙ cōſiliū ſit de bono vtili, & ratio idē perſuadet: nā cōſiliū eſt de medio qđ ducit ad finē: medium uero inter bona vtilia cōmemoratur. In cōtrariū eſt, ꝙ de virtutib. ſæpe deliberamus & cōſultamus. Sed hęc dubitatio breuē meretur reſpōſionem Dicat itaq; Theologus, ꝙ cōſultatio ꝓprie eſt de medijs ducētibus ad finem, ac ſubinde ꝓprie eſt de bono utili, qđ conferat ad finis conſecution. : ꝓp qđ qñ de uirtutibus deliberam᷒, deliberatio eſt de eis, ſicuti de medijs maxime conſentaneis ad beatitudinē cōſequēdam, & ſic habēt rationē medij utilis; qñ uero in laudibus virtut i uerſamur, qđ pertinet ad genus demonſtratiuum, tū de uirtutibus inueſtigamus, & earum laudem, & meritū demonſtramus. Itaq; tractare de uirtutibus, cōtingit in genere deliberatiuo, & in genere demonſtratiuo: cū deliberamus de medijs ad finem cōſentaneis, ſit deliberatio; cū laudes uirtutum demonſtramus, de eis diſſerimus, nō ut ſunt bona utilia, ſed ut ſunt optima, & præclariſſima bona.

Vtrum ſit cōſilium de bono honeſto.

Ariſt.

Conclu.

Solutio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

COntra concluſionem articuli poterit quis in hunc modum argumentari. Nam circa omnia agenda a nobis ſumus liberi, & poſſumus agere & nō agere, uelle & non uelle. ergo circa oīa quæ a nobis aguntur poteſt

Obiectio.

poteſt eſſe conſilium & electio. Sed reſpõdemus, quod quamquam circa omnia ſumus liberi ceterũ non circa omnia ſumus dubij; conſultatio uero non habet locum niſi in his, quæ in dubium ueniunt, & ſunt alicuius ponderis & momenti, & aliter quam per conſultationem definiri non ualent.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum conſilium procedat ordine reſolutorio.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans. Nam cum in omni inquiſitione ab aliquo principio incipere oporteat, ſi illud eſt prius in eſſe, ſicut in cognitione, proceſſus dicitur compoſitiuus, quoniam a cauſis eſt in effectus: ſunt enim cauſæ ſimpliciores effectib⁹. Si autem id quod eſt prius in cognitione, ſit poſterius in eſſe; vt cum de effectibus manifeſtis iudicamus, reſoluẽdo in cauſſas ſimplices, dicitur proceſſus reſolutorius. Cum autem in inquiſitione conſilij principium ſit finis, qui prior eſt in intentione, poſterior tamen in eſſe: ſecundum hoc oportet, quod inquiſitio cõſilij ſit reſolutoria incipiendo ab eo quod in futurum intenditur, quouſque perueniatur ad id quod eſt agendum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Concluſio — Arg. contra rationem D. Tho.

PRobatio D. Th. qua utitur ad demonſtrandam cõcluſionẽ, nõ ſatis aperta ẽ, & uĩ certe q̃ non recte procedat. Nã proceſſus conſilij eſt a cauſſa ad effectum: ergo eſt cõpoſitiuus. Conſequentia ualida eſt ex definitione ꝓceſſus cõpoſitiui, qua hic adhibet D. Tho. Antecedens probatur. Nã inquiſitio conſilij incipit a fine, tãquã a principio, & cauſſa eorũ quæ ſunt ad finẽ: ergo procedit a cauſſa ad effectum. Sed ut probatio D. Tho. recte itelligatur, ſcire oportet, q̃ ꝓgreſſus rõnis, tam in practicis, quam in ſcietijs, duplex eſt cõpoſitiuus, & reſolutorius.

Exponitur probatio D. Thom.

Proceſſus cõpoſitiuus & reſolutiuus.

Compoſitiuus eſt, quando proceditur a cauſſis ad effectus: effectus namq; ſunt magis cõpoſiti. Reſolutorius eſt, qñ ꝓceditur ab effectibus ad cauſſas. exẽpli gratia, qñ ædificatur domus, ꝓgreſſus eſt cõpoſitiuus a cauſſa ad effectũ: prius iaciuntur fundamẽta, deinde erigũtur parietes, poſtremo ponitur tectũ: cũ uero domum diruimus, ꝓgredimur uiceuerſa, & ordine reſolutorio, ab effectu ad cãm: ſic in cõſilijs adhibẽdis, qñ q̃rimus finẽ abſentẽ ꝑ media adipiſcendũ, ꝓgredimur ordine reſolutorio: ægrotus.n.q̃ deſiderat ſanitatem, in hunc modũ ratiocinatur: q̃renda eſt ſanitas: ergo uocandus medicus: purgandũ corpus, potio ſumenda: eſt ꝓgreſſus ab ultimo effectu vſq; ad ultimã cauſſam: nam q̃q̃ finis eſt prior in intentione, eſt poſterior in eſſe, & vltimus effectus. Sed ꝑgã idem planius explicare. Oportet igitur iterũ animaduertere, quod habitudo finis ad ea quæ ſunt ad finem, duobus modis conſiderari põt: uno modo, ſcdm quod finis eſt rõ & cauſſa finalis, ꝑcipua eorũ quæ ducunt ad finẽ, ſiue ſint agenda a nobis, ſiue non ſint agẽda a nobis, ut cũ reddimus rõnem & cauſſam, quare dentes anteriores ſunt acuti, uidelicet ad diuidendũ cibũ: cõſimili rõne cũ in rebus artificioſis interrogamur, quare calamus habet talẽ figurã, rñdemus, quia eſt factus ad ſcribẽdũ, & hic ꝓgreſſus eſt reſolutorius, q̃a ꝓgredimur ab effectu ad cauſſam: & uiceuerſa eſſet cõpoſitiuus. Ceterũ iſte ꝓgreſſus in inq̃ſitione cõſilij nõ inuenitur: nã in progreſſu cõſilij cõſiderãtur ea quæ a nobis ſunt agenda, uel nõ agenda: ꝓpter qd dicendũ eſt, q̃ eſt altera habitudo finis ad ea quæ ſunt ad finẽ, q̃ quidẽ addit ſupra illã priorem habitudinem, rãtionẽ aſſecutionis finis ꝑ ea quę a nobis agẽda ſunt: iuxta quã conſiderationẽ conſideratur finis vt aliquid poſterius, & uelut effectus mediorũ; conſideratur.n. ut effectus per talia media conſequẽdus. Igitur q̃ conſultat & deliberat, ſuppoſita & ſtatuta priori habitudine finis, q̃ eſt veluti principiũ de quo non eſt conſultatio, procedit ad media tãquã ad cauſſas, ꝑ quas finis eſt conſecuturus. Propter qd merito dicit D. Th. quod cõſiliũ procedit modo reſolutorio; quod hoc exemplo elucidabitur. Dom⁹ eſt finis ędificatoris: cõſultat ex q̃bus domus ſit cõſtruenda, & reſoluit & definit, qd ex lapidibus. rurſus ad lapides portandos conſultat an utatur curru, uel iumẽtis: & reſoluit & definit quod utetur curru. Ecce ĩ hac methodo, & in hoc ꝓgreſſu ſp ꝓcedi tur ab effectibus, & a fine efficiẽdo ꝑ alias cauſſas, vſque ad vltimum.

Ad argum.

Vnde ad argumentum propoſitũ dicendũ, quod progreſſus conſilij non eſt a fine, tamquã a cauſſa ꝓ ſuppoſita: n. intentio finis tãquam cauſſa cõſiliandi, ſed nõ procediturniſi a fine, quatenus per alias cauſſas eſt efficiendus. Hæc magna ex parte ex Dño Caieta. Fortaſſis D. Tho. habet faciliorem explicationẽ: uoluit.n. conſtituere diſcrimen inter ꝓgreſſum, qui in alijs cauſſis ſeruatur, quando cõparãtur ad ſuos effectus: ceteræ enim cauſſæ cõponunt ſuos effectus, & ingrediũtur ad eorũ conſtructionẽ, uel ſaltem cooperãtur; at in cõſilio adhibendo, cum deliberatio fiat de fine qui nondũ eſt, non progredimur modo compoſitiuo: finis enim qui nondum eſt, non poteſt componere, neq; cooperari ad effectuum compoſitionẽ, ſed tamẽ de eo fit reſolutio & definitio, quo modo debeat effici, & obtineri. Itaq; conſultatio tota eſt in reſolutione, non in compoſitione. *Caiet.*

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum conſilium procedat in infinitum.

SVMMA TEXTVS.

Prior concluſio.

PRior Concluſio. Inquiſitio conſilij in actu infinita non datur: nã in inquiſitione aliud ẽ principiũ propriũ in rebus agendis, & hoc eſt finis, de quo nõ eſt cõſiliũ, ſed ſupponitur ĩ cõſilio: termin⁹ aũt inquiſitionis ẽ id, qd̃ eſt in poteſtate nr̃a vt faciam⁹. Et cũ ſingularia nõ ſint actu infinita, cõſequẽs ẽ, q̃ ex parte termini cõſiliũ non procedit in infinitum: ſed ex parte principij exploratũ eſt q̃ nõ ſit ꝓceſſus in infinitũ; alioqui nũquam inciperet cõſultatio, & nũquã finem haberet. Inquiſitio ergo cõſilij nõ procedit in infinitum.

Poſterior

Poſterior Concluſio. Nihil prohibet in potẽtia cõſiliũ poſſe abire in infinitum; poſſunt enim occurrere in infinitum quæ ſunt inquirẽda, & deliberanda.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Circa totam quæſtionẽ, potiſſime de obiecto cõſilij exiſtit quæſtio difficilis, Nũ liceat cõſulere malum. Ad cuius rei explicationem ſtatuitur prima concluſio. *Num liceat cõſulere malum.*

Conſulere peccatũ, omni dubio procul malum eſt, & iniquum: tum, quoniam eſt contra proximi caritatem, quem ad malum inducimus: tum uero, quoniam tale cõſilium eſt fraudulentum: conſilia.n. impiorũ fraudulenta ſunt Prou. 12. Tum tertio, quoniam conſulere peccatum, eſt monere & inducere ad peccandũ, & cõſentire, & approbare peccatũ. Ad idẽ oſtendendũ ualet auctoritas D. Aug. ſuper Pſal. 56. e[x]ſcidantis illud uerbũ, Filij hominum, dẽtes eorũ arma, & ſagittę, & lingua eorũ gladius acutus; *Prim. conc. Conſulere peccatũ malum eſt.* *Prou. 12.* *Aug.*

tus, ſcribit Augu. occiſorem fratris eſſe qui alteri peccatũ conſulit & perſuadet. & tertio lib. de conſenſu euãgeliſtarum ca. 13. ſic inquit: Ioannes dicit Chriſtum hora ſexta fuiſſe crucifixum; Marcus vero hora tertia: ideo a Marco dictũ eſt, vt oſtenderet magis crucifixiſſe Dñm eos, quorum cõſilio crucifixus ẽ, quã illos qui in crucifigendo Dñm, ſuũ miniſterium principi exhibuerunt.

Obiectiones Prima. Contra iſtã cõcluſionẽ ſunt duo argumenta. Primum, ſi peccaret, maxime eodẽ genere peccati de quo eſt cõſilium. ſed hoc eſt falsũ. Maior patet: quia ſpecies peccati ab obiecto ſumitur. Minor probatur: nam dans ſcãdalũ in materia intemperantiæ, alio genere peccati peccat.

Solutio. Ad hoc argũ dicendum eſt primo, conſilium malum hẽt ſpeciem diſtinctam a ceteris peccatis, q̃ cõſulit: nã eſt nocere proximo in bonis ſpiritualibus, hoc vero nec eſt furtum, neque intemperantia. Sc̃do dico, videtur mihi, ꝙ ſit in ſpecie ſcandali: nã qui conſulit peccatum, ponit ſcandalum, & offendiculum fratri vt ruat. Tertio, omnia conſilia mala ſub iſta cõſideratione ſunt eiuſdem ſpeciei. Ex quo ſequitur, ꝙ qui tenent non eſſe neceſſarium in confeſſione explicare circũſtantias, niſi quæ variant ſpeciem, tenent proinde nõ oportere explicare materiã conſilij mali. Sed hæc ſula falſiſſima eſt. oportet igitur confiteri & conſilium malum, & materiam conſilij.

Secũd. obiectio. Secundum argumentum. Qui ſequitur conſilium, non peccat: ergo neque qui dat conſilium. Conſequentia inde probatur. Nam ſi peccat qui dat conſilium, eſt vel quia cõſentit in peccatum, vel quia nocet alteri: ſed ille qui ſequitur conſilium, non peccat, neque habet detrimentum aliquod: ergo qui dat conſilium, non peccat. Antecedens argumenti patet, quoniam excuſatur ignorãtia inuincibili. Hoc argumentum petit magnum dubium, an licitum ſit conſulere actum malum, quando excuſatur ignorãtia inuincibili.

Adrianus. Soto. Cuius rei difficultatẽ optime tractat Adrianus in 4. fol. 88. & in quodlibetis. fol. 30. & Soto in 4. d. 18. ubi tractat de circũſtantijs confitendis.

Solutio. Vera ſolutio eſt, quod quando quis ignorat inuincibiliter actum malum, ſi mea admonitione non poſſum prodeſſe, non teneor admonere, ſed poſſum tacere: ceterum non poſſum cõſulere actũ malum: tum, quoniam conſulere, eſt approbare: tũ vero, quoniam conſulere, eſt perſuadere, & docere, docere autẽ malum actum, non licet aliquando: hic enim habet verũ

Greg. illa regula D. Gregorij: Tutius ſcandalum oriri permittitur, quam ueritas relinquatur.

Secũd. cõcl. Licet conſulere minus malũ, ad cauendum maius. Secunda concluſio. Licitum eſt conſulere minus malum, ad cauendum maius malũ cõditionaliter: ſi decreuiſti libidinem explere, rogo te ab adulterijs ſaltẽ deſiſtas.

Syluest. Caietan. De hac materia ſunt variæ ſententiæ inter doctores, & ꝑfecto in vtramque partem diſputari poteſt. Syluest. uerbo, Matrimonium 7. §. 5. ad finem, tenet negatiue: conſentit Caiet. in 2. 2, q. 78. art. 4. & probatur ſic eſſe optimis argumentis.

Primũ arg. In primis, non ſunt facienda mala vt veniat bona, vt dicit S. Paul. ergo non eſt faciendum minus malũ, vt caueatur maius malum: ergo non eſt conſulendũ minus malum. Probatur conſequentia. Nam qui conſulit, facit & inducit.

Secundum. Secundo, non eſt licitum alteri facere minus malum, ut caueat maius malum, vt patet: ergo nec eſt licitum conſulere minus malum.

Tertium. Tertio, ſi licitum eſt alteri conſulere minus malum, licebit hoc conſilium mihi ſumere. quod aperte falſum eſt. Nam non licet mihi facere minus malũ, ut cauea maius.

Quartum. Quarto, non eſt licitum petere quod alius non poteſt ſine peccato exhibere: ſed alius non põt facere minus malum ſine peccato, vt caueat maius malum: ergo non eſt licitum hoc petere, nec conſulere.

Quintum. Itẽ, quod cadit ſub conſilio, poteſt cadere ſub præcepto; ſed implicat cõtradictionem, quod minus malum cadat ſub præcepto, quoniam ſi cadit ſub præcepto, licitum eſt; ſi vero eſt minus malum, illicitum eſt: ergo non cadit ſub conſilio.

Vltimum. Vltimo, qui vult antecedens, vult conſequens quod ſcit ex antecedente recte ſequi. Sed bene ſeqtur, eſt minus malũ: ergo eſt malum. Ruſ ergo rectiſſime ſequitur, cõſulo, & volo quod fiat minus malũ: ergo volo ꝙ fiat malũ, quod omnino illicitũ eſt.

Secunda concl. Cõtrariam ſententiam, quæ eſt ſecunda ꝓpoſitio noſtra, habet D. Caiet. in opuſcu. 17 reſponſionum, rñſione 13. dubio 3. tom. 3. & in ſua ſumma, verbo, Tyrãnis.

Caiet. Soto. Adrian. Augu. Idẽ habet Soto lib. 6. de iuſtitia & iure. q. 1. ar. 5. Adrianus in quodlib. 9. fol. 93. dicit fatuum eſſe de hac re dubitare. D. Aug. 33. q. 2. c. ſi qđ verius, dicit expreſſe, ſi decreuiſti homicidium, aut adulterium facere, adulterium cõmittas, non homicidium.

Chryſoſt. Idẽ habet Chryſoſt. homil. 26. ad populum Antiochenum, & dicit de homine aſſueto iuramẽtis, cõſulendum eſſe illi potius iurare per caput ſuum, quam per Deum.

Greg. Idem habet Greg. d. 13. c. Nerui. vbi eſt illa memorabilis ſentẽtia, Ex duobus malis, minus eſt eligendũ. Idẽ oſtenditur euidentibus rationibus. In primis, licitũ eſt, & eſt officiũ angelorũ, hoĩem adulterijs deditũ ab eis retrahere, & ad ſimplicem fornicationẽ prouocare, nõ abſolute cohortando ad fornicationẽ ſimplicẽ; ſed ſi decreuiſti explere tuã libidinẽ, ne quæſo ſis iniurius in alienã vxorem. Rurſus licitũ eſt dicere inuadenti me, & volenti me occidere, ne me occidas, ſed abſcinde manum, & hac uindicta ſis cõtentus. Certe, ſi quis velit a Petro furari rẽ maximi pretij, licitum eſt conſulere, ne tñ damnum illi inferat, & ꝙ ſit contentus eo, quod ad ſuccurrendum ſuæ neceſſitati ſufficiat: & in hoc vtiliſſime gero rẽ Petri. Præterea, tale conſilium eſt de obiecto, & fine bono, & nõ habet malam circumſtantiam: ergo licitum eſt, & ſanctum. Quod ſit đ obiecto, & fine bono, liquet: nã finis ẽ ut caueatur malum maius: obiectũ vero non eſt ut fiat minus malum, ſed retrahere hoĩem a maiori malo. Vltimo, tale cõſilium non inducit ad peccandum: non eſt ergo quare cõdemnetur. Antecedens probatur: nã ille, cui conſulo minus malum, paratus erat aut occidere, aut percutere: ergo tñ ſuadeo vt ſit contentus minori malo. Sed tempus eſt iam, vt argumenta in aduerſum poſita confutemus.

Arg ſolutio ad primum. Ad primum negatur conſequentia: nam qui conſulit minus malum, no conſulit malũ, ſed illud minus (vt vtar verbis Caietani.) Deinde qui conſulit minus malum, non conſulit minus malum abſolute, ſed condicionaliter: hoc eſt, ſi ſtatuiſti apud te interficere, vel percutere, obſecro ne occidas, & hoc tibi præbeo conſilium.

Ad ſecundum. Ad ſecundum nego conſequentiam: nã in alterius poteſtate ſitum eſt neutrum malum facere: quare ſi alterutrum facit, peccat: ceterum in conſiliarij poteſtate nõ eſt ſitum vtrumq. malum auertere, & ideo conſulit vt a maiori malo deſiſtat.

Ad tertium. Ad tertium itidem negando eſt conſequentia: nam in mea facultate ſitum eſt vtrumque malum cauere, & ideo ſi alterum eligo, peccatum eſt.

Ad quartum. Ad quartum negandum eſt, quod is qui conſulit, petat id quod alius, cui conſulit, præſtare licite non valeat: nã abſolute petit, quod a maiori peccato deſiſtat; quod vero non acquieſcat, niſi impingendo & cadendo in minus malum, ſua culpa eſt.

Ad quintum. Ad quintum dico in primis, falſum eſſe, ꝙ omne quod cadit ſub cõſilio, poſſit cadere ſub præcepto. Deinde dico, quod

QVAESTIO XV.

De conſenſu, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum conſenſus ſit actus appetitiuæ potentiæ, uel potius apprehenſiuæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Cõſenſus eſt appetitiuæ potẽtiæ. importat enim applicationẽ ſenſus ad aliquid; & quia ꝓprium eſt ſenſus quod ſit cognoſcitiuus rerum præſẽtiũ, actus autem uolũtatis eſt q̃dam inclinatio ad ipſam rem ſecundum quandam coniunctionẽ, hinc eſt, quod applicatio voluntatis ad rẽ cui inhæret, cõſenſus nomen accipit, quaſi experientiã de ea re ſumens, prout cõplaceat ſibi in ea. Intellectus aũt magis di- [illegible]

quod in caſu noſtræ diſputationis poteſt Deus præcipere homini parato vel occidere, uel percutere, ne occidat: & tunc tenebitur nō occidere duplici præcepto.

Ad vltimū. Ad vltimum iam puto me dixiſſe ſatis, quemadmodū qui conſulit minus malū, non conſulit minus malū abſolute, ſed hoc pacto, ſi decreuiſti occidere, ne quēſo occidas ſed minori iniuria ſis contētus. Itaq. non vult, ꝙ fiat minus malū: & ſic non ſequitur ꝙ velit malum. Ex hac doctrina ſequitur, nuſquam licere, conſulere mendacium, etiam ad cauendum immaniſſimum ſcelus; ſed tantum docemus, quod quando quis eſt paratus grauiſſimum facinus perpetrare, licet illi conſulere atq; perſuadere, ne tantū facinus cōmittat, ſed minori malo ſuę libidini ſatiſfaciat. Hæc de cōſilio dixiſſe ſufficiat.

Concluſio

EXPLICATIO ARTIC.

CONcluſio huius articuli videtur cōprobari ex illo Ro. 1. (**Rom. 1.**) Digni ſunt morte nō ſolum, qui faciūt, ſed qui conſentiūt facientib. & 1. Cor. 7. (**1. Cor. 7.**) Nolite fraudare inuicē, niſi forte ex cōſenſu. Certe ſentire, cognitionis eſt, vt uidere ē in illo Ro. 12. (**Rom. 13.**) idipſum ſentiētes, & ad Phil. c. 2. (**Phil. 2.**) vnanimes idipsū ſentientes. Verū conſentire, ē cū alijs ſentire, & ī aliorum ſententiam deſcendere. (***Concluſio***) Proprium autem eſt voluntatis applicare ſe ad opus, & ferri in res, prout sūt a parte rei. Merito ergo illa cōplacentia, & approbatio mediorum, uoluntatis conſenſus appellatur. Verū vero conſenſus re ipſa ab electione diſtinguatur, quæſtio ē, quæ non magnam prę ſe fert vtilitatē. & ideo prætermittēdā cēſui, ut ad difficiliora, & utiliora trāſeamus.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN rebus clariſſimis detinere diſcipulum aut lectorē, hoīs eſt otioſi, & nō quærētis verā diſcipulorum utilitatē, quib. ego oēs meos labores cōſectaui, & addixi. Igitur in hoc articulo nihil eſt, qd nos detineat, niſi fortaſſis uelit quis in diſputationē reuocare, utrū in amētib. & pueris, atque adeo in ſomniātibus ſit cōſenſus uoluntatis: nā certe apparet ꝙ approbāt unū ex multis, & ꝙ reprobent. & diſſentiant, & ꝙ cōſentiāt rogātibus. Nihilominus dicendū arbitror, ꝙ in eis cōſenſus nō inuenitur, non certe magis quā in brutis; nā ſi uera ſunt quę ſuperius adduximus, in ſuis operib. prędicti mouentur ex inſtinctu & impetu naturæ, quēadmodū & bruta: & ſic non hāt actus liberos: nec poſſunt agere & nō agere, ſed neceſſario agunt. Recolite ea quæ dicta ſunt ſuperius de iſtorum libertate.

EXPLICATIO ARTIC.

Quo modo cōſenſus in mortale peccatum ſit rationis ſuperioris. IN hoc articulo oſtēdit D. Thomas, quemadmodū conſenſus in actum peccati mortalis, ſit rationis ſuperioris. Pro cuius declaratione obſeruādū eſt, ꝙ de ratione ſuperiori: & inferiori, diſſerunt Theologi ī ſecūdo: diſtinct. 24. D Tho. prima parte (**D. Thomas**) quæſtione 79 artic. 9. Illud etiam obſeruādū eſt, ꝙ hic modus loquēdi, quē habet D. Thomas, ſumſit initium ex Diuo Auguſtin. 12 de Trinitate, capitul. 12. (***Concluſio***) ſcribit .n. Auguſt ꝙ ī quocūq; peccato (**Aug.**) inueniūtur tria, ſicut ī illo antiquo parētum peccato fuit ſerpens, fuit mulier, atq; vir Sēſualitas quę ſuadet nos inordinato affectu, habet locū ſerpētis; ratio inferior, hēt locū mulieris; rō ſuperior, locū viri. Rurſus ſenſualitas ꝙ ſit diſtincta potentia a ratione, (**Senſualitas.**) certū eſt: nā ſenſualitas eſt appetitus ſenſitiuus, quatenus anteuertit rationē deliberantē. Ceterū ratio e ſt idē cū potētia intellectiuā noſtra, quæ dicitur intellectus, quatenus aſſentitur primis principijs p ſe manifeſtis. Vocatur vero ratio, quatenus ex primis principijs deducit cōcluſiones p ratiocinationē, & diſcursū. (**Ratio.**) Ceterū ratio ſuperior & inferior, nō ſūt diſtinctæ potētiæ: ſed dicitur ratio inferior, q̄ cōſiderat rationes humanas, & inferiores; Ratio vero ſuperior, q̄ cōſiderat rationes diuinas, & ſuperiores. Ratio ſuperior dicit, hoc nō eſt agēdū, quia diſplicet Deo: ratio vero inferior, hoc non eſt agendū, quia turpe, quia incōmodū. (**Ratio ſuperior & inferior.**) Eſt etiā alia differentia inter rationem ſuperiorem, & inferiore, quod ad

citur aſſentire: nō enim tēdit ad ipſam rē, ut uoluntas: quāuis vnū pro alio poni ſoleat. Sed hic obſeruet Theologus, quod eſt mendum in littera D. Thomæ: nam vbi legitur, ꝙ actus appetitiuæ virtutis eſt inclinatio ad ipſam rē ſecundum quādam ſimilitudinem, uera lectio ſic hēt, ſecūdū quādam coniunctionem; & ſic nos reſtituimus verā lectionem, quam habemus ex D. Tho. ſolutione ad tertiū, vbi repetens eadem uerba, poſuit coniunctionem.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum conſenſus proprie in brutis inueniatur.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt negās. Nam bruta non habent in ſua poteſtate motum appetitiuum, ſed talis motus eſt in eis ex inſtinctu naturæ: conſenſus vero non ſolum importat determinationem paſſiuā, ſed magis actiuam: vnde proprium eſt rationalis naturæ cōſentire. Rōnalis .n. natura hēt in poteſtate ſua appetitiuū motū, & pt ſe applicare, vel non applicare ad hoc, vel ad illud.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum conſenſus ſit de fine, vel de ijs quæ ſunt ad finem.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt. Conſenſus pprie nō eſt de fine, ſed de his quæ ſunt ad finem, ſicut & conſilium: nam conſenſus ſi ē de vltimo fine, in quē naturaliter tendit appetitus; voluntas dicitur: vnde cōſenſus proprie eſt de his, quæ ſunt ad finē. Et differt ab electione, quia electio addit ſupra cōſenſum quandam relationē, reſpectu eius, cui aliquid præeligitur: nam cōtingere pôt, quod per conſilium inueniātur plura ducētia ad finem: quorum dum quodlibet placet, cōſentitur in quolibet eorum: ex multis autē, quæ placent, dum vnum præ alijs eligitur, electio ē. Quare ſi vnū ſolū inueniatur quod placet, non differunt conſenſus & electio, niſi ratione.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum conſenſus in actum pertineat ad rationem ſuperiorem.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt affirmatiua. Nam conſēſus in actum, eſt finalis ſentētia de agendis: finalis uero ſententia, ſemper pertinet ad rationem ſuperiorem: nam quādiu reſtat iudicandum quod proponitur, nondum finalis datur ſententia. Vnde conſenſus in actum, ad rationē ſuperiorem ſpectat, ſecundum quod in ratione voluntas etiam includitur.

ad rationem ſuperiorem pertinet vltimũ iudicium, & finalis ſententia: ad rationem inferiorem pertinet vltimũ iudicium imperfectum, & indeliberatum.

Illud etiam aduertẽdũ eſt, ꝙ qñ delectatio noxia, & culpabilis incipit, ea habet locum ſerpentis, quæ ſuo inordinato aſpectu ſollicitat ad peccandum: deinde ratio inferior conſiderans rationes humanas, & ad vltimum non ſe extendens, paululum immoratur in reb. iudicandis, & tũc eſt veluti Eua, quæ perſuaſa a ſerpente incepit edere de ligno vetito: non tñ adhuc eſt conſumatum peccatum, ſed eſt peccatum ueniale: at uero qñ ratio ſuperior, cuius eſt vltima ſnĩa, conſentit, conſumatum eſt peccatum mortale, & aſſimilatur primo parenti, qui ſuo cõſenſu perpetrauit illud graue peccatũ, ratione cuius eiectus eſt de Paradiſo. Iſtũ progreſſum peccandi explicat optime Iacobus c. 1. cum inqt: Vnuſquiſq; tentatur a cõcupiſcentia ſua, abſtractus, & illectus; cõcupiſcẽtia uero cũ cõceperit, parit peccatũ: peccatũ cũ cõſumatum fuerit, generat mortem.

Iac. 1.

Vltimo ſciendum eſt, ꝙ conſenſus in mortale peccatũ ſemper pertinet ad rationem ſuperiorem, ſaltem negatiue, & imputatiue: nã ad iudicem ſuperiorem pertinet reuocare ſententiam inferioris, ſi iniuſta eſt; alioqui culpa in iudicem ſuperiorem reducenda eſt. Ex hoc patet, quo modo conſenſus in delectationem moroſam, pertineat ad rationem peccati mortalis, licet ratio ſuperior non cõſentiat directe, & poſitiue: de qua re diſputatur infra, quæſtione ſeptuageſimaquarta. art. 7.

Quid ratio humana ſit, quid etiam diuina.

Sed dubitatur, quid intelligendum ſit per rationes humanas, & inferiores, quas ſequitur inferior; quid per diuinas, quas ſequitur ratio ſuperior. In huius dubij explicatione multi multa dicunt: ſed nobis videtur dicendum, ꝙ quantum colligitur ex Diuo Auguſtino, & Diuo Thoma, ratio inferior eſt, quæ ꝓcedit ex aliquo principio, vel humano, vel temporali, non deliberãdo cũ lege diuina, ſiue naturalis ſit, ſiue ſupernaturalis, ſiue illud principium iudicetur conueniens pp ſenſualitatẽ (quod fere ſemper cõtingit) ſiue propter honorẽ, vel vtilitatem aliquã tẽporalem: vt cum venit inimicus obuiam, ſtatim hæc ratio ſeſe offert, Bonum eſt ſuperare malũ meũ; ergo inimicus eſt occidendus. Sed hãc ratiocinationẽ cõficit ratio inferior, quæ ſumitur ex amore ꝓprij cõmodi, qđ nobis volumus.

Aug. D. Tho.

Sed confeſtim conficitur alia argumentatio ex principio æterno, Melius bonum eſt obedire Deo, & malum maius Deo non ſubijci, ſed occidendo inimicum, facio contra legem Dei: ergo non eſt occidendus inimicus. Hæc eſt probatio rationis ſuperioris. Hinc ſequitur, poſſe cõtingere, ꝙ ratio ſuperior, & inferior non ſibi cõtrarientur, vt ratiocinatur aliquis ex appetitu cibi; Nunc comedendũ eſt, anteq̃ aduertat, legi diuinæ ſit conſentaneũ, nec ne: poſtmodum ratio ſuperior, conſulens leges ſuperiores, aduertit id eſſe conſentaneũ legib. æternis, tũc ratio inferior, & ſuperior conſentiunt, & in idem conſpirant; at ſi eſſet prohibitũ comedere, quia eſt dies ieiunijs conſecratus, ſi rõ ſuperior conſentiret, imputaretur ad peccatum. Ex dictis etiam ſequitur, ꝙ non in omni peccato noſtro ſenſualitas habet rationem ſerpentis, ſi nomine ſenſualitatis intelligatur appetitus ſenſitiuus: nam põt contingere, vt homo peccet ex amore alicuius boni, qđ per ſenſum non apprehenditur, ac proinde ab appetitu ſenſitiuo non expetitur: vt cum aliquis mentitur pp appetitum honoris, bonum enim honoris tantum mente percipitur: ſed quia vniuerſa bona temporalia, etiam honorifica, ortum & originem trahũt ex ſenſibilibus, poſſumus nomine ſenſualitatis intelligere oẽm appetitum boni temporalis. Ex his diſcere poteſt Theologus, q̃ ſint rationes humanæ, quas ſequitur ratio inferior; quæ uero diuinæ, quas ſeqtur rõ ſuperior.

Quo pacto conſenſus ꝑtineat ad rationem ſuperiorem.

Dubitatur ſubinde, quo modo Diuus Thomas intelligat, ꝙ conſenſus pertineat ad rationem ſuperiorem; an ꝙ non poſſit eſſe conſenſus ſine ratione ſuperiori, vel quod non debeat eſſe conſenſus? Reſpondeatur primo, ꝙ non debeat eſſe conſenſus, licet poſſit eſſe, ſi eſt malus conſenſus, vt interficere uxorem, interficere inimicum. Secũdo, intelligit Diuus Thomas, quod ſi quis per rationes humanas, antequam poſſit per rationes ſuperiores, conſentiat, nõ eſt perfectus conſenſus. Demum intelligit Diuus Thom. quod in agendis, voluntas non debet conſentire, niſi conſultis rationibus ſuperioribus; & ſi cõſulat, & cõſentiat peccato, imputatur ei ad peccatũ; ſi conſentiat, & non conſultat, etiam imputatur ei, quia non conſulit, cum commode poſſet.

Explicatur ſolutio.

In ſolutione primi argumenti aſſerit Diuus Thomas nonnulla, quę expoſitione accurata ſunt indigna.

Ad primum Pri. aſſertũ.

In primis aſſerit, quod conſenſus in deliberationẽ operis, ad rationem ſuperiorem pertinet ſicut cõſenſus in ipſum opus: de quo minime poteſt eſſe dubium.

Sec. aſſer.

Deinde aſſerit, quod conſenſus in delectationem cogitationis, pertinet ad rationem inferiorem, ſicut ad illam pertinet cogitare.

Ter. aſſer.

Præterea inquit, quod de eo, quod eſt cogitare, vel non cogitare, in quantum conſideratur ut actio quædam, pertinet ad rationem ſuperiorem de ea ſententiam pronunciare, ſicut de delectatione conſequenti.

Quar. aſſer.

Addit inſuper, quod in quantum cogitare vel non cogitare, ordinabitur ad alterã actionem, ſic pertinet ad inferiorem. Hæc omnia in hac breui reſponſione aſſeuerat D. Thom. quæ omnia (excipio primum, quod indubie verum eſt) magnam dubitationem habent.

Dubium. An conſenſus i delectationẽ cogitationis ſit rationis ſuperioris.

Nã conſenſus in delectationem cogitationis, aliquãdo eſt peccatum mortale: ergo pertinet ad rationem ſuperiorem. Conſequentia inde probatur, quia peccatum mortale non eſt ſine conſenſu ſuperioris rationis, & ſine finali ſententia. Hoc argumentum impugnat ſecũdũ aſſertum.

Argum. Arguitur cõtra aſſertũ Auguſt.

Sed tertium aſſertum ſic impugnatur: Nam quando qs vult delectari in cogitatione operis, abſque propoſito faciẽdi opus, immo habens propoſitum numquã perpetrãdi opus, tunc cogitatio accipitur ut actio quædam eſt, nõ ad alios opus ordinata; nihilominus tamen, talis delectatio pertinet ad rationem inferiorem, ut uidetur aſſerere Diuus Auguſt. lib. 12. de Trinitate, c. 12. Tunc (inquit) ſic ſentiendum eſt, atque ſi ſola mulier comederet.

Argu. cõtra quartum.

Sed & ultima ſnĩa D. Tho. vera non uidetur. Nam ordinare cogitationẽ, vel delectationẽ cogitationis ad aliam actionẽ, eſt rõnis ſuperioris: nã ad ducẽ pertinet ordinare pugnã militis ad uictoriã: ergo ſi cogitatio accipiatur vt ad aliã actionẽ ordinata eſt, ad rõnem ſuperiorẽ ptinet, non ad inferiorem, cuius contrariũ aſſerit D. Tho. Ab his difficultatibus facillime ſe expediebat doctiſſimus Vict. aiebat namq; quod conſenſus in delectationem cogitationis, eſt circa minima, quæ nõ tribuitur ſuperiori rõni, qñ ſimul multa occurrunt: delectatio. n. in cogitatione, uel in re, qñ eſt cogitata, eſt præambulũ ad opus, & ſic qñ accipitur vt præambulũ, non accipitur vt præcipuũ opus; ſecus autem eſt, ſi per ſe capiatur, & conſideretur, ſicut humana actio: uel forte intelligitur, ꝙ delectatio in cogitatione, ẽ quodãmodo naturalis, & ſine deliberatione, & ſic nõ cõſideratur ut principalis, niſi qñ eſt deliberata. Hęc Vict.

Victoria.

Sed Dñs Caiet. profunde & acute rem cõſiderans, alia uia pgit: dicit. n. ꝙ cogitatio tũc habet rõnem ultimi operis, & præcipui, qñ ſumitur vt eſt cognitio veri, ueluti eſt cognitio ſciẽtifica, vel cõſideratio opis artificioſi; tũc uero cogitatio conſideratur, ut ordinata ad aliud, qñ cogitatio operis ſuſcipitur pp affectum ipſius operis, in quatũ opus perpetrãdũ eſt, uel perpetrari poterit, tametſi hõ habeat propoſitum non perpetrandi illud: & talis eſt conſenſus in delectationem cogitationis moroſæ, de qua in ſequentibus copioſe diſſerẽdum eſt. Vt uero hæc res facilius explanetur, adhibebo exemplum accomodum. Cogitat Petrus quõ poſſit occidi Ioannes, non quia ſibi inuiſus eſt, ſed potius eſt amicus, & delectatur in illa cogitatione pp ĩduſtriã artis excogitatæ: idem cogitat Paulus, ſed qa Ioannes ſibi eſt inimicus, cogitat cum affectu ad opus cogitatum, & in eo conquieſcit, & delectatur, tametſi ppetrare homicidiũ nõ intẽdat. In tali caſu, cogitatio Petri, & delectatio in cogitatione, hẽt rõnem ultimi, & cuiuſdã actionis humanæ ſm̃ ſe conſideratæ: nec eſt peccatum homicidij conſentire in talem cogitationem, & delectationem; at cogitatio Pauli in conſimili caſu, eſt ut actio ſm̃ ſe ordinata ad aliam actionem, & eſt peccatum conſentire in talem delectationem: eſt enim conſentire in homicidium ut perpetrabile, quamuis non vt re ipſa perpetrandum.

Caiet.

Sol. arg. cõtra ſecundũ aſſertum.

His conſtitutis, ad argumentum contra ſecundum aſſertum dicendum eſt, quod pertinere ad rationem ſuperiorem,

rem contingit dupliciter: vno modo explicite, & expreſſe, alio modo implicite, qñ ratio ſuperior non diſſentit, cum diſſentire tenetur, & poteſt, ut D.Th. explicat hic in ſolutione ad tertiũ: dicit enim, quod ut rõ ſuperior dicatur conſentire, ſufficit ꝙ non diſſentiat, & non cõſulat rationes æternas. & hæc eſt finalis ſentẽtia. ꝓp quod cõcedo, ꝙ in tali caſu cõſenſus in delectationẽ ꝑtinet ad rõnẽ ſupiorẽ interpꝛtatiue.

Ad argum. cõtra tertiũ. Ad aliud argumentum cõtra tertium aſſertũ dico, quod ſi homo delectatur ĩ cogitatione ꝑ ipſum op⁹, ad qd afficitur, iã cogitatio accipitur ut eſt ordinata ſecũdum ſe ad opus. neq; D. Tho. nec D. Aug. intelligẽdi ſunt in tali caſu, qñ dicũt: Tũc ſentiẽdũ eſt atq; ſi ſola mulier comederet; ſed ſunt intelligẽdi, quando ipſa ratio ſuperior neq; cõſentit expreſſe, nec interpretatiue, quia nondum potuit aduertere, neque cõſulere leges æternas: at ſi ratio ſuperior ſciens & uidens quod placeat rationi inferiori, permittit illam concupiſcere, iã ipſi rationi ſuperiori imputabitur: nam eſt illi uoluntaria indirecte: tenetur enim compeſcere eam, & nõ compeſcit.

Ad arg. cõtra quartum. Ad ultimũ dicendũ eſt, ꝙ cogitatio, aut delectatio cogitatiõis, quãquã de ſe ordinatur ad opus qđ ſequtur ex cogitatiõe, nõ ẽ cõſequẽs, ꝙ rõ inferior, uel ſuperior ſp ordinetur ad opus. Quẽadmodũ æſtimatiua bruti circa obiectũ ſibi cõueniẽs ordinatur ad opus, etſi brutum ipſum nõ ordinet, ita ſunt in nobis quædã cogitationes, quæ nõ ſunt ꝑp ſe, ſed ꝑp aliud: & de hmõi cogitationibus intelligit D.Th ꝙ eſt rõnis inferioris habere actum expſſum circa illas, cõplacendo in illis, ꝑriuſquã ſuperior rõ aduertat, & cõſentiat expreſſa conſenſione, uel ĩterꝑtatiua. Sed hęc dicta ſunt ꝑ altiſſimas tenebras. ſatius puto recurrere ad explicationes doctiſſimi Victoriæ, uel expſectare harũ terũ copioſũ tractatũ infra q.74.

QVAEST. XVI.

De vſu, in quattuor articulos diuiſa.

De hac re diſſerunt Theologi in 1.d. 1 vbi Magiſter ſententiarum interſeruit tractatũ de fruitione, et uſu, docetq; quibus rebus ſit fruendum, quibus utendum

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum vti ſit actus uoluntatis

SVMMA TEXTVS

Prior cõc. Prior Concluſio. Vti, eſt actus uoluntatis primo & principaliter, tamquam primi mouentis, intellectus tamquam dirigentis; aliarum vero potentiarum, tamquã exequentium ſuas operationes.

Poſterior Poſterior Concluſio. Vti, proprie eſt actus uoluntatis. Probationes ſic procedunt. Nam uſus alicuius rei, applicationem illius ad aliquam operationem importat, ut equitare eſt uſus equi: ſed uoluntatis eſt applicare vniuerſas potentias ad ſuas operationes: ergo vti, eſt actus voluntatis, tamquam primi mouentis; rationis verò tamquam dirigentis; aliarũ vero potentiarum tamquam exequentiũ: habent nãq; ſe ut inſtrumẽta ad principale agẽs.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum conueniat brutis uti.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio Concluſio eſt negans. Nam vti, eſt applicare potentias ad operandum, quod non eſt niſi eius, qui ſcit referre aliquid in alterum, & habet ſuper illud arbitrium, quod ad rationẽ pertinet. Ex quo ſequitur, quod ſolum natura rationalis conſentiat, & vtatur.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum uti ſit vltimi finis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans. Nã vſus eſt eius rei quæ applicatur ad aliquid: ſed & quæ ſunt ad finem, applicantur ad aliquid, & finis vltimus eſt ad quem omnia referũtur: vnde vſus eſt eorũ quæ ordinantur ad finem; frui autẽ eſt vltimi finis. Aliquid tamẽ dicitur vltimus finis, nõ ſimpliciter, ſed in aliquo genere: & de illo poteſt eſſe vſus, in quantum ad finem ſublimiorem refertur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vſus quid. Soto. Qvid ſit Vſus, a nemine fere explicatur. Doctiſſimus pater Soto aiebat, ꝙ quẽadmodũ fruitio eſt actus intellectus, & per illã uolũtas dicitur frui: ſic uſus eſt actus proprius aliarũ potẽtiarũ, & per illas volũtas dicitur uti: ut uti oculis, nihil aliud eſt quã uidere oculis: uti intellectu, eſt intelligere ꝑ intellectũ.

Aliarum placitum. Alij vẽ, ꝙ uſus ſit actus exterior. & colligũt ex uerbis D.Th inquit. n. ꝙ eſt ceterarũ potentiarũ ut exequẽtiũ, & ꝙ actio tribuitur principali agenti, nõ inſtrumento: Clarum eſt ꝙ intelligit de actione exercita per inſtrumentũ. quæ eſt actio exterior: immo expſſe dicit, ꝙ equitare, eſt uſus equi; & percutere, eſt uſus baculi.

Propria ſententia. Duplex uſus Sed ut intelligatur, quid ſit uſus, ſcire oportet, ꝙ uſus eſt duplex: actiuus, q explicatur hoc uocabulo, vti; & paſſiuus q̃ explicatur hoc uocabulo, uſus. Vſus actiuus ſine dubio eſt uoluntatis: nam uoluntas hẽt in officio applicare oẽs potẽtias, tũ interiores, tũ exteriores ad ſuas opatiões. Vſus uero paſſiuus eſt actus uolũtatis, ut imperantis: eſt aũt elicitus ab alijs aĩæ potẽtijs: uſus. n. intellectus, eſt ĩtelligere, ſicut uſus calami, ẽ ſcribere. Itaque Theologus aĩaduertat dñiam inter uti. & uſũ: ut uti ſit applicare; uſus uero ipſa applicatio: ut uti gladio, eſt applicare ad ſcindendũ; uſus uero, ipſa ſciſſio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Concluſio Ex hoc articulo, & eius definitione colligunt Theologi, & efficaciter quidem, quod nulla res, præter naturã rationalem, ſiue ĩtellectualem, proprie dñiũ rerum habeat. Nã dominium eſt facultas vtendi re pro arbitratu domini; at nulla res præter naturã rationalem, habet facultatem utendi: ergo nulla, præter naturam rationalem, dominium rerũ habet. Verum uero amentes & pueri habeant dominium & facultatem vtendi, quæſtio eſt, quæ inueſtigatur ex profeſſo in materia de dominio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quod ſit obiectũ uſus ſent. Magi. Aug. Qvod ſit obiectũ uſus, explicãdũ eſt, nã de hoc multa in diſceptationẽ uocãt Theologi in 1. ſenten. d. 1. quo in loco cõmemorat Magiſter ſnĩarũ duo axiomata celebratiſſima ex D. Aug Summa (inqt) peruerſitas eſt uti fruendis, q̃ ſunt beatiſſimæ pſonæ ſanctiſſimæ Trinitatis, q̃ unus Deus ſunt. Inſup ſumma puerſitas eſt frui utendis, q̃ ſunt uniuerſæ creaturæ. Ex qbus ſmijs, q̃ in ore oĩum circũferunt, liqdo cõſtat, ꝙ obiectũ uſus non ſit ultimus finis, ſed id qđ cõducit ad finis ultimi cõſecutionem: qꝗ nõ oĩno ꝑſpicuũ eſt, qđ velit D Aug. eſſe uti fruendis. Deus. n. ſũmus nõ ſe dat utendũ, neq;, ut mediũ utile ad aliũ finẽ referri põt. qđ eſt ergo fruendis uti? Re uera q ſacramenta diuina ꝑtio uendit, & ea ueluti ꝑtio cõmutabilia exiſtimat, ſicut Iudas ꝓditor uendidit Chrm̃, utitur fruendis. Similiter q aĩo ſtatuerat Deũ colere, tꝑalia ſperãs cõ-

Vti fruẽdis quid.

moda,

modo, ita ut ſummũ bonum referat ad bona non ſumma, id quod ẽ ordinẽ naturæ euertit, qui eſt, ut minora bona ſi. vniuerſæ creaturæ, ſint pp creatorẽ, hic utitur fruẽdis, & in magnam peruerſitatẽ incurrit; qui uero pretio conductus ſacra peragit, nõ in pretio ſuã beatitudinem collocans, ſed ex ope re ſuo pretio utens, hic nõ utitur fruẽdis. Sic explicãt quidã claritatis amatores D. Aug. ſed re uera ſola D. Aug. ampliorẽ habet explicationẽ, nempe, quod qui peccat mo taliter, in uniuerſum vtitur Deo, & fruitur creatura, quia cõſtituit vltimũ finem in creatura, & nõ habet Deum pro vltimo fine. Quo aũt hoc verũ ſit, explicatũ dedimus ſupra q. 1. Sed ſi quæratur, qd ẽ frui

Frui utendis quid.

vtendis? hoc explicant quidam Doctores exemplis adhibitis. Hi oẽs fruuntur vtendis, quos Pau. ad Rom. ſcribẽs cõmemorat, qui creaturas coluerunt tamquã Deos, quales ſunt idolatræ vniuerſi: hi. n. ſuũ collocant bonũ in bono creato, & illo fruuntur perinde atq; ſi eſſet ſummũ bonũ, cũ alioqui creatũ ſit ad ſummi boni laudẽ referendũ. Sed numquid qui ſuæ voluptati obſequẽs transgreditur diuinã legẽ, vtitur fruẽdis? quod ſi ita eſt; concedis ſubinde fornicationẽ, vel ſimplicẽ, ſũmã peruerſitatẽ eſſe, idẽ inferri licet de furto, & id genus criminibus, quæ ad ſũmã peruerſitatẽ non attingunt. Qd hoc ſit concedendũ, patet. Nã auctore D. Aug. vti fruendis ſumma peruerſitas eſt.

D. Aug.

Vt hoc incõmodũ effugiant quidã noultij Theologi, ſic diſtinguant, vt dicant, non oẽs, qui peccatũ mortale committunt, frui utẽdis, ſed eos ſolũ, qui in crimine ſuo beatitudinẽ, & ſũmũ bonũ conſtituunt: ut qui in uoluptate, vel pecunijs, vel honoribus felicitatẽ ſuã eſſe conſtitutã credant: hi utiq; utendis fruuntur, ut cõſtat ex D. Aug. li. 1. de doct. Chriſt. c. 33. Hoc ipſũ Paul. confirmat, cũ dicit de hominibus plus nimio uentri deditis, quorũ Deus uẽter eſt: & de auaritia dicit, quod eſt idolorũ ſeruitus. Ceterũ qui non amat pecuniam, uel uoluptatẽ, vt ſummum bonũ ſuum, ſed furatur, ut ſibi conſulat, aut ſuam leuet indigentiã, non ſummæ arguendus eſt peruerſitatis, neque vtendis fruitur.

Aug.

Propria ſententia. Peccãs mortaliter utendis fruitur.

Ego uero diligenter conſiderans ſententias D. Aug. & ſanctorum Patrum ſic decerno. Oẽs homines, qui peccatum mortale committunt, utendis fruuntur; nã in creatura conſtituunt vltimũ finem ſuũ, & amãt creaturã plus, quam Deum: quod grauiſſimis argumentis cõfirmatũ eſt ſupra q. 1. ex quo loco petenda ſunt ea, quæ ſũt huic ueritati ſtabiliendæ, confirmandæq; neceſſaria: nos ad alia progrediamur. Verũtamen antequam hanc diſcedamus, obſeruet Theologus quod D. Aug. ſcribit lib. 83. qõnum, q. 30. Deo, inquit, nemo vtitur. ſed addit D. Th. quod fine ultimo, & Deo ipſo quodãmodo utimur in noſtrum cõmodũ, vt Deum poſſideamus, & Deo fruamur. Hoc affirmat D. Aug. multis locis, nominatim 6. de tri. ca. 10. & 10. li. de tri. c. 11. & D. Hilar. li. 2. de tri. paulo poſt principium.

Aug. D. Th. ſola. Aug. Hilar.

Argu. prim. contra hoc vltimum.

Sed hoc ultimũ aſſertum vr falſum: nam ſi utimur Deo ad noſtrũ commodũ, ergo referimus bonum infinitum, ad bonũ finitum, quod peruerſum eſt.

Secundum.

Rurſus ſequitur, ſi utimur Deo, quod Deus abſolute nõ ſit finis noſter ultimus: nã ultimum, qd ea ſpectamus de Deo, eſt aliquid creatum, nempe poſſidere illũ, & de eo habere fruitionẽ.

Tertium.

Vltimo ſequitur ex iſto mõ dicendi, quod beati in patria cæleſti non diligant Deũ amore amicitiæ; ſed amore cõcupiſcentiæ: nã amãt illũ pp ſuum cõmodũ, & ad hoc bonũ utuntur Deo.

Solutio. Auguſt.

Pro explicatione huius qõnis eſt primũ dictum, quod hæc ſententia D. Th. eſt D. Auguſt. & D. Hilar.

ART. QVARTVS.

Vtrum vſus præcedat electionem.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Vſus aliquãdo præcedit electionem, aliquãdo ſubſequitur: precedit quidẽ, inquantum volũtas applicat intellectũ ad cõſultãdũ, & deliberandum, ex quo ſequitur electio; ſubſequitũ vero, ĩ quãtũ applicat potẽtias ad executionẽ opis ẽlecti. Sed hæc de ſe perſpicua ſũt.

Secundo dico, quod hæc ſola poteſt habere duplicem commẽtarium: vnus eſt, quod utamur Deo ſic, quod referamus illũ ad aliũ ultimũ finem: & hic ſenſus eſt hæreticus: dicit. n. Aug. lib. 83. quæſtionum, q. 30. quod ſumma peruerſitas eſt vti re fruenda, i. vltimum finem ad alium finẽ ordinare tãquã mediũ. Secundus cõmentarius eſt, quod utimur Deo quodãmodo in hoc ſẽſu quod diligimus Deũ non tantũ pp ſe, ſed etiam pp cõmodũ noſtrũ, qd inde deriuatur; & ſic ſeſus eſt veriſſimus, in quo loquitur D. Aug. & D. Th. Itaq; beati diligũt Deũ amore amicitiæ puriſſimo: nã ſe, & oĩa ſua referũt ĩ Deũ, & ſunt parati pdere ſe, & oĩa ſua pro Deo, ſi res poſtulauerit.

Concluſio

Hunc puriſſimum amorẽ explicat Paulus ad Rom. 8. cum inquit. Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? &c. certus ſum, quod nec mors, nec vita, &c. Cum hoc tamen dico, quod beati diligunt Deum amore concupiſcentiæ, qui amor in ſuo genere eſt perfectiſsimus; nam diligunt illum, vt proprium bonum.

Rom. 8.

Ex hoc poteſt intelligi diſcrimen inter caritatem, & ſpem: nam caritas amat Deum amore amicitiæ propter ſeipſum, qui amor puriſſimus eſt; ſpes vero amat Deum, ut bonum proprium, ut habeat, & poſſideat illum; & ideo eſt amor concupiſcentiæ inferior caritate, ſed in ſuo genere præſtantiſſimus.

Spei & caritatis diſcrimen.

QVAEST. XVII.

De imperio, in nouem articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum imperium ſit actus rationis, vel uoluntatis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Imperare, eſt actus rationis, præſuppoſito actu voluntatis. Quam concluſionẽ vt probet

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrũ vſus diſtinguatur ab electione, diſputant Theologi. & quod non diſtinguatur, ſic ſuadetur. Nam electio efficax ſufficit ad operãdũ. ergo ſuperfluũ eſt ponere aliũ vſum volũtatis.

Vtrum uſus ab electione diſtinguatur. Prim. argu.

Deinde, ſi eligo ego efficaciter mouere manum ad ſcribendum, continuo ſequitur opus. ergo non eſt neceſſarius alius actus in uoluntate.

Secundum.

Vltimo, iſte uſus voluntatis, uel eſt circa finem, uel circa media; non circa finem: ergo circa media: ergo electio erit.

Tertium.

Propter hæc argumẽta quidã Theologi reprehẽdũt D. Th. quod ſine cã multiplicet actus uoluntatis. Pro explicatione tñ dico primo, quod licet ex electione neceſſario ſequeretur vſus uoluntatis, non eſt conſequens, quod non diſtinguatur ab electione; nã ex intẽtione efficaci finis, neceſſario ſequitur electio medij neceſſarij, ſicut ſupra dictum eſt: inde tamen non eſt conſequens, quod electio ab intentione non diſtinguatur.

Solutio.

Secundo dico, mihi certiſſimum eſt, quod electio diſtinguatur ab uſu uoluntatis. Pro quo notandus eſt progreſſus rationis in rebus agẽdis. In primis ægrotus uult ſalutem, quæ eſt ſimplex uolitio finis. Deinde uult ſalutẽ acquirere p media; & hæc uolitio ẽ intentio finis. Tertio, intellectus conſultat de mediis cõuenientibus. Quarto, uoluntas exigit unum medium præ altero. & in hoc completur rõ electionis. Quinto, eſt imperiũ efficax intellectus, quo dicit, fac hoc, ex quo ſequitur vſus voluntatis, & applicatio ad operandũ: ſi tñ volũtas conſequitur finẽ præoptatum, fruitio eſt. Ex quo diſcurſu manifeſte patet, quod uſus diſtinguatur ab electione.

Progreſſus rationis in rebus agen.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Multi auctores arbitrantur iſtũ actũ pei piẽdi ſuperfluo eſſe excogitatũ a D. Tho. de quorũ numero eſt Almoyn in ſuis moralib. tractatu 3. c. 2. & citat alios auctores, idẽ ſentientes. Scotus in 2. d. 6. q. 1. & in quodlib. q. 17. obſcuriſſime loquitur de

hac materia, & admittit hoc imperium animæ noſtræ. ſed refert illud ad voluntatem. Almaynus vero ſic probat ſuũ placitum. In primis, in intellectu non eſt niſi ſimplex apprehenſio, compoſitio, vel diuiſio, & diſcurſus: at nullum illorum eſt imperiũ, ergo imperium non eſt intellectus.

Primũ arg.

Secundum. Deinde, vniuerſa notitia intellectus, vel eſt apprehenſiua, vel iudicatiua. ſed imperiũ non eſt notitia apprehenſiua: oĩs.n. notitia apprehenſiua, quæ eſt in ſuperiori, poteſt eſſe in inferiori, ſed in inferiori nõ eſt imperiũ: ergo neque in ſuperiori. Idem argumentũ demonſtrat, quod notitia iudicatiua non ſit imperium.

Tertium. Præterea, poſito iudicio intellectus, poſſumus habere electionem, & operis executionẽ: ergo ſuperuacaneum eſt ponere aliũ actum præcipiendi.

Quartum. Ad hæc, uoluntas eſt regina, quæ habet efficacia ad imperandum vniuerſis potentiis: reſpicit n. ultimum finẽ, & habet in officio applicare omnes vires animæ ad operandum: ergo ſi imperium eſt, ad voluntatem eſt referendum, non ad intellectũ. Certe D. Th. in multis locis ſuæ doctrinæ aperte docet, ꝙ uoluntas imperat oĩbus potentiis, & et intellectui; ſignanter in quæſtione ſeptuageſima, articulo ſexto ad fi.n., & in ſecunda ſecundæ, quæſtione quarta, art. 2. ad ſecundum, & quæſtione decima, articulo ſecundo, & in titulo huius quæſtionis ſtatuit diſputare de actibus imperatis a uoluntate. Voluntas ergo imperat, non intellectus. Ad huius rei expoſitionem ſcire oportet, quod qui in hac parte impugnant ſententiam D. Th. uel non legerunt Ariſt. vel non intellexerunt. Is nãq, ſexto ethicorum a capite octauo uſq; ad duodecimũ, loquitur locupletiſſime de hoc imperio intellectus: ſcribit namq. tres uirtutes eſſe neceſſarias ex parte intellectus; εὐβουλίαν quę eſt bona conſultatio de mediis, quæ tum nobis, tum aliis recte conſulere poſſumus; altera uero, quam Græci uocant σύνεσιν, quæ eſt quædam ſagacitas atque ſolertia ad iudicandũ, quod medium ſit magis ad finem conſequendum conſentaneũ: reperies.n. multos hoies, qui de mediis rectiſſime conſultant, ſemper tamẽ peiori conſilio & ſniæ adhærent: præterea requiritur prudentia, cuius munus eſt imperare, & pcipere, ut id quod eſt deliberatũ, executioni mandetur. Et quod hæc uirtus ſit neceſſaria præter eas quas cõmemorauimus, uel hoc argumento demonſtratur. Nã ſunt ꝗplurimi hoies, qui recte conſulunt, & rectiſſime iudicãt quid facto opus ſit, qui tñ difficultate rei perterriti non imperant operis executionẽ. Igitur (auctore Ariſt.) imperare eſt intellectus, in quo reſidet prudentia, quæ imperantis in nobis locum obtinet: atqui eadẽ ratione qua ſenator conſiliis Rempublica regit, prudentia in nobis, tum ſibi, tum aliis modũ agendorum præſcribit, ac pręcipit. Idem Ariſt. primo Politicorum, c. 3. definit aperte & dilucide, quõ ratio imperat; corpori quidem imperio ſeruili, ueluti Dominus imperat ſeruo, appetitui uero ſenſitiuo, imperio polytico & ciuili, quemadmodum rex imperat ciui. & in decimo ethicorum, capitulo ſeptimo & octauo, conſtituit ſummã felicitatem in actu intellectus, eo quod intellectus ſit præſtantiſſima animæ noſtræ potentia, præſtantius uero eſt imperare. Cum Ariſtotele ſentiunt vniuerſi alij Philoſophi, qui in hoc conſtituunt & definiunt uirtutẽ eſſe poſitã omnem, ut voluntas obediat rõni. Sed prætermiſſis auctoritatibus, idem demonſtratur euidentiſſimis argumentis. Certe imperare, eſt loqui, & denunciare, facias hoc, ne facias: at loqui & denũciare, eſt opus intellectus. Deinde imperare, eſt regere & gubernare: regere uero

D.Th.

D.Th. placitum eſt Ariſt.

Tres uirtute ex parte intellectus.

Ariſto.

D. Th. ſupponit pro certo, ꝙ primũ mouens ad exercitiũ operis eſt volũtas, qd ſane ex dictis ſatis ꝓbatũ exiſtimo. Deinde ſtatuit D. Th ꝙ actus voluntatis, & rõnis ſupra ſeipſos ferri põt, prout una potẽtia aliã præuenit: nã ratio ratiocinatur de uolẽdo, & uoluntas uult rõcinari, uult loqui, uult imperare. Præterea ſtatuit D. Th. quod ſecũdum mouẽs, mouet in uirtute primi mouentis: primum autem mouens in uiribus animę ad exercitium eſt uoluntas. Ex his principiis talem eruit ꝓbationem. Mouere imperando, eſt mouere quãtũ ad exercitiũ: ſed oẽ mouẽs quantũ ad exercitium, mouet ex virtute uoluntatis, q̃ eſt primum mouẽs ad exercitiũ. ergo mouere imperãdo, eſt rõnis eſſẽtialiter ex uirtute uoluntatis: quod.n. imperare ſit rationis, nemini poteſt eſſe dubium: & iccirco D. Th. tantũm ꝓbat, quod ſit rationis ex uirtute uoluntatis.

eſt opus ſapientiæ, iuxta illud: Per me Reges regnant, & legũ conditores iuſta decernunt; tum deinde, quoniam lex naturalis eſt lumen illud ſignatum ſuper nos, de quo in Pſalmo quarto legitur. lex vero quoddã imperiũ eſt, lumen uero ad intellectum pertinet. Item, non tenemur nos cõformare voluntati diuinæ, aut prælatorũ, at tenemur præcepto, ut docent vno cõſenſu omnes Theologi, & id perſuadet. Nã quamquã exploratũ ſit Deũ uelle interficere patrẽ meum, poſſum certe de hac re dolere, & mœrore affici, & quãquã recte intelligam prælatũ meũ uelle, ut ego permaneam in cellula, nõ teneor permanere niſi præcipiat. Hoc ipſum confirmatur. Nam poteſt iudex aliquid præcipere abſq. voluntate, quod illud fiat, & eſt uerum imperium. ergo imperium non eſt actus uoluntatis, ſed intellectus. Ad ultimũ ſi eſt actus uoluntatis, uel eſt uolitio, vel nolitio. non eſt uolitio: nam licet ego intelligam prælatum meum aliquid uelle, nondum præceptũ eſt mihi, ut aliquid faciam: quod vero non ſit nolitio, euidentius eſt, quam ut demonſtrari opus ſit. Idem argũ euidẽter demonſtrat, ꝙ imperium, non ſit iudiciũ intellectus; nã licet prælatus, aut rector iudicet aliquid eſſe cõueniẽtiſſimum, & quidem iudicio certiſſimo, nondũ præceptũ eſt, cui ego teneor obedire. Sed iam eſt tempus, ut argumenta contraria diluamus. Ad primum dicendum, ꝙ in intellectu ſpeculatiuo tantummodo ponuntur illi actus commemorati. ſed in intellectu practico neceſſarium eſt conſtituere actũ præcipiẽdi, ut ſatis probatum exiſtimo. Neq; .n. eſt incommodum aliquod, conſtituere in intellectu practico alios actus, quam in intellectu ſpeculatiuo; ſiquidem conſtituimus in intellectu practico aliam ueritatem: ueritas enim intellectus practici, eſt conformiter ſe habere ad appetitum rectum; ueritas aut. in ſpeculatiua eſt cõformiter ſe habere ad rem ipſã. Vel dicat Theologus, quod imperium reducitur ad diſcurſum & ſyllogiſmum: eſt enim ueluti concluſio ſyllogiſmi practici, qua concluditur, hoc uel illud eſſe faciendum. Ad ſecundum dicendum eſt, quod imperium non eſt notitia apprehenſiua, neque iudicatiua. ſed imperatiua: multi.n. actus inueniuntur in intellectu, qui nec ſunt apprehenſiui, nec iudicatiui: huiuſmodi ſũt oratio, promiſſio. Vel dicatur, quod imperium reducitur ad iudicium; eſt enim ueluti concluſio, & veluti iudicij vltima ſententia.

Pſal. 4.

Argum. Ad primũ.

ad ſecundũ.

Ad tertium negatur antecedens: iam enim multis oſtẽſum eſt quemadmodum imperium ſit neceſſarium ad operationes humanas recte dirigendas.

ad tertium

Ad quartum dicendum, quod ſi uoluntas eſt regina, intellectus eſt rex, & imperator, cuius officiũ eſt regere uoluntatem, & illi modum agendorum præſcribere, ſine cuius ductu ambo in foueam cadunt. Hæc doctrina inuenitur apud omnes ſanctos, apud omnes recte ſentientes. qđ prudentia imperat, uoluntas debet obedire: nſi apud perditiſſimos homines, apud quos ualet illud; Sic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione uoluntas. Fateor tñ, ꝙ uoluntas habet in officio mouere omnes animę potentias ad operandum: qua ratione dicũt ſæpenumero Philoſophi, & Theologi, quod imperat vniuerſis potentiis: ceterum quoniã non imperat intimando, regendo, illuminando, non proprie dicitur imperare. de qua re loquitur optime Diuus Thom. in ſecunda ſecundę, quæſt. 47. art. 8.

ad quartum

D. Thom.

Sed quærimus, ſi hæc ita ſe habet, quod imperiũ præcipue pertineat ad rationem, quid eſt, quod dicit D. Th. ꝙ imperium ſit actus rõnis ex uirtute uolũtatis, tamquam

Dubium.

primi

primi motoris? Nam ſi intellectus imperat, & mouet ex virtute voluntatis. ergo vis, & efficacia imperij præcipua, pertinet ad voluntatem. Quod uero imperium ſit ex virtute uoluntatis, adhuc alijs argumentis præcipuis demonſtratur eſſe falſum. Nam intellectus eſt nobilior potentia quam uoluntas. ergo intellectus cū regit & gubernat, nō habet uim mouendi ex uoluntate, aliequi uoluntas ſuperior eſſet.

Pri. argu.

Secundum.

Ad hæc, imperium eſt præcipuus actus prudentiæ, quo regit, & gubernat opera humana: motio uero volūtatis eſt actus uirtutis moralis tēperantiæ, uel iuſtitiæ, uel fortitudinis: at virtus moralis īferior eſt ꝓ ſa prudentia. ergo imperium prudentiæ non mouet ex virtute uoluntatis, quaſi uoluntas ſit primum mouens, & intellectus velati ſecundus motor.

Conc.

ART. SECVNDVS.

Vtrum imperare conueniat brutis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans. Nam nihil aliud eſt imperare, quam aliquem ordinare ad aliquid agendum cum intimatiua motione; quod proprie actus rationis eſt, unde brutis non conuenit, niſi large capiatur imperare, pro mouere.

Solutio. Voluntas in motione quo ad exercitiū, excellit.

Ad hæc argumenta dicendum, ꝙ uoluntas in mouēdo, quantum ad exercitium operis, primas tenet, & ideo ſub iſta ratione & cōſideratione ſuperior eſt, q̄ ſit intellectus, uel ratio; cæterum intellectus ſuperior eſt abſolute, & ſimpliciter; quia mouet imperando, dirigendo, illuminando. fateor tamen ꝙ nūquā regeret, aut gubernaret, niſi uolūtas applicaret ad regendum. Et ſic ad alia argumenta quæ ſequuntur, concedendum eſt, ꝙ uirtutes morales, q̄ ſunt in uoluntate, quadā tenus ratione quo ad exercitiū ſuperiores ſunt; at prudentia abſolute, & ſimpliciter ſuperior eſt. Vel dicatur, ꝙ in uoluntate geminus actus inuenitur, temperantiæ, aut iuſtitiæ; alter in cōmuni, quo uoluntas vult ſobrie, & temperate comedere; alter uero, quo vult nunc tēperate & ſobrie comedere: porro hic actus ſecundus nō mouet intellectum ad imperiū, quin potius eſt actus imperatus a prudentia, ſed ille primus actus efficaciter mouet intellectum ad imperium. Neq; enim videtur inconueniens concedere, ꝙ temperantia, quatenus mouet intellectum ad imperiū, & ad exercitiū, ſit aliquo modo ſuperior quam prudentia: uirtus enim temperantiæ verſatur circa finē, efficitq; rectum appetitū ad finem, ad quē prudentia dirigit media, & imperat, quemadmodum ſunt opere complenda: itaq; temperantia efficit, ut homo ſit recte diſpoſitus ad opera temperantiæ, & ſobrietatis. prudentia uero ſtatuta recta intentione finis, excogitat, & præſcribit media, quæ ducant ad finis conſecutionem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Ordo imperii conſilij. electionis. & vſus, iter ſe.

De ordine quē inter ſe habeant, imperiū, cōſilium, electio, & uſus, breui ſermone diſſerendum eſt. Pro quo ſcire oportet, quod vſus, quo voluntas applicat intellectū ad conſultandam, & deliberandū de mediis, præcedit imperium. hæc de ſe apertiſſima ſunt. Sed illud hēt dubitationē; vtrum iſte uſus ultim' neceſſario ſequatur ex imperio intellectus efficaci? Certe D. Th. art. 1. ad tertium, & art. 5. ad primum, pro euidenti habet, quod poſito imperio efficaci ex parte intellectus, neceſſario ponitur vſus, & actus: quæ ſnīa abſq; dubio uera eſt. Nam imperium efficax illud eſt, ad quod neceſſario ſequitur opus, ſi impedimētū non adhibeatur. ſic. n. definitur imperiū efficax. Deinde ex uolitione efficaci neceſſario ſequitur opus, ꝙ ſuperius eſt demōſtratum. Sed imperiū, ſequitur ad uolitionē efficacē. ergo ex imperio efficaci neceſſum eſt, ut opus ſubſequatur. Præterea ex imperio & uolitione efficaci, neceſſario ſeqtur mēbrorum motio, & potentiarum exequentium, ſi non ſit impedimentum; ſi quidē mēbra, & potentiæ exequentes, nō habent libertatē ut contradicere ualeant: ſed uſus uoluntatis impediri non ualet. ergo ex efficaci imperio, neceſſario ſequitur vſus, & applicatio potentiarum. Propter quod quando dicit Aug. li. 8. confeſſ. c. 9. ꝙ animus imperat ut uelit, neque tamē facit: intelligēdum eſt, nō imperat imperfecte. & ita teſtatur Augu. eodem loco ſic etiam explicat D. Th. art. 5. ad 1.

D. Tho.

ART. TERTIVS.

Vtrum imperium præcedat vſum.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans. Nam prius eſt quod ratio præſcribat, & imperet q̄d ſit faciendum, quam ꝙ applicentur potentię ad operandū, vſus uero accipitur pro applicatione potentiæ ad opus, ſicut ſup. explicatū eſt: ſed electio prior eſt imperio, & electione prius eſt conſilium.

Concluſio D Th. Capre.

Sed hic obſeruandum eſt, ꝙ prius adnotauit Cape I 3. diſt. 36. ꝙ quidā imponūt falſo D. Tho. ꝙ doceat in hac qōne, ꝙ poſito iudicio ex parte intellectus, q̄d explicatur his verbis faciendum eſt hoc, dignū eſt ut fiat hoc; neceſſario ſequitur opus, quod nūquā docuit D. Th. tm̄. n. aſſeruit hoc de imperio efficaci, imperiū autem iudicium non eſt, & hanc doctrinā damnat, & merito, articulus Pariſien. Sed ex hac definitione alia emergit dubitatio. Nā ſi ex imperio efficaci intellectus, neceſſario ſequitur uſus uoluntatis, vī eſſe conſequens, ꝙ in uſu uolūtatis non ſit meritum, ſi quide liber non eſt, & meritum nō eſt, niſi opus liberum ſit. Ad huius rei expoſitionē dicendum eſt, ꝙ uſus uoluntatis, qui neceſſario ſequitur ex imperio efficaci, habet ſuum meritum, & ſuā laudē. nam prædictus uſus liber eſt, ſiquidem illa neceſſitas, eſt neceſſitas cōditionalis, & ex ſuppoſitione, quæ non tollit libertatē. Idem dictum eſt ſuperius de electione medij neceſſarij, quæ quamquā neceſſario ſequitur ex intētione efficaci finis, nihilominus ſua laude, & merito non fraudatur. Verum ſi loquamur de uſu membrorum exteriorum, qui neceſſario ſequitur ex imperio, per ſe nō hēt meritum, neque laudē; tum, qm̄ actus exterior de ſe nō eſt liber, tum uero, qm̄ actus exterior nō addit aliquā bonitatē, uel malitiā ſup actum internum. Hactenus explicatum eſt qūo ſe habeat imperium ad uſum, ſupereſt diſputare quēadmodum ſe habeat ad electionē. Pro cuius intelligentia animaduertendum eſt, ꝙ 1ō & prudentia, pōt imperare uoluntati, ut eligat hic, & nunc & tale medium, puta, talem religionē; & eiuſmodi imperium, liquidum eſt ꝙ ꝓcedat electionē. Alio modo pōt imperare uoluntati, ut applicet vires animæ ad exequendum opus, & tale imperium cōſequitur electionē. nā poſtquā eſt deliberatum de medio, & voluntas eligit tale medium, ſequitur imperium, quo applicantur potentiæ ad operandum. Ex qua doctrina conſequens eſt, ꝙ imperium interdum ꝓcedat electione. qđ eſſe uerum, negat uehemēter Soto li. 1. de iuſtitia, q. 1. art. 1.

Obiectio i ſolutio.

Imperium aliquando præcedit electionem.

Soto.

Sed ꝓbatur ſic eſſe. Nā actus prudētię ꝓcedit electionē; ſed actus prudētiæ eſt præcipere. ergo ꝓcipere ꝓcedit electionē. Maior argumēti probatur ex definitione uirtutis. Virtus. n. eſt habitus electiuus, in medio cōſiſtens, prout prudēs determinauerit. Minor argumenti euidēs eſt. Hoc ipſum confirmatur. Nā prudentia eſt gubernatrix, & directrix oīum uirtutum. ergo non pōt eſſe actus virtutis ſine actu prudentiæ, at electio eſt actus uirtutis, præcipere eſt actus prudētiæ. ergo ꝓcipere ꝓcedit electionē uirtutis.

Illa uero qō, utrū electio ſubſequatur neceſſario ex imperio efficaci intellectus, ex dictis ſolutionē hēt. Nāq; dicendum eſt, ꝙ neceſſario & infallibiliter ſequitur, neque uero ex hoc cōſequens eſt, ꝙ ad electionē nō ſit neceſſaria uirtus, neq; uero ſequitur, ꝙ non ſit meritoria, & laudabilis. nam quamquam neceſſario ſequatur, cum hæc neceſſitas ſit conditionalis, & ex ſuppoſitione, non ſpoliat humanā uoluntatem libertate. Et tātum de hoc articulo.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Ariſt.

ARiſto. 5. Phyſicorum, ca. 3. tractat, & oſtendit, quomodo actio agentis, & paſſio patientis, ſunt idem motus, & idem actus; & motio mouentis, & motio mobilis, idem motus, & idē actus, doctio, & diſciplina, licet diuerſis rationibus. Fortaſſis Ariſt. in propoſito diceret, ꝙ actus imperatus, eſt motus rationis, & motus alterius potētiæ, & non quod imperium, & actus imperatus ſimul ſunt unus act⁹ ſed quia in materia morali pro eodē computatur, neq; habent duas malitias aut bonitates ideo poſſunt dici vnus actus humanus, quamquam ſunt duo entia. Et hoc eſt [illegible] ſiue teneamus ꝙ actus imperatus neceſſario ſequitur, ſiue non; quia quo ad bonitatem, vel malitiam, pro eodem reputatur: & poſt adhibetur exemplum ad hoc elucidandum: ſicut reſerare ſeras, effringere fores, rapere aurum, unus actus vocatur, & pro uno peccato computatur.

Conc.

Conrad.

Admonet hic Conradus, ꝙ D. Th. non ponit aliquam unitatē realem, nec ex natura rei in pluribus, ſed ſolum ſecundū rationem: unde D. Th. non dicit, ꝙ imperium, & actus imperatus, ſit unus actus ſimpliciter, ſed unus actus humanus, & vnum, ſicut totum, prout explicat in ſolutione primi; quia eſt unitas moralis, & non naturalis. Hæc de iſto arti.

ARTI. QVARTVS.

Vtrum imperium, & actus imperatus, ſint actus unus; uel diuerſi.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio ſic habet Imperium, & actus imperatus, ſunt vnus actus humanus, ſicut vnum totum compoſitum ex illis: ſedtamen ſunt diuerſi, ſicut partes totius. Probatio D. Thom. non eſt omnino aperta: procedit tamen hoc modo. Imperium, inquit, & actus imperatus, ſimpliciter & ſecundum ſubſtantiam ſuā non ſunt vnus actus, ſed plures, prout imperium præcedit actum imperatum, & quandoque prius eſt eo in tempore; ceterum imperium, & actus imperatus, ſecūdum quod ſunt unus actus humanus, ſicut quoddam totum; quia actus inferioris potentiæ, materialiter ſe habet ad actum ſuperioris, in quantū inferior potentia agit in virtute ſuperioris mouentis ipſam; ſic & actus primi mouentis, formaliter ſe habet ad actum inſtrumenti: unde quando una potentia eſt mouens alteram, tunc actus eorum ſunt quodammodo vnus; quia idem actus eſt mouentis, & moti; ut dicitur 3. Phyſicorum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Dubium.

D. Tho.

IN hoc articulo videtur eſſe grauis, & ſubdifficilis quæſtio, quomodo D. Tho. in innumeris locis ſuæ doctrinæ magna aſſeueratione doceat, ꝙ intellectus non mouet voluntatem efficienter, neq. ad exercitiū actus: ſed docuit ꝙ mouet quantū ad ſpecificationē, proponendo illi obiectū. Sic dicit aperte quæſtione 9. ar. 1 ad tertium. Hic uero docet, ꝙ actus voluntatis imperatur a ratione: conſtat autem ex art. 1. quod ratio mouet per imperium, quantum ad exercitium actus. Quomodo hæc non eſt contradictio ꝙ intellectus non mouet uoluntatem, quantum ad exercitium, & ꝙ actus voluntatis imperetur ab intellectu mouēte, quantū ad exercitiu? Ad hoc dubium quidam Theologi, ex his qui interpretantur D. Tho. dicunt, ꝙ in q. 9. loquebatur D. Th. de motore extrinſeco, & ita inficiatur voluntatem moueri ab aliquo extrinſeco, niſi a ſolo Deo: porro ipſa ratio per imperium non cenſenda eſt tamquam motor extrinſecus, præſertim cum omnis uirtus motiua, quam habet imperium, deducatur ex uirtute uoluntatis tanquam primi mouentis.

D. Tho.

Verum contra iſtam ſolutionem ſic arguitur. In primis D. Tho. q. 9. arti. 1. ad tertium, comparat uoluntatem cum intellectu, & omnino negat moueri ab illo ad exercitiū. Deinde fieri non poteſt ꝙ idem ſit mouens, & motū ſimul, reſpectu eiuſdem, & ſecundum idem. Sed uoluntas mouet intellectum ad exercitium actus, & ad imperiū: ipſa enim eſt quæ applicat intellectum ad conſultandum, definiendum, & imperandū: ergo intellectus p imperiū non mouet volūtatem ad exercitium ſui actus. Ad huius rei elucidationē dicendū eſt, ꝙ cū in hoc loco dicit D. Th. actus volūtatis imperari ab intellectu, ſenſus eſt, ꝙ actus voluntarij ſubdūtur rationis imperio; ceterum in imperio duo ſunt, ordinare, & dirigere actum uoluntatis circa id quod agēdum eſt, & mouere ad tale exercitiū: primū officiū habet ratio circa actus uolūtatis; ſecundū hēt uolūtas: uolūtas. n. mouet intellectū ad imperandū, & uice uerſa īntellect⁹ mouet voluntatē, regendo, atq; dirigendo. Itaq; actus uoluntatis dicitur imperari a rōne, quatenus ordinatur ad exercitiū, ſed non quia efficienter ratio moueat uoluntatem: virtus enim mouendi non poteſt deriuari a ratione ad voluntatem, ſed e contrario; reſpectu uero aliarū potentiarum, q̄ ſubiacēt imperio rationis, vtrumq; uerificatur, & ꝙ rō dirigit operis exercitiū, & ꝙ mouet p ſuū imperiū ad illud. Sed multo melior ſolutio eſt; ꝙ quando dicit D. Tho. ꝙ intellectus non mouet efficienter voluntatem, quantum ad exercitium, intelligit ꝙ eſt ex parte intellectus: at uero ſi intellectus conſideretur ut motus a uoluntate, tunc accipit virtutē & efficaciā mouendi, quantum ad exercitiū alterius actus: nam efficacia & energia huius motionis tandem in voluntatem refertē dēt, ut ad primū motorem. Vnde ad argumentum quod fecimus, quia ex hoc ſequitur, idē eſſe mouentem, & mobile reſpectu eiuſdem, ſiquidē intellectus mouet uoluntatem, quantū ad exercitiū: & uoluntas mouet intellectum ad operis exercitiū) dicēdū eſt, quod quū alterum mouēs, non mouet propria virtute, ſed in uirtute alterius mouentis ſe, nō eſt incōmodū concedere, quod ſit mouēs, & mobile reſpectu eiuſdem: qd̄ perinde eſt atq, ſi diceremus, ꝙ mouens ſe, mouet ſe ipſum mediante aliquo inſtrumēto quod ipſe mouet: id quod in viuentibus veriſſimum eſſe deprehenditur, ut cum homo mouet efficienter cymbam mediante remo, & ſimul mouetur ab illa; & anima mouet corpus localiter, & mouetur ab ipſo corpore. Vel dicatur, quod quādo motus non ſunt eiuſdē ſpeciei, nō eſt inconueniēs ꝙ duo mouentia inuicē ſe moueāt efficienter, ut cū duo agentia inuicē ſe alterant, alterū ſm calore, alterū ſecūdū frigiditate, ſic voluntas mouet intellectū ad intelligēdū, uel imperādū, intellect⁹ uero p imperiū mouet volūtate ad exercitiū vſ⁹, & ut applicet potētias executiuas ad op⁹: quia vſus e quodā mō alte⁹ ſpeciei, ſicut iperiū & vſus differūt ſpecie. Itaq, i ſumma dico, nō eſſe inconueniēs, ꝙ idē ſit mouēs, & motū, reſpectu diuerſorū actuū.

Exponitur D. Th.

Conc.

Solu. argu.

ART. QVINTVS.

Vtrum actus uoluntatis poſſit eſſe imperatus.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio affirmans eſt. Nam actus noſtræ uoluntatis eſt in noſtra poteſtate, & noſtro ſubiacet imperio; poteſt enim rō ordinare de actu volūtatis: ſicut. n. poteſt iudicare quod bonum ſit aliquid velle, ita poteſt ordinare imperādo quod homo velit. Ex quo patet, quod actus voluntatis poteſt eſſe imperatus.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo duo ſunt animaduerſione digna. vnū eſt, quod ille actus rationis ſubiacet imperio rōnis, qui eſt in poteſtate noſtra. Et in vniuerſum habendum eſt pro certo, & euidenti, quod ea opera, quæ libera ſunt, & in poteſtate nr̃a conſtituta, ſic ut poſſimus operari, & nō operari, ſic, uel aliter operari, ſubiacēt imperio rationis: nā de his poteſt ratio ordinare, & in his modū præſcribere; ceterū ea quæ non ſūt in poteſtate nr̃a, ſeu ueniūt ex neceſſitate naturæ, uel omnino a principio extrario, rōnis imperio non ſubiacet. Alterum quod animaduertendū cenſeo, eſt, quod rō ipſa, atq; adeo prudentia, quæ eſt directrix humanorū actuū, tum ſibi, tum alijs modum agendorū præſcribit; quēadmodū Dialectica una cū ſit, docet recte argumentari, tum in alijs ſcientijs, tum in ipſamet dialectica. Sed hæc facilia ſunt: ad alia procedamus.

Concluſio.

ART. SEXTVS.

Vtrum actus rationis imperetur.

SVMMA TEXTVS

CONcluſio eſt affirmatiua. Nam ratio ſupra ſeipſam reflectitur; & ſicut de actibus aliarū potentiarum ordinat, ita ēt pōt ordinare de ſuo actu. Itaque actus rationis cadit ſub imperio ipſius rationis: & quidem quantum ad exercitiū, ſemper quiuis actus rationis poteſt imperari: nā de quouis actu rationis pōt rō ordinare quādo ſit efficiendus, quando uero nō: ſed quantum ad obiectum, eſt aliquis actus tum rationis, tū uolūtatis, qui ſub imperio nō cadit. Nā ſicut conſenſus rationis ad pricipia prima exiſtit naturalis, ita motus uoluntatis eſt naturalis reſpectu boni in cōi, & reſpectu vltimi finis: & ita imperio rationis non ſubiacet, an bonum ſit appetendum, & num prima principia vera ſint; ceterum quantum ad aſſenſum eorū quæ non conuincunt intellectum, actus rationis ſubiacet imperio, ut in aſſenſu fidei, & in opinione probabili.

ART. SEPTIMVS.

Vtrum actus appetitus ſenſitiui imperetur.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmatiua. Nam appetitus ſenſitiuus eſt virtus particularis; ratio vero eſt ueluti uirtus vniuerſalis, quæ in homine dominatur: & ideo ſubiacet imperio rationis. Sed quia eſt virtus organica, quæ dependet etiā ex diſpoſitione corporis, ex hac parte impeditur, quin motus appetitus ſēſitiui totaliter ſubdatur imperio rationis: poteſt etiam ſubito cōcitare motus appetitus ſēſitiui, ad apprehēſionē imaginationis, uel ſenſus; & tūc ille motus eſt præter imperiū rationis, quāuis a ratione potuiſſet impediri, ſi præuidiſſet: rō enim præeſt appetitui ſenſitiuo, principatu politico, & non deſpotico, ſecundum Ariſt. 1. Politicorum.

EXPLICATIO ART.

Examinatur concluſio articuli.
Prim. argu.

QVÆ hic dicūtur ab auctore, non obſcura eē videntur: nam cū dicit, quod actus appetitus ſenſitiui ſubiacet imperio rationis, uel intelligit in vniuerſum, uel intelligit determinate. Si intelligit in uniuerſum, falſum dicit concluſio articuli, quia interdum uult quis triſtari, & condolere amico, & tamen non triſtatur. Præterea ſæpenumero præcipit ratio, ut nō cōcupiſcat appetitus ſenſitiuus, nihilominus concupiſcit. quod aperte declarat Paulus in Epiſt. ad Ro. cum inquit; Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentē in legem peccati. & paulo ante dicit; Quod ſi quod nolo malū, hoc ago, iā non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatum: ideſt, cum nolo concupiſcere, ſiue non ſentire motus concupiſcentiæ, & interim hoc non præſto, ſed ꝙ odi malum hoc facio, id eſt concupiſco ſecundum carnē, contradicente ratione, conſequens eſt quod ego non ago illud, ſed quod habitat in me peccatū, id eſt fomes peccati. Ex quibus verbis manifeſte liquet, quod motus concupiſcentiæ nō ſubiacent imperio rōnis. Ad huius rei expoſitionē ſciendum eſt, ſententiam D. Tho. quæ etiam eſt fidei doctrina, eſſe, quod motus appetitus ſenſitiui partim ſubiacet imperio rationis, partim nō ſubiacet: ſubiacet ſane ex ea parte, qua eſt virtus particularis, quę ſubditur rationi, veluti rectori vniuerſali: ſubiacet inſuper ex ea parte, qua ſenſus & imaginatio ſubiacent rōnis imperio: nā appetitus ſenſitiuus nō mouetur, niſi per imaginationē, & potentias ſenſitiuas: cum ergo aliquo modo imaginatio, & cogitatio ſubdantur imperio rationis, conſequens eſt, ut appetitus ſenſitiuus ſubdatur imperio rationis.

Secundum

Rom. 6.

Motus appetitus ſenſitiui partim ſubiacent rationi partim non.

Nota.

Sed hic aduertat Theologus, quod ipſamet apprehenſio, & cogitatio, propter diſpoſitionem organi corporalis, quæ turbatur ex aliquo motu interiori, nō oīno ſubiacet imperio rōnis. Experientia .n. compertū eſt, ꝙ ſæpe volumus cogitationes turpes a nobis depellere, & nō valem⁹: vñ veriſſime dicitur, ꝙ appetitus ſenſitiuus ex una parte ſubiacet imperio rōnis; ex alia parte nō omnino ſubditur, prout iam expoſitum ē. Sed & alio modo hæc eadē veritas explicat. Certe motus cōcupiſcentiæ nō ſemper ſunt ī manu noſtra, vt & D. Paulus docet, & experiētia cōprobat: at conſentire cōcupiſcētijs, hoc eſt poſitū in arbitrio voluntatis noſtræ, & in imperio rationis: itaq; conſenſus in concupiſcentiam ſubiacet imperio rationis; cōcupiſcere vero non ſemper, propter diſpoſitionē corporei organi, de quo ī ſuperiorib. abunde me dixiſſe exiſtimo. quapp, ad argumenta deueniendum.

Concluſio

Ad argumenta.
Ad primū.
Caieta[n].

Ad primum dicendū, ꝙ auctore domino Caietano numquam accidit, quod aliquis perfecto imperio uelit triſtari, & nō triſtetur; quāquam contingit quod aliquis uelle uelleitate imperfecta triſtari, & non triſtetur: quia tunc imperium eſt imperfectum: ſed tamen profecto hoc non videtur verum eſſe, quia ſæpenumero accidit, quod voluntas velit aliquid, & operetur illud ex imperio efficaci, & ꝙ appetitus ſenſitiuus cōtradicat, vel ſaltem operetur cū triſtitia: quod ſolet inueniri ēt in uiris perfectis, hoc accidit ex diſpoſitione organi corporei appetitus ſenſitiui, q omnino non ſubiacet rationis imperio. Verum eſt tamē, quod per ſeuerante imperio rationis, tandem vincitur concupiſcētia, ſaltē adiuuante diuina gratia. Ex his patet ſolutio ad ſecundum argumentum. Neceſſario enim cōcedendum, quod concupiſcere nō ſemper ſubiacet imperio rationis; ſed cōſentire cōcupiſcentijs, uel nō cōſentire, ſubiacet rationis imperio. Sed quō imaginatio, & cogitatio ſubiacet imperio rationis, eſt paucis explicandū. In primis dico, quod imaginatio ſubditur imperio rationis, non quorūcumq;, ſed conſideratorum a ratione: nā ratio poteſt præcipere imaginationi quod repræſentet triſtia, & ponat ob oculos cruciatus damnatorū ut a peccādo abſtineamur. Deinde dicendum eſt. ꝙ imaginatio ſubditur imperio rationis, qđ eſt ex pārte animæ. nā ex diſpoſitione corporis bene pōt accidere ut non ſubſit rationis imperio, vt patet experientia. Demū dico, quod ablatis impedimentis corporis, in ptāte nr̃a, & arbitrio eſt poſitū excludere imagi-

Ad ſecundū

Quomodo cogitatio ſubdatur imperio rationis.

nationes turpes, & ſumere alias meliores propter pfectũ imperium rationis: contingit tamen interdum in hominibus negligentibus, ꝙ perſiſtãt iſtæ imaginationes importunæ, & dicant ſe illas pati, & mentiantur: nã hoc accidit ex negligẽtia, & ſocordia, & ex imperio rõnis impfecto, & minime ſerio.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum actus animę vegetabilis imperentur a ratione.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans. Quia appetitus naturalis non conſequitur aliquam apprehenſionẽ, ſicut appetitus animalis, & intellectũalis: rõ vero imperat per modũ apprehenſiuę virtutis, intimãdo, dirigẽdo, vñ quãto aliquis actus eſt immaterialior, tanto eſt nobilior, & rõnis imperio magis ſubditur. Sane in confirmationẽ huius ſentẽtiæ dicit Greg. Niſſenus, ꝙ id, quod nõ perſuadetur a rõne, eſt nutritiuum, & generatiuum.

EXPLICATIO ARTIC.

Qvæ hic habentur, obſcura admodum nõ ſunt, ſi quis q̃ ſuperius ſunt dicta, ſatis aſſecutus eſt. Nam ea opera, quorũ non habem⁹ dominiũ *[Concluſio]* & quæ nõ ſunt in noſtra poteſtate, imperio rationis nõ reguntur: nutritio vero, digeſtio, augmẽtatio, opera ſũt naturę, quæ non ſunt in noſtra poteſtate, neq; ſequũtur cognitionẽ: & ideo ratio nõ magis animæ vegetabili imperat, quam lapidi, qui omnis *[Gre. Niſſ.]* cognitionis eſt expers. hæc igitur indubia ſunt. Sed illud *[Dubium. Vtrum actus immaterialior magis ſubdatur. Arguitur.]* hẽt dubitationem, quod aſſerit D. Tho. quod quanto aliquis actus eſt immaterialior, tanto magis ſubditur rõnis imperio: vnde ex hoc ipſo quod uires animæ uegetabilis non ſubduntur rationis imperio, oſtenditur eas eſſe infirmas, & materiales. Certe hæc ſententia uidetur falſa.

Nam membra magis obediunt rationi, quam paſſiones appetitus ſenſitiui: obediunt namque ſine contradictione, &, quod dicunt Theologi, ad nutũ: at mẽbra ſunt materialia magis, quam appetitus ſenſitiuus, qui nõ ſemper paret rationi; immo quam uires animæ uegetabilis, quæ nullo modo ſubſunt rõnis regulæ: ergo non eſt verũ quod res, quanto magis eſt immaterialis, tãto magis ſubditur imperio rationis. Nam ſecundum iſtam rationem, paſſiones appetitus ſenſitiui, cũ ſint actus ſpiritualiores, deberent magis rationi ſubdi, quã motus manus, aut pedis. Hæc obiectio hẽt duas expoſitiones: altera eſt ipſius D. Tho. in articulo ſequẽti ad primum: dicit enim, quod membra non moueat ſeipſa, ſed moueatur per potentias animæ, quarum quædam ſunt rationi viciniores, quam uires animę uegetabilis. Itaque inſinuat D. Tho. his verbis, *[Explicatur propoſitio D. Thom.]* quod potentiæ, quæ mouent membra exteriora, ſunt magis immateriales, & uiciniores rationi; quam vires animę vegetabilis, quę omnino materiales exſiſtunt. Alterã ſolutionẽ adhibet hic Dominus Caietanus, quam fere nemo *[Caiet.]* intelligit: dicit.n. quod obedientia oritur ex propinquitate aliqua; ſed propinquitas eſt gemina; ſimilitudinis, & proportionis: & ſecundum ſimilitudinem quidem quãto actus eſt nobilior, tanto proprior eſt ſecundum naturam ſuam rationi, & aptior vt ſequatur eam: ſecundum ꝓportionem uero, quanto bonũ proprium ad quod aliquid ordinatur, eſt magis conſonũ rationi, tanto magis ſubditur eius imperio. Cõſtat autem ꝙ appetitus ſenſitiuus, & corpus aptum natũ obſequi rõni, ſic ſe habẽt ad propria bona, ꝙ appetitus ſenſitiuus ex natura ꝓpria inclinatur ad bonũ contrariũ rõni. Caro enim concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpiritus aduerſus carnẽ: corpus uero ex natura ſua nõ inclinatur ad bonũ diſſonũ rõni, immo a natura fabricatũ eſt habile ad motũ conſonum rõni. Cuius duo ſigna ſunt. primum, ꝙ corpora cæleſtia ad ſolum rõnalẽ motũ habilia ſunt, nihil omnino habentia impedimenti ad obediẽdũ rõni motrici; ſecũdũ quod in nobis nullus motus motus animalis membrorũ noſtrorũ ſubducitur ab obedientia, & imperio rationis, niſi ſolus motus pudendorũ, qui ad maxime delectabile ſecũdũ ſenſum, quod eſt obiectum appetitus ſenſitiui ordinatur: de quo ſcriptum eſt; Video aliam legem in mẽbris meis repugnante legi mentis meę. Paſſiones ergo appetitus ſẽſitiui licet magis inobediant rõni ex nobilitate ſuæ naturæ, quã corporis mẽbra, ꝓꝑ cõtrarietatem illi annexã bono ꝓprio ad rationem, non plene rationi ſubduntur; membra vero quoniam non habẽt talem contrarietatẽ, omnino rationis imperiũ ſubſequuntur. quod intellige, quãdo diſpoſita ſunt naturali diſpoſitione: ſi.n. ĩfirmitate, aut laſſitudine indiſpoſita ſunt, non poſſunt rõnis imperio omnino ſubeſſe. Hæc Caietanus. Ego vero breui decerno, appetitũ ſenſitiuũ nobiliori mõ obedire rõni, q̃ corporis membra: etenim appetitus ſenſitiuus in hoĩe, quia liber eſt, & põt obedire & non obedire, ſuſcipit in ſe (vt ita dixerim) formã obedientiæ: ſicut ciuis obedit principi: mẽbra uero corporis externa obediunt rõni ex quodã inſtinctu naturæ, ſicut penicillus obedit pictori: ẽm quem modũ rõnalis anima eſt magis obediens proprie, q̃ anima bruti: quamuis anima bruti nũquam diuinũ præceptũ trãſgrediatur: animal.n. brutum nõ eſt capax ut ſuſcipiat formã obedientiæ, ſed tñ mouetur inſtinctu naturali. Ex his patet, ꝙ quanto aliqua res eſt immaterialior, tanto magis ſubditur imperio rõnis, quod ueriſſime aſſeruit D. Tho.

[Marginalia: Pri. conc. — Secunda. — Appetitus ſenſitiuus nobilius obedit rationi, quã membra externa.]

ARTIC. NONVS.

Vtrum actus exterior obediat imperio rationis.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Act⁹ membrorum exteriorum quę mouentur a potẽtiis ſenſitiuis, ſubduntur rationis imperio.

Secunda concluſio. Motus membrorum, qui conſequuntur vires naturales animæ uegetabilis, non ſubduntur rationis imperio. Probatio utriuſque concluſionis una eſt. Nam mẽbra ſunt organa potentiarum animę: ergo illa membra obediunt rationi, quę ſunt potentiarũ obediẽ-

EXPLICATIO ARTICVLI.

In his articulis explicauit D. Th. & id quidẽ copioſe, quænam ſint illa quæ ſubduntur imperio rõnis, quæ in nobis ſunt, & quorum dominiũ habemus, & quæ rõne regi ualeant. Voluntas ipſa rõne regitur; intellectus imperio rationis, & prudẽtiæ ſubditur; appetitus ſenſitiuus rõne compeſcitur; membra corporis ducatum rõnis ſequuntur, uires animę uegetabilis rõne regi & gubernari non ualent, ut diſcas ex his documentis te ipſum cognoſcere, & a primo capite uſq; ad unguem diſcernere: diſcas inſuper ea opera quæ imperio rõnis ſubduntur, & quorum dominiũ habemus, ſi recta prudẽtia adminiſtrãtur, laudẽ mereri, ſi ſecus, uituperationẽ, quæ vero rõni non ſubduntur, nobis non imputantur, nec ad laudẽ, nec ad uituperiũ, neq; de his rõ poteſt aut deliberare, aut conſultare. Qm̃ uero D. Thom. in hoc articulo abſoluit tractatũ de actibus uoluntatis, operæpretium erit percontari; An omnes iſti actus volunta- *[An ad omnẽ operationẽ humanam conueniant omnes actus a D. Thom. numerati.]* tis, quos connumerauit D. Tho. conueniant ſimul in omni operatione humana perfecta, iuxta ordinem a D. Th. præſcriptum? eſt ne neceſſarium ut uelit quis prius finẽ quam intendat; & intendere quam conſultare; & conſultare quam conſenſus, & electio; electionem uero ſequatur imperiũ, & imperium ſubſequatur uſus, & rei executio? Certe ſi ponãtur poſtremi actus, neceſſum eſt ut priores pceſſerint uel ordine naturæ, uel tpe: poſtremi.n. habent neceſſariam dependentiam a primis: non enim poteſt ſequi opus, niſi præceſſerit impiũ; neq; imperiũ, niſi

præceſſe-

præceſſerit electio; nec electio, niſi præceſſerit intẽtio Verum enimuero poſitis prioribus, non ſemper ſubſequuntur poſteriores, quamquam aliquando ex neceſſario cõſequio deriuantur: poſita enim cognitione finis, nõ eſt neceſſe, vt ſequatur voluntas finis; & poſita voluntate, & cupiditate finis, non ẽ neceſſe, vt ſequatur intentio finis, niſi volũtas ſit determinata, & efficax. Sed tamen ex intentione efficaci neceſſario ſeqtur cõſilium, vel propoſitum cõſulendi; ex conſilio autẽ perfecto ſtatim ſequitur conſẽſus, uel electio; & ex electione efficaci ſequitur imperium de pręſenti, vel de futuro; ex imperio autẽ non ſtatim ſequitur vſus, & executio operis, niſi ſit imperiũ pfectũ; at quando eſt imperium perfectũ, neceſſario ſeqtur vſus, & executio operis, niſi membra ab extrinſeco impediantur, vel ꝓpter aliquã indiſpoſitionem. Illud etiam addendũ eſt, non oportere ꝙ omnes iſti actus ſint neceſſario diſtincti in numero: nã vt dictũ eſt, electio, & intẽtio poſſunt eſſe vnus motus uolũtatis, & conſimiliter conſenſus, & electio: quin potius crediderim (& exiſtimo eſſe veriſſimum) ꝙ vniuerſi iſti actus in genere motus, ſunt unus idemque actus: quapropter ſiquis homicidium committat uoluntarium, in quo omnes iſti actus conueniunt, unum peccatum committit, non plura: nec oportet in confeſſione patefacere quod intenderit, quod conſultauerit, quod elegerit, quod conſenſerit, quod imperauerit, quod opere adimpleuerit; ſed ſat eſt dicere ſe commiſiſſe homicidium.

Tertia.

tium rationi; & illa non obediunt rõni, quæ ſunt potẽtiarum non obedientiũ rõni.

Tertia Concl. Membrum genitale ex pœna peccati nõ obedit rationi, ſecundum D. Augu. vt in illo membro pęnam inobedientiæ patiatur homo, per quod peccatum traducitur ad poſteros. Sed & Ariſ. in li. de cauſſis motus animaliũ, dicit inuolũtarios eſſe motus cordis, & genitalis mẽbri, quia ex aliqua apprehẽſione hæc mẽbra cõmouentur, in quantũ intellectus & phantaſia repræſentant aliqua, ex quibus ſequũtur paſſiones animæ, ad quas conſequitur motus hotum mẽbrorum: non autem mouentur ſecundum iuſſum rationis, qa ad motum horum membrorũ requiritur aliqua alteratio naturalis videlicet caliditas, vel frigiditas, q̃ alteratio non ſubiacet imperio rõnis. Et ſpecialiter in his duobus membris hoc accidit, cum vtrũq; ipſorũ ſit veluti quoddam animal ſeparatũ, in quã tũ eſt principium vitæ: nam principium eſt totũ virtualiter, & ſemẽ in virtute eſt animal: vnde naturaliter habent proprios motus, quia principia oportet eſſe naturalia.

QVAEST. XVIII.

De bonitate & malitia humanorum actuum in generali, in vndecim art. diuiſa.

DE hac re ediſſerunt Theologi in 2. diſtin. 40. Durandus. diſtin. 38.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum omnis humana actio ſit bona, vel aliqua ſit mala.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. De bono & malo in actionibus, loqui oportet ſicut de bono & malo in rebus: nam vnaquæque res talem producit actionẽ, qualis ipſa eſt, dicente Domino Matth. 7. Arbor bona, non poteſt malos fructus facere.

Secunda Concluſio. Res tantum habet de bono, quantum habet de eſſe: bonũ enim & ens conuertuntur; & bonũ eſt proprietas entis.

Tertia Concl. Solus Deus eſt ſumme bonus, qui ſecundum aliquid vnũ & ſimplex, eſt ſummũ & infinitum ens.

Quarta conclu. Res vero aliæ tantum habẽt de bonitate, quantũ habent de eſſe. Ex

EXPLICATIO ART.

Quæſtio. Vtrum omnis actio humana ſit peccatum. Lutherani. Pri. arg. Gene. 6.

VT ea quæ hic ab auctore dicuntur, diligenter examinentur, duplex diſputatio inſtituenda eſt; altera cum hæreticis; altera cũ Catholicis. Diſputatio cum hæreticis hæc eſt, Num omnis actio humana mala ſit, & peccatũ? Lutherani hæretici omnẽ actionem humanã putant eſſe peccatũ, idq; conantur pſuadere ex innumeris teſtimonijs ſanctæ Scripturæ. Ex ueteri qdẽ teſtõ Gene. 6. Videns aũt Deus quod multa malitia eſſet hoĩum in terra, & cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ oĩ tpe, pęnituit eũ, ꝙ hoĩem feciſſet. & paulo ante præceſſerat, Nõ pmanebit ſpiritus meus in hoĩe in ęternum, quia caro eſt. & c. 8. ſubditur; Nequaquam ultra

Gene. 8.

maledicã terræ propter hominem: ſenſus enim & cogitatio cordis humani in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Ex his locis colligit Lutherus, eos, qui aſſerunt hominem poſſe aliqua bona opera facere, aduerſari palam Scripturæ, quę hoĩem carnalem, mortuum, & ſpiritu Dñi deſtitutũ nobis hic declarat, & cũctas cogitationes, & operationes ipſius dãnat. Quid (ait) boni queat caro operari? qd homo mortuus, & ſpiritu Dei deſtitutus? ex Pſ. 142. citat illud præclarum teſtimonium; Non intres in iudiciũ cũ ſeruo tuo Dñe, quia non iuſtificabitur in cõſpectu tuo oĩs uiuẽs. Cũ ęnim bonũ opus Deus damnare nõ poſſit, liquido conſtat oĩa opera humana in hoc teſtimonio condemnari, aut multos uiuentes corã Deo poſſe iuſtificari. & ex Eccl. c. 7. Non eſt hõ iuſtus in terra, q faciat bonũ & nõ peccet. & ſimilia referũtur, 3. Reg. 8. & 2. Paralip. 6. addũt ex Eſaia dicẽte, ca. 64. Facti ſumus immundi omnes, & quaſi pannus menſtruatæ uniuerſæ iuſtitiæ noſtrę. Itẽ ex Iacob. c. 9. Non iuſtificabitur homo cõpoſit' Deo & c. 25. Numquid iuſtificari poteſt homo cõparatus Deo, aut apparere mundus natus de muliere? Scripturę noui teſtamenti paſſim omnia opera humana dãnant. Matth. 7. Arbor mala nõ poteſt bonos fructus facere. Sed concupiſcentia in malum procliuis, eſt mala arbor: ergo non poteſt bonos fructus facere. & Rom. 7. Sentio aliã legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuũ me ducentẽ in legẽ peccati. & ibidẽ; Scio quod nõ habitat in carne mea bonũ. & ad Phi. 3. Vt inueniar in illo, ſciũ Chro, non habens meã iuſtitiã q̃ ex lege eſt, ſed iuſtitiã q̃ ex fide eſt Ieſu Chriſti. Itẽ. 1. Cor. 1. Qui factus eſt nobis iuſtitia, ſapiẽtia, ſanctificatio, & c. ad Tit. 1. Oĩa munda mundis, coinquinatis autẽ, & infidelib. nihil eſt mundũ, ſed inquinatæ ſunt eorũ mens, & conſciẽtia. Ex his eliciũt Lutherani, oẽs noſtras iuſticias eſſe immũdas corã Deo, & oĩa opera noſtra eſſe peccata. Quibus ſi addas teſtimoniũ ſanctorũ Patrũ, uĩ eſſe uerũ qd dicunt. In primis, in patrocinĩũ ſuæ ſuĩæ pducũt teſtimoniũ D. Cypr. in ſerm. 4. de morta. Obſeſſa mens hoĩs, & undiq; Zabuli infeſtatione uallata, uix occurrit, uix reſiſtit: ſi auaritia pſtrata ẽ, exſurgit libido; ſi libido cõpreſſa eſt, ſuccedit ambitio: hæc cõtemta eſt, ira exaſperat, ſupbia inflat, uinolẽtia ĩuitat, Inuidia cõcordiã rũpit, amicitiã zelus abſcindit. Aug. 9. cõfeſſionũ. c. 13. Væ hoĩm uitæ quãtũcũq; laudabili, ſi remota miſericordia diſcutias eam: idem doces ſu-

Lutherus.
Pſal. 142.
Pri. conc.
Eccl. 7. 3. Reg. 8. 2. Paral. 7. Eſa. 64. Ioh. 9. Iob. 25.
Secunda.
Tertia.
Quarta.
Matt. 7.
Rom. 7.
Phili. 3
1. Cor. 1. Titum 1.
Teſtimonia ſanctorum. Cypria.
Auguſ.

ſius ſuper Pſal. 142.& fuſiſſime ſermone.49.de tempore elucidãs illud, Nõ intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine. Quid eſt (inquit) nõ intres in iudicium, niſi nõ ſtes mecum in iudicio, exigẽdo omnia quæ iuſſiſti; alioq reũ me inuenies: opus eſt igitur potius miſericordia tua, quã liquidiſſimo iudicio tuo. D Grego. lib 9 moralium c. 2. Omne meritũ virtutis noſtræ uitium eſſe conſpicitur, ſi ab interno arbitrio diſtricte iudicetur. & c. 14. Omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe conſpicitur, ſi diſtricte iudicetur. Idẽ habet Bernardus ĩ ſermone primo in f. ſtũ omnium Sanctorum. Quin & ipſum pceptum diligendi Deum ex toto corde, pro ſe allegat Lutherus. Item illud; Non concupiſces: nemo enim dum hic peregrinatur a Domino, diligit quãtum diligere debet, nempe ex toto corde, adeo vt ad nihil aliud cor afficiatur: nemo eſt ſine concupiſcentia, nemo ſine peccato inhabitante in carne ſua: immo ſi dixerimus, quia peccatum nõ habemus, nos ipſos seducimus, & veritas in nobis non eſt.

Grego.

Bernar.

quo ſequitur, quod aliæ res dicũtur ſimpliciter bonæ, quã do habent plenitudinẽ eſſendi ſibi debitam, vt homo tũc dicitur bonus, & pfectus; quã do habet perfectionẽ humanæ naturæ debitam.

Quinta Concluſio. Res creata ea parte qua habẽt entitatem, bonæ & expetibiles ſunt; ceterum inquãtum deficiũt a plenitudine eſsẽdi eis debita, in tantum deficiunt a bonitate, & malę ſunt: vtpote ſi deficit determinata quantitas, vel vis animæ aliqua, vt homo claudus, vel puſillus, homo cæcus. quę ſententia non ſolum dicit verum in naturalibus, ſed etiam in moralibus, & artificialibus.

Sexta Concluſio. Actio humana, quatenus actio hominis eſt habens aliquid entitatis, bona eſt, ſiquidẽ ens eſt: quatenus vero deficit a rectitudine ſibi debita, mala ẽ, vt comedere quando non oportet, & prout non oportet, malũ eſt. Itaq; non omnis actio humana bona eſt, ſed aliqua mala, & deficiens eſt.

Prima concl. Non omnis actio peccatoris ęſtimata. Conc. Trid.

Ad huius rei expoſitionem ſtatuitur prima concluſio, Non omnis actio hominis peccatoris mala eſt. Hęc eſt definitio Concilij Tridentini, Seſſione. 6. Can. 7. & probatur in hunc modum. Nam timor inferni, quo dolẽtes de peccatis ad miſericordiam confugimus, bonus eſt: ad illum namq; Dominus ſæpenumero nos incitat, & cõmonet, vt illum timeamus: Deus aũt ad malum nõ mouet: ergo timor inferni bonus eſt, hic aũt timor ĩ peccatorib. inuenitur. Deinde ſanctæ Scripturæ (quarum magnos cumulos poſſemus coaceruare, ſi eſſet opus ĩte clariſſimis uti teſtimonijs) ſæpiſſime admonent peccatores, vt dent operã aſſiduæ orationi, eleemoſynis, ſi forte conuertat illos Deus; quod nõ facerent, ſi hæc eſſent mala opera. Pręterea deplorare amicorũ, & ppinquorũ calamitates, malũ non eſt. ergo deplorare peccata, & mala inde ſubſecuta, malũ non eſt.

Secunda con. Hęreſis eſt dicere omnia opera iuſti eſſe peccata.

Secunda concl. Impudentiſſima hæreſis eſt, aſſerere, omne opus iuſti eſſe peccatum mortale. Hęc ſententia, quod hæretica ſit, conuincitur ex præcedenti. Nã ſi nõ oẽ opus peccatoris malũ eſt, multo minus omne opus iuſti peccatum erit. Deinde hæc ſnĩa damnatur aperte in diuinis litteris vtriuſq; Teſtamẽti: nã vtrumq; teſtamẽtũ adhortatur paſſim vniuerſos hoĩes ad bonas, & ſtudioſas operationes. Eſaiæ. 1. Lauamini, mũdi eſtote. Matth. 4. Pęnitentiam agite. Teſtatur inſuper opera hominum eſſe bona, & Deo accepta. Matth. 7. Bona arbor, bonos fructus facit & 1. Corint. 7. Qui iungit matrimonio virginẽ ſuã, non peccat: ſed ſubiungit: hæc aũt facientes, nõ peccabitis. idem docet Ioannes in 1 Canonica, p totã ferę epiſtolam. & D. Pau. ad Eph. 1. Prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei, ut eſſemus ſancti, & immaculati. & c. 2. Creati in operib. bonis, vt ĩ ipſis ambulemus. & ad Titum. c. 2. Apparuit benignitas, & humanitas Saluatoris noſtri Dei, vt abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobrie, & iuſte, & pie viuamus in hoc ſęculo, exſpectantes beatã ſpẽ, & aduentũ gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti. q dedit ſemetipſũ p nobis vt nos redimeret ab oĩ iniqtate, & mũdaret ſibi populũ acceptabilẽ, & ſectatorẽ bonorũ operũ. Vides certe quõ opera uirtutis a nobis exigãtur & apud Ezec. c. 11. ſic hr; Dabo eis cor nouũ, & ſpiritũ nouũ tribuã in uiſcerib. eorum, & auferã cor lapideũ de carne eorũ, & dabo eis carneũ, vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiant, faciantque ea, & ſint mihi in populum, & ego ſim

Eſa. 1. Matth. 4. Matth. 7. 1. Corin. 7. Ioannes. Ephes. 1. Tit. 2. Ezech. 11.

eis in Deum. Denique hanc ſententiam, ut dogma hæreticum cõdemnat ſancta Scriptura, execratur Eccleſia Catholica, & conſenſus omnium Chriſtianorũ abominatur.

Tertia con. Iuſtitia … uitæ non habet per … nem pecca…

Tertia concluſio. Iuſtitia, & ſanctitas, quam habemus in hac vita, non hẽt eam perfectionem, quã habitura eſt in uita beata: nam p iſto ſtatu admittit ſæpe multas rebelliones, & impuritates, & peccata venialia non pauca; pp quod dicimus. Dimitte nobis debita noſtra: & cum D. Ioanne, Si dixerimus, qa peccatũ non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt; & cum D. Iacobo. In multis offendimus oẽs. & cũ Salomone; Septies in die cadit iuſtus. Propter qd dicũt sãcti Patres, iuſtitiam noſtram comparatam ad diuinam, eſſe nullã. Sed obſeruandũ eſt, q non dicit Scriptura, in oĩb. offendimus oẽs, & ſemp cadit iuſtus, h. d. impius Lutheri ſpiritus.

Ioannes. Iacobus. Salomon.

Ad argumenta Lutheri.

Ad argumenta Lutheri vno uerbo reſponderi põt, q ſicut ſcripturas, ita & uerã earum interpretationẽ ab uniuerſa Eccleſia Catholica, Chriſti ſponſa, accipere oporteat: proferunt qdẽ ſexcenta loca Scripturarũ; at ſcripturæ non in legẽdo, ſed in intelligendo conſiſtunt, eaſq; hæretici in ſenſu deprauatas pferũt. Scriptũ eſt, n olim a ſancto Propheta Dauid . Angelis ſuis mandauit de te: ſed cum ea uerba in alium ſenſũ q̃ Spiritus ſanctus docuit, immo in eũ finẽ Diabolus aduerſus Chriſtũ ea pferret, ut Chriſtũ in præcipitiũ iactaret, recte rñdit Chriſtus Dñs, Scriptũ eſt, Nõ tentabis Dñm Deum tuum: atq; Lutherani pceptorẽ ſuũ Diabolũ egregie æmulãtur; quo n alio ſpectãt oĩa iſta, ut ab eis accipiuntur, teſtimonia, quã ut nos in omniũ uitiorũ barathrũ pcipitemus? quod n. grauius hoĩbus præcipitium contingere põt, q̃ ſi iſtam ſententiam ebibant, ut ſentiãt, uirtutis uiam eſſe impoſſibilem, & dum faciunt hoĩes qd poſſunt, peccare mortaliter? ſicq, cĩ uirtutis cura poſthabita, & fidei, & bonorum operum teſſera confracta, in pfundum quoddã totius impudicitiæ, omniumq; facinorum præcipites ruant? At ſane ſæpe mecũ admiratus ſũ, cũ ea, q iſti aduerſus bona opera pducunt, conſidero, q hac una ſnĩa regnum Dei, eiuſq; adminiſtrationem conculcent, Epicuræã ſectã ſine Deo, ſine pudentia introducant: Nã certe ſi opera oĩa humana mala ſunt, ſine cã nos iuſtificamus, laboramus, obſeruamus legem, pcepta ſperemus, Deũ colimus, Chriſtũ ſuſcipimus.

Hæretici deprauant ſcripturas. Pſal. 90.

Ad teſtimonia ex Geneſi. Ad primum.

Sed ueniamus iam ad explicationem, & confutationem arg. Ad teſtimonia ex Geneſi, ad primũ eſt triplex cõmentarius. alter eſt, q loquitur de hominibus perditis illius ætatis. ſecũdus eſt, quod loquitur Scriptura per hyperbolen, ad deteſtãda ſcelera illorum hominum. qua forma locutionis utuntur ſæpenumero diuinæ ſcripturæ, præſertim cum peccata populi reprehẽdunt. tertius eſt, ut explicetur de rebellione carnis, & contradictione ad rationem, de cuius cõtradictione, & rebellione dicit Paulus Roman. 7. Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. & alio in loco; Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum.

Rom. 7.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum teſtimoniũ dico, q apud ſanctos Patres inuenio tres huius ſentẽtiæ explicationes Prima eſt, Nõ uindicabit ſpiritus indignationis meæ hominem in æternum, quia caro eſt id eſt, imbecillis, & infirmus. & hæc eſt explicatio D Hierony. Secunda explicatio, Nõ permanebit ſpiritus meus, id eſt, ſpiraculum uitæ, hoc eſt, non uiuet, quia caro eſt, & venundatus ſub peccato. Tertia explicatio eſt, Nõ taxabitur ſpiritus meus cum homine,

Hiero.

quia

quia caro eſt. Sed licet daremus Luthero ꝙ hæc ſancta Scriptura loquatur de Spiritu ſancto, adhuc inane & friuolum conficit argumentum: nam Scriptura tantum dicit, Non permanebit ſpiritus in homine in æternum ex hoc uero non ſequitur quod aliquando nõ permaneat.

Ad tertium. Ad tertium teſtimonium dicendũ, ꝙ loquitur de corruptela appetitus ſenſitiui: ex hoc uero non ſequitur omnia opera noſtra eſſe peccata, ſed cũ taxat ea opera, quę ratio a paſſione deuicta committit. quod explicat in primis eleganter D. Iacobus, cum inquit, Vnuſquiſq; tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus: concupiſcentia autem cum conceperit, parit peccatum. (Iaco. 1.)

Ad quartum. Ad teſtimonium illud, quod iſti maxime exaggerant ex Pſa. 142. reſpõdeo, quod ſancti, & viri iuſti, multis de cauſis orant Deum, vt non intret cum illis in iudiciũ: tũ, quoniã uix eſt hominum qui non committat peccata mortalia, de quib. merito dubitant an habuerunt legitimam pœnitentiam: tum pp dubium de ſua ſalute: nemo. n. ſcit, vtrum odio, vel amore dignus ſit. Tertiã cauſſam deſignant Theologi, qm noſtra merita non habent valorem ex proprijs viribus, ſed ex Dei miſericordia & ideo non licet cum Deo in iudicio contendere, ſed dicere cum D. Pau. Ego non abijcio gratiam. Quarta cã eſt, quoniam omnis noſtra iuſtitia comparata ad diuinam, pro nihilo habetur. Quinta cauſſa eſt, quoniam cõtinuo atq; homo velit contendere cum Deo in ſtrictiſſimo iudicio, arrogans eſt, & ſuperbus, & ſic omnia merita ſua perdit. Vltima cauſſa eſt, quoniã ſi Deus iudex eſſet, & non miſericors, neq; apud illum eſſet propitiatio, nõ eſſet ſalua omnis caro. Sed vt ad interpretationem ſãctæ Scripturę redeamus, cum dicit Dauid. Nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens; intelligitur ex his, quæ facit ex proprijs uirib. ceterum ex his, quæ in homine iuſto, & per eum facit Spiritus ſanctus per fidem, & alia dona diuinitus infuſa, vere iuſtificatur coram Deo.

Ad quintum. Ioannes. Ad teſtimoniũ Scripturæ ex Eccl. 7. dicẽdum eſt, non eſſe hominem qui nõ peccet dum peregrinatur a Domino. cui conſonat illud ex D. Ioanne; Si dixerimus ꝙ peccatum nõ habemus, ipſi nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Ex hoc uero nugatoriũ conficitur argumẽtũ, cuiuſmodi eſt: non eſt hõ qui non peccet, ergo in oĩ opere ſuo peccat. Oẽs hoĩes peccant ergo oĩa opera ſua ſunt peccata. Cũ igitur dicit Salomon, Nõ eſt homo qui faciat bonũ, & non peccet; ad naturã, aux lio Dei deſtitutam, iuxta quoſdã pios & doctiſſimos viros) hæc uerba referuntur, eſtq; ſenſus, ne: ine ceuitare peccata niſi ope diuina adiutũ, & ſuffultũ. Sic exponit D. Hier. in Dialogo contra Pelagianos, & in ep. ſt. ad Creſiphontẽ. Alius commentarius eſt, vt referãtur hæc uerba ad peccata leuia, & venialia, ſine qb. vita ſanctiſſimi hoĩs uix traijcitur. (Hieron.)

Ad ſextum. Ad illud Eſaiæ, Vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ quaſi pãnus menſtruatæ, reſpondetur, ꝙ illis in uerbis Propheta inuehitur in ſcelera, & flagitia populi ſceleratiſſimi: pdicatores uero quando reprehendunt populũ, ita inuehuntur in eius ſcelera, atq; ſi nullus in populo bonus eſſet. Hoc modo loquitur Pau. cum ſcribit ad Phili. ca. 2. Omnes quærunt quæ ſua ſunt: ſciebat quidem D. Pau. eſſe in populo Chriſtiano multos viros probos, & ſanctos. Eadem phraſi utitur Eſaias c. 1. dicens; A plãta pedis, vſq; ad verticem capitis non eſt ſanitas in eo. In qua re obſeruanda eſt regula Tychonij hæretici, quã ꝓbat Augu. libro 3. de doctrina Chriſtiana: Scriptura diuina quando condemnat improbos, vř bonos dãnare: rurſus quando commendat bonos, videtur impios cõmendare: vt Oſeæ. 11. Puer meus Iſrael quẽ dilexi: & de malis patet ex ſententijs Eſaiæ cõmemoratis. Vel dicatur, ꝙ Eſai. deſcribit ſtatũ populi Iudaici poſt aduentũ Chriſti, & poſt Euangelij ſufficientẽ promulgationẽ, ſignificatq; vniuerſa ſacrificia, & oblationes, & cæremonias, futuras eſſe ſordes, & immundas corã Dño. Vel loquitur Eſa. de iuſtitijs operum, quas populus Iudaicus operabatur ex obſeruatione legis, al oq; immũdas, iniuſtas, & fœtidas, neq; in conſpectum hominũ prodire dignas, nedum Dei. Lege textum, & me verum dixiſſe indicabis ſic. n. habet Ecce tu Dñe Deus iratus es, & peccauimus, & in ipſis fuim' ſemp, & ſalua bimur (videlicet ſupereminente tua bonitate) & facti ſumus, vt immũdi omnes, & quaſi menſtruatæ pannus, vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ, (ſcilicet quas ſecundum legis obſeruationem colligimus nobis) & cecidimus quaſi ſolium vniuerſi, & iniquitates noſtræ quaſi ventus abſtulerunt nos, &c. An hic loqtur Propheta de iuſtitia fidei, qua iuſti ſumus coram Deo; & non potius de iuſtitiis operum, quas hõ operatur implẽdo legis decretum, nihilominus permanens in iniquitatib. & peccatis? (Paulus. Eſaias. Regula Tychonij. Auguſt. Oſeæ. 11.)

Ad ſeptimum. Sed iã ad Scripturas ſãctas ex libro Iob ſatisfaciẽdũ eſt. Sciat ergo Theologus, ſolam Iob hanc eſſe, ꝙ hõ operans ea parte qua hõ eſt, & oĩb. uirib humanæ uirtutib. intẽdens beneſacere deſtitutus diuinæ gratiæ ſubſidio, nõ põt apparere iuſtus corã Deo. Deinde dicit, ꝙ homo renatus ex Deo, & intus ſanctificatus uiuens in hoc mũdo, tot imperfectionib. tot minutulis peccatis, tot defectib. inuoluitur, vt compoſitus Deo, potius iniuſtus q̃ iuſtus, potius tenebræ quã lux, dici debeat; eo ꝙ in Deo prorſus nihil eſt impuritatis, nihil imperfectionis: ceterum iuſtitia fidei deſuper cordibus noſtris infuſa, operatione Spiritus ſãcti, qui datus eſt nobis, aliquid eſt, immo multũ cõparata Deo: hoc ſiquidẽ eſt, quod eſt fœtus nouæ prolis, cõparatus viro perfectæ ætatis; quod filius recens natus, comparatus ſuo parenti; quod lumen candelæ, cõparatum luci Solis; quod ſemen comparatum meſſi futuræ. Omnis (inquit Apoſtolus Ioãnes) qui natus eſt ex Deo, nõ peccat, qm ſemen Dei in eo manet. audis ſemẽ Dei, quod eſt iuſtitia qua iuſti ſumus coram Deo: audis quoque nos natos eſſe ex Deo, p modum. ſ. infantiæ, quia nondum apparuit quid erimus. Sicut igitur lumen candelæ uerum lumen eſt, præbens omnibus lucem qui domi ſunt. fœtus quoque nouæ prolis uerus homo eſt, nõ obſtantibus imperfectione, inæqualitate, diſſimilitudine, quas eſt inuenire in lumine candelæ, comparatione ad Solem, & in fœtu, comparatione ad parentem; vtiq; ſemen veraciter continet in ſe totam meſſem, cuius cõparationem nihil eſſe videtur: ita iuſtitia operũ noſtrorum, quã efficit in nobis Spiritus ſanctus per fidẽ, & caritatem, in ſe in virtute continet alam abſolutam, & glorificam iuſtitiam futuri ſæculi, qua quidem comparati ad Deũ, non vtiq; iã nihil dicemur, quin potius vnũ erimus cum Deo dicente Seruatore noſtro; Rogo Pater, vt oẽs vnum ſint nobiſcũ; ſicut ego & tu Pater vnũ ſumus. (Ioannes.)

Ad teſtimonia noui teſtamenti. Sed ad Scripturas noui Teſtamẽti deueniamus. Certe ineptiſſimum eſt ad condemnanda humana opera, pducere illud, Mala arbor non poteſt bonos fructus facere: nã in eo teſtimonio non intelligitur nomine arboris humana uoluntas, aut concupiſcentia, quemadmodum Manichæus, & Lutherus mentiuntur, ſed intelligitur intentio animi noſtri: ex bona namq; intentione nõ ꝓdit malum opus; neq; ex praua, bonũ. Et ꝙ hæc ſit intelligentia uera huius loci, patet ex antecedentib. & ſubſequentibus. Nam præmiſit Dominus, aut facite arborem bonã & fructus eius bonos facite; aut facite arborẽ malã & fructus eius malos facite. exploratum aũt eſt nos non facere voluntatẽ, aut concupiſcentiã, intentio vero animi noſtri, in noſtra facultate eſt. Vel dicatur, ꝙ mala arbor, quamdiu mala eſt, & qua rõne mala eſt, nõ poteſt bonos fructus facere; & bona, quãdiu bona eſt, nõ põt malos fructus facere. Iã uero illud Ro. 7. Sentio aliam legem in membris meis; quã aptè, q̃ accõmodate contra bona opera proponitur. dicendũ namq; eſt, uerũ eſſe quod caro concupiſcat indeſinenter aduerſus ſpiritum, etiam in homine iuſtificato, ut docet Paul. ad Ro. 7. & ad Gala. 5. ceterum hæc carnis concupiſcentia, nõ eſt prohibita lege Domini, ac proinde non imputatur ad peccatum: nõ enim dicit lex, caro tua nõ cõcupiſcet, aut in carne tua non habebis cõcupiſcentiã; verũ dicit lex, Nõ concupiſces, id eſt, tu homo ea parte qua hõ es, hoc eſt, ratiõe deliberata non concupiſces, non cõſentiens in concupiſcentias. quod alibi dicit Apoſtolus, Deſideria carnis nõ perficies, ad Gala. 5. & alio in loco, Ne curam carnis in deſiderijs perficias. ad Rom. 13. & poſt concupiſcentias tuas nõ eas Eccl. ſiſtici 18. & ipſe D. Pau. ad Ro. 6. non hortatur nos ne ſit in nobis peccatũ, ſed ne regnet in nobis, vt obediamus eius cõcupiſcentijs. Sed inquies; qua ergo rõne vocatur cõcupiſcentia peccatũ? certe per figurã, tum, quia fomes eſt, & incitamentum (Paulus. Gala. 5. Rom. 13. Eccl. 18. Rom. 6. Dubitatio.)

tamentum

mentum peccati;tum,quia ex peccato primi parentis re licta eſt, partim in pœnam inobedientiæ commiſſæ, partim in exercitium virtutis colēdæ. Nec minus inepte citatur illud ex D.Pau. Vt inueniar in illo nō habens meā iuſtitiam,&c. Apoſtolus enim non dicit, vt inueniar in illo non habens iuſtitiam;ſed vt inueniar nō habens meā iuſtitiā q̄ ex lege eſt,ſed q̄ ex fide eſt Ieſu Chriſti, quæ ex Deo eſt, vtiq; in me, & diffuſa in corde meo: quæ non contingit nobis niſi per Chriſtum,& per glorioſa merita eius. Illud vero; Qui factus eſt nobis ſapientia, iuſtitia, ſanctificatio; interpretatur Theophilactus dicens, ideſt ſapientes nos,& iuſtos,& ſanctos,& liberos fecit: & ut largitatē doni ſignificaret, non dixit, fecit nos iuſtos;ſed factus eſt nobis iuſtitia,id eſt,totalis ratio, & cā, ꝙ Deo donante ſapientes ſimus, iuſti ſimus,&c. Ad vltimum teſtimonium ex epiſtola ad Titum, dicendū, ſermoné eſſe formalem de infidelibus, vt infideles ſunt,& vt ex infidelitate operantur,his nihil eſt mundum. Sed & D.Aug. explicat prædictam ſnīam li.31.contra Fauſtum c.4.intelligens, quod hic dr̄ non de eleemoſyna, & id genus alijs actionib. ſed de cibis. hoc ſenſu;infidelis ſiue comedat,ſiue abſtineat, nō ſancte,nec iuſte comedit, vel abſtinet. quia praua opinione vtrumq; facit. Vel loquitur de infidelibus, qui tpe reuelatæ gratiæ adhuc vmbras futurorum pertinaciter defendunt. Ad ſanctorū Patrum ſententias non eſt admodum difficile reſpondere: nam D. Cypr. pro nobis eſt, utpote qui cum magna aſſeueratione doceat,ꝙ libidinem nōnunquā ſuperamus, ambitionē proſternimus,auaritiam compeſcimus:has vero paſſiones uincere, bonū eſt, atq; laudabile:ꝙ vero in oībus victores nō euadamus,infirmitatis;& imbecillitatis eſt, pertinetq; hoc ad leuia peccata venialia, ſine quib. vita hoīs vix inuenitur. Ad D.Augu.& D.Gregorium non eſt operæpretium ſpeciatim reſpondere: iam.n.explicatum dedimus, quemadmodum omnis humana iuſtitia comparata ad diuinam nihil ſit. quo in ſenſu ſancti uiri orāt Deum, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Dn̄e, qa non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis uiuens.

Theophilactus.
Aug.
Ad teſtimonia ſanctorū.

Ad argumentum de præcepto diligendi Deū, & de nō concupiſcendo,ſic dicendū eſt, quod dum hic viuimus, minus perfecte diligimus quam in patria; vere tamen diligimus,& qdem perfecte, quantū ſatis eſt mādato Dei. quod vel vana auctoritate Apoſtolica demonſtrari pōt: docet enim Ioannes, Qui dicit ſe noſſe Deum,& mādata eius non ſeruat, mendax eſt, & in eo veritas nō eſt;q autem ſeruat verbum, hoc eſt, mandatum eius, vere in hoc caritas Dei perfecta eſt: ita qui ſic toto corde diligit Deum, vt nihil eorum quæ ille præcepit omittat, nihil ēt eorum quæ prohibuit faciat, ille uere ſatisfacit ꝑcepto de diligendo Deo ex toto corde,& in eo caritas Dei perfecta manet. Ad illud autem quod obijciūt de præcepto, Non concupiſces, poſt ea quæ dicta ſunt, non eſt opus ſatisfacere. Atque hæc de priori diſputatione ſatis erunt.

Ad argumentum de præcepto dilectionis Dei.
Ioannes.

Poſterior diſputatio eſt contra definitionem communem Theologorum,quam hic ſtatuit S.Tho.quod malitia eſt priuatio rectitudinis debitæ ineſſe. Hanc definitionem amplectuntur omnes Theologi in 2.d 40. Dur. d.34.q.2.& diſt 40.q.1. acceperunt eam ex D. Dionyſio, c.4.de diuinis nominibus, dicente, Bonum conſurgit ex integra cauſſa;malum autem ex particulari defectu. Sed Ocham quodli.3 q.15 & poſt eum Almayn. in ſuis moralibus, tract.1 c.15. diſputant contra hanc definitionē. In primis, rectitudo actus,non eſt accidens actus: ergo non poteſt ineſſe. Antecedens probatur,quia non diſtinguuntur ab actu.

Quæſtio ſecūda. An malitia ſit priuatio rectitudinis debitæ.
Durand.
Dionyſius.
Ocham.
Almay.
prim. arg.

Deinde, odium Dei eſt malum,& malitia eius non eſt priuatio rectitudinis debitæ ineſſe illi, quia non poteſt eſſe rectum: priuatio enim tantum eſt in ſubiecto apto nato. Ex hoc argumento efficaciter concluditur(vt videtur)quod malitia nō ſit priuatio rectitudinis debitæ ineſſe operationi. Neq; vero eſt priuatio rectitudinis debitę ineſſe agenti: ſtat enim,ꝙ pro tempore quo odit Deum, non teneatur diligere Deum.

Secundum.

Præterea ſequitur ex prædicta definitione, quod malitia cuiuslibet actus ſit præciſe malitia omiſſionis, ſiqdē eſt priuatio rectitudinis debitæ ineſſe. hoc ipſum confirmatur. Nam non facere quod debes, omiſſio eſt: ergo ſi operatio dēt habere rectitudinem, & non hēt, omiſſio eſt. Ad hæc, habitus vitioſus prodigalitatis malus eſt, ex eo ꝙ contrariatur virtuti liberalitatis per exceſſum: non vero ex eo ꝙ priuet rectitudine virtutis, quę eſt liberalitas;alioqui prodigalitas, & auaritia eſſent eiuſdem ſpeciei,ſiquidem priuant rectitudine eiuſdem ſpeciei. & priuationes ex rectitudine qua priuant diſtinguuntur.

Tertium.
Confir.
Quartum.

Vltimo, actio humana ex eo mala eſt, quia lege diuina prohibita eſt & interdicta: ſi enim non eſſet lex, neq; præuaricatio, dicit Pau. Et D.Th. infra q.71. articu.6 ad quartum aperte docet, ꝙ omne peccatum eſt malum, qa lege diuina prohibitum: ergo ex eo eſt mala actio humana, quia eſt lege diuina prohibita, non ꝙ operationi humanæ debeatur rectitudo, vel non debeatur.

Vltimum.
Paulus.
S.Tho.

Ad huius rei expoſitionem, intelligēdum quod Diuus Tho. interrogat hoc in loco, num omnis actio hominis bona ſit, vel aliqua mala; non ꝙ hoc cadat in dubium, ſed vt ſumta occaſione explicet quid ſit operationē eſſe bonam,vel malam. Illud etiam ſcire oportet, ꝙ res naturæ ſunt bonæ per aliquid abſolutum exſiſtens in eis: vt aurū pp proprietates quas habet; homo propter naturā rationabilem: res uero artificioſæ dicuntur bonæ p comparationem ad aliquid extrinſecum, vt imago bona eſt, & pulcra, quādo regulę artis,& normis eſt conſentanea; mala uero quando regulæ eſt diſſentanea. Operationes vero humanæ (de quibus inſtituimus diſputare) dicuntur bonæ per comparationem ad rectam rationem, q̄ eſt regula,& norma humanarum operationum. & ſic ea actio humana bona eſt, q̄ eſt conſentanea rectæ rōni; illa vero mala, quæ rectæ rationi diſſentanea eſt. Ruſus ea operatio bona eſt, q̄ eſt de bono obiecto, oīb. circumſtātijs debitis ornata;illa uero mala, quæ eſt de malo obiecto, vel cui deficit aliqua de debitis circumſtantijs. Sed pergam alio modo explanare q̄ ſit operatio humana bona; quæ uero ſit mala. Operatio bona(iuxta Ariſtotelcā doctrinam)ea eſt, quæ conformis eſt,& conſentanea recto appetitui;illa vero mala, quæ a recto appetitu diſcrepat,& diſcordat. Sed vt magis Theologice loquamur, id ſolum appellatur opus bonum, quod eſt legi diuinæ cōforme, illud malum, qd a lege diuina, quæ eſt regula humanorum actuum, abhorret,& diſſidet. Ex his conſtat, ꝙ bonitas, vel malitia moralis, varijs definitionibus ſoleat explicari: ceterum neque exactior, neque verior definitio vlla excogitari poteſt, quam illa, quam hic ſtatuit S.Th. nam hac definitione comprehenduntur vniuerſæ aliæ, ſi diligenter,& exquiſite examinentur.

Deciſio quæſtionis.
Humanæ operationes quare dicātur bonæ, vel malæ.

Eſt.n. malitia moralis, priuatio cōformitatis ad rectā rationem. Ruſus, eſt priuatio conformitatis ad diuinam legem, eſt deuiatio,& obliquitas a lege præſcripta, atq; adeo eſt priuatio conformitatis ad rectum appetitū. Præterea eſt operatio de eo quod non habet conformitatem ad regulam rectæ rationis: quæ omnia comprehenduntur illa breuiſſima definitione. Malitia moralis eſt priuatio rectitudinis debitæ ineſſe. Qui ergo prædictā definitioné calumniantur, vel ex malitia, vel ignorantia id faciūt: aut.n. iſti, cū intelligerēt ſnīam Doctorū, voluerūt arguere ad aliū ſenſū, aut turpiter errarunt nō intelligētes. Sed veniamus iā ad argumentorum confutationes.

Malitia moralis quid.

Ad primum dicendum, non eſſe Theologi, aut uero Philoſophi moralis diſputare, an rectitudo operis diſtinguatur ab ipſo opere, vel non diſtinguatur: ſatis eſt intelligere. ꝙ eſt quędam diſpoſitio,& ornatus ipſius operis. ſic equidem omnes homines loqui ſolent, hæc operatio eſt recta, illa vero obliqua,& a ſua regula deuians. Certe opus bonū, vel malū, non eſt ipſa rectitudo, aut obliquitas, ſed rectitudo eſt cōmenſuratio illius ad ſuā regulā, & quāquā non ſit diſtincta tamquā alia res, ſat fuerit, ꝙ diſtinguatur ſicut figura a quantitate, vt vere dicatur, ꝙ rectitudo, vel obliquitas cōpetit operationib. humanis.

Ad argumenta in oppoſitum.
Ad primum.

Ad ſecundum dicendum eſt, quod cum dicimus claudicationē carere rectitudine debita, non eſt ſenſus, ꝙ rectitudo debeatur claudicationi: claudicatio.n. recta eſſe nō poteſt, ſed debetur ambulationi. Ad eundē modū aſſerimus odium Dei carere rectitudine debita, non ꝙ rectitudo debeatur odio Dei, ſed operationi humanæ. Vel dicēdū, ꝙ malitia eſt priuatio rectitudinis, nō ipſius actus, ſed agentis: quamquam enim agens nō teneatur

Ad ſecundum.

operari,

operari, iam quod operatur, tenetur ad regulam rationis operari. Vel dicatur, ſatis eſſe, ut actio humana dicatur mala, ꝙ actus humanus ſit aptus natus habere rectitudinem: ſicut Talpa dicitur cæca ex eo, ꝙ ſecundum ſuum genus ſit apta ad videndum; & equus dicitur eſſe animal irrationabile, q̄a in quantum animal, hēt aptitudinem, ut ſit rationabile, non in quantum equus. Sed ſi obijcias, ergo equ⁹ eſt animal deficiens, & uitioſū, quia caret rōne, q̄ ex genere ſuo poteſt ei conuenire: **Conf.** Reſpondeo, ꝙ rationale non debetur ad plenitudinem eſſendi, ut animal, ſi et actio humana ex natura ſua expoſtulat, vt regula rationis menſuretur, unde deficere a regula, eſt operatio mala.

Ad tertium. Quis ſenſus definitionis malitiæ moralis. Ad tertium dicendum eſt, ꝙ cum dicimus malitiā moralem eſſe priuationem rectitudinis debitæ in eſſe, nō eſt ſenſus ꝙ debeatur ex vinculo præcepti, ſed ſecundū ſuā regulā, prout dicimus claudicationem carere rectitudine debita, non ꝙ debeatur ex pcepti vinculo, ſed ſecundum ſuam regulam. Vel dicendum, ꝙ tametſi homo non teneatur ſemp diligere, tenetur tamen ſemper non odio habere: ſicut quamquam non tenemur ſemper orare, tenemur ſemper non inattente orare. **ad quartum** Ad quartum dicendum, ꝙ licet malitia moralis ſit priuatio rectitudinis debitæ in eſſe, non eſt conſequens, actum commiſſionis eſſe illā priuationem; ſed tñ dicimus, actum commiſſionis eſſe malum ratione huius priuationis. Itaq; actus commiſſionis, eſt actus priuatus rectitudine debita, omittere uero, non eſt agere, ſed potius non agere quod oportuit agere.

ad quintum Ad quintum argumentum dicendum eſt, ꝙ in eo argumento inſinuatur difficilis quæſtio, Num malum morale ex ſua differentia intrinſeca ſit aliqua natura poſitiua, an potius priuatio. Cuius rei difficultas ad quæſtionem .71. huius partis referenda eſt. Nunc uero tantum definitur, operationem humanam dici malā, quia deficit ei aliquid de rectitudine ſibi debita; utrū uero hoc contingat quia contrariatur uirtuti, uel quia eſt priuatio uirtutis, in loco dudum citato diligenter examinabitur.

ad vltimum Ad ultimum argumentum dicendum, ꝙ ſi Deus non prohiberet adulterium, hoc conſtituto, adulterium nō eſſet peccatū, prout argumentum propoſitum demonſtrat; & eſſet peccatum, quia eſſet rectæ rationi diſſentaneum, & careret rectitudine debita. Rurſus ſiquis eo in caſu cōmitteret adulteriū, odio haberetur a Deo: eſſet eñ adulterium cōtra Dei uoluntatē; quæ ad malum reſpicere nō poteſt. præterea eſſet auerſus ab ultimo fine: unde qui in tali uoluntate permaneret, non poſſet eſſe Dei amicus.

Corolarium Ex his efficaciter concluditur, eſſe euidentem contradictionem, ꝙ Deus non prohibeat adulterium, mendacium, & cetera id genus, quæ ſunt de ſe mala: hac autem hypotheſi conſtituta, ſequitur illa euidens contradictio, quod adulterium eſſet peccatum, & non eſſet peccatum. Nonnulli doctores dicunt, ꝙ ſi Deus non prohiberet adulterium, eſſet quidem malum, quia rectę rationi diſſentaneum, ſed non eſſet peccatum, propter argumentum ſuperius adductum: atq; ſecundum iſtos doctores, malū morale latius patet quam peccatum.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum actio hominis habeat quod ſit bona, vel mala ex obiecto.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Bonum & malum in actib. moralibus attenditur ex obiecto conuenienti, uel non conuenienti: nam bonum & malum actionis, ſicut & aliarum rerum, attenditur ex plenitudine eſſendi, uel defectu ipſarum. Primum autē quod pertinet ad plenitudinem eſſendi eſt id, quod dat rei ſpeciem, ſicut res naturalis habet ſpeciem ex ſua forma. Ita ergo actio primo dicitur bona, vel mala ex obiecto. obiectum enim tribuit ſpeciē actionibus humanis: unde bonitas ex obiecto appellatur bonitas ex genere, id eſt, ex ſpecie ſua: qua forma locutionis, ſpeciem humanam, appellamus genus humanum; & malitia ex obiecto, appellatur malitia ex genere ſuo.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Argumenta contra concluſionem. Primum ar. Concluſio huius articuli falſa eſſe uidetur. Nam obiectum eſt res ipſa; in rebus autem ipſis non eſt malum, ſed in uſu peccantiū, ut dicit Auguſtin. lib. tertio de doctrina Chriſtiana capitulo 12. ergo actio humana non habet bonitatem aut malitiā ex obiecto.

Confir. Hoc confirmatur. Nam obiectum non eſt bonum aut malum morale, puta, res aliena, uel tua. ergo ab illo non accipitur bonitas aut malitia moralis.

Secundum. Secundo, obiectum operis interioris, eſt ipſa operatio exterior. uerbi gratia. obiectū uolitionis, qua volo occidere hominē, eſt occiſio exterior. Sed actus interior nō habet bonitatē, aut malitiā ex actu exteriori, quia potius act⁹ exterior hēt omnē bonitatem, & malitiam ab actu interiori. Ergo non ſumitur bonitas aut malitia ex obiecto.

tertium. Tertio, prima bonitas aut malitia ex lege ſumitur, nō ex obiecto.

vltimum. Vltimo, operatio humana primam bonitatem habet ex eo quod a libera uoluntate proficiſcitur. ergo non habet eam ex obiecto. Antecedens eſt certum, quantum videtur, & affirmat illud **Scot.** Scotus in 2. diſ. 40. q. 1. & in quodlib. q. 13. Itaque affirmat Scot. ꝙ operatio humana habet primam bonitatem ex eo ꝙ a libera uoluntate proficiſcitur; ſecundā habet ex obiecto. & hęc eſt bonitas generica, non ſpecifica, ſiquidē limitatur per alias bonitates finis, & circumſtantiarum. Itaq;, quemadmodum Sco. in naturalib. conſtituit formam corporeitatis genericam, quæ ab alijs formis limitatur, & finitur, ſic in moralibus conſtituit bonitatē ex obiecto genericā, per alias bonitates finis, & circumſtantiarum determinabilē. **D.Thom.** D.Th. in 1. di. 36. articulo vltimo loquitur & ſentit (ut uidetur) cum Scoto: dicit enim ꝙ prima bonitas eſt ex eſſentia actus, q̄ eſt cōmunis actib bonis & malis, unde ipſa eſt quæ ſubſternitur alijs bonitatibus, inter quas ſecunda ſuperuenit bonitas ex materia debita. Deinde ſuperueniunt aliæ bonitates ex fine, & circumſtantijs. ergo prima bonitas auctore D.Th. non accipitur ex obiecto. In eodē loco dicit D.Th. ꝙ bonitas ex obiecto, eſt bonitas ex genere, q̄a eſt determinabilis p alias bonitates finis, & circumſtātiarum. uerbi gratia. paſcere pauperem propter Chriſtū, paſcere pauperem eſt; ſed non conuertitur, quia magis commune eſt.

Prima conc. Operatio non habet bonitatē aut malitiā quia pficiſcitur a libera voluntate. Pro explicatione ueritatis eſt prima concluſio. Operatio humana non habet bonitatem aut malitiam ex eo ꝙ a libera uoluntate proficiſcitur: nam uoluntas per eandem potentiam producit operationes ſtudioſas, & malas. ergo ex eo ꝙ operatio prodeat a libera potentia, non potius habet bonitatem quam malitiam. Deinde, illud quod eſt indifferens ad bonum, & ad malum, non confert bonitatem aut malitiam. Vltimo, nemo laudatur aut vituperatur ex eo ꝙ libere operatur, ſed quoniam ſecundum rationem operatur. certe domus nō eſt artificioſe facta, quia libere eſt producta, ſed quia ad regulas artis effecta eſt. Itaq; libertas uolūtatis, quamuis ſit prima radix operationis humanæ, inde nō habet ſuam bonitatē aut malitiam; alioq; omnis operatio, quantumuis mala, haberet aliquam circumſtantiam bonam, nempe quod libere producitur.

Secunda con. Operatio habet bonitatē aut malitiā ex obiecto. *Secunda propoſitio.* Operatio humana habet bonitatē aut malitiam ex obiecto. Hanc concluſionem adeo aperte probat D. Thom. in articulo, ut alia confirmatione nō ſit opus. Huic ſententiæ quadrat omnis ſcriptura, & omnis philoſophia moralis: nam tum in ſcriptura, tum in Philoſophia uituperantur omnes ex rebus quas diligūt, **Oſeæ 9.** iuxta illud Oſeæ 9. Facti ſunt abominabiles ſicut ea q dilexerunt. Sed hic obſeruandum eſt, quod quamquā actus exterior uideatur eſſe obiectū actus interioris: dato eñ eleemoſynæ exterior, eſt ipſius actus miſericordiæ obie-

ctum,

ctum, quo volo elargiri eleemoſynam. Sed cũ actus interior, & exterior in genere moris reputẽtur, ut vnus actus humanus perfectus, oportet omnino deſignare obiectum commune utrique: efficiunt ſiquidem vnum actũ humanum, & vnum peccatum: occidere enim hominem uoluntarie, unum peccatum eſt. Dicimus ergo, ꝙ obiectum ꝓprie eſt ipſa res, circa quã uerſatur actio, ut cõueniẽs uel diſcõueniens regulæ rationis. Exẽplis hoc illuſtrabitur. Certe obiectum homicidij eſt homo, non quomodocumq;, ſed prohibitus occidi; obiectũ furti eſt res aliena, non vtcumq;, ſed ut ꝓhibita ut accipiatur, & ut diſcordat a norma, & regula rectæ rationis: quemadmodũ obiectum viſus non eſt uidere, ſed color ſub rõne viſibilis. Sane quemadmodũ ſcientiæ diſtinguuntur ex reb. ipſis & obiectis, non quidẽ, ut ſunt res natura, ſed ut ſunt in genere ſcibilis, ſecundũ maiorẽ uel minorem abſtractionem a materia, ut docent Dialectici: ſic ꝑfecto actiones humanæ ex obiectis ſuis diſtinguuntur, q̃ ſunt res quædã, circa quas uerſantur, uel quas reſpiciunt: non autem eas reſpiciunt, ut ſunt res quædam naturales, ſed ut ſunt conuenientes aut diſconuenientes ad operationis & directionis regulã. Et hoc eſt qđ docet D.Th. in ſolutione primi argumenti. Illud ẽt non eſt prætereundũ, ꝙ ratio formalis bonitatis, uel malitiæ actionis humanæ, intima eſt in ipſa actione; ne qs exiſtimet ꝙ ſit in ipſo obiecto Rõ enim bonitatis, eſt proportio & cõmenſuratio ad ipſum obiectũ, iuxta rationis regulã: ꝓpter qđ dr̃, ꝙ actio humana accipit bonitatem, uel malitiam ex obiecto. Contingit tñ interdũ, ꝙ ipſum obiectũ ſit effectus ipſius actionis humanæ, & tunc ratio formalis bonitatis erit proportio, & rectus ordo ad talem effectũ. Et hoc eſt qđ docet D.Th. ſolutione tertij, quando dicit, ꝙ proportio ad effectũ eſt rõ formalis bonitatis. uoluit enim docere, ꝙ ratio bonitatis erat intrinſeca, & intima operationi humanæ, licet cõparetur tamquã cã ad effectũ. Sed de hoc alio in loco diſſeritum eſt, quo actus ſpecificentur ex obiecto & fine, cum obiectum & finis extrinſeca ſint.

Obiectum quod ſit.

Conc.

D. Tho.

Tertia concluſio. Bonitas aut malitia, quæ ſumitur ex obiecto, non eſt generica, ut arbitratur Scotus, ſed ſpecifica: nam nullum eſt bonum aut malum quod in certa ſpecie non ponatur; ſicut nullũ eſt animal qđ in certa ſpecie non collocetur, niſi uelimus fingere Platonis ideas. Secũdo, actus amoris Dei, & odij, inſuper actus matrimonij & actus adulterij, ex ſuo obiecto habent certam ſpeciem, & determinatam. Quarta concluſ. Bonitas vel malitia, quã tribuit obiectum operationi humanæ, non eſt in obiecto formaliter, ſed cauſſaliter. Pro cuius declaratione notãdũ eſt, ꝙ res exteriores, quæ ſunt obiecta humanarũ operationum, dicuntur bonæ aut malæ quia ſunt conuenientes aut diſconuenientes ad rectam rationem, & ipſa conuenientia eſt bonitas; & diſconuenientia, malitia. v.g. furtũ eſt intrinſece malum, quia de ſe eſt diſſonum rectæ ratiõni, & regulæ diuinæ: ceterum uoluntas, qua quis vult rem conuenientem & conſentaneam rectæ rationi, eſt bona formaliter, & in exercitio: quare in ea uirtus eſt, aut vitiũ. Item, uoluntas qua quis uult furtum, mala eſt formaliter, & ideo eſt capax vitij; res uero ipſa a parte rei neq; ſunt peccatum, neque uirtus.

Tertia con. Bonitas aut malitia ex obiecto ſpecifica eſt.

Quarta con. Bonitas aut malitia ex obiecto, nõ eſt formaliter in obiecto.

Quod ſi mihi dicas, quomodo res exteriores, cum non ſint bonæ formaliter, conferant bonitatem aut malitiam actui humano: nemo enim dat quod non habet: Dicendũ eſt, ꝙ res exteriores sũt bonæ, aut malæ, cauſſaliter, & originaliter. ſicut pomũ, & medicina dicuntur ſana, quia efficiunt ſanitatem. itaq; res exterior, ante omnem operationem uoluntatis, dicitur bona, uel mala dupliciter. primo qa eſt conueniens, aut diſcõueniẽs rectæ rationi; deinde, qa põt cauſſare bonitatẽ, aut malitiã operationis humanæ. Secundo dicẽdum eſt, ꝙ res exteriores ſunt bonæ, uel

Obiectio.

ſolutio.

ART. TERTIVS.

Vtrum actio humana ſit bona, uel mala ex circumſtantia.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans. Nam ſicut in rebus naturalibus nó ſufficit forma ſubſtantialis q̃ dat ſpeciẽ, immo accidẽtia quædam requiruntur ad perfectionem illarum, vt in homine eſt figura, color & ſimilia; ſic etiam tota bonitas actionis nõ eſt ex obiecto ſed requiruntur quædam cir

malæ in eſſendo: potentia uero libera eſt bona aut mala tm̃ in exercitio, aut in merito: qm̃ ẽe in ſola libera potentia eſt uirtus aut uitiũ in exercitio; quemadmodum ſecũdum ueram Metaphyſicam res ſunt ueræ in eſſendo; ſolus uero intellectus eſt uerus in dicendo, & in aſſerendo. Ex his, ut arbitror, liquet Quarta concluſio. Ad argumẽta in principio facta, & ad primum reſpondetur, ꝙ licet res exteriores in ſe bonæ ſint, tamen non ſemp habent debitam proportionem ad hãc vel illam operationem; & ideo in quantum conſiderãtur, ut obiecta illarum operationum, non habent rõnem boni. Ad confirmationem iã dictũ eſt, ꝙ obiectũ eſt bonum aut malum, cauſſaliter, & originaliter, ſicut pomum dr̃ ſanum. Ad ſecundum breuiter reſpondetur, ꝙ operatio exterior, q̃ eſt obiectũ operationis interioris, tribuit bonitatem aut malitiam actui interiori, quatenus eſt conueniẽs uel diſconueniens rectæ rationi. ceterũ eadem operatio exterior in exercitio poſita, eſt effectus interioris volũtatis, & ab ea omnem bonitatẽ aut malitiã habet. Videte de hac ſolutione D.Th. ſolutione tertij. Ad tertiũ cõceditur, bonitatẽ, & malitia in primis ex lege eſſe ſumendam: ſed idẽ eſt quod dicit D.Th. eſſe accipiendã ex obiecto cõuenienti ad rect. m rationẽ. recta namq; ratio informatur legib. diuinis. Ad quartum argumentum iam demonſtratũ eſt, qño ſententia Scoti ex omni parte falſa ſit. Rurſus dico, ꝙ ſi eſt aliqua bonitas operationis humanæ, ꝙ libere producatur, eſt bonitas naturalis; bonitas autem moralis ex obiecto ſumenda eſt. Sed vr̃ ſentẽtia Scoti eſſe uera, in quantum dicit, ꝙ bonitas ex obiecto eſt generica, nõ ſpecifica. nam hæc actio; uolo eſſe ſtudioſus; bona eſt ex genere ſuo; at nõ eſt in aliqua certa ſpecie uirtutis; nõ.n. eſt quare magis ad iſtam uirtutem quam ad aliam referatur. Deinde iſte actus, uolo eſſe nequã homo, de genere ſuo eſt malus, at non eſt in aliqua certe ſpecie uitij. Reſpõdetur, ꝙ reducitur ad iuſtitiã legalem, cuius officium eſt ꝓmouere omne opus uirtutis, vel referendus eſt ad ſyndereſim, cuius officiũ eſt ſectari bonum, & fugere malum; ſicut. n. i ſpeculatiuis. eſt primũ principiũ. quodlibet eſt, uel nõ eſt, ita in practicis ſimiliter eſt primum principiũ, bonũ eſt ſectandum; malũ fugiendũ habitus uero primorũ principiorũ in practicis eſt ſynderesis. Sed ad extremũ huius articuli notandũ eſt, ꝙ nõ quæuis differentia obiecti conſtituit ſpeciem in moralib. ſed illa tantũ, quæ dicit ſpecialem conformitatẽ ad rõnem, uel difformitatẽ. Pro quo eſt prima regula. Quando vnus actus eſt conformis rectæ rationi, & alter difformis, differunt ſpecie; qm̃ obiecta differunt in ordine ad rationẽ. Secunda regula. Quando uterq; actus eſt difformis rectæ rationi ex diuerſa cã, differunt ſpecie, ſicut habere rẽ cũ muliere ſoluta, & cũ maritata. Tertia regula. Quãdo uterq; actus eſt cõformis rõni ex diuerſa cã, differũt ſpecie in bonitate morũ, ſicut credere, & amare Quarta regula. Quando actus ſunt conformes aut difformes rectæ rõni, ex eadẽ cã, licet maxime diſtent in genere naturæ, ſunt eiuſdẽ ſpeciei. v.g. uendere triticum iuſto pretio, & uendere piper, ſunt eiuſdem ſpeciei in genere moris, & pertinent ad eãdem uirtutem iuſtitiæ, licet differant in genere naturę. item comedere per dites, & comedere arietem in die Veneris, in genere moris ſunt eiuſdem ſpeciei, & utrumq; opus eſt contra temperantię uirtutem. Ex quo ſequitur quam male doceant quidam Philoſophi & Theologi, eſſe tot temperantias, quot ſunt genera ciborum; & eſſe tot iuſtitias, quot ſunt genera rerum uenalium.

Arg. ſolu. Ad primum

ad confir.

ad ſecun.

ad tertium.

ad quartum

Obiectio.

ſolutio.

Quæ differẽtia obiecti in moralib. cõſtituat ſpeciem diuerſam.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Contra concluſionem poteſt argui; quia ſicut nihil eſt peccatum, niſi uoluntariũ, ita nihil videtur facere ad bonitatem, uel malitiam, niſi quod eſt uolitum: quicquid autẽ eſt uolitũ, eſt obiectum uoluntatis ergo omnis bonitas, uel malitia eſt

Argumentum contra concluſionẽ.

cũſtantiæ, quæ ſi deſunt, actio non erit bona. Itaque probatio ad formam argumenti reducta, ſic hẽt. In rebus non ẽ tota plenitudo debita ex forma ſubſtantiali, quæ dat ſpeciem, ſed multum ſuperadditur ex accidentibus: ergo ita eſt in humana actione, ꝙ tota plenitudo bonitatis nõ eſt ex obiecto, ſed multum additur ex circũſtantijs, quæ ſunt quædam accidentia humanarum actionum.

eſt ex obiecto. Explicatur hoc euidentius. Nã oĩs circũſtãtia quæ cõfert bonitatem vel malitiam actui humano, eſt obiectum uoluntatis: ergo bonitas uel malitia ex circumſtantia, ex obiecto ſumitur. Antecedens probatur: nã omnis talis circũſtantia eſt uolita; omne autem uolitum eſt obiectum uoluntatis, ſicut omne viſum eſt obiectũ uiſus.

Circũſtantiarum duplex genus.

Ad huius rei expoſitionem aduertere oportet, ꝙ circũſtantiæ ſunt in duplici differẽtia: quædam ſunt quæ intra eãdem ſpecie augent bonitatem uel malitiam, ut furari rẽ maximi ꝓtij, uel minimi, conferre eleemoſynam paruam, uel magnã: & prædictæ circũſtantiæ exploratũ eſt ꝙ augent bonitatem uel malitiam, manẽtes circũſtãtiæ: aliæ ſunt quæ transferunt actum ad aliã ſpeciẽ, ueluti furari in loco ſacro: illa circũſtantia loci ſacri, trãſfert actũ ad aliã ſpeciem, videlicet ad ſpeciẽ ſacrilegij: itẽ occidere maritũ ut quis potiatur eius vxore, homicidiũ eſt. uerum illa circũſtantia finis, transfert actum ad ſpeciem adulterii, ſic, ut dicat Ariſtot. ſummus Philoſophus, ꝙ qui occidit maritũ, ut uxore eius potiatur, magis eſt adulter, quam homicida.

Prior cõ. *Ariſt.*

Quidam modus dicendi.

De iſtis circũſtãtijs quæ mutant ſpeciem, dicũt Doctores in primis graues, ꝙ non manent circũſtantiæ, ſed trãſeunt in rõnẽ obiecti, idq; ſuadent efficaci rõne, ut ipſi arbitrantur. Nam obiectũ uoluntatis eſt id quod eſt præcipue uolitum, & hẽt ſpecialem cõformitatem, aut difformitatẽ ad rõnis regulã: ſed uelle furari in loco ſacro, eſt uolitũ, & habet ſpecialẽ difformitatem ad rectã rõnem: nã præterquã ꝙ eſt furtum, eſt ſacrilegium, & iniuria quę loco ſacro irrogatur. ergo tranſit in rationem obiecti. De vtroque genere circumſtantiarum loquitur D. Th. in hoc articulo. Certe modus hic dicendi valde probabilis eſt.

Propria ſententia. Circumſtantiæ mutantes ſpeciem non ſunt obiectũ.

Sed mihi longe probabilius uidetur, quod etiam illæ circũſtantiæ quæ mutant ſpeciem, & trãſferunt actiones humanas ad aliud genus moris, ſemper ſunt, & manent circumſtantiæ, a quibus actiones humanæ hñt ſuas ſpecies, ſed accidentarias. itaque circũſtantia ſemper eſt accidens actionis humanæ. ſed ſicut eſt accidens, ita tribuit actioni humanæ ſpeciẽ accidentariã, non eſſentialem. ueluti homo a rationali anima habet ſpeciem ſubſtãtialem; ab albedine accidentariam. Cuius rõ hæc eſt, & meo iuditio euidens. nã actio humana ab obiecto immediato habet ſpeciem eſſentialem, & inuariabilem, quæ nũquã ab actione ſeparatur, ſed neq; ſeparari põt; ab alijs uero habet ſpeciem, & rõnem uariabilem, & accidentariam. de cuius rationis efficacia diximus abundanter retro, q. 7. artic. 2 & 3. Sed ut ſimus in huius rei explicatione abundãtes, ſcire oportet, quod Caietanus in ſequenti articulo ſequitur ſingularem ſententiam, & acutam quidẽ. ſcribit enim, quod quando aliquis furatur in loco ſacro, uel furatur ut adulterium committat, iſtæ circũſtantiæ reſpectu actus interioris, non ſunt circũſtantiæ, ſed trãſeunt in rõnẽ obiecti, quod probat eſſet uerum argumẽto ſupius adducto. ceterum ſi referantur ad actũ exteriorẽ, ſunt ueræ circumſtantiæ, nam acceptioni rei alienæ accidẽtarie cõiungitur, ꝙ ſit in loco ſacro, uel ꝙ fiat propter adulteriũ.

Caieta.

Hæc ſententia domini Caietani fere ab omnibus approbatur, ſecũdũ quã facile eſt reſpõdere argumẽto ꝓpoſito in initio articuli. Namque dicẽdum eſt, quod circumſtantiæ uniuerſæ, ſũt circũſtãtiæ reſpectu actus exterioris, ſed reſpectu actus interioris circũſtantiæ nõ ſũt, potiſſime ſi loquamur de circũſtantiis, quæ mutant ſpeciem. Verum hæc ſententia nõ poteſt eſſe uera, ut ego confeſtim demonſtrabo in articulo ſequenti, in quo contra Caietanũ diligenter rẽ & ueritatẽ inueſtigabimus.

Solutio propria.

Vnde ad argumentum propoſitum dicendũ arbitror, quod ut circumſtãtia deſinat eſſe circũſtantia, non ſat eſt quod ſit uolita, etiam ſi ſit præcipue uolita, ſed perneceſſariũ eſt, ut ſit primum & immediatũ obiectum, a quo tantummodo actio humana habet ſpeciẽ eſſentialem, & inuariabilem: certe ſi ut deſineret eſſe circũſtantia, ſatis eſſet ꝙ eſſet uolita, argumentum efficaciter concludit, quod uniuerſæ circũſtantiæ deſinerent eſſe circũſtantiæ, ſiquidem uniuerſæ ſunt uolitæ. Vel dicatur, quod non omne uolitum eſt obiectũ uolũtatis, ſed illud quod eſt uolitum propter ſe. Explicatur hoc adhibito exẽplo. uult aliquis occidere Petrum propter uindictam, ſed forte fortuna inuenit eum in loco ſacro, & ibi occidit: tũc locus ſacer eſt circumſtãtia occiſionis, & ille actus eſt ſacrilegiũ ex circumſtantia loci. at uero ſi ex præcipuo deſtinato vult irrogare iniuriam loco ſacro, propter quod in loco ſacro occidit Petrum, tunc locus ſacer non eſt circumſtantia, ſed obiectum præcipuum actus interioris.

ART. QVARTVS.

Vtrum actio humana ſit bona uel mala ex fine.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio eſt affirmans. Nam quæ dependent ab alio, habent rationem bonitatis ex fine, a quo dependent, præter bonitatem abſolutã, quæ in eis exſiſtit: unde in diuinis perſonis, quæ non habent bonitatẽ dependentem, nõ conſideratur aliqua rõ bonitatis ex fine. Sed actio humana dependet ex fine: ergo habet bonitatem uel malitiã ex fine: eadem enim uidetur eſſe diſpoſitio in bonitate, & in rõne eſſẽdi; propter quod in eĩs quorum eſſe eſt independens, bonitas ab alio nõ dependet; quorum autem eſſe eſt dependens ab alio, bonitas expendenda eſt per cõſiderationem ad cauſſam, a qua dependent.

Poſterior concluſio.

Poſterior Concluſio. In actione humana quadruplex bonitas conſideratur: una ſecundũ genus, prout eſt actio, quia quantum habet de entitate, tantum habet de bonitate: alia ſecundum ſpeciem, q̃ accipitur ſecundum obiectũ conueniens: tertia ſecundum circumſtantias, quaſi ſecundum quædam accidentia: quarta ſecundum finẽ, quaſi ſecundum habitudinem ad cauſſam bonitatis. Hæc concluſio patet ex dictis,

EXPLICATIO ARTICVLI.

Argumenta contra cõcluſionem. Primum.

VIdebitur fortaſſis alicui ꝙ concluſio huius articuli, & falſum dicat, & ꝙ in eius definitione D. Tho. non ſeruet doctrinæ methodũ. Nam in ſuperiori articulo definierat D. Tho. ꝙ actio humana eſt bona uel mala ex circũſtãtijs. finis uero ẽ præcipua circumſtantiarum. ergo ſuperuacaneum & negatoriũ eſt definire in hoc articulo, quod in ſuperioribus aperte eſt definitũ. Deinde, finis uel eſt obiectum, uel circũſtantia: ergo nullã aliã addit, niſi tãquam obiectum, uel circumſtantia. Hoc ipſum confirmatur. Nam D. Thom. ſupra q. 7 art. 3 in ſolutione tertij, ſcribit, ꝙ finis, qui dat ſpeciẽ actioni humanæ, non eſt circũſtantia; ſed finis adiunctus ueluti appendix, eſt circũſtantia: ueluti cum aliquis fortiter agit propter bonum fortitudinis, finis hic eſt obiectum formale ipſius actus; finis uero adiunctus, eſt circũ-

Secundum. *Confir. D. Thom.*

ſtantia,

ſtãria, ut fortiter agere propter bonum religionis chiſtiã
næ ergo finis tantum dat bonitatem uel malitiam, tamquam obiectum uel circumſtantia.

Tertium. Demum, finis eſt omnium circumſtantiarũ præcipua, ut dictum eſt ſupra q.7.artic.4. ergo ſi actio humana ex fine habet bonitatem uel malitiam, oportuit certe de fine in primo loco diſputationem inſtituere, & non ad poſtremum locum eam reſeruare. Ex quibus omnibus uidetur, quod D. Thom. non ſeruet ordinem doctrinæ.

Ratio ordinis D. Tho. Ad huius dubitationis elucidationẽ dicendũ, q̃d D. Th. ſpeciatim de fine loquitur; tũ, q̃m finis præcipuam laudẽ & meritum tribuit actionibus humanis: tum deinde, ne quis ignorans exiſtimaret, quod eadem bonitas uel malitia eſt quæ ſumitur ex obiecto, cum ea quæ ex fine deſumitur; tum uero, q̃m de circũſtantijs finis in operationibus humanis multi errauerũt turpiter, ut iãiã demõſtrabimus.

Caietani ſententia. Cardinalis Caieta. habet in hoc articolo ſingularẽ modum dicendi, quem ſequuntur plerique diſcipuli D. Tho. dicit ergo Caie. ꝙ finis eſt circũſtantia reſpectu act⁹ exterioris, & eſt obiectum reſpectu interioris, & utriuſque eſt finis: dat ergo actioni humanæ malitiã, uel bonitatem: interiori quidem, tãquam obiectum exteriori, tãquam circũſtantia: utrique uero, tamquam finis: cum.n. quis furatur vt fornicetur, fornicatio eſt circũſtantia furti; cęterum reſpectu actus uoluntatis interioris, nõ eſt circũſtantia, ſed præcipuum obiectum. Itaq; finis poteſt cõparari ad actum exteriorem, & ad actum interiorem uolũtatis: ad actum exteriorem comparatus, eſt circũſtantia; ad actum interiorẽ, eſt obiectum, a quo actus interior habet ſuam ſpeciem.

Auctoris opinio. Ego uero non poſſum intelligere, quõ fit aliqua circumſtantia actus exterioris, & eadem non ſit actus interioris. quam ſententiam, q̃m auctoritate perſuadere non poſſum, rõnis ualidiſſimis confirmare admitor. In primis, actus interior & exterior apud philoſophos morales pro eodem actu reputantur. ergo quod eſt circũſtantia unius, eſt circũſtantia alterius. Deinde, actus exterior in genere moris cõſideratus, eiuſdem ſpeciei eſt cum actu interiori; ad eandem enim ſpeciem pertinet occidere hoĩem, & uelle occidere: immo occidere hoĩem nõ addit aliquam malitiam ſuper actum interiorem, ut habet uera doctrina. ergo quidquid eſt circũſtãtia actus exterioris, erit circũſtantia actus interioris, & uiceuerſa. Præterea, ſicut accidit furto ꝙ fiat in loco ſacro, uel ꝙ referatur in alium finẽ adiunctum, ſic accidit uolitioni furti ꝙ fiat in loco ſacro, uel ꝙ ad alium finẽ referatur. ergo prædictæ circũſtantiæ, ẽt ſunt circumſtantiæ reſpectu actus interioris. Ad hæc, q̃m Philoſophi & Theologi agunt de circumſtantijs actuum humanorum, agunt de eis quatenus augẽt, uel minuũt ualorem operis: ſed ualor & meritũ operis præcipue in actu interiori conſiſtunt. ergo circumſtantiæ præcipue referuntur ad actum interiorem. Iã uero rẽ euidẽter cõcludo; Cum enim quis eligit furari vt fornicetur, non eſt intentio finis, ut plane conſtat, ſed electio medii ad talem finem: electio uero non ſpecificatur ex fine, ſed ex medio. ergo mediũ tribuit ſpeciẽ, non finis adiunctus, ac ſubinde finis adiunctus erit circũſtantia. Sed inſpiciamus quibus argumentis fulciatur Cardinalis Caie. ſententia: certe argumenta eius non ſunt contemnenda.

Argumenta Caieta. Primum. Primum ſic arguit: Nam cum aliquis furatur ut fornicetur, ratio formalis quæ mouet illum ut uelit furtum cõmittere, eſt fornicatio: nam propter fornicationem furatur. ergo non eſt circumſtantia actus uolẽdi: rõ enim formalis non eſt circumſtantia, ſed rei quidditas.

Secundum. Explicatur hoc apertius. Nam cum quis uult furari ut fornicetur, primum quod vult, eſt fornicatio: uult enim furari, & uult fornicari, & uult furari propter fornicationem ergo primo, & per ſe uult fornicationem. ergo ex fornicatione actus uolendi deſumit ſuam ſpeciem: actus.n. ſpecificatur ex obiecto immediato, & primario.

Tertium. D. Thom. Ad hæc, ſi quis exercet actum fortitudinis propter caritatem Dei, talis actus (auctore D. Tho. ſupra q.13. art.1.) materialiter eſt actus fortitudinis, formaliter uero caritatis. ergo obiectum caritatis, eſt obiectum formale illius uoluntatis, qua quis uult fortiter agere propter caritatem Dei non eſt ergo circũſtantia reſpectu actus interioris.

Quartum. D. Thom. Certe D. Thom. in articul.6. pro euidenti habet, quod actus interior habet pro obiecto immediato, & primo, finẽ ipſum, & ſic inquit, ꝙ ſicut actus exterior habet ſpeciẽ ex obiecto circa quod uerſatur, ſic actus interior hẽt ſpeciẽ ex fine, ſicuti ex ꝓprio obiecto. Huic ſuiæ fauet Ariſ. dum ait, ꝙ qui furatur ut mœchetur, potius eſt mœchus, q̃ fur, nimirũ quia præcipue & primo uult mœchari, & ꝓpterea vult furari. (Ariſt.)

Argumentorum ſolutio. Ad hæc argumenta Caietani, quæ q̃ quã deſpicabilia non ſunt, non erit difficile ſatisfacere. Nam ad primum dicitur, ꝙ cum quis furatur ut fornicetur, rõ præcipua & potiſſima quæ illum mouet ut uelit furari, eſt fornicatio, ſed ex hoc non ſequitur ꝙ hæc ſit rõ ſpecifica, & eſſentialis, ex qua actus humanus ſpeciem habeat. Nã actus humanus nõ hẽt ſpeciem ex potiſſima rõne, ſed ex immediato obiecto: conſtat autem, quod cum quis eligit furari propter fornicationem, electio primo & per ſe uerſatur circa media, & non circa finem. Certe ſi argumentũ hoc non eſt nugatoriũ, conuincit, ꝙ omnis actus humanus ſumat ſpeciem ex fine, ſiquidem finis eſt qui principaliter mouet, & cuius gratia omnia fiunt. Sed & in rebus naturalibus, in ſuperioribus oſtenſum eſt, quemadmodũ non accipiunt ſpeciem ex nobiliori ratione, ſed ex forma ſubſtantiali; melius enim eſt in homine, eſſe ſtudioſum, & oĩbus uirtutibus ornatum, quam eſſe rationale: at non ex uirtutibus, ſed ex anima rationali ſpeciem habet.

Ad ſecundum. Ad ſecundum argumentum dicito, q̃ hic nõ quæritur de fine, ut eſt obiectum intentionis, ſed ut eſt obiectum electionis, quæ uerſatur circa media; unde cũ quis eligit furari ut fornicetur, electio illa immediate uerſatur circa media, rõ uero uolendi media, finis eſt, ut argumentũ efficaciter perſuadet. Itaq; finis eſt ratio uolendi, ſed uolitũ eſt medium a quo actus humanus ſpeciem recipit.

Ad tertium. Ad tertium dicito, eſſe uetiſſimum, ꝙ quando quis furatur vt fornicetur, potius eſt fornicarius, quam fur, & potius uult fornicari, quam furari, & materialiter vult furari, formaliter uero uult fornicari. Ex his uero inſcite colligitur, quod ſpecies actus ſubſtãtialis ex fornicatione deſumenda ſit: nam ſpecies actus ſubſtantialis non ſumitur ex eo quod præcipue intendatur, ſed ex obiecto immediato circa qđ uerſatur: finis aũt eſt primũ uolitum, id eſt, rõ volendi, non autem eſt primum circa quod uerſatur electio, ſed medium. Illud etiam non eſt prætereundũ, quod electio materialiter pertinet ad uoluntatem, formaliter uero ad intellectum, ut docuit D. Tho. in ſuperioribus: at nemini dubium eſſe poteſt, quod electio ſubſtantialiter & eſſentialiter ſit actus uoluntatis, & non intellectus.

Ad quartũ. Ad quartum ex auctoritate D. Thomæ dicendum eſt, poſſe in primis explicare de fine intrinſeco operis, quod idem eſt cũ obiecto immediato operis: non aũt loquitur de fine adiuncto, uel ſi loquitur de utroq; fine, cõmentarius eſt, ꝙ finis ſit primarium obiectum in quacũq; electione, eo ꝙ ſit ratio uolendi, & eligendi, & ꝙ det ſpeciẽ primariã, non autem ꝙ tribuat ſpeciem actui humano eſſentialem, & inuariabilem. Iã n. expoſitum eſt, quẽadmodum longe aliud ſit, ꝙ circumſtantia tribuat ſpeciem magis præcipuam, & quod tribuat ſpeciem actus eſſentialẽ: contingit enim ſæpenumero, ꝙ ſpecies accidẽtaria in genere morum præcipua ſit magis. Sed deſino iam in re abſtruſa, & minime utili uerſari: nam quando opinio Caiet. non haberet aliud incommodũ, niſi quod obſcura eſt, & minime neceſſaria ad doctrinam D. Th. elucidandam, uel ob id reiicienda eſt. Profecto ſententia D. Tho. noſtris elucidationibus perſpicua eſt, quibus addo aliam explicationem euidentiorem ex doctiſſimo Patre Victoria, quã accepit ex D. Tho. in 2. d. 36. art. 5. ad quartum. & q. 2. de malo, art. 4. ad 9. Duplex, inquit, eſt finis, alter operis, alter operantis: finis operis dat ſpeciem actui humano; eſt enim obiectum proximum, finis operantis, eſt circumſtantia operis: & de hoc fine loquitur D. Tho. in articulo. (Victoria.)

Non ſufficit finis bonus ad bonã operationem, Dionyſ. In ſolutione tertij notandum eſt, quod operatio humana, undecumque habeat aliquem defectum, ſimpliciter mala eſt: unde ad operationem bonam, & ſtudioſam, non ſat fuerit, quod ſit de bono obiecto, aut de fine bono. Veriſſime.n. dicit D. Dionyſius ca.4. de diuinis nominibus; bonum ex integra cauſſa, malũ uero ex quocumque defectu cõſurgere. In qua re errauerunt quidã turpiter, quos commemorat Magiſter Sententiarum in 2. d. 40. c. 2. & 3. (Mag. Sent.)

Qua-

Luc. 7.

Quanropter quando dicunt ſancti Patres, quod actio humana expendenda eſt ex recta intentione finis, iuxta illud verbum Dñi: Si oculus tuus fuerit ſimplex, totum corpus tuum lucidum erit; & iuxta illud, Bona arbor non põt malos fructus facere: intelligunt Sancti, ꝙ actio humana ꝑcipue ex intētione ꝗſtimanda eſt: verum vt ſit ſtudioſa operatio, nõ ſatis eſt ꝙ ſit bona intētio, ſed opus eſt recta electione, & ceteris circũſtantijs. Illud vero Dñi, Si oculus tuus fuerit ſimplex: habet iſtam ſniam, ꝙ ſi quis habeat rectã intentionẽ circa ſalutẽ ſpũalẽ, Spiritus ſanctus ſuggeret de medijs cõuenientibus ad illã cõſequendã. Vel ſenſus eſt, ꝙ ſi qs habeat efficacẽ intẽtionẽ, neceſſum eſt vt velit media quæ ſunt neceſſaria ad finis cõſecutionẽ. Alius cõmentarius eſt, ꝙ ſi qs hẽt rectã intẽtionem, & operatur aliquod opus prauũ, illud opus non proficiſcitur ab illa recta intẽtione, ſed ex malitia & abuſu. Simile eſt quod dicit Ioan. 1 epiſt. c. 3. Qui ex Deo eſt, peccatũ non facit. Ex qua ſnia eliciunt Theologi, ꝙ q hẽt caritatẽ, quatenus mouetur ex Spiritu Dei, non peccat, ſed ex ſua malitia & ex libero arbitrio peccat. Sed quærunt Theologi, & in diſputationẽ vocant; Vtrũ qui furatur ex recta intentione, videlicet vt elargiatur eleemoſynam, grauius peccatum committat, q̃ qui furatur ex intẽtione furandi: Illud quoq; interrogant, Vtrum qui furatur ad dandam eleemoſynã, habeat rectam intentionem? Ratio ambiguitatis eſt: nã illa intentio eſt cauſſa peccati, ergo mala eſt. Sed nõ quieſcunt, & aliã mouent quæſtionem: Vtrũ furari pp dandam eleemoſynam, ſit in ſpecie boni, an in ſpecie mali: ſit de genere bonorum, an de genere malorũ? de quibus infra accurate & diligenter diſputandũ eſt.

Concluſio

Ioan.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum actio humana ſit bona vel mala ex ſua ſpecie.

SVMMA TEXTVS.

Senſus huius quæſtionis eſt: vtrum actus humanus differat ſpecie ſecũdum bonum vel malũ. Itaque hæc ſit optima argumentandi ratio: hæc actio eſt bona, ergo diſtinguitur ſpecie ab operatione mala.

Concluſio eſt affirmans. Nã in actibus humanis bonũ vel malum dicitur per cõparationem, ad rationẽ, quæ eſt regula humanorum actuum, in quantum aliquid ei conuenit, vel nõ conuenit: vnde bonum & malum diuerſificant ſpecies actuum humanorũ, cũ ſpecies ex obiecto capiatur. Hæc eſt ratio D. Thom. in ſumma: ſed accuratius explicata ſic habet. Nã aliqua differẽtia ex parte obiecti, facit diuerſitatẽ ſpeciei in actib⁹, vt ex dictis liquido conſtat: ſed illa differentia obiecti, quæ p ſe cõſideratur ad principiũ, quod eſt regula & norma actuũ humanorũ, eſt differẽtia ꝓcipua obiectorũ. ergo ex tali differẽtia diuerſitas ſpecifica in actib⁹ humanis expendẽda eſt. Sed bonũ & malũ ſunt obiecta, quę p ſe differũt in ordine ad rõnem, q̃ ẽ regula humanorũ actuũ: bonum enim eſt cõueniẽs rectæ rationi; malũ vero diſconueniẽs, & diſcordãs rectæ rationi. ergo bonũ & malum ex parte obiecti diuerſificãt ſpeciẽ in actibus humanis. Hoc ipſum confirmatur ex aucto ritate D. Dionyſij. cap. 4. de diuinis nominibus, dicentis, ꝙ bonum hominis eſt ſecundũ rationem. & ratio idem perſuadet. Quia bonum dicitur ſecũdum quod obiectum eſt conueniens rectę rationi; malum autem ſecundum quod diſconueniẽs: ſed conueniẽs & diſconueniens dicunt per ſe differentiam ad rationem rectam: actus autem dicuntur humani ſecundum quod a ratione proficiſcũtur: itaq; differentia, quę per accidens ſe habet ad potentiam vel principium, non diuerſificat actus: differentia enim ſoni, & coloris, nõ per ſe habet ad intellectum, & ſic non diuerſificat intellectum, licet per ſe ſe habeat ad ſenſum, & ſic diuerſificat ſenſum: bonum vero & malum per ſe differunt in ordine ad rationem; vnde differentia ſecundum bonum & malum, conſtituit differentiam in actibus humanis.

Dion.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Habitus morales nõ differunt in diuerſis obiectis in eſſe naturæ.

Ex hoc articulo patet, quam parum ex philoſophia adepti ſunt, qui habitus morales volunt diſtinguere ex differentia actuum, uel obiectorum, in eſſe naturæ vt abſtinentia a carnibus ſit vnus habitus, & abſtinentia ab ouis, alius: & e cõtrario, vnũ habitũ moralẽ circa actus diſtinctos in eſſe moris, vt idem habitus ſit quo inclinamus ad comedendũ carnes die Dominica, & die Veneris: q̃ omnia abſurda ſunt: imo dare pecuniã intuitu neceſſitatis, & q̃a debita eſt, non ſunt ab eodẽ habitu, ſed vnũ a miſericordia, aliud a iuſtitia. Ratio huius eſt, qm̃ differentia obiectorũ, quæ conſtituit differentiã ſpecificã in genere moris, ſumitur per ordinem ad rectã rationẽ: vbi igitur fuerit eadem conformitas ad rectã rationẽ, erit eadẽ virtus vbi diuerſa, diuerſa erit virtus: & quoniã eadem eſt cõformitas ad rectam rationẽ, temperate ſe habere in cibo & potu, eadẽ eſt virtus circa hæc oĩa, quantumuis in genere naturæ diſtinguantur.

In ſolutione primi & ſecundi, obſeruet Theologus, ꝙ ſicut ſpecie differunt corpus viuũ & mortuũ, nõ pp priuationem vitę, quæ eſt ĩ corpore mortuo, ſed pp formã cadaueris, quæ aliquid poſitiuũ eſt, & in rerũ natura exiſtens: ſic ſane habitus temperantiæ & intẽperantiæ inter ſe diſcernuntur: nõ quod intemperãtia ſit priuatio tẽperantię, ſed quia eſt aliqua qualitas poſitiua, quæ ſumitur ex obiecto per ſe intẽto, cui eſt annexa priuatio alterius boni, quod eſt in virtute temperantiæ: ſemper enim vnũ cõtrariũ (ſm doctrinam Ariſt.) ſe habet vt priuatio alterius. In ſolutione ſecundi dicit Caietanus eſſe magnum dubium, quo modo cum malum, ſecũdum D. Diony. & D. Aug. ſit priuatio, & nihil; bonũ & malũ morale conſtituant diſtinctas & contrarias ſpecies actuum humanorũ. Reſpondet Caietanus cum magna trepidatione, ꝙ nõ auderet concedere, niſi prius conceſſiſſet D. Th. 1. p. q. 48. artic. 1. ad ſecundum: & tertio contra gentes c. 9. quod malũ morale eſt aliqua natura poſitiua, & aliqđ bonum in ſe, licet ſit malũ homini: quẽadmodũ forma mortui in ſe quoddam bonum eſt, ſed malum ei viuenti: itaq; actus iniuſtitiæ eſt ens poſitiuũ, contrariũ iuſtitiæ. Secundo dicit Caietanus, ꝙ malum ſumptũ abſolute priuatio eſt, & nihil: denoĩatiue uero appellatur ens. Malũ vero morale duplex eſt: primo modo, vt dicit priuationẽ rectitudinis debitæ, & hoc modo cõtinetur ſub malo abſolute ſumpto, & priuatio eſt: ſcdo modo dicit malũ cõtrarie, & hoc modo non continetur ſub malo abſolute ſumpto, ſed eſt ens poſitiuũ, contrariũ bono. Itaq; habitus iniuſtitiæ, & habitus iuſtitiæ, non opponuntur priuatiue, ſed ſunt duę qualitates cõtrariæ, in ꝑdicamento qualitatis cõſtitutę: & idẽ dicendum eſt de

Ariſt. Caiet.

D. Tho.

actu

Differentia mali moralis a malo naturali. actu iuſtitiæ & iniuſtitiæ. Ex hoc eliciunt Theologi differentiam inter malum naturale, & malū morale: q̄ malum naturale eſt priuatio, vt cæcitas, &c. Rurſus malū naturale non conſtituitur in aliqua ſpecie, ſiquidē priuatio eſt: atq; adeo nō eſt cognoſcibile per ſe, ſed per ſuum oppoſitū: malum vero morale eſt aliqd poſitiuum, conſtitutum in ſpecie per differētiā intrinſecam, ex qua cognoſcibile eſt.

Hæc aſſerit Caietanus cum magna trepidatione. & merito quidē: nā ex his cōcutiūtur vniuerſa diuinæ Theologiç fundamēta.

Arguitur cōtra Caieta. Primum. Nam ſi malū morale eſt aliqua natura poſitiua; cum nulla natura poſitiua ſit, quæ a Deo non ſit producta, cōſequēs eſt, quod malum morale ex Deo ſit.

Secundum. Rurſum, ſi malum morale ex ſe natura poſitiua eſt; ergo habet aliquē auctorem, & aliquod primū principium: non Deum bonū: ergo Deum malū: ergo incidimus in hæreſim Manichæorum, qui dicebant, primū principium bonorum eſſe Deum bonum; primum principium malorum, eſſe Deum malum.

Tertium. Præterea, ſi malum morale eſt natura poſitiua, cū huiuſmodi malum ſit contra Deum, & eius legem; ſequitur eſſe aliquam naturam tam male conſtitutam, vt ſit contra eius auctorem.

Quartum. Vltimo, ſi habitus iniuſtitiæ eſt quædā qualitas poſitiua producta a Deo, ſeqtur, q̄ eius inclinatio naturalis ſit a Deo: qui.n. dat formam, dat cōſequētia ad formā. Sed inclinatio huius habitus naturalis & eſſentialis, eſt inclinare ad malū, & contra iuſtitiam: ſequitur ergo q̄ Deus inclinet ad malū: quod alienum ſtetc alienū eſt a Theologia. Certe argumenta ſunt difficillima, quorū expoſitiones proſecuturi ſumus in materia de peccatis, cū de peccatis agendum eſt. Dñs Caietanus non formidat cōcedere, q̄ malum, quatenus cōtrariatur virtuti, a Deo eſt, vt eſt principiū naturale. Sed quō hæc ſententia ſit falſa, & minime ſecura, demonſtrabimus in loco citato.

Vera ſolutio. Vera ſolutio horum argumentorū eſt, q̄ malum morale eſt entitas poſitiua deficiens, & ideo habet ſpeciem ab obiecto deficienti, & diſcōuenienti ad rectā rationē: ob idq;, id quod eſt perfectionis in malo morali, in Deū reducendum eſt: defectus vero in cauſſam deficientem, hoc eſt in liberum arbitrium deficiens, reducendi ſunt. Sed de hoc dicēdum eſt copioſius in loco cōmemorato.

In ſolutione quarti tria ſunt obſeruanda: primū eſt, q̄ cum D. Th. dicit, q̄ circumſtantia interdum ſumitur ut differentia eſſentialis obiecti, ſecundum quod ad rationem comparatur, non ſic eſt intelligendū, vt ratio & cauſſa quare ſit, veluti differentia eſſentialis obiecti, ſit ex eo quia comparatur ad rationē: nā hoc modo quælibet circumſtantia conſtitueret drīam eſſentialem: nam quælibet conſideratur a ratione: ſed tunc qñ comparatur ad rationē, ſecundum ſpecialem conuenientiā, aut diſconuenientiā, vnde tunc circūſtantia ſumitur vt differentia eſſentialis obiecti, qñ præ ſe fert nouam deformitatem vel conformitatē ad rationem. exempli gratia, furari in loco ſacro. ex illa circūſtantia loci ſacri denotat nouā deformitatē ad rationem, & diſtinctā diſcōuenientiam: nam præter quam q̄ in furto ſit iniuria proximo, eſt etiā iniuria quę ſit loco ſacro. Sed & illud dignū

D. Thom. eſt animaduerſione, quod prius admonuit S. Tho. hic ad quartum, q̄ circumſtantia omnis quæ mutat actum de bono in malū, mutat ſpeciem actus: nā facit aliam differentiā obiecti: prius enim erat cōueniens rationi, poſtmodum vero diſconueniens. Vltimo ſcire oportet ex D. Th. de malo, quæſtione ſecūda, articulo ſexto, ad ſeptimū, q̄ cum dicitur, circumſtantiā quæ mutat actū de bono I malū, præ ſe ferre differentiam ſpecificā in genere moris, nō ita intelligendum eſt, q̄ actus prius exſiſtens in vna ſpecie, ex circumſtātia ſuperueniente trāſeat in aliā ſpeciē, & fiat hæc trāſmutatio: ſed ſenſus eſt, q̄ actus, qui ſecundum ſe cōſideratus abſq; illa circumſtantia, ratione cuius inficitur actus, erat bonus, ex illa circumſtantia efficitur malus: nō autem eſt neceſſarium, quod idem actus numero, qui prius bonus erat, tranſeat in aliam ſpeciem, corrupta & diſſipata priore. Exēplo hoc illuſtrabitur. Nam reddere debitum vxori in loco ſacro eſt malum & ſacrilegium, ex ſola circūſtantia loci, & hæc circumſtantia mutat actum de bono in malum: non quia ſemel fuit bonus, ſed quia fuiſſet bonus, niſi inficeretur ex tali circumſtantia.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum actio humana habeat ſpeciem boni uel mali ex fine.

SVMMA TEXTVS.

Prior conclusio. PRior Concluſio. Interior act⁹ voluntatis accipit ſpeciē a fine, ſicut a ſuo proprio obiecto. Probatio D. Tho. ſic inſtituitur. Actus (inquit) humani dicuntur, vt ſunt volūtarij: in actu autem volūtario duplex actus voluntatis inuenitur. ſ. interior, & exterior: & vterq; habet ſuum obiectum: nam finis eſt proprium obiectum actus interioris volūtatis: id autem circa quod verſatur actio exterior, eſt eius obiectum: ſicut igitur actus exterior accipit ſpeciē ab obiecto circa qđ eſt: ſic ſane actus interior accipit ſpeciē a fine, ſicut a ſuo proprio obiecto. Itaq; argumētatio ſic procedit. Actus exterior accipit ſpeciē ab obiecto circa quod verſatur: ergo actus interior a fine. Cōſequētia inde probatur, quia actus interior verſatur circa finem, ſicut exterior circa obiectum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

CRuciat hic articulus oēs propemodū interpretes D. Th. & dum illū quiſq; in ſuam ſententiā trahere admititur, offendunt tenebras veritati, & falſam & improbabilē ſententiam docet, cū alioqui definitio D. Th. (niſi velimus tenebras & latebras quęrere,) ſit perfacilis, & perſpicua. In cuius rei interpretationē ſcire oportet, q̄ omnis actus, tam interior, quā exterior, habet ſuam ſpeciē eſſentialem, & inuariabilē ab obiecto proximo, & immediato: tum quoniā hoc eſt cōmune vniuerſis potentijs, actibus, & inſtrumentis, q̄ ſumant ſpeciem ab obiecto immediato: tum vero, quoniā ſpecies eſſentialis, & inuariabilis in actibus humanis eſt ea, q̄ numquā variatur, neq; tranſmutatur: ſicut homicidiū, quocūq; fine fiat, ſiue pp̄ furtum, ſiue pp̄ adulterium, ſemper eſt homicidiū; reliquæ vero malitiæ ſunt accidentariæ, & mutabiles. ergo operatio humana habet ſuam ſpeciem eſſentialem ſemper ab obiecto proximo. Secundo notandum eſt, q̄ qui furatur propter mœchiam, potius eſt męchus, quam fur. Ita Ariſt. 5. Ethicorum c. 1. Itaq; quando quis vult furari propter męchiā, ille actus principalius eſt adulterium, ſed ſubſtantialiter eſt furtum. Prima pars huius propoſitionis probatur. Nam actio humana in tantum mala eſt, in quantū voluntaria: ſed qui vult furari propter mœchiā potius vult męchiam, vt per ſe notum eſt. ergo magis eſt mœchus, quam fur. Deinde, actus imperans, potior eſt quā actus imperatus: ſed qñ quis vult furari propter mœchiam, ex volitione mœchiæ imperat ſibi furtum: ergo eſt magis mœchus quam fur. Secunda pars propoſitionis p̄batur. Nā maior vel minor malitia non ſumitur ex forma eſſentiali, ſed ex forma accidentali: vnde non dr̄ homo perfectus ſimpliciter ex anima rationali, ſed ex virtutibus ſuperadditis; nec dr̄ homo malus ſimpliciter ex defectibus naturalibus, ſed ex peccatis ſuperadditis. Deinde, bonū hēt rōnem vltimi & pfecti: ergo bonitas præcipue ex fine ſumenda eſt. Hæc oīa confirmātur auctoritate D. Tho. prima parte, quæſtione quinta, articulo

Margin notes: Actus bonus habet ſpeciem a fine non obiecto. — Ariſto. — D. Thom.

articulo primo, ad primum: dicit enim expreſſe quod bonum & malum ſumuntur potiſſime a forma accidentaria ſuperaddita. Tertio & vltimo notandum eſt, quod quando quis furatur propter mœchiã, & fur eſt, & mœchus: itaq; ille actus eſt in duplici ſpecie morali, in una eſſentiali, & inuariabili, quę eſt ſpecies furti; in altera accidentaria: ſed magis principaliter & pcipua.

Poſterior

Dubium primum.

Ex his annotationibus explicãtur duæ difficultates, quæ maxime excruciant diſcipulos D. Th. Prima eſt: nam ſuperius dictum eſt, finem eſſe circunſtantiam, tam reſpectu actus exterioris, quam interioris; hic uero docet D. Th. finẽ eſſe præcipuũ obiectum actus interioris: ergo ſuperius tradita doctrina vera non eſt. Reſpondetur, ex hoc ꝙ obiectũ ſit magis præcipuum, non demõſtratur, quod non ſit accidentarium: oſtenſum enim eſt, maiorẽ uel minorem bonitatem aut malitiam ex formis accidentarijs accipiendam eſſe. Secũdo dico, quod nomine actus exterioris appellat hic D. Th. omnẽ actum imperatũ, quamquam interior ſit. verbi gratia. quando quis vult furari ꝓpter mœchiam, illa volitio interior furti, vocatur actus exterior: de qua dicit D Th. quod accipit ſpeciẽ ab obiecto immediato.

Solutio.

Prima cõ.

Secundum dubium.

Secunda difficultas ẽ, quo modo ſit verũ, quod finis ſit obiectum cuiuſcũq; actus volũtatis interioris: nam electio eſt actus uoluntatis interior, quæ uerſatur circa media, & non circa finem. Reſpondetur, quod finis in hoc caſu eſt obiectum actus uoluntatis, quoniam eſt ratio uolendi cetera: ceterum ſi loquamur de obiecto proximo & immediato, electio nõ uerſatur circa finem, ſed circa media, ex quibus habet ſuam ſpeciem inuariabilem, & eſſentialem.

Solutio.

Poſterior Concluſio. Species actuum humanorum cõſiderãtur formaliter ex fine; materialiter vero ſecundum obiectum actus exterioris: vnde illa ſpecies quæ ſumitur ex obiecto, habet ſe veluti materialiter reſpectu ſpeciei, q̃ ſumitur ex fine: actus enim exteriores non habent rationem moralitatis, niſi in quantum ſunt voluntarij: id autem quod præcipue uolumus, eſt finis: & ideo ſpecies actus humani conſiderantur formaliter, & præcipue ſecundum finem, & materialiter ſecundum obiectum actus exterioris: vnde qui furatur vt mœchetur, magis adulter, quam fur dicitur. Et id quidem confirmat alia ratio. Nã id quod ſe tenet ex parte voluntatis, conſideratur ut formale comparatum ad actum exteriorem: voluntas ſiquidẽ vtitur membris ad agẽdum, & efficiendum actus exteriores veluti inſtrumentis: ſed illud quod ſe tenet ex parte agentis, principalius eſt, habetq; ſe ut formale comparatum ad illud, quod ſe tenet ex parte inſtrumenti.

ARTICV. QVARTVS.

Vtrum ſpecies quæ eſt ex fine, continetur ſub ſpecie quæ eſt ex obiecto, ſicut ſub genere, aut e contra.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Quãdo obiectum non ordinatur per ſe ad finem differentia ſpecifica ex parte obiecti, non eſt determinatiua eius quæ eſt ex fine, nec e conuerſo: neque una eſt ſub alia: ſed actus moralis eſt ſub duabus ſpeciebus diſparatis: vnde qui furatur ut mœchetur, committit duas malitias in uno actu. Probatio Diui Thomæ ſubobſcura eſt, ſed his qui dialecticam callent, perfacilis: nam diuiſio, ut recta ſit, debet fieri ſecundũ ea quę ſunt per ſe; & non per ea quę ſunt per accidẽs: nam ſi quis diuidat hoc pacto: animaliũ aliud rationale, aliud irrationale: & animalium irrationalium aliud alatum, aliud non alatum: nõ recte & exacte diuidit: nam alatum & non alatum, non ſunt differentię determinatæ eius quod eſt irrationale. oportet autem ſic diuidere: animalium aliud habens pedes, aliud non habẽs pedes: & habentium pedes, aliud habet duos, aliud quatuor, aliud multos: hæc enim per ſe determinant priorem differentiam. Sic igitur quando obiectum non eſt per ſe ordinatum ad finem, differẽtia quæ ex obiecto ſumitur, nõ eſt per ſe determinatiua eius quod eſt ex fine, neque e conuerſo: vnde vna iſtarum ſpecierum non eſt ſub alia.

Secunda Cõcluſio. Si obiectum ſit per ſe ordinatum ad finem, ut bene pugnare propter victoriam, vna dictarum ſpecierũ continetur ſub alia: nam quando obiectum per ſe ordinatur ad finẽ, vna prædictarum ſpecierum, eſt per ſe determinatiua alterius.

EXPLICATIO ARTICVLI.

COntra cõcluſionẽ primã articuli ſic arguitur. Nam qñ aliqs exercet actũ uirtutis pp finẽ alterius uirtutis: puta ſi qs temperate & ſobrie comedat, ut ex his bonis q̃ ſuperſunt vitę, ſoluat debita: tũc ſane obiectũ tẽperantiæ uirtutis non per ſe eſt ordinatũ ad virtutẽ iuſtitiæ magis quam furtum ad mœchiam. Sed actus hic humanus nõ eſt in duabus ſpeciebus diſparatis: dixit.n. D. Th. ſupra quæſtione. 13. articulo primo, quod ſi qs exerceat actũ fortitudinis pp finem caritatis, ille actus materialiter eſt fortitudinis; formaliter uero eſt caritatis: ex quo cõſequẽs ẽ, ꝙ altera ſpecies ſe hẽt vt materia; altera vt forma. Ergo nõ eſt ĩ duabus ſpecieb. oĩno diuerſis, diſparatiſque.

Argumenta contra priorem concluſionem. Primum.

D. Tho.

Deinde D. Th. in ſexto articulo aperte definiuit, ꝙ ſpecies actus humani conſideratur formaliter, & pcipue ex fine; materialiter uero ex obiecto, circa quod opatio humana uerſatur: & adhibuit exẽplũ de eo qui furatur vt mœchetur. Ergo hic actus humanus nõ eſt in duabus diſparatis, ſed materialiter eſt furtũ; formaliter vero eſt adulteriũ. At vero in hoc articulo eodẽ exẽplo utiẽ, ut doceat, ꝙ ille actus ſit in duabus ſpecieb. omnino diuerſis.

Secundum D. Tho.

Secunda.

Tertium.

Præterea, dato ꝙ ſit drĩa ĩter obiectũ & finẽ, qđ dñs Caiet. negat, reſpectu actus Ĩterioris, nos vero conſtanter affirmamus, quod vel ex doctrina huius articuli apertiſſime demonſtratur: hoc inquam conſtituto pro certo, tunc non uidetur quod ſpecies ex obiecto cõtineatur ſub ſpecie ex fine, tãquã ſub genere, ſed tanquam ſub drĩa: nã ſpecies, quæ accipitur ex obiecto, eſt veluti materia ſub forma determinante & ſpecificante: ſiquidem ſpecies ex fine, ſe habet formaliter in actibus humanis comparata ad ſpeciem quæ ſumitur ex obiecto, ſi vera ſunt quæ ſupius ſunt commonſtrata. Ad hęc argumenta ſatisfacere oportet, & quidẽ breui reſponſione: nã hęc perſequi non præ ſe fert magnã vtilitatẽ,

Solutio argumentorũ

L Ad

Ad primũ. Dupliciter obiectũ uni' virtutis refertur ad finẽ alterius.

Ad primum dicendum eſt, quod obiectum vnius virtutis poteſt referri ad finem alterius virtutis, duobus modis: vno modo, quando finis pertinet ad aliam virtutem quæ de ſe non habet rationẽ imperantis: cõparata ad obiecta alterius virtutis, vt in exẽplo ſuperius adhibito, de iuſtitia comparata ad opus tẽperantiæ. Iuſtitia n. non habet de ſua natura imperare actum temperantiæ, ſed omnino ſunt diuerſæ uirtutes: & tũc decernimus, ꝙ actus humanus, nolo comedere temperate vt ſoluã debita, eſt in duabus ſpeciebus omnino diuerſis, uidelicet in ſpecie iuſtitię, & temperantiæ: alio modo contingit, quod virtus, ad quã pertinet finis, ex natura ſua ſit imperans, habeatq; in officio alijs virtutibus imperare, eo ꝙ finis huius virtutis eſt veluti vniuerſalis cauſſa, ad quam ceteræ virtutes particulares deſtinantur: vt cum quis operatur fortiter ꝓp caritatẽ Dei, tunc decerno, ꝙ actus hic vere & præcipue eſt caritatis: quia caritas ex natura ſua eſt imperans actus aliarũ virtutũ, quæ verſatur circa finẽ vltimum: & actus aliarum virtutũ, ꝓcipue ſi ſit ſermo de virtutibus infuſis, p ſe ordinãtur ad finẽ caritatis. His conſtitutis ad argumentũ primũ dicito, quod temperãtia, & exſolutio debiti, ſunt actus omnino diuerſi & impertinentes inter ſe ſe, & ideo comedere tẽperate & ſobrie vt ſoluãtur debita, eſt in duabus ſpeciebus omnino diuerſis, & diſparatis: nec eſt ſimile de eo qui fortiter agit propter caritatem Dei.

Tertiũ.

Ad ſecũdũ. Ad ſecundum dicendum eſt, ꝙ quando quis furatur vt mœchetur, actus humanus, ſiue exterior, ſiue interior, eſt in duabus ſpeciebus oĩno diuerſis, & q̃ inter ſe nõ habent ordinẽ neceſſarium: cũ hoc tamen recte cohæret, quod ille actus materialiter ſit furtum, & formaliter ſit mœchia: nã actus q̃ de ſe nõ ſunt cõnexi, a volũtate, & rõne ordinãtur, ſic vt alius ad alterũ deſtinetur, & ꝙ vnũ exerceant, vt ad aliũ deueniant. Sed hic eſt obſeruandũ, ꝙ virtutes vniuerſæ cõnexæ ſunt in una prudentia. vnde qñ actus unus uirtutis ad aliũ ordinatur, non ſunt ſpecies tã diuerſæ, & tã diſparatæ, ſicut in vitijs, quæ nullam habent connexionem ex natura ſua.

Ad tertium. Ad tertium dicito, ꝙ genus dupliciter poteſt conſiderari, & cõparari ad ſpeciem: tũ, vt quid confuſum, & imperfectũ, & determinabile per differentias: tum vero, vt quid ſimplicius, & minus cõpoſitum in ſe. Priori modo, ſpecies q̃ eſt ex obiecto, non continetur ſub ſpecie quæ eſt ex fine, tãquã ſub genere, ſed ſecũdo modo q̃a finis quãto vniuerſalior, eſt ſimplicior & formalior: vnd ad finẽ vltimum tertur ſimpliciſſimus actus voluntatis, qui voluntas appellatur, qui quidem oẽs alios ordinat, & mouet ad ipſum vltimum finem. Hæc doctrina eſt D. Th. in ſolutione tertij.

Tertia Concluſio. Species quæ eſt ex fine, in quem obiectum per ſe ordinatur, non continetur ſub ſpecie bonitatis q̃ eſt ex obiecto, ſed e cõtra: quia differentia q̃ ex fine eſt, cõmunior eſt, cum voluntas, cuius obiectum eſt finis, ſit vniuerſale motiuum omnium potentiarum, quarum obiecta ſunt particularia operationũ obiecta: & quanto differentia ſumitur a forma magis particulari, tanto eſt magis ſpecifica: & q̃to agens eſt magis cõe, tanto eſt cauſſa formæ magis vniuerſalis. Rurſus, quãto finis eſt poſterior, tanto reſpondet agenti magis vniuerſali: ſicut victoria, quæ eſt vltimus finis exercitus, eſt finis intentus a ſummo duce. Ex his patet quo modo ſpecies, q̃ accipitur ex obiecto per ſe ordinato ad finem, contineatur ſub ſpecie quę accipitur ex fine, tamquam ſub genere, prout genus eſt formalis cauſſa reſpectu ſpeciei, & non prout ſpecies conſideratur, vt forma, & genus ut materia. Sic colligitur ex Diuo Thoma ſolutione ad tertium.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum aliquis actus ſit indifferens ſecundum ſpeciem ſuam.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Ille actus humanus dicitur bonus ſecundum ſpeciem ſuam, quãdo obiectum eſt rationi conſentaneum: ſicut conferre eleemoſynam pauperi.

Secunda Concluſio. Ille actus humanus malus erit, cuius obiectum includit aliquid quod repugnat ordini rationis ut furari, quod eſt tollere aliena.

Tertia Concluſio. Ille actus erit indifferens ſecundũ ſuam ſpeciem, quando eius obiectum non includit aliquid pertinens ad ordinem rationis, vt tollere feſtucam de terra, & ſimilia: quod de ſe non eſt conſonum recta rationi, neq; diſſonum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Argumenta contra quartam concluſionem. Primum.

Qvarta concluſio huius articuli magnis argumẽtis concutitur. In primis, inter ens, & nõ ens, nõ datur medium, ut apte cõſtat, ergo inter bonũ & malũ nõ datur mediũ: non ergo datur actio, quę nec de ſe ſit bona, neque mala. Cõſecutio argumẽti inde probatur: nam bono nihil aduerſatur niſi in quantum non ens.

Primũ cõ. Secundum.

Deinde, bonũ & malũ ſunt priuatiue oppoſita: at inter priuatiue oppoſita non datur mediũ in ſubiecto apto nato, auctore Ariſt. in poſt. prædicamẽtis, in capite de oppoſitis. ergo nõ datur act' humanus indifferẽs inter bonu & malũ. Cõſecutio inde ꝓbatur: nã ſubiectũ boni vel mali moralis, eſt actus humanus. Itaq; via huius argumenti in hoc cõſiſtit, ꝙ cũ actus human' ſit ſubiectũ boni vel mali moralis, veluti homo eſt ſubiectũ viſus, vel cęcitatis, valebit vtiq; hæc argumentatio, in hoc actu humano non eſt bonum, ergo malũ. ſicut recte valet, in homine non eſt viſus, ergo cęcitas, ꝙ vero bonũ & malũ opponantur, priuatiue, aſſerit D. Aug. in Enchiridio, cap. 11.

Ariſt. *Secunda.* *Tertia.* Auguſt. Tertium.

Præterea, operatio humana mala eſt, quæ caret conformitate ad rectam rationem: ſed actus indifferens caret conformitate ad rectam rationem: ergo malus eſt.

Confir. Primo. Confir. ſecũdo. Vltimum.

Confirmatur. Nã illud obiectum vel eſt conſonũ rectæ rõni, vel non eſt cõſonũ. Si primũ, eſt opus bonũ: ſi ſm, malum. ergo non datur actus indifferens. Scdo confirmatur. Nã actus voluntatis, q nõ eſt cõformis rectæ rationi, malus eſt: ergo obiectũ quod nõ eſt cõforme rectæ rationi, malũ eſt. Vltimo, leuare feſtucã, & ire ad agros, ſunt actus indifferentes ex ſpecie ſua: ergo oẽs actus einſdẽ ſpeciei erunt indifferentes. Ex quo ſequitur, ꝙ ire ad agros ꝓp Deũ, vel ꝓp animi recreationẽ, erit opus indifferens, quod ab oĩ Philoſophia alienũ ẽ.

Actus indifferens quid.

Pro explicatione huius difficultatis ſciẽdũ eſt, ꝙ actus indifferẽs dupliciter definiri põt: primo, q ſit actus bonus & malus, ſucceſſiue: & de hac indr̃a opis nõ loquitur D. Th. in articulo: nã certiſſimũ ẽ, ꝙ oĩs opatio bona, ut dilectio Dei, põt eẽ mala, p appoſitionẽ alicuius malę circũſtãtiæ. Scdo mõ dr̃ actus indifferẽs ex obiecto ſuo, hoc eſt, cuius obiectũ nec eſt cõſonũ rectę rõni, nec diſſonũ: & d̃ hac indr̃a actuũ inueſtigat D. Th. in pſenti articulo. Scdo intelligẽdũ ẽ, ꝙ aliquẽ actũ eẽ indifferẽtẽ ſm ſpẽm, & ex obiecto ſuo, p. intelligi du. Primo, ꝙ indr̃a dẽat tali opationi ex natura ſua, & ĩ hoc ſenſu null' actus ẽ indifferẽs: nã ſi hoc mõ aliqd opus

eſſet indifferens numquam poſſet eſſe bonum,uel malũ: nam ea quæ competunt naturaliter,& eſſentialiter, inſeparabilia ſunt. Alio modo poteſt intelligi actum eſſe indifferentem ex ſuo obiecto, negatiue, id eſt,de ſe neque eſt conſonus,neq; diſſonus rectæ rationi,ſed aliunde poteſt eſſe conſonus aut diſſonus,ſicut homo de ſe nec eſt albus, nec niger; ceterũ aliunde põt affici pdictis qualitatibus.

Pri.conc.

Non omnis actus humanus eſt indifferens.

D. Tho.

His conſtitutis, eſt prima conclu. Non omnis actus humanus eſt indifferens Hæc cõcluſio ſtatuitur cõtra quoſdã Theologos, qui (ut refert Diuus Thomas quæſtione ſecunda, de malo, articulo quarto.) arbitrantur omnẽ actum humanum eſſe indifferentem:quorum ſententia falſiſſima eſt. Nam omnium hominum ſententia,ſunt quędam opera adeo intrinſece mala,ut nulla ratione bona fieri ualeant, ut mendacium,adulterium,&c.rurſus ſunt quædam opera, quæ de ſe omnem laudem merentur,ut diligere Deum,ſubuenire pauperi.Ratio eſt, quoniã obiectum operationis humanæ,aliquod eſt conſentaneum rectæ rationi; aliquod eſt repugnans rectæ rationi. ergo non omnis operatio humana indifferens eſt: operatio namq; humana ex obiecto ſuo habet bonitatem,aut malitiam:ceterum in hoc ſenſu omnis operatio bona indifferens eſt, quoniam poteſt fieri mala per appoſitionem malæ circumſtantiæ.

Quarta Concluſio. Recte diuiſerunt antiqui actus humanos,dicentes, quoſdam eſſe malos, quoſdam bonos, quoſdam vero indifferentes: nam obiectum actus humani vel includit conueniens rectæ rationi, & ſic actus erit bonus: vel aliquid quod repugnat ordini rationis, & ſic actus erit malus;uel aliquid, quod nihil includit pertinẽs ad ordinem rationis, & ſic erit indifferens ſecundum ſpeciem ſuam.

Secun. conc.

Aliquis actus humanus eſt indifferens.

Secunda concluſio. Non omnis actus humanus eſt bonus aut malus,ſed aliquis eſt indifferens.Hanc concluſionem demonſtrat Diuus Thomas tum auctoritatibus,tum firmiſſimis rationibus, & ideo noſtra confirmatione non eget.

Datur actus in malum ſonans.

Tertia & ultima concluſio Non omnis actus humanus eſt bonus, aut malus,aut indifferens,ſed eſt alius actus in malum ſonans. Hanc concluſionem Diuus Thomas conſtituit quodlibeto nono,art.15.& probat ſubiunctis exemplis.nam occidere hominem,de ſe non eſt malum: licet namq; occidere aggreſſorem in propriam defenſionem; item licitum eſt iudici occidere malefactorem. Deinde p ſe non eſt bonum,quaſi per ſe expetendum, neq; indifferens,ut aperte conſtat: eſt ergo opus in malum ſonans: quod ſi ueſtiatur debitis circumſtantijs, poterit bonum fieri.Secũdum exemplum eſt,habere plura beneficia, nõ eſt de ſe malum:aliquando namque licitum eſt; nec de ſe eſt bonum,quaſi per ſe expetendum; neq; de ſe eſt indifferens,ſicut habere plures calamos.ergo eſt opus quod in malum ſonat. Itaq; eſt hæc legitima diſtributio actuum humanorum:actus humani alij ſunt boni,alij mali,alij indifferentes,alij in malum ſonant.

Argu. ſolut. ad primum.

Ad argumenta in principio facta, & ad primum negatur conſequentia.nam licet omne ens, in quantum ens,ſit bonum,non tamen ſequitur,ꝙ omne non ens,malum ſit: nam non videre,non eſt malum lapidi,licet ſit nõ ens,& negatio itaque licet ens,& non ens opponantur immediate,non ſequitur ꝙ bonum, & malum opponantur immediate. Secundo dico,ꝙ omne ens,in quantũ ens, eſt bonũ in genere naturæ,ſed non in genere moris. tabula enim non eſt bona in genere moris. itaq; bonum,& malum in genere moris non ſunt oppoſita immediate.

ad ſecundũ. D. Tho.

Ad ſecundum reſpondet hic Diuus Thomas ſolutione ad primum, quam reſponſionem defendit Caietanus. Secundo reſpondetur, quod bonum, & malum morale non opponuntur priuatiue, ſed contrarie, ut ſupra dictum eſt. Tertio dico,quod ſubiectum boni,uel mali moralis, eſt actus humanus in exercitio poſitus: actus uero humanus in exercitio poſitus, non eſt indifferens, ut demonſtrabitur art. nono.

ad terti.

Ad tertium reſpõdetur,ꝙ ut opus aliquod ſit malum, non ſatis eſt quod non habeat conformitatem ad rectam rationem,ſed opus eſt ꝙ careat conformitate debita ſecũdum rectam rationem.tunc uero debetur actui ſecundum rectam rationem cõformitas, quando ratio dictat eſſe faciẽdũ, vel non faciendũ. de actibus uero indifferentib. nihil dictat recta ratio, non enim dictat quomodo feſtuca ſit leuanda, quomodo barba fricãda Itaque actus indifferens dicitur habere conformitatem ad rectam rationem negatiue, non ꝙ ſit conformis aut difformis rectæ rationi,ſed quoniam recta ratio de eo actu nihil loquitur,& nihil dictat. Ex hoc ſoluitur prima confirmatio huius argumenti.

Ad ſecundam confirmationem negatur conſequentia. nam actus uoluntatis de ſe dicit ordinem ad rationem,& ideo ſi non eſt conformis rectæ rationi,peruerſus eſt; obiectum uero indifferens de ſe non dicit ordinem ad rationem.

ad quartum

Ad quartum iam demonſtratum eſt, quemadmodum actus ſint indifferentes ex ſpecie ſua, & ex obiecto negatiue,id eſt,de ſe neque habent bonitatem, uel malitiam, aliunde uero habere poſſunt.

Obiectio.

Sed dicet Theologus.ergo hæc uolitio,uolo leuare feſtucã,non eſt opus indifferens,ſed bonum,ſiquidẽ aliunde habet bonitatem ex fine.Vniuerſus namq; actus uoluntatis (ut ex ſuperioribus perſpicuum eſt) eſt propter beatitatem in communi.Reſpondetur,ꝙ circumſtantia de beatitudine in cõi,eſt cõis omnibus actibus bonis, & malis, & ideo ex tali circumſtantia bonitatem habere nõ poteſt.

Obiectio.

Sed iterum inſtabit Theologus,hæc uolitio, volo leuare feſtucam, eſt actus uoluntatis. ergo fertur in bonum quod eſt obiectum uoluntatis. uel ergo illud bonum,eſt bonum uerum,uel apparens.ſi primum,erit operatio bona;ſi ſecundum,mala.Reſpondetur,conuincere argumentum quod in exercitio, & in indiuiduo non datur actus indifferens, quod in ſequenti articulo demonſtrabitur.

Solutio.

Durandi

Vide de hoc articulo Durandum optime differentem in ſecundo,diſt.40.q.1.

ART. NONVS.

Vtrum aliquis actus ſit indifferens ſecundum indiuiduum.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio.Contingit aliquem actum ſecundum ſpeciẽ eſſe indifferentẽ, qui tamẽ cõſideratus ĩ indiuiduo, bonus eſt, aut malus: nã actus moralis

EXPLICATIO ARTICVLI.

Argumenta contra ſecũdam concl.

DE ſecunda concluſione eſt magna contentio inter Theologos, uidetur enim falſiſſima.

Primo, uolo ire ad agros, hoc ſolo fine, ut eam ad agros,non eſt opus malum,nec bonum. ergo datur actus indifferens in indiuiduo.quod non ſit opus malum,patet.Nam non prohibetur lege; quod non ſit bonum, patet,quia non habet debitum finem.

ſecundum.

Secundo,uelle ire ad agros propter delectationem, nõ eſt opus malum,ut manifeſtum eſt,neque bonũ.ergo &c. Patet quod non ſit bonum.nam cuius operatio eſt bona, delectatio eſt bona;cuius delectatio eſt mala,operatio eſt mala;& cuius operatio eſt indifferens, delectatio eſt indifferens.

tertium.

Tertio,ducere lineas in papyro, aut facere lituras,non alio fine, non eſt opus malum.nullus enim,uel ſcrupuloſus de hoc opere ſe accuſat;nec eſt opus bonum: nam non habet debitum finem.

quartum.

Quarto,actus qui antecedunt uirtutem, ex quibus generatur

netatur virtus, non ſunt boni nec mali. ergo indifferẽtes ꝙ non ſint mali, de ſe conſtat. ꝙ uero non ſint boni, proba-
Ariſto.
tur: nam ad bonitatem operis dicit Ariſt. 2. Ethi cap. 4. eſſe neceſſarium ꝙ procedat ex certa ſcientia, promte & delectabiliter: ſed hoc non habent iſti actus. ergo non ſunt boni.
Vltimum.
Vltimo eſt argumentum fortiſſimum contra D. Th. conſtituamus hominem qui ex ignorantia inuincibili arbitretur opinionem Scoti & Bonauẽturæ eſſe ueram, ꝙ ſcilicet datur actus indifferens in indiuiduo. Rurſus, cõſtituamus ꝙ exercet iſtum actum, volo ire ad agros, hoc ſolo fine vt eã ad agros: tunc cõficio tale argumẽtum. Iſte actus de ſe non eſt bonus: nam non habet finem debitum; nec malus, quia non peccat exercẽs talem actũ. ergo indifferens. Hãc ſententiã docent Doctores Theologi in primis graues.
Almayn.
Almay. in ſuis moralibus, c. 14.
Gabriel.
Gabriel in ſecundo, diſ. 41. quæſtione unica.
Bonauent.
& Bonauentura q. 3. Et eſt ſciendum, ꝙ Bonauentura proprius accedit ad veritatem: dicit enim quod ſi actus indifferens referatur in bonum finem, bonus eſt; ſi in malum finem, malus. ſi uero non referatur in finem, vel hoc prouenit ex negligentia, & erit malus; uel ex imbecillitate & fragilitate naturæ humanæ, & erit indifferens.
Scot.
Scotus in ſecundo, diſtinctione quadrageſimaprima. & in ſecundo, diſtinctione ſeptima, quæſtione prima, & quodlib. decimooctauo, articulo primo, in hac re exponenda dicit mirabilia, & fere inintelligibilia: dicit n. tria, primum, quod non datur actus indifferens ex ſpecie ſua: ſecundum, ꝙ datur actus indifferens in indiuiduo: tertium, quod datur habitus indifferens, qui nec ſit bonus, nec malus, ex actibus indifferentibus productus. Pro cuius explicatione notat Scotus, quod malum eſt duplex: contrarie, & priuatiue. Contrarie eſt, quando contrariatur virtuti, ueluti cum quis dat eleemoſynam propter manem gloriam, & hoc malum, eſt malum morale, & peccatum. Aliud eſt priuatiue; cum quis dat eleemoſynam non referens in aliquem finem; & hoc non eſt malum, ſed indifferens: & ad
Dionyſ.
hunc modum explicat Dionyſium cum dicit capitulo 4. de diuinis nominibus: bonum ex integra cauſa, malum ex quolibet defectu particulari cõſurgit: exponit Scotus, priuatiue, & negatiue, non contrarie. Nihilominus ſen-
Sententia. D. Tho. probatur.
tentia D. Thom. eſt certiſſima, cuius certitudinem hæc argumenta oſtendunt. Primo, opus otioſum, eſt opus malum: ſed exercere actum indifferentem abſque alio fine, eſt opus otioſum, ergo. Maior probatur ex
Matth. 12.
illo Matthæi 12.

De omni uerbo otioſo quod locuti fuerint homines, &c. Minor probatur: nam opus otioſum (auctore Diuo Gregorio ſeptimo moralium, capitulo vigeſimoquinto, & in tertia parte paſtoralis, admonitione 15.) eſt, quod caret iuſta neceſſitate, aut pia vtilitate: ſubdit enim ſtatim, quod ſcilicet ſine vtilitate & loquentis dicitur, & audientis, ſi omiſſis ſerijs, & de rebus friuolis loquamur, & fabulas narremus antiquas, uerbum otioſum eſt. Ceterum qui ſcurrilia replicat, & cachinnis ora diſſoluit, & aliquid profert turpitudinis, hic non otioſi

non ſolum habet bonitatem ex obiecto, a quo habet ſpeciem, ſed etiam ex circumſtãtijs: unde aliquid conuenit in diuiduo hominis ſecundum accidentia indiuidualia, quod non conuenit homini ſecundum intentionem ſpeciei.

Secunda Concluſio. Neceſſum eſt omnem actum hominis a ratione deliberata procedentem in indiuidua conſideratum, bonum eſſe aut malum: nam quilibet actus indiuidualis habet aliquam circũſtantiam, per quam trahitur ad bonum uel malum, ad minus ex parte intẽtionis. ergo concluſio uera eſt. Antecedẽs ſic oſtenditur. Nam quilibet actus dũ exercetur, uel eſt ordinatus ad debitum finem, & ſic habet rationem boni, uel non ordinatur ad debitum finem, & ſic habet rationẽ mali. Certe quilibet actus in indiuiduo deliberatus procedit a ratione: ſed rationis eſt deliberare in finem. ergo ſi non eſt ordinatus in finem, peccatum eſt.

Tertia Concluſio. Actus qui anteuertunt iudiciũ rationis, & deliberationem, in hoc ſenſu ſunt indifferentes, quod non ſunt boni vel mali: nam tales actus proprie non ſunt morales, neque humani: ergo proprie neque ſunt boni, vel mali: bonum enim vel malum, laudabile & vituperabile, ſunt proprietates actus moralis & humani: actus autem humanus dicitur, quia ratione deliberata proficiſcitur.

verbi ſed criminoſi reus tenebitur reus. Et Hieron. illud eſt
Hieron.
(inquit) otioſum verbum, quod nequaquam ædificat audientes, nõ eſt abſque periculo eius qui loquitur, & in die iudicij reddet vnuſquiſque rationem ſermonum ſuorum: quanto magis vos, qui opera Spiritus ſancti ſcandalum nominatis. Chryſ. vero aliter exponit: otioſum, inquit, uerbum eſt, quod mẽdax eſt, & calumniam habet. Quidam autem dicut quod etiam & vanum, quale eſt quod riſum mouet inordinatum, vel turpe, vel inuerecundam. Hæc Chryſ.
Chryſo.
Item Theophilactus ad verbum, Terret hic, inquit, nos, quoniam & pro otioſo verbo rationem reddituri ſumus, hoc eſt pro mendacio, calumnia, hoc eſt pro inordinatis & ridiculis.
Theophil.
Tertullianus lib. de patientia, col. 7. Traditum eſt in doctrina Chriſti, manere nos omnis vani & ſuperuacanei dicti reatum.
Tertulia.

Sed ad noſtrã cõcluſionẽ redeamus, & cõfirmemus eã altero argumento. Certe opus otioſum apud omnes Philoſophos morales, eſt opus vanum, & inane: ſed exercere actũ indifferentem abſq; alio fine eſt opus vanũ: ergo otioſum. ergo malũ. Tertio, in naturalibus, & artificialibus, opus quod deficit a ſua regula, malum eſt: ergo ſi exerceas actum qui non ſit cõformis regulæ, erit malus. Quarto, ſi ex defectu finis non redditur opus malum, ergo nec etiam ex defectu aliarum circumſtantiarum. quod aſſerere alienum eſt ab omni Philoſophia: nam ſi operetur quando non oportet, & prout non oportet, malũ eſt. Itẽ perdere pecunias ſine vtilitate, opus prodigalitatis eſt: ergo efficere opus humanum ſine vtilitate, eſt perdere bonas operas humanas. Deinde, colligere paleas ſine vtilitate per totum diem, eſt peccatum. ergo per horam. ergo ſemel. Hæc omnia confirmantur. Nam licet artifex nõ teneatur facere ſtatuam, ſi tamen eam facit ſine membris neceſſariis, malum opus eſt: ergo idem dicendum eſt in moralibus actionibus: ſicut enim ad ſtatuã hominis neceſſarium eſt quod habeat caput, oculos, &c. ita ad operationem humanam neceſſarium eſt, quod habeat obiectũ & finem debitum cum debitis circumſtantijs. Et licet ad hanc veritatem demonſtrandam non ſuppeteret alia demonſtratio, niſi ea qua utitur Durandus in hanc parte, illa euidens eſt, & præclara. Nam ſi datur actus indifferens in indiuiduo, ex actibus indifferentibus multiplicatis generabitur habitus indifferens, qui nec ſit bonus, nec malus. quod aſſerere ab omni Philoſophia alienum eſt. Nam hoc differt inter habitum, & potentiam, quod potentia eſt qua poſſumus; habitus uero quibus bene vel male poſſumus, vt teſtatur Ariſtotel. ſecundo Ethicorum, capitulo quinto.
Ariſtot.
Certe cum homo rationalis ſit, & eius proprium munus ſit operari ſecundum rationem, præcepto naturali tenetur, quando operatur, operari ſecũdum rationem.

Ad argumenta in contrarium, ad primum reſpõdetur quod velle ire ad agros, hoc ſolo fine vt eamus, eſt opus malũ; tum, quia eſt vanum & temerarium opus; tũ vero, quoniã eſt contra præceptum naturale, quo tenetur homo operari ſecundum rationem; tum tertio, quia operari
Ad argumenta. ad primum.

opus

opus, alioqui bonum ſine ratione, & temere, malum eſt, ut orare ſine attẽtione: ergo multo magis operari actum indifferentem ſine ratione, & temere.

Obiectio.

Sed dicet Theologus; in qua ſpecie uitij collocabitur actus indifferens in indiuiduo exercitus? Rñdetur, ꝙ in

Solutio.

ſpecie ocioſitatis ad minus. Quod ſi iterũ obijciat Theologus, iſtam circũſtantiam eſſe communem omnibus: ergo non dat ſpeciem particularem: Reſpondetur, quod hęc circũſtantia, quamquam communis eſt, ſi transferat actum de bono, aut de indifferente ad malum, dat ſpeciẽ particularem, & reducuntur actus ad otioſitatem, quemadmodum leuare feſtucam propter Deum, licet illa circũſtantia, propter Deum, ſit communis, dat ſpeciem particularem, religionis, ſiue uirtutis.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum quidam reſpondent, quod ire ad agros propter delectationem, eſt opus malum, quod probant argumento adducto, & auctoritate Diui Gregorij. Mihi autem videtur diſtinguendum: nam ire ad agros propter delectationem tãtum, certe eſt opus malum, & otioſum; ſi uero referatur in opus honeſtum, ad recreandum corpus, & animam, ut ad ſtudia remiſſa, ſeu omiſſa redire ualeamus, ſine dubio eſt opus bonum.

Ad tertium.

Ad tertium quidam ex magiſtris noſtris reſpondent, quod licet exercere actum indifferentem in indiuiduo, ex genere ſuo ſit opus malũ, & otioſum; ceterum ex paruitate materiæ poteſt accidere, ut non ſit peccatum, ſicut in caſu argumenti propoſiti. Hæc ſolutio mihi non ſatisfacit. Nam D. Th. ponit exemplum in articulo, de homine leuante feſtucam de terra, & ſacrum Euangelium nõ excuſat uerbum otioſum: ergo multo minus excuſandũ uenit opus aliud, etiam minimum.

Ad quartum.

Ad quartum reſpondetur, quod tales actus ſine dubio ſtudioſi ſunt: nam ſunt de obiecto bono, & cum debitis circũſtantijs. quando uero Ariſto. exigit cõmemoratas ꝯditiones, loquitur de opere ex omni parte perfecto, & ex perfecta uirtute prodeunte.

Ad ultimum.

Ad ultimum reſpondetur, ꝙ etiam ſi excuſetur ignorantia inuincibili, non inde ſequitur, quod non ſit peccatum: iudici. n. ſemper eſt peccatum non iudicare ſecundũ allegata, & probata; excuſatur tamen aliquando ignorãtia inuincibili. Secũdo reſpondetur, quod licet iſte ignoret iſtum actum eſſe peccatum; ceterum euidẽter cognoſcit actum otioſum eſſe peccatum.

Ad argumentum Scoti.

Ad argũ Scoti rñdetur, ꝙ dare eleemoſynam, licet in alium finem nõ referatur, eſt opus bonum, & ſtudioſum: nam eleemoſyna de ſe eſt congrua rectæ rationi, & deſtinatur ſecundum ſe, ad miſeriæ ſubleuationem.

Ad quem finem debeat referri opera bonum hominis. Gregor.

Sed ex hoc naſcatur alia quæſtio optima, Quis nam ſit finis, in quẽ debeat referri humana operatio, ut bona ſit? Greg. Arimin. in ſecundo, diſt. 26. & 28. affirmat, ut bona ſit humana operatio, eſſe neceſſarium, ꝙ referatur in ultimũ finẽ, & in Deum: itaque qui ignorat Deũ, uel in Deũ non refert opera ſua, non poteſt bene moraliter operari. Hanc ſententiam probat multis teſtimonijs D. Auguſt. quæ moleſtum eſſet, & ſupernacaneum referre.

Prima conc. Ad opus bonum non requiritur relatio in Deũ 1. Cor. 10.

Pro explicatione tamen eſt prima concluſio. Vt opus ſit bonum, & ſtudioſum, non eſt neceſſaria relatio in Deum, nec in ultimum finẽ. Patet. Nam nuſquam extat de hoc tale ꝑceptum: illud. n. verbum Diui Pauli 1. Cor. 10. Omnia in gloriam Dei facite; uel eſt conſilium, vel ſi eſt præceptum, hẽt hunc ſenſum, ꝙ nihil faciamus cõtra Dei gloriam, & maieſtatem, & ꝙ nr̃a opera ſint eiuſmodi, ut in Deum referri ualeant, iuxta illud Matt. 5. Sic luceat lux ueſtra, &c. Idem demonſtratur neceſſario argu-

Matth. 5.

mento. Nam vt opus ſit moraliter bonum, ſatis eſt, quod proficiſcatur a virtute morali: uirtus. n. moralis eſt, quæ facit bonum habentem, & opus eius bonum reddit. Sed uirtus moralis non hẽt Deum pro obiecto: ergo non eſt neceſſe, ꝙ opera iſtarum uirtutum referantur in Deum, aut in finem ultimum. Probatur minor. Nam finis miſericordiæ eſt leuare pauperis infirmitatem, & miſeriam; finis iuſtitiæ, conſtituere æqualitatem: ergo non eſt neceſſe, quod opera iſtarum uirtutum in alium finem referantur. Deniq; opus honeſtũ, & laudabile ſuapte natura deſtinatur in finem ultimum, quemadmodũ bonum imperfectum in bonum perfectum: ergo qui vult aliquod opus honeſtum, & laudabile, uirtualiter vult ꝑ ultimum finem: nõ ergo eſt neceſſaria aliá relatio in ultimum finẽ. Ex hac definitione ſequitur, hominem cõſtitutum in puris naturalibus, & ſi ignoret Deum, poſſe bona opera moralia exercere. Idẽ ſequitur de puero ꝑueniente ad vſum rõnis. Rurſus ſequitur, ꝙ homo peccator, citra auxilium Dei ſpeciale, poſſit operari aliquod opus bonum moraliter. Demum ſequitur, infideles, & paganos poſſe bona opera moralia peragere. Quare cum D. Aug. dicit, ſine auxilio Spiritus ſancti non poſſumus aliquid boni agere, Intelligẽdus eſt de bono beatificãte, & de beatitudine æterna de condigno, uel de eo, quod ꝑducit ad uitã æternam.

Auguſt.

Secunda cõc. Opus bonum morale requirit ut ſit propter vltimum finem.

Secunda concl. Vt bonum ſit opus moraliter, neceſſum eſt, ꝙ ſit uirtualiter ꝑ ultimum finem. immo S. Tho. dicit ſupra quæſt. 1. art. 6. quod quidquid appetit noſtra voluntas, appetit ꝑ ultimum finem. & rõ eſt euidens. Nam ſicut intellectus noſter nihil poteſt aſſentire, niſi ratione & uirtute primorum principiorum: ita uolũtas nihil poteſt appetere, niſi ratione vltimi finis: nam ſicut ſe habet primum principium in ſcientijs, ita vltimus finis in practicis. Deinde, bonum honeſtum, & laudabile ſuapte natura deſtinatur in ultimum finem, & eſt quædam participatio beatitudinis æternæ: ergo qui vult bonum honeſtũ uirtualiter vult vltimum finem.

Aliud eſt referri in vltimum finem, aliud eẽ virtualiter propter illum.

Sed eſt notandum, longe aliud eſſe, quod operatio humana ſit uirtualiter propter ultimum; & quod debeat referri in ultimum finem: nam ad primum ſatis eſt, quod ſit uolitio boni, quod ſuapte natura ordinatur in ultimũ finem; ad ſecundum vero neceſſarium eſt, quod præceſſerit uolitio ultimi finis, qua mediante cetera bona proſequamur, & dirigamus.

Tertia concl. Ad operationem ſtudioſam non ſufficit finis delectabilis aut vtilis.

Tertia propoſitio. Vt operatio ſit bona & ſtudioſa, nõ ſufficit finis delectabilis: nam actus humanus accipit bonitatem ab obiecto; ſed illud obiectum non eſt honeſtũ: ergo nec actus.

Quid ſufficiat ad rectã operationem.

Quarta concluſio. Vt operatio ſit ſtudioſa, non ſufficit finis utilis. Hęc concluſio demonſtratur eadem ratione ſicut præcedens.

Quinta concl. Vt operatio ſit ſtudioſa, non eſt neceſſe, quod referatur formaliter, & diſtincte in bonum honeſtum, & laudabile. Nam qui pietate naturali ductus confert eleemoſynam, licet boni honeſti nõ meminerit, bonum opus operatus eſt. Satis ergo fuerit ut operatio ſit ſtudioſa, ꝙ ſit de bono obiecto rectæ rõni conuenienti.

Vtrum detur actus indifferens in indiuiduo ad meritum vel demeritum.

Eſt alia dubitatio multo difficilior, Vtrum detur actus indifferens in indiuiduo, & in exercitio, quantum ad meritum & demeritum uitę æternę? id eſt, Vtrum ſit aliquis actus in indiuiduo, qui nec ſit meritorius, nec demeritorius uitæ æternæ. In huius rei explicatione eſt prima

Prima concl. Omne opus malũ demeritorium eſt coram deo.

concluſio. Omne opus malum, ſiue in homine peccatore, ſiue in homine exſiſtente in gratia, eſt demeritorium coram Deo, probatur. Nam oẽ pctm̃ eſt demeritorium coram Deo & meretur ſupplicium: ſed oẽ opus malum eſt pctm̃: ergo meretur ſupplicium corã Deo. Sed eſt notandum, ꝙ hæc concluſio eſt exploratiſſima de peccato mortali; de peccato ueniali non eſt adeo frequens apud ſanctos Patres, & Theologos ꝙ ſit demeritorium; eſt tñ certiſſimum, ꝙ meretur pœnam coram Deo.

Secunda cõc. Opus bonum peccatoris eſt indifferens ad meritum vel demeritum. 1. Cor. 13.

Secunda conc. Opus moraliter bonum in homine exſiſtente extra gratiam, eſt indifferens quantum ad meritum & demeritum vitæ æternæ: nam cum ſit opus bonũ, non eſt demeritoriũ; cum uero ſit ab homine non habẽte gratiam, & caritatem Dei, non eſt meritorium Teſtatur hoc D. Pau. 1. Corin. 13. cum inquit, Si diſtribuero oẽs facultates meas in cibos pauperũ, & tradidero corpus meũ ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Sed hic naſcitur aliud dubium; Vtrũ in homine

Vtrum detur in iuſto opus bonum indifferens ad meritum vel demeritum.

exſiſtente in gratia detur aliquod opus bonũ indifferẽs, quantum ad meritum & demeritum uitæ æternæ, ita ut ſit opus bonum, & tñ nec meritorium, nec demeritoriũ corã Deo. De hac quæſtione verſantur multæ opiniones

Prima opinio

inter Doctores. Prima dicit, quod ut opus ſit meritorium vitæ æternæ, non ſatisfuerit, quod ſit opus bonũ, & proficiſcatur ab homine exſiſtente in gratia, & Dei amicitia; ſed præterea requiritur, quod referatur actualiter in finẽ ſupernaturalem noſtræ religionis. Hanc ſentẽtiam docet

Durand. Scot.

Durand. in ſecundo, diſt 40. quæſt. 2. & Scotus diſt. 4. q. 1. quæ & probari ſolet multis teſtimonijs ſacri eloquij, quę longum eſſet commemorare. Ex hac opinione ſequitur, eſſe multa opera bona in homine exſiſtēte in gratia, quæ non ſunt meritoria vitæ æternæ, ut illa opera, quæ facit homo iuſtus pietate naturali ductus, & uniuerſa, quæ nō refert in finem ſupernaturalem.

Secunda opinio.

Secunda opinio docet, non eſſe neceſſariam iſtam relationem actualem in finem ſupernaturalem, ut opus bonum meritorium ſit, ſed ſatis eſt, ꝙ ſit virtualis relatio: nam qui pergit in Diuum Iacobum religionis gratia, uel in ſatisfactionem ſuorum delictorum, licet non ſemper meminerit Diui Iacobi in conficiendo itinere, & in ceteris laboribus, abſque dubio meretur coram Deo, ſiquidē manet virtualis relatio, qua omnes labores illius itineris in honorem religionis, & Diui Iacobi in principio retulerat. Ex hac opinione ſequitur, eſſe multa opera bona in homine iuſto, quæ meritoria vitæ æternæ non ſunt, videlicet illa, quibus deeſt illa uirtualis relatio. Hæc ſententia placuit D. Bonau. in 2. diſt. 40.

Bonauen. Tertia opinio. Victoria. Soto. Geneſ. 4.

Tertia opinio dicit, quod omne opus bonum exſiſtentis in grata, eſt meritorium uitæ æternæ. Hęc opinio placuit doctiſſimo Victoriæ, & Soto, lib. 3. de natura, & gratia, cap. 4. Huic fauet illud Geneſ. 4. Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. quibus uerbis ſignificat, quod ex eo, quod perſona ē grata, & accepta Deo, munera eius ſunt Deo accepta & grata. Deinde huic ſniæ fauet illud prouerbium in ſacro eloquio decantatum, quod Deus reddit unicuique iuxta opera ſua. Sed homo iuſtus ex pietate naturali aggreditur ſæpenumero opera ardua ꝓ republica, pro amicis: ergo hæc opera non perdent mercedem ſuam. Ad hæc, omnia iſta opera ſunt amici, & filij Dei, in quibus obſequitur Patri ſuo æterno: ergo non ꝑdet mercedem ſuam. Hæc omnia confirmantur auctoritate D. Tho. is enim infra quæſt. 21 artic. 3. & 4. docet expreſſe, quod oīs actus bonus præmiatur a Domino Deo; & omnis malus a Deo punitur. Idem perſequitur fuſius quæſt. 2. de malo, artic. 5. in ſolutione ad ſeptimum argumentum.

D. Tho.

Quarta opinio.

Quarta opinio dicit, quod omne opus exſiſtentis in gratia, eſt meritorium uitæ æternæ; tum, qm̄ quando homo primum iuſtificatur per gratiam, refert ſe & omnia bona ſua in finem ſupnaturalem, & hæc relatio ſufficit, ut oīa opera bona, quæ deinceps homo iuſtus operatur, relata ſint ī finem ſupernaturalem; tum uero, qm̄ homo iuſtus ſæpiſſime ſe, & omnia ſua refert in finem ſupernaturalē, in orationibus, & in alijs exercitijs virtutum, propter qđ omnia opera hominis iuſti ſunt meritoria uitæ æternæ, tam propter antiquam, quam propter nouam relationē, & quotidianam. Sed ſcire oportet, verſari magnum diſcrimen inter tertiam, & quartam opinionem. Nam tertia opinio dicit, quod omne opus moraliter bonum exſiſtētis in gratia, eſt meritorium vitæ æternæ. Ex quo auctores huius opinionis efficaciter (ut exiſtimant) inferunt, quod aliquod bonum opus exercitum ex viribus naturę ſine adiutorio Dei ſpeciali, eſt meritorium uitæ æternæ: nam ad faciendum opus moraliter bonum, nō eſt neceſſarium auxilium Dei ſpeciale. Quarta opinio dicit, quod nullum eſt meritum uitæ æternæ, quod non ſit ſupernaturale, & ex ſupernaturali dono gratiæ productum.

Quinta opinio.

Quinta opinio dicit, quod datur aliquis actus bonus ſupernaturalis in homine exſiſtente in gratia, qui non ſit meritorius vitæ ęternæ, ut eſt primus actus fidei in homine iuſto. & probant. Nam nullus actus eſt meritorius vitæ æternæ, niſi relatus in finē ſupernaturalem. Sed actus primus fidei non poteſt eſſe relatus in finem ſupernaturalem per caritatem: ergo non poteſt eſſe meritorius. Probatur minor: nam actus intellectus præcedit actum voluntatis: nihil. n. eſt uolitum, quin prius cognitum: ergo prius eſt, ꝙ actus fidei oſtendat bonum ſupernaturale, q̄ quod caritas referat illum in finem ſupernaturalem. Hoc ipſum confirmatur. Nam alioqui caritas referret illum actum fidei, per alium actum fidei, & ſic eſſet abitio in infinitum. De his placitis Theologorum exacte conſtituere, & definire, ſpectat ad quæſtionem vltimam huius partis, ubi de merito bonorum operum inueſtigatur: nūc ſatis fuerit inſinuaſſe, quid de hac re ſentiūt uiri grauiſſimi. Mihi certe quarta opinio maxime probatur; ſed de hoc in loco citato. Hæc dicta ſunt in interpretatione ſecundæ concluſionis: ſequitur, ut examinemus tertiam concluſionem: nam contra eam arguit Durandus in ſecundo diſt. 40 quæſt. 1.

Examinatur tertia concluſio. D. Thom. Durand. Arguitur.

Nam actus qui prodeunt ab imaginatione, poſſūt impediri, uel non impediri a ratione deliberāte: ergo non ſunt extra genus moris. & ſic dabuntur actus indifferentes in indiuiduo in genere moris, ſi illi ſunt indifferentes.

Solutio.

Reſpondetur, quod licet homo poſſit impedire illos actus qui anteuertunt rationis deliberationem, & procedunt ex imaginatione (quod tamen uerum non eſt, ut aduertere licet in motibus ſubitis, quos Theologi primo primos appellant) nihilominus nō eſſent uoluntarij, neque humani. Certe non eſſent uoluntarij directe, quia nō eſt actus uoluntatis, quo uoluntas vult, quod tales actus fiant; neque uero indirecte: nam ad uoluntarium indirecte (ſi documenta noſtræ ſententiæ habeantur in memoria) neceſſum eſt, quod poſſim ꝓhibere tales actus, & teneat, & non faciam; at non ſemper tenetur homo impedire manum a fricatione barbæ: non enim tenetur homo ſemper ſe ab his operibus abſtinere. Concedo tamen, ꝙ ſi tenetur homo impedire tales actus, & non impediat, tunc illi actus erunt uoluntarij indirecte, ut ſiquis rem ſacram faciens fricaret barbam, aut caput, non excuſaretur a peccato.

Dubia circa ſolutionem tertij argu. D. Thom.

In ſolutione tertij habet D. Thom. duas ſententias, quæ explicatione indigent. Prior eſt. Omnis finis a rōne deliberata intētus, pertinet ad bonum alicuius uirtutis, vel ad malum alicuius uitij. Poſterior eſt. Hoc ipſum, quod aliquis agit ordinate ad ſuſtentationem, uel quietem ſui corporis, ad bonum uirtutis ordinatur in eo, qui corpus ſuum ordinat ad bonum uirtutis.

Prim. argu.

Sed hæc aſſerta videntur falſa. Nam quando homo iuſtus facit iſtos actus indifferentes, ſm̄ ſpeciem ſuam: puta, it ad agros, deambulat, & non ordinat illos in finem alicuius uirtutis; ſed tm̄ ad quietem corporis, tunc prædicti actus ad nullam uirtutem pertinent: non enim pōt demonſtrari ratio, quare potius ad unam uirtutem pertineant, quam ad aliam: ergo actus qui procedūt a ratione deliberante, ſunt indifferentes.

Secundum.

Deinde ſequitur ex hac doctrina Diui Tho. quod ille qui eſt in peccato mortali, cuius corpus non eſt ordinatum in finem uirtutis, peccat ſi facit actum, ſm̄ ſpeciem indifferentem ex ratione deliberata, puta ſi eat in campū animi gratia ad recreandum corpus. Quod recte ſequatur, patet. Nam ille actus, uel ordinatur ad finem, ad quem corpus ipſum eſt ordinatum, & ſic erit peccatum, uel ad nullum finem, & ſic erit indifferens.

Tertium.

Tandem arguitur. Nam qn̄ infidelis operatur opus bonum, ſm̄ ſuam ſpeciem, manet actus bonus ī indiuiduo, ut ex dictis patere poteſt: ergo cum facit opus qđ ſe eſt indifferens, non apponendo bonam, uel malam circūſtantiam, manebit actus indifferens in indiuiduo.

Ad primum. D. Thom. ſententia exponitur.

Ad hæc argumenta dicendum eſt. Ad primum reſpondetur, quod illa ſententia D. Tho. Omnis actus a ratione deliberata intentus, pertinet ad bonum alicuius virtutis, uel ad malum alicuius vitij; debet intelligi, uel ad bonum, quod eſt natus uirtute. Vnde quando homo iuſtus pergit ad agros, non cogitans actu de alio fine, niſi de ſalute, & quiete corporis, ille actus non pertinet ad aliquam uirtutem ſpecialem; ſed pertinet ad finem illū, ad quem uoluntas naturaliter eſt bene inclinata, ſcilicet, ad corporis, & uitæ bonum proprium: quod ſi actualiter ordinatur ſalus corporis, & ualetudo ad litterarū ſtudia, uel etiam ad orationem, tunc ire in campum, pertinet ad uirtutem ſtudioſitatis, uel religionis. Sed dubitat fortaſſe aliquis; Quid ſi uir iuſtus ordinauit ſuam deambulationem ad omnes uirtutes, ad quam rogo pertinebit uirtutem? certe tunc pertinebit ad caritatem Dei, quia caritas Dei eſt, quæ ordinat, & dirigit omnes uirtutes in ſuum finem, & in illo fine, omnes uirtutes connectuntur.

Ad ſecundum.

Ad ſm̄ dr̄, quod qui eſt in peccato mortali, non peccat eundo ad agros ꝓp corporis ualetudinem, & recreationē, niſi

niſi forte actualiter, aut virtualiter ordinat ſalutem corporis ad peccatum: ceterum habitualis relatio non violat actum bonum ex obiecto: neq; tamen manebit actus indifferens, tametſi non ordinet ad aliam virtutem ſpecialem: ordinat enim ad ſalutem illum actum, quam naturali appetitióe amat plurimum.

Ad tertiũ. Et ex hoc patet quid dicēdū ſit ad tertiū argumentum. Certe in caſu argumēti cōmemorato, nō manebit actus indifferens: nam exire ad agros propter ſalute, iā eſt bon⁹ actus ex obiecto:

Pri. con.

EXPLICATIO ART.

MVlta diſputant interpretes D. Tho. ſuper iſtum articulum, & præcipue, Vtrū circumſtantia manes circumſtātia, tribuat ſpeciē actibus moralibus, q omnia a nobis in ſuperioribus exacte ſunt conſtituta, nam explicauimus quemadmodū circumſtantię,

Secunda. que tribuūt actui humano ſpeciem, & præcipuam; quide, ſemper manēt circumſtantiæ: ſiquidem (ut noſtra fert opinio) circūſtantiæ ſemp dat ſpeciē accidētariā & nūquam eſſentialem.

Tertia.

Vtrum idē actus ſit in ſpecie mo. in bona & mala ſimul. Sed dubitatur, vtrum aliquis actus conſtituatur ſimul ī ſpecie moris bona, & in ſpecie mala puta, uolo dare eleemoſynam propter vanā gloriā; uel e contrario, uolo furari vt dem eleemoſynam.

Argu. Vī φ ſic. nā finis eſt qui dat ſpeciem formaliter. ergo ille actus volo furari, ut dē eleemoſynam, eſt in ſpecie miſericordiæ.

Solu. D. Thō. Sed reſpōdetur ex doctrina D. Thom. art. 4. ad 3 quod actus non eſt ſimpliciter bonus, niſi habeat omnes bonitatis circumſtātias. Dico ergo, quod nullus actus ſimpliciter eſt in ſpecie boni, & in ſpecie mali; qa nihil eſt in ſpecie, niſi ſpecies prædicetur de illo; neq; ſpecies prædicatur de aliquo de quo non prædicatur genus. ſi ergo actus nō eſt bonus, qđ eſt genus, impoſſibile eſt, ut ſit ī ſpecie boni. Dico ſimpliciter, quia non eſt inconueniens φ ſm quid pertineat ad ſpeciē boni, ſicut Aethiops ad ſpeciē albi. ſic ergo ille actus, uolo furari pp eleemoſynā, nō eſt ſimpliciter in ſpecie boni, ſed in ſpecie mali, ſ. furti. Et ad argu. qa finis dat ſpeciē, reſpondetur uerum eſſe, niſi impediatur uel in materia diſpoſita, quæ nō eſt in propoſito; non. n. furtum eſt capax bonitatis, & ſic nō pōt recipere ſpeciē a bono fine.

Obiectio. Sed quæres, & inſtabis. ergo ille actus erit formaliter ī ſpecie furti, cuius cōtrarium ſuperius definitum eſt, videlicet furari pp adulterium, materialiter eſt furtum, & formaliter adulteriū, qa forma eſt a fine.

Solutio. Ad hoc dicendum eſt, fortaſſis poſſe concedi, φ actus poſitus neque accipit ſpeciē a fine formaliter, qa impeditur; nec ab obiecto, quia ſe hēt ut materia, & ſic eſt in ſpecie furti ſolū materialiter. Vel pōt dici, φ illud obiectum poſtquā nō pōt recipere formā a fine, & p conſequēs neque ſpeciē, manet formaliter in ſua ſpecie, & ſic ē formaliter furtū.

EXPLICATIO ART.

Conc. Regula ad totam quæſtionem intelligendā. VT ea q̄ ī hac q̄ſtione ab auctore fuſius ſūt explicata, melius intelligātur, operæpretium erit ad certas concluſiones, ea q̄ ſunt conſtituta, reducere.

Pri. con. Vtilis circūſtantiarū diſputatio. Prima conclu. Diſputatio de ſpeciebus, & circumſtātijs actuum humanorum, eſt ualde vtilis uiro Theologo; tum, ut cognoſcat grauitatē peccati; tum vero, ut ſciat adhibere medicinā pro qualitate criminū; tū uero, ut magis deterreat ab uno peccato quā ab alio; tum ultimo, ut cognoſcat quæ ſunt iuris eccleſiaſtici, irregularitates, & excōicationes.

Secun. con. Secunda concl. Non eſt ualde neceſſaria anxia diſputatio de iſtis ſpeciebus, & circumſtantijs; tum, qm eſt potius metaphyſicalis, q̄ moralis; tum uero qm Sancti, & Theologi parū tractāt de iſtis; tū tertio, qa nō oportet cognoſcere grauitatē peccatorū ī puncto, & in indiuiſibili; tū deinde, qm Theol. & cōfeſſario ſatis e cognoſcere, eſſe grauius peccatū furari de loco ſacro, q̄ de loco prophano. Vtrū vero diſtinguant ſpecie, nō multū retulerit. Certe oportet, ut Theol. intelligat circūſtātiā q nō mutat ſpeciē, ſæpenumero augere magis peccatū, q̄ circumſtantia quæ mutat ſpeciē. maius namq; peccatu eſt furari rē magnā, & pretioſam de loco prophano, quam minimā de loco ſacro.

Ter. con. Tertia concl. Actus moralis habet ſpeciē eſſentialem, & inuariabile ab obiecto primo. & īmediato. demōſtrata

ART. DECIMVS.

Vtrum aliqua circumſtantia conſtituat actum moralem in ſpecie boni, uel mali.

SVMMA TEXTVS

PRima Concluſio. Res naturales non accipiunt ſpeciem ex forma accidentaria, ſed ſemper ex forma ſubſtantiali nam natura determinata eſt ad unū, neque poteſt eſſe proceſſus naturæ in infinitum; vnde neceſſe eſt peruenire ad aliquā formam, ex qua ſumatur differentia ſpecifica: & inde eſt quod in rebus naturalibus quod eſt accidens alicui rei, non pōt accipi, ut differentia conſtituens ſpeciem.

Secunda concluſio. Actus morales præcipue ſumunt ſpeciem ex forma accidentali: ſumūt enim ſpeciem ex formis, prout ſunt a ratione cōceptę.

Tertia Concluſio. Illa circūſtantia tribuit ſpeciem actui humano, quæ reſpicit ſpecialem ordinē rationis, vel pro, uel contra. nam ſicut ſpecies rerum naturalium conſtituuntur ex formis naturalibus, ita actus morales ex formis, prout ſunt a ratione cōceptę. Sed circumſtantia aliqua poteſt conſiderari, ut principalis cōditio obiecti, & quaſi quædā ſpecifica differentia per ordinem ad rationem, uidelicet illa quę reſpicit ſpecialem ordinem rationis, uel pro, uel contra; ſicut furari in loco ſacro, ex circumſtantia loci habet ſpecialem, & diſtinctam repugnantiam ad rationem; ceteræ uero circumſtantiæ quę nō conferunt nouam conformitatem, aut deformitatem, non tribuunt ſpeciem actui humano, ut furari in parua quantitate, vel magna.

ART. VNDECIMVS.

Vtrum omnis circumſtantia, quæ auget bonitatem, uel malitiā, conſtituat actum moralem in ſpecie boni uel mali.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt negans. Probatur: nam circumſtantia dat ſpeciem boni, uel mali actui morali, in quantum reſpicit ordinem rationis ſpecialem, & diſtinctum. Sed contingit aliquando quod circumſtantia non reſpicit ſpecialem ordinem rationis in bono uel malo, niſi p̄ſuppoſita alia, a qua actus moralis habet ſpeciem boni, uel mali. ergo talis non tribuit ſpeciem. Maior argumēti patet ex dictis. Minor p̄batur: nam tollere alienum in parua, uel magna quantitate, non concernit ordinem rationis in bono, vel in malo, niſi poſita alia conditione, ex qua actus fit bonus, uel malus, ut hoc quod eſt eſſe alienum, quod rationi repugnat: quare tollere alienum in parua uel in magna quantitate, non diuerſificat ſpeciem culpæ, quamuis illam aggrauet, uel minuat.

fuit hæc concluſio ſupra ar. 2. & 4. huius quæſtionis.

Quar. con. Quarta concluſio. Actus humanus præcipuè habet ſpeciem ex fine. de hac concluſione dictum eſt copioſiſſime art. 4. & 6. huius quæſtionis. Quinta concluſio. Non inconuenit quod unus actus humanus ſit in duplici ſpecie; ut

quinta con. qui furatur propter mœchiam, fur eſt, & mœchus. Hæc cōcluſio patet ex articulo 6. huius quæſtionis, tum uero ex tertia & 4. concluſione, itē optimo exemplo. Nam homo eſt in ſpecie ſubſtantiæ, & in ſpecie qualitatis; quatenus albus eſt: ſed quū in moralibus id, quod eſt internum, principalius eſt, ideo denominatio potius fit ex fine, propter quod dicit

Ariſt. Ariſt. quod qui furatur propter mœchiā potius eſt mœch⁹, quam fur.

ſexta con. Sexta conc. Quādo obiectum eſt bonum de genere ſuo, & finis malus, talis actus ſolū eſt in ſpecie mali. ut cum quis dat eleemoſynam, ut fornicetur. Ratio eſt, quia talis actus non eſt bonus. ergo non eſt in ſpecie boni. Antecedens probatur a

D.Th. D.Th. art. 5. ad 4. argumentum. nam actus non eſt

ſeptima co. bonus, niſi habeat omnia neceſſaria.

Septima concluſio. Si obiectum ſit malum, & finis bonus, veluti cum quis furatur, vt det eleemoſynam, talis actus non eſt niſi in ſpecie mali. Probatur eadem demōſtratione. nam talis actus non eſt bonus. ergo non eſt in ſpecie boni. Ex hoc ſequitur, quod ſi obiectum eſt indifferens, & finis eſt bonus uel malus, talis actus ſolum eſt in ſpecie boni, uel mali. Iſtæ concluſiones manifeſtæ ſunt, de quib.

Regulæ ad cognoſcendu quando circumſtātię ſpeciem mutent. parua, aut nulla dubitatio ſuboriri pōt. Sed primū eſt ut exponamus in ſpeciali, quando circūſtantia mutat ſpeciē, quando uero non mutat: quod fiet perſpicuū his regulis.

Pri. regula D. Tho. Prima regula. Quando circumſtantia dicit nouam conformitatem ad rectam rationem, conſtituit nouam ſpeciē. Hanc concluſionem ſtatuit D. Th. in præſenti articulo. Ex hac regula concluditur efficaciter, quod quando quis furatur in loco ſacro, illa circumſtantia loci, conſtituit nouā ſpeciem. nam dicit nouam deformitatem ad rectam rationē, & dicit nouam iniuriam quæ fit loco ſacro, præter iniuriam quam furtum ſecum trahit. furari uero rem magnā, uel paruā, nō cōſtituit nouā ſpeciē; quia non dicit nouā deformitatem ad rectam rationem, ſed auget præexiſtētem.

Secun. regu. Secunda regula. Vniuerſa circumſtantia quæ mutat a-

D.Th. ctum de bono in malum, tribuit nouam ſpeciem. Hanc regulam ſtatuit Diuus Thomas articulo 5. ad 4. & ratio huius regulæ eſt euidens, & firmiſſima. Nam ſi transfert actum de bono in malum, dicit obiectum repugnans rectæ rationi. ergo tribuit nouam ſpeciem, quæ ex obiecto præcipue ſumenda eſt.

ter. reg. Tertia regula. Quando circumſtantia, aut finis eſt operi intrinſecus, non tribuit nouam malitiam, aut bonitatem, ueluti cum quis pugnat propter victoriam, cum orat Deum propter Dei cultum: & ieiunat ad extenuandū corpus, dico quod in his operibus non eſt duplex bonitas. nā

Dare eleemoſynā propter amorē Dei duplicē bonitatem habet. illa circumſtātia finis, eſt intrinſeca operi. Ex hac regula eliciunt Magiſtri noſtri, quod quando quis dat eleemoſynam propter Dei amorem, & proximi, non eſt niſi una bonitas: quoniam eleemoſyna de ſe, & intrinſece, ordinatur ad Dei amorem, & proximi. Hæc ſententia uidetur mihi falſa nā miſericordia, & caritas, ſunt duæ uirtutes diſtinctæ: ergo dare eleemoſynam propter caritatem Dei, aut proximi, duplicem bonitatem habet, & duplicem laudē promeretur. Deinde, ſi quis non ſubueniat pauperi propter eius odium, duplex peccatum admittit; alterū, cōtra miſericordiam; alterum, contra caritatem. Ratio huius eſt: nam vtrumque eſt opus malum, & neutrum alterum includit.

Quarta regula. Circumſtantia quæ confert ſpeciē actui humano, ſemper tranſit in rationem obiecti. Hanc regulā habet D. Th. ar. 5. ad quartum, & in art. 10. ad ſecūdū, & infra q. 72. ar. 9. Rō regulæ eſt euidens. nam circumſtantia quæ cōfert ſpeciē nouā, ſemper dicit nouā cōformitatē, aut deformitatem ad rectā rationem. ſemper igitur facit, quod obiectū alio mō conueniat aut diſconueniat rectæ rōni. Itaque apud D. Th. certiſſimū eſt, quod nihil cōfert ſpeciem, niſi obiectū, uel id quod tranſit in rōnem obiecti. Sed contra iſtā regulam eſt unū argumentum ualde moleſtum. Nam ſi quis vult interficere hominem in eccleſia, nolēs quod eſſet in eccleſia, talis circumſtantia loci tribuit ſpeciem actui humano, et non trāſit in rationem obiecti uoluntatis; ſi quidē nō eſt uolita formaliter. Idē patet in hoīe qui culpabiliter ignorat iſtā eſſe ſuā vxorē, & accedit ad eā. Itē in eo qui ſagittis temerarie occidit patrē. Hoc argumentum hēt uarias ſolutiones: uera tn̄ ſolutio eſt quod ut circumſtantia uerā conferat ſpeciē actui humano, ſatis eſt quod ſit uolita formaliter, aut virtualiter, aut interpretatiue. Formaliter eſt, quā quis uult interficere hominē in eccleſia, uolēs quod ſit in eccleſia. Virtualiter eſt, quando quis uult interficere hominē, nolens quod eſſet in eccleſia, ſed omnib. conſideratis vult illū occidere in eccleſia. Interpretatiue eſt, quando quis uult occidere hoīem ī eccleſia, ignorās culpabiliter quod ſit in eccleſia. In omnib. his caſib. dico quod circūſtantia loci mutat ſpeciē. Quod in primo caſu mutet ſpeciē, euidentius eſt quā ſit oſtendendū. Quod uero in ſecundo caſu mutet ſpeciē, patet. nā licet iſte nollet irrogare iniuriā loco ſacro, abſolute tn̄ vult irrogare iniuriā loco ſacro. Quod uero in tertio caſu mutet ſpeciē, probatur. nā iſte poterat cauere illud ſacrilegiū, & tenebatur, & non cauit. ergo ſacrilegium commiſit. Ex hac regula ſequitur. Quinta regula. Peccatū ex ignorantia culpabili admiſſum, eſt in eadem ſpecie ac ſi fieret ex certa ſcientia. Ex hoc ſequitur quid dicendū ſit ad quæſtionē difficillimā, quæ ſolebat magnopere perturbare Theologos, in quanā ſpecie cōſtituatur peccatū ex ignorātia culpabili admiſſum. Quidā dicebāt, quod ī ſpecie ignorātiæ; ſed certe decipiebātur. nā iſte nō tenebatur ſcire patrem ſuum eſſe abſconditū in nemore. Alij dicūt, quod eſt in ſpecie negligentiæ. ſed iſti errabāt propter rationē ſuperius dictā. Dominus Caietan. in loco iam citato dicit, quod ponitur in ſpecie incautæ ſagittationis. Sed hæc ſolutio Caietani non ſatisfacit. nam qui occidit clericum, ignorās culpabiliter eſſe clericū, excommunicatus eſt, & incidit in omnes pęnas contra ſacrilegos pronunciatas. ergo uerum ſacrilegium commiſit. Hæc igitur difficultas ex poſtrema regula adiecta a nobis, manifeſtam ſolutionem habet. Hactenus de articulo 11. & de tota quæſtione.

quar. regu. D.Tho. Obiectio. ſolutio. quinta reg. Caie.

QVAEST. XIX.

De bonitate, & malitia actus interioris voluntatis, in decem articulos diuiſa.

Introductio quæſtionis.

IN quæſtione præcedenti locuti ſumus de actu bono, uel malo in genere, nūc deſcēditur ad actus interiores uoluntatis, de quibus prima controuerſia illa erat; Num ſint aliqui actus humanæ uoluntatis ſtudioſi, & boni, an potius uniuerſi mali ſint, & uitioſi. Sed hæc quæſtio ſuperius fuit inueſtigata, nimirum quæſtione præced. art. 1. Statuto igitur quod ſunt actus uoluntatis, tum boni, tum mali, quod ex ſuperioribus eſt manifeſtum, quærit D. Thom. in præſenti quæſtione, unde actus uolūtatis interni, bonitatē & malitiam habeant.

ARTI. PRIMVS.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex obiecto.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmatiua, quam probat D. Th.

EXPLICATIO ARTICVLI.

CErte D. Th. plus reſpondet, quā quæſiuit: petiuit namque ſolū de bono, & reſpōdet de bono & malo: & de bono quidē nō eſt dubiū, quin ſi uolūtas bona eſt, oportet ut boni ſit, ſed de ſecundo, quod ſi uoluntas mala eſt, oporteat vt mali ſit, non ita notum eſt, immo contrarium uł. Voluntas

Voluntas mala ſęq; ſit mali. enim qua quis vult dare eleemoſynā propter uanam gloriā, mala eſt,

la eſt, & obiectū bonum eſt: ſed articulo ſequenti uidebimus quod obiectum malū eſt; ſiquidem quod eſt malum ex fine, ſimpliciter malum eſt. Vera enim eſt illa ſentētia D. Dionyſ. a nobis ſuperius explicata, Bonum conſurgit ex integra cauſſa, malum ex quocūque defectu. Notandū etiam ꝙ hic non agitur, utrū tota bonitas ſit ex obiecto, ſed ſolum ad hunc ſenſum, utrū requiratur ad hoc ut uolūtas bona ſit, ꝙ ſit boni obiecti, licet fortaſsis hoc ad bonitatē actus non ſufficiat: de quo in articulo ſequēti. Cōcluſio igitur D. Tho. indubitata eſt. Sed Dñs Caie. magnū proceſsū format ſup illud, ꝙ bonū & malū ſunt per ſe differentiæ actuum uolūtatis, utrum intelligatur in eſſe naturæ, vel in eſſe moris; utrum ne faciant opera ipſa differre ſecūdum naturam, an potius idē actus poſſit eſſe ſucceſſiue bonus, & malus. Conrad. ſuper iſtum articulum uidetur tenere, quod etiam in eſſe naturæ: & ideo non poſſunt eſſe actus eiuſdē ſpeciei in eſſe naturæ, unus bonus, & alter malus; neque unus actus ſm̄ naturā pōt eſſe bonus & malus ſucceſſiue Gabrie. in 2. d. 41. quæſt. unica conſtituit multas propoſitiones in patrocinium huius ſniæ: quarum prima eſt, ꝙ actus non poteſt fieri ſtudioſus, qui prius erat vitioſus, ſine nouo actu voluntatis; & infert Corollariū, ꝙ per ſolum aduentū nouæ rationis non poteſt fieri ex bono malus, neq; e cōtrario. Ponit deinde aliam propoſitionem, ꝙ actus, qui eſt ꝓpter bonum finem, eſt intrinſece, & ſuapte natura bonus: itaq; non poteſt ſucceſſiue eſſe malus, quia ſi mutatur finis, mutatur & actus. Sed & tertiam propoſitionem conſtituit, ꝙ actus indifferens, idē numero elicitus a uoluntate, non poteſt fieri bonus, nec malus; & ſic ſm̄ eum, actus malus elicitus, eſt intrinſece malus, & bonus, itrinſece bonus, & indifferens, & intrinſece indifferens. Ex quibus ſententijs, ſi recte expendātur, conſequens eſt, ꝙ actus bonus & malus, non ſolum in genere moris, uerum etiam in genere naturę differunt. Rurſus conſequens eſt, ꝙ idem actus numero, non poteſt eſſe ſucceſſiue bonus & malus, quæ eſt opinio Conradi: & ſuadetur ſic eſſe optimis argumentis. In primis, Bonitas, & malitia actus ex obiecto accipienda eſt: ergo non poteſt ex bono fieri malus, niſi uariato obiecto, quo uariato, neceſſe eſt actū uariari ſecū dum naturam, ſiquidem actus in eſſe naturæ, ex obiecto eſſentiam & naturam habet. Deinde, actus uoluntatis intrinſece dependet a rationis iudicio, & prænotione: nihil. n. eſt uolitum, quin prius cognitum, at actus bonus & malus ex diuerſis iudicijs dependent; bonus ſiquidem eſt cōformis uero & recto iudicio; malus uero, falſo, & erroneo: differunt igitur ſecundum naturam. Preterea, habitus generantur ex actibus, ut docet uniuerſa Philoſoph a moralis: ſi igitur idem actus ſm̄ naturam ſucceſſiue eſt bonus & malus, ſequitur ꝙ ex talib. actibus generarētur habitus contrarij, unus uitioſus, & alter ſtudioſus, uel unus & idem erit, uirtus & uitium; ſequitur rurſum, ꝙ uirtus inclinaret ad malum. quod ſic oſtendo: Conſtituamus namq;, exempli gratia, temperantiā inclinare ad ſumendam cibum in tali tempore, & in tanta quantitate; tunc concludo argumentum, temperantia elicit hanc volitionem, uolo comedere in iſto tēpore, & in tanta quantitate: ſed hæc uolitio ſm̄ ſubſtantiam ſuam & naturam poſtmodum poteſt eſſe mala, ut ſi cōtinuetur pp uanam gloriam: ergo temperantia inclinat ad malū. Vltimo, ſi idē actus numero pōt eſſe bonus & malus ſucceſſiue, ſequitur ꝙ actus fidei ſupernaturalis, & diuinæ poſſit fieri ſucceſſiue actus fidei humanæ, & errantis, qd recte ſequatur patet euidenti arg. Nam precipua rō qua utitur Theologi ad oſtendendum eundem actum numero, poſſit p ſucceſsionē temporis eſſe bonū & malum, iſta eſt: poteſt. n. homo feria quinta ante horā duodecimam habere iſtam uolitionē, nolo comedere carnes, & cōtinuare eādem uolitionē uſq; ad horā duodecimā quis prohibet: & tūc uolitio quæ prius erat bona, poſtmodū efficitur mala. Sed hæc ratio, ſi bene expendatur, omnino pſuadet, ꝙ idem actus numero, nūc ſit fidei diuinę, nūc uero fidei humanæ fallibilis. Etenim cōſtituamus Iudęū parum ante Chriſti natiuitatem habere hoc iudiciū, Chriſtus naſcetur iturus faciamus ꝙ continet eundem actū nato Chriſto, quem ipſe ignorat natum eſſe, tunc actus, qui prius erat fidei diuinæ, & infallibilis, poſtmodum fit actus fidei humanæ, & errantis: iam n. illud iudic ū falsū eſt. Hæc omnia confirmantur. Nā ad actum bonum, pręcipue ſi ſit actus ſupernaturalis uirtutis, requiritur auxiliū ſpeciale, & ſupernaturale, ut habet ſana doctrina, & nō ad actum malū. ergo differunt ſm̄ naturam. Contrariam ſententiam tenent Doctores in primis graues. Caiet hic, Durand. in 2. diſtin. 40. q. 2. & 3. Capreo. in eadem diſtinctione. Pro huius rei explicatione eſt prima propoſitio.

Quid. Actus bonus & malus an differant in eſſe naturæ, an ſolum in eſſe moris.

Conrad.

Gabr.

Prim. arg.

Secundum.

Tertium.

Vltim.

in primis auctorit. Ariſ. dicit enim. 5. Ethi. c. 1. Iuſtitiā eſſe, qua iuſta uolumus. Ex qua ſnia conſequens eſt, uirtutem eſſe, qua bona, & ſtudioſa uolumus. Sed bona uoluntas ea eſt, quæ eſt ſecūdum uirtutē: igitur bona, & ſtudioſa uolūtas ea eſt, qua bona, & ſtudioſa uolumus. Cuius rei aliam demonſtrationem adhibet D. Th. Actus, inquit, humani ex obiectio ſpeciē habent, ut ſupius ē demōſtratū: ſed bona & mala opatio uolūtatis differunt ſpecie: bonū igitur & malū in actib. uolūtatis præcipue attēditur ſm̄ obiectum. Quod bona & mala opatio voluntatis differāt ſpecie, ſic probat: bonum. n. & malum ſunt per ſe differentiæ actuū volūtatis, ſiquidem per ſe ad voluntatem pertinent, ſicut uerum & falſum ad rōnem, cuius actus per ſe diſtinguūtur ex differentia ueri & falſi: quemadmodum igitur uera & falſa opinio ſpecie diſtinguuntur, ſic ſane bona & mala operatio ſpecie diſcernuntur. Hactenus D. Thom.

Actus eiuſdem ſpeciei ſecundum naturam poſſunt eſſe, quorum unus ſit bonus, & alter malus. Probatur eui- ē ti exemplo. Nam occidere hominem, ſi naturā, & ſubſtantiam operationis conſideres, eiuſdē ſpeciei eſt, ſiue a iudice occidatur homo, ſiue a perſona priuata: at uero occiſio hominis a iudice facta, bona eſt, & laudabilis; a perſona priuata effecta, mala eſt, & uituperabilis.

Secunda concluſio. Diuerſi actus in genere naturę, ſunt eiuſdem ſpeciei in genere moris, quantum ad bonitatem & malitiam: quod patet. Nam comedere perdices temperate, & ſobrie, & comedere oua & piſces, ad eandem uirtutem temperantiæ pertinet; quæ eſt uirtus eiuſdem ſpeciei (niſi uelis tot temperantiæ uirtutes diſtinguere, quot ſunt ciborum genera) Bonum igitur & malum, ſunt differentiæ actuum humanorum in genere moris, ſed non in genere naturæ.

Tertia concluſio. Negari non poteſt quin idem actus numero poſſit ſucceſſiue eſſe bonus & malus. Probat hoc Caietan. ex comparatione quam D. Thom. facit ad actus intellectus: clarum eſt. n. quod unus & idem actus intellectus, poteſt ſucceſſiue eſſe uerus, & falſus: aſſēſus enim quo ego aſſentior Petrū ſcribere, aut recte ualere, ſucceſſiue eſt uerus, & falſus abſq; ſui mutatione: ſi. n. Petrus deſinat ſcribere, aut recte ualere, aſſenſus qui antea uerus erat, falſus eſt ſine ſui mutatione, per ſolam obiecti uariationem. Idem patet, cum uolo cognoſcere hanc feminam ignorantia inuincibili, & poſtea cū uincibili, & culpabili, tū ſane uolitio, quæ prius bona erat, poſtmodum mala & uitioſa efficitur. Idem oſtenditur exemplo ſuperius adhibito, de eo qui uult comedere carnes feria quinta ante horam duodecimam, & perſiſtit in eadem uolitione vſq; ad duodecimam. Hoc ipſum demonſtratur eſſe uerum, cū ſacerdos uult celebrare Miſsā in eccleſia, & perſeuerat in eadem uolitione, ēt ſi interdicatur eccleſia ipſo ignorante culpabiliter, tunc uolitio quæ prius bona erat, mala ſucceſſiue efficitur. Ex his concluſionibus intelligitur apte, quemadmodum bonum & malū non ſunt per ſe differē-

Caietan. Durand. Capr.

Prim. cōcl. Actus eiuſdem ſpeciei ſecundum naturā poſſunt eſſe unus bonus, alter malus.

Secun. conc. Diuerſi act⁹ in genere naturæ, ſunt eiuſdem ſpeciei in genere moris.

Tertia conc. Bonū & malum ſunt differentiæ actuū humanorum i genere moris, nō in genere naturæ. Idem actus numero pōt ſucceſſiue eſſe bonus & malus.

tiæ actum humanorum in genere naturæ, ſed tantummodo in genere moris: quod eſſe uerum, uel ultima cōcluſio manifeſte continet. Si quidem unus & idem actus numero, poteſt eſſe bonus, & malus ſucceſſiue: qđ eſſet impoſſibile prorſus, ſi differentia ſecundum bonum & malum, eſſet differentia in eſſe naturę.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex ſolo obiecto.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās. Nam bonitas uoluntatis ex eo per ſe dependet, quod per ſe bonitatem facit: ſed obiectum per ſe bonitatem facit in actu; circumſtantiæ enim ſunt accidentia actus humani: ergo bonitas voluntatis per ſe ex ſolo obiecto dependet. Cuius rei eſt altera probatio. Nam principium bonitatis vel malitiæ humanorum actuum, eſt ex actu voluntatis, & ideo bonitas & malitia voluntatis ſecūdum aliquod unum attenditur; aliorum uero actuum bonitas, & malitia poteſt ſecundū diuerſa attēdi: illud autem unum, qđ eſt principium in aliquo genere, non eſt per accidens, ſed per ſe; quia omne quod eſt per accidens; reduci debet ad id quod eſt per ſe, ſicut ad principium. & ideo bonitas uolūtatis ex ſolo uno illo dependet, quod per ſe facit bonitatem in actu, ſcilicet, ex obiecto, & non ex circūſtantijs, quæ ſunt quædam accidentia actus humani,

Aliæ ſūt differentiæ actuum in eſſe naturæ. & aliæ in genere moris. D. Thomas

Ex eiſdem concluſionibus plane concluditur, q aliæ ſunt differentiæ actuū humanorū in eſſe naturæ, & aliæ in eſſe moris. qđ

Concluſio

explicat ī primis elegāter D. Tho. ſolutione tertij argumenti. Bonum enim præſentatū uoluntati per rationē, ut obiectū & in quantum cadit ſub ordine rationis, hoc eſt, in quantum eſt conforme aut difforme ad rectam rationem, ad genus moris ſpectat, & cauſſat bonitatē, aut malitiam moralem in actibus humanis: ratio.n. eſt principium humanorum actuū; in quantum uero eſt bonū quoddā naturale, aut malum, cauſſat bonitatem, aut malitiam naturalē. Ex ijs argumenta oīa in contrariū propoſita confutātur.

Solu arg. ad primum.

Ad primum namque dicendum eſt, q cum actus fit ex bono malus, uariatur quidem obiectum in genere moris; at non in genere naturæ.

ad ſecundū.

Ad ſecundum argumentum duo dicenda ſunt. primo aio manere idem iudicium in genere naturæ; uariari uero in genere moris, pp quod prius erat uerum, & poſtea falſum. Deinde dico pro ſolutione argumenti, q licet iudiciū eſſet oīno diuerſum, non ſit cōſequens q actus uoluntatis

ad tertium.

uarietur: caritas enim uiæ, & patriæ cæleſtis, eadem permanet: cum tū (ut conſtat ex uera Theologia) iudicia ſint longe diuerſa: in uia namq; iudicamus per fidē, in patria cæleſti per ſpeciem, & clarā viſionem. Certe idē calor pōt a Sole, & ab igne procedere: non eſt ergo mirū q eadem uolitio a diuerſis cauſſis procedat. Ad tertiū argm̄, concedo primum q idē actus in genere naturæ poteſt generare duos habitus contrarios: unum uitioſum, & alterum ſtudioſum: nā qua rōne eſt actus ſtudioſus, generabit habitū ſtudioſum. qua rōne eſt actus vitioſus, generabit habitū vitioſum; cæterū non admittit uera Theologia illum vnam actum bonū uel malum in genere moris producere unum habitum, qui ſit uirtus, & uitiū. Itaq. quāquam admittat Theologus, q idem actus poteſt ſucceſſiue eſſe bonus, & malus, nūquam debet admittere, q idem habitus ſucceſſiue poſſit eſſe bonus, & malus. Cuius

Idē habitus ſucceſſiue nō pot eſſe bonus & malus Duran.

rei differentiam operæpretium eſt diligenter explicare. Durandus in 2. diſtinctione. 40. quæſt. 3. ſolutione ad primum, in huius difficultatis explicationem dicit, q quēadmodum unus idemq. actus poteſt ſucceſſiue eſſe bonus, & prauus; ſic & habitus: opinio enim (auctore Ariſt. 3. Ethic. cap. 2.) aliquando dicit uerum, aliqn̄ dicit falſū. Addit tū Durandus q habitus ſtudioſi, qui prudentia diriguntur, nūquam ſunt mali. prudentia namq. ſemper dicit uerum. quæ explicatio mihi profecto non placet. Nam in primis opinio numquam eſt habitus bonus; de ratione namque habitus boni, & ſtudioſi eſt, ut ſemper inclinet ad bonum: quod opinioni competere non poteſt; ſiquidē fallere nos poteſt, & ad falſum inducere. Rurſus aliud uitium habet ſententia Duran. non enim explicat, quid eſt quod actus ſtudioſus poteſt eſſe malus ſucceſſiue, & habitus ſtudioſus non poſſit fieri malus?

Auctoris reſolutio.

Dicendum eſt igitur (& hæc, quantum exiſtimo, eſt vera ſolutio) quod quemadmodum idē actus in genere moris, numquā poteſt fieri ſucceſſiue bonus & malus, ſi namque fiat ex bono malus, iam diſtinguitur ſpecie in genere moris, ad eundem modum habitus numquam poteſt fieri ex bono malus, neq, econtrario, quoniam habitus ſemper ad genus moris ſpectat: acquiritur enim habitus vt determinet potētiam ad actum bonū, uel ad malū in genere moris, non ad actum bonum in genere naturæ. nam ad tales actus potētia de ſe determinata eſt, neque habitu determinante opus habet.

Dioniſ.

Sed ut ad ſolutionē tertij argumenti redeamus, addendū ē, quod cum uirtus nō inclinet niſi ad actū bonum ſecūdum omnes circūſtātias, quando oportet, & prout oportet, quāuis actus maneat idem ſecundum naturam, ſi malus redditur in genere moris, uirtus ad illum actum deinceps nō inclinat.

ad ultim.

Ad ultimum argumentum confutandum, multa adduci ſolent, quæ a nobis alio in loco, nimirum q. 63. explicabuntur. nunc illud breuiter dici pōt, in explicatione argumenti uariare Doctores. quidā.n. concedunt, q actus uirtutis infuſæ, & ſupernaturalis in genere naturæ, nō diſtinguitur ab actu uirtutis acquiſitæ; & ideo idem actus in genere naturæ pt eſſe fidei ſupernaturalis, & poſtmodū fidei humanæ. Quidam uero hoc putant eſſe falſum, & regulæ fidei nr̄æ aduerſum: quorum auctorū diſſenſiones uſque ad locum commemoratū ſedare non poſſumus. Dicendum eſt igitur (ne argm̄ ſine confutatione relinquatur) q licet actus in Iudæo continuetur, & perſiſtat idem, non eſt cōſequens, q nō differant in genere naturæ: multa ſiquidē continuantur, quæ in genere naturæ differūt; uelut inſertum, atq; uirga, cuius una medietas eſt ſicca; & alia uiridis. Vel dicendum, q multa uidentur ad ſenſū continuari, & eadem perſiſtere, quæ ſi diſtricte expendantur, eadem non permanent; ut patet in exemplis dudum commemoratis, & in motu canis de alta turri cadētis, cuius motus (ſi uera ſunt quæ dicunt Philoſophi) in medio tinere cum moritur canis, interrumpitur. His addendum eſt, quod actus ſupernaturalis, & naturalis, continuari non poſſunt, ſiquidem differūt tota natura, & ſpecie: ea uero quæ natura differunt, nūquam continuantur: actus uero bonus, & malus, q inter naturalia cōputātur, non eſt mirū q continuentur; ſiquidē in genere naturæ non adeo differunt: & ideo numquam concedam, actum ſupernaturalem continuari cum actu naturali; quamuis id admittā in actibus moralibus, qui naturā non ſuperāt. Hæc de iſto articulo: ad ſequentem articulum veniamus.

Actus naturalis & ſupernaturalis nec poſſunt eſſe idem, neque uero cōtinuari.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Cōcluſio articuli examinatur, Prim arg. contra eā.

Concluſio huius articuli mirabilis ē, & ſubuertere vī oēm philoſophiam, tum diuinam, tum humanā: quod ſic oſtēdo. In primis, in articu. 4. ſuperioris quæſtionis demonſtratum eſt, actum uoluntatis interiorem habere bonitatem & malitiam, laudē & uituperium, ex fine, & ceteris circumſtantijs: cui definitioni concluſio huius articuli omnino aduerſatur.

Secundum.

Deinde, ſi qs furari vult de loco ſacro, ea uolitio deterior fit ex circumſtantia loci ſacri; atq; adeo qui ardentiori uolūtate uult aliqd, ſi cetera ſunt paria, plus meretur,

aut

aut peccat. & hæc circumſtantia tenet ſe ex modo operandi, & non ex obiecto. Idem confirmatur. Nam manēte eodem obiecto omnino, ſi actus intendatur, & uehementior fiat, eſt peior, uel melior. ergo non tota bonitas, aut malitia pendet ex obiecto. Præterea, habeat laicus uolitionem uenandi, habeat eādē uolitionem monachus: in laico ſtudioſa eſt, & laudabilis; in monacho uero mala, & uituperabilis. & hoc tantum prouenit ex circumſtantia operantis.

Tertium.

Vltimum.

Vltimo, ad actum uirtutis perfectiſſimum, non ſatis eſt operari ſtudioſe, & iuſte: ſed prompte, & delectabiliter: ergo bonitas non ſolū pēdet ex obiecto, ſed ex modo operandi.

Variæ concluſionis explicationes.

Pro huius dubij explicatione ſciendum eſt, ꝙ concluſio huius articuli uarias habet explicationes. Conradus dicit, ꝙ cum bonitas moralis ſit ex obiecto, & circumſtantijs, differentia inter actū exteriorem, & interiorem eſt, quod circumſtantiæ ſunt obiectum actus interioris, quia ſunt uolitæ; non autem ſunt obiectum actus exterioris: non enim actus exterior per ſe fertur in finem, ſed per actum uoluntatis refertur in finem. & ſic totum, quod habet actus exterior ab obiecto, & fine, & circumſtātijs, totum habet actus interior ab obiecto, quia obiectū omnia illa includit.

Conrad.

Impugnatur Conrad. D. Thom.

Hæc explicatio mihi omnino non placet; tum, quoniā aduerſatur doctrinæ ſuperius traditæ, tum uero, quoniā aperte aduerſatur D.Th. in hoc articulo: dicit.n. ad finem articuli, quod actus interior uoluntatis accipit bonitatem ab obiecto, quod per ſe cauſſat bonitatem actuum humanorum; nō ex circumſtantijs, quæ ſunt accidētia actuum humanorum. Itaque obiectum, quod tribuit bonitatem actui interiori uoluntatis, non includit circumſtātias, vt falſo, & contra D.Th. aſſerit Conrad. Doctiſſimus Victoria, quem honoris cauſſa nomino, uariis modis propoſitā dubitationem diſſoluebat, duo tantum mihi probantur. In primis dicebat Diuum Thomam loqui ſolum de bonitate, & malitia ſpecifica, ita quod tota bonitas, uel malitia prouenit ab obiecto; poteſt tamē aliunde eſſe maior, uel minor in eadem ſpecie, uel ex intenſione, uel ex modo operandi. & hoc uidetur de mente Sancti Thomæ in art. & 2. ſemper dicit, ꝙ bonitas, de qua loquitur, eſt per ſe, & non per accidens; bonitas autem, quæ non pertinet ad ſpeciem, & ex circumſtantiis ſumitur, non uidetur per ſe, ſed per accidens actibus humanis competere: manente enim eodem actu in genere moris, uariatur actus ex circūſtantijs. Secundo dicebat, quod Sanctus Th. non intelligit, ꝙ tota bonitas actus interioris ſumatur ex ſolo obiecto, ſed ſolum, quod ad bonitatem actus interioris ſufficit, & requiritur bonitas obiecti, & ad malitiam eius ſufficit, & requiritur malitia obiecti; nō curando an aliunde poſſit talis actus fieri melior, uel peior. exempli gratia. Volo dare eleemoſynā, dico quod ad bonitatem illius actus requiritur & ſufficit, quod datio illa eleemoſynæ bona ſit; & uolo occidere hominem, ad malitiam illius requiritur & ſufficit, homicidium illud malum eſſe; dato quod in vtroque poſſit eſſe aliud, unde poſſit eſſe bonitas, uel malitia maior. & ideo malitia, uel bonitas ex obiecto per ſe dependet, quia iſtud requiritur, & ſufficit ad bonitatem actus, uel malitiam. Aliæ bonitates, & malitiæ ſunt accidentales, & ideo D.Th. in concluſione non dicit, ꝙ tota bonitas actus ex obiecto eſt; ſed, ꝙ bonitas actus interioris ex ſolo obiecto dependet; dependere uero eſt, non poſſe eſſe ſine illo. & ita eſt, ꝙ actus interior nō poteſt eſſe bonus, ſine bono obiecto, & ſi obiectum eſt bonū, actus bonus eſt. Certe aptæ & idoneæ ſunt iſtæ explicationes; ſed ut paucis explicationem ueram comprehendamus, dicendum eſt, ꝙ uoluntas habet bonitatem primariā, & inuariabilem a ſolo obiecto, ſed accidentariam, & ſuperadditam habet ab alijs circūſtantiis. & ꝙ hæc ſit ſana expoſitio, patebit intuēti litterā articuli. Alij ſūt, qui mordicus defendūt iſtā ſententiam, quod bonitas uolūtatis tātum depēdeat ex ſolo obiecto; ſed loquuntur contra omnem Philoſophiā & contra ueritatem, quapp relinquendi ſunt.

Mag. Victor.

Auctoris reſolutio.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum bonitas voluntatis dependeat a ratione.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās, quam probat in primis auctoritate Hilarij 10. de Trinitate in principio libri. Immoderata eſt (inquit) omnis ſuſceptarum voluntatum pertinacia, vbi non rationi voluntas ſubijcitur. Sed bonitas voluntatis conſiſtit in hoc, quod ſit moderata: ergo bonitas voluntatis dependet ex hoc, ꝙ ſit ſubiecta rationi. Deinde demōſtrat ex ratione certiſſima: nā bonitas volūtatis depēdet ex obiecto, vt dictū eſt ſuperiori articulo: obiectum autē volūtatis ꝓponitur ei p rationē: bonum.n. intellectū, eſt obiectū volūtatis proportionatū; quo maxime ab appetitu ſenſitiuo diſcernitur, cuius obiectū eſt bonū particulare, qđ apprehendit vis ſenſitiua: bonū ergo vniuerſale, qđ ratio apprehendit, eſt obiectum proportionatū humanæ voluntatis. & ſic illa voluntas bona erit, quæ fuerit conformis rectæ rationi, proponenti verum bonum.

Ex his patet, quid intelligat S.Th. in ſolut. ad 1. quod cum actus habet plures fines, bonitas uoluntatis ex utroque prouenit tamē ā ab obiecto ab uno, ab alio tamquam a fine, licet utrumque ſit obiectum. puta, ſiquis uult pecuniam propter honorem, & honorem propter nuptias ſibi conuenientes, alia eſt bonitas, quę eſt ab obiecto. ſ. pecunia, & alia a nuptiis: ſed prima eſt eſſentialis; ſecunda accidentalis: nam ad bonitatem actus interioris requiritur finis, ſed non alius finis, & ideo ſi ſunt duo fines, unus illorum per accidens eſt: & idem eſt iudicium, ſi una uolitio imperetur ex altera, ut cum quis dat eleemoſynam propter caritatē: uolitio enim imperata habet bonitatem, ſed accidentalem ex imperante. Pro quo aduertendum eſt, quod id, quod eſt ad finem, uel habet ex ſe unde appetatur, uel nō: ſi nō, tunc bonitas eius, eſt bonitas finis, & non alia, ut cū uolo medicinam propter ſanitatem, & ſic eadē eſt bonitas obiecti & finis: ſi autem habet vnde appetatur, tunc differt bonitas obiecti, a bonitate finis, & bonitas finis eſt accidentalis, quia non requiritur ad actum uolūtatis bonum.

D.Thom.

EXPLICATIO ART.

Pro huius articuli dilucidatione aduertat Theologus, quod ut operatio humana recta ſit, & ſtudioſa, neceſſe eſt, ut rectæ rōni ſit cōformis: recta namq; rō, & uera rerū agendarū intelligentia, regula eſt, & norma humanarū operationū, qua honeſta & turpia iudicantur uniuerſa. Itaque, quemadmodum res artificioſæ tunc optime, & affabre conſtitutæ ſunt, qū adamuſſim, & ad regulā artis ſunt cōpoſitæ: ſic operationes humanę tunc iudicantur ſtudioſæ, & rectæ, quādo rectæ rationi fuerint conſentaneæ. Propter quod Ariſto. definit uirtutem moralem, quod ſit habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, prout uir prudens determinauerit. Ex qua definitione, intelligitur definitionem prudentis eſſe regulam, & normam humanarum operationum. qua de re facit longum diſcurſum Cicero lib 1 de leg. b.

Ariſtot.

Cicero. Duplex ratio. D.Thom. Officium intellectus practici & ſpeculatiui.

Illud etiam obſeruādum eſt, rationem ſiue intellectū, duplicem eſſe; ſpeculatiuam, & practicam: quę nō diſtinguuntur ſecundum eſſentiam, ſed ex fine, ut præclare docet D.Th. 1.p.q.79. art. 11. Finis rationis ſpeculatiuæ eſt intendere ueritati cognoſcendæ; finis uero practicæ, dirigere operationem: quapropter ubi deſinit ſpeculatiua ratio, incipit practica. v.g. officium, ſiue operatio intellectus ſpeculatiui eſt hæc, demonſtrare naturam, & pulcritudinem uirtutum, & quam ſit laudabile, & honeſtum rationem

nē ſequi, hic definit ſpeculatio, & incipit praxis, & ſic concludit; bonum 1ōnis in omnibus ſequendum eſt. Ideoque uerum eſt, quod quidam dixit, intellectus ſpeculatiuus extenſione ſit practicus. Ad hoc propoſitum dixit Sapiens Prou. 9. Scientia Sanctorum, prudentia.i. quidquid Sancti ſpeculant ad ſuas operationes dirigunt.

Prou. 9.

ART. QVARTVS.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex lege æterna.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Multo magis depēdet bonitas uolũtatis ex lege æterna, quam a ratione humana. Nam in omnibus cauſsis ordinatis plus dependet effectus a cauſa prima, quam a ſecunda: agit enim ſecunda in uirtute primæ, habetque ratio humana, ut ſit regula uolũtatis humanæ, & eius mē

Verum iudicium practici intellectus.

Concl.

Sed & illud cõſiderãdum eſt, ꝙ ut ſit uerum iudicium intellectus practici, ſatis eſt, quod ſit regula, & norma ad ſtud.oſam operationē, licet ſpeculatiue falſum ſit. Exempli gratia, quando Iacob acceſſit ad Liam ex ignorantia inuincibili, putans eſſe ſuam uxorem, habuit hoc iudicium pract. cum; accedendum eſt ad hanc fœminam, quod ſpeculatiue falſum erat; propoſitio uero ab eo; ꝙ res eſt, uel non eſt, uera, uel falſa, dr̃; at re ipſa uxor non erat: ceterũ practice illud iudicium uerum erat: erat enim regula dirigens ad rectã operationem, quã uir prudens approbaret: vnde Ariſt. 6. Ethic. c. 2. inquit, quod ueritas intellectus practici eſt, conformiter ſe habere ad appetitum rectum. Ex quibus principijs conſequens eſt, ueritatem intellectus practici non conſiſtere in rerum cognitione, ſed in direct.one ad rectam operationem

Ariſt.

Obiectio.

Sed contra eſt argumentum. Nam in hoc articulo definitur, appetitum & uniuerſam operationem humanã, ſtudioſam eſſe, & rectam, ex eo, quod eſt cõformis rectæ rationi: in principijs uero poſitis definitur, bonitatem & ueritatem rationis practicæ eſſe, conformiter ſe habere ad appetitũ rectum: vt ergo in prædictis definitionibus eſſe circulum, & magnam confuſionē. Hanc obiectionem laborat depellere D. Th. hic ad ſecundum, quæ vt euidẽtius confutetur, dicendum eſt, oĩno eſſe idem, quod operatio ſit conformis rectæ rationi, & quod ſit conformis recto appetitui. Senſus.n. primę ſententię eſt, illam operationem eſſe bonam, & ſtudioſam, quam determinat recta ratio, & uiri prudentis intelligentia. Senſus uero ſecundæ ſententiæ eſt, illa operatio eſt ſtudioſa, quam definit uir bonus eſſe ſtudioſam, & certe iſtæ definitiones pro eodē ualent. Vel dicendum, ꝙ prior definitio eſt ex propriis principijs, & quod aiũt Dialectici, a priori; poſterior definitio eſt ab effectu, & quod aiunt Dialectici, a poſteriori.

Solutio. D. Thom.

Vltimo ſciendum eſt, ꝙ Ariſt. 2. ethic. c. 4. requirit tres conditiones ad actum uirtutis. prima, quod agēs ſit ſciēs; deinde, ut eligat propter ipſum; tertia, ut ſtabili animo, & firmo operetur. Circa primam conditionem nolo diſputare, quæ ſcientia requiratur, ſcientia moralis, an prudẽtia: ſed paucis explicabo ſententiam meam. Dico primo, ad actum moraliter bonũ, non eſt neceſſaria ſcientia moralis; nam iuſti homines operantur iuſta & recta, qui non habent ſcientiam moralem. Secundo dico, quod non eſt neceſſarius habitus prudentiæ: nam peccatores nonnumquam operantur opera moraliter bona, ut docet fides Catholica; at uero nõ habent prudentiam, nec ceteras uirtutes ſæpe. Tertio dico, non eſſe neceſſariam actualem prudentiam, qua iudicatur de bono & honeſto: patet de homine, qui comedit hora conſueta, & temperate: uel de illo, q reddit debitum uxori ſuæ ſine tali actu, iudicium duriſſimũ eſſet aſſerere, ꝙ tales non bene facerent: nam ſi dicamus non bene agere, ſm̃ D. Th. ſequitur, quod peccent: in indiuiduo enim non datur actus indifferens. Quarto dico, ſatis eſſe, quod iudicet uirtualiter de bono, & honeſto, hoc eſt, ꝙ prius in uniuerſali, uel particulari iudicauerit, & contrarium iudicium non habuerit: ut cum maritus propoſuit cognoſcere uxorem ſuam, quia honeſtum eſt: cum uero eam poſtea cognoſcit, non iudicando an ſit honeſtum, nec ne, dico illũ recte operari: probatur (ſicut ſolet probare Ariſt. magnus Philoſophus) quoniam ita uiri boni conſueſcunt operari. Vltimo dico, ad actum moraliter bonum, hoc iudicium etiam uirtuale non eſſe neceſſarium: nã cum quis ex pietate naturali dat eleemoſynam,

Ariſt. Conditiones ad actum uirtutis.

Ad actũ moraliter bonũ, quæ ſcientia requiratur.

Ad actu moraliter bonũ non eſt neceſſarius habitus prudentiæ.

Ariſt.

qui numquam habuit tale iudicium, nec recordatur boni honeſti, nec uirtutis, bonũ opus operatur: ſatis ergo eſt, & requiritur, ut operatio ſit recta, quod ſit conformis rectæ rationi, & in actu exercito, & non in actu ſignato. Sed Ocham in 3. ſent. q. 13. Almayn. in ſuis moralib. cap. 6. Gabriel. in 2. d. 41. q. vnica, & in 3. d. 23. q. 1. nõ ſunt cõtenti actuali prudentia, ſed prætereã dicũt, oportere, ꝙ concurrat effectiue partialiter ac etiã obiectiue: itaque ſit talis actus, uolo dare eleemoſynã, qu a ſic a recta ratione dictatum eſt. Patet hæc ſententia; primo quoniam ſecundum Philoſophũ, ut actus ſit uirtutis, neceſſum eſt, quod agens operetur ſciens, & propter hoc, & quia ſcit, & ſic dictat recta ratio.

Ocham. Almayn. Gab.

Ariſtot. Prim. argum.

Secundo poteſt eſſe, quod aliquis iudicet pium eſſe dare eleemoſynam & dare propter aliã cauſam: ergo oportet vt det, quia ſic recta ratio dictat.

Secundum.

Vltimo eſt argumentum apparens. Sit homo qui habeat duo hæc iudicia, honeſtum eſt comedere, & delectabile eſt comedere: ſi comedat, abſolute talis actus non eſt magis conformis uni dictamini, quam alteri.

Vltim.

Ad hoc dicendũ eſt, ꝙ ſine dubio ad actum moraliter bonũ, nõ eſt neceſſarium, ꝙ iudicium ſit obiectũ uolũtatis, ita ꝙ exerceatur actus ſub iſta reflexione & titulo, qa dictat rõ. Patet argumento Ariſtotelico: nã uiri probi non ſolent ſic operari, & certe iſto pacto ſoli philoſophi morales ſic põt facere. Deinde ad ſtudioſam operationē ſatis eſt, ꝙ præceſſerit in uirtute iudiciũ prudentiale, ut ſuperius demonſtratum eſt: ergo non requiritur, ꝙ fiat actu, quia ſic dictat rõ. Vltimo, ut ſit ſtudioſa operatio, ſatis eſt ꝙ ſit conformis rectæ rationi in actu exercito, non requiritur in actu ſignato; ſicut ad obedientiam famuli ſat eſt, quod impleat iuſſa domini ſui, nec eſt opus, quod in executione dicat, quia ſic dominus meus iubet.

Dubij ſolut.

Ad argumenta Ochaniſtarum reſpondetur, ad primũ; veram intelligentiam illius ſententiæ Ariſt. eſſe, quod ut quis recte, & ſtudioſe operetur, in primis requiritur, ut ſciens operetur, id eſt, non ex ignorantia, uel a caſu. Deinde neceſſarium eſt, ut ex electione operetur, id eſt, non ex paſſione, timore, ira, &c. Præterea, oportet ut eligat propter hoc, ſcilicet, ut non propter inanem gloriam, aut lucrum, ſed propter uirtutem, & bonum. Vltimo requiritur, quod firmo, & ſtabili propoſito operetur, ſcilicet, conſtanter. Hæc explicatio nihil iuuat opinionem Ochaniſtarum. Vel dicito, quod iſtas conditiones expoſtulat Ariſt. ad actum uirtutis perfectum, non ad actum moraliter bonum, de quo eſt noſtra controuerſia.

Ad argu. Ocham. Ad primum.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod ſi quis habuit hoc iudicium, rectiſſime operatur: nam datio eleemoſynę, eſt conformis recto iudicio.

Ad ſecundum.

Ad tertium doctiſſimus Victoria aiebat eſſe difficilis iudicij, & tantummodo reſpondebat, quod ſi illud opus ſequebatur ex iudicio de honeſto bono, erat rectũ opus; ſi uero ſequebatur ex iudicio de bono delectabili, non erat rectum opus. Ego uero dico, ꝙ in tali caſu erit rectũ opus comedere; tum, quoniam bonum eſt fortius ad agendum, quã malum; tum uero, quoniã opus qd̃ de ſe eſt conforme rectæ rationi, ſuapte natura refertur in bonum honeſtum, licet operans de honeſto non cogitauerit; ſi non apponatur mala circumſtantia: quod in ſuperioribus ſępiſſime eſt declaratum.

Ad tertium. Victoria.

EXPLICATIO ART.

Contra concluſionē huius articuli ſic arguitur. Nã ſunt quædã opera de ſua natura mala; non quia prohibita, vt adulterium, homicidium, &c. & ſunt alia opera de ſua natura bona, & ſtudioſa, ut dilectio Dei, &c. quæ abſque ulla lege bona ſunt: ergo

Concluſio articuli expenditur. Primum argu.

ergo bonitas aut malitia talium operum non pendet ex le ge æterna Dei. Rurſus arguitur ex axiomate omnium Theologorum: moralia ſic diuiduntur, ut quædam ſint mala, quia prohibita, ut non ſeruare ieiunia eccleſiaſtica; quædam uero ſint prohibita, quia mala: ut mendacium, adulterium. ergo talia opera, licet nulla lex eēt, mala eſſēt. Idē cōfirmatur. Nā ſunt aliq actus, qui licet nulla lex eſſet, imo ſi p impoſſibile Deus nō eſſet, mali ſūt ex ſua natura, ut mēdaciū.

Conf.

Idē cōfirmatur. Nam mēdacium de ſua eſſentia & natura eſt intrinſece malum. ergo etſi nulla eſſet lex, malū eſt. Difficultates horum argument. uarie explicāt diſcipuli D. Th. doctiſſimi Victoria & Soto.

Mag. Victoria & Soto.

Prima explicatio, quod in tali caſu mendacium, & adulteria, peccata non eſſent, ſiquidem nō eſſent cōtra legem: & ubi non eſt lex, peccatum nō eſt; ceterum eſſent mala moralia, quoniā eſſent diſcōuenientia rectæ rationi. & hanc ſententiā uidetur affirmare D. Tho. infra q. 71. ar. 6. ad 4. ubi dicit, quod ſi nulla eēt lex, adulteriū nō eſſet peccatū.

Prima concl.

D. Thom.

Secunda explicatio eſt, quod de facto omnis actus cōformis rectæ rationi, eſt conformis legi æternæ, & omnis difformis rectę rationi, eſt etiā difformis legi diuinæ. quapropter de facto omnis actus difformis rectę rationi, peccatū eſt, & contra legem æternā: ceterum ſi ponatur ille caſus impoſſibilis, quod nulla lex ſit, adulteriū eſſet difforme rectæ rationi, at peccatum non eſſet.

Secunda.

Tertia explicatio eſt, omnem actum eſſe bonum, aut malum ex lege diuina: nam actus qui vocantur intrinſece mali, ſunt illi, qui habent hanc naturam ut Deus neceſſario per ſuam legem reprobet illos.

Propria ſententia.

Ego uero dico quod ſi nulla eſſet lex quæ prohiberet adulteriū: aut mendaciū, dato hoc per impoſſibile, eſſet peccatum, & non eſſet peccatum. Itaque admiſſo hoc impoſſibili, ſequitur euidens contradictio. & quod ſequatur, oſtenſum eſt euidenter ſupra q. 18. art. 1. & in materia de

Si lex nō eſſet, nō eſſet peccatum & eſſet peccatū

ſura per participationem legis æternæ, quæ eſt ratio diuina. qd explicat Dauid cū dicit Pſalm. 4. Quis oſtendet nobis bona? Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine. quaſi diceret, lumen rationis humanæ, quod in nobis eſt, poteſt nobis oſtēdere bona, & noſtram voluntatem regulare, in quantum eſt lumē vultus tui Domine, id eſt, a vultu tuo deriuatū. Ex quo ſequitur, quod vbi deficit ratio humana, ad rationem æternam oportet recurrere.

Pſal. 4.

ART. QVINTVS.

Vtrum voluntas diſcordans a ratione errante ſit mala.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Idē eſt dicere, an voluntas diſcordans a ratione errante ſit mala, ac ſi quæratur, an conſcientia erronea obliget. Conſcientia enim eſt quoddam dictamen rationis, & quædam veluti applicatio ſcientiæ ad actum quæ dictat aliquid eſſe faciendum, vel non faciendum: conſcientia ergo errans, eſt dictamen errans. Quæritur ergo, an voluntas diſcordans a ratione errante, id eſt, a conſcientia errante, mala ſit, ſic, vt ſit peccatum non ſequi conſcientiam erroneam.

Secunda Concluſio. Si ratio, vel cōſciētia dicat alicui; quod illa quæ ſunt ſecundum ſe mala, homo teneatur facere ex præcepto; vel quod illa quæ ſunt ſecundum ſe bona, ſunt prohibita, erit ratio, vel conſcientia errans: ſimiliter ſi dicat, quod id quod ſecundum ſe eſt indifferēs, ut leuare feſtucā de terra, ſit prohibitū, uel præceptū. Hęc concluſio liquida eſt: nā ſi ratio, uel conſciētia dicat aliqd eſſe faciendum quod ſit bonū ex genere ſuo, nō eſt ibi error: ſimiliter ſi dicat aliquid nō eſſe faciendum, quod eſt malum ex ſuo genere, atq; adeo ſi dicat id, quod eſt indifferens, nec bonum, neque malum eſſe, recte iudicat, & nullus error eſt.

Tertia Concluſio. Omnis conſcientia erronea, de quacumq; re habeatur, nos obligat, & obſtrīgit ut ſequamur illā, & ſic omnis uoluntas diſcordās a ratione errante, mala erit. patet. Nam bonitas uoluntatis depēdet ex obiecto: ſed uoluntas nō fertur in aliquid niſi vt proponitur a rōne, ergo ſi proponitur a ratione, ut malū, & uoluntas amplectitur illud, iam peccat, nō quod amplectatur malū re, & quod aiunt materialiter, ſed quod ſequatur malum formaliter, iudicatum tale. Vide litteram Diui Thomæ.

ART. SEXTVS.

Vtrum uoluntas concordans rationi erranti, ſit bona.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Sicut quæſtio præcedētis articuli eadem eſt cum quæſtione, qua quæritur, Vtrum conſcientia erronea liget; ita iſta quæſtio eadem eſt cum illa, qua quæritur, utrum conſcientia erronea excuſet.

legib. q. 90. in præambulo. Ex explicatione harum difficultatum ſequitur quid dicendum ſit, an liceant iſtæ cogitationes conditionatæ, Ego haberem delectationem cū iſta femina, niſi eſſet lex diuina, quæ interdiceret: certe ſi uerū eſt illud, quod ſi non eſt lex, peccatū non eſt, licitæ ſūt tales cogitationes. de qua re omnino eſt legēdus Dominus Caiet. in opuſculis in 1. de delectatione moroſa, fol. 46.

Caietan. in opuſc.

EXPLICATIO ART.

VT iſti articuli diligentius exponantur, eſt prima dubitatio, Quid ſit conſciētia. Cōſcientia eſt dictamen rōnis, applicatum ad opus. ſic definit D. Th. ar. 5. ſup. eandē definitionē proſequitur copioſe 1. p. q. 79. art. 13. Itaque cōſcientia auctore D. Tho. nec eſt potentia, nec habitus, ſed actus, qui dictat aliquid eſſe faciēdū, uel fugiēdum. Et quod ſit ita, patet ex actibus qui tribuuntur conſcientiæ: cōſcientia dictat, accuſat, reprehendit, defendit. de quibus actib. D. Pau. ad Rom. c. 2. & D. Th. 1. p. loco citato, qui uniuerſi actus manifeſte pertinet ad intellectum, & dictamen rationis.

Quid ſit cōſcientia.

Tertia.

D. Thom.

Rom. 2.

D. Thom.

Duran. in 2. d. 39. q. 4. aliter loquitur de conſcientia, & dicit, quod conſcientia eſt habitus ſciētiæ, cū inclinatione uoluntatis ad faciendū, quod ratio dictauerit. Itaque apud Duran. cōſcientia eſt aliquid conſtans ex habitu intellectus, & inclinatione voluntatis. & probat quod non ſit actus.

Durand.

Prima concl.

Nam actus non agit; ſed conſcientia dictat, teſtificatur, accuſat: ergo non eſt actus. Reſpondetur hoc argumentum eſſe puerile, & inane: nam ſæpenumero dicimus, cogitatio hoc mihi dicit, cum tamen cogitatio ſit ipſamet dictio, & actio.

primū arg. ſolutio.

Secundo arguit. Nam ſi conſcientia eſt iudicium actuale, ſequitur neminem poſſe operari contra conſcientiam, quod ſequatur, probatur. Nam ſtāte iudicio ex parte intellectus efficaci, uolūtas neceſſario obedit, & paret, ſcilicet ſtāte imperio efficaci ex parte intellectus, neceſſitatur uoluntas ut illud ſequatur, ut ſupra demonſtratum eſt. ergo

Secundum.

ſtante

ſtatute hoc iudicio, non eſt faciendū, nūquā faciet. Ad hoc argūm reſpondetur, non eſſe eandem rōnem de iudicio, & imperio efficaci: iam imperium efficax, efficaciter mouet ipſam uoluntatē, & hanc uirtutē mouendi habet ab ipſa uoluntate: iudicium uero non habet hāc uirtutē a uolūtate: quin potius iudiciū allicit, & mouet uoluntatē, ut ſequatur quod iudicatum eſt.

Secunda.

Verū requiratur actuale iudicium, ut quis dicatur agere cōtra conſcientiam.

Sed nūquid, ut quis dicatur operari cōtra cōſciētia, requiritur q iudicium actuale ſit? Rñdetur nunime, ſed ſat eſt, q præceſſerit, & q in uirtute pſeueret. uerbi gratia. habuit quis iſtū errorem, non mihi licet audire Theologiam ſcolaſticā, & non reuocato iſto errore audit Theologiā ſcholaſticā, peccatū eſt illi; non q operetur contra iudiciū actuale, ſed quoniā agit contra iudicium quod in uirtute perſeuerat: cęterū non ſat eſt ut quis operetur cōtra conſcientiam, q operetur contra habitum erroneum. uerbi gratia. habet quis habitū erroneum ex multis actibus collectū, q tenetur furari ut ſubueniat pauperi, & uir doctus docet illum ueritatem; ſi operatur conformiter ad hanc doctrinā, non peccat, credens uiro docto, at operatur contra habitum erroneum. quod eſt euidentiſſimum argūm aduerſus Durand q conſcientia non ſit habitus.

Obiectio.

Sed contra eſt unicū argumentum. Nam ex hoc ſequitur, quod paganus qui habet idolum pro Deo, quidquid faciat, ſemper peccat. nā uel refert opera ſua in idolū, uel non: ſi refert, euidens eſt quod peccat, ſi nō, operatur cōtra conſcientiam erroneam. nam habet errorem, quod idolum Deus ſit, in quem Deum omnia opera referre debet.

Solutio.

Ad hoc argumentum dicendum eſt primo, q ſi paganus pietate naturali tribuit eleemoſynam, uirtualiter retractat intentionem præcedentem. nā dare ex pietate naturali, & propter idolum repugnantia ſunt. Secunda ſolutio, quod illa generalis relatio in idolum, ſi multum temporis intercedat, ceſſat, nec ſufficit inficere opera quæ poſtea ſubſequuntur; præcipuè, quoniam opera bona de ſua natura referuntur in Deum uerum. eſt exemplū appoſitū ad hoc explicandum. Nam ſi quis ſtatuat ire in D. Iacobū religionis gratia, & referat omnia opera itineris in D. Iacobū, ſi conſumitur multū temporis ſpatiū in alijs negotijs impertinentibus, neceſſum eſt renouare illam præcedentē intentionem, ut opera uniuerſa referātur in D. Iacobū. Eſt aliud exemplum ex naturalibus adductū. lapis quoniam mouetur uiolenter in locū ſuperum, ut moueatur, oportet ut ſēper aſſiſtat impetus projicientis, quo ceſſante, cōtinuo deſcēdit in locum ſuum naturalem. ad eūdem modum opera de ſua natura bona, uiolenter referuntur in idolum. quapropter ut referantur, oportet q intentio ſemper perſeueret. qua ceſſante, referuntur in Deū uerum, qui eſt finis bonorum naturaliū, & ſupernaturaliū. Ad iſtum modum definit D. Th. conſcientiam erroneā.

Quotuplex ſit conſcientia, & quo modo diuidatur.

Eſt ſecunda dubitatio, quotuplex ſit cōſcientia, & quo modo diuidatur. Conſcientia quadruplex eſt, recta, erronea, dubia, & ſcrupuloſa.

Conſcientia recta quid ſit.

Recta conſcientia eſt, quæ per uerum ſyllogiſmum, ueram ſententiam concludit, ut mādatum omne Dei ſeruandum eſt: de dilectione Dei eſt mandatum. ergo ſeruādum.

Conſcientia erronea. Matth. 5.

Erronea eſt, quæ per falſum ſyllogiſmum, falſam ſententiam concludit, ut ſi quis ita ratiocinetur. Omne illicitum non eſt faciendum; iurare illicitū eſt, ut patet Matt 5. Nolite iurare omnino. ergo iurādū nō eſt. Erronea cōſcientia eſt; decipitur. n. in intelligētia illius Nolite iurare omnino. Vel conſcientia erronea eſt, quæ dicit eſſe uerum, quod falſum eſt, uel e diuerſo.

Conſcientia dubia.

Cōſciētia dubia eſt. quæ nec aſſentitur, nec diſſentit, ſed manet in ambiguo, & in ancipiti.

Conſcientia ſcrupuloſa.

Conſcientia ſcrupuloſa eſt, quæ alteri parti adhæret, ſed cum formidine, & anxietate, quæ animum torquet.

Secunda Concluſio. Si cōſciētia erronea orit ex ignorantia culpabili, & uincibili, non excuſat: nam ignorantia quæ eſt aliquo mō uolita directe, uel indirecte, non cauſſat inuoluntariū. Dicitur autē directe ignorantia uolita, in quam directe fertur actus uoluntatis; indirecte, quando per negligentiam aliquis nō vult ſcire, quod ſcire tenetur; & tunc error rōnis, uel conſcientiæ nō omnino excuſat.

Tertia.

Tertia Concluſio. Si conſciētia errōea, pcedat ex ignorantia inuincibili, excuſat, & tunc nullum eſt peccatum ſequi illam. Exemplū eſt de Iacob, qui ignorabat inuincibiliter Liam eſſe alienam, qui ſequens illū errorem, nihil peccabat. Ratio huius cōcluſionis eſt: nam talis ignorantia cauſſat omnino inuolūtariū, vñ excuſat oīno a peccato.

Sed uidetur profecto quod nulla ſit conſcientia erronea. Nam ſi ego exiſtimo me hodie teneri ad audiendam rem ſacram, quia arbitror eſſe diem feſtū; uel teneor, uel non teneor: ſi nō teneor, non obligat; ſi teneor. ergo vera eſt conſcientia; nā dicit q teneor, & ita eſt q teneor.

Reſpōdetur q falſa ē & erronea conſcientia: nam dicit quia abſolute teneor audire Miſſam, at non teneor, niſi poſito errore conſcientiæ, quo depoſito, nulla eſt obligatio. Deinde nō teneor audire Miſſam, ſed teneor deponere falſam exiſtimationem, qua depoſita, nulla manet obligatio.

Vtrum conſcientia erronea obliget. Primum ar.

Eſt tertia dubitatio. Vtrum conſcientia erronea obliget ut ſequamur eam. Pro parte negatiua ſic arguo. Nam nemo obligatur contra legem Dei: ſed cōſcientia erronea aliquando dictat contra legem Dei, ut quod ſit mentiendum pro uita hominis ſeruanda: ergo non obligat.

Secundum.

Deinde, Deus maioris auctoritatis eſt quam conſcientia noſtra: ſed Deus non poteſt obligare ad peccatum, ad mendacium, adulterium, &c. ergo nec conſcientia.

Tertium.

Tertio, Præceptum de non mentiendo, eſt omnino indiſpenſabile, ſic ut dicant Theologi doctiſſimi, Deum in hac re non poſſe diſpenſare. ergo conſcientia erronea non poteſt obligare ad mentiendum.

Quartum.

Item, Qui habet conſcientiam erroneam, & falſam exiſtimationem, poteſt eā deponere. ergo abſolute non tenetur eam ſequi.

Vltimum.

Vltimo eſt argumentum: nā ſi tenemur ſequi cōſcientiā erroneā, uel tenemur ex lege humana, uel ex diuina. primū dici non poteſt. nā nulla extat talis lex: ſi dicatur q oritur ex lege diuina, ſequitur magnū incōueniens, ſ. q lex diuina, & eius auctor, qui eſt Deus, obliget & inclinet aliqū ad mendacium. Quod recte ſequatur, patet: nā lex diuina obligat conſcientiā erroneā ſequi. ſed cōſcientia erronea dictat quod ſit mentiendum pro ſaluanda uita hominis. ergo lex diuina obligat ad mentiendum in tali caſu.

Conſcientiā erroneam tenemur ſequi. Rom. 14.

Hęc argumenta uidentur optima: ſed ueritas eſt, quod tenemur ſequi cōſcientiam erroneam: dicit enim Paulus ad Rom. 14. Scio, & confido in Domino Ieſu, quod nihil eſt commune per ipſum, niſi ei qui exiſtimat aliquid eſſe commune. Iudæi appellant cibos communes, quibus paſſim utebantur gentiles, qui utebantur cibis immūdis & uetitis in lege, & ideo commune, ſignificat cibū immūdum, & uetitum. Dicit ergo D. Paulus in prædicta ſententia, q ille qui exiſtimat cibum aliquem eſſe immūdum, ſi manducat, peccatū eſt illi, licet falſa ſit ęſtimatio; quoniam operatur contra propriam conſcientiā, & credulitatē. & paulo poſt dicit Paulus: Qui diſcernit, ſi mādūcauerit, iam damnatus eſt, quia non eſt ex fide: & omne quod non eſt ex fide, peccatū eſt, id eſt, omne quod fit reclamante conſcientia, & credulitate, peccatū eſt.

Orig. Ambr. Chryſoſt. Theop. Aug.

Hæc eſt explicatio Origenis, Ambroſij, Chryſoſtomi, Theophilacti. Ex quo liquet, iſtam ſententiam D. Pauli nihil ualere ad iſtā diſputationem de uita infidelium, utrū omnis actio infidelium peccatum ſit. Quo modo autem D. Auguſt. accommodauerit hanc ſententiam ad uitam infidelium, uidere licet 4. lib. contra Iulia. c. 3. & 4. Valet tamen hæc ſententia ad demonſtrandum, quod conſcientia erronea obligat ut ſequamur eā: quod etiam affirmāt omnes Doctores ſcholaſtici in 2. d. 39. & ratio D. Tho. in articulo 5. eſt euidens demonſtratio, quæ ſuperius poſita fuit.

Durand.

Sed pro maiori explicatione ſcito, quod Durand. in 2. d. 39. q. 5. dicit, quod conſcientia erronea non obliget, ſed

ligat.quod nõ obliget, probat argumentis ſuperius adductis: ꝙ liget, patet: nam quemadmodum ligatus non põt alio tendere, ſic conſcientia falſa ligat voluntatẽ operantis, ꝙ ſine deformitatis detrimento non poſſit alio tẽdere.

Impugnatur Durand.

Hæc explicatio Durandi mihi profecto non probatur, qm̃ eſt controuerſia de ſolo noĩe: nam recte conuenit inter oẽs, ꝙ eſt peccatum non ſequi conſcientiam erroneã, & quod non poſſumus non eam ſequi: diſputatio eſt de noĩe, an ſit obligatio, an ſit ligatio. Deinde argumẽta Durandi æqualiter probant, quod non ligat, ſicuti quod non obligat. Tertio, non placet quod dicit Durand. dicit.n. ꝙ quando eſt conſcientia erronea ex ignorantia culpabili, obligat, ſed non ligat; qualis fuit in Iacob. hoc eſſe falſiſſimum patet ex argumentis ipſius. Nam Iacob non tenebatur abſolute accedere ad Liam, ſed ex ignorantia inculpabili excuſabatur.

Sententia quorundam īpugnatur.

Alij vero doctores facile ſe expediũt ab hac diſputatione: dicunt namque, ꝙ conſcientia erronea obligat, non vt faciamus ſecundum eam, ſed ut non agamus contra eam. Hæc explicatio quamuis ſubtilis videatur, & acuta, falſa mihi videtur: nã ſi dictat conſcientia erronea eſſe mentiendum pro ſeruanda uita hoſis, & non teneor agere contra eam: ergo teneor agere ſecundũ eam. Explicatur hoc euidenter: nam ſi dictat conſcientia eſſe mentiendũ in tali caſu, & teneor non diſcordare ab iſta conſcientia, & non eſt aliud medium ex mea conſciẽtia erronea, niſi mentiri: ergo teneor mentiri.

Reſolutio auctoris.

Dicendum eſt ergo, ꝙ cõſciẽtia recta, & erronea, obligant coram Deo, ſed diuerſa ratione: nam conſcientia vera, eſt conformis legi diuinæ, quæ vera lex eſt; conſcientia errans, putatur eſſe lex Dei, ſed non eſt, ſicuti lex eius quem credo prælatum, obligat, licet prælatus meus non ſit. Rurſus eſt alia dña: nam lex diuina obligat abſolute, & ſimpliciter; conſcientia erronea obligat ex ſuppoſitione conditionaliter, ſuppoſito ꝙ ego exiſtimo eſſe legem Dei. Ex hoc ſequitur, quod cõſcientia erronea obligat virtute præcepti diuini, ſicut aſſerit D. Th. in 2. d 39. q. 3. art. 3. ad 1. & ad 3. & in corpore: nam quando conſcientia dictat eſſe mentiendum pro ſeruanda hominis vita, non dicit hoc quia ita ſibi videtur, ſed quia exiſtimat eſſe præceptũ diuinũ. Eſt exemplũ appoſitum ad hoc explicãdũ: nam ſi præceptum regis non veniret ad populũ, niſi mediante aliquo principe, ſi princeps diceret aliquod eſſe regis præceptum, licet re uera nõ eſſet, populus obedire teneretur, & contemtores punirentur.

D. Tho.
Conſcientia erronea obligat uirtute præcepti diuini.

Sequitur ſecundo, eſſe concedendum, quãtũ videtur, quod lex diuina inclinet aliquando in malum, per accidens; ꝑ ſe uero, & formaliter ſemper ad bonum: nam & quando conſcientia exiſtimat eſſe mentiendũ, fertur in bonum formaliter, exiſtimat.n. eſſe bonum, & a Deo præceptum.

Lex diuina inclinat aliquando ad malum per accidẽs, ſed ſemper in bonum per ſe.
Caiet.

Vltimo notandum eſt, quod in hoc articulo dicit Caiet. conſcientiã erroneam per ſe non obligare, nec ligare, ſed ſolum quia acceptatur. Ex quo infertur, quod quantum quis ex magna rõne & auctoritate iudicet erronee, poteſt illam conſcientiam erroneã pro ſua auctoritate deponere, ut ſi prædicator dicat mulieri, quod eſt peccatum mortale uti capillis alienis, & adducat rationẽ, quæ cõuincat mulierẽ, quam neſcit ſoluere, ipſa tamen quia minus cupit, credit ſibi licere, & portet capillos, non peccat, quoniam re uera non operatur contra conſcientiam a ſe approbatã: credit .n. ſibi licere: utrum uero peccet, quia non adhibet fidem concionatori, alia quæſtio eſt. His conſtitutis, reſpondetur ad argumenta ſuperius adducta.

Arg. ſolut.
Ad primũ.

Ad primum reſpondetur, quod ille qui ſequitur erroneam conſcientiam, & ipſam credulitatem, licet materialiter faciat aliquid quod ſit contra Dei legem, ſed formaliter agit, ſecundum Dei legem, exiſtimat namque eſſe diuinam legem, & præceptum.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum reſpondetur, quod Deus non põt obligare ad peccandũ, quia errare non poteſt; conſcientia uero errare poteſt, & ideo ſimilitudo non conſiſtit. Secundo dicendum eſt, ꝙ conſcientia erronea, quæ oritur ex ignorantia inculpabili, non obligat ad peccandum: nam qui ſequitur talem conſcientiam, non peccat.

Ad tertium.

Ad tertiũ reſpondetur, quod conſcientia erronea põt obligare ad mentiendum, licet Deus non poſſit ad mentiendum obligare, propter rationem commemoratam ob

Ad quartũ.

Ad quartũ, cõcedo ꝙ conſcientia erronea abſolute nõ obligat, obligat tñ ex ſuppoſitione, ſuppoſito quod manet falſa exiſtimatio, qua creditur eſſe Dei præceptum.

Ad ultimum.

Ad ultimum argumentum dicendum eſt primo, nõ eſſe inconueniens, ꝙ diuina lex inclinet ad mendaciũ per accidens. Vel dicẽdũ eſt, quod lex illa, q̃ obligat, ut ſequamur conſcientiã, non eſt diuina, neq; humana, ſed exiſtimatur eſſe diuina, aut humana. Tertio dicendum eſt, ꝙ Deus nulla rõne inclinat ad mendaciũ: cõſcientia nãq; ad mendaciũ per accidens ex errore ſuo inclinat. Itaque hæc argumentatio inualida eſt: Deus inclinat, & præcipit, ut eius mandata ſeruemus; & ego exiſtimo eſſe diuinum præceptum, vt mentiar pro ſeruanda hominis uita: ergo Deus inclinat, ut mentiar: ſicuti non valet, fides diuina inclinat, vt credamus religionis noſtrę myſteria, & agricola exiſtimat eſſe myſteriũ diuinum, quod Dominꝰ non deſcenderit ad inferos: ergo inclinat fides ad aſſerendum, quod Chriſtus non deſcenderit ad inferos: nihil valet conſequentia. Alij doctores, quos ſupra commemorauimus, facile ſe ab hoc argumento liberant: dicunt namque, quod conſcientia erronea obligat, non vt faciamus ſecundum eam, ſed ut non agamus contra eam. Sed hæc ſolutio ſupra a me expugnata eſt.

Quodnã peccatum ſit cõtra conſcientiam agere.

Quartum dubium eſt, quod peccatũ ſit agere contra conſcientiam, eſt ne ſpeciale peccatũ cõtra ſpeciale præceptũ exiſtens? Ad hoc dicẽdũ eſt primo, non eſſe ſpeciale præceptũ eorum, qm̃ nullum extat tale præceptũ; tũ uero, quoniã alioqui qui occideret hoſtem, peccaret duplex peccatũ: vnũ, contra præceptum, Nõ occides; alterũ contra præceptũ de non faciendo contra conſcientiã. Secundo dico, ꝙ ſi quis operetur contra conſcientiam, peccat contra illud præceptum, quod exiſtimat ſe traſgredi. v.g. accedit quis ad ſuam vxorem, exiſtimans eſſe alienam, peccat peccatum fornicationis, aut adulterij.

D. Thomas.

Sed quid dicendum eſt, ſi opus eſt indifferens, vt ſi exiſtimo me teneri ad leuandam feſtucam? Ad hoc rñdet D. Th. ar. 5. ſolutione ad tertium, quod ratio quando proponit aliquid, ut malum, ſemper proponit ſub aliqua rõne mali, ſicuti quando proponit aliquid ut bonum, ſemper ſub aliqua ratione boni proponit. Itaque ſi quis exiſtimat ſe teneri ad leuandam feſtucam religionis gratia, ſi non leuet, peccat contra religionem. Item ſi quis exiſtimat ſe teneri ad tollendum lapidem, ne ſequatur homicidium, ſi non tollit, peccat peccatũ homicidij; quod ſi fuerit tam ignarus, quod exiſtimet eſſe malum, & non ſciat quare malum, dicendum eſt, quod ſaltem peccat contra Dei obedientiam. Hactenus dictum eſt, quid ſit conſciẽtia, & quo modo diuidatur, & quod obliget, & quod non eſt ſpeciale peccatum agere contra conſcientiam; ſupereſt modo explicare, quo modo, & ad quid obliget.

Vtrũ teneamur ſequi conſcientiã erroneã, aut eam deponere.

Eſt igitur prima quæſtio; Vtrum teneamur conſciẽtiã erroneã deponere, aut vero eã ſequi. Explicatio huius quæſtionis hæc eſt. Conſcientia erronea includit duo; cõſcientiã, & errorẽ: rõne ſecundi, tenemur eã deponere, ſi eſt error culpabilis eorũ, quę tenemur ſcire, & hoc quidẽ ex diuino præcepto: dr̃ namq; Eph. c. 4. Deponentes ſm̃ priſtinam conſeruationem ueterem hominem, qui corrumpitur, ſecundũ deſideria erroris: ratione vero primi tenemur eam ſequi, nam agere aliquid reclamante conſcientia, peccatum eſt, ſicut ſupra dictum eſt.

Eph. 4.

Quo modo homo nõ ſit omnino perplexus, ut quid quid faciat, peccet.

Ex hoc ſequitur, quod qui habet conſcientiam errantem, ex errore culpabili, perplexus eſt: nã ſi operatur aliquid reclamante conſcientia, peccatum eſt; agere uero ſecundum conſcientiam, etiam peccatum eſt: nam error eſt culpabilis, & ideo non excuſat. Itaque qui exiſtimat ex errore culpabili ſe teneri ad fornicationem, ſi fornicatur, peccat, quia error culpabilis non excuſat; ſi non fornicatur, etiam peccat, quia operatur contra cõſcientiam; ceterum non eſt abſolute perplexus: poteſt enim deponere conſcientiæ errorem.

Obiectio.

Sed contra eſt unum argumentum moleſtum. Volo ꝙ quis habeat ignorãtiã inuincibilem, quod Deus odiẽdus eſt. Rurſus; ſtatuo eſſe neceſſariũ certum tp̃s, ut actus humanus continuetur: nullus.n. actus durat per ſolum inſtans: & in illo tempore continuationis faciat, quod in ſe eſt ad ſciendam ueritatem: iam illa ignorantia inuincibilis

bilis

Quarta cōc. Regula qui bus animus informari debet.

Quarta Concluſio. Quando ex vtraque parte dubium eſt, & non poteſt deponi [illegible] quæ illa eſt tutior pars; ꝙ ſi neutra tuta [illegible] illa eſt minus periculoſa. Pro cuius declaratione aduertendum eſt, ꝙ quando dubium eſt in vtramq; partem, quod deponi non poteſt, diſtinguendum eſt, aut eſt æquale dubium, vel eſt de æquali peccato, vel non: ſi non eſt de æquali peccato, regula eſt certiſſima, quod minus malum eſt ſequendum: vt ſi dubito in vtramque partem, ſi mentior pro ſalute hominis, pecco venialiter: ſi non mentior, pecco mortaliter peccatum homicidij: teneor mentiri: nam ex duobus malis, minus eligendum eſt. Secundo notandum eſt, ꝙ quando dubium æquale eſt, & in utraque parte periculum æquale, licitum eſt dubitanti alteram partem amplecti; nam non eſt maior ratio quare unam partem teneatur amplecti, quam aliā. Idem confirmatur. Nam alioqui homo eſſet perplexus ſine culpa ſua: quod recta ratio, & diuina Theologia nō admittit. Tertio notandum eſt, ꝙ quando eſt inæquale dubium, ſed in vna parte eſt periculum peccati mortalis, in altera peccati venialis periculum, peccatum mortale eſt amplecti partem magis periculoſam. Idem etiam eſt aduertendum, ꝙ ubi in utraq; parte eſt periculum peccati mortalis, & vnum peccatum ualde excedit alterum, peccatum mortale eſt eligere partem magis periculoſam. v.g. præcipit prælatus ne huic conferam panem, & ego dubito ꝙ eſt in extrema neceſſitate, ſi do, expono me periculo inobedientiæ contra prælatum; ſi vero non do, expono me periculo homicidij: teneor itaq; dare: ꝙ ſi ſecus facio, pecco mortaliter: nam ſequor partem magis periculoſam in re graui. Quinto notandum eſt, ꝙ ſi in utraq; parte eſt periculum peccati mortalis, & vnum peccatum excedit alterum, ſed nō valde, ſequi partem magis periculoſam, eſt tantum peccatum ueniale. uerbi gratia. dubito an teneat ſuccurrere patri extreme indigenti, an matri; ſi eligo partem minus tutam, non eſt niſi peccatum veniale; quoniam exceſſus eſt paruus, & periculum leue: & ideo leue erit peccatum. Vltimo notandum eſt, ꝙ quando non eſt æquale periculum in vtraque parte, verum pro una parte ſunt rationes vrgentiores quam pro altera, in illam partem propendendum eſt, quæ maioribus argumentis confirmatur: nam ille exceſſus rationis, facit illam partē præpōderare uerbi gratia. mulier quæ dubitat an iſte maritus ſit ſuus, dubitat an reddendo debitum peccet, atque etiam dubitat, an nō reddendo peccet: ſed quoniam ſunt vrgentiores rationes, quod teneatur reddere debitum, in hanc partem debet inclinare, licet ſit maius periculū fornicari, quam ſemel negare debitum. Ex his patet explicatio quartæ concluſionis.

Mulier dubitans an maritus quem habet, ſit vere ſuus nihilominus tenetur reddere debitum illi.

Rurſus patet explicatio primi caſus, in initio dubitationis propoſiti. Dicēdum namque eſt, quod illa mulier, quæ dubitat an iſte ſit maritus ſuus, tenetur reddere debitum: nam ſi reddat debitum, exponit ſe periculo fornicandi, aut committendi adulterium; ſi uero non reddat, exponit ſe periculo inferendi grauem iniuriam viro proprio, & legitimo poſſeſſori, & ſubit periculum mortis, & aperit ianuam omnium diſcordiarum inter virum, & vxorem: tenetur itaque reddere & debitum. Quod etiam oſtendo alio argumento. Nam licet ſit maius peccatum fornicari, q̄ non reddere; ceterum vrgentiores rationes ſunt quæ confirmant iſtam mulierem obligari ad reddendum debitum: igitur tenetur reddere debitum. Sed hæc mulier non poteſt petere debitum: nam ſi petat, exponit ſe periculo fornicandi: ſi uero non petat, nullum eſt periculum: ergo tenetur non petere. Iſtæ definitiones habentur expreſſe in capitulo Dominus, de ſecund. nup. & in c. inquiſitioni. de ſen. excom.

Obiectio

Sed contra hanc doctrinam ſunt argumenta importuna. In primis, iſta mulier dubitat an accedat ad non ſuū: ergo dubitat an fornicetur. Conſequentia ualida uidetur a definitione ad definitum, cum eodem addito: ſic enim definitur fornicatio, ꝙ ſit acceſſus ad non ſuum, vel ad nō ſuam. Secundo, hæc eſt ualida argumentatio, & recte ſequitur, eſt acceſſus ad non ſuum: ergo fornicatio. Antecedēs eſt dubium huic mulieri: ergo & conſequens. Hæc omnia confirmantur. Iſta mulier dubitat an fornicetur: ergo dubitat an peccet: ergo ſi reddat debitum, facit contra conſcientiam dubiam.

Ad hæc argumenta breuiter dicendum eſt. Ad primum negatur conſequentia: nam dubium antecedentis eſt ſpeculatiuum; dubium uero conſequentis, eſt dubium practicum, ut ſupra oſtenſum eſt. Secundo dico, ꝙ peccatum fornicationis, quod homini imputatur, tantum eſt quando accedit ad non ſuam, & ſcitur non eſſe ſua, vel de hac re eſt ignorantia culpabilis: at in caſu noſtræ dubitationis, hæc mulier dubitat inuincibiliter, & ignorat eſſe alienum, & ideo non committit fornicationem. Ad ſecundū, in primis negatur conſequentia: itaq; hæc conſequentia non eſt recta, eſt acceſſus ad nō ſuam: ergo fornicatur. ſed oportet addere, eſt acceſſus ad non ſuam ſcienter, uel ex ignorantia culpabili. ergo eſt fornicatio. Deinde tranſeat cōſequentia argumēti: Cum uero infertur, ſed antecedēs eſt dubium: ergo & conſequens; dicendum eſt, ꝙ iſta mulier eſt dubia, quantum ad proprietatem, ſed non quantū ad poſſeſſionem: poſſeſſio namq; legitima reddit illā tutam in conſcientia: deinde eſt dubia ſpeculatiue, ſed non practice. Vltimo dicendum eſt, non ualere conſequentiā: antecedens eſt dubium. ergo & conſequens. nam ſicuti ex falſo ſequitur uerum, ita ex dubio ſequitur certum: ſi ego enim videam a longe hominem, & ego dubito an diſputet: hæc conſequentia euidens eſt, iſte diſputat. ergo ens eſt, antecedens dubium eſt, & conſequens certiſſimum.

Quid faciendū ſit ſubdito, cui aliquid præcipitur, quod putat eſſe contra Dei legem.

Adria. Mag. Soto. Sylueſt.

Ex his principijs facile intelligitur, quid ſit faciendum ſubdito, cui prælatus præcipit aliquid, quod credit eſſe contra Dei legem. Pro huius rei expoſitione multa documenta excogitauerunt Theologi, nominatim Adrianus quæſtione ſecunda, doctiſſimus Soto in relect. de regend. ſecret. memb. tertio quæſtione ſecunda. Sylue. tractat hoc diligentius, uerbo conſcientia, uerbo inquiſitio §. tertio, uerbo obedientia, §. quarto. & dicit quattuor. Primum, ſi conſtat prælatum iure præcipere, ſubditus tenetur obedire. Secundum, ſi conſtat prælatum contra ius præcipere, non tenetur obedire. Tertium, ſi dubitat an iure præcipiat, tenetur obedire. nam in dubijs ſuperior dēt eſſe auctoritas prælati; tum uero quoniam ſubditus non eſt iudex ad definiendum, vtrum prælatus iure ꝑcipiat; tum ultimo quoniam prælatus non ſemper debet manifeſtare ſubditis rationem quare hoc præcipiat, uel illud. Quartum, ſi opinatur prælatum contra ius præcipere, ſi hoc credit ex leuibus cauſſis, debet credulitatem deponere, & obedire; & idē eſt ei faciendum ſi probabiliter credit. Hæc ſnīa Syluest. profecto mihi non placet in duob. dictis vltimis, & vera non eſt, ſed vtendum eſt regulis ſuperius conſtitutis. Nam in primis animaduertēdum eſt, quodnam ſit minus periculum, & in partē minus periculoſam inclinādum eſt. Præcipit mihi prælatus quod manifeſtē crimē fratris occultum, conſiderandum eſt, vtrum ex mea manifeſtatione periclitetur vita, vel fama alterius in æternum. quod ſi ita eſt, non eſt obediēdum prælato, nec iudici, qn̄ dubito an iure præcipiat: nam maius dānum eſt mors alterius, aut infamia ꝑpetua, quam ſemel non obedire prælato meo. Idem iudicium eſt ſi uideo pauperē fame pereuntem, & prælatus præcipit ne ei conferam panem; dubito an iure præcipiat, teneor non obedire: nam maius damnum eſt quod moriatur homo, quam quod non obediam prælato ſemel, aut iterum.

Obiectio.

Sed contra hanc definitionē eſt argumētum. Nam mulier quæ dubitat an iſte ſit maritus ſuus, tenetur reddere debitum, vt ſupra demonſtratum eſt; quia vir eſt in legitima poſſeſſione: ſed prælatus meus eſt in legitima poſſeſſione: ergo ſubditus in dubijs tenetur obedire.

Solutio.

Ad hoc dicendum eſt, mulierem illam teneri ad reddēdum debitum, quoniam in nō reddendo maius eſt periculum, quā in reddendo. Secundo dicendum eſt, ꝙ quemadmodum prælatus eſt in legitima poſſeſſione, ita ſubditus in poſſeſſione ſuæ famæ; propter quod non conſtat prælatū iure præcipere: nō enim poſſum illum in perpetuum infamare: verum eſt tamen, quod in his negotijs conſiderāda eſt maxime qualitas prælati, aut iudicis: nā ſi prælatus eſt vir doctus, & pius, & expoſita ratione mei dubij adhuc prælatus viget imperando, certe teneor obedire.

Vtrū liceat contra propriā opinionem agere.

Eſt alia queſtio; vtrum ſit licitum agere contra propriam opinionem. Verbi gratia, de aliquo actu, vel con-

Secundum. Deinde, in dubijs tutior pars eligenda eſt, ut ſupra demonſtratum eſt: ſed opinio probabilior, tutior eſt, ergo ſequenda. Tertio, ſuperius dictum eſt, ꝙ quando ex utraq; parte periculum eſt, in eam partem eſt inclinandũ, q̃ maioribus rationibus confirmatur: ſed opinio probabilior maioribus rationibus confirmatur, ergo. Itē in Capitulo, Iuuenis. de ſponſalibus, definitur aperte, in dubijs, id quod certius exiſtimam*, eſt ſequēdum. Vltim. concl. Vltimo, iudex qui ꝓnuntiaret ſniam cōtra eum, qui ꝓbabiliora teſtimonia adducit, certe peccaret mortaliter, & cōmitteret iniuſtitiā, vt manifeſtú eſt. ergo q ſequitur opinionē ꝓbabilē, relicta ꝓbabiliori, abſq; dubio peccat.

Poſſumus opinionē probabilē ſequi, relicta probabiliori. Certe argumenta uidentur optima, ſed mihi uidetur, ꝙ ſi eſt opinio probabilis, licitum eſt eam ſequi, licet oppoſita probabilior ſit: nã opinio probabilis in ſpeculatiuis ea eſt, quam poſſumus ſequi ſine periculo erroris, & deceptionis. ergo opinio probabilis in practicis ea eſt quã poſſumus ſequi ſine periculo peccandi. Secundo, opinio probabilis, ex eo dicitur probabilis, ꝙ poſſumus eam ſequi ſine reprehēſione, & uituperatione: ergo implicat cōtradictionem, ꝙ ſit probabilis, & quod non poſſimus eã licite ſequi. Antecedens probatur: nam opinio non dicitur probabilis ex eo, quod in eius fauorem adducãtur rationes apparentes, & ꝙ habeat aſſertores, & defenſores: nam iſto pacto omnes errores eſſent opiniones probabiles; ſed ea opinio probabilis eſt, quam aſſerunt uiri ſapiētes, & confirmant optima argumenta, quæ ſequi, nihil improbabile eſt. Ita definit Ariſtot. Ariſtot. 1. Topi. c. 1. & 6 Ethicor. ca. 4. Tertio, opinio probabilis eſt conformis rectę rationi, & exiſtimationi virorum prudentũ & ſapientum: ergo eam ſequi non eſt peccatum. conſequentia euidens eſt, & probatur antecedens: nam ſi eſt contra rationem, opinio probabilis non eſt, ſed error manifeſtarius. Sed dices, eſſe quidem rectæ rationi conformem, tamen quia opinio ꝓbabilior eſt conformior, & ſecurior, obligamur eam ſequi. Contra eſt argumentum. Nam nemo obligatur ad id quod melius, & perfectius eſt. perfectius eſt eſſe uirginē, quam eſſe uxoratum; eſſe religioſum, quam eſſe diuitē: ſed nemo ad illa perfectiora obligatur. Quarto, licitũ eſt opinionē probabilem in Scholis docere, & proponere, ut etiam aduerſarij nobis concedunt. ergo licitum eſt eã cōſulere. Idem confirmatur. Nam licitum eſt interius aſſentiri huic concluſioni. ergo licitum eſt exterius eam ꝓponere. Item, non poteſt confeſſarius cogere pœnitentem vt ſequatur opinionem probabiliorem: ergo non eſt obligatio ad ſequendam opinionem probabiliorem. antecedēs ex prędictis manifeſtum eſt. Vlt. oppoſita ſnĩa cruciat aĩos timoratos. nã ſemper oporteret inquirere, quę nam ſit opinio probabilior. qđ timorati viri nũquam faciunt.

Solut. arg. Ad primum. Ad argumenta in contrarium, & ad primum reſpondetur, quod cum poſſe ſequi opinionem probabilem apud viros ſapientes certum ſit, qui operatur ſecũdum opinionem probabilem, non ſe exponit periculo peccandi.

Ad ſecundũ. Ad ſecundum reſpondetur, uerum eſſe quod in dubijs tutior pars eſt eligenda, quando utraque periculoſa eſt; ceterũ, licet opinio probabilior tutior ſit, probabilis eſt ſecura, & tuta, & non habet periculum.

Ad tertium. Ad tertium argumentum reſpōdetur, quod illud, quod ſupra dictum eſt, non aduerſatur noſtræ ſententię. nam illud eſt uerum, quando ex utraque parte periculum eſt, ſequi uero opinionem probabilem, non eſt periculum: & eodem pacto explicatur Capitulũ, Iuuenis. ſupra commemoratum.

Ad ultimum. Ad ultimum argumentum dicendum eſt, quod quãdo altera pars litigantium affert pro ſe probabiliora teſtimonia, non dicit opinio probabilis, ꝙ liceat iudici contra eũ ſententiam pronunciare. quod autē hactenus docuimus, hoc eſt, ꝙ quando ſunt duæ opiniones in iure, altera ꝓbabilis, altera uero probabilior, licitum eſt iudici probabilem amplecti; at uero quando de facto adducuntur teſtimonia probabiliora, ſecundum ea pronunciandum eſt.

ART. SEPTIMVS.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex intentione finis.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Bonitas volũtatis depēdet ex intē-tione finis. pręcedit electionē & eſt cauſſa illius: nã bonitas voluntatis dependet ex bonitate obiecti, & voliti: ſed ſi ꝓcedat intentio finis, cum aliquis vult ieiunare propter Deũ, ex hoc ieiunium habet rationem boni, quia ſit pro-

Vtrum liceat cōtra ſcrupulum agere. Quid nã ſcrupulus ſit. Eſt ultimũ dubium; Vtrum ſit licitũ agere contra ſcrupulum? In explicatione huius qōnis prius exponendum eſt, quid nam ſit ſcrupulus. Scrupulus non eſt idem quod dubium, nã qui dubitat, neutri parti aſſentitur; qui uero hēt ſcrupulum, alteri parti aſſentitur, ſed cum formidine, q̃ animũ eius excruciat. Rurſus ſcrupulus nō eſt idē quod opinio: nam qui habet opinionem ꝙ in aliquo opere male agat, non dicitur hēre ſcrupulum. Scrupulus itaque eſt formido, & ſuſpicio, quę animũ cruciat, an aliqua res licita ſit, an illicita. v. g. ego credo, ꝙ mihi liceat ueſci carnibus in Quadrageſima ꝓpter ęgritudinem, & ita dicit medicus; ſed quoniam nō eſt de ſe euidēs, quædam formido excruciat animum, an liceat. & hæc formido uocatur ſcrupulus, non ſecũdum ꝓprietatem, ſed ſ̃m metaphoram, ductam ex lapillulo, qui intra calceum manens, excruciat pedes: ad eundem modũ hęc formido in animo manens, excruciat, & torquet. & in hac ſignificatione, hæc uox, Scrupulus, latiſſima eſt, qua Cicero ſæpiſſime utitur in ſuis operibus. Præterea notandum eſt, ꝙ ſcrupulus non eſt quæcũq; formido. ſignificat nãq; ſcrupulus formidinē ex leuib. cauſſis exortam, & nulla rōne habitã, ſcrupuloſi. n. appellantur hoĩes, qui trepidant, vbi timor non eſt. Vltimo notãdum eſt, ꝙ hęc formido ex triplici capite oriri ſolet. Ex triplici capite oriri pōt ſcrupulus. primo, ex cauſſis iuſtis, & maxime urgentibus, q̃ faciunt alteram opinionem oĩno improbabilem, vt dum quis habēs plura beneficia, ſcrupulo pungitur, utrum ſit licitũ. Sc̃do oriri pōt ex cauſſis leuiſſimis, & frequentiſſime ex conditione naturali, & melãcholia, ex infirmitatibus. & iſte ſcrupulus potius eſt timiditas, ſiue puſillanimitas conſcientiæ. Tertio oriri ſolet ex cauſſis iuſtis, ſed non adeo urgentibus vt oppoſitã opinionem improbabilem efficiant. & hæc formido proprie appellatur ſcrupulus. His poſitis, ſit prima ꝓpoſitio. Prima ꝓpoſ. Si loquamur de ſcrupulo primi generis, non eſt agēdum contra ſcrupulum. patet hoc in exemplo dicto, de his qui habent plura beneficia, & in multis contractib. cambiorum, in quibus pro ſcrupulo ſunt adeo euidentes rōnes, vt oppoſitam ſnĩam efficiant improbabilem. Idē patet ratione. Nam in dubijs qñ una pars eſt certa, & altera periculoſa, tenemur ſequi id quod certum eſt, ut ſupra demōſtratum eſt. ergo ēt in ſcrupulis. Præterea in his ſcrupulis, de quib. loquitur prima concluſio, oppoſita opinio eſt oĩno improbabilis: ergo non ſequenda, ergo agendũ eſt ſ̃m ſcrupulum. Vltimo, hic ſcrupulus, plus eſt q̃ ſcrupulus, immo pluſquam dubiũ nã ꝑ tales hoĩes ſtat, quominus certiores reddantur de eorũ malitia. Sc̃da propoſitio. Sec̃. propoſ. Si loquamur de ſcrupulo ſc̃di, & tertij generis, licitũ eſt agere contra illũ; immo conſulendum eſt hoĩb. meticuloſis, ut agant contra illum. nã in ſcrupulo nullũ eſt fundamentũ, & ex alia parte inquietatur cōſcientia. ergo cōſulendũ eſt ut agant cōtra ſcrupulum. Deinde ſcrupulus eſt formido temeraria, & ſine rōne ſuſcepta. ergo non eſt agendum ſc̃dm ſcrupulum. Not. Sed in hac parte duo ſunt conſideranda, vnũ eſt, ꝙ cũ hō meticuloſus conſuluerit uirũ ſapientē, & prudētē, abſq; alia dubitatione ſequatur eius ſnĩam, & habeat illam pro euidenti ratione. Alterum eſt, ꝙ in hoĩbus meticuloſis (quod optime aduertit Caiet. in Summa, uerbo, Scrupulorum medicina) Caiet. illorum credulitas habenda eſt pro certitudine. v. g. meticuloſus hō pungitur ſcrupulo, an recte confeſſus fuerit aliquod peccatũ, uel de aliquo peccato; ex alia parte credit ſe recte confeſſum fuiſſe, quia ſolet diligentem adhibere diligentiam: huius credulitas habenda eſt pro certitudine. Sed de remedijs ſcrupulorum loquitur optime Syl. uerbo, Scrupulus, quem lege: nos ad difficiliora tranſeamus.

EXPLI-

Secunda dubitatio.
An intentio boni finis ex qua imperatur malũ medium, mala ſit. Primum argu.

EXPLICATIO ARTIC.

IN hoc articulo eſt graue dubiũ, Verũ bona intẽtio diminuat malitiã prauæ electionis, ut cum uolo furari pp dãdã eleemoſynã. Hæc q̃ô definiri non pôt, priuſ quã determinetur alia; An intẽtio boni finis, ex qua imperatur malũ mediũ, mala ſit? ut cũ quis uult dare eleemoſynã, & eligit tãquã mediũ cõmittere furtũ, ad dãdã eleemoſynam. A parte affirmatiua q̃ônis ſic argumẽtor. Nã hęc intentio mouet ad peccandũ, & exponit periculo peccãdi; immo quod plus, eſt cauſſa peccati: ergo mala. Deinde augetur dubium, & uolo, ꝙ Petrus uelit efficaciter dare eleemoſynã, & ꝙ iudicet non eſſe aliud mediũ, niſi furari, tunc hæc intentio neceſſitat ad peccandũ. ergo mala eſt. Quod neceſſitet ad peccãdũ, demõſtro euidenti argumẽto. Nã q̃ñ volũtas efficaciter uult aliquẽ finem, neceſſitatur ad medium, q̃d iudicat eſſe neceſſariũ, quod pluribus argumentis ſupra fuit oſtẽſũ.

Secunda. Secundum.

Tertium. Tertio, talis tenetur deponere hanc intentionẽ: ergo eſt cõtra pręceptũ. conſequentia euidens eſt, & probatur antecedens. Nã talis tenetur deponere electionẽ furti; ſed in caſu ꝓpoſito nõ pôt eã deponere, niſi deponat efficacẽ volitionem finis, & intẽtionẽ: ergo tenetur eã deponere.

Quartum. Pręterea, talis fruitur illo fine: ergo peccat mortaliter. conſequentia patet, & antecedens probo. Nã frui aliquo fine, & creatura, eſt amore illius diuina præcepta trãſgredi: ſed talis propter dandam eleemoſynam cõmittit furtum. ergo fruitur illo fine.

Quintum. Item, amor mundanus ea de cauſſa malus eſt, quoniam propter illum diuina præcepta tranſgredimur, ſed propter amorem eleemoſynæ, talis diuina præcepta tranſgreditur: ergo eſt amor mundanus.

Vltim. D. Thom. Vltimo, eodem actu ferimur in media, & in finem, ut auctor eſt D. Th. ſupra q. 8. artic. 3. ergo eodem actu uult quis furari propter dandam eleemoſynam; ſed ille actus eſt malus, & eſt uolitio finis: ergo uolitio finis mala eſt.

Arg. in contrarium. In contrarium pugnant maiora argumenta. Nam iſta uolitio eſt de bono obiecto, & non habet malam circumſtantiam, ſiquidem medium non eſt circumſtantia reſpectu finis, ſed e diuerſo. ergo bona eſt. Deinde pôt accidere ꝙ ſit in præcepto; vt ſi proximus ſit in neceſſitate cõſtitutus. ergo mala non eſt. Vltimo falſitas concluſionis non corrumpit ueritatem principij, ex quo infertur, ut aperte conſtat. ergo malitia electionis non efficit intentionẽ finis malam. Conſequentia probatur ex illo axiomate celebrato; Sicut ſe habet primum principium in ſcientijs, ſic ſe habet finis in practicis. Re uera hæc quæſtio dubia eſt.

Intentio boni finis dupliciter pôt eſſe cã malæ electionis. Pro cuius explicatione ſciendũ eſt, ꝙ intentio boni finis dupliciter pôt eſſe cã malæ electionis. Primo ut ſit cã malæ electionis, neceſſitãs ad malã electionẽ: ut cũ quis vult efficaciter ſubuenire pauperi, & non habet proprias facultates unde hoc faciat, nec habet aliquod remediũ, niſi furtũ cõmittere; hæc intẽtio efficax neceſſitat ad eligẽdũ mediũ, quod exiſtimatur neceſſarium. Secundo modo accidere pôt, ꝙ ex intentione boni finis, non neceſſario, nec efficaciter ſequatur mala electio; ut cum quis vult ſubuenire pauperi, & habet proprias facultates ut hæc faciat, ſed ex ſua malitia facit, & ſubuenit ex alienis. His poſitis, ſit prima concluſio.

Intẽtio boni finis mala nõ eſt quando nõ neceſſitat ad malum medium eligendum. Quando ex intentione finis non neceſſario ſequitur mala electio illa intentio mala non eſt. hoc probant argumenta dudũ adducta. hoc affirmat D. Th. infra q. 20. art. 5. & 2. ſent. d. 38. ar. 5. & in d. 40. art. 2. dicit in prædictis locis D. Th. ꝙ pôt eſſe intẽtio bona, & electio mala. Et ad illud argũ, quia mouet ad peccãdũ, diſtinguendũ eſt; per ſe negandũ eſt; per accidens ex malitia operantis concedendum eſt, & dicendũ eſt, ꝙ potius eſt occaſio peccandi, q̃ cauſſa; ſicuti ſi ego ſeruo ſeiunium, & inde ſumo occaſionem ſuperbię, non ideo ieiunium malum eſt. Et ad illud argumentum, quod eodem actu uolo furtum ad dandam eleemoſynam, & ille actus malus eſt, dicendum eſt, ꝙ talis actus habet duplicem rationem formalẽ, tũ intẽtionis, tũ electionis: quatenus electio, malus actus eſt, quatenus intentio, bonus actus eſt; ſimpliciter tñ & abſolute malus actus eſt, ut hic aſſerit D. Th. ſolutione ad tertium: nã ueriſſima eſt illa ſententia D. Dion. Malũ ex quocumque defectu; bonũ uero ex integra cauſſa.

D. Thom. D. Dionyſ.

Secunda propoſitio. Q̃ñ ex intentione boni finis neceſſario ſequitur mala electio, illa intentio mala eſt. hoc probãt efficaciter argumenta in principio adducta.

ter Deum, & ſic bonitas voluntatis, dependet ex bonitate voliti, quæ eſt ex intentione finis.

Secunda Concluſio. Quando intentio ſequitur electionem, vel voluntatem, vt quando accedit aliquid voluntati p̃exſiſtenti, puta, cũ vellet aliquid facere, & poſtea referat illud in Deũ, bonitas primæ voluntatis, non dependet ex ſequenti intentione, niſi quatenus actus voluntatis reiteratur cum ſequenti intentione.

Intẽtio boni finis, ex qua neceſſario ſequitur mala electio mala eſt.

Ad argumenta in oppoſitum; & ad primũ dicendũ eſt, ꝙ illa intentio eſt mala ex circumſtantia temporis: nam cũ nõ habeo vñ ſubueniã pauperi, niſi ex alieno, non eſt tempus ſubueniendi pauperi. Item dico, ꝙ illa intentio eſt mala, qa inducit ad peccãdũ: tutius eſt mala, qa inordinatus eſt amor, rõne cuius trãſgredior diuina mãdata.

Ad Primum in oppoſitũ. Ad ſecundum.

Ad ſcđm argũ rñdetur, ꝙ cũ nõ habeã vñ ſubueniã pauperi, niſi ex alieno, nõ eſt pceptũ de ſubueniẽdo pauperi, niſi fortaſſis in extrema neceſſitate, ubi omnia ſunt cõia.

Ad tertium. Ad tertium argumentum negatur conſequentia. Ratio diſcriminis eſt: nam principium uerum per bonam argumentationem, non infert concluſionem falſam: uirtus namq; argumentationis non conſiſtit in mea uoluntate, ſed in natura rerum; propter quod licet ego uellem per malam conſequentiam ex principio uero concludere falſum, falſitas non eſt referenda in principium, ſed in malam conſequentiam; ſed intentio efficax finis per ſe, & neceſſario infert malam electionem in caſu ſuperius poſito ex intentione operantis, & ad hoc impertinens eſt bona, aut mala conſequentia. Vel dicendum eſt, quod iſta intentio non eſt mala, quia infert malam electionem; ſed quia in ſe mala eſt, & inordinatus amor creaturæ.

Vtrum bonitas finis diminuat aliquid malitiæ electionis. Almay.

Ex his, ſi bene intelligitur, patet uia ad explicandam illam dubitationem propoſitam, Vtrum ex bono fine diminuatur aliquid de malitia prauæ electionis; eſt ne minus peccatũ furari propter amorem vxoris, an propter libidinem furari? Almayn. in ſuis moralibus c. 12. & 13. conſtituit de hac re longam diſputationem, & dicit eſſe communem ſententiam, quod nihil minuitur de malitia prauæ electionis. & probat in primis auctoritate Diui Auguſtini, cuius ſententia refertur, 14. q. 5. c. Forte dicit Auguſtinus: ſi quis dicat apud ſe, uolo furari diuitibus, ut dẽ pauperibus; iſta cogitatio ex diaboli calliditate ſuggeritur: nam totum, quod ablatum eſt, & datum pauperibus, non minuit, ſed duplicat peccatum: ergo furari ad dandã eleemoſynam, non minuit peccatum.

Argu. prim. Auguſt.

Secundum. Secũdo, ſi ex bono fine diminuitur de malitia electionis, cõſequens eſt poſſe dari mendaciũ, quod oĩ culpa careat, q̃d aſſerere, abſurdũ eſt, & aduerſatur diuinæ Theologię. q uero recte ſequatur, patet: nã ſit malitia mẽdacij, ut quattuor, ſi referatur in bonũ finẽ, aufert duos gradus; & ſi referatur in aliũ finem meliorem, aufert alios duos.

Tertium. Tertio, prohibitum eſt diuina lege ordinare malum medium in bonum finem: ergo inde non minuitur peccatum, ſed potius augetur. Probatur antecedens: nã eſt prohibitum diuina lege furari ad dandam eleemoſynam.

Vltimo. Vltimo eſt argumentum, quod maxime exaggeratur; qui furatur propter dandã eleemoſynam, peccat duplex peccatum; qui uero furatur propter libidinem, & ex libidine peccandi, peccat tantum unum peccatum; ergo ille grauius peccat. conſequentia euidens eſt, ut uidetur, & patet antecedens. Nam ſupra dictum eſt, quod quando intentio boni finis neceſſitat, & impellit ad malam electionem, illa intentio mala eſt, & peccatum mortale. Eodem argumento uti poſſumus ad oſtendendum, quod qui omittit horas canonicas propter amorem ſtudij immoderatum, grauius peccat, quam qui omittit, quia uult. Hęc argumenta adeo magna uidentur

quibuſdam

Peius eſt furari propter concupiſcentiã, quàm propter miſericordiam. Aug.

quibuſdam Theologis, vt ſenſit cũ Almayno eſſe grauius peccatum furari pp alendam familiam, q̃ furari ex libidine furandi, quibus ego nõ cõſentio: nã oppoſita ſnĩa ſine dubio vera ẽ. quã habet D. Aug. libro cõtra mendacium c. 8. Peior, inquit, eſt qui concupiſcendo, q̃ miſerando furatur. Idem hẽt in Enchiridio c. 18. & Magiſter in 2. diſt. 40. & allegat ibidẽ ipſũ D. Augu. Idẽ docet Gratianus. 22. q. 2. per multos canones: præcipue in canone q̃ incipit Primũ. vbi cõgerit octo gradus mendacij. & cõſeres vnum alteri, dicit mendacium tanto leuius eſſe, quãto meliorem habet finem: & ratio euidẽs eſt quia peius eſt mentiri ex libidine mẽtiẽdi, q̃ recreationis cã: & peius recreationis cauſſa quã pro ſalute hõis: ergo ex fine bono diminuitur praua electio. cõſequẽtia nota eſt, & antecedens patet ex conſenſu hõium oĩum. Deinde, ſi quis occidat hominem pp defenſionem amici, leuius peccat, q̃ ſi occideret abſque aliqua honeſta cauſſa: ergo ſimili rõne leuius peccat q furatur ad alẽdã familiã, q̃ qui furatur ex libid ne peccãdi, & furandi. Vltimo, quodcum ꝑ peccata excuſantur ex circuſtantijs, vt plane conſtat: ergo potiſſime ex circũſtantia finis. ſed hoc non fit quando finis eſt malus: ergo quando finis eſt bonus.

Secunda concluſio.

Ad argum. Ad primum

Ad argumenta, & ad primũ fateor, ꝙ D. Aug. numquã dicit ꝙ nũquã minuitur furtũ ex intentione dãdæ eleemoſynæ: ſed tñ docet, ꝙ ſi quis ea quæ furatur, tribuat pauperibus, auget peccatũ, quia reddit ſe impotẽtẽ ad reſtituendũ. veluti ſi q̃s ſtatuit apud ſe nõ dicere horas canonicas, & proijcit Breuiariũ in mare, nouũ peccat pctm̃, quia reddit ſe impotẽtẽ ad dicẽdũ offm̃ horarũ.

Ad ſecundũ

Ad ſecũdũ argumẽtũ dicendũ eſt, ꝙ cũ bonitas finis finita ſit, & nõ ꝓgrediatur in infinitũ, & ex alia parte mẽdaciũ ſuapte natura ſit malũ, quantumcumq; creſcat bonitas finis, nũquã ex toto abſoluet mendacii malitiã. ſicut. n. aqua ex ſua natura frigida eſt, quantumcũq; augeſcat calor ſi tñ aqua permanet, ſemper habet frigiditatẽ. vel dicatur (& fortaſſis melius) ꝙ eſt grauius hinc illa circũſtantia, q̃ cum illa, quia mutatur finis & ſic ceſſat calculatio; peius eſt mentiri pro libidine mentiendi, q̃ mentiri pro ſalute hominis; quia habet peiorẽ finem: & peius eſt peierare ex libidine peierandi, q̃ peierare pro vita propria, quia habet peiorẽ finẽ. Quod ſi dicat Theologus, in quot gradibus grauius eſt? dico, ꝙ in duobus & cum argum. tot: ergo ſi ſeſtertius in duplo meliorẽ ſit finẽ, aut triplo auferetur malitia: negatur cõſequẽtia: nã tñ ſequitur ꝙ erit minus graue: nunquam tamen ſequitur, ꝙ nõ erit malũ: nam ſemper habet malum finẽ.

Ad tertium.

Ad tertium argu. rñdetur, ꝙ illa prohibitio referendi furtum in eleemoſynã, non eſt alia a prohibitiõe furti, & ideo non habet aliam malitiã a malitia furti, q̃ quodammodo ex bonitate finis extenuatur. Ad vltimũ arg. quidã dicũt, ꝙ quãdo intẽtio boni finis neceſſitat ad prauã electione, argumentũ conuincit, ꝙ augeat pctm̃: quãdo vero nõ neceſſitat ad prauã electionem, negãdũ eſt antecedẽs. Sed hæc ſolutio mihi non probatur: nã vniuerſi hoĩes iudicãt grauius peccare qui furatur ex libidine furti, quã q̃ furatur ad alẽdã familiã, vel vt tribuat pauperi. Dicendum eſt igitur, ꝙ illa intẽtio nõ minuit peccatũ, quia bona ẽ, ſed quia mutat finẽ: & re vera peius eſt ſagittare, vt occidas, quã ſagittare pp vanã gloriam. Secundo rñdetur, ꝙ duo peccata, faciunt plura peccata, ſed non ſemper maius peccatum: qui. n. occidit hominem in ebrietate conſtitutus, minus peccat, quam qui occidit mentis cõpos; at qui occidit hominem in ebrietate, duo peccata habet, peccatum homicidii, & peccatum ebrietatis. Solutio eſt D. Th. infra q. 76. art. 4. ad 2. argumentum.

ad vltimum

D. Tho.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum quantitas bonitatis vel malitiæ in voluntate, ſequatur quantitatem boni vel mali in intentione.

SVMMA TEXTVS.

SEnſus quæſtionis eſt; Vtrũ tantum quis boni vel mali faciat, quantum intendit facere. Probationes, & cõcluſiones D. Tho. difficiles ſunt, & ſubobſcuræ.

Prima Concluſio. Si conſideretur intentio per ſe, & electio per ſe ex parte obiecti, electio vel voluntas nõ eſt tã bona, quã ipſa intentio: nam volũtas poteſt velle aliquod obiectũ non proportionatũ fini intẽto; vt ſi q̃s daret decẽ libras, nõ poſſet cõſequi ſuã intentionẽ, ſi intenderet emere rem valentem cẽtum, idq; etiã contingit pp impedimẽtum, vt ſi intenderet ire Romam, & ſubuenire amico, & illud proponeret: poſſunt tñ multa oriri impedimenta circa exteriores actus, quæ nõ eſt in poteſtate noſtra remouere. Sed in actu interiori tñ poteſt eſſe defectus ex parte obiecti, videlicet qñ obiectũ nõ eſt proportionatũ; vt intendo ſubuenire patri, & cõfero obolum: cæterum ex parte impedimenti non poteſt eſſe defectus, quoniam actus interiores voluntatis in noſtra poteſtate ſunt poſiti.

Secunda Concluſio. Si intentio conſideretur vt ratio, & forma electionis, bonitas intentionis redundat in electionẽ, vt ſi intẽdo facere aliquod magnũ opus, puta, defendere Chriſtianã Rempub. & do tantummodo duos argẽteos, illa volitio habet magnã bonitatẽ, ex magno obiecto. Probatur ſic; quoniã intẽtio eſt cauſſa, & ratio actus voluntatis, & ſic pertinet ad ipſum actum voluntatis, vt ſupra declaratum eſt: certe ratio volendi, deriuat ſuam bonitatẽ in id quod eſt propter talem rationem.

Tertia concluſio.

Tertia Concluſio. Si loquamur de perfectione ex parte operantis: ſic intenſio intentionis deriuatur ad electionẽ & ad actũ exteriorẽ: itaq; qui intenſe amat ſanitatẽ, intenſe amat medicari, & curari. Ratio eſt, quoniã intentio eſt ratio, & forma electionis.

Quarta concluſio.

Quarta Concluſio. Accipiendo conatum, & intenſionẽ ex parte obiecti, & nõ ex parte operantis, multoties intẽdimus habere magnã intenſionẽ, & conatũ circa finẽ, & nõ habemus: vnde aliquando intẽdimus intẽſiſſime mereri, & meremur exiliter, & tenuiter: nam quantitatẽ boni intenti, non ſequitur bonitas exterioris, vel interioris, vt iam dictum eſt.

Quinta concluſio.

Quinta Concluſio. Non tantum boni quis facit, quantum intendit facere. Hæc concluſio ſequitur ex dictis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Prim. diſtinctio. D. Th.

PRo explicatione conſtituit D. Th. duplicem diſtinctionem: Prior eſt de bonitate tam electionis, quam intẽtionis. Dupliciter loqui poſſumus, & ex parte obiecti. ſ. quia aliquis vult magnum bonũ, & ex modo operandi. ſ. quia aliquis intenſe vult. Secũda diſtinctio eſt, de intentione, & electione dupliciter loqui poſſumus: primo, ſecundum ſe, & ſeorſum; alio modo vt una refertur ad aliam, electio ad intentionem, & intentio eſt rõ volẽdi electionẽ. His cõſtitutis, eſt prima cõcluſio. Si loquamur de bonitate ex parte obiecti, nõ eſt neceſſe ꝙ

Secunda.

tāta fit bonitas ex parte electionis, q̄ ex parte intētiōis quæ ſnla hēt uerum in electione interiori, & exteriori, ſed diuerſimode: nam in exteriori pp duas cās, in interiori pp unam tantum. Patet hoc, & explicatur. Nam in electione exteriori una cā eſt, quia non eligitur mediū proportionatū tali fini. v.g intēdit quis emere rē valētem centū; dat tm̄ quinquaginta; non pōt cōſequi ſuam intētionē: alia cā eſt pp impedimenta, quæ ſuperueniūt circa actū exteriorē, vt cum qs intendit ire Romā & pp impedimenta, quæ occurrunt, impeditur ne hoc faciat. In actu interiori ſolum inuenitur prima cā, qñ eligitur mediū non proportionatum tali fini. Secunda uero cā in actib° internis locum non hēt: nam actus interni ſunt in nrā poteſtate & impediri non valent.

Concluſio

Secunda con cluſio.

Secunda propoſitio. Qñ intentio eſt rō, & cā electionis, tota bonitas intentionis redundat in electionem, vt cum quis intendit liberare populum Chriſtianum a Turcarum tyrannide, & ad hoc eligit dare duos argenteos, tota bonitas intētionis cōicatur electioni & quo melior eſt intentio, electio melior eſt.

Tertia conc.

Tertia concluſio. Si loquamur de bonitate actus ex modo operādi. ſ. ex intenſione, aut remiſſione, & intentio ſit cā electionis, tota bonitas intētionis cōicatur electioni. Itaque quantitas electionis, ſequitur quātitatem in intentione, vt cum quis intenſe vult ſanari, ſi hoc vult efficaciter, intēſe vult medicari.

Quarta con.

Quarta concluſio. Qñ intētio, & electio ſumuntur materialiter ſm ſe, ita vt vna non ſit rō alterius, bonitas intentionis non cōicatur electioni, ſtat bene, φ quis uelit intēſe ſanari, & remiſſe medicari: quia intentio illa non eſt cā electionis.

Vlt. concluſ.

Vltima cōcluſio, pro qua ſtatuit D. Tho. fundamentum, ſtat φ intentio non ſit modus actus, ſed obiectum volūtatis: ut cum quis uult intenſe operari, aut mereri, tunc intenſio eſt obiectum uoluntatis, ſiquidem eſt uolita, & intenta, & tunc eſt quinta concluſio. Qñ intenſio ſe tenet ex parte obiecti, tunc quātitas electionis, non ſequitur quantitatē intentionis: nā ſtat optime, φ quis velit intenſe operari, & φ non intenſe operetur: ex quo ſequitur, φ non quātum qs intendit mereri, tm̄ meretur: nam meritum non conſiſtit in hoc, φ quis uelit intenſe operari, ſed quod intenſe operetur. Hæc hēt D. Th. in hoc articulo.

Dubium primum, circa priores duas concluſiones

In iſto articulo eſt primum dubium: nā vr̄, φ prima & ſecūda aſſertio ſibi aduerſentur. Prima n. dicit, non eſſe neceſſe, φ tota bonitas, q̄ ſe tenet ex parte obiecti, cōicetur electioni. Secūda concluſio aſſerit contrariū: ergo ambæ concluſiones non cohærent recte. Hæc obiectio hēt duas ſolutiones. Prior eſt, φ prima cōcluſio eſt intelligenda de intentione, & electione, qñ ſumuntur materialiter, & ſm ſe, & una non eſt cā alterius. Secunda vero concluſio intelligitur de electione, & intentione, qñ intentio eſt cā electionis, & impellit ad illā. Sed hæc ſolutio q̄uis perſpicua eſt, nō mihi pbatur: nā D. Th. in 1. & 2. concluſione (vt patet intuenti) manifeſte loqtur de intentione, put eſt cā electionis: & iō eſt ſcda expoſitio. Et p eius declaratione ſciendū eſt, φ aliud eſt loq de bonitate intētionis, & aliud eſt loq de bonitate, & pfectione boni intēti, vt cū intēdit qs cōſeq tantā gloriā quantā hēt D. Dñicus, obiectū huius intentionis eſt magnæ pfectionis: at intētio nō hēt tantā laude, & bonitatē, ſicuti obiectū: rō eſt: nā obiectū nō tribuit totā ſuā bonitatē actui, ſed ſm, φ actus eſt capax bonitatis, put egreditur ab agēte pfecte, aut imperfecte. Certe, qñ qs diligit Deū, illud obiectū, Deus, nō tribuit totā ſuā bonitatē actui humano, alioq dilectio Dei qlibet eſſet tā pfecta, ſicuti dilectio beatæ Virginis, immo ſicuti dilectio Dei. Hoc ſtatuto, dcām eſt, φ prima cōcluſio intelligēda eſt de bonitate, & pfectione boni intēti: itaq; nō tā bona ē electio ſemp, ſicut bonū intentū, vt cum qs uno ieiunio vult ſatisfacere pro vniuerſis peccatis ſuis, & i hoc ſenſu verū ē φ nō tm̄ qs meretur, quantū intēdit mereri, & non tm̄ qs facit, quantū intēdit facere. Scdā concluſio loquitur d bonitate intētionis, & de hac certiſſimū ē, φ cōicat electioni. Sed eſt aduertēdū, φ qñ qs intēdit ingēs bonū, & eligit media improportionata, illa electio vr̄ eſſe indiſcreta, & minime laudabilis, & iō quodammodo pditur meritū. ceterū ſi qs intendit magnū finē, puta, martyriū, & ponit media poſſibilia, & impeditur aliunde ne illud conſequatur, nō perdit magnū meritū: nā hic hēt verum illud & volūtas p facto reputatur. Et in ſequentibus dicēdū eſt, Dño concedente, φ actus exterior in tali caſu nullā addit bonitatē ſup actū interiorē.

Secundū dubium, de expoſitione ſententiæ.

In ſolutione ad tertiū hēt D. Th. vnā ſnīam, q indiget expoſitione: cōſtituit namq; diſcrimē inter actus malos, & bonos, φ in actibus malis, tā mala ē electio, ſicut intētio, in actibus bonis nō ſemp hoc hēt verū, vt ſuperius expoſitū eſt. Hæc ſnīa vr̄ falſa.

Prim. arg.

Nā contingit aliquē intenſe uelle adulteriū, & remiſſe uelle diruere murū, qđ eſt mediū neceſſariū, vt adulterium fiat. ergo illa ſnīa falſa eſt.

Secundum.

Deinde, ſi qs intēdat emere epiſcopatū; & ad hoc faciendū offerat preces, certū eſt, φ non eſt tā praua electio, ſicuti intentio.

tertium.

Vltimo: nā ſi qs p unū actū adulterij, aut blaſphemiæ, intēdat demereri quantū oēs dæmones demeriti ſunt, nō tm̄ demeretur, tum qa mediū eſt improportionatū ad tm̄ demereri, tū vero, qīa nō eſt tanta intenſio in actu, ſicut fuit in actibus oīum dæmonū.

Solutio.

Certe argumenta euincūt, φ nō tm̄ qs demeretur, quantū intendit demereri: & in hoc eadē eſt rō de actibus bonis, & malis. D. Th. tm̄ conſtituit diſcrimē inter operationes bonas & malas, in hoc, φ ſi intētio eſt mala, tribuit ſuā malitiā ſemp electioni, qīa malū cōſurgit ex quocūq; defectu: & iō ſi electio eſt mala ex intētione, ſimpl'r mala eſt, ce etū bona intētio, nō ſp tribuit ſuā bonitatē electioni, qñ electio alio p̄ mala ex obiecto, vel ex circūſtātijs, ſicuti furari pp dandā eleemoſynā, illa intentio bona, non tribuit bonitatē illi electioni. Itaq; non recte ſeqtur, intendit bonū: ergo vult bonū, at recte ſeqtur, iſte intendit malū: ergo male agit.

ARTIC. NONVS.

Vtrum bonitas uoluntatis dependeat ex conformitate ad uoluntatem diuinam.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmás. Nam bonitas uolūtatis, ex intentione finis dependet, Deus autem eſt ultimus finis. Deinde, vnū quodq; uere dicitur bonum, & rectū in quantum attingit ad propriam menſurā; at voluntas diuina eſt méſura uoluntatis humanæ: nam primū in quolibet genere eſt menſura, & ratio omnium, quæ ſunt in illo genere: uoluntas aūt diuina eſt ſummū, & primū bonum, habetq; pro obiecto ſummū, & primū bonum.

ARTIC. DECIMVS.

Vtrū neceſſum ſit uoluntatē humanam conformari uoluntati diuinæ in uolito; ut bona ſit.

SVMMA TEXTVS.

In hoc art. D. Thom. ſtatuit quattuor principia, ex quibus eruit tres cō

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quæſtio in his duobus articulis pPoſita, difficillima eſt, in cuius expoſitione variāt Doct. Theologi. i primo, diſ. 48. Greg. Arimi. q̄ō 1. e vlt. 1. ſentea cōſtituit duas pPoſitiones. Prima ē, φ hō tenetur nō diſcordare a volūtate beneplaciti Dei. Scda ē, φ hō tenetur volūtati beneplaciti Dei cōformari. Gab. ſup Can. lec. 68. explicās illud, Fiat Voluntas tua. tenet, φ homo tenetur cōformare ſuā uoluntatē volūtati diuinæ in uolito materiali; φ ſi aliud fiat, peruerſa erit uoluntas. D. Tho. in his articulis aperte docet, φ homo non tenetur conformare voluntatem ſuā, uoluntati diuinæ, in uolito materiali, niſi qñ fuerit ſpeciale præceptum. Sed probatur, quod opinio Greg. uera ſit optimis argumentis.

Greg. Arim.

Gab.

D. Thom.

Aternũ. pro o[illegible] Gre[illegible] Primum.

In primis, qui agit aliquid, aut vult contra voluntatẽ diuinam, agit contra legem æternam. ergo peccat. Conſequentia argumenti ſic probatur ex definitione peccati. Pc̃m eſt dictum, uel factum, vel concupitum contra legem æternam. Probatur antecedens ex diuo Aug. vigeſimoſecũdo libro, contra Fauſtũ ca. 27. ubi poſtquam conſtituit definitionẽ peccati, cõtinuo ſubiungit; Lex æterna eſt rõ, uel Dei voluntas. ergo Dei volũtas, eſt lex æterna.

Auguſt.

Secundum.

Secundo, nolle id, quod iuſtũ, & bonum eſt, pc̃m eſt; ſed quidquid Deus vult, bonũ, & iuſtum eſt: ergo nolle illud peccatum eſt. Cõfirmatur hoc ex Diuo Paulo, 1. ad Timoth. cap. 2. ubi poſtquam pceperat fieri obſecrationes, & orationes pro Regibus, continuo ſubiungit rõnem præcepti; Hoc.n. bonum eſt, & acceptũ coram Deo, ergo qđ eſt acceptum, & beneplacitum corã Deo, tenemur amplecti.

Confir. 1. Tim. 2.

Tertium.

Tertio, uniuerſi tenemur velle in cõi, & vniuerſali, quod diuina voluntas in oĩbus, & ſuper oĩa adimpleatur. ergo, qñ nobis conſtat iſtã eſſe uoluntatẽ diuinã in particulari, tenemur velle ut illa adimpleatur; alioqui ocioſę eſsẽt voces Fiat voluntas tua. Idẽ cõfirmatur ex illo Matth. c. 6. Fiat volũtas tua, ſicut in cęlo, & in terra. Sed beati ĩ cęlo cõformant ſuã voluntatẽ voluntati diuinæ in uolito formali, & & materiali, vt aſſirmat hic Sãctus Thomas ſolutione ad primũ: ergo etiã tenemur conformare volũtatem noſtram in volito materiali.

Mat. 6.

D. Tho.

Quarto, impium eſt omnibus modis, contra niti, & reſiſtere diuinæ uoluntati; ſed ſi pater meus moritur, euidẽter cognoſco, ꝙ hęc eſt diuina volũtas: ergo non licet contra niti, & reſiſtere. Quinto, non minus tenemur ſeruare legem amicitiæ diuinæ, q̃ ceterorum hominum: ſed lex amicitiæ pcipua hęc eſt, idem uelle, & idem nolle. vt aſſerit Cicero lib. de amicitia, & eſt cõis uox oĩum philoſophorum. Vltimo, qui vult oppoſitum eius, quod Deus vult, vult aliquid contra bonum cõe: ergo peccat: nam quod Deus vult, ſemper eſt pro bono cõi: ergo oppoſitũ eius non erit pro bono communi.

Cicero.

Duplex Dei uoluntas, beneplaciti, & ſigni.

Pro huius rei expoſitione, & argumentorum cõfutatione ſciendũ eſt, ꝙ in Deo eſt duplex uoluntas: nã una nominatur beneplacitum Dei, & hæc eſt vera uoluntas, qua Deus vult aliqd fieri, uel nõ fieri, & hæc uoluntas ſemper impletur, iuxta illud Rom. 9. Voluntati eius quis reſiſtet? & illud ex Pſal. 134. Oĩa quæcũq; uoluit Dñs, fecit in cælo, & in terra. & hęc uolũtas innoteſcit nobis p diuinas reuelationes, & ex effectibus. Nã ſtatim atque uidimus aliquid fieri in rerũ vniuerſitate, colligitur euidẽter, ꝙ illud fiat aut Deo uolente, aut Deo pmittente. Alia ẽ voluntas ſignĩ, & hæc nõ ẽ uera voluntas, ſed figurata, & ĩnoteſcit nobis p pcepta, & cõſilia diuina, quemadmodũ litteras prĩcipis, uocamus ei⁹ uoluntatẽ, cũ potius eius rei ſigna ſint: eadem figura ſceptrũ dicimus imperiũ, qm̃ eius rei ſignũ exiſtit. ad eũdem modũ dicimus uoluntatẽ Dei eſſe, ne qs furetur, ut uniuerſi diligant Deum. Sed ẽ aduertendũ ꝙ hęc uolitio, nõ eſt uera uolitio in Deo: nam ſi Deus haberet iſtũ actũ; volo, ut nullus furetur, certe null⁹ furaretur: quod ſi Deus hr̃et iſtum actũ, volo, ut vniuerſi me diligant, certe uniuerſi diligerent. Aduertendũ eſt ſecundo, ꝙ pceptum aut conſilium diuinũ, nõ eſt ſignum alicuius uolitionis beneplaciti, q̃ ĩ Deo exiſtat: nã ſi eſſet tale ſignũ, cũ eſſet verax, & nõ fallax, De⁹ hr̃et illũ actũ, uolo ut nullus furet̃, &c. & uolo, ut uniuerſi ſeruẽt mãdata mea: hunc actũ tñ nõ habere,

Rom. 9. Pſalm. 134.

Secũ. con.

Voluntas ſigni quid ſit.

Tertia concluſ.

clusiones, quibus ad propoſitã q̃ſtioné abundanter ſatiſfacit. In primis ſtatuit pro certo, fieri poſſe, ꝙ duæ uolũtates uelit oppoſita, & quod utraq; bona ſit, & laudabilis: ut cũ iudex vult ſuſpendere latroné, & uxor illius latronis non uult, utraq; uoluntas bona eſt: nam diuerſis rõnibus, quod eſt bonũ reſpectu unius, eſt malum reſpectu alterius: iudex.n. vult occidere latronem propter bonum cõmune, cuius curam gerit; & uxor vult illũ uiuere propter bonum ſuæ familię. Deinde ſtatuit ſecundum principiũ. Secundum quod rõ boni apprehenſi, propter quod uoluntas operatur, fuerit vniuerſalior, ſm̃ hoc uoluntas fertur in bonum cómunius, & uniuerſalius: patet. Nã voluntas ſequitur bonũ apprehenſum. His ſubnectit D. Th. tertiũ principium. Deus q̃dquid vult, vult ſub rõne boni uniuerſaliſsimi totius uniuerſi; creatura uero uult ſub rõne boni particularis, & proprij, & ideo fieri poteſt, quod uoluntas bona creata, uelit aliquid ſub rõne boni particularis, & Deus non uelit illud ſub rõne boni uniuerſalis: ſicut filius vult uiuere patrẽ ſuum, quia pater eſt benefactor; Deus aũt vult, ut nõ uiuat, ſed moriatur propter ordinem naturæ ſeruandum, & propter debitum peccati originalis, & utraq; uolũtas eſt bona, prout ſub diuerſis rõnibus uolunt hoc eſſe, uel non eſſe. Quartũ principium. Volũtas creata, bona nõ eſt, niſi referat bonũ particulare, in bonũ diuinum, & commune, quod particulari anteponitur. rõ eſt: nã appetitus naturalis partis ſic a natura eſt inſtitutus, ut ſit propter bonum uniuerſale, & cõe Ex his principijs ſequitur prima cõcluſio. Volũtas creata, ut bona ſit, neceſſarium eſt, quod cõformetur uoluntati diuinę in uolito formaliter. i. debet uelle, quidquid uult, propter bonum diuinũ, & uniuerſale, quod particulari bono anteponitur: vñ cum pater moritur, & De⁹ uult vt moriatur, põt filius uelle, ut non moriatur, & in hoc diſsidere a voluntate diuina in uolito materiali; ceterũ, qm̃ hoc, quod uolo honeſtum eſt, ordinatur ẽt in bonum diuinum, & ita uolitum a me, formaliter eſt finis ultimus, quod eſt obiectum diuinæ uoluntatis.

Secunda concl. Quamquã noſtra uoluntas bona poſsit diſcordare a diuina uolũtate in uolito materiali; in ipſo tñ uolito materiali, quadamtenus rõne concordat; quia ſm̃ rõnem uolendi uniuerſalem, concordat in uolito. ſ. in fine ultimo, & quatenus diſcordat materialiter, concordat ſecundum cãm efficientem; quia hæc inclinatio, qua uolo patrem meum uiuere, & non mori, eſt a Deo efficiẽter. & ſic dicitur cõiter, quod debemus conformari Deo, in eo, quod Deus nos uult uelle, dando inclinationem, uel præceptum.

Tertia concl. Alius modus eſt quo magis conformatur humana uolũtas diuinę uoluntati, ſm̃ rationem formalẽ uolendi, quãdo ex ſupernaturali caritate proſequitur aliquod bonum: ſed nõ aſſerit D. Tho. quod iſtam conformitatẽ teneamur ex ſpeciali præcepto caritatis; ſed tantum docet, quod eſt magna & eximia concordia.

habere ſatis demonſtratum eſt. Præceptum itaque, & cõſilium diuinum, dicitur ſignum voluntatis diuinæ, ꝑ figurã & metaphoram. & hæc metaphora conſiſtit in hoc, ꝙ quemadmodum inter homines, qñ quis conſulit, aut præcipit, ſignum eſt, ꝙ uelit illud, quod pcipit, aut cõſulit, ad eũdem modum Deus, qñ iubet, aut conſulit, hẽt ſe ad modum volentis: veluti dr̃ iraſci; & pœnitere, qm̃ ſe hẽt ad modum irati hominis, & pœnitentis. Vel dr̃ voluntas ſigni, quia ſignificat quid ab oĩbus faciendum ſit: nõ tñ ſignificat, ꝙ Deus efficaciter velit illud fieri. Quidam Theologi ponunt aliam voluntatem in Deo, propriam quidem; ſed in ſignificatione minus vſitata, pro cupere, & optare, & in hac ſignificatione hoc vocabulum reperitur in Euangelio Ioannis, ut in illo, Dñe volumus Ieſum videre: & in illo, Pater, quos dediſti mihi, uolo vt ubi ego ſum, illic ſint & in hoc ſenſu explicãt ad Timot. c. 2. Qui vult oẽs hoĩes ſaluos fieri; ſenſus eſt, Deũ, quãtum in ſe eſt, cupere oĩum ſalutem. Iſtum affectum explicant illæ Scripturæ. Nolo mortem peccatoris; &. Quoties volui cõgregare filios tuos, &c. & illud Eſaiæ Vtinã attendiſſent ad mãdata mea. Quomodo aũt hic affectus Deo tribuatur, tractatur diligentius prima parte, q. 19.

2. Timot. 2.

His conſtitutis, q̃ veriſſima ſunt, in hac explicanda q̃ſtione primo ſeparanda ſunt certa ab incertis. Primum oĩum uerum eſt, ꝙ tenemur conformari diuinæ uoluntati, tam in pceptis affirmatiuis, q̃ negatiuis; nam oẽs tenemur colere Deum, non furari, &c. Præterea exploratũ eſt, ꝙ non tenemur ſequi virginitatem, aut vitam cœlibem: de hoc.n. Dñs in Euangelio dicit; Qui põt capere, capiat. & D. Paulus primæ Corinthiorum ſeptimo. Præceptum Dñi non habeo, conſiliũ autẽ do, &c. Rurſus, non minus euidens eſt, quod non tenemur conformari diuinæ uoluntati, quantum ad ea, q̃ nec pcipit, nec conſuluit, nec vult, ſed permittit, eiuſmodi ſunt peccata: nemo.n. tenetur uelle, ut peccata fiant, immo tenetur ea impedire. Item dico eſſe certum, ꝙ tenemur conformari diuinę volũtati in volito formali, i. quod quemadmodum Deus oĩa vult ſub rõne boni ueri, ita ẽt homo, quidquid vult, velit ſub rõne ueri boni; & quemadmodum Deus vult omnia propter ultimum finem, ita etiam homo, quidqd vult, tenetur uelle propter ultimum finem.

Tenemur conformari diuinæ uoluntati in præceptis affirmatiuis, & negatiuis non tamen in conſiliis.
1. Cor. 7.
Non tenemur cõformari diuinæ uoluntati quantum ad ea, quæ tantũ permittit.
Tenemur cõformari diuinæ uoluntati in uolito formali.

Quæ ſula ut amplius explicetur, ſciendum eſt, ꝙ uolitum formale, reſpectu diuinæ voluntatis, eſt rõ propter quam Deus omnia vult, & hæc eſt ſumma eius bonitas. teneri ergo hominem in volito formali ad iſtam conformitatem, eſt teneri, ut uniuerſam ſuam operationem referat in finem ultimum, & in ſummum bonum.

Sed aduerſus hanc doctrinam offerunt ſe duo argumẽta. In primis ſequitur ex hac doctrina, ꝙ omnis operatio infidelis, potiſſime qui ignorat Deum, mala ſit. ꝙ recte ſequatur, oſtendo. Nam talis infidelis non refert opera ſua in finem ultimum, nec in Deum, quem penitus ignorat. Secundo ſequitur ex eadem doctrina, ꝙ quicũque frãgit diuinum pceptum, peccet duplex pctm̃. quod aſſerere; abſurdum eſt. ꝙ ſequatur, probo. Nam qui furatur, peccat vnum peccatum contra pceptum negatiuum de non furando, & peccat illud peccatum contra præceptum affirmatiuum de conformitate ad diuinam uoluntatem. Hęc argumenta confutantur facillime: nam ad primum iam ſuperius dictum eſt contra Grego. de Arimino, ꝙ ut operatio ſit bona moraliter, non eſt neceſſe, ꝙ explicite referatur in Deum, aut in finem vltimum, nec formaliter, nec virtualiter, ſed ſatis eſt, quod implicite. Implicite autem refertur, cum quis vult bonum honeſtum, & nullã adhibet malã circũſtantiã: bonum aũt honeſtum ſuapte natura in Deum relatum eſt, & in hoc ſenſu conformatur ẽt diuinæ uoluntati in volito formali. Ad ſecundum argm̃ rñdetur negando ſequelam: nam illud præceptum de conformitate ad diuinam voluntatem, non eſt præceptum ſpeciale ab alijs diſtinctum; ſed eſt generale mandatum, quod per oĩa diffunditur. Vel dicatur, ꝙ non eſt unum præceptum, ſed multiplex: in materia furti eſt pceptum, quod conformemur diuinæ uoluntati non furando; & ſic de ceteris. & ita non committitur duplex pctm̃ furando, ad eum modum quo tenemur ſeruare diuinam amicitiam, & pſtare Deo obedientiam ſeruando

Quid ſit conformari Deo in uolito formali.
Obiectiones duę.

Solutio.

pcepta Decalogi. & ideo qui furatur, non peccat duplex pctm̃, alterum, contra pceptum de nõ furãdo, alterum, contra præceptum de ſeruanda obedientia. Ex his patet, quomodo teneamur conformari diuinę voluntati in volito formali. Illud ẽt certiſſimum eſt, ꝙ tenetur homo nõ repugnare diuinæ voluntati. ſ. non murmurare: nam qui murmurat contra Deum, impatienter agit, & quodammodo culpam in Deum reijcit, & de tali dr̃; Quis ei reſtitit, & pacem habuit? & D. Paulus. O homo tu quis es, vt reſpondeas Deo? & in hoc ſenſu veriſſime dicunt Theologi, ꝙ tenetur homo in nullo difformari diuinæ volũtati.

Sed illud difficile eſt ad explicãdum, quomodo teneamur conformari diuinę voluntati in volito materiali. In cuius rei expoſitione ſit prima concluſio.

Quomodo teneamur conformari diuinę uoluntati in uolito materiali.

Vbi non conſtat de diuina uoluntate beneplaciti in aliquo negotio particulari, non eſt pctm̃ agere contrarium eius, quod Deus vult. Hæc concluſio patet ex illo 2. Regum c. 7. ubi ſcribitur; ꝙ Dauid voluerit ædificare domũ Dñi, cuius uoluntas maxime laudatur 3. Regum. 8. at voluntas diuina beneplaciti erat in contrarium, vt aſſeritur locis allegatis, q̃ Dauid penitus ignorabat. Idem oſtenditur: nã Danielis c. 10. ſcribitur, ꝙ angelus regni Perſarũ volebat detinere captiuum populum Dei, nitebatur quo alius angelus in contrarium, & utriuſq; voluntas ſtudioſa erat; quamuis ex neceſſitate, altera debebat eſſe cõtra voluntatẽ diuinã beneplaciti, quam angelus Dei ignorabat. Vltimo probatur: nã oẽs tenemur velle, & orare, vt oẽs fideles ſalutem conſequantur æternã, qm̃ ignoramus qui nam ſint prædeſtinati, qui vero reprobati: & tamen certiſſimum eſt de fide, quod Deus aliquibus vult denegare vitam æternam: ergo noſtra concluſio uerum habet.

Prima concl.
2. Reg. 7.
3. Reg. 8.
Dan. 10.

Secunda concluſio. Quamuis nobis conſtet de diuina voluntate beneplaciti in particulari, nõ tenemur illi cõformari, ſm appetitum ſenſitiuum, nec ſm voluntatem, vt natura quædam eſt. Probatur ſic. Nam qñ quis infirmatur, euidenter cognoſcit eſſe voluntatem diuinam, vt infirmetur. & tamen non tenetur, ſecundum appetitum ſenſitiuum complacere ſibi in illa infirmitate, & eã appetere. qm̃ appetitus ſenſitiuus naturaliter refugit nociuũ, & deſtructiuum ſuppoſiti, & hæc inclinatio bona eſt, & a Deo: eodem pacto de uoluntate, vt natura eſt. nam volũtas, ut natura eſt, naturaliter fertur in bonum ſuppoſiti, & deteſtatur eius nociuum, & deſtructiuum. propter qđ Chriſtus Dominus, cuius rectiſſimę ſunt operationes, timebat mortem; cum tñ certo ſciebat eſſe diuinam volũtatem beneplaciti, ut moreretur.

Secunda concl.

Tertia cõcluſio. Quamuis nobis conſtet de diuina voluntate beneplaciti in particulari, non tenemur conformari in volito materiali. i. non tenemur velle quidquid Deus vult, & ſecundum voluntatem deliberatam poſſumus contrarium velle. Hęc cõcluſio, qm̃ difficillima eſt, & habet aduerſarios, magnis argumentis confirmanda eſt. In primis D. Aug. in Enchiridio ca. 101. manifeſte habet noſtram ſñiam: dicit enim, quod homo aliquando bona uoluntate poteſt uelle oppoſitum eius, quod fieri vult Deus, ut cum bonus filius dolet de morte patris. Idẽ habet ſuper Pſalmum centeſimum explicans illud, Non adhæſit mihi cor prauum. Eãdem ſententiam habet Magiſter in primo, diſtinctione quadrageſima octaua, in exordio diſtinctionis. Secundo probatur exemplis ſanctorũ Patrum. Dauid optime ſciebat eſſe voluntatem diuinam, vt uiueret; at vero orabat dicens, Heu mihi, quia incolatus meus prolongatus eſt. D. Paulus ad Philippen. c. 1. aiebat, Cupio diſſolui, & eſſe cum Chriſto; & tamen certo ſciebat eſſe diuinã uoluntatem, vt in carne maneret: ſubiungit namq; continuo; Permanere aũt in carne, neceſſarium pp vos. S. Auguſt. cum diem ultimum ageret, certo ſciebat eſſe diuinã voluntatem, ut ciuitas Hypponenſis a barbaris obrueretur; at uero hoc ægerrime idem ferebat. Et ꝙ amplius mouet, Chr̃s Dñs ſciebat optime eſſe voluntatem diuinã, ꝙ ciuitas Hieruſalem penitus deſtrueretur; at videns ciuitatẽ fleuit ſup illã. Tertio probatur argumentis, q̃ ſunt inſolubilia. Nã ex oppoſita ſentẽtia ſequitur, ꝙ exiſtens in peccato mortali, tenetur uelle carere gratia, ſiquidem Deus vult, ꝙ peccator careat gratia. Rurſus ſequitur, ꝙ ſi Deus reuelaret alicui ſuam damnationem

Tertia conc.
Aug.
Pſal. 118.
Mag. ſenten.
Phil. 1.

nationem

nationem, teneretur eam uelle, quod eſt contra caritatem propriam. Præterea ſequitur, ꝙ ſi uiderem patrem meũ mori, & perire in ſempiternum, quod teneor illud uelle, & de eo gaudere; & ſi uideo ciuitatem incendio ardere, teneor illud uelle; & ſi cognoſco, quod peſtis omnia deuaſtat, teneor illud uelle: nam uniuerſa hæc mala certũ eſt ex diuina uolũtate prouenire. Nullum eſt.n. malum in ciuitate (loquendo de malo pœnæ) quod Deus non faciat, inquit Scriptura diuina. Præterea ſequitur, ꝙ nullũ ſit opus conſilij: nam ſi ingredior religionem, jam eſt uoluntas diuina, ꝙ ingrediar: ergo teneor ingredi. Item ſequitur, ꝙ tenemur uelle omnia, quę fiunt in mundo, quæ fere ſunt infinita, piſces natare, aues uolare, &c. Præterea ſequitur, quod quilibet poteſt mihi imponere præceptum diuinũ: nam ſi Petrus ſedet, teneor uelle, quod ſedeat; ſi ſurgit, teneor uelle, quod ſurgat. Præterea ſequitur, quod idem homo teneatur uelle, & nolle idem pro tẽpore eodẽ. Quod recte ſequatur, probatur. Nam pono caſum, quod me nolente quod pluat, antequam pluat, deinde ueniat pluuia me perſeuerante in eadem nolitione, tunc teneor nolle, quod pluat: nam Deus vult me nolle; & teneor uelle, quod pluat: nam Deus uult ut pluat.

Durand.

Ad eandem ueritatem demonſtrandam ualent duo argumenta, quæ habet Durandus in 1. diſt. ult. q. 2. quorum primum eſt. Nam nullum extat præceptum de conformitate ad diuinam uoluntatem: nec enim Chriſtus iuueni interroganti, Quid faciẽdo uitam æternam poſſidebo? reſpondit, ut ſe conformaret diuinæ ſuæ uoluntati; ſed ſerua mandata, & mandata noſti, non adulterabis, &c.

Secũdum argumẽtum: quoniam Deo eodem pacto tenemur obedire, quo tenemur obedire prælatis, per quos nos regit, & gubernat. Sed licet ego intelligam eſſe uoluntatem prælati, ut legam, aut prædicẽ, non teneor obedire, donec præcipiat mihi. Ergo eodẽ pacto licet intelligam voluntatem diuinam, non teneor obedire, donec accedat præceptum. Sed quidam Gregoriſtæ gloſſant Gregorium dicentes, quod non teneor uelle quidquid Deus uult; ſed teneor uelle quidquid Deus uult me uelle. Verũ hæc explicatio falſiſſima eſt: nam Deus modo uoluntate beneplaciti vult me legere, & uelle legere; at nõ teneor velle legere. Rurſus ſi ego habeo iſtã uolitionẽ, Volo comedere, euidens eſt, me comedere, Deũ uelle; at non teneor comedere. Vltimo, hoc præceptũ in tali ſenſu nemo hominũ põt tranſgredi. ergo ridiculũ eſt. Patet antecedens: nã ſi Deus vult uoluntate beneplaciti me uelle, neceſſe eſt me uelle: impoſſibile eſt.n. ꝙ Deus uelit me currere, quin currã. Quapp moderni Theologi ferme uniuerſi errant, dicentes, ꝙ tenemur nos uelle quidquid Deus uult nos velle, niſi addant de uoluntate præceptiua. & D. Th. in 2. concl. non dicit, quod tenemur ad iſtam conformitatem.

Quar. concl. Nõ quidquid homo vult, tenetur ex caritate uelle. Arg. diluuntur.

Quarta concluſio. Non tenetur homo quidquid uult, velle ex caritate: nam motus caritatis non cadit ſub præcepto. Certe hæc cõformitas ſm caritatem, eſt neceſſaria ut opera ſint meritoria coram Deo, ſed non ad præceptorũ impletionem: nã ſi quis in peccato mortali exiſtẽs, ieiunet in Quadrageſima, ueriſſime implet præceptũ ieiunij. His conſtitutis, ad argumenta propoſita rñdetur.

Ad primum.

Ad primũ negatur antecedens, & ad eius probationem dicendũ eſt, ꝙ lex æterna, eſt diuina uoluntas, non utcũque, ſed ut præcipiens. Et de hac uoluntate fatendũ eſt, ꝙ qui agit contra eã, agit cõtra legem æternã. Hæc eſt explicatio D. Aug. Lex (inquit) æterna, eſt uoluntas diuina, ordinem naturalem ſeruari iubens, perturbari uetans.

Aug.

Ad ſecundum. Licet aliquando nolle id, quod ſãctum eſt.

Ad ſecundũ argm̃ negatur maior. immo aliquando licet nolle id quod ſanctũ eſt: ut patet in conſilijs diuinis: licet namq; nolle eſſe uirginem, nolle eſſe religioſũ; at eſſe religioſũ, optimum & iuſtũ eſt. Ad confirmationem ex Sancto Paulo, reſpondetur, ꝙ ille locus poteſt dupliciter intelligi; primo, ut ſit ſermo de obſeruationibus, quæ sũt in præcepto, & tunc ſuppoſito tali præcepto, ratio Diui Pauli eſt, quia hoc eſt bonum, & acceptum de præcepto: ſi uero fiat ſermo de obſecrationibus, & petitionibus, quæ ſunt in conſilio; tunc ratio D. Pauli nõ ducit ad obligationem præcepti, ſed ad perfectionem uirtutis.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum reſpondetur, non eſſe mihi certum, nec exploratum, ꝙ teneamur uelle in uniuerſali, quod uoluntas diuina in omnibus adimpleatur; fortaſſe ſatis eſt, quod diuina uoluntas præceptiua adimpleatur.

Nõ tenemur velle in particulari quidquid Deus vult.

Secundo, quidquid ſit de hoc, dico, quod non tenemur velle in particulari quidquid Deus uult: nam põt contingere, quod id, quod Deus uult in ordine ad uoluntatẽ diuinã, & in ordine ad bonum cõmune, bonũ ſit; ſed ſi referatur ad uoluntatem particularẽ, & ad finem particularẽ, malum ſit: ſicut patet in exemplo ſuperius adducto, de iudice, & uxore latronis. Ad confirmationẽ reſpondetur, quod illa ſententia uarie explicatur. primo, de uoluntate præceptiua: deinde ut fiat uoluntas Dei, quæ (auctore S. Paulo) eſt noſtra ſanctificatio. Itaque ſenſus eſt, diuina uoluntas in ordine ad noſtram ſanctificationẽ, præualeat, & uincat noſtram uoluntatẽ. Tertio, ut intelligatur de uolũtate diuina, quantum ad uolitum formale, ut quidquid homo agat, & uelit, cedat in diuinam gloriam, & honorem.

Ad quartum.

Ad quartum argumentum dicendum eſt, quod filius, qui dolet de morte patris, non eſt impius, nec ſtultus: tũ, quoniam Deus vult illum de morte patris dolere: tũ uero, quoniam licet cognoſcat eſſe uoluntatem Dei, ut moriatur ſuus pater, propter rationes uniuerſales, ſed propter rationes particulares, & propter pietatem uidetur eſſe dolendum: tum tertio, & potiſſime, quoniam bonus filius non habet uoluntatem efficacem, abſolutam, ut pater non moriatur, ſed habet iſtam uolitionem, uellem ſi poſſibile eſſet: cuiuſmodi habuit Chriſtus Dominus: Pater ſi poſſibile eſt, tranſeat a me calix iſte.

Ad quintum, & ſextum.

Ad quintum rñdetur: ꝙ ille prouerbium non eſt tam exacte intelligendum, ꝙ ſi amicus meus habet paratum cibum domi ſuæ, quo libenter ueſcitur, ut amicus comedat illum cibũ; & ſi amicus febricitans petat aquam, non eſt lex amicitiæ, ut ei conferatur. Itaq; uera intelligẽtia hæc eſt, quod amicus nihil agat, quod ueræ amicitiæ aduerſetur, ꝙ gaudeat de bonis amici, & de aduerſis triſtetur, quod nihil ei deneget petenti, dum tamen iuſtum petat.

Ad ſextum argm̃, ex dictis patet quid ſit dicendum.

Vtrum ſit laudabile uelle quidquid Deus vult.

Sed ex his omnibus oritur magna cõtrouerſia; Vtrum ſaltem ſit laudabile uelle quidquid Deus uult? Pro parte affirmante ſunt optima argumenta. Nam beati uolunt quidquid Deus vult, & concordant in uoluntate diuina, tum in uolito materiali, tum in uolito formali, ut conſtãter affirmat Sanctus Thomas ad primum. ergo hoc laudabile eſt. Deinde, quidquid Deus vult, ſanctum, & iuſtum eſt, ut aperte conſtat. ergo uelle illud, eſt laudabile. Tertio, diuina uoluntas, eſt regula noſtræ uoluntatis, ut aperte aſſerit S. Th. in articulo nono huius quæſtionis: ergo illi concordare, bonum & laudabile eſt.

Primum. D. Th. Secundum. Tertium. D. Th.

Abulenſis. Aliquando eſt peccatum mortale uelle quod Deus vult. Victoria.

Contrarium docet Abulenſis ſuper Ioſue c. 2. q. 38. ſuper libro Iudicum c. 3. q. 3. dicit Abulenſis, quod aliquando eſt peccatum mortale conformare ſe diuinæ uoluntati in uolito materiali. In eandem ſententiam inclinat doctiſſimus Victoria ſuper hunc articulum, & probatur optimis argumentis. Nam uoluntas diuina beneplaciti eſt, ꝙ exiſtens in peccato mortali careat gratia; at non eſt laudabile peccatori, ut uelit carere Dei gratia. Rurſus, ſi quis videat patrem ſuum mori, & interire in ſempiternum, cognoſcit euidenter eſſe uoluntatem diuinam ut pereat in ſempiternum; at non eſt laudabile, quod filius uelit patrem in ſempiternum perire; immo tenetur ex caritate de hac re dolere, & contriſtari. Item, ſi quis uideat ciuitatem incendi, cognoſcit certo eſſe diuinam uoluntatem ut incendatur; at uero non eſt laudabile, uelle quod incendatur; quin potius tenetur incendium extinguere quantum poteſt. Vltimo, ſi Deus mihi reuelet propriam damnationem, certus ſum eſſe diuinam uoluntatẽ, ut condemnet; at non eſt laudabile uelle propriam damnationem; quin potius de ea re vehementer debeo triſtari. Et quod in eo caſu non ſit laudabile uelle propriam damnationẽ, alio argumento oſtendo: Nã quidquid uolumus, uolumus ut finẽ, uel tamquã mediũ: ſed propriã damnationẽ non poſſumus uelle ut finem noſtrũ, ꝙ quidem de ſe bona non eſt; nec uero ut medium ad finem ultimum, quoniã propria damnatio, & ultima miſeria opponitur fini creaturę rationali debito. Certe hæc quæſtio dubia eſt.

In expoſitione eius dico primo, ut uoluntas noſtra bona ſit, non ſat eſt; quod conformetur diuinę uoluntati in

noli.o

uolito materiali,niſi adſit bona circumſtantię. Nam Iudæi crucifigentes Chriſtum, conformabantur diuinę uoluntati in uolito materiali;at illorum uolūtas mala erat, quia faciębant hoc ex mala intentione. Secundo dico;qñ res uolita a Deo non habet rationem mali, nec in ordine ad finē uniuerſalem, nec in ordine ad finem particularem,laudabile eſt conformari diuinæ uoluntati in uolito materiali.v.g.cū quis ſcribit,aut legit, hæc opera uult Deus uolūtate beneplaciti, & in his operibus nullum eſt incommodum:dico, ꝙ in his conformari, laudabile eſt.immo ſit Regula generalis;

Pri.concl. Quando ſit laudabile diuinæ uoluntati conformari.

Qñ eſt cōſilium, uel præceptū diuinū de aliquo uolito in particulari, in ea re concordare, laudabile eſt. Vltimo dico, quādo res uolita a Deo hēt rōnem mali, ſi referatur ad finem particularem; non ſemper eſt laudabile conformari diuinę uoluntati in uolito materiali.hoc probant argumenta ſecundo loco adducta,quæ mihi ſunt probabiliſſima.

Solutio argumentorū. Ad primum

Ad argumenta in contrarium,ad primum dico, eſſe diſcrimē inter homines beatos, & uiatores, quod homines beati cognoſcūt omnes fines particulares,quod Deus intendit in eo,quod uult,& uiſione beatifica & diuina diriguntur in ſuis operibus, uiatores uero non cognoſcunt omnes fines particulares,nec diriguntur tali cognitione. Item eſt aliud diſcrimen: nam motus uoluntatis in uiatore, perturbatur ex motibus inferioribus; & ideo ſi Deus uult patrem meum damnare, ſat eſt quod non cōtradicā, & patienter me habeam,ſicut dicit Ariſt.3.Eth.de uiro forti,ſatis eſt, quod in periculis mortis non uehementer cōtriſtetur: beati uero,quoniam perfectum uolūtatis actum habent,nec perturbantur ex inferioribus, conformantur diuinæ uoluntati perfecte,etiam in uolito materiali. Vltimo dico,quod in uiatore habet locum compaſſionis affectus cum quadam triſtitia;in beatis uero non habet locū hic affectus cum triſtitia. & ideo perfectiſſime conformantur iudici diuino,& omnipotenti.

Ariſt.

Ad ſecundū.

Ad ſecundum argumētum reſpondetur, poſſe optime accidere,quod operatio,quatenus egreditur ab uno,bona ſit,& quatenus egreditur ab alio,bona non ſit: ſicut patet in exemplo adducto de iudice,& uxore latronis.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum, admitto diuinā uoluntatem eſſe regulam humanæ uoluntatis; ſed Deus non uult, ꝙ ego uelim patris mei condemnationem, & interitum, & ideo non eſt laudabile illud uelle. Atque hæc de quęſtione 19.dicta ſufficiant:ad quæſtionem.20.progrediamur.

QVAESTIO XX.

De bonitate & malitia actuū exteriorum, in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum bonum & malum prius inueniantur in actu exteriori, quam in actu interiori.

SVMMA TEXTVS.

Prima concluſio. Bonitas uel malitia, quæ ſumitur ex fine, primo & per ſe cōuenit actui interiori, & per illum competit actui exteriori: nam illi actui per prius conuenit bonitas, quæ eſt ex fine,qui habet immediatum ordinem ad finē: ſed actus interior uoluntatis eſt, qui immediate reſpicit finem: finis.n.eſt propriū obiectū uoluntatis:ergo bonū,uel malum ex fine,per prius inuenitur in uoluntate, ſiquidem mediāte actu interiori, actus exterior tendit in finem.

Secunda Concluſio. Bonitas, & malitia actus exterioris ex obiecto,& circumſtantijs,ſi conſideretur,ſecundum quod eſt in ordinatione,& apprehenſione rōnis, eſt prior, quam bonitas, uel malitia actus uoluntatis:nam hæc bonitas non deriuatur a uoluntate,ſed potius a ratione.

Tertia Concluſio: Actus exterior,ſi cōſideretur, ſecundum quod eſt in executione operis, ſequitur bonitatem, uel malitiam uoluntatis, quæ eſt eius principium.

EXPLICATIO ARTIC.

Vtrum bonitas uel malitia prius cōueniat actui exteriori, quam interiori.

Dubium eſt, Vtrū bonitas, uel malitia prius conueniat actui exteriori,quam interiori. Et uidetur primū eſſe uerum: nā cum uolo dare eleemoſynam, iō eſt bona uoluntas, quia dare eleemoſynam bonum eſt, & rōni conſentaneū; & uelle tollere alienum iō mala eſt uoluntas,quia tollere alienum eſt malū, & contra legem Dei. In contrarium eſt, ꝙ actus exteriores non ſunt liberi,nec digni laude aut uituperio, nec capaces uitij aut uirtutis,niſi ex libera uolūtate.ergo ex uoluntate libera,actus externi habēt oēm bonitatē, uel malitiā.de qua ueriſſime dicit Aug.lib.1.retractationū,c.9. Voluntate peccatur,aut recte uiuitur. In hac quæſtione eſt uarietas Doctorum:nam Gabriel in 2.diſt. 42.quæſt.1. tenet,quod bonitas aut malitia primo conuenit actui interiori; & deinde ad actum exteriorem deriuatur. Probat ſuam ſententiam ex illa ratione ſuperius adducta. Deinde, quoniā actus exterior,eſt effectus actus interioris; ſed bonitas prius eſt in cauſa, quā in effectu: ergo prius eſt in actu interiori. Tertio ex illo Matth. 5. argumētatur,Qui uiderit mulierem ad concupiſcendum eam,iā mœchatus eſt in corde ſuo, & primæ Io.c.3. Qui odit fratrem ſuum, homicida eſt. in quibus ſētetiis manifeſte malitiæ mœchiæ, & homicidij in uolūtatem referuntur interiorem,uelut in primum fontem. Quarto ſic ex illo Matt.7.Bona arbor non poteſt malos fructus facere,&c.in qua ſententia,nomine arboris,ex intelligentia omnium ſanctorum Patrum intelligitur bona, uel mala uoluntas;nomine fructuum, intelliguntur operationes exteriores,quæ ex uolūtate ſuam perfectionē habēt. Ex his argumentis Gabriel duo concludit,unū eſt, ꝙ uniuerſa præcepta Decalogi dantur primo, & per ſe de actibus interioribus; ſecūdario uero de actibus exterioribus: nā præcepta affirmatiua præcipiunt bona; negatiua uero prohibent mala.Sed bonū & malum præcipue inueniuntur in actibus internis. ergo præcepta præcipue dantur de actibus internis. Alterum eſt, quod actus exterior nullā addit bonitatem ſuper actum interiorem.Contrariam ſententiam habet S.Th in hoc art. 2 concluſione.

Aug. — Gabrielis ſententia. Prob. 1. — Secundo. — Tertio. Matth.5. 1.Io.3. — Quartū argū. Matth. 7.

Pro cuius explicatione aduertendum eſt, quod nomine actus interioris S Thom. in præſentia tantum intelligit actum uoluntatis elicitum; cæteros actus non ſolum potentiarum ſenſitiuarum, ſed etiam intellectus, nominat actus exteriores.Secundo notandū,quod mens S.Th. tantum eſt inueſtigare, quid bonitatis aut malitiæ habeant actus exteriores, uel interiores ex ſe, non ex participio,& communicatione aliorum. Tertio eſt aduertendum,quod hic non quærimus de prioritate temporis, ſed de prioritate naturę. Itaque ſenſus quæſtionis eſt, an furari malum ſit; quia furari uelle, malum eſt, uel potius e contrario, uelle furari,malum ſit, quia furari malum eſt. His conſtitutis, Colonienſis in Commentarijs multa inuoluit, ſed in ſummā uidetur dicere,quod actus dupliciter eſt bonus,uel malus,inchoatiue, & completiue. Inchoatiue eſt in apprehenſione; completiue in executione. Itaque actus exterior in eſſe apprehenſo, tribuit bonitatē realem actui exteriori; in executione uero e diuerſo, actus interior tribuit bonitatem realem actui exteriori.& conſequenter vr̄ dicere,ꝙ actus qui primo,& formaliter bonus eſt, eſt actus interior uoluntatis, a quo actus exterior habet bonitatem oēm realem. Sed iſte auctor omnia inuoluit. Dominus Caiet. in hoc articulo, & ſequenti,etiam obſcuriſſime loquitur. in ſumma uidetur docere quod actus exterior poteſt conſiderari dupliciter; uno modo,quatenus eſt obiectū interioris, & ſic bonitas prius reperitur in actu exteriori, quam in actu interiori:

D. Th. Quid nomine actus intelligatur. — Conradus. — Caiet.

alio

alio modo, ut eſt actus humanus, & liber: & ſic ſe habet res e cõtrario: nã actus exterior nihil aliud eſt, quã effectus actus interioris. Tandem dicit, quod bonitas primo & per ſe conuenit actui exteriori, & per illum uoluntati, etiã in executione. quod oſtedit optimo argumẽto. Nã uelle dare eleemoſynã, idõ bonũ eſt; quia dare eleemoſynam bonũ eſt; & uelle tollere alienũ, ideo malum, quia tollere alienum malũ, & contra legẽ. Dixit. Victoria arcebat in hũc modũ; Actus interior dupliciter põt intelligi, quod ſit cauſſa exterioris actus; primo, ut cã ſit quod actus ſit in rerum natura, & quod ſit moralis: & in hoc ſenſu nõ dubium eſt, quin actus interioris ſit cauſſa ut actus bonus ſit, & moralis ſit. Secundo poteſt intelligi, quod actus interior ſit cauſſa, quod actus exterior bonus ſit, aut malus: & hic ſenſus eſt falſiſſimus: Nam loquendo de bonitate ex obiecto, & ex circumſtantiis, dare eleemoſynam ideo bonum, quia Deus præcipit, & recta rõ dictat; & furtum ideo malum, quia eſt contra legem diuinam, & diſſẽtaneum rectæ rationi. Conſequenter dicit, quod bonitas primo reperitur in actu interiori, quantum ad executionem, & exiſtentiam; in actu uero exteriori, quantum ad rationẽ obiecti, id eſt, quia actus exterior malus eſt, actus interior malus eſt. Sed quamquam hæc acutiſſima uideãtur, non uidentur eſſe ad mentem Sancti Thomæ.

Victoria.

Prima concl.

Secunda.

Tertia.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum tota bonitas, uel malitia actus exterioris dependeat a uoluntate.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Bonitas, quæ eſt ex fine, tota dependet ex uoluntate, prout probatum fuit in præcedenti articulo.

Secunda Concluſio. Bonitas actus exterioris, quæ eſt ex obiecto, & circumſtãtiis, non dependet ex uoluntate, ſed ex ratione; ex hoc enim dependet bonitas uolũtatis, ſecundum quod fertur in bonum rationi conforme.

Tertia Concluſio. Si uoluntas ſit bona ex obiecto proprio, & fine, & debitis circũſtantiis, conſequens eſt actũ exteriorem eſſe bonum: nam ad hoc, quod actus ſit ſimpliciter bonus, requiritur integritas bonitatis.

Quarta Cõcluſio. Nõ ſufficit ad hoc quod actus exterior ſit bonus, bonitas uolũtatis, quæ eſt ex intẽtione: nã ad malũ ſufficit vnus ſigularis defectus.

Quinta Concluſio. Si uolũtas ſit mala, ſiue ex intentione finis, ſiue ex actu uolito, conſequens eſt, actum exteriorem malum eſſe: ſufficit. n. uel mala uoluntas ex parte operantis, uel malitia ex obiecto; malum enim conſurgit ex ſingulari defectu.

Authoris ſententia. Prima propoſitio. Actus externi duplex cõſideratio.

Pro explicatione huius dico primo, quod actus externi dupliciter poſſunt conſiderari. uno modo, ex obiecto ſuo, & ex ſua ſpecie, etiãſi nullus eos exerceat. uerbi gratia. dare eleemoſynam, ex ſua natura bonũ opus eſt, quia eſt conſentaneum rectæ rationi: rurſus furari, etiãſi nemo furetur, malum opus eſt de ſua natura, quia diſſorme eſt rectæ rationi, & regulæ diuinæ. Secunda conſideratio iſtorum actuum eſt, quatenus ſunt in exercitio, & in uſu uoluntatis amantis, uel non amantis, & hæc diſtinctio eſt lux ad propoſitam dubitationem explicandam.

Secũda propoſitio. Duplex bonitas vel malitia in actibus.

Secundo dico, quod in actibus humanis duplex eſt bonitas, uel malitia: vna eſt in eſſendo, quæ nihil aliud eſt, quam conformitas, uel diſſormitas ad rectam rationem: altera eſt in exercitio, uel in uſu; amando, uel non amando; quemadmodum Metaphyſici ſolent diſtinguere duplicem ueritatem: vnam, in eſſendo, quæ competit uniuerſis rebus; alteram, in cognoſcendo, & dicendo; & ſolum hæc competit intellectui, intellectus namq; ſolus cognoſcit, & dicit ueritatem: ad eundem modum ſola uoluntas eſt bona in amando, & in exercitio.

Tertia cõc. Quid ſit bonitas vel malitia actus exterioris.

Tertio dico, quod bonitas, uel malitia actus exterioris (quam ego uoco bonitatem, uel malitiã in eſſendo) nihil aliud eſt quam conformitas, aut diſſormitas ad rectã rationem: cum igitur uoluntas vult aliquid cõforme rationi, efficitur bona, & ſtudioſa in actu exercito, & habet formalem bonitatem uirtutis, cum uero vult aliquid diſſorme rectæ rationi, efficitur uitioſa. Ex qua doctrina ſecuũtur duo, alterum eſt, quod primum ſubiectũ bonitatis in actu exercito eſt uoluntas: ſequitur ſecundo, quod actus exterior eſt ueluti cã æquiuoca reſpectu bonitatis, quam tribuit actui interiori: nam dat bonitatem uirtutis, quam ipſe non habet, ueluti medicina cauſſat ſanitatem, quam nõ habet, & res exteriores cauſſant ueritatẽ in intellectu,

Primum ſubiectum bonitatis in actu exercito eſt voluntas.

Quarta aſſertio. Bonitas obiecti ex natura ſua prius reperitur in actu exteriori.

Quarto dicendũ eſt, quod bonitas conſiderata ex obiecto, & ex natura ſua, prius reperitur in actu exteriori, quã in actu interiori. Quod patet: primo ex ſententia oĩum philoſophorum dicentium, uelle furari, eſſe malũ, quia furari malum eſt. Deinde actus interior uoluntatis habet primariam bonitatem aut malitiam ex obiecto, ut ſupra definitũ eſt: ſed actus exterior eſt obiectũ uoluntatis: ergo. Rurſus, furari, etiamſi nullus furetur, aut uelit furari, malum eſt; quia eſt diſſonum rationi: ergo malitia actus exterioris, nõ uenit a uoluntate interiori, ſed e cõtrario uenit. Præterea idẽ probatur ex illo. Oſeæ 9. Facti ſũt abominabiles ſicut ea, quæ dilexerunt. Vltimo probatur ex forma Decalogi: uniuerſa namq; præcepta Decalogi præcipue referuntur ad actus exteriores; Sabbatha ſanctifices, Honora parentes; &c. Quapropter inopinabile eſt quod dicit Gabriell. præcepta Decalogi præcipue referri ad actus interiores: nã præcepta, quæ reſpiciunt proximum, utilitatem proximi conſpiciunt, ſed proximus potiſſime ſumus utiles per actus exteriores, in tantum, quod ſi uolitio furandi non eſſet de eã actus exterioris inferentis damnũ proximi, mala non eſſet. Et hic eſt legitimus ſenſus illius ſententiæ Matt. 5. Qui uiderit mulierem ad cõcupiſcẽdũ eam, &c. ſenſus eſt, quod Iudæi arbitrabantur fornicationẽ exteriorẽ malã eſſe tm̃, hãc ſententiam damnat Dominus, & dicit, quod concupiſcentia mulieris mala eſt; tum, quia eſt de obiecto malo; tum, quoniam eſt cauſſa operationis malæ.

Quarta.

Quinta.

Oſeæ.

Matthæ.

Vltima aſſertio. Actus exterior in executione habet bonitatem ab interiori.

Vltimo dicendum eſt, quod actus exterior in executione, & uſu habet omnem bonitatem, & laudem ab actu interiori. Probatur hoc; tum, quoniam actus exterior tantũ nobis imputatur ad meritum, & demeritum, quantum actus interior meretur, & non amplius, ut conſtat: tũ uero, quoniam actus exterior nullam addit bonitatem, aut malitiam ſuper actum interiorem, ut poſtea demonſtrabitur; tum tertio, quoniam actus exterior de ſe nullam habet libertatem, ut oſtenſum fuit antea, quæſtione decimaſeptima: tum ultimo, quoniam actus exterior, eſt effectus actus interioris. Hanc ſententiam probant argumenta, quæ ſunt adducta in fauorem Gabrielis. Ex iis annotationibus patet explicatio huius articuli.

Quid probent argumenta. Gab.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Verum prior cõcluſio D. Thom. vera ſit.

IN hoc articulo dubium eſt de prima cõcluſione. Nam uidetur eſſe falſa, & quod nõ recte cõſentiat cum ſecunda cõcluſione. Quod ſit falſa, probatur ſic. Nã oĩs bonitas actus humani, ſiue ex obiecto, ſiue ex fine, dependet ex rõne: ergo falſũ aſſerit prima concluſio, quod bonitas, quæ ſumitur ex fine, tota depẽdet ex uolũtate. Antecedẽs probatur: nã ſicut dare eleemoſynam, eſt rectum opus, quia eſt conforme rectæ rõni; & furari malum, quia diſſonũ rationi: ita ſane dare eleemoſynam propter Deum, bonũ eſt ex fine, quia eſt conforme rectæ rationi; & dare eleemoſynam propter fornicationẽ, malum eſt ex fine, quia eſt diſſentaneum rectæ rationi, & regulæ diuinæ. ergo bonitas, & malitia, quæ ex fi-

no

ne eſt, ex ratione dependet, & non ex uoluntate. Secūdo, quod hæc concluſio nō recte conſentiat cum ſecunda, ſic probatur. Nam ſecunda dicit, ꝙ bonitas quæ ex obiecto, & circumſtantiis eſt, dependet a ratione, & non a uoluntate: ſed finis eſt præcipua circumſtantia actus humani, ergo bonitas finis depēdet ex ratione, & non ex uoluntate. Hæc duo argumenta diſſoluit hic Caietanus obſcuriſſime, cū tamen, mea ſententia, perfacilem habeant explicationem. Nam ad primum dicēdū eſt, negari non poſſe quin bonitas uniuerſa actus humani, ex ratione, tanquam ex prima regula depēdeat, ut argumentum primum oſtendit: cæterum quia bonitas ex fine, quæ inuenitur ī actu exteriori, nō ſolum pendet a ratione, ſed ab ipſa uoluntate, quæ dirigit operationē in talem finem, ideo hæc bonitas reducitur in uolūtatē, tanquam in primam regulā, non in rationem, quæ prima regula eſt. Ad ſecundū argumentum reſpondetur, quod actus exterior non hēt alias circumſtātias a uoluntate, ut quod occiſio ſit mala, ꝙ fiat in templo, &c. cæterum quod fiat propter furtum, hoc hēt a uoluntate, ſicut ſi quis occidat hominem, ut illius bona furetur. certe ire ad agrum ſanitatis gratia, non eſſet opus rectum, niſi ratione finis, quem uoluntas poſuit. itaque non eſt idem iudicium de aliis circumſtantiis, & de fine. Cetera quæ hic Caietanus dicit, & obſcura ſunt, & minime neceſſaria.

Caiet.

Prima concl.

Secunda.

Tertia.

ART. TERTIVS.

Vtrum bonitas, uel malitia ſit eadem exterioris, & interioris actus.

SVMMA TEXTVS.

PRima Cōcluſio. Actus interior & exterior in genere moris ſunt unus actus, prout expoſitum eſt in quæſtione decimaſeptima. & ratio eſt: nā actus interior eſt ueluti forma actus exterioris; unde quāuis ſint diuerſi actus in genere naturæ, ex ipſis tamen conſtruitur unus in genere moris.

Secunda Concluſio. Fieri poteſt ut unus actus habeat plures bonitates, uel malitias; quandoque uero unam tantum: ut cum quis occidit hominem propter deprædandum, tunc & homicidiū eſt, & latrocinium.

Tertia Concluſio. Quando actus exterior eſt bonus, uel malus ſolum ex ordine ad finem, tunc eadem eſt bonitas vel malitia actus exterioris, & interioris: ut potio amara, quæ nihil appetibile habet niſi ſanitatem.

Quarta Concluſio. Quando actus exterior hēt bonitatem, uel malitiā per ſe, ſecundum obiectū, uel circumſtantias, tunc bonitas actus exterioris eſt una, & bonitas volūtatis, quæ eſt ex fine, eſt altera: ut potio dulcis, quæ eſt delectabilis, & ſanatiua. Certe quando quis dat eleemoſynā propter Deum ſumme dilectum, duplicem bonitatē habet actus, & duplicem laudē meret; & quia ſubuenit pauperi, & quia id refert in Dei honorem & gloriam.

Quinta Cōcluſio. Licet ſūt diuerſæ bonitates, uel malitiæ, bonitas volūtatis, quæ eſt ex fine, redundat in actū exteriorē; & bonitas actus exterioris, redundat in uoluntatem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

DE quæſtione huius articuli diſſerunt Theologi in ſecundo, diſt. 42. & Almaynus in ſuis moralibus tractatu 3. c. 17. & 18. Sed in alio ſenſu, & in alia ſententia, quam S. Thom. Nam S. Tho. uocat hic bonitatem actus interioris, bonitatem quæ ex fine dimanat, & ortum habet; bonitatem autem actus exterioris, appellat bonitatem ex obiecto, & circumſtantiis. Sed moderni Theologi in alio ſenſu hanc quæſtionē tractant; utrum uelle occidere, & occidere actui interiori coniunctum, ſint duo peccata? Greg. Ari. in q. ult. ſecundi tenet, ꝙ ſunt duo peccata: nam occidere, eſt peccatum. & Gab. in 2. diſt. 42. quæſtione unica, tenet, quod ſunt plura peccata, & quod plus peccat extenſiue qui uult occidere, & occidit, quam qui uult occidere. & probat: Nam ſunt duo actus realiter diſtincti, ab inuicem ſeparati: ergo ſūt duo peccata. Conſequentia uidetur eſſe ualida. Nam peccatum nihil aliud eſt, quam actus contra legē: ergo ſi ſunt duo actus contra legem, ſunt duo peccata. Item arguit Gabriel. Nā dato quod eſſet una albedo in duobus ſubiectis, eſſent duo alba: ergo dato quod eſſet una malitia in actu interiori & exteriori, eſſent duo peccata. Præterea, illa quæ prohibentur diuerſis præceptis, ſunt diuerſa peccata; ſed actus interior & exterior prohibentur diuerſis præceptis. ergo ſunt plura peccata. Probatur Minor: nam actus exterior ſurti prohibetur illo præcepto, Nō furtū facies; actus uero interior prohibetur alio præcepto, Nō concupiſces rem proximi tui. Item, nihil punitur iuſte, niſi tantum peccatū: ſed Deus punit actū interiorem, tametſi reperiatur ſine actu exteriori, iuxta illud Euangelij. Qui uiderit mulierem ad concupiſcendū eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Reſpublica uero punit actū exteriorem ſine actu interiori: nam de interioribus Eccleſia non iudicat. ergo actus interior & exterior ſūt diſtincta peccata. Vltimo, cū & effectus eadem eſſe nō poſſunt: nihil. n. eſt cā ſui ipſius: ſed bonitas & malitia actus interioris eſt cā bonitatis & malitiæ actus exterioris, & e contrario, ut ſæpe dictum eſt. ergo impoſſibile eſt quod actus interior & exterior habeant eandem malitiam, & ſint idem numero peccatum.

Almay.

Greg.

Gabr.

Arguitur pro iſtorum ſententia.

Primum arg.

Secundum.

Tertium.

Quarta.

Vltimum.

Quinta.

Contrarium docent Doctores in primis graues; Magiſter in ſecundo, diſtinctione. 42. Durandus in eadem diſtinctione, quæſtione prima. & Bonauentura ibidem, Sanctus Thomas quæſtione prima, artic. 1. hic, & probatur. Nam nemo hominum explicat in confeſſione, ſi occidit, ꝙ uoluerit occidere, ſed tantum explicat ſe occidiſſe. ergo argumentum euidens eſt, quod actus interior, & exterior ipſi coniunctus, non ſunt duo peccata. Deinde, actus exterior de ſe non habet meritum, aut demeritum; non laudem, aut uituperiū, niſi rōne actus interioris, ut aperte conſtat. ergo actus exterior non eſt diſtinctū peccatum ab interiori. Idē cōfirmatur. Nā actus interior, & exterior ipſi coniunctus, eodē præcepto prohibentur, ut uidere licet in his præceptis, Nō occides, Non adulterabis, & rō eſt euidens: quoniam actus exterior non prohibetur, niſi quatenus eſt uoluntarius. Similiter eodem præcepto præcipitur actus interior, & exterior ipſi coniunctus, ut animaduertere licet, Sabbathū ſanctifices; Honora parētes. Præterea, ubi unum eſt propter aliud, ibi eſt tantum unū auctore Ariſt. 2. Topicorum c. 2. Sed actus exterior eſt bonus, uel malus propter actum interiorem, ut ſæpe demōſtratum eſt: ergo tantum eſt unum peccatum.

Mag. ſent. Durand. Bonauent. D. Thom.

Ariſt.

Sed explicare, quomodo in diuerſis actibus ſit eadem malitia numero, & idem peccatum, difficillimum eſt. Id quomodo fieri poſſit, explicant Doctores dupliciter. Durandus in loco citato ſic explicat. Peccatum, inquit, nihil aliud eſt, quam defectus actus, uel actus defectuoſus, & difformis ad rectā rōnem. Itaq; peccatum eſſentialiter nihil aliud eſt, quam defectus, ſiue deformitas. Ex hoc ſtatim ſequitur, quod ſi in aliquo actu reperiuntur duæ deformitates, neceſſū eſt in eodē actu inueniri duas malitias: ut cum quis cognoſcit alienā mulierem in loco ſacro, in tali opere inuenitur duplex malitia: eſt. n. una deformitas cognoſcere alienam uxorem, quæ reducitur ad ſpeciē luxuriæ,

Quomodo eadem malitia numero ſit in diuerſis actibus. Expoſitio. Durand.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum actus exterior addat de bonitate, uel malitia ad actum interiorem.

SVMMA TEXTVS.

Prima cōc.

PRima Concluſio. Bonitas actus exterioris, quæ eſt ex bonitate finis, nō addit ad bonitatē, niſi cōtingat meliorem fieri bonitatē in bonis, & in malis peiorē. Quod tripliciter occurrit. uno modo, ſecundū numerum, ut ſi quis bono, uel malo fine uult aliquid facere, tamē tunc nō facit, poſtea uero & uult, & fa-

xuriæ; eſt alia deformitas quā infertur iniuria loco ſacro, quæ reducitur ad ſpeciem ſacrilegij. Secundo ſequitur, ꝙ ſi in diuerſis actibus poteſt eſſe eadem deformitas numero, conſequens eſt, ꝙ erit idem peccatum numero; id autem quō ſit poſſibile, inueſtigandum eſt. Pro quo ſciendū eſt, plura & diſtincta ſubiecta non poſſe denominari ab eodē accidēti ſm numerū, denominatione intrinſeca, bene autē denominatione extrīſeca. Vocat Durandus denominationē intrinſecā, quæ eſt per inhærentiā; extrinſecā uero, quæ nō eſt per inhærentiā, v.g. aer dicitur calidus, & aīal ſanum, denominatione intrinſeca; quia eſt per aliquod ſibi inhærens. & hoc modo impoſſibile eſt, ꝙ plura & diſtincta ſubiecta denominentur intrinſece ab eodē accidenti, ſm numerum: nam impoſſibile eſt, ꝙ idem accidēs ſit in duobus ſubiectis diſtinctis. Rurſus, Sol dicitur calidus, & medicina dicitur ſana, denominatione extrinſeca: non.n. dicitur Sol calidus, pp calorem, & idem eſt iudicium de medicina, reſpectu ſanitatis. & in iſto ſēſu plura ac diſtincta ſubiecta ab eodem accidenti denominari ualent: aer namq; dicitur calidus, & Sol ardens, & ſplendidus, ab eodem calore numero, qui in aere eſt ſubiectiue, & intrinſece, & in Sole effectiue: ſimiliter aīal, medicina, diæta, urina, denominantur uniuerſa hæc ab eadem ſanitate, q̃ eſt in aīali, quā medicina cauſſat, diæta cōſeruat, urina ſignificat. Ad eundem modū, actus interior & exterior denominantur boni, uel mali, eadem bonitate, uel malitia, quæ in actu interiori intrinſece eſt; in actu exteriori extrinſece, & obiectiue. Et ꝙ ita ſit, probat Durādus: nā nulli actui humano pōt competere bonitas, uel malitia moralis, niſi quatenus eſt uoluntarius, dicente Sancto Auguſtino: Pctm̄ adeo eſt uoluntarium, ꝙ ſi nō eſt uoluntarium, peccatū non eſt. Sed actui interiori conuenit uoluntariū intrinſece: uelle.n. eſt in uoluntate; actui uero exteriori, obiectiue, & extrinſece: actus.n. exterior iō eſt uoluntarius, quia eſt obiectū uoluntatis. ergo bonitas uel malitia cōpetit actui interiori intrinſece, & ſubiectiue: actui uero exteriori, extrinſece, & obiectiue: talia uero pñt ab eodē denominari, ut dictum eſt. Idem confirmatur. Nā poſito ſolo actu uoluntatis, habetur uera rō culpæ, aut uirtutis; poſitis uero actibus exterioribus abſq; actu uoluntatis, nihil inuenitur culpabile: ergo euidēs eſt, ꝙ actus exterior in ſe nullā habet bonitatem, aut malitiam, alioqui maneret in ipſo, ſecluſo omni actu uoluntatis. Hæc explicatio Durandi mihi ex omni parte non placet: nam licet dicat uerum in actu exteriori, qui in membris, & potentijs executiuis conſiſtit, in quibus nulla prorſus eſt libertas; ſed non dicit uerū in actibus intellectus exterioribus, & etiā appetitus ſenſitiui, in quibus oportet exponere, quō ſit eadem bonitas, credere, & uelle credere; mouere, & uelle mouere: idem pctm̄ numero, errare contra fidem, & uelle errare: & temerarie iudicare, & uelle iudicare. Vterque.n. actus, tā interior, q̃ exterior, eſt bonus formaliter, & malus, & non tm̄ denominatione extrinſeca. oportet ergo exponere, quō eadem malitia ſit in duobus actibus malis formaliter. Quare S. Th. in loco allegato aliter explicat propoſitam difficultatem, dicens, ꝙ actus non cōſtituitur in genere moris, niſi pp uoluntatē, in quantū a uoluntate eſt elicitus, uel imperatus. Ex quo ſtatim ſequitur, poſſe accidere, ꝙ idem actus in genere naturæ ſit multiplex, & diuerſus in genere moris: ut cum quis incipit motū continuum bona intentione, & finit mala intentione, uariatur actus in genere moris, quia uariatur uolūtas. Rurſus, poteſt contingere, ꝙ ſint multi actus in genere naturæ, & ſint unū in genere moris, ut patet in eo, qui furatur: oēs enim actus, qui ordinantur ad furtū, qui poſſunt eſſe ualde multi, reputantur unum peccatum, propter unam uoluntatem, a qua referuntur in finem furti perueniēdi. ad eūdem modum actus interior, & exterior ipſi coniunctus, reputantur unum peccatum, propter unitatem uolūtatis.

Auguſt.

D. Th. explicatio.

Argumenta Gregorij diſſoluuntur.

Ad primum & ſecundum.

His poſitis, ad argumentum Greg. negatur conſequentia; non.n. recte ſequitur; medicina eſt ſana, & non eſt idē ſanum, quod aīal: ergo diuerſa ſanitas eſt in medicina, atq; in animali. Secundo, alia de cauſſa negatur cōſequentia. nā pōt contingere, ꝙ aliquid ſit multiplex in uno genere, & unū in alio genere; ſicut domus in gñe ſubſtātiæ multiplex eſt, habet.n. plures lapides, & plura ligna, ſed in genere qualitatis una eſt. nam dicit unā figuram, ad quam conficiendam uniuerſa hæc ordinantur. Non diſſimiliter, actus interior, & exterior in genere naturæ diuerſi ſunt, ſed in genere moris unum ſunt, propter unitatem uoluntatis, ſicut ſupra dictum eſt. Ex hac ſolutione confutantur duo argumenta Gabrielis.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum dicendum eſt, quod actus interior, & exterior ipſi coniunctus, non prohibentur diuerſis præceptis, ſed uno, ut eſt illud, Nō furtum facies: Non occides. & ratio euidens eſt: nam actus exterior non prohibetur, niſi quatenus eſt uoluntarius: itaq; homicidium uoluntarium uno præcepto prohibetur. Verum eſt tamen, quod actus interior, non prorumpens in exteriorem, & ipſe exterior, diuerſis præceptis prohibentur, & ſunt plura peccata; non propter diuerſitatem actus interioris, & exterioris, ſed propter diuerſitatem actus interioris. Sed de explicatione horum præceptorum in articulo ſequenti diligentius tractatur.

Ad quartum. [illegible]

Ad quartum argumentum dicendum eſt, ꝙ nec Deus, nec reſpublica punit actum exteriorem ſine interiori, ſed Deus, qui intuetur corda hominum, punit interiorem ſine exteriori; reſpublica uero punit interiorem, quatenus prorūpit in exteriorem. ex hoc uero non eſt conſequens, quod actus interior, & exterior ipſi coniunctus, ſint duo peccata.

Ad quintum.

Ad ultimum argū reſpondetur, quod licet eſſet diſtincta malitia in actu interiori, & exteriori, nihilo ſecius cōputatur unum peccatum, propter unitatem uoluntatis. Secundo dico, quod eadem eſt malitia in actu interiori, & exteriori, ſed in actu interiori, intrinſece, & formaliter; in actu uero exteriori, extrinſece, & obiectiue.

Vtrum actus exteriores dicantur boni uel mali extrinſeca tantum denominatione.

Sed hæc ſolutio petit grauem difficultatem, Vtrum actus exteriores dicantur boni, uel mali tantū extrinſeca denominatione? Ad id explicandum dico primo, quod actus exteriores dicuntur boni, uel mali formaliter, & intrinſece, ad hunc ſenſum; quoniam ſunt conformes, aut difformes rationi rectæ. quam bonitatem, uel malitiam, ego in ſuperioribus appellabam bonitatem, uel malitiam in eſſendo. Secundo dico, actus exteriores ſunt boni, uel mali cauſſaliter, quoniam cauſſant bonitatem, uel malitiam in uoluntate: iō.n. uelle furari, malum, quia furari malū. Tertio dico, actus externi ſ exercitio, & in uſu tātum dicuntur boni, uel mali denominatione extrinſeca, a bonitate uel malitia, quæ eſt in uoluntate. nam actus exterior non eſt liber, niſi a uoluntatis libertate. rurſus non imputatur ad meritum, aut demeritum, niſi propter actum uoluntatis. Ex his conſtat, quod bonitas in executione, tantum competit actui interiori uoluntatis per intrinſecam denominationem.

EXPLICATIO ARTIC.

Vtrum uoluntas efficax ad aliquod operandum, tam bona ſit, uel mala, [illegible]

DE quæſtione huius articuli eſt ingēs cōcertatio inter Theologos in 2.d.42. & hęc cōcertatio cōtinet hanc quæſtionem præcipuam; Vtrum quando eſt uolūtas efficax perficiendi aliquod opus, ſi nō datur facultas illud pficiendi, tā bona, uel mala ſit, atq; ſi actus exterior poneretur? A parte nega-

ponit actus exterior, ex eo, quia non datur facultas ac ſi poneretur talis actus. Scotus Primum arg. Exhod. 20.

negatiua huius quæſtionis, quam ſolus ſuſtinet Scotus in Quodlibetis q. 48. extiſtunt optima argumenta.

In primis. Actus interior, & exterior in diuina lege diuerſis præceptis præcipiuntur: habetur n. Exhod. 20. Non furtum facies. & iterum; Non cōcupiſces rē proximi tui: ergo euidēs eſt, ꝙ actus exterior, ſecundū diuinā legē, habeat diſtinctam malitiam.

Secundum. Auguſt. Deinde, auctore D. Aug. 12. de Trinitate. c. 5. miſer efficitur homo mala uoluntate; ſed miſerior poteſtate, qua mali deſideriū adimplet. ergo auctore D. Aug. actus exterior, addit magnā miſeriam ad actū internum.

Tertium. Tertio, inter errores ab Eccleſia dānatos Petri Abailardi, hic eſt præcipuus, quod Deus ſolum præmiat, aut punit volūtatem, & quod propter opera nō efficit homo melior, aut peior; niſi forte in ipſo opere uoluntas augeatur.

Quartum. Quarto, q moritur pro Chriſto, melior eſt, quā ille, q habet uoluntatē efficacē moriendi ꝓ Chriſto, nec hoc aſſecutus eſt: ergo actus exterior magnā addit bonitatem ad actum internum. Patet antecedēs: tum, quoniā ille qui moritur pro Chriſto, eſt uere martyr; alius uero minime: mors enim eſt de eſſentia martyrij: ergo qui moritur, melior eſt, actus n. martyrij eſt actus uirtutis præſtantiſſimus; tum deinde, quoniam ille qui moritur, plus præmiatur, habet enim coronam martyrij; tum ultimo, quoniam ille qui moritur, per opus martyrij habet remiſſionem omnium peccatorum ſine pœnitentia, ut ſentiunt plerique Theologi. Sed uoluntas efficax moriendi pro Chriſto, non obtinet remiſſionem peccatorum ſine pœnitentia. ergo qui moritur pro Chriſto, melior eſt, & meliorem uirtutem habet. Hoc argumentum eſt magni momēti, ſi ſentiamus, quod martyrium ex opere uirtutis, & caritatis habet remittere peccatum, & non ex aliquo priuilegio.

Quintum. Quinto, recipere baptiſma melius eſt, quam uelle recipere; & recipere Euchariſtiam melius eſt, quā uelle ſuſcipere, quod oſtendo euidenti argumento. nam hæc ſacramenta actu ſuſcepta, conferunt gratiam ex opere operato, & illam augent; uelle uero recipere non eſt ſacramētum. item occidere clericum, peius eſt, quam uelle occidere. cuius euidens argumentum eſt: nam qui occidit, eſt excommunicatus, & irregularis; qui uero uult occidere, non eſt excommunicatus, nec irregularis.

Sextum. Præterea, qui occidit hominem, dedit damnum irreparabile; qui uero uoluit efficaciter occidere, & non occidit, non intulit damnum irreparabile, nec aliquam iniuriam. ergo minus peccat.

cit, duplicatur tunc actus, & eſt duplex bonum, & duplex malū: alio modo, ſecundum extenſionem, ut ſi unus facere malum, & deſiſtat; alius uero cogitat, & perſeuerat; tunc quāto cogitatio diuturnior, tanto eſt peior. tertio modo, ſecundum intenſionem; quia inquantum actus ſunt pęnoſi, uel delectabiles, in tantum intendunt, uel remittunt uoluntatem: & prout intenſius tendit uoluntas, melior & peior dicitur uoluntas.

Secunda. Secunda Concluſio. Si loquamur de bonitate act⁹ exterioris, quæ eſt ex obiecto, & circumſtātiis, ſi cōparatur ad uolūtatem, ut terminus & finis, hoc modo addit ad bonitatem uoluntatis: quia oīs inclinatio, uel motus perficitur, in quantum finem conſequitur: unde perfecta dicitur uoluntas, quę opportunitate data operatur. Sed non decipiatur Theologus, ut ex hac concluſione colligat cōtra veram doctrinam, quod actus exterior addit ad bonitatem actus interioris; inſpiciat diligenter quō probatio procedat: tātum enim vult docere, quod quādo fit conſenſus efficax in actum exteriorē, tunc cōpletur, & perficitur actus interior, & fit peior, quam ſit ante conſenſum: ueluti cum quis incipit dubitare, an ne occidat inimicū; & ſit iā Eua ſeducta (ut utar uerbis D. Auguſt.) & poſtea ſequitur illa cōditionalis, Occiderē, ſi nō timerē (cuiuſmodi opa mala ſunt, & ſæpenumero peccata mortalia) & tādē ſequitur cōſenſus efficax, & abſolutus in opus externum; & dicit, uolo occidere; & de hac efficaci uolitione aſſerit S. Th. in ſecūda concluſione, ꝙ eſt peior præcedentibus, & ꝙ actus exterior efficaciter uolitus, addit bonitatē, uel malitiā ad actū voluntatis interiorē, reddendo illū efficacem, & ſerium.

Tertia. Tertia Concluſio. Si deeſt facultas operandi, uoluntate perfecta exſiſtente, talis defectus perfectionis, qui eſt ex actu exteriori, eſt ſimpliciter inuoluntarius, & ſic nihil tollit de præmio, aut de pœna.

Quarta. Quarta concluſio. In caſu tertiæ concluſionis actus exterior nullā addit bonitatē, aut malitiam ſuper actū interiorem. Hæc concluſio liquido concluditur ex tertia.

Vltimum. Vltimo, in confirmationem huius ſententiæ adducuntur uaria rerum exempla. Primum, cōſtituamus (inquiūt Scotiſtæ) duos homines, qui æquali uoluntate conſtituāt in teſtamento decem miſſarum ſacrificia pro ſe celebranda pro uno celebrantur, & exit a Purgatorio; ꝓ altero nō celebrantur, & nō exijt ex Purgatorio. Ergo opis executio addit bonitatē ad actū interiorem. Proferunt aliud exemplum, conſtituamus, ꝙ unus vult ieiunare, uel ſe flagellare i ſatisfactionē ſuorū delictorū, ſed non ieiunat, nec ſe flagellat: alius uero opera complet: euidēs eſt, quod iſte vltimus plus ſatisfecit ꝓ ſuis delictis corā Dño. Aliud exemplū ꝑciūt de peccatis ebriorum, quorū actus exteriores mali ſūt; interiores uero minime: qm̄ nullam habent libertatem. Demq; adducunt exēplū de Iudæo homine, qui arbitrabatur ex errore, actum exteriorē eſſe malū; interiorē uero minime: ex quo tale cōcluditur argm̄. Actus exterior apud Iudæum malus eſt; interior uero nō erat malus. ergo actus exterior addit malitiā. Quod ſi quis cōtēdat, actum interiorem apud Iudæum eſſe ēt malū, quoniam illa ignorantia erat culpabilis, Contra. Ignorantia culpabilis licet non excuſet a toto, excuſat a tanto, ut habent Theologi: ergo actus exterior peior erat. Quod ſi Theologus non admittat aliquam excuſationem in Iudæo, ſaltem Scotiſta, qui arbitratur actum exteriorem eſſe peiorem actu interiori, aliquo modo excuſabitur.

D. Th. contrarium docet. Auguſt. Contrarium docet S. Th. in tertia cōcluſione huius articuli, cuius ſententia magnis argumentis eſt confirmanda. In primis D. Auguſtinus primo lib. de libero arbitrio c. 3. ſcribit in hunc modum. Si quis habet uoluntatem cōcubandi cum uxore aliena, & non datur facultas, coram Deo tam reus eſt atque ſi opere compleuiſſet. Refertur hæc ſententia D. Auguſtini de pœnitentia d. 1. Idem docet conſtanter idem Auguſtinus Epiſtola 49. in expoſitione quartæ quæſtionis, exponens illud Matth. 7. In quacumque menſura menſi fueritis, remetietur uobis, id eſt, in quacumq; uoluntate feceritis, remetietur uobis. & in ſequētibus dicit, ꝙ uoluntatis affectus, eſt menſura factorum, & meritorum oīum. Chryſoſt. Idem habet Chryſoſt. homil. 26. in Matthæum, dicens; Sola uolūtas remuneratur pro bono, aut cōdemnatur pro malo. opera uero exteriora, ſunt ſigna huius uolūtatis. Bernard. Idem probatur ex D. Bernardo Epiſtola 77. vbi ſcribit: Quid plenius, quam quod uoluntas pro facto reputatur, ubi factū excludit neceſſitas? Idē docet D. Greg. homil. 5. ſuper Euangelia: Nemo dicat, imi- Gregor.

tari uolo huius mundi contemptores, ſed quod relinquã, non habeo: exteriora.n. noſtra Dño, q̃ tantumlibet parua, ſufficiunt, cor namque, & non ſubſtantiã penſat, neq; perpendit quãtũ, ſed ex quanto profertur. Sane uẽ hæc ſnĩa confirmatur ex ſacris ſcripturis, ex Apoſtolo 2. Cor. 8. Vt quemadmodum promtus eſt aſus uoluntatis, ita ſit & perficiendo ex eo, quod habetis: ſi.n. volũtas promta eſt ſm id quod habet, accepta eſt, non ſecundum id, quod nõ habet, idest, non minus acceptatur a Deo eius promtitudo, etiamſi pauca operetur, q̃ ſi magna, quæ uult, operaretur; quia non poteſt maiora operari. Idem habet Richardus de Sancto Victore, q lib. 2. de ſacramẽtis. 4. p. c. 16. dicit in hunc modũ: Qñ tanta eſt uoluntas in eo, qui non operatur, quanta in eo, qui operatur, diſſimile meritũ eſſe non põt. Quod ſi quis obiiciat; ſi ita ſe res habet, ut qui Deus expoſtulat opus poſt uoluntatem? reſpondetur, quod in ipſo opere exardeſcit uoluntas, & augetur. Deinde dr̃, ꝙ ſola uoluntas remuneratur a Deo, aut damnatur: ſed ſi facultas datur, & non operatur, non eſt perfecta uoluntas, ſed uelleitas. Cum D. Th. tenẽt omnes Theologi Scholaſtici in 2. diſt. 42. Greg. q. vlt. Duran. q. 1. & 2. Gabriel quæſtione unica, ubi optime, & fuſiſſime de hac re dicit; ſolus Scotus tenet oppoſitum. Præterea probatur noſtra ſententia argumentis ex diuina Theologia adductis. Primo, ubi non eſt noua libertas, non eſt nouũ meritũ, aut demeritũ, ut aperte conſtat: ſed ꝙ in actu exteriori nõ ſit noua libertas, ſic oſtendo. Nã actus exterior neceſſario ſequitur ex efficaci uoluntate, ſic ꝙ membra exteriora obediũt uoluntati ad nutum, & reſiſtere non ualent. Deinde, ſi actus exterior addit aliquid de bonitate & malitia ſuper actũ internũ, conſequẽs eſt, in facultate alterius eſſe adimere bonam partẽ noſtrorũ meritorum nobis inuitis. qđ aſſerere, aduerſatur ſanæ doctrinæ. Bona.n. uirtutis ea de cauſſa appellantur maxima bona, quia nobis inuitis eripi non pñt. in quibus habet uerum illud, Nemo læditur, niſi a ſeipſo. & illud; Omnia bona mea mecũ porto. Quod hoc recte ſequatur, patet: nã in facultate alterius eſt impedire actũ exteriorẽ: ergo ſi actus exterior, addit bonitatem, uel malitiam ad actũ interiorem, in facultate alterius eſt adimere bonã partẽ noſtrorum meritorũ nobis inuitis. Hoc argũ amplificat maxime D. Th. in art. Tertio, electio medij, qñ eſt mala tñ ex fine, non eſt peior, quã intentio finis: ut cum quis uult dare eleemoſynã pp inanem gloriam, non eſt maius peccatum, q̃ inanis gloria: ſed actus exterior non imputatur ad meritũ, aut demeritũ, niſi ratione actus interioris, & pp actũ interiorẽ: ergo actus exterior peior non eſt, q̃ actus interior. Quarto, ſanum quod eſt in urina, non addit aliquam ſanitatem ad ſanitatem aĩalis, quia urina dr̃ ſana, denominatione extrinſeca, quia eſt ſignum, uel effectus ſanitatis: ſed actus exterior (ut antea dictum eſt) dr̃ bonus uel malus, denominatione extrinſeca; quia eſt effectus bonæ uel malæ uolũtatis liberæ: ergo nõ addit bonitatẽ aut malitiã, &c. Item, ſi addit bonitatem, uel malitiam ad actum interiorem; uel illa malitia eſt æqualis, uel maior, uel minor. Nõ maior: nã ſi occidere eſt malum ut quattuor, uelle occidere eſt malum ut quattuor: bene.n. ualet; uolo ut quattuor peccare: ergo pecco ut quattuor. Nec minor, pp eandem cãm; qm̃ ſi occidere eſt malum ut tria, uelle occidere eſt malũ ut tria. Quod uero non ſit æqualis, probatur: nã ſi æqualis eſt, ſequitur ꝙ actus exterior addat duplam malitiam cũ actu interiori; quod eſt inopinabile, ꝙ ille qui impeditur ne audiat rem ſacram contra ſuã uolũtatẽ, in duplo minus mereatur, quam qui audit rem ſacram.

2. Cor. 8

Richard. de S. Vict.

Greg.
Durand.
Gabr.
Prima probatio ſentẽtia D. Th.

Secundo

Tertio
D. Th.

Quarto

Quinto

Vltimo, ad intelligendam doctrinam D. Th & Theologorum omnium, oportet conſiderare actum interiorem coniunctum cum actu exteriori; & tunc facile eſt intelligere, quẽadmodũ actus exterior omnem ſuam bonitatẽ habeat ab actu interiori. Sed ad argumenta in cõtrarium, ad primum rñdetur, hoc eſſe peculiare in his præceptis; Non furtum facies, Nõ cõcupiſces rem proximi tui, Nõ adulterabis, & Non cõcupiſces uxorem proximi tui: tum ne quis arbitraretur opus tñ eſſe prohibitum, & nõ operis uoluntatem. quem errorem condemnat Dñs Matt. 5. dicens: Ego dico uobis, quicumque uiderit mulierem ad concupiſcendum eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo: tũ uero oportuit eſſe in his ſpeciale præceptum, qm̃ homines natura trahuntur ad res uenereas; & ad res alienas appetẽdas: in reliquis uero eadẽ prohibitione prohibẽtur actus interior, & exterior. Itaq, lõge aliud iudiciũ eſt de appetitu homicidij, de uoluntate dehonorandi parentẽs, aut diffamandi proximos: quãuis.n. non inferãt iniuriã, dũ ſolũ manent in corde, tendunt tñ cõtra naturalẽ inclinationẽ hominis De qua re legẽdus eſt D. Th. 2. 2. q. 122. art. ultimo, ad ultimum. Secundo dico, nõ recte ſequi, hoc prohibetur diuerſis præceptis: ergo dicit diſtinctam malitiam, niſi diuerſa præcepta trahant actum ad diuerſã uirtutem: furtum namq; prohibetur lege diuina, eccleſiaſtica, & ciuili, & non habet propterea diſtinctam malitiam.

Vltimo.

ad argumẽta reſpondetur.
ad primum

Matt. 5

D. Th.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod frequẽtiſſime & regulariter accidit id quod argumentũ probat: nam (ut recte admonet D. Th. in articulo) in operis executione exardeſcit uoluntas, & intenditur, uel continuatur, vel reduplicatur. Secundo dico, quod ex actu exteriori ſequuntur maiora damna, quam ex actu interiori, ſcandalum, damnum fratris, & aliquando malefactor ſuſpenditur. Tertio dico, hanc eſſe ſententiam D. Auguſtini, eſſe infeliciſſimum, quod homo adimpleat deſiderium ſuũ: hoc enim ſupplicio Deus punit eos quos maxime odit, ut patet ex illo Rom. 1. Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum: itaque ſumma felicitas eſt non habere poteſtatem, nec occaſionem peccandi.

ad ſecundũ
D. Th.
Auguſ.
Rom, 1.

Ad tertium argumentum reſpondetur, eſſe impudentiam aſſerere ſententiã D. Th. eſſe damnatam in eccleſia, cum ſit etiam ſanctorũ Patrum, & Theologorum, ut antea uiſum eſt. Secundo, non eſt certum quod Abailardus docuerit hanc ſnĩam, quia D. Bernardus, qui in Epiſt. 107. & in Epiſtola. 194. diligenter refert errores huius hæretici, nõ meminit huius dogmatis, & Alphonſus de Caſtro, qui in recenſendis hæreticis diligentiſſimus eſt, non meminit huius ſententiæ: forte docebat iſte hæreticus, ſatis eſſe ad ſalutem æternam habere rectam intentionẽ, quod eſt dogma hæreticum: nam ſiquis peierat pro ſalute hominis ſeruanda, grande peccatum committit: uel fortaſſis docuit, ſatis eſſe ad ſalutem æternam habere uoluntatem ſterilem ſine operibus, quod dogma hæreticum eſt.

ad tertium
Bernard.
Alphon. Caſtro.

Ad quartum argumentum rñdetur, quod ille qui moritur pro Chriſto, nõ eſt melior corã Deo, quã ille qui nõ moritur, ſi hoc non eſt conſecutus, quia non datur facultas: itaq; uoluntas moriendi pro Chriſto, ſi non datur facultas, tam bona & laudabilis eſt, atque martyrium opere conſumatum. quapropter de Diuo Martino cantat Eccleſia: O beata anima, quam etſi gladius perſecutoris non abſtulit, martyrij palmam non amiſit. & a D. Ioanne habetur in Euãgelio, Calicẽ quidem bibetis. & de Virgine Maria; Tuam ipſius aĩam pertranſibit gladius. Verum eſt tamen, ꝙ qui opere complet martyrium, habet coronam, & inſigne martyrij: ſed hæc corona ad præmiũ accidentale ſpectat, non ad præmiũ eſſentiale, qđ in Dei uiſione cõſiſtit: tale enim æquale eſt in eo, qui uoluntate martyr eſt, ut dicunt Theologi in 4. d. 49. Illud etiam dicendum eſt pro confutatione argumenti, quod fortaſſe martyriũ opere conſumatum, habet ex priuilegio remittere peccatum ſine pœnitentia, quod non habet uoluntas martyrij efficax. Si uero teneamus, ꝙ martyrium opere conſumatum, habet remittere peccatum ſine pœnitentia ex uirtute caritatis perfectæ, magnum eſt defendere quo uoluntas martyrij efficax ſit tam perfecta, cum non poſſit remittere peccatum ſine pœnitentia. dicendum eſt tamen, ꝙ martyrium opere completũ, eſt actus perfectæ caritatis, & fortitudinis, etiamſi non habeat adiunctã pœnitentiã: nam tempus moriendi pro Chriſto, non eſt tempus pœnitentiæ, non requirit planctum, ſed animi fortitudinem: uoluntas uero efficax martyrij, quando non premit perſecutoris gladius, ut ſit actus caritatis, requirit peccatorum pœnitentiam: nam nulla ratione a peccatorum pœnitentia impeditur. Itaque quod hactenus docuimus, hoc eſt, quod martyrium opere conſumatum, non eſt plus meritorium, quam uoluntas efficax martyrij: ſed uoluntas efficax martyrij, non eſt ſine pœnitentia peccatorum propter rationem ſuperius commemoratam.

ad quartum
Voluntas moriẽdi pro Chriſto ſi nõ adeſt facultas tam bona eſt ſicut martyrium.

Ad quintum argumentum reſpondetur, quod ſi conſideremus

ad quintum

deremus opus uirtutis ex parte operantis; æquale eſt meritum, non eſt diſſimilis bonitas: ceterum quoniam ſacramenta in actu ſuſcepta ex opere operato conferunt gratiam, fatendum eſt, melius eſſe ſuſcipere ſacramenta, quam uelle ſuſcipere.

ad ſextum. Ad ſextum argumentum reſpondetur, quod ille, qui occidit clericum, excommunicatus eſt; ille uero, qui uoluit occidere, & non occidit, excommunicatus nō eſt: nam eccleſia, quæ tantum iudicat de exterioribus, excommunicat pro actu exteriori, & non pro interiori; Deus uero, qui æqualia delicta æquali pœna compenſat, æquali ſupplicio utrumque punit.

ad ſeptim. Vtrum occidens hominem corporaliter grauius peccet, quam occidens ſpiritualiter. Ad ſeptimum argũ reſpõdetur, eſſe ualde difficile: nã ex eo colligunt quidam Theologi non indocti, ꝙ qui occidit alterum ſpiritualiter, perſuadendo illi peccatũ mortale, minus peccat, q̃ qui occidit corporaliter: nã qui occidit corporaliter, eſt efficax cauſſa damni irreparabilis; q uero occidit alterum ſpũaliter, non eſt cauſſa efficax dãni, nam id non poteſt fieri ſine alterius conſenſu, & tandẽ damnum eſt reparabile. Nihilominus dicendum eſt, conſequentiam argumenti non ualere: nam damnum in re ſubſecutum, non imputatur nobis ad pctm̃, niſi ratione voluntatis interioris: quapp ſi ego inuoluntarius intuli dãnũ, nihil peccaui, & nihil teneor reſtituere: itaque tota malitia damni ſubſecuti, in uoluntate conſtituta eſt. Ex quo ſtatim ſequitur, apud Deum eſſe idẽ demeritũ, uelle efficaciter intuliſſe damnum, & actu intuliſſe. Illud uero quod inferunt Theologi ex hoc argumento, non eſt adeo certum; immo contrarium docet Caiet. infra q. 73. art. 8.

Caiet. Sed licet uerum ſit, non militat contra noſtram ſententiam. de qua re fortaſſis erit ſermo in articulo ſequenti.

ad exempla. Ad exempla quibus Scotiſtæ nituntur ſubuertere doctrinam D. Th. ſatisfaciendum eſt.

Ad primũ exemplũ iam dictum eſt; ꝙ miſſarum ſacrificia ex opere operato habent ualorẽ, ſicut ſacramenta: & iõ hoc exemplum non militat contra noſtram ſententiã: loquimur. n. de ualore operis, quem habet ex ipſa uirtute.

Ad ſecundum exemplum dicendum eſt, quod uoluntas pro facto reputatur, quantum ad præmium eſſentiale; ceterum quantum ad alias utilitates, & quantum ad præmium accidentale, non reputatur pro facto, ut antea diximus de martyrio: ſatisfacere uero pro pœnis, eſt præmiũ accidentale, ſicut dicunt uniuerſi Theologi in materia de indulgentiis.

Ad tertium exemplum reſpondetur, quod quemadmodum actus exterior malus eſt, ſic & interior: fuit enim liber in ſua cauſſa, quãdo libere & uolũtarie ſe inebriauit.

Ad quartum exemplum reſpondetur, quod D. Tho. loquitur cum ſcientibus, & non cum ignorantibus, quando non excuſantur ex ignorantia. Vel dicendum eſt, ꝙ hic eſt unus caſus, in quo ignorantia non excuſat: nam certe ſi quis arbitratur occidere eſſe malum ut quattuor, cõſequens eſt, ut ſentiat, quod qui uult occidere, uult peccare ut quattuor: itaq; ignorantia excuſat, quãdo arbitramur obiectum eſſe bonum, uel minus malum, quæ excuſatio in pręſentia non habet locum. Ex his omnibus patet, ſententiam D. Th. & Theologorum eſſe ueram.

Obiectio Sed adhuc non quieſcit animus diſputantis, & arguit in hunc modum. Nam maximum argumentum in moralibus, eſt communis ſenſus omnium hominum: ſed omnes homines magis deteſtantur actus exteriores, quam interiores: deteſtamur magis eum, qui occidit, quam qui uoluit occidere; puellam quæ commiſit ſtuprum, quam quæ uoluit committere; & maiorem imponimus ſatisfactionem in pœnitentia, ſecluſo uinculo reſtitutionis: ergo euidens eſt, quod actus exterior addit malitiam ad actum interiorem. Et confirmatur: nam qui dicit in confeſſione ſe occidiſſe, ſatis explicat, quod uoluerit occidere: ſed qui dicit in confeſſione ſe uoluiſſe occidere, non ſatis explicat, quod occiderit: ergo addit.

Solutio. Ad hoc reſpondetur, rariſſime euenire, quod quis habeat uoluntatem efficacem ante operis executionẽ: multi enim arbitrantur ſe habere uoluntatem efficacem, & in articulo operis deficiunt: facile eſt dicere in lectulo; uolo mori pro Chriſto, & præſente tyrãno fugimus, & qui decreuit occidere inimicum, uidens illum, terga uertit, de quibus poteſt dici illud, Filij uenerunt ad partum, & uirtus non eſt pariẽdi. Item difficilius eſt mori pro Chriſto pſente tyranno, q̃ uelle mori in lectulo pro Chriſto, & iõ regulariter addit magnum meritum. Propter quod dicebat quidã clericus, qui ab Epiſcopo reprehendebatur, ꝙ negauerat Chriſtũ, Si tu habuiſſes caput inter ſaxũ, ſicuti ego habui, aliter ſentires. Item dicendum eſt pro argumenti confutatione, eſſe omnino neceſſariũ explicare in confeſſione actum externum; tum propter ſatisfactionẽ, & reſtitutionem iniungendam, cuius uinculũ ex actu exteriori exoritur, non ex interiori; tum uero, quoniam (ut recte admonet D. Th. in articulo) ex actu externo uoluntas mutatur ſæpiſſime, uel ſecundum intenſionem, uel ſecundum continuationem, aut etiam ſecundum numerũ.

Expoſitio eſt in cõfeſſione exercenda.

alteraobiectio. Secundo ſic argumentor, Qui efficaciter uult uno odio uoluntatis tantum demereri, quãtum omnes dæmones, non tantum demeretur, quantum omnes, ut diximus ſupra: ergo uoluntas nõ ſemper pro facto reputatur.

Solutio. Reſpõdetur, quod non tantum demeretur: nam iſte actus uoluntatis interior, non habet proportionem cum tanto demerito, & idem prorſus accidit in actu exteriori: nam ſi quis uno periurio, aut homicidio, uult tantum demereri, quantum omnes dæmones, non tantum demeretur, propter rationem ſupra aſſignatam. Ex quo euidens eſt, idem eſſe iudicium de actu exteriori, & de actu interiori.

tertia obiectio. Aristot. Tertio ſic arguitur. Velle furari malũ eſt, q̃a furari malũ eſt. ergo furari peius eſt. Conſequentia probatur ex illo axiomate Ariſtotelæo, pp quod unumquodq; tale, & illud magis.

Solutio. Rñdetur, ꝙ furari eſt malũ, cauſſaliter, & obiectiue, & non formaliter, & ideo argumentatio non procedit: ſicut non ſequitur, corpus eſt album propter albedinem. ergo albedo magis alba: nam albedo non eſt alba.

quarta obiectio. Vltimo, qñ nõ datur facultas, uoluntas efficax nõ eſt: dictũ eſt. n. in ſuperioribus, ꝙ uoluntas efficax non eſt circa rẽ impoſſibilẽ. ergo non eſt tam meritoria, ſicuti qñ adiungitur opus. Conſequentia probatur. nam quando ſequitur operatio, uoluntas efficax eſt.

Solutio. Ad hoc argumẽtum dicendum eſt, quod conatus uoluntatis de ſe efficax eſt, & alioqui fertur in rem poſſibilẽ; at ex aliquo accidenti, quod nõ datur opportunitas, caret effectu: hoc uero quoniam inuoluntarium eſt, præmium adimere non ualet.

Dubium in littera D. Thom. Sed ad finẽ huius diſputationis explicandum eſt, quid eſt, quod aſſerit D. Th. quod omnis inclinatio; & motus, perficitur ex hoc, quod conſequitur finem ſuum & terminum. & poſt pauca dicit, quod defectus perfectionis, quæ eſt ex actu exteriori, uoluntate exiſtente perfecta, nõ tollit aliquid de merito, uel de pręmio: in quibus ſentẽtiis uidetur eſſe euidẽs cõtradictio: quæ ut explanetur, quæſtio eſt;

Vtrum uoluntas parata ad opus quod ex impotentia non perficit. perfecta. Caiet. Vtrum uoluntas parata ſecundum ſe ad opus pficiendum, & per impotentiam non perficiẽs opus, ſit perfecta uoluntas. In huius rei expoſitionem notat Caietanus ex ſuperioribus, quod duplex eſt habitudo uoluntatis ad bonũ amatum; altera eſt, ſecundum quod amatum eſt in uolente ſecundum quandam proportionem, uel ordinem, & coaptationem ad bonum; & iſta habitudo cõpletur in electione, quæ eſt ultima proportio uoluntatis appetentis aliquem finem: ſed iſto modo habere finem, eſt imperfecte habere finem. Sed eſt altera habitudo ſecundum quam finis eſt in reali aſſecutione, & hoc eſt perfecte habere finem. Dicit ergo Caietanus, quod ſecundũ priorem habitudinem dicitur quis uelle perfecte; iuxta poſteriorem dicitur habere perfecte. Ex quo clare deducitur, quod uelle perficitur per ſecundam habitudinem. & ſic nulla eſt contradictio in doctrina D. Tho. nam ſecundum diuerſas habitudines uoluntas dicitur pfecta, & imperfecta. uerum eſt tamen, ꝙ ſimpliciter, & abſolute uolũtas dicitur imperfecta, quando non peruenit ad hoc, ut realiter habeat bonum, quod deſiderat. Hæc ſolutio Caietani uiris doctis non probatur: nam non explicat diſtincte mentem D. Tho. & quomodo non ſit contradictio in eius ſententiis; & ideo alia explicatio eſt, quod iuxta doctrinam D. Th. illa uoluntas eſt perfecta ſimpliciter, quæ abſolute uult aliquid, etiamſi non operetur, quia non eſt opportunitas, uel poſſibilitas. uerbi gratia. uult aliquis conferre eleemoſynam, & nõ inuenit pecunias quas exiſtimabat ſecum deferre, uoluntas illius perfecta eſt.

alia explicatio. uoluntas perfecta quæ

Sed

Duplex uoluntatis perfectio.

Sed duplex perfectio uoluntatis conſiderari pōt, una moralis, alia naturalis. Moralis cōſurgit ex libero arbitrio; & ex intenſione actus, & ex obiecto bono. Naturalis uero cōſurgit in quantū inclinatio uoluntatis eſt quidā motus realis, ſicut motus lapidis ad centrum. Dico itaq; q̄ ſm̄ prioré conſiderationem, uoluntas eſt perfecta in genere moris, tametſi bonū nō fuerit cōſecuta; ex eo quod nō eſt opportunitas, uel poſſibilitas operandi: & ppea dicit D. Th. quod nullā iacturā aut detrimentum habet ī merito, aut præmio, ētſi non ſit operatio exterior, quia ille defectus eſt inuolūtarius, & ideo nō facit uoluntatem imperfectā; ceterum naturaliter nō eſt perfecta, ſiquidem realiter non peruenit ad id quod deſiderabat, & ideo dolet q̄ non fuerit finē aſſecuta hæc eſt ſecunda explicatio propoſitæ dubitationis. Sed uera, & germana explicatio eſt, quam nos ſupra inſinuauimus, nimirum quod qñ uoluntas non ſe exerit in opus cū poteſt, euidenter concluditur, quod ſit imperfecta, & quod ſit uelleitas quædam, quæ explicatur his verbis, uellem hoc facere; & non fortis & determinata uoluntas: perfecta n. uoluntas, & in uniuerſum motus perfectus tunc eſt, quando peruenitur ad terminum: ceterum ſi uolūtas ab opere adimplendo impeditur per impotentiam, non eius imperfectioni, aut imbecillitati tribuendum eſt.

Pri. conc.

Reſolutio auctoris.

Dubiū circa ſolutionem ad tertium.

In ſolutione ad tertium dicit D. Th. unam ſententiā, quæ habet difficilem explicationem: dicit. n. q̄ uniuerſa bonitas creaturæ nihil addit ſupra bonitatem diuinā, qm̄ uniuerſa a bonitate diuina deriuatur. Ex quo conſequēs eſt, q̄ Deus, & uniuerſum, non ſit aliquid perfectius, q̄ Deus. Contrariū huius docet Duran. in 1. d. 44. q. 3. de cuius ſententiæ impugnatione agitur pleniſſime 1. p. q. 4. quapropter ab eius impugnatione ſuperſedendum eſt.

Durand.

ART. QVINTVS.

Vtrum euentus ſequens addat ad bonitatem, uel malitiam uoluntatis.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Si euētus eſt præuiſus, manifeſtū eſt, quod addit: nam ſi aliquis cogitat, quod ex opere ſuo multa mala ſequi pñt, nec propter hoc dimittat, patet uoluntatem eius eſſe ualde inordinatam.

Secunda Concluſio. Quando euentus nō eſt præuiſus, ſi ſequitur per ſe, & ut in plurimum, ex tali opere manifeſtum eſt, quod addit.

Tertia Concluſio. Si euentus nō eſt præuiſus, nec ſolet ſequi frequēter, ex tali opere non addit. Ambę concluſiones probantur eodē medio: nam res iudicatur ſecūdum quod eſt per ſe, & non ſecundum ea, quæ ſunt p accidens.

EXPLICATIO ARTIC.

Vtrū prior concluſio ſit vera & arguitur contra illam.

Diffinitiones huius articuli ſunt certiſſimę regulæ in moralibus. Sed vr̄, q̄ prima falſa ſit. Nā ex ea ſequitur, q̄ mulier quæ ſolatij gratia egreditur in hortū, præuidens q̄ amaſius debet in eam exardeſcere, peccaret mortaliter: quod aſſerere abſurdum eſt, alioqui ſemper deberet domi manere. Idem ſequitur de his qui uendunt arma factioſis hominibus, & de his qui uendunt cartas luſorias, & taxillos; atq; adeo idem erit iudicium de his, qui uendunt res infidelibus, quibus ſciunt abuſuros ad immolandum ſuis idolis. Simile erit de uxore, quæ reddit debitū marito petenti, quando ſcit eā in re maritū peccare, pp uotum caſtitatis, quod hēt. Simile eſt quando quis petit ſacramentum a ſacerdote, quem ſcit in peccato mortali ſacramētum adminiſtraturum. Præterea: Apoſtoli Dñi præuidebant ex prædicatione Euangelij grauiſſima incōmoda peccatorum eſſe ſubſecutura: immo Chriſtus Dñs prǣuidebat, quia ex ſua manifeſtatione grauiſſima ſcelera Iudæorū eſſent ſubſecutura. Ergo prima regula D. Th. falſum dicit. Secunda regula etiam uidetur falſa optimis argumentis. Nam ex uenditione officiorū publicorū, in rempublicam frequentiſſime ſequuntur grauiſſima incommoda, ut aperte conſtat; ea tamen uenditio, iniuſta, aut illicita non eſt. Deinde ex matrimonio clandeſtino ante Cōcil. Trid. ut in plurimū ſequebantur grauiſſima incōmoda; ſed matrimoniū clandeſtinū illicitū non erat: ergo, &c. Vltimo, Bellū in republica iuſtum eſt, atq; neceſſariū: ſed ex bello ſemper ſequuntur grauiſſima facinora: ergo regula falſa eſt.

Dubium de ſecunda cōcluſione ueritate.

Exponitur prima regula D. Tho. D. Th.

Ad argumenta cōtra primā regulam dicendum eſt, q̄ illa regula habet triplicem commētarium. Primus eſt, ut intelligatur, quando euentus eſt præuiſus, & intentus. Ita ſe exponit D. Th. in ſolut. arg. & infra. q. 73. artic. 8. Quapropter Dñs Caiet. exiſtimat eſſe mendacium in littera articuli: nam ubi debebat legi, Præuiſus & intētus, deficit, Intentus. Secundus cōmentarius eſt, ut intelligatur, qñ euentus eſt uolitus directe, uel interpretatiue. De directe uolito, euidens eſt. Sed ille euentus dr̄ interpretatiue volitus, qui licet non intēdatur, placet tamen, ut cum mulier exit ad audiēdam rem ſacram, non intendit quidem adamari, ſed placet adamari: & hęc complacentia mala eſt. Rurſus in alio ſenſu dr̄ euētus interpretatiue uolitus, qñ teneor cauere, & poſſum, & non caueo. v. g. Si ego do gladium furioſo, uel parato ad homicidiū, mihi imputatur: nam teneor illud cauere ex caritate. Rurſus, ſi Prætor it dormitū prima nocte, & ſequuntur in republica furta, & ſcelera alia: hæc omnia imputantur illi ad delictū, qm̄ tenetur ex officio cuſtodire ciuitatē. Tertius commentarius eſt, ſi euētus malus eſt præuiſus, quē potes cauere ſine tuo incommodo; ſi non caues, imputatur tibi ad pctm̄. Quod hæc ſit mens D. Th. patet intuenti litterā articuli, & q̄ ſit uera, demonſtro. Nā ſi quis poteſt cauere iniuriā ſui amici ſine aliquo incommodo, & nō cauet, certe lædit eius amicitiā. Rurſus, ſiquis pōt euitare homicidiū futurū, uel ſolo uerbo, ſine incōmodo, ſi nō uitat, pctm̄ cōmittit: ergo ſi quis pōt cauere iniuriā, & offenſā Dei ſine aliquo ſuo incōmodo, ſi non cauet, caritas Dei nō manet in illo. Ex hoc ſtatim ſequi vr̄, q̄ ſi mulier, quæ ſcit ſe amandā a ſuo amatore, qñ egreditur domum, ſi egreditur ſine cā, peccat mortaliter, ſi uero ex aliqua neceſſitate, uel utilitate, non peccat: nā malitia alterius, non dēt eſſe bonis grauamen. Sed quibuſdā hæc ſententia dura, & falſa vr̄, & dicunt, mulierem illam peccare tm̄ uenialiter, dum otioſe exit ſpaciari; quia non tenetur uitare ſcandalū, quod ſequitur ex malitia aliorū, neq; ſe priuare ſua libertate exeundi domo, quoties uoluerit, ētſi exeat ad furandū. Eſt tñ aduertendū, q̄ qñ eſſet euentus, qui ſequeretur ex actu exteriori, ſm̄ q̄ ab illa muliere exercetur, ſiue ex natura ipſius actus, ut ſi aſpiceret oculo impudico, & impudicis nutibus; vel ēt ex cōditione indiuiduali ipſius actus exterioris, ut ſi aliquis equitans tranſiret per uiā, & conculcaret dormientem, aut tranſeuntem: tunc malus euētus faceret actū peiorē, ſi malus erat; aut malū faceret, ſi erat bonus. Idē ēt, ſi ſcādalum eſſet puſillorū, uel infirmorum, tūc teneretur mulier non apparere in publico ornata, ſed occultare faciē, ſi credit probabiliter futurum ſcandalū alicuius infirmi: & in tali caſu etiam tenebitur miſſam non audire. Ceterū quando teneatur homo uitare ſcandalum proximorum, & cum quanto detrimento proprio, non eſt huius loci: ſed agitur de hac materia 2. 2. q. 43. art. 7. & 8. & certe horum ſententia nequaquam improbabilis nobis uidetur.

Secunda. Euentus uolitus directe, uel interpretatiue.

Tertia.

Euentus malus præuiſus imputatur ei qui cum facile potuerit cauere non cauit.

Ex his ſoluuntur argumenta contra primam regulam facta. Nam ad argumenta contra ſecundā regulā, dicē dū eſt, regulā illā debere intelligi, qñ incommoda ſequuntur ex opere per ſe, & ut in plurimū. Qua de cā affirmant Theologi, fornicationem eſſe intrinſece malā, qm̄ ex tali opere per ſe ſequitur damnū prolis naſcituræ, quamuis aliqñ p accidens contingat, q̄ proles ex fornicatione ſuſcepta, multo melius inſtituatur, q̄ ea quæ ex legitimo hr̄ matrimonio. In caſibus uero commemoratis, incommoda non ſequuntur per ſe, ſed ex malitia hominum.

Quomodo ſecunda D. Th. regula intelligēda ſit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Verum unus actus poſſit eſſe bonus & malus ſimul in eodẽ tempore. Primo.

IN hoc articulo prima dubitatio eſt; utrum idẽ actus poſſit eſſe ſimul bonus, & malus in eodem tempore. Quæſtionem hanc diſputat Almayn. in ſuis moralib. tract. 1. c. 11. & ſuſtinet affirmatiuam partem quæſtionis eẽ ueram; quæ ſuadetur his argumentis. Nã ſi quis habeat duas intẽtiones, placẽdi Deo, & conſequẽdi uanam gloriam, & iudicat eleemoſynam eſſe mediũ conueniens ad vtrumque, ſi conferat eleemoſynam ex una, & ex altera intentione; tũc illa eleemoſyna eſt bona & mala; ergo idem actus numero, ſimul & ſemel eſt bonus, & malus.

Pri. conc.

Secundo. Secunda.

Præterea: nam ſi ſeruus dat eleemoſynam ad mãdatũ domini ſui propter uanã gloriam, quam dominus iuſſit recta intentione cõferri, talis eleemoſyna mala eſt, ſiquidem a mala intentione procedit: rurſus bona eſt, quoniam ſatisfactoria eſt.

Tertio.

Idem demonſtro de miſſa mali ſacerdotis: nã certe ꝙ malus ſacerdos celebret miſſam, mala operatio eſt; rurſus ex alia parte miſſa mali ſacerdotis bona eſt, ſiquidẽ ſatiſfactoria eſt. Profecto D. Th. ſolutione ad 2. & 3. aperte docet, ꝙ idem actus ſimul ſit bonus & malus a diuerſa uoluntate. & in 4. ſent. diſt. 45. q. 2. art. 1. q. 3. dicit de eo, qui, facit ſuffragia in peccato mortali, ex mandato exiſtentis in gratia, ꝙ illa operatio eſt meritoria, & non eſt meritoria. Idem habet in 2. d. 40. art. 4. ad 4. Sed probatur maioribus argumentis, ꝙ idem actus ſimul ſit meritorius & demeritorius: ex quo euidens eſt, eundem actum numero, ſimul eſſe bonum & malum.

D. Th.

Primo.

In primis, qui dicit officium diuinum, referẽs in Deũ, prout debet, ſi poſtea ſubintrat quædam leuis incuria, aut diſtractio mẽtis, hoc opus demeritorium eſt, ſiquidẽ peccatum ueniale eſt. Rurſus ex alia parte meritorium eſt, ſiquidẽ refertur in finem ſupernaturalem ex uera caritate.

Confir.

Idem confirmatur: nam hęc leuis incuria, & negligentia, non tollit relationẽ actualẽ, aut uero uirtualem, in finem ſupernaturalem: nã peccatum ueniale, non contrariatur fini caritatis.

Secundo.

Secũdo, Deus pronior eſt ad miſerendum, quam ad puniendum, ut habet prouerbium Theologorum omnium: ergo ſi punit ꝓ illud opus, quia efficitur peccatũ ueniale: certe præmiabit illud opus, ſiquidem ab affectu caritatis proficiſcitur. Cuius rei exemplum in humanis inuenitur: nã Rex maximis beneficijs afficit militem, uel eum, qui cum ingenti uitæ ſuæ periculo liberat rempublicam, quamuis nonnullam iniuriam leuem contra Regem commiſerit: ergo Deus miſericors illum hominem, qui pro ſe moritur, afficiet præmio uitæ æternæ, licet aliquam leuem culpã in ſuo martyrio adiunctã habeat.

Tertio.

Tertio omnes fere Theologi in materia de Euchariſtia cõſtanter affirmant, quod ſiquis ad hoc ſacramẽtum accedat cum imperfecta diſpoſitione, ſic quod ille actus ſit ueniale pctm̃, affirmant, inquam, quod talis acceſſus non impedit gratiam ſacramẽti. Ex quo tale conficiõ argumentum. Iſte acceſſus eſt peccatum ueniale: ergo demeritorium opus. Rurſus, ratione huius acceſſus, & receptionis ſacramenti, datur mihi gratia, & præmium uitę ęternæ. ergo eſt meritorius.

Vltimo.

Vltimo, ex oppoſita ſententia ſequuntur grauiſſima incõmoda. In primis ſequitur, ꝙ ut in plurimũ uix homines habeant aliquod meritum coram Deo: nã, ut prætermittamus uiros ſanctiſſimos, illi qui non admodũ feruidi ſunt, rariſſime ſe gerũt in bonis operibus ſine aliqua negligẽtia: cuius rei efficacius argumentũ nõ inuenio, quã quotidianũ experimentũ. Hoc aũt uidetur ſignificare Eſa. ca. 64. cum ait. Facti ſumus immũdi omnes, & quaſi pannus menſtruatæ, uniuerſæ iuſtitię noſtrę. In qua ſententia oſtenditur aperte, quod uniuerſæ iuſtitiæ noſtrę, q̃ apud Deũ laudẽ merentur, maculatæ ſunt, & infectę, & leuib⁹ culpis reſperſæ. Hæc cõcinit alia ſentẽtia Iob c. 9. Verebar, inquit, omnia opa mea, ſciens quod non parceres delinquenti. Si lotus fuero quaſi aquis niuiũ, & effulſerint ueluti mũdiſſimę manus meę, tñ ſordibus intinges me, & abominabuntur me ueſtimẽta mea: id eſt, in operibus externis, quãuis mundiſſima appareant, inuenit Deus, ꝙ correctione indigeant, & ꝙ culpabilia ſint. Igitur quãuis in operibus bonis maculę ſint, uel ex concupiſcentia, uel ex negligentia, non perdunt mercedem ſuã. Sequitur ſcdm̃ inconueniens, ꝙ in orationibus negligenter effuſis, & in ſacrificijs aliqua negligẽtia celebratis, nullũ ſit meritum. qđ aſſerere, duriſsimũ eſt. Vltimum ſequitur inconueniens, quod adultus poſsit cõſequi uitã æternam abſque aliquo bono opere & merito, reclamãtibus uniuerſis ſcripturis, in quibus legitur, Qui reddet unicuiq; iuxta opera ſua: & iterum; Et procedent qui bona egerunt in reſurrectionem uitæ. & rurſus; Oẽs nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut referat vnuſquiſque propria corporis, prout geſſit, ſiue bonũ, ſiue malũ. Quod recte ſequatur, probo. Nã uolo, ꝙ aliquis accedat ad baptiſmum cũ dolore, qui ex aliqua negligentia adiuncta efficiatur peccatum ueniale, non impedit tale peccatum effectum ſacramenti, ut affirmant Theologi: quapropter ſi iſte continuo ab hac uita diſcedat, cõſequetur uitam æternam abſq; aliquo bono opere, & merito. His argumentis, & alijs huiuſmodi, facile oſtenditur quod idem opus ſit meritorium, & demeritorium ſimul: ergo idem opus eſt ſimul bonum & malum.

Eſai. 64.

Tertio.

Pro huius dubij explicatione ſit prima aſſertio. Idem actus humanus, ſiue exterior, ſiue interior ſit, non poteſt eſſe bonus, & malus ſimul, prout ab eodem egreditur. Sic docet D. Th. hic concluſione prima; ſic habet Durand. in 2. d. 40. q. 3. Probatur ita eſſe; tum, quoniam bonum & malum ſunt contraria, & mutant ſpeciem, ut prius dictũ eſt, tum uero: quoniam idem actus intellectus non poteſt eſſe uerus, & falſus ſimul, ut aperte conſtat: ergo idem actus humanus non põteſt eſſe bonus & malus ſimul: tũ ultimo; quoniam bonum conſurgit ex integra cauſſa, ut habet prouerbium Theologorum: ergo ſi opus ex defectu alicuius circumſtantiæ malum eſt, licet ex aliis mille talis bonum ſit, abſolute & ſimpliciter malum eſt. De hac concluſione plura dicentur in ſequentibus.

Prima c. Idem a... prout ... dem e... tur ... ſimul ... nus & ... lus.

D. Th. Durand.

Secunda concluſio. Idẽ actus exterior reſpectu diuerſorum, prout a diuerſa uolũtate egreditur, põt eſſe ſimul bonus, & malus. Patet hoc in paſsione Chriſti Dñi, q̃ reſpectu Iudæorũ inferẽtiũ, mala fuit; reſpectu uero Chriſti patien-

Secunda. Idem ... p... ue ... d ... cũs ... bonus & ... lus.

ART. SEXTVS.

Vtrum idem actus exterior poſſit eſſe bonus & malus.

SVMMA TEXTVS.

PRima Cõcluſio. Idem actus ſimul non põt eſſe bonus & malus. Hæc concluſio habetur in argumento, ſed contra, & patet euidenti demonſtratione. Nã contraria non poſſunt eſſe in eodem ſimul: ſed bonum, & malum ſunt contraria: ergo unus actus nõ poteſt eſſe bonus & malus.

Secunda Concluſio. Idem actus in genere naturę poteſt eſſe bonus & malus ſucceſsiue. Pro cuius declaratione aduertendum eſt, nihil prohibere aliquã actionẽ eſſe unã, ſecũdũ quod refertur ad genus naturę, quę tamen ſit multiplex, ſi referatur ad genus moris: ut ambulatio continua, eſt unus actus ſecundũ genus naturæ, & poteſt contingere, quod ſint plures ſecundum genus moris; utpote ſi mutatur ambulantis uoluntas, quę eſt principium actuum moralium. Vnde ſi accipiatur unus actus prout eſt in genere naturæ, poteſt eſſe bonus & malus ſucceſsiue.

Tertia Concluſio. Idem actus in genere moris nõ poteſt eſſe bonus & malus ſucceſsiue: nam ſi mutatur de bono in malum, aut econtra, iã non eſt idem actus in genere moris.

patientis; ſtudioſa fuit, & noſtræ redemtionis pretium. Idem patet in ſeruo qui tribuit eleemoſynam propter uanam gloriam, quam dominus recta intentione pcepit dare, atq; adeo de eo qui in teſtamento inſtituit opera bona & pia, quæ hæredes propter uanam gloriam adimplēt; denique patet in ſacerdote, qui in peccato mortali offert ſacrificium; huiuſmodi namq; ſacrificium, quatenus a ſacerdote egreditur, nō eſt Deo acceptum, ſed quatenus nomine Chriſti, & Eccleſiæ offertur, eſt Deo gratiſſimum.

Tertia conc. Idem opus non poteſt ſimul eſſe meritorium & demeritorium.

Conc. Trid.

Tertia concluſio. Idem opus non poteſt ſimul eſſe meritorium, & demeritorium Pro huius concluſionis intelligentia aduertendū eſt primo loco, ꝙ hæretici Lutherani affirmant, oīa opera noſtra, quantumuis iuſta, eſſe peccata mortalia: ſed qm̄ ex diuina miſericordia non imputātur nobis ad dānationē, ſunt grata, & accepta corā Deo. Sed hæc ſnīa omnium Sanctorum Patrū ſuffragijs, & ſacri eloquij teſtimonijs confutata eſt in Conc. Trid. Seſſ. 6. cano. 25. de qua re nos ſupra diligentius mentionē fecimus, q. 18 art. 1. Alij uero Theologi, qui inter Catholicos computantur, opinati ſunt, peccata quæ nominantur venialia, ex proprijs meritis eſſe mortalia, ſed ex diuina miſericordia imputari tamquam venialia. Hæc ſnīa ab vniuerſis Theologis uno conſenſu reiecta eſt, ut in materia de peccatis uidebimus. Sunt alij Theologi primarij, qui arbitrātur, ꝙ opera alioqui egregia, & illuſtria, licet ex adiuncta negligentia inficiantur, & efficiantur peccata venialia, habent meritum magnum coram Deo. Pro cuius declaratione ſciendum eſt, ꝙ ſi quis exerceat opus alioqui egregiū pp vanam gloriam, ſic, ꝙ illa uana gloria ſit finis illius operis, ſine dubio talis nō meretur pmium, ſed ſuppliciū; qm̄ illud opus caret debito fine, & non progreditur ex caritatis affectu, ſed ex uanitatis cupiditate. Quod apte

Matth. 6

teſtatur Dominus Matt. 6. cum dicit. Attendite ne iuſtitiam veſtrā faciatis coram hominib. vt videamini ab eis; alioq mercedem non habebitis. Ceterum ſi quis exerceat opus alioqui egregium pp bonum finem, & ex affectu caritatis, habet tamen adiunctam negligētiam, uel mētis diſtractionem, habet hæc opinio, ꝙ non perdet mercedem ſuā coram Deo. Hanc opinionem ſubuertit tertia noſtra concluſio, cū dicit eſſe impoſſibile, ut idē actus ſimul ſit meritorius, & demeritorius coram Deo. Patet hæc cōcluſio in primis auctoritate maiorū. Dominus Caie. in opuſc. decē

Caie.

& ſeptem quæſtionum, reſponſione 14. dicit hanc cōcluſionem eſſe ſanam doctrinā, & oppoſitam fauere hæreſi Lutheranæ: nam ex ea ſeqtur, ꝙ iuſtus in quolibet bono opere pp incidentē imperfectionē mereatur ſimul, & peccet venialiter. qđ ſolus Lutherus affirmat, & propterea cō demnatur in Conci. Trid. Seſſ. 6. cano. 25. Et tandem ad finem reſponſionis Caie. concludit, meritum, & peccatum veniale in eodem actu inueniri non poſſe: nullus enim peccando meretur. Eſt ſiquidem tātæ uis peccatum ueniale, ut ab actu quem efficit, tollat pmium vitæ æternæ, non tamen tollit meritum vitæ æternę a perſona; uiri. n. ſancti abſq; eo ꝙ perdant uitæ æternæ meritum, peccant venialiter, uerum per actus, qui ſunt peccata uenialia, vitā ęternam non merentur. Eandem ſnīam confirmat D. Baſil. in

Baſilius.

ſermo. 2. de Baptiſmo, præcipue c. 7. & 8. ubi multis argumentis demonſtrat, ꝙ vt opus ſit gratum coram Deo, neceſſe eſt, ut undiq; bonum ſit: ꝙ ſi deficiat, vel ex circumſtantia finis, vel tēporis, vel loci, uel negligentiæ, non eſt acceptum corā Deo. In huius rei confirmationē adducit

Hier. 48.

illud Hier. 48. Maledictus homo qui opus Dei facit negligenter. Ex quo concluditur, ꝙ opus alioqui egregiū, ſi negligenter fiat, maledictionē meretur, non laudē. Item adducit illud Euangelij, Nemo pōt duob. dominis ſeruire. & iterum; Non poteſtis Deo ſeruire, & mammonæ. Præterea citat illud 2. Cori. 6. Quæ cōuentio lucis ad tenebras?

2. Corin. 6

quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate? Quibus uerbis declaratur eſſe omnino impoſſibile, quod idē opus ſit gratum Deo, & ꝙ malum ſit. Denique; illud. 2. Corin. 7. Habentes has promiſſiones Chariſſimi, mundemus nos ab omni

2. Corin. 7

inquinamento carnis, & ſpiritus, perficientes ſanctificationem in timore Domini. In quibus uerbis manifeſte declaratur, ꝙ opus, quod fuerit infectum aliquo inquinamēto carnis, aut ſpiritus, non erit gratum coram Deo. D. Au-

Augu.

guſtin ſua Regula ſcribit, quod inanis gloria maxime cauenda eſt, quia bonis operibus inſidiatur, ut pereant. & D. Chryſoſt. homi. 12. in Matthæum in opere imperfecto

Chryſo.

dicit, ꝙ inanis gloria ingreditur occulte, & omnia quę intus ſunt inſenſibiliter aufert. Ergo opera alioqui egregia, ſi inficiantur ex uana gloria adiuncta, meritū non habēt

D. Th.

coram Deo. D. Th. eſt perpetuus in iſta ſententia: nam ſupra q. 18. art. 4. ad 3. q. 19. arti. 7. ad 3. dicit, ꝙ ut operatio bona ſit, debet habere omnes circumſtantias debitas: ex quo concludit, ꝙ operatio, cui deficit aliqua ex circumſtātijs adiunctis, ſimpliciter mala eſt. Et allegat in ſuum pa-

Dionyſi.

trocinium D. Dionyſ. dicentem, bonum conſurgere ex integra cauſſa; malum uero ex particulari defectu. Præterea eſt ſingularis locus D. Th. 2. 2. q. 132. arti. 3. ad 1. ubi dicit, ꝙ nullus peccando meretur vitam æternam: ex quo ſtatim concludit, ꝙ opus alioqui ſtudioſum, ſi uana gloria inficiatur, amittit merendi uirtutem. Certe dominus in Euangelio tantum promittit regnum cælorum bonis operibus: at iuſtitiæ noſtræ quę ex adiuncto habent maculam, ſimpliciter non ſunt bona opera, ſed mala, & peccata: ergo pro illis mercedem non habebimus apud Patrē. Secundo probatur noſtra concluſio ex rationibus euidentibus, quas adduximus in probationem, & confirmationē primæ concluſionis, ad oſtendendum, eſſe impoſſibile eūdem actum ſimul eſſe bonum, & malum. Tertio demonſtratur: nam ex oppoſita opinione ſequuntur grauiſſima incommoda. In primis ſequitur, ꝙ idem opus ſit bonum, & malum ſimul, meritorium, & demeritorium: quod eſt manifeſta contradictio, ut antea dictum eſt. Rurſus ſequitur, ꝙ idem opus ſit ſecundum legem, & voluntatem diuinam, & idem opus ſit prorſus contra legem, & voluntatem diuinam: quod eſt euidens contradictio. Præterea ſequitur, ſi illud ſit bonum, & meritorium vitæ æternæ, ꝙ illud Deus amet; quod ſi idem opus malum, eſt euidens quod Deus illud odio proſequitur.

Quod ſi dicat Theologus, ꝙ illud opus ex præcipuo obiecto eſt præclarum, & ideo meretur laudem corā Deo; quoniam vero habet adiunctam malitiam, meretur uituperium; Contra. Nam ut opus ſit gratum coram Deo, neceſſe eſt, ut undique bonum ſit, aut concedere oportet, actum qui ex una parte habet bonitatem, & ex alia malitiam, eſſe meritorium coram Deo, ut cum quis furatur ad

Mag. ſenten.

dandam eleemoſynam: quam ſententiam aduerſari ſanæ doctrinæ demonſtrat optime Magiſter Sententiarum in ſecundo, di. 40. Item ſequitur alia abſurditas, quod homo iuſtus in quolibet opere bono propter imperfectionem incidentem mereatur ſimul, & peccet uenialiter. quod

Conc. Trid.

damnatur in Conci. Triden. Vltimo ſequitur, ꝙ idē actus prodeat a uirtute, & a uitio, augeat virtutem, & uitium ſimul. Sequitur etiam, quod opus malum, ſiquidem meritorium eſt, proficiſcatur a caritate, & diuino auxilio ſupernaturali: omne namque meritum proficiſcitur a caritate, & diuino auxilio ſupernaturali;

Argu. ſolu. Ad primum.

Ad argumenta in principio, & ad primum reſpondetur in primis, quod talis actus exterior, eſt ſimul bonus, & malus, quia proficiſcitur a diuerſa uoluntate; & tunc non eſſe inconueniens eundem actum eſſe bonum, & malum ſimul, dictum eſt in ſecunda concluſione. Vel dicendum eſt, quod in tali caſu actus non eſt bonus, ſed ſimpliciter malus: nam licet actus ſit de bono obiecto, ſi referatur in malum finem, malus eſt ſimpliciter; ut dare eleemoſynam propter inanem gloriam: ergo licet actus ſit de aliquo fine, ſi referatur in alium malum finem, ſimpliciter malus eſt: certe dare eleemoſynam propter Deum, & propter uanam gloriam, totus iſte actus non eſt conformis recto iudicio.

Ad argumenta ſecundo loco adducta.

Ad alia tria argumenta dicendum eſt breuiter, confirmari maxime noſtram ſecundam concluſionem: in ea namque dictum eſt, quod idem actus exterior reſpectu diuerſorum, ſi ad diuerſam voluntatem referatur, ſimul eſt bonus & malus, meritorius & demeritorius.

Ad primum.

Ad alia argumenta, quibus probabatur eundem actum eſſe meritorium, & demeritorium ſimul, diligentius ſatiſfaciendum eſt. Et ad primum dicendum eſt, quod quando quis fundit preces ex incuria, uel diſtractione culpabili, vel dicit horas canonicas, ſine dubio durante illa incuria,

perdit meritum; nullus enim peccando meretur uitã æternam. Et cum dicitur, ꝙ peccatum ueniale non contrariatur caritati, veriſſime dicitur; ideo enim non tollit meritum vitæ æternæ a perſona, nec facit eam Dei inimicam: ceterum ab actu quem afficit, tollit meritũ uitæ æternæ: nullus enim peccãdo meretur. Itaque cũ dr, peccatum ueniale non contrariari caritati, ſenſus eſt, ꝙ nõ tollit, nec diminuit caritatẽ, nec auertit ab ultimo fine: ſed nõ eſt sẽſus, ꝙ mereatur augmentum caritatis, aut gloriæ; nec uero ꝙ ſit medium quod apte referri poſſit in vltimum finem caritatis. Certe ſi hoc argumentum aliquid probaret, ꝓbaret ſubinde, ꝙ mendacium officioſum in homine iuſto eſſet meritorium uitæ æternæ, atque etiam ꝙ dare eleemoſynam ꝓp uanem gloriam, eſſet meritorium corã Deo, quod contrariatur ſentẽtię Chriſti Domini, dicentis; Attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis; alioqui mercedem nõ habebitis. Et pro argumenti maiori confutatione ſciendũ eſt,

Concl.

Notan. 1. ꝙ cum quis incipit fundere preces ex bona intentione, & ingreditur occulte uana gloria, hæc uana gloria non perdit meritum præcedens, nec uero ſubſequens, ſi retractatur, ſed tñ inficit illud opus, interim dũ durat uana gloria.

Notan. 2. Item ſciendum eſt, ꝙ cum quis fundit preces ex recta intentione, vt debet, & ex alio incidenti ingreditur uana gloria, tunc reputatur gemina operatio in genere moris; una eſt fundere preces recta intentione; & hæc non ꝑdit meritum ſuum: altera eſt uana gloria commoueri; & hæc qm̃ peccatum eſt, non eſt meritoria coram Deo. Quod hactenus docuimus, eſt, ꝙ qñ opus alioqui ſtudioſum inficitur ex uana gloria, uel ex aliquo adiuncto, non habet mercedẽ corã Deo.

Ad ſecundũ. Ad ſcdum arg. reſpondetur, ꝙ ex eo quod Deus ſit pronior ad miſerendum, q̃ ad puniendum, non eſt conſequens ꝙ illi ſit gratum, & acceptum, quod re uera malum eſt. Et ad exemplũ ex rebus humanis adductũ, dico non conſiſtere ſimilitudinem: nam Dei oculi mundiſſimi ſunt, & ad iniquitatem reſpicere non ualent; homines uero ab hominibus pro turpi obſequio mercedem merentur, ut patet in meretricibus.

Ad tertium. Ad tertium argumentum reſpondetur, non conſtare inter Theologos de iſta quæſtione, utrum quando quis peccat uenialiter in ſuſceptione ſacramenti, præſertim Euchariſtiæ, conferatur gratia uirtute ſacramenti. Caietanus (Caiet.) id negat tertia parte q. 79. articu. primo: negat rurſus Durandus (Durand.) in 4. diſtinctione duodecima, quæſtione 4. ad ſecũdum argumentum: idem Paludan. (Palud.) in 4. d. 4. q. 5. & D. Bonauen. (Bonauen.) in eadem d. Soto (Mag. Soto.) doctiſſimus tenet contrarium in 4. diſt. 6. q. 1. articu. 7. & d. 11. q. 2. artic. 8. Sed definire, utra iſtarum opinionum probabilior ſit, non eſt præſentis inſtituti. Nunc pro confutatione argumenti dicendum eſt, quod ſi ſentiamus cum Patre Soto (Soto.), aſſerendum eſt, quod peccatum ueniale non eſt meritorium uitæ æternæ: non enim confertur gratia ex merito peccati uenialis, ſed ex uirtute ſacramenti, cui peccatum ueniale obicem non ponit: & ſic confutatur argumentum. Et quod hoc argumentum nihil faueat propoſitæ opinioni, patet euidenti ratione. Nam doctiſſimus Soto affirmat, quod ſi quis ſuſcipiat baptiſmum propter vanam gloriam, recipit effectum ſacramenti: at recipere baptiſmum propter uanam gloriam non eſt meritorium, ut teſtatur Dominus Matthæi ſexto. (Matt. 6)

Ad quart. Ad quartum argumentum reſpondetur, ꝙ ex uera, & ſana doctrina quæ ſuperius poſita fuit, nullum ſequitur incommodum. Nam ad primum quod obijcitur, dicendũ eſt, quod homines iuſti ſæpenumero operantur opera ſtudioſa, quæ undique bona ſunt, & habẽt circumſtantias debitas, qñ oportet, ſicut oportet, &c. & contrarium nõ probat quotidianum experimẽtũ. Ad illud Iſaiæ rñdetur, ꝙ loquitur de iuſtitijs operũ, quas populus Iudaicus ex obſeruatione legis ſibi cõquirebat, alioqui immundus, & extra gratiam Dei longe poſitus. Et quod hæc ſit explicatio debita, patebit legẽti. Alias explicationes dedimus huic ſentẽtiæ ſupra q. 18. articu. 1. Ad teſtimonium beati Iob dicendum eſt, ſentẽtiam huius dicti eſſe iſtam, quod homo operans ex facultate naturæ ſuæ, non poteſt apparere iuſtus coram Domino. Rurſus, homo iuſtus, & habens gratiam in hac vita præſenti, qm̃ multis defectibus, & peccatis uenialibus inuoluitur, compoſitus Deo potius debet dici iniuſtus, q̃ iuſtus: ceterum ſi conſideretur iuſtitia fidei diffuſa in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum ex merito Chriſti, multum ualet in conſpectu Dei: nam eſt iuſtitia filij ſui, quæ eſt iuſtitia de omni rigore.

Ad ſecundum incommodum reſpondetur, eſſe uetiſſimum, ꝙ qui opus Dei facit negligenter, meretur maledictionem, & non laudem apud Deum, ita affirmat Hieremias c. 48. Ad ultimum incommodum reſpondetur, quod ſecundum ſententiam eorum qui dicunt, ꝙ quando quis peccat venialiter in ſuſceptione ſacramenti, recipit gratiã ſacramenti; concedẽdum eſt quod in aliquo caſu adultus conſequitur gloriam, ſine proprio merito. Et quod ſit concedẽdum ſine dubitatione, patet: nam ſi quis adultus eat dormitum cum attritione, & uoluntate recipiendi baptiſmum, ſi baptizetur dormiens, & continuo ab hac uita diſcedat, conſequitur uitam æternam, & tamen numquam habuit meritum uitæ æternæ. Ad idem confirmandum eſt aliud exemplum. Nam ſi quis in peccato mortali exiſtẽs eat dormitum cum aliquo dolore imperfecto, & cũ uoluntate moriẽdi ꝓ Chriſto imperfecta, ſi occidatur dormiẽs pro Chriſto, ſentiunt plerique Theologi ꝙ cõſequitur gloriam, nõ ex merito ſui operis, ſed ex martyrij priuilegio. Eſt alia dubitatio; utrum idem actus interior uoluntatis in genere naturæ poſſit eſſe bonus, & malus ſucceſſiue: nam de actu exteriori nulla poteſt eſſe dubitatio. Difficultatem huius queſtionis elucidauimus ſupra q. 19. art. 1. & ſuſtinuimus partem affirmatiuam quæſtionis: recolenda ſunt quæ eo in loco ſunt adducta; hæc enim pro iſta quæſtione dicta ſufficiant.

QVAEST. XXI.

De his quæ conſequuntur actus humanos ratione bonitatis & malitiæ: quæ habet quattuor articulos.

ART. PRIMVS.

Vtrum actus humanus, in quantum eſt bonus, vel malus, habeat rationem rectitudinis, vel peccati.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans. Nam in tantum actus voluntarius dicitur malus, ĩ quãtũ recedit ab ordine rationis & legis æternæ; & in tantum bonus, in quantum his cõcordat. Malum enim eſt quæcũq; priuatio boni, quæ in plus ſe habet quam peccatũ; quod proprie eſt, cũ aliquis deficit a debito fine; quia nõ ſequitur regulã ſuam; regula vero in his q̃ naturaliter agunt, inclinatio naturalis eſt; in rationalib. ratio, & lex æterna. Ex his conſequitur, ꝙ actus humanus, in quantũ malus eſt, habet rationẽ peccati; & in quantum bonus, habet rationem rectitudinis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo aduertendũ eſt, ꝙ hic non inquirimus de bonitate, aut malitia actus humani naturali, ſed de bonitate aut malitia morali: nam inueſtigare de bonitate, aut malitia naturali, non pertinet ad doctrinam moralem. Secundo aduertẽdũ eſt ex doctrina doctiſſimorũ hominũ, Victoriæ, & Soto ꝙ licet opus malum morale, & peccatum, re idem ſint, & pro eodem ualeant, nihilominus differunt ratione formali. Dicitur namque opus malum morale, quia eſt diſſentaneum ſuæ regulæ: peccatum uero, quia eſt contra legem,

gem, & regulam. Ex quo prædicti auctores eliciunt duo dogmata. unum eſt, ꝙ ſi nulla eſſet lex, & homo non haberet Superiorē, ſi diceret mendacium, faceret opus moraliter malum, ſed non peccaret, quia ubi non eſt lex, nō
Rom. 4. eſt præuaricatio, ut aſſerit Pau. Rom. 4. rurſus, ubi non eſt Superior, non eſt inobedientia. Secundum eſt, ꝙ ſi quis ignoraret inuincibiliter Deū & legem aliquam conſtitutam, ſi diceret mēdacium, faceret opus moraliter malum; at
Concluſio. non peccaret, ꝑ rationes ſuperius adductas. Contrarium huius habet
D. Thom. hic D. Th. expreſſe: nam dicit, ꝙ actus malus, ea rōne, quia eſt deſſormis ſuæ regulæ, hēt rōnem peccati. & nos in ſuperioribus, q. 19. artic 4. apertiſſime oſtendimus, eſſe manifeſtam contradictionem, ꝙ ſit opus moraliter malum, & quod peccatum non ſit: quapropter iſtorum auctorum ſententia amplectenda non eſt.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum actus humanus, in quantum eſt bonus, uel malus, habeat rationem laudabilis, uel culpabilis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. In ſolis actibus uoluntarijs eſt laus, uel culpa. Dicitur enim actus laudabilis, uel culpabilis, ex hoc, ꝙ imputatur agenti: nam nihil aliud eſt laudari, uel culpari, quam malitiam, uel bonitatem ſui actus alicui habenti eum in ſua poteſtate imputare. Sed homo per uolūtatem dominus eſt ſuorum actuū: unde in ſolis actibus uoluntatis conſtituitur ratio laudis, uel culpæ.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum actus humanus, in quātum eſt bonus, uel malus, habeat rationem meriti, uel demeriti.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans. Nam meritum, uel deme-

Obiectio. Sed contra cōcluſionem eſt unum argm̄. Nam ſi Deus nullam ſtatuiſſet pœnam, nullum eſſet peccatum, vt apparet, ſi quidem nihil eſſet ſupplicio dignum: ergo actus humanus habet, quod ſit peccatum, ex eo, quod ad pœnā ordinatur; & non ex eo, quod malum ſit.

Solutio. Ad hoc argm̄ rñdetur, falſum eſſe antecedens: nā ſicut dantur actus boni ſine præmio, ut patet in beatis; ita dantur peccata ſine nouo ſupplicio, ut patet in damnatis. Et quāquam nulla eſſet pœna ſtatuta, odium Dei eſſet pc̄tm̄, & vituperabile: quapropter peccatum ueniale non eſt ordinatio ad pœnam temporalem, ut falſo arbitratur Scot. De qua re diligētius dicetur in materia de peccatis.

EXPLICATIO ARTIC.

Duo axiomata. Ex his definitionibus colligunt Theologi duo axiomata. Alterum eſt, ꝙ neceſſaria, & naturalia non ſunt laudabilia, uel vituperabilia. Alterum eſt, quod opera, quæ progrediuntur ex libero arbitrio hominis, qui habet dominium ſuorum actuū,
Vtrum neceſſaria laudem promereantur. Primo. Secundo. Tertio. laudem, uel vituperationem merentur. Videtur certe, ꝙ primum axioma falſum ſit. Nam uiſio beata eſt laudabilis, & oī laude digna; at eſt neceſſaria, ut Theologi affirmant: ergo inrentum. Rurſus, Amor Dei in patria, laudabilis eſt, & oī laude digniſſimus; at neceſſarius eſt, ut cōſtat ex Theologia: ergo. Præterea, Chriſti opera laudabilia ſunt, & laudem promerentur; at neceſſaria fuerunt: tū qm̄ non potuit peccare; tum uero, quoniam non potuit diuinæ voluntati contradicere; tum uero, quoniam uniuerſa opera Chriſti procedebant ex dilectione Dei beatifica, quę in beatis neceſſaria eſt. Idem argm̄ pōt fieri de confirmatis in gratia, qui non pn̄t diuina mandata tranſ-
Quarto. gredi, neq; peccare. Quarto, pueri baptizati, qui continuo diſcedunt a uita, habent laudem corā Deo; at non habēt actum liberi arbitrij. Rurſus, pueri non baptizati, qui diſcedunt cum peccato originali, condemnantur, & vituperationem habent; & tñ nō habent actum liberi arbitrij.
Neceſſarius nō meretur. Ariſtot. Hæc argumenta confutanda ſunt, ſi prius oſtendamus axioma illud eſſe uerum. In primis illud aſſerit Ariſt. 3. eth. c. 5. quo in loco dicit, naturalia, & neceſſaria, non eſſe laudabilia, aut uituperabilia. Conſimilē ſnīam repetit
Auguſt. D Aug. ſæpenumero in ſuis operibus, cuius eſt illa celebris ſnīa. Peccatum adeo voluntarium, ꝙ ſi non eſt volūtarium, pc̄tm̄ non eſt, neq; uituperationem meretur. Simile eſt illud in eodem D. Aug. Nullus peccat in eo, quod nulla rōne caueri pōt. Ex quo concludit Aug. pc̄tm̄ eſt: caueri igitur pōt. & item, pc̄tm̄ eſt facere, quod iuſtitia uetat, in quibus liberum eſt abſtinere. habet D. Aug. hæc teſtimonia. 1. de lib. arb. c. 12. 13. 14. 16. ſecūdo lib. de lib. arb. c. 1. & 16. & 3. de lib. arb. c. 16. 17. 18. & 1. retrac. c. 9. & 15. & lib. de duab. animab. ca. 10. & 11. & rōnes euidentes ſuffragantur. Nā actus, qui expers eſt libertatis, nō eſt actus vitij, aut virtutis: ergo nō meretur laudem, aut uituperationem. Rurſus, opera neceſſaria, q̄ nō ſunt poſita in noſtra facultate, impoſſibile eſt, ꝙ mereā-
Concluſ. tur reprehēſionē: ergo impoſſibile eſt, ꝙ laudem mereātur. Tertio certe ille non peccaret, neq; mereretur reprehenſionem, cuius dormientis manu alius ſcriberet aliquid flagitioſum. Rurſus, ſi homo valentior apprehenſa mea manu me inuito percutiat alium, non mereret ego aliquam rep̄henſionem. Præterea ſi quis reprehenderet lapidē, uel laudibus proſequeretur, quoniam magno impetu in ſuum locū deſcendit, ipſo lapide ſtultior eſſet; ex nimirum de eā, qm̄ lapis neceſſario, & non libere deſcēdit in locum ſuum. Verum eſt igitur illud prouerbium, Neminē mereri laudem aut uituperium, niſi in operibus
Roffenſ. liberis, & uoluntarijs. Certe Roffenſ. optime argumentatur aduerſusЮтherū, aſſerentem, ꝙ omnia ex neceſſitate eueniant, & non eſſe in facultate hoīs uias ſuas bonas, aut malas facere. ſi ita res ſe hēt (inquit) quid nos rep̄hēdis, ꝙ ſimus Papiſtę, ꝙ tuis dogmatibus contradicimus? ſi quidē aliter fieri non pōt, & in his operibus neceſſitamur. Eadem rōne poteris componere inuectiuas contra
Argumentorum ſolutio. Ad primum. ignem, ꝙ comburat. Ad argumenta in contrarium, & ad primum rñdetur, quod viſio beatifica, quāquam eſt immutabilis, & neceſſaria, eſt laudabilis, & omni gloria digniſſima, qm̄ in ſua cauſſa fuit voluntaria, & libera, ſi q̄-
Ad ſecundum. dem actibus uoluntarijs, & liberis fuit acquiſita, ut præmium noſtrorum laborum. Ad ſecundum argumentum
Ad tertium. idem dicendū eſt de dilectione beatifica. Ad tertiū argumentum rñdetur, ꝙ Chriſtus Dn̄s nō meruit nobis ꝑ dilectionem beatificam, q̄ in illo neceſſaria erat, ſicut in alijs beatis, ſed per dilectionem illam, quam habuit in quantum viator. Sed de hoc diligentius tractatur in materia de Merito. De confirmatis in gratia dicendū eſt, ꝙ abſolute, & ſimpliciter pn̄t peccare, & diuina mandata
Ad ultimum. tranſgredi: uerum eſt tñ, ꝙ ſuppoſito priuilegio cōfirmationis, nūquam peccabūt mortaliter. Ad ultimum argm̄ rñdetur, ꝙ ſicut pueri damnātur, & uituperantur ex malo merito primi parentis; ita ſaluātur, & laudātur ex bono merito Chriſti Dn̄i, qđ in baptiſmate illis applicatur. Sed de his oībus diligentius in materia de Merito. De ſecundo axiomate, q̄ uerum ſit, dictum eſt ſupra q. 1. ar. 1.

EXPLICATIO ARTIC.

Vt iſti articuli explicentur, nō eſt neceſſe explicari a nobis de meritis bonorum operū in ordine ad hoīes, aut rempublicā. De meritis uero bonorum operum in ordine ad Deum multas Theologi mouent q̄ſtiones. In primis diſputant; Vtrum homo ex facultate naturæ poſſit mereri apud Deū; rurſus, Vtrum homo exiſtens in gratia, ꝓprie
Vtrum opus malum ſit coram Deo meritorium. mereatur corā Deo? tertio, Vtrum oē opus bonum exiſtentis in gratia, ſit meritoriū uitæ æternæ. De his q̄ſtionibus diligentius tractatur in q̄ſtione ultima huius partis in materia de merito, ꝓ quod in ill ū locū referenda ſunt.

ritũ, dicũtur in ordine ad retributionem, quæ fit ſecundũ iuſtitiam: talis autẽ retributio ſecũdum iuſtitiam, fit ex eo, quod q̃s agit in nocumẽtum, vel profectũ alteri᷒: vnde ꝑut aliq̃s in ſocietate viuẽs, eſt aliquo modo pars, & membrũ totius ſocietatis, ita quod agit in bonũ vel malũ alicuius exſiſtẽtis ĩ ſocietate, in totam ſocietatẽ redundat: ſicut qui lædit manum, per cõſequẽs totum lædit hominẽ. Et ſi aliquid agit in bonũ vel malũ alicuius ſingularis perſonæ, duplex cadit rõ meriti, vel demeriti. vno modo, ſecũdũ quod debetur ei retributio a ſingulari pſona, quæ læditur, aut iuuatur. alio mõ, ꝑut debetur a toto collegio: nã ſi directe ordinatur in bonum vel malum in totũ collegiũ, debetur ei retributio; principaliter a toto collegio, & ſecundarie ab oĩbus collegij partibus. Sed ſi ĩ bonũ vel malum propriũ aliquis operatur, ei debetur retributio, ĩ quantum vergit in bonũ cõmune, prout ipſe pars eſt cõllegij, licet non debeatur ei retributio ĩ quãtũ eſt bonũ vel malũ ſingularis pſonę, quę eſt eadẽ agenti, niſi ſecundũ quãdã ſimilitudinẽ, prout eſt iuſtitia hominis ad ſeipſum.

ART. QVARTVS

Vtrum actus humanus, in quãtum eſt bonus, vel malus, habeat rõnem meriti, vel demeriti apud Deum.

SVMMA TEXT᷒

Concluſio eſt affirmans. Nam qui facit actum malum, non ſeruat Dei honorem, qui ei, vt vltimo fini, debetur: ipſe enim eſt vltimus finis, ad quẽ omnia referri debent. Etiam ex parte communitatis pertinet ad Deũ retribuere de his qua bene vel male fiunt, cum ſit ipſe rector, & gubernator totius communitatis. Et quãuis ex noſtris actibus nihil ei accreſcat, vel diminuatur; tñ homo, in quãtũ in ſe eſt, aliquid Deo ſubtrahit, cũ nõ ſeruat ordinẽ quẽ ipſe inſtituit.

ſunt. In his articulis duo ſolum uolo diſputare. unũ eſt, Vtrum opus malũ ſit meritorium coram Deo. Pro parte affirmatiua ſunt optima argumenta. In primis, acceſſus Iacob ad Liam fuit meritorius, ut plane conſtat; ſed fuit actus malus, ſiquidem obiectum re uera erat malum, & ꝓhibitũ: & actus, auctore D. Th., hẽt malitiam ex obiecto: ergo act᷒ malus eſt meritorius apud Deum. Idẽ oſtẽdo ex ſãctis ſcripturis: nã Ezech c. 29. ſcribitur. Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuũ ſeruitute magna contra Tyrũ: & merces non eſt reddita ei. In qua ſnla manifeſte ſignificatur, Regẽ Babylonis, alioq̃ iniuſtum, & q̃ mala intentione obſederat Tyrũ, mercedẽ meruiſſe apud Dñm. immo dicit textus ſacer, quod decreuit illi Dñs Ægyptum ĩ mercedem. Idem dmõſtratur Exho. c. 1. quo ĩ loco narrat textus ſacer, ꝙ obſtetricibus Hebræis benefecerit Dominus, & ędifi cauerit domos illarũ, ꝓ mendacio quo mentitę ſunt. Idem argm̃ fieri põt de Raab meretrice, quam Dñs pro mendacio, quo occultauit filios Iſrael, præmiauit mercede magna, ut habetur Ioſue. 2. Hoc argm̃ adductum ex ſacra ſcriptura exaggerat multum D. Aug. lib. contra mendac. c. 15. 16. & lib. quæſtionũ Exho. q. 1. Tertio ſic argumẽtor. Idẽ Aug. 5. de ciuit. c. 12. & 15. aſſerit aperte, Deum conceſſiſſe Romanis imperiũ pp eximias uirtutes, amorem patriæ, zelum iuſtitiæ, beneuolentiam ciuilem: at idem Aug. ſcribit eiſdem locis, Romanos non habuiſſe ueras virtutes, ſed omnia egiſſe gloriæ cupiditate, & ambitu. Ergo opera mala habent mercedem apud Deum. Hæc argumenta ſtatim confutanda ſunt: nam non eſt neceſſe probari a nobis, ꝙ opus malum non habeat mercedẽ apud Deũ, cũ euidens ſit, ꝙ mereatur ſupplicium corã Deo. Certe ꝓclare dicit Aug. Quid merebaris o peccator? peccator quid merebaris? vide ſi tibi occurrat, niſi ſupplicium; ſi tibi occurrat niſi pœna. Ad argm̃ primum multa dicunt Theologi. Quidã dicunt, illum actũ fuiſſe malum moraliter, ſed nõ fuiſſe demeritorium, ſiquidẽ ignorantia inculpabili fuerit excuſatus. Alij dicunt, illum actum eſſe rectũ, & ſtudioſum: nam volitio, qua quis vult reddere debitum vxori ſuæ, ſtudioſa eſt: ex qua neceſſario proceſſit uolitio, qua Iacob congreſſus eſt cũ Lia, ſiquidẽ exiſtimabat bona fide eſſe uxorem legitimã. Alij uero dicunt, illum fuiſſe rectũ: nã erat conformis iudicio huic recto, Reddendum eſt debitum vxori, quam bona fide exiſtimo eſſe legitimã uxorẽ. Et hæc eſt uera ſolutio argumenti: nã, ut antea dictũ eſt, ueritas intellectus practici, non ſumitur ab eo, quod res eſt, uel nõ eſt, ſed ex eo, quia dirigit ad rectã operationẽ, ſm prudentiam, & eſt conformis recto, & ſano appetitui, quod ſuperius declaratum eſt. Ad 2m argm̃, de rege Babylonis, in primis dicendum eſt, ꝙ qm̃ in illo opere ſeruiuit Dño, promiſit illi Deus mercedem temporalem, nempe terram Ægypti. Non n. habent Theologi pro incommodo, aſſerere, ꝙ peccatores, propter opera, quæ faciunt ex motione diuina, licet mala intentione faciant, mereantur a Deo mercedem tẽporalem. Ita v᷑ aſſerere D. Tho. q. vlt. art. ult. huius partis. Alia ſolutio ẽ, ꝙ Deus tribuit in mercedem tẽporalem terrã Ægypti, non concedẽdo, ſed permittẽdo iuſto iudicio, ut illo imperio potiretur: quemadmodum dicit Dñs Mat. 6. Receperũt merced. m ſuã, ni mirum ab hominibus, Deo pmittẽte, iuſto iudicio. Et hoc modo contulit Dñs Romanis Imperiũ, non quidem concedẽdo ex munere ſuo ſed permittendo. Illud uero, qđ eſt ſcriptum de Hebræis obſtetricib. & đ Raab, nõ ideo factũ eſt, q̃a ſunt mentitæ; ſed quia in Dei hoĩes fuerũt miſericordes: nõ itaq; fuit remunerata fallacia mẽtiẽtis; ſed benignitas mentis. Verba ſunt D. Aug. loco citato contra mẽdacium. Ad tertium argumentum iam antea dictum eſt, cum de imperio Regi Babylonis conceſſo, diſputatũ eſt.

Sequitur aliud dubiũ breue, Vtrũ opera bona exſiſtentiũ in peccato mortali, mereantur aliq̃d apud Deũ? Pro parte affirmatiua ſunt hæc argumenta. In primis illud ꝓuerbium: Deus nullũ opus bonũ relinq̃t irremuneratũ: tũ uero, qm̃ ſi opera bona impiorũ nullã habent utilitatẽ, nõ eſſet cõſulendum hoĩbus impijs, ut darẽt operã ſtudioſis operationib. tum vltimo, qm̃ oĩs actus bonus, auctore D. Th. in hoc art., eſt meritorius corã Deo. ergo opera bona impiorũ merentur apud Deũ. In contrarium eſt illud 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meũ ita, ut ardeã, caritatem aũt nõ habuero, nihil mihi ꝓdeſt ergo opera bona ſine caritate, nihil ualent corã Deo. Hanc q̃ſtionẽ ꝓpoſitã exponit optime Dñs Caie. in opuſculo de fide & operib. c. 10. In huius rei expoſitionẽ dico primo, ꝙ nõ oĩa peccatoris opera, mala ſunt; ſed aliqua bona, & ſtudioſa. Sic definit Conc. Trid. Seſ. 6. canone. 7. idq; in ſuperiorib. oſtenſum eſt, & rõnibus confirmatum. Secundo ꝓ certo ſtatuendũ eſt, ꝙ opera bona exſiſtẽtium in peccato mortali, non merentur uitã ęternam, neq; peccatorũ remiſſionẽ. Hoc eſſe uerũ, uel una auctoritas D. Pauli ſuperius adducta aperte cõuincit. Tertio dico, opera bona exſiſtentiũ in peccato mortali, eſſe ualde utilia, tũ qm̃ excuſãt nona delicta (q̃. n. ſe exercet in bonis operibus, nõ inuoluitur nouis delictis) tũ uero, qm̃ hæc opera mercedem aliquã tẽporalem merẽtur, ſicut ſupra ex uerbis Ezechielis oſtẽſum eſt: potiſſime uero, qm̃ hæc opera ſunt utilia ad cõſequendam, & impetrandam remiſſionem peccatorum, nõ per modum meriti, ſed per modum impetrationis, & ſupplicationis. De orationibus quidem teſtatur Dominus

Luc.

Margin notes: Primo. — Secundo. D. Thom. — Ezechi. 29. — Exod. 1. — Ioſue. — Augu. Tertio. — Argumentorum ſolutio. Ad primum. — Ad ſecundum — Per actũ malum poteſt q̃s mereri præmium temporale. — D. Tho. — Matth. 6. — Concluſ. — Ad tertium. — Vtrum opera peccatoris aliquid mereãtur coram Deo. Primo. Secundo. Tertio. — D. Thom. — 1. Cor. 13. — Caieta. — Concil. Trid. Peccator non meretur uitã æternam. — Opera peccatoris bona, utilia.

Luc. 18 Luc. 18. inducẽs Publicanum orantem, Propitius eſto mihi peccatori; & ſic ueniam cõſecutus eſt. De ieiunio teſtatur Ioel. c. 2. dicens in perſona Domini; Conuertimini ad

Ioel. 2 me in ieiunio, fletu, & planctu: quis ſcit ſi cõuertatur Dominus, & ignoſcat? De eleemoſynis teſtatur Danie. 4. con

Dan. 4. ſulens Nabuchodonoſori, Peccata tua eleemoſynis redime. & D. Pau. ad Hebr. 13. Beneficentiæ, & communionis

Hebr. 13. nolite obliuiſci: talibus enim hoſtijs reconciliatur Deus. Fit inſigne teſtimonium Eſa. capite. 1. ad oſtendendum,

Eſai. 1 quantam uim habeant opera miſericordiæ ad remiſſionẽ peccatorum impetrandam: habet in hunc modum; Lauamini, mundi eſtote, &c. ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite uiduam & venite, & arguite me, dicit Dominus. Si fuerint peccata ueſtra, vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur. Ecce offert ſe Deus arguendum ſi non dimiſerit peccata præterita propter opera miſericordiæ. Habemus ergo ex diuinis reuelationibus, ꝙ opera bona impiorum non ſolum conducũt ad impetrandam remiſſionem peccatorum, ſed etiam habent comitem diuinam miſericordiam, ita ut ueluti lege infallibili impetrẽt illam. Certe de oratione dicit S. Doctor. 2. 2. q. 83. art. 7. & 16. quod

D. Tho. peccator, ſi petit pro ſe neceſſaria ad ſalutem, pie, & perſeueranter, infallibiter exaudietur. Idq; confirmat auctoritate D. Auguſt. & Chryſo. Ex omnibus his patet, inducẽdos eſſe peccatores ad opera bona, quandoquidem maxime conducunt ad remiſſionem peccatorum impetrandã. Cum ergo dicit D. Paulus, ꝙ opera extra caritatem, nihil proſunt, intelligendus eſt ꝑ modum meritiꝗ at uero proſunt, modis iam expoſitis ex diuina Theologia. Ex his facile explicantur propoſita argumenta.

Exponuntur quædam D. Tho. uerba. Caie. Sed operæpretium erit explanare, quid eſt quod dicit D. Th. ad finem art. ꝙ omnis actus bonus, quãtum eſt ex ipſa ratione actus, meritorius eſt coram Deo? Ad hoc elucidandum dicit Caie. actum bifariam dici meritorium: vno modo, ex ipſa rõne actus, qui bonus eſt ex obiecto, & circumſtantijs: alio modo, ex parte agentis; quatenus eſt in gratia, uel non eſt in grã. Priori modo, omnis actus bonus, meritorius eſt coram Deo; poſteriori cõſideratione, nõ eſt meritorius coram Deo, ſed ſolum actus bonus exiſtentis in gratia. Sed contra eſt breuis obiectio. Nam nul

Obiectio. lus actus võ eſſe meritorius, niſi operãs mereatur: ſed nullus, niſi exiſtens in gratia, põt mereri apud Deum: ergo non omnis actus bonus, de ſe eſt meritorius apud Deũ.

Solutio. Reſponſio eſt, quod quemadmodũ albedo non denominat ſubiectum album, niſi ſit extenſa per totũ, vel ꝑ maiorẽ partem, ſic actus meritorius, quantum eſt de ſe, nõ denominat agentem, qui eſt auerſus ab vltimo fine, & Dei inimicus, & dona impiorum nõ probat Altiſſimus. Quod ſi daretur homo in puris naturalib. & operaretur bonum morale, & ſtudioſũ opus, certe mereretur aliquod pmiũ a Deo, licet non viſionẽ beatificã: hoc. n. eſt pmium ſupnaturale, ad qđ bona merita hominis ex grã deſtinãtur.

IN TRACTATVM D. Thom. De Paſſionibus. Præfatio.

Operis diſtributio. VNiuerſam tractationem de paſſionibus animæ diuidit D. Th. in partes quinque, primum docet, quidnã paſſio ſit; deinde quo in loco ſit ponenda; mox quomodo diſtribuatur; præterea vtrum omnis animæ paſſio ſit laude, aut vituperatione digna; poſtremo, de ſingulis animæ paſſionib. diſputat, ac fuſiſſime diſſerit. Quoniã igitur de paſſionib. futura diſputatio eſt inſtituẽda, operæpretium erit, quid paſſio ſit, definire.

Quid paſſio ſit, & quot modis accipiatur. *Paſſio, ſeu animi affectio (quam Græci πάθος vocant) nõ eſt unius ſignificationis, ſed multiplicem habet ſenſum. Primo nãq; id omne quod qs patitur, paſſionẽ vocare ſolemus, ſiue in ſubiecti ruinam tendat, ſiue ad eius ſalutem, & perfectionem ſpectet. In hac ſignificatione, ſentire, & intelligere, paſſiones nuncupantur, quas ſane affectiones ad ſubiecti perfectionem tendere compertũ eſt. Huic ſignificationi, quæ comprehendit omnes paſſiones, tum noxias, tum ſalutares, correſpõdet alia ex parte, quam Græci ἐνέργειαν vocant; hãc nos operationem, uel efficientiam, aut actionem appellare ſolemus. * Vſurpatur itidem paſſionis nomen pro receptione, cum expulſione, & iactura alterius: quod quidem duob. modis accidit. Quandoq; enim abijcitur, & deperditur illud, qđ in ſubiecti nocumentũ erat, vt cũ qs ſanitatem adipiſcitur cũ morbi expulſione: aliqñ vero deperditur illud, quod erat in ſalutẽ, & ſubiecti pfectionẽ: & hoc mõ, ægrotare, & morbo affici, paſſiones ſunt: nam abijcitur illud, quod ad ſubiecti perfectionem maxime cõducebat: iſteque eſt modus proprijſſimæ paſſionis. Et ꝙ omnes iſtæ paſſiones in anima reperiantur, manifeſtum eſt: etenim ſecundum receptionẽ tñ ſentire, & intelligere, paſſiones uocantur. Paſſio uero cum deperditione alterius, atq; abiectione illius, non contingit animæ noſtræ, niſi ſecundum corporalem tranſmutationem; & ideo in hoc ſenſu, paſſio animæ noſtræ competere non põt, niſi ex eo, ꝙ corpori eſt coniũcta, cum corpus patitur. Eſt tñ differentia: nam qñ eſt tranſmutatio in deterius aliquid, proprijſſime eſt paſſio; quando uero in melius, non ita propriẽ paſſio cenſenda eſt.

Hinc Ariſt. 1. de generatione docuit, qñ ex ignobiliori nobilius generatur generationẽ eſſe ſimpliciter, & ſecundũ Ariſt. quid corruptionẽ: qñ uero oppoſita rõne, ex nobiliori, id quod ignobilius eſt gignitur, ſimpliciter quidẽ corruptionẽ; ſecundum quid autem generationẽ eſſe exiſtimãdam. Notandum eſt inſuper, hoc nomen paſſionis non ſolum pro affectib. immoderatis, ſed & aliquando pro recte compoſitis uſurpari. Qua in re Stoici lapſi ſunt, paſſionẽ definientes, & eam dicentes animi perturbatione, a recta ratione auerſam, & contra animi naturam commotionẽ. Alij breuius definiunt, eſſe uehementiorem appetitũ: uehementiorem aũt appetitum illum eſſe uolunt, qui a recta ratione recedit. Ex qua nominis definitione minus apte colligit Cicero in quarta Tuſc. in uirum ſapientem haud quaquam animi paſſionem cadere: ita namque argumentatur. In quẽ cadit paſſio, in eo aĩ perturbatio a recta rõne auerſa inueniri ualet: at in ſapienti uiro talis perturbatio a recta rõne auerſa minime reperiri põt: non igitur in eum cadit aliqua paſſio. Ineptum quidem argumentũ: hoc etenim paſſionis nomen, non tm immoderatos affectus, ſed eos etiã qoptime ordinati, atq; cõpoſiti ſunt, quandoq; deſignat. In eodem ſalo hæret Seneca lib. 1. de ira ad Seneca. Nouatum, cum probare nititur, iram in ſapientem virum cadere minime poſſe. Ira etenim, breuis inſania eſt, & quędam animi temeraria perturbatio: ſed inſania uirũ ſapiẽtem tenere non põt: ergo neq; ira in eo inueniri ualet. Fallax equidem argumentatio, quippe quæ æquiuocũ nomẽ nequaquam diſtinguit. Verum eſt tñ D. Hier. in illud uer Hiero. bum, quod habetur Matth. 5. Qui uiderit mulierem, &c. Paſſio & propaſſio. diſtinguere inter paſſionem, & pro paſſionem; ꝙ paſſio pfecta ſit, quando rationi dominatur; propaſſio uero, quãdo inchoata eſt in appetitu ſenſitiuo, neq; ulterius progreditur. Eandem diſtinctionem approbat D. Th 3. parte q. D. Tho. 15. ar. 4. & deinceps uſq; ad ultimum. Hactenus de nomine. Proximum iam eſt, ut quid res ipſa ſit, definiamus.

Paſſio eſt quædam inclinatio, ſiue coaptatio quædam, relicta ab agente in paſſo; aut uero eſt inclinatio, & impetus, quo agens trahit paſſum ad ſe. uerbi gratia. Ignis, ignem generans, relinquit calorem, & leuitatem in igne genito, quibus qualitatibus, impetu quodam in ſuperum ducitur locum, quem ſubſtantiæ igneæ inhabitant: & dum illic eſt, quieſcit; dum uero illuc tendit, impetu ducitur naturæ, oditq; locum inferum, tamquã aduerſũ, ac ſibi minime conſentaneum. Non aliter homo alicui affectus bono, ſi illud eſt iam adeptus, lætatur, & quieſcit; ſin minus, cupit & deſiderat, inimicitiaque contrarium proſequitur, tamquam ſibi aduerſum, & minus aptum, odioque habet appropinquare illi: quod ſi aliquando forte fortuna appropinquat, dolet, & mœrore afficitur. Iſtæ ſunt animi noſtri paſſiones, quas quidem nonnulli perturbationes, alij inclinationes, doctiores uero affectus nuncupare ſolent.

Sed ut hæc definitio exactius elucidetur, eſt aduertendum, omnem paſſionem, ſiue inclinationem, cognitionẽ aliquam ſequi; ſiue coniunctam, vt in rebus cognitione præditis; ſiue ſeparatam, ut in rebus tali cognitione caren- Omnis paſſio cognitionem aliquã ſequitur.

gibus. Habet itaque uniuerſa natura, quantumuis rudis ſit, & cognitionis expers, ſuas inclinationes naturales ab ipſo naturæ auctore inditas: operatur etenim Deus in omnibus rebus, tanquam ſummum bonum ſui diffuſiuum, & omnia propter ſemetipſum conſtituit, utpote qui finis eſt tertium omnium ultimus. Quapropter in omnibus reb. reliquit Deus inclinationem, & impetum, quo in finem ultimum, per proximos, & immediatos fines ducantur. Hæc autem naturalis inclinatio varijs nominibus appellatur: nunc

Pri conc. ſiquidem impetus naturalis, nunc naturæ pondus, nunc impulſus, nonnunquam uero inſtin-

Poſter. ctus, & aliquando lex naturæ dicitur & vocatur. De quib. nominib. uidendus

Cicero eſt Cicero lib. 1 de finibus. Eſt tamen mente repetendum, impetum hunc naturæ, non eſſe accidens, neq; uero qualitatem aliquam ipſi naturæ ſuperadditam, qua in ſuum trahitur commodum, ſed eſſe ipſammet naturam, ſic a Deo inſtitutam, ut finem ſuum conſequi ualeat: quem ſi adeſſe conſpiciat quieſcit; ſi abeſſe contempletur, in illum fertur, odioq; contrarium proſequitur: quod ſi ei aliquando appropinquet, inquieta manet. Et in hoc ſenſu dixit Heraclytus

Heraclitus Philoſophus, omnia per litem, & amicitiam fieri. Paſſio uero quæ coniunctam ſequitur cognitionem, eſt tantum in natura cognoſcente. Et in hunc modum definitur. Eſt inclinatio, ſiue motus, ex alicuius conuenientis, aut diſconuenientis cognitione procedens. Iſtum autem ſeruat ordinem, & proportionem, ut ſi naturam conſequatur, non cognitionem, ſit naturalis paſſio; ſi uero cognitionem ſequatur ſenſitiuam, ſit animalis paſſio; ſi cognitionem rationis deliberantis, rationalis ſit: ſi uero cognitionem ſupernaturalem, ſiue

Humanæ paſſionis diuiſio fidei, ſiue diuinæ ſapientiæ ſequatur, erit paſſio diuina. Paſſiones itaq; omnium hominum, in quattuor diſtribuuntur genera; in naturales, animales, rationales, & diuinas. Ex his ſatis definitio paſſionis conſtare poterit. Hæc pro huius diſputationis introductione dicta ſint.

QVAEST. XXII.

De ſubiecto paſſionum, quæ habet articulos tres.

ARTIC. PRIMS.

Vtrum aliqua paſſio ſit in anima

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſio. In anima noſtra reperitur paſſio, improprie accepto paſſionis nomine.

Poſterior Concluſio. Paſſio proprie ſumta, non reperitur in anima, niſi per accidens, ratione corporalis tranſmutationis.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum paſſio magis ſit in parte appetitiua, quam in apprehenſiua.

Concluſio eſt affirmans.

ART. TERTIVS.

Vtrum paſſio ſit magis in appetitu ſenſitiuo, quam intellectiuo, qui dicitur voluntas.

Concluſio eſt affirmans.

EXPOSITIO HVIVS Quæſtionis.

Cum in anima noſtra uariæ inueniantur potentiæ, inter ſeſe diſtinctæ atque diuerſæ, utpote appetitiuæ, intellectiuæ, ſenſitiuæ, atque aliæ, quæ nutritioni, & uegetationi deſeruiunt, præcipuum quod in tota hac quæſtione D. Thom. uocat in controuerſiam, eſt, an paſſiones animæ inueniantur tantum in parte appetitiua ſentiente; an uero etiam in uoluntate, & intellectu collocari poſſint. Et quidem quod in intellectu paſ-

Vtrum paſſiones in intellectu reperiantur ſiones ſitum habeant, & locum, manifeſtum apparet: tum, quoniam intelligere, quoddam pati eſt, ſi Ariſto. fides adhibeatur. 3. de anima c. 4. tum uero, quoniam D. Diony. c. 2. de diuinis nominibus, laudans præceptorem ſuum uirum ſanctiſſimum Hierotheum, inquit, ipſum diuina didiciſſe, cum diuina pateretur: at diuina pati non poterat in parte ſentiente, quippe quæ diuinæ perpeſſionis capax non eſt: ergo patiebatur ſecundum partem intelligentem.

Damaſ. Deinde, paſſio (teſte Damaſ. lib. 2. ca. 22.) nihil eſt aliud, quam motus quidam ex uno in aliud; at intellectus ex uno in aliud mouetur, cum ex principijs ad concluſiones diſcurrendo, & ſyllogizando progreditur: igitur, &c.

Præterea, paſſio etiam propriiſſime ſumta, ibi locum habet, ubi receptio unius, cum alterius expulſione inuenitur: ſed in intellectu receptio unius, cum alterius abiectione conſpicitur, ut cum deſtructo errore, ſcientia recipitur, & vitioſis habitib. deſtructis, ſtudioſi gignuntur: ergo, &c.

Ariſt. Inſuper, potentiæ rationales (teſte Ariſ.) habent ſe ad oppoſita: ſed in intellectu reperitur ſumma beatitudinis delectatio, ut demonſtrat Ariſt. 1. & 10. Eth. ergo in intellectu poteſt reperiri triſtitia, & conſequenter in eo eſt conſtituenda paſſio. Tandem, anima noſtra in operationibus intellectus in quib. mouetur per dona Spiritus ſancti, utpote per donum ſapientiæ, intellectus, & conſilij: in his inquam operationib. potius mouetur quodam Spiritus ſancti impetu, quam ſe moueat, potius que dirigitur, quam ſeipſam dirigat: iſti ergo Spiritus ſancti impetus, inter paſſiones recenſendi ſunt. Idem demonſtratur de prima intellectione noſtri intellectus, quæ antecedit omnem uoluntatis actum: ſi etenim alius fuiſſet uoluntatis actus, iam prima intellectio non eſſet: nihil namque uolitum eſt, quin prius fuerit cognitum. In hac ergo intellectione, noſter intellectus potius mouetur, quam ſeipſum moueat, & agitur potius, quam ſe agat. Quod uero in uoluntate paſſiones inueniantur, manifeſtum apparet; in ea ſiquidem reperitur delectatio, & gaudium; delectatio uero (auctore Ariſt.) non eſt operatio, ſed paſſio operationem conſequens. Huiuſmodi argumento Scotus in 1. d. 1. q. 4. & 4. d. 49. q. 2. labefactare conatur D. Tho. ſententiam, qua aſſerit in hac quæſtione, paſſiones tantum inueniri in parte appetente ſenſitiua.

Vtrum in voluntate collocetur paſſio. Prim. Ariſt. Scotus

Secundo Idem ex ſacra Theologia comprobatur, quæ aperte docet, ex actu, ſiue amore uoluntatis, naſci quendam impetum, & afflatum erga rem amatam. Ex quib. probant Theologi, patrem, & filium ſe amando, producere impulſum, & ſpiritum, quo mutuo ſe amant. In uoluntate ergo, præter actum, eſt quidam impulſus quo trahitur in rem amatam. In contrarium eſt ſententia omnium Philoſophorum, tam Peripateticorum, quam Stoicorum, dicentium, paſſiones animæ tantum in parte ſentiente eſſe collocandas. Subſcri-

Damaſ. Greg. D. Th. bunt etiam his ſancti Doctores, Damaſcenus, Gregorius Niſſenus, D. Thom. ut in hac quæſtione videre eſt. Suffragatur etiam ſancta ſcriptura, quæ appellat paſſiones carnis eas, quæ operantur in membris noſtris.

Pro huius quæſtionis expoſitione recolendum eſt ex his quæ dicta ſunt, Paſſionis nomen multiplicem habere ſignificationem. Quo ergo clarius quod elucidetur, ſit prima concluſio.

Quomodo pati conueniat intellectui. Prima conc. Si paſſio uſurpetur pro quauis receptione, in intellectu noſtro paſſiones inueniuntur: intelligere namque, quoddam pati eſt, & recipitur in intellectu, a quo proficiſcitur: & in eadem ſignificatione, uelle, eſt quoddam pati, immo omnis actio immanens hac ratione eſt quædam paſſio: recipitur enim in agente, a quo producitur.

Secunda conc. Secunda concluſio. Si paſſio ſumatur pro receptione vnius, cum abiectione contrarij, certiſſime in intellectu conſtituitur: nam, ut demonſtratum eſt, intellectus aliquando abiecto errore recipit ſcientiam, & deſtructis vitijs, ſuſcipit habitus ſtudioſos.

Tertia conc. Tertia concl. Si uſurpetur paſſio pro inclinatione, & propenſione, qua res naturæ in proprium commodum inclinantur, hac ratione paſſio in quauis natura inuenitur, ſiue cognitione prædita ſit, ſiue illius ſit expers. quod in ſuperioribus demonſtratum eſt.

Quarta conc. quomodo paſſiones reperiantur in appetitu ſenſitiuo Quarta concl. Si paſſio accipiatur pro paſſione animali, ex cognitione conuenientis, aut diſconuenientis proueniente cum quadam corporis tranſmutatione, tantum inuenitur in parte appetitiua ſenſitiua. Ad quod intelligendum, conſiderare oportet,

animã noſtrã, licet ſpiritus ſit, pp coniunctionem quã ad corpus habet, compati ipſo corpore patiente & perturbato. Quod quidem duabus de cauſſis euenire põt. Prima, qm̃ aĩa, forma eſt, q̃ corpori unitur; quare debilitato corpore, debilitatur unio aiæ ad corpus, ac ſubinde ipſa aĩa. Et ita hoc paſſionis genus, initium ſumit a corpore, & in aĩa habet finẽ & terminũ: comburitur corpus, mœror trãſit ad aĩam. Itaq; prædicta paſſio ingreditur uſq; ad potẽtias rõnales: rõnales namq; potentię radicantur, & hẽnt fundamentum in eſſentia aię: debilitata igitur eſſentia aĩæ, debilitantur ſubinde potentiæ aĩæ. Alio modo paſſiones corporis ad animam tranſeunt: nã læſo, & perturbato organo perturbantur facultates potentiarum, quæ a tali organo dependent, ac ſubinde per accidens, & ex cõſequenti lęditur facultas rationalis, inquãtũ recipit auxilia a potentiis, q̃ organo corporeo utuntur: nihil.n.eſt in intellectu, quin prius fuerit in ſenſu, & neceſſum eſt intelligentem phantaſmata ſpeculari: læſa ergo parte ſenſitiua, læditur intellectus, ſequunturque deliria, & inſanię.

Quare anima patiatur cum corpus patitur

Secunda cauſſa ob quam contingit animam noſtrã pati cum corporis perturbatione, exponenda eſt: hæc namque ad noſtrum inſtitutũ maxime ſpectat. Eſt ergo aliud genus paſſionis, quod quidem initium ſumit ab anima, & finitur in corpore; & hæc paſſio uocatur animalis: oritur.n.ex apprehenſione, & appetitione animalis, ad quã conſequitur perturbatio corporis: ſicut tranſmutatio mobilis, ſequitur ad operationem motoris. Quare ex diuerſis animalis affectionibus, uariæ in corpore oriuntur perturbationes. In lætitia & gaudio dilatatur cor, quaſi uelit illud bonum ſuis manibus ſuſcipere; in mœrore & triſtitia conſtringitur, & retrahitur, quaſi uelit illud malũ fugere: in ira feruet; in timore frigeſcit. Quare autem tam variæ cordis palpitationes ex animi noſtri affectib. oriãtur, alia quæſtio eſt, quæ in alio loco commodius exponetur. Nunc rem concludentes, dicimus hoc genus paſſionis in parte rationali collocari non poſſe: nam facultas rationalis non utitur organo corporeo, neq; eius officium eſt immutare corpus immediate. Hoc igitur genus paſsionis, quod ſecum affert perturbationem corporis, in parte rationali non debet collocari. Rurſus dico, hoc genus paſſionis in facultate nutritiua, aut uero uegetatiua collocari non poſſe: nam hæc facultas tantum eſt in exteriorem materiam agens. Mox definio, hoc genus paſſionis in parte apprehenſiua ſenſitiua non poſſe conſtitui.

Deciſiones quæſtionis

Pro cuius explicatione notandum eſt, organum corporeum dupliciter pati; uno mõ, tranſmutatione ſpiritali, ueluti cum uiſus recipit intentionem, & ſpeciem coloris, non recipit colorem, ſed intẽtionem coloris: alio modo, tranſmutatione naturali tranſmutatur, ut cum caleſcit, aut frigeſcit plus nimio: & hæc tranſmutatio p accidens ſe habet ad operationem partis ſenſitiuæ apprehenſiuæ. Ceterum hoc tranſmutationis genus p ſe ſpectat ad operationẽ partis appetitiuæ; quapropter in definitione motus appetitiuæ partis ponitur hæc tranſmutatio: definitur enim ita, quod ſit accenſio ſanguinis circa cor. Alia huius rei demonſtratio eſt. Nã ex apprehenſione facultatis ſenſitiuæ numquã ſequitur corporis perturbatio, niſi rõne appetitionis, quæ eſt ueluti primus motus. Quamuis.n.exiſtimemus malũ mortis eſſe terribiliſsimũ, numquã fugimus, & timemus, niſi adſit appetitus, qui ad illam rem ſe habeat tamquã ad terribiliſsimam, & maxime incommodã. Vltima demonſtratio eſt. Nam paſſio nihil aliud eſt, q̃ quædam inclinatio, qua agens trahit paſſum ad ſe: ſed anima noſtra magis trahitur ad res ipſas per uim appetitiuã, q̃ per uim apprehenſiuam: trahimur.n.appetitu ad res ipſas, prout ſunt a parte rei; in cognitione uero trahimur ad res ipſas, prout ſunt in cognoſcente. Ex dictis cõſtat, hoc genus paſsionis tantum in parte appetitiua ſenſitiua eſſe collocandum. Sed quamquam iſta certiſsima ſint, & Philoſophorum, & Theologorum ſententiis confirmata, & ea uera eſſe, & ratio, & fides conuincit; dicimus etiam in parte rationali inclinationes quaſdam eſſe, quas iure optimo paſsiones appellare poſſumus, & iſtæ ſunt potiſsimæ.

Pro cuius expoſitione notãdum eſt, quattuor eſſe principia quibus homo dirigitur, & ordinatur in ſuis operationibus ex parte facultatis cognoſcentis. ſ. ſenſus, ratio, fides, Spũs ſancti inſpiratio extraordinaria, & præter legẽ communẽ. Primũ principiũ, nobis, ac brutis cõe eſt: ſcm̃ cõſtituit nos homines: tertium cõſtituit nos Chriſtianos & pios: quartum conſtituit nos diuinos, & Deos. Preterea eſt notandum, unumquodq; iſtorum principiorũ habere ſuũ regnum, & imperium, ultra quod non progreditur. Senſus extendit ſe uſque ad ſenſibilia: q̧ ſi in perceptione ſenſibilium fallatur, a ratione corrigitur, & emendatur, ut eſt uidere in baculo in aqua immerſo, qui fractus apparet, cum re uera non ſit. Ratio uero extendit ſe uſq; ad ueritates humanas, quod ſi in earum cognitione erret, a fide corrigitur, q̃ intellectũ captiuat in Chriſti obſequiũ, & deſtruit oẽm ſcientiam, quæ aduerſus Dei ſciẽtiam ſe extollit. Tertium extẽdit ſe uſq; ad cælos, & uſq; ad interiora uelaminis, & uſq; ad ea, quæ nemo nouit, niſi ſpũs Dei qui in ipſo eſt; nobis autem reuelauit per ſpiritum ſuum: de quo lumine dicit Paulus: Iuſtus meus ex fide uiuit. Quoniam aũt hoc principium imperfecte a nobis participatur, neceſſum fuit, ut a Deo uariis illuminationibus illuſtraremur, ſicuti pupillus a pædagogo dirigitur. Qua de cauſſa oportuit quartũ ſtatuere principiũ, ſcilicet diuinam inſpirationem: de quo Paulus ad Ro. 8. Quicumque ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt.

Quattuor principia quibus homo ſua cognitione dirigi poteſt

Rom. 8

Illud inſuper conſideratione dignum eſt, q̧ quẽadmodũ ex cognitione ſenſitiua oritur inclinatio, & propẽſio ad ſenſibile bonum, quam paſsionem appellare ſolemus; ita ex cognitione rationis humanæ oritur in nobis quędã inclinatio longe purior, qua natura trahimur ad beatitudinẽ appetendã, ad diligendũ Deũ ſuper oĩa, ad omneq; genus uirtutis colendũ. Vñ inferunt Theologi, uirtutes eſſe ſm̃ inclinationem naturalem; uitia uero contra naturam. De his inclinationibus animo noſtro inſitis ab auctore naturę, uide D. Baſil. in Aſceticis capitulo ſecundo, & tertio. Ex cognitione ſapientiæ diuinæ, aut fidei ſupernaturalis oritur in nobis (libere tñ) quidam affectus amoris diuinus, quo inflammata ſponſa dicebat, Quoniam dilectione uulnerata ſum & iterũ, Qm̃ amore langueo. Simili modo affectus dicebat Regius uates; Heu mihi quia incolatus meus prolongatus eſt. & iterum, Sitiuit aĩa mea ad Deum fontem uiuum, qñ ueniam, & apparebo ante faciem Dei mei? De hoc incendio intelligitur illud: Fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio. Præterea ex inclinatione diuina extraordinaria, & præter legẽ cõem, oritur in nobis quidã Spiritus ſancti impetus, quo ducimur in operibus noſtris. De hoc impulſu intelligitur illud, Trahe me poſt te, & curremus, &c. & illud Rom. 8. Qui ſpiritu Dei aguntur, hi filij Dei ſunt.

Baſil.

Rom. 8

Sed de his impulſibus magna controuerſia eſt, utrum poſsimus cognoſcere, q̧ a Deo ſint. Et uidetur cognoſci poſſe: nam ad Rom. 8. dicitur; Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, q̧ filij Dei ſimus: teſtimonium uero Spiritus ſancti eſt infallibile: ergo. Deinde. 1. ad Corinth. 2. dicitur: Nos ſpiritum Chriſti accepimus, ut ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis: ergo per ſpiritũ Chriſti certiſsime cognoſcere poſſumus Spiritus ſancti dona, quibus mouemur. Preterea. 1. ad Corinthios. 12. dicitur inter fideles eſſe facultatem ad diſcernendum, utrum ſpiritus ex Deo ſint. & 2. ad Corinthios ultimo. Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi probate: an non cognoſcitis, q̧ Chriſtus habitat in nobis? niſi forte reprobi ſitis. Cui conſonat illud 1. Ioan. 4. Probate ſpiritus utrum ex Deo ſint, In contrarium militat illud quod dicitur. 2. Corinthiorum. 11. Angelum Sathanæ ſæpenumero transformare ſe in Angelum lucis.

Vtrum poſſimus cognoſcere Dei impulſus
Primo Rom. 8
Secundo 1 Cor. 2
tertio 1. Cor. 12
ultimo 2. Cor. ult.
1. Ioan. 4
2. Cor. 11

Pro huius quæſtionis expoſitione ſit prima concluſio. Quilibet fidelis certo & infallibiliter cognoſcit ſe illuminari a Deo fide ſupernaturali, ideſt, certo cognoſcit ſe habere fidem ſupernaturalem. Probatur ex illo D. Pau. 2. ad Corinthios ult. Voſmetipſos tẽtate ſi eſtis in fide. Probatur inſuper illuſtrium uirorum auctoritate. D. Thom. in illum locum Pauli docet, poſſe nos cognoſcere, q̧ fidem informem habeamus. idẽ aſſerit infra quæſt. 112. articulo quinto, ad ſecundum D. Ambr. Diuus Chryſoſtomus, Theophilactus, Lyranus, explicantes adductam ſententiã, dicunt nos poſſe certo cognoſcere fidem miraculorũ quæ non minus diuina eſt, quã Catholica. Deinde omnes

Prima cõc. Fidelis certo cognoſcit ſe habere fidem
2 Cor. ult.
D. Th.
Ambroſ.
Chryſoſt.
Theoph.
Lyranus

Doctores

Doctores, qui noſtra ætate ſcripſerunt contra Lutherum, pro comperto habent, ꝙ ſi homo eſſet tam certus ſe habere gratiã, ſicut eſt certus Deum eſſe trinum & unũ, certo & infallibiliter cognoſceret ſe habere gratiam. Præterea homo Chriſtianus paratus eſt negare oẽm ſcĩum, ſcĩẽtiã, & euidentiam, potius q̃ a perſuaſione fidei diſcedat: ergo habet in ſe certitudinem, omni alia certitudine certiorẽ; alioqui qua poterit ratione aĩum ita habere præparatum? Sed & illud vr̃ euidens argm̃ ad idem confirmandum. Si nunq; Chriſtianus non habet certitudinem infallibilem, ſe habere fidem ſupernaturalem, ſequitur poſſe illũ merito dubitare, utrum ſuus aſſenſus ſit falſus. quod quidẽ falſum eſſe, ex eo patet: qm̃ dubius in fide, infidelis eſt. Quod bene ſequatur, patet. Nam Chriſtianus poteſt dubitare, an fides quam habet ſit diuina, an humana. quæ fallax eſſe poteſt: ergo poteſt dubitare, utrum ſuus aſſenſus ſit fallax. Si dicas, Chriſtianum dubitare poſſe, utrum credat ea ita firmitate & certitudine, quantam requirit fides diuina; cæterum ex parte obiecti certum eſſe, ꝙ Deus eſt trinus & unus; Contrarium rogo, quiſnam confert eã certitudinẽ, omni certitudine maiorem, qua Chriſtianus credit ex parte obiecti Deum eſſe trinum & unum? certe tãtummodo a lumine ſupernaturali, & diuino, poteſt talis certitudo prouenire. Mox, ab eo quod res eſt, uel non eſt, propoſitio dr̃ uera uel falſa; aſſenſus dr̃ uerus uel falſus: ſed quilibet Chriſtianus eſt certus abſq; hæſitatione & infallibiliter, Deũ a parte rei eſſe trinũ & unũ: ergo habet certitudinem infallibilẽ, qua certus redditur, aſſenſum ſuũ eſſe certũ, & infallibilẽ. Denique lumen fidei ſupernaturale ad hoc ponitur, ut præſtet nobis certitudinẽ, qua diuinis eloquiis adhærere poſſimus: præcepit namq; nobis Deus, ut diuinis reuelationibus certo, & infallibiliter hæreamus; ergo cõcedit ẽt nobis lumen aliquod, in nobis talẽ certitudinẽ producẽs; alioqui deficeret ĩ neceſſariis.

Obiectiones. Sed contra iſtam ſuam ſunt magna argumenta. Fides tantum reddit nos certos de his, quæ proponit Eccleſia credenda: eſt.n. fidei magiſtra. ſed Eccleſia nõ proponit, ꝙ iſte, uel ille habeat fidem diuinã: ergo non eſt certitudo infallibilis, quẽlibet Chriſtianum habere fidẽ diuinã. Deinde, ꝙ habeamus fidem diuinam, non pendet ſolum ex diuina reuelatione, ſed ex noſtro corde, & ex noſtro conſenſu, atq. ex firmitate qua credimus: ſed nemo põt certo cognoſcere, ſe credere ea firmitate qua oportet: ſæpe.n. mens humana mentitur ſibi, ut patet in hæretico, q conſtãtiſſime credit ſe habere fidem Chriſtianam: atque etiam patet, quoniam aſſenſus fidei humanæ eſt, ſimilis, maxime ſecundum ſubſtantiam, aſſenſioni fidei diuinæ. Præterea, peccatum infidelitatis ex ignorantia culpabili procedens, diſſipat fidem, ut patet in hæretico, qui arbitratur ſe habere fidem diuinã: ſed nemo hominũ cognoſcere poteſt ſe non verſari in aliquo errore culpabili circa fidem, iuxta illud, Delicta quis intelligit? &c. De his peccatis loquitur Paulus, qñ inquit; Miſericordiam cõſecutus ſum, qm̃ ignorans feci in incredulitate mea. Inſuper potiſſimum teſtimonium ad cognoſcendum nos habere fidem diuinã, eſt, mortem oppetere pro ea: ſed hoc teſtimonium eſt fallax, ut patet in hæretico, qui pro errore defendendo moritur: ergo. Poſtremo, probabilis eſt Theologorum opinio, ꝙ fides numquam infunditur ſine ſpe, & caritate: atque adeo certum eſt fidem diuinã ſemper comitari ſpem, niſi per deſperationem auferatur: ergo ſi Chriſtianus eſt certus certitudine infallibili ſe habere fidem, aliquando erit certus eadem certitudine ſe habere caritatem, & ſpem. quod eſt hæreticum: nemo enim ſcit, utrum odio, uel amore dignus ſit.

Solutiones. His argumentis reſpondetur primo, cuiq; Chriſtiano euidentiſſimum eſſe ſe credere: ſnam hoc in ſe experitur: Aug. Vñ Aug. 13. de Trinitate inquit, Video me credere, ſi credo. Secundo rñdetur, non eſſe certum certitudine infallibili, ꝙ Chriſtianus credat per infuſum fidei habitum: nõ enim eſt certum certitudine infallibili tales habitus eſſe conſtituendos, ut infra demonſtrabitur. Tertio rñdetur, eſſe certum quemque Chriſtianũ habere aſſenſum fidei diuinæ, quapropter non petimus a Deo ut det nobis fidem, ſed ut augeat eam nobis; neque deprecamur illũ ut illuminet nos, cum iam ueram habeamus fidem; ſed ut radicetur, & cõfirmetur in nobis fidei cognitio. Dico quarto, inter gratiam, & fide, eſſe laxũ diſcrimen, quo ad certitudinẽ: primo, ſiquidẽ fides habet regulã externã, p quã examinatur an ſit uera. ſ. Eccleſia Chriſti uiſibilis: at gr̃a non hẽt eiuſmodi regulã p quam expendatur, & examinetur. Deinde, fides conſtituitur in intellectu ad danda certitudinẽ; cæterũ gr̃a non collocatur in intellectu, neq; ad illã attinet certos nos reddere. Præterea, gratia dependet ex Dei acceptatione; fides uero minime. Hæc tamen cum in diſputationem de gratia inciderimus, fuſius exponetur.

Secunda concluſio. De aliis impulſibus, quibus aĩa noſtra a Spiritu ſancto mouetur, nõ põt nobis certo cõſtare, utrũ a Spiritu ſancto ſint, niſi p reuelationẽ; ut patet ex illo Io. 3. Spũs ubi vult, ſpirat; & Vocẽ eius audis, & neſcis vñ ueniat, aut quo uadat. cui conſonat illud Iob 4. Quaſi furtiue ſuſcepit auris mea uenas. i. uias ſuſurri eius. & iterum c. 9. Si uenerit ad me, non uidebo eum; & ſi abierit, non intelligam. rurſus; Si fuero ſimplex, hoc ipſum ignorabit anima mea. Denique, ſi aliqua demonſtratione poſſet nobis cõſtare, ꝙ Spiritus ſancti habeamus impulſum, eſſet præcipue, quãdo parati ſumus pro Deo ſubire mortem: hoc autem ſignum fallax eſt: inquit namque Paul. Si tradidero corpus meum ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. 1. ad Corint. 13.

Secunda conc. De quibus impulſibus nõ poſſumus cognoſcere eos eſſe a Deo. Ioan. 3. Iob 4.

1. Co. 13.

Tertia concluſio. In ſpirituum approbatione oportet uirum prudentẽ cautiſsimum eſſe; tum, quoniam Angelus Sathanæ ſæpiſsime ſe in angelũ lucis transformat; tũ uero ob multorum uetuſtiq; ſexus experimentũ, qui dæmonis illuſionibus ſunt decepti, uarijque Theologi graues in eorũ approbatione fuerunt infeliciſſime lapſi, ſpiritus diſcernere neſcientes; tum ẽt pp ſanctorum Patrũ doctrinam, qui experientia, & bellis ſpiritualibus maxime fuere inſtructi: iſti aũt grauiſſime admonẽt, hõi ſpiritus, & impetus, communiter eſſe reprobandos; tũ præterea, quoniam ſpiritus hi, ſi ſunt diuini, debent eſſe ſupernaturales, & miraculoſi, quando ſunt extraordinarij: miracula autem non fiunt a Deo nulla neceſſitate poſita, neq; publice patrantur, niſi in fidei confirmationem: iſta uero impulſus præter communem legem, ſunt ſecreti; iuxta illud; Secretum meum mihi. Præterea, perſonæ quæ patiuntur hos impulſus, ſæpiſsime eos aliis manifeſtant; quæ manifeſtatio eſt contra diuinam ſcripturam, contra Sanctorum doctrinam, & contra humilitatis uirtutem.

Tertia conc. Oportet uirũ eſſe prudente in ſpirituum approbatione.

Pro maiori huius explicatione ſciendum eſt, impulſũ dæmonis triplicem eſſe; uiolentum, fraudulẽtum, & malignum. Impulſu uiolento afflixit Iob permiſsione diuina, a qua uiolentia ſola humilitate eſt liberatus, ut patet; Dñs dedit, Dñs abſtulit, &c. & ex illo, Nudus egreſſus ſũ de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc: atq; etiam ex illo; Si bona ſuſcepimus, &c. Eadem ratione liberatus eſt Paulus a dæmone colaphizante eum. Fraudulẽtus impulſus, uiolento pernicioſior eſt, cũ ſit magis occultus. Iſte uero impetus fallit hominem ſecundũ oẽ genus deceptionum dialecticarum, & iuxta quemque ſtratagematum modum, atq; omni induſtriæ & nequitiæ dñio; celat ſe, nonnumquam ſe Theologum oſtendit, aliquando prælatum, iterum confeſſarium, & nõnumquam ſolitarium. Quando Euam decepit, perſonã induit Theologi; & ſimili ratione quando allegans ſcripturas Chriſtũ tẽtauit; in actibus ẽt Apoſtolicis uirum agebat Theologum, cum in Pythoniſſa dicebat: Iſti homines ſunt ſerui Dei excelſi, qui uobis annunciant ſalutis uiam, quam prohibuit Paulus: faciebat.n. hæc Pythoniſſa magnũ domino ſuo quæſtum. Itaque dæmone impellente, & Deo permittente, aliis datur ſermo ſapientiæ, aliis ſermo ſcientiæ, aliis uero donum linguarum, &c. Quod uero dæmon poſſit iſta inducere, D. Pau loquẽs de Antichriſto docet: Quapp diabolus habet ſuos Apoſtolos, ſuos Prophetas, ſuos Euãgeliſtas, & Doctores, Martyres, & Virgines, ad confirmationem corporis reprobi. Vt uero Sathanas transformetur in Angelũ lucis, & poſſit opera ſua executioni mandare, primum ſeminat ſpiritum ſuperbiæ, ut decipiat hominẽ, ac eũ ambulare efficiat in magnis, & ſupra ſe mirabilibus hac fraude & dolo ſemetipſum decepit, cũ dixit, Similis ero Altiſsimo: eademq; nequitia primos decepit parentes, cum dixit; Eritis ſicut dij, &c. & alios miſeros ita infeliciſsime

Triplex dæmonum impulſus.

Paulus.

licitiſſime decipere cõſueuit: quibus cũ ſint innumeris cõplicati miſeriis, præcipit ut ſemetipſos tamquã Deos adorent, & colant. Alio mõ decipit, inducendo, & ſuadendo carnis peccata; quod ſi expulſum ſemetipſũ uiderit, prouocat ad peccata ſpiritualia. ſ. ad ſuperbiã, & inanem gloriã, &c. Aliã præterea fraudem necſtit. reficit namq; ſuos cibis delicatiſſimis, & ex adipe ſanctarũ ſcripturarũ, & meditationũ: hoc autẽ præſtat, ut in ſuperbię ſpũm inducat, atq; hmõi infinitis vtitur captionibus. Malignus ſpũs eſt, qñ ex pura, & cogitata malitia prouocat hoĩem ad peccandum. Illud tñ aduertẽdum eſt, malignum ſpũm nõ poſſe ferri in malũ ſub mali rõne; qm̃ nemo intẽdens ad malũ (ut ait Dion.) operatur. Hoc igitur impulſu dęmõ malignus, quærit phantaſticã, & ſuperbã libertatẽ. Exponit hoc D. Aug. 2. confeſsio. a c. vſq; ad 8. de pomorũ furto, quod cũ adhuc puerulus eſſet, commiſit: concludit. n. peccatum haud quaquã delectationi ſibi fuiſſe, ſed libertatem falſam peccandi. Impulſu iſto trahuntur, qui cum malefecerint, delectantur, & exultant in rebus peſſimis. Atque hæc de dæmonis impulſu dicta ſufficiant.

Quarta concluſio. Impetus temere, & ſine ratione, non ſunt reprobandi: dicit namq; Paul. 1. ad Theſſalo. 5. Spiritum nolite extinguere, prophetiam nolite contemnere omnia probate, quod bonum eſt tenete, ab omni ſpecie mala abſtinete uos. cui conſonat illud 1. Io. 4. Probate ſpiritus, utrum ex Deo ſint. Et certe negari non poteſt, quin aliquando huiuſmodi impulſus a Deo deriuentur.

Quinta concluſio. Ad probandum ſpiritus utrum ex Deo ſint, multis rõnibus utuntur ſãcti Patres. Primũ eſt, per doctrinã ſacrarum ſcripturarum: docent. n ſacræ ſcripturæ, quemadmodũ ſpũs diſcernantur, & quonã modo ueri prophetæ a falſis diſcriminentur. Secunda uia eſt, p inſpirationem quandã internam, de qua loquitur copioſe D. Aug. 3. confeſſionum. c. 11. & 12. & Hugo de S. Victore, in Soliloquio de arrha aĩæ. Admonent tamen Doctores, hoc eſſe manna quoddam abſconditum, quod nemo nouit, niſi qui accipit. Tertius modus pertinet ad officiũ hierarchicum. nã in Eccleſia (ut ait Paul. 1. Cor. 12.) aliis datur ſermo ſcientiæ, &c. Quarta rõ ad exercitium aſſiduũ in opere uirtutum, & in ſpiritualibus pugnis attinet: opꝫ. n. diſcretorem ſpũum experiri in ſe pugnã diuerſarũ affectionum ſpũalium, & q̃ nunc in cælũ aſcenderit, nũc deſcẽderit in abyſſos, & uiderit mirabilia Dei in profundo: qui. n. nauigant mare, narrant pericula eius: qui hęc experimẽto minime comprobauit, quid nouit? Ille itaq; iudicatur idoneus ad ſpiritus diſcernendos, qui in ſacra Theologia apprime eruditus, in pugnis ſpiritualibus eſt optime uerſatus. Quintus modus eſt ex operibus: dicit namq; Dñs, A fructibus eorum cognoſcetis eos. Iſtæ regulę generales præ oculis habendæ ſunt in ſpirituum diſcretione: regulæ uero particulares, ſunt infinitæ, quas proſequitur Gerſon in tracta. de impulſibus, & in alio tractatu de approbatione ſpirituum, & de uiſionibus, & de ueris, & falſis reuelationibus. Atq; hactenus de paſſionum ſubiecto. In cuius quæſtionis diſputatione, alij nonnullas immiſcent quæſtiones: ut Vtrum in Chriſto Dño fuerint paſsiones; Vtrũ anima corpore exſuta uere patiatur; atque adeo Vtrum anima in corpore exſiſtens, uere ex corporis coniunctione patiatur. Has tamen quęſtiones optime pertractat D. Th. de ueri. q. 26. art. 1. 2. & 3.

Quarta conc.

Quinta conc.

Cor. 12.

Gerſon.

QVAEST. XXIII.

De differentia paſſionum ab inuicem, quæ habet articulos quattuor.

ARTICVL. PRIMVS.

Utrum paſſiones, quæ ſunt in concupiſcibili, diuerſæ ſint ab his quæ ſunt in iraſcibili.

Concluſio eſt affirmatiua.

ART. SECVNDVS.

Utrum contrarietas paſſionum iraſcibilis, ſit ſecundum contrarietatem boni & mali.

Concluſio affirmatiua.

ART. TERTIVS

Vtrum ſit aliqua animæ paſſio non habens contrarium.

Concluſio eſt affirmans.

ARTICVL. QVARTVS.

Vtrum ſint aliquæ paſſiones differentes ſpecie in eadem potentia, non contrariæ ad inuicem.

Concluſio eſt affirmans, tam loquendo de iraſcibili, quam de concupiſcibili.

CIRCA TOTAM HANC Quæſtionem annotationes & argumenta.

Diſputat Diu. Th. in hac q. 23. de numero, & contrarietate paſsionum. Vt uero paſsionum numerum inuenire poſsimus, eſt primo intelligendum, Paſſionum quaſdam eſſe ſummas, ac ueluti in iſto genere primas; alias uero ſub his ſupremis poſitas, & cõſtitutas. Quidam ſane duas tãtum paſsiones ſtatuerunt; uoluptatem ſcilicet, & dolorẽ: alij, ut Stoici, his alias duas copulãtes, metum, & cupiditatem, quattuor paſsiones intellexerũt, & quidem hoc conſilio. Nam uniuerſam paſsionem ex boni & mali opinione proficiſci dicebant, ita ſane, ut ex opinione boni præſentis, uoluptatem procedere prædicarẽt; ex opinione abſentis, cupiditatem; ab ea uero, quæ eſt mali præſentis, dolorem; ſicuti ab illa, quæ eſt abſentis, metum. Galenus, quinario numero paſsiones complexus, eas dicebat, dolorem, iram, excandeſcentiam, metũ, & cupiditatem. qua uero ratione paſsiones diuiderentur, intactum reliquit. Diuus Thomas, paſsiones, ſumma ingenij dexteritate partitur ex earum ſubiecto, obiecto & ceteris adiunctis. A ſubiecto quidem diuerſitatem paſſiones ſortiuntur: quoniam earum quædam in concupiſcentia, ſeu concupiſcibili; aliæ in iraſcibili locantur: inter ſe diuerſæ, quippe cum ſubiecta diſtincta ſint, ut prima parte, demonſtratione comprobatum eſt: diuerſarum namque potentiarum, diuerſi ſunt actus, ut in uiſu, & auditu contemplari quis poteſt. Eadem diſtinctio alia confirmatur ratione: diuerſas namque potentias, in diuerſa obiecta ferri eſt neceſſe, ut liquido conſtat. Ergo diuerſarum potentiarum paſsiones, in diuerſa obiecta tendere debent: paſsio namque in obiectum ſuæ potentiæ fertur, ſed luce clarius apparet, paſsiones obiecto diſsidentes, ſpecie etiam diſtinctas eſſe, ut amor, & odium. ergo paſſiones in diuerſis potentiis ſitæ, inter ſe diuerſæ, & condiſtinctæ ſunt. Idipſum tertio probatur. Actus. n. diuerſarum potentiarum, non ſolum ſpecie, ſed genere etiã diſtinguuntur, ut uidere, & audire; uelle & intelligere: uelle ſiquidem & intelligere longius inter ſeſe diſtant, q̃ intelligere hominem, & leonem. quæ opera cum intra eiuſdem obiecti amplitudinem contineantur, tantũ ſpecie diſtinguuntur. at paſsiones iraſcibilis, & concupiſcibilis, ſunt actus diuerſarum potentiarum: nõ ergo ſola ſpecie, ſed genere etiam diſtinctæ ſunt. Ex quibus facile diſcrimẽ inter ſpem, & deſiderium percipietur. Spes namq; in iraſcibili conſtituitur; deſiderium uero in concupiſcibili collocatur. Præcipua tamen paſsionum differentia ex obiecto ſumitur: omnis. n. animæ affectio, actio quędã eſt: actio uero, a principio agente ſpeciem ſumit, ut a colore, calefactio; & illuminatio, a lumine. Rurſus, oĩs aĩæ affectio, paſſio quædam eſt; paſsioni uero competit ex obiecto, & fine ſpeciem ſortiri, ut calefactio paſſio, nihil aliud eſt, quam motus ad calorem; amor nihil eſt aliud, q̃ motus quidam, & inclinatio in bonum. Itaque paſsiones animę, ſiue ut actiones conſiderentur, ſiue ut paſſiones, ab obiecto differentiam ubique retinent. Obiectum ſiquidem appetitus noſtri eſt ſenſibile bonum, & conſequenter ratio, & cauſſa ipſum appetitum mouens. Rurſus compertum eſt, finem eſſe illum, cuius adipiſcendi gratia laboramus; ergo paſsio animæ, ſiue ut actio, ſiue ut paſsio conſide-

De numero paſsionum.

Stoici

Galenus.

D. Th.

Paſſiones diſtinguuntur ex ſubiecto.

Potiſsima Differentia paſſionum ſumitur cũ obiecto.

conſideretur, ab obiecto ſpeciē ſumit. Eſt deinde aduertē dum, actiuorum d̄rīam duplicem habere conſiderationem; cōſiderari n. poſſunt iuxta naturam ſuam, qua rōne ignis ab aqua differt: poſſunt ēt conſiderari ſm̄ diſtinctū operandi modū. & ex utraque d̄rīa, diuerſi proficiſcuntur effectus: idem n. obiectum diuerſis conſiderationibus ꝓpoſitum, diuerſas aīæ producit paſſiones. Conſideratione præterea illud eget, diuerſitatem actuum, uel motuū, quę ſm̄ diuerſam operandi uirtutem deſumitur, poſſe reperiri in paſſionibus, ſm̄ agentiū naturalium ſimilitudinem: oē ſiquidem naturale agens, trahit ad ſe paſſum, & a contrario expellit. Trahendo effectum, tria circa illum operatur: ignis namq; generans ignem, in igne genito, calorē, & leuitatem producit, quibus in locum ſuperū illum pertrahere ualeat: deinde illi motum, & impetū tribuit, quo in locū naturalem, ſi extra illum eſſe contigerit, feratur: tādem ſi locum naturalem eſt adeptus, ut in illo quieſcat cōcedit. Eadem rōne in expulſione res ſe habet: nā ignis generans, igni genito inclinationem quandā tribuit, qua ueluti implacabili quodam odio locum inferū proſequatur, qua inſuper illi appropinquare horreat, & ſi aliquādo appropinquet, quaſi mœrore afficiatur, & triſtitia. Nō aliter delectabile bonū, & eius uoluptas trahit unumquemque ad ſe appetitum; ſicut ex oppoſito malū, & diſconueniens illum a ſemetipſo repellit. Delectabile igitur bonū ſub ratione conuenientis appetitui obiectū, allicit & mouet illum, & in amorē ſui trahit, eique ad tale bonum conſequendum, inclinationē concedit. Hæc eſt prior appetitus paſſio, quæ amor uocatur. Quod ſi tale bonū adeptū minime fuerit, inclinationem ei confert, ut illud cōſequatur, & affectio hęc deſiderium appellatur: ſi uero bonum conſecutum iam fuerit, conſurgit in appetitu paſſio gaudij, atq; delectationis. Eſt tn̄ aduertendum, ad gaudij paſſionem nō referre, ꝙ bonum ſit actu pręſens, aut uero ſit propinquum, & certum, quod poſſideatur: nam, iuxta Ariſtotelis ſnīam, qđ parum diſtat, nihil diſtare vr̄. His tribus paſſionibus, correſpondent tres aliæ, quę circa malū uerſantur: nā cum obijcitur appetitui obiectum diſconueniens, mouetur quadā diſplicentia, & auerſione, quæ paſſio odiū uocatur: cum uero diſconueniens illud non aduenit, ſed imminet, & prope eſt, ut ueniat, alia in appetitu oritur paſſio, q̄ eſt fuga; cū uero malū illud p̄ſens extiterit, cāt in appetitu paſſionem mœroris & triſtitiæ. Exēplo id clarius apparebit: canis namq; uidens aliquē flagella adducentē ad illū uerberandū, primo aſpectu odit, & auertitur; ꝙ ſi aduertat hæc ſibi parari, fugā arripit; cum aūt iā flagellū in caput fuerit expertus, dolore afficitur & triſtitia. Hæ sūt paſſiones, q̄ in cōcupiſcibili collocantur.

Quomodo delectabile bonum ex diuerſitate tractus cauſſet diuerſas paſſiones.

De paſſionibus uero iraſcibilis ad hunc modū cenſendum eſt: nam in eis ſemper præſupponitur inclinatio ad bonum ſectandum, & ad malum fugiendum, quæ ſe tenet ex parte cōcupiſcibilis. Eſt n. iraſcibilis ueluti propugnatrix concupiſcibilis. In hac igitur parte quinque paſſiones collocantur; ſpes, deſperatio, audacia, timor, & ira, a qua, ut a manifeſtiori, iraſcibilis nominatur. Omnes iſtæ paſſiones obiectum habent arduum, & difficile: reſpectu boni nondum conſecuti, eſt ſpes, quaſi amor boni ardui, & difficilis; deſperatio uero quaſi odiū & auerſio ardui ꝑꝑ rei difficultatem. Si uero malum imminens ſit, ſed nondū pręſens, uerſantur duæ paſſiones circa illud, timor, ſcilicet, atque audacia: timor eſt ueluti fuga mali ardui, audacia, proſecutio ad malum arduum ſuperandum: ceterum ex malo iam præſente oritur ira, quæ eſt triſtitia mali ardui: at uero ex bono præſēti etiam habito, nulla in iraſcibili naſcitur paſſio: nam bonum cum præſens eſt, nullam habet rationem ardui, neque difficilis.

Vndecim animæ paſſiones in appetitu reperiuntur.

Ex his conſtat, undecim aīæ paſſiones in appetitu reperiri, ſex quidem in concupiſcibili, quinq; uero in iraſcibili. quarum diſtinctio ut commodius exponatur, libet eā breuibus cōprehendere. Cum ergo bonum eſt appetitui propoſitum, ſequitur in appetitu ſenſitiuo amor; ſi uero, ut incommodum & noxium, odium. Ex futuri boni æſtimatione oritur in appetitu ſenſitiuo deſiderium; ex mali uero abſentis æſtimatione procedit fuga. Atque adeo ex præſentis boni opinione oritur uoluptas; & mali pręſentis, triſtitia. Simili methodo ſunt paſſiones iraſcibilis diſtribuendæ. Atq; hæc ratio eſt, qua artificioſe Diuus Th. omne genus paſſionum animę diſtribuit. Eſt alia diuiſio paſſionum ex adiunctis, ſicuti zelus eſt uehementiſſimus amor, atque excandeſcentia eſt furor iræ; ceterum hæc diuiſio, accidentaria eſt.

Sed operæpretium eſt, ut ea, quæ diximus, diligentiſſime examinemus. In primis namq; circa primam diuiſionē ſubiecti eſt difficultas, Vtrū Iraſcibilis, & Concupiſcibilis ſint diſtinctæ uirtutes. Apparet ſiquidem non eſſe.

Vtrum iraſcibilis & concupiſcibilis [illegible] Primo. Ariſt.

Nam una & eadem animæ facultas eſt circa unam contrarietatem, dicentē Ariſt. 2 de anima, ſicut uiſus, albi & nigri: eſt̄ autē commodum, & incommodum, aut diſconueniens, ſunt contraria: ergo eadem animæ uis circa utrumque uerſatur; ſed Concupiſcibilis uerſatur circa bonum, illud proſequēdo, Iraſcibilis autem circa incommodum, illud fugiendo: ergo eſt eadem animæ facultas.

Deinde, per eandē potentiæ uim receditur quis ab uno extremo, & ad alterum accedit, ſicut graue, ſua grauitate deſerit locum ſuperum, & appropinquat deorſum: ſed iraſcibilis diſcedit ab incommodo, illud fugiendo; concupiſcibilis uero ad commodum accedit, illud proſequendo: non ergo ſunt diuerſæ potentiæ.

Secundo.

Præterea, per eandem uirtutem appetimus aliquid, fugimus contraria, & oppoſitis repugnantibus ualidiſſime reſiſtimus, ut in naturalibus uidere eſt, atque in moralibus. Nam eadem caritas, eademq; amicitia, & amicum diligit, & deteſtatur cum offendere; & eadem iuſtitia reddit iuſtum unicuique, & cauet alterius iniuriam. Ergo in appetitu ſenſitiuo non eſt ponenda una potentia, quæ bonum proſequatur, & altera quæ contrarijs obſiſtat.

Tertio.

Ad hæc, ſenſitiuus appetitus, ſupponit cognitionem ſenſitiuam: mouetur enim a bono apprehenſo per æſtimatiuam: ſed eadem eſt uis animæ cognoſcitiua ſenſitiua, quæ apprehendit commodum, & incommodum, & quæ apprehendit bonum & arduum: ergo in potentia appetitiua non eſt niſi una facultas. Et confirmatur. Nam in appetitu intellectiuo (ut apud omnes eſt notum) non conſtituuntur duæ facultates, una ad bonum proſequendum, altera ad contrarijs obuiandum.

Quarto. Confir.

Inſuper, potentiæ ex actione, & officio diſtinguuntur, ut cōſtat; ſed in officio iraſcibilis, continetur ſemper formaliter concupiſcibilis munus & officium, ita enim, quæ maxime ſpectat ad iraſcibilem, includit formaliter in ſe uindictæ appetitum; ſpes includit in ſe deſiderium præmij: non igitur diſtinguuntur.

Quinto.

Tandem animæ potentiæ ex obiecto diſtinguuntur; ſed concupiſcibilis, & iraſcibilis, habent prorſus idem obiectum: ergo non diſtinguuntur. Probatur minor. Nam utraque potentia habet pro obiecto bonum. Quod ſi reſpondeas, concupiſcibilem habere pro obiecto bonū delectabile, ſecundum ſenſum; iraſcibilem uero bonum arduum, Cōtra: nam in appetitu intellectiuo eſt bonum, ſecundum intellectum, & eſt bonum arduum, & tamen iſta diuerſas potentias haud quaquam expoſcunt, ergo, &c.

Sexto.

Vt quæſtio hæc exactius exponi poſſit, duo declaranda ſunt, alterum eſt, quonam modo iſtæ potentiæ diſtinguantur. ſecundum eſt, qua ratione inter ſe inuicem affectæ ſint. Et primi quidem probatio non eſt difficilis. Nam qua ratione Hippocrates, medicorū princeps, demōſtrauit corpus humanum ex pluribus elementis eſſe compoſitum, eadem rōne id, quod probare intendimus, confirmari poſſet. Si namque iſtę potentiæ diuerſæ non eſſent, nequaquam in anima noſtra tam uariæ perturbationes inuenirentur: in ea autem infinitas pene conſpicimus perturbationes: illæ ergo in diuerſa principia ſunt reducendæ. Aliam proſequitur demonſtrationem Plato, quarto libro de Repub. in hūc modum: Manifeſtum eſt, idem, ſm̄ idē, & ad idem, contraria ſimul pati non poſſe; ſed appetere, & contemnere, allicere, & depellere, ſunt contraria, ut conſtat: nō ergo poſſunt ad idem pertinere, ſecundum idem. In huius rei confirmationem uaria ac diuerſa afferēs Plato, in hunc modum cōcludit: Anima igitur ſentiens, quatenus ſitit, non quærit aliud, neque appetit niſi bibere. ſi ergo in anima noſtra aliquid eſt, quod eam a potu abducat, manifeſtum eſt, eſſe diſtinctum, ut timor, triſtitia, &c. Itaque ſicut in ſagittario non recte dr̄, ipſum eadem ma-

Quomodo iraſcibilis & concupiſcibilis diſtinguantur. Hippocrates.

Plato.

no propellere ſimul, & abducere arcũ, ſed una ,ppellere, altera abducere; ita in manu noſtra, una facultas eſt, q̃ retrahit a bello, altera quæ ad pugnã prouocat. Profert aliud exemplũ Plato de quodã Leontio Agaſonis filio, qui cũ iacentibus ad carnificẽ cadaueribus uoluiſſet ea uidere, ſimul indignabundus oculos auertit, & tandẽ cupiditate uictus, oculis apertis dixit, Ecce miſeri, ſatiamini tã pulcro ſpectaculo. Ex qua rõne concluditur, in aĩa noſtra, cupiditatẽ, & iraſcibile, q̃ ſibi opponuntur, inueniri. Aliam demonſtrationẽ hẽt in eodem loco. Sæpe, inquit, aduertimus cũ uoluntas rapit quępiã contra rationẽ, ſe increpare, ſibiq; iraſci, & quaſi ſint duo diſſidentes, iraſcibilẽ rectæ rationi fauere. Itaq; quemadmodũ in republica ſunt hoĩes quæſtuarij, auxiliares, & conſulares: ita in aĩa, cupiditas quæſtuoſa eſt; pars uero iraſcibilis, auxiliaris, & rectam rationẽ adiuuans. Iſtæ ſunt Platonis demonſtrationes, q̃ ſi recte conſiderentur tm̃ ſunt topicæ: ſi namq; qd intendũt demonſtrarent, oſtẽderent ẽt in appetitu intellectiuo eſſe duas facultates, cupiditatem, & iraſcibilem, quod falſum eſt. Ariſtoteles autem harum paſſionũ diuerſitatẽ in hunc modum oſtendit. Primo potentiæ diſtinguuntur per actus; ſed iraſcibilis, & concupiſcibilis habẽt diuerſos actus; ergo. Minor probatur: nã appetitus ſenſitiuus, ſimilis eſt appetitui naturali: uterq; enim tendit in appetentis commodum. Præterea, appetitus naturalis duo hẽt officia; unum eſt, tendere in id, quod ſibi eſt commodum, ut illud acquirat, ſicut graue deorsũ tẽdit, ut ibi conſeruetur: alterũ officium eſt, ea quæ tendunt in perniciem appetentis deſtruere, quod per qualitatẽ actiuã, quã ab auctore naturæ ſuſcepit, præſtat. Et hoc quidẽ rei corruptibili per neceſſarium eſt: niſi n. uirtutem haberet, qua contraria ſibi, & repugnantia deſtrueret, actũ eſſet de illa. Prius officium appetitui competit per modum receptionis; poſterius uero per modũ actionis: qua de cã diuerſa requiruntur principia: recipere namque, & agere, ab eodem principio nequaquam procedunt: Ignis n. leuitate ſurſum tendit, ut cõmodũ ſibi locum poſſideat, at cõburit, & operatur caliditatẽ: non aliter hæc duo officia reperiuntur in ſenſitiuo appetitu: aĩal n per cupiditatẽ deſiderat ſibi commodũ, cuius obiectum bonũ eſt delectabile, cupitq; uincere, & ſuperare per iraſcibilem facultatẽ, cuius obiectũ bonum arduum eſt. Secunda ratio ita hẽt. Diuerſa obiecta, diuerſas expoſtulant potentias; at iraſcibilis, & cõcupiſcibilis habent diſtincta obiecta: ergo Probatur minor. Nam aliam rõnem habet quare bonum delectabile appetatur, & aliam quare appetatur bonũ arduũ: ſæpe n arduum auertit aĩal a iucunditate percipienda, & conſtituit eum in magnas anguſtias: tantus n. iucunditate relicta, aggreditur cum altero pugnam, ne ob nimium dolorem delectatione priuetur. Tertia ratio. Cupiditas, aut concupiſcibilis, ur̃ eſſe condita ad recipiendum, laborat namq; ut ſibi commodum coniungatur; at iraſcibilis, effecta vr̃ ad agendum, & ſuperandum: quapropter in iraſcibili conſtituitur fortitudo, & conſtantia animi, quæ uirtutes ad bellum paratæ ſunt: contra uero in concupiſcibili ponimus dilatationem, & conſtrictionem, quæ ad recipiendum idoneæ ſunt. Quarta, iraſcibilis, animãti eſt tributa, ut partem concupiſcibilem tueatur: ad hoc enim p neceſſarium fuit animanti uictoriam de ſuis aduerſariis cõſequi, ut cupiditas abſq; impedimento deſideratis potiretur: quapropter ſunt implacabiles pugnæ inter animantia, pp ueneris, & cibi delectationẽ, ut auctor eſt Alexander, ſexto de animalibus cap. 18. Ex quo demonſtratur, omnes paſſiones iraſcibilis, ex concupiſcibili originẽ trahere, & in ea habere terminum. Ira namq; ex triſtitia initium ſumit, quæ in concupiſcibili moratur, quæ uictoria parta, uindictaq; ſuſcepta, in gaudium terminatur. Spes ſimiliter initium ex amore habet, & terminum delectatione ſortitur. Quinta, uires animi, ut ſupra dictũ eſt, ex obiectis poſſime diſtinguuntur; ſed iraſcibilis, & concupiſcibilis habent diſtincta obiecta. ergo probatur minor. Cõcupiſcibilis habet pro obiecto bonum per ſenſum delectabile; iraſcibilis uero tendit in bonum inſenſibile.

Ariſt. — Alexander.

Pro cuius expoſitione eſt notandũ, aĩantibus, tũ ex parte potentiarũ cognoſcentiũ, tũ ex parte potẽtiarũ appetẽtium, duo conuenire poſſe: unum eſt, quod competit animæ ſenſitiuæ ex propria natura: alterum uero, q̃ ſibi ex coniunctione ad ſuperiorem naturã tribuitur. v. g. facultas imaginatrix competit naturę ſenſitiuæ ſuapte natura: nã in ea formæ recipiuntur ſenſibiles, ceterum cogitatiua, ſiue æſtimatiua, per quam animal conſequitur intentionem, per ſenſum minime acceptam, ut ouis percipit amicitiam filij, & inimicitiam lupi: hæc quidem potẽtia competit naturæ ſenſitiuæ, quatenus particeps eſt cuiuſdam rationis imperfectæ; cuius æſtimationis cã, quædam animalia prudentiam habere dicuntur, ut docet Ariſt. 1. Metaph. in principio. Hinc prouenit, cogitatiuã, q̃ in homine eſt, ex participatione rõnis, quam habet diſcurrere, atque ex ſingularibus ſyllogiſmos conficere. Non aliter ſe res habet in appetitiuis potentijs: nã quod animal deſiderat bonum delectabile ſecundum ſe acceptũ, naturã ſenſitiuam non exſuperat; at quod relicto bono delectabili, appetat aliquid, quod ad uictoriam pertinet, & cũ dolore conſequitur, hoc competit appetitui ex commercio naturæ ſuperioris, & quatenus habet tale participium rationis imperfectæ. Ex his definitionibus patet, quomodo iſtæ potentiæ diuerſæ ſint, & quodnam ſit illarum obiectum, quod officium, & qua ratione ſint inter ſe affectæ. Ariſt.

Argumentis ſatisfaciendum eſt. Ad primum reſpondetur, concupiſcibilem, conuenientis eſſe, & diſconuenientis, ſic tamen, ut alterum ſequatur, alterum odio habeat: ceterum iraſcibilis munus & officium eſt, pugnare, & uincere ea, quæ aduerſantur. Ad argum. ad primum.

Ad ſecundum reſpondetur, eandem eſſe facultatẽ, quæ accedit ad commodum, & ab incommodo recedit, ſed habere altitudinem quandam circa utrumque, & uincere rerum difficultates, ut contraria ſuperentur, & ut habitum bonum ſecurius poſſideatur, hoc officium eſt iraſcibilis. Ex quo ad tertium quid dicendum ſit, patet. ad ſecundũ & tertium.

Ad quartũ rñdetur, ẽt in uirtutibus apprehenſiuis partis ſenſitiuæ geminam eſſe potẽtiam: una eſt eorum, quæ non immutãt ſenſũ, & hæc eſt ęſtimatiua; altera uero eſt illorũ quæ sẽsũ immutant, quæ imaginatiua uocatur. Eadem rõne ſtatuimus duas in parte appetitiua ſentiente facultates, iraſcibilẽ ſcilicet, & concupiſcibilem: hanc conſtituimus ad bonum delectabile ẽ n ſenſum; illam uero ad inſenſibile bonum, ſicuti paulo ante expoſitum eſt. Eſt tñ attendendum, non tot eſſe potentias, ac facultates in parte appetente ſenſitiua, ſicuti in apprehenſiua: appetitus namque non ordinatur in bonum potentiæ apprehẽſiuæ, ſed appetitiuæ. Rurſus, inter ea bona, quæ in ſenſibilibus appeti poſſunt, tantum duo genera inueniuntur: unum eſt eorum, quæ ſenſu percipi poſſunt; alterum eorum, quæ ſenſum non immutant: & ideo duæ tantum conſtituuntur potentiæ in parte appetente ſenſitiua. ad quartum

Ad quintum reſpondetur, in definitione paſsionum iraſcibilis, poni actum potentię appetitiuæ communem, non qui tm̃ ſpectet ad concupiſcibilem: iraſcibilis enim etiam appetitus eſt. uerum eſt tamen, aliquando in definitione paſsionum iraſcibilis, poni actum pertinentem ad concupiſcibilem, antecedenter, uel conſequenter: ut ſi quis iram definiat eſſe uindictæ appetitum, propter præcedentem triſtitiam; & ſpem eſſe amorem proximi, propter delectationem habendam. ad quintum

Ad ſextum reſpondetur, demonſtratum iam eſſe, quonam pacto paſsiones hæ, obiecto & officio diſcriminentur: unde tñ Dominum Caietanum in hac quæſtione, art. 1. ubi refellit Scotum, aſſerentem obiectum iraſcibilis non eſſe bonum arduum, ſed offendẽs. Quomodo autem iſtæ duæ potentiæ diuerſæ non ſint in appetitu intellectiuo, explicat copioſe D. Th. 1 p. q. 82 ; art ult. & de ueritate q. 25. ad ſextum. Caiet. D.Th.

Circa rationem ſecundam, qua Diuus Thomas diuidit animæ paſsiones, ſunt ingentes difficultates. Prima quidem, quoniam Diuus Thom. ſupponit appetibile mouere appetitum noſtrum efficienter & actiue; quod max me controuerſum eſt. Obiectiones contra ſecũdã rationẽ D. Th. Pri difficul.

Deinde ſupponit, actionem, ſpeciem habere ab actiuo principio; quod eſſe falſum, probatũ eſt ſi pia quęſtione prima, art. 3 nam ignis per calorem cõburit, & liquefacit ceram, atque etiam lutum indurat: & tamen iſtæ operationes a principio actiuo ſpeciẽ non habent; alioqui ſpecie non diſtinguerentur. Præterea compertum eſt apud Secunda.

om-

omnes philoſophos, actionem, ab obiecto ſpeciem habere. ergo non ab actiuo principio.

Eſt tertia difficultas. Nam Diuus Th. aſſerit, diuerſitatem actionum animæ noſtræ, penſandam eſſe ex principij actiui diuerſitate, ſecundum diuerſam uirtutem: at non explicat, quæ ſit iſta uirtus diuerſa operandi.

quarta Quarta difficultas eſt. Nã in naturalibus eadem eſt inclinatio, qua res in ſuũ cõmodum accedit, & qua ab incõmodo recedit: ignis.n. eadem leuitate aſcendit ſurſum, & locũ inferiorem deſerit: ergo in paſſionibus aĩalis eadem eſt inclinatio, qua in bonũ fertur, & qua contrariũ fugit. Itaq; eadẽ paſſio erit amor boni, & odium contrarij, ſicuti eadẽ inclinatio eſt in leui corpore amor ſuperioris, & odiũ inferioris loci. Et confirmatur. Nam quæ in inferioribus ſunt diſperſa, in ſuperioribus ſunt unita: ſed agens naturale eadẽ appetitione fertur in bonum, & fugit contrarium: ergo in paſſionibus animę noſtræ eadem erit inclinatio, qua in bonum tendimus, & cõtrarium fugimus. Idipſum confirmatur. Nã eadem eſt in nobis uirtus qua aliquid appetimus, & odio cõtrariũ proſequimur: ſicuti eadem amicitia, & amat amicum & cauet eius offenſam.

quinta Quinta difficultas eſt. Nam D. Th. docet, malũ repellere a ſe, & abducere: contrariũ cuius manifeſtũ eſt: nã omne agens trahit ad ſe paſſum, & nititur illud ſibi ſimile efficere. Et ipſe D. Th. tertio, diſt. 26. q. 1. art. 2. ad 3. & quintum, dicit, delectationem collocandam eſſe in iraſcibili: in diuiſione dictum eſt, collocandam in concupiſcibili. ergo Diui Thomæ doctrina non ſibi conſtat. Atque adeo

D. Th. Scot. Scot. in 3. d. 34. opinatur, triſtitiam in iraſcibili eſſe conſtituendam, diſtribuitq; duplicem triſtitiam, quandam, quę in concupiſcibili ſedem habet, quæ in cordis conſtrictione conſiſtit, alteram, quæ in iraſcibili collocatur, quæ in accenſione ſanguinis circa cor operatur.

Solutiones ad primam Primæ difficultatis expoſitio tradita iam eſt ſupra quæſtione nona, art. 1. recole quæ ibi dicta ſunt.

ad ſecundã. Ad ſecundã uero difficultatem rñdetur, in moralibus, idẽ eſſe actionem habere principiũ ex actiuo principio, & ex obiecto: nam obiectũ. ſ. appetibile bonũ, eſt ratio quæ mouet, & appetitũ allicit; & rurſus eſt finis, cuius adipiſcendi grã laboramus. vide quæ dicta ſunt ſupra q. 1. ar. 3.

ad tertiam. Ad tertiã difficultatem rñdetur, actiua dupliciter inueniri; tum in eſſe naturæ, tum in eſſe apprehẽſo. Et in agentibus quidem naturalibus manifeſtũ eſt, aliam eſſe diſtinctionem ſm naturam, & aliam ſm uirtutem operandi, ut conſtat in elementis & aĩalibus: in agentibus uero per apprehenſionem, diſtinctio ſecundum naturam aperta eſt: ut cum talis cibus, ab alio ſpecie differens, mouet appetitum. Diſtinctio vero ſecundum virtutem, ex diuerſa ratione apprehẽſionis ſumẽda eſt, & nõ ſub quacumque diuerſitate ſed ſub diuerſitate bonitatis, aut malitiæ futuræ, aut vero præſentis. Præſens namque malum alia ratione mouet, quã malũ futurum. illud mouet ad triſtitiã, hoc ad timorem, & fugam. Itaque paſſiones odij, iræ, & timoris non ſunt diuerſæ, ex diuerſo malo, circa quod verſantur, verbi gratia, mortis, aut carceris, ſed ex diuerſa operandi virtute. hoc.n. vult ſignificare Diuus Thomas, cũ inquit, diuerſitatẽ paſſionum nõ eſſe ſumẽdã ex agentium diuerſitate, ſed ex diuerſitate virtutis mouentium.

Obiectio. Sed quæret aliquis, quanam ratione agens naturale, diuerſa virtute trahat paſſum ad ſe: cuius ſimilitudine vſus eſt D. Thom. hoc in loco.

Solutio. Pro huius expoſitione eſt annotandũ, agentia naturalia dupliciter conſiderari poſſe, & quatenus agunt, & quatenus trahunt paſſum ad ſe. Si quatenus agunt conſiderentur, eodem modo ſe habentia, efficiunt omnia: vt ignis, generans ignem, eadẽ actione producit leuitatem, & motũ quo in ſuum locum tendat, & inclinationem, qua ibi delectetur. At vero ſi conſideretur quatenus trahit paſſum ad ſe, alio atq; alio modo ſe habet: nam abſolute cõſideratus, trahit ad ſe paſſum per quandã conuenientiam & coaptionem, conſideratus vero vt abſens, trahit paſſum ad ſe per motũ, ſi vero vt præſens, trahit ad ſe per quietem. Non aliter bonum apprehẽſum, ſi abſolute cõſideretur, efficit in nobis paſſionẽ amoris, apprehenſum vero tãquam futurum, efficit in nobis paſſionem deſiderij: ſed ut præſens efficit gaudium, & delectationem.

ad quartam Ad quartam difficultatem exponendam, notandum, quod ſicut anima eſt ſuper agentia naturalia, ita modus tendendi in contraria in animantibus eſt ſupra modum quẽ habet natura in ſuis operationibus: natura enim nõ deſtruit incommodum, niſi proſequendo commodum. Itaq; natura non eſt conuenientis, aut diſconuenientis, ſed tantum ad quod conueniens eſt, proſequitur: ex quo aliquando conſequitur, ut diſſipet diſconueniens. Ignis namque tantum calefactionem proſequitur, & illam proſequẽdo deſtruit frigus, & ſurſum aſcendendo, inferum locum relinquit. Ratio huius eſt: nam natura eſt ad unum determinata, & operatur, quia eſt, natura uero ſenſitiua, quæ operatur quoniam apprehendit, non eſt ad unum determinata, & quoniam apprehẽdit ſub ratione boni, efficit in nobis paſſionem amoris, quoniã uero apprehendit aliquid ſub ratione mali, efficit in nobis paſſionẽ odij. Et cum dicis, ea quæ in inferioribus ſunt diſperſa, in ſuperioribus ſunt unita; reſpondetur uerũ eſſe, ſi cetera ſint paria; at in propoſito non ſunt paria, quoniam natura tantum proſequitur cõueniens; at natura ſenſitiua ſequitur utrumq, contrarium per ſe, commodum ſcilicet, & incommodũ. Et cũ dicis, eadem appetitione appeto unum, & eius contrariũ fugio, reſpondetur falſum eſſe formaliter loquendo: nã accidit ut ex cõſideratione boni pulcherrimi exardeſcat in nobis amor, & tñ non remittatur odium contrarij formaliter, quoniam non conſideramus illud contrarium.

ad quintam Ad quintam difficultatem reſpondetur, actiuorum diſtinctionem, manifeſte quæſtionem ſoluere: agẽtia enim naturalia, quoniam ſuapte natura ſunt determinata ad producendum ſibi ſimile, non operantur, niſi trahendo ad ſe paſſum, at ea quæ per apprehenſionem agunt, non ſunt deſtinata in bonũ obiecti apprehenſi, ſed in bonũ appetẽtis: quapropter malũ abducit, & a ſe repellit, quoniam in hac expulſione bonum & perfectio appetentis conſiſtit.

Ad ſextam dico mutaſſe ſententiam, ut uidere eſt infra q. 31. art. 3. ad 2.

Sed ad Scotum dr̃, in hac materia ſeruãdum eſſe illud quolibet proferente contraria ſollicitum eſſe, ſtultũ eſt.

Sequitur iam ut de paſsionum contrarietate diſputemus. Ad quam percipiendam, obſeruandum eſt, cõtrarietatẽ bifariam accidere poſſe, uno modo, per acceſſum, & receſſum ab eodẽ termino, ſicuti conſtat in generatione, & corruptione; alio modo, ex terminorum contrarietate, ſicut patet in dealbatione & denigratione. Cõtrarium duplicitet accidit. Deinde animaduerſione opus eſt, in concupiſcibili tantum inueniri contraria ex terminorum contrarietate, ut cõſtat in amore & odio, in gaudio atq; triſtitia: in iraſcibili uero reperiuntur contraria, per acceſſum, & receſſum ab eodẽ termino, ut conſtat in ſpe & deſperatione; atque etiã ex terminorum contrarietate, ut uidere eſt in ſpe & timore.

Ira non hẽt contrarium. Ariſt. Addit autem Diuus Thomas eſſe paſsionem quandam nullum habentem contrarium, iram ſcilicet. quod probat, tum auctoritate Ariſtotelis quarto Ethicorum, tum etiam ratione: nam ira circa malũ adiacens uerſatur: malo uero adiacenti tantum aduerſatur bonum adeptũ: bonum uero adeptum, rationem ardui non habet: quapropter non excitat aliquam in iraſcibili paſsionem, ſed tantum delectationem, & gaudium in concupiſcibili.

an gaudiũ & triſtitia opponantur. Sed tamen apparet, triſtitiam & gaudium non eſſe contraria; nam duo contraria in gradibus ſummis eſſe non poſſunt. ſed anima Chriſti Domini ſumma fuit triſtitia affecta, ut patet ex illo, Triſtis eſt anima mea, &c. & ex illo, Repleta eſt malis anima mea. ex alia autem parte ſummo fruebatur gaudio, ob uiſionem beatificam, erat enim beatus. Igitur non ſunt contraria.

Reſpõ. prĩo Reſpondetur concedẽdo quidem contraria non poſſe eſſe in eodẽ ſubiecto in gradibus ſummis per ſe, bene tñ per accidens; ueluti cũ quis ambulans in naui, mouetur in contrariũ eius ad quod mouetur nauis: non aliter in anima Chriſti per ſe erat gaudium, ſcilicet per actum proprium; per accidẽs uero erat dolor, ſcilicet per corporis paſsionem.

Secunda Secũdo reſpondetur, illa non eſſe contraria, quoniam non erant reſpectu eiuſdem.

D. Th. Hæ ſolutiones ſunt D. Th. de ueritate, quæſtione uigeſimaſexta, art. 10. ad nonum. Eſt tamen tertia ſolutio, qua dicitur, hæc contraria non fuiſſe in eodem ſubiecto: nam ſummum gaudium erat in ſuperiori parte, ſcilicet in

tertia.

cet in uolũtate, dolor uero in appetitu ſenſitiuo. Et quẽadmodum per miraculum fiebat, ut gaudium partis ſuperioris, in gaudium partis inferioris nõ redundaret; ita ẽt per miraculum fiebat, ut ſummus dolor appetitus ſenſitiui, ad partem animæ ſuperiorem non attingeret. Hæc ſolutio uĩ eſſe Diui Thomæ 3. parte, q. 15. artic. 4. & 6. & quæſt. 18. art. 6. & præcipue, q. 46. art. 7. & 8. quo in loco Dominus Caietanus tuetur hanc ſolutionem contra Scotum.

D. Th. Caiet. Quarta.

Quarto rñdetur, intercedente miraculo poſſe duo contraria eſſe ſimul in gradibus ſummis in eodẽ ſubiecto. Quemadmodum ergo miraculum fuit, unum eundemq; hominẽ eſſe uiatorem, & comprehenſorem; ita ẽt miraculum fuit, ut in eadem aĩa gaudium, & triſtitia exiſteret.

Quinta. Quĩto rñdetur, quemadmodum Chriſtus Dominus ꝑ totam fere uitam detinuit gloriam animæ, ne in corpus reſultaret, ita in cruce ſaltem detinuit gaudium, quod ex clara Dei uiſione proditurum erat. Concedendum tamen eſt, ex clara Dei uiſione gaudium neceſſario conſequi, quẽadmodum ex Sole lumen, & ex igne calorem: at Sol aliquando retraxit radios ſuos; & ignis quandoque a calore fuit detentus, ut in Babylonico fornace accidit. Hanc ſolutionẽ ad unguem examinare ad tertiam attinet partem, & ad eum locum, quem nuper citauimus.

Eſt alia dubitatio in hac quæſtione explicanda. Nam inquit Diuus Thomas iram cõtrario carere. quod ex eo falſum apparet, quoniam manſuetudo & patiẽtia iræ opponuntur. Reſpondetur, manſuetudinem paſsionem nõ eſſe, ſed uirtutem, quæ iram moderatur. Reſpondetur ſecundo, etiamſi manſuetudo ſit paſſio, non opponi contrarie iræ, ſed priuatiue, aut negatiue.

QVAES. XXIIII.

De bono & malo in animi paſsionibus, quæ habet articulos quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum bonum & malum morale poſsit in paſsionibus animę inueniri.

SVMMA TEXTVS.

Prior cõcluſio. In paſsionibus, ut ſunt motus quidã irrationalis appetitus, nõ eſt bonum, uel malum morale.

Prior cõ.

Poſterior Concluſio. Si huiuſmodi paſsiones conſiderentur, ut ſubduntur imperio rationis, in eis bonum, uel malum morale inuenitur.

Poſt. con.

ART. SECVNDVS.

Vtrum omnis paſsio animę ſit mala moraliter.

Concluſio eſt negans.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum omnis paſsio addat, uel diminuat ad bonitatem, uel malitiam actus.

Concluſio eſt negans.

ART. QVARTVS.

Vtrum aliqua paſsio ſit bona, uel mala ex ſua ſpecie.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſio. In genere naturæ paſsio non eſt bona uel moraliter.

Poſterior Concluſio. In genere moris, ut ſcilicet participat aliquid de uoluntario, & iudicio rationis, eſt bona, uel mala moraliter.

CIRCA TOTAM ISTAM quæſtionem annotationes.

Vtrũ ſit naturalis inclinatio ad malum. Prim. argu.

Qvæſtio hæc, præcipuum hac in parte obtinet locum. in cuius expoſitionem ſtatim offert ſe quæſtio illa; Vtrum ſit aliqua inclinatio naturalis creaturæ, quæ in malum inclinet. Et uidetur quidem eſſe.

Nã habitus iniuſtitiæ eſt qualitas quædam noſtris operibus acquiſita, quæ in prædicamento qualitatis reponitur: hęc uero ſuapte natura in malum inclinat: quemadmodum enim habitus iuſtitię ſuapte natura in bonum inclinat, ſic iniuſtitiæ habitus ex propria natura ad malum inducit.

Secundum. Deinde, Habitus opinionis eſt quædam qualitas intellectui noſtro inhærens, noſtris operibus parta; hæc uero ſuapte natura inclinat ad falſum, quod malum quoddam eſt intellectus.

Tertium. Præterea, Appetitus ſenſitiuus, eſt quędam potentia animæ noſtrę, quę ſuapte natura in malum nos ducit, & contra uirtutem: obiectum enim eius eſt delectabile bonum, quod ut in plurimũ rationi aduerſatur. quod Paul. ſignificat ad Roman. 7. Sentio aliam legem, &c. Et alibi; Si ſecundum carnem uixeritis, moriemini. Et iterum Spiritu ambulate, & deſideria carnis non perficietis: deſideria uero carnis naturalia ſunt. Rom.

Quartum. Concl. Ad hęc, fomes, ſiue ſenſualitas ſuapte natura in clinat ad malũ, ut definiũt Theologi in ſecundo: ſed fomes nihil aliud dicit pręter naturã, & potẽtiam dono originalis iuſtitiæ deſtitutam: ergo potẽtiæ dono iuſtitiæ originalis deſtitutæ, inclinant ad malum. Concl. Cõfirmatur. Nã ſi homo cõditus eſſet in puris naturalibus, abſq; peccato & gratia, eodem modo ex parte appetitus ſenſitiui inclinaretur ad malum, ſicuti modo. Prior cõ.

Quintum. Poſt. con. Quinto, tam in uoluntate, q̃ in appetitu ſenſitiuo conſurgunt motus quidam in malum, quos Theologi uocãt primo primos, & iſti motus nihil aliud ſunt, q̃ quædam in malum inclinationes: ergo. Probatur minor. Nam iſti motus uel ſunt liberi, uel naturales: ſi liberi, ergo imputantur ad culpam: quod eſt falſum: ergo ſunt naturales.

Sextum. Mox, quando caro concupiſcit aduerſus ſpiritum ſine ipſius conſenſu, uel illa concupiſcentia, aut contradictio eſt naturalis, aut libera: & certe non eſt libera, quia non eſt peccatum: ergo naturalis Et patet hoc manifeſte: nam ſi homo conſentit in illud quod caro concupiſcit, peccat; igitur illa naturalis concupiſcentia carnis erat in malũ. De hac naturali inclinatione, & quæ non eſt in hominũ poteſtate, conqueritur Paul. ad Rom. 7. Si quod nolo, operor, iam ego nõ operor illud, ſed quod habitat in me peccatum: ſcio. n. quod non habitat in carne mea bonum. Rom. 7

Septimum. Experientia inſuper conſtat, multos homines procliuiores eſſe ad uitia, & hoc ex própria complexione, aut uero ex ſyderum conſtellatione: ergo eſt in homine praua in malum inclinatio ſibi congenita.

Octauum. Ariſt. Octauo, uirtus (auctore Ariſt. 2. Ethic.) uerſatur circa difficile; at ſi natura humana de ſe nos traheret ad bonũ uirtutis, huiuſmodi bonum non eſſet difficile, neq; moleſtum nobis, atque adeo non eſſent nobis neceſſariæ uirtutes ſuperadditæ: proprium. n. uirtutum munus, & officium eſt, reddere facile & iucũdum id quod in opere uirtutum erat difficile. Certe qui probabilius philoſophantur, docent, uirtutes non eſſe neceſſarias ad ea, ad quæ natura ducimur, & trahimur: nemo enim eſt tam hæbes ingenii, qui exiſtimet uirtutem eſſe neceſſariam ut homo deſideret felicitatem, & odiat miſeriam.

Nonum. Inſuper Theologi omnes hac de cauſſa conſtituũt originalem iuſtitiam in parentibus primis, ut contineret in uirtutum officio appetitum ſenſitiuum, & ut pareret rationi ſine difficultate: at ſi appetitus ſenſitiuus ſuapte natura non aduerſaretur rationi, neque uirtuti, non erat neceſſarium tale donum. ergo &c.

Decimum. Tandem, ſecundum uirtutem, & ſecundũ legem Dei tenetur homo diligere Deum pluſquam ſe, & bonũ commune

mune præſerre priuato; ſed homo ſuapte natura in bonũ proprium inclinatur: ergo in hoïe eſt inclinatio naturalis, contra legem Dei. Et in huius cõfirmationem ſunt q̃ Gen. 8. plurima ſcripturæ teſtimonia, ut eſt illud Gen. 8. Senſus & cogitatio humani cordis prona ſunt ad malũ ab adoleſcentia ſua, id eſt, ab origine ſua. & Sap. 12. Sap. 12. Naturalis malitia eorũ. Et illud. Spũs quidem promtus eſt, caro aũt infirma. & rurſus ſunt teſtimonia D. Paul. ſupra citata. Eſt Ariſt. ẽt Ariſt. teſtimonium 2. Ethic. dicentis, oportere ut homo ſit ſtudioſus, ꝙ ſe abducat a uitijs, ad quæ natura maxime D. Th. inclinatur. Hoc teſtimoniũ refert D. Th. 2.2. q. 165. art. 2. ad 3. His rõnibus, & teſtimoniis quidam auctores innixi, ſentiunt naturam humanã de ſe inclinare ad malum: vñ aduerſus eam mille exortæ ſunt querelæ, ut dicant eam eſſe nouercã, & inimicam, ſcelerum effectricẽ: vnde ẽt ortum habuit illud abominandum dogma, hominem de ſe nõ poſſe, niſi malum: & ẽt aliud erroneũ hominum vniuerſa opera peccata eſſe mortalia, perpetuoque ſupplicio digna. Item & illud naturæ humanæ iniurioſũ, & eius auctori, quo dicitur, Deum nos ad peccandum neceſſitare, & inducere ad malum, Deumque nobis impoſſibilia præcipere, ac contra naturæ inclinationem.

Omnis inclinatio naturalis bona eſt. In huius quæſtionis explicationem, ſit concluſio. Oĩs inclinatio naturalis, cuiuſcumq; creaturæ, eſt bona, neq; inclinat in malũ, neq; rõni aduerſatur. Probatur primo, Concluſio. inclinatio naturæ eſt a Deo; ergo non inclinat ad malum. Primo. Antecedens eſt notum: nam cum Deus ſit auctor naturæ, conſequenter ẽt eſt eorum, quæ naturã conſequuntur, cõditor & productor: qui n. dat formam, dat ẽt conſequentia ad formam. Conſequentia probatur; qm̃ motus naturalis, ẽt qui ex inclinatione naturæ procedit, auctori naturæ tribuitur, ut probat Ariſt. 8. Phyſicor. Grauia & le- Ariſt. uia, hac ſola de cã a generante, & auctore naturæ mouentur, qm̃ a Deo talem ſuſcepere inclinationem, & neceſſitatem talẽ ad motum. Itaq; ſi peccatum eſſet lapidi deorſum deſcendere, & igni tendere ſurſum, in auctorem naturæ eſſet referendum. Simili ratione, ſi homini eſſet peccatum felicitatem appetere, in auctorem naturæ eſſet referendum, qui fecit hominem cum tali inclinatione. Hæc ratio efficax eſt ad demonſtrandum, actum illum non eſſe peccatum, qui ex inclinatione a Deo tributa procedit: D. Th. qua ratione utitur D. Th. ad probandum, primum Angeli actum non potuiſſe eſſe peccatum: nam primus actus eſt amor ſui, qui ex inclinatione naturæ progreditur.

ſecundo. Deinde, Deus non poteſt producere in anima habitũ inclinantem ad peccatum: hoc enim diuinæ bonitati repugnat, ut ad peccãdum inducat: ergo neque inclinationem naturalem in malum. Probatur conſequentia. Nam non minus cauſſa eſt actus uitioſi inclinatio naturalis, quam habitus uitioſus.

tertio. Tertio, Deus non poteſt in intellectu condere habitũ inclinantem ad falſum. ergo neque poterit inclinationẽ in malum producere. Probatur antecedens. Nã hac ratione demonſtrant omnes Theologi, fidei diuinæ nõ poſſe falſum ſubeſſe, quia a Deo infuſa eſt, qui neque fallere, neque falli poteſt. Et eadem ratione poſſumus demõſtrare, prima principia non poſſe eſſe falſa: nã ſi reſpiciamus Deum fallere non poſſe, aut uero falli, atque etiã humanam naturam ab eo cum neceſſitate hac, ut primis aſſentiatur principiis, eſſe conditam, hac ratione manifeſte cõcluditur, prima principia eſſe uera: ſi enim falſa eſſent, & Deus neceſſitatem intellectui humano imponeret, ut eis aſſentiretur, manifeſte conſtaret Deum hominem fallere.

quarto. Præterea, ſi homo induceret ad peccandũ, peccaret utique. ergo ſi Deus induceret hominem ad peccandũ, etiã peccaret: quamuis n. hæc conſecutio non ualeat, Deus cõcurrit cum hoĩe ad peccandũ: ergo peccat: nihilominus hæc conſequentia bona eſt, Deus ſe ſolo inducit hominẽ ad peccandum: ergo peccat, licet antecedẽs ſit impoſſibile. Deus aũt ſe ſolo ꝓducit inclinationẽ hominis. ergo ſi illa inclinat ad peccãdũ, Deus ſe ſolo ĩclinat ad peccãdũ.

quinto. Quinto, ſi eſt inclinatio naturæ bona; ergo cõſentanea eſt rectæ rationi: ergo eſt recta, & per conſequens non in malum. tum ultra, illa eſt conſentanea rectæ rationi, & diuinæ ſapientiæ: ergo operari ſecundum eam, erit diuinæ ſapientię conſentaneum. ergo bona.

ſexto. Ad hæc, operari ſecundum impetum, & Dei impulſũ eſt opus rectum: Deus n. non inducit ad malum. ſed inclinatio naturalis eſt Dei impetus naturæ impreſſus: ergo operari ſm̃ inclinationem naturalem, non erit malum.

ſeptimo. Septimo, Deus uult, & inſtituit ut omnis natura conſequeretur illud, ad quod naturalem habet inclinationem: non ergo inclinat ad malum; alias Deus uoluiſſet malũ.

Confirmatur hæc ſententia ſacræ ſcripturæ teſtimoniis. Primum ex illo Iacob. 1. Deus intentator malorum eſt: at ſi Deus tribueret talem inclinationem ad malum, profecto tentaret, & induceret ad malũ. Certe ſi dæmon talẽ induceret inclinationẽ ad malũ, eſſet perſuaſor, & tẽtator ad malũ. ergo ſi Deus hæc facit, tẽtator malorũ eſt. Eccl. 7. Præterea Eccl. 7. Fecit Deus hominem rectũ, &c. at ſi hõ conditus eſſet cum peſſima inclinatione, nequaquã rectus eſſet. & Sap. 8. Attingit a fine vſq; ad finẽ fortiter, & Sap. 8. diſponit oĩa ſuauiter. At non eſſet ſuauis Dei diſpoſitio condere hominem ut eũ diligeret, & tribuere naturalem inclinationem in contrariũ. Architectus ſapiens, qñ opificium conficit, tribuit media accommodata ad finis conſecutionem: quemadmodum ſi facit ſerram, qm̃ inſtrũm eſt ſecandi, facit eam dentatam, neque in contrarium inclinationem confert. Huic ſententiæ conſonat id quod Gen. 1. habetur Gen. 1. Vidit Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. & illud; Dei perfecta ſunt opera. atq; illud; Omnis creatura Dei bona eſt. Certe ſi inclinatio naturæ humanæ eſſet peruerſa, natura humana eſſet peruerſa.

Arg. ſolut. Ad primum & ad ſecundum. Ad argumenta, & ad primum reſpondetur, habitũ iniuſtitiæ eſſe qualitatem quandam deficientem, quapropter non eſt a Deo, ſed a uoluntate noſtra deficiente, & ideo non mirum ſi ad malum inclinet.

Reſpondetur ſecundo, magnam eſſe inter Theologos quæſtionem, an malũ morale ſit aliqua natura poſitiua, de qua infra, in materia de peccatis. Hoc tñ certum eſt, Deũ ſe ſolo habitum iniuſtitiæ producere nõ poſſe, quemadmodum neque poteſt producere actum iniuſtitiæ. Rõ eſt, qm̃ eſt quædã natura deficiens, & talis natura in cãm deficientem eſt referenda. Itaque, quemadmodum operatio homicidij eſt a Deo, quatenus habet aliquid de perfectione; quatenus uero in malum tendit, a deficiente cã; ſimiliter de iniuſtitiæ habitu dicendum eſt, & ſicut operatio homicidij, non eſt a Deo immediate, licet concurrat Deus ad ſubſtantiam operis cum cauſſa ſecunda deficiente; ſic ut pfectio, Deo; deformitas uero, peccatori tribuatur; hoc modo de iniuſtitiæ habitu cenſendum eſt. Itaq; malum morale intrinſece includit ordinem ad cãm deficientem, ſicut actio uitalis ad principium uitale: vñ ſicut Deus ſe ſolo non poteſt producere actionem uitalem, ita nec peccatum, ſeu malum morale. Ad ſecundum idem reſpondetur. Ad tertium reſpondetur primo, licet appeti- Ad ter. uſq; Ad textum. tus ſenſitiuus incliner ad malum, illam inclinationẽ nõ eſſe malam morali malitia, ſi intra ipſius appetitus terminos contineatur: ſicut n. appetitus ſenſitiuus inclinat ad malum, ita bonum delectabile: ut uinum ſuaue, &c. & tñ uini natura bona eſt: & nemo conqueritur, quod effecerit Deus uinum ſuaue. Itaque iuxta ſolutionem hanc iudicandum eſt de appetitu ſenſitiuo, ac ſi eſſet a nobis ſeparatus, ueluti mundus ac dæmon: cuius proinde inclinatio nobis non imputatur ad culpã, niſi adſit uolũtatis cõſenſus. Secundo reſpondetur, appetitum ſenſitiuum non inclinare ad malum ipſius appetitus, ſed hominis: omnis enim appetitus eſt boni, & conuenientis, ut ſupra demõſtratum eſt, quando lupus occidit ouem, ille appetitus non eſt in malum lupi, ſed ouis. Tertio reſpõdetur, Deũ non creaſſe hominem cum iſta inclinatione: induit enim illum iuſtitia originali, quæ habebat continere in officio appetitum ſenſitiuum in opere rationis. quod ſi poſtea homo in hunc incidit laborem, ſibi potius, q̃ diuinæ ſapientiæ imputandum eſt, quemadmodum ſi oculos ſibi eruiſſet. Quarto reſpondetur: appetitum ſenſitiuum inclinare ſuapte natura in bonum hominis, & eſſe inſtitutum, ut rationi obediat: uerum eſt tamen ſæpe illum inducere hominem ad malum per accidens, ex noſtræ naturæ defectu, & ex abuſu noſtræ conſiderationis.

Pro cuius expoſitione notandum eſt, ꝙ ſicut potentiæ ſenſitiuæ ſuapte natura ordinantur ad perfectiam omnis

nis intellectionem, & cognitionem, omnes namq; ſenſus, tam interiores, quã exteriores, intellectui deſeruiunt: accidit tñ nonnunquam ut ſint occaſio errandi, ut patet in collo columbæ, & in baculo immerſo in aquã: iudicamus enim per ſenſum aliter quã ſunt. Et licet naturæ corporales ſunt a Deo inſtitutæ propter hoīs bonum, quæ tñ ſunt aliquñ in ipſius tentatione, & laqueũ, ut dr̃ Sap. 14. nõ aliter appetitus ſenſitiuus natura ſua eſt inſtitutus ad officia ſenſibilia, & corporalia, in quibus oĩbus paratus eſt rõni obedire: ceterũ per accidens ſæpenumero in malũ inducit, & per nimiã adhęſionem ad bona ſenſibilia, cũ quibus naſcimur, alimur, & creſcimus, atq; etiã propter imperfectionẽ noſtræ cõditionis. Itaq; ſcdm̃ diuinam Theologiã definiẽdũ eſt, omnem inclinationẽ appetitus ſenſitiui naturalẽ, eſſe in hoīs bonũ. Quod probatur. Nã in hoc appetitu eſt inclinatio naturalis ad cõgreſſum cũ muliere, quę optima eſt, & ad ſpeciei conſeruationẽ neceſſaria: φ uero incline: ad alienam mulierem, hoc ex noſtro defectu eſt. Rurſus, in hoc appetitu eſt impetus naturalis ad reſiſtendũ cõtrarijs, qui ad conſeruandã rem corruptibilẽ perneceſſarius eſt: φ ſi incliņet ad uindicandã iniuriam ꝓpria auctoritate, hoc nobis imputandũ eſt. Quod ſi dicas, motus ſubitos in malũ, eſſe naturales, & nõ liberos. Reſpondetur eſſe naturales, i. non liberos, non tñ eſſe naturales, quia a naturali inclinatione proueniant, quemadmodũ errores intellectus, & ſenſualis aliqñ ſunt naturales, i. nõ liberi: ceterum nõ ſunt naturales, quaſi a naturali inclinatione intellectus demanent. Atq; hæc ſufficiant pro argumẽtis, quæ ad inclinationẽ appetitus ſenſitiui pertinebãt.

ad ſeptimũ. Ad aliud, de inclinationibus quas contrahimus, uel ex cõſuetudine, uel ex conſtellatione ſyderum, reſpondet Dñs Caietanus 2.2.q.141.ar.1. inclinationem ſpecie non eſſe ad malum, ceterum indiuiduantes inclinationes ſæpenumero trahere ad malum. Quæ opinio non eſt abſurda admodũ: nam iſtæ inclinationes nõ prodeunt a Deo immediate, ſed mediantibus cauſis ſecundis deficientibus. Veritas tñ eſt omnẽ inclinationem, ſiue ſpecifica ſit, ſiue indiuidua, dũmodo ſit naturalis, & ab auctore naturæ indita, nõ poſſe eſſe in malũ, ut probant argumenta ſuperius facta. ſola inclinatio peccati eſt ad malũ.

Caiet.

ad octauum Ad octauũ uero argumentũ ut reſpondeatur, notandũ eſt, hoīem compoſitũ eſſe ex duabus naturis repugnãtibus; rõnali, & ſenſitiua, quas Paul. ad Rom. 7 appellat interiorẽ, & exteriorem hoīem. Eſt inſuper aduertendum, φ quia homo eſt, quatenus rationalis eſt, non quatenus ſenſitiuus, illa inclinatio quæ cõpetit homini quatenus rõnalis eſt, cõpetit homini quatenus homo eſt, ceterum illa inclinatio, quæ homini cõpetit quatenus ſenſitiuus, non cõpetit illi niſi ſecundũ quid. Sentimus igitur difficultatẽ in opere uirtutum, non φ homo ex rõnali inclinatione in opera virtutum nõ incitetur, ſed ꝓpter pugnã, qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ.

Rom. 7

ad nonum. Ad ultimum, quãquam uiri docti ſentiant hoīem inclinari ad diligendũ ſe pluſquã Deum, id tñ a ueritate vr̃ deuiare: membrũ namq; magis inclinatur ad bonum totius, quã ad bonũ proprium: periclitatur enim manus pro corporis ſalute: ergo homo que Deus conſtituit Reipub. partem, plus inclinatur ad bonũ uniuerſale, quam ad priuatum, & magis ad diligendũ Deum, quã ſe ipſum, cum Deus ſit uniuerſale bonũ, ſine quo creaturæ ſubſiſtere nõ poſſunt. Nõ enim cõſentaneum eſt, Deũ rebus inanimis, & mẽbris externis inclinationem ſuo fini conuenientem cõceſſiſſe, & unico homini eam denegaſſe. Quod uero homo cum difficultate & merore, uitam, aut bona tẽporalia exponat pro Deo, nõ oſtendit hanc inclinatione naturalẽ non eſſe: nã mercator maximo cum męrore proijcit merces in mare pro uita tuenda, quem tamen plus amare uitam, quam diuitias, compertum, atque manifeſtum eſt.

Ad teſtimonia Scripturarum rñdetur, optime ea poſſe interpretari de appetitu ſenſitiuo, qui de ſe ad ſenſualia bona ducit, quæ ut in plurimum aduerſantur rationi, uel de appetitu rõnali, conſuetudine ſcelerum deprauato: cõſuetudo enim altera natura eſt. Quod uero Paul. appellat concupiſcentiam malam, non eſt ſenſus, φ ſit mala formaliter, ſed quoniam eſt effectus mali, ſcilicet peccati originis, vel quoniam eſt origo, & fomentum malorum.

Vtrum oīs aīæ paſsio ſit mala moraliter. Alia ſe offert quæſtio, Vtrũ oīs aīæ paſſio, ſit mala moraliter. qñ alijs uerbis Philoſophi antiqui interrogabãt; dũ quærebant, an in uirum ſapientem caderẽt aīæ paſſiones.

Et primum probatur, omnes animæ paſſiones, neq; bonas eſſe, neque malas: tum, qm̃ bonum aut malum hominis eſt ſecundum rõnem eſſe, aut eſſe præter rationẽ, auctore Diu. Dionyſ. 4. cap. de diuin. nominib. Sed paſſiones animæ non collocantur in rõne, ſed in appetitu ſenſitiuo: ergo non pertinent ad bonum uel malum hominis. Deinde paſſiones tantum collocantur in appetitu ſenſitiuo, ut ſupra expoſitum eſt. ſed appetitus ſenſitiuus non habet libertatem: ergo non eſt capax boni aut mali moralis. Probatur minor. Nã ſi appetitus ſenſitiuus haberet in homine libertatem, in eo poſſet eſſe uirtus, aut uitium ſine rõnis conſenſu, quod eſt falſum. Tertio, auctore Ariſtot. 2. Ethicorum, paſſionibus neque uituperamur, neque laudamur: ergo paſſiones non ſunt uituperio, aut laude dignæ. Quod autem in uiro ſapiente paſſiones nequaquam inueniantur, ita probatur. Paſſio enim eſt quædam animi perturbatio, a recta ratione auerſa, id namque ſignificat hoc nomen, Paſſio. ſed in uirum ſapientem non cadit animi perturbatio, a recta ratione auerſa. ergo.

Primum.

Dionyſ.

Ariſt.

Secundo Deinde omnis animi perturbatio, & paſſio, eſt motus præter naturam: ſed huiuſmodi motus in uirum ſapientem non cadit. ergo. Probatur maior. Nam in omni animæ paſſione additur aliquid, uel minuitur a motu naturali cordis: mouetur enim cor, uel uehementius, uel remiſſius dilatatione, uel contractione.

Tertio Tertio, id quod perturbat rationis iudicium, ſapienti uiro non euenit: ſed omnes animi paſſiones perturbãt rationis iudicium, ut experientia conſtat, & Saluſtij ſententia confirmatur, qua ait. Omnes qui de rebus dubijs conſultant, ab ira, odio, &c. vacuos eſſe debere. Saluſt:

Quarto. Quarto, id omne quod nos in malum inducit, cauendum eſt: ſed paſſiones inducunt ad malum, qua de cauſa ad Rom. 7. uocantur paſſiones peccatorum: ergo. Rom. 7

Hoc etiam ſacræ literæ uidẽtur deſignare, ut ex ſupra dictis cõſtat: atq; etiam Matth. 5. ita prohiberi uidetur, dum dicitur. Ego autẽ dico uobis, omnis qui iraſcitur fratri, reus erit. &c. Math. In huius quæſtionis ſolutionẽ duæ ſunt ſententiæ: vna aſſerit paſſiones cadere in uirum ſapientẽ, ſed moderatas, rõniq; ſubiectas, quæ ſententia Peripateticorũ eſt. Alia dicit paſſiones in uirũ ſapientẽ haudquaquam cadere, quæ ſententia Stoicorũ eſt. Sed quamuis hæ ſentẽtiæ differre uideantur, potius habẽt de uerbis, quam de rebus ipſis controuerſiã. Ita docet D. Aug. 9 de ciui. c. 4. & lib. 14. c. 9. Stoici enim arbitrantur, hoc nomẽ, Paſſio, tm̃ ſignificare motũ aīæ noſtrę turbulentũ, & a recta rõne auerſum. Ex qua ſignificatione colligit Cicero 3. Tuſca. paſſiones in uirũ ſapientem non cadere: nã in eũ cadit aī paſſio, in quẽ cadit animi perturbatio a recta rõne auerſa. Rurſus in eũ cadit paſſio, in quẽ cadit morbus, & animi ægritudo: hæc uero ſapienti accidere nõ poſſunt. Simili argumento concludit, mediocritatẽ paſſionũ nõ eſſe approbandã: nã mediocris morbus, mediocre malum eſt, & mediocris ægritudo, ægritudo eſt. Ex eadẽ ſignificatione colligit Seneca li. 1. de Ira ad Nouatũ, irã in uirũ ſapientem nõ uenire. Ceterũ Peripatetici ſentiũt paſſionem eſſe communẽ motũ appetitus ſenſitiui, qui ſi moderamine rõnis fuerit compreſſus, laude erit dignus, ſin minus, uituperio.

Sententia Peripateticorum. & Stoicorum. Aug.

Cicero.

Seneca.

Vt uero materia hæc exactius intelligatur, notandum eſt paſsiones duobus modis conſiderari poſſe, & ſecundum ſe, & quatenus ſubdũtur rationis imperio, & deliberationi uoluntatis. Priori ratione, neque laude, neque uituperio dignæ cenſentur, qm̃ ſunt motus quidam appetitus irrationalis, quibus cum alijs animantibus cõicamus. Si uero ſecundo modo conſiderentur, ſunt laude, aut uituperio dignæ: appetitus n. ſenſitiuus, propinquior eſt rõni, q exteriora mẽbra: actus aũt exteriorum mẽbrorũ, boni ſunt, aut mali, ex rõne, qua uoluntarij ſunt: ergo ẽt motus appetitus ſenſitiui. Præterea, licet appetitus ſecundũ ſe libertate careat, ex cõiunctione tñ ad rationem, libertatem habet, quapropter in eo uirtutes collocãtur, ut fortitudo, & temperantia, &c. Paſsiones itaque, quatenus uoluntariæ ſunt, laudem merentur, uel uituperium. Sunt autem uoluntariæ bifariam, directe, quando imperantur a rõne, aut uolũtate, & indirecte, cũ nõ prohibentur qñ ꝓhiberi debebent.

Paſsiones conſiderantur & ſecundum ſe. & ut ſubduntur rationi.

deberent. Ex his argumēta primo loco facta, quibus probari videbatur, animæ affectiones neq; laude, aut vituperio dignas eſſe, ſoluta manēt. Eſt præterea animaduertēdū, paſſiones aiæ noſtræ moderatas, rationiq; ſubiectas, laudabiles eſſe. Quod ſecundū fidem uerum eſſe probatur: quia ipſa docet, Chriſtū Dñm, qui peccata non fecit, nec dolus inuentus eſt in ore eius, humanos habuiſſe affectus; eſuriit enim, & ſitiuit, & cœpit pauere, ac tædere, & turbatus eſt. Huius rei demonſtrationē uide apud D. Ambroſ. tract. de obitu Gratiani, & lib. de incarnatione Dñi c. 7. & in Commentariis ſuper Lucā lib. 10. exponēs illud, Si poſſibile eſt, tráſeat a me calix iſte. & in tract. de prima interpellatione Dauid, & libr. 2. de fide ad Gratianū cap. 3. Et D. Auguſt. 14. de ciuit. c. 9. ita loquitur. Quãobrem etiam ipſe Dñs in forma ſerui vitam agere dignatus humanā, ſed nullū habens omnino peccatū, adhibuit eas vbi adhibēdas eſſe iudicauit: neq. enim in quo erat verū hoīs corpus, & verus hominis animus, falſus erat humanus affectus. Apud Chriſtianos itaq., qui iuxta ſcripturas ſacras ſanam doctrinam bibunt, metuunt, cupiunt, dolent, gaudent, metuunt pœnā æternam; cupiūt uitam perpetuam: dolēt in re aduerſa, in gemiſcunt exſpectantes adoptionem, & redemptionem corporis ſui, gaudent in ſpe, quia fiet ſermo, abſorta eſt mors in victoria: dolent propter alios ſi perierint, & gaudent, ſi liberantur. Qua de cauſa admonet Pau. gaudere cum gaudentibus, & flere cum flentibus. Probatur inſuper hæc veritas rationibus. Primo, ex communi omnium hominum cōſenſu. Quis enim humanos affectus, quibus ad uirtutē exercemur, damnabit? dolor enim de malo, timor de ſupplicio, deſiderium de promiſſo, gaudiumque de præmio, quædam ſunt exercitationes uirtutum. Propter hoc datus eſt nobis dolor, ut turpitudinem deteſtemur; & timor, ut malum fugiamus. Deinde, oīs uirtus eſt productiua rectæ affectionis: non autem eſt iuſtus, qui iuſta operando non delectetur: non ſobrius, qui ſobrie operādo non gaudeat, &c. igitur uirtus non excludit animæ paſſione. .

Tertio, uirtus non excludit ſuū obiectum, at obiectum uirtutis circa quod negotiatur, ſunt animę paſſiones, quas moderatur. ergo. Confirmatur. Nam uirtus moralis, quæ circa paſſiones uerſatur, abſq; paſſionibus eſſe nō poteſt, alioqui faceret appetitū ſenſitiuum otioſum. Rationi aūt conſonum non eſt, ut ea quæ rationi ſubiecta ſunt, a ſuis operationibus deſiſtant, ſed ut exequantur ſua officia ex imperio rationis. Itaque quemadmodum uirtus mouet exteriora membra ad actus debitos, ita mouet appetitum Senſitiuum ad actus ordinatos ſecundum rationem.

Præterea, appetit' ſenſitiuus datus eſt nobis ab auctore naturæ; ſed uirtus nō diſſipat naturā, immo eam perficit: ergo nō tollit funditus paſſiones, ſed moderatur, & regit.

Ad hæc, uirtus nō deſtruit id quod eſt rationi conſentaneū, ſed eſt cōſentaneū rectæ rationi, vt cōpatiatur homo amico dolēti. ergo Concludimus itaq., eos qui nullo excitātur affectu, humanitatē totā potius amittere, quā animi tranquillitatē poſſidere. In hac re optime loquitur Cicero in oratione pro Murena, & Galenus tracta. de curatione affectuum, & cognitione, & Plato primo de legibus ait, huiuſmodi affectiones humanas, eſſe uelut neruos, & muſculos ad cōtrarias actiones trahētes & retrahentes. Quēadmodū itaq. ſunt nerui quidā in brachio ad eius dilatationē, ſunt & alij ad eius contractionē: nō aliter in aīa noſtra ſunt affectiones aliæ ad iſtas operationes, aliæ ad alias inſtitutæ, oēs tñ, ſi modum ſeruēt, ſuo tēpore, & loco utiles ſunt. Quod optime exponit Horatius his uerbis, Sperat infeſtis, metuit ſecundis, alterā ſortē benæ præparatū pectus. Alius philoſophus præclare docet animi affectus nō eſſe totaliter diſſipandos, ſed potius ad mediocritatem eſſe reducēdos. Neq, enim ſanitas in eo poſita eſt, ut calidum & frigidū, humidū & ſiccum eximātur, ſed in illorū tēperie, & cōpoſitione conſiſtit, eſt enim eorum tēperies. Neq; uero muſicæ concentus tunc reperitur, quū acutū eximitur, & graue, ſed in acuti, & grauis ſoni cōuenientia cōtinetur: nō aliter uirtus nequaquam in paſſionū extirpatione eſt conſtituta, ſed in earum moderatione, & cōpoſitione. Loquitur optime hac in cauſſa Ariſt. 2. Ethi. c. 7. & 6. quo in loco dicit eſſe quaſdam animi paſſiones, quæ ipſo nomine malum, & uitium præ ſe ferunt, vt impudentia, inuidia, maleuolētia: alias uero eſſe, quæ ipſo nomine bonitatem, & laudem declarant, ut miſericordia, uerecundia, & alias eſſe, quæ indifferentes apparent, ut triſtitia, cōcupiſcentia uide ibi quæ ad hāc attinent diſputationē.

Vltimo animaduertendum, aīæ noſtræ paſſiones meritorias eſſe, aut demeritorias; tū, quia actus exteriorū mēbrorū, ſi uolūtarij ſint, ſunt meritorij: ergo ſi affectus humanus uoluntarius ſit, meritorius aut demeritorius erit, tū, quia appetitus ſenſitiuus, ut ſuppra dictū eſt, habet libertatē quandā participatā: quapropter in eo collocari quādā uirtutes diximus. Ergo in opere appetitus ſenſit. ui pōt eſſe meritū aut demeritum. Quod ut percipiatur, eſt intelligendū, paſſionē in ordine ad uoluntatem tribus modis poſſe ſe habere. Vno modo, ut obiectū: qua rōne paſſiones meritoriæ ſunt, aut demeritoriæ, quatenus ſunt uolitæ. Alio modo, ut principiū. paſſio enim appetitus ſenſitiui nonnumquā mouet, & excitat uoluntatē ut eu quis ex cōcupiſcentia trahitur ad conſentiendū ipſi concupiſcētiæ, & ita ad appetendā uindictā. Tertio modo, ut effectus, aſt quando ſiquidem ex efficaci uoluntate excitatur paſſio in appetitu ſenſitiuo: vt cum quis uolantate deteſtatur peccati turpitudinē, naſcitur continuo in appetitu uerecundia. Atq; his oībus modis paſſiones ſūt meritoriæ, aut demeritoriæ, ſed potiſſime tertio modo. Qua aūt rōne paſſio augeat, uel minuat uoluntariū, quo itē modo augeat uel minuat liberū ſupra q. 6. expoſitū eſt. His cōſtitutis, ad argumenta ſecundo loco oppoſita, quibus probabatur paſſionē in uirum ſapientē non cadere, reſpondendū eſt. Ad primū rñdetur, paſſionis nomē non tm̃ eas deſignare paſſiones, quæ immoderatę ſunt, & a recta ratione auerſæ ſed moderatas, & rōni etiā ſubiectas. Cuius noīs æquiuocatio, occaſionem errandi Stoicis præbuit. Ad ſecundum reſpōdetur, quamuis omnis animi paſſio, motus naturalis limites excedat, nō proinde omnē paſſionem nocuam eſſe, aut contra naturam: nam conſentaneum maxime naturæ eſt, ut motus cordis uarius ſit. Dico inſuper, conſentaneū eſſe ut inferatur aliquod detrimētum corpori propter bonum uirtutis: in ambulatione enim, & exercitiis bellicis, vehementior eſt motus cordis, quam eſſet naturalis ipſe motus: quæ tamen exercitia nemo damnare poteſt.

Ad tertium rñdetur, paſſiones, quæ anteuertunt uſum rationis, perturbare noſtrū intellectum, cęterum illæ quę rationis iudicium ſequuntur, & moderatæ ſunt, ac rōni ſubiectę, non perturbant rationis iudicium, immo ſunt ei obedientes. Ad quartum reſpondetur, paſſiones immoderatas inducere ad peccandum; at paſſiones bene diſpoſitę ad uirtutis officium maxime conferunt. Diuina uero Scriptura non condemnat omnes paſſiones, ſed paſſiones carnis eas, quæ ratione moderatæ non ſunt: iram etiā non omnē improbat, ſed eam, qua fratri iraſcimur, non ſane illam, qua aduerſus peccatores, & eorū peccata iraſcimur.

QVAESTIO XXV.

De ordine paſsionem adinuicem.

ANNOTATIO BREVISSIma circa totam Quæſtionem.

VT vniuerſa paſſionum, & affectionum deſcriptio in conſpectu ponatur, has tabulas ſubiiciendas duximus, ex quibus facile erit intelligere, quem ordinem inter ſeſe habeant, & quæ nam ſint inter eas præcipuæ: quas, ut commodius quilibet intelligere poſſit, quæ ſequuntur attendenda ſunt.

Paſſionum animæ origo prima, eſt amor: amor enim eſt animalis quædam inclinatio, ex boni apprehenſione conſurgens, atque in bonum tendens. Cum igitur bonum malo prius ſit, (malum namque non dicitur, niſi priuatio boni, & habitus perpetuo priuationem antecedit: qua de cauſſa nihil odio habetur, niſi quia alicui bono quod diligitur, contrarium eſſe intelligitur) ſupereſt, ut omnes paſſiones, quæ in bonum tendunt, præcedant eas quæ in malum deſtinantur, ſiue in concupiſcibili ſitæ ſint, aut uero in iraſcibili. Inter eas autem quæ in bonum tendunt,

Ambroſ.
Aug.
Paul.
Prima ratio
Quare paſſiones aiæ moderatæ, laudabiles ſint.
Tertia
Quarta
Quinta
Cicero.
Galenus.
Plato.
Horatius.
Ariſt.
Paſſiōes meritoriæ ſunt & demeritoriæ.
Tripliciter ſe poteſt habere paſſio ad uoluntatem.
ad argum.
ad primum.
ad ſecundū
ad tertium.
ad quartum
amor paſſionum origo.

cendunt, ut ſunt deſiderium, delectatio, ſpes, deſperatio, amor primum tenet locum, quippe qui abſolute in bonū fertur. Ex quo conſequens eſt, eum præcedere eas animæ paſſiones, quæ tendunt in bonum, vt abſens, uel ut iam adeptum, vel ut futurum, & arduum, aut ſub alia quacūque limitatione. Ex his colligi etiam poteſt, concupiſcibilem, priorem eſſe origine, atq; etiam dignitate, iraſcibili. Quod prior origine ſit, patet: nam amor, qui eſt potentiæ concupiſcibilis, prior eſt, antiquiorq; quam iraſcibilis operatio, vel affectio. Quod uero dignitate ſit prior, liquet: nam iraſcibilis vniuerſa, cum omnibus ſuis affectibus, inſtituta eſt propter concupiſcibilem, vt concupiſcibilis obtineat bonum, quod deſiderat, & eo fruatur: vnde prouenit, quod paſſiones iraſcibilis, ad paſſiones cōcupiſcibilis deſtinantur, ut ſpes atque audacia ad delectationem terminantur, ſi vincant; deſperatio, & metus ad triſtitiam cadunt, ſi uincantur.

Quattuor [paſſ]iones [præci]puæ. Inuenimus præterea, omnes paſſiones ad quattuor præcipuas reduci poſſe: quarum duæ in concupiſcibili ſunt, quæ ſunt delectatio, & dolor; & duæ in iraſcibili, quas, ſpem & metum appellamus. Præterea, etiam ſub quadam ampliori, ac latiori conſideratione, omnes ad duas reduci poſſe aſſerimus, ſecundum duplicem boni, & mali rationem. iſtæ ſunt, delectatio, & dolor: immo uero ad unū fit omnium paſſionū reductio, ſcilicet ad amorem, licet principalior, & conſumatior paſſio ſit delectatio, hunc amorem conſequens, qua in re amata quieſcimus. Amplius uero, licet amor ſit prima paſſionum; ſortitur tamē concupiſcibilis nomen, a concupiſcentia, ſiue cupidine, ſic adeo, ut etiam ſecundum fictionem poeticam, Cupido Deus amoris nuncupetur. Cuius ratio eſt, quia bonū abſens, aut deſiderio habitum quando abeſt, maiorem in animo generat lætionem, magisque animus eius carētia triſtatur, atque amplius eius ſentit in ſemetipſo defectū, licet in corpore non ita res perpetuo habeat. Sed diligentius oſtendamus quattuor eſſe præcipuas animæ paſſiones, ſ. delectationem, dolorem, ſpem, & timorem. vnde illud Boetij decantatum; Gaudia pelle, pelle timorem, ſpemq; fugato, nec dolor adſit. Hæc nimirum ſunt paſſiones præcipuę. Paſſiones ſiquidem præcipuę, duas conditiones expoſtulant. prima eſt, ut ſint per ſe, nihilq; accidentarij admittant. quod ſtatim exponetur. Secūda eſt, vt ſint vltimæ in ſingulis generibus. Sunt autem, ſi res expendatur, quattuor paſſionum genera, ſ. motus in bonum, motus a malo, quies in bono, inquietudo in malo. Vltima in priori genere eſt ſpes: in primis enim ex bono generatur amor; deinde deſiderium; tandem ſpes accenditur ad vincendum bonum arduum. In ſecundo, timor: nam malum, quamprimum conſpicimus, abominamur, & tandem ſequitur timor imminentis mali. In tertio genere, vltimas & præcipuas partes tenet delectatio: nā omnes concupiſcibilis paſſiones, immo & iraſcibilis, ordināntur ad delectationem. In quarto genere collocatur triſtitia. Omnes iſtæ paſſiones ſunt per ſe, tam in ſe, quam in ſuis cauſſis: quod propter iram dictum eſt, quæ ulterior motus in bonum eſt, quam ſpes, & exſiſtit poſt ſpem, ſed ita conſurgit ueluti per accidens: eſt enim effectus quidam audaciæ, & ideo non poteſt eſſe præcipua paſſio. Dicūtur itaq; prædictæ paſſiones principales, quia unaquæque in ſuo genere præcipuas partes obtinet. Sed antequam hinc diſcedamus; aduertat Theologus, quam incongrue, ne dicam inepte, de paſſionibus animæ ediſſerat Scot. in 1. d. 1. q. 4. ſcribit enim, in appetitu ſenſitiuo amorem proprie non collocari: cum namq; amor ſit prima paſſio appetitus ſentientis, ſi amare non conuenit proprie appetitui ſentienti, ergo nec delectari, neq; timere propriе conueniet: ab amore enim cetera pendent, & amorem ceterę paſſiones includunt: nam delectamur amato, timemus malum amati: unde ſi amor eſt improprie, ceterę erunt paſſiones improprie. Sed & aliud incōmodum ſequitur longe maius: nam ſi paſſiones proprie non ſunt in appetitu ſentiēte, & in appetitu intellectiuo ſecundum rei ueritatem non reperiatur, nullibi proprie erunt. Illud etiam aduertat Theologus, quod dicitur omnem appetitum eſſe boni, & neminem ad malum intendendo operari, nō opponi ei quod in littera dicitur, obiectum concupiſcibilis eſſe bonum uel malum. Dicendum ſiquidem eſt, malum non eſſe obiectum appetitus ut proſequendum, ſed ut fugiendum, & eadem ratione qua bonum expetitur, malum refutatur. Vel dici poteſt, bonum eſſe obiectum appetitus per ſe primo; malum uero propter bonum: nam ideo refutamus & odio habemus malum, quia bono eſſe contrarium exiſtimamus, quod bonum nos diligimus. Hæc ſufficiant pro principiorum declaratione: nunc ſequitur duplex tabula, ut iſta memoria poſsint retineri.

[Marginal notes: ...ociatur; Paſsionis [pr]æcipuæ [con]ditiones.]

TERTIA TABVLA,

qua paſsionum ordo deſcribitur.

- Paſsionū alię
  - feruntur ad bonum, ex quibus aliæ feruntur in illud.
    - per quietem, quæ ſunt priores in intentione, & poſteriores in executione, vt eſt. } gaudium.
    - per motum
      - cōcupiſcibilis { amor; deſideriū;
      - iraſcibilis { ſpes, deſperatio.
  - feruntur ad malum; quæ aut ſunt.
    - concupiſcibilis { odium; fuga, triſtitia.
    - iraſcibilis { timor. audacia; ira,

SECVNDA TABVLA,

qua paſsionum ordo deſcribitur.

- Paſsionũ aliç
  - Priores
    - cõcupiſcibilis: quæ aut ſunt priores
      - ſecundũ intẽtionẽ
        - gaudium, quod importat quietem in bono.
      - ſecũdũ executionẽ
        - amor, & deſideriũ, quæ dicunt motũ ad bonum.
    - iraſcibilis.
      - ſpes,
      - deſperatio.
  - Poſteriores
    - cõcupiſcibilis
      - odium,
      - fuga,
      - triſtitia.
    - iraſcibilis
      - audacia,
      - ira,
      - timor,
  - Præcipuę
    - cõcupiſcibilis
      - gaudium, ſi bonum adeſt;
      - triſtitia, ſi malum.
    - iraſcibilis
      - ſpes, quę eſt de bono futuro;
      - timor, qui eſt de malo futuro.

Sed præſtabit, breuiter, & diſtincte numerũ, & ordinẽ paſſionum animę noſtrę hic conſtituere. Ex documẽtis ſuperius poſitis cõſtat, vndecim animæ paſſiones in appetitu reperiri, quarũ numerus & ordo ſic colligitur. Nam cũ bonum eſt appetitui propoſitũ, ſequitur in appetitu ſenſitiuo amor, ſi vero vt incommodũ, & noxiũ proponitur, ſequitur odiũ: ex futuri boni æſtimatione oritur in appetitu ſenſitiuo deſideriũ; ex mali vero abſentis æſtimatione, procedit fuga; atq; adeo ex pręſentis boni opinione oritur voluptas, & mali præſentis, triſtitia Sex iſtę paſſiones collocantur in concupiſcibili. Simili forma paſſiones quæ conſtituuntur in iraſcibili, ſunt diſtribuendæ. Nam reſpectu boni nondum conſecuti quod habet rationem ardui, eſt ſpes, quaſi amor boni ardui, & difficilis; deſperatio vero, quaſi odium, & auerſio ardui, propter eius difficultatẽ: ſi vero malum imminens ſit, ſed nondũ præſens, verſantur duæ paſſiones circa illud, timor, ſ. & audacia. timor eſt veluti fuga mali ardui, audacia, proſecutio ad malũ arduum ſuperãdum. Verum ex malo iam præſenti, oritur ira, quæ eſt triſtitia mali ardui; ſed ex bono præſenti etiam habito, nulla in iraſcibili ponitur paſſio: nam bonum, cum præſens eſt, nullam habet rationem ardui, neque difficilis.

IN TRACTATVM DE AMORE Præfatio.

Multi doctiſſimi ſcriptores exiſtimarunt, rẽ eſſe difficillimã de amore diſſerere, quippe qui habeat obſcuras, & occultas ſententias, pluraq; cõprehẽdat myſteria, quam quæ ſermone explicari valeãt. Rurſus arbitrati ſunt, huius rei diſputationẽ eſſe periculoſiſſimã: hyppocrita.n. verba amatoria tãtũmodo apprehẽdẽs, inde occaſionẽ perniciosi errãris occupatur: luxurioſus, & libidini deditus, luxuriãdi, & turpib amoribus inſeruiẽdi Sed amor ipſe ab vtroq incõmodo nos liberat. ac defendit: nã ex fine amor, vel vituperationẽ habet, vel laude. Nos de amore honeſto diſſerere curabimus, ſed, & de amore turpi pauca indicabimus, non vt illum ſequamur, ſed vt vehementer fugiamus.

Vt vero quam neceſſaria ſit huius rei diſputatio deprehendatur, illud eſt aduertendũ, quod ex amore exeunt omnes cogitationes, & ſtudioſę, & prauę; ex eo prodeunt operationes vniuerſę, in amorẽ tẽdunt, & terminãtur, nobiſcũ naſcitur, nobiſcũ creſcit, noſque ſemper comitatur, ſic adeo vt natura noſtra ſine amore, & amor ſine natura nũquã exiſtat. Amor nos docet vt fugiamus quęcumque incõmoda ſunt, & nociua, vtq; ſequamur quæ ſalutaria ſũt, & amica Hæc eſt lex immutabilis, nõ ab hominib. inuenta, neq; a legiſlatorib. ſcripta, nõ ex cæleſtib. inſpirata, nõ ex aliorũ exemplo deducta, nobiſcũ nata eſt, nobiſcũ alitur, adoleſcit, & vſq. ad ſeniũ perſeuerat. Itaq, vt quiſq. ſe amet, lex eſt quæ nulla perſuaſione requirit, neq. rhetorica, aut artificioſa oratione opus habet, cui litterati cõtradicere nõ valent, neq; ignauia aut negligẽtia aduocatorũ amitti põt, nec tẽpus nocet, neq. cõtradictio delet, neq. falſitas eius ſplendidiſſimã claritatẽ obſcurare poteſt Vt igitur iterũ repetam, ſicuti figura circularis inter omnes capacior eſt, & vniuerſas alias in ſe cõtinet, & includit; ſic amor vniuerſos alios affectus in ſe cõprehẽdit, vt omniũ origo, & fons perẽnis: de quo in ſequẽtib. copioſius ediſſeretur. Illud ſane in huius argumẽti limine obſeruare oportet, quod ſanato & in ordinẽ redacto amoris affectu, vniuerſi alij pectoris noſtri affectus, & impulſus, ſanitatẽ habẽt, robur obtinent, ad pacẽ rediguntur, & morigeri efficiũtur Hoc ſane Spiritus ſanctus ſignificare, vt ego exiſtimo, voluit, cũ dixit Cant 2. Introduxit me rex in cellã vinariã, & ordinauit in me caritatẽ, id eſt, introduxit me in penetralia, & arcana ſua reuelauit mihi, & ĩ primis, & pręcipue ordinauit in me caritatẽ, docuit me quemadmodũ amare illũ debeam, & in quo caritatẽ, & amorem conſtituere, & collocare oporteat: quo recte conſtituto & cõpoſito, omnia tranquilla ſunt, & quieta, gaudiũ & pacẽ afferunt ineffabilẽ Amor enim inordinatus, noſtra turbatio eſt, anxietatis, & timoris plena, ordinatus vero, & recte conſtitutus, gaudium eſt, & pax in Spiritu ſancto.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quid ſit, & vnde dicatur amor.

Hic aggreditur D. Th. ad explicandum, & definiēdum quid ſit Amor. Vt vero ex nominis etymologia rē exordiamur, intelligēdū eſt ꝙ amor Græce vocatur Eros, ſcriptū, o, paruo, aut magno, ſignificatq; deſiderium boni, aut pulcri: deduciturq; (vt exiſtimat Plato) a verbo quodā, qđ ſignificat furari, ſiue prædari, eo ꝙ amantis cor deprædatur, & in poteſtatē alterius traducat: aut vero deducitur ex alio verbo, ꝙ ſignificat obſtringere, ſiue vīcire aut ligare, eo ꝙ amātes vinciat, & in vincula trahat: aut ex alio verbo qđ ſeq; ſignificat, eo ꝙ amans rem amatam vehementer ſequatur. Alij uero deducunt ex alio verbo qđ fortitudinē deſignat, vt ſignificet amorē ſuper oīa fortē eē. Nonnulli vero aliā huius vocis etymologiam ſequūtur, dicūtque trahere originē a verbo qđ dicere ſignificat: amor. n. amantes, dicaces & eloquētes facit. Sed & aliā cōmemorant deriuationem, deducūtque a verbo, quod eſt videre, amor. n. ex viſu naſcitur. Plato in Cratylo diſputās quid ſignificet Eros, q amor interpretatur, dicit nō eſſe difficilē huius rei inueſtigationem: nam deriuatur ab Erotos, vñ deriuatur nomen, Heroes, ideſt homines diuini, maximi pretij, qui oēs alios excellāt, q ex amore geniti ſunt, quē Dij erga mulieres habuere. Fortaſſis alludit ad illud Ge. 6. Videntes filij Dei filias hominū, qđ eſſent pulcræ, acceperunt ſibi vxores ex oībus quas elegerant. & paulo inferius, Poſtquā ingreſſi ſūt filij Dei ad filias hominū, illæque genuerunt, iſt. ſunt potentes a ſæculo viri famoſi. Gen. 6.

Hebræi deducunt hoc vocabulum a verbo Hahaba, qđ eſt amo; Latini, a verbo amo, quod ſignificat vehementer amare. Ex hoc deriuatur nomē Amicitiæ ſacroſāctum. At quænā ſit prima origo huius verbi, Amo, a Latinis prius ignoratur: hoc tñ certiſſimū eſt, ꝙ quoties uolūt affectū, vel deſideriū appetitus exprimere, hoc noīe declarant, & patefaciūt. Græci dicūt, Eros cū, ω, ſcriptū in malā accipi partē, p turpi amore, Eros vero p, o, p honeſto, & laudabili ſumi. Ex hoc ver. Phileo, qđ p amare accipiūt, multæ cōficiūt verborū cōpoſitiones, philozoos, amatorē vitæ. Sed iā de etymologia noīs ſat ſit, nūc rē ipſā aggrediamur. In oī rōnis diſcurſu optime diſpoſito, inueſtigari tria ſolēt, ſi res ſit, quid, & qualis ſit: ad hæc quęſita, oīa referri ſolent. Si quiſpiam percunctetur an amor ſit, rerum oīum vt ignorantia cum teneat, neceſſe eſt: eſt. n. luce ipſa clarius, amorem eſſe. Quid vero ſit amor, difficilē hēt explicatione. Stoici dicūt amorē eſſe cupiditatē boni, & pulcri; Academici vero, eſſe deſiderium fruendi eo qđ quiſque iudicat bonum, & pulcrū eſſe; Theofraſtus inquit, Amor eſt aī concupiſcentia, quę celerē hēt ingreſſum, tardum vero regreſſū. Alij vero dicūt, ꝙ eſt ſpes & īclinatio ad id qđ pulcrū, & formoſum eſt. Sed nōnulli addūt hāc definitionē, eē deſiderium obtinēdi id qđ pulcrum eſt, & eo fruēdi. At omiſſis his definitionib', q plane, & exacte rē non explicant, Amor ſine dubio ē guſt' ille, & complacētia, illa (inq̄) īclinatio q manet, poſtq̄ videmus rē aliq̄ q nos recreat & delectat. Hic amor ē deſiderij, & ſpei pr̄. Cui' rei definitio vt exactius explicetur, ſciēdū eſt ex D. Aug. ꝙ amor eſt principiū oīum nr̄orū affectuū, & actionū, hētq; clauē, & gubernaculū nr̄æ voluntatis; q nihil aliud ē q̄ īmutatio prima, q ī aīo nr̄o īprimitur ex re appetibili, & deſiderabili q̄ attrahit, & mouet ad ſe appetitū nr̄m, q̄ nihil aliud eſt q̄ cōplacētia appetibilis ex qua qdā motus, in aīo nr̄o orītur, q deſideriū appellat. Græci (ſm Platonē) uocant hymeros, qm̄ impellit aīum īpulſu, & impetu ſuo, facitq; vt uehemēter ad rē amatā deferatur, & ex hoc impetu hymeros appellatur. Deſideriū ſcdm Theologos, eſt motus in bonum, & uelle qđ abſens eſt, & nondū poſſidetur. Ex quo ſequitur, ꝙ amor, & deſiderium, mutuo ſe conſequuntur circa rem abſentē, & fraterna neceſſitudine connectuntur, ex eodē ſemine procreantur, ſed in primis amor pducitur, ut deſiderij cā. Differtq; inter deſiderium & amorē: nam deſiderium fertur in bonū nō habitum; amor uero & in reb. poſſeſſis, & habitis, & in reb. abſentibus locum habet. Ex qua doctrina, ſi recte inſpiciatur, conſequens eſt, oēm affectū aī noſtri ex amore hēre originē. Amor primus impetus eſt, procedit per deſideriū, & per ſpe vires accipit, & tandē in delectatione ſedatur, & quietē habet. Quod ut explicatius intelligatur, aduertat Theologus ꝙ bonū, ſimul ac appetitui eſt oblatū, mouet eum cōtinuo, & allicit ad ſeſe. Motus hic appetitus, exhilaratio illius q̄dā eſt qua appetitui placet illud, quaſi bonū, & ſibi congruēs: allubeſcentia appetitus poterit appellari: itaque allubeſcentia confirmata, amor eſt. Hūc licet definire, uoluntatis, ſiue appetitus inclinationem, ſiue progreſſum ad bonum: exit enim uoluntas obuiam bono uenienti, ut id complectatur, unde naſcitur commendationis expetitio. Sed ex hoc illa naſcitur quęſtio

Definitio amoris.

Aug.

Differētia inter amorem, & deſideriū.

QVAEST. XXVI.

De amore, habet articulos quattuor.

Introductio quæſtionis.

Hic aggreditur D. Th. ad diſputandū de amore, & vniuerſū tractatū ī partes tres diſtribuit: primū definit quid ſit amor; deinde de eius cauſſis perueſtigat; tandem de amoris effectu ediſſerit.

ART. PRIMVS

Vtrum amor ſit in concupiſcibili.

SVMMA TEXT.

Prima concl.

Prima cōcluſio. Amor eſt aliquid pertinens ad appetitū: vtriuſq; n. obiectū, bonū eſt, cōtinuo enim ac bonū appetitui oblatū eſt, mouet eū, & allicit ad ſe congruentia, & coaptatione quadā naturali; qualis eſt veri cū mente; formoſi cū oculo. Itaq; amor eſt inclinatio, ſiue progreſſus ad bonum.

Secunda.

Secunda Cōcluſio. Triplex eſt amor; naturalis, ſenſibilis, & intellectualis: nā ſm differentiā appetituū, eſt etiā differētia amoris: quidā n. eſt appetit' naturalis, p quē res naturaliter appetunt qđ eis cōuenit ſm naturā, vel p apprehenſionē propriā, vel p apprehenſionē inſtituētis naturā. Alius eſt appetitus ſēſitiuus tamē, & nō ex libero iudicio brutorū, qui ſequitur apprehenſionē, & cognitionē ipſorū appetentiū; ex neceſſitate tñ, & ñ ex libero iudicio, q in hoib. aliqd libertatis participat, ī q̄tū rōni obedit. Ex quo colligūt Theologi (vt ī ſeq. videbit) ꝙ ī appetitu ſenſitiuo pōt eſſe peccatū, poteſtq; eſſe electio, vt paret, & obedit rationis imperio. Nā vt ſic, libertatē habet, & poteſt operari, & nō operari ad rationis pręſcriptū. Alius eſt appetitus cōſequens apprehenſionē, ſiue cognitionē ſm liberū iudiciū q rationalis appetit' ſeu volūtas dicitur. & in vnoquoq; horū appetituū amor ē id, qđ eſt principiū motus tēdentis in finē amatū. Nam in appetitu naturali, principiū mot' eſt cōnaturalitas, & cōgruentia appetētis id ī qđ tēdit, & dicit amor naturalis: ſed aptatio appetit' ſēſitiui, vel volūtatis ad aliquod bonū, eſt cōplacētia boni, q̄ dicitur amor ſēſitiuus, vel intellectiuu. Qui ſenſitiuus eſt, eſt in appetitu ſenſitiuo; ſicut intellectiuus, in intellectiuo. Ex quo diſcurſu ſequitur triplicem eſſe amorem, naturalē, ſenſibilem, & intellectualem. Sec. Cōcl. Amor ad cōcupiſcibilē ptinet, non ad iraſcibilē: quia bonū abſolute reſpicit, & non per reſpectū ad arduū.

Plato.

non cõtemnenda, ea eſt; Verũ poſtquã rẽ amatã adepti ſumus, ceſſet amoris impetus? Vr ꝙ ceſſet. Nã oĩs motus habet ſuum terminũ, & finẽ, quo adepto, quieſcit, & vltra non progreditur. Deinde, rerũ naturaliũ augmẽ, terminũ habet, & finẽ, ad quem cũ acceſſerint, nõ vltra creſcunt; ſed ſtatim diminutio ſuccedit, & paulatim, & ſenſim deficiũt, & exſiccãtur, & tandẽ pereũt. Demũ ꝓuerbiũ eſt, ꝙ oĩs actio adepto fine queſcit, & finem hẽt. Quod ſi qſpiã dicat, hæc oĩa ꝓbare, ꝙ deſideriũ aĩ debilitetur, & deficiat in rei adeptione, qđ eſt veriſſimũ; at nõ ꝓbare ꝙ amor deſit, & diminutionẽ hẽat. Huic obijci põt, ꝙ imminuto deſiderio, imminuitur ſubinde amor, q eſt deſiderij fundamentũ & pr̃. Hæc dubitatio ſic explicatur, nãq; dicẽdũ eſt, exẽpla ſic optima, ſed in nr̃o ꝓpoſito minime cõcludere. Nã ſolũ cõcludũt in reb naturalibus, q̃ ſemp habẽt eundẽ, & vniformẽ tenorẽ; ſed in amore, & deſiderio nõ ſic accidit: amor.n. eſt ignis quidã ardentiſſim⁹, q̃to magis inflãmatur, & ardet, quãto de re amata plus guſtamus. Quod ſi ardet, & incẽditur ĩ abſentia, quõ nõ ardebit in p̃ſentia? Propter qđ Socr. ſcribit, amorẽ eſſe mortalẽ, & immortalẽ; iuuenẽ, & ſenẽ; rẽ nouã & veterẽ: ſicut.n. poſt ſtomachi repletionẽ ſeqtur fames, & eiuſdẽ vacuitas, & poſt potũ quo hõ extinguit ſitim, recurrit eadẽ, & deſideriũ, & cupiditas iterũ bibẽdi. nõ aliter deſideriũ explerur fruitione rei quã exoptabat, cui⁹ rei guſtus incedit deſideriũ, & cupiditatẽ eiuſdẽ boni. & ſic cõcluditur, ꝙ adeptio rei amatæ, amorem & deſideriũ nõ extinguat. Cuius rei aliã rõnẽ ex diuina Theologia demõſtrare poſſumus. Certe nõ ẽ, cur amor in adeptione rei amatæ deficiat, & interrumpatur, quin potius creſcit. Nã amor (vt dictũ eſt) a deſiderio ſic differt, ꝙ deſideriũ eſt rei abſentis; amor vero potiſſimũ eſt rei p̃ſentis: eſt.n. amor cõplacentia ex re amata, q̃ ſine dubio in rei adeptione maior, & ſuauior eſt: ſed & deſideriũ creſcit, nõ vt habeatur, ſed ut in ꝑpetuũ, & ſine itermiſſione poſſideatur. Hactenus de rei definitione, q̃ in ſequẽtib. articulis accuratius explicabitur. De diuiſione amoris nõnulla cõmemorat D. Th. in hoc art. vt definitionẽ amoris nobis explicet. Eſt qdã (inquit) amor naturalis, q nihil aliud eſt, quã qdã naturalis ĩclinatio ad id qđ ſibi cõuenit, & cõſentaneũ eſt ſm naturã ſuã, quo amoris impetu fertur lapis in locũ ſuũ. Alius eſt amor ſẽſitiuus, q eſt ĩclinatio ĩ id qđ ſẽs⁹ iudicat eſſe bonũ. Tertius eſt ĩtellectualis, q ſeqtur rõnis iudiciũ, & arbitriũ. Sed libet hic annotare drĩas, q̃ verſãtur ĩter amorẽ naturalẽ, & aĩalẽ, q p ſẽſitiuũ, & intellectualẽ diuiditur. In primis differũt. Nã amor naturalis cõuenit oĩb. reb. aĩalis vero tm̃ cognitionẽ habẽtib. Deinde differũt, ꝙ naturalis ſeqtur formã naturalẽ; aĩalis vero ſeqtur formã ꝑconceptã, & apprehenſam. Tertio diſtant, ꝙ amor naturalis in actũ ꝓdit, abſq; actuali cognitione, vel apprehẽſiõe, ſed p ſolã naturã; aĩalis vero nõ ſe exerit ĩ actũ, niſi p̃eũte cognitione. Sed & alio mõ differũt. Nã amor naturalis nõ eſt operatio, & qđ dicũt Theologi, non eſt actus elicitus: grauitas.n. lapidis, & ĩclinatio ei⁹ amor appellatur; amor uero aĩalis, ẽ operatio, & act⁹ elicitus, a volũtate ꝓgrediẽs. Quinto differũt. Nã amor naturalis eſt ad vnũ determinatus, & ſemp eodẽ mõ ſe habẽs, & neceſſarius; aĩalis vero p̃cipue in hoĩe eſt liber, quippe q ſeqtur ex deliberatione, & cõſultatione rõnis. In brutis uero licet varius ſit, & incõſtãs (nunc.n. ouis carpit hãc herbã, nũc uero alterã, nũc cupit bibere, nunc comedere) liber nõ eſt: nã ſeqtur ex impetu, & inſtinctu naturæ, nõ ex rõnis deliberatione. Rõ hui⁹ drĩæ eſt. Nã amor naturalis ſeqtur naturã q̃ eſt determinata ad unũ; aĩalis vero ſeqtur cognitionẽ, q̃ varia eſt, & ad vnum minime determinata. Ex hac drĩa cõſeqtur & alia: qa naturalis amor eſt ab extrinſeco. ſ. ab auctore naturæ; aĩalis vero ab ipſo aĩali oportet.n. ꝙ amãs cognoſcat, & ĩ bonũ cognitũ deferatur. Vlti differũt maxime: nã appetit⁹ naturalis, eſt potẽtia reſpectu rei cõuenientis ſibi; aĩalis vero eſt rei cõuenientis toti cõpoſito. Sic viſus appetit naturaliter viſibile ad actũ ſuũ, vt cõſẽtaneũ, & conueniẽs viſui: ſed appetit⁹ aĩalis appetit, & amat viſibile ad bonũ amãtis. Quo aũt oẽs iſti amores ſint collocandi in cõcupiſcibili & nõ in iraſcibili, ex dictis in ſuperiorib manifeſtũ euadit. ſubtiliſſime n. explicauim⁹, quõ diuidatur appetitus, in cõcupiſcibilẽ, & iraſcibilẽ, & q̃ ſint vtriuſq; partis officia, & munera: cõſulat lector q̃ ibi annotata ſunt. Nos vero ad aliã qõnẽ difficilẽ trãſeam⁹ quã ĩſinuat D. Th. ſol. ad 2. Verũ amor ſit oĩum aliorũ affectuũ, & paſſionũ aĩ prima cã & origo. A parte negatiua ſic arguit̃. Nã amor ẽ qdã paſſio aĩmi, vt plane cõſtat: ſed nõ oĩa q̃ agit hõ, agit ex paſſione: ſed q̃dã ex electione; q̃dã ex ignorãtia, vt dr̃ in 5. eth. c. 8. Ergo nõ oĩa q̃ hõ agit, agit ex amore. Præterea, appetit⁹ ẽ principiũ motus ĩ aĩalib. vt teſtat̃ Ari. 3. de Ani. tex. 48. ſi igit̃ oĩa q̃ agit hõ, agit ex amore, aliæ paſſiones appetit⁹ erũt ſupuacaneæ, & otioſæ. Deinde, nihil cauſſatur ſimul a cõtrarijs cauſſis, ſed q̃dã ſũt ex odio: nõ ergo oĩa ſũt ex amore. Deinde, cã ẽ prior effectu, at delectatio ẽ quoq; cã amoris q̃dã n. pp delectationẽ amãt vt dr̃ 8. Eth. c. 2. & 3. ergo delectatio ẽ prior amore. Nõ ergo prĩa ĩter affectiões ẽ amor. Deinde, amor vnionẽ quãdã ĩportat: ẽ.n. uis vnitiua, vt dicit D. Dio. c. 4. de diui. nomi. ſed deſideriũ ẽ mot⁹ ad vnionẽ rei deſideratæ. ergo deſideriũ ẽ pri⁹ amore. Vlti. nõ vr̃ plane ĩtelligi, quõ odiũ, & deſperatio ex amore naſcant̃. In huius rei expoſitionẽ eſt cõcluſio certiſſima, ꝙ oẽs aliæ affectiones aĩæ ex amore naſcũtur. ſic ꝓbat D. Aug. li. 14 de ciui Dei c. 7. Amor (inqt) inhiãs hr̃e qđ amatur, cupiditas eſt, id aũt habẽs, eoq; fruẽs, lætitia ẽ, fugiẽs qđ ei aduerſatur, timor eſt; idq; ſi acciderit ſentiẽs, triſtitia ẽ. pinde mala ſũt iſta ſi mal⁹ ẽ amor; bona ſi bon⁹. Et ĩ alio loco dicit. Amor efficit, vt timeam⁹ nõ poſſe nos acquirere id qđ deſideram⁹: amor efficit, vt ſperemus nos poſſe obtinere id qđ deſideram⁹. ſi hoc accidit, voluptas ſubſequtur; ſi cõtrariũ euenit, dolor. Hui⁹ vero cõcluſionis demõſtratiões varias excogitauit D. Th. Prima ſic hẽ. Oĩs alia aĩæ nr̃æ affectio ĩportat motũ ad aliqd, vel qetẽ in aliquo, oĩs aũt mot⁹ ĩ aliqd vel qes ĩ aliquo, ex aliqua cõnaturalitate, vel coaptatiõe ꝓcedit, q̃ ꝑtinet ad rõnẽ amoris. Vniuerſa ergo aĩ affectio ex amore procedit, & cõſurgit. Sed ſi cui hæc rõ nõ ſatis pſuaſit, adhibet ſcdã rõnẽ D. Th. dicẽs: Oẽ agẽs, agit pp finẽ aliquẽ, vt ſuperi⁹ dictũ ẽ. finis aũtẽ bonũ deſideratũ, et amatũ vnicuiq; vñ manifeſtũ ẽ, ꝙ oĩs affectio, & operatio ex amore ꝓcedit. Sed manifeſtiorẽ & euidentiorẽ pſequtur D. Th. demõſtratiõẽ, dũ inqt. Affectiões, quarũ obiectũ ẽ bonũ, sũt illis priores, quarũ obiectũ ẽ malũ bonũ.n. pri⁹ ẽ malo, cũ malũ ſit priuatio boni; priuatio aũt poſterior eſt pfectiõe quã priuat: id qđ manifeſte patet. Nã qa bonũ q̃rit ẽ, iõ refutat̃ cõtrariũ malũ. vñ fit ꝙ amor ſit prior odio, triſtitia, & ceteris affectib. q malũ reſpiciunt. Iõ.n. iraſcimur, qa ĩpeditur bonũ qđ deſideram⁹, triſtamur, & dolem⁹, qa bonis optatis priuamur, & nihil odio habem⁹ niſi p hoc ꝙ bono et cõuenienti cõtrariatur. Sꝫ ꝓgit D. Th. dmõſtrare, ꝙ ĩ affectib. q circa bonũ verſãtur, prima origo ſit amor. Nã bonũ hẽt rõnẽ finis; manifeſtũ ẽ aũt ꝙ oẽ qđ tẽdit ĩ finẽ aliquẽ, primo hẽt aptitudinẽ ad ipſũ; ſcdo tẽdit in illũ; tertio qeſcit in ipſo. Sed aptitudo, ſeu ꝓportio appetit⁹ ad bonũ, ẽ amor, q nihil aliud ẽ quam cõplacẽtia boni mot⁹ aũt ad bonũ, ẽ deſideriũ, qes vero ĩ bono, ẽ gaudiũ, ſeu delectatio. Ex his ergo liquet quẽadmodũ amor ſit oĩũ affectionũ aĩæ nr̃æ fons, & origo. Ex qua doct̃ ſeqtur, amorẽ eſſe gñale vocabulũ ad vniuerſã affectionẽ, & appetitionẽ, nomẽ tãtæ amplitudinis, & capacitatis, vt oĩa deſideria oẽs aĩæ nr̃æ affectiones cõtineat. qdqd hõ deſiderat, & ab hoĩe deſiderari pt̃, ĩ amore occultũ, & abſtrũſũ ẽ. Amor oĩum deſideriorũ, & affectuũ clauis, origo, fons, & finis ẽ. Immo apte ſeqtur hoĩem in oĩb ſuis affectib. & actionib. nihil cogitare, ñ aliud efficere quã vt amet, & felicitatem ſuã amore pſequatur. Vñ rectiſſi. & veriſſi D. Di. c. 4. de di. no. ſcrib ꝙ pp amorẽ boni, oĩa agũt, q̃cũq; agũt. Ex eadẽ doctr. cõſeqtur, ꝙ origo, fons, & pricipiũ oĩũ bono ẽ amor. Rurſus, finis & ſcop⁹ oĩũ operũ humanæ vitæ ẽ amor. Itaq; ẽ principiũ, mediũ, finis. Si igitur cupit Chriſtianus vitã ſuã recte inſtituere, id curet ĩ primis, vt caritatẽ, & amorẽ recte cõponat. nã vera & breuis dñitio virtutis, ẽ ordinatus amor, ſic, vt Aug. dñire nõ dubitet, ꝙ tẽperãtia ſit amor integrũ ſe pbẽs ei qđ amatur. fortitudo amor, facile tolerãs oĩa pp qđ amatur, iuſtitia amor, ſoli amato ſeruiẽs, & ꝓpterea recte dominans; Prudentia amor, ea qb. adiuuatur, ab his a qb. impeditur, ſagaciter ſeligẽs.

Hinc

Margin notes (left): Verũ adepta re amata ceſſet amoris impetus. Aug. Primo. Secundo. Tertio. Obiectio. — Explicatur. — Socrates. — Amoris diuiſio. — Amoris animalis & naturalis differentiæ.

Margin notes (right): D. Thom. — Verũ amor ſit omnium affectuum — Argu. Primum. Ariſt. Secundo. Ariſtot. Tertio. Quarto. Ariſtot. Quinto. Dionyſ. Vltimo. Conc. reſp. Omnes paſſiones ex amore naſcuntur. Aug. — Amoris amplitudo. — Vide Bern. ſerm. 83. in Cant. Dioniſ. — Aug. lib. 1. de moribus c. 15.

ART. SECVNDVS.

Vtrum amor ſit paſſio.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Amor eſt paſſio, proprie quidem ſecundū quod eſt in concupiſcibili; communiter autem & extenſo noīe ſecundum quod eſt in volūtate. Probatur ſic. Nā paſſio eſt effectus agentis in patiente; ſed amor, tā ſenſitiuus, quā intellectiuus, eſt effect' agētis, ſ. appetibilis; & appetitus ſenſitiuus habet aunexā trāſmutationem corporalem, nō vero appetitus intellectualis: ſolum.n. immutatur ab appetibili. Igitur amor vniuerſus, paſſio eſt: præcipue vero & ꝓprie amor appetitus ſenſitiui, qui hēt adiunctā tranſmutationem corporalem. Vt vero hæc probatio explicetur vberius, ſciendum eſt, ꝙ agēs naturale duplicē effectum inducit in patiens. primo dat formam, ſecundo dat motū cōſequentem ad formam; ſicut generans dat corpori grauitatem, & motū conſequentē ipſam; & ipſa grauitas, quæ eſt principium motus ad locum connaturalē, poteſt dici quodāmodo amor naturalis: ſic ēt ipſum appetibile dat appetitui primo quidem quādam coaptationem, & congruētiā ad ipſum, quæ eſt quædā complacentia appetibilis, ex qua ſeqtur motus ad appetibile: nā appetitiuus motus circulo agitur, vt dicitur 3. de ani. tex. 55. appetibile.n. mouet appetitū, & appetitus tendit in appetibile realiter cōſequendū, vt ſit ibi finis motus, vbi fuit principiū. Prima ergo immutatio appetitus ab appetibili, vocatur amor, q̄ nihil aliud eſt, quam cōplacentia appetibilis, & ex hac complacētia ſequitur motus in appetibile, q. eſt deſideriū, & vltimo quies, q̄ eſt gaudiū. Sic igitur cū amor conſiſtat in quadam immutatione appetitus ab appetibili, manifeſtū eſt, ꝙ amor eſt paſſio, proprie quidē ſecundum quod eſt in concupiſcibili: nam habet tranſmutationem corporalem adiunctam, quod eſt neceſſarium vt proprie & vere paſſio ſit, vt viſū eſt retro q. 22. art. 3. Communiter aūt, & extenſo vocabulo eſt paſſio in volūtate, ſecundum quod appetibile immutat appetitum, & reducit de potentia ad actum.

Vtrū amor ſit principiū bonorū an malorum

Hinc etiam facile eſt diſſoluere quæſtionem illam, q̄ feliciſſima ingenia vehementer torſit, Vtrū amor ſit principium, & origo omnium malorū, an vero omnium bonorū? Nam ſi, diſputatio inſtituatur de amore ſui immodico, & inordinato, qui philantia ſolet appellari, omniū malorum, & amaritudinum origo, & puteus ē. Hinc enim inimicitiæ, iniuriæ, ambitiones, & cetera peccatorū lues oritur & naſcitur: cuius amoris inſaniam, pulcerrime deſcribit Plau. dū inqt:

Concluſio

Plautus in Ciſt.

Credo ego amorē primū apud homines carnificinā commentum.
Hāc ego de me cōiecturā domi facio, ne foras q̄rā,
Qui oēs hoīes ſupero, atq; antideo cruciabilitatibus animi,
Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, verſor in amoris rota miſer,
Exanimor, feror, differor, diſtrahor, deripior. ita nullā mentem
Animi habeo: vbi ſū, ibi nō ſū; vbi non ſum, ibi eſt animus.
Ita mihi ingenia ſunt: qd lubet, non lubet iam id continuo.
Ita me amor lapſū aī ludificat, fugat, agit, appetit;
Raptat, retinet, iactat, largitur, qd dat non dat, eludit,
Modo quod ſuaſit, diſſuaſit; quod diſſuaſit id oſtētat.

Agentis naturalis duplex effectus.

Theophilus dicit amorem e cælo a Dijs, ꝙ ſeditionē inter illos agitaret, expulſum fuiſſe effractis alis, ne rurſus ad ſuperiora volaret. Sed ſi de amore ſummi boni ſermo habeatur, omnium bonorum fons eſt & origo: ex eo namque naſcitur gaudium, pax, quies ineffabilis. Sed quoniam hoc ad reconditiorem Theologiam ſpectat, in alium locum differatur.

Theophi.

Ad argum. ad primum.

Nunc reſta arg. obiectis ſatisfacere. Nam ad primum dicendum eſt, ꝙ obiectio illa procedit de amore, qui eſt affectio appetitus ſentientis; nos autem cum diximus amorem eſſe fontem & originem omnium affectuum in anima noſtra, locuti ſumus de amore in genere, & in cōi, vt comprehendit ſub ſe amorem intellectualem, rationabilem, ſenſibilē, naturalē: ſic.n. loquitur D. Diony. de amore c. 4. de diui. nomi. Ad ſm dicendum eſt, ꝙ ex amore, vt iā dictū ē, cauſſatur & deſideriū, & triſtitia, & delectatio, & in vniuerſum aliæ alæ nr̄æ affectiones. Ex quo conſeques eſt, ꝙ oīs actio, quæ ex quauis affectione progreditur, ꝓgreditur ēt ex amore, veluti ex cā primaria: vnde aliæ animæ affectiones otioſæ nō ſunt, nec ſuperuacaneæ, quippe quæ ſunt actionis proximæ cauſſæ, licet amor primatū teneat. Ad tertiū dicēdū, ꝙ odiū ēt ex amore cauſſatur, ſicut iā dictū eſt, & in ſequentib. diligentius explicabitur. Ad quartū dicendum, ꝙ cum q̄s amat aliquid pp delectationē, amor quidē ille cauſſatur ex delectatione; ſed tn̄ delectatio cauſſatur ex alio amore præeunte: nullus.n. delectatur, niſi in re quodammodo amata, & dilecta. Ad quintū ſic dicendū eſt, duplicē eſſe vnionem amati ad amantē: vna eſt realis, ſm coniunctionē ad rē ipsā: & eiuſmodi vnio ad gaudiū, vel delectationē pertinet, q̄ ad deſiderium cōſequitur. Alia aūt eſt vnio affectiua quæ naſcitur ex hoc, ꝙ aliqd hēt aptitudinem ad alterum, & inclinationem, ex qua re iā participat aliqd eius; & ſic amor vnionem importat, quę quidē vnio præcedit motum deſiderij.

Dionyſ. ad ſecundum.

ad tertium.

ad quartum.

Ad quintum Duplex vnio amati ad amantem.

Ad vltimum, iam patet e dictis; qūo odiū ex amore naſcatur; & q. deſperātes ſe morti tradunt, hoc ipſo ſe amantiſſimos id faciūt, vt a miſeria, & calamitate aliqua aſſerātur; ſugere vero miſeriā, quædā portio felicitatis ab ipſis exiſtimatur. Sed antequā hinc diſcedamus, operæpretiū eſt explicare, quo genere cauſſæ amor ſit origo, & fons oīum aīæ affectionū. Certe in genere cauſſæ efficiētis. Sicut n. cognitio principiorum, eſt cā cognitionis concluſionis; ſic amor finis, eſt cauſſa omnium aliarum affectionum, quę ex finis amore naſcūtur. Sicut.n. intellectus ex cognitione pricipij colligit cōcluſionē, ſic ſane volūtas ex amore finis, inducit ſe in volitionē mediorū. Sed & alio mō eſt cā efficiens, ſicut ſubiectū eſt cā efficiens paſſionū, q̄ inde deriuantur; & ſicuti effectus prior, eſt cā alterius effectus, q. ex priori deriuatur. & quemadmodū vna potentia aīæ, eſt cā alterius: Agens.n. nulla rōne poſſet ꝓducere ſcdm effectum, niſi primo ꝓducto. De hoc hēt nōnulla Capr. in 1. d. 1. q. 1. ad arg. cōtra tertiā cōcl. Nō tm̄ hoc, ſed & amor eſt cauſſa impellens ad operandū vſque dum finē ſuū conſequatur. Sed & illud verū eſt, eſſe cauſſam finalem omniū, vt ſuperius demonſtratū eſt.

ad vltimum

In quo cōſiſtat amor.

Amor in genere cauſſæ efficiētis eſt cauſſa paſſionum.

Capr.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quomodo amor cōplacentia dicatur.

Id quod dicit D. Th. appetibile efficienter mouere, & allicere appetitum, a pleriſq; negatur: quod certe in magnam conijciebat nos diſputationem, niſi iā de hoc ſenſum meum aperte explicuiſſem. Sed & illud hēt dubitationem, qūo ſtatuat D. Th pro certo, ꝙ amor ſit complacentia: nā ex eo vr̄ ſequi amorem, & delectationē nihilo differre. Complacentia n. nihil aliud vr̄ eſſe quā delectatio, & guſtus de re amata. Non deſunt Theologi q arbitrentur delectationē, & amorē, idē prorſus eſſe, idq; cōfirmant auctoritate D. Th., ſed falluntur oīno. Nā D. Th. expreſſe hoc negat in innumeris locis, & in hoc aſ minime obſcure: aſſerit.n. ꝙ cōplacentia, q̄ eſt amor, eſt prior ipſa delectatione: amor.n. ꝑ deſideriū ꝓcedit, & ad delectationē vſq. ꝑuenit. Qđ idē cōfirmatur exēplo rerū naturaliū. Nā (auctore D. Th.) grauitas in lapide, eſt

D. Thom.

amor reſpectu loci inferi; quies vero in naturali loco, delectationis rationem habet. Quod autem non ſit idem complacentia, & delectatio, patet ſic. In primis, damnati complacent ſibi, & amant ſe, maxime, tamq̄ in ſe conſtituentes finem vltimū; & tñ in ſeipſis non delectātur, neq; vlla afficiuntur iucunditate. Rurſus, beata Virgo tpe paſſionis Dñicæ ſumme diligebat Chriſtū; at conſtat q̄ non ſumme delectabatur. Conſimiliter ſācti martyres ſūme amabāt; at parum, vel in nullo delectabātur. Sed & fortis vehemēter diligit actum fortitudinis ī periculo mortis conſtitutus: at ea ī re parū delectatur. Ex his cōſtat, falſum eſſe q̄ amor ſit delectatio, quæ potius ex amore rei pſentis ſeqtur, delectatio. Vtra vero affectionum videlicet amor, an delectatio, principalior ſit, & potior, in ſequētib. explicandum eſt. Nunc vero ad expoſitionem litteræ redeamus. Scribit S. Doctor, q̄ appetitiuus motus circulo agitur, idq; cōfirmat auctoritate Ariſto. 3. de ani. tex. 55. In cuius rei declarationem dixit quidam magnus philoſophus amorem eſſe circulum, a bono & pulcro, in pulcrum procedens, & in pulcro commorans. Amor enim eſt quædā faſcinatio, quæ per oculos ad cor ingreditur; eſt ignis qui intrat per viſum, & poſtmodū interne adurit; eſt ſplendor potentiſſimus, q penetrat vſque ad cordis intima, & ea ardere facit, neq; quieſcit vſque dum bonum ipſum, a quo dimanauit, amplectatur, conſequatur, & teneat. Itaque a bono, & pulcro cauſatur amor, & irrequietus manet, vſq; dum ad bonum, & pulcrum perueniat, & in eo commoretur: & ſic ibi eſt finis motus, vbi fuit principium.

Differentia inter cōplacentiam & delectatiōē amor nō eſt delectatio.

Concluſio

Ariſt.

Quomodo differūt amor, & dilectio, & in quo cōueniunt.

amoris motus circulo agitur, Ariſt.

ARTI. TERTIVS.

Vtrum amor ſit quadam dilectio.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Amor, dilectio, caritas, & amicitia, non ſunt idem. Nam amor magis communiter accipitur, quam caritas, & amicitia, quæ quaſi habitus eſt ſecundum Philoſophum 8. Eth. ca. 5. Dilectio autem addit ſupra amorem, præcedentem electionem; quare in voluntate eſt, & non in cōcupiſcibili. Sed amor, & dilectio in hoc conueniunt, quod per modum actus, vel paſſionis ſignificantur. Caritas vero addit ſupra amorem, quandā amoris perfectionem, in quātum id quod amatur, magni pretij æſtimatur, vt ipſum nomen deſignat.

EXPLICATIO ARTICVLI.

amor & dilectio in bonū & malum ſumuntur. Aug. Pſal. 10. Ibid.

In explicationem huius artic. Illud in primis aduertendum eſt, amorem, & ſic dilectionem, indifferenter & in bono, & in malo apud ſacras litteras inueniri. Quod conuincit eſſe verum D. Aug 14 de ciui. Dei c. 7. quem locum inſpiciendum eſſe omnino cenſeo. Pſal. 10. Qui autem diligit iniquitatē, odit animam ſuam. & in eodem Pſa. Iuſtus Dñs, & iuſtitiam dilexit. vbi diligere, aliquando in bonum, aliquando in malū accipitur 1. Ioan. 2. Si quis diligit mundum, non eſt caritas patris in eo: vbi diligere accipitur in malum; caritas vero in bonum. Quod vero amor ēt indifferēter ſumatur, pbatur: nā Ioan. 21. dr; Simon Ioannis amas me? vbi accipitur in bonū. econtra vero in malū accipitur 2. ad Timo. 3. Erūt hoīes ſeipſos amātes. & ſubdit ſtatim, voluptatis amatores magis quā Dei: vbi & in bonū, & in malū accipitur. Sed & illud aduertendū eſt qđ dicit Orig. hom. 1 in Cant. q̄ hr tom. 7. operū D. Hiero. Vr, inqt, mihi, q̄ diuina ſcriptura volēs cauere, ne lapſus alıqs legentib. ſub amoris noīe naſceretur, pro infirmioribus quibuſq;, eum, qui apud ſapiētes ſęculi, Cupido ſeu Amor dr, honeſtiori vocabulo, caritatē vel dilectionem nominauit. Diony. quoq; 4. c. de diui. nom. dicit, q̄ quibuſdam ſanctorum viſum eſt, diuinius eſſe nomen amoris, quā dilectionis: cuius ſancti Patris ſnīam in hunc modum explicat D. Th. Amor, inquit, quandā paſſionem, ſiue affectione animæ nřæ importat, & veluti impulsū, & afflatum cordis noſtri. Dilectio vero præqairit rationis nřæ iudiciū, & deliberationem: eſt enim amor cū electione: magis aūt in Deū homo poteſt tendere, & ferri paſſiue, quodā modo ab ipſo attractus, & inſpiratus (de hac. n tractione dicit Pa. Qui ſpiritu Dei aguntur, ij filij Dei ſunt) quā ad hoc eum ppria rō, & deliberatio poſſit ducere: qđ ptinet ad rōnē dilectionis, vt dictū eſt: & pp hoc diuinius ē amor, quā dilectio. Hæc diuiniſſimi Theologi de amore, & dilectione Dei excogitabant. Aliā Latini ſcriptores longe diuerſam faciunt in iſtis vocabulis differentiā, vt diligere ſit remisſius; amare ardētius, vt apud Cic. Dolobellā antea diligebā, nunc amo. & ad Brutū apertius, Clodius, Tribunus plebis deſignatus, valde me diligit, ſeu vt emphaticoteron dicā, valde me amat. Sed pūtat ſentire cum Patrib. loqui vero cum multis. Quo aūt amicitia, & caritas inter ſeſe differant, non eſt pſentis inſtituti: nā de hoc cōperemus in materia de caritate edifferendū eſt, quo in loco ēt videndū eſt, an amicitia ſit habitus, & inter virtutes cōnumeratus: pp qđ his dimiſſis, ad ſequētē articulū veniamus.

Ioan 21.

2. Timo, 3.

Orig.

Diony.

D. Th.

Concl.

Roma

Cicero

ARTI. QVARTVS.

Vtrum amor diuidatur in amorē amicitiæ, & concupiſcentiæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Amor cōuenienter diuiditur in amorem amicitiæ, & concupiſcentiæ. Probatur ſic. Nam motus amoris in duo tēdit; in bonū, quod quis vult alicui, vel ſibi; & in illud cui vult bonum. Ad illud bonum quod quis vult alteri, habetur amor concupiſcentię; & motus ille, vt reſpicit illud bonum, dicitur amor concupiſcentiæ. Ad illud autem cui quis vult bonum, habetur amor amicitiæ, & motus ille dicitur amor amicitiæ: atq; id quod amatur amore amicitiæ, ſimpliciter, & per ſe amatūr; quod autem amatur amore concupiſcentiæ, non ſimpliciter, & ſecundum ſe amatūr, ſed alteri.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Diuiſio articuli non eſt in diuerſas res ſed in diuerſas rationes.

Obſeruet Theologus in primis, q̄ hæc diuiſio amoris non eſt diuerſarum rerum, ſed ſm diuerſas rōnes, vel habitudines eiuſdē actus ad diuerſa obiecta, in quæ fertur. Cum. n. volō alicui bonum, reſpectu illius cui volo bonū, dr amor amicitiæ; ſed reſpectu boni qđ alteri volo, & cupio, dr amor concupiſcentiæ. Et prima quidē cōſideratione dr amor amicitiæ, nō q̄ ſemp qñ cupio alteri bonū, ſit amicitia, ſed qīa habet ſimilitudinē amicitiæ. In amicitia n. perfecta, amicus vult bonū amico pp ſeipſum, & amor eſt actus ille quo volumus bonū alicui pp ſeipſum, & vocatur amor amicitiæ, non amicitia: qa iuxta Philo. 8 Eth. c. 5. amor actū amandi deſignat; ſed amicitiā ſignificat habitū. Illud uero bonū qđ volo alteri, dicor amare amore cōcupiſcentiæ, non q̄ ſit cōpiſcentia, ſed q̄ hēat ſimilitud. nē cū cōcupiſcentia: illud nāq; dicimur cōcupiſcere, qđ volumus nobis. Sed ex hoc exiſtimabit aliqs, in brutis eſſe amorē amicitiæ, & cōcupiſcētiæ: nā brutū, alteri bruto vult bonū. Sed pfecto ex iſtimatio hęc nō ex vero eſt: nā cū amor amicitię, ex amicitia drīuet, q̄ brutis cōpetere nō pōt, iō quātū ad nominis appellationē, hęc diuiſio tantūmō cōuēnit amori humano, ſiue īntellectui, q̄q̄ & appetitus brutorū appetat bonū ſibi, & alijs. Deinde obſeruandū eſt a vero Theologo, q̄ de amore cōcupiſcētiæ, & amicitię, in diuerſo ſenſu ſolet a Theologis, & ſapien-

Ariſt.

Num in brutis ſit amor amicitiæ & concupiſcentiæ.

amor amicitiæ & concupiſcentiæ qd

ſapientibus inueſtigari. Amor.n.concupiſcentiæ appellatur, cũ amamus aliquid pp nos, & in nrum cõmodũ, & bonũ referimus. Amor amicitiæ nũcupatur, cũ bona amato cupimus & procuramus pp ſeipſum, & non propter nos. Hic eſt germanus amicitiæ amor, qui nũquã eſt mercenarius, non petit præmiũ ſui, non expectat, qd eſſet cõtra amoris ingeniũ, & proprietatem. Nam ſi expectaret, iam nõ amaret amicũ, quia bonus eſt, ſed quia ſibi expediẽs, cõſideratione boni hẽt amor in amico unde naſcatur, nõ utilitatis quo tẽdat. Exemplũ eſt manifeſtũ in filijs, quos parentes abſq; ullo prorſus reſpectu ſuarum utilitatum, mercedis, fructus, amant pp ipſos tantum. Talis eſt amor Dei erga nos; talis debet eſſe noſter erga illum.

Obiectio. Sed ſi quis dicat, ꝙ unionem, & coadunationem deſiderat amicus cum amico: iam ergo videtur ꝙ amicus ex amico cõmodum aliquod requirat & expectet.

Solutio. Rñdendum eſt, ꝙ hanc unionem non deſiderat, tamquam amoris, & operis ſui mercedem; ſed eſt meta, & finis ad quem amans ſuapte natura fertur, ut unus efficiatur cum amico, non pp utilitatem, aut fructũ, ſed pp amoris ingeniũ, & proprietatem. Quemadmodum n. non amas te ut tibi proſis; ſed prodes, quia amas: ſic non amas ut uelis coniungi, ſed uis coniungi quia amas; nec deſideras coniungi ut delecteris, ſed ad id ſequitur delectatio, ex poſſeſſione, atque complexu boni noſtri.

Num amor concupiſcẽtiæ præſtet amori amicitiæ. Sed ex hoc magna ſequitur cõtrouerſia, quis illorum amorũ primas teneat, amor ne cõcupiſcentiæ, an amicitiæ? Nam quãquã amor concupiſcẽtię male audiat, & pleriſq; ut infamis reprehendatur, ꝙ is potiſſimum ſit, & primas teneat, hæc argumenta ſuadent.

Arg. Primũ. In primis, Deus qui in amãdo principatũ hẽt, & leges ueræ amicitiæ præcipue obſeruat, amat omnia, amicos quoq; pp ſemetipſum. quod ad amorem concupiſcentiæ pertinet. Et ꝙ hoc ita ſit, plane conſtat; tũ ex ſanctis ſcripturis, ex illo; Vniuerſa pp ſemetipſum operatus eſt Dominus;

Secundum. tũ uero euidẽti rõne. Deus n. eſt ultimus finis, Alpha & Omega, principiũ & finis, & in ipſo, & per ipſum, & ad ipſum omnia referũtur: hæc n. eſt proprietas ultimi finis, ut ametur propter ſe, & omnia ꝓpter ipſum. Igitur Deus amat omnia amore concupiſcentiæ. Ex quo nõ obſcure infertur, quod amor concupiſcentiæ, præcipuus ſit.

Tertium. Ariſtot. Id ipſum demonſtrat ſequens argumentum. Nam (ut inquit Ariſt 9 cap.4. Eth. & eſt prouerbium omnium ore decantatum) Amabile quidem bonum, unicuique autem propriũ. Cui ſimile eſt illud quod uulgo etiam iactatur; Amicabilia quæ ſunt ad alterum, ueniunt ex amicabilib. quæ ſunt ad ſe. Ex quibus ſententiis liquido conſtat, ꝙ amor hominis ad ſeipſum, maior ſit, & potior quam ad alterum: cauſſa enim potior eſt ſuo effectu.

Quartum. Quarto, unumquodq; diligitur in quantum eſt bonum proprium: ſed id quod eſt ratio & cauſſa diligendi, in amore præcipuum locum tenet: præcipue enim diligitur id quod eſt ratio diligendi, quam id quod propter hanc rationem diligitur. Igitur amor concupiſcentiæ primas partes obtinet: amare enim bonum proprium, ad amorẽ concupiſcentiæ ſpectare certiſſimum eſt.

Vltim. Vltimo, quanto quis magis diligit amicũ, tanto magis diligit frui eo: ſed quãto aliqs magis diligit frui amico, tãto magis diligit ſeipſum: hoc n. eſt ſummũ bonũ, quod aliquis ſibi optare pt, frui ſ. amico: ergo in amore amicitiæ præcipue quæritur bonum proprium, qđ pertinet ad amorem concupiſcentiæ.

Duplex amor ſui. Ad huius rei expoſitionem ſcire oportet, ꝙ amor ſui poteſt eſſe duob. modis, tũ, ſm̃ partem irrationalem, & brutã, quæ eſt uis animæ ſenſitiuę, qua cũ beſtijs conuenimus; tum uero ſm̃ partem intellectiuam, quæ in homine primatũ tenet. Illi maxime ſeipſos amant ſecundum partem irrationabilem, qui quærũt ſuperabundantiã bonorũ corporaliũ, ut pecuniarũ, honorum, delectationum, circa quas eſt intemperantia, & libido. & hanc ſuperabundantiã, ſi adipiſci ualent, applicãt ut ſuis cõcupiſcẽtijs ſatiſfaciãt; ſi adipiſci non ualent, cõuertũt ſe ad lites, & pugnas: & qm̃ homines propemodũ ex maiori parte ſequuntur bona hæc ſenſibilia & caduca (uiuunt n. ſecundum ſenſum, & non ſm̃ rationem) ideo homines pro maiori parte amant ſeipſos ſecundum partem irrationabilem: propter quod amator ſui præ ſe fert malum, & non bonum.

Quis uẽ ſit amator ſui. Ille uero eſt amator ſui ſecundũ partem intellectiuam, qui ſtudio uirtutum, ſcientiarum, bonarumque artium tenetur, laboratq; in omnibus uiuere ſecundum normam rectæ rationis, & legis diuinæ.

His conſtitutis, facile eſt intelligere, quõ amor ſui ſit uituperabilis; quomodo uero ſit laudabilis. Nã amor ſui, ſecundum partem irrationabilẽ, & ſenſitiuam, uituperationes meretur: nam appetit plus iuſto bona hæc temporalia, & caduca, & cupit excellere in his bonis, quæ brutorũ ſunt, non propria hominis; & de hoc amore loquimur cum uituperamus amãtes ſemetipſos, & cum dicimus, ꝙ amor ſui, qui a Græcis philautia appellatur, eſt prĩcipiũ & fons malorũ oĩum.

Philautia. Verũ n. uerus amor ſui, ſecũdũ partẽ intellectiuam, laudes promeretur egregias. qui n. cupit in bonis animæ intellectualibus excellere, q in exercitio uirtutũ grauiter laborat, amat ſemetipſum: at hic laudes meretur inſignes. Certe quanto quis magis abundat bonis ſpiritualibus, tãto melior ab oĩbus exiſtimatur, eo ꝙ quærit, & poſſidet ea q̃ sũt abſolute, & ſimpliciter bona. Immo ſi rẽ accurate examinamus, uidemus apte, ꝙ q q̃rit abũdãtiã bonorũ ſpiritualiũ, eſt magis amator ſui, q̃ qui quærit bona hæc ſenſibilia, uoluptates, honores, diuitias. nam deſiderat ſibi maiora; qñ potius optima bona, qualia ſunt uirtutes, & earũ opa, & in eis excellere. Et ꝙ ſint optima bona, uel ex eo maxime demõſtratur, ꝙ quanto magis habẽtur, magis ꝓficiũt, & nũquam nocẽt, & nemo eis male utitur. bona aũt corporalia, ſi excedãt certũ terminũ, admodũ nocẽt; vñ q feſtinãt ditari, aut delectari, aut ĩ honorib. exſaltari, perierũt. Profecto unũquodq; vr̃ eſſe illud, qđ in eo primas tenet; at in hoĩe rõ, & intellectus primas tenet. Qui ſeqtur ergo rõnis, & intellectus regulã, & ſm̃ eã uiuere ſtudet, is maxime, & p̃cipue ſe amat.

Peccatores nõ ſe diligũt. D. Thom. Cõtra uero, prauus, & carnalis, diligit ſenſũ, obedit ei, uiuit ſm̃ ipſum, & ideo nõ eſt maximus amator ſui, ut hõ eſt, quin potius ut beſtia eſt. qua de cã D. Tho. in locis ſuę doctrinæ minime paucis, docet, ꝙ qui amat animam ſuam ſm̃ partẽ ſenſibilẽ, odit eam, & ꝙ peccatores, qui uidentur ſe maxime amare, uero odio ſe proſequũtur. Patet igit, ꝙ amare ſeipſum ſm̃ partẽ intellectiuã eſt maxime laudabile.

Ariſtot. Sed uidebitur fortaſſis alicui, ꝙ ſi uir ſtudioſus, eſt ſui amator maximus, ꝙ uir ſtudioſus ſibi p̃cipue intendit, ſua bona potiſſime amat, & cupit. Sed errat toto cęlo, q ſic exiſtimat. nã amans ſeipſum ſm̃ uirtutẽ, multa agit (ut inquit Ariſt.) gratia amicorum, & patrię. & ſi oportuerit pro illis mori, non deſerit amicũ, nec patriã prodet; pecunias, honores, ceteraq; bona fortunæ pro illis abiiciet, & pro nihilo habebit, ut amicũ a periculo eripiat, & aſſerat; & in his oĩbus procurat ſibi maius bonũ, ſcilicet bonum honeſtũ, & uirtutis, quod maius eſt oĩb: prædictis; & ſic in oĩbus maxime ſe amat.

Ariſtot. Hæc dicta ſunt ex ſnĩa Ariſtotelæa, quam Ariſtoteles, ſummus philoſophus docet planiſſime 9. lib. Ethic. Cui ſnĩæ ſimile docet doctrina Chriſtiana, qñ præcipit ut diligamus proximũ ſicut noſmetipſos. Regula itaq; amoris proximi, eſt amor ſui ipſius. ergo amor ſuiipſius primas tenet. Et ſane in bonis ſpiritualibus adeo certum, & exploratum eſt hoc; ut uitam ſpiritualem propriam præponere oporteat omnibus rebus mundi, ſic ut pro ſeruãda uita ſpirituali totius reip. non liceat uel mendacium leue dicere, neque uero bonorum ſpiritualium aliquam iacturam facere.

Amare ſeipſum ſi referatur ad amorẽ amicitiæ vel concupiſcentiæ. Sed hoc explicato, & probato, operæpretiũ erit explicare, utrum amare ſeipſum, referatur ad amorẽ amicitiæ, uel ad amorem cõcupiſcentiæ? in cuius rei explicatione multi decipiuntur. Dicẽdum eſt ergo, quod diuiſio amoris in amorem amicitiæ, & cõcupiſcentiæ, non tam eſt diuiſio amoris, quam amatorũ, ſeu (& in idem redit) nõ eſt diuiſio amoris ſecundũ ſe, ſed ſecũdũ diuerſimode amata. Cum enim omne concupitum, alicui cõcupiſcatur, nullus amor cõcupiſcẽtiæ eſt ſine amore amicitiæ illius, cui concupiſcitur: & ruſſus, cum omni amico aliquid bonũ uolumus, nullus eſt amor amicitiæ, ſine amore cõcupiſcẽtiæ boni illius, quod amico cõcupiſcimus. Hæc Caie. hic ſuboſcure: ſed adnitar id explicare, & diſtincte cõplecti.

Auct. expl. Cum enim amare nihil aliud ſit, quam uelle bonum; cum quis ſeipſum amat, uult ſibi bonum; puta, honorẽ, uoluptatem, bene ualere, pecuniam. hic amor includit in ſe amorem concupiſcentiæ, quo concupiſcimus bonũ, &

commo-

commodum: ad illud ergo bonum quod quis cupit, habetur amor concupiſcentiæ; ad me aũt cui ego uolo bonũ, habetur amor amicitiæ. Conſimili ratione, cũ quis amat amicum, uult illi bonum, puta honores, diuitias, rectè ualere: ad illud bonũ quod cupit amico, habetur amor cõcupiſcẽtiæ; ad amicũ uero cui uult bonũ, habetur amor amicitiæ: amare ergo meipſũ, non refertur ad amorẽ concupiſcentiæ, ſed potius ad amorẽ amicitiæ. Imo amare ſeipſum, ẽ

Concluſio. regula, & norma amoris erga amicũ: oportet enim diligere amicum ut nos diligimus: Vnde pceptum diuinæ legis ſic

Aug. habet: Dilige proximum ſicut teipſum: quemadmodum enim non amas te, ut tibi pſis, & utilitatẽ inde capias, neq; ut mercedẽ recipias, neq; uero ut delecteris, ſed pdes, delectaris quia amas: ſic nõ amas amicũ, ut uelis delectari, ut utilitatẽ accipias, ut opere mercedem expoſtules; ſed uis cõiungi amico, delectari, miſcere ſermones cum illo, quia amas illum: & in hoc conſiſtit ꝙ amemus amicum propter ſeipſum, ſicut nos amamus propter noſmetipſos.

Obiectum amoris amicitiæ & concupiſcentiæ different. Ex his infertur differentia inter obiectũ amoris amicitiæ, & amoris concupiſcentiæ: Nam obiectum amoris amicitiæ, eſt amabile ſecũdum ſe, & bonum ſeparatum ſubiecto, & per conſequens bonum per ſe amantis, uel amici: non enim diligimus amicum propter aliud bonum, ſicut diligimus equum propter bonum utile qđ ſperamus, & ſic etiam amico uolumus bonum propter ſe, ſicut uolumus nobis: abſolute enim uolo amico honorem, non referendo in me, uel in aliud, ſed ſicut uolo mihi. Obiectum autẽ amoris concupiſcentiæ, non eſt abſolute propter ſe amatum, ſed amatum alteri. Itaq; concupitum amore cõcupiſcentiæ, habet rationem finis, & termini, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid; ſicut quodlibet medium in motu, habet rationẽ termini, & finis, non ſimpliciter, ſed reſpectu partis motus præcedentis, reſpectu illius cui concupiſcitur, habet rõnem medij: ſemper enim ille cui cõcupiſcitur aliquid, eſt finis illius qđ concupiſcitur: ſemp .n. oportet ſaluare in oĩ concupito amorẽ amicitiæ, quo magis amatur cui concupiſcitur, quam concupitum.

Obiectio Sed contra hanc doctrinam eſt argũ. Nam poſſumus alicui dare aliquid, nõ pp ipſum, tamquam propter finẽ: ergo etiam concupiſcere aliquid alicui non propter ipſũ, tamquam propter finẽ. Antecedens patet; quia Deus dedit Vnigenitum ſuum hominibus, & in hoc maxime cõmendatur caritatis diuinæ excellentia; & Deus dat ſeipſum beatis. & tamen non datur Deus hominibus tamquã propter finem, ut certum eſt: ergo eadem rõne poteſt cõcupiſci aliquid alicui, non tamquam propter finem. Hoc ipſum cõfirmatur. Nam poſſum ego concupiſcere amico, & mihi, finem ultimum, abſq; derogatione illius finis, quæ fieret, ſi ordinaretur finis ultimus in me, uel in amicum, tamquam in finem: ergo aliud eſt concupiſcere aliquid alicui, & concupiſcere aliquid propter alterum, tamquam propter finem. Hoc ipſum probat euidens argũ ex diuina Theologia crutum. Nam per uirtutem ſpei quiſq; Chriſtianus deſiderat ſibi Deum, tamquam bonum noſtrum: at non deſiderat pp ſe, tamquam propter finem.

Solutio. Ad hæc argumenta dicendum eſt, quod ſemper ille cui concupiſcitur aliquid, eſt finis illius quod concupiſcitur; uel ſimpliciter, ſi ſecundum ſe ſit ordinabile in illud; uel ſecundum quid, ſi non ſit ordinabile. itaq; ſi concupitũ non eſt ordinabile in illum cui concupiſcitur, tamquã in finem, ordinatur in illum non ſecundum ſe, ſed ſecundũ aliquem effectum deſtinatur. exempli gratia, Filius Dei ad hominem non tamquam ad finem, ſed ut illũ liberet, redimat, deſtinatur, tamquam cauſſa ad effectum, tãquã medicus ad infirmum: & ſic patet, quod concupitum amore concupiſcentiæ, non dicit amatum propter aliud abſolute, ſed amatum alteri, quod amatur amore amicitiæ. Ex his patet, quid ſit amor concupiſcentiæ, quid amor amicitiæ, & quomodo amare ſeipſum ſecundũ rectam rationem non ſit amor concupiſcentiæ. Nũc uero argumenta in contrarium cõfutanda ſunt.

Ad primum, quod Deus amat omnia amore cõcupiſcentiæ, ſiquidem amat omnia propter ſe; dicendum eſt, ꝙ Deus nõ amat nos amicitia utili: ſiquidẽ bonorũ noſtrorum non indiget. Rurſus, non amat nos amicitia iucundi: ex ſe .n. habet oẽm iucunditatẽ. relinquitur ergo ꝙ nos amat amore amicitiæ. ſed qm̃ eſt ultimus finis rerum oĩum, fieri non poteſt, quin oĩa amet propter ſe. Itaq; ſic ego decerno, ꝙ Deus non amat amore amicitiæ, & amore concupiſcentiæ eminenter: ſic .n. amat nos propter ſemetipſum ut exerceat omnia opera propter amicum, ac ſi operaretur tantum propter amicum: & quidem ut ego iudico, fuit ſingulare, & indicibile beneficiũ, ꝙ Deus amet nos propter ſemetipſum in laudem glorię gratiæ ſuæ: ſi enim nos diligeret propter nos, cum innumeris defectibus, & infirmitatibus, & impuritatibus circundemur, ſæpiſſime amorem, & beneficia denegaret. *ad ſolut.*

Ad alia argumenta dicendum, bene, & cõpetenter pbare; ꝙ hõ poſt Deum plus ſe debeat diligere, q̃ uniuerſos alios homines, etiã amicos: unde amor ſui inordinatus, & ſtudioſus, ẽ regula, & norma dilectionis erga amicos. *ad alia arg.*

Ad ultimum dico, ꝙ amicus, non quia amat, quærit cõuiuere amico, delectari cum amico, miſcere ſermones cũ amico, deniq; frui amico; ſed uult coniungi cum amico, & delectari cum illo, quia amat. delectatio uero, & ſuauitas quæ in amicitia eſt maxima, conſequitur ex amicitia, non q̃ritur præcipue; coniunctionẽ rurſus q̃rit amor, non tãquã opæ mercedẽ, ſed eſt ueluti meta, & finis amoris, quo amor ſuapte natura fertur, ut ex duobus fiat unũ. *ad ultimum*

QVAEST. XXVII.

De cauſſa amoris, habet articulos quattuor.

ART. PRIMVS.

Vtrum bonum ſit ſolum cauſſa amoris.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmatiua: quã pbat D. Th. in primis auctoritate magni Aug. 8. de Trinitate c. 3, Nõ amatur certe niſi bonũ. Sed & ratio idẽ demonſtrat. Nam bonum eſt proprium obiectum amoris: ergo eſt propria cauſſa mot⁹, uel actus ipſius. Amor autem eſt actus potẽtiæ appetitiuæ, quæ eſt potẽtia paſsiua; trahitur enim ad obiectum. Antecedens uero probatur. Nam amor importat quandam cõnaturalitatẽ, uel complacentiam amantis ad amatũ: unicuiq; autem eſt bonũ, quod eſt ſibi cõnaturale & proportionatum: igitur bonum, eſt proprium amoris obiectum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Saepiſſime mihi de amore cogitanti, maxime illud conſiderandum uideri ſolet, qđ & D. Tho. in hac quæſt. inueſtigare adnititur; undenam amor originem trahat, & quæ huius uera cauſſa exiſtat.

De cauſſa amoris uariæ ſententię Quidam cauſſam huius diuini affectus in Deum referunt, qui uniuerſis rebus inclinationes, & impulſus naturæ conſentaneos diſtribuit. Neq; uero hæc ſnĩa a ueritate omnino uidetur aliena. Quod .n. a natura oriatur amor, etiã in beſtiis quibuſdam animaduerti pt, quæ ex ſe natos ita amant ad quoddã tempus, ab eiſq; ita amãtur, ut facile earũ ſenſus appareat. Quod idem in homine multo eſt euidentius. Primum ex eo amore, qui eſt inter natos, & parentes: deinde admirabilis quædã exardeſcit amoris magnitudo, ex bonitate, & pulcritudine pſpecta, cuius inclinationis uim in ſolum auctorẽ naturæ referri poſſe certum eſt. Neque enim poteſt certior cauſſa reddi, quare amor ex bonitate, & pulcritudine perſpecta ſtatim gignatur, producaturq; Hoc ipſum euidenter demõſtrãt amores, & cupiditates diuerſę, atq; uariæ inclinationes, quas hoĩb. a natiuitate inſitas eſſe cernimus: alios

enim ad Muſicã, alios ad Dialecticã, alios ad Geometriã inclinatos eſſe cõtẽplari licet. Sed & illud admirabile vr̃ & in ſolũ auctorẽ naturæ referri poſſe manifeſtiſſimũ eſt. Nã in quibuſdam hominibus tanta animorũ congruẽtia eſt, q̃ illos occulto quodã naturæ cõcentu ſtatim cõiũgit, vt quos antea nũquã videramus, ad primũ cõſpectũ diligamus: ſicut cõtra incõuenientia, & incõmoda auerſamur, & odio proſequimur quoſdã proſus ignoratos: alios etiã de nobis benemeritos, adhuc nullo modo poſſumus vt bona fide diligamus. Ex his patere arbitror, quõ a natura amor originẽ trahat. Itaq; antiquiſſima, & pulcerrima eſt amoris cauſſa, & ab auctore naturæ noſtris animis inſita.

Alij referũt cauſſam amoris in ſidera, & ſtellarũ cõſtellationes; alij vero in parentes, & progenitores reducũt. Sũt qui in rectã, & prauã inſtitutione. Diuinus Plato in ſimilitudinẽ, & congruentiã animorũ cauſſam retulit: exiſtimabat namq; magnus philoſophus, animam noſtrã eſſe harmoniã, ſiue numerorũ concentũ, ſicq; inter animas, alias ad primum gradũ, alias vero ad ſecundũ pertinere: porro quæ magis inter ſe conueniebãt, maioris amoris glutine cõiungebãtur. Quo fit, ut nõ raro homines diuerſiſſimis ingenijs, maximaq; cõtraria corporũ conſtitutione, fideliſſime ſe ſe amauerint. Itaq; inter eas animas conciliabatur amor, inter quas harmonia maxime cõueniebat, qualis eſt ſonorũ in concentu muſico, & proportionis humorũ in ſano corpore. D. Tho. excellentiſſimus tum Philoſophus, tũ Theologus, in hoc articulo cauſſã amoris in bonitatem, & pulcritudinem ſapientiſſime reduxit. Amor enim ex bono gignitur, & in bonum tẽdit. Ex hac opinionum uarietate liquido cõſtat, quam occulta ſit, & recõdita amoris cauſſa: propter qđ de amore Plutarchus rectiſſime inquit; Neſcias, unde uenerit, aut quomodo irrepſerit. In huius rei expoſitionẽ eſt prima cõcluſio. Prima, & præcipua cauſſa amoris, eſt bonum. itaque gignitur amor omnis ex bono, & in bonum tendit. Huius probationem euidentiſſimam affert D. Th. in artic. Sed & aliã non minus euidentẽ producere in mediũ libet. Deus namq; qui oĩa cõdidit in numero, pondere, & menſura, vniuerſis rebus ſuas leges, atq; inclinationes diſtribuit. Intellectui dedit ad intelligendã ueritatẽ naturæ ſuæ inclinationẽ. Voluntati uero, cuius potiſſimus actus eſt amor, hãc inclinationẽ tribuit, & conceſſit, ut bonũ, & pulcrũ amaret. Itaq; ſicut obiectũ uiſus, color eſt; obiectũ uero auditus, ſonus; ſic ſane ſcopus, & obiectũ uoluntatis, eſt bonũ qđ mouet eã, & allicit ad ſeſe congruentia quadam naturali, qualis eſt inter verum, & mentẽ, & inter pulcrũ, & oculum: tãtaq; eſt cõiunctio inter uolũtatẽ, & bonum, ut numquam uoluntas, ẽt ſi uelit, poſſit amplecti, niſi bonũ, neq; in alio poteſt affectum amoris ſui cõſtituere. qđ ſi aliquando cõtrariũ agit, & malũ amplectitur, & cõtra uolũtatẽ adulteriũ cõmittit, id fit ſub ſpecie pulcri, & boni. Ex hac inclinatione proficiſcitur, ut diligamus ẽt ignoratos hoĩes, quorũ uirtutes nobis cõmendãtur. Bonum aũt hoĩs, & uerũ, & ſolidũ, eſt Deus. Itaq; vſq; ad Deũ amãdum ſeſe extendit uoluntas: q qm̃ eſt immenſus, fit ut amoris noſtri affectus ſit immenſus, neq; re alia expleri queat, præterq̃ Deo ipſo, ibiq; demum ſiſtit, & conquieſcit. Ex hac rurſus inclinatione oritur, ut res, quæ melior vr̃, & pulcrior, hæc vehemẽtius expetatur, & diligentius ametur. Sed in bonitate rerum iudicãda variãt hoĩum ſnĩæ: iuuenili animo optimũ bonum vr̃ voluptas; viro profecto, decus; ęgro, ſanitas; ſeni victus; principi, gloria; cuiq; vt eſt uel corpore, uel animo affectus. De his aũt amoris affectibus quare in infinitũ uarij ſint, diſſerit optime Ariſt. in ſua Rhetorica. Sed nos ad noſtrã cõcluſionẽ cõfirmandam reuertamur. Certe bonitas eſt obiectũ uoluntatis: bonitas aũt ex operibus colligitur. Bonos cẽſemus eos, qui probe ſũt officio ſuo perfuncti erga Deũ, patriam, parẽtes, principẽ, amicos: hĩ ẽt pro uiris bonis, q cõplurimis profuerunt, proſunt, proderũt: hos oẽs amore proſequimur, pp eorum perſpectam bonitatem. Ex quo liquido conſtat, q̃ amor oĩs ex bono gignatur, & in bonum tendat. Secunda concluſio. Pulcrũ ẽt eſt cã amoris præcipua. ſic docet Diony. c. 4. de diui. nom. ſic etiã D. Tho. hic ſol. ad 3. & rõ eſt manifeſta. Nam pulcrũ idem eſt cum bono, ſola rõe differens: cum. n. bonũ ſit qđ oĩa appetunt, de rõe boni eſt, q̃ in eo appetitus quietetur, & quieſcat. Sed ad rõnẽ pulcri pertinet, q̃ in eius aſpectu, ſeu cognitione quietetur appetitus: unde illi ſenſus præcipue reſpiciunt pulcrum, qui maxime cognoſcitiui ſunt, nempe, uiſus, auditus, rõi deſeruiẽtes: dicimus. n. pulcra viſibilia, & pulcros ſonos; non autẽ dicimus pulcros ſapores, aut odores. Ex quibus patet, q̃ bonum dicitur id, qđ ſimpliciter placet appetitui; pulcrum autem dr̃ id, cuius ipſa apprehẽſio placet. Sed ſunt ẽt cauſſæ aliæ, cur amorẽ ad ſe pulcritudo attrahit, quas ex Platone, & Platonicis deſumemus. Nam pulcritudo eſt ueluti radius quidam, & ueſtigium immẽſæ illius pulcritudinis, ob idq; pro magno bono accipitur, illamq; admiramur. Sed & pulcritudo corporum, pulcritudinẽ noſtrorum aĩorum refert; perfectio. n. interior, perfectionem exteriorem gignit. illa uocatur bonitas; hæc pulcritudo, quę eſt ueluti flos quidã bonitatis. Præterea, Animus nr̃ in pulcritudinẽ, tanq̃ in ſimilẽ, propendit; aſpernatur deformitatem, tanq̃ diſſimilẽ, & a ſe alienã. eſt. n. in animo cuiuſq; ſpecies q̃dã, uel a natura, uel ab arte, uel a cõſuetudine depicta bonitatis, aut pulcritudinis; & cõtra, malitię, aut deformitatis. Pictura ergo rei exterior, picturã illã interiorẽ contingẽs, ſi congruit cũ noſtro bono, & pulcro, amatur; ſi cum malo, & turpi, reijcitur. unde exiſtit tãta in iudicijs, boni & mali, pulcri & deformis uarietas, & diſſenſio. Vnde illa ſnĩa Hiero. in prolog. ſup. 11. comẽ. Eſa. Difficile, immo impoſſibile eſt placere oĩbus, nec tãta vultuũ, quãta ſnĩarum diuerſitas eſt. Ad hũc modũ philoſophãtur Platonici philoſophi, diuidũtq; pulcritudinẽ, in pulcritudinẽ corporeã, q̃ uiſu percipit, q̃ oculos ad ſe attrahit, & mouet, & in pulcritudinem uocis, & ſoni, q̃ auditũ ad ſe pertrahunt; & pulcritudinem aĩæ, q̃ aĩum ad ſeſe allicit. Plotinus uero duas tantũ ſpecies facit. ſ. pulcritudinẽ corporis, & ſpiritus. Pulcritudinẽ corporis ita definit Cice. 3. Tuſcul. q. Pulcritudo eſt partiũ cõgruẽtia, cũ quadã coloris ſuauitate. Ipſe uero Cic. 1. offi. duo pulcritudinis cõſtituit gña in quorũ altero uenuſtas inſit; in altero aũt dignitas. Sed Ariſ. 1. Rheto. ca. 5. uarias pulcritudinis conſtituit rõnes; alia eſt ſiquidem pueri pulcritudo, alia viri, alia aũt ſenis. Verus amator uidens corporis pulcritudinẽ, exiſtimat, qđ reuera eſt, illã eſſe radiũ immenſæ, & infinitæ pulcritudinis, q̃ eſt archetypus, & exemplar, ex quo oĩs pulcritudo exterior deriuata eſt, ex quo ſtatim exardeſcit aĩus ad amãdã illã immenſã, & immutabilem pulcritudinẽ, cuius cõparatione cetera pulcra non ſũt. De qua rẽ diuinus Plato elegãtiſſime in primis diſſerit in Dialogo, qui Cõuiuiũ appellatur, ubi varijs oſtendit argumentis uerã pulcritudinem in ſolo Deo inueniri poſſe. Sed de his alias: nũc. n. tantũ explicatũ eſt, quẽadmodũ bonũ, & pulcrũ ſint cãæ amoris præcipuæ. Sed & illud explicare oportet, an bonũ & pulcrũ, cauſſent amorẽ efficiẽter, an ſolũ ad modũ cãæ finalis. qđ eſt, quæ ſolet uiros in primis doctos remorari ſatis, ac detinere, & in cuius explicatione uariant eorum ſnĩæ. Cai. pro certo hẽt in hoc arti. (qđ mihi magnopere placet, & ſemp placuit) bonum cãre efficienter amorem, rapereq; efficaciter ipſam uoluntatem. Itaq; bonũ, ut imprimit uoluntati inclinationem, ad ſe mouet efficienter; ut uero tendit uoluntas ſic affecta ad boni cõſecutionem, mouet p modũ finis. ſicq; amor oĩs ex bono gignitur, & in bonum tendit, & circulo quodam pagitur. Hanc ſnĩam confirmat Caie. ex his q̃ dicit D. Thõ. in iſto ar. ſcribitq; quattuor eſſe memoriæ commendanda, uidelicet, q̃ uis appetitiua, eſt potentia paſſiua; & q̃ obiectum eius, eſt cã actiua; inſup q̃ bonum effectiue cauſſat amorem, & q̃ in uniuerſum obiectũ propriũ cuiuſcũq; actus appetitus, eſt cã actiua illius. Certe niſi bonum perſpectum cauſſet efficienter amorem, non poterit Theologus umq̃ demonſtrare, quænam ſit cauſſa amoris efficiens, niſi uelit fingere, aut ſidera, aut humanã complexionem, amoris cauſſam exiſtere: qđ philoſophãdi genus a uera philoſophia, & Theologia alienum eſſe, manifeſtum eſt. Vide de his ſupra q. 9. art. 1. Tert. concl. Abſq; dubio cã prime amoris noſtri eſt auctor naturæ, qui dedit illã inclinationẽ nr̃æ uolũtati, ut bonitatẽ amet, & diligat, q̃ ẽt iclinationẽ ex ſiderib⁹, ex recta, aut praua inſtõne & cõſuetudine, & bñficijs acceptis augeri, certiſſimũ eſt. Hanc cõcl. manifeſte probant arg. q̃ initio diſputatiõis propoſita ſũt; Atq; ẽt q̃ nulla

Margin notes: Plato. — D. Thom. — Plutarch. — Prima concluſ. Prima, & præcipua amoris cauſſa eſt bonum. — Secunda concluſ. Pulcrũ cauſſa eſt amoris præcipua. — D. Thom. — Plato. — Hieron. — Plotinus. — Cicero. — Ariſtot. — Plato. — An bonũ cauſſet amorẽ efficienter. — Caietan. — D. Thom. — Tert. concluſ. Prima cauſſa amoris eſt auctor naturæ.

nulla ratione in re quapiam conquieſcere ualeat, niſi in ipſomet, qui talem conceſſit propenſionem. Qua de cauſſa dicebat Aug. Feciſti nos Dñe ad te, & inquietũ eſt cor noſtrũ, donec requieſcat in te. Ille namq; ſapientiſſimus conditor in noſtro immiſit pectore ſpiritum quendam (vt ita dicam) & deſiderium ſummi boni tale, ut inquiret, & ſollicitũ reddat ipſum hominem: quod quidẽ quaſi uiſcera eius perpetuo corrodẽs, nunquã quieſcere ualet, quo ad uſq; in ſuũ perueniat terminum, ac in proprium deueniat centrum. Nam ẽt ſi oẽs ſimul adiunctæ, & in unum redactæ creaturæ ſibi offerrẽtur, neque decimam quidem cordis ſui portionem adimplere ualent: vnde etiam ſi maria nauiges, terram percurras, oĩa perluſtres loca, nuſquam inuenies regionẽ, ubi quietus huiuſcemodi maneat appetitus. Id quod elegantiſſimis ſuis explicat D. Aug. in multis locis ſuarum cõfeſſionũ, ut in li. 3. Amare, de vena amicitiæ eſt. Sed quo uadit? quo fluit? vt quid decurrit in torrentem picis bulliẽtis, & in æſtus immanes libidinum, in quo ipſe homo mutatur, & uertitur per nutum proprium, de cœleſti ſerenitate detortus, atq. deiectus? & lib. 4 Miſer erã, & miſer eſt oĩs aĩus, uinctus amicitia rerum mortaliũ, & dilaniatur cum eas amittit, & tunc ſentit miſeriã, qua miſer eſt, & antequam amittat eas. & iterum in eodẽ libro loquens de amore erga amicum ſic ſcribit: Itaq; ſuſpirabam, æſtuabam, flebam, turbabar, neq; requies erat, neq; cõſilium. Portabam. n. conſciſſam, atq; cruentam aĩam meam, impatientẽ a me portari, & ubi eam ponerẽ non inueniebã: non. n. in amœnis nemoribus, non in ludis, atq; cantibus, neq; in ſuaue olentibus locis, neq; in cõuiuijs apparatis, neq, in uoluptate cubilis, & lecti, non deniq, in libris, atque carminib. acquieſcebam, non in te uera requies: nã ſi conabar eam ibi ponere, ut requieſceret, per inane labebatur, & iterum ruebat ſuper me, & ego mihi remanſeram infelix locus, ubi neq, eſſe poſſem, neq, inde diſcedere. Certe elegantius deſcribi non potuit noſtrum amorẽ, noſtrũ pectus in amore rerũ mortalium nũquam quieſcere. Idem proſequitur li. 6. cum inquit. O tortuoſas uias: uæ animæ audaci, quæ ſperat, ſi a te receſſerit, ſe aliquid melius habituram, uerſa, & reuerſa in tergum, & in latera, & in uentrem, & dura ſunt omnia, & tu ſolus requies.

Auguſt. li. 3. confeſ. c. 3.

Concluſi.

Aug. & Ariſtot.

Aug. de amore ſententiæ.

ART. SECVNDVS.

Vtrũ cognitio ſit cauſſa amoris.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio affirmat & quod ita ſit, probat in primis D. Tho. auctoritate Aug. 10. de Tri. ſtatim ĩ principio ſic dicentis; nullus põt amare, id quod incognitũ eſt. Ariſt. 9. eth. c. 5. ſic hẽt; Viſio corporalis, eſt principiũ amoris ſenſitiui. At cõtẽplatio ſpũalis pulcritudinis uel bonitatis, eſt principium amoris ſpũalis. Cui ſnĩæ rõ euidẽs ſuffragatur. Bonum. n eſt cã amoris, quũ eſt amoris obiectũ, & ſcopꝰ ſed bonũ nõ põt eſſe ſcopus, & obiectũ amoris, nec volũtatis, niſi ſit apprehenſũ, & cognitũ. & iõ amor reqrit cognitionẽ boni, qd amat

EXPLICATIO ARTICVLI.

Multæ huius articuli difficultates.

In hoc articulo non paruæ qõnes ſeſe offerebant, niſi alijs in locis iã eſſent a nobis expoſitæ. In primis namq; occurrebat illa quæſtio; Vtrum cognitio ſit cã amoris per ſe, an uero per accidens, ita ut cognitio ſe habeat, ueluti approximatio ignis ſe habet ad cõburendum. Res. n. explorata eſt, quod hæc approximatio eſt cã per accidens combuſtionis: calor uero & forma ignis, ſunt cauſſæ præcipue combuſtionis. Ad eũdem modum quidam philoſophi, & magni Theologi cõſtanter affirmant, quod bonitas eſt cauſſa amoris præcipua; cognitio uero eſt cã ueluti proponens, & quaſi per accidens, veluti conditio requiſita: quorum ſnĩa in ſuperioribus a me uehementer confutata eſt, & ex hoc art non imprudenter refellitur. Nã cum D. Tho. numerat cauſſas amoris, certũ eſt, eum non numeraſſe cãs per accidens: nã cã quæ ſunt per accidens, arte, & ſcĩa cõprehendi non põt. Igitur cognitio, cã amoris eſt, non per accidens, ſed pcipua. Quod ſi D. Th. de verit. q. 25. ar. 1 ad 6. uidetur dicere, quod apprehenſio p accidens ſe hẽt ad appetitiuas uires; illud intelligitur de apprehenſione ſcdm ſe: nã ſi apprehenſio cõſideretur ſcdm quod eſt uia ad dilectionẽ, ſic p ſe cõcurrit: & ita ille locus potius eſt pro nobis, ſi intelligitur. n. quod diuerſitas apprehenſionum per accidens, ſe haberet ad appetitiuas vires; niſi diuerſitati apprehenſionũ cõiungeretur diuerſitas apprehenſorũ. Itaq; cognitio, ſcdm quod eſt uia ad oſtẽdendas diuerſas bonitates, per ſe concurrit. quod elegantiſſime explicatur a D. Th. 2. 2. q. 26. ar. 2. ad 1. ubi dicit quod dupliciter eſt aliqd cã dilectiõis. Primo, ſicut id qđ eſt ratio uolendi. & hoc modo bonum eſt rõ volẽdi: vnũquodq; enĩ diligitur, inquãtum hẽt ratione boni. Secundo modo, quia eſt uia quędam ad acquirendam dilectionẽ, & hoc modo cognitio eſt cauſſa dilectionis, non quidem quod ea ratione ſit aliquid diligibile, quia eſt cognoſcibile, ſed quia per cognitionẽ ducimur ad dilectionẽ. Sed ex hoc alia oriebatur non parua cõtrouerſia, Vtrum ad cauſandũ amorem ſufficiat ſimplex boni apprehenſio; an vero requiratur cognitio iudicatiua, quaſi iudicemus aliquid eſſe bonum, & nobis conueniens. Sed de hoc alio in loco copioſiſſime, & ſubtiliſſime a me diſputatum eſt, & definitum veriſſime, ad cauſandum amorem, non ſatis eſſe boni ſimplicem apprehẽſionem, ſed eſſe pernece ſſariã cognitionẽ boni, & pulcri iudicatiuã. Ex hoc vero, quod amor ex iudicio boni oritur, & non alias, ſequitur in primis, in manu noſtra eſſe eũ non admittere. nihil enim eſt tã excellenti, & pura bonitate præditum, quin admixtũ habeat aliqd, quod nobis poſſit diſplicere, aut nõ expedire. quare in rõne ſoli Deũ excipio, in quem beati, qui vident illũ ſicuti eſt ſummum, & infinitum bonum, abſq, nocumẽti vllius admixtione, vehementi amore, & neceſſario feruntur; cetera omnia aliquid ſemper præ ſe ferunt, aut incluſum continent, pro quod poſſint vel iudicari incõmoda, aut minus bona. ſed & quantumcumq; aliqd bonum iudicetur, poſſumus nihilominus ab eius intuitu, & cognitione auertere animi attentionẽ, & quod aiunt Theologi, ſuſpendere actũ. Quo circa elici amor põt, vt ille dixit; exprimi non põt, & Claudianus dixit Nõ extorquebis amari. Ex eodẽ principio facile eſt ĩtelligere, quid eſt, quod cupiditates, & amores rerũ naturaliũ, terminum habent aliqui amores aũt ũri, & cupidines in infinitũ tendant, & nullã habeant metam, nullũ modũ? Hæc eſt euidentiſſima cauſſa nã amores noſtri non ex natura, ſed ex noſtro iudicio, & cogitatione, aliqñ fallaci, oriuntur, & prodeunt qua de cauſſa, nõ vitæ neceſſitates pariũt & augẽt amores, & cupiditatẽ, ſed falſa noſtra de illis perſuaſio: quẽadmodũ Cato Ciceronianus merito obiurgat ſenes, quod parent eo plus viatici, quo minus reſtet viæ: ſed metus id facit, & opinio fallax neceſſitatũ: & ſic cupiditas nullũ iuenit exitũ, nuſquã cõſiſtit. Ex eodẽ principio ſeqꝰ huiꝰ dubitationis expoſitio. Quid nã ſit in cã, quod Amor cæcus dicatur, cũ ex cognitione ortũ, & originẽ ducat? Certe amor, vt dictũ eſt, ex cognitione gignitur; ſed genitus ac pductus, iudiciũ perturbat, efficitq., vt res, quã diligimus, pulcrior appareat, quã re ipſa ſit. Sciũt qdẽ amatores qđ diligũt; ſed qd ſibi expediat ignorãt: offuſcat amor interiores ſensꝰ, ſed nõ exteriores. Hæc itaq, duo in ipsũ cõueniũt, & cõiũgitur, quod cæcꝰ ſit, atq. ex cognitione ortus ſit: ſicut amor ex iudicio, & cognitione naſcit, ita ubi vires eſt nactꝰ, idem ipsũ iudiciũ, cõfirmat, vt iã amplꝰ ſtatuere nõ poſſit de bono, aut pulcro qđ amat. Hinc et amãs apud animũ ſuũ, & amati bona auget & vitia, vel deformitates extenuat: & ſicuti ex crebra cogitatione augetur, ita ſi animi attentionẽ alio diuertas, omnino depellitur, vt in occupationib. & negotijs varijs. Quod ſi in rei amatæ ſcrutatiõe, malitia inſignis occurrat amãti, refrigeſcit amor. & retardatur impetus, & tandem eum diſſolui neceſſe eſt. Clariſſime deinde iteratur ex his, nõ ſecus amorem diuinarũ rerum.

D. Thom.

D. Thom.

D. Thom.

Claudianus.

Quare amores terminum non habeat.

Cato.

Quare amor dicatur cæcus.

Quomodo amor diuinarum rerū in anima noſtra gignatur.

rerū in anima noſtra gigni, quā ſenſibilis amor in eadē producit. Quēadmodū.n. corporeus viſus, amoris ſēſitiui cā eſt, & ex illo initiū, ac exordiū accipit: eadē penitus rōne, animæ noſtræ cognitio, ſpiritualis amoris eſt principium, cauſſa, & origo. Qua de cauſſa, his, qui parū, aut nihil res contēplantur diuinas, & nullū in earū cognitione tēpus inſumūt, amorē ipſarū ī ſemetipſis ne q̄ experiūtur, neq vero habere poſſūt. De qua re optime D.Th. loquitur 2. 2.q.82. cū d̄ deuotione diſputat. quo ēt in loco legēdus eſt Caie.

Cōcluſio,

Eccleſ.13. D.Thom. Caiet.

Illud tñ dubitationē habet, non paruā, vtrū cognitio ſit amoris cā, ſic vt cognitio maior, maiorē cauſet amorē, & q̄ maior amor, maiorē exigat cognitionem.

Vtrū cognitio ſit amoris cauſſa. Argum.

Ratio exquirendi eſt: Nā in vita preſenti magis Deus amatur, quam cognoſcitur: ī hac.n. vita Deus p̄ ſeipſū amatur, cū tñ per ſeipſum haud quāquā cognoſci poſſit. Idem aduertere licet in ſcientijs, quas quidam amant propter aliquam ſummariā cognitionem quā de eis habēt, videlicet quia ſciunt Rhetoricam eſſe ſcientiam, per quam perſuadere poſſumus, & in hoc Rhetoricā amant. In contrariū eſt: nā cū cognitio amoris ſit cauſſa, vr̄ profecto minorē cognitionē, minorē etiam amorē producere, ſicuti maior, maiorem producere vr̄.

D.Thom.

Huius rei cauſſam eleganter in primis explicat D.Tho. ſol. ad 2. ſcribit.n. diſcrimen eſſe inter cognitionē, & amorem, & inter potentiā apprehenſiuā, & appetitiuam. Cognitio.n. ad rationem pertinet, cuius eſt diſcernere, atque diſtinguere inter ea, quę re ipſa coniuncta ſunt, & coniungere quodāmodo ea quæ diuerſa ſunt, vnum alteri conferendo: & iccirco ad rei exactā cognitionē, neceſſū eſt vt cognoſcatur ſigillatim quidquid eſt in re, ſiue ab ſubſtantiā, ſiue ad virtutes, proprietates, aut partes pertineat. Verūtamen amor eſt in vi affectiua, & appetitiua, quę fertur in rē, ſ̄m quod in ſe eſt: vnde ad perfectionē amoris ſat fuerit, q̄ res, prout in ſe apprehenditur, & conſpicitur, ametur, atque diligatur. Hæc igitur cauſſa eſt q̄ aliquid plus amatur, quā cognoſcatur: quia poteſt perfecte amari, etiā ſi non perfecte cognoſcatur, ſicut maxime patet in exēplo ſcientiarū, quod ſupra cōmemoratū eſt.

Obiectio.

Sed tñ ſi obiiciat Theologus in hūc modū. Cognitio eſt ꝓpria cauſſa amoris: ergo minor cognitio, minorē cauſſabit amorē.

Solutio.

Dicendū eſt, amoris perfectionē duplici ex capite prouenire poſſe, ex parte ſcilicet amantis, & ex parte rei amatæ. Porro cognitio eſt cauſſa amoris, ex parte rei amatæ, & ſic perſpicitur, q̄ūo abſq; augmēto cognitionis, poteſt augeri amor ex parte amantis. Nō igitur bonū, neq; bonū cognitum, eſt ꝓpria cauſſa amoris niſi ex parte rei amatæ. Qua de cauſſa, alia cauſſa amoris ex parte amātis exigitur, & iō minor cognitio, nō cauſſat minorē amorē. explicat hoc ſubiecto & adhibito exēplo. Nā paſſio, abſq; dubio auget amorē, & cupiditatē, efficitq; vt amās vehemētius in rē amatā ꝓpendeat, & feratur. Quaꝓpter dicūt Theologi, eā augere voluntarium: idq; veriſſime; quippe quæ auget volūtatis inclinationē, cū tñ paſſio perturbet iudiciū rōnis, & cognitionē īminuat. Itaq, amor nō ſolū creſcit ex cognitione, ſed potiſſime ex voluntatis inclinatione. Ex quo cōſequēs eſt, hāc argumētationē inualidā eſſe; cognitio eſt cā amoris: eſt minor cognitio: ergo eſt minor amor. Iudico hāc efficaciter nō cōcludere, quāuis cōtrariū aſſerat Caiet. hoc ī loco. Cognitio eſt cā amoris, eſt maior cognitio: ergo maiorē gignit amorē: poteſt.n. accidere vt maior cognitio nō īferat maiorē amorē, ꝓpter minorē voluntatis īclinationē. Hęc de iſto artic.

Caie.

Cicer.

ART. TERTIVS.

Vtrum ſimilitudo ſit cauſſa amoris.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmatiua, quam probat potiſſime ex illo Ecclę.13. Omne animal diligit ſibi ſimile, ſic & omnis homo proximum ſibi. Vt igitur Salomō oſtēdat, qua ratione ſimilitudo ſit mater amoris, adducit animaliū exempla, quæ docēt, id maxime eſſe naturale vt ſimilia iungātur, nō diſſimilia. Omne (inquit) animal diligit animal, ſ̄m genus ſibi ſimile, ideoq; iungitur ei, & cōgregatur cū illo: non.n. gallina cum aquilino genere cōſociatur, ſed cū ſuo genere & vt dicit, aues cōcolores ſimul volant, & cōueniunt pecudes, & iūctę pabula carpūt. Vtitur hac ratione Cice. li. de amicitia; Si (inquit) hoc apparet in beſtijs, vt requirant, atque appetāt ad quas ſe applicēt animātes, idque faciūt cū deſiderio, & cū quadā ſimilitudine amoris humani, quanto id magis in homine? & in eodē libro; Diſpares mores, diſparia ſtudia ſequūtur; quorū diſſimilitudo diſſociat amicitias; neq; ob aliā cauſſam vllā boni imꝓbis, imꝓbi bonis amici eſſe nō poſſunt, niſi q̄ tanta eſt inter eos, quanta maxima eſſe poteſt, morū, ſtudiorūq; diſtātia. Hæc ille. Certe illud ī veteribus celebratū in oī aīantiū genere vī habet; Simile, amicum ſimili; vel Simile gaudet ſimili; vñ eſt et illud; Similitudo mater amoris

EXPLICATIO ARTIC.

Quod ſimilitudo ſit mater amoris, ſatis ſupq; vel ſola experietia exploratū eſt. Sed quę nā ſit huius rei rō, nō facile explicāt diuini Theologi. Caie.n. mirū ī modū ſe torquet, & ī omne latus vertit vt rōnē huius rei nobis patefaciat.

Caiet. expoſitio.

Quinq; (inquit) modis ītelligi poteſt ſimilitudinē eſſe amoris cām: In primis, vt bonū qddā particulare, ſicut cetera bona: veluti cū qs vale aſſimilari alteri, vel alterū ſibi ſimilē efficere: & ſic ſimilitudo eſt mater amoris, ſicut qđ vis aliud bonū. Quo in ſenſu, nē aſſerūt doctores ſimilitudinē eſſe cām amoris, vt plane conſtat. Altero modo pōt intelligi, vt ſimilitudo ſit cauſſa amoris, ſic, vt bonū nō cauſſet amorē, niſi ſimile ſit. Itaq; ſimilitudo ſit veluti ratio afficiēs, & determinās bonū, vt cauſſet amorē. Sed neq, hic ſenſus verus eſſe pōt: nā bonū, ſ̄m ſe amabile eſt, & deſiderabile, vt omnis Philoſophia teſtatur. Tertio ītelligi pōt, vt ſimilitudo ſit cā amoris, quaſi determinans bonum vt huic efficiatur amabile. Itaq; bonū vt ſic ſit amabile, & deſiderabile, ſed īquantū bonū ſimile, ſit huic amabile: iuxta illud Ariſt. Amabile bonū, unicuiq; aūt ꝓpriū. ſicq; dicēdū ē, bonū eſſe amabile abſolute, & ſic abſolute, & ſimpliciter eē obiectū amoris; ſed bonū ſimile, eſſe amabile huic. Sed neq; hęc expoſitio cōſentanea vr̄, ſiquidē hic D.Th. cauſſas amoris peruestigat, in genere, & in cōmuni. Propter qđ Caiet adhibet quartū, ut ſimilitudo ſit cauſſa amoris, ut conditio requiſita ad amādū, ſicut ſingularis ē cōditio uniuerſę cauſſæ naturalis, quæ expoſitio neq, apparētē rationē præſeferre vr̄. Poſtremo ītelligi poteſt, ut ſimilitudo ſit ueluti diſpoſitio ex parte ſubiecti, ſic ut bonū ſit ꝓpria cauſſa amoris ex parte obiecti; ſimilitudo ad bonū ſit ꝓpria cauſſa amoris, ut ꝓpria diſpoſitio ex parte ſubiecti, ꝓpter qđ obiectū idē, cauſſat modo amorē, modo odiū ī eodē diuerſimode diſpoſito, vt patet de Thamar reſpectu Ammon. Hāc ultimā expoſitionē amplectitur Caiet. Sed vir acutiſſim⁹ dū rē in tā varias partes diſtinguit, & diuidit, veritatis cognitionē mihi adimere vr̄, nā res ipſa euidentiſſima eſt.

Ariſtot.

Caiet.

Auctoris explicatio.

Cū.n. vnuſquiſq; ſibi ſit cariſſimus, præcipue ſeipſum amat; atq ex hoc amore noſtri, oritur amor erga cōſimiles: ſimilitudo.n. amoris cauſſa eſt, tamquā in alterū ipſum: qm̄ ſimilitudo idē quodam modo efficit, eoq; aīantes oēs ad ſimiles ſibi formas facile aggregantur, & pueri cōplectuntur, ac deoſculātur ſpecula, in qbus imaginē ſui aſpiciūt, qm̄ ineſſe intus arbitrātur puerū aliquē ſibi ſimilē. Quantā exiſtimari cōuenit fuiſſe illā amoris flāmam, quæ in animo Adæ ad primū Euæ cōſpectū excitata eſt? in qua ille uelut ſemetipſum eſt intuit⁹ nouo penitus aſpectu. Sed ad amorē cōciliādū fortior eſt animarum

D. Thom.

gum ſimilitudo quā corporū. Addit tñ D. Th. in hoc ar. q ſimilitudo nonnumquā eſt diſcordiæ cauſſa: & huius rei elegantē rōnem reddit. Nā amans, præcipue ſeipſum amat, & magis quā alium, quia ſibi vnus eſt in ſubſtātia; alteri vero in ſimilitudine alicuius formæ, & idcirco ſi ex eo, q qs eſt ſibi ſimilis ī participatione formæ, ipſemet impediat a cōſeruatione boni qd amat; odioſus,

Prior Cōc.

& inuiſus ei efficitur, nō inquantū ſimilis eſt, ſed ſi quātū eſt proprij boni impedimentū: & pp hoc figulus figulo ſuidet, quia ſe inuicē impediunt in pprio lucro: & inter ſuperbos ſunt iurgia, qa ſe inuicē impediunt in propria excellentia. Vnde eſt quod Prouer. 13. dicitur. Inter ſuperbos ſemper ſunt iurgia. Hæc de iſto articulo.

I Prouer. 13.

ART. QVARTVS.

Vtrum aliqua paſſionum animæ ſit cauſſa amoris.

SVMMA TEXTVS.

Prior Cōcluſio. Impoſsibile eſt, q aliqua alia paſsio aīæ in uniuerſum ſit cauſſa amoris: neq; n. aliqua alia paſsio aīę eſt, q̄ nō ſupponat amorē aliquem; quia oīs alia paſsio īportat motū ad aliqd, uel qetē in aliquo, ex connaturalitate, uel coaptatione, q̄ ad rōnē amoris pti-[illegible]

[illegible] net: & hinc eſt, q oēs alię affectiōes aīæ ex amore cauſſant, vt dicit Aug. 14. de ci. dei c. 7. 9

Poſterior Cōcluſio. Accidit aliquā aliā paſsionē eſſe cauſſam amoris alicuius, ſicut etiā vnū bonū eſt cauſſa alterius, veluti bonus artifex, ut Rhetor, uel Dialecticus, cauſſat delectationē; & delectatio āmata, amorē artificis cauſſat; & bonū deſideratum ab aliquo, gignit amorem eius a quo illud bonum obtinetur.

Poſte. cōcl.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Qua ratione ex amore oēs affectus naſcantur.

Ex hoc articulo, ſi recte inſpiciatur, inueniet quilibet, qua rōne ex amore oēs affectus animæ noſtræ originē habeant. Sequimur, & concupiſcimus uidelicet quæ amamus; & fugimus, & odimus contraria ijs quæ amamus: vt morbum quia diligimus ſanitatē; dedecus, quia diligimus decus. Ideoq, qui non norunt bona, neq; ea diligunt, neq, contraria mala vel oderunt, uel reformidāt, ut pueri gladios, aut præcipitia; & ille Satyrus, qui cū igne volebat ludere, numquam antea ſibi uiſo, ignarus nocumenti illius. Sed de hoc diligentius in quæſtione ſequēti, articulo vltimo, quo in loco percunctatur D. Tho. Verum amor ſit cauſſa eorum quæ amans agit: nunc n. tñ inueſtigatur, quæ ſint veræ amoris cauſſæ, quas D. Th. ad tres fontes præcipuos reduxit; ad bonū, cognitionem, & ſimilitudinē. hoc aduertat Theologus, ne exiſtimet D. Th. ſuſcepiſſe negotiū enumerandi oēs cauſſas amoris particulares. Certe inter particulares cauſſas, præcipua eſt ipſe amor: nihil n. eſt amore fortius, ac ualidius; nihil q; amorē æque conciliat, ut amor: nulla certiora ſunt, aut potentiora philtra. Quapropter optime inquit ille in Epigrāmate; Marce, ut ameris, ama. quod prius commemorauerat Seneca. Modò uere, ac bona fide; nam ficta, & ſimulata, nihil obtinent uirium. Ignis in tabella pictus non calefacit, neq; rugit, aut ſæuit leo marmoreus. Sed unde hæc amoris reciproca generatio originē habeat, non facile explicant Theologi. Quidā huius rei cauſſam reddunt. Nam a quo nos amari cognoſcimus, hunc bonum eſſe virum arbitramur, eaque de cauſſa ut bonus redamatur: qua de cauſſa amās ſæpenumero non redamatur, q amatus amari ſe non ſentit.

D. Thom.

Seneca.

Quare ex amore vnius ad alterū reciprocus oriatur amor.

Platonici.

Platonici uero huius altius rōnes inquirunt: aiunt n. matrem amoris, eſſe ſimilitudinem; hincq; ſequitur, ut quæ ſimilitudo, te ut me ames, inducit, eadem ipſa me, ad te amandum adducit. His accedit, q amans amanti faciem atque imaginem in aīo ſuo inſculpit: qua de cauſſa amantis animus, ſpeculum quoddam redditur, in quo amati relucet forma: cum ergo amatus in amātis ſe aīo intuetur, & recognoſcit, amare illum cōpellitur; quemadmodum infantes imagines ſuas in ſpeculis deoſculantur. Ad hæc, amans ſeipſum ſibi aufert, & dat, ac mancipat amato: hūc ergo iam amatus, ut rem ſuam, carum habet, curatque. Si cōſpici a nobis uoluntas ſua poſſet, ex ea de amore iudicaremus, quod ſolus facit Deus ſcrutator cordiū: ſed qm̄ uoluntas noſtra multiplicibus eſt inuolucris contecta, ex operibus de illa ſtatuimus, prout ſunt magna, crebra, gratuita, promta. Sed quamquā uarias huius rei cauſſas adduximus, nondum uera, & legitima huius rei cauſſa expoſita eſt. Pro cuius rei explicatione illud pmeditādū eſt, aliquē aliū diligere, nihil eſſe aliud, quā traditionē efficere quādā, qua amās credit ſemetipſum, ac bona ſua amato, qua, inquā, ſibi ſemetipſum aufert, vt ſui totius poſſeſſione res amata pſruatur. Huius qdē vel illud magnū eſt argumētū, q amor eſt id, quo voluntas amato cōceditur, creditur, ac traditur; quo quidē dono, nihil melius, aut excellentius amato reſtat cōicādū. Eſt nāq; voluntas, regina, ac pīceps hoīem mouens, atq; dirigēs & mutās cuncta q̄ in ipſo hoīe inueniri poſſunt. Quapropter amare dicetur ille, q ſemetipſum totū amato tradidit: illi. n. ſuā contulit uolūtatē, q oīum ſuorū rōnem habet, atq; uirtutē. Et quidē ſi rerum rōi uti uelimus experimēto, idipſum luce clarius agnoſcemus: amātē. n. nō in ſe, ſed in amato uiuere, cōtinuo de amato cogitare, cū illo perpetuo colloqui, voluntatē ſuā cum illius affectu habere ita coniunctam, ut nihil uelit, niſi qd dilectus amat; nihil odiat, niſi quod dilecto malū apparet, euidentiſſime oſtēdit, amantē, nō iā ſui dñium habere, ſed amati poteſtati iā ſubditū eſſe, ac oīno traditū. Hinc elicere poſſumus, quā ſit a rōne diſſonū, nō redamare eū, quem quis ſui amatorē intelligit: qui nāque ita eſt, uoluntatē amātis accipit, ac in ſemetipſo retinet, cum tñ nullam amato referat cōdignā ſatisfactionē, aut reſtitutionē, qd nō modicā in amāte pœnæ habere rōnē dr. Si nāque cuique moleſtū eſt maxime, ſemetipſum honore, ac prijs bonis deſtitutū contēplari, qūo æquo aīo ferre poterit, cū oībus bonis ſuis orbatū, ac eorū principio, propria ſ. uoluntate deſtitutum ſemetipſum aſpiciet? Huius ſane doloris cauſſam aget, ſi amans, cōtinua animi meditatione, intelligit, id nō propria culpa, ſed alterius uitio, ac ingratitudine prouenire, qui optimis acceptis, nihil reddit, aut uero reſtituere curat. Vnde cōpertū eſſe pōt, quā ſit rōni abſonū, amantē non redamare, aut uero ipſum de noſtra ingratitudine certiorem nō reddere, ut ſe, & oīa ſua, quæ apud nos, male, ac iniuſte retinebamus, iterū accipiat, atque recuperet. Si nāq; peſſimū eſt facinus, alterius apud nos pallium, honorē, famā, aut aliud quoduis iniuſte retinere bonū, quā, quæſo, intolerabile erit alterius in nobis detinere, iniuſte quidē, ac impie, voluntatē, quæ tā longo interuallo oīa alia excedit, atq; exſuperat? Qui nāque ita eſt, alterius famam, uitam, aīam, ac alia bona in ſe habet, immo & totū amātem iniuſte poſſidet: ipſe nāque amās, liber a natiuitate ortus, huic ſe totū mācipauit, cum ſuā uoluntatem ei tradidit, ut hoc dato pretio, iſtius emeret amorē, ac redamationē: iſte uero accepto dono, nihil de mercede reddenda cogitat, ſed veluti iniquus uēditor, ptiū, ac merces ſibi accipit, & retinet. Hoc ſane uile qd eſt, nobilitati maxime oppoſitū. Eſt nāque nobilitatis uere pprium, nō ſolum cognitos, & nobis cōiunctos, uerū ēt inuiſos, & inimicos diligere, eis benefacere, atque bona opera impēdere: ignobilitatis ergo, immo & beſtialitatis erit, amorē alterius, odio, aut nō æquali amore coæquare, neq, redamare amātē, ſed mille cauillationes, & ſophiſmata pro amore caſto reddere. Hac certe de cauſſa oēs in æquali ſumus uoluntate conſtituti, licet uarie exteriora fortunæ bona ſint diuiſa, ut æquū redderemus bonū, cū alterius apud nos poſitam voluntatem cōſpiceremus, ipſam ſ. uoluntatem noſtram, quæ æqualis eſt ualoris, ac libertatis, cum ea, quā accepimus ab alio, uolūtate, animique affectione. Quod quidem adeo uerum eſt, ut quamuis Deus ipſe ab hac ſe poſſet continere regula: quippe qui in infinitum excedit uoluntatē noſtrā, cum ſit totius boni fons, & origo; nihilominus nobis ſemetipſum in hac lite æqualem reddit, iuſteque ſibi ſatisfactum putat,

Aug.

Amans ſeipſum amato tradit.

Rational diſſentaneū, nō redamare amantem.

Caſus

Deus diligētes ſe diligit.

cum

eam voluntatem ſuam pro noſtra concedit, ac mutuat: qua de cauſa dicit: Ego diligētes me diligo, & alibi; Qui diligit me, diligetur etiam a me. Liquet ergo, ac ſatis ex his conſtat, quamobrem amor, amoris cauſſa ſit. Cum enim quis alterius in ſemetipſo voluntatem contempiatur, immo totum alterū in ſeipſo videt, vt aliena bona iniuſte non retineat, vtque dato pretio mercedē reddat, ſuam alteri tradere uoluntatem, ac iuxta Terentianū præceptum, par pari referre tenetur. Vera igitur, vt in eadē perſiſtamus ſententia, amoris cauſſa eſt amare.

Teren.

Rex Alphonſus.

Concluſio

Coram Alphonſo Rege Tarraconenſi vētilata fuit quæſtio grauis, a grauiſſimis uiris: An ſententia illa, & regula, quā tradidit Seneca, cum dixit; Si uis amari, ama; aliquam pateretur exceptionem: an ſcilicet poſſet quis inueniri, qui amatus, non redamaret: Alphonſus autem ſententiam tanto auctori dignā, ac maiori ex parte ueram laudantib. ac probantib. tandē rex, Salua, inquit, æſtimatione ueſtrę cuiuſque ſententię, oſtēdā ego uobis apertè, ubinam regula fallax inueniatur, & ubinā reperiatur, qui non amatus, amet. Nū quis reperietur, qui uerius, & perfectius quemque amet, quā ipſe orbis conditor creaturā ſuā, præſertim hominem, cuius gratia cetera cuncta creauit: cum igitur res ita ſe hēat, vt nemo eam ignoret, aut de ea dubitet; non eſt tamen qui illi rependat vices: immo experientia docente comperimus, (quod mirabile dictu eſt, vel potius horrendum, & deteſtandum) amare hominem, & creaturas; & fieri poſſe (quod ſæpiſſime contingit) vt fraudetur, nec ſimilem gratiam recipiat: cum autem ſcimus, & certiſſimi ſimus, ſi Deum amamus, nō ſolum ipſum redamaturum nos, ſed maximis beneficijs affecturum, adeo ſumus obdurati, aut cæci, vt nec ipſum amati redamemus: quod haud dubie ex debilitate fidei noſtræ prouenit. Nam uoluptatibus præſentibus capti, non ſolum negligimus cæleſtia, ſed uix fidem illis habemus, illorum ſimiles, qui ſitibundi malunt turbidam, & cænoſam, modo præſentem, aquam bibere, quam longiuſcule ire, & diutinam ſitim amœniſſimo fonte ſedare. Hæc ille.

Aug.

QVAEST. XXVIII.

De effectibus amoris; hæc quæſtio habet articulos ſex.

ART. PRIMVS.

Vtrum unio ſit effectus amoris.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Amor eſt uirtus vnitiua: Nam duplex eſt vnio amātis ad amatum. una ſecundum rem, ut cum amatum pręſentialiter adeſt amāti, quā effectiue facit amor, quia mouet ad quærendam pręſentiam amati, quaſi ad ſe pertinentis. alia uero ſecūdū affectum: quæ unio cōſideranda eſt ex apprehenſione præcedente: omnis enim appetitus ſequitur apprehēſionem. Cum ergo duplex ſit amor, cōcupiſcētiæ, & amicitiæ; uterq; procedit ex quadā apprehenſione vnitatis amati ad amantem. Nam cū aliquis amat aliquid, & illud concupiſcit, apprehendit ipſum quaſi pertinens ad ſuū bene eſſe: eodem modo cum aliquis amat aliquem amore amicitiæ, vult ei bonum, ſicut & ſibi vult bonū; apprehendit enim eū, ut alterū ſe: & inde eſt, quod amicus dicitur alter ego. & Aug. in 4. conf. c. 6. bene quidē dixit de amico ſuo, dimidium animæ meæ. Et hāc vnionē ſecūdam facit amor formaliter; primā vero facit efficienter, ut dictū eſt. Vnde Auguſt. ſcribit 8. de Tri. c. ul. quod amor eſt quaſi iūctura quædam, duo aliqua copulans, vel copulare intendens, ſcilicet amantem, & qđ amatur. Quod enim dicit Auguſ. copulans, refertur ad vnionem affectus; quod uero dicit, copulare intēdens, pertinet ad unionem realē. hoc ipſū accuratius explicat D. Th. in ſolutione ſecūdi, dicēs quod vnio tripliciter ſe hēt ad amorē: quædā n. unio eſt, quæ eſt cauſſa amoris; & hæc quidē eſt vnio ſubſtantialis, quātum ad amorē, quo quis amat ſeipſum; quantū uero ad amorē, quo quis amat alia, eſt vnio ſimilitudinis, ut dictū eſt. Quædam uero unio eſt eſſentialiter ipſe amor; & hæc eſt unio ſecundū coaptationē affectus, quæ quidē aſſimilatur vnioni ſubſtantiali, in quantum amans ſe habet ad amatū; in amore amicitiæ vt ad ſeipſum; in amore concupiſcentiæ, ut ad aliqd ſui. Quædam uero vnio eſt effectus amoris, & hæc eſt unio realis, quam amās quęrit de re amata: ut enim Philoſop. refert. 2. Poli. c. 2. Ariſtoph. dixit, quod amantes deſiderāt ex ambobus fieri unum: ſed quia ex hoc accideret, aut ambos, aut alterum corrumpi, quærunt unionem quæ cōuenit, & decet, vt ſ. ſimul conuerſentur, ſimul loquantur, & in alijs huiuſmodi coniungantur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum magis vniat amor quam intellectio.

Ariſ.

Aug.

Auerrois

Certe amor unit, vnit & intellectio, ſed in dubium reuocari pōt, utra magis vniat. Et q̄ intellectio magis uniat, hoc argumentum ſuadet. Nam, auctore Ariſto. 3. de Anima, text. 17. intellectus ī actu, eſt intellectum in actu. & Auerrois dicit, q̄ magis fit vnum ex intellectu, & intellecto, quam ex materia, & forma. At amās in actu, nō fit amatum in actu. Ergo intellectio magis vnit, quam amor. Nihilominus tamen aſſerēdū eſt, quod etiam aſſerunt uniuerſi ſapientes, amorem eſſe uirtutē vnitiuam præcipue: amoris enim finis, & meta eſt, coniūgi vſque ad vnitatē, quantum effici poteſt. Quapropter ſapiēter admodū, & apte a Platone ficta eſt fabula, q̄ cū Vulcanus duobus inter ſe amiciſſimis occurriſſet, quiq; amoris mutui magna ederent ſigna, delectatus illorum inter ſe beneuolentia, iuſſit a ſe petere donū, Dei munificentia dignū: cui reſponderunt illi; O Vulcane, faber Deorū, oramus te, vt tuis iſtis inſtrumētis, & camino, reſtringas nos ambos, & ex duob. vnū facias. Sed differentia eſt: nam corporis amor, corporaliter uult iūgi; amor animorū, animis, ut ſit ī duob. corporibus animus vnus: unde exſiſtit idē uelle, & idē nolle, & amicus eſt alter ipſe. Aptiſſime Horat. dimidium animi ſui Virgiliū appellauit, cui erat amiciſſimus. Cui conſentiens D. Aug. lib. 4. conf. c. 6. & li. 2. retra. c. 6. uocat amicum ſuum, dimidium animæ ſuæ, quam ſententiam idem Aug. ſic explicat: dum enim de amico, morte ſublato, dolet grauiſſime, in hæc uerba prorumpit. Nā ego ſenſi animam meam, & animam illius, unam fuiſſe animam in duobus corporibus: & ideo mihi horrori erat vita, quia nolebam dimidius uiuere; & ideo forte mori metuebam, ne totus ille moreretur, quem multum amaueram. Hinc prouenit, ut quęcumq; ad amicum pertinēt, amicus uocet ſua. Vnde eſt Pythagoręorum lex, Amicorū eſſe communia omnia. Ex quo prouerbio Socrates colligebat, omnia bonorum eſſe uirorū non ſecus q̄ Deorum. Deorum (inquit) ſunt omnia; boni uiri Deorum ſunt

D. Th.

Trib. modis ſe hēt unio ad amorem.

Plato.

Ariſ.

Ariſtop.

Horatius

Aug.

Pythagoræorum lex.

Socratis collectio.

amici

amici,& amicorum in ſe communia omnia:bonorum ergo virorum ſunt omnia. Hinc etiam originem traxit prouerbium illud,Amicitia,æqualitas,amicus,alter ipſe.hoc quoque prouerbium ad Pythagoram auctorem referunt, ſignificatq; in amicis eſſe eandem animam; & amicum, alterum ipſum. Neque enim quidquam non commune,vbi fortunarũ æqualitas;nec diſſenſio, ubi idem animus; neque diuortium,vbi coagmentatio duorum in vnum. Ariſtot. magnorum mor. lib. 2. Vna,inquit, anima eſt in duobus amicis. Idem in eodem libro. Eſt n. vt dicere ſolemus,amicus,alter ego. Plato lib. de Legib. 6. citat,tanquam vetus dictum,& ceu prouerbium iactatum:Amicitia,æqualitas:amicus,alter ipſe. Sed rationes, & cauſas huius rei demonſtrare, cumq; nõ in promptu eſt.

Arist.

Conclusio

ART. SECVNDVS.

Vtrum mutua inhæſio ſit effectus amoris.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans. Itaq; effectus amoris eſt mutua inhæſio; quæ intelligi poteſt,& quãtum ad vim apprehenſiuam,& quantum ad vim appetitiuam.Nam quantũ ad vim apprehenſiuã,amatum dicitur eſſe in amante,in quantum amatum immoratur in apprehẽſione amãtis:

Plato.

quare amor vniat.

In primis,amor eſt appetitus fruendi bono,id eſt,ſe illi adiungendi,vt ipſum amans,amati.hoc eſt,boni contactu fiat bonum:amor concupiſcentiæ,adiungi vult ea cõiunctione,qua ſatisfiat,vel deſiderio, uel detentioni: vinum bibo,cibum edo: quod olfacturus ſum, non tam ꝓpe admoueo:longius etiam ſonos, & quæ aſpicimus, applicamus:ueſtem adiungimus corpori, aut ſeruamus in ueſtiario:amici, qua datur,adiunguntur præſentia corporum,conſpectu,colloquio,conuerſatione, mentione,memoria:cum non poſſunt,quantum cupiũt,una eſſe,ac cõuerſari,ſequitur moleſtia, & mæſtitia, atque eo maior,ſi parum ſit quod coniunctioni obſtet ita, quo abſunt propius,& detinentur,hoc ægrius,atq; impatientius ferunt ſeparationem. Quin etiam qui defunctos vita diligunt, quatenus datur,cum illis verſantur crebra illorum recordatione,uiſendo loca ubi ſoliti erant conuiuere, & congredi,aſpectu denique,earum rerum, quæ memoriam illorũ renouent:quod ita erga abſentes amicos facimus. Iſthæc in amore coniunctionis expetitio data eſt homini,vt cum uero bono ſuo vniri uelit,qui eſt Deus: quo, uelut Deus quidam effectus (ut ſic loquar) conſors ſit ſempiternæ beatitudinis illius. Hæc demum uera eſt,ſolida,& fructuoſa cõiunctio:coniunctiones reliquæ,inanes ſunt,& abſque fructu,ut ſi quis ad examen reuocet, quid amici in mutuo illo amore quærant, nihil inueniet eſſe magis uacuum, nempe eſſe una, conſpicere ſe, colloqui. Huius etiam rei alterã rõnẽ aſſignant uiri ſapientes. Hæc (inquiunt) differentia eſt inter intellectũ,& uoluntatem, quod cognitio pficitur p hoc, quod vnit rē cognoſcenti ſecundum ſuã ſimilitudinẽ:itaque intellectus,cũ res intelligit,efficit res ſibi ſimillimas, ſic adeo,ut ex reb. materialibus,efficiat ſpirituales,& intellectuales,aptaſq; vt intelligantur:ſed voluntas quãdo rẽ amat, fertur ad rem, ipſam ſequitur,in eã ſe transformat,eam amplectendo,illiq; ſe copulando. Ex quo conſequens eſt, quod intellectus aſſimilatur ſigillo,quod certe omne quod tangit,ſibi ſimile efficit:ceterum uoluntas ceræ ſimilis eſt, quæ ſtatim figuram recipit eius rei,ad quam adiungitur. Propter quod ſapientiſſime dicit D. Aug. idq; crebertime:Si terrã amas,terra es;ſi Deũ amas,quid uis,ut dicã? Deus es.

Differentia inter intellectum, & uoluntatem.

Aug.

Sed ut exactius res hæc demonſtretur, intelligẽdũ eſt, quod hæc unio,& transformatio amantis in amatum, naturalis non eſt,ſed ſpiritualis:neq; n. amor unam naturã in aliã tranſmutat,ſic vt metamorphoſim naturarũ efficiat: ſed transformat corda, hoc eſt, affectus,deſideria,vitam omnẽ. Dic mihi obſecro,quid facit filius ſui amore,quod mater eius non faciat pp ipſum? filius, quãdo ſe amat,ſemp quod ſibi commodũ, & utile eſt,procurat,& uniuerſam vitam in ea re inſumit:nihilo minus mater facit, quæ eũ carum habet, de illo cogitat, pro illo laborat,quod illi cõmodum,& vtile exiſtimat, diligenter curat,dolet,ſi quid triſte accidat,ſolicitudo illius eã vrit,affligunt illã illius dolores,flet cũ flente,gaudet cũ gaudente, infirmitas filii, vt proprias exiſtimat, infirmitates,vt ſuas ſuſtinet. Itaq; quemadmodũ vmbra ſequitur corpus,tangitq;, & imitatur id,quod ipſum corpus facit,ſequiturq; illius motum, & figuram. ſic ſane,ſi corda duorum amantium conſpiciemus, inueniemus abſq; dubio, quod quemadmodum & vnum eſt,ſic & alterum ſe habet, quodq; unum,alterius affectus,& motus alterius ſequatur. Quod adeo amanti eſt naturale, & cõſuetum, ut facile appareat, quod amãs prorſus ſui ſit oblitus, totus extra ſe ſit,totus in amato:& amans paulatim moritur in ſe; viuit autem in amato. Præclara illa Platonis uox ab omnibus commendatur,quod amator animus in proprio corpore mortuus eſt,in alieno uiuit. Hæc transformatio amantis in amatum,alia ratione demonſtratur. Nam ita comparatum eſt natura,ut homines ſumme admirantur mutari,& conuerti in ea quæ amant:vnde qui nimis amat virtutes, admittitur,vt ſtudioſus euadat. qui litteras, vt litteratus,qui ſanctitatem,ut ſanctus efficiatur. Hoc ipſum euidentius patebit. Nam uoluntas eſt animi uniuerſi dominatrix, & rectrix.quod enim eſt Rex in regno, hoc eſt uoluntas in animo. propter quod quando voluntas in aliquid propendet,& inclinatur, ſecum rapit omnia quæ in ſuo regno exiſtunt. Certe quemadmodũ primum mobile ſecum trahit, & rapit omnes alios cælos, & ſydera uniuerſa,ſic uolũtas ſecum rapit uniuerſas animi noſtri potentias, & vires,rapit ſecum intellectum,memoriam,deſideria, membra etiam corporea,& omnia quæ in nobis ſunt. Cum igitur uoluntas ſit animi noſtri dominatrix, & rectrix,& uoluntatis amor. in id enim,ad quod amor inclinat, voluntas propendet, ſequitur, quod id,ad quod amor inclinat,voluntas lubenter amplectatur,hoc ipſum ſequitur homo, & vniuerſæ uires quæ in homine ſunt proſequuntur, ſicq; accidit,vt uniuerſus homo in ea,quæ amat,transformetur. Quamobrem dixit Propheta Oſeas c. 9. de improbis hominibus. Facti ſunt abominabiles ſicut ea quæ dilexerunt. Ex hac transformatione amantis in rem amatam, ſequitur quod habeat amans idem uelle, & idem nolle, & id prorſus diſpliceat,quod amico diſplicet, & quod amicus odio hẽt, amans ipſe odio proſequatur;ſi ait,ait;ſi negat, negat.& ſic in omnib.& pō ōīa habeat idem velle, & idem nolle, & vnam prorſus uoluntatem. & uoluntate in hunc modum tranſmutata,continuo uniuerſa uita tranſmutatur, & inuertitur,& alios mores habet. Sicuti enim abſciſſo arboris ramo,altero, illius loco inſito, fructus, qui inde naſcuntur,naturã huius ſecundi conſequuntur, & eius habent ſpeciẽ:eadẽ rõne,uoluntate hominis mutata,atque in uoluntate ipſius amici inſita, opera quæ inde conſequuntur,non hominis naturã,& mores ſapiunt, ſed amici conſuetudinẽ,ac modum redolent;quemadmodũ ignitũ ferrũ,licet ferrũ eſſe non ſinat,proprietates tñ & cõditiones ignis in ſe poſſidet. Verũ igitur eſt quod D. aſſerit Dionyſi. amorem eſſe uirtutẽ unitiuã. Cuius rei breuiſſimam rationem tradit D Tho. in hoc articulo referensq; uniuerſam cauſſam in rei ſimilitudinem,quoniam amicus (inquit) eſt alter ego. Inde probat,quod ſit idem uelle,& idem nolle, & quod amor ſit nexus,& unio quædam. Argumentum uero quod de intellectione adductum eſt in contrarium, ex dictis,ni fallor,habet ſolutionem. & addẽdum eſt quod hic ſcribit Caie. Dicit namque, quod cognitio vẽ magis unitiua formaliter;amor autem effectiue: quærit n. præſentiam amati,& ei copulari realiter.& quia unio apud omnes nota non eſt,niſi realis,dr̃ quod amor eſt uis unitiua, & quod unit magis,quam cognitio. Quæ oĩa ſunt uera,ſi referantur ad unionem realem Vel dicendum, hoc differre inter intellectionem,& amorẽ,quod intellectus unit res ſibi;amãs vero,extra ſe exiens,ad res amatas ſe adiungit & copulat.

Platonis dictum.

Simile.

Oſeæ.9

Diony.

D. Tho.

Argumentum in contrarium ſoluitur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo explicat D.Th. eleganter,quemadmodũ amans ſit in amato;tum, ſecundum apprehenſionẽ.tũ uero,ſecundum appetitionem,& mutua connexione amatum in amante:

D. Th.

amans uero dr eſſe in amato, ſecundum apprehenſioné, in quantū amans non eſt cōtētus ſuperficiali apprehēſione amati, ſed ſingula ad amatum pertinentia nititur diſqrere, & ſic ad ei⁹ interiora ingreditur. Quoad uim autem appetitiuam, amatū dicitur eſſe in amante, prout eſt per quandā cōplacētiam in eius affectu, ut uel delectet in eo, aut in bonis ei⁹ apud præſentiam, uel in abſentia p deſiderium tendat in ipſum amatū per amorem concupiſcentię; uel in bona quæ vult amato, per amorem amicitiæ: nō quidem ex aliqua extrinſeca cā, ſicut cū aliquis deſiderat aliquid propter alterum, vel cū aliquis uult bonum alteri ꝓpter aliquid aliud, ſed pp complacētiam amati interi⁹ radicatam. E conuerſo autem amans eſt in amato, aliter qdem per amorem concupiſcētiæ, aliter vero p amorē amicitiæ. Amor enim concupiſcētiæ non requieſcit in quacūque extrinſeca adeptione amati, ſed q̃rit amatū perfecte habere, & quaſi ad intima illius peruenire; in amore uero amicitię amans eſt in amato, in quantum reputat bona uel mala amici, ut ſua. Poteſt etiā mutua inhęſio intelligi in amore amicitiæ, ſm̄ uiam redamationis, in quātum mutuo ſe amant amici, & ſibi inuicē bona uolunt, & operantur.

Caieta. Qua ratione inter amicos ſit mutuus amor. Plato.

amāte, quā ſuſam accuratius, & diligētius elucidat Cale. Sed nos tātūmodo exponamus, qua rōne inter amicos ſit mutua adhæſio, & amoris reciꝓcatio. Hoc explicauit elegāter in primis diuinus Plato: Amator, inqt, animus, in ꝓprio corpore mortu⁹, in alieno corpore viuit, ac in ſe mortuus in alio reuiuiſcit. Vna vero dūtaxat in amore mutuo mors ē; re uiuiſcētia duplex, moritur.n. qui amat in ſeipſo ſemel, cum ſe negligit; reuiuiſcit in amato, cū ſtatim amatus cum ardēti cognitione cōplectitur. Reuiuiſcit iterū, cum in amato ſe recognoſcit, & amatum ſe eſſe non dubitat. Felicē certe mortem, quā duæ uitæ ſequūtur: mirum cōmercium, quo quis ſeipſum tradit pro alio, neque habet, neque habere ſe deſinit: inæſtimabile lucrum, quādo duo ita unum fiunt, ut quiſque duorum, pro uno ſolo duo fiat, & tāquā geminatus, qui unā habuerit uitā, una interueniente morte, duas habeat. Scite admodū, & ſapiēter a Themi-

Themiſtius.

ſtio ficta eſt fabula, ꝙ tēpore, quo Venus genuit Cupidinē, puer nimis gratioſus erat, & pulcer, ſupra q̃ dici, aut intelligi poterat, uenuſtateq̄. matris exuberabat, uerū ſēper erat ſtatura puſillus. Mater vero deſiderans, ut in cōuenientē exſurgeret ſtaturā, oraculū Apollinis petijt, & d̄ remedio interrogans; hmōi habuit reſponſum: Poteſt qdem amor ſolus enaſci; at creſcere ſolus non poteſt: & ideo ſi uis ut creſcat, neceſſum eſt ut Anterotem habeat, qui amore reciproco beneuolentiæ correſpondeat, eritq. cōditio, & proprietas fratrum talis, ut alter alterū adiuuet, & creſcant pariter: ſicq. Venus peperit Anterotem, quo uix nato, continuo Cupido creuit. Quo ſignificatur, quod amor, ut creſcat, debet eſſe mutuus, & reciprocus. Sed hāc mutuam adhæſionem inter amantem & amatum, perfectius multo exponunt diuinę litteræ. In primis, Ioan. ille dilectus ſic ſcribit in 1. Epiſt. c. 4. Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Nā animus vere amator, deſinit ī ſe eē, de ſe cogitare, ſe curare, ſibi ꝓſpicere; d̄ amato cogitat, illū curat, amato ꝓſpicit, ad gloriā amati uiuit; mortuus eſt, & uiuit ubi nō eſt, ſuus cogitatus, deſiderium, ſuū cor in amato eſt. Vere ergo dicit Ioan. Qui manet in caritate, in Deo eſt. Sed audi mutuam, & admirabilē adhęſionem, quā mens Angelica, ne dum humana, comprehēdere minime ualet; Et Deus (inquit) in eo: Nā Deus de amico cogitat, atq. ſi nihil aliud conſiderandum haberet. Itaq totus ipſe, toto tpe, & ante tempus, quemlibet ſingularem amicum, ſimul, ſemperq. cōſiderat, ac ſi nihil aliud conſiderandum habeat, ſicut ſi omnium oblitus ſit, & cuilibet ſingulari ſoli intendere velit. Rurſum, quemlibet amicū amat amore unico & ſingulari: quapp ita ſingulariter quēlibet curat, ac ꝓſpicit, ac ſi totius creaturæ, cęli, & & terræ oblitus, tm̄ ſingularem quēquā amet, ut nihil ei ſit curę de alijs. Qua de cā venerabilis Hugo ſic dicit, Nihil priuilegio ſingularis amoris tui, ſocietas aliorū pſeribit, quia ſponſus tuus in omnibus diligit te, & quos, & q̄ diligit pp te ac per hoc, & ſingulariter, & unice diligit te, quia nihil diligit ſine te. & D. Auguſt. in libro conf. ſic habet: Vnumquemque curat, tāquam ſi ſolum curet, & ſic omnes, tamquam ſi unum: cuius doni magnificentia ex alio manifeſtat, quod non ab æterno habitualiter nos amauerit, de nobis cogitauerit, ſed ſemp actuali amore, & perſeueranti cogitatione, abſq. vlla momēti interpolatione ſuper nos ferē; alioqui non eſſet Deus neq. actus purus, & haberet aliqd imꝑfectionis admixtū: amatq. nōs ab ęterno, amore infinito, amore ex tota volūtate, & ex toto corde, omni conatu, & uirtute ſua: neq.n. diuina ſimplicitas partitionem admittit. Sed & D. Paul. explicat eleganter, quo mō amatū ſit in amāte, ad Galat. 2. cum inquit: Viuo ego, iam nō ego, uiuit vero in me Chriſtus. i. ego iam Chriſto confixus ſū cruci: & mortuus, ſed pro morte hac, vitam habeo: non.n. iā uiuo, ſed uiuit in me Chriſtus. i. actiones vitales meæ, intelligere, cogitare, amare, delectari, triſtari, cupere, deſiderare, iā non ſunt meæ, iā non procedūt a me, ſed ex ſpiritu Chriſti q in me uiuit, qui me regit, me paſcit, me alit. Beatus qui tā bono, tāq. diligenti paſtori ſe cuſtodiendū, paſcendū, immo viuificandum tradiderit. Eiuſdē ſnīæ eſt illud ad Phil. 1. Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrū. Sed & in Canticis hanc mutuā adhæſionē, inter amātē & amatū, explicat Spiritus ſanctus duobus in locis. Nā c. 2. inquit. Dilectus meus mihi, & ego illi, & c. 7. Ego dilecto meo, & cōuerſio illius ad me: ſenſus eſt. Dilectus meus, eſt mihi totum quod amo, quod cupio, quod quæro, quod cogito. & rurſum. Ego illi ſum totum quod amat, quod cupit, quod quærit. Vel alio mō. Dilectus meus mihi. i. tota eius uita, uniuerſus cogitatus ē propter me, & ego illi i. ad gloriam eius, & honorē uiuā. Vel in alio ſenſu: Omne bonum quod in me eſt, & eſſe poteſt, ſeruit dilecto meo, totū ei debetur, totum ei dedico; ſiquidem oīa ab illo habeo; neq. eſt cur amorē meum in alium conſtituam: ſum enim illius tota, ac totus meus eſt ipſe, & in eo quod me amat, uniuerſum bonū meum conſiſtit: hoc igitur plurimi facio, quod me amat, ꝙ conuerſio illius ad me, & conuerſio mea ad illum. Vel ut ſit ſenſus planiſſimus; Dilectus meus mihi, & ego illi, id eſt, meus dilectus, & meus amator, & ego uiciſſim dilecta ſua, & eius dilectrix. Hanc etiam mutuam adhæſioné inter amantem & amatum, agnoſco in illis uerbis Domini; Qui manducat meā carnem, in me manet, & ego in illo.

2. Ioan. 4. — Hugo. — Auguſt. — Galat. 2. — Philip. 1. — Cant. 2. — Cant. 7. — Ioan. 6.

ART. TERTIVS.

Vtrum Ecſtaſis ſit effectus amoris?

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ē affirmās. Pro cuius declaratione obſeruandum eſt ex D. Thoma: quod Ecſtaſim pati aliquis dicitur, cum extra ſe ponitur: quod quidem contingit, & ſecundum uim

Conclu.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quid nomē hoc Ecſtaſis ſignificet, in primis exponedū eſt; deinde ad rei explicationem deueniendū. Ecſtaſis, eſt affectus eorum, qui mente ſunt emota, ut inqt Lactātius: quos

Ecſtaſis qd. — Lactan.

Plinius. Epiphan.

Plinius mente commotos appellat lib.23.c.1. Ecſtaſis nomen variæ interpretationis eſſe ſcribit Epiphan.lib.2. cõtra hæreſ.c.48. In primis dicitur ſtupor propter admirationis excellentiam, deinde dicitur inſania, eo q a propoſito, & libertate emoueat: ſignificat etiam ſoporem grauem, qualem immiſit Dominus in Adam. Nam dum dormit hõ, transferuntur oẽs ſenſus ad quietẽ cõuerſi.

August.

D. Augu. in Pſal.30. in principio ſic inquit; Ecſtaſis, vocabulũ Græcum eſt, Latine dr̃ exceſſus, q fit duobus modis uel pauore terrenorum; vel mẽte rapta ad ſuperna, & inferiorum oblita.

Hiero.

D Hieron. in Epiſt. ad Sumã & Fratellã, Ecſtaſim, transfert mẽtis exceſſum. Alij vero interpretantur pauorem. Sed iuxta Hebræos dicẽdum eſt, in ſtupore, & admiratione mea, vbi nos legimus in exceſſu meo. Sed iã ad rẽ ipſam explicãdam pficiſcamur.

in primis quæritur; Vtrum Ecſtaſis pertineat ad uim cognoſcitiuã, an potius ad uim appetitiuã; deinde explicãdum eſt, quo modo inter ſeſe Ecſtaſis, & raptus differant; Vltimo, verũ in Dei amore erga nos Ecſtaſis inueniatur.

Prima quæſtio. Vtrum Ecſtaſis ptineat ad uim cognoſcitiuam. Prim. argu.

Vt ergo prima quæſtio explicetur, videbitur forraſſis alicui, Ecſtaſim præcipue ad uim cognoſcitiuã pertinere. Nam Ecſtaſim pati, idem eſt quod extra ſe poni. At p intellectum, & mentem ponitur homo extra ſeipſum, cum fertur uidelicet in aliquod obiectum, quod non eſt intellectui connaturale, & proportionatum.

Secundum.

Deinde, prophetæ, in prædicendis futuris, & in myſteriorum reuelatione, Ecſtaſim patiebantur: eleuabãtur.n. eorum mentes ad abditiſſima arcana, & occultiſſima reuelationis myſteria. & prophetia ad intellectũ pertinet: nam eſt occultarum rerum, & futurarum reſeratio. Vnde Ecſtaſis ad mentem pertinere videtur.

Tertium.

Tertio, Ecſtaſis, & raptus, nulla ratione uidentur differre, ſi utriuſq. natura recte conſideretur: ſed raptus manifeſte ptinet ad uim cognoſcitiuã, ut apte docet D.Tho.2.2. q.175. ergo.

D.Thom.

In oppoſitum eſt D.Tho. ſnĩa in hoc art. dicẽtis Ecſtaſim eſſe amoris effectũ: ſed effectus amoris in voluntate conſiſtunt, ſicut ipſe amor, a quo originẽ trahũt.

Ecſtaſis ad vim appetitiuam & cognoſcitiuã pertinet. Paulus.

Certe Ecſtaſis, tam ad uim cognoſcitiuã, q̃ ad uim appetitiuã pertinere dignoſcitur: amor n. facit, vt amans paulatim moriatur in ſe, viuat aũt in ipſo amato. Itaq. moritur, vbi eſt, & viuit, vbi non eſt. Viuo ego, iam non ego, ait Apoſtolus, uiuit autem in me Chriſtus: deſinit.n de ſe cogitare, ſe curare, ſibi proſpicere, de amato cogitat, amatum curat, amato proſpicit: quæ omnia intellectus eſſe, nõ voluntatis, manifeſtum eſt.

D.Thom.

Sed hæc omnia, ut ſcribit D.Th. pertinẽt ad amorẽ diſpoſitiue: amor.n. urget ut hæc fiãt. Illa uero Ecſtaſis ad uolũtatẽ proprie, & directe pertinet, qua uoluntas ardet, uritur, æſtuat, ſic adeo, ut in ſe deficiat, a ſe exeat cor, optet, deſideret p amico mori, apud ipſum commorari, & uiuere, nullam requiem in ſe habeat, in amato ſolo conquieſcat. Has Ecſtaſis differentias exponit

2.Cor.5.

D.Paul.2.Corin.5. cũ inqt; Siue mẽte excedimus, Deo, ſiue ſobrij ſumus, vobis: caritas.n. Chriſti urget nos. In qua ſnĩa, duplex Ecſtaſis cõmemorat, tũ uoluntatis, tũ intellectus. Caritas Ecſtaſim hẽt, & caritatis Ecſtaſis, mẽtis exceſſum cauſſat. Huius ſententiæ D.Pauli explicatio, hæc eſt. Si quid, inquit, ſublime hactenus ſum locutus (Ecſtaſim enim ſiue inſaniam hoc vocat, ſicut in aliquo loco uocat inſipientiam) propter Deum hoc facio, cuius amore inſanio, q non in me, ſed in Chriſto uiuo; ſi vero modeſtum, & humile loquor, propter uos hoc facio, ut diſcatis humiliter, & abiecte de nobis ſentire. Vel alio mõ. Inſanire quis nos exiſtimet, nihil mea refert, ſobrij, an inſipiẽtes, & inſani, ab hominibus iudicemur, nihil intereſt: caritas.n. urget nos, iudicantes, & ſciẽtes, qm̃ ſi Chriſt⁹ pro omnibus mortuus eſt; ergo oẽs mortui ſunt, & p omnibus mortu⁹ eſt Chriſtus, ut q uiuunt, iam nõ ſibi uiuunt, ſed ei, q pro ipſis mortuus eſt, & reſurrexit. Quis inquit Pau. nõ extra ſe exeat? quis nõ amore ardeat, inſaniatq. hoc beneficium cõſiderans? Chriſtus pro impijs mortuus eſt, ut impij vitam habeant; ille uitã, animãq. poſuit, pp illum impij uiuimus, quia pro nobis mortuus eſt. qũo nõ ipſi uiuimus pp quem vitã habemus? qũo non illum deſideramus? qũo non cupimus diſſolui, & cum illo eſſe? qũo uidetur nobis miraculum quod dixerim; Audeo, & bonã uolũtatẽ habeo pegrinari a corpore, & pñs eſſe ad Dñm? Præterea, ſi tanta re oſtenſa, ſi tanta redemtione oblata, ſi tam pretioſo ſanguine redemtus eſt mundus, qũo non extra me exeam? qũo non ardeam? qũo non urar? qũo non exæſtuem amore ineffabili, inſania amatoria; deſiderans q tam copioſa redemtio, q tam grande pretiũ ad cunctos homines deriuetur? O quantum deſidero, o quantũ opto, inſanus licet iudicer, pro mundo iſto mori, pro quo Dominus meus in cruce pependit. Veniat mors, veniat crux, ueniat aculeus, ueniat ſartago, veniat infernus: nihil timeo, omnia ſubibo diſcrimina pro amico Chriſto, qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me. Ex his patere arbitror ſatis, quemadmodum Ecſtaſis, intellectus ſit & uoluntatis. Sed & in alio ſenſu dicitur a quibuſdam, Ecſtaſim eſſe effectũ amoris, qui nõ eſt indignus, vt a me cõmemoretur. Amor Ecſtaſim facit. i. inſaniã, & mẽtis exceſſũ cauſſat: unde prouerbiũ eſt, Amare, & ſapere, uix a Deo cõceditur. Hæc d prima dubitatione dixiſſe ſufficiat.

Secunda quæſtio Qua ratione differãt raptus & Ecſtaſis. D.Thom.

Vt ergo ſecunda dubitatio exponatur, intelligendum eſt ex D.Tho. 2.2.q.175. art.1. & 2. q raptus addit aliqd ſupra Ecſtaſim: Nam Ecſtaſis importat ſimpliciter exceſſum a ſeipſo, non per uiolentiam aliquam, ſed per quãdã inclinationem, & propẽſionem uoluntatis, cui nulla uis inferri poteſt: at raptus, ſuper hoc addit violentiam quandam.

Ariſtot.

Violentum autem dicitur, cuius principium eſt extra, nihil cõferente eo quod uim patitur, ut dicitur 3.Eth. & ideo oportet, quod ille qui rapitur, ab aliquo exteriori rapiatur in aliquid, quod eſt diuerſum ab eo in quod eius inclinatio tendit. Quæ quidẽ diuerſitas attenditur dupliciter. Vno quidem modo, quantum ad finem inclinationis, vt ſi lapis, qui naturaliter inclinatur in locum inferum, proijciatur in ſuperum. Alio modo, quantum ad modum tendendi, vt ſi lapis velocius proijciatur

quam

apprehenſiuam, & ſecundum uim appetitiuam. Secundum uim apprehenſiuam aliqs dicitur extra ſe poni, quãdo ponitur extra cognitionem, ſibi propriam; uel quia ad ſupiora ſublimatur; ſicuti hõ dum eleuatur ad apprehẽdẽda aliqua quæ ſunt ſupra ſenſũ, & rõnem, dicitur Ecſtaſim pati, in quantum ponitur extra cõnaturalẽ apprehenſionem rationis, & ſenſus; vel qa ad inferiora deprimitur, ut cũ aliquis iniuriam; vel amentiam cadit, dicitur Ecſtaſim paſſus. Ceterum ſecundum appetitiuam partem dicitur aliqs Ecſtaſim pati, quãdo appetitus alicuius, in alterum fertur, exiens quodã modo extra ſeipſum. Primam quidem Ecſtaſim facit amor diſpoſitiue, in quãtum ſcilicet facit de amato meditari, ut dictum eſt. Intenſa autẽ & vehemẽs meditatio unius, abſtrahit ab alijs & ſecundã Ecſtaſim amor directe efficit; ſimpliciter quidam amor amicitię; amor autem concupiſcentiæ, non ſimpliciter, ſed ſecundum quid. Nam in amore concupiſcentiæ, quodãmodo fertur amãs extra ſeipſum, in quãtum ſcilicet nõ contentus gaudere d bono quod habet, quærit frui aliquo extra ſe: ſed qa illud extrinſecum bonũ quærit ſibi habere, nõ exit ſimpliciter extra ſe, ſed talis affectio in fine ad ſeipsũ cõuertitur. Verũ in amore amicitię, affectus alicuius ſimpliciter exit ex ſe, quia uult amico bonũ, & operatur, quaſi gerens cauſã, & curam, atque prouidentiam ipſius propter amicũ ipſum.

quam ſit eius motus naturalis. Sic igitur & anima hominis rap. dicitur in id quod eſt præter naturam; uno modo, quantum ad terminum raptus, puta, quando rapitur ad pœnas, ſecundum illud Pſal. Ne quando rapiat, & non ſit qui eripiat. Alio modo, quantum ad modum homini connaturalem, qui eſt, ut per ſenſibilia intelligat ueritatem: & ideo quando abſtrahitur a ſenſibilium apprehenſione, dicitur rapi, etiam ſi eleuetur ad ea, ad quæ naturaliter ordinatur; dum tamen hoc non fiat ex propria intentione, ſicut accidit in ſomno, qui eſt ſecundum naturam.

Abſtractio a ſenſibus quibus modis cõtingat. Huiuſmodi autem abſtractio, ad quæcumq; fiat, poteſt ex quadruplici cauſſa contingere: Vno modo, ex cauſſa corporali, ſicut accidit in his, qui propter aliquã infirmitatem, alienationem patiuntur. Secundo modo, ex uirtute dæmonum, ſicut patet in arreptitijs. Tertio modo, ex uirtute diuina. Quarto modo, ex uehemẽtia amoris, ſiue intentionis animæ: loquimur autem nunc de raptu, prout ſcilicet, aliquis ſpiritu diuino eleuatur ad aliqua ſupnaturalia, cum abſtractione a ſenſibus, ſecundum illud Eze. Ezech. 8. 8. Spiritus eleuauit me inter cęlum & terram, & adduxit me in Hieruſalem in uiſione Dei. Sed præcipue, & antonomatice dicitur raptus, quando homo corporaliter eleuatur a terra, cuiuſmodi raptus & D. Pau. & D. Th. contigiſſe certiſſimum eſt. Sed explicare, quomodo hic raptus fiat, difficillimum eſt: hoc tantum ſcimus, ꝙ fit uirtute diuina: Deus. n. tanta uirtute, & fortitudine animum ad ſeſe trahit, ut ſecum etiam corpus deſtrat, nõ aliter atq; Sol e terra uapores colligit, & aquila fortis & magnarum alarum, animal aliquod ſecum trahit Huic autem tractioni nullo modo anima reſiſtere ualet, quamquam raptus, & ſuauiſſime, & dulciſſime fiat; maneatque corpus ueluti emortuum, calore deſtitutum, ſicq; eleuatus homo a terra, introducitur in cellam uinariam Domini, ibiq; oſtenduntur illi ſecreta cęleſtia, & ordinatur caritas; ſic ut uileſcat iam mundus omnis cum ſuis delectationibus. Sed hoc nullus explicare, ut par eſt, poterit, niſi qui rem ipsã expertus fuerit, & ideo huius rei expoſitionem Doctoribus relinquentes, ad tertiam dubitationem explicandam procedamus. Hanc ſic explicat D. Dionyſ. capitulo quarto, de diuin. nomin. ut dicat, quod amore eccſtatico Deus creaturas diligat cuius uerba ſic habent.

(Raptus Pauli quomodo fuerit & D. Thom. — Tertiã quæſtio utrũ, in Dei amore erga nos, ſit ec ſtaſis. — Dionyſ.)

Audendum autem & hoc pro ueritate dicere, quod & ipſe omnium cauſſa, pulcro & bono omnium amore per abundantiam amatiuæ bonitatis extra ſeipſum fit, ad omnia exſiſtentia prouidentijs, & ſicut bonitate, & delectione, & amore trahitur, &c. In quibus uerbis manifeſte declarat, qua ratione ecſtaſis ad diuinum amorem comparetur: ex eo. n. quod uirtus diuina in uarios effectus deriuatur, per creationem, & gubernationem, uel per ſuauẽ omnium rerum diſpoſitionẽ, ideo ecſtaſis in Deo inuenitur, quia extra ſe fit per boni proprij communicationem. Sed non eſt ecſtaſis in diuino amore ſic intelligẽda, at in Deo ſumma ſapientia, ſit aliqua mentis alienatio, neq; aliqui effectus, ſine præuia conſideratione, diſpoſiti; ſed tantum ꝙ ſe exerit diuina uirtus, ut exterius ſe communicet, & res creatas amare uelit. Non eſt præſentis inſtituti diſſerere, quemadmodum in Dei amore, quo uoluit fieri homo ꝑpter homines, ecſtaticus amor præcipue reperiatur: hoc. n. explicatur a diuinis Theologis, cum de myſterio incarnationis Dominicæ diſputationem inſtituunt.

Argumentorum ſolutio. His elucidatis, fere omnia argumenta in principio poſita confutata ſunt, niſi quod in ſecundo argumento quædam mouetur quæſtio, quam explicare oportet; Vtrum Prophetæ, in ſuis prædictionibus, & uaticinijs, ecſtaſim paſſi fuerint, ſaltem illam, quæ ad uim cognoſcitiuam ſpectat?

(Vtrum Prophetæ ecſtaſim fuerint paſſi. — Pro parte affirmatiua ar guitur.)

David. Pars affirmatiua ſuaderi uidetur ex ſanctis ſcripturis. Nam Dauid, eximius Propheta, ecſtaſim patiebatur, cum diceba in Pſal. Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mẽdax. & illud. Ego dixi in exceſſu mẽtis meæ, proiectus sũ a facie oculorum tuorum & iterum in alio Pſal. 67. Beniamin adoleſcentulus in mentis exceſſu. hunc autem mentis exceſſum, ecſtaſim interpretatur D. Hiero. in loco ſuperius citato. Deinde Prophetia ſæpenumero facta eſt in ſomnijs, ut patet ex multis ſacræ ſcripturæ locis, & ex omnium auctorum ſententia: at in ſomnijs maxima eſt mentis alienatio, quam ecſtaſis importat: non ergo eſt abſurdum concedere, quod Prophetæ in ecſtaſi uaticinia ſua eloquebantur.

Hierony. (Hieron.)

Oppoſitum huius aſſerit D. Hierony. in Prolog. ſuper Eſai. contra Montanum hæreticum ſic ſcribens: Non, ut Mõtanus ſomniauit, Prophetæ in ecſtaſi locuti ſunt, ut neſcirent quid loquerentur, & cum alios erudirent, ipſi ignorarent quod dicerent. de quibus Apoſtolus ait. 1. ad Timoth. 1. Neſcientes quæ loquebantur, nec de quibus affirmant. ſed iuxta Salomonem, ſapiẽs intelligit quæ ꝓfert de ore ſuo, & in labijs ſuis portabit ſcientiam. Itaque ipſi Prophetæ ſciebant, quid dicerent. Loquitur etiam de hac re D. Hierony. ſuper epiſtol. ad Epheſ. capitulo tertio, & in prolog. Abac. Et quoniam longum eſſet nimis recenſere ea quæ ad hoc propoſitum referuntur, uideatur D. Thom. 2. 2. q. 173 articulo 3. Nos etenim in huius rei explicatione approbamus eam ſententiam, quam habet D. Auguſt. lib. quæſt. in Gene. quæſt. 80. quod cum ecſtaſis fieri ſoleat in magnarum rerum reuelationibus, nemini dubium eſſe debet, quin prophetæ ecſtaſim nonnumquã paterentur. Sed D. Hierony. negat Prophetas eſſe paſſos, ſicut omnino neſcirent quid loquerentur: nam hæc fuit Montani inſania, de qua legendus eſt Euſeb. libro quinto, hiſtor. Eccleſ. capitulo decimoſexto, & decimo ſeptimo, & D. Thom. in loco dudum citato. Hęc de iſto articulo dixiſſe ſatis erat.

(Hierony. — Soluitur quæſtio. — D. Hierony. — D. Thom. — D. Auguſt. — Euſebius. — D. Thom.)

Sed fortaſſis non ab re erit hic commemorare effectus, qui in amantibus ex hac ecſtaſi oriri ſolent. Nam ex eo, ꝙ amans in perpetua eſt cogitatione de amato, & cura, auocatur calor a uẽtriculo ad cerebrum, unde ſequitur cruditas, & ſanguinis exhauſtio, & in ore pallor, ſimul ac in toto corpore, anhelitus item compreſſio, tum ex intentione uehementi animi ſuſpiria, potiſſimum uero ad aſpectũ, aut mẽtionem rei caræ, tamquam uideatur ſpiritus, ceu graui onere, leuari: accedunt quoque non raro lacrymæ, quoniam ex calore illo capitis colliqueſcit humor a cerebro diſtillans per oculos: cantillãt ſæpe amantes ad refocillandum animum contentione imaginationis defeſsũ: intentiſſime, & incõuenienter exſpectant rem caram, neque alio deflectũt oculos, utique nec cogitationem: eadẽ de cauſſa, modo ſeruent, modo fingent, neſciunt loco cõſiſtere, perpetua querimonia, laudationes importunæ, atque ineptæ. In amore, inquit Terentius, hæc omnia inſunt, iniuriæ, ſuſpitiones, inimicitiæ, induciæ, bellũ, pax rurſum. & quæ a Plauto in Ciſtellaria deſcribuntur amoris actiones, & opera. Credo, inquit, ego primum amorẽ apud homines carnificinam commentum. Iactor, crucior, agitor, ſtimulor, uertor in amoris rota miſer: & quæ ſequuntur. Sunt quibus uel perturbata, uel nimium intenta mens non ſinit longos ſermones facere, unum aut alterum uerbum dicunt longis interuallis, ut, o amores, uita, ſpes, ſuauitas, o formam cęleſtem, ac diuinam. Mirabiles ſunt huius amatoriæ inſaniæ effectus, & inter ſe ueluti contrarij. Homines grauiſſimi, ſi quid ualde amant, ſeruiunt etiam indignis, & fortiſſimi timent; & impudentiſſimi reuerentur; & auari mittunt munera; & demittunt ſe ſuperbi. cupiunt enim quacumque ratione animũ explere, & deſiderio ſatisfacere. Dominari ut poſſint (inqt Auſonius) ſeruire uolunt. quales ſunt qui in Principum comitatibus miſerrimam patiuntur ſeruitutẽ, ut aliquãdo dominatum exerceant. Reges quoque ipſi exercitibus ſuis, hominibus inſolentiſſimis, & perditiſſimis ſeruiũt, ut per illos latius poſſint regnare. Præterea, dũ amor eſt in ſqualore illo ingenti, impellit ad grandiora opera edẽda, & admiranda, quæ uires, ingenium, & facultatem excedunt, aggrediuntur res magni animi, pericula ſubeunt, atque ſuſtinent, profundunt patrimonia, nec pluris faciunt quam ſtipulas, & ſi dederit homo uniuerſam ſubſtãtiam pro caritate (ſicut eſt in Canticis Salomonis) hoc pro nihilo æſtimabit. Auget idem calor ingenium, excogitant rationes acutas, inueniunt conſilia, fundunt uerſus, exſiſtunt repente facundi. Hæc, & omnia alia opera, efficit hæc inſania amatoria, de qua D. Thom. ediſſerit in hoc articulo.

(Ecſtaſis effectus. — Terentius. — Plautus. — Auſonius.)

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI I.

ARticulus eſt perfacilis, & qui noſtræ explicationis non eſt indigus: oportet tñ explicare, quid ſit zelus, & unde originẽ trahat, & quomodo a zelotypia differat, & utrũ Deo noſtro competere poſſit.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum zelus ſit effectus amoris.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmans, quæ probatur in primis auctoritate D.Dion. dicentis cap. 4.de diuin.nomi. quod Deus appellatur Zelotes, propter multum amorem quem habet ad exſiſtentia. Eadem ueritas comprobatur euidenti ratione: Nam quãto uirtus aliqua intenſius tendit ad aliquid, fortius repellit omne contrariũ, & repugnans. Cũ igitur amor ſit quidã motus in amatum, ut Aug. dicit lib. 83.q.q.35.&36. hinc fit, quod intenſus amor, & feruẽs, q̃rat excludere omne qđ ſibi repugnat, & aduerſatur. Sed aliter hoc cõtingit in amore cõcupiſcẽtiæ, aliter in amore amicitiæ. Nam in amore cõcupiſcẽtiæ, qui uehementer, & intẽſe aliquid cõcupiſcit, mouetur cõtra id oẽ, qđ repugnat & aduerſatur cõſecutioni, uel fruitioni, uel etiã quieti eius qđ amatur: & hoc modo dicũtur uiri zelare uxores: Si eſt amor amicitiæ, præcipue quærit bonũ amici; unde ſi uehemens eſt, & intenſus, facit hominem moueri cõtra omne illud quod repugnat, & aduerſatur bonis amici, & iuxta hoc dicitur aliquis zelare pro amico, uel ꝓ Deo, qñ ea quę ſunt cõtra honorem, uel uoluntatem Dei, repellere pro uirili conatur.

Quid zelus.

Zelus dupliciter ſumit, ut hic ſcribit Caieta. cãliter, pro feruenti dilectione; & formaliter, pro triſtitia deficientiam ſibi, uel amicis. ſic definit Ariſtot. 2. Reth. ca. 8. in hoc uero arti. ſumitur formaliter, & ꝓprie. ad hmõi nãque triſtitiã ſpectat & zelus cõcupiſcẽtiæ, & amicitiæ: Ille. n. triſtatur de defectu ſingularitatis, uel excellentiæ, uel fruitionis, aut qetis; iſta de defectu alicuius boni i amico: & utriuſq; triſtitia ex amore oppoſiti boni ꝓficiſcitur, & contra ingerentes hmõi mala ſolicitat. Itaq; zelus cõcupiſcẽtiæ, eſt triſtitia animi, ſiue metus, ut aliquis potiatur eo, qđ ille ipſe cõcupierit; Zelus uero amicitiæ, eſt triſtitia animi, ſiue metus, ex eo, quod aliquis bonum amici impediat, uel impugnet. Differtq; inter zelum concupiſcentiæ, & amicitiæ: nam zelus concupiſcentiæ conatur repellere omnem illud qđ contrariatur, & impedit fruitionẽ, & plenã delectationẽ boni amati, in quantũ eſt bonum ſuum; & ſic uiri dicuntur zelare uxores ſuas uel alias feminas. Sed zelus amicitiæ, cũ præcipue quærit bonum amici, adnititur repellere oẽ quod contrariatur bonis amici; non propter ſe, ꝓpter utilitatem amantis, ſed propter bonum amici.

Caieta.

Concluſio Ariſtot.

Dionyſ.

Auguſt.

Duplex bonum.

Sed hic obſeruãdu eſt, ꝙ bonum, quod quis amat, geminũ eſt; unum eſt perfectum, quod pt a multis poſſideri ſimul; & ex amore eiuſdem boni, non cauſſatur zelus inuidiæ, uel indignationis: nullus. n. alteri inuidet cognitionẽ ueritatis, uel uiſionẽ lucis, quæ ſimul a multis cognoſci, & uideri poſſunt: uerumtamen de excellentia huiuſmodi cognitionis pt eſſe zelus, ex eo, ꝙ unus p alijs honoratur, ſed hoc iã pertinet ad bona imperfecta & temporalia. Aliud eſt bonum imperfectum, & deficiẽs, atque exiguũ, qđ ſimul a multis poſſideri non pt: & ex amore talis boni, qñ eſt immodicus, & inordinatus, gignitur zelus, ut de honorib. & delectationibus ac ceteris id genus.

Quia ratione differant zelus & zelotypia.

Quo autem differat zelus, & zelotypia, uel ex ipſo noie euidentiſſimũ eſt. Nã zelotypia, ut nomen ipſum ſonat, zelus eſt de forma: itaq; eſt triſtitia ex eo, ꝙ quis potiatur forma aliqua, quã ille ipſe concupierit. Zelus uero, nomen cõmune eſt, ut ſignificet triſtitiã, quæ cauſſatur ex eo, ꝙ quis potiatur bono, qđ nos ipſi cõcupiſcimus. Et q̃dẽ zelo mouemur, tũ pro Deo, tũ pro amico, tũ pro bono proprio. Et pro Deo quidẽ dicitur quis zelare, qñ ea quæ ſunt contra honorẽ, uel uoluntatem Dei repellere pro uirili conatur, ſicut legitur de Helia 3.Reg 19. Zelo zelatus ſum pro Domino exercituũ, quia dereliquerũt pactũ Domini filii Iſrael. & Nume 25. de Phinees dicit Dominus; Auertit Phinees irã meã a filiis Iſrael, qa zelo meo ſuccenſus utrum Iſraelitam, & mulierem Madianitã interfecit, coeũtes ſimul. Ad idem pertinet illud; Zelus Domini exercituum comedit me. Pro amico autẽ zelare dicitur aliquis, quãdo ea quæ ſunt, uel dicuntur contra amicũ, depellere, & auertere ſtudet. Zelus tertij generis oritur pro bono proprio, quo quis indignatur aduerſus eos, qui habent, uel quærunt habere conſortiũ in re amata: & iſte zelus eſt ſuſpitionibus plenus, & proprie zelotypia nũcupatur: de quo dicitur Num. 5. Si ſpiritus zelotypiæ cõcitauerit animum contra uxorem, &c.

3.Reg. 19.

Numer. 15.

Nume. 5.

Sed iam rõ expoſtulat ut explicemus; Vtrũ zel' Deo cõpetere poſſit? Et quidem ſi accipiatur zelus ꝓprie, pro triſtitia, & ægritudine animi, quę cauſſatur ex eo, quod quis potiatur illo, qđ ipſe concupierit, euidentiſſimũ eſt quod in Deo non inueniatur; ſiquidẽ in Deo nulla eſt triſtitia, nulla animi ægritudo: ſi uero zel' accipiatur pro feruẽti amore, abſque dubio zelus ꝓpriiſſime in Deo inuenitur, imo Deo ꝓprium epithetum eſt, & appoſitum, dici De' zelotes. Vnde Exhod. 20. ait Dominus. Ego Deus zelotes, uiſitans iniquitatẽ patrũ in filios, in tertiã & quartã generationẽ, & faciens miſericordiã in millia his qui diligunt me. Sed zelũ hunc amoris diuini erga nos, explicauit D. Cant. ultim. cum dicit: Fortis eſt ut mors dilectio, dura ſicut infernus æmulatio, lãpades eius lãpades ignis atq; flammarum; aquę multæ non potuerunt extinguere caritatem, nec flumina obruent illã. Si dederit hõ oẽm ſubſtantiam domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihilũ deſpiciet eã. His uerbis explicat elegãtiſſime ſanctã zelotypiã erga genus humanum, & ſponſam ſuam Eccleſiã. Quorum uerborũ ſenſus ut nobis innoteſcat, aduertendũ eſt, ſponſum, uſq; in hunc locum, non oſtendiſſe, neq; uero manifeſtaſſe ſponſæ amorem, quo eam proſequebatur, quin potius inter nonnulla dilectionis, & ſuauitatis uerba, quædam alia, non ita ſuauia proferebat, ut paulatim ipſa ſponſa amorem, quo a ſponſo diligebatur, aduerteret, & contẽplaretur: poſtquã autem id iam ſponſæ animo manifeſtum agnouit, decreuit clariſſimis uerbis, omnibus relegatis ambagibus, dilectionem ſuam patefacere, ut ab incepto amore ſponſa non deſiſteret. qua de cauſſa ante prædicta uerba ſubiungit; Pone me ut ſignaculum ſupra cor tuum, ut ſignaculũ ſuper brachium tuum: quaſi diceret; Attende iam quæſo, quibus te dilectionis ſignis fuerim proſecutus; memento qua ratione te ipſam dilexerim: in cuius rei rationem id a te exopto, ut numquam ab incepto amore retrocedas, ſed me ipſum in corde tuo deſcriptum habeas, in eo mei ſimilitudinem, ac imaginem geras, atque nullius alterius effigiem ibi repræſentari permittas: ita effigiem meam in corde tuo ut ſcribas, ac depingas uolo, quaſi ſigilli figuram ceræ liquefactæ hærere uidemus: & ſicut a ſigillo in ceram, una tantum prouenit imago, atque figura, quæ ſcilicet, in ipſo ſigillo ſculpta, ac depicta eſt; ita in te mea tantum effigies locum habeat, nullam admittas aliam, & meam ita in te hærere uolo, ut potius cor tuum in diuerſas partes diuiſum ſit, quam ab eo mei ſimilitudo ſeparari poſſit, in eoque alia imprimi, atque deſcribi: pone me igitur ut ſignaculũ ſuper cor tuũ. Neque hoc contentus, eodem amoris merito deſidero, atque exopto, ut ponas me tamquam ſignaculum ſuper brachium tuum; deſidero ſiquidem ut non ſolum cogita-

Vtrum zelus Deo competat.

Zelus aliter eſt de amore amicitiæ aliter de amore cõcupiſcẽtię

Exhod. 20.

Cant. ult.

cogitatione mihi ſemper adſis, ſed etiā ut operibus exterioribus me ipſum quæras, ad me tendas: quod p̄ſtare poteris, ſi me tamquam ſignaculum ſuper brachiū tuum ponas, ac deferas. Quemadmodum qui litteris, aut ſcriptis ſuis ſigillo fidem facere conſueuerunt, ſecum ſigillū in manu deferūt, ne alij litteras falſificare, aut immutare poſſint; ita a te peto, vt me ī operibus tuis, tāquā figurā, & effigiē, imprimas: & ne alius his ſe admiſcere poſſit, ī manu me, in ſignū, deferto, in manu inquā, quæ ſēper nobis adeſt, p̄ſto conſpectui repræſētatur: pone me ergo, vt ſignaculum ſuper brachium tuum. Neque immerito id me a te exigere intellige: amor namque tuus ita cordi meo impreſſus manet, ita animo meo inhæſit, ut nec mortem, quam nullū mortalium ſuperare poſſe intelligis, eo fortiorē eſſe videā: ſi mo me ipſū ea ſubiecit ratione, qua mors cunctos viuentes ſolet, in oībus voluntatis ſuæ decretū opemādans, abſq; eo, ꝙ eius vis ab aliquo reſcindatur: Fortis enim eſt, vt mors dilectio. His vt adiungas vnicum erga me amorē, volo ac deſidero: Dura eſt .n. ſicut infernus æmulatio. Amatoribus namq; id cōe eſt, vt moleſtiſſime ferant amoris habere conſortē. Qua de cauſſa maiori lætitia erunt affecti, & magis pacato ferēt aīo, ſi eis dicatur, ecce ſepulchrum ubi ſtatim ex ſepeliendus; q̄ ſi audiant, quā diligis aliorum delectatur dilectione, atq; amore. Hac igitur de cā me ſolū amato, ſicuti ēt amor meus, quē erga te habeo, id ipſū meretur, & expoſcit. Vt aūt amoris ſui magnitudinē exponeret, ſubdidit; Lāpades eius lāpades ignis atq; flammarū: ac ſi diceret; ſunt carbones, non cuiuſuis ignis, ſed fortiſſimi, ignē noſtrū longo ſuperantis interuallo: ignis ſiquidem noſter, aqua extinguitur; amoris aūt ignis non ſuperatur, ſed oēs exſuperat aquas, ac vīcit: immo vero aquis aduenientibus, magis ac magis accēditur. Aquæ ſiquidē multæ non potuerunt extinguere caritatem, neq; flumina obruent illā. Adeo eſt amoris ignis fortis, ut nec etiā donis, aut muneribus flecti ulla ratione poſſit: non .n. ad hæc inclinatur qui magnificus eſt, atque nobiliſſimas ignis: quapropter ſi dederit hō oēm ſubſtantiam ſuā pro dilectione, tamquam nihilum deſpiciet eam. Cum igitur amor, quo te proſecutus ſum, ait ſpōſus, has habeat perfectiones, iuſtiſſimum exiſtimo futurum, ſi æquo animo vicem reddas. Optime ergo dictum eſt, zelum, pro amore feruentiſſimo acceptum, in Deo inueniri.

Prima concl. *Secunda.* *Osea 9.*

ART. QVINTVS.

Vtrum amor ſit paſſio læſiua amantis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Amor boni conuenientis, eſt perfectiuus, & ita vt dixerim, melioratiuus amantis: vnde homo maxime perficitur, & melioratur per amorem Dei. Probatur hæc Concluſio. Amor .n. ſignificat inclinationem, vel coaptationē appetitiuę virtutis ad aliquod bonum, vt antea dictum eſt: nihil aūt ex eo, qđ coaptatur ad aliquid; quod eſt ſibi conueniens, læditur, aut detrimentum hēt, ſed magis, ſi ſit poſſibile, perficitur, & melioratur.

Secunda Concluſio. Amor boni, quod nō eſt conueniēs amāti, eſt læſiuus, & deterioratiuus amantis; vñ maxime lęditur homo per amorē peccati, ſecundum illud Oſeæ. 9. Facti ſūt abominabiles ſicut ea, q̄ dilexerunt. Hęc concluſio patet manifeſte: Nā quod coaptatur ad aliquid, quod nō eſt ſibi cōueniens, ex hoc ipſo læditur, & detrimentū hēt. Itaq; ſi ſit ſermo de amore, quātum ad id quod in eo formale eſt, quantū .ſ. ex parte appetitus, vtraq; concluſio ſuperius poſita, verum hēt: ſi vero fiat ſermo de eo quod eſt materiale ī paſſione amoris, qđ eſt immutatio aliqua corporalis, veluti dilatatio cordis, aut conſtrictio, accidit, ꝙ amor ſit læſiuus, ꝑpter exceſſum immutationis, ſicut accidit in ſenſu, & in oī actu virtutis animæ, qui exercetur per aliquam immutationem organi corporalis.

Tertia Concluſio. quā hēt D. Th: in ſolu. 1. Amori tribui poſſūt quattuor effectus proximi, ſ. liquefactio, fruitio, lāguor, & feruor: inter quæ primū eſt liquefactio, quæ opponitur congelationi: ea .n. quæ ſunt congelata, in ſeipſis conſtricta ſunt, vt nō poſſint de facili ſubintrationē alterius pati. Ad amorē aūt pertinet quod appetitus coaptetur ad receptionē boni amati, ꝑ ut amatū eſt, in amante, ſicut iam dictum eſt: vñ cordis cōgelatio, vel duritia, eſt diſpoſitio maxime amori repugnās: Sed liquefactio importat quādam cordis mollificationē, qua exhibet ſe cor habile, vt amatū in ipſū ſubintret. Si ergo amatū fuerit pręſens, & habitū, cauſſatur delectatio, ſiue fruitio; ſi aūt fuerit abſens, cōſequuntur duæ paſſiones .ſ. triſtitia de abſētia, q̄ ſignificatur ꝑer languorē. Vñ Tullius in 3. Tuſc. maxime triſtitiā, ęgritudinē nominat. Deinde etiā conſequitur ex abſētia amati, deſiderium intensū de conſecutione amati, quod ſignificatur per feruorem. Hæc D. Th.

EXPLICATIO ARTICVLI.

EA q̄ hic ab auctore dicunt̄ faciliima ſunt, & euidenter explicata. Sed non erit ab re, paucis explicare, qūo languor ſit effectus amoris: hoc .n. & ad ædificationem morum erit neceſſarium, & ad intelligentiam articuli non inutile. *Tertia.*

Quomodo languor ſit amoris effectus.

Quod languor ſit effect⁹ amoris, patet ex illo Cāt. 2. Fulcite me floribus, ſtipate me malis, quia amore lāgueo. & c. 5. Adiuro vos filiæ Hieruſalem, ſi inueneritis dilectum meū, vt nūcietis ei, qa amore langueo. Hic effectus ex amore naſcit̄, vel ex eo, qđ vulgo dici ſolet, & in prouerbiū, iā ore decātatū aſſeritur; Aīam potius ac p̄cipue eſſe ubi amat, quā vbi aīat. Qñ ergo id qđ diligitur, lōgius ab amāte recedit, magiſq; ab eo elōgatur, amās, deſiderio, mēte, ac cogitatione rē proſequitur dilectā, & iō minus corpori ſuo cōicat: quin potius amatū ꝑſequendo, a corpore ſuo elongatur atq; ita ipſum corpus, vel derelinquit, uel ſaltē ita lāguidū, ac infirmum reddit, vt id ſenſibilibus, ac perſpicuis appareat ſignis. Id enim oſtendit faciei pallor, cordis ſubiti motus, & alia quæ ab hac alienatione procedunt. Hinc prouenit illud, quod amantes de re amata conquerentes, dicere ſolent. quod & apud Poetas vſitatum eſt, cum rem amatam, animam ſuam vocant, ac profitentur cor ſuum a ſe ſubtractum, libertate ſua eſſe deſtitutos, viſcera deprædata: quod non hyperbolice dictum exiſtimes, ſed vere. ita accidit ad modum a me ſuperius explicatum. Ex quo conſequens eſt, propriam huius animi deliquij, & infirmitatis, atque languoris medicinam eſſe, præſentia rei amatæ frui: hæc ſola poteſt tanto malo mederi.

Cant. 2. Cant. 5. *Quatuor amoris effectus.* *Liquefactio.* *Delectatio.* *Languor.* *Cicero:* *Feruor.*

Sed iam operæ pretium erit verba ſponſæ ſuperius poſita breui exponere. Fulcite, inquit, me floribus. Hebræi legunt, fulcite me vinis: ſed quo ad ſenſum, nihil refert: nam odores, & vinum, reuocant deliquium animi: vnde per metaphoram dicit, fulcite. Si legatur,

gatur, fulcite me vinis, ſiue vaſis, forte alludit ad vinũ illud, quod guſtauit in conclaui ſui ſponſi. Stipate me malis, corroborate me malis, quia amore langueo: hic lãguor, propriè corporis nõ eſt, ſed animi grauis afflictio, & hinc ſequitur corporis infirmitas, & defectio. Et quia huius languoris remedium præſentaneũ ſit, præſentia rei amatæ, explicat Spõſa cũ ſubiungit, Læua eius ſub capite meo, & dextera il- *Concl:* lius amplexabitur me Hoc, inquit, eſt mei languoris remedium, hoc antidotũ efficax; ſi dilectũ meũ coram *Dion.* me habeã, ſi ſigna dilectionis oſtendat, ſi mihi ex aĩo cõdoleat, ab eo ſalutẽ, & vitã exſpecto, ſi veniret, ſi ſuis brachiis amplecteretur. Neq; Sponſus, videns Sponſæ ſuæ aĩi deliquiũ, diu diſtulit remediũ, cõtinuo adfuit & brachiis eſt illam amplexatus, qđ cũ feciſſet, Spõſa inter amplexus ſuauiter obdormiuit at Sponſus, ne quis illã a ſomno excitaret, his verbis admonuit. Adiuro vos filiæ Hieruſalẽ per capreas, ceruoſq; cãporũ, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam quoad vſq; ipſa velit. Adiuro vos, inquit, per capreas: eſt venatorũ iuramẽ ſuſcitetis dilectã, i. amores meos, delitias meas. Hæc de iſto articulo di- *Concl.* xiſſe ſatis eſt, ad alium articulum accedimus.

EXPLICATIO ARTIC.

IN hoc artic. explicandũ erat, quemadmodũ oĩs motus, & affectus aĩi noſtri ex amore gignatur & in amorẽ tẽdat, niſi proxe ſatis ſupius eẽt a nobis explicatum. Ex qua doctrina ſequit (qđ nonnũquã docet & diuinæ lĩæ, & ſãcti Patres) quod ordinato, & bñ cõſtituto aĩa amore, oẽs ceteri animi noſtri affectus morigerati ſunt, & ex ordine cõſtituti; verũ ſi hic affectus aĩi noſtri nõ ſit recte cõpoſitus, oĩa noſtra, tã interiora, q̃ exteriora, perturbata ſunt, atq; confuſa. De huius amoris inordinati remediis, pauca documenta, ex multis, q̃ apud auctores inueni, proponã. In primis *Remedia ad immoderatum amorem minuendum.* minuitur amor, inter initia, haud magno negotio: iõ amorum magiſter principiis monet abſtinere. & in Tragœdia: Quiſquis primo obſtitit, pepulitq; amorem, tutus, ac victor *Concl.* fuit Deinde, ſicut crebra cogitatione augetur amor, ſic ſi alio conuertas cogitationem, minuitur, & tandem deficit.

Otia ſi tollis, (inquit ille) periere Cupidinis arcus, *Aug.*

Amatori, cuius p̃ amore mẽs fere emota ẽ, opus eſt vt paulatim aĩus, tãquã ex peregrinatione, domum reuocetur, p muſicen, per cõuiuia, per epulas, per vinũ, fere uſq; ad ebrietatem, vt non immerito dixerit *Pri. conc.* veteres: Sacra Liberi pertinere ad aĩi purgationem: per oẽ genus luſionum, & exhilarationis. Conducit etiã aperire venam, quo prior ſãguis effluat; & nouus ſuccedat, vñ & noui ſpũs orian- *Secun. conclusio,* tur. Conducit ẽt maxime rem amatam numquam videre, de eã numquam proloqui, omnino abſtinere, fugere. Adiuuat ẽt, & potiſſimũ, D. ũ precari. Hæc de amore, quæ potuimus; cuius vires, vt ſunt magnæ & incredibiles, ita & nobis inextricabiles. Amore ſumus conditi, amore perficimur, amore beamur, maxima ſunt amoris, profundiſſima, recõditiſſima, & incomprehenſibilia myſteria. Sint ta- *Tert. con.* men a nobis hæc in præſentia explicata.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum amor ſit cauſſa omnium quæ amans agit.

SVMMA TEXTVS.

COncl eſt affirmãs: quã probat D. Tho. in primis ex auctoritate D. Dionyſ. qui c. 4. de diui. nomi. ſcribit. quod propter amorem, boni omnia agunt, quæcunque agunt. Deinde ſic probat. Nam omnis agens agit propter finem aliquem, vt ante dictum eſt. finis autem eſt bonum deſideratum, & amatum vnicuiq; vnde manifeſtum eſt, quod omne agẽs, quodcumq; agit, ex amore agit.

QVAEST. XXIX.

De odio, hæc quæſtio habet articulos ſex.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum cauſſa, & obiectum odij, ſit malum.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmatiua, quæ probatur in argumẽto, Sed cõtra, optima ratione. Nã odiũ, amori oppoſitũ eſt, atq; contrariũ: ſed obiectum amoris eſt bonũ: ergo obiectum odij, malũ eſt. Exponit D. Th. hanc rationẽ in corpore: ſicut enim amor eſt conſonantia quædã appetitus, in id, qđ ut conueniens, atq; conſentaneum apprehẽditur; ita odiũ eſt q̃dã ipſius appetitus diſſonantia, erga id, quod vt malũ, & nocuum cõcipitur. Quapropter ſicut oẽ quod conueniens iudicatur, boni rõnem habere dicitur; ita ẽt, quod diſſonum, & nocuum videtur, rationem habet mali: & propterea ſicut bonum, amoris obiectũ conſtituitur, ita malũ, ipſius odij nuncupatur obiectum.

ARTI. SECVNDVS.

Vtrũ odium ex amore cauſſetur.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmans: cuius rationem breuiſsimam D. Th. aſsignat. Nihil etenim odio habetur, niſi ex eo, q contrarium indicatur rei amatæ: ergo odium ex amore, quem ad rem aliquam habemus, oritur. Qua de cã dixit D. Aug. 14. de ciui. omnes aĩæ affectiones ex amore, tãquã ex cauſſa, originem habere.

ART. TERTIVS.

Vtrũ odium ſit fortius amore.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Odium non poteſt eſſe fortius amore. Probatur. Nullus effectus fortior eſt ſua cauſſa efficiente: ſed amor eſt cauſſa odij, vt dictũ eſt: ergo odium non poteſt eſſe fortius amore.

Secunda Concluſio. Simpliciter loquendo, amor fortior eſt odio. Probatur: qm̃ fortius mouetur aliquid in finẽ ipſum, q̃ in id, quod eſt circa finẽ: ſed amor ẽ motus in ipſum finem, & bonũ, & odiũ, qđ eſt receſſus a malo, ordinatur ad cõſecutionem finis: ergo ſimpliciter loquendo, amor odio fortior eſt. Cõfirmat hanc concl. D. Th. in argumento, ſed contra. Nã bonũ, fortius eſt malo, quippe cũ malũ non agat, niſi in virtute boni: vt docet D. Dion. c. 4. de diu nom. Sed odiũ, & amor differunt ſecundũ boni, & mali differentiam: ergo amor fortior eſt odio.

Tertia Cõcluſio. Aliquando fortius videtur odiũ ipſo amore: primo quidem, quia odiũ eſt magis ſenſibile, quã amor, cum perceptio ſenſus ſit in quadã immutatione; &

quando aliquid immutatum eſt, non ita ſentitur, ſicuti qñ immutatur; & ideo repugnantia eius, quod odio habetur, magis eſt ſenſibilis, quam conuenientia eius, quod amatur, ut patet in febre hectica, cuius calor, quamuis maior ſit calore tertianæ, nõ tamen ita ſentitur, quoniam calor hecticæ uerſus eſt in habitum, & quaſi in naturam. Deinde, quã nõ comparatur odium ad amorem ſibi correſpondentẽ: nam ſecundum bonorum diuerſitatẽ, eſt diuerſitas amorum, in magnitudine, & paruitate, quibus odia oppoſita proportionantur: vñ odium, quod maiori amori correſpõdet, magis mouet, quam minor amor.

ARTIC. QVARTVS.

An aliquis poſsit odio habere ſeipſum.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Impoſsibile eſt; ut aliquis per ſe loquẽdo, odio ſeipſum proſequatur. Probatur. Vnuſquiſque.n.appetit id, quod ſibi bonum iudicat, adeo ut nihil, niſi ſub rõne boni poſsit appetere, vt docet D. Dionyſ. c. 4. de diui. nom. Ergo unuſquiſq; amat ſeipſum, & ex cõſequenti nõ poteſt ſeipſum odire.

Secunda Concluſio. Per accidẽs poteſt ſeipſum aliquis odio habere: primo quidem, quia per accidens põt aliqs ſibi malum uelle, atque deſiderare, ex eo ꝙ illud, quod reuera malum eſt ſibi, tãquã bonũ ſibi appetit: Deinde vero, qm̃ hominum aliqui amãt id quod non ſunt, & odio ꝓſequũtur id, quod ſunt: homo .n. præcipue eſt mens, & anima, ea rõne, qua id quod pcipuum eſt in aliqua re, dr̃ ipſa res, ſicut ciuitas dr̃ rex qa eſt in ea præcipua pars: præcipua autem hominis pars, eſt mens, & anima. Aliqui vero exiſtimant ſe eſſe illud, quod ſunt ſecundum corporeã, & ſenſibilem naturam, & ſecundum hanc rationem amãt ſeipſos, & ſecundum aliã, iuxta quam eſſe dicũtur, ſeipſos odio habent, dum uolunt cõtraria rationi: & utroq; modo, ille qui diligit iniquitatẽ, odit non ſolũm animam ſuã, ſed etiam ſeipſum.

ART. QVINTVS.

Vtrum aliquis poſsit odio habere ueritatem.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Bonum, cum ipſum omnia appetant, non poteſt odio haberi, neq; in vniuerſali, neque in particulari. Vnde ſi quiſpiam odio habeat bonum aliquod in particulari, ex eo prouenit, quia hẽt aliquod malũ admixtũ.

Secunda Concluſio. Neq; ens, neque uerũ poteſt odio haberi in uniuerſali: qa diſſonantia, eſt cã odij; conſonantia uero, eſt cauſſa amoris: in ente uero, & in uero in uniuerſali, omnes conuenimus.

Tertia Concluſio. Nihil ꝓhibet in particulari quoddam ens, & quoddam verum odio haberi: nam contingit, quoddam ens, & quoddã verũ tripliciter voluntati repugnare, vel cõtrariari bono amato: vno modo, ꝓut eſt originaliter in ipſis rebus, & ſic homo odit aliquã veritatem, dũ vellet non eſſe verũ, quod eſt verũ: alio modo, ꝓut veritas eſt in cognitione ipſius hominis, quæ impedit ipſum a conſecutione amati, videlicet, ſi uelit non cognoſcere ſi dei ueritatẽ, ut liberius peccaret: tertio modo, odio habetur veritas particularis, in quantum eſt in intellectu alterius, puta, cum aliquis vult iacere in peccato, & odit, quod aliquis ueritatem circa peccatum ſuũ cognoſcat, & ipſum redarguat, ut ſcribit D. Auguſt.

ART. SEXTVS.

Vtrum uniuerſale poſsit odio haberi.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Si ſit ſermo de odio, quod eſt ap

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vt ea quæ hic ab auctore dicuntur, melius intelligantur paucis explicandum, quid ſit odium, & quomodo diuidatur, & in q̃ ſeſe poſſit extendere; tandẽ in quibus poſſit inueniri; an ne Deus proprie aliquẽ odio habeat. Vt igitur a definitione exordiamur, odium uarie definitur. *Quid odiũ ſit. D. Tho.* Odium (inquit D. Tho) eſt diſſonãtia quædam appetitus, ad id qd̃ apprehenditur, vt repugnans, & nociuum: ſic ouis odit lupum, quatenus apprehẽdit eum, vt ſuæ naturæ repugnantem, & nociuum. Sicuti aũt omne conueniens, in quãtum huiuſmodi, *Prima cõcluſio.* habet ratõnẽ boni; ita omne repugnans, in quantũ huiuſmodi, habet rationem mali. & ideo, ſicut bonũ eſt obiectũ amoris, ſic malum eſt obiectum odij In huius definitionis explicationẽ *D. Dionyſ.* ſcribit Caietan. *Caiet. Quid ſit obiectum odij.* ꝙ obiectum, & cauſſa odij, nõ eſt malum ſimpliciter, *Secunda.* ſed malum huic, qđ eſt quoddã ens, quod non eſt malum huic, ĩ quantũ ens, ſed in quantum tale ens, quia ſic repugnat: percutiens enim me quoddã ens eſt, repugnãs mihi, non in quantum ens, ſed ſolũ in quantum tale, ſcilicet, offendẽs me, ſicut aqua eſt mala igni, in quãtum contraria igni, non in quantum ens.

Illud ẽt obſeruandũ eſt, auctore Caietan *Caiet.* ꝙ in rebus, quæ cognitione carẽt, & habent tantummodo appetitum naturalem, ut lapis, & elementa, eodem actũ numero diſcedunt a loco ſibi diſconuenienti, & accedũt ad locum ſibi cõſentaneum: lapis enim eodem motu deſerit locũ ſuperum, & accedit ad locum inferũ: itaque in his rebus eadem eſt cõſonantia ad bonũ & diſſonantia ad malum. At res, q̃ cognitionem habent, & ſequuntur apprehenſionem potentiæ cognoſcitiuæ, alio *Prima cõcluſio.* actu amant id, qđ ſibi conueniens exiſtimãt: alio actu odio habent, quod ſibi nociuũ eſſe arbitrantur, ſicut copioſe dictum eſt, cum actum eſt d paſſionibus in uniuerſali, *Secunda.* & in cõi. Alij vero Doctores ſic (& id quidem explicati*) definiũt odium. *Alia definitio odij.* Odium ẽ offenſio animi ex malo apprehẽſo: *Tertia.* eſt porro malum, qđ nos offendit, qđ qđ eſt aduerſũ nobis, ac incõuenienti, & cõgruẽtiæ nr̃æ inimicũ, quemadmodum offendimur, cum deforme aliquid intuemur, vel abſurdos ſonos audimus. Congruẽtia autem hęc, vel eſt in corpore, vel in animo. In corpore cõgruentia, eſt harmonia illa, & congrua compoſitio, qua recte ualemus; quæ cũ aduerſo motu attingitur, offendimur, ut plaga, uulnere, fame, ſiti, & eiuſmodi. In animo uero cõgruentia ẽ, primum in ſenſibus: habent enim *Auguſt.* ſinguli ſenſuum cum certis rebus conuenientiam, *Prima congruentia animi quomodo ſit in ſenſibus.* a quarum cõtrariis, & repugnantibus offenduntur, & ſic ea auerſantur, & odio habent. *Prima cõcluſio.* Eſt altera cõgruen-

Secunda congruentia in ſenſibus interioribus.

Tertia congruentia in ratione.

gruentia in interioribus ſenſibus, veluti in imaginatione, & æſtimatiua: vñ in ſomnijs & delectationes verſantur, & terrores, quos, vt res a natura cõtra alienas, refugimus, & auerſamur. Eſt item congruentia in rõne, & hæc duplex: altera, circa veritatem, & id quod ſolũ ſcitur; altera, circa id quod agit, quod verſatur in adminiſtratione, & vſu prudentiæ. Mendacium oẽs odio habemus, & eo offendimur, alioqui ait delectat compoſitio, & artificium in mentiendo. Circa vitæ actiones, in quibus prudentia potiſſime locum habet, & imperium, tanta e diuerſitas in iudicãdo, vt ſit incredibile dictu, q̃ uarie exiſtant ex eo offẽſiones, vt uix duos reperias, quibus idem placeat. Quarta ꝓportio, & cõſonantia, eſt voluntas de eo, quod iudicatum eſt cuiq; bonum: ex quo ſeqtur offenſio, & odium in contrarium, tamq̃ damnoſum, & repugnans nr̃o bono. Odium aũt, & offenſio voluntatis eo eſt grauior, quo interius penetrat: pcipua n. pars cuiuſq; quę eſt, quod eſt in ea intimum; voluntas aũt, & cor, in nobis intimum eſt: vñ grauiſſimæ oĩum offenſiones ſunt in voluntate; minus graues in rõne; tum in ſenſibus, poſtremo in ſenſu corporeo: vñ ẽt eſt, ꝙ neq. offendimur ijs, q lædunt corpus, ſi voluntas non auerſetur. In ſenſatione eſt offenſio vel odium quod. n. non ſentitur, neq; offendit, neq; diſſonat, vt homo muſcis offenditur, non elephantus, qui eas non ſentit. Ex his patere ſatis arbitror, quid ſit odium, ſiue offenſio animi noſtri. De varietate autem iſtarum offenſionum, dicemus diligenter in ſequentibus.

Secunda.

Quarta conſonantia eſt voluntas.

petitus ſenſitiui. Tunc dicendũ eſt, quod ſi vniuerſale capitur pro eo, quod abſtractũ a conditionibus indiuiduãtibus, & ſeparatum ſit a materia indiuiduali, in quod nulla potentia partis ſenſitiuæ poteſt, odium appetitus ſenſitiui, non poteſt eſſe ad aliquod vniuerſale.

Secunda Concluſio. Si accipiatur vniuerſale pro eo, cui põt accidere abſtractio vniuerſalitatis, ſicut dicitur ď colore, quod ſecundũ genus eſt obiectũ uiſus, non vt hic color; ſic odium ſenſitiuæ partis põt reſpicere aliquid in vniuerſali, ſiue vniuerſaliter; qa ex natura communi aliquid aduerſatur animanti, & non ſolum ex eo, quod eſt quædã natura particularis, ſicut oui lupus, vnde ſemper eum fugit; & furem, & calumniatorem odit vnuſquiſque, ſecundum Ariſt. 2. rhetor. Sed ira ſemper cauſſat ex aliquo actu particulari, lædẽte, & iniuriãte; & ſic ſemper reſpicit aliquod obiectũ particulare.

Tertia Concluſio. Si ſermo ſit de odio partis intellectiuæ, poteſt eſſe vtroque modo reſpectu vniuerſalis: nam intellectiua pars vniuerſalium comprehenſionem conſequitur.

Odij diuiſiones.

Caiet.

Nunc oſtendendum eſt, quemadmodum odiũ diſtribuatur, & in varias ſpecies diſcindatur. Pro quo ſciendum eſt ex Dño Caiet. ꝙ quemadmodum amor diuiditur in amorem amicitiæ, & concupiſcentiæ ita odiũ, in odium oppoſitum amori concupiſcentiæ, quod nomẽ proprium non hẽt, & vocatur hic a Dño Caie. odiũ abominationis, & in odium inimicitiæ. Et ſicut amare, eſt velle bonum alicui, ex quo duo in ſe includit bonũ qd amatur, & amicũ cui bene volumus ſic ſane ĩ odio duo includuntur, malũ, quod abominamur, vel auerſamur, & pſona, cui illud malũ cupimus, vel a qua illud malũ abeſſe deſideramus. Odiũ igitur, quod opponitur amori cõcupiſcentiæ, eſt offenſio aĩ vel diſſonãtia ad id qđ apprehendimus, vt repugnans, & nociuũ; & ſic odio habemus flagella, vulnera, famẽ, ſitim: & de hoc odio potiſſime loquitur D. Tho. in pſenti qſtione, q eſt paſſio animi contraria amori: datq; eſt homini hæc aĩ offenſio, ſiue odium, vt ad primum veluti mali intuitum, & apprehenſionẽ, ſtatim reſiliat, & non pgrediatur ultra, ne in pniciem ſuam, & exitium pgat. Odium vero inimicitiæ, eſt diſſonantia ad id, qđ apprehendimus, vt malũ, & nociuũ, ſed id quod apprehendimus, vt malũ, & nociuum, inimico volumus, q maxime nobis diſſonat, & quem maxime auerſamur. Itaq; differt inter odiũ concupiſcẽtiæ, quod vocatur offenſionis, ſiue abominationis, & inter odiũ inimicitię: qđ in odio offẽſionis auerſamur, fugimus, nolumus malũ, quod exiſtimamus nobis nociuu, aut repugnans; in odio inimicitiæ volumus malum, & nociuũ inimico, quẽ maxime auerſamur, deteſtamur, fugimus. Quę ſi recte intelligantur, pſpicietur facile, quo modo odiũ ſemp in diſſonantia, & offenſio,

Odiũ offenſionis.

Odium inimicitiæ.

ne conſiſtat. Sed nũc, (vt ego iudico) nõ diſputat S. Thõ. ex profeſſo de odio inimicitiæ ſed de odio offenſionis, ſiue abominationis. Offenſiones vero cuiq; peculiares, in infinitum variç ſunt. alij ferę ſtridorẽ ferre non pñt, alij grunnitum ſuis, alij mordere linteũ, alij frangi vrnam aridẽ, tẽ forcipe: ſũt quos offendit geſtus ad certũ modũ cõpoſitus, ſeſſio, inceſſus, motio manꝰ, locutio: ſũt quos ruga alicuiç veſtis q̃s ualeat explicare faſtidia, & odia huius animantis? nec ipſe tolerabilis eſt cuiquã, nec põt alia tolerare. His explicatis, ꝓficiſcamur, vt explicemus, q̃ ſunt illa, q̃ odiũ, aut faſtidium generare nõ poſſint, q̃bus nũquã homines offenduntur? Pauciſſima ſũt illa, & q̃ paucis enumerari pñt. In primis nemo põt odio habere ſeipſum, p ſe loquendo: naturaliter. n. unumquodque appetit bonum, neq; põt aliquid ſibi appetere, niſi ſub rõne boni: nã mal ũ eſt pter uoluntatem, ut Diony. dicit c. 4. de diui. nomi. Amare aũt aliquem, eſt uelle ei bonum, vñ neceſſe eſt, ꝙ aliquis amet ſeipſum, & impoſſibile eſt, ꝙ aliquis odiat ſeipſum, p ſe loquendo. Vñ eſt quod Apoſtolus dixit ad Ephe. 5. Nemo carnẽ ſuam odio habuit. Deinde, nemo põt odio habere bonũ ſub rõne boni; qa bonum eſt, qđ oĩa appetunt: & ideo, qđ appetitur, ſub rõne boni appetitur. Ex quo liquido cõcluditur, ꝙ bonum, ẽm rõnẽ boni, non poteſt odio haberi, neque in vniuerſali, neque in particulari.

D. Thom.

Ariſto.

Quæ ſine illa quæ odio haberi non poſſunt.

Tertia.

Dionyſ.

Ephe. 5.

Quod vt intelligatur aperte, obſeruandum eſt, quod aliud eſt odio haberi, aliud nõ amari: quodcumq; enim bonũ poſſum non amare; at bonum ſub rõne boni, non põt odio haberi; non. n. habet diſſonantiam aut repugnantiam, propter quam odio habeatur. Item obſeruare oportet, ꝙ aliud eſt per ſe, aliud eſt per accidens: nullum. n. bonum, quantumcumq; bonum, uel minutiſſimum, ſub rõne ſuæ bonitatis repreſentatum odio habetur, ꝑ ſe loquendo, qa odium in malum reſpicit: ex quo ſequitur, ꝙ odio contrariatur uniuerſa boni latitudo. Per accidens uero põt particulare bonum odio haberi, ꝓpter ſcilicet aliquam imperfectionem, aut malitiã, quã ſecum affert, vt quotidie experimur. In uniuerſali uero odio haberi bonum impoſſibile eſt: quia quilibet odiens, aliquid amat ac per hoc non omne bonũ odit.

Aliud eſt odio haberi, aliud non amari.

Sed & aliud ẽ in rerum uniuerſitate, quod nemo hominum odio habere põt, neque auerſari, nempe ens, & verum in vniuerſali, cum n. diſſonantia, ſit cã odij & cõuenientia, cã amoris, ens aũt & uerum in cõi, oĩbus cõueniant, & conſentiant, inde eſt ꝙ vniuerſi homines amant ueritatem lucentem, & et mendaces homines nollent, ꝙ alij ſibi mentirentur, quamuis quidam homines odio habeãt veritatem redarguentem, vt optime dicit Aug. 10. conf. cap. 23. Tandem, ut finiamus, nemo põt odio habere beatitudinem in vniuerſali, & in cõi: omnes. n. beati eſſe uolumus, & miſeri eſſe nolumus, teſtante Diuo Auguſt. 13. de Trinitate cap. 5 & in alijs locis, minime paucis, quod quemadmodum verum ſit, ſuperius ſatis prolixe explicatum dedimus.

Bonum ſub ratione boni non poteſt odio haberi.

Auguſt.

Auguſt.

Sed hic duæ quæſtiones ſunt explicandæ. Prior eſt; Num Deus odio haberi poſſit. Poſterior: num ipſum eſſe, odio haberi queat: ſic adeo, vt damnati uelint non eſſe & melius ſit illius non eſſe, quam ſic eſſe.

Quæritur itaque, utrum odio habeant, & abominentur

ipſum

Prima quæſtio. Nũ Deus poſſit odio haberi.

ipſum eſſe. Vt prima Quæſtio explicetur, ſciendum eſt, ꝙ ea habet uarias ſententias inter Patres: & a parte affirmante ſic arguitur ex diuinis litteris. Nam Pſal. 73. ſcribitur. Et gloriati ſunt, qui oderũt te in medio ſolemnitatis tuæ. & in Pſal. 138. Nonne qui oderant te, Domine, oderam? & illud quod præcipue confirmat noſtram ſententiam Pſal. 73. Superbia eorum, qui te oderunt, aſcendit ſemper. In huius rei confirmationem D. Auguſt. lib. 1. retract. c. 19. ita loquitur. Quod dixi (inquit lib. 2. de ſermone Domini in monte) (Nullus enim fere cõſcientia Deum poteſt odiſſe) uideo non fuiſſe dicendum; multi enim ſunt de quibus ſcriptum eſt. Superbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper. & explicando in Ioannem hæc Chriſti uerba. Qui me odit, & Patrem meum odit, oſtendit, damnatos, propter æterna ſupplicia quibus plectuntur, odiſſe Deum, quem arbitrantur eſſe iniuſtum.

Prim. argu. Pſal. 73. Pſal. 138. Pſal. 73. Cõfirmatur. Auguſt.

Secundo arguitur rõne.

Neque deſunt rationes ad hanc ſententiam comprobandam. Poteſt enim intellectus damnati errans, apprehendere, Deum lib. eſſe, nocentiſſimum & iniuſtiſſimũ, ꝙ pro uno peccato mortali æternam infligat pœnam, a qua liberaretur, ſi non eſſet Deus, & erronee credit poſſibile Deum non eſſe, cuius iudicio uoluntas conſentit, nolens Deum ſubſiſtere: hoc autem eſt odium Dei.

Tertium.

Adde, ꝙ poteſt damnatus uindictam appetere, uolens male eſſe Deo, quod ſi patitur eſt odium Dei. Sed efficacioribus argumentis hoc ipſum oſtẽdit Caiet. 2. 2. q. 34. ar. 1.

Caie. Quartum.

Nam poteſt homo uelle ex iniqua uoluntate, ꝙ Deus non ſit, quamuis cognoſcat id eſſe impoſſibile: uoluntas enim peruerſa, eſt etiam impoſſibilium: inquit enim peccator, quamuis ſciam hoc non poſſe eſſe, tamen ego uellem, & exopto, quod ſic eſſet. Nec obſtat, quod hæc uolũtas impoſſibilium, ſit uelleitas, & non efficax uoluntas: nam hæc uelleitas, & uoluntas optatiua, maximum peccatum eſt. & teſtificatur, quam mala uoluntas eſſet efficaciter, ſi poſſet, ut patet in damnatis.

Quintum.

Deinde, odiũ Dei opponitur, & aduerſatur caritati, ut de ſe patet: conſtat aũt oppoſita uerſari circa idem: cõſtat rurſum, caritatem amare Deum ꝓpter ſeipſum: eſt.n. amor amicitiæ: ergo odium, tali amori oppoſitum, eſt uelle malũ Deo ꝓpter ſeipſum, & in ſe ipſo, & propterea eſt maximũ peccatorum, ſicut caritas eſt maxima uirtutum.

Dionyſ.

In contrarium pugnant hæc argumenta, quæ ſequuntur. In primis, D. Dionyſ. c. 4. de diui. nom. dicit, ꝙ oĩbus, amabile, & diligibile, eſt primum bonum, & pulcrũ: Sed Deus eſt ipſa bonitas, & pulcritudo: ergo a nemine odio hr̃. Deinde in Apochryphis Eſdræ dr̃, ꝙ omnia inuocant ueritatem, & diligunt illam. ſed Deus eſt ipſa ueritas ut dr̃ Ioan. 14. ergo oẽs diligunt Deum, & a nemine odio hr̃. Præterea, odium eſt auerſio quædã: ſed, ſicut D. Dion. dicit 1. c. de diui. nom. Deus omnia ad ſeipſum conuertit: ergo nullus eum odio habere poteſt.

Eſdras. Ioan. 14. Dionyſ.

Huius quæſtionis difficultatem ſic explicat D. Tho. ut dicat, Deum, ſecundum ſui eſſentiam ab homine apprehenſum, non poſſe odiri; quia Deus per ſuam eſſentiã eſt ipſa bonitas, quam nullus poteſt inſectari odio, quandoquidem rõ boni efflagitat ut ametur, & ideo impoſſibile eſt, ut quis Deum uideat per eſſentiam, eum odio habeãt.

D. Thom. explicatio.

Idem confirmatur: Nam in Deo nulla eſt imperfectionis, aut odij rõ, ſed totus Deus, eſt totus deſiderabilis, & amabilis. Si uero apprehendatur ab homine per effectus, qui uoluntati humanæ poſſint eſſe contrarij, ſicut inflictio pœnarum, prohibitio peccatorum per legem diuinã: hæc autem refugit deprauati hominis uoluntas, & quantum ad huiuſmodi effectus, Deus poteſt odio haberi, ut inflictor pœnarum, prohibitor peccatorum.

Hæc ſententia D. Th. uera eſſe uidetur, ſed ut melius intelligatur, intelligere oportet ex Domino Caietano, ꝙ uoluntas hominis non poteſt exire in actum odij Dei, qñ homo uidet Deum, clara Dei uiſione, & facie ad faciem, quod dicunt Theologi, quia tunc obiectũ quod mouet uoluntatem eſt undiq; bonum; & ratio boni ſummi aperte uĩ, & intuitiue cognoſcitur: ſed ex apprehẽſione ipſius Dei, ut auctor eſt effectuum diſplicentium, poteſt uoluntas hominis uiatoris exire in actum odij Dei: itaq; apprehẽſio ſumit exordium, tum ab effectu, tum a Deo, ut eſt talis effectus eſt: odium tamen terminatur põt ad ipſum Deũ, ſecundũ ſe, & prout in ſeipſo eſt, & tunc proprie eſt odiũ Dei. Quia igitur odij obiectũ malum eſt, uel malum apparens, ideo rõ, uel cauſſa quare Deus habetur odio, reducitur ex eo, quia Deus homini improbo apparet ſeuerus, & rigidus iudex, & inflictor pœnarũ: ſed ex hoc motiuo mouetur homo improbus, ut Deum ipſũ odio habeat, & uelit non eſſe. Itaque (ut in ſumma ſententiam D. Th. referam) Deus, ſecundum ſe in ratione motiui, non põt odio haberi, quoniam ſecundum ſe, eſt ipſa bonitatis eſſentia, præhabens in ſe omnem perfectionem, ſed in ratione terminatiui poteſt odio haberi, ex eo, quod concipitur, ut cauſſa effectuum hominibus diſplicentium, propter quã cauſſam ipſemet Deus ſecundum ſe odio habetur. Et hæc de iſta quæſtione ſufficiant.

Cai. Sententia D. Thom.

Secũda quæſtio. Vt ũm dãnati odio habeant ipſum eſſe.

Sed proximum eſt, ut exponamus; An damnati odio habeant ipſũ eſſe, ſic, ut uelint non eſſe, potius ꝗ miſeros eſſe. Hæc quæſtio non habet paruam dubitationem: & potiſſimum redditur dubia ꝓpter auctoritatem Magni Patris Aug. ſcrib. enim Aug. lib. 3. de lib. arb. c. 7. & 8. Conſidera, inquit, quam magnum bonum ſit ipſum eſſe, quod etiam beati, & miſeri uolunt. Neque defuerunt Auguſtino rationes ad ſuam aſſertionem confirmandam.

Ex Aug. arguitur primo. Prim. ratio.

Is qui deſiderat eſſe, etiam perpetuis afflictus tormentis, ei qui ſumme eſt, appropinquat: is autem qui abſurde appetit non eſſe, non cupit ei, qui ſumme eſt, propinquare, ſed ab eo quam maxime diſcedere, & per conſequens, melius eſt appetere eſſe, etiam in miſeria, quam non eſſe. Adde quod nemo poteſt recte eligere, quod non ſit, quandoquidem electio eſt eorum quæ ſunt: non igitur quis poteſt recte eligere ut nihil ſit.

Cõfirmatur

Hoc ipſum confirmatur. Cũ quis aliquid recte eligit appetendũ, & ad id peruenerit, melior efficitur: melior aũt eſſe non põt qui non erit: nemo itaque recte poteſt eligere ut non ſit. Amplius lib. 11. de ciuit. c. 27. dicit naturam refugere non eſſe; ex aduerſo igitur natura appetit eſſe: nemo igitur odio hẽt eſſe, ita ut deſideret non eſſe. Sed euidentioribus argumentis conabor eandem ſententiam confirmare, ſi prius ſtatuatur pro certo, quod idem eſt deſiderare non eſſe, & fugere, & odio habere ipſum eſſe.

Auguſt.

Ratione arguitur ſecundo.

Nam qui unum oppoſitum deſiderat, alterum fugit, & auerſatur: Cum igitur perſuaſum fuerit, neminem poſſe uelle non eſſe, ex conſequto neceſſario probatur, neminẽ poſſe odio habere ipſum eſſe. Hoc aũt ſic oſtendo: Nam nihil appeti poteſt, niſi ſub ratione boni, ſaltem apparentis. in eo autem quod eſt ſimpliciter nõ eſſe, nulla poteſt apparere ratio boni: nam fundamẽtum bonitatis eſt ens: id igitur quod non eſt, nulla ratione appeti poteſt.

Tertium.

Deinde, ſi quis deſiderat non eſſe, deſiderat ſubinde non eſſe beatus: at nullus poteſt uelle non eſſe beatus, omnes enim natura duce, uolunt eſſe beati, & miſeri eſſe nolunt, ſicut docet D. Aug. in multis locis ſuæ doctrinæ: nemo igitur poteſt uelle non eſſe.

Auguſt.

Quartum.

Præterea, quicumque vult aliquid, uult ſubinde illud quod ſcit ex neceſſitate inde ſubſecuturum: Sed quilibet euidenter intelligit, quod ſi non eſt, non poteſt eſſe beatus. ergo qui uult non eſſe, vult ſubinde non eſſe beatus. Hoc ipſum confirmatur: Nam eſſe accidentale, præſupponit eſſe ſubſtantiale: itaque eſſe hominem beatum, præſupponit hominem eſſe: ergo qui deſiderat ſe eſſe beatum, deſiderat eſſe: ergo a contrario, qui deſiderat non eſſe, deſiderat non eſſe beatus.

Quintum.

Sed & hoc argumentum demonſtrat, ꝙ nemo poſſit deſiderare non eſſe. Nam remoto eſſe ſubſtantiali, remouetur ex conſequẽti eſſe accidentarium: ergo qui cupit non eſſe, cupit non eſſe beatus; & qui odio habet eſſe, & beatitudinem odio proſequitur.

Sextum.

Itẽ quicumque cupit aliquid, cupit illud ut beatus efficiatur: itaque quidquid cupit, cupit ſub ratione beatitudinis, ut eius compos reddatur. Sed hoc eſt prorſus impoſſibile, ſi deſiderat non eſſe: nã impoſſibile eſt prorſus, ꝙ ſi homo non eſt, beatus ſit, & beatitudinem ſibi acquirat.

Septimum.

Sed ex alio principio ſic argumentor. Eſt.n. theologorum axioma, ꝙ Deus punit damnatos citra condignum. quod axioma ſic exponitur a diuinis Theologis (neque enim poteſt habere aliam commodam explicationem) ꝙ peccator offendens Deum, meretur annihilationem:

Vnde

vnde, quia merito potuiſſet eum in nihilum redigere, & acerbius hoc ſuppl. eium ſtatuere; nec facit, dicitur citra condignum punire. Ex quo axiomate, & eius explicatione, euidenter cõcludit uř, ꝙ eſſe, miſeris & damnatis eſt melius, quam nihil eſſe. Igitur damnati non rectè eligũt non eſſe, nec uero quiſpiam rectè eligere poteſt. Ex quo rurſus conſequitur, quod nemo odio habet ſuum eſſe.

In oppoſitũ.

In contrarium pugnant maiora argumenta, quæ probant nõ eſſe, melius eſſe, quam in perpetua miſeria eſſe, atque adeo recta ratione poſſe appeti non eſſe. Ex quo cõſequens eſt, quod eſſe, odio poſſit haberi. Hoc probat D. Hierony. validiſſimus ſacræ ſcripturæ argumentis.

Hieron. Hieremias.

In primis, enarrans illum Hieremi. locum. Maledicta dies in qua natus ſum; dies in qua peperit me mater mea non ſit benedicta: Maledictus uir qui annuntiauit patri meo dicẽs, natus eſt tibi filius maſculus. ſic ſcribit Hier. Qui putãt animas fuiſſe in cœleſtibus, & de meliori in peiorem ſtatũ precipitatas, & hoc, & huiuſcemodi utuntur teſtimoniis, ꝙ ſ. melius fuerit in cœleſtibus, quã in terrenis cõmorari, & corpus humilitatis aſſumere, noua qdã, immo iã uetera hæreſeos ſuæ argumenta quærẽtes. Nos uero legentes illud Beati Iob; Maledicta dies in qua natus ſũ, & nox illa, in qua dixerunt; Ecce maſculus: & maledictus hõ qui annunciauit patri meo dicens, natus eſt tibi puer; huic teſtimonio coaptamus, ꝙ ſ. melius ſit non eſſe, q̃ uiuere in ſuppliciis, iuxta illud, quod ſcriptũ eſt; Mors uiro requies, cui clauſit Deus uiã ſuã. & iterũ Quare data eſt miſero lux, & uita his, qui in amaritudine ſunt: & in Euãgelio ſimpliciter dictum legimus; Melius ei fuerat, ſi natus non fuiſſet homo ille; quia melius ſit non eſſe, quã male eſſe. & in Matthæũ, eundem de Iuda proditore locũ exponẽdo, dicit. Multo melius eſt nõ ſubſiſtere. Eandem ſententiam vř approbare Origenes, explicans idem Euangelij teſtimonium: Hæc omnia confirmãtur argumentatione ex diuina Theologia eruta.

Iob. Origenes.

Non eſſe, bifariam conſiderari poteſt: uno modo, per ſe, & abſolute; & ſic non eſt eligibile; quia nullam habet rõnem boni, neque in illo apparere poteſt, qm̃ eſt mera priuatio, & merum nihil: alio modo poteſt conſiderari, tanq̃ã remedium, per quod homo a miſeria eripitur, & ſic, non eſſe; accipit illam rationem boni, nempe carere illa miſeria. Nam (ut 5 Phyſi. ait Philoſophus) carere malo, bonum eſt: & ſic poteſt etiam recta ratione optari. Itaq; cum quis deſiderat non eſſe, & in nihilum redigi vt a ſumma miſeria liberetur, bonũ deſiderat, & quodã modo deſiderat eſſe. Vř n. eſſe euidens contradictio, quod deſideret bonum, & non deſideret eſſe, cum vnumquodque ſit bonũ, inquantum habet eſſe. Vnde ſic ſtatuo (fortaſſis alicui res incredibilis uidebitur) quod cum damnatus deſiderat non eſſe, quodam modo deſiderat eſſe: deſiderat. n. ſe miſerum non eſſe, & abiicere eſſe, miſeriæ cõiunctum, & quia euidenter cognoſcit ſe nõ poſſe abiicere eſſe miſeriæ, niſi deſinat omnino eſſe, deſiderat non eſſe, ut miſerum eſſe abrumpat; & ſic quodam modo deſiderat eſſe abſque miſeria coniunctum. Qui enim odio proſequitur eſſe miſeriæ cõiunctum, conuincitur ſe uelle eſſe abſque miſeria, & ærumna, qui ergo deſinit eſſe, vt miſer non ſit, certe non eſt, verũ hoc, quod eſt non eſſe, ut careat miſeria, eſt quodammodo eſſe abſque miſeria, & melius eſt non eſſe, quam miſerum eſſe.

Ariſt. Sententia auctoris.

Argumentorũ ſolutio.

Ad argumenta in aduerſum, & ad D. Auguſ. duplex eſt ſolutio. Altera eſt, ꝙ D. Aug. ſecutus eſt cõtrariam ſniam, q̃ omni dubio procul, probabilis eſt. Altera eſt, quod cũ dicit D. Aug. quod eſſe, adeo per ſe bonum eſt, ut etiam miſeri illud cupiant, loquitur tm̃ de miſeria huius uitæ, & pręcipue loquitur contra eos, qui ſe interimunt. ſed illud eſſe, quod tãti facit Aug. ut ab omnibus appetatur, non eſt intelligendũ de eſſe malo miſeriæ, & ærũnæ, ut 9 Ethic. ait Philoſophus, ſed de bene eſſe, & bona uita.

Ariſt.

Ad primam rationem.

Ad rõnes breuiter reſpondendum eſt. Ad primum dicendum, ꝙ miſer, & infelix, qui deſiderat non eſſe ut ab ultima miſeria liberetur, magis appropinquat Deo, quam qui in ultima miſeria conſtitutus manet: nam deſiderat carere ſumma miſeria, carere autem malo, bonum eſt, & carere ſumma infelicitate, beatitudo quædam eſt. Sed & illud addendum eſt in argumenti confutationem, quod non ſemper ille, qui magis appropinquat Deo, ſecundũ eſſe naturæ melior eſt. nam qui moritur pro Deo, melior eſt eo, qui in uita hac mortali perſeuerat, at qui in uita mortali perſeuerat, ſecundum eſſe naturale magis Deo appropinquat, quam ille, qui uitam pro Deo profundit.

ad ſecundũ.

Ad ſecundum ratio nem dicendum eſt, & hæc confutatio ſecundi argumenti accurate animaduerſa, oĩa argumenta euidenter enodat, & diſſoluit, excipio ultimũ. Dicendũ itaq; eſt, ꝙ cum aliquis vult a ſe miſeriam ſummã remoueri, utitur ſe ut termino a quo, qui non eſt neceſſe, ut permaneat in motu; & nõ poteſt aliquis appetere, & eligere nõ eſſe, ut careat miſeria. ſed cũ aliquis appetit aliquod bonũ ſibi, utitur ſe tanq̃ã termino ad quẽ, huiuſmodi autem terminum neceſſum eſt ſaluari in motu, & ideo non poteſt aliquis appetere, aut eligere ſibi aliquod bonum, quo habito, ipſe nõ maneat. Solutio eſt D. Tho. in diſputatis q. 16 de Dæmonibus art. 3 ad quintum. ſecundum quam dicendum eſt ꝙ cum electio eſt eorum, quæ ducunt nos ad alicuius boni conſecutionem, ſemper eſt eorum, quæ ſunt: at cum electio eſt, ut miſeria, uel malũ remoueatur, non eſt neceſſe ut ſit eorũ, quæ ſunt, ſed põt quis eligere non eſſe, ut a miſeria liberetur. Vel dicito, quod cũ quis eligit nõ eſſe, ut miſeriam effugiat; electio eſt eorum quæ ſunt. nam eligit inter ea quæ ſunt, deliberatque utrum ſit melius, non eſſe, uel miſerum eſſe.

D. Tho.

ad tertium.

Ad tertium argũ dicendum ex ſuperiori documento, ꝙ cum quis aliquid appetit ad alicuius boni conſecutionem, cum illud obtinet, melior efficitur, at cum quis appetit aliquid ut a miſeria liberetur, non eſt neceſſe ut melior efficiatur, ſed pro bono habet a miſeria liberari.

ad quartũ. Ariſt.

Ad quartum argumentum dicendum, quod natura omnis refugit nõ eſſe, & appetit eſſe; & bonum quod omnia appetunt, eſt eſſe. & Ariſt. 10. Ethic. c. 7. dicit omnibus delectabile eſt eſſe, non oportet autem accipere malam uitam, & corruptam in triſtitiis, hæc enim eſt mala ſimpliciter, & ſimpliciter fugienda. Itaque, eſſe, miſeriis coniunctum, deteſtabile eſt, & omnino fugiendum.

Ad omnia alia argumenta, excipio ultimum, ſi documenta ſuperiora exquiſite ſunt animaduerſa, euidens patet confutatio. Nam cum quis appetit ſummam miſeriã a ſe remoueri, non eſt omnino impoſſibile quod appetat nõ eſſe ut a miſeria liberetur: in appetitu enim remotionis miſeriæ nõ eſt neceſſe, ut qui appetit a ſe malũ remoueri, permaneat, cęterũ in appetitu proſecutionis, quũ aliquod bonum poſſidere, & conſequi appetimus, fieri non poteſt quod appetam aliquod bonum per modum proſecutionis, & quod deſiderem non eſſe. Cuius rei euidentiſſimam rationem demonſtrauimus ſuperius ex doctrina D. Th. argumenta uero propoſita procedunt de appetitu proſecutionis, quo quiſque deſiderat ſibi bonum.

ad ultimum.

Ad ultimum argũ non eſt omnino facile ſatis facere; neque n. facile explicatur illud prouerbiũ; Quod Deus punit citra condignũ. Citra condignum ab aliquibus Deus punire dř, ex eo, ꝙ cum meſte nos eodem temporis articulo, quo delinquimus, poſſit in tartara conijcere, indulget nihilominus p̃ ſua miſericordia tps uitæ, quo poſſimus reſipiſcere. At uero hæc interpretatio non conſtat in Angelis, qui ſimul & in culpa lapſi ſunt & ſupplicio traditi, ob idq; ſecunda poteſt adhiberi expoſitio, ꝙ quamuis in inferno, ex lege iam poſita, ad ultũ Deus agat reprobis, nihilominus quia merito potuiſſet acerbiora illis ſtatuere ſupplicia, dicitur citra condignum punire.

Quæſtio tertia. Vtrum in Deo odium reperiatur. D. Th.

Sed ſupereſt iã ut exponamus ultimam quæſtionem. An odium in Deum cadere poſſit? Quæritur ergo; Vtrum Deus ſic omnia amet, ut ſceleratiſſimos etiam homines odio uero non proſequatur; Certe D. Tho. I. contra gent. c 96. multa argumenta producit, ut demõſtret, ꝙ in Deo non eſt odium niſi per metaphorã, in quam ſententiam ipſe lubens deſcendit. Sed in 1. p. q. 20. art. 3. in ſolut. nit. diſtincte cõcedit, ꝙ Deus odio habeat peccatores. & ſic ſanctæ ſcripturæ loquuntur, & ita rõ perſuadet. Nã Deus vult homines reprobos funditus perire, & uult illis malum ſub ratione mali, & ut male habeant. ergo uere illos odio habet. Fateor tamen, ꝙ odium ex maleuolentia, & indignatione, in Deum non cadit, ſed de hac infra erit abundantior ſermo. Hæc de iſta quæſtione dicta ſint.

QVAE-

QVAEST. XXX.

De concupiſcentia: hæc quæſtio habet articulos quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum concupiſcentia ſit in appetitu ſenſitiuo.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt. Concupiſcentia propriè eſt in appetitu ſenſitiuo, & in vi concupiſcibili, quæ ab ea denominatur. Nā ſicut duplex eſt delectatio: una, in bono intelligibili, quod eſt bonū rationis, & hæc eſt animæ tantum: ſic alia eſt in bono ſcđm ſenſum, quæ eſt animæ, & corporis, cū ſenſus ſit virtus in organo corporeo: vnde eſt toti⁹ coiūcti: & talis delectatio appetitus ſenſitiui, dicitur cōcupiſcētia. Interdum autem ſapiētię, vel ſpiritualium bonorū appetitus ſic nominatur, propter quandam ſimilitudinem, uel propter intenſionē partis ſuperioris in inferiorē, vt etiā in ſpirituale bonū tēdat, & ipſum corpus in ſpiritualibus deſeruiat. Vnde in Pſal. 83. dicit Dauid: Cor meum, & caro mea exultauerunt in Deum. Itaq; vt ſummatim ſententiam D. Th. cōplectar, concupiſcentia bonorum ſpiritualiū, eſt animę tātum; concupiſcentia vero bonorum ſenſibilium cum quadā tranſmutatione corporali, eſt totius coniuncti, id eſt, animæ, & corporis, reſidetq; in appetitu ſenſitiuo, cujus officium eſt, bona ſenſibilia proſequi.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum concupiſcentia ſit paſſio ſpecialis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt affirmans. Nam reſpicit bonum ſenſibile, ſecundum ſpecialē rationē, prout eſt abſens, & trahēs affectum, vt tendat in ipſum. Bonū. n. ſenſibile, qđ eſt obiectū appetitus ſenſitiui, aliter mouet appetitum, in quantū eſt præſens, & aliter in quātum eſt abſens. Nam quādo eſt pſens, facit quieſcere appetitum in ipſo; ſed quando eſt abſens, facit illum in ſe tēdere, quod ad concupiſcentiam, ſeu deſiderium ſpectat.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum concupiſcentia diuidatur in naturalem, & non naturalem.

SVMMA TEXTVS.

Affirmās eſt Cōcluſio. Nā naturalis eſt, quæ eſt cōueniens naturæ animalis, ut cibus, potus, & ſimilia: & iſtæ communes ſunt hominibus, & alijs animalibus, cum vtriſq; ſit aliquid conueniēs, & delectabile ſecūdum naturā: & in his omnes homines conueniunt. Nō naturalis cōcupiſcentia dicitur, quæ propriè homini eſt: & magis cupiditas appellari ſolet, cum excogitatur, & apprehenditur aliquid, vt bonum, & conueniens, præter id, quod natura requirit.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum concupiſcentia naturalis poſſit eſſe infinita in actu.

SVMMA TEXTVS.

Prima cōcluſio eſt negans. Nam concupiſcentia naturalis, eſt eius, quod natura requirit: natura vero ſemper tēdit ad aliquid finitū, & certū: vnde nūquam homo infinitum cibū, vel potū concupiſcit. Sed ſicut in natura contingit eſſe infinitū in potentia per ſucceſſionē: ita talis concupiſcentia ſecundum ſucceſſionem, poteſt eſſe infinita, vt ſcilicet poſt adeptum cibum iterum alia vice quis deſideret cibum, quia eiuſmodi corporalia bona, cum adue-

EXPLICATIO QVÆSTIONIS.

Quid nomine concupiſcentiæ intelligatur. Concupiſcentiæ nomine multa ſignificantur, quę oportet diſtinctè explicare, ne quis ignarus decipiatur. In primis intelligit nomine concupiſcentię, vis cōcupiſcēdi, q cōcupiſcibilis appellatur, & eſt pcipua portio appetitus ſenſitiui, q ab iraſcibili diſtincta eſt, vt ſupius expoſitū eſt. *Concluſi.* Deinde intelligitur hoc noīe (& hæc eſt huius nominis crebērrima uſurpatio in diuinis litteris) praua inclinatio naturę corruptę, quā nos fomitem; D. Pau. vocat peccatū habitans in carne, aut legē mēbrorū, repugnantem legi mētis noſtrę, ad Ro. 7. *Rom. 7.* eiuſmodi ēt appellatiōe vocantur affectiones, ſiue act⁹ eiuſdē prauæ inclinationis, qbus caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, aut aduerſus iuſſiones diuinas, quęrēs quæ ſua ſunt, nō quæ aliorum. De hac cōcupiſcētia *Pſal. 83.* dicit Iacob. c. 1. *Iacobi. 1.* Cōcupiſcētia cū conceperit, parit pęccatū. *D. Tho.* & 1. Io. c. 2. *1. Joan. 2.* Oē quod eſt in mūdo, aut ē cōcupiſcētia carnis, aut cōcupiſcētia oculorū, &c. Sermo eſt de affectibus, & cupiditatib⁹ inordinatis, q militāt aduerſus ſpiritū. Sed in pſentia, cōcupiſcētia vſurpatur pro deſiderio, ſiue cupiditate, quæ nō ſemper mala eſt, q ad hūc modū definitur. *Cupiditas quid.* Concupiſcētia, ſiue cupiditas, eſt appetitio boni, qđ cōducibile vī, vel aſſequēdi, ſi abſit; uel cōſeruandi, cum adeſt. *Concluſio.* Vel alio modo: Concupiſcentia, eſt appetitio boni ſm ſenſum, qđ abſens eſt: & ſic deſideriū, ſiue cupiditas appellatur.

Concupiſcētia differt ab amore & delectatiōe. Itaq; concupiſcentia ſic differt ab amore & delectatiōe: q amor eſt prima inclinatio in bonū, primus ille guſtus, vel cōplacentia, quæ ex bono, pulcroq; naſcitur. Ex hac īclinatione amoris in bonū, naſcitur deſideriū, ſiue cōcupiſcētia adipiſcēdi illud: poſtmodū ſequitur ſpes conſecutionis, & tādē ſeqtur delectatio de bono iā adepto. *Cōcluſio.* Vel alio modo differūt: q amor eſt prima īclinatio in bonū & pulcrū, cui accidētarium eſt, q ſit pſens, vel abſens: cōcupiſcentia, ſiue cupiditas, eſt in bonū abſens; delectatio eſt de bono iā adepto.

Obiectiōes Arguitur primo. Sed contra ex hoc non oīno facilis oritur dubitatio. Nam abſens, & pſens, vī ſe habere ut elongatio, & approximatio in agētibus naturalibus, q ſunt velu ti conditiones, ſine quibus actio nō fit: ergo ex abſentia boni, & pſentia, non differunt deſideriū, & delectatio: neq; enim bonū abſens, & bonū pſens, habēt ſe ſicuti differētię ſpecificę; ſed ſicut cōditiōnes, ſine qbus actio nō fit. *Prima concluſio Confir.* Hoc ipſum cōfirmatur: Nā videtur omnino, q bonū abſens nō poſſit pbere deſiderio ſuā ſpeciē, ſic, vt deſiderium habeat ſuam ſpeciem ex abſentia boni. Quod. n. bonum ſit abſens, eſt ens rationis, ſicut q ſit futurū: ſed ex ente rationis, nō poteſt haberi ſpecies entis realis, cuiuſmodi eſt deſiderium, & cu-

Arguitur ſecundo. D. Thom.

& cupiditas. Ex alia etiã parte augeſcit difficultas: Nã D. Tho. in art. aſſeruit pro certo, ꝙ bonum apprehenſum agat in voluntatem, & ꝙ aliter trahit quando eſt abſens, aliter quando eſt præſens, quod magnopere dubium eſt. Nã pleriq; Doctores ſentiunt, ꝙ bonũ apprehẽſum nõ agat in voluntatẽ, neq; moueat illã efficienter, ſed tantum concurrit in genere cauſæ finalis. Ad huius rei expoſitionem, nõ eſt neceſſe ediſſeri a nobis, quo ſit de eſſentia deſiderij bonũ abſens: hoc.n. notius eſt quam vt confirmatione opus ſit: quod enim habet qs, nõ deſiderat: ſed aduertere oportet, hoc in vniuerſum verũ eſſe, ꝙ principiũ actiuũ oportet, vt ſit præſens vt agere valeat, neq; ab hoc abhorret bonũ. cũ trahit appetitum, præſens n. eſt ſcdm apprehenſionẽ, & intellectionẽ. Illud etiã conſiderare oportet, ꝙ hæc approximatio agentis ad paſſum, quãquã ſit, non eſt virtus actiua, neq; vero rõ agẽdi, ſed cõditio ſine qua actio nõ eſſet: ꝙ enim ignis applicetur ad cõburendã ſtuppã, non eſt virtus ad cõburendũ. Sed & illud non eſt prætereũdum, qđ hic loquitur D. Th. de pſentia, & abſentia reali: definit namq; ꝙ bonum abſens aliter trahit appetitũ, aliter bonum pręſens; & ſic habẽt ſe veluti partiales rationes agendi, quæ diſtinguũt animi noſtri paſſiones: integratur.n. ratio paſſionis appetitus ſenſitiui, ex bonitate, vel malitia, ꝙ alia affectio ſit ad bonum, alia ad malũ: & bonitas quidẽ, vel malitia, ex natura appetitus exigitur: omnis.n. appetitus per ſe appetit bonũ, & refugit malũ. Rurſus integratur ex rei præſentia, vel abſentia, vel indifferẽtia: amor.n. indifferens eſt ad abſentiam, vel pſentiam: deſiderium eſt boni abſẽtis; delectatio boni pſentis. Deniq, aduertat Theologus, ꝙ hic eſt ſermo de diſtinctione paſſionum in genere naturæ, nõ in genere moris: concupiſcere.n. delectabile, in aliena vel in ppria vxore, in genere naturæ nõ diſtinguũtur niſi ſolo numero, & ſub eadem ſpecie paſſionis exiſtunt. Sed in genere moris, ſunt diuerſarũ ſpecierum, immo pertinent ad diuerſa genera, ſ. ad virtutem, & ad vitium. Ex hac doctrina ſequitur, quam abſurde errauerit Greg in 1. d. 1. q. 2. art. 2. dicens, quod nullus Doctorum, quos vidit, tenet cupiditatem, ſeu deſiderium diſtingui eſſentialiter ab amore.

Secunda ſolutionis.

Tertia.

Ariſto.

niunt, non perpetuo manẽt, ſed deficiunt.

Secunda Concluſio. Concupiſcentia non naturalis, omnino eſt infinita, cum rationem ſequatur, quæ in infinitum procedere poteſt: vnde diuitias ſine termino aliquis concupiſcit.

Tertia Concluſio. Concupiſcẽtia finis, eſt infinita: hoc aſſerit Ariſt. 1. Polit. c. 6. & rationẽ huius hãc demonſtrat: qa finis p ſe appetitur, vt ſanitas: vnde maior ſanitas, magis cõcupiſcitur, & qſq; appetit ſanitatẽ ſine termino: cõcupiſcentia vero eorũ quę ſunt ad finẽ, non eſt infinita: nam ſcdm illam menſurã appetuntur, quæ conuenit fini. Quare qui appetit diuitias, vt honeſte viuat, ſufficientes ad id cupit; ſecus autem de his, qui concupiſcunt diuitias, finem in illis ponentes.

Grego.

Ad primũ.

Ad argumenta in contrariũ. Ad primum argumẽtũ, iam dictum eſt, quo modo abſentia, vel præſentia boni non ſe habeant veluti approximatio, vel elongatio, ſed vt rationes partiales boni, quod attrahit appetitum.

Ad ſecundũ

Ad ſecundum dicendum, ꝙ bonum mouet, & trahit voluntatẽ, ſeu appetitũ, vt finis: vt vero finis moueat, non eſt neceſſe, vt ſit in rerũ vniuerſitate, immo quãdo iam finis adeſt, ceſſat motus, ſed ſat fuerit quod ſit in apprehenſione. Certe negari non poteſt, quin bonum futurum ſit de eſſentia ſpei: obiectum enim ſpei, eſt bonum futurum arduum: ſic dubitari nullo modo poteſt, bonum futurũ eſſe de eſſentia, & definitione deſiderij.

Ad tertium.

Ad tertium dicendum, ꝙ quamquam bonũ nõ moueat actiue, trahit tamen appetitum, aliter abſens, aliter præſens: & hæc tractio eſt per modũ finis, non per modum actiui principij: conſtat autem ꝙ finis aliter finalizat, quando eſt præſens; aliter, quando eſt abſens.

Conſtituta igitur definitione, proximum eſt ut diſtribuamus genera, & ſpecies concupiſcentiæ. Diſtribuitur itaq; concupiſcentia, quod alia ſpiritus, alia carnis. Nam ſpiritus concupiſcit aduerſus carnem, & caro aduerſus ſpiritum.

Cõcupiſcentiæ diſtributio

Concupiſcẽtia ſpiritus, pſequitur bona ſpiritus, & animi; cõcupiſcẽtia carnis, pſeqt bona corporis caduca, & incerta. Rurſus, alia eſt naturalis, alia præter naturã. Naturalis eſt eorum bonorum, quæ pertinent ad neceſſitates vitę tuendæ, ac ppagãdę: cuiuſmodi ſunt, cibus, potus, potio medicinę, ignis, tectum, indumentum: q appetitus, potius dr cõcupiſcentia, q cupiditas: in quibus rebus appetendis impetus rapimur, tacito naturæ ſtimulo incitatus, & cõmotus. Non naturalis eſt, cũ excogitat, & apprehẽditur aliqd vt conueniens, & cõducibile, pter id qd natura requirit, vt cibus apte apparatus, vinũ in potionẽ, lana, & linũ textum: tũ voluptates, & delitiis cõfingimus & nos, multa, & innumerabilia, vt nobilitatẽ, decus, famam, dignitatẽ, opes, gloriã: & hæc oĩa non ſolum numero, ſed ingẽti mole ac magnitudine adauximus; vnde examen erupit cupiditatũ, ſine termino vllo, ac modo: vt merito dicat Plinius II. Nulli anim antiũ libidinẽ eſſe rerũ oĩum maiorem, q̃ homini, cum alioqui pauciſſimis indigeat. De hac cõcupiſcentia non naturali dicit S. Tho ꝙ eſt infinita, & ſine termino: nam ſequitur rationẽ, quæ in infinitũ procedere poteſt. Præterea, concupiſcentia alia eſt mediorum, alia finis. Mediorum concupiſcẽtia, finita eſt: nam ſcdm eam menſurã appetuntur, quę fini cõuenit: finis uero concupiſcentia, infinita eſt: nã ſanitatẽ qſq; appetit ſine termino, neq; in hac appetitione modum adhibet vllum. Sed hinc naſcitur non parua dubitatio. Nã concupiſcentia finis, eſt naturalis: at cõcupiſcẽtia naturalis, infinita non eſt, ſi vera ſunt q̃ in his articulis docuit D. Th. Ergo concupiſcẽtia finis, nõ eſt infinita, aut naturalis non eſt. Vt hãc dubitationẽ explicet Caiet. producit nonnulla, q̃ explicationi indiga ſunt. In primis docet, dupliciter poſſe intelligi concupiſcentiam eſſe infinitam, uel ex parte actus, vel ex parte obiecti. Ex parte actus poſſet eſſe infinita, vel intenſiue, vel ſecundum ſucceſſionem: & quidem in præſentia non quæritur de infinita concupiſcentia ex parte actus: nã hæc infinita concupiſcentia, communis eſt etiam naturalibus. Ex parte autem obiecti eſſet infinita, ſi haberet obiectum infinitum, vel ſecundum perfectionem, vel ſecundum numerum: & in hoc ſenſu quæritur, Num concupiſcentia ſit infinita.

Plinius II.

S. Thom.

Dubium. Obiectio.

Caietan.

Illud etiam notare oportet ex Domino Caiet. quod duplex ratio infinitatis concupiſcentiæ a D. Th demonſtrata, duplicem cauſſam inſinuat in obiecto cõcupiſcibili: altera, q̃ ſe tenet ex parte cõcupiſcẽtiæ: altera, q̃ ſe tenet ex parte cõcupiti. Et ex parte cõcupiſcẽtię duplex cauſſa deſignata eſt: diſpoſitio naturæ, & diſpoſitio rõnis, ex differentia inter naturam, & rationẽ: quia natura determinata eſt ad certum; ratio in infinitum procedit, & ſic obiectum correſpondens rationi, infinitatem compatitur, quemadmodum ratio apprehendere poteſt, vt conducibile, & bonum, infinitum honorem, infinitas diuitias, & ſimilia.

D. Thom. Duplex cauſſa in obiecto concupiſcentiæ.

Ex parte vero concupiti, duplex eſt obiectum prædeclaratum: uidelicet finis, & id quod eſt ad finẽ: & ex eorum differentia, redditur rõ infinitatis concupiſcẽtiæ, quę ſequitur rationẽ. Ex eo enim quod id, quod eſt ad finem, debet eſſe commenſuratum fini, omne cõcupitum propter finem, eſt finitum. ac per hoc omne naturaliter concupitum, eſt finitũ, quia propter naturam, vt finem. De finis vero cõcupiſcentia ſic deffinit Diu. Thom. vt dicat, quod finis ſine menſura appetitur: addit inſuper, ꝙ cũ ratio de eo quod eſt ad finẽ, faciat finẽ, conſequens eſt, quod concupiſcentia rationalis ſit quandoq; infinita. Sed aliter eſt infinita cõcupiſcentia, cum quis appetit honorẽ infinitum, & cum quis appetit ho-

D. Thom. Quo modo appetatur finis.

tit honorem, vt finē: primo enim modo infinitur eſt ve-
lut pars rei appetitæ, ii. ſecundo modo eſt veluti quidā
modus, quo res terminat appetitum: nam cum res appe
titur, ut finis, appetitur ſine menſura, ſiue determinatio-
ne, aut termino.

Ad dubium reſpōdetur. His explicatis, & conſtitutis, ad dubitationē propoſitam reſpōdet Caie. quod concupiſcentia naturalis tendit in aliqd dupliciter, ſ. vt apprehenſum, & vt inditū a natura. certe hirundo appetit apprehenſū paleam, ut bonū vtile ad nidū; appetit uero bonū delectabile l cibo & generatione, ꝓpter ſe, & ut finē. Ex quo cōſequēs eſt, quod cōſiderando bonum delectabile propter ſe, tendat in finē, ſed non totaliter exercentem rationem finis; quæ omne bonū qd apprehendit, ſubordinat naturæ, ut fini; & propterea concupiſcentia naturalis infinita non eſt; concupiſcit. n. bonum delectabile, vt finis naturalis concupiſcentiā, modificatū tñ commenſuratione ad naturam, & ſubordinatū fini indito, qui eſt natura, ꝑp quod concupiſcentia naturalis ipſius delectabilis ſatiatur. Concupiſcentia vero q̄ ſequitur rōnē, & intellectum, inſatiabilis eſt, vt patet in perſonis deditis Venereis. Ex his documentis, ad argumentum ſic reſpondeat Theologus, vt

Ad argumētum.

dicat, ꝙ concupiſcentia finis, quæ ſequitur rōnem, non eſt naturalis, qa non ſeqtur inſtinctum, & impetum naturæ; ſed eſt rationalis, qa ſeqtur rationem: concupiſcētia aūt quæ ſequitur rōnem, dirigitur a ratione, quæ poteſt procedere in infinitū: ex eo enim, ꝙ in voluptate cōſtituit quis finē, voluptas non commenſuratur illius rationi, vt appetibile, ſed vt infinite appetibile, vt patet. Eſt igitur diſcrimen inter obiectum concupiſcentiæ naturalis, & eius, q̄ ſeqtur rōnem, non ꝙ alterius finis, alterius vero id qd eſt ad finem, obiectū ſit, ſed ꝙ concupiſcentiæ, q̄ rationem ſeqtur, obiectum eſt finis, & habet totaliter rationem finis; concupiſcentiæ uero naturalis obiectum eſt finis; non tamen habet totalem rationē finis: tum, quia habet modificationem, & limitationem ex natura: tū, qa ordinatur ad alium finem, inditum, ſ. ad naturā. Hæc Caie. obſcuriſſime: quæ ego vix intelligere poſſum. Sed breuiter complectar ego ſententiam D. Th. cum dicit, concupiſcentiam non naturalem, eſſe infinitam, naturalem uero finitam: ſenſus eſt, ꝙ appetitus bonorum, quæ ſunt neceſſaria ad vitæ conſeruationem & propagationē, eſt concupiſcentia naturalis, q̄ paucis, & definitis bonis determinata eſt, ac definita. Ceterum appetitio bonorū, q̄ nos cōfingimus, vt cōducibilia ad finē cōſequēdū, infinita eſt, & terminū non hēt; ſicut rō & excogitatio nr̄a, terminū non habent: qd nunc fingimus eſſe cōducibile, poſtea refutamus, vt malū, & nociuum & in horas, & momenta examen erūpit diuerſarū cogitationū, & diuerſorū bonorū q̄ nos nobis confingimus, ex quo examen erūpit cupiditatū, ſine mō, ſine termino, ſine menſura. Cōcupiſcētia vero finis dr̄ infinita, non ꝙ non ſit determinata a natura, ſed qm̄ appetitur finis, ſine termino, ſine mō, & menſura. Itaq; appetit hō ſanitatē, & qdē naturali appetitione: neq; n. hæc appetitio, ex nr̄a cogitatione, aut fictione enaſcitur, ſed dr̄ infinita appetitio, quia eſt appetitio finis, cuius proprietas eſt, vt appetatur ſine termino: quod potiſſime verificatur de fine vltimo omniū rerū, qui eſt Deus. Itaque noſtra anima vſq; ad Deum concupiſcendum ſeſe extēdit, qui quoniam eſt immenſus, ſit, vt cupiditas noſtra etiā infinita ſit, neq. alia re expleri queat, præterquam Deo ipſo: ibi demum ſiſtit, & conquieſcit. Sed ꝓgamus, vt ex

Auctoris ſolutio.

ponamus varia cupiditatis genera, & eiuſdē ꝓprietates deſignemus. Certe cupiditatis obiectum, bonum, & cōducibile eſt; & quæ res nobis conducibilior vr̄, vehemētius concupiſcitur, & diligentius conſeruatur. Sed in cōducibilium extimatione variant hominum ſententiæ: iuuenili animo conducibiliſſima videtur voluptas; viro decus; ægro ſanitas; ſeni victꝰ principi gloria. Ex parte & ſubiecti variant animi cupiditates: calidi, acutas habēt cupiditates, vehementeſq; & quas celerrime vellent explere, ſed mirabiles & varias, frigidi autem, pauciores, & ſegnes, ſed pertinaces, intenti in illam vnā quam ſibi delegerunt. Qui ſecuri ſunt, concupiſcentia rerū non ſollicitantur, veluti adoleſcentes, & viri animoſi, & ebrij, qbus multus, & feruidus eſt ſanguis circa cor. Adde etiā eos, qui neceſſitatē non ſunt experti, ſed metus auget cupiditatē, vnde qui metuunt ne deſit, auide quærunt, & cuſtodiunt. Deniq;, quib. ſanguis ad cor eſt exiguus, & rarus, & tepidus, naturaliter hi anxij ſunt, & ſolliciti ne deſit, metu, & ſollicitudine premente cor: quo ſit, vt ex leniſſima, & profuſiſſima iuuenta, naſcatur ſæpenumero ſenectus perparca, & nimis tenax: ſobrii & auari, liberales fiunt, cum mero incaluerūt. Præter hos omnes, qui quod concupierant, non abſq; magnis laborib. comparant, arctius id retinent, vel timore ſuſcipiendi rurſus labores, ſeu ꝙ cum labore parta, cariora ſunt, quaſi magno emta; ſicut induſtrio mercatori pecunia; matri filius; & nos Chriſto, qui redemit nos vniuerſos ſuo ſanguine. Porro cupiditates acceperunt ex rebus nomina particularia, velut ex ære, auaritia; ex honore, ambitio; ex guſtu, gula; ex venere, libido. Vniuerſas has concupiſcentias D. Io. pauciſſimis verbis comprehendit, dicens, Omne quod eſt in mundo, aut eſt concupiſcētia carnis, aut concupiſcentia oculorum, aut ſuperbia vitæ.

QVAES. XXXI.

De delectatione, & habet articulos octo.

ART. PRIMVS.

Vtrum delectatio ſit paſſio.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio affirmat. Nā eſt motus qdam in animali, conſequēs apprehenſionē ſenſus: & ſicut cum res naturales cōſequuntur ſuas perfectiones naturales, quieſcunt, quamuis id non ſentiant; ita animalia, quando conſtituuntur in eo, quod eis conuenit ſecundum naturam, id ſentiunt, & ex hoc ſenſu cauſſatur quidā motus animæ in appetitu ſenſitiuo: talis motus delectatio dicitur, quæ paſſio eſt: fit enim cum quadam tranſmutatione corporali; ſiquidem hilareſcit cor, & dilatatur.

EXPLICATIO QVÆST.

Vniuerſam explicationē Quæſtionis ī partes quattuor diſtribuo: Nam primū, quid ſit delectatio, ſiue voluptas, demōſtrabo: deinde vero, in quo ſubiecto cōſtituatur oſtēdā: ad hæc, qūo differat a gaudio, lætitia, iubilatione, perquirā: ad vltimū, de cōparatione delectationū ſpiritualiū, & ſenſibiliū inueſtigabo. Quod igitur ad primū attinet, ſcire oportet, minime facile eſſe delectationis definitionē inuenire: Quidā n. ſic definiūt delectationē. Delectatio, inquiunt, eſt quies, ſeu acqeſcentia in bono ſibi congruenti. Verū hæc definitio exacta non eſt: nā lapis, ignisq, & ceteræ res inanimæ, qeſcūt in ſuis locis conuenientib. at res inanimæ non delectantur: quies itaq; latius patet, quā delectatio: oīs enim delectatio eſt quies: at nō omnis qes eſt delectatio. Cicero varijs modis definit delectationē, ſiue voluptatē. Voluptas eſt, q̄ ſuauitate aliqua naturam ipſam mouet, & cum iucūditate quadam percipitur ſenſibus. & alio in loco, Voluptas eſt, cum ꝑcipitur ea, quæ ſenſum aliquem moueat, iucunditas. & alibi, Voluptas eſt iucundus motus in ſenſu. Ariſt. 1. Rhet c. 10 ſic definit delectationem; Eſt quidam motus animæ, & conſtitutio, ſimul tota, & ſenſibilis, in naturam exiſtentem: quam definitionem explicat optime Diuus Thomas in articu. 1. dicens. Sicut contingit in naturalibus aliqua cōſequi ſuas perfectiones naturales, ita hoc cōtingit in anima-

Delectatio quid.

Cicero.

Ariſt.

D. Tho.

animalibus & q̃uis moueri ad perfectionem, nō ſit totum ſimul, tamē conſequi naturalē perfectio-
Pri. conc. nem eſt totum ſimul. Hæc autem eſt differentia inter res naturales, & animalia, ꝙ aliæ res naturales, quū conſtituuntur
Secunda. in eo, quod cōuenit eis ſecūdum naturam ſuā, hoc non ſentiunt, ſed animalia, hoc ſentiūt, & ex iſto ſenſu cauſſatur quidā motus in animaĩ appetitu ſenſitiuo: & iſte motus eſt delectatio. His igitur principijs ſtatutis, explicatur definitio Ariſtotela. Nam in eo quod dr̃, delectationem eſſe motum animæ; declaratur genus delectationis: eſt enim paſſio, ſiue motus aīæ: cum vero dr̃, & cōſtitutio in exiſtētem naturam; ſignificatur cā delectationis, ſ. pſẽtia connaturalis bo-
Tertia. ni. Per hoc autem quod dr̃, ſimul tota; deſignatur, ꝙ conſtitutio, non dēt accipi ſecundū ꝙ eſt in uia, ſed ꝓut eſt in termino motus, ꝓut iam bonum cōnaturale eſt adeptum. Non.n. delectatio eſt generatio, prout Plato exiſtimauit,
Plato. ſed magis cōſiſtit qñ iā bonum eſt adeptū, ut docet Ariſt. 7. Eth. c. 12.
Ariſtot. Concluſio & lib. 10. c. 3. Per id aūt quod dr̃, ſenſibilis, excluduntur pfectiones rerum inſenſibilium, quarum adeptiones non cauſſant delectationē. Hęc Diuus Th. in explicationem definitionis Ariſtotelicæ.

Sed contra hāc
Obiectio definitionē obijcitur, in hūc modum. Nam Ariſt. 10. Ethicorum capitulo quarto,

ART. SECVNDVS.

Vtrum delectatio ſit in tempore.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Delectatio ſecundum ſe, non eſt in tempore; quia in bono adepto conſiſtit, quod eſt quaſi terminus motus. Secunda Concluſio. Delectatio per accidēs, eſt in tempore: nam ſi illud bonum adeptum ſubiaceat tranſmutationi, talis delectatio per accidens erit in tēpore: quia in tempore ea dicuntur eſſe, quorum eſſe eſt ſucceſſiuum; & de eorum ratione eſt ſucceſſio, ut motus, quies, locutio, & ſimilia. Per accidens vero id in tempore eſt, de cuius ratione non eſt ſucceſſio, ſed tantum alicui ſucceſſioni ſubiaceat: ſicut eſſe hominem, de ſui ratione non habet ſucceſſionem, cum nō ſit motus, ſed terminus generationis ipſius: ſed quia humanum eſſe ſubiacet cauſſis tranſmutabilib. ſecundum hoc hominē in tempore eſſe accidit: ſic de delectatione decernendum eſt.

Tertia Concluſio. Quando bonum adeptum omnino eſt intrāſmutabile, delectatio talis, neq; per ſe, neque per accidens erit in tēpore, ſiquidē nulla ratione ſubiacet tēpori.

ART. TERTIVS.

Vtrum gaudium differat a delectatione?

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirm. Sicut enim dictū eſt de concupiſcentiis naturalibus, & non naturalib. quę a ratione proficiſcuntur, ſic de delectationib. dicendū; quia quædam ſunt corporales, cum delectamur his, quæ naturaliter conſpicimus; & hæ ſunt communes etiam brutis: aliæ uero ſunt animales, quæ rationem ſequūtur; & iſtæ gaudij nomen ſortiuntur, quæ brutis non tribuuntur. Vnde latius patet delectatio, quam gaudium: nam quando ſentitur aliqua delectatio ſecundum corpus, de qua non gaudemus ſecundū rationem, eſt delectatio, ſed non eſt gaudium: ſed tamen omne gaudium eſt delectatio; non tamen omnis delectatio, gaudium eſt, ut ex dictis patet.

ARTI. QVARTVS.

Vtrum aliqua delectatio ſit in appetitu ſenſitiuo.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās. Nam delectatio, quæ ſequitur rationem, eſt in appetitu intellectiuo, quæ dicitur gaudium: nam ad apprehenſionem non ſolum commouetur appetitus ſenſitiuus per applicationem ad aliquod particulare, ſed etiā voluntas, in qua eſt gaudiū. Hæc autem eſt differentia inter utrumque appetitum; ꝙ delectatio appetitus ſenſibilis fit cum aliqua corporali tranſmutatione; delectatio uero appetitus intellectiui nihil aliud eſt, quam ſimplex motus uoluntatis, quæ ſic ſumta, eſt in Deo, & in Angelis.

ART. QVINTVS.

Vtrum delectationes intelligibiles ſint maiores ſenſibilibus.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Delectationes intelligibiles, maiores ſunt ſenſibilibus, ſi cōparatio fiat, prout in earū actionibus delectamur, videlicet in cognitione intellectus, & in cognitione ſenſus: nā multo magis delectatur hō de hoc quod cognoſcit intelligendo, quam de hoc, quod cognoſcit ſentiendo; quia perfectior eſt intellectualis cognitio, & magis reflectitur intellectus ſupra actum ſuum, quam ſenſus: & eſt etiam magis delectabilis; quia nullus eſt qui non vellet magis carere uiſu corporali, quam intellectuali, eo modo, quo beſtiæ, uel ſtulti carent.

ubi diſtincte, & exquiſite inueſtigat definitionem delectationis, demonſtrat multis argumentis, ꝙ delectatio non ſit motus; & tādem conſtituit definitionē delectationis. Delectatio, inquit, ſiue voluptas, eſt operationis perfectio, nō ſicut habitus, q intraneus eſt, & forma, & principiū operationis, ſed veluti finis, q ex operatione ꝓficiſcit ſicut de- *Concluſio*
cor ex iuuentute. Vnde Ariſto. ſcribit, delectationē efficere operationem humanam pfectam. Inde etiā proficiſci ait, ꝙ homines perfectiſſime operentur ea opera, in q bus delectantur. Ex quib. conſequens eſt, quod delectatio non ſit motus. Propter argumentum q dam dicunt, definitionem illam in libris Rhetoricorum poſitam, non eſſe Ariſtotelicam, ſed Platonicam, eamq; ſecutum fuiſſe Ariſtotelem eo in loco, quoniam erat famoſa, & in ore omniū peruagata; quam argumētis ſubuertere nō erat inſtitutum Ariſtot. in libris Rhetoricorū: impugnauit tamen *Pri. conc.*
in libris Ethico, ubi ſupra. Sed nō eſt neceſſe propter argumentū leue, definitionem illam reprobare, qđ facillimā habet ſolutionē.

Dicendum nāque eſt, quod in aīali duplex motus cōſiderari poteſt; unus, ſecundum intentionē finis, qui ptinet ad appetitum; alter, ſecūdum executionem, qui ptinet ad exteriorem operationē. Licet ergo in eo qui iam conſecu-

tus eſt bonum, in quo delectat, ceſſet mot' executionis, quo tendit in finẽ, non tñ ceſſat motus appetitiuæ partis, q̃ ſicut p ius deſiderabat nõ habitũ, ita poſtea delectatur ĩ habito. Et licet delectatio ſit quies quã appetitus, cõſiderata pſentia boni delectantis, qđ appetitui ſatisfacit; tamen adhuc remanet immutatio appetitus, ab appetibili, ratione cuius delectatio, motus quidã eſt, & fit cũ quadam corporali trãſmutatione. Ex his patet, quõ delectatio ſit motus, & non ſit motus, & quõ ſit pfectio operationis. Sed & aliã definitionem poſuit Ariſt. 10. Ethic. c. 3. Delectatio, eſt operatio nõ impedita: q̃ definitio hũc hẽt ſenſum: Delectatio, eſt pfectio operationis nõ impeditæ. Vel delectatio, eſt paſſio q̃ ſequitur ex operatione nõ impedita. Itaq; cum dr, delectatio eſt operatio non impedita, non eſt pdicatio p eſſentiã ſed per cauſſam, quemadmodũ dicimus Eclypſim Lunæ eſſe interpoſitionem terræ inter Solẽ & Lunã, hoc eſt, Eclypſis cauſatur ex interpoſitione terræ inter Solẽ & Lunã. Vt igitur in pauca verba definitionẽ delectationis cõprehendamus, ſic definiẽ delectatio.

Secunda. *Ariſt.* *Tertia.* *Definitio delectationis.*

Delectatio, eſt quies in bono cõgruenti iam adepto; ſenſibilis, id eſt, quæ ſenſu percipitur: quod alijs verbis dixit Cicero: iucundus motus in ſenſu. Itaq; ad delectationem iſtæ conditiones requiruntur. In primis, coniunctio, & adeptio

Tri. con. *Cicero.*

Secunda Concluſio. Delectationes ſpirituales, ſecũdũ ſe, & ſimpliciter loquẽdo, sũt maiores ſenſibilibus: nam ſpirituale bonũ, maius eſt, & magis dilectum: quod patet, qa a maximis voluptatibus corporalibus abſtinẽt homines, ne perdant honorem, quoniã eſt bonum intelligibile, nobiliorq; eſt cognitio intellectiuã, quam ſenſitiua, atq; intimior: cum ſenſitiua conſiſtat circa exteriora accidentia; intellectus vero penetret vſque ad rei eſſentiam: eſtque etiã perfectior, quia cognitioni ſenſitiuæ adiungitur motus, qui eſt actus imperfectus. Vnde delectationes ſenſibiles, non ſunt totæ ſimul, ſed in eis aliquid pertranſijt, & aliquid reſtat conſumandum, vt patet in delectatione ciborum, & venereorum. Sed delectationes intelligibiles ſunt totæ ſimul, & ſine motu. Eſt etiã firmior, quia corporalis delectatio cito deficit, & corrumpitur; bona uero ſpiritualia ſunt incorruptibilia.

Tertia Concluſio. Delectationes corporales, quo ad nos, ſunt magis vehementes, propter tria: tum, quia ſenſibilia nobis magis nota: tum, qa delectationes ſenſibiles ſemp ſunt cum aliqua trãſmutatione corporali, quod non cõtingit in ſpiritualibus, niſi forte p quandam redundantiã a ſuperiori appetitu; tũ ultimo, qa delectationes corporales appetuntur, ut medicinæ contra corporales moleſtias, vel defectus; quare contra triſtitias aduenientes magis acceptãtur, quam ſpirituales, quæ nõ habẽt triſtitias cõtrarias.

ARTIC. SEXTVS.

Quænam ſit potior inter delectationes corporales.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Contingit delectatio ſecundum ſenſum, & propter cognitionem, & propter vtilitatẽ: vnumquodque enim eatenus delectabile eſt, quatenus diligitur: diligitur autẽ ſenſus, & propter cognitionem, & propter utilitatem.

Secunda Concluſio. Delectatio ſenſualis, quæ eſt ſecũdum cognitionem, eſt ꝓpria hominis, quatenus homo eſt: ea autem, quæ eſt propter utilitatem, communis eſt omnibus brutis.

Tertia Concluſio. Delectatio, quę eſt ratione cognitionis, put intellectui deſeruit, maior eſt ſecundum uiſum, q̃ ſecũdum alium ſenſum; ſicut & delectationes intelligibiles, sũt potiores ſenſibilibus.

Quarta Concluſio. Delectatio ſenſus, quæ eſt ratione vtilitatis, maxima delectatio eſt ſecundum tactum: quia vtilitas ſenſibilium attenditur ſecundum ordinem ad cõſeruationẽ naturæ animalis, ad quam propinquius ſe habent ſenſibilia tactus: vnde animalia, quæ non habent delectationem ſecundum ſenſum, niſi ratione vtilitatis, non delectantur ſecundũ alios ſenſus, niſi in ordine ad ipſum tactũ, ideoq; non gaudent canes odore leporum, ſed comeſtione; & leo non delectatur viſu cerui, ſed comeſtione. Delectatio igitur tactus, eſt maxima, ſimpliciter; quia quod naturale eſt, in vno quoque eſt potiſſimum.

ARTICV. SEPTIMVS.

Vtrum aliqua delectatio ſit non naturalis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Naturales delectationes hominis dici poſſunt, quæ conueniunt homini ſecundum rationalem naturã, vt delectari in actibus virtutum, & contemplatone veritatis: quia ſecundum rationalẽ naturam, homo in ſpecie conſtituitur, & hæc eſt propria hominis natura.

Secunda Cõcluſio. Ea quæ pertinent ad conſeruationẽ corporis, uel ſecundum ſpeciem, vt venereorum vſus, vel ſecundum indiuiduum, vt cibus & potus, & ſimilia, natu

boni cõgruentis, vel quod exiſtimetur coniunctum, ſiue adeptum. Sæpe enim admonui, ad affectus, & animæ noſtræ paſſiones, nõ referre, rẽ ita eſſe, nec ne, modo eſſe exiſtimetur. Quidã enim ſola phãtaſiæ actione id conſequuntur, vt in maximis ſibi bonis videantur verſari: ſicut ille apud Horatium.

Haud ignobilis Argis,
Qui ſe credebat miros audire Tragœdos,
In vacuo ſolus ſeſſor, plauſorque theatro.

Nota eſt fabula. Deinde exigitur, quod bonum adeptum ſit cõgruẽs: congruentiam vero inuenire ſine proportione non poſſumus. Itaque debet eſſe proportio, & congruentia inter facultatẽ animæ, & obiectum, vt quædam ſit quaſi ſimilitudo inter illa; tum, ne notabiliter ſit maius, qđ affert delectationẽ, neq; notabiliter minus, quam ea uis quæ recipit voluptatẽ. Ideo mediocris lux gratior eſt oculis, quã ingẽs, & ſuboſcura ſunt gratiora hebeti viſui: eundẽ in modũ de ſonis, quo fit, ut notis carminibus voluptatem potius capiamus, quam ignotis; alijs aurib ijdẽ ſoni vaſti sũt, alijs moderati. Requiritur præterea ad delectationẽ, vt cognoſcatur, tum bonum adeptũ, tum eius cõgruitas, tum vero eius adeptio; nã ſi hæc latẽt, delectatio nõ cauſſatur. Vltimo requiritur immutatio appetitus, cũ quadam ſuauitate, q̃ eſt delectationis effectus. Et de definitione

Secunda. *Tertia.* *Horatius.* *Quarta.* *Pri. conc.* *Secunda.*

Quod ſit delectationis ſubiectum.

tione delectationis hæc haſtenus. Proximum eſt vt explicemus, in quo ſubiecto delectatio animi noſtri conſiſtat. Certe delectatio, & voluptas, in appetitu ſedē habēt: appetitus.n.verſatur circa bonū; voluptas aūt, & delectatio, maxime circa bonum verſantur, & ex boni conſecutione cauſſantur: ergo delectatio, & voluptas, ī appetitu conſiſtunt. Sed duplex eſt appetitus, intellectiuus, & ſenſitiuus: ille, gaudet d bonis ſecūdū rōnē, & intellectum apprehenſis; iſte, de reb. q̄ ſenſu pcipiuntur. Inter quos eſt etiā alia euidētior differētia, ꝙ delectatio appetitus ſenſibilis eſt cū aliqua trāſmutatione corporali: dilatatur enim, & exagitatur cor, cū hilareſcit: & cū repente delectatio contingit pter opinionē, vel exſpectationē noſtrā, exagitatur & dilatatur, adeo, vt & mors interdum cōſequatur, veluti in illis mulieribus bello ſecundo Punico, quæ cum filios ſuos, quorū eſſet mors nunciata, repente viuēs aſpexiſſent, exanimatæ ſunt: celeriuſq; ex ingēti delectatione exſpirauerit qs, q̄ ex immodica ægritudine. Ceterum delectatio voluntatis, nihil aliud eſt, q̄ ſimplex motus uolūtatis, quo hilareſcit aſus.

Vtrum delectatio voluntatis ſit paſſio vel operatio.
Scotus

Sed ex hoc quæſtio naſcitur non parua, Vtrum delectatio, & triſtitia in uolūtate, paſſiones ſint, an operationes? Scot in 3 ſententiarum. d. 15. ex propoſito probare nititur, quod delectatio, & triſtitia animi, non ſunt operationes voluntatis, ſed paſſiones: ponit enim hic auctor in voluntate, tum operationes, vt amor, odium: tum paſſiones, vt delectatio, triſtitia: operationes dicit eſſe liberas; paſſiones naturales eſſe docet. Cuius opinionis hæc ſunt argumenta.

Prim arg.

Primum, ſi triſtitia eſt operatio voluntatis, aut eſt velle, aut nolle: ſed non eſt velle, vt patet: neq; nolle, quia Deus, & beati, poſſunt nolle, at triſtari non poſſunt.

Secundum.

Deinde, ſumme nolēte aliquid Petro euenire, ſi illud eueniat, triſtabitur: at in eo non fit aliqua operatio, quia iam ponitur quod ſumme noluit.

Tertium.

Tertio, operatio eſt immediate in poteſtate voluntatis & dominio, vt patet de volitione, & nolitione: triſtari aūt nō eſt in poteſtate volūtatis, cū id qd nolumus, aduenit.

Quartum.

Denique, operatio voluntatis, eſt a voluntate, & in voluntate: triſtitia autem eſt quidem in voluntate, ſed non a voluntate: eſt enim de his, quæ nobis nolentibus accidūt. Ad expoſitionem huius difficultatis, eſt prima concluſio.

Prim. conc. Delectatio uoluntatis cāſatur a voluntate.

Tam delectatio, quam triſtitia uoluntatis, eſt a uoluntate, & in voluntate: nam omnis motus voluntatis, eſt ab intellectu proponente bonū, & a uoluntate exercente, & proſequente, ſiue reſutante. ergo omnis motus uolūtatis, cauſſatur a uoluntate, quo ad exercitiū; & ab intellectu, quo ad ſpecificationem, ſiue apprehenſionem. Delectatio igitur, & triſtitia, cum ſint animi motus, ſecūdum appetitum intellectiuum, a uoluntate ſunt, & in voluntate: ſunt enim actus immanentes. Hoc ipſum confirmatur. Nam voluntas eſt inclinatio, & appetitus ad bonum propoſitū per intellectū, ſicut appetitus ſenſitiuus eſt inclinatio ad bonum propoſitum per ſenſum: ergo omnis motus volūtatis, cuiuſmodi eſt delectatio, ſiue triſtitia, eſt actus exercitus volūtatis circa bonum apprehēſum p intellectū. Certe in definitione delectationis pbatum eſt, quod vt in voluntate ſequatur delectatio, neceſſum eſt vt cognoſcatur bonum adeptum, & eius adeptio: ergo delectatio eſt actus voluntatis exercitus, ſequēs intellectus apprehenſionem.

Secun. conc. Delectatio proprie non eſt uelle.
Concluſio

Secunda concluſio. Delectatio, proprie loquendo, nō eſt velle, nec triſtitia, nolle. Probatur ſic. Nā fruitio (vt ex dictis patet) eſt actus diſtinctus cōtra velle: conſtat aūt ꝙ fruitio in voluntate, aut eſt delectatio, aut eius ſpecies: & conſimili ratione, triſtitia diſtinguitur a nolle, ſi proprie loquēdum eſt: nā largo vocabulo, per velle, omnis acceptatio voluntatis; & per nolle, omnis refutatio ſignificatur. Vnde Auguſtinus. 14. de ciuitate Dei, c. 6. dicit, ꝙ lætitia nihil aliud eſt, quam voluntas in eorum conſecutione, quæ volumus.

Auguſt.

Ter. conc. Delectatio eſt a uoluntate ut a natura.

Tertia concluſio. Tam delectatio, quam triſtitia eſt a uoluntate, ut natura, ſeu naturaliter, ad eum modum, quo ſuperius eſt dictum, quod aliqua operatio voluntatis, eſt naturalis, ut velle beatitudinem, & amare Deū in patria, & fruitio Dei clare uiſi, eſt etiam naturalis. Probatur concluſio: quia nō in poteſtate noſtra eſſe videtur triſtari, vel delectari apprehenſis delectabilibus, & triſtabilibus.

quar. Concl.

Quarta concluſio. Delectatio, & triſtitia, habent magis de ratione paſſionis, quam amor, odiumue: nam delectatio, & triſtitia, ſemp videntur eſſe a uoluntate, ut natura; odiū uero, & amor, minime: & ideo uoluntas ad amorem, & odium ſe habet magis actiue, quam ad triſtitiā, vel delectationem: & ad amorem, & odium, cum dominio; ad delectationem, & triſtitiam, ſine dominio.

quinta con. Delectatio uoluntatis proprie paſſio non eſt.

Quinta concluſio. Delectatio, & triſtitia voluntatis, proprie paſſiones appellari non debeūt: nam paſſio, ſi proprie loquendum eſt (ut ex dictis conſtat) ſemper fit cum tranſmutatione corporali: at delectationes, ſiue triſtitiæ voluntatis, non ſunt cum tranſmutatione corporali: ſunt enim in anima ſeparata, & in angelis ergo proprie paſſiones non ſunt.

Solut. arg. Ad primum

Ad argumenta Scoti: ad primum dicendum, quod triſtitia, proprie neq; eſt uelle, neq; nolle, ſed operatio uolūtatis, contraria fruitioni communiter loquēdo, eſt nolle, non tamen ſequitur, ꝙ poſſit eſſe in Deo, quia non eſt omne nolle. non.n. ſe habent cōuertibiliter, ſed ſicut animal, & homo.

Ad ſecundū

Ad ſecundum dicendū, ꝙ ſumme nolēte Petro aliqd euenire, eueniēte eo, triſtabiť certe reſultāte ex euētu apprehēſo, in volūtate nouo motu triſtitiæ. Neq; incō uenit,

rales cauſſant delectationes, & aliquādo nō naturales. Dicūtur cauſſare naturales delectationes, quando ſunt commoda, & apta ad conſeruationem corporis. Et vocantur naturales a natura, vt cōdiuiditur rationi, ſecundū id quod eſt commune homini, & aliis, præcipue quæ non obediūt rationi: ſed ſcire oportet, quod id, quod eſt contra hominis naturam, vel quantum ad rationē, vel quantum ad corporis ſuſtentationem, fieri huic homini connaturale, propter aliquam corruptionem naturæ in eo exſiſtentem, quæ corruptio pōt eſſe ex parte corporis, ſicut ex ægritudine, vt in febricitātibus, quibus dulcia, amara videntur, & contra: & ex mala complexione, vt in his qui delectātur comedere carnes, & ſimilia: & ex parte animæ, vt in his, qui ex conſuetudine comedunt homines, coeūt cum beſtiis, aut cum maribus: quia corrumpitur in aliquo indiuiduo aliquod principium naturale ſpeciei: unde id quod eſt contra naturam ſpeciei, per accidens fit naturale huic indiuiduo, ſicut huic aquæ calidæ, calefacere, quæ ſecundum naturam propriam infrigidaret.

ART. OCTAVVS.

Vtrum delectatio poſſit eſſe alteri contraria.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmatiua: proportionatur enim delectatio quieti corporum naturalium. Sunt autem contrariæ quietes, in contrarijs terminis, videlicet ea quæ ſurſum eſt, & ea quæ eſt deorſum. Quod tamen in bono virtutis eſſe nō poteſt, quia bonum virtutis non capitur, niſi per conuenietiam ad aliquid vnum; in alijs nihil prohibet duo bona eſſe contraria, ut calidum, bonum eſt igni; & frigidum, aquæ.

uenit, communicãdo, cum Scoto in abuſu uocabuli, ꝙ cũ ſumma nolitione obiecti, abſolute, uel futuri, adueniat alia nolitio eiuſdẽ, iã pręſentis, ſic enim cauſat triſtitiam: aliter enim mouet præſens; aliter abſens obiectum, vt dictum eſt.

Ad tertium. Ad tertium dicito eſſe negãdum, quod omnis operatio uolũtatis ſit immediate in poteſtate uoluntatis; immo aliqua nũquã, ut prima; aliqua mediate, ut delectatio, mediante, ſcilicet, apprehenſione, uel amore obiecti.

Ad quartũ. Ad quartum dicẽdum, quod cum hoc, quod triſtitia ſit de his, quæ nobis nolentibus accidunt, ſtat quod ſit a uolũtate, ut natura immediate: his addo, quod cum adueniunt ea quę nolebamus, triſtitiam uoluntarie ſuſcipimus, & in ea voluntarie immoramur. Atque ſic explicata quęſtione ſecunda, ad tertiam ueniamus, in qua de differentia inter delectationem gaudium, lętitiam, agebatur.

Quo modo differant, delectatio gaudium, & lætitia. Sane delectatio, & gaudiũ in hoc differunt, ꝙ delectatio ſequitur quãcumq; cognitionem; gaudium uero ſequitur cognitionẽ intellectualem. Vnde gaudium eſt affectio appetitus intellectualis in earum rerum conſecutione, quas uolumus. Ex quo ſequitur, quód delectatio latius pateat quam gaudiũ: omne n. gaudium eſt delectatio; at nõ oĩs delectatio gaudiũ. Verũtamen inter gaudiũ, & lætitiam, ſecundum nominum propriam ſignificationem, hoc differt, ꝙ gaudium eſt affectio animi, dum ad menſurã rationis exhilaratur, & iucũdatur; lætitia uero, cum ita mouętur animus ut exterius, ꝑcipue in uultu, immodice appareat, & egrediatur.

Stoici. Vnde Stoici, qui omnes animi paſſiones, ut noxias reijciebãt, gaudium permittebant uiro ſapienti; lętitiam uero in uirũ ſapientẽ cadere omnino negabãt.

Cicero. Vnde Cicero quarta Tuſculanarum, Cũ ratione, inquit, animus mouetur, placide, atq; conſtanter, tunc gaudium dicitur; cũ autem inaniter, & effuſe exultat, tunc lætitia nuncupatur.

Alia ſentẽt. Sed & alij uiri bene docti dicunt, delectationem, & lętitiam in hoc diſcriminari, ꝙ lætitia eſt ueluti primus aduentantis boni motus; poſt illum autem, cum reſedit animus, & bono ſibi congruenti fruitur, & acquieſcit, delectatio, ſiue uoluptas eſt. Sed quidquid ſit de hac uocabulorũ differentia, certum ſit, & exploratum, quod hæc differẽtia nõ ſeruatur in diuinis literis: illa enim exuberantia gaudij in patria cœleſti, nunc appellatur lætitia, nunc delectatio.

Pſal. Dicitur n. in Pſalmo: Delectationes in dextera tua, uſque in finem. & in alio Pſalmo: Adimplebis me lætitia cũ vultu tuo. Hæc de tertia quæſtione dixiſſe ſufficiat.

Quanũ maior ſit delectatio. Ad quartã progrediamur, cuius explicatio in duabus, aut tribus aſſertionibus conſiſtit.

Prima cõcl. *Pſal. 118.* *Ariſt.* Prima concluſio. Delectationes, quæ ſunt in appetitu intellectiuo, ſecundum ſe ſunt maiores, & ſuauiores, quam quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo: vnde dicitur in Pſal. 118. Quã dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. & Ariſtoteles dicit decimo Ethicorum capitulo ſeptimo, quod maxima delectatio eſt, quæ eſt ſecundum operationem ſapientiæ. & in ſacro libro Sapientiæ, de iucunditate, & ſuauitate ſapientiæ mirifica dicuntur, capitulo ſexto, ſeptimo, & octauo.

Sap. 6. 7. & 8. *Probatur cõcluſione.* Et probatur ratione euidentiſſima. Nam ad delectationẽ tria exiguntur, ſcilicet bonum coniunctum, & id cui coniungitur, & coniunctio utriuſque, quæ requirit cognitionem: vt ad delectationem guſtus requiritur cibus delectabilis, & guſtus bene diſpoſitus, atq; adeo cõiunctio utriuſque cum cognitione: ſi enim res delectabilis coniungeretur guſtui dormientis, non ſequeretur delectatio, quia nõ eſſet cognitio. At vero bonũ ſpirituale, ex cuius adeptione iucundatur uoluntas, eſt præſtantius omnibus bonis ſenſibilibus, & eſt magis dilectum: cuius indicium eſt, ꝙ homines, vel perditi, nonnumquã abſtinent a maximis voluptatibus corporis, propter honorem, qui eſt bonum intelligibile. Rurſus, pars intellectiua, cui fit coniunctio, perfectior eſt, & nobilior, quam ſit pars ſenſitiua, atque adeo operatio, quam ſequitur delectatio, nobilior eſt in parte intellectiua, quã in parte ſenſitiua. Similiter coniunctio utriuſq; intimior, eſt perfectior, & firmior, quam in parte ſenſitiua. Intimior quidẽ, ẽ quia ſenſus perſiſtit circa accidentia externa; intellectus uero penetrat uſque ad rei eſſentiam, & uſque ad medullam cedri. Itẽ perfectior eſt, quoniam coniunctioni ſenſitiuæ admiſcetur motus, qui eſt imperfectus. Item eſt firmior: nam bona delectabilia, ſunt bona corruptibilia, & cito deficiũt; bona uero ſpiritualia, ſempiterna, & perpetua. Certe uel ex hoc demonſtratur, quam tenuis, & caduca ſit delectatio ſenſualis: nã durat tantũ per inſtans, & ſubita eſt: nõ enim eſt in tpe, ut dictũ eſt art. 2. Delectatio uero ſpiritus, de ſe ꝑpetua eſt.

Confir. Et confirmatur. Nã iudicium de rebus, debet ſumi ex decreto ſapientum; ſed uox illa eſt uiri ſapientis, & iuſti: Melior eſt dies una in atrijs tuis, ſup millia. & illa: Renuit cõſolari aĩa mea, memor fui Dei, & delectatus ſum. Quod ſi hæc non uideantur uera hominibus carnalibus, nõ eſt mirandum: nã homines carnales non ſuſcipiunt delectationes ſpirituales, nec guſtant quã ſuauis ſit ſpiritus Domini: ſed lauentur peccatores, & mundi fiant; auferant malũ cogitationum ſuarũ; quieſcant agere peruerſe; & diſcant bene agere; & ueniãt, & arguant nos, niſi ea, quę diximus vera eſſe cõprobauerint: certe narrant iniqui fabulationes, & delectationes ſuas, ſed nõ ut lex Dñi Dei noſtri.

Secũd. cõcl. *Delectationes ſenſus uehementius nos mouẽt.* Secunda concluſio. Delectationes ſenſus, quo ad nos, uehementius mouẽt. Primo, quoniã bona delectabilia ſunt nobis magis cognita, nobiſcum creſcunt, nobiſcũ nutriũtur, & coaleſcunt. Secundo, quoniã præmium boni delectabilis, cõtinuo guſtatur, & obiectum præſens magis mouet. Tertio, quoniam homines indigemus delectationibus tamquã medicinis, contra triſtitias, & diuerſos mœrores. Cum igitur plures homines non poſſint pertingere ad delectationes ſpirituales, declinant ad delectationes carnales. Quarto, homines mortales inchoamus noſtrã perfectionem a bono ſenſus, & conſumamus illam in bono ſpiritus: & cum ſint plures inchoantes, quam conſumantes, plures ſunt qui delectationes ſenſus ſectantur.

Tertia cõcl. *Plato.* *Seneca.* Tertia cõcluſio. Plato, & uniuerſi philoſophi, tũ Ethnici, tum Chriſtiani, eſcam omnium malorũ, uoluptatẽ ſenſus appellant. De qua re ſententias philoſophorum in mediũ producere lubet. Seneca in queſt. ſic ſeueriſſime pronunciat: Pleriq; etiam nunc ex hominibus ita uoluptatis imaginem concipiunt, ut illam in ſolio ſtatuant regio, veluti humanarum plane reginã rerum. Quod vero ferendum minus eſt, virtutes ei ſubijciunt, ut famulas: autum quoq;, ne quid indignationi deſit, obſeruantes, ut e veſtigio, quidquid viſum illi fuerit, exequantur, tamquã illud demum productio hominis ſpectet, vt cibum, potumq; delectamentis implicitus, percolat. Hactenus Seneca.

Antiſthen. Antiſthenes aiebat libro ſeptimo apophtegm. tertio, inſanire ſe malle, quam uoluptate deliniri: & recte ille quidẽ. Nam libro decimoquinto apud Silium Italicũ legimus.

Quippe nec ita Deum tantum, nec tela, nec hoſtes.
Quantum ſola noces animis illapſa voluptas.
Ebrietas tibi fida comes, tibi luxus, & atris
Circum te ſemper uolitans infamia pennis.

Ariſt. *Prouer. 23.* Ariſto. Voluptatũ initia obliniõi mãdãda ſunt, & ſoli exitus memorãdi, ꝑnitẽtia pleni. Cui cõſonat illud Prou. 23: Ne intuearis uinum cum flaueſcit, cum ſplẽduerit in uitro color eius: ingreditur blande, ſed in nouiſſimo mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffundet: loquitur de voluptate per uinum ſignificata.

Ariſt. Idem Ariſtoteles primo ethicorum capit. primo ſcribit: Vita voluptuoſa, eſt vita pecudum.

Socrates. Socrates dicebat, eos, qui ſe ad continentiam, & frugalitatem exercuiſſent, & longe plus habere voluptatis, & minus doloris, quam qui ſumma cura vndique pararent oblectamenta, quod voluptates intemperantium, propter animi ſibi male conſcij cruciatum, propter infamiam, ac paupertatem, frequenter ipſi etiam corpori plus afferant moleſtiæ, quam delectationis. Contra vero, quæ ſunt optima, eadem ſunt iucundiſſima, ſi quis aſſueſcat. Aiebat etiam eſſe turpe, ſi quis ſua ſponte ſeruiens voluptatibus, talem ſe faceret, quales nemo domi ſuæ vellet habere ſeruos. Talibus autem nullam ſalutis ſpem reliquam eſſe, niſi pro eis Deos comprecarentur alij, vt bonos dominos naſciſci poſſent, quando prorſus decretum erat ſeruire. Exiſtimat enim, nullos fœdiorem, miſerioremque ſeruire ſeruitutem, quam qui, & animo, & corpore ſeruirent voluptatibus. libro tertio. apoph. octauo & nono. Idem, eo die, quo bibiturus eſſet venenum, cum detractis compedibus ex frictu ſenſiſſet voluptatem, dicebat amicis: quam mire hoc natura

comparatum eſt, vt hæ duæ res ſeſe inuicem comitētur, voluptas, ac dolor: niſi enim præceſſiſſet moleſtiā, nō ſentirem hanc voluptatem. Apoph. 73. libro tertio, idem admonebat, voluptates non aliter, q̃ ſyrenas eſſe prætereundas ei, qui properat, vt virtutem, velati primam, conſpiciet: alluſit ad Vlyſſem, qui cera obturatis aurib. præter nauigauit Syrenas, vt Ithacæ ſumum ſubſilientē cerneret. Apoph. nono. Diogenes aiebat, q̄ qui ſcopū non attingunt, hi vulgo ἀτυχεῖν, id eſt, fruſtrari dicuntur: at ipſe negabat illos fruſtrari, qui aberrarent ab ſcopo, ſed eos, q curas ſuas ad voluptates, velut ad ſcopū, dirigerent: nā ab his petunt beatitudinē, cū per eas deueniant in ſummā miſeriā. De hoc ſcribitur lib. 3. Apophtegm. nonageſimoſexto, poſt primum centenarium Apophtegm. Alexander Darij Regiam ingreſſus, cum videret ſublime cubiculum, & in eo ſtratum, menſas, ceteraq; omnia mirifico ornatu inſtructa, Hoccine, inquit, erat imperare? ſentiens non eſſe regium habitum, delicijs indulgere. Idē lectum ingreſſus, excuſſis accurate pallijs, dicere ſolebat: Numquid hic delicatum, aut ſuperfluum mater addidit? adeo abhorrebat à muliebribus delicijs. Apoph. 51. & 52. lib. 4. folio 247. pag. 2. Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum, to. 3. fo. 34. & 35. Hora. irridet appetitū ciborū, qui cōſumti relinquunt pœnitentiā.

Diog. Conc. Alexan.

Hieron. Horat.

Sperne voluptates, nocet emta dolore voluptas.

Et cū in amœniſſimo agro in morſum voluptuoſorum hominū ſe pinguem, craſſumq; deſcriberet, luſit his verſib.

Me pinguem, & nitidum bene curata cute viſes,
Cum ridere voles, Epicuri de grege porcum.

Solon. Salomon.

Solon, vnus de ſeptem ſapientib. dixit, voluptatem fuge: ipſa namque poſtremo dolorem parit. Et vide ſi non hæc ſola cum Prouerbio Salomonis conueniat, qui dicit de vino, vel magis de voluptate, per uinum ſignificata: Ingreditur blande, & in fine mordet vt coluber. Periāder ex eodē numero, voluptates mortales eſſe dicebat; veritatē autem æternam. Epictetus, Nil, inquit, vilius, quam amare voluptatem, aut quæſtum, aut iactantiam; nil magnificentius manſuetudine, & humanitate. Dionyſius in libris, quos de regno ſcribit, inter cetera præcipit regi, vt labores amplectatur, ſpernatque voluptatē, quæ, inter cetera mala, poſſidentem nonſemper frui ſinit: at labor diutius laborantem ſuſtinet, atque adiuuat. Iſocrates, Ducas, inquit, non ducaris a voluptatibus. Voluptates mundanæ, ſunt opera luti, & lateris, quibus affligebantur filij Iſrael in Ægypto, admixtis paleis, id eſt, ſubſtātia tēporali, quā vndiq; conuertunt, vt pendant pēſum Pharaoni regi Ægypti, id eſt, dæmoni, Regi tenebrarū, quia ſic admiſcent, & perdunt peccatores in opere luteo ſubſtantiā, id eſt, in uoluptatibus obſcœnis, vt ædificent Pharaoni duas ciuitates tabernaculorū, vt dicitur Exho. 1. vel theſaurorum, ſecundum aliā litterā, quia ibi recōdit dæmō vniuerſam annonā ſuam. Sunt aūt nomina ciuitatū Phytō quod interpretatur, os abyſſi; & Rameſſes, malitia. vide quā quadrant nomina ſic, qa peccatores per opera ſua ædificant os inferni, in quo ſunt, a cuius uentre nō abſunt, niſi padum mortis, vt glutiantur, & malitiā tineæ, hoc eſt, vermis cōſciētiæ, cui corroſurus eſt viſcera eorū in perpetuū: quia vermis eorū non morietur, vt ait Propheta. Ibi in oper. b. luti conſiſtit annona, & reditus dæmonis recondendi in inferno, quē ædificant illi, tamq̃ in horreo proprio. Huius eſt naturæ voluptas (ait Muſonius) vt paulatim illecta, & ſubrepens quotidie maiores cāpos acquirat, priuſq; totū occupet, q̃ ex parte ſentiatur. Epictetus apud Arrian. Quod ſi te voluptatum phantaſia forte rapuerit, eam alijs delephantaſijs, vt ſpatio interpoſito, poſſis reminiſci vtriuſque tēporis: cū videlicet victus, quandoq; a voluptate fueris, magnopere te pœnitebit; & cū abſtinueris, magnū ſui ſti gaudium aſſecutus. Si aūt voluptas aderit tolerabilis, ea ſic vtere, vt tui ſis compos, habenaſque manib. teneas. Epicurus apud Diogenē, frugalē victum, pane, aquaque contentus amabat, non vt aduerſus voluptati, ſed q̄ maiorē voluptatem in minima victus cura reperiret: ſumtus enim, & delitias, animi dolores ac moleſtias gignere. Cicero de Senectute inquit: Sequitur tertia vituperatio ſenectutis, q̄ eam carere dicunt uoluptatib. O inquit) præclarum munus ætatis, ſiquidē id aufert nobis, qd̄ eſt in adoleſcētia vitioſiſſimū. Accipite. n. optimi adoleſcentes veterē orationem Architæ Tarentini, magni in primis, & præclari viri, quæ mihi tradita eſt, cum eſſem adoleſcens Tarenti cum Quinto Maximo: nullā capitaliorē peſtē quā corporis voluptatē hominib. dicebat a natura datā: cuius voluptatis auidæ libidines, temere & effrænate ad potiū dum incitarent. Hinc patriæ proditiones; hinc Rerumpublicarum euerſiones; hinc cum hoſtibus clandeſtina colloquia naſci dicebat: nullum denique ſcelus, nullum magnum facinus eſſe, ad quod ſuſcipiendum non libido voluptatis impelleret: ſtupra uero, adulteria, & omne tale flagitium, nullis alijs illecebris excitari, niſi voluptate. Cumq; homini, ſiue natura, ſiue quis Deus nil mente præſtabilius dediſſet, huic diuino muneri, ac dono, nil tā eſſe inimicū, q̃ voluptatē. Nec. n. libidine domināte, tēperātiæ locū eſſe, nec oīno in voluptatis regno virtutē poſſe cōſiſtere Quod quo magis intelligi poſſet, fingere aīo aliquē iubebat, tāta incitatū voluptate corporis, quanta percipi poſſet maxima: nemini cenſebat fore dubiū, quin tā diu, dum ita gauderet, nil agitare mente, nil rōne, nil cogitatione conſequi poſſet. Quo circa nil tam deteſtabile, tamq; peſtiferum, quam voluptatem: ſiquidem ea cum maior eſſet, atq; longior, omne animi lumē extingueret.

Periander. Epictetus. Dionyſius. Iſoc. Exod. 1. Propheta. Muſonius. Epictetus. Concl. Epicurus. Cicero. Architas.

QVAES. XXXII.

De cauſſa delectationis, articulos habet octo.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum delectatio conſequatur operationem.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio. Nam ad delectationē duo exiguntur, conſecutio videlicet boni conuenientis, & cognitio conſecutionis. Vtrumque autem iſtorum in quadā operatione conſiſtit: cognitio. n. actualis eſt quædam operatio, bonumq; adipiſcimur per aliquam operationem.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum motus ſit cauſſa delectationis.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio. Efficitur nāque delectabilis ſecundum illa tria, q̃ concurrūt ad delectationem: bonum videlicet delectans, coniunctio delectabilis, & ipſa cōiunctionis cognitio. Natura autem

EXPLICATIO QVÆSTIONIS.

Omnes natura trahimur ad delectationem, & voluptatem ſolidam, & ueram: ſed vbinam ſit conſtituta, pleriq; ignorant: Plerique enim mortales voluptatē ſenſualem perſequūtur, pauci vero, quos Deus amat, voluptatem animi diligentius perquirunt. Sed vbi nam ſit pax, tranquillitas, & uoluptas vera animi noſtri, explicat in primis eleganter D. Th. in hac quæſtione. In mētis, (inquit) perfectiſſima operatione maxima delectatio ſequitur operationem: ergo perfectiſſima delectatio, perfectiſſimam operationem In mente itaque ſunt puriſſimæ, ac perfectiſſimæ delectationes, quibus illa non fatigatur, ſed reficitur: tales illic ſunt, quales nemo, niſi expertus, adduci poſſit, vt credat. Sed documento poſſunt eſſe hi, qui rerum omnium iacturam, facile, ac libenter pertulerunt, ut liberet illis, atque ex animi ſui ſententia liceret perfrui. Quæ in contēplatione ſunt voluptates, ex natura illarū ſunt, quib. nos in vita beata beatiſſimi reddemur, & ideo Pythagoras eam vitam dicebat eſſe omniū præcel-

Vbi nam ſit vera voluptas. D. Tho. Pythag.

noſtra ſic inſtituta eſt, quod motus eſt ſibi conueniens, & ex parte noſtra tranſmutatio efficitur delectabilis, i. a quod aliquid nunc conuenit, quod non conueniet poſtea: ſicut in hyeme calefieri, quod non cõueniet in æſtate. Patet etiã ex parte boni delectabilis, quod coniungitur nobis: ex hac em̃ parte fit delectabilis tranſmutatio: nam actio cõtinuata alicuius agentis, auget effectũ: quanto n. quis diutius appropinquat igni, tanto magis calefit. Naturalis autẽ habitudo in quadam menſura conſiſtit: vnde ſi actio excedit menſuram, delectabile trãſiret, & ſequeretur labor, & ſic remotio efficeretur delectabilis. Patet ẽt ex parte cognitionis, quod deſiderat homo cognoſcere aliquid totum, & perfectum, quod cũ totum ſimul apprehendi non poteſt, delectat in his tranſmutatio, vt vnum trãſeat, & aliud ſuccedat, & ſic totum ſentiatur.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum ſpes, & memoria ſint cauſſa delectationis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs. Nam delectatio cauſſatur ex præſentia boni conuenientis, prout ſentitur, vel alio modo percipitur: fitq; nobis aliquid præſens, vel ſecundum cognitionem, prout cognitum eſt in cognoſcente ſecundum ſuam ſimilitudinem; vel ſecundum rem, prout vnum realiter alteri cõiungitur, vel actu, vel potẽtia. Cumq; maior ſit coniũctio ſecundum rem, quam ſecundũ cognitionem, quæ eſt ſecundum ſimilitudinem, & maior ſit coniunctio rei in actu, quã in potentia: ideo maxima eſt delectatio, quę fit per ſenſum, quæ requirit præſentiam rei ſenſibilis. Secundum gradum tenet delectatio ſpei, in qua eſt coniunctio, non ſolum ſecundum apprehenſionem, ſed etiam ſecundum poſſibilitatem adipiſcẽdi bonum, quod delectat. Tertium gradum tenet delectatio memoriæ, quæ habet ſolam coniunctionem apprenſionis.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum triſtitia poſſit eſſe cauſſa delectationis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Triſtitia per accidens poteſt eſſe cauſſa delectationis, in quantum memoratur homo ſe euaſiſſe ab aliquibus triſtibus, & doloroſis: & ſic ei accreſcit gaudij materia, & ſecũdum quod eſt in actu, cauſſat delectationem, in quantum facit memoriam rei dilectæ, de cuius abſentia aliquis triſtatur, & tamẽ de ſola eius apprehenſione delectatur.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum actiones aliæ poſſint eſſe cauſſa delectationis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio affirmãs eſt. Nam tripliciter põt alterius operatio eſſe cauſſa delectationis. Primo, cum per alicuius operationẽ aliquod bonum cõſequimur. Secundo, cum per aliorũ operationem cauſſatur in nobis aliqua cognitio, vel aliqua æſtimatio proprij boni: vnde homines delectantur in hoc, quod laudantur, vel honorantur ab alijs, maxime a ſapientibus. Tertiò, prout aliorum bonæ operationes æſtimantur, vt propriæ, propter vim amoris, qui facit æſtimare amicum, quaſi ſibi eundem.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum beneſacere delectet.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio affirmat, in quãtum alterius bonum, propter vnionem amoris, ſicut propriũ reputamus, & alijs benefacientes ſperamus a Deo, vel ab hominibus bonum nobis conſequi. Spes autẽ eſt cauſſa delectationis, fitq; in nobis imaginatio qdã abundãtis boni in nobis exſiſtentis, ex quo alijs cõicare poſſumus, ex qua de-

præcellentiſſimã. & Ariſt. finem bonorũ omnium in contemplatione, & eius delectatione collocauit. Vñ Ariſt 10. Eth. cap. 8 ſic ſcribit. Ceteris quidem animalibus in propria ſpecie, ſua eſt voluptas, & proprius cibus; homini tamen diuerſa ineſt voluptas: in cauſſa eſt electio, quã habet. Inter eius quoque voluptates præſtantior illae, quę contingit homini ſtudioſo, & ſecundũ virtutem viuẽti; ceteræ vero ſecundariæ. Habet ẽt hæc delectatio animi noſtri, habet (inquam) aliã præexcellentiã, quod nemo eam tollet a nobis, neq; impedire poterit: nemo n. in hac parte læditur niſi a ſeipſo: namq; excidit, ſemp nos comitatur, & vbi cũq; ſumus, oem delectationem, verã, & ſolida circũferimus. Itaq; ſi quęris fontẽ, vnde lętitia vera, & gaudiũ ſolidũ exhauriatur, ſtudioſa vita, & operatio virtutis, (potiſſime vero diuina ſapiẽtia, & diuinarũ rerũ cõtẽplatio) eſt. Sed & aliũ fontem, longe vberiorem, lętitiæ, & delectationis tibi demõſtrabo: ipſe eſt, Deus meus, & glorificabo eũ. De qua ſe lubet hic cuiuſdã Deo bene noti, & pij, afferre ſniam, quæ pene modum his verbis ſcripta eſt. Cũ Deus ſolus, qui eſt ſũmũ, & incõmutabile bonũ, poſſit deſideria aiæ rõnalis ſatiare, quietaque reddere, merito ad hoc ardenti auiditate aſpirare deberet oĩs homo, vt obiẽta vitę pfectione, ipſi Deo in hoc exilio intime vniretur. Nã ſi huc pergeret homo, illũ recte vera in- Sententia ... modi.

Iueniret, sẽtiretq; quod ſi a tremenda præſentia oẽm ab ipſo profligaret egeſtatẽ, & cũ veriſſima opulentia locupletaret, ineffabiliq; repleret gaudio. Vnde iam homo euagari, & adulteria oblectamenta a creaturis emẽdicare prohibetur: illi. n. inſipidũ, amarumq; eſſet, quidquid Deus nõ eſſet. Plane ſpiritus rõnalis tam nobilis eſt, vt nullum bonum caducum ei ſatisfacere queat. Non. n. his, quæ ſe inferiora ſũt, expleri, & beatus eſſe põt, ipſo autẽ inferiora ſunt, cœlũ, terra, mare, & quidquid viſibile, ſenſibileq; eſt. Itaq;, conditore Deo dũtaxat (qui incõparabiliter ipſo melior, dignior que eſt) cõtentus, ac beatus eſſe põt; ſine quiete, vagus; ſine refectione famelicus: hõ oberrat, quam diu brachijs charitatis illum perfecte non conſtringit, qui propter ſuam dignitatem nõ poteſt nõ concupiſci. Quibuslibet diuitijs, ac delitijs affluat; quibuslibet honoribus abũdet, ſatiari nequit, niſi per contactũ amoris Deũ conſequatur. Quo in præclariſſima ſui portione, nempe in mente, ſemel inuẽto, creaturis omnib. libẽter Vale dicit, & cũ Pſalmiſta cantat: Mihi adhęrere Deo bonũ eſt. atq; cũ B. Iob ait: In nidulo meo moriar, & ſicut palma, multiplicabo dies. Nõ iã aliqua ſolatia exterius reqrit, qa illi intus copulatur quod eſt torrẽs, & pelagus inæſtimabiliũ voluptatum, exuberanſq; plenitudo omniũ, quæ pulchra, amœna, ſuauia, pręcellentia, & deſide-

Concl. Conc. David. Iacob. Conc.

deſiderabilia ſunt, atque cordi humano placere poſſunt.

Quomodo cognitio ad delectationem requiratur.

Sed iam deueniamus ad explicandum, quo modo ſit verum, quod cognitio, quæ eſt intellectus operatio, & conſecutio, ſiue coniunctio boni congruentis, & conuenientis, cauſſet delectationem. Nam quod cognitio requiratur, vt ſequatur delectatio, per ſe notum & euidens eſt. Si.n. cibus poneretur in ore dormiētis, nō efficeret delectationē. Si rurſus improuiſum iure hæreditatis adueniret alicui, ipſo neſciē te, non propterea delectaretur. Vtrū

Concl.

vero cognitio ſit cauſſa per ſe delectationis, an vero tantū cōditio requiſita, alia quæſtio eſt, vtriſque locis a me explicata. Sed quō cōſecutio boni ſit cauſſa delectationis, a Domino Caiet. difficile explicatur, cū tñ (quantum mea fert opinio) nullā præ ſe ferat difficultatē: ſed eſt nodum in ſcirpo quærere, quod aiunt. Arguit igitur Caiet.

Conſecutio quō cauſſet delectationem. Caie.

Argu. Caie.

Nā propriū eſſe, & viuere, & alia huius generis, maxime delectāt, at eſſe, & viuere, nō cōſequimur per noſtram operationem. delectāt quoq; nos multa, in quib. conſtituimur, nō per operationes, ſed potius per hoc quod recipimus, & patimur, vt patet, cum delectatione, & voluptatē capimus, quū refrigeramur, vel caleſimus: & conueniens locus nos delectat, in quo conſtituimur per eſſe in loco, & nō per operari. Hæc obijcit Caietanus,

Solutio.

quæ facile habent ſolutione. Nā D. Tho. loquitur de delectatione, quæ aduenit ex bonis, quæ noſtro marte, & noſtris operib. conquirimus. Pro cuius explicatione nouiſſe oportet, ꝙ in bonis, quæ noſtro marte, & noſtris operib. conſequimur, neceſſum eſt, vt bona conſequamur congruentia, vt ſequatur delectatio: delectatio enim eſt quies, quę vſque ad boni adeptionem nō exſiſtit. Sed ſunt quędam bona nobis inſita, ſiue nobiſcum congenita & nata, quæ delectant nos, non quia conſequimur, ſed quia habemus illa; & quoniam hęc delectatio eſt etiam naturalis, & nobis inſita, de ea D. Tho. minime fuit ſolicitus. Loquitur igitur D. Tho. de delectatione ex bonis ſuperuenientibus.

Sed illud habet difficiliorem tractatum: de cauſſa delectationis ex parte obiecti. Scribit enim Diuus Thomas, ꝙ debet eſſe bonum congruum, & conueniens quod cauſſet delectationem, & delectabile appellatur. De hoc dubitat Caietanus, an bonum cauſſet delectationem, ratione bonitatis.

An bonum cauſſet delectationem ratione bonitatis.

Arguitur.

Nam ratio, quæ cauſſat delectationem, eſt ratio agēdi, ratio aūt agendi, non eſt relatio: ergo non eſt conuenientia, ſiquidem conuenientia relatio eſt: ſed erit bonitas cōueniens. Quod autem ſit ipſa conuenientia, probatur: quia niſi ratio apprehenderet aliquid vt conueniens, non cauſſaret delectationem. In hac quæſtione explicanda, Scot. in

Scot.

3. d. 15. docet, quod bonum conueniens, ratione bonitatis, & ſecundum rationem abſolutam, cauſſat delectationem, & delectabile dicitur; ſecundum vero relationem conuenientiæ, dicere cauſſam, ſine qua non cauſſaret delectationem. Itaque conuenientia, eſt veluti approximatio agentis, ad agendum. Caietano vero placet, quod relatio con-

Caie.

lectamur: & ideo liberaliter alijs tribuimus, maxime amicis, cum amor ſit cauſſa delectationis.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum ſimilitudo ſit cauſſa delectationis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās. Nam ſimilitudo eſt quædam vnitas, & vnumquodq; ſic eſt delectabile, ſicut & amabile. & ſi id quod eſt ſimile bonum, proprium non corrumpit, ſimpliciter eſt delectabile: ſi vero corrumpit, per accidens efficitur contriſtans, non in quantum eſt ſimile, & vnum, ſed in quantū proprium bonum corrumpit; vno modo, per exceſſum, ſicut accidit in ſuperabundātibus cibis, qui faſtidium generāt; alio modo, per directam contrarietatem ad ipſum bonū propriū, prout vnus figulus alium odit, nō vt figulus eſt, ſed in quantum per alium amittit propriam excellentiā, ſiue proprium lucrum.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum admiratio ſit cauſa delectationis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās. Habet enim adiunctam ſpem conſequēdi cognitionem eius, quod ſcire deſiderat: propter hoc enim admirabilia ſunt delectabilia, in quantum ſunt rara, & habet aliquis deſiderium addiſcendi cauſſam, cum videat effectum, & ipſam ignoret: nō ergo ex ignorantia habet delectationem, ſed in quantum admirans aliquid nouum addiſcit: gaudet enim anima in collatione vnius ad alterum; quia eſt hic proprius actus, & connaturalis rationis.

uenientiæ, aut diſconuenientiæ in actu exercito, concurrat ad cauſſandam delectationem, vel triſtitiam, vt ratio agendi. Et mouetur ex eo, quod delectatio, & triſtitia de eodem, differunt ſpecie, quippe quæ contrariæ ſunt: Ergo delectabile, & triſtabile, earum obiecta propria, & per ſe poſitiue actiua, differunt ſpecie, ſecundum rationes agendi illas, ſed non ſecūdum rōnes abſolutas: Ergo ſecūdum rōnes reſpectiuas cōueniētię aut diſconueniētiæ, ſiquidē in re nulla eſt differentia, cū ſit idem obiectū. Et confirmatur. Nam oportet omnino cōtrarias actiones, a cōtrarijs rationib. agēdi proficiſci, in naturaliter agētibus proprijs, qualia ſunt delectabile, vel triſtabile.

Ratio C

Conc. Confir.

Sed conſtat, quod idem abſolutū (puta, calor) modo cauſſat delectationē, modo triſtitiā, apprehenſus, vel perceptus, vt conueniens, vel diſcōueniens. Exiſtēte igitur forma abſoluta eadē, & facto tranſitu de delectabili in triſtabile, propter variationē, cōuenientiæ in diſconuenientiā, videtur ſequi euidēter, ꝙ ratio conuenientiæ, vel diſconuenientiæ, ſit ratio cauſſandi delectationē, vel triſtitiā. Sed & exēplo rerum naturalium idē comprobatur. Ouis.n. numquam fugeret lupum, niſi apprehenderet ipſum, vt diſconuenientem: & continuo experimur, propter varias relationes, importantes cōuenientiā, vel diſconuenientiā, apprehenſas de aliquo, varie immutari a delectatione in triſtitiam, & e contra. Certe, inquit Caiet. decipiuntur contrarium docentes, exiſtimantes ꝙ relationes non ſunt principia actiua, vt relationes ſunt: ſunt tamen, vt apprehenſæ ſunt. & qui negat hoc, negat quoq; æſtimatiuam, cuius obiectum ſunt intentiones nō ſenſatæ, elicitæ ex ſenſatis, vt vtile, amicum, inimicum.

Exemplum eſt in naturalibus.

Sed altera cauſſa deceptionis pōt eſſe, ꝙ nō diſtinguitur inter apprehēdere relationē alicuius in actu ſignato, & in actu exercito. Exemplū ſit: Ouis nouit agnū, vt terminū lactationis, nō ꝙ oporteat eā apprehēdere ipſam relationē termini: quod eſſet apprehēdere in actu ſignato; ſed quia apprehendit agnū, vt exercentē relationē termini lactationis. & ſimile eſt in alijs: ex talib.n. apprehenſionib. relationum cauſſatur, vel delectatio, vel triſtitia, & ceteræ animi paſſiones. Hactenus Caiet.

Sed, vt meam ſententiam paucis explicatam reddam, ego ſic ſtatuo: Bonum, ſub ratione conuenientiæ, & congruitatis, cauſſare delectationem; & diſconueniens, ſub ratione diſconuenientiæ, cauſſare triſtitiam: quod adeo certum eſt, vt probatione alia non ſit opus. Sed dico, ꝙ hęc ratio conuenientiæ quamquam explicatur uocabulo relatiuo, non ſignificat relatione, ſed perfectionē, aut pulcritudinē rei abſolutā. Beati.n. non delectantur in vita beata, de relatione, ſed de bonitate, & pulcritudine diuinitatis; quæ dulcedine mellis, & ſuauitatis delectatur, certe nō de relatiōe, ſed de perfectiōe dulcedinis voluptatē capit. Ideoq; eſt animaduertere in ceteris bonis. Itaq; cū dicat D. Th. ꝙ delectatio cauſſatur ex adeptiōe boni cōuenientis, ſēſus eſt, ꝙ dilectatio

Authoris ſententia.

ctatio cauſſatur ex adeptione boni; qđ mihi eſt bonum, & conueniēs: ſtat enim, ꝙ id, quod alijs bonū eſt, mihi bonum non ſit. Certe ſicut delectamur de bono conueniente, ſic amamus bonum conueniens: ſed nemo dicit quòd amamus relationē conuenientiæ, ergo a nemine dicatur, ꝙ delectamur de relatione conuenientiæ: id enim quod amatur, eſt delectabile. Sed iam finio quæſtionem, & ad aliā quæſtionem progredior.

Concl.

EXPLICATIO Quæſtionis.

DE effectib. delectationis breuiter, & ſtricte ediſſerā; ſi quidē res eſt de ſe manifeſta ſatis. Certe nemo eſt q nō ſentiat, in delectatione, & lætitia exagitari cor, & dilatari a qua cordis dilatatione exiſtit riſus, & exaltatio: cū.n. iā pectus coercere nō pōt ſuū cor, tūc riſus, & geſticulatiō, & quoque demētia. Qui molles ſūt corde, facile delectationē, & mœrorē ſuſcipiūt, vt ſigillū in cera; q duro, & caldo, lætitiā cito capiūt, & diu retinēt; ſicut cō ra, q duro, & frigido, mœrorē, vt in atra bili. Eſt.n. mœror affectus terreſtris, frigidus, & aridus. Lætitia aūt, calid⁹ & humectus. Idcirco, ea facile in pueris, iuuenib. & bene ualentib. naſcitur. Ex hac igitur cordis dilatatiōe exiſtit riſus, & exultatio. Riſus vero, affectus non eſt, ſed actus exterior, ab interiori manāsiuā ex delectatione dilatatur cor, ad cuius motū, & facies extolli tur, eaq; potiſſimū

Riſus & exultatio.

Conc.

Mœror lætitia.

Sec. conc.

Ter. con.

QVAES. XXXIII.

De effectibus delectationis, articulos habet quatuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum delectatio dilatet cor.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt affirmans. Nam delectatio, nomen eſt, quod motū ad latitudinem ſignificat: quæ cum dimenſio magnitudinis corporalis ſit, metaphorice ſumitur in affecti b⁹ animæ. Et ex parte virtutis apprehenſiuæ, apprehēdit homo, ex coniunctione boni congruentis, perfectionē quādam ſe eſſe adeptum, quæ ſpiritualis magnitudo eſt, & ſecundum hoc animus magnificari dicitur, ſeu dilatari per delectationem. Ex parte etiā virtutis appetitiuæ, quæ aſſentitur rei delectabili, & in ea quieſcit, præbens ſe ei, ad interius ipſam capiendam, hominis affectus per delectationem dilatatur.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum delectatio cauſſet ſitim, vel deſiderium.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Quādo delectatio eſt perfecta, tunc omnimodam habet quietem, & nullum habet motum, ſeu deſiderium tēdens in non habitum, cum nihil ſuperſit deſiderandum.

Secunda Concluſio. Omnes fere delectationes corporales, ſitim, & deſideriū excitāt. Contingit enim rem nō perfecte habere, qa res habita nō eſt tota ſimul, quando recipitur ſucceſſiue, vt ſunt propemodū oēs delectationes sēs⁹.

Tertia Concluſio. Delectationes ſpirituales contrariū pariunt effectum, atq; ſenſuales; quia corporales, & ſenſuales per excreſcentiam naturalis habitudinis efficiuntur faſtidioſæ, vt patet in delectatione ciborū; ſed ſpirituales non ſuper excreſcunt naturalē habitudinem animi noſtri, immo perficiunt naturam: vnde cum peruenitur ad conſumationem in ipſis, tunc ſunt magis delectabiles, niſi per accidens operationi contemplatiuæ, adiungantur aliquæ operationes virtutum corporalium, quæ per aſſiduitatem operandi laſſentur. Quare in Eccleſ. dicitur: Qui bibit me, adhuc ſitiet.

Quarta Concluſio. Si conſideratur delectatio, prout eſt in memoria, & non in actu, ſic cauſſat ſitim, & deſiderium, quando homo redit ad illam diſpoſitionem, in qua erat ſibi delectabile id quod prætеrijt: ſi autem immutatus ab ea diſpoſitione ſit, memoria non cauſſat delectationem, ſed faſtidium: ſicut ei, qui plenus eſt cibis, memoria cibi generat faſtidium.

ARTICV. TERTIVS.

Vtrum delectatio impediat vſum rationis.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio ſic habet. Delectationes corporales impediunt vſum rationis. Pro cuius expoſitione ſcire oportet, quod delectationes propriæ, adaugent operationes; extraneæ vero impediunt. Eſt ergo quædam delectatio, quæ habetur de ipſo actu rationis, ſicut cū aliquis delectatur in contemplando, vel ratiocinando: & talis delectatio non impedit vſum rationis, ſed adiuuat; quia illud attētius operamur, in quo delectamur: attētio autem adiuuat operationē. Verū delectationes corporales impediunt vſum rationis triplici de cauſſā. primo quidē, ratione diſtractionis, qa cum fortiter inhęret intētio alicui rei, debilitatur circa alia res, vel ab alijs reuocatur. Deinde rōne contrarietatis: quędā.n. delectationes, maxime ſuperexcedentes, ſunt contra ordinem rationis. & per hunc modum dicit Ariſt. 6. Ethicor. ꝙ delectationes corporales corrumpunt æſtimationem prudentiæ; non autem exiſtimationem ſpeculatiuam,

pars, quæ eſt circa os, qui rictus nominatur, vnde riſus. Itaque riſus exteriorem ſedem hēt in ore primū; hinc in oculis, & toto vultu: interiorē aūt philoſophi affirmant eſſe in pcordijs in his pręcipua hilaritatis, & delectationis ſedes, qđ titillatur maxime deprehenditur alarū, quas ſubit & gladiatores, qui eo loco eſſent ſauciati, ridentes obierūt. Riſus aliquando oriuo corporali, & ex affectu non naſcitur, ſicut i titillatione ſubaxillis, aut alijs in locis. Aliquādo naſcitur ex īdignatione, & mœrore, qualē fuiſſe Annibalis in curia Carthaginēſi a Scipione victi ferunt: ſed hic non riſus, ſed ſimulatio riſ⁹ fuit. Riſus, qui ex affectu naſcitur, de lætitia eſt, aut delectatione nōta; naſcitur.n. primo illo contactu, quo delectatio recens mouet animū: inſperata vero, & ſubita plus delectant, & citius cōmouēt riſū, & maiorē: nam de veteribus & aſſuetis nō ridemus: vehemens cogitatio, vt affectum impedit, ita etiā riſum. Quibus de cauſſis prudentes, & ſapiētes viri, non ita frequenter rident eū, ob magnas, intentaſq; cogitationes, tum, ꝙ illis ob prouidentiam, pauca ſunt noua, aut inſueta: accedit his conſtitutio corporis in præſtantibus ingenio viris ad atrā bilē inclinans. Inter animantes ſolus homo ridet, quoniam is ſolus habet vultum, qo riſum te ſtetur; ceteris aūt facies immoto habitu torpet: non ꝙ animalia ad ſenſum boni, & voluptatis non cōcitentur, &

Sedes exterior, & interior riſus ſedes.

Eccl.

Quar. cō.

Riſus Annibalis.

Prior. cō

Inter animantes ſolus homo ridet.

edant ſigna quædam, quę iiſdē vim, & vicē obtinent, ut exultationes, & voces in ſuo illo gñe incōditæ, ſed quia vultū, vt nos, non mutant, ridere non dñr. Qui autem Græca voce Agelaſti nominantur, quaſi non ridentes, non iō, quia ridere non pñt, ſic dicuntur, ſed quia raro, vel ex natura melancholica, & duro corde, vel occupati cogitatione maiorum malorum, qua excluditur delectatio, nō prorumpunt in riſum. Sed de hoc ſatis ſit.

Agelaſti.

Illud tñ hēt dubitationē nō paruam ad explicandū ſecūdū articulū, Quid eſt q̀ beati ſemper videntes Deum, & ex Dei viſione voluptatem perpetuā capietes, faſtidio & ſatietate nō alienentur. Ita n. comparatū eſt, vt faſtidio, ſit quod in vita ſēper eiſdem rebus vtendum ſit, & omnino iucunditas in quadam permutatione poſita eſt: neque. n. in eo voluptas ſita eſt, ſi perpetuo eiſdem fruaris rebus. Atque Lucianus in quodam dialogo perquam eleganti, introducit quendā, qui cum Deus eſſet, optauit mortem. iam enim illi deſinerat eſſe iucundum, Deum eſſe, hac ratiocinatione perſuaſus. Nam quod iucundum vocant, id non ſimplex; ſed variū eſt: cum vero ſemper viuerem, inquit, & eiſdē perpetuo rebus vterer, ſole, luce, cibo, & cum oīa quæ cōtingūt in uita, reciproco quodā orbe recurrerent, ſaturitas eorū me cœpit: neque. n. voluptas in eo ſita eſt, ut ꝑpetuo fruaris eiſdē rebus, ſed oīno in permutādo poſita eſt. Hac itaq; ratiocinatione perſuaſus, mortē ſibi conſciuit, & vita diuinitatis faſtidiū peperit. Sic ergo rōcinantur quidā hoīes ineruditi de uiſione beata, & timent, ne faſtidio & ſaturitate alienentur, ſi ſēper videant Deū, neq; in alio negotio ſint occupati. Sed hanc rōnem dubitandi vulgariū hominū ſatis diſtincte explicat D. Th. in 2. art. conſtituēs drīam inter delectationes corporales & ſpūales, deſignans veram rōnem, quare delectationes corporales, faſtidiū, & ſatietatē pariant, ſpūales minime. Eandē drīam conſtituit Greg. hom. 36. in Euang. & Aug. tom. 3. in quibuſdā ſententiis, inīa 270. Tpalia (inquit Aug.) plus diliguntur antequā habeātur; vileſcūt aūt cū aduenerint: æternū uero ardentius diligitur adeptum, q̄ deſideratū. Quare idē Aug. ſuper Pſ. 85. in illud, quod dr̄ de beatis, In ſæcula ſæculorum laudabunt te, dicit, quod in patria hæc erit actio nr̄a, laus Dei, amas. & laudas, non autē deſinis amare: quia talis eſt quem vides, qui nullo te offendet faſtidio, & ſatiat te, & non te ſatiat. Mirū eſt qd̄ dico: ſi dicā quia ſatiat te, timeo ne quaſi ſatiatus velis abſcedere. q. ſi dico, nō te ſatiat, timeo ne indigens videaris. Quid ergo dicā? non quod dici pōt, cogitari vix pōt & ſatiat te, & non te ſatiat, quia vtrumq; inuenio in ſcriptura Matt. 5. Beati qui eſuriunt, quia ipſi ſaturabuntur: & Eccl. 24. dr̄ Qui edunt me, adhuc eſurient, & qui bibūt me, adhuc ſitient. Vbi aduertit Aug. q̀ non dixit, Iterum, quaſi primo ſaginatus diſceſſerit, & digeſſerit, & redierit bibere, ſed Adhuc. ſ. cum edunt, eſuriunt, & cū bibunt, ſitiunt. Quid eſt bibendo ſitire? numquam faſtidire. Sed diſtinctius, & euidentius idē perſequitur D. Th. in 3. contra Gentes c. 62. Diuinæ, inquit, ſubſtātiæ uiſio non corrumpit, ſed magis perficit intellectū: neque ad hanc viſionem beatifica cōcurrit actus, qui p. organa corporea exerceatur: ergo non pōt faſtidio, & ſatietate aliquē a viſione beatifica alienare. Probatur conſequentia, quia faſtidiū alicuius, quo primo aliquis delectabiliter ſtudebatur, accidit ꝑ hoc, q̀ res illa aliquam mutationem facit in re, corrumpendo, vel debilitando virtutē ipſius: vt patet in operatione virium ſenſitiuarū, & in operatione intellectus noſtri in hac vita, q̀ ſine potentiis organicis cōpleri non pōt, quæ laſſantur, & defatigantur. Deinde, diuina ſubſtātia, a quolibet intellectu creato, ſēper cū admiratione vr̄, cū eam non cōprehēdat. Ergo diuinæ ſubſtantię viſio non pōt faſtidiū parere: nihil. n. quod cum admiratione conſideratur, pōt eſſe faſtidioſū. Sed ultima huius rei demōſtratio mihi admodū probat ea eſt, q̀ licet uiſio beata vna ſit, & ſimplex, ceterū in virtute continet plūa bona, & in ea oē deſideriū hoīs completur, vt ſit verū, q̀ beatitudo ſit ſtatus oīum bonorū aggregatione pfectus. De qua re eloqui D. Th. libet hic propemodū ad lr̄am tranſcribere ex 3. cōtra Gētes c. 63. In illa (inquit) beatifica viſione oē deſiderium hominis impletur, ſm illud Pſalmi: Qui replet in bonis deſiderium tuū: & oē humanum ſtudium in ea felicitate conſummationē accipit. Eſt. n. quoddā deſiderium hominis, inquantū intellectualis, de cognitione ueritatis, quod quidē hoīes adimplent per ſtudium contemplatiuæ vitæ: & hoc quidē maxime in viſione beatifica conſumabitur, quandoquidem per viſionē primæ veritatis, oīa, quę intellectus naturaliter ſcire deſiderat, ei innoteſcēt. Eſt ēt quoddā hominis deſiderium, ſm quod hēt rōnē, qua inferiora diſponere poteſt: eſt inquam, hominis deſideriū dominandi, & gubernādi: qd quidem cōſequūtur hoīes per ſtudiū actiuæ, & ciuilis vitæ quod deſideriū principaliter ad hoc eſt, vt tota hominis vita ſm rōnem diſponatur, & gubernetur: quod viuere ſm virtutē cuiuslibet viri ſtudioſi finis eſt in operando propriæ virtutis bonū, ſicut fortis, ut fortiter agat. Hoc aūt deſiderium tunc oīno complebitur, qn̄ rō in ſummo vigore erit diuino lumine illuſtrata. Deſiderant hoſuper homines, honores, ſublimitatem, quam hoīes inordinate appetentes, ſuperbi, & ambitioſi ſiunt. Ad ſummam aūt honoris altitudinem, per illam uiſionē Dei hoīes ſublimantur, inquantū Deo quodam modo vniuntur, vt ſupra oſtenſū eſt. & ꝑp̄ hoc, ſicut ipſe Deus rex ſæculorū eſt, ita & beati, ei coniuncti, Reges dñr. Et Chr̄s Apoc. 19. dr̄ Rex Regū, qm̄ beati oēs, Reges ſunt. & Apoc. c. 20. Regnabunt cum Chr̄o. Conſequitur ēt ciuilem vitā aliud appetibile, quod eſt famę celebritas, p cuius inordinatū appetitū, hoīes inanis gloriæ cupidi dicuntur. Beati aūt p illā viſionē redduntur celebres, non ſm hominū, qui decipi, & decipere pñt, opinionē, ſed ſm veriſſimā cognitionē, & Dei, & oīum beatorum: & iō illa beatitudo in ſcriptura ſacra frequentiſſime gloria noīatur, ſicut in Pſalmo dicitur: Exultabunt ſancti in gloria. Eſt etiam & aliud in ciuili uita appetibile, ſcilicet diuitiæ, per quarum inordinatum amorem, homines illiberales, & iniuſti fiunt. In illa autem beatitudine eſt bonorum omnium ſufficientia, inquantum beati perfruuntur illo, quod comprehendit bonorum omnium perfectionem. Propter quod dicitur Sapient. 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. & in Pſalm. dicitur. Gloria, & diuitiæ in domo eius. Eſt etiam tertium hominis deſiderium, quod eſt ſibi, & aliis animalibus commune, ut delectationibus perfruatur, quod homines maxime conſequitur, ſm vitam voluptuoſam, &

Verū beati aliquod faſtidium patiātur in viſione Dei.

Lucianus.

D. Thom.

Gregor.
Aug.

Matth. 5.
Eccl. 24.

D. Thom.

Concl.

D. Thom.

Pſalm.
Cognitio veritatis.

Deſiderium dominandi & gubernandi.

Sublimitas honoris.

Apoc. 19.
Apoc. 20.

Famę celebritas.

Pſalm.
Diuitię.

Sap. 7.
Pſal. 10.
Deſiderium perfruendi delectationibus.

cui non contrariantur, puta, quod triangulus hēt tres angulos: ſecūdū aūt primū modū, vtramq; impediunt. Impediūt ēt, inquantū ad delectationes corporales ſequitur quædam tranſmutatio corporalis maior, q̄ in aliis paſſionibus; quanto vehementius afficitur appetitus ad rē præſentem, quam ad abſentē. & tales perturbationes impediūt uſū rationis, ut patet in vinolētis, q eū ligatū habent.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum delectatio perficiat operationem.

SVMMA TEXTVS.

CONCLVSIO affirmat. Nā certe delectatio perficit operationē per modum finis, ſecundum quod omne bonum completiue ſuperueniens poteſt dici finis: ſuper iſtud enim bonū, quod eſt operatio, ſuperuenit aliud bonum, quod eſt delectatio, importās quietationem appetitus in bono adepto. Perficit etiā indirecte, in quantum agens delectatus in ſua actione, vehementius attendit ad ipſam, & ſic diligentius eam operatur.

per eius immoderántiam, intemperati, & incontinẽtes fiunt. In illa uero felicitate eſt delectatio perfectiſſima, tanto quidem perfectior ea, quæ ſecundũ ſenſus eſt, qua & bruta animalia perfruuntur, quanto intellectus eſt altior ſenſu: tanto & illud bonum, in quo delectabimur, maius eſt oĩ ſenſibili bono, & magis intimum, & magis cõtinue delectans, quanto etiam illa delectatio ẽ magis pura ab omni permixtione contriſtantes, aut ſollicitudinis alicuius moleſtantis. de qua dicitur I Pſalmo: Inebriabuntur ab ubertate domus tuæ, & torrẽte voluptatis tuæ potabis eos. Quarto ẽ etiam naturale deſiderium omnibus rebus cõmune, per quod conſeruationẽ ſui deſiderant, ſecundũ quod poſsibile ẽ, per cuius immoderantiam homines timidi reddũtur, & nimis a laboribus ſibi parcentes: quod quidem deſiderium tunc omnino cõplebitur, quando beati perfectam ſempiternitatem conſequentur, ab omni nocumento ſecuri, ſecundum illud Eſa. 49. & Apocal. 21. Non eſurient, neq; ſitiẽt, & non percutiet eos æſtus & Sol. Sic igitur patet, quod per diuinam uiſionem conſequuntur ſubſtantię ſpirituales ueram felicitatem, in qua omnino deſiderium quietatur, & in quo eſt plena ſufficientia omnium bonorum, quę ſecundum Ariſtotel. ad felicitatem requiritur. Hęc de iſta quæſtione dicta ſufficiant.

Concluſ.

Pſalm. Deſiderium propriæ cõſeruationis.

Eſai. 49. Apoc. 21.

Concluſ.

Ariſto.

Epicurei.

QVAEST. XXIIII.

De bonitate, & malitia delectationum, articulos habet quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum omnis delectatio mala ſit.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Aliqua delectatio bona eſt, & aliqua mala. Pro cuius rei elucidatione ſcire oportet, quod reſpicientes aliqui ad ſolas delectationes corporales, quæ ſunt magis manifeſtę, neq; diſtinguentes inter ſenſum, & intellectũ, oẽs malas eſſe poſuerunt. Quorum æſtimationẽ patet non eſſe conuenientẽ, cum nullus uiuere poſsit ſine aliqua corporali delectatione, ac ſenſibili. Vñ dicendũ eſt, cum delectatio ſit quies appetitiuæ uirtutis in aliquo bono amato, & conſequens aliquã operationem, aliquas delectationes eſſe bonas, ſecundum, quod rectæ rõni, & legi Dei cõcordant; & aliquas eſſe malas, ſecũdum, quod a ſupra dicta diſcordãt. Et ſicut in rebus naturalibus, id naturale dicitur, quod conuenit naturæ; innaturale vero, quod naturæ diſconuenit: idem patet ex parte operationum, quarum quędam ſunt bonæ, quædã malæ: ſed operationibus ſunt coniũctę delectationes: ideoque bonarum actionum delectationes, bonæ ſunt; & malarum, malæ.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum oĩs delectatio bona ſit.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans, quæ ſatis euidenter ex præcedenti articulo comprobatur. Sed probat etiam accuratius D. Tho. inquiens, non eſſe dicendum omnes delectationes eſſe bonas, ut poſuerunt Epicurei, Stoicis omnino aduerſantibus, quia non diſtinguebant inter id, quod eſt bonũ ſimpliciter, & id, quod eſt bonũ ſecundum quid. Cum ergo delectatio ſit quies in bono, ſi id, in quo quieſcit appetitus, eſt ſimpliciter bonum, delectatio erit bona; ſed ſi ſit bonum ſecundum quid, puta, cõueniens ſenſui, ſed contrarium rationi, erit delectatio bona ſecundum quid, id eſt ſenſui; ſed mala ſimpliciter, licet apparens bona, ut fornicatio.

ARTICV. TERTIVS.

Vtrum aliqua delectatio ſit optimum.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Aliqua delectatio põt dici optimum inter bona humana. Nã optimum in unoquoque eſt finis eius, qui eſt ipſa res, & uſus rei, ſicut finis auari eſt pecunia, & poſſeſsio pecuniæ: ita etiam ultimus finis hominis eſt Deus, qui eſt ſummum bonum, & ẽ ẽt fruitio eius, quæ importat delectationem quandam in ultimo fine. Qua in re errauit Plato, exiſtimans delectationẽ non poſſe habere rõnem ultimæ perfectionis, cum uideret eas in quodam motu cõſiſtere: motus enim, & generatio ſunt actus imperfecti. Sed hęc exiſtimatio eſt manifeſte falſa in delectationibus ſpiritualibus, cum aliquis delectetur non ſolũ in acquiſitione ſciẽtiæ, quando addiſcit; ſed ẽt in contemplando, ſecundũ ſcientiam acquiſitam. Decipitur alio modo Plato, quia arbitratur bonum ſummũ, quaſi abſtractum, & ſeparatũ, ſicut eſt ipſe Deus; nos aũt loquimur de optimo in rebus humanis.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum delectatio ſit menſura, uel regula boni & mali moralis.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſio. Delectatio uoluntatis eſt regula boni & mali moralis: unde bonus eſt, qui gaudet in operibus uirtutũ; & malus, qui in operibus malis. Probatur hæc cõcluſio. Nã bona, uel mala uoluntas ex fine cognoſcit: finis autẽ eſt ille, in quo uoluntas

EXPLICATIO QVÆSTIO.

Ex doctrina horũ articulorũ, examen quæſtionum emergere vr. Nam in 1. & 2. art. D. Tho. ſtatuit pro certo, & euidenti, quod ſi operatio eſt bona & ſtudioſa, eius delectatio erit bona & ſtudioſa; rurſus ſi operatio eſt mala, eius delectatio eſt mala. Quod principiũ diuinæ Theologiæ mouet de ſe has quæſtiones, quas ſubiungã. In primis hanc, Vtrũ liceat delectari in actibus excuſatis per ignorãtiam inuincibilẽ, & inculpabilẽ? Licuit ne Iacob cõplacere, & delectari, quod cognouiſſet Liam? Certe ex principio, & documento D. Thom. vr eſſe licitum, ſiquidem operatio illa bona fuit, & meritoria coram Deo: ergo & eius delectatio ſtudioſa erit. Sed & illã quæſtionem mouet, Vtrũ liceat cõplacere, & delectari in fornicatione, aut in adulterio, ſi non eſſet lege diuina prohibitũ? Rñ huius quæſtionis ex propoſito documẽto locum hẽt. Nã ſi adulteriũ, aut fornicatio nõ eſſet lege diuina prohibita, peccatũ non eſſet, ſed ſtudioſa operatio, ut ſentiũt pleriq; Theologi, & Diu. Paulus dicit Rom. 4 Vbi nõ ẽ lex, neq; præuaricatio. Tertiã quæſtionẽ mouet nõ minus difficilem, Nũ delectatio de cogitato actu licito condĩonaliter, ſit peccatũ. verbi gratia, cogitat quod de actu coniugali cũ tali muliere, ſi eſſet uxor ſua, & uoluntarie de eo delectatur: quæritur, an ſit in crimine, poſtquã operatio, de qua delectatur,

Concluſ.

An liceat delectari in actibus excuſatis per ignorantiam inuincibilem.

Secũdi dub.

Platonis.

Pauli. Tertia.

Prior cõcluſio.

tur, ſtudioſa ſit, & inculpabilis: accedere.n. ad mulierem, ſi eſſet uxor ꝓpria. pctm̄ non eſſet. Deinceps oritur alia q̄ſtió, Num uidua, q̄ uoluntarie delectatur de actu coniugali pꝛeterito, in crimine teneatur.

Quarta.

Denique quærit, Num uoluntaria delectatio, de uiſa pulcra muliere, ſit cōputanda inter peccata: ſiq̄dē uidere pulcrā mulierem, pctm̄ non eſt.

Vltima.

Has & ſimiles q̄ſtiones in pſentia examinare non ſtatui, quoniam earum exq̄ſita indagatio ad materiā de peccatis ſpectat, ubi cōcedente Dn̄o, eas inueſtigabo.

Poſt. cōc.

Nūc ſciat Theologus regulam D. Tho. í art. 1. & 2. conſtitutā, eſſe certiſſimā, atque p eam ꝓpoſitas dubitationes habere euidētem ſolutionem, ꝓut infra uidebimus.

D.Thom.

Circa 3. & 4 arti. difficilis oritur. q̄ſtio, & irreconciliabilis diſſenſio ī doctriña D. Th.

Queſtio per difficilis, an in delectatione ſita ſit beatitudo.

Nā ſi delectatio, & fruitio in vita beata, eſt optimū, & pfectiſſimū bonum: ergo in delectatione conſiſtit beatitudo hoīs, ſiqdem in optimo & pfectiſſimo, beatitudo hoīs conſtituenda eſt.

Prima concl.

Hoc ipſum confirmatur. Nam D. Tho. euidēs ſuña eſt, quod uiſio diuinæ eſſēntiæ, eſt optimum, & pfectiſſimum ī uita humana: ergo non delectatio. Sed illud magis ſubit mirandū, qđ docet D Tho. in ult. art. delectationem eſſe regulam bonitatis, & malitiæ moralis: Nā ſi hoc uerum eſt, uincit Epicurus, qñ docet ſummum bonum eſſe delectationem, & pp dlectationem oīa eſſe ſubeunda, & ex delectatione, & uoluptate, bona & mala eſſe menſuranda; beatitudinem, & miſeriā.

Epicurus.

Certe D. Tho. non ſolum in innumeris locis ſuæ doctrinæ, ſed in hac quæſt. art. 1. & 2. bonitatem, uel malitiam delectationis ad operationem reduxit, tāquam ad regulam, & normam, dicens, illā delectationem eſſe bonā, q̄ cōſequitur ad operationē bonam; illam malam, q̄ conſequitur ad operationē malā.

Caiet.

Ad hæc Caiet. ſic reſpondet, ut dicat, ꝙ uiſio diuinæ eſſentiæ, eſt optimū, & pfectiſſimum in genere naturæ; delectatio uero, eſt optimum, & pfectiſſimū bonum in genere moris, id eſt, id qđ magis eſt cōſonum rōni: qa nihil eſt melius moraliter ipſa, ſi quidem operatio, & delectatio conſequens ipſam, eadem numero bonitate morali, bonæ ſunt, eadē qdem conſonātia, vel diſſonantia, conſonant, uel diſſonant rōni. Delectatio.n. non hēt aliā bonitatē, niſi quā hēt ex operatione ad quā conſeqtur: & ſic arbitratur Ca. ſatis conciliaſſe ſnĩas D. Tho. q̄ aliquo mō pugnare uidentur.

Vera explicatio dubij & legitima.

Sed, quantum ego ſentio, melius ipſe D. Th. explicat mentē ſuā in ſolutione ſecundi, inquiens, ꝙ delectatio nō eſt aliqd extraneū ab operatione, ſed comitans pſam: & ideo pro eodē bono reputatur, uidere diuinam eſſentiam, & delectari de uiſione diuinæ eſſentiæ. Quapropter, ſicut ſtultum eſt quærere quare homo uelit eſſe beatus, ſic ſtultum eſt quærere, quare homo uelit beatitudine delectari. Ad id uero, quod magna aſſeueratione docet D. Thom. delectationem eſſe menſuram bonitatis, uel malitiæ, ſic reſpondeo, ut decernam D. Th. tantū uoluiſſe dicere, ꝙ qui gaudet in bonis operationib⁹, bonus eſt; qui uero in malis, malus. non tamē uoluit dicere, quod prima norma bonitatis ſit delectatio. Hæc eſt mea ſentētia; D. Caie. alia pgit uia: ſed illi probatur ſua; nobis noſtra. utra ſit melior, penes legentes erit arbitrium.

conquieſcit: unde ſecundum delectationem uolūtatis iudicatur homo bonus, uel malus.

Poſterior Concluſio. Delectationes appetitus ſenſitiui non ſunt regula, & menſura bonitatis, uel malitiæ moralis: nam cibi cōiter delectabiles ſunt ſecūdum appetitum ſenſitiuum, & bonis, & malis; boni uero delectantur ſecundum cōuenientiam rationis, quam mali non curant.

QVAEST. XXXV.

De dolore, ſeu triſtitia ſecundum ſe, articulos habet octo.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum dolor ſit paſſio animi.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Sicut ad delectationem duo requirūtur, coniūctio boni, & perceptio coniunctionis, ſic ad dolorē duo requiruntur, coniunctio alicuius mali, quod malū eſt, quia priuat aliquod bonum, & ipſius coniunctionis perceptio: unde quando aliquid coniungitur, quod non habet rationem boni, uel mali, reſpectu eius cui coniūgitur, nō cauſſat delectationem, uel dolorem.

Secunda concluſio. Bonū & malū ſunt obiecta delectationis, & doloris. bonū cauſſat dlectationē malū, dolorē.

Secunda concluſio

Tertia concluſio. Dolor pertinet ad appetitum: quod ſic oſtenditur. In primis ex eo, ꝙ bonum, & malum, circa quæ uerſatur dolor, & delectatio, ſunt obiecta appetitus, & ipſum mouent, tum uero, qm̄ omnis motus, cōſequens apprehenſionem, pertinet ad appetitū: appetitus.n. eſt de bono apprehenſo. Cū igitur dolor, ſeu delectatio pſupponat in eodē ſubiecto ſenſum, uel apprehenſionē, ut dictum ē, euidens eſt, ꝙ dolor ſit appetitus.

Tertia. concluſ.

Quarta concluſio. Dolor, prout eſt in appetitu ſenſitiuo, propriiſsime paſsio dicitur: tum, qm̄ ſemper fit cum quadam trāſmutatione corporali: tum deinde, quoniam oīs motus appetitus ſenſitiui, maxime qui in malum ſonat, paſsio dicitur.

Quarta concluſ.

Quinta concluſio. Motus doloris ſemper eſt in aīa. dicitur aūt eſſe in corpore, quia eius cā eſt in corpore, cūm aliquid corpori nociuum patimur.

Quinta concluſ.

EXPLICATIO QVAESTIONIS.

COmmentariū huius q̄ſtionis in quinq; partes diſtribuo. Primum, quid ſit dolor definiā; deinde de diuiſione ſubiungam; tum de contrarietate pauca ſubijciā; ꝓximo loco de ſpecieb⁹ triſtitiæ diſſeram; ultimo, de lacrymis, quæ ex dolore ꝓficiſcuntur, dfiniā.

Definitio doloris. Cicer.

Dolor ē aīſ, uel corporis cruciatus. Deducitur aūt a dolādo, qđ ſignificat, minuo, quippe lætitia augētur corpora; dolore minuūtur. Cicer. in 2. Tuſc. ſic definit dolorem. Dolor ē motus aſper in corpore, a ſenſibus alienus, & 4. Tuſc. Dolor eſt ægritudo crucians. Quas aūt ille ægritudinis partes conſtituat, ex placitis Stoicorū facile eſſet huc adducere, ſi ab Stoicis eſſent recte tradita, & a Cicerone aīaduerſa: ſed neutrum vī mihi. ſi cui aūt placent, eqꝗdem non impedio: in promtu ſunt in 4. lib. Tuſcul. quæſt.

D. Thom.

Vt ergo certa definitione, quid ſit dolor, ſiue triſtitia, circumſcribamus, ſic definitur dolor a D. Th. Dolor eſt motus appetitus, ſiue ſenſitiui, ſiue intellectiui, de malo præſenti, uel de eo, quod iam habetur pro præſenti. Sane dolor, delectationi contrarius eſt, & ideo definitionibus contrarijs definiri debet. Vñ quemadmodum delectatio eſt quies in bono adepto, ſenſibilis, id eſt, quæ ſenſu, uel cognitione percipitur, ſic dolor eſt motus de malo præſenti, ſenſibilis id eſt, qui ſenſu, uel cognitione percipitur. Igitur ad hunc modum definitione doloris conſtituta, ad diuiſionem progrediamur.

Duplex eſt dolor.

Dolor, alius appetitus ſenſitiui, alius eſt appetitus intellectiui, qui ꝓprie triſtitia dicitur. Differūtque prædicti dolores admodum inter ſe, tum, qa dolor corporis ſemper fit cum aliqua tranſmutatione corporali; triſtitia uero appetitus intellectiui, non ſemper ē cum corporea tranſmutatione, vñ eſt in angelis, & aīabus ſeparatis, tum deinde, qñ cā doloris ſenſitiui eſt in corpore, cum aliquid corpori nociuum patimur; triſtitia uero appetitus intellectiui nō eſt in corpore. ſed in aīa. Præterea differunt: nā cū ſenſus exterioris apphenſio ſit solū præſen-

præſentiũ; intellectus vero poſſit percipere pteritũ, præſens, & futurum triſtitia animi põt eſſe de præſenti, præterito, & futuro;

Concl.

dolor autẽ corporalis, qui ſequitur apprehẽſionẽ ſenſus exterioris, nõ poteſt eſſe niſi de præſẽti. Sed & aliam d̃riam colligo ego ex art. 7. vbi dicit S. Th. q̃ triſtitia interior, eſt maior q̃ exterior, quæ venit ex corporis læſione. Nã obiectum doloris exterioris, eſt malũ coniunctum corpori, ex quo ad animã redundat; malum vero, qđ eſt obiectũ triſtitię interioris, eſt cõiunctũ intime ipſi appetitui, & animæ.

Suboritur difficultas.

Sed ex dictis magna oriebaẽ qõ, & a nemine fere Theologorũ explicata; Q̃õ Angeli, & aĩæ ſeparatę, ſpiritus cum ſint, ab igne corporeo patiãtur, & triſtitiã & mœrorem inde concipiant, cum ignis non ſit potẽs agere in ſpiritũ, neq; aliquam impreſſionẽ immittere, quæ afferat ſecum dolorem. Sed de hac quæſtione l quarto ſnĩatum ad finem diſputatur.

Prior concl.

Quæritur quo delectatio & triſtitia opponãtur.

Porro nũc ad tertia partẽ noſtræ diſputationis ꝑgrediamur, in ea qua quæriẽ, qũo triſtitia, & delectatio opponantur. Certe ut delectatio, & triſtitia opponantur, neceſſum eſt quod ſint de eodem: nã q̃ quis gaudeat de vno, & de alio contriſtetur, nulla contradictio, aut oppoſitio eſt. Ex hoc documento ſoluit

D Th.

D. Th. argumentum quoddam, quod pleriſque Theologis diffi-

Poſter. concl.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum triſtitia ſit idem quod dolor.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt. Dolor latius patet, quam triſtitia, ſic, vt omnis triſtitia dolor ſit, non autem óis triſtitia dolor eſt. Nam triſtitia ex interiori apprehenſione cauſſatur, ſicut gaudium: dolor vero ex duplici apprehenſione, exteriori ſenſus, vel apprehenſione intellectus, vel imaginationis cauſſari poteſt, ſicuti & delectatio: quamuis hoc nomine, Doloris, in corporalibus magis vtamur, cũ magis ſint nobis noti, quam ſpirituales dolores. Eſt & alia differentia inter dolorem & triſtitiã: nam cum ſenſus exterioris apprehenſio ſit ſolum præſentium; vis autem cognitiua interior poteſt percipere præteritum, præſens, & futurum; triſtitia poteſt eſſe de præſenti, præterito, & futuro; dolor autem corporalis, qui ſequitur apprehenſionem ſenſus exterioris, non poteſt eſſe, niſi de præſenti.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum triſtitia, ſeu dolor, ſit contraria delectationi.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſio. Triſtitia, & delectatio, quæ ſunt eodem, habent oppoſitionem ad inuicem. Nam præſens bonum, & præſens malum, ſunt obiectum delectationis, & doloris, ſiue triſtitiæ: ſed hæc ſunt contraria: ergo delectatio, & triſtitia, contraria ſunt. Per accidens vero vnum contrarium poteſt eſſe cauſſa alterius, vnde ex magno deſiderio non recuſat aliquis ferre triſtitiam, vt ad delectationẽ perueniat, ſic luctus, & ſimilia ad gloriam perducunt.

Poſterior concluſio. Triſtitia, & delectatio de diuerſis, non habent oppoſitionem, ſecundum rationem ſpeciei ad inuicem, ſed diſparatæ dicuntur, ſicut triſtari de morte amici, & delectari de contemplatione: immo quandoque habent conuenientiam, & affinitatẽ, ſicut gaudere de bono, & triſtari de malo. Atqui ex hoc patet articulus 4.

ARTICVL. QVINTVS.

Vtrum delectationi contemplationis ſit aliqua triſtitia contraria.

SVMMA TEXTVS.

Prior concl.

Prior concluſio. Contemplatio, ſi capiatur pro cauſſa delectationis, poteſt habere triſtitiam contrariam: tunc enim delectatio non eſt de ipſa contẽplatione, ſed de re contemplata: contingit namque contemplari aliquid nociuum contriſtans, ſicut aliquid conueniens, & delectans.

Poſterior concl.

Poſterior Concluſio. Si accipiatur delectatio contemplationis, ut cõtemplatio eſt eius obiectũ (ut cum aliquis delectatur de hoc, ipſo quod contemplatur) tunc contemplationi non opponit aliqua triſtitia, per ſe loquendo: ſed neque aliquam triſtitiam habet annexam, cum ſecũdum ſeipſam ſit delectabilis, & perfecta operatio. Per accidens vero admiſcetur triſtitia, uno modo, ex parte organi partis ſenſitiuæ, quod laſſatur; alio modo, ex impedimento apprehenſionis.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum magis ſit fugienda triſtitia, quam delectatio appetenda.

SVMMA TEXTVS.

Prior concl.

Prior concluſio. Fortior eſt appetitus delectationis, quam fuga triſtitiæ, quia cauſſa delectationis eſt bonum conueniẽs; cauſſa uero doloris, vel triſtitiæ, eſt malum, & diſcõueniens: quod malum non poteſt eſſe totaliter abſque om

cillimũ eſt, Q̃õ aĩa Chr̃i Dñi in paſſione tota erat plena fruitione, & gaudio: & tota patiebaẽ dolorem; q̃õ in eadẽ aĩa ſimul erat sũma triſtitia, & ſumma delectatio. Sic. n. ſcribit in tertia parte, q̃ſtio. 46. art. 8. ad primũ, quod gaudium fruitionis, non cõtrariabatur directe dolori paſſionis, quia non erant de eodem: nihil autem prohibet contraria eidem ineſſe, nõ ſm idẽ: & ſic gaudium fruitionis pertinet ad ſuperiorem partẽ rõnis per proprium actum; dolor aũt paſſionis, ſm ſubiectũ. Itaque gaudiũ fruitionis ptinet ad aĩam ex parte potentiæ cui ſubiicitur; dolor uero pertinet ad eſſentiam animæ, ex parte corporis cuius eſt forma. Eãdem ſolutionem perſequitur Diuus Th. quæſtione de paſsionibus aĩæ, articulo decimo ad nonũ. Cõtraria, inquit, non poſſe eſſe in eodem ſubiecto, per ſe quidẽ; bene autem per accidẽs: ut cũ quis in naui deambulans fertur in cõtrarium eius, ad quod nauis mouetẽ: ita (inquit) in ſuperiori ratione aĩæ erat gaudiũ per ſe, quia ꝑ actum proprium; dolor autem per accidẽs, q͂a ꝑ corporis paſſionem. Deinde rñdet, q̃ gaudium illud, & dolor, nõ erãt contraria, quia non erant de eodem. Sed hęc ſolutio nõ ſatisfacit quibuſdã viris doctis: quorũ improbatio hæc eſt. Nam anima Chriſti, videns rõnes in Dei eſſẽtia diuinas, de

Arg. contra ſolut. D. Tho.

ſua

ſua morte lętabatur, quā cernebat rōni, & volūtati diuinæ eſſe cōformē; triſtabatᷓ aūt de eadē, q̄ erat malū naturæ cōtrariū: quare de eadē gaudebat, et triſtabatᷓ, erat q; idē obiectū gaudij, & triſtitię materiale. Nā formalis gaudij, triſtitięq; rō, ſemper, ſiue de eadem re, ſiue de alia triſtemur, & gaudeamus, diuerſa eſt: gaudij. n. obiectū eſt res ſub rōne cōuenientis; triſtitiæ uero, res ſub rōne diſcōuenientis, licet ſit eadē res. Non ergo negare poſſum', ſi in Chři uolūtate gaudiū ſūmū & triſtitia d̄ morte ſua fuit, quin duo ſimul ī eodē fuerint cōtraria.

Teſter. concl.

Prima aliquorū difficultatis ſolutio.

Propter hoc argumētū aūt tripliciter ꝓdictam difficultatem diſſolui poſſe. Primo, ſi dicamus ī appetitu Itellectiuo Chři, nullā penitus triſtitiam exſtitiſſe, q̄m illa aīi portio Deo fruebatᷓ plenitiſſime. Itaque quēadmodū a ſuperiori potentia non deriuabatur gaudiū ad īferiores, ut ſalutis myſteriū in Chři paſſione tranſigeretᷓ, ſic ab īferiore potentia non perueniebat ad ſuperiorē dolor: non fuit itaq; in Chři voluntate triſtitia, ſed in appetitu ſenſitiuo, qui proprie triſtitiæ ſubiectū eſt.

Concl.

Secunda.

Altera explicatio propoſitæ difficultatis eſt, ſi dicamus ꝙ in voluntate Chři intellectuali fuit ēt triſtitia: & tunc dicendū eſt. ꝙ per potentiā ſupernaturale factum eſt, vt gaudiū ſummū, & ſumma triſtitia in eodem fuerint ſimul: tum, quia nec proprie

ni cōuenientia; bonum uero contingit abſque omni diſſonātia. Vnde delectatio poteſt eſſe integra, & perfecta; triſtitia autem ſemper eſt ſecundum partem. hinc ſequitur poſterior concluſio.

Naturaliter maior eſt appetitus delectationis, quā fuga triſtitiæ. Patet certe, quia obiectū delectationis ꝑ ſeipſum appetitur; malum autem vitatur, quia priuatio boni eſt. Sed id quod eſt per ſe, potius eſt eo quod eſt per accidens, & ideo vehementius tēdit appetitus in delectationē, quam fugiat triſtitiā. Per accidens vero contingit aliquem magis fugere triſtitiā, quam delectationem appetere; ex parte quidem apprehēſionis, cū ex indigētia amati procedat triſtitia: nā ex amiſſione illa magis ſentit amor; ex parte ēt cauſſæ contriſtantis, vel dolorem inferentis, ꝙ repugnat bono magis amato, quā ſit illud bonū in quo delectamur, ſicut magis amatur conſiſtentia corporis, quā delectatio cibi: vnde propter vitæ conſeruationem a cibis abſtinemus; ex parte etiā effectus, inquātum triſtitia impedit omnes delectationes.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum dolor exterior, ſit maior, quam interior.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ſic habet. Maior eſt dolor interior: quia licet in hoc conueniant, quod vterque eſt motus appetitiuæ uirtutis, differunt tamen quantum ad cauſſam, quæ eſt bonum coniunctum, vel malum, & quantum ad apprehenſionem. Nā cauſſa doloris exterioris, eſt malum coniunctum quod repugnat corpori, & ſequitur apprehenſionem ſenſus, maxime tactus: cauſſa uero doloris interioris, eſt malum coniunctum appetitui, & ſequitur apprehenſionem interiorem, imaginationis, uel rationis. Si ergo comparentur cauſſę illæ, quæ ꝑtinēt ad dolorem interiorem, per ſe ſūt, quia ipſi appetitui repugnāt; aliæ ſcilicet exterioris doloris, quia corpori repugnant, per aliud ſunt: ſemper autem id quod per ſe eſt, & prius, & potius exſiſtit eo quod eſt ꝑ aliud: unde ex hac parte interior dolor, præeminet exteriori. Patet etiam ex apprehenſione rationis, & imaginationis, quæ altior eſt apprehenſione tactus, cuius ſignum eſt, quod aliquis uolūtarie ſuſcipit exteriores dolores, ut uitet interiorem, qui exterior quodāmodo fit delectabilis, & iucundus, propter interius gaudium, ut fuit in martyribus. Sed quandoque exterius dolor eſt cū interiori, & tunc dolor augetur: vnde quidquid eſt repugnans corpori, pōt eſſe repugnans interiori appetitui, & quidquid apprehenditur ſenſu, poteſt apprehendi imaginatione, & ratione, ſed non e conuerſo. Quare dicitur Eccleſ. 25. Omnis plaga, triſtitia cordis eſt.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum ſint tantum quattuor ſpecies triſtitiæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio affirmat tantum eſſe quattuor, videlicet miſericordiam, quæ eſt triſtitia de malo alieno, inquantum ęſtimatur, ut proprium; alia eſt inuidia, quæ eſt triſtitia de bono alieno, inquantum aliquis bonum alterius exiſtimat ut nociuum ſibi. Sed quādo animus ita deprimitur, vt non videatur eſſe refugium, anxietas, ſiue anguſtia uocatur. quæ aggrauatio, ſi in tātum procedit vt ēt exteriora membra ab opere immobilitentur, dr̄ accidia, quaſi uocem amputās: eſt.n. vox inter omnes exteriores motus magis exprimens conceptus, & affectus, non ſolum hominum, ſed etiam aliorum animalium.

cōtraria erant, cū non eſſent de eodem, neq; circa idē: tū, q̄m ꝑ miraculum fieri pōt vt duo contraria ſimul in eodē inueniātur. Tertiā adhibent ſolutionē, ꝙ ſicut per totā vitā Dňs gloriam aīæ per miraculum detinebat, ne in corpus redūdaret, ſic ſaltē in cruce tenuit gaudiū viſionis beatificę, ne redūdaret ad aīam, vt ſummā triſtitiam pro nobis pateretur, & ſine aliqua conſolatione ſubiret mortē. Sed acutę licet ſint iſtæ ſolutiones, ſolidę mihi non vīr: non.n. hñt fundamētum in doctrina ſcripturæ nec ſanctorū, nec philoſophorū. mihi ſententia D. Tho. maxime probatur.

Reprobantur iſtæ ſolutiones.

Sed iam opus eſt, ut breuiter explicemus ſpecies triſtitiæ. Miſericordia eſt prima ſpēs triſtitiæ, quā Ariſtot. definiuit dolorē de malo, quod nobis vī̄ accidere indigne, vt morb', mors, fames, ſitis, tormēta, plagæ, ſpoliatio, & quę ſūt eiuſmodi. Sed, vt breuiter dicam, oīum malorum gña in miſericordiam incidūt: miſeramur īfames', mācos, & tardos, ſtultos, & improbos. Indigni ſunt malis, nřa opinione, boni viri, & qui recte ſunt officio functi: & īnocētes ad eā pœnā quā pferūt, ſimplices vt īfantes & pueri. adde his illos, qui magna fortuna ſunt deturbati, illos ēt qb' nō licuit bonis ſuis frui. Eo aūt creſcit magis miſeratio, ſi ꝓ bonis ſperatis, incidit quis in mala inopinata, vt regni hřs in captiuitatem

De ſpeciebus triſtitiæ Ariſt.

Definitio miſericordiæ.

Eccl. 25.

Concl.

üitatem Similitudo & ſympathiam efficit, & miſericordiã mouet, vt erga ſimiles ætate, moribus, cõſtitutione, ſtudijs dignitate, & genere: ſympathia eſt, veluti tactus vnius facultatis, cui aliæ facultates ſimiles conciunt: quẽadmodũ ferunt duas chordas diuerſarum lyrarum ad eundem tonum extẽtas, alteram alterius tactu correſpondere. Nihil eſt æquè ſecũdum naturã, quam afflictos miſerari. quem affectũ, mirandum eſt Stoicos bono a viro reuellere, cum naſcatur ex ſimilitudine quadam, & ex congruentia animorum Nec aliter poteſt animus facere, quã vt dũ aliena mala intuetur, vel de ſeipſo cogitet, ſeque illis malis eſſe ſubiectũ, vel certe cõpatiatur, & ſimilẽ ſui naturam affictari incommodis doleat quod ſi amor nõ ſolũ reddit omnia cõmunia, ſed vnum; quo modo põt amicus nõ dolere, dolente amico? quomodo põt idem animus dolere in vno amicorum, & nõ in alio? Certe ſi ſapientiæ, ac bonitatis præceptum eſt, vt amicitiã colamus, & obſeruemus, profecto & natura, & ſapiẽtia, & bonitas miſericordiam nobis inducunt, & præcipiũt. Sed nõ eſt opus longiori diſputatione legatur Cicero, optime, & elegantiſſime de hac re differens contra Stoicos in orã. pro Murena.

Sympathia. — Cicero pro Murena.

Opera miſericordiæ, amoris operibus ſunt ſimilia; & miſericordia ex amore profluit. Nullus affectus adeo habet promptas lacrymas, ac miſeratio, adeo, vt qui ſuis malis non illacryment, ad aliena, quaſi victi, lacrymantur. Fit etiam ſæpenumero, vt qui ſuis malis non lacrymantur, tamquam oppreſſi mali magnitudine, in alienis malis dant lachrymas. Dicunt miſericordiam oculis maximo commoueri, quemadmodum Horatius inquit.

Horatius.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus.

Et ideo olim Romani ad captandam miſericordiam paruos liberos producebant in forum, & prodibat reus ſordidatus, & oſtendebat cicatrices, & plagas in pectore denudato, & veſtes cruẽtatas, imaginem rei geſtæ in tabella depictam. Sed de miſericordia hæc dixiſſe ſufficiat, ſi admonuero, Deũ ſic eſſe miſericordẽ, ſicq; adiuuare afflictos, & miſeris opẽ ferre, vt ipſe non habeat dolorẽ, & miſeriã animi, quam nos paſſionem miſericordiæ nuncupamus. Sicq; in Deo miſericordia eſt virtus præſtantiſſima, & præexcellentiſſima: at paſſio non eſt, ſicut in nobis accidit.

Quomodo miſericordia ſit in Deo. — Quid inuidia.

Secunda ſpecies triſtitiæ, eſt inuidia, quæ ſic definitur. Inuidia eſt animi dolor de bono alieno, in quo ineſt morſus quidam, & cruciatus Itaq; eſt doloris ſpecies, & triſtitiæ Bona autem, quib. potiſſimum inuidemus, ea ſunt, ad quæ conſequuntur, pretium, æſtimatio, honor, decus, gloria: alijs non perinde inuidetur. Inuidia fere ex ſuperbia naſcitur: ſuperbus enim ſublimia hæc, & ſpecioſa magis ambit, quam vera bona, & ſolida: quocirca ſuperbi natura ſunt inuidi: ex cupiditate enim præexcellẽdi, inuidia oritur: & eo magis inuidet quis, quo inanior eſt a bonis quæ concupiſcit. Sed ex alia parte puſillanimi ſunt inuidentes: vnde Iob cap. 5. inquit: Paruulum occidit inuidia. & præclare Cicero: Neminem alterius, qui ſuæ virtuti confideret, inuidere bonis. Inuidia res eſt abiecta, & ſeruilis: quoniã quiſquis inuidet, maiora, aut potiora iudicat alterius bona, q̃ ſua, aut certe id ne contingat, metuit. Quocirca nemo audet fateri, ſe inuidere alicui. Itaq; qui odit, qui iraſcitur, qui metuit, qui amat, affectum ſuũ alijs audet detegere: vnde maxima cordis ſequitur alleuiatio: ſed qui inuidet, cõprimit animi miſeriã ne ſe proferat; vnde magna corpori accidunt incommodã, pallor, macies, oculi profundi. Recte illi, qui inuidiã dixerunt eſſe iuſtiſſimã, quippe quæ inuidenti eſt meritũ ſupplicium. Inuidia cũ creuit, deprauat iudiciũ magis q̃ affectus ceteri, & minuta, cenſet ingentiã; & turpiſſima quæque, pulcerrima. Habet præterea inuidia odiũ atrociſſimũ: odium enĩ ex ira mitigatur facile; ex offenſione vero, ſatiſfaciendo tollitur: inuidia vero numquam manſueſcit, neque patitur ſibi ſatisfieri; immo irritatur beneficijs, vt ignis, qui infuſione aquæ maius excitat incẽdium. Vnica ratione amittit vires, ſi felicitas, quam inuita vidit, tollatur. Sed de inuidia hæc ſufficiunt: nam de ea diſputat latiſſime Diuus Thom. 2. 2.

Iob. v. — Cicero. — D. Tho.

De anxietate, & accidia, quæ ſunt aliæ duæ ſpecies triſtitiæ, non eſt neceſſe ediſſeri a nobis, cum ab omnib. teneantur, & explicationem perfacilem habeant.

De lacrymis breuiter ediſſerendum. Lacrymatio non eſt animi affectus, ſicut neq; riſus. Eſt enim lacryma, humor ex calefactione cerebri diſtillans per oculos, quando eſt magna calefactio, ſic, vt cerebro exiccato, non manant lacrymæ, vt in ira virorum; vel cum iam antea exiccatũ, longo mœrore, ac luctu; vel cum ſiccum eſt ex ſe, veluti in melancholicis. Profluunt autem lacrymæ, cum cerebrũ eſt humectatum, vt in ebrijs; cum molle, ac tenerum, vt in pueris, mulieribus, ægris Exiſtunt quoque ex vento valido, ex fumo, ex aduerſa aliqua valetudine, ex amore, ex deſiderio fruendi aliqua re: potiſſimum vero ex miſeratione profluũt lacrymæ. Tributæ ſunt ſimul homini lacrymæ ad teſtandum noſtrum dolorem, vt alios in noſtri miſerationem; atque ad ferendum opem adduceremus, vt auxilio mutuo iuuemus nos inuicem.

Quid lacrymatio.

QVAES. XXXVI.

De cauſis triſtitiæ, ſeu doloris, articulos habet quatuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum cauſſa doloris ſit bonum amiſſum, vel malum coniunctum.

SVMMA TEXTVS.

SIc habet Concluſio. Doloris magis eſt cauſſa malum coniũctum quam bonum amiſſum. Nam in operibus animæ ita ſe habet motus appetitus animalis, ſicuti in rebus naturalibus motus naturalis. Si ergo in motib. naturalibus accipimus acceſſum, vel receſſum, acceſſus per ſe reſpicit id quod eſt conueniens naturę; receſſus verò per ſe id, quod eſt contrarium naturæ: ſicut graue per ſe recedit a loco ſuperiori; accedit autem naturaliter ad locum inferiorem. Sed ſi accipiamus cauſſam vtriuſque motus, videlicet grauitatẽ, per prius grauitas inclinat ad locũ deorſũ, quã retrahat a loco ſurſum, a quo recedit vt tendat deorſum. Sic ergo cũ triſtitia in motib. appetitiuis ſe habeat per modũ fugæ, vel receſſus, delectatio autem per modum proſecutionis, vel acceſſus, ſicut delectatio per prius reſpicit bonũ adeptũ, ita triſtitia reſpicit malum cõiũctum, quod deteſtatur: cauſſa tamen delectationis, & triſtitiæ, ſcilicet amor, prius reſpicit bonum, quam malum: ſic ergo eo modo, quo obiectũ eſt cauſſa paſſionis, eo magis eſt cauſſa triſtitiæ, ſiue doloris malum cõiunctum, quã bonum amiſſum.

EXPLICATIO QVAESTIONIS.

VNde naſcatur triſtitia, & animi dolor, explicat Diuus Thom. in hac quæſtione. quod ſcire operæ pretium erit his, qui huic malo mederi volunt. Naſcitur in primis ex malo præſenti, & coniuncto, quod maxime, & præcipue cruciat; deinde ex boni amiſſione, immo ex boni abſentia, vt matri, cũ vnicus filius diſceſſit. Multi quoq; poſt delicias, & cõuiuia, & dies feſtos, ac lætos triſtãtur: eſt enĩ rei amiſſę deſideriũ, & animus inquietus aliqd ſemp requirens. ex triſtitia atra bilis gignitur; & ex hac viciſſim triſtitia ignaueſcit ſine alia mali opinione.

Vnde oriatur triſtitia

Videas

Videas melancholicos triſtes, quibus alioqui nihil accidit
Tres cauſſæ triſtitiæ ex parte noſtri mali, neque ipſi triſtitiæ ſuæ cauſſas poſſunt reddere.
Poteſtas etiam maior, cui reſiſtere non valeamus, triſtitiam inferre ſolet, quippe quæ noſtrum bonum aufert, vel impedit. Ex parte vero noſtri, ſiue ex parte ſubiecti, tres cauſſas referam, quarum S. Thom. duas tantum commemoret. Prima eſt cupiditas boni, in quantum, vel ex ablatione, vel ex retardatione boni
Pri. conc. concupiti triſtamur. Secunda eſt cupiditas vnitatis, quæ propter eandem rationem, triſtitiam, & dolorem ſecum trahit. Tertia eſt ipſamet anima, multis laboribus afflicta, vel alioqui
Secunda. melancholiæ ex propria complexione ſubiecta: quam cauſſam explicat in primis
Aug. lib. 4. conf. c. 7. eleganter Auguſtinus quarto libro confeſſionum his verbis. Suſpirabam, æſtuabam, flebam, turbabar, neque requies
Augu. erat neque conſilium: portabam enim conciſam atque cruentam animam meam, impatientem a
Tertia. me portari, & vbi eam ponerem non inueniebam, & ego mihi remanſeram infelix locus, vbi neque eſſe poſſem, nec inde diſcedere.
Obiectio. Sed circa hæc documenta dubitatio quædam parua ſuboritur. Dictum eſt enim quod malum coniun-
Concl. ctum, & bonum amiſſum, cauſſant triſtitiam. dubitatio eſt. Nam malum coniunctum, & bonum amiſſum, in re coincidunt, & ſunt penitus idem: malum enim in priuatione, & amiſſione conſiſtit.
Caiet. Ad hoc reſpondet Caietanus, quod inter malum coniunctum, & bonum amiſſum, hoc differt: quamquam enim in re, vtriuſque ratio conſiſtit in priuatione boni; verumtamen ratio boni amiſſi conſiſtit in priuatione; ratio vero mali conſiſtit in poſitione: amiſſio enim boni præſentatur in ratione priuationis boni, & conuenientis, vt patet: malum vero coniunctum præſentatur, vt diſconueniens, & vt nocuum, quod conſtat habere rationem contrarij, bono amiſſo, quod deſiderabatur. Itaque illamet priuatio, quæ in re eſt priuatio boni, & malum apprehenſa, vt priuatio boni, offertur vt priuatio, & mouet appetitum, vt priuatio conuenientis; apprehenſa vero vt malum, offertur, & mouet appetitum, vt diſconueniens, ac ſubinde vt ens contrarium. Et hoc experimur in nobis, dum priuati rebus, amico, honore, & priuationem conuenientis, & appoſitionem diſconuenientis diuerſimode flemus: illud referendo ad ea quæ habebamus, vel ſperabamus, & hoc ad ea quæ patimur, vel timemus. Vſque adeo vero malum habet mouere ad triſtitiam, vt etiam ipſa priuatio boni non moueat ad triſtitiam, niſi vt induit rationem mali, & diſconuenientiæ. Malum ergo coniunctum per ſe primo cauſſat triſtitiam; amiſſio boni, ſecundario. Hæc Caietanus acute, & exquiſite.

Auctoris ſolutio. Sed nos aliam ſolutionem huius dubitationis adhibemus. ea eſt, quod malum coniunctum non eſt priuatio boni: in hac enim ſumus opinione, quod
Ariſt. malum eſt contrarium bono, vt docet Ariſt. in Poſt. Prædicamentis, & in capite De oppoſitis. Certa enim res eſt, quod vulneratio, quæ cauſſat triſtitiam, priuatio non eſt: febris, fames, ſitis, plagæ, inter priuationes non numerantur: & quamquam malum morale a pleriſque pri-
Conc. uatio cenſeatur (quorum ſententia mihi non proba-
Aug. tur) malum uero pœnæ, quod cruciat, & affligit animum, non ſemper priuatio eſt, ſed ens quoddam bono contrarium, & a Deo eſt, iuxta illud: Si eſt malum in ciuitate, quod non fecerit Dñs.

Sed ex hoc alia emergit dubitatio. Nam ſupra multis in locis dictum eſt, actum appetitus numquam eſſe in malum, ſub ratione mali; hic tamen docetur, quod triſtitia, quæ affectio eſt appetitus noſtri, eſt de malo coniuncto, & ſub
Solutio. ratione mali. Sed hoc facilem habet explicationem: nam malum, quod eſt obiectum triſtitiæ, ponitur finis appetitiui motus, non vt proſequendus, ſed vt fugiendus. Itaque quando diximus, actum appetitus non ferri in malum, ſub ratione mali, intelligimus motu proſecutionis, & amoris; at motu diſſenſionis, & deteſtationis fertur in malum, ſub ratione mali; vnde odium deteſtatur malum, ſub ratione mali.

Vltima dubitatio. Sed denique dubitabit Theologus, quo modo malum ſub ratione mali ſit obiectum triſtitiæ, & tamen melancholici triſtantur, & mœrore conficiuntur, nullam volentes reddere ſuæ triſtitiæ cauſſam, quibus nihil accidit mali? Re-
Solutio. ſpondeo, dicendum eſſe, quod ex praua diſpoſitione melancholici ſic ſunt affecti, vt omnia, quæ occurrunt, & incidunt, mala illis videantur, & diſconuenientia, ſic, quod illis nihil placet, nihilque illis, vt delectabile proponitur.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum concupiſcentia ſit cauſſa doloris.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Si concupiſcentia conſideretur ſecundum propriam rationem, eſt cauſſa triſtitiæ, in quantum ex retardatione, vel ablatione boni concupiti triſtamur.

Secunda concluſio. Concupiſcentia non poteſt eſſe cauſſa vniuerſalis triſtitiæ, quia magis dolemus de ſubtractione bonorum præſentium, in quibus delectamur, quam futurorum bonorum, quæ concupiſcimus. Auguſtinus vero aliquando ponit concupiſcentiam pro amore, & ſic vniuerſalem cauſſam eam dicit.

Tertia concluſio. Concupiſcentia poteſt eſſe delectabilis, quamdiu manet ſpes adipiſcendi quod concupiſcitur.

ARTICVL. TERTIVS.

Vtrum appetitio vnitatis, ſit cauſſa doloris.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt: Appetitus vnitatis, ſicut concupiſcentia, vel cupiditas, ponitur cauſſa doloris. nam bonum vniuſcuiuſque rei in quadam vnitate conſiſtit, prout vnaquæque res habet illa vnitatem, in quibus perfectio eius conſiſtit. Vnde Catholici poſuerunt vnum eſſe principium, ſicut & bonum. Quare naturaliter vnumquodque appetit vnitatem, ſicut bonitatem; & propterea ſicut amor, vel appetitus boni eſt cauſſa doloris, ſic appetitio, vnitatis.

ARTICV. QVARTVS.

Vtrum poteſtas maior, ſit cauſſa doloris.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt. Poteſtatem maiorem ponit Auguſtinus cauſſam doloris, quia per ipſam compellitur aliquis ad faciendum ea, quæ propriæ voluntati repugnant. Quod autem aduenit contra inclinationem alicuius, non eſt niſi per actionem alicuius fortioris. Ergo maior poteſtas eſt cauſſa doloris. Sed ſi fortior poteſtas tantum inualeſcat, quod contrariam inclinationem mutet in propriam, iam non erit aliqua repugnantia: vt ſi fortius agens corrumperet aliquod corpus graue, tunc ferri ſurſum, non eſſet rei violentum, ſed connaturale. ſic igitur, ſi maior tantum inualeſcat, quod auferat inclinationem voluntatis, vel appetitus ſenſitiui, non ſequitur dolor; ſed tunc ſolum, quando remanet inclinatio in contrarium.

EXPLICATIO QVÆST.

IN explicatione huius quæſtionis pauca adducēda ſunt. Triſtitiæ, ac doloris eſt obtenebrare ſpūs: vñ hæc exiſtunt incommoda: adimitur aīo ſua alacritas, eademq; ex eā obſcuratur ingeniū. Moleſtiæ (īquit Cicero) me hebetarūt. & Niobe in ſaxū dī eſſe ex luctu cōuerſa. Inducit &. triſtitia refrigerato cerebro, ſōnū, quēadmodum eſt apud Pſalmiſtā. Dormitauit ꝑ tædio aīa mea. Suboritur odiū, tū hoīum, tū lucis ipſius, rerumq; oīum humanarū, iuuatq; altius in mœrorē demergi, neq; hilariora, nec conſolationes admittūtur. Augetur præterea triſtitia in meticuloſis, qui longiſſime ſuſpitiones mittunt, & diffuſam texunt malorū telā. ex hoc dāno, illud; ex illo, aliud, deinde aliud naſcit: tranſit poſtremo in odiū ſui ipſius, in deſperationē, & rabiē. Corpus aūt triſtitia exiccat, & cōtrahitur cor, adeo vt in quibuſdā triſtitia extinctis, repertum ſit non latius mēbrana. Affectio hæc frigida eſt, & ſicca, & iō inualeſcit in frigidis tēporibus & locis, & in iis, q diſpoſitionē hēnt melancholicam, vt in autumno, hyeme, & tpe nubilo, & nocte. Sed & Sapiens. Eccleſ. 38. explicat optime, quę incōmoda ex triſtitia ſubſequantur, dū inquit: A triſtitia feſtinat mors, & coöperit uirtutē, & cordis flectit ceruicem. Senſus eſt, triſtitia facit vt mors feſtinanter, & aī tps adueniat, ipſaq; triſtitia vires hoīs tegit, ita vt ſe non prodāt, ſed obſcurentur, ac ſupprimantur, flectitq; ceruicē hoīs, ita, vt curuus, atq; triſtis incedat. Vñ autē proueniat, q ſit in hoīe noxia triſtitia, ſequens ſententia indicat: ſubiungitur. n. In abductione permanet triſtitia, & ſubſtantia inopis ſ.n cor eius. Senſus eſt: triſtitia permanet in hoīe ꝑ hoc q abducit animū ſuum a conſolatione, & conſideratione eorū, quæ dolorem mitigare poſſent, & ſubſiſtētia pauperis, vel afflicti eſt ſ.n cor eius: quia quale eſt cor eius, talis eſt & vita, atque ſubſiſtentia, vt ſi cor eius ſit mœrens, vere miſera ſit eius vita, & breuis futura. Vel alius ſenſus: ex corde pēdet, diues ne ſit quis habendus, vel pauper: ſi.n. modico contētus eſt, & vitā viuit iucundā, reputandus eſt vere diues; ſi uero triſtitia, & mœrore conficitur, ēt ſi multas poſſideat diuitias, vere pauper eſt. Itaq; ſecūdum iſtū ſenſum ſignificatur triſtitiam eſſe ingens malum, quæ diuitem facit egenū, & pauperem bis infelicem.

QVAES. XXXVII.

De effectibus doloris, ſeu triſtitiæ, articulos habet quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum dolor auferat facultatem addiſcendi.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio affirmat magnum dolorē auferre facultatē addiſcēdi. Cū.n. potentiæ aīæ in una ipſius eſſentia radicentur, iō neceſſe eſt, qñ eius intētio vehementer trahitur ad operationē vnius potētiæ, retrahatur ab operatione alterius: vñ ſi quid ad ſe trahat totam aīæ intentionem, uel magnā eius partē, non cōpatitur ſecum aliquid, quod magnā intentionē requirat. Iō, ſi dolor fuerit intenſus, impeditur homo a diſcendo. Dolor aūt, & triſtitia per accidens, ſi erit moderata, ita ut cordis diſſolutionē, & euagationē non patiatur, poterit conferre ad doctrinam capeſſendam.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum aggrauatio animæ ſit effectus triſtitiæ.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmans eſt cōcluſio, quia motus animales ſunt ſimiles inclinationibus appetitus naturalis. ideo effectus paſsionum animæ aliquando metaphorice nominantur ſecundum ſimilitudinem corporū ſenſibilium: ſic feruor attribuitur amori; dilatatio delectationi; & aggrauatio triſtitiæ, quia aggrauatur homo ex aliquo pondere, per quod impeditur a proprio motu. Cōtingit enim triſtitia ex aliquo malo præſenti, quod cū repugnet motui volūtatis, aggrauat animum, in quantum impedit ipſum, ne fruatur eo quod vult. Sed ſi non ſit tanta is mali contriſtantis, vt auferat ſpem euadēdi, quāuis aggrauetur animus, quantū ad hoc quod in præſenti non potiatur eo quod vult, remanet tamen motus ad repellēdum nociuum contriſtans. Si uero tantum creſcat, vt ſpes euaſionis excludatur, tunc ſimpliciter impeditur interior motus animi anguſtiati, & quandoq; etiam exterior corporis motus, vt ſtupidus in ſeipſo remaneat homo.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum triſtitia, vel dolor debilitet omnem operationem.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmans eſt cōcluſio. Nam quā.n. ita bene aliquid operamur cum triſtitia, ſicut cū delectatione: quia uoluntas eſt cauſſa operationis, quæ mouetur, præcipue ex bono, & delectabili. Sed ſi comparatur operatio ad triſtitiam, ſicut ad principiū, & cauſſam, ſic augetur operatio ex triſtitia, quia quanto aliquis magis triſtatur de aliquo, tanto magis conatur ad expellendam triſtitiam quæ impedit, ſi remanet ſpes; alioqui nullus motus, vel operatio ex triſtitia cauſſatur. Concl.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum triſtitia magis noceat corpori, quam aliæ paſsiones.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmans. Illæ enim quę importāt motum appetitus cum fuga, ſeu retractione quadam, repugnant vitali motioni, non ſolum quantum ad quantitatem, & menſuram, ſed etiam ſecundum ſpeciem motus: ſicut timor, & deſperatio, & ſuper omnes triſtitia, quæ aggrauat animum ex malo præſenti, quod eſt fortius quā futurum. Sed paſsiones animæ, quæ important motum appetitus ad proſequendum aliquid, non repugnant vitali motioni ſecundum ſpeciem, ſed ſolum poſſunt repugnare ſecundum quantitatem: vnde deſiderium, amor, gaudium, & ſimilia, ſecundum ſpeciem iuuant naturam corporis, quam ſolum propter Concl.

propter exceſſum poſsint nocere. Vnde magis nocet triſtitia, quam aliæ paſ siones. Et ideo Eccleſiaſtici 38. dicitur. A triſtitia feſtinat mors, & ſpiritus triſtis exſiccat oſſa.

QVAES. XXXVIII.

De remediis triſtitiæ, ſeu doloris, articulos habet quinque.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum qualibet delectatio mitiget dolorem.

SVMMA TEXTVS.

Concl. Concluſio eſt. Quælibet delectatio remedium affert ad mitigandam triſtitiã, ſeu dolorẽ: quia delectatio eſt quædã quies appetitus in bono cõuenienti; triſtitia aũt eſt ex malo, quod repugnat appetitui. Vnde ſic ſe hẽt delectatio ad triſtitiã, ſicut quies corporis ſe hẽt ad fatigationẽ, quæ accidit ex aliqua tranſmutatione innaturali: nã & ipſa triſtitia fatigationẽ quãdã, ſiue ægritudinem aïæ importat. Sicut igitur quælibet quies corporis remedium affert cõtra quamlibet fatigationem, ex quacumq; cauſſa in naturali prouenientẽ: ita quælibet delectatio remedium affert ad mitigandum quamlibet triſtitiã, ex quocumque procedat. Neque obſtat quod non omnis delectatio cõtrarietur omni triſtitiæ ſecundum ſpeciem, cum contrarietur ſecundum genus: ideo ex parte diſpoſitionis ſubiecti, quælibet triſtitia, per quamlibet delectationem mitigari poteſt.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum fletus mitiget dolorem.

SVMMA TEXTVS.

Concl. Eſt affirmans Concluſio: quia omne nociuum interius clauſum magis affligit, cum intẽtio animæ circa ipſum multiplicetur: ſed quando ad exteriora diffunditur, quodam modo diſgregatur, & minuitur interior dolor. Eſt & alia ratio: quia operatio conueniens homini, ſecundum diſpoſitionẽ in qua inuenitur, delectabilis eſt; fletus autem, & gemitus, ſunt operationes conuenientes dolentibus.

ARTICV. TERTIVS.

Vtrum compaſſio amicorum mitiget dolorem.

SVMMA TEXTVS.

Eſt affirmans concluſio: tum, quia in eo qui triſtitia afficitur, fit imaginatio, quod amici cum ipſo ferunt onus triſtitiæ: tum, quia ex hoc percipit ſe amari, quod eſt delectabile.

ARTICV. QVARTVS.

Vtrum veritatis contemplatio mitiget dolorem.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs: quia in contẽplatione maxime cõſiſtit delectatio, præcipue in ſapientiæ amatoribus. Vnde in cõtemplatione futuræ beatitudinis maxime gaudemus in tribulationibus. Quare Tyburtius martyr, cum nudis plantis ſuper ardentes prunas incederet, dixit: Vr mihi, quod ſuper flores roſeos incedam in nomine Ieſu Chri.

D. Tyburtius mart.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum ſomnium, & balnea mitigent dolorem.

SVMMA TEXTVS.

Concl. Concluſio eſt affirmans: quia ea quę reformãt naturam corporalem in debitum ſtatum, repugnant triſtitiæ, & ipſam mitigant, quæ ſecundũ ſe uitali motioni repugnat: p iſta igitur remedia, natura reducitur ad debitum ſtatũ: & ſic ex his cauſſatur delectatio, quæ triſtitiam diſsipat.

EXPLICATIO QVÆST.

De remediis triſtitiæ haud ſuſ leerit pauca ſubiicere. Diluit triſtitia, vel malo ſublato, vel reddito amiſſo bono, aut rebus lætis maioribus affluentibus, quas nos pluris æſtimamus, quam illas quarũ abſentiam dolemus. Diſcutit quoq; auerſione cogitationis, ut negotiis, & narrationib. iucundis, recto iudicio, n pe reputatione nõ eſſe tũ mali; non tanti æſtimãdũ eſſe ut nos affligamus; plus nos ĩ eo qd agimus pdere, q̃ ſit in eo qd dolemus deperditũ; hanc eſſe cõem ſortẽ, & ab illo fieri, cuius volũtati, & iudicio nõ parere nefas eẽt; mœrore remediũ nõ parari. Item, ut in aliis aſi morbis clauus clauo retũditur, ſic ẽt diluitur triſtitia, cum oſtẽditur, vel periculũ maius qd imminet, ut illud quod iã adeſt, p nihilo ſit habedũ ſicut q dolet amiſſam pecuniam in diſcrimine captiuitatis, vel mortis: aut cũ demõſtrat maximorũ bonorũ ſpes, ut famę, immortalitatis, vel dignitatis; aut illius qd oĩa ſupat bona, beatitudinis ſempiternę. Diluitur ẽt triſtitia his, q̃ humectant atrã bilẽ, ut cibis calidis, & humẽtib vino potiſſimũ, d quo eſt ĩ ſacris literis, Da vinum mœrẽti. Delectatione quoq; quauis mitigatur triſtitia, potiſſime viſus, vel audit, ut cęlo aperto, cãpo, & pratis parẽtibus, muſica; tametſi muſicæ eſt genus quoddã, qd mœſtus maiorẽ mœrorẽ ĩfert. Sed & luctu & lacrymis, & ſuſpiriis mitigatur doloris triſtitia, vt optime oſtendit D. Th. art. 2. Sed quõ luctus, & lacrymę, q̃ res triſtes ſunt, triſtitiã diluãt, haud facile eſt explicare, maxime cũ nullus effectus diminuat ſuã cãm: ſed fletus, & gemitus ſũt effectus triſtitiæ, quo mõ ergo minuũt triſtitiã? Sed ſoluitur, ſi rerum ordinem recte aduertamus. Nã in eo qui flet, tria ſunt cõſiderãda. ipſe, qui triſtitia afficit; & res, quę triſtitiã cãt; & effectus triſtitiæ, puta, flere. Et ſic ſe duæ cõtrariæ habitud nes ĩter eũ q triſtitia afficit; & inter rẽ q̃ triſtitiã cãt; & inter eũ qui triſtat, & effectũ. Nã prima habitudo, eſt habitudo diſcõuenientiæ; ſcda verò habitudo, eſt cõuenientiæ; & ppea effectus ipſe, puta fletus, habens vtrũq; qa eſt effectus cõueniẽs mœſto, & triſti, & rõnẽ tũ obiecti cõtriſtãs vt cãm; quãm quã rõne obiecti triſtitiã auget, ſp qd & fletus cõtinuatur: rõne tñ ſui delectat, & recreat, & triſtitiã minuit: & quia res magis eſt rõne ſui, quã rõne alterius, ideo ſimpliciter conceditur, q fletus mitigat triſtitiam. Sed & compaſſio amicorũ mitigat dolorem, propter rationes quas commemorat D. Th. in art. 3. Hic tamen ſcire oportet, quod aliena lætitia, triſtitiam noſtrã exauget: ſicut feſti dies, & celebritates publicæ: cohibet ab introrſũ, & augetur triſtitia p oppoſitionem contrarij.

Concl.

Quomodo fletus & gemitus mitigant triſtitiam.

Reſponſio.

Concl.

Concl.
D. Thom.

trarij: quẽadmodũ calor viuẽtiũ corporum in hyeme. Sed & alterã huius rei cauſã demõſtrare poſſumus e:.n. videamus alios lætitia pfrui, noſtra mala dilig tius cõſideramus & amiſſione bonorũ, & ex ĩpedimento lætitiæ cruciamur. Sed quo contemplatio veritatis triſtitiam diluat, oſtendit D. Tho. eleganter, & efficaciter in littera: de quo oritur parua dubitatio.

Prior cõ-

Nã intellectus ſpeculatiuus nõ mouet uolũtatẽ, vt crebro docet Ariſt. Sed ſpeculatio veritatis pertinet ad intellectũ ſpeculatiuũ: quõ ergo mitigat dolorem, & triſtitiã voluntatis? Sed hæc obiectio facillime depellit: nã licet contẽplatio, ex parte rei contemplatæ, nõ moueat animũ: qui.n. contemplatur triangulũ habere tres angulos æquales duobus rectis, nihil dicit vñ appetitus moueatur: mouet tamen animum ex parte ipſius contẽplationis, quæ eſt quoddam bonum hominis, & natura ſua delectabilis. Hæc de remedijs triſtitiæ dixiſſe ſufficiat: ſi plura deſid rat, legat F. Petrarcham, in libr. de remedijs aduerſæ fortunæ.

Cõcluſio.

Petrarch.

EXPLICATIO QVÆST.

DVo enim ſunt explicanda in præſenti quæſtione: alterũ eſt, quõ triſtitia ſm ſe, & ſimpliciter, mala ſit: alterum eſt, quõ triſtitia, ſeu dolor, potiſſimẽ dãnatorũ, ſũmũ hominis mal: non ſit. Primũ aſſertum hẽt D. Tho. in 1. art. ſm

QVAES. XXXIX.

De bonitate, & malitia triſtitiæ, ſeu doloris, articulos habet quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrũ omnis triſtitia mala ſit.

SVMMA TEXTVS.

PRior cõcluſio, Triſtitia ſecundum ſe, & ſimpliciter mala eſt: anxiari enim appetitum hominis ex malo præſenti, malum eſt, quia impeditur quies in bono.

Poſterior concluſio. Suppoſito aliquo cõtriſtabili, & doloroſo, ad bonitatem pertinet, ꝙ aliquis de malo præſenti triſtetur, vel doleat: nã ſi nõ triſtaretur, procederet, vel quod nõ ſentiret, vel non reputaret illud malum ſibi repugnans: quorum vtrumque eſt manifeſte malum. Quare ſuppoſita præſentia mali, ad bonitatẽ ptinet, quod ſequatur triſtitia, vel dolor. Vñ aliqua triſtitia eſt bona ex ſuppoſitione, ſicut verecundia alienius turpis commiſſi.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum triſtitia poſſit eſſe bonum honeſtum.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt. Triſtitia poteſt habere rationẽ boni honeſti: nam ſecundum illam rationem, qua triſtitia poteſt eſſe bonum, poteſt eſſe bonũ honeſtũ. Dictum eſt enim, quod triſtitia eſt bonum, ſecũdum cognitionem, & recuſationẽ mali: quæ quidẽ duo in dolore corporali atteſtãtur bonitati naturæ, ex qua prouenit quod ſenſus ſentit cruciatũ, & natura refugit læſiuũ, quod cauſſat dolorem: in interiori vero triſtitia, cognitio mali, quandoque eſt ſecundum rectum iudicium rationis; & recuſatio mali per voluntatem bene diſpoſitam, deteſtantẽ quod vere malum eſt. Omne autem bonum honeſtum ex his duobus procedit, ſcilicet ex rectitudine rationis, & voluntatis: vnde manifeſtũ eſt, quod triſtitia poteſt habere rationem honeſti.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum triſtitia poſſit eſſe bonum vtile.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmans eſt concluſio. Nam ex malo præſenti duplex motus appetitus conſurgit: vnus, quo appetitus contrariatur malo præſenti: & ex hac parte triſtitia non habet vtilitatem, quia quod præſens eſt, non poteſt non eſſe præſens: alius, quo repellit triſtabilem. & quantum ad hoc, ſi eſt de aliquo quod fugiendum ſit, triſtitia habet vtilitatem. fugiendum autem eſt aliquid propter ſeipſum ex cõtrarietate quã habet ad bonum, vt eſt peccatum. Alio modo fugiendum eſt aliquid, quia eſt occaſio mali. Vtroque modo triſtitia habet rationem vtilis in omni malo fugendo: nã ſicut delectatio de bono facit, vt bonũ auidius quæratur, ita triſtitia de malo facit, vt malũ vehementius fugiatur.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum triſtitia, ſiue dolor, poſſit eſſe ſummum hominis malum.

SVMMA TEXTVS.

NEgans eſt concluſio. Nam culpa eſt maius malum, quã pœna, vt in prima parte habitum eſt. Sed triſtitia pertinet ad pœnam peccati, ſicut frui rebus mutabilibus eſt malũ culpæ. Dicit enim Diu. Auguſtinus in libro de vera religione: Quid eſt dolor, qui dicitur animi, niſi carere mutabilib⁹ reb⁹ qbus fruebatur, aut frui ſe poſſe ſperabat? & hoc eſt totũ quod dicitur malum

vero, id ultimo.

Et quidem primũ aſſertum falſum dicere vr. Nã id quod ſm ſe, & ſimpliciter malũ eſt, nulla ratione poteſt recte fieri: ſicut mendaciũ, & adulteriũ, quæ ſecundum ſe mala ſunt, nulla ex cã honeſtari poſſunt, vt habet ſana doctrina: ergo ſi triſtitia ſecũdũ ſe, & ſimpliciter, mala eſt, nulla ex cauſſa poteſt eſſe bona: cuius contrarium docet D. Th. in art. 2. & 3. Deinde, recta rõ docet, & dictat, ꝙ appetitus quãdoque priuet quiete in bono, & anxietur de præſẽti malo, vt patet in volũtarie aſſumẽtibus luctũ propter Deũ in ſuorum criminũ ſatisfactionem.

Quo modo triſtitia ſimpliciter mala ſit.

Arg. primũ.

Concl.

D. Tho.

Secundo.

Alterum aſſertũ ex eo, Theologis põt faceſſere negotiũ: Nã optimum opponitur peſſimo, vt docet Ariſt. 8. Eth. c. 10. ſed quædam delectatio eſt ſummũ bonũ, vt delectatio beatitudinis: ergo aliqua triſtitia eſt ſũmũ malum. Iterum, ſummum bonum eſt videre Deum, & de eius fruitione delectari: ergo ſũmum malum eſt carere viſione beatifica, & de eius amiſſione cõtriſtari. Hoc ipſum confirmatur. Nã ſũma miſeria, eſt ſummum malũ: at vltima, & ſumma miſeria eſt eẽ infelicem: eſſe autẽ infelicem, eſt carere viſione beatifica, & eius delectatione priuari: ergo aliqua triſtitia eſt ſũmũ hominis malum.

Verũ damnatorũ triſtitia ſit ſummum malum.

Prim. argu.

Ariſt.

Secundo.

Confir.

Concl.

Ad defenſionẽ, & explicationem primi aſſerti, nouiſſe oportet ex S. Doctore in q. lib. quod act⁹ humani quadripartiti

Aug. lib. de ver. rel. 12.

Reſponſio primi dubij. D. Thom.

Quadruplices actus humani.

titi ſunt: quidam ſemper mali, vt mentiri; quidã per ſe boni; vt colere Deum; quidã indifferẽtes, vt leuare feſtucam de terra: quidẽ ſolitarie ſumti ſonant in malum, qui tamẽ poſſunt ex circũſtantijs honeſtari: vt occidere hominem. hoc enim ſolitarie ſumtum, importat aliqd inconſonũ rõni. Violẽtia.n.& priuatio uitæ humanę rationi diſſonat: ſed ſi ad ſetur circũſtantia ꝓpter meius bonũ, propter conſeruationẽ, & liberationẽ Reipublicæ a nefarijs hominib[9], efficitur conſentanea rõni. Nec ꝓpterea actus malus moraliter fit bonus moraliter; ſed actus qui, ſi ſecũdũ ſe & ſolitarie ſumtus, fieret, eſſet malus, qñ ſit circũdatus honeſtatis cõditionibus, eſt bonus moraliter In hoc quarto genere conſtituitur triſtitia, q in littera primi articuli dicit ſecũdũ ſe mala, id eſt, ſolitarie ſumta, in malũ ſonat: qa ſi appeteretur, & haberetur ſola, mala eſſet, at ſi illa appetatur, & habeatur ex malo cõiuncto, bona moraliter eſſe põt. Vel dicito, q triſtari, timere,

Secun. reſp.

& ſine cauſſa, ex nullo malo adiacẽti, malum eſt. & hoc eſt quod dicit Diuus Thomas, quod triſtitia ſecundum ſe, mala eſt. & non eſt de genere eorum, quę per ſe appeti debeãt. Ceterum triſtitia præſuppoſita præſentia mali, bona eſt, & rationi conſona: ſicut ſumere medicinam niſi in infirmitate, aut neceſſitate, malum eſt; at in infirmitate, & neceſſitate, bonum eſt, & laudabile.

Ad primum argum. *Dupliciter eſt aliquid malum per ſe.*

Ad argumenta in aduerſum, ad primum dicendum, quod eſſe malum per ſe, cõtingit dupliciter: quod enim eſt malũ per ſe, id eſt, de ſua ratione, aut proprietate naturali, habet malitiã inſeparabilẽ, & ſic nũquã perdet illã: quod autem eſt malum per ſe, id eſt ſolitarie ſumtũ, habet malitiam ſolitarie, quam perdit ex coniunctione cum alio: & hoc modo triſtitia dicitur ſecundũ ſe mala.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum dicendum, quod noſtram ſententiã admodum confirmat: nã oſtendit, quod triſtitia eſt mala moraliter, ſi ſolitarie ſumatur: nã importat aliquid ſolitarie ſumtũ rationi diſſonans. ſ. priuationem boni, & inquietudinẽ appetitus, at ex cõiunctis efficitur bona atq; laudabilis Certe, vt ego exiſtimo. nihil aliud uult docere D. Tho. niſi quod ſunt quadã actiones ſiue animi affectiones, quæ bonæ nõ ſunt, niſi ex aliquo ꝓſuppoſito: veluti pœnitẽtia, bona nõ eſt, niſi ꝓſuppoſito peccato; medicina, neceſſaria nõ ẽ, niſi morbo ꝓſuppoſito.

Solutio dubij ſecundi.

Sed ad defenſionem alterius aſſerti progrediamur, & quidẽ non immorabimur in confirmanda ſententia Diui Thomæ, quod triſtitia non ſit hominis ſummũ malũ: nam hoc adeo efficaciter demonſtrat Diuus Tho. ut noſtra comprobatione non indigeat: ſolum confutabimus argumẽta in contrarium. Nam ad primum dicẽdũ eſt in primis, illud axioma ex Ariſtotele citatũ, nõ ſemper dicere verum, prout demonſtratũ eſt ſuperius in materia de beatitudine. Melius eſt enim eſſe ſtudioſum, quã habere inclinationẽ naturalem ad virtutũ ſtudia; at peius eſt non habere inclinationem ad virtutũ ſtudia quam non eſſe ſtudioſum: nam ſi nõ habeas iſtam inclinationem, homo non eris, ſiquidẽ hæc inclinatio eſt inſita naturæ humanæ. Itaq; non ſẽper optimo opponitur peſſimũ. Sed & illud addẽdum eſt in cõfutationẽ argumẽti, quod nõ eſt eadẽ ratio de delectatione beatitudinis, & triſtitiã miſeriæ. Nã aliqua hominis delectatio poteſt eſſe ſumm[ũ] hominis bonũ, eſt ẽ ea nullũ ſit malũ, eo modo, quo ſupra dictum eſt de delectatione, & beatitudine; triſtitia autẽ nõ põt eſſe ſummum hominis malũ: nam in ea eſt aliquid bonũ. ſ. uerum iudiciũ de uero malo, & ordo debitus uolũtatis, approbantis malũ. Et ſic patet, quod in dolore, uel triſtitia eſt aliquod bonum: qd et eo uel maxime cõfirmatur. Nã triſtari de uero malo, tãtũ abeſt ut ſit malum, q ſecundum ſe ſit bonum & laudabile: quod ſi indãnatis bonũ nõ eſt, id eſt ſua praua uoluntate cõtingit.

Ad primum argum.

Ad aliam arg.

Ad alia argumenta cõcedatur, me iudice, ſummã miſeriam, & ſummum hominis malum eſſe, carere viſione beatifica, & priuari fruitione beatę uitę: ex hoc tamen nõ infertur, q dolor inde ſubſecutus ſit ſummum hominis malum: nam peius eſt carere ſummo bono, quã triſtari de carentia ſummi boni. quin potius hæc triſtitia ſecundũ ſe, bona eſt, & laudabilis. Hęc de quęſtione.

lum, id eſt, peccatum, & pœna peccati: ergo triſtitia non eſt ſummũ hominis malum. Deinde, omnis triſtitia aut eſt de hoc, qđ vere eſt malũ; aut eſt de aliquo apparenti malo, quod ẽ vere bonũ; triſtitia aũt quæ eſt de vero malo, non poteſt eſſe ſummum malũ: eſt enim aliquid eo peius, vel non iudicare eſſe malum, quod vere eſt malũ; uel etiam nõ refutarẽ illud; triſtitia autem de apparẽti malo, quod vere eſt bonum, nõ poteſt eſſe ſummum malum; qa peius eſt omnino a vero bono alienari: vnde impoſſibile eſt, quod aliqua triſtitia ſit ſummum hominis malũ.

QVAEST. XL.

De paſſionibus iraſcibilis & primo de ſpe, & deſperatione, articulos habet octo.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum ſpes ſit idem quod deſiderium, uel cupiditas.

SVMMA TEXTVS.

Conclu[ſio]

Concluſio. Spes differt a deſiderio: nã ſpecies paſſionis ex obiectis conſiderantur. Quattuor autem cõditiones ſpei attenduntur. Prima ſpes eſt de bono: & ſic differt a timore, qui eſt de malo. Secũda; ſpes eſt de futuro; unde differt a gaudio, qđ eſt de ꝓſenti. Tertia requiritur quod ſpes ſit de aliquo arduo cum difficultate adipiſcendi: non enim qs ſperat aliquod minimum, quod in promtu eſt: & ſic differt a deſiderio, qđ eſt de bono futuro abſolute: & ad cõcupiſcibilẽ ptinet; ſpes vero ad iraſcibilem pertinet. Quarta, quod illud arduũ ſit poſſibile adipiſci, quia non ſperat quis id quod adipiſci non poteſt: & ſic differt a deſperatione, & preſupponit deſiderium, ſicut omnes paſſiones iraſcibilis, preſupponunt paſſiones concupiſcibilis.

Quadru[-]plex ſpe[s]

EXPLICATIO QVÆSTIONIS.

IN gratiam huius quæſtionis duo tantũmodo explicabo: nã cętera de ſe ſunt manifeſta ſatis. Primũ illud eſt, qđ ſit de ratione ſpei bonũ futurũ arduum. Secũdo, de cauſis ſpei, breuiter, & ſummatim dicã. De definitione ſpei haud parua mouetur quæſtio: Nũ ſit de definitione ſpei bonũ futurũ? Quod nõ ſit, duo argumẽta, nequaquã imbecilla, ſuadẽt, Alterũ, qđ bonũ ſit futurum, nõ eſt ens reale, ſed rõnis: id enim qđ non exiſtit in rerũ uniuerſitate, nõ eſt ens reale, ſed ens rõnis; Sed ſpes eſt affectus animi noſtri, verus & realis. ergo nõ recte definitur p id, qđ non eſt. Deinde ſi affectus ſpei exacte, & recte definitur ex bono futuro arduo, cõſequẽs eſt, q in brutis nõ ſit ſpes cuius cõtrariũ definit D. Tho in art 3. Qđ hoc recte ſequatur, ſic oſtendo. Nã bruta animantia nõ cognoſcũt futura. ſiquidẽ habent ſolum cognitionem ſenſitiuam, quæ nõ eſt futurorum: ergo nõ expectant futura: ergo ſi ſpes eſt de futuro bono, bruta animantia nõ habẽt ſpẽ.

Verum de ratione ſpei ſit bonũ futurum, arg prim.

Secundo.

D. Thom.

Variæ ſpei definitiones

Vt propoſita dubitatio exponatur, ſcire oportet, q ſpes

Cicero.

ſpes uarie a Doctoribus definitur. Cicero ſic definit: Spes, eſt exſpectatio boni. Alij uero ſic definiũt; Spes, eſt fiducia euenturam eſſe, quod cupimus. Sed D. Thom. ſic definit ſpẽ; Spes, eſt motus appetitiuæ uirtutis, ſequens apprehenſionẽ boni futuri, ardui, poſſibilis adipiſci.

Concl. D. Tho.

Porro in uniuerſis his definitionibus, futurũ bonũ ĩ definitione ſpei collocatur, ꝓpter qđ operæpretiũ erit diligẽter exponere, quõ ſpes ꝑ bonum futurũ definiatur. Certe cum ſpes ſit motus appetitus, qui fertur ad res, ad extra, hinc prouenit, ꝙ aliter ſe habeat ad rẽ præſentẽ, quam ad futuram; & aliter trahatur ad ꝓ̄ſentiam boni per delectationẽ; aliter uero ad rem futurã ꝑ ſpem, & in quiſitionem: & ideo ſpes, ſicut deſiderium, reſpicit futurũ per ſe: qđ.n. habet quis, non ſperat. Vnde ad argumenta propoſita dicendum eſt.

Ad argum. Ad primum. *Concl.*

Ad primum dicito, quod aliquid ſpectat ad rõnem formalẽ obiecti, ex parte rei obiectæ; alio modo ex parte ſubiecti. Obiectũ ſpei ex parte rei, eſt bonũ qđ exſpectamus; ex parte nr̃a redũdat in obiectũ eſſe futurũ nobis: ſicut in obiectũ fidei, uel humanę, uel diuinæ, non uiſũ; ſi.n. uideretur, nõ crederetur. Nihil aũt ꝓhibet hmõi cõditiones eſſe de rõne formali obiecti, ſic, ut ſeparatis his conditionibus non ꝑmaneat ſpẽs: obiectum.n. prius comparatur ad ſubiectũ, q̃ ad actũ, & ꝓpterea conditiones redũdantes in obiectũ ex

Concl. Duplex contrarietas in mutationibus.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum ſpes pertineat ad uim appetitiuam.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt affirmans: Importat.n. extenſionem quandam appetitus in bonum; motus autẽ ad res pertinet proprie ad appetitũ. Virtutis.n. cognitiuæ actio perficitur ſecundũ quod res cognitę ſunt in cognoſcente & non ſecundum motum cognoſcẽtis ad res. Sed quia intellectus mouet appetitum repræſentãdo ei ſuum obiectum ſecundum diuerſas rõnes obiecti apprehenſi; ideo in appetitu ſequũtur diuerſi motus; alius uidelicet ex apprehenſione boni; alius ex apprehenſione mali; & ſimiliter alius ex apprehẽſione præſẽtis; & alius ex apprehenſione futuri, abſoluti, & ardui, poſsibilis & impoſsibilis; & ſecundum hoc ſpes eſt motus appetitiuæ uirtutis, conſequens apprehenſionem boni futuri, ardui, poſsibilis adipiſci.

ART. TERTIVS.

Vtrum ſpes ſit in brutis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt affirmãs: Nam ſpes, eſt paſsio iraſcibilis: at in brutis eſt iraſcibilis: ergo & ſpes. Deinde, interiores paſſiones animalium ex exterioribus deprehendi poſſunt; ex quibus apparet, quod in brutis eſt ſpes: ſi.n. canis uideat leporem, aut accipiter, nimis diſtantem, nõ mouetur, quaſi non ſperans adipiſci poſſe; ſi uero eſt de propinquo, mouetur, ut capiat.

ART. QVARTVS.

Vtrum ſpei contrarietur deſperatio.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt affirmans. Nam in mutationib. inuenitur duplex contrarietas; una ſecundum acceſsũ ad contrarios terminos: & talis contrarietas ſola inuenitur ĩ paſſionibus cõcupiſcibilis, ſicut amor & odium contrariãtur: alio modo, per acceſſum, & receſſum, reſpectu eiuſdem termini: & hæc cõtrarietas ĩ paſſionib. iraſcibilis inuenitur. Obiectum.n. ſpei, quod eſt bonum arduum, habet rationẽ attrahendi, in quantum conſideratur cũ poſsibilitate adipiſcendi: prout autem cũ impoſsibilitate; obtinendi conſideratur, eſt deſperatio, quæ repulſiui rationem habet.

ART. QVINTVS.

Vtrum experiẽtia ſit cauſſa ſpei.

SVMMA TEXTVS.

Reſpondetur affirmatiue: uel, quia homo per experientiã acquirit facultatem aliquid faciendi: uel ſaltem experientia facit eum exiſtimare aliquid eſſe poſsibile. Primo modo, cauſſa ſpei ſunt diuitiæ, fortitudo, & oĩa, quæ augent hominis poteſtatẽ. & hoc modo experiẽtia cãt ſpem, quia facultatẽ facit aliquid de facili faciendi. Secundo modo, cauſſa ſpei ſũt, doctrina, perſuaſio, & experiẽtia: nã ex his fit exiſtimatio, ꝙ aliquid ſit poſsibile, quod prius reputabatur impoſsibile. & hoc mõ ex diuerſa experientia poteſt cauſſari defectus ſpei. Quare duobus modis cãt ſpem experientia; & uno modo defectũ ſpei: unde magis dicere poſſumus eam eſſe cauſſam ſpei.

ART. SEXTVS.

Vtrum iuuenes, & ebrij, ſint magnæ ſpei.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concl. Iuuentus eſt cauſſa ſpei: & hoc ꝓpter tria q̃ requirũtur ad ſpẽ, ſcilicet, arduũ, futurum, adipiſcibile. Nam iuuenes habent multum de futuro, & parum de præterito: ſpes enim de futuro eſt, & memoria de præterito; &

ſubiecto, ꝓueniſſe actum, & ad integritatẽ formalis obiecti pertinere poſſunt. Nec obſtat, ꝙ eſſentia rationis, ſint eiuſmodi denominationes: habent .n. reales cauſſas, quibus repugnant aliæ reales cõditiones in eodem, ex quibus redundant oppoſitæ denominationes ĩ obiectis. v.g. in obiecto ſidei, & ſpei, nõ uideri eſt conditio denominatiua, quæ nihil reale ponit, ſed cã eius, puta, talis diſpoſitio ſubiecti realis eſt: & huic diſpoſitioni reali contrariatur alia diſpoſitio realis in eodẽ, puta, eſſe affectum lumine gloriæ, ex qua in obiectum redũdat oppoſita denominatio, eẽ uiſũ.

Concl.

Ad ſecũdum. Caiet.

Ad ſm̃ argm̃ priuſquã Dñs Caiet. r̃ndeat, longã, & prolixã hẽt diſputationẽ; Vtrũ aĩalia bruta cognoſcant futura. Et a parte affirmãte ſic diſputat. Nam bruta mouentur ad futura, & appetunt illa; timẽt futura, & cauent ab illis: ergo cognoſcunt futura. Deinde, ad perfectionem animalis perfecti, requiritur, quod cognoſcat futura: exigitur namque quod cognoſcat conueniens, & diſconueniens, inter ea, quę cognoſci poſſunt per ſenſum. Sed pars ſenſitiua extendit ſe ad tẽporis perceptionem, ut patet in memoria: ergo cognoſcũt futura.

Vtrum bruta futura cognoſcã.

Ad huius rei expoſitionẽ ſtatuit in primis Caietanus, quod ex exterioribus motibus manifeſte demonſtratur in brutis animantibus eſſe appetitum reſpectu futuri boni, ut patet de ſpe,

Concl. Caiet.

& deſperatione, atq; etiam de timore. Deinde ſtatuit, ꝙ hæc rerum euidentia neceſſario ducit intellectum ad alterum duarum cauſſarũ, uidelicet, ad naturã, uel ad apprehenſionem, & cognitionẽ boni futuri. Et quidem D. Tho. in ſolutione primi, tertij articuli, aperte reducit has demonſtrationes ad naturã: inquit.n. ꝙ quamuis bruta aĩalia non cognoſcãt futura, tñ ex inſtinctu naturali mouentur ad aliquid futurũ, atque ſi futurum præuiderent. huiuſmodi.n. inſtinctus eſt inditus ab intellectu diuino præuidente futura. Ad hęc ſtatuit Dñs Caietanus; ꝙ quando diſputamus de cognitione ſenſitiua; utrum ſeſe extendat ad futura, non diſputamus de cognitione sẽſitiua, prout in nobis eſt: nam ut in nobis eſt, ex coniunctione ad partem intellectiuã, plus aliquid ſortita eſt, quam ex natura ſua habere poſſit: ut patet de reminiſcẽtia, quę eſt actus partis sẽſitiuæ, ut dicitur in libro de memoria, & reminiſcentia: & tamen ſoli homini conuenit, propter cauſſam dictam. Præterea ſtatuit pro certo Caietanus, quod futurum, quatenus tempus eſt, poteſt percipi a potentia ſenſitiua: nam memoria tempus præteritum cognoſcit determinate, ut heri; & indefinite, & indeterminate, ut olim. Ex quo etiam ſequitur, quod futurum, ex hoc quod non eſt in ſeipſo, non repugnat, quod ſenſu percipiatur: in hoc enim conuenit cum præterito; neutrum enim eſt in ipſo; & tamen præteritum percipitur memorando. Denique, ut rem iam definiat, docet proprium eſſe futuri, ut diſtinguitur contra præteritum, & contra præſens, non eſſe, nec fuiſſe. Itaque quod futurum eſt, nec eſt, nec fuit: ac per hoc neque immutauit, neq; immutat ſenſum. Et quoniam tempus a potentia sẽſitiua non aliter percipitur, niſi per immutationem, futurum repugnat perceptioni ſenſitiuæ. Cum.n. tẽpus ſit numerus motus ſecundum prius, & poſterius; non aliter percipitur ſenſu tempus, niſi percipiendo quandam diſtantiã ſucceſſiuam ab una mutatione uſque ad aliam: & iõ temporis præteriti meminimus, quia aliqua immutatio temporis in memoria retinetur. Vnde cum rerum futurarum immutationes non ſint in anima, quamdiu futurũ, imperceptibile erit in parte ſenſitiua: & propterea. D. Tho. docuit, ꝙ bruta non cognoſcunt futura, ſed ſpes, & timor in eis, eſt motus animalis appetitiuus ſecundum ſubſtãtiã, quia eſt actus ſecundus, elicitus ex cognitione, & ex obiecto cognito. Denique eſt motus ſequens apprehenſionẽ boni, aut mali, & ex præſenti cognito ſperant ſecundum proprietatẽ, quia exſpectant futurũ, ſed non ex futuro ab eis cognito: & iõ eorũ ſpes eſt naturalis ſecundũ quid, quia natura ſupplet cognitionẽ futuri. Hæc ſufficiant pro cõfutatione argumenti ſecundi, atq; adeo pro explicatione illius quęſtionis, Vtrum bruta animantia cognoſcant futura. Plura dicit Caietanus: ſed qui uoluerit ea legere, apud auctorẽ inuenitur. nos ad explicãdas cauſſas ſpei accedamus.

Spes in primis ut naſcatur, non eſt opus euidẽtia ſcientiæ, ꝙ ſit res futura, aut poſſibilis, ſed ſatis eſt cõiectum opinionis uel ꝓbabilitatis. Certe, hæ perſuaſiones, & ſimiles, ualent ad ſpẽ concipiẽdam, ꝙ ſæpe factum eſt ſimile, ꝙ aliquando, ꝙ in pari euẽtu idẽ accidit, ꝙ aliqua ratione, & cauſſa debeat fieri, quod par eſt, ut fiat, ꝙ credibile eſt futurum hoc tẽpore, hoc loco, hoc negotio. Nulla eſt tã leuis, tam minuta, tam friuola rẽ, dũmodo apparẽs ſit, q̃ nõ ſatis habeat uitiũ ad ſpẽ ſuſtinẽdam: iucũdiſſima eſt ſpei ꝑſuaſio, & homini in primis neceſſaria inter tot ærũnas, & calamitates, fere intolerabiles: oĩa.n. fierẽt ſine ſpei cõdimẽto, nõ ſolũ fatua, ſed etiã inſuauiſſima: prudẽterq; effictum eſt in fabulis, ꝙ in Pandoræ pyxide effuſis rebus omnibus, ac ꝑditis, ſpes ſola reſederat in fundo, quę eſt imago humanæ uitę. ideoq; ab Artifice mundi effectum eſt, ut ſpes leuiſſimis de cauſſis, & naſcatur, & ſuſtẽtetur. Huc pertinet illud prouerbium; Aegroto, dum anima eſt, ſpes eſt;: ſententia eſt prouerbialis, admonens, ne in afflictiſſimis quidem rebus abijciendam eſſe ſpem. Sumtum uidetur adagium ex Theocriti Batto, quod non ineleganter tranſtulit Philelphus ad hunc modum.

> Fidere Batte decet, melius cras forſan habebis;
> Sperandum eſt uiuis, non eſt ſpes ulla ſepultis.
> Nunc pluit, & claro nunc Iuppiter æthere fulget.

Lege emblema Alciati de Spe, in quo eleganter conditiones, cauſſasque ſpei, & eius comites deſcribit.

[Marginalia: Post.con. — Prior cõ. — Post.con. — D.Th. — Cauſſæ ſpei. — Spes cauſſa & effectus amoris. — Concl. — Cõe prouerbium. — Philelphus. — Alciatus. — Ariſt.]

ideo multum uiuunt in ſpe iuuenes. Etiam propter caliditatem naturæ habẽt multos ſpiritus, unde in eis cor ampliatur, & ſic in ardua tendunt, & ſunt animoſi, & bonæ ſpei. Iuuenes quoque, quia nõ ſunt paſsi repulſam, neq; experti ſunt impedimẽta in ſuis conatibus, ideo de facili arbitrantur aliquid eſſe poſsibile.

Poſterior Concluſio. Ebrietas eſt cauſſa ſpei, propter caliditatẽ cordis ex uino, & inconſiderationem periculorũ. & hac eadem ratione communes ſtulti ſunt magnæ ſpei.

ART. SEPTIMVS.

Vtrum ſpes ſit cauſſa amoris.

SVMMA TEXTVS.

Prior concluſio. In quãtũ ſpes, ſperatum bonũ reſpicit, ſpes cauſſatur ex amore; quia non eſt ſpes, niſi de bono amato, & deſiderato.

Poſterior cõcluſio. Spes in quantum reſpicit illum, per quẽ nobis fit aliquid poſsibile, eſt cã amoris: cum.n. ſperamus per aliquem nobis prouenire poſſe bonum, in ipſũ mouemur, ſicut in noſtrũ bonũ, & amare incipimus; & ex eo, ꝙ amamus per accidẽs ex amore cauſſatur ſpes, quia credimus ab eo redamari. Itaque ſpes eſt cauſſa, & effectus amoris.

ART. OCTAVVS.

Vtrum ſpes conferat ad operationem, vel magis impediat.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Spes adiuuat ad operationẽ: hoc duobus modis; tum, ratione obiecti, quod eſt arduũ, poſsibile: arduum autem excitat attẽtionem, & id quod eſt poſsibile, non retardat conatum; tum, ratione effectus, quia cauſſat delectationẽ; delectatio autem adiuuat operationem.

QVAESTIO XLI.

De timore ſecundum ſe; articulos habet quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum timor ſit paſsio animæ.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt Concluſio. Nam ad rationem paſ-

EXPLICATIO QVÆSTIONIS.

Timor, eſt mali exſpectatio, ut vult Chryſippus; uel animi, ob mali exſpectationẽ, cõtractio, ut alijs Doctorib. viſũ eſt; aut etiã (ut Ariſt. li. 2. rhetor. ſtatuit) eſt ꝑturbatio ex futuri mali ꝑnicioſi aut moleſti imaginatione: & alibi dicit, ꝙ timor eſt mali appropinquãtis phãtaſia. Sed D. Th. exactius & plenius definit timorẽ, ꝙ ſit motus appetitus de malo futuro difficili, cui reſiſti cõmode nõ poſſit, ſicut ſpes eſt cõtẽtio de

bono

ſionis primo requirit quod ſit motus paſsiuę virtutis, ad quam comparetur ſuum obiectum per modũ actiui mouẽtis, eo quod paſsio eſt effectus agentis, & per hunc modum ſentire, & intelligere pati dicũtur. Vel magis ꝓprie, paſsio dicitur motus appetitus habẽtis organum corporale, qui fit cum aliqua tranſmutatione corporali. Propriiſsime uero dicuntur paſſiones, quæ aliquod incommodum important. Timor ergo eſt paſsio appetitus, quia eſt de malo; & bonum, & malum ad appetitum pertinent: & fit cum corporali transmutatione, ſcilicet, cum contractione quadam. Vnde propriiſsime conuenit ei ratio paſsionis poſt triſtitiam, quæ eſt de præſenti malo, quia timor eſt de malo futuro, quod non ita mouet, ſicut præſẽs.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum timor ſit ſpecialis paſſio.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmans eſt Concluſio. Nam paſſiones recipiunt ſpeciem ex obiecto. Quare ſpecialis paſſio eſt, q̃ habet ſpeciale obiectum: ſed obiectũ timoris eſt ſpeciale, ſcilicet malum futurum difficile, cui reſiſti nõ poteſt; ſicut obiectum ſpei eſt bonũ futurũ, arduum adipiſci: ergo timor eſt ſpecialis paſsio.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum ſit aliquis timor naturalis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Timor de malo corruptiuo, quod natura refugit propter naturale deſiderium eſſendi, eſt naturalis, ſiquidem natura refugit tale malum.

Secunda Concluſio. Timor de malo contriſtatiuo, qđ non repugnat naturæ, ſed deſiderio appetit᷑, nõ eſt naturalis, ſicut eſt timor qui naſcit̃ ex opinione mali futuri: ſæpiſſime.n.timemus ea, q̃ naturaliter timenda non ſunt.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum ſint ſex ſpecies timoris.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio. Sex ſunt ſpecies timoris: uidelicet, ſegnities, erubeſcentia, uerecũdia, admiratio, ſtupor, & agonia. Nam timor eſt de malo futuro, quod excedit poteſtatem timentis, ita, ut ei reſiſtere non poſsit: tale autem malũ conſideratur, vel in operatione hominis, uel in exterioribus rebus. In operatione hominis duplex malum timeri poteſt. primum, labor grauãs naturam, & ſic cauſſatur ſegnities, quia fugit aliquis operari propter timorem excedentis laboris. Secundũ, turpitudo lædens opinionẽ, quæ ſi timetur in actu cõmittendo, erit erubeſcentia; ſi de actu turpi facto, erit verecundia. Malum autem quod eſt in reb᷑ exterioribus, tripliciter poteſt excedere facultatẽ hominis ad reſiſtendum. Primo, rõne ſuæ magnitudinis, quia conſiderat aliquis magnum aliquod malum, cuius exitum perſpicere non ſufficit, & ſic eſt admiratio. Deinde, ex deſuetudine, quia aliquod malum noſtræ cõſiderationi offertur, & ſic noſtrę exiſtimationi magnũ malũ eſt: vnde ex tali inſolita imaginatione ſtupor cauſſatur. Tertio cum aliqua ex improuiſo accidunt, q̃ præuideri nõ poſſunt, ſicut futura infortunia timentur, & talis timor dicitur agonia.

bono futuro, arduo poſsibili adipiſci. Verum ut prædictæ definitiones exactius intelligãtur, ſcire oportet, nõ ſolum in malũ incidere, in malis eſſe habendum, ſed ẽt a bono ſperato decidere, malum eſſe iudicandum. Itaq; metus non ſolum naſcitur ex opinione mali futuri appropinquatis, ſed etiã ex opinione amittẽdi, uel nõ conſequendi bonum ſperatũ. qđ quidem cũ uerũ ſit, rõni conſentaneum eſſe vr, in plurimis ſpẽ, metumq; concurrere, q metuunt, ſperantq; ſimul. Illud etiã nouiſſe oportet, ꝙ cũ timor oriat᷑ ex periculi conſideratione, q plus conſiderant, plus timent, prudentes ſobrij, expti. Sed & cum timor ex malo iam appropinquante ortũ habeat, mala longinqua min᷑ nos ꝑturbãt, vt mors incerta, quã ẽt ſenes hoĩes abeſſe procul adhuc ſperãt. Ex opinione futuri mali, utiq; moleſti, vel corruptiui, naſcit᷑ ti moris ꝗ turbatio: non.n.oĩa mala expaueſcim᷑, quale eſt, ſi quis ſit iniquus futurus, aut ignatus, ſed quæ magnas moleſtias importãt aĩo, aut

Concl.

corruptionẽ corporibus. Ex his, definitiones propoſitæ facile intelligentur. Illud tñ

De timore Dei ſententia ſcripturæ.

aduertẽdum eſt, ꝙ cũ de timore Dñi tã præclare loquitur ſcriptura, cum dicit: Timor Dñi, initiũ ſapiẽtiæ. & iterũ: Timor Dñi gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. &, Timor Dñi delectabit cor, & dabit lætitiam, & gaudium, & lõgitudinem dierũ. &, Timẽti Dñm bene erit in extrẽ mis, & in die defunctionis ſuæ

Prima Concl.

benedicetur. &, Plenitudo ſapientię eſt timere Deum; non de timore loquitur; quo expectamus malum futurum; neque de timore mali pœnæ, quem perfecta caritas foras mittit, ſed ſm phraſim ſcripturæ, timor Dñi, eſt reuerẽtia Dei, & eius cultus, & vera pietas.

Quid ſit timor domini.

Sed cõtra eam definitionem, quæ ſic habet: Timor eſt perturbatio de malo futuro appropinquante, eſt vnum argumẽtũ.

Obiectio. Secunda.

Nam oĩs paſſio eſt ex præſentia agẽtis ꝓueniẽs: ſed timor non eſt de aliquo præſenti, ſed futuro: ergo timor non eſt animi paſſio, neque perturbatio.

Solutio.

Ad hoc dicendũ eſt, quod ſicut paſſio corporalis naturalis prouenit ex corporali præſentia agentis, & ſic paſsio animæ prouenit ex animali præſentia agentis, abſq; præſentia

concl.

corporali, vel reali, in quantũ malum, quod eſt futurũ, realiter eſt præſens ſm apprehẽſionem animæ.

Aliæ quæſtiones quæ hic poterãt diſputari.

Hæc de iſta quæſtione dixiſſe ſufficiat, uã vniuerſæ aliç quęſtiones, q̃ huc facile adduci poterant, ſparſim in libris Diuinæ Theologiæ inueſtigantur, uidelicet de diuiſione timoris, in initialẽ, filialẽ, mundanũ, ſeruilem, tractatur in ſecũda ſecundę, in materia de ſpe. De alia qõne, vtrũ timere pęnas, malum ſit, tractatur in diuerſis locis diuinæ Theologiæ, ꝓcipue cũ tractat᷑ de pœnitentiæ ſacrõ. Itẽ alia, qũo in Chrõ fuerit timor de offenſa Dei, qũo rurſus in beatis, cum tñ nõ ſit ſutura, nec poſſit eẽ ĩ Chrõ, neq; in beatis offenſio culpę, & timor ſp ſit d futuro malo, & difficili, tractat᷑ et in ſcđa ſcdę, ĩn mã de ſpe. Nos iſtis qõnibus ꝑtermiſſis, ad aliã qõnẽ progrediamur, & fortaſſis in ſequẽti quæſtione pauca attingemus.

QVÆSTIO XLII.

De obiecto timoris, articulos habet ſex.

ARTICV. PRIMVS.

Vtrum obiectum timoris ſit bonum, vel malum.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Timor, primo, & per ſe reſpicit malū, vt propriū obiectū: timor enim eſt fuga: fugimus autē, & deteſtamur id quod malum eſſe exiſtimamus. Deinde, timor eſt de eo, qđ eſt priuatiuū eius qđ amamus. Cum ergo amor ſit boni conſequens eſt, quod priuatiuum, & corruptiuum boni, ſit malū: ergo timor eſt de malo. Timemus etiā eos qui poſſunt infligere malum. & per hunc modum timetur poteſtas hominis, maxime quando eſt læſiua, vel iniuſta, quia in promtu habet nocumentum inferre.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum de malo naturæ poſſit eſſe timor.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmatiua: Nā timor prouenit ex phātaſia futuri mali, corruptiui vel cōtriſtatiui, vt docet Ariſ. 2. Rhetoricorū. Sicut autē cōtriſtatiuum malū eſt, qđ eſt contrariū voluntati; ita corruptiuū malum eſt, quod cōtrariatur naturæ. & hoc eſt malum naturæ: vnde de malo naturæ poteſt eſſe timor. Certe mors eſt inter omnia mala terribiliſſimū, vt dicit Ariſt. 2. Rhetoricorū: at mors, eſt malū naturæ. Sed ſcire oportet, quod id, quod excludit phantaſiam, ſiue credulitatem futuri mali, timorem etiam remouet. Duobus autē modis contingit, quod futurum malum non appareat. vno modo, quod futurum ſit valde remotū, & diſtans: tale enim æſtimatur vt non futurum. Vnde Ariſto. in 2. Rhetoricorū: quæ valde longe ſunt, non timētur: Sciūt enim omnes quod morientur, ſed quia non prope eſt, nihil curant. Alio modo exiſtimatur aliquid malum futurum, vt non futurum, quia reputatur, ut præſens: vnde in loco citato ſcribit Ariſ. quod qui iam decapitantur, non timent, videntes ſibi neceſsitatem mortis imminere: ſed ad hoc quod timeatur, oportet adeſſe aliquam ſpem ſalutis, quia licet malum ſit propinquum, cum aliqua adeſt ſpes euaſionis, tunc adeſt timor.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum timor ſit de malo culpæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Timor ꝓprie de malo culpæ eſſe non pōt: nā timor eſt de malo futuro arduo, quod de facili vitari nō poteſt. Vnde quod uoluntati noſtræ ſubiacet, non habet rationem terribilis: ſed malum culpæ ſubiacet noſtræ uoluntati: peccatum enim eſt uoluntarium: ergo de malo culpæ non eſt timor. Sed quia uolūtas ab aliquo exteriori poteſt inclinari ad peccandum, ſi illud inclinans habeat magnam vim ad inclinandum, ſecundum hoc poterit eſſe timor de malo culpæ, inquantum eſt ab exteriori cauſſa, vt ſiquis timeat in ſocietate malorum permanere, ne ab eis ad peccādum inducatur, quamuis hoc magis ſit timere ſeductionem, quam culpā ſecundum propriam rationem, ut eſt uoluntaria.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum timor ipſe poſſit timeri.

SVMMA TEXTV.

Sic habet Concluſio. Timor ipſe timeri pōteſt: nā rōnem terribilis habet, quod ex cā extrinſeca prouenit, & nō quod ex

---

Obiectū timoris comprehēdit in ſe tria.

EXPLICATIO QVÆST.

Vt ea, quæ hic ab auctore dīt. rectius intelligantur, nouiſſe oportet, quod obiectum timoris cō prehendit in ſe tria: malum, arduum, futurū. Ex his demōſtratur ratio timendorū, & nō timendorū, & magis & minus timendorū. *Concl.* Ex ratione namque futuri excluduntur multum diſtantia ſēm tempus, & preſentia, & quę ineuitabilia ſunt: quę nō apprehenduntur aliquo horū modorum, vt minus futura habētur, vt patet ex ſecundo articulo. Ex rōne vero ardui, ſeu difficilis ad euadēdū, ſiue reſiſtēdū, excluduntur mala culpę: & inſolita, & repentina magis timentur. Ex rōne vero mali non timetur, niſi malum, & magis timetur interminabile, vt in vltimo articulo dictū eſt. Sed circa ea quę timentur, duas, aut tres qōnes inueſtigare decreui, quæ cuiq; Theologo ſūt difficillimę. *Concl.* Prima, Num Deꝰ immediate poſſit timeri. ſecunda, vtrum malu culpæ proprie timeri poſſit. *Ariſt.* Deniq; Vtrum beati habeāt, uel habere poſſint mali, quod poſſint timere; vel quō in vita beata cū omnis mali ſit expers, timor habere locū poſſit. *An deus immediate timeri poſſit. Arguitur primo.* Et quidē prima quæſtio ſic diſputatur a parte affirmatiua. *Ariſt.* Nā Deus eſt bonum noſtrū, quia confert nobis bona: ergo cū inferat nobis mala pęnę, erit malū noſtrū, ac inde poterit immediate timeri. *Duplici- ter futurum malum non apparet. Ariſt.* *Secundo.* Secundo, Deus immediate, ſecūdum ſeipſum, poteſt odio haberi: ergo poteſt immediate timeri. Conſequentia inde patet: quoniā vtrumque eſt de malo. Antecedens probatur; nam damnati in inferno, odio proſequuntur Deum propter ſeipſum, ſicuti amici Dei diligunt Deum propter ſeipſum. *Tertio. Pſal. 17.* Tertio, in Pſalmo decimoſeptimo dr: Cum ſancto, ſanctus eris, & cum peruerſo peruerteris: cuius ſēſus eſt, quod Deus, cum bonis, eſt bonus; & cum peruerſis eſt peruerſus. ita explanant D. Hieronymus ſuper hunc Pſalmū, & ſuper Eccleſiaſtē capite ſeptimo, enarrās illud verbū: Cōſidera opera Dñi, quod nemo corrigit quē Deus deſpexit. *Concl. Hieron.* Ergo Deus pōt timeri, tamquā perverſus nobis. *vltimo.* Deniq; S. Tho. in officio corporis Chriſti dicit, quod Euchariſtia eſt mors malis. *D. Tho.*

In contrarium eſt, quod magna aſſeueratione docet Diuus Th. 2. 2. q. 19. articulo primo. ſcribit n. Deum immediate nō poſſe timeri: in cuius ſentētiæ confirmationē, tale conficit argumentum, Timor, inquit, duplex obiectū hrē poteſt, quorum vnū, eſt ipſū malum, quod homo refugit; aliud aut eſt aliud, a quo malum prouenire pōt. *In oppoſitum D. Tho.* Primo igitur modo, Deus, qui eſt ipſa bonitas, timeri non poteſt: nam obiectum timoris eſt malum. Deus autem eſt ipſa bonitas: ergo Deus immediate timeri non poteſt. Sed *Concl.*

ſecundo

ſecundo mõ poteſt eſſe obiectum timoris, in quantum ab ipſo põt nobis imminere malũ pœnæ: & ſm hoc dr̃ Hieremię 10. Quis non timebit te o rex regum? & Malachiæ 1. Si ego dñs, ubi timor meus? Hæc ſententia D. Thom mihi certa videtur. quapropter ad argumenta in contrarium ſatiſ faciendum eſt.

Hiere. 10. Malach. 1.

Ad primũ argumẽtũ.

Ad primũ dicẽdũ, negãdo Deũ noſtrum, eſſe bonum noſtrũ, quia confert nobis bona: immo qa eſt bonũ noſtrum, largitur nobis bonum: atque etiã quia eſt bonum noſtrũ, infert nobis mala pœnæ in bonum noſtrum: malũ .n. pœnę nõ auertit nos ab vltimo fine, nec nos a Deo ſeparat, ſed potius ducit nos ad Deũ: vñ in Pſ. 72. Quã bonus Iſrael De' his qui recto ſũt corde: Dauid receſens mala pœnę, quibus Deus affligit ſuos iuſtos, non vocat Deũ malum, ſed Deũ bonũ, Quã bonus Iſrael, &c.

Pſal. 72. concl.

Ad ſecũdũ. primo.

Ad ſm reſpondetur, q Deus, ſm ſeipſum, nec poteſt odio haberi, nec timeri, quemadmodũ demonſtrat Diuus Thom 2. 2. q. 34. Quare ad argũ negatur antecedens: at vero damnati per magnum errorem, & deceptionem, reputant Deum ſummum malum ſuum, & ſic illum odio habent, & timent.

D. Tho.

Secundo reſpondetur.

Secundo reſpondetur, quod Deus immediate põt odio haberi, & timeri Quod uero D. Tho dicit 2. 2. q. 19. art. 1. & q. 34. habet hanc intelligentiam, quod motiuum nullum eſt in Deo, quare timeatur, aut odio habeatur: ſed omne motiuum eſt, quia infligit nobis pœnam, ex quo nobis diſplicet: hoc autem motiuo poſito, timor, & odium in Deum, terminari poſſunt, ita explicat Caietanus D. Th. 2. 2. q. 34.

Caiet.

Ad tertium.

Ad tertium dicendum, q non eſt ſenſus illius ſententię, q Deus cum peruerſis ſit peruerſus: ſed intelligentia eſt, cum peruerſo peruerteris, id ẽ peruerſe ages, & peruerſum te monſtrabis, hoc eſt, ſeuerum, & durũ ultorem, & iudicem his, qui peruerſo ſunt corde: cui conſonat illud quod vulgo dici ſolet, Malo nodo, malus quærendus eſt cuneus. Vel alio modo, quod Deus, ſancto, ſanctus, & peruerſo, peruerſus exiſtat, id eſt, ut qualis vnuiſquiſque eſt, talis ei uidetur eſſe Deus. Ex hoc autẽ non colligitur, quod Deus in ſeipſo poſſit timeri.

Ad quartũ.

Ad quartum dicendũ, q Euchariſtia non eſt mors, ſed ſalus, & vita noſtra: dr̃ autem afferre mortem impiis, occaſionaliter, quoniam indigne ſumentes, iudiciũ ſibi manducant, & ſiunt omnium hominũ peſſimi.

Vtrum culpa ſit timoris obiectũ. Arguitur primo.

Sed iam ad ſecundam quęſtioné accedamus: Vtrum malum culpę ſit obiectũ timoris. Et a parte negante ſic arguitur In primis D. Tho. in hac quæſtione art. 3. pro euidenti habet, quod malum culpæ non poſsit timeri: idque confirmatur ex auctoritate Ariſt. 2. Rheto. cap 5. Deinde, timor eſt de iis, quæ nobis nolẽtibus accidũt, & peccatum cõmittitur nobis volẽtibus, & cõſentientibus: ergo timeri non põt. Præterea, obiectum timoris eſt malum arduum, & terribile: ſed peccatum non eſt arduum: nã conſiſtit in noſtra volũtate, & facultate: ergo peccatum timeri non poteſt. Timemus certe ea mala, q̃ vix, & cum magna difficultate depelli põt: at peccatũ ſola nr̃a volũtate depellitur: timeri ergo non poteſt.

Ariſt. Secundo, Tertio.

In contrarium.

In aduerſum eſt. Nam vniuerſi Theologi, ſm ſanam doctrinam, aſſerũt indubie, eſſe ponendũ timorem filialẽ, cuius officiũ eſt timere culpam, & offenſam aduerſus Deũ, de qua re loquitur optime D. Tho. in 2. 2. q. 19. Ad huius rei expoſitionem examinare oportet diligenter, qđ ſit obiectũ timoris filialis. nam hinc vniuerſa huius rei difficultas pendet: in qua re variant doctorũ ſententiæ. Quidã .n. doctores exiſtimant, q per timore filialẽ De' immediate timetur, & nõ culpa, iuxta illud: Timor Dñi ſanctus pmanet in ſęculũ ſæculi: timor, inquit, Dñi, non culpę. Sed Dur. in 3. d. 34. q. 4. opinatur, q obiectũ timoris filialis ſit pęna dãni, i. ſeparatio a Deo: ſed D. Th. 2. 2. q. 19. ar. 2. pro cõperto hẽt, q obiectũ timoris filialis pcipuũ, eſt offenſa Dei: quæ ſnĩa haud dubie vera eſt In primis ex Magiſtro ſnĩarum loco citato. 3. diſtin. 34. & D. Aug. de verbis Apoſtoli, tractatu. 13. 18. & 19. & ſuper epiſtolam ad Rom. c. 8. in illa uerba, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore. Eſtque pulcerrimũ exemplum D. Auguſt. ad explicandum drĩam inter timorem ſeruilem, & filialem, de duabus mulieribus, quarũ una cauet adulterium timore pęnæ, cuius timor eſt ſeruilis; alia uero deteſtatur adulterium, amore uiri, cuius timor eſt caſtus, ac filialis. Hęc ſententia D. Thom. conſonat illis verbis D. Paul. 2. Cor. 12. Timeo ne non vos inueniam quales deſidero, id eſt, timeo ne Deum offenderitis. Pręterea probatur grauiſſimis rationibus. Prima ratio Malum culpæ, eſt grauiſſimum malũ noſtrũ arduũ, atque terribile: ergo merito debet timeri: & nõ timore ſeruili: ergo filiali. Secunda ratio: Timor filialis creſcit, creſcente caritate: diminuitur autem timor pęnæ: ergo timore filiali non timetur pęna, ſed culpa. Tertia rõ. Timor pęnæ orĩ ex amore pprio: at timor filialis orĩ ex pfecta caritate: ſed qui hẽt pfectã charitatẽ, magis timet offenſã Dei, q̃ oẽs pęnas dãni, & ſẽſus: ergo timor filialis non hẽt pęnã p obiecto, ſed offenſã Dei. Ex his ſequitur plane, quod malum culpę poſsit timeri. Ad argumẽta in cõtrariũ, ad primũ rñdetur, quod culpa dupliciter pt cõſiderari; pmũ, ut a libera uolũtate dependet: pcm̃ .n. ſpõtanee, & uolũtarie cõmittit; & hoc pacto ẽ obiectũ odij, nõ timoris: nã obiectũ timoris, e malũ arduũ, & qđ uix depelli pt, & terribile oĩno. terribile

D. Th. Obiectũ timoris filialis.

Pſ. 18.

Durand.

D. Thom. Mag. ſen. Auguſt.

2. Cor. 12.

Argumẽtorũ ſolutio. Ad primum

noſtra voluntate: at timor eſt paſſio quædam conſequens phantaſiam mali imminentis ex cauſſa extrinſeca: ergo timor ipſe timeri poteſt, quando imminet neceſſitas timendi, propter ingruentiã alicuius excellentis mali. Sed in quantum appetitus interior obedit rationi, & homo repellere poteſt timorem, ſecundũ hoc timor timeri non poteſt.

ARTICVL. QVINTVS.

Vtrum repentina magis timeantur.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmat. Concluſio. Nam malum imminens ſic maius apparet. Omnia enim corporalia, & bona, & mala, quanto magis conſiderantur, minora apparent: & ideo ſicut propter diuturnitatẽ dolor præſentis mali mitigatur; ita ẽt ex præmeditatione minuitur timor futuri mali. Patet ſecundo, quia cum aliquid eſt inſolitum, & repentinum, facit ad debilitatem timentis, inquantum ſubtrahit remedia, quæ homo poteſt præparare ad repellendum malum futurum, quæ præparare non poteſt, quando ex improuiſo malum occurrit.

ARTICVL. SEXTVS.

Vtrum quæ non habent remedium, magis timeantur.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmatiua. Nam cum malũ ſit obiectum timoris, quod auget malum, certe auget timorem: ſed diuturnitas, vel perpetuitas mali auget malum. quod patet: Nam ſi pati malum tanto tempore, malum eſt, pati idem in duplicato tempore, eſt duplicatum malum: & ſecundum hanc rationem pati idem in infinito tempore, erit quodãmodo infinitum malum. Sed irremediabilia, quorum non inuenitur auxilium, accipiuntur, ut perpetua.

aūt eſt, ꝙ a cauſſa extrinſeca prouenit. Deinde uero po teſt conſiderari malum culpæ ex parte cauſſarū, quę inclinant, & incitant hoīem ad peccandum: ſi. n. cā inclinans habet uim ad declinandum, ſm hoc poterit eſſe timor de malo culpæ, inquantum eſt ab exteriori cā: vt cum quis timet in ſocietate malorū permanere, ne ab illis ad peccādum trahatur: hac n. rōne conſideratur peccatū, ut malū arduū, & difficile, & qđ vix depelli pōt. cuius difficultatē conſiderās ſanctus Paulus, dicebat: Infelix ego hō, quis me liberabit de morte corporis huius? Et ex his documētis, ſi recte expendātur, cetera argumēta cuidēter cōſutātur.

Rom. 7.

Num in beatis ſit timor D. Tho.

Sed iam ſuccedat tertia diſputatio, Nū in beatis maneat timor? Hanc quæſtionē verſat Diu. Th. variis locis ſuæ doctrinæ in hac parte q. 67. art. 4. in ſolutione ſecundi, & 3. parte, q. 7. art. 6. & 2. 2. q. 19. art. 11. D. Auguſt. tractatu. 9. in primam Epiſtolam Ioannis, & copioſe, & ſuſiſſime. 14. de ciuitate Dei, c. 9. & D. Greg. 17. moralium. Sed prędicti ſancti Patres non ſibi ſatisfaciunt in huius quæſtionis explicatione: non. n. poteſt ſatis lucide explicari, qūo timor habeat locum, vbi malum futurum ſit: non ergo ſubibit mirandum, ſi nos in eadem ſalebra hæreamus.

Auguſt.

Gregor.

Arguitur primo.

Vt ergo oſtendatur euidētius quęſtionis difficultas, arguitur ſic. In uita beata non eſt timor pœnę, quoniā ꝙ pœna ſit in beatis, omnino eſt impoſſibile: non ergo in uita beata erit timor filialis, quo malum culpę timemus: ſiquidē malū culpæ, quod eſt eius obiectū, non eſt poſſibile, ꝙ ſit in uita beata. Quod ſi dicas, malū culpæ eſſe poſſibile, ſm naturam, quamquam non eſt poſſibile, ſecundum beatitudinis ſtatum, contra hoc ſic arguitur. Nam etiam malum pœnæ eſt poſſibile ſecundū naturam noſtram: ergo ſi propterea malum culpæ in uita beata timeri poteſt, poterit etiam malum pœnæ.

Secundo.

Deinde, ablato obiecto formali, & eſſentiali actus, certe actus permanere non poteſt; neq; vero habitus: obiectum. n. formale, eſt veluti forma. q cōſtituit rei eſſentiā: ſed in uita beata nō manet obiectum formale timoris, quod eſt malū futurū imminēs. ergo nō manet timor. Pręterea, beati nō timēt malū pœnæ, quia ſunt ſecuriſſimi de ſua felicitate, cui omnis pęna repugnat. ſed ēt beati ſunt ſecuriſſimi de diuina amicitia, a qua excidere nō pñt p culpā: ergo nō timent malum culpæ.

Tertio.

Ad hæc, Chriſtus Dominus nō potuit timere culpā: licet. n. naturę eſſet poſſibilis, erat tñ prorſus impoſſibile, ꝙ perſona Chriſti Domini culpam committeret: ut aperte docet D. Tho. 3. parte, loco dudum citato: ergo beati non pñt timere culpam: quamquam enim culpa naturæ noſtræ ſit poſſibilis, in ſtatu tamen beatitudinis fieri non poteſt, ut ſit culpa.

Solutio.

Ad huius rei expoſitionem ſtatuendū eſt pro certo, quod in uita beata nō eſt timor, qui ſolicitudinē ſecū afferat: nā beati, ſecuriſſima in pace, & trāquillitate uiuunt. Deinde ſtatuatur & pro certo, quod timor filialis manet in vita beata: ſic. n. videntur aſſerere Sanctæ ſcripturæ, ſic & ſancti Patres, ſic & Theologi vniuerſi: de que re ſuſiſſime ſoles tractari in 2. 2. q. 19. Sed explicare, qūo perſeueret timor in patria, hoc opus, hic labor eſt. Adnitar tñ id diſtincte explicare, non de habitu, de quo præſens diſputatio nō inſtituitur, ſed de actu. Manet ergo timor Dñi caſtus, qui pmanet in ſæculū ſęculi, manet, inquam, timor Dñi, reuerentia Dei, & eius cultus, & uera pietas: hoc. n. ſignificat hoc nomen in ſanctis ſcripturis, ſicut ſupra cōmemoratū eſt. Non. n. timor in beatis, eſt exſpectatio futuri mali, nō reſpicit ſeparationē a Deo per culpam, nec punitionē p illa, ſed diuinam excellētiā, & maieſtatē, quā ſubditi reuerētur: q reuerētia ex hoc naſcitur, ꝙ apprehendunt excellētiā diuinæ maieſtatis, & cōcipiūt tāquam ſummū malū æqualitatē cū Deo: propter qđ continuo contrahūt alas ſuas, & procidentes in facies ſuas, timēt, reuerentur, adorant ſummam Dei excellētiā, & maieſtatem. Sed & alium actum habet timor in vita beata: exrecratur, videlicet, & abominatur culpam, quæ abominatio, non incongrue appellatur timor. Præterea, timor, ſicut ſuperius a me cōmemoratum eſt, ex præterito naſcitur. quale eſt illud Virgilij: Namque animus meminiſſe horret. Narrant, Iudæū quēdā in Gallia fuiſſe, qui cū ex agro domum de nocte reuertiſſet, dormiens ſup aſino, tranſiſſetque ruptum pōtem, per anguſtam tabulam, poſtridie cōſiderato periculo, quod euaſerat, exanimatus eſt. Sic beati horrent conſiderantes, quam grande malum ſit Deū offendere, & in quantis peccatis iacuerūt, a quibus per diuinā miſericordiam ſunt liberati. Qui. n. liberatus eſt a profundiſſima fouea, cum illā cōſiderat horret aīus, tremetque mens: nam imaginatio facit rē ueluti præſentē, atq; ſi modo gereretur: & ſic timor eſt ueluti de futuro repręſentato: cōſiderat namq; aīus quid nūc fieret, ſi id accideret. Sed pergo explicare aliū actū, quem habet timor. dictum namq; eſt in ſuperioribus, ꝙ timores extendunt ſe ad poſsibile, cōmemoratumq; eſt, quemadmodum duo coniuges miſerabiliter ſint lamentati, quod ad focū eſſent collocuti, quid ipſis foret, ſi vnicū filium ſuum amitterent, qui illis erat ſanus, & ualens. Cū igitur culpa naturæ ſit poſſibilis, conſiderant beati quid de ipſis fieret, ſi incidiſſent in culpā, q ſeparaſſet illos a Deo: & hinc naſcitur timor, inhorretq; animus. Nec eſt eadem ratio de malo pœnæ, nā malum pœnę non decet illum ſtatū. Deinde, timor pœnæ oritur ex amore proprio: beati, ſi timent, propter amorem Dei timent. Hæc de iſta quæſtione ſatis erunt.

Huius rei exemplum notabile.

QVAEST. XLIII.

De cauſſa timoris, articulos habet duos.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum cauſſa timoris ſit amor.

SVMMA TEXTVS.

Prima concl.

PRima Cōcluſio. Obiectū timoris eſt malum futurum propinquū, cui reſiſti de facili non poteſt. Ex quo infertur, ꝙ cauſſa, ueluti formalis timoris, eſt tale malum: nam obiecta paſsionum animę ad ipſas ſe habent, ſicut formę, cum paſsiones ab obiectis ſpeciem recipiant.

Secunda.

Secunda Concluſio. Quod eſt cauſſa obiecti, eſt cauſſa paſſionis. Hæc concluſio liquido concluditur ex præcedenti.

[illegible]

Tertia concluſio. Qui pōt inferre malum, quod eſt obiectum timoris, eſt cauſſa efficiens obiecti timoris, & per conſequens ipſius timoris.

Quarta.

Quarta Cōcluſio. Amor eſt ueluti cauſſa diſpoſitiua timoris: nā ex eo, quod aliquis amat aliquod bonum, ſequitur quod priuans eum tali bono, ſit ei malū, & tamquā malum timeatur. Ad hoc etiā facit quod dicit Diuus Aug. lib. 83. quæſtionum: Nulli dubium eſt non eſſe aliam cauſſam metuendi, niſi, ne illud quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiſcamur ſperatum.

Auguſt.

EXPLICATIO QVÆSTIONIS.

NOn eſt neceſſe ediſſeri a nobis, qūo amor ſit cā timoris: nā retro ſępenumero admonuimus, qūo amor ſit oīum affectuū alæ origo & fons. Neque uero in præſentia immorandū eſt, vt oſtendamus, qūo defectus uirtutis, ſit timoris cā, qđ notius eſt q̄ ut explicari indigeat. Illud tñ nō eſt prętereundū, ꝙ augetur timor auctis cauſſis, ex qbus naſcit̃ metus. Naſcit̃ ex pīculi conſideratione, q plus cōſiderant, plus timēt, vt prudētes, ſobrij, expertique; inexpti uero parū timēt: vñ illud puerbiū, Dulce bellū inexpertis. Ruſſus [illegible]

Timor augetur auctis cauſſis ex quibus naſcitur.

augeſcit

augeſcit timor ex magnitudine periculi: tū vero ex periculo iam imminenti, vbi præſidiū noſtrū debilitatur, vbi popu- *Concl.* lus cōturbatur, quādo magiſtratus timēt, vel hi, qui ſoliti ſunt pericu̅lis ciuitatis ꝓſpicere. Timor quoq; ex præterito malo enaſcit, *Ariſt.* ꝓut in ſuperiori articulo oſtenſū eſt: imaginatio n. facit rem præſentem, atque ſi nunc gereret. Extendunt ſe ēt timores ad poſſibile. Coniuges quidā miſerabiliter cęperunt lamētari, ꝙ eſſent ad ſocū collocuti, ꝗd ipſis fieret, ſi vnicū filiū ſuū amitterent, qui illis erat ſanus, & ualēs. ſed hoc imaginationis, & cogitationis regnū per affectiones oēs patet, ꝓut ſupra diximus. Diſſipat timor, & ſecuritas naſcit, cū nulli̇ credimus *Concl.* eſſe periculū: idque vel ex cōſideratione, vel ex ignorātia. Ex cōſideratione, cum re vera, oībus cōſideratis, nullū periculū reſtare cognoſcim⁹. Ex ignorātia vero, cum id, qđ vere periculoſum eſt, nō eſſe periculoſū exiſtimamus. Pręterea, ꝗ curā abiecerunt illius boni, quod periculo impetitur, ut diuitiarū, famę, vitæ, nō timent: nihil enim amplius habent de quo ſint ſoliciti, & quod amittere formident.

EXPLICATIO QVÆST.

NOn admodū obſcura ſūt quæ hic a D. Tho. dn̄r. quapp in difficultatibus explicandis, q̄ ferre nullę ſunt, parum immorabimur. tn̄ ſtatui

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrū defectus ſit cā timoris.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt affirmans. Nam contrariorum ſunt contrariæ cauſſæ: ſed diuitiæ, robur, multitudo amicorum, poteſtas, excludunt timorem, ut docet Ariſt. 2. Rheto. ergo ex contrario defectus horum bonorum cauſat timorem. Idē oſtenditur alia ratione. Nam obiectum timoris, eſt malū, quod de facili uitari non poteſt: ſed ex defectu virtutis contingit, quod aliquis repellere non poſsit malum, iam propinquum, & imminens: ex defectu ergo uirtutis naſcitur timor.

QVAEST. XLIIII.

De effectibus timoris, articulos habet quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrū timor faciat cōtractionē.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt. Timor cōtractionem quādā facit: Nā timor ꝓuenit ex phātaſia alicuius imminētis mali, quod de facili repelli non pōt. Iſta aūt difficultas ex debilitatione virtutis procedit, quæ quāto eſt debilior, tanto ad pauciora ſe pōt extēdere: vn̄ ex ipſa imaginatione, quę cāt timorem, ſequitur quædā contractio in appetitu: ſicut patet in morientibus, in quibus ꝑp debilitatem uirtutis, natura ad interiora retrahitur: & ciues, qn̄ in ciuitatibus timent, ab exterioribus ſe retrahunt, & quantum poſſunt ad interiora recurrunt: ꝗ motus non eſt idem in timentibus & iratis: nā in iratis, propter calorē, & ſubtilitatē ſpirituū, ꝗ proueniūt ex appetitu vindictæ, interius fit mot⁹ ſpūum, ab inferioribus ad ſuperiora, & ideo congregātur ſpiritus, & calor eſt circa cor: vn̄ irati, prompti, & audaces redduntur ad inuadendum: ſed in timentibus, ꝑp frigiditatem ingroſſantem, ſpiritus mouentur a ſuperiorib. ad inferiora: quæ frigiditas procedit ex imaginatione defectus uirtutis: & ſic non multiplicātur calor, & ſpūs circa cor: īmo magis a corde refugiūt; & ꝑp hoc timentes non prōte inuadunt; & per hoc etiā tacent, & tremūt. quia fit motus caloris, & ſpirituū a corde ad inferiores partes: & ſic formationi uocis contrariat, quæ fit per emiſsionem ſpirituum ad ſuperiora, per os.

ARTIC. SECVNDVS.

An timor faciat cōſiliatiuos.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Timor conſiliatiuos facit. Homines enim in timoribus maxime quærunt conſiliari: quę enim timorem incutiunt, apprehenduntur ut mala, quæ cum difficultate vix repelli pōt, & quaſi iā imminētia, vn̄ cōſiliari oportet ex parte ſolicitudinis.

Secunda Concluſio. Si conſideretur facultas bene conſiliandi, nec timor, nec aliqua paſsio cōſiliatiuos facit; īmo perturbat: nā homini affecto ſecūdum aliquam paſsionē, videtur illud eſſe maius, uel minus, quam ſit ſecūdū rei veritatem: prout amāti, ea quæ amat, uidentur meliora; & timenti, terribiliora.

Tertia Concluſio. Magis pertinet ad conſilium timor, quā ſpes, quia ſpes eſt de bono, prout ip ſū conſequi poſſumus; timor autē de malo, prout vix repelli pōt: vnde timor magis reſpicit rationē difficilis, quā ſpes: in difficilibus autem, in quibus nobis non confidimus, conſiliamur.

ARTIC. TERTIVS.

An timor faciat tremorem.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt. Timor cāt tremorē. Nā in timore,

explicare diſtincte & exquiſite effectus qui ex timore naſcuntur. Metus opera in *Timoris effectus.* corpore hęc ſūt: Metus primum oīom contrahit cor, & debilitat, ad cuius opē, & auxiliū, ſuperiorē calorē natura illi ſūmittit; iſq; cū nō ſufficit, ēt inferiorē eodem rapit: vn̄ pallor, & frigus. trementе corde, tremit vniuerſum corpus: motū. n. cordis ſequitur; vn̄ lingųę titubatio atq; hęſitantia: quod in aliis animi affectionibus eſt aīaduertere, in ꝗbus cor celerrime agitatur, velut in ira, & læti- *Prima concl.* tia. & in exercitatione: ſed in metu vox eſt exilis, qa calor a corde, & ſuperiorib. deſcēdit; in ira grauior, qa aſcēdit. ex metu ēt inhorrēt capilli, qꝫ ex frigore cōprimunt meatus: vn̄ pilorum rigor. Calor naturalis, ſi deſcendat, creſcit met⁹, *Secunda.* deſerto corde: vn̄ & alu⁹ ſoluit. Et ex naturali ratione, Homerus de timido dixit, cor *Homerus.* illi ad calcaneū deſcendiſſe. In aīo uero metus hæc operatur: perturbat, & confundit cogitationes. Vn̄ recte ille: Quo poterit *Tertia.* cælos, & elementa ſcrutari, cui perpetuo incumbit paupertatis, ſeruitutis, mortis metus? Tū illud Ciceronis, *Cicero.* Pauor mihi ſapiētiā oēm expectorat. Vn̄ in periculis adeſſe aīo, & cōſilia ex re nata poſſe recte excogitare, & inſpicere (ut de Annibale Liui- *Titus Liuius.* us; & de Iugurtha Salluſtius *Salluſtius.* memoriæ tra- *Concl.* dunt) non ſolū fortiſſimorū

 eſt,

eſt, ſed & acutorũ, magnique ingenij. Proueniũt etiã ex metu, demiſſio, abiectio ſui ipſius, aſſẽtatio, adulatio, ſuſpitiones, q̃ exſtimulãt ad quçrenda in malis remedia in animis firmis: in infirmis vero exiſtit conſternatio, perturbatio, & exanimatio, pigritia, deſperatio, proſtratio; vt ſupra iacẽtem ingruat quidquid impendit, & minatur. Quapp nulla eſt animi miſeria, q̃ frequentius excruciet hoĩs animum, quam metus; nulla ſeruitus fędior. Sed de his ſatis eſt.

EXPLICATIO QVÆSTION.

QVÆ ĩ hac quæſtione dicuntur, manifeſta sũt: illud ſolũ hẽt dubitationẽ, ad definitionem audacię pertinẽs, vtrũ audacia hẽat pro obiecto bonũ, an malum. Nã ſi malũ eſt, aut eſt obiectũ audaciæ p ſe, aut per accidens: ſi per ſe, ergo motus appetitus pſecutiuus eſt per ſe ad malũ: cuius oppoſitum ſępiſſime dictũ eſt: & oẽs fatentur malũ eſſe qd oĩa fugiunt, & bonũ eſſe, qd oĩa appetũt. Ex quo in ſuperioribus efficaciter cõprobatum eſt, voluntatẽ, & appetitũ motu proſecutiuo nõ poſſe ferri in malũ, ſub rõne mali. Si vero dicas, quod malũ eſt obiectũ audacię per accidẽs, oportet ergo demõſtrare aliud obiectũ per ſe. ſicut inuenitur in oĩbus operationib[us] intellectus, & ſenſuũ. & tũc inquirã, an illud obiectum, ſit bo-

Quod ſit audaciæ obiectum.

Cõcluſio.

fit quędã contractio ab exterioribus ad interiora: idẽo remanẽtibus exterioribus frigidis, in eis accidit tremor, q̃ cauſatur ex debilitate uirtutis cõtinẽtis mẽbra. Ad huiuſmodi aũt debilitatem maxime facit defectus caloris, qui eſt inſtrumẽtum, quo aĩa mouet, vnde reuocato calore ab exterioribus ad interiora, multiplicatur ipſe calor interius: & maxime verſus inferiora: i. circa nutritiuam partem: & ideo conſumto humido, cauſatur ſitis, & interdũ ſolutio vẽtris, vrinæ emiſsio, & quandoq; ſeminis. Et quia in timẽtib[us] calor deſerit cor, a ſuperioribus ad inferiora tendẽs, in timẽtibus maxime tremit cor, & mẽbra, quæ habent aliquam connexionẽ ad pectus, vbi eſt cor. tremit etiã labium inferius, & tota inferior mandibula, propter cõtinuationẽ ad ipſum cor: vnde & ſtrepitus dẽtium ſequitur, & eadem ratione, brachia, & manus tremunt, vel etiam, quia eiuſmodi sũt magis mobilia, propter quod & genua tremunt timentibus.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum timor impediat operationem.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmat Cõcluſio. Nam operatio exterior hoĩs cauſatur quidem ab anima, ſicut a primo motore, ſed a corporis membris, ſicut ab inſtrumentis. Contingit autem operationem impediri, & propter defectum inſtrumenti, & propter defectum principalis mouentis. Nam timor, quantum de ſe eſt, ex parte inſtrumentorum corporaliũ, ſemper natus eſt impedire operationem exteriorẽ, propter defectum caloris, qui ex timore accidit in membris exterioribus: ſed ex parte aĩæ, ſi ſit timor moderatus, non turbans multum rationem, confert ad bene operandũ, quia cauſãt ſolicitudinẽ, & facit attentius cõſiderare, & operari: ſed ſi in tantũ creſcit timor, vt rationẽ perturbet, impedit operationẽm, etiam ex parte animæ.

QVAEST. XLV.

De audacia, articulos habet quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum audacia contrarietur timori.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmãs eſt cõcluſio. Nam ea inter ſe ſunt cõtraria, q̃ maxime inuicẽ diſtant: audacia autẽ maxime diſtat a timore; quia aggreditur periculũ imminens, ut vincat ipſum periculũ; timor uero refugit nocumentum futurum, propter victoriam eius ſuper ipſum timentem.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum audacia conſequatur ſpem.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmans. Ex hoc. n. q̃ aliquis ſperat ſuperare terribile imminens, ex hoc audacter inſequitur ipſum; ſicut ad timorem ſequitur deſperatio. Ideo enim aliquis deſperat, quia timet difficultatem, quæ eſt circa bonũ ſperandum. Omnis enim motus appetitiuus, reducitur ad proſecutionem, uel fugam, quæ ſunt, uel alicuius per ſe, uel per accidens. Per ſe proſecutio boni eſt, quę ad ſpem pertinet; per ſe fuga, mali, ad timorem. Per accidens proſecutio mali eſſe poteſt propter aliquod bonum adiunctum, quod ad audaciam ſpectat; fuga autem boni ad deſperationem, propter aliquod malum adiunctum.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum defectus aliquis ſit cauſa audaciæ.

SVMMA TEXTVS.

PRima cõcluſio. Quæcũq; ſunt nata cauſare ſpem;

nũ, uel malũ. Et augetur difficultas, qa auctor vane vr loqui ĩ huius rei expoſitione: nam in art. 2. ad tertiũ expreſſe docet, q̃ audacia reſpicit malum; in art. 4. ad ſm, dicit, obiectum audacię eſſe cõpoſitum ex bono, & malo. Ad huius rei expoſitionẽ, Cardinalis Caietanus adducit nonnulla, quę obſcura sũt admodũ, vt ſolẽt eſſe hui[us] doctoris acuta, & ſubtilia rũſa. In primis dicit, q̃ in cõcupiſcibili, cuius eſt obiectũ bonum, uel malum, abſolute oĩs motus reſpectu boni, eſt pſecutiuus; & oĩs motus reſpectu mali, eſt refugitiuus: in iraſcibili vero potẽtia, ſeu aĩoſa virtute (qd dĩt alij) audacia & deſperatio ſimilem hẽnt difficultatẽ: nã audacia eſt ad malũ. deſperatio eſt a bono, & ſic contra ordinem a natura inſtitutum vũt ſe hẽre. Deinde docet, q̃ iſtæ duę animi affectiones, audacia & deſperatio. habent hoc ex eo, qa verſant̃ circa arduũ & difficilẽ. qd eſt obiectũ iraſcibilis; ppea .n. in cõcupiſcibili nulla eiuſmodi paſſio reperit̃. Quid autẽ ſit difficile, & arduũ, nõ eſt difficile explicare, qm ſicut ędificationes, ſtructurę, & picturę, nõ collocãtur ĩ alio extraneo gñe eius difficultate, ſed modum quendã ſortiuntur illius eiuſdẽ naturæ, q̃ difficilis dr: difficultas. n. ædificationis ad artem ędificãd.; & difficultas picturæ ad artẽ pingẽdi ipſe-

Caietanus ſic reſpondet.

Cõcluſio.

Cõcluſio.

vel excludere timorem, ſunt cauſſa audacię: audacia enim conſequitur ſpẽ, & contraria tur timori. Secunda Concluſio. Cauſatur ſpes ex parte appetitiui motus, q ſequitur apprehenſionem, per ea quæ faciunt exiſtimare, ꝙ poſsibile ſit adipiſci victoriã, vt eſt fortitudo corporis, experientia in periculis, multitudo amicorũ, aliorũ auxilium, & maxime diuinum. Nã qui bene ſe habẽt ad illud, audaciores ſunt, vt etiam dicit Ariſt. 2. Rhetoricorum. Tertia Concluſio. Cauſatur etiã audacia per excluſionem timoris, & ꝑ remotionem terribilium appropinquantium; vel quia homo non habet inimicos; vel quia nulli nocuit, & ſimilia.

Quarta Concluſio. Ex parte trãſmutationis corporalis cauſatur audacia, per prouocationem ſpei, & excluſionẽ timoris, vel ex iis, quæ faciũt caliditatẽ circa cor: vnde habentes paruũ cor, ſunt magis audaces, qa calor naturalis citius id calefacit, ſic ẽt habẽtes magnum pulmonem ſanguineum, sũt audaciores, ꝓpter caliditatem. Quinta Concluſio. Nullus defectus virtutis cauſat audaciã, niſi per accidens, in quantum habet adiunctam aliquã excellentiam veram, vel exiſtimatam ex parte alterius, uel ex parte ſui: vnde ebrietas cauſat audaciam, non in quantũ eſt defectus, ſed in quantum facit exiſtimationem cuiuſdam magnitudinis.

ſpectat; ita bonum difficile, ex difficultate nõ intrat rationẽ mali, ſed infra boni latitudinẽ conſiſtit. Quia tñ arduum, & difficile in re dr̃ bonum difficile excedẽs menſurã in maius, & eo ipſo, quia difficile eſt, hẽt vñ a ſe auertat, & repellat illum, in cuius ſummus comparationẽ excedit. & hoc modo arduum eſt obiectum deſperationis. conſimiliter malum arduum, nõ excedens mẽſurã in maius, licet ex eo qd malũ eſt, habet vnde auertat: ex eo tñ, quia eſt veluti quoddam magnum, nõ excedens mẽſuram, habet vñ trahat, nõ concupiſcibilẽ potẽtiã, cuius eſt fugere, ſed iraſcibilẽ, cuius eſt tã bona quã mala proſequi, ut oportet. Et hoc mõ ſaluat̃, quõ audacia reſpicit ꝑ ſe ſuũ propriũ obiectum. q.n. obiectũ audaciæ ſit difficile malũ, ex eo demõſtrat̃, quia ſicut nullus deſperat, niſi a bono deſiderato; ſic nullus audet, niſi ad timenda. Sed ꝑgit Caiet. & explicat, quõ verificet̃, quod obiectũ audaciæ malũ eſt per accidẽs. qd docet D. Th. in lr̃a: ſcribit itaq; ꝙ audacia, vt includit & participat ſpem, hẽt ꝓ obiecto bonũ, & mal: vt ẽt D. Th. docet reſpicit igit̃ audacia, prout participat ſpẽ, bonũ victoriæ, ſeu repulſæ ſubiectionis imminẽtis reſpicit aũt malũ, rõne ſui: eſt.n. audacia, motus ſpei ad conſequendũ bonũ: malũ aũt reſpicit rõne ſui; quia inſurgit aduerſus mala imminentia, forti, & infracto aĩo, vt tandẽ cõſequatur bonũ deſideratũ. Hactenus Caietanus. quam ſolutionem in præſentia non reprobo. ſed videor mihi (vel ego fallor) aliã ſolutionẽ euidentiorẽ, neſcio an veriorẽ inueniſſe: ea eſt, ꝙ audacia reſpicit malũ, & inſurgit aduerſus mala imminentia, motu quidẽ proſecutiuo: non.n. timet, aut fugit mala: ſed iſte motus proſecutiuus non eſt vt conſequatur malũ, ſed ut deſtruat, & ſuperet mala. Qñ dr̃ in diuina Theologia, quod motus proſecutiuus eſt tñ boni, ſenſus eſt de motu proſecutiuo, ut cõſequamur bonum: motus vero proſecutiuus, vt deſtruatur malum, & expellatur, ad mali fertur modo iam expoſito. Ad eundem modum dicendum eſt de deſperatione, qd non eſt diſceſſus, & fuga a bono, quaſi odio habeat illud, ſed quia non audet proſequi illud propter rei difficultatem. Itaque fuga a bono ſtat dupliciter, ſic ut bonum odio habeamus, aut nolimus: & ſic fuga a bono inueniri nequit: alio modo fugimus a bono, & diſcedimus ab illo, deſiſtimus ab eius ꝓſecutione, pp rerũ difficultates. His explicatis, facile erit definitionem audaciæ conſtituere.

Autoris ſolutio. — *Duplex eſt fuga a bono.*

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum audaces in principio ſint promtiores, quam in fine.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Qui audaces ſunt ex motione appetitus ſenſitiui, qui ſequitur apprehẽſionem ſenſitiuę virtutis, promtiores ſunt in principio, quam in fine in periculis. nam cum audacia ſit motus appetitus ſenſitiui, ſequitur apprehẽſionem virtutis ſenſitiuæ: virtus autẽ ſenſitiua, non eſt collatiua, neque habet inquiſitionem ſingulorum, quæ circũſtant rem, ſed ſubitum habet iudicium. Sed contingit aliquando ſecundum ſubitã apprehenſionem non cognoſci oĩa, quæ difficultatem habent, unde ſurgit audaciæ motus ad aggrediẽdum periculũ, in quo exiſtentes, maiorem ſentiũt difficultatem, quam exiſtimarent, & ideo deficiunt. Secunda Concluſio. Fortes, qui ex iudicio rationis aggrediuntur pericula, in principio videntur remiſsi; qa nõ ex paſſionibus, ſed cum deliberatione debita, pericula aggredientes, cũ in ipſis non experiuntur aliquid improuiſum, ſed quandoque minora illis, quæ præcogitauerũt, ideo magis perſiſtunt: vel quia aggrediũtur pericula propter bonum virtutis, & ſic in eis perſeuerat boni voluntas.

Audaciæ definitio. Quidã ſic definiunt Audaciã, ꝙ ſit cõfidẽtia in periculis, aduerſus mala apparentia depellẽda, uel bona ardua cõſequẽda. *Cõcluſio.* Alij ſic, Audacia eſt ſecuritas, qua quis malũ, neq; futurũ expectat, neq; ꝑſens horreſcit. Vel ſic, Audacia eſt fiducia, ſeu ſecuritas, qua qs aliquid audet, ẽt cũ periculo. Et plerũq; accipitur in malã partẽ, pro nimia cõfidentia, qua quis ſine vllo, aut ꝑiculi metu, aut pudoris reſpectu rem aliquã aggreditur. Et audacia, & audẽtiã hoc differũt, vt Latini volũt, ꝙ audentia ſit fortitudinis; audacia, temeritatis, vt Salluſti' in Catillinã: Audacia pro muro hẽ. Audaciã, ab auide. i. cupide agẽdo dictã eſſe tradit Feſtus. Sed D. Th. ſic definit audaciam: Audacia eſt paſſio iraſcibilis potẽtiæ, qua ad depellenda mala ardua, & bona proſequenda animus erigitur. Audacia .n. & timor, contraria ſunt: timor refugit nocumẽtũ futurum; audacia aggreditur periculum imminens, vt uincat ipſum.

Audacia & audẽtia differunt. — *Salluſtius* — *Feſtus.* — *D. Thom.*

Sed obſeruãdum eſt, quod audacia vocabulũ eſt ambiguę ſignificationis: aliquando vſurpatur pro uitio oppoſito fortitudinis virtuti, & ſic ſonat in malũ, iuxta quem ſenſum audaces reprehendimus: aliquãdo audacia ſignificat affectionem, & paſſionem animi, qua aduerſus mala erigitur aĩus. & iuxta hunc ſenſum, aſſeritur, fortitudinem verſari circa timores, & audacias, vt eas animi affectiones, alioqui uiolentas, ad mediũ reducat, frænet, & compeſcat. Sed iam de ira ſermo ſuccedat: nam ea quæ dicta ſunt, parum expoſitionis ſunt indiga.

Audacia duplicitèr.

QVAEST. XLVI.

De ira ſecundum ſe articulos habet octo.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum ira ſit ſpecialis paſsio, an generalis.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Si generale ſumatur pro eo quod generale eſt ſecũ dũ prædicationẽ, ſicuti aĩal dr̃ generale ad oĩa aĩalia, ira non eſt paſsio generalis, & cõis. Probatur hæc cõcluſio. Nam ira condiuiditur potius aliis paſsionibus, & non eſt ad eas communis. Secunda Concluſio. Si generale dicatur id quod eſt generale in cauſãdo, ſicuti Sol reſpectu inferiorum, ira non eſt generalis paſsio. Ratio eſt, qm̃ ira non eſt ceterarũ paſsionũ cõis, aut generalis cauſſa, ſed amor, qui (vt ait D. Aug. 14. de ciui. Dei. c. 7. & 8.) eſt radix prima oĩum paſsionum. Has rõnes cões & generales attendentes, D. Damaſc. lib. 2. c. 16. & etiam Cicero. 4. Tuſcul. quæſt. dixerunt, iram, ſpecialem paſsionem eſſe, non uero generalem, aut communem. Tertia Concluſio. Si generale dicatur ea ratione, qua effectus ille generalis dicitur, qui ex multis ac variis cauſſis in actu procedit, ira poteſt dici paſsio generalis: ſicuti enim cauſſa, quæ multos producit effectus, dicitur generalis; ita effectus, qui a multis cauſſis in actu exſiſtẽtibus prouenit, poteſt etiam generalis dici. Probat D. Th. hanc concluſionem ex eo; quod ira a multis paſsionibus producatur: motus etenim iræ haud quaquã inſurgit, niſi adſit triſtitia ab alio illata, & niſi adſit etiam deſiderium, & ſpes vlciſcẽdi.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum obiectum iræ ſit bonũ, vel malum.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio D. Tho. ita habet. Ira ſemper reſpicit duo obiecta; bonũ, ſcilicet, & malum. Explicat autem eam optime. Duobus etenim modis aliquid ad rationẽ pertinet: vno modo, ut ſimplex eſt, veluti cum quis intelligit, aut conſiderat quidnã homo ſit. alio modo, vt dicit quandam compoſitionem, ſicuti quãdo intelligimus album ineſſe homini. Cũ uero motus appetitiuæ potentiæ, motum rationis ſequatur, duobus etiã modis in bonum, & malum tendere poterit. una quidem ratione, per modum rei ſimplicis, ut cũ abſolute appetitus ſequitur, aut inhæret bono, aut uero cum malum refugit. alia ratione põt tendere per modũ rei compoſitæ, ut cum appetitus ad hoc fertur, vt uelit aliquod bonum, uel malum circa aliquem fieri, aut uero id ipſũ refutat. Quibus poſitis, probat D. Th. concluſionẽ propoſitam, hac ratione. Ira tendit in uindictam, & in illũ, de quo uindicari deſiderat. in vindictam autem fertur vt in bonum: eã namque, ut quoddam bonũ, appetit, & ſperat, ac delectatur; in eũ uero, de quo uindictam quærit, tendit vt in malum, contrarium, & noxium. Ergo duo obiecta ſunt iræ, bonum videlicet, & malũ. In quo ſane ab odio, & amore diſtinguitur: nam ira ſemper hęc duo obiecta reſpicit; amor uero, & odium, quãdoque unum tantũ obiectum reſpiciunt.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum ira ſit in concupiſcibili, an uero in iraſcibili.

SVMMA TEXTVS.

REſpondet D. Tho. vnica ꝓpoſitione, quæ ita ſe hẽt. Ira non eſt in concupiſcibili, ſed in iraſcibili, quam in argumento, ſed contra, ita probat. Si ira eſſet in concupiſcibili, non dominaretur ab ea vis iraſcibilis: at oppoſitum experientia comperimus: ergo non habet ſedẽ in concupiſcibili, ſed in iraſcibili.

EXPLICATIO QVÆST.

IN hac q̃ſtione breuiter defi niam, q̃d ſit Ira, & in quo ſubiecto conſtituat̃, & qua rõne ab odio differat: nã cetera perſpicua ſũt. Ira dicta eſt ab eo, q̃ eſt ire: nã a ſe it qui iraſcitur: vñ & q̃ iram depoſuit, ad ſe redire dr̃. Vñ Terent. in Adelphis, Tãdem, inquit, reprime iracundiã, & ad te redi. Eſt aũt ira (auctore Cicerone) appetitus puniendi eũ, a quo iniuria offenſi ſumus. Vel, ira eſt cõcitatio animi acerba, q̄ bona ſua videt cõtẽni, q̃ putat non eſſe cõtẽnẽda, cũ appetitione uindictæ. Vel, ira eſt accenſio ſanguinis circa cor, cũ appetitu vindictæ. Ira vero, in iraſcibili, ſiue i aliã potentia cõſtituit̃. Paſſiones. n. iraſcibilis in hoc differunt a paſſionibus cõcupiſcibilis, q̄ obiecta paſſionũ concupiſcibilis, ſũt bonum vel malũ abſolute: obiecta aũt iraſcibilis, ſunt bona, uel mala, cũ quadã eleuatione uel arduitate. Ira aute reſpicit duo obiecta. ſ. vindictã, quã appetit, & eum, de quo vindictã q̃rit: & circa vtrũque quãdã arduitatẽ expoſtulat. Non n. inſurgit motus irę, niſi aliqua magnitudine circa vtrũque ex iñtẽt: q̃cũque n. nihil ſunt, aut parua ualde, nullo mõ digna æſtimamur, ut dicit Philo. 2. Rhe. c. 2. pp̃ q̃ iraſci oporteat. Ex qb⁹ principiis liquido colligit̃, q̄ ira ſit in iraſcibili. Quo aũt differat ab offenſione, & odio, paucis explicabo. Ira oĩs ex offenſione naſcit̃, non autẽ oĩs offenſio, ira eſt. Differũt. n. duo hęc, ut gñale, & ſpeciale: cõi tñ ſermone confundũtur, adeo ut altera ꝓ altera ſumatur: tñ diſtãt, q̄ ira addit rõne cõtemtus, & vindictæ appetitionẽ. vñ ira ſine contẽtu non eſt; offenſio eſſe põt. Itaq; offendimur ex rebus inanimis, & infantibus, cum non ad arbitriũ noſtrũ nobis parẽt: nobiſmetipſis quoq;, cũ facti alicu⁹, pęnitet, aut cũ agere aliquid conamur, nec ſubſequitur, offenſio autẽ eſt hæc, ꝓprie loquẽdo, nõ ira. Eſt et quoddã gen⁹ inflammationis in pectore, cũ concitat ſe aĩus, magnoſq; ardores ad grãde aliquid efficiendũ concipit, q̃d ſine ira & offenſione cõtingit, cum nulla ſit ſpes mali, neque appetitio vindictæ. iraſci tñ uocãt oẽs, immo & Ariſt. ipſe, & grãdia opa ad partẽ iraſcibile referũt, abutẽtes noĩe, q̄ oẽm accenſionẽ sãguinis ſub ira cõprehendũt, cũ potiꝰ ſit inflãmata cupiditas ad aliquid grãde efficiẽdu: ſed ira nõ eſt. Porro D. Th. aliquot ponit ex Ariſt. diſcrimina inter odiũ, & irã. Odiũ, inquit, creſcit tpe; ira minuit depoſitã, cũ vindicta ſumatur; vltio & vindicta odij, eſt male facere, & ualde nocere. Ira vult ſcire ſuã vindictã; odiũ id ñ curat, mõ male faciat. itaq; mortẽ inimico affert, uel truncationẽ mebri, morbũ, egeſtatẽ, carcerẽ, exi-

Quid ſit ira. — ob vindictam [illegible] — Terent. — Cicero. — Vbi ſit ira — Ariſt. — Ira differt ab odio & offenſione. — D. Tho.

exiliū, dementiā quoque: ut olim Cretenſes. Cretēſes, qui ini micis ſuis nihil imprecabātur aliud, quā ut reb⁹ malis delectarentur, & aſſueſcerēt. Iratus dolet; odiens nō dolet. Ira sēper reſpicit duo obiecta, uindictā. ſ. & hoīem ſibi noxiuū, de quo vult uindictā ſumere; odiū vero qūque reſpicit vnū obiectū, velut eū qs odit vinum. Præterea, ira reſpicit vnū obiectū, ſm rōnē boni. ſ. uindictā, quā appetit; & aliud ſm rōnē mali, ſ. hoīem noxiuū, de quo vult vindicari; ſed odiū undiq; reſpicit malū: vult. n. odiens malū alicui, quem exiſtimat malū, & ſibi incōmodū. Sed potiſſimæ dīſ īter odiū, & iram ſunt, quas aſſignat D. Thom. D. Tho. art. 6. Differūt certe ex obiecto: nam iratus vult malū ei, cōtra quē iraſcitur, ſicut odiēs ei quē odit; ſed Concl. differūt rōne: nā odiēs appetit malum inimici, inquantū eſt ei malū; iratus aūt appetit malū eius, contra quē iraſcitur, non inquātū eſt malum, ſed inquantū hēt quādā rōnem boni, prout exiſtimat illud eſſe iuſtū, inquantū eſt vindicatiuū. Vnde odiū eſt per applicationē mali, ad malū; ira aūt per applicationē boni, ad malū. Sed Obiectio: Caietani. cōtra hāc dīam ſic obiicit Caiet. Nā in hac dīa, vel eſt ſermo de malo illi cui appetit. vel de malo ſimpliciter: ſi Prima concl. primo mō, non eſt dīa inter irā, & odiū: quoniā utrobiq; appetit malū illi: uindicta. n. eſt malum

bilis: at oppoſitum experientia comperimus: ergo non habet ſedem in concupiſcibili, ſed in iraſcibili. Eandē in corpore arti. elegāti ratione cō firmat. Paſsiones ſiquidē concupiſcibiles hac potiſsimū ratione ab his, quæ in iraſcibili collocantur, diſsidēt; quod illarum obiectum ſit abſolute aut bonum, aut malum; harum uero ſit bonum, uel malū, ut habent quandam ardui, & difficilis rationē. Atqui ira non ſolum reſpicit bonum & malum abſolute, ſed ſub quadā ratione ardui; quippe cū habeat pro obiecto & uindictā, & eum, de quo uindicari vult, quæ duo quandam rationem habent ardui, atque difficilis reſpectu iræ; quoniam (vt dicit Ariſt. 2. Rhet. c. 2.) quæcūque nihil ſunt, aut modica valde, nullo modo digna æſtimamus. Ira igitur non ad cōcupiſcibilem pertinet, ſed ad iraſcibilem.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum ira ſit cum ratione.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ita ſe habet. Ira eſt quodā modo cum ratione. Probatur in argumento, ſed cōtra, ex eo quod ait Ariſt. 7. Ethic. c. 6. ira conſequitur rationem aliqualiter. Eandem concluſionem in corpore artic. ita probat. Ira eſt appetitus quidam uindictæ. Talis autem appetitus collationem quandam importat pœnæ infligēdæ, pro nocumento, & dāno illato. Cū ergo talis collatio ad rationem pertineat, procul dubio ira cum ratione eſſe dicitur.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum ira ſit naturalior, quā concupiſcentia.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Si cō ſideratur natura iræ, & concupiſcentiæ ex parte obiecti, concupiſcentia naturalior eſt, quam ira. Probat D. Thom. hanc concluſionem ex eo, quod obiectum concupiſcentiæ, præſertim ſi ſit ciborum, aut uenereorum, naturali⁹ eſt homini obiecto iræ. Naturale autem illud dicitur ab Ariſt. 2. Phyſ. text. 4. quod a natura efficitur, & cauſſatur. Vnde paſsionē eſſe magis uel minus naturalē, ex ſua cauſſa prouenire poteſt. Cum ergo concupiſcentia habeat cauſſam magis naturalē, quam ira, magis erit naturalis ipſa concupiſcentia, quam ira.

Secunda Concluſio. Si conſiderentur ira, & concupiſcentia ex parte ſubiecti, ira aliquo modo eſt naturalior concupiſcentia; & e diuerſo. Hāc cōcluſionem explicat. D. Th. tali ratione. Quælibet res poteſt conſiderari, & ſecundum rationem generis, & ſecundū rationem ſpeciei, & ſecūdum rationem indiuidui. Quod quidem in homine manifeſtū eſt, qui conſiderari poteſt, ut animal, ut homo, & ut habet aliquas indiuiduantes conditiones. Si ergo homo ſecundum naturam genericam cō ſideretur, ea videlicet ratione, qua animal eſt, naturalior eſt ſibi concupiſcentia, q̄ ira: ex ipſa. n. natura cōmuni hēt quandam inclinationem, qua appetit ea, quæ uitam conſeruare poſſunt. Si autem naturā hominis ſpecificam attendamus, quatenus, ſcilicet, rationalis eſt, ira magis naturalis eſt homini, q̄ concupiſcētia, quippe cum ira magis cū ratione ſit, quam concupiſcentia. Qua de cauſſa dixit Ariſt. 4. Eth. c. 5. humanius eſſe punire (quod ad irā ptinet) quam manſuetum eſſe. Et eadem ratione, ſi homo cōſideretur ratione indiuidui, naturalior eſt ſibi ira, q̄ concupiſcentia: nā ira facilius ſequitur habitudinem naturalem ad iraſcē dū, quæ eſt ex aliqua peculiari cōplexione, quam cōcupiſcētias habitudinē ad concupiſcēdum. Cholera enim, per quā homo eſt diſpoſitus ad iraſcendum, citius mouetur (qua de cā igni aſsimilatur)

punito⁹. ſi ſecundo modo, ſequitur impoſsibile, ꝙ ad malum, ut malū, poſsit eſſe proſecutio appetitus, & actus voluntatis. patet. n. quod odiēs affectat malum illi, quē odio pſequitur. Quod autē hoc ſit oīno impoſsibile, ſuperius eſt demōſtratū. Sed rñdet Caiet. ꝙ odiū reſpicit malū, ſub rōne mali, in quo ab ira pcipue diſcernit: neq; . n. eſt īpoſsibile appetitū ferri ī malum, & illud affectare contrario: nullus. n. operat aſpiciēs ad malū ſibi, ſed bene ad malū contrario: hoc aūt ſit in odio; nō primū. & ſic ſoluitur argūm ppoſitū, qd aliis & ſolutionibus ſuperius cōfutatū eſt. Poſtremo differt īter odiū, & irā, ꝙ odiū eſt īſatiabile; ira vero mēſurā, & modum hēt. Rō huius dīæ inde ſumitur: Nā odiū appetit malū alterius ſm ſe: at ea quę ſm ſe appetutur, ſine mēſura appetuntur, ut Philo. dicit. 1. Polit. c. 6. ut auarus diuitias. Vñ dī Eccl. 12. Inimicus ſi inuenerit tpe, non ſatiabitur ſanguine. Ariſt. Eccl. 12. ſed ira non appetit malū, niſi ſub ratione iuſti uindicatiui: vñ quādo malū illatum excedit menſurā iuſtitiæ, ſm æſtimationē iraſcentis, tunc miſeretur; Vnde Phil. 2. Rhet. c. 4. ait, ꝙ iratus, ſi fiant multa, miſeretur, odiens autē pro nullo. Sed ꝙ hęc dīa non conſiſtat, probat Caiet. hoc argumento. Aristot. Caietanus. Cōtingit enim odio habere aliquē, quo ad aliquid, puta, prę la-

latronem, uel dignitatẽ, vel poteſtate ſupra ſe. & velle ei ſolū hoc malum. ſ. priuationẽ illius Hoc
Concl. ipſum confirmatur: quia contingit odio hr̃e aliquẽ, ſolum quia excedit in re aliqua, puta, in diuitiis, & uelle ei hoc ſolū malum, vt non ſit tam diues. Prӕterea contingit odio hr̃e aliquem, quo ad uitã, ita ꝙ uelit ei mortẽ, & tamẽ non velit ei alia mala, alia videlicet mortis genera. Ergo odiũ nõ ſẽper eſt inſatiabile. Sed hæc ar-
Amoris explicatio. gumẽta facile cõfutantur: Nã hic eſt ſermo de odio inimicitię ſimpliciter, & non ſm quid. Odiũ autẽ inimicitiæ ſimpliciter eſt, quo pſona non ſm quid, ſed ſimpliciter odio hr̃: argumẽta vero propoſita ꝓcedũt de odio ſecundũ quid. Vel alio mõ euidentius cõfutatur argumentũ, ſi dicamus, ꝙ drĩa inter
Concl. odiũ, & irã, attenditur ſm ipſũ ꝓprium obiectum. Vñ propriũ obiectũ odij, non habet de ſe mẽſurã, neq; modũ: ꝙ ſi hẽt, hoc eſt ꝑ accidẽs. Proprium aũt obiectum irę de ſe hẽt menſurã. & ſi in aliquo caſu forte nõ habet, hoc eſt ꝑ accidens: propriũ.n. obiectũ iræ eſt vĩdictæ, quæ cũ reſpiciat offenſã receptã, manifeſte ꝑ ſe includit proportionem, ſaltẽ ſm ęſtimationẽ irati. ex quo conſequẽs eſt, ꝙ ira menſuram habet.
Concl. Propriũ aũt obiectum odij inimicitię eſt ſola ꝑſona, q odio hr̃, & ſic ſm ſe refutatur, & abnegatur ab affectu, ac per hoc, non ſm

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum ira ſit grauior, quam odium.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio D. Tho. ita habet. Odium, deterius, & grauius eſt, quam ira. Hanc cõcluſionem probat in argumento, ſed cõtra, auctoritate Aug. & in corpore arti. eleganti ratione. D. .n. Aug. in regula, odium comparat trabi; irã vero feſtucæ: at grauius, & maius quid eſt trabes, quam feſtuca. Rõ vero talis eſt. Quando malũ appetitur ſub ratione mali, deterius, & grauius eſt, quã cũ appetitur ſub ratione iuſti. q autem odit, appetit malũ inimici, ſub ratione mali: qui vero iraſcitur, appetit malum eius, contra quem iraſcitur, ut habet quandam rationem boni, prout. ſ. illud æſtimat iuſtum, quatenus eſt uindicatiuũ. Ergo deterius, & grauius eſt odire, quam iraſci.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum ira ſit ad illos ſolum, ad quos iuſtitia.

SVMMA TEXTVS.

REſpondet D. Tho. tali propoſitione. Ad eoſdem pertinet ira, ad quos pertinet iuſtitia, & iniuſtitia: inferre enim vindictam, ad iuſtitiam pertinet; & lædere aliquem pertinet ad iniuſtitiam. Quapropter tam ex parte cauſæ, quæ eſt læſio illata ab alio, quã ex parte vindictæ, quam quis ab altero ſumere deſiderat, ira pertinet ad eos, ad quos pertinet iuſtitia, & iniuſtitia.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum conuenienter aſsignetur ſpecies iræ.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt. Optime numerãtur tres irę ſpecies quarum prima dicitur fel; ſecunda, mania; tertia, furor. Probat D. Tho. hanc concluſionem. primo quidem aucto-ritate Damaſ. libr. 2. cap. 16. & Grego. Niſſe. lib. 4. c. 13. Deinde eandem ita explicat. Nam ſpecies iræ, quas Damaſc. & Grego. Niſſe. commemorant, ſecundum ea attendẽdę ſunt, quæ iræ prębẽt aliquod augmentum. Hoc autem tribus modis accidere poteſt: primo quidẽ ex facultate ipſius motus, quæ ſane ira, fel uocatur, quia cito accenditur: deinde ex parte triſtitiæ, quę iram efficit, & cauſſat; quæ diu in memoria manet; atque hæc ideo mania dicitur, quoniam manet; dicitur enim à manendo: tandẽ ex parte uindictæ, quã iratus appetit. & hæc ad furorem pertinet, qui numquam quieſcit, donec puniat. Qua de cauſſa Ariſt. 4. Ethic. cap. 5. quoſdam iraſcentium uocat acutos, quia cito iraſcuntur; alios amaros, quia diu irã retinent; alios difficiles, quoniã non quieſcunt, quoadusque vlciſcantur, & puniant.

QVAEST. LXVII.

De cauſſa effectiuæ iræ, & de remedijs eius, articulos habet quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum motiuum iræ ſit ſemper aliquid factum contra eum qui iraſcitur.

Concluſio eſt affirmans.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum ſola paruipenſio, vel deſpectio ſit motiuum iræ.

REſpondet D. Tho. hac propoſitione. Ad paruipenſionem reducuntur omnes cauſſæ iræ.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum excellentia iraſcentis, ſit cauſſa iræ.

Concluſio eſt affirmans.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum defectus alicuius ſit cauſſa ut contra eum facilius iraſcamur.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Defectus, vel paruitas eius contra quem iraſcimur, iram au-

aliquid ſic: & ſm aliquid non: ac per hoc non in ordine ad aliud cui commenſuratũ ſit: & propterea odium inſatiabile eſt. Neq; obſtat, ꝙ id, quod odio habetur, ſit menſuratũ quoddam, puta certus gradus potẽtiæ; hoc.n. eſt per accidẽs: Quidquid .n. & quantumcumq; ſit illud q̃d odio habetur, ſine menſura reſpiciatur: obijcitur enim odio, quidquid obijcitur, vt quoddam totum & nõ ut certa mẽſura, ab alijs diſcretum. Propter quod non ſufficiens ſignum diſtinctionis odij ab ira accipiunt cõfeſſarij ex hoc, quod pœnitens dicit ſe non appetiſſe, niſi certum malũ illis, quos odiſſe ſe dicit. ſtat enim, & frequentiſſime, quod cũ odio habemus aliquem, & appetimus illi certi mali genus, odio proſequamur illum inimicitię ſecundum quid: ueluti cũ prælationem alicui nolumus, & oppoſitũ malum illi uolumus, & deſideramus, vt malum hoc illi eueniat. Cõcluſio. Deus ꝓprie neminem odio habet. Ex his differẽtijs inter odium, & iram, ſi recte conſiderentur, manifeſtum ſit, quẽadmodum Deus ꝓprie neminem odio habeat. Atq; de iſta q̃one hæc dixiſſe ſufficiat.

EXPLICATIO QVÆST.

SEneca totã irã ſubito dicit exſiſtere: cui merito Plutarchus refragatur. creſcit .n. ex ſuis cauſis ſicut ignis ſubiecta ma. ſed it ueto eiſdem de cauſis, quib. erat orta, nempe ex contemtus opinione per loca argumentorum Cõcluſio. Seneca [illegible] Prima concl.

totum oĩs. Ex eo, in quo eſt, creſcit ira, vel quia eſt delicatus, tener, laſſus, æger, famelicus, amãs, iuxta vetera prouerbia: Amanti, & aio cupiẽti nihil ſatis eſt feſtinatc, a laſſo iram quęri, fame, ac mora bilẽ concitari: Qui infueti ſunt accipere iniuriam, iis oſtenſio eſt intolerabilis. In imbecillibus acuta eſt ira, & prompta: putant.n. ſe deſpici, ga inualidi. Oĩs ẽt infirmitas magnã hẽt ſuſpitionem de cõtemtu ſui a ſuperiore: vñ ſenes, ægri, inopes, ignobiles, & ignominioſi, facile iraſcunt. A quę potores, vehemẽtes, & iracundi ſunt, quia tenues habent ſpũs, qui cito ardent incendio iræ. Qui minũ potant, vel ceruiſiã, craſſiores habẽt ſpũs, & vt ardeãt, minus faciles. Studioſi homines, ꝙ ob laborẽ cogitandi calor ad cerebrũ rapitur, vbi ſedes eſt iracundiæ, huic affectioni sũt obnoxij. Teneri quoque, & delicati, quibuſq; multũ indulgetur: iõ g. auiſsimæ ſunt iræ Principum, & diuturnę, quib. oẽs non ſolũ indulgent, ſed adulantur. Ex loco ira naſci ſolet, vt cum magiſter cõtemnitur in ſchola: & Prætor in ſua ciuitate. Ex his qui ſunt in loco, etiã apud hos, uel apud illos: multũ.n. refert apud quos fiat cõtemtus: moleſtius.n. patimur, ſi apud illos contẽnamur, apud quos cupimus eſſe q̃ honoratiſsimi. Ex tpe, cum iret ad petẽdam dignitatem, cum coronatus. Ex ſtatu rerum & ẽte ſcit ira, & grauior ducitur contumelia, ſi ꝑ pręſentem fortunam ſimus deſpecti, cum alias fuerit proſperior. Ex contradicente ẽt iraſcimur, quia vr̃ paruifacere noſtrum iudicium, maxime ſi amicus ſit, ſi affectus beneficiis, ſi ſubditus, ſi filius, ſi familiaris. Ex inſtrõ, ut ſi q̃s percuſsit pugno, vel palma, aut arundine. Ex mõ actionis iraſcimur vehementer, ut plane conſtat. Incandeſcimus ẽt, ſi paruipendatur id quod nos plurimi facimus: vt philoſophus, ſi philoſophia vituperetur; homo militaris, ſi militia: atque eo magis, ſi ab hominibus inexpertis id fiat. Ex fine ẽt oritur, & creſcit ira: vt ſpoliaret, vt irriſeret, aut illuderet. Ex cõtingentibus, cũ contemtus præter aut contra opinionem accidit, eo ira acerbior eſt. Deſino huius mõſtri innumeras cauſſas referre: nã certe dolendũ eſt, tot ex cauſis naſci, augeriq; viperam hanc, adeo pernicioſam humano generi.

Concl.

DE REMEDIIS IRÆ.

MIrum alicui forſitan videbitur, quod cum D. Th: de remediis iræ ſe diſputaturum in titulo qõnis diſpoſuerit, in tractatu quæſtionis, de remediis nec uerbum quidẽ fecerit. Sed nõ eſt cur miretur: nam cũ cauſſas oẽs irę diligenter tractauerit, de remediis huius morbi, ſatis ſuperque dixit. Cũ.n. vniuerſa iræ cã ſit opinio iniuriæ, & perſuaſio, vniuerſale remedium iræ erit, opinionem iniuriæ, vel contemtus ex animis noſtris euellere. Itaq; ut hoc remedium peculiariter admoueatur, ſciẽdũ eſt, ꝙ deferueſcit ira, minuta opinione cõtemtus: ſedatur oĩno, ablata opinione contemtus. Itẽ deferueſcit ira, vel quia nos ſumus obliti, vel quia auertimus cogitationem. Quapp̃ vtile eſt ſeſe ad lętiora transferre. Ceſſat ira, cum declaratum eſt, non fuiſſe contemtum, quẽ credebamus. Accedit his, cum nouo honore opinio cõtemtus adimitur: & cum animaduertimus amiciſſimos noſtros, recte ſentiendi iudices, non iraſci, & iudicare non eſſe contumeliam. Sed, vt ſemel finiam, auſertur contumelia, & diſſipatur omnino, ſi humilitatem amplectamur, aſſequamurque: nam vere humilis a nemine

get, quatenus auget indignã deſpectionem. Secunda Concluſio. Defectus eius cui iraſcimur, iram minuit, quando minuit indignam deſpectionem.

QVAES. XLVIII.

De effectibus iræ, articulos habet quattuor.

ARTIC. PRIMVS.

An ira cauſſet delectationem.

Concluſio eſt affirmans.

ARTIC. SECVNDVS.

An ira maxime cauſſet feruorem in corde.

Reſpõdet D. Tho. concluſione affirmante.

ARTICV. TERTIVS.

Vtrum ira maxime impediat vſum rationis.

COncluſio eſt. Ira, inter ceteras paſſiones, manifeſtius impedit iudicium rationis.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum ira maxime cauſſet taciturnitatem.

COncluſio D. Th. ita ſe habet. Ira, tã ex eo, qđ cũ ratione eſt, quã ex eo, quod rationem impedit, poteſt taciturnitatem cauſſare.

hominum arbitratur ſe iniuriam, aut contemtum pati.

EXPLICATIO QVÆST.

IN hac quæſtione in primis D. Caiet. explicat eleganter definitionẽ irę: deinde proponit nõnulla dubia, in quibus inueſtigat, num ſint plures actus voluntatis, q̃ a D. Th. ſint in hoc tractatu cõmemorati. **Caietanus.** Dicit igitur Dñs Caieieta. quod ira eſt appetitus cũ triſtitia, ac ſpe punitionis apparẽtis, propter apparentem paruipenſionem eorum, quæ in ipsũ, aut in ipſius aliqua nõ cõuenirẽt. **Quid ſit ira.** quę definitio accepta ẽ ex Ariſt. 2. Rhetoricorũ. **Ariſt.** Ex qua definitione intelligitur in primis, iram eſſe compoſitã ex triſtitia, & ſpe, & cauſſis, & conſequenter ex bono & malo: ac per hoc, ex parte triſtitiæ, mala, defectus, & in vniuerſum contumeliæ, diſponunt ad iram: & in quibus triſtitia accepta permanet, aut renouatur, ira quoque facile conſurgit. Ex parte vero ſpei, audacia, delectatioq: conſequitur, tam in cogitando, quam in ſperatæ præſentia vindictæ. At ex parte ſucceſſus ſperatę vindictæ, delectatio tanto eſt maior, quanto vindicta medicinę contrapoſitæ habet rationem. Deinde ira habet obiectum vtrumque, ſcilicet rem, & perſonam. Res, eſt punitio apparens; perſona eſt, qui paruipendit. Ex parte punitionis appetitæ, & ſperatę intelligitur, ꝙ non eſt ira ad excellentes pſonas, quas non ſperamus poſſe punire, niſi in quantum cũ adiutorio diuino confidimus nos poſſe vindictã ſumere: & tunc, quãuis eſſet excellens perſona ad iratũ comparata, nõ tñ comparata ad Deum adiutorem. quæ n. per amicos poſſumus, per nos poſſumus, vt dr̃ 3. Ethic. **Ariſt.** Ex eadem definitione habetur, quod ira non eſt, niſi ad quos eſt iuſtitia: punitio enim ad iuſtitiam ſpectat. & ꝙ eſt finita & mẽſurata: punitio enim, & vindicta iniurię commenſuratur. Ex parte uero apparentię colligitur aperte, ꝙ ira nõ eſt ad mortuos ſm ſe, neque ad inuiſibilia, quibus non poteſt apparere punitio, & quod iratus appetat punitionem, ſic ut ſciat, punitus quid, a quo, & pro quo patitur, vt in 2. Rhetoricorum dicitur. **Ariſt.** Ex perſona vero habes, ꝙ ira non eſt, niſi ad ſingulares perſonas: quoniam ſingularium eſt paruipẽdere. Habes deinde cauſſã irę ꝑ apparẽtẽ paruipẽſionem. Sed & illud diſces, ex parte irati aliquã excellentiam, quã lædit paruipẽſio, cauſſam iræ eſſe, & ex parte eius cui iraſcimur, defectus, quẽ dedecet paruipendere excellentẽ. Deniq; intelligitur, iram non ex qualibet, ſed ex contra ſe, vel cõtra ſua, exiſtimata paruipenſione cõſurgere. Vindicta.n. pro ſe, vel pro ſuis fit. extraneas ẽn iniurias non magnopere curamus. Sed ẽt oportet, ꝙ paruipenſio ſit inconueniens, & iniuſta, ſaltem ſecundum noſtram exiſtimationem: quę.n. iuſta pati credimus, non quærimus vindicare, vt experiẽtia ſæpe teſtatur in iudiciis. Ex quibus manifeſta differentia, inter iram, & odium declaratur, ꝙ ira eſt appetitus mali, ita ꝙ ſentiat ſe punitum pro tali iniuria: in odio autem appetitus eſt ſolum mali. Quod ſi hoĩes iudices neſciãt exprimere affectus ſuos, tales in hoc ũ terminantur, ſi appetunt malum pro vindicta vel punitione, aut ſimpliciter, vt habeat malum, illud ad iram ſpectat; hoc ad odium pertinere dignoſcitur. Hæc de paſsionibus in particulari dixiſſe ſufficiat. Sed ad extremũ huius qõnis diſputat Caiet. vtrum omnes actus appetitus reduxerit S. Th. cõuenienter ad 17. actus, an vero ſint plures, vel paucio- **verũ conuenienter numeret D. Th. omnes actus appetitus.**

teis; quæ diſputatio ſic plane & ex ordine eſt a Domino Caiet, diſputata, & expoſita, ut noſtram operam non re quirat, & ideo ad quæſtionem, 49. explicandam progre diamur.

EXPLICATIO QVÆST.

VT intelligā tur recte q D. Th. habeat in his duobus articulis, pręmiſſis quæſtionib⁹ dialecticis, & in aliū locum relegatis, ſciendū eſt ex D. Auguſt. ꝙ multis modis habitū dicimus: vel habitū animi, ſicut eſt cuiuſcumq; diſciplinæ perceptio, vſu roborata, atque firmata: vel habitū corporis, ſcḋm quē dicimus aliū alio eſſe luculentiorē, & validiorē, q̄ magis ꝓprie habitudo dici ſolet; vel habitū corū, q̄ mēbris noſtris accō modanť extrinſecus, ſcḋm quē dicimus veſtitū, calceatum, armatū, & ſi qd eiuſmodi eſt. In quibus om̄ibus generibus (ſi quidē nomē hoc deductum eſt ab illo uerbo, quod eſt hr̄e) manifeſtū eſt ī ea re dici habitum, quæ accidit alicui, vt ita poſſit eam & nō hr̄e. Nam & doctrina accidit animo, & ſuccus, ac robur corpori, & ueſtis, atq; arma non dubium eſt, quin accidāt mēbris noſtris, ita, vt & impitus poſſit eſſe alius, ſi ei doctrina nō accideret: & exile atque lāguidū corpus, ſine ſucco uiſcerū, & robore, & nudus, ſine ueſte; & inermis, ſine armis; & pede nudo, ſine calceamētis, eſſe hō pt. Habitus ergo in ea re dr̄, quæ nobis, ut habeatur, accidit. Ex his principiis colligit D. Aug intelligētiam illius loci ad Philip. In ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt hō. In explicatione huius loci variāt Doctores tum Græci, tū Latini. Chryſoſt. accipit nomē habitus, pro figura, & ſpecie: & rectiſſime quidem: nā Græce hr̄ σχῆμα, qd̄ idē eſt atque figura, & ſpecies. Itaq; cōmentarius Chryſo, iſte eſt. Caro Chr̄i habuit eādē figuram, & ſpeciē, quā natura humana hēt. D. Ambro. ponit ſpeciē in exteriori cōuerſatione, ita vt ſit cōmētarius: Chr̄s Dn̄s nobiſcū conuerſabatur atq; ceteri hoīes. D. Aug. loco citato arbitratur eſſe rem vltimi prædicamēti: itaque commētarius eſt, ꝙ natura humana ſe habuit ad Verbū diuinū, veluti veſtimētū: quēadmodū.n. hō vr̄ p ueſtimentū, ita Verbum diuinum vr̄ per naturam humanā: & quemadmodū veſtimētū, qn̄ induitur, mutatur; ita ſane natura humana, ex vnione ad Verbum diuinū eſt mutata, & meliorata; Verbū autē diuinū permāſit immutatum. & in his conſiſtit ſimilitudo. Sed Auguſtini interp̄tatio (vt videre eſt apud Magiſtrum in 3. d. 6.) quibuſdā occaſionē dedit, ut dicerent, vnionē Verbi cū natura humana accidentalē eſſe: q̄ diſputatio ceſſat, ſi ſequimur Chryſ. Sed ut ad noſtrum propoſitum reuertamur, aduertendū eſt ſecūdo loco ex doctrina Ariſtotelica, quod nomē habitus, æquiuocum eſt aliqn̄ eſt poſt prædicamentum, cōtinens varia rerū genera, vt habere ciam, habere amicū, habere albedinē; aliqn̄ vero ſignificat ornatum, vt eſſe veſtitum, calceatum, armatū, & ſic eſt ultimī prædicamētum; aliqn̄ uero ſignificat qualitatem vel

Aug. lib. 83. q. 37.

Habitus multis modis dicitur.

Huius tractatus diſtributio.

Concl.

Ariſt.

Ariſt. 5. met. tex. 25.

Auguſt. Philip. 2.

Chryſoſt.

Ambroſ.

Auguſt.

Concl.

Mag. ſen.

Ariſt. Habitus nomē æquiuocum.

Concl.

Prima concl.

QVAEST. XLIX.

De habitibus in generali, articulos habet quattuor.

PRÆFATIO.

HIc agiť de principiis humanorū actuum, vel diuinitus īfuſis, vel noſtris actib⁹ acquiſitis. Et licet habitus prior ſit in ordine gn̄ationis, q̄ actus, tā in cōſideratione Theologica, prior eſt actus. nam per actus peruenimus ad finē ſupernaturalē, & vitam beatā; & habitus ſunt ꝓpter actus. Vniuerſum tractatū de habitibus diſtribuit D. Th. in quattuor partes. in primis definit, quid ſit habitus; deinde, de ſubiecto habituum diſſerit; tertio, de eorū acquiſitione, & deperditione; vltimo, de eorū diſtinctione. De hac materia diſputāt Theologi. 3. d. 23.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum habitus ſit qualitas.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmans, quam aſſerit Ariſt. in prædicam. & D. Th. explicat. Habitus, cū ab habendo dicatur, duobus modis ſumi poteſt, ſicut & ipſum habere. uno modo, ſecundum quod homo, uel quæcumq; alia res diciť aliquid habere; alio modo, ſecūdum quod aliqua res aliquo modo habet ſe in ſeipſa, uel ad aliquid aliud. Priori ratione, habere, commune eſt ad diuerſa genera; quamuis ſi inter habens, & id quod habetur, aliquid per modū actionis, & paſsionis mediet, conſtituat vnū peculiare genus rerum, quod prædicamētum habitus dicitur: de quo uerba facit Ariſt. cum inquit, inter habentem indumentū, & indumentum ipſum, eſſe habitum medium. Si autem poſteriori modo, habere ſumatur, prout ſcilicet res aliqua dicitur quodam modo ſe habere in ſeipſa, uel ad aliquid aliud, cū iſte modus ſe habendi ſit ſecundū aliquā qualitatē, hac rōne, habitus quædā qualitas eſt. de quo loquitur Ariſtōt. cum ait, habitum dici diſpoſitionem, ſecundū quam bene, uel male diſponitur diſpoſitum, aut ſecūdum ſe, aut ad aliud. Cum ergo ſecundum hāc rationem de habitu loquamur, dicēdum eſt, habitum eſſe qualitatem.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum habitus ſit determinata ſpecies qualitatis.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmatiua. in cuius probatione D. Tho. colligit numerum ſpecierū qualitatis, quem Simplicius non optime colligebat. Dicebat enim, ex qualitatibus, quaſdā eſſe naturales, quæ ſēper inſunt, a naturaq; ſunt; alias, aduentitias, quæ ab extrinſeco efficiuntur, & amitti poſſunt. Aduentitiæ qualitates sūt habitus, & diſpoſitiones, ſecundū facile & difficile mobile differentes. Naturalium autem qualitatum quædam ſunt, ſecundum quod aliquid eſt in potentia, & ſic eſt ſecūda ſpecies qualitatis: quædā uero, ſecūdum quod aliquid eſt in actu: & hoc duobus modis, vel in profundum quidē, & ſic eſt tertia ſpecies; uel ſecundum ſuperficiem, & eſt quarta ſpecies qualitatis, q̄ dicitur forma, & figura. Sed hæc diſtinctio ex eo inutilis eſt, quod quædam sūt figuræ non naturales, ſed aduētitiæ, multæ autem ſunt diſpoſitiones non aduentitię, ſed naturales, ut ſanitas, & pulcritudo. Quare alia uia incedendū eſt. Qualitas nihil eſt aliud, quam modus quidam ſubſtātiæ; quot ergo modis poterit ſubſtātia modificari, tot erūt qualitatis ſpecies. Subſtātia autē quattuor modis modificari poteſt: primo, ratione quantitatis, & ſic eſt quarta ſpecies qualitatis, quæ eſt figura, uel forma, quæ quātita

Quomodo hic loquamur de habitu.
Habitus definitiones.
Ariſt. 1.defi.7. phy. tex.17.

uel diſpoſitionem, qua bene, vel male diſponimur. & in hac vſitata ſignificatione, habitus ſciẽtiæ, appellatur qualitas, qua recte diſponimur ad rerum cognitionem: & in hoc ſenſu de habitibus ſtatuimus diſputationem. Tertio aduertendum eſt, quod habitus, in hac tertia ſignificatione, varie definitur a Doctorib. Ariſt. definit habitũ in hunc modum; Eſt diſpoſitio perfecti ad optimũ; id eſt, eſt diſpoſitio perfecti ſubiecti, & perfectæ naturę ad optimã operationẽ.

tem ſequũtur: deinde, quoad obiecta operationũ, & quo ad principia operationũ, ſecundum quam rationẽ attenditur, ſecũda & tertia ſpecies qualitatis: tãdem poteſt ſubſtantia modificari quoad bonã, vel malã operatiõẽ, ĩ ordine ad naturã rei, ſm quã rõnẽ ꝯſtituitur prima ſpẽs qualitatis. Habitus ergo, determinata ſpẽs qualitatis eſt.

Obiectio.

Hæc definitio Ariſt. uidetur certe ꝙ hẽat duplex uitiũ. Vnum eſt, ꝙ non comprehẽdit niſi ſolummodo habitus bonos; de habitibus vitioſis nullam facit mentionem. Aliud uitium eſt in prædicta definitione: nã ex ea ſequitur, ꝙ fides ſupernaturalis nõ ſit uirtus, neq; habitus: non enim diſponit ad optimam operationẽ, ſed ad obſcuram, & ineuidentem. Idem argumentum poteſt confici de ſpe ſupernaturali: ſpes namq; nõ diſponit ad optimum actum: melius eſt enim habere, & frui, q̃ ſperare. Videtur ergo certe, ꝙ illa definitio Ariſtotelça vitioſa eſt. propter quod Ariſt. conſtituit aliam definitionem, q̃ ſic ſe habet. Habitus eſt diſpoſitio, qua bene, vel male diſponimur in ordine ad nos, uel in ordine ad alios. Hæc eſt definitio generalis, quæ cõprehẽdit omnes habitus, tam bonos, quam malos: & ea ſemper utendum eſt, præcipue ſi ei addatur, claritatis gratia, difficile mobilis, ut diſcernatur a diſpoſitione, qua etiam ſubiectũ bene, vel male afficitur. Sed hæc definitio uidetur uitioſa, & non eſſe uera. Nam character ſacramentalis eſt habitus infuſus ad recipienda, uel adminiſtranda ſacramenta: ſed iſte habitus non diſponit ad bene, uel male operandũ, & adminiſtrandũ, ſed ad ſimpliciter, & abſolute adminiſtrãda ſacrã: ergo illa definitio habitus, uitioſa eſt. Præterea ꝙ nõ ſit difficile mobilis, ſic oſtẽdo. Nã habitus opinionis, habitus eſt; ſed facile dimouetur: fundatur. n. in rationibus apparentibus, & minime firmis, quæ facile confutantur. Ruſus, habitus caritatis facillime dimouetur a ſubiecto: perditur enim perquodlibet peccatum mortale. Tertiã definitionem habet Ariſ. Potentia (inquit) eſt qua poſſumus: habitus uero, quo bene, vel male poſſumus. Hæc definitio euidentius confutatur. Nã habitus infuſi, hoc eſt, fides, ſpes, caritas, non dãtur, ut recte, aut ut melius operemur, ſed ad ſimpliciter operandũ. Quod conuincunt eſſe uerum Patres in Conc. Mileui. & Arauſi. ex illo Domini: Sine me nihil poteſtis facere. Non dixit Dominus, ſine me difficilius, aut nõ recte poteſtis facere; ſed ſine me nihil poteſtis facere. Quartam definitionem habet Comment. Habitus (inquit) eſt quo quis agit cum uoluerit. Similem definitionem habet D. Augu. Habitus (inquit) eſt quo quis agit cũ opus fuerit. Hæc definitio facillime confutatur. Nam habens gratiam, neceſſario utitur illa quando operatur bene moraliter. Vnde eſt ſnĩa bonorũ Theologorũ, ꝙ omne opus bonum exiſtẽtis in gratia, eſt meritorium. Deinde, habitus caritatis in uita beata habet actum neceſſarium, & nõ liberũ, ut hẽt doctrina Theologorũ: ſentiũt namq;, quod beati non poſſunt ſuſpẽdere actũ amoris. Vlt. lumẽ gloriæ, habitus eſt, quo intellectus beati illuſtratus, neceſſario uidet Deũ: ergo nõ bene definitur habitus, ꝙ poſſumus eo uti pro noſtra uoluntate. Vltimam definitionẽ habitus habet Gabr. in 3. d. 23. q. 1. cui conſentiunt neoterici Theologi. Habitus. n. eſt qualitas ex frequentatione actuũ genita, inclinans in ſimiles actus, ex quibus genita eſt. Hæc definitio peſſima eſt, & nõ hẽt defenſionẽ. Nã habitus primorũ principiorũ, eſt uerus habitus: at non acquiritur noſtris actib. ſed eſt a natura inſitus. Rurſus, habitus infuſi ſunt pſtãtiſſimi habitus, ſed nõ acquiruntur noſtris actib. ſed diuinitus infundũtur. Præterea, oĩum Philoſophorum ſnĩa aliq ſunt habitus, qui proxime non inclinant ad actus, ut pulcritudo, ſanitas. Vltimo, nõ eſt omnino certum ꝙ habitus inclinet ad actus: nam id negant Duran. & Scot. ut uidebimus in articulo ſequenti: ergo hæc particula non debet poni in definitione: definitio enim eſt ueluti communis animi conceptio.

Arguitur primo contra iſtam definitionem.
Secundo arg.
Ariſ. 2. definitio 5. met. tex. 25.
Obiectio. Arguitur 1. contra ſecundam definitionem.
Secundo.
Confirmatur.
3. Definitio Ariſ. 2. Eth. c. 5. et 6.
Obiectio.
Conc. Mil. Cõ. cil. Arau. Cõ. 3. de animæ tex. Aug. li. de bono cõ iug. c. 21.
Obiectio. Arguitur 2. Secundo.
Tertia.
Gabri.
Impugnatio Gabr.
Duran. Scot.

Habitus bonus. et malus.

Pro explicatione ueræ definitionis ſciẽdum eſt ex communi omnium conſenſu, ꝙ habitus malus eſt, quo male afficimur: habitus bonus eſt, quo bene afficimur. Ex quo primo facile intelligitur, quæ ſit definitio habitus in genere: eſt. n. habit', qualitas, qua recte uel male afficimur. Ex quo rurs' patet, quemadmodum Ariſ. de definitione habitus toties loquens, nunquam a ſeipſo diſſentiat: ſemper. n. dicit, ꝙ ſit diſpoſitio, qua bene, uel male afficimur. Secundo aduertendum eſt, uerſari differentiã inter potentiam, & habitum. Nã potẽtia eſt principium operandi ſiue bene, ſiue male; habitus diſponit, & afficit ipſũ cuius eſt habitus, ut recte, uel male ſe habeat. His conſtitutis, quæ facillima ſunt, dico primam definitionẽ Ariſtotelçam eſſe optimã: nam ad primum argm̃ fatendum eſt, prædictam definitionẽ non cõprehendere, niſi habitus bonos, & ſtudioſos. ceterum ex ea facile poteſt conſtitui definitio, quę comprehendat habitus malos, in hũc modũ: Habitus malus eſt diſpoſitio imperfecti ad malam operationẽ. Ad ſecũdũ argm̃ tũdetur, ꝙ fides & ſpes, ſunt ueri, & præſtãtiſſimi habitus: nã ad rationẽ habitus, non eſt neceſſe ꝙ diſponat ad pſtantiſſimam operationem; ſed ad præſtantiſſimam in ſuo genere; alioqui liberalitas, & temperantia nõ eſſent ueri habitus: nam in eiſdem potentijs ſunt aliæ uirtutes longe pſtantiores, ut fortitudo, & magnificẽtia. Sed de difficultate huius argumenti, in ſequentib. diligentius tractãdũ eſt. Deinde dico, ſecundam definitionẽ Ariſtotelicã eſſe optimã. Nam ad argumentum primum dicendum eſt, ꝙ D. Th. in 3. d. q. 63. art. 2. reducit characterem ad ſecundã ſpeciem qualitatis, hoc eſt, ad potentiã, uel impotentiã: nam character eſt potentia ad adminiſtranda, uel recipiẽda ſacrã abſolute, non ut recte adminiſtrentur; neq; ex hoc ꝙ eſt donũ Dei, recte colligitur, ꝙ ſit habitus ad recte operandũ: nã et intellectus eſt donum Dei; & non eſt habitus, ſed potentia. Ad ſecundum arg. de habitu opinionis, Pater Soto in prędicamento qualitatis dicit, ꝙ nõ eſt uerus habitus, qm̃ innititur infirmo fundamento. qđ facillime refutatur. Sed ſi hęc ſolutio aliqd valeret, pbaret ẽt ꝙ habitus uitioſus nõ ſit habitus. nã innititur infirmo fundamento, qđ facillime confutatur. Dicendum ergo, quod habitus opinionis, & uitioſus, ſunt ueri habitus: nã ex conſuetudine, & ex uſu roborantur, & firmantur. Ad tertium argumentum reſpondetur, quod habitus caritatis de ſe eſt difficile mobilis a ſubiecto, ſic ut dicat Ioan. Qui natus eſt ex Deo, non peccat, quia ſemen Dei manet in illo, ſed neque peccare poteſt. Semen Dei nominat gratiam, & caritatem. ceterum ex parte liberi arbitrij, quod eſt flexibile in utramque partem, facile perditur. Hæc de ſecundę definitionis defenſione dicta ſint. Proximum eſt, ut tertia explicetur, & defendatur, quod eſt facillimum. Nam ad argumentum in contrarium dicendum eſt, eſſe uerſiſſimum, quod habitus infuſi commemorati dant poteſtatem, ad credendum, operandum, amandum. ſed præterea tribuunt, ut recte credamus, ſperemus, & diligamus, & ideo inter habitus præcipuos numerantur. Quartam tamen definitionem dico non eſſe propriam definitionem; ſed eſſe proprietatem conuenientem omnibus habitibus operatiuis. unde natum eſt illud prouerbium, Habitibus utimur cum uolumus: non tamẽ habet ueram intelligentiam in habitibus non operatiuis, pulcritudine, & ſanitate, &c.

Diſcrimẽ inter potẽtiam et habitum.
Solutio obiectionum. Ad 1. Arg.
Ad ſecundum
Ad ſecundam obiectionẽ. D. Th. Ad 1. Arg.
Ad ſecundum Reſpondet Soto.
Auctoris ſol. Ad tertium.
1. Ioan. 3. Ad tertiam obiectione n. Ad argum.
Contra quartam definitionem.
Ad pri. arg.

Ad primum argumentum reſpondetur, ꝙ hæc ſententia uera eſt de habitu operatiuo: gratia uero non eſt habitus operatiuus, ut ſentiunt omnes Theologi. Deinde dicendum eſt, quod gratia poſſumus uti, & non uti, operari & non operari, pro noſtra uoluntate; ceterum dato quod bene moraliter operemur, neceſſarium eſt quod opus bonum ſit Deo acceptum: nam eſt opus filij, & amici Dei. Vltimo dico, multos Theologos aſſerere, quod nõ omne

opus

opus bonum exſiſtentis in gratia ſit meritorium apud Deum, niſi referatur in finem ſupernaturalem: quibus ego libenter ſubſcribo.

Ad ſecundum

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod habitus caritatis de ſe, habet actum liberum, ſed ex coniunctione ad viſionē beatificam habet actū neceſſariū: ſicuti habitu ſcientiæ poſſumus uti cum uolumus; ceterum ſi quis hēat in intellectu hæc principia; omnis hō eſt riſibilis: Petrus eſt homo: neceſſe eſt aſſentiri concluſioni, ꝙ Petrus ſit riſibilis.

Concluſio

Secundo rñdetur, ꝙ caritas in uita beata neceſſario amat Deū; alia vero libere: ſicut Deus neceſſario amat ſuam bonitatem; alia uero diligit libere.

Ad tertium.

Ad tertium argumentū reſpōdetur, quod uidentes Deum ꝑ lumen gloriæ, neceſſario illum uident, non propter habitum, ſed quoniam habent Deū præſentem. Secundo dicendum eſt, ꝙ lumen gloriæ non eſt habitus, licet ſe habeat per modum habitus; potius ſe habet ueluti lumen externū, quo illuſtratus oculus neceſſario uidet. Vltimam definitionē non defendo: nam omnino uitioſa eſt, vt argumenta adducta efficaciter demonſtrant. Et tantum dictum ſit de his articulis.

ART. TERTIVS.

Vtrum habitus importet ordinem ad actum.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſ. Omni habitui competit ſecūdum rationem habitus, aliquo modo habere ordinem ad actum. Hanc in argumento, ſed contra, probat D. Th. auctoritate D. Augu. qui inquit; Habitum eſſe quo aliquid agitur, cū opus eſt. In corpore autem art. ſic probat. De ratione habitus eſt, ut importet habitudinē quandam in ordine ad naturam rei ſecundum quod conuenit, aut non conuenit: natura autem rei ordinatur ulterius ad alium finem; qui vel eſt operatio, uel aliquid operatum, ad quod quis per operationem peruenit: ergo habitus etiam importat ordinem ad operationē, quatenus eſt finis naturæ, vel ꝑducens ad finem. Quod ſane cōfirmat ex definitione Ariſtotelica, cum ait, habitum eſſe diſpoſitionē, ſecundū quam bene vel male diſponitur ſubiectū; aut ſecundū ſe, id eſt in ordine ad naturam ſuam; aut ad aliud, id eſt in ordine ad finem. Secunda Concl. Aliqui habitus, peculiari ratione, ex parte ſcilicet ſubiecti, primo, & pręcipue importāt ordinē ad actū, vt illi qui ſunt in potentiis operatiuis: nā habit⁹, primo, & per ſe importat ordinē ad naturā rei: ſi igitur natura rei cōſiſtat in ordine ad actū, habit⁹ præcipue importabit ordinem ad actū: talis eſt aūt natura potentiarū: habit⁹ ergo q̄ ſunt in illis, pręcipue dicunt, & important ordinem ad actum.

EXPLICATIO QVAESTIONIS.

An habitus ꝑ[illegible] operationes efficientes. Arguitur primo a parte negatiua. Secundo.

IN hoc art. dubiū eſt, An habitus ſint principia, & cauſſæ efficientes operationum ſimul cum ipſa potentia. A parte negatiua ſic arguitur. Nam potentia, priuſquam habeat habitum, poteſt producere bonā, uel malam operationem: ergo operatio tribuenda eſt potentiæ, nō habitui. Deinde, habitus concurrit ſæpenumero ad actum alterius potentiæ: ergo nō poteſt efficere actum alterius potentiæ. Cōſequētia inde probatur. Nā habitus, qui eſt in una potentia, nō pōt efficere alterius potentiæ actū. Antecedens probatur. Nā habitus iuſtitię, q̄ eſt in uoluntate, facit ut recte iudicemus ſecundū iuſtitiā; iudiciū uero eſt actus intellectus. Rurſus, habitus religionis, qui eſt in uolūtate, facit ut recte, & debite fundamus preces; oratio uero eſt actus intellectus, & quædā collocutio cum Deo. In contrariū eſt. Nā potentia eſt principiū operandi: ergo habitus q̄ perficit potentiā, perficit, & adiuuat ad operandū.

In ꝓpoſitum. Sco. Duran.

Scot. in 1. d. 17. q. 2. dicit, ꝙ habitus non cōcurrit effectiue ad actū. Dur. In 3. d. 23. q. 1. docet, habitus ex neceſſitate eſſe cōſtituēdos: in qua re nullū habet contradicentē. In q. 2 docet, ꝙ habitus nō facit ad intenſionē actus: & ꝓbat his argumētis. Nā habitus ſcientiæ non facit, quod actus ſciētificus ſit clarior, aut euidentior: ergo nō facit ad intenſionem actus.

Verū habitus faciat ad intēſionem actus. Arguitur primo. Duran.

Cōſequentia inde ꝓbatur. Nā ꝙ aſſenſus ſit intenſior, & ꝑfectior, nihil aliud eſt, q̄ ꝙ ſit clarior, & euidentior. Probatur antecedens: nā in hac demonſtratione, Oē animal rōnale eſt riſibile; oīs hō eſt aīal rationale: &c. tota euidētia, & claritas reducenda eſt in cauſſam, & in mediū ꝑ quod demonſtratur, quod eſt ueluti lumē, quod licet ſæpiſſime repetatur, non cauſſat maiorē euidentiam: cōſtat aūt, quod ex repetitione demonſtrationis nō intēditur habitus.

Secundo.

Secundo, ſi habitus adiuuat potentiā & ꝑficit eam ad operandū, uel eſt, quia intendit ipſam potentiam, & hoc ſine falſitate dici non pōt: nam potentia non intenditur, neque remittitur, ſicut neq; eſſentia: uel eſt, q̄a potentia, & habitus concurrunt, ut duo agentia particularia eiuſdem ordinis, ſicut duo portantes lapidē, & hoc affirmari nō poteſt. Nā qn̄ ſunt duo agentia particularia eiuſdē ordinis vnumquodq; per ſe poteſt efficere effectum, vel partē effectus; ſed habitus ſine pręſidio potentiæ nihil poteſt efficere: ergo non ſe habēt illo pacto. Quod ſi dicat Theologus, ꝙ ſe habent veluti cauſſæ ſubordinatæ ſicut Sol, & homo, generāt hoīem; & intellectus, & ſpecies, ꝓducūt notitiā: contra eſt argumētū. Nā in cauſſis ſubordinatis, neutra ſine aliqua pōt efficere aliqd; ſed potētia ſine habitu poteſt habere bonas, aut malas operationes. ergo non ſe habēt ſicut cauſſæ ſubordinatæ.

Tertio.

Tertio, actus producit habitum, ut apud oēs eſt in cōfeſſo. ergo habitus uice uerſa non producit actum. Conſequentia inde probatur. Nam cum cauſſa ſit perfectior ſuo effectu, conſequens eſſet, quod actus eſſet perfectior habitu, & uice uerſa.

Quarto.

Vlt. habitus ſe ſolo non pōt producere actum, ut de ſe patet. ergo neq; intendere. Ex his argumentis concludit Dur. quod habitus per ſe non facit ad intenſionē actus, licet per accidens concurrat ad intenſionem actus. qui. n. diu ſe exercet in operib. temperantiæ, moderatur paſſiones, qb. moderatis, intellectus melius, & fortius ꝓponit obiectum uoluntati: & ſic uoluntas perfectius mouetur.

Habitus non determinat potentiā ad bonum, uel malū ſecundum Duran. Probatur primo. Secundo.

In quæſt. 3. docet Durand. quod habitus non determinat potentiam ad bonū, uel malum in genere moris, ſed uniuerſam determinationem referendam eſſe ad uoluntatem, & intellectum ſimul. Et probat ſic. Nam actus antecedentes habitum, ſunt ſingulares, & determinati ad bonum, uel malum: ergo oportet ponere unam cauſſam, quæ determinet potentiam ante habitum.

Secundo, bonum uel malum morale, eſt relatio: ergo habitus non eſt principiū boni, uel mali moralis. Cōſequentia inde probatur. Nam relatio non habet cauſſam, & ad relationem non eſt per ſe motus. Antecedens ꝓbatur. Nā bonitas, uel malitia moralis, nihil aliud eſt, q̄ conformitas, aut difformitas ad rectam rationē. hæc uero cōformitas, relatio quædam eſt.

Tertio. Ari. 7. Phyſ. tex. 17.

Vltimo, habitus eſt relatio. ergo non eſt operatiuus. Conſequentia inde patet. Nam relatio, operatiua non eſt. Probatur antecedens. Nā Ariſt. dicit, quod ad habitus non eſt per ſe motus, quoniā ſunt relationes. Ex quo concludo ſic argumētū. Vel intelligit Ariſ. ꝙ ſunt relatiua ſecundum dici, & non ſecundū eſſe: & tunc eius argumentum eſt inane & friuolū: nā ad ubi, & ad calorē eſt per ſe motus, quæ ſunt relatiua ſecundū dici. ergo intelligit quod ſunt relatiua ſecundum eſſe.

In q. 4. docet Duran. quod habitus non concurrit, ut facile; & prompte, & delectabiliter operemur. & ꝓbat eiſdem argumentis, quib. ꝓbat quod non facit ad actus intenſio

pcm

nem. Dicunt tñ Scot. & Dur. quod loquũtur de habitibus acquiſitis: nam de infuſis aliud ſentiendum eſt. Ego uero dico, q̃ prædicti auctores diuina opera non legerunt auctores, uel potius neglexerunt. Ariſt. namque perpetuo docet, quod habitus iuuat ad operationem, & actus perfectionat, promptitudinem, & ſtabilitatẽ ei accõmodando. In 2. Ethi. cap. 1. dicit, q̃ habit⁹ generantur ex actibus, & iã genitus producit ſimiles, & meliores operationes. & c. 2. ſcribit, q̃ ſicut uirtus corporis facit hominem robuſtum, & laborũ patiẽtem, ſic virtus animæ facit, vt homo ſtudioſus, opera aliquã ardua aggrediatur & uincat. & i c. 3. q̃ ſignum generati habitus eſt delectatio, & uoluptas, quam homo ſtudioſus in opere uirtutis accipit, & c. 4. cõſtituit cõditiones ueræ virtutis, q̃ agens operetur ſciẽs, & prudens cum delectatione pp̃ finem uirtutis, firmo, & ſtabili aĩo, & c. 5. conſtituit differentiã inter potentiam, & habitum: q̃ potentia eſt indifferens ad bonum, uel ad malum; habitus uero determinat ad unum tm̃, & c. 6. cõſtituit duas definitiones virtutis. una eſt, Virtus eſt, q̃ bonum facit habentem, & opus eius bonũ reddit: altera eſt, Virtus eſt habitus electiuus, in medio conſiſtens, prout ſapiens determinauerit. In ultimo ca. docet, uirtutem verſari circa difficile: nã eligere medium inter duo extrema, pertingere vero medium in circulo, non eſt cuiuſq; ſed optimi artificis. Deniq; Ariſt. multus eſt in huius rei demonſtratione. 6. Eth. c. 4. 5. & 6. & 2. lib. Ethic. ad Eudẽ. per totum. 1. lib. magnorum moralium. c. 7. Itaque ſnĩa Duran. manifeſte pugnat cum Ariſt. doctrina, immo pugnat cũ ipſa rõne, & cum diuina Theologia. Nã uirtus oculi concurrit ad uidendum, uirtus equi ad currendũ: igitur virtus aĩ ad operandum. Deinde, manifeſtum eſt ſine controuerſia, q̃ artes, & ſcientiæ ſunt habitus operatiui. ergo ceteri habitus morales, ſunt habitus operatiui. Certe dubitari non põt, quin habitus prudentiæ illuminet, dirigat, præcipiat: nec dubitari põt, quin habitus uirtutis eligat medium inter extrema. ergo indubitatum eſt, q̃ habitus ſit operatiuus. Vltimo, habitus infuſi (ut conſtat ex diuina Theologia) ſunt operatiui; ergo habitus acquiſiti operatiui ſunt. Conſequentia inde ꝓbatur, nã Deus infundit habitus inſtar habituũ humanorum. Ad argumenta Durandi, & ad primũ negatur antecedẽs; fortaſſis, qui ſæpius repetit eãdem demonſtrationẽ, euidentius, & clarius rẽ penetrat. Secundo, licet antecedẽs ſit uerũ, conſequentia tñ nihil ualet: nã euidentia, & intenſio actus, ex diuerſis cauſſis ꝓcedunt. Euidentia. n. ꝓcedit ex medio, ꝑ quod concluditur demõſtratio; intenſio uero ex maiori conatu potentiæ, & ꝑfectione, & qm̃ ſcientia ꝑficit potentiã, & adiuuat, ꝑfectior ſcientia cum potentia cauſſat intenſiorem operationẽ. Ad ſecundum argũ rñdetur, idem argũ poſſe fieri de habitibus infuſis, quod Durandus tenetur ſoluere. Ruſus idem argũ conficitur de actibus, quomodo producant habitus. Secundo dicendum eſt cum Dño Caiet. facillime, quod habitus, & potentia concurrunt ad actum, non ſicut cauſſæ partiales, neq; ſicut cauſſæ ſubordinatæ, nec uero tãquã intenſum, & remiſſum; ſed ſicut perfectum differt a ſeipſo imperfecto. potentia nãque poteſt producere operationes bonas, vel malas. ſed habitus perficit potentiam, cuius eſt habitus, ut melius, & perfectius operetur: ſic. homo, cum eſt adoleſcens, põt generare, ſed imperfecte; factus uero vir poteſt generare perfecte, & manus, utcũque poteſt proijcere lapidem, ſed melius funda; & manus ſcribentis poteſt ſcribere; ſed melius cum arte.

Reſolutio auctoris. — *Ariſt.* — *Concluſ.* — *Ariſto. 7. Phyſ. tex. 17.* — *Ariſt.* — *Argumenta Durandi ſoluuntur. Ad primum.* — *Ad ſecundum.* — *Caiet.*

Ad tertium argũ rñdetur, non eſſe incommodum, q̃ actus producant habitum, & rurſus habitus iam genitus producat ſimiles, & perfectiores actus. Præterea dico, nõ eſſe incommodum, q̃ actus ſit ꝑfectior habitu, & vice uerſa, ſm diuerſas conſiderationes; actus tãn toto genere eſt perfectior habitu, nã eſt finis pp̃ quem habitus inſtituitur. Rurſus, habitus eſt in potentia actus, & ideo ab Ariſt. nominatur Actus primus: actus uero, eſt actus ſecundus, & ultima rei perfectio, ceterum habitus eſt ꝑfectior actu, hac rõne, qm̃ eã illi exhibet, quẽadmodum ſubſtantia eſt perfectior accidenti, ſm unam conſiderationem; ceterum qm̃ accidens actuat, & perficit ſubſtantiam, quemadmodo eſt perfectius ipſa ſubſtantia.

Ad tertium.

Ad ultimum argumentum negatur conſequent. a: nã operatio habitus intrinſece dependet a potentia, ſicut operatio accidentis, a ſubſtantia; operatio fundæ, a manu proijcientis dependet. Inſuper habitus habent aliquid peculiare; ſubduntur namque libero arbitrio; ueluti ait eſt illud prouerbium; Habitibus utimur cum uolumus. Ex his facile intelligitur, quid ſit dicendum ad argumẽta, quæ Duran. ſecundo loco poſuit. Nam ad primum argumentum dicendum eſt, quod potentia poteſt ſeipſam determinare ad bonas, uel malas operationes; ſed poſtquam habet habitum, ſic afficitur, & præparatur, ut melius ſuas operationes exercere ualeat. Ad ſecundum argumentũ rñdetur, quod bonitas moralis, nõ eſt relatio, ſed eſt magna perfectio; magna. n. perfectio eſt, q̃ operatio humana ſit ad regulam, & normam deducta. Ex hoc uero, q̃ bonitas moralis dicat ordinem ad regulam, non eſt conſequens, quod ſit relatio: nam relatio non dicit ordinem ad alterum extremum, tamquam ad regulam, & menſuram; ſed tãquam ad alterum correlatiuum: ſiquidem eſt prouerbium Metaphyſicorum, q̃ unum relatiuum nõ eſt cauſſa alterius correlatiui. Secundo dato, quod eſſet relatio, non eſt conſequens, quod non habeat cauſſam moralem: nam ordo uniuerſi, relatio eſt, & hẽt potiſſimã cauſſam, nempe Deum, ut ueriſſime teſtatur Ariſt. Ad tertium argumentum rñdetur, quod habitus apud Ariſt. non eſt relatio; ſed uera qualitas, ut ipſe Ariſt. loco citato teſtatur. Senſus ergo illius ſnĩæ Ariſt. eſt, quod habitus habet ſe ueluti relatio: quemadmodum enim relatio ab agente naturali, primo, & per ſe non producitur, ſed cõſequitur; ita habitus ab agente naturali non producitur, primo, & per ſe, ſed conſequenter. Hanc rem explicat optime D. Tho. inf. q. 52. art. 1. ad tertium: dicit enim, quod alteratio, primo, & per ſe inuenitur in qualitatibus tertiæ ſpeciei; conſequenter uero in qualitatibus primæ ſpeciei: q̃n. n. contingit alterari ſm calidum & frigidum, ſequitur animal alterari ſm ſanum, & ægrum: ſimiliter, qñ contingit animal alterari, ſm paſſiones appetitus ſenſitiui, uel ſecundum uires ſenſitiuas apprehenſiuas, ſequitur alteratio, ſecundum uirtutes, & ſecundum ſcientias. Ad alia argumenta, quæ fecimus in principio dubitationis ex dictis patet, quid ſit dicendum.

Ad ultimum. — *Ad argumenta Duran. ſecundo loco facta. Ad primum.* — *Ad ſecundum.* — *Ariſt. libro de mundo ad Alexandrum. Ad tertium.* — *D. Thom.*

ARTICVLVS QVARTVS.

Vtrum ſit neceſſarium eſſe habitum.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ẽ affirmãs: eam in argumẽto, ſed contra, probat D. Tho. ex eo, q̃ habitus ſunt perfectiones quędam, perfectio aũt maxime neceſſaria eſt. In corpore uero art. probatur: qm̃ multę ſunt res, ad quarũ naturas, & operationes neceſſe eſt plura concurrere, quæ diuerſis modis cõmenſurari pñt: neceſſe eſt ergo habitus eſſe. Conſequentia probatur: nã habitus importat diſpoſitionem quãdã in ordine ad naturam rei, & operationem, uel finem eius. Vt autẽ aliquid diſponatur ad alterum, tria requirũtur: primo, vt id quod diſponitur ſit aliud ab eo ad quod diſponitur, ita ut habeat ſe ad ipſum, ſicut potentia ad actũ: vñ, quod nõ eſt capax actus,

EXPLICATIO ARTICVLI.

Pro huius rei intelligentia ſciendum eſt, quod ſi loquamur de habitu in generali ſignificantia pro qualitate, quæ eſt in potentia neceſſaria ad operandum, euidens eſt, quod ſint ha-

 bitus

bitus: nam in potentia viſiua ſunt ſpecies intentionales, ſine quibus viſus cōſtare nō poteſt. Rurſus, in intellectu, & memoria ſunt ſpecies rerum, & ſimilitudines, ſine quibus hmōi potentię nihil operari pñt. De innumeris ſimilitudinibus quas memoria apud ſe reconditas hēt, veluti de miraculo quodam diuino, loquitur D. Aug. Quā vero iſtas ſpecies aliqui Theologi appellāt habitus, ī hac ſignificatione euidens eſt, ꝙ ſint habitus. Sed & in ſtricta ſignificatione, & magis propria, vt accipiatur habitus pro qualitate, qua bene, vel male afficimur, euidens ē ꝙ ſint habitus: nā experiētia euidēs eſt; artifices, fabros, & pictores, poſt longam conſuetudinem ſuas operationes ordinatiſſime exercere, quas prius male, & inordinate faciebāt. ergo euidens eſt, quod in intellectu habent artem, ꝑ quā ſuas operationes ex ordine perficiūt. Et quod dicimus de arte, idem cenſendum omnino de habitibus moralibus, quos longa conſuetudine nobis conquirimus, ut ſcribit Ariſt. In cuius rei demonſtrationē oportet meminiſſe illud verbum Ariſt. & Rudis, & indiſcipiinati ingenij eſſe, eādem euidentiam in oībus requirere. Sed ſi aliquis rerum experientia contentus non eſt, & requirat demōſtrationes, his argumentis conuincetur. In primis vniuerſa potentia, q̄ eſt indifferens ad bonum, vel ad malū, indiget aliquo determinante ad bonum; ſed ſunt multæ potentiæ in homine indifferentes ad bonum, & ad malum, ut eſt intellectus, qui eſt indifferens ad uerum, vel ad falſum. quorū vnum. ſ. verum, eſt bonum intellectus; alterum vero. ſ. falſum, eſt malum intellectus. Voluntas ēt, necnon appetitus ſenſitiuus indifferenter ſe habent ad boni, uel mali appetitionem: ergo tales potentiæ indigent aliquo determinante: hoc aūt facit habitus bonus: ergo neceſſum eſt conſtituere habitus bonos. Deinde, oīs potentia, quæ in ſuo actu patitur difficultatem, indiget aliquo facilitante ipſam ad ſuum actum; ſed plures ſunt potentiæ in homine, quæ ſuis in actibus patiuntur difficultatem. De continente ſcribit Ariſt ꝙ cum magna difficultate opus virtutis proſeqtur imminēte paſſione: ergo tales potentiæ indigent aliquo facilitante ipſas ad ſuos actus: hanc aūt facilitatem, & promtitudinem ꝑſtat habitus: ergo oportet cōſtituere habitus. Sed dicet Theologus; ſi ita ſe res hēt, ꝙ habitus ꝑſtat facilitatē in operando, conſequens eſt, ꝙ habitus bonus diminuat meritum: nam ex ſniā oium Theologorum, difficultas operis auget meritum, facilitas uero diminuit. Huic obiectioni dicēdum eſt, quod difficultas ex magnitudine operis auget meritum, & hanc difficultatem nō tollit habitus bonus, quin potius facit, ut opera maxima, & difficillima aggrediamur; ſed difficultas ex defectu operantis diminuit meritū (vnicuiq. aūt difficile eſt, & laborioſum, qđ non promta facit voluntate) & hanc difficultatem tollit habitus, & auget meritum; nam auget uoluntarium, & facit, ꝙ uoluntas promte, delectabiliterq. operetur.

Aug. li. 10. confeſſ. c. 8. 7. & 10.

Quod ſint habitus.

Ariſt. 6. Eth. c. 3. Ariſt. 2. Eth. c. 1.

Ariſt. 7. eth.

Obiectio.

Solutio.

Ex hoc ſequitur, multum errare eos, qui exiſtimant, hoīes ſobrios, & temperatos, qui in ieiunijs nullā difficultatem ſentiunt, minus mereri, quam qui improbam habent cōſuetudinem, & ſentiunt magnam difficultatē: errant toto cælo: nam facilitas operantis auget meritum, vt antea dictum eſt. Ex eodem principio inferunt Theologi rectiſſime, ꝙ caritas præcipue auget ualorem meriti: nam præſtat uoluntati promtitudinem, & facilitatem in operando. Ex his, quæ dixi, ſatis exiſtimo eſſe probatum, quod habitus ſint conſtituendi. Sed naſcitur quædā parua q̄ſtio: nā quæſtio, An eſt, antecedit alias uniuerſas q̄ſtiones ī ordine doctrinę. Sed D. Tho. tria quæſiuit de habitib, & tandem demōſtrat habitus eſſe: ergo nō ſeruat ordinē doctrinę. Rñdetur optime ſeruaſſe ordinem; nā hic non quærit D. Tho. an habitus ſint; hoc n. eſt per ſe notū experientia, & de hoc mouere quæſtionem eſt hominis neſciētis diſtinguere inter per ſe notum, & id quod ē notum pp aliud; ſed inueſtigat, & demonſtrat D. Tho in præſentiarum cauſſas, pp quas habitus ſunt conſtituēdi: & quæſtio, Quare res ſit, ſubſequitur ad quæſtionē, Quid eſt: nā quidditas, & definitio rei, eſt medium ad demōſtrandum cauſſam quare res ſit, ut auctor eſt Ariſtot.

Verum qui minorem patitur difficultatem in opere virtutis, minus meretur.

Dubium.

Ariſt. 2. poſt.

& potentiæ, ut Deus; non habet habitum. Secundo, ut id quod eſt in potentia ad alterū, pluribus modis poſsit determinari, & ad diuerſa, vñ quod ad unum eſt determinatum, nō eget habitu; quia ex ſua natura hēt debitam habitudinē ad ſuum actum. Tertio, vt plura concurrāt ad diſponendum ſubiectū ad vnū eorum, ad quæ eſt in potētia, quę diuerſis modis cōmēſurari pñt, vt ſic diſponatur bene, uel male ad formā, uel ad operationē; vñ qualitates ſimplices elemētorum, quę ſm̄ unum modum determinatum naturis elementorum conueniunt, nō dicimus habit⁹, aut diſpoſitiones; ſed ſimplices qualitates: dicimus aūt habitus, aut diſpoſitiones, ſanitatem, aut pulcritudinem, & alia huiuſmodi quæ iportant quādam commēſurationem plurium, quæ diuerſis modis commenſurari poſſunt.

QVAESTIO L.

De ſubiecto habituum, articulos habet ſex.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum in corpore ſit aliquis habitus.

SVMMA TEXTVS.

PRima Cōcluſio, Nullus habitus, qui ordinatur ad operādū ē prīcipaliter ī corpore; ſicut in ſubiecto. Probatur. Nā omnis operatio corporis ē aut a

EXPLICATIO ARTIC.

DE prima concluſione eſt magna cōcertatio inter Theologos. Ochā in 3. q. 10 & 11. & quodl. 2. q. 16. & quodl 3. q. 17. Gabr. in 3. d. 23. q. 1. dub 1 Scot. in 3. d. 33. q. 1. ad 3. argm̄. Vniuerſi iſti auctores ſentiunt, ꝙ in membris exterioribus habitus operatiuus ſit conſtituendus. & probant ſic. Nam membra exteriora facilius, & promtius operantur poſt conſuetudinem, ut patet in artificibus, citharædis, pictoribus. quod eſſe uerum, uel ſola experientia conuincit. Deinde, in membris exterioribus poſt conſuetudinem longam, uel eſt aliquid additum, uel ablatum: ſiquidem aliter ſe habent, quam antea; ſed non eſt ablatum: ergo additum.

Ocham. Gabriel. Scotus.

Argumentum ... Scotus.

Tertio, quantumcūque aliquis ſit doctiſſimus in lingua Latina, ſi non conſueuit loqui Latine, nūquam recte loquitur. Idem argumētum fieri poteſt de citharædo peritiſſimo, qui ſi non habeat conſuetudinem pulſandi fides, nihil in arte proficiet: ergo ꝑter habitum, qui in aīa exiſtit, cōſtituendus eſt habitus in membris exteriorib.

Tertio.

Item hac de cauſſa cōſtituendi ſunt habitus, ut dixi in ſuperiori quæſtione, ut potentia, quæ in ſuo actu patitur difficultatem, facile & promte operetur; ſed manus citharædi poſt longam conſuetudinem promtius, & facilius operatur, quæ antea cum magna difficultate operabatur: ergo in manu habitus conſtituendus eſt.

Quarto.

Vltimo, uirtutes, quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo, & in potentijs ſenſitiuis apprehenſiuis, & iudicatiuis, ſunt in corpore, ēt ſm̄ uiam D. Tho. ergo habitus in corpore ſunt conſtituendi. Antecedēs probatur: nam appetitus ſenſitiuus in corpore, eſt in organo corporeo, ſecundum veram Philoſophiam. In huius rei explicationem D Caie. multa dicit. in primis dicit, quod ſi loquamur de habitu in generali ſignificantia, inuenitur etiam in rebus inanimis, ut pulcritudo: nam omnes tres conditiones poſitæ in art. 4. præcedentis q. inueniuntur in illis. Secundo dicit,

Vltimo.

Caiet.

naturali qualitate corporis, aut ab anima mouente corpus: quantū ad operationes autē, quę sūt a natura, nō diſponitur corpus ꝑ aliquē habitū; quia virtutes naturales sūt determinatæ ad vnū, operationes vero quæ sūt ab anima ꝑ corpus, præcipue quidē ſunt animæ, ſecundario vero corporis: vnde & habitus, qui ex talibus operationibꝰ generantur, præcipui ſunt in anima, ſecundario vero in corpore, quatenus ſcilicet corpus diſponitur, & redditur habile ad promte deſeruiendum operationibus animæ.

Secunda. Secunda Concluſio. Habitus, qui nō ordinātur ad operationem, ſed ad naturam ipſā: poſſunt eſſe in corpore, vt ſanitas, & pulcritudo. Vnde Ariſtot. ſanitatē corporis, vel infirmitatem inſanabilē habitum nominari dicit. Verū eſt tamen huiuſmodi qualitates non habere proprie rationē habitus, quia cauſſæ eorū de ſua natura facile tranſmutabiles ſunt.

Caiet. dicit, ꝙ ſi loquamur magis proprie de habitu, ad cognoſcendum in quo ſubiecto ſit collocandus, oportet animaduertere, ꝙ habitus acquiritur per conſuetudinē, & habituari, eſt aſſueſcere. Ex quo colligit Caie. ꝙ ubi non eſt conſuetudo, nō eſt habitus; & ubi eſt conſuetudo, habitus eſt. Ex quo ſtatim ſequitur, ꝙ ubi eſt natura ſine uoluntario, nō eſt habitus. nā licet lapidē infinities proiicias ſurſū, ut aſſerit Ariſ. nō generatur habitus. **Ariſt. 2 Eth. c. 1** Ex eodem principio colligit perfecte Caiet. ꝙ ubi eſt ꝑfecte uoluntariu, proprie, & ꝑfecte habitus inuenitur, ſcilicet in creatura rationali. In aliis uero quę participant uoluntarium, ſecundario īuenitur habitus, ut in membris exterioribus, in quibus conſtituendi ſunt habitus, tum quoniam obediunt rationi, tum uero, quoniam cōſuetudine, & exercitatione promtius operantur. **Ariſt. in prædicā.** Vltimo cōcludit, quod in brutis inueniuntur habitus, tñ, quoniam obediunt homini, tū uero, quoniam aſſueſcūt. immo generaliter dicit Caie. ꝙ quicquid relinquitur ex operis cōſuetudine, habet rationem habitus, ut cum quis ex frequentibus minutionibus, iam inclinatur ad minutionem in tali tempore faciendam. Iſta ſunt multa, & affirmātur ſine ratione contra D. Th. Sentio itaque in membris exterioribus habitum operatiuum non eſſe conſtituendum. quod ſic demonſtro.

In membris exterorib. nō eſt habitus operatiuus. **Probatur primo.** Nam habitus eſt diſpoſitio operantis: principium uero iſtarū operationū artificialiū non eſt corpus, ſed aīa: intellectus namq; mouet ad ſcribendum, pingendū, & mouet uoluntas membra exteriora ad operandū: ergo in potentijs collocandus eſt habitus, non in membro exteriori.

ſecundo Ariſt. Secundo; Habitus ponitur ad determinandam potentiam, ut ſupra dictum eſt; ergo cum potentia eſt determinata ad unum, non indiget habitu. Hac rōne utitur Ariſ. ad demonſtrandum, quod naturalia, quæ ſunt determinata ad unū, non aſſueſcunt, neq; poſſunt habituari, ſicut ſupra oſtenſum eſt in exēplo lapidis: ſed mēbra exteriora naturaliter ſunt determinata ad unū, & obediunt rationi ad nutum, ſine reſiſtentia aliqua: ergo non indigent habitu.

tertio. Tertio, in oculis non ponitur habitus ad uidendum, nec in potentijs ſenſitiuis ad ſentiendum: ergo neque in digitis. Probatur conſequentia. Nam in oculis non ponitur habitus, hac de cauſſa, quoniam præſente obiecto, naturaliter inclinantur ad uidendum: ſed membra exteriora naturaliter inclinantur, ut obediant rationi ex neceſſitate: ergo. Præterea, ſi citharœdus perderet digitum, & alius reſtitueretur ei, tā promte operarentur atq; prius: ergo euidens eſt, quod in digitis non eſt habitus.

Vltimo in digitis nō eſt niſi motus localis, ſed per motum localem nō acquiritur per ſe aliqua qualitas, nō certe magis, q̄ in calamo, aut ī penicillo quē artifex mouet.

Solutio argumentorū. Ad argumenta Ochaniſt. dicendū eſt, ꝙ facilitas, & promtitudo non eſt in manu ſcriptoris, aut citharœdi, ſed in intellectu, ubi ars collocatur: habens. n. intellectū præditum arte, mouet artificioſe membra exteriora; ſicuti mouet penicillum, aut calamum. Verū eſt tñ, ꝙ ut mēbra exteriora obediant, neceſſe eſt, quod ſint apta, & non impedita. **Demoſthenes.** De Demoſthene legitur ita fuiſſe balbus, ut primam litterā artis, cui ſtudebat, pronuntiare non poſſet, poſtea uero ī uſu, & exercitatione linguæ ablatum eſt ei impedimētū, & fuit eloquentiſſimus. Itaq; negari non dēt, quin uſu, & exercitatione mēbra efficiātur habilia, & magis apta. **In quo diſputatio ſita ſit.** Sed hoc uertitur in dubium; Verū ex iſta exercitatione in membris, acquiratur aliquid, quod inclinet ad ſimiles actus, & habeat ratonē habitus? Certe non acquiritur. nā ex motu locali, ut antea dictū eſt, per ſe, nihil producitur; digiti uero tñ mouentur localiter. Rurſus, ex motu digitorum ſurſū nihil producitur, ſed eodem modo mouentur digiti motu circulari, uel recto ab artifice: ergo ex tali motu nihil per ſe producitur; per accidens uero aliquid produci pōt, ut manus frigida, exercitio acquirit calorē, & pōt acquirere ſiccitatē, & firmitatem & ſimilia; ſed hæc qualitas nō habet rōnem habitus, non magis quam actio gladij, aut præparatio calami. Ratio eſt: q̄m membra exteriora obediunt ad nutum uoluntati, & intellectui, ſine aliqua reſiſtentia, & ſunt determinata ad unū. Ex his cōfutantur oīa argumenta ſuperius adducta (excipio ultimum) in cuius confutationem dicendum eſt, ꝙ **Ad vltimū argumentū.** uirtutes, quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo, dicuntur eſſe in aīa, quoniam ſunt in corpore, ratione animæ. Pulcritudo uero, & ſanitas ſunt in toto compoſito, rōne corporis. Vel dicendum eſt, ꝙ licet appetitus ſenſitiuus ſit corporeus, quoniam non eſt determinatus ad unū, ſed pōt obedire, & non obedire, obedit tñ rationi principatu regali, quēadmodū ſubditus obedit Prælato; ideo in eo poſſunt ueræ uirtutes cōſtitui: de qua re diligentius infra art. tertio.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum anima ſit ſubiectum habituum ſecundum eſſentiam, aut ſecundum ſuam potentiā?

SVMMA TEXTVS.

Reſpondet D. Tho. hac Concluſione. **Concl.** Ex habitibus, q dā ſunt in corpore ꝑ ordinē ad aīam: alii in eſſentia aię; alii vero in potētiis. Eā vero ita ꝓbat. Habitus īportat diſpoſitionem quādā in ordine ad naturam, vel operationem: ex ea autem parte qua dicit ordinem ad naturam humanam, eſt aliquis habitus in corpore, vt articulo pręcedenti expoſitum eſt. Si vero dicit ordinē ad naturā, ſecundum quod homo pōt eſſe particeps alicuius naturæ ſuperioris, iuxta illud, Vt ſimus conſortes diuinæ naturæ, **2. Petri. 1** eſt habitus in eſſentia animæ, vt gratia. Ex ea aūt parte qua dicit ordinem ad operationes, habitus eſt in potētiis, q a anima principium eſt operationum per ſuas potentias.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Habitus nō ſemper ordinatur ad actum. IN hoc articulo notandum eſt, ꝙ non ſemper ea cōi uoce ſcholæ debemus habere in imaginatione, ꝙ habitus ſemper ordinatur ad actū. nam ſecūdum iſtam rationem, gratia, habitus non eſſet: propter ꝙ male quidam Theologi, ut Almayn. & Gabr. definiunt habitum, quod ſit qualitas noſtris actibus acquiſita, in ſimiles actus inclinans. **Almayn. Gabriel.**

Gratia & caritas ſunt habitus diſtincti. Secundo aduertendum eſt, quod gratia, & caritas, ſunt habitus diſtincti: nam gratia non datur ad operandum, ſed, ut efficiamur diuinæ naturæ par-

2.Petri.1. ricipes, ſm illud Petri: Vt conſortes diuinæ naturæ efficiamur. Rurſus, gratia eſt in eſſentia aĩę, cui datur eſſe illud diuinum, & conſortiũ diuinæ naturæ. Tertio eſt effectus diuinæ dilectionis: ex eo.n. ꝙ Deus nos diligit, ſumus illi grati, & accepti, ſm illud, Nõ quia prius dileximus, ſed 1.Io.4. qa prius ipſe nos dilexit: caritas vero eſt, qua nos diligimus Deũ: ordinatur itaque ad dilectionẽ, & dilectio eſt in uolũtate; igit̃ caritas in uoluntate cõſiſtit. *Prim cõc* Sed de hoc diligentius infra.q. 110. Obiectio. Sed dicet Theologus, ſi gr̃a dat eſſe ſupernaturale, conſequẽs eſt, ꝙ ſine gr̃a nõ poterit eſſe operatio ſupernaturalis. qđ aduerſatur ſanę doctrinæ. Nam in hoĩe peccatore eſt actus fidei, & ſpei ſupernaturalis. ꝙ recte ſequatur, patet. Nã ſine eſſe naturali, non põt eſſe operatio naturalis. ergo ſine eſſe ſupernaturali, qđ pręſtat gr̃a, nõ põt eſſe operatio ſupernaturalis. Solutio. Rñdetur, gr̃a nõ dat eſſe ſupnaturale utcunq; ſed dat eſſe deificũ, & conſortiũ diuinæ naturæ, quo aĩa efficitur Deo grata: ex quo conſequens eſt, ꝙ ſine iſto eſſe, nulla operatio poteſt eſſe grata Deo: non tamen conſequens eſt, quod nulla operatio ſit ſupernaturalis.

ART. TERTIVS.

Vtrũ in potẽtijs ſenſitiuæ partis poſsit eſſe aliquis habitus.

SVMMA TEXTVS.

PRima Cõcluſio. Si potentia ſẽſitiua cõſideretur, quatenus ex inſtinctu naturæ fertur in ſuum obiectũ, nõ ſunt habitus in ſẽſitiuis potẽtiis. Probatur: qa ſi operat̃ ex inſtinctu naturæ, erit determinata ad unũ, ſicut ipſa natura: quare ſicut in potentiis naturalibus non ſunt aliqui habitus, ita nec in potentiis ſenſitiuis.

Secũda Concluſio. Ea rõne qua potentiæ ſẽſitiuæ ſubdũtur imperio rõnis, pñt habere aliquẽ habitũ: nã ea rõne ad diuerſa poſſunt determinari: ergo indigẽt habitibus, quibus diſponantur. Id ipſũ confirmatur ex Ariſ. cum inquit, aliquas uirtutes. ſ. temperãtiam & fortitudinem, eſſe irrationabilium partium.

EXPLICATIO ARTICVLI.

An ex primis actibus indeliberatis generetur habitus. Reſp. dubij Prim. conc. IN hoc art. ut explicetur prim. cõcl. eſt breue dubiũ, an ex actibus primis indeliberatis, generetur habitus? v.g. uidet quis inimicũ, & ſtatim abſq; deliberatione incenditur ira: Quæſtio eſt, an eiuſmodi actib. habitus producatur. Rñdetur primo, negatiue, tum, qm̃ eiuſmodi actus ſunt naturales, & ex inſtinctu naturæ proueniunt, tum uero, qm̃ ex D. Tho. hic, ubi non eſt obedientia ad rõnem, habitus non eſt: iſti actus non obediunt rõni ergo &c. tũ ultimo, qm̃ ſuperuacaneũ eſt habitũ ad eiuſmodi actus conſtituere: nam ſiue ſecũd. cõcl. ſit habitus, ſiue nõ ſit, continuo atq; tale obiectũ præſẽs eſt, naturaliter talis motus excitatur. Secundo dico, habitus iam genitus hẽt ſuos motus primo primos, & naturales: nã experientia euidens eſt, ꝙ qui hẽt conſuetudinẽ iurandi, ſi conuertitur & mutat mentẽ, ſentit quoſdã motus ſubditos ad iurãdũ, quos non ſentiret, ſi non haberet cõſuetudinẽ iurãdi. Itẽ, caritas in uita beata (ut ſentiunt Theologi) hẽt actũ amoris neceſſariũ & naturalẽ. ergo nõ repugnat habitui morali, ꝙ hẽat actũ naturalẽ. itaq; ſicut diſtinguũt Theologi de uoluntate, q̃ põt cõſiderari ut natura, & ſic hẽt actũ naturalem & neceſſarium; rurſus põt conſiderari ut uoluntas, & ſic hẽt actũ liberũ, & ad eundẽ modum habitus põt conſiderari ut natura, & ſic hẽt actũ naturalẽ; põt iterum conſiderari ut habitus, & ſic habet actũ liberum, non determinatũ ad unũ. Sed numquid ex An ex actibus ſecundo primis generetur habitus. actibus ſecundo primis generatur aliquis habitus? Actus uero ſecũdo primos nominãt Theologi actus indeliberatos, ſed tpe quo tenemur deliberare, & poſſumus, in quibus proinde poteſt eſſe culpa uenialis. Hoc ſic ſtatuto, Actus ſecundo primi v̄r certe ꝙ generent habitus imperfectos p modũ diſpoſitionis. nã in his actibus inuenitur uera rõ uitij, & uirtutis. Ex alia parte v̄r, ꝙ iſti actus ſunt imperfecti, & quodammodo ex natura procedentes. itaq. hæc dubitatio, q̃ Vtrum in appetitu ſenſitiuo ſint ueri habitus non magni momenti eſt, in utramq. partẽ poterit diſputari. Eſt ẽm dubium ad explicandam ſecundam cõcluſionem, Vtrum in appetitu ſenſitiuo ueri habitus ſint conſtituendi? Ocha. Gabr. Scot. Aliqui hoc negant uehementer, ut Ocham quolibet. 2.q 17. Gabr. in 3. d. 23. q. 1. dub. 1. Scot. in 3. d. 33. q. unica diſputat, & negat in appetitu ſenſitiuo uirtutes; cõcedit uero habitus, & uirtutes, improprie. & probat ſic.

Arug. prim. Nam appetitus ſenſitiuus in ſuis operationibus ſemper mouetur iuxta diſpoſitionem corporis, per qualitates naturales: ſi corpus multo calore afficitur, excitatur ad uenerem; ſi friget, non perinde excitatur. Ex quo fit, ut p beneficium medicinæ, & p exercitium corporale, auctis, uel diminutis qualitatibus naturalibus, appetitus ſenſitiuus diuerſimode afficiatur.

Secundum. Secundo, experientia docet, ꝙ poſt longam conſuetudinẽ in operibus tẽperãtiæ, poſt multam uini potationẽ, aut comeſtionẽ, perinde excitatur appetitus ſenſitiuus, atq; ſi nullũ exercitium præceſſiſſet. ergo ſignũ eſt ꝙ depẽdet a qualitatibus naturalibus. *Ariſt. 3. eth. c. 10.*

tertium Tertio, ſi habitus conſtituuntur in appetitu ſenſitiuo, cum appetitus ſẽſitiuus ſit corporeus, & extẽſus, ut cõſtat ex philoſophia; cõſequens eſt, ꝙ iſti habitus ſint extenſi: quod aſſerere, ab oĩ philoſophia alienum eſt. Rurſus ſequitur, ꝙ iſti habitus, fortitudo, tẽperantia, &c. non maneant in aĩa ſeparata; ſiquidem in aĩa ſeparata non manet appetitus ſenſitiuus. Itẽ ſequitur, ꝙ in aĩa Chri Dñi in triduo iſtæ uirtutes non permanſerunt, quod v̄r aduerſari ſanæ doctrinæ. In appetitu ſẽſitiuo ſunt ueri habitus & uirtutes Reſpondetur, eſſe omnino certum in appetitu ſenſitiuo eſſe ueros habitus, & ueras uirtutes, quibus recte diſponitur ut obediat rationi. Pro explicatione huius ſententiæ ſciendum eſt, ꝙ appetitus eſt quædam media potentia, inter potentias animæ uegetatiuæ, & membra exteriora. Nam potentiæ animæ uegetatiuæ ſunt naturales, & determinatæ ad unum, & non ſequuntur ductũ rõnis ut nutritiua, & augmentatiua; & iõ in hmõi potentijs habitus non conſtituitur: membra uero exteriora mouentur, & reguntur rõne, ſed eſt obediẽtia ſeruilis, & neceſſariã, ſic ꝙ reſiſtere nõ ualeant; ſicuti calamus, aut penicillus. Hoc aſſerit Ariſt. pp quod in membris exterioribus habitus non cõſtituuntur, quę ſunt determinata ad unum: appetitus uero ſenſitiuus obedit rationi, obedientia quadã Ariſt. 1 pol. c 3. regali, & politica, ſic quod reſiſtere ualet, ut aſſerit Ariſt. loco adducto. Ex quo primo tale colligitur argumentum. Ariſt. Potentia, quæ eſt indifferens ad bene uel male operandũ, indiget habitu, qui ipſam determinet ad ſtudioſas operationes: ſed appetitus ſenſitiuus eſt indifferens ad obediẽdum rationi. ergo indiget habitu per quẽ determinetur, ut recte imperio rationis obtemperet. Secundo, experientia docet, quod milites in bello, qui in principio timent res arduas & difficiles, poſt longam conſuetudinem aggrediuntur illas fortiter, & cum audacia, & facilitate. ergo ſignum eſt, ꝙ in appetitu fuit producta fortitudo, quæ formidinem expellit. Tertio, idem probatur ex Ariſt. fortitudinem, & temperantiam eſſe conſtituendas in parte Ariſt. 1. eth. c vlt & 3. eth. c 12. animæ irrationali, quæ rationi obtemperat. & intelligit appetitum ſenſitiuum. Idem expreſſius habet D Tho. de D. Th. uirtutibus q. 1. art. 4. ſtatim in princip. Hæc eſt ſententia omnium antiquorum philoſophorum; cui conſonat diuina Theologia. Nam ſecundum diuinam Theologiam, in appetitu ſenſitiuo ſunt grauiſſima peccata. ergo appetitus ſenſitiuus eſt capax uitij, & uirtutis. Ad argumenta in oppoſitum. Ad primum & ſecundum dicendum eſt, ꝙ Arg. ſolut. Ad primũ & ſecundũ. qualitates corporeæ, & naturales, primo & per ſe non ordinantur, nec afficiũt hominem ad bonas, uel malas operationes, licet aliquando per accidens id accidat. nã trãſmutato corpore, & diuerſimode affecto, obiectum apparet exiſtimationi bonum, uel malum; ſicut tempore hyemis appetimus calorem, quem fugimus tpe æſtatis: habitus uero prædicti, primo & per ſe ordinant, & diſponunt hominem ad ſtudioſas operationes. cuius euidens argumentum eſt, quod inuariatis qualitatibus corporalibus,

per

per conſuetudinem, & exercitationem, frænatur appetitus ſenſitiuus, & ſequitur ductum rationis; qui vero non habent talem conſuetudinem, non facile, & prompte rationi obediunt. Ad tertium argumentum rñdetur, ea incommoda, quæ cōmemorantur in argumēto, non eſſe abſurda, ſed ex neceſſitate concedenda. Cōcedēdū itaq; eſt, habitus, qui reſident in appetitu ſenſitiuo, nō permanere in anima ſeparata formaliter, ſed permanēt in virtute: nā cōtinuo atq; coniūgitur corpori, recuperat prędictas virtutes, quemadmodū ſtatum atq; coniungitur corpori habet virtutē ſentiēdi, quā ſeparata nō habebat. Eſt aliud dubiū; Vtrum in potentijs ſenſitiuis apprehēſiuis ſint habitus conſtituēdi. In huius rei expoſitionem dico primū, non eſſe eandē rationem conſtituēdi habitus in potentijs apprehēſiuis ſenſitiuis, & in appetitu ſenſitiuo; nam appetitus ſenſitiuus ſequitur imperiū rationis, & ideo aſſuefieri poteſt vt obtemperet rationi; potentiæ vero apprehenſiuæ nō mouentur ab intellectu, potius ipſæ mouent intellectum: nam apprehendunt obiecta, & phātaſmata, quibus intellectus mouetur per ſpecies intelligibiles.

Conclusio in poten. ſenſiti. apprehē. conſti. tur ha. Ariſto. 1.

Secundo dico, non eſſe inconueniens concedere, q in potentijs ſenſitiuis apprehēſiuis interioribus aliqui habitus conſtituantur: nā, vt docet experientia, ex conſuetudine memorandi, recte, & facile homo memoratur. Hoc etiam docet D. Th. ſolut. ad 2. ex ſentētia Ariſt. & ratio ſuffragatur. Nā licet ſenſus in principio moueat intellectum, poſtmodum vero intellectus informatus ſpecie intelligibili mouet ſenſus, dirigendo, illuminando, ordinādo. & ſic poſſunt aſſuefieri vt obediant rōni.

Tertio dico, in ſenſibus exterioribus habitus non eſt conſtituendus: nam ſunt determinati ad vnum modū operandi, & obediunt obedientia quadam neceſſaria, & ſeruili, vt oculus ad videndum.

ARTI. QVARTVS.

Vtrum in ipſo intellectu ſit aliquis habitus.

SVMMA TEXTVS.

DIuus Th. exploſā illorū ſnia, q ponētes intellectū poſſibilē eſſe vnu in oibus, dicebāt habitus cognoſcitiuos nō eē in intellectu, ſed in viribus ſenſitiuis interioribus; rñdet cōclusione affirmatiua, quā ita pbat. Nā quidā habitus ſunt ponēdi in parte rōnali per eſſentiā, illi.ſ. q ſunt uirtutes itellectuales, qui ſunt, ſciētia, ſapiētia, & intellectus, ut docet Ariſto. 6. Eth. Sed uirtutes ſēſitiuæ nō ſunt rōnales p eſſentiā, ſed tātū per participationē, ut docet Ariſt. ergo tales habitus in intellectu ſunt ponēdi. Deinde id ipſum pbatur; ſicut n. eius eſt potētia cuius eſt operatio; ita ēt eius eſt habitus, cuius eſt operatio, intelligere aūt: & conſiderare, eſt propria operatio intellectus: ergo habit⁹, quo intelligimus, & cōſideramus, etiam erit in ipſo intellectu.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRo explicatione huius art ſciendum eſt ex D. Caie. q aliqui diſcipuli D. Th. ex hoc art. colligunt, Scientiā nihil aliud eſſe, quā ſpecies bene ordinatas ad cognoſcendū: qd videtur aſſerere Ariſto. ſed qui ſic exiſtimant, falluntur maxime, qd ſic oſtendo. Nā ſpecies ſunt neceſſariæ ex parte obiecti, & deſeruiunt ad cognitionē & apprehenſionē obiecti. ſed ſcientia hēt in officio iudicare de rebus ipſis: ergo ſcientia non eſt collectio ſpecierū, ſed iudiciū de ipſis rebus: ſ. d ſpecies præſtant primū, ſcientia vero ſm: ergo collectio ſpecierū non eſt ſcientia. Tertio, habitus infuſi, fides, aut ſapientia, non infunduntur nobis ad apprehendendā iſtam enunciationē: Chriſtus eſt homo: hanc. n. ita apprehendit infidelis, ſicut Chriſtianus; ſed ad aſſenſum, & iudicium de ipſa veritate: ergo habitus ſcientiæ eſt facultas, qua recte iudicamus. Vltimo, homo ruſticus eodē modo apprehēdit atq; homo doctus; ſed ruſticus non habet ſcientiā, quia non iudicat: ergo ſcientia eſt facultas ad recte iudicandū, non ad recte apprehendendū. Certe iſti diſcipuli D. Th nō habent aliquod fundamentū ſuæ opinionis in D. Th. Nā D. Th. aperte dicit in art. q intellectus informatus ſpecie intelligibili, hēt ſe ſicut ſciens in habitu: ergo auctore D. Th. ſpecies non eſt ſcientia. Secundo notādū eſt, q in intellectu agente nullus habitus ē conſtituendus. ita aſſerit D. Th. ar. ſequenti ad ſcdm: & rō eſt euidens. Nā eius eſt habitus, cuius eſt operatio: ſed intellectus agens nō intelligit, nō habet actū elicitū, ſed tātū phantaſmata illuminat. Tert. notandum eſt, q quidā philoſophi parū intelligētes, exiſtimāt, q ſcientiæ nō ſunt habitus, ſed facultates, ſiue potētiæ: nā (auctore Ariſ.) potētia, & habitus in hoc determinantur, q potentia eſt, qua poſſumus; habitus uero, quo bene, vel male poſſumus: itaq; habitus bonus eſt, quo recte poſſumus; ſed ſcientia, v. g. Rhetorica, Dialectica, non eſt qua recte poſſumus: nā Rhetor perſuadet bona & mala, vtilia & inutilia; Dialectica docet. & decipit: ergo ſcientia potentia eſt, non habitus. Et confirmatur. Nam (auctore D. Th. infra q. 56 arti. 3.) hoc differt inter virtutem moralem, & intellectualem, quod virtus intellectualis dat facultatem, ſed non rectum uſum: qui ſic exiſtimant, falluntur omnino: nam habitus intellectuales perficiunt intellectum, & dant perfectam intellectionem: vt officiū Rhetoricæ eſt perficere intellectum, ut dicendo poſſit perſuadere: Dialecticæ, vt poſſit apte argumentari: ceterum bona ſint an mala quæ perſuadet orator, hoc ad artem nihil pertinet, ſed ad vitium hominis: propter qd, eum qui artificioſe mala perſuadet, bonum oratorem dicimus; hominem uero malum. Secundo dico, habitus intellectuales tribuunt facultatem ad recte operandum: quo maxime a potentiis diſtinguuntur: nam potentia tantum eſt ad operandum. Tertio dico, quod ſciētiæ non ſolum tribuunt facultatem ad ſciendum, ſed etiam tribuunt aſſenſum, uerum, infallibilem, euidentem. Quarto dico hoc differre inter virtutem moralem, & intellectualem, quod uirtus moralis facit opus bonū cum debitis circumſtantiis, & inclinat voluntatem, vt recte, & ſtudioſe operetur; uirtus uero intellectualis tantum præſtat operationem intellectus perfectam: propter quod rectitudo voluntatis eſt accidentaria ad virtutem intellectualē. Ex quo ſequitur, quod ſi citharędus optime pulſet citharam, licet hoc faciat malo fine, & peruerſa voluntate, optime fungitur officio ſuæ artis. & in hoc ſenſu dicit S. Tho quod virtus intellectualis non dat rectum vſum, id eſt, non inclinat voluntatem vt ſtudioſe operetur, quando oportet, & prout oportet.

D. Thom. In gente intellectu nullus eſt habitus. D. Thom. conclusio. Ariſt. 5. ethic. c. 1. Ariſt. 2. ethic. cap. 5. D. Thom. Habitus intellectuales dant facultatem ad recte operandu. Quo differat uirtus moralis ab intellectualis. D. Thom.

ART. QVINTVS.

Vtrum in voluntate ſit aliquis habitus.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt affirmatiua, quā in argumēto, ſed cōtra, pbat D. Th. ex eo q iuſtitia, q eſt in uolūtate, habit⁹ qdā eſt, ut docet Ariſt. In corpore uero eandē pbat, & ex natura volūtatis, & ex natura etiā ipſius habitus. Ex natura quidē volūtatis qm volūtas, cū ſit potētia rōnalis, pōt diuerſimode ordinari ad agēdū: oīs aūt potētia q diuerſimode ordinat ad agēdū, indiget habitu. Ex natura uero habitus, qm habitus hēt quēdā principalē ordinē ad volūtatē, pt habit⁹ eſt, quo qs vtitur, cū voluerit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

VTrū volūtas indigeat habitu ad vniuerſa obiecta ad q fertur, eſt qō, vel ſolum in ordine ad aliquid.

Verū requiratur habi.

Ad in volũtate reſpectu cuiuſ eſt obiecti. Reſponſio. Prima cõcluſ.

Dico breuiter, quod voluntas non indiget habitu ad amandum bonum in communi, neq; ad finem vltimũ proſequendum: nec vero vt homo velit eſſe ſapiens, aut viuere, aut intelligere: quoniam ad iſthæc bona voluntas ſuapte natura eſt inclinata ſufficienter, non minus quam oculus ad videndum: ergo otioſum eſt conſtituere habitum. Deinde experientia docet, quod poſt longam conſuetudinẽ non promptius, non facilius amamus hæc bona, quam in principio: ergo voluntas non habituatur ad hæc bona amanda. Secũdo dico, ad bona, ad quæ voluntas ſuapte natura nõ eſt ſufficienter inclinata, conſtituendus eſt habitus in voluntate. v.g. ad reſtituendum alienum, conſtituendus eſt habitus iuſtitiæ in voluntate: nam ad bonũ alienum non eſt ſatis inclinata voluntas: quod patet ex illo prouerbio: Amabile quidẽ bonum, vnicuiq; autem proprium. Ex eodem principio conſequitur, eſſe neceſſariũ habitum ad amãdum Deum, & ad amãdũ proximũ.

Secũd. cõc.

Obiectio.

Sed contra primum aſſertũ eſt vna obiectio. Nã ſicuti voluntas ſuapte natura eſt inclinata ad amãdum vltimũ finẽ, ſic intellectus ad aſſenſum primorum principiorũ: vnde prouerbium eſt: Sic ſe habet vltimus finis in practicis, ſicut primum principium in ſpeculationibus: ſed vniuerſi philoſophi conſtituunt habitum in intellectu ad aſſentiendum primis principiis: ergo in voluntate eſt conſtituendus circa vltimum finem. Sed de hoc argumento quæſt. ſequenti. art. 1. diſſerendum eſt.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum in Angelis ſit aliquis habitus.

SVMMA TEXTVS.

Cum ſubiectum habitus non ſit, niſi ens in potentia, attendẽtes aliqui, Angelos eſſe immateriales, & non eſſe in eis potentiam materiæ, dixerũt, in Angelis nõ eſſe habitus, ſed quæcũq; de eis dicũtur, eſſentialiter dici: nihilominus rñdet D. Th. tribus cõcluſionibus. Prima eſt. In Angelis ſunt habitus operatiui: nã licet in Angelis nõ ſit potẽtia materiæ, eſt tñ in eis aliqua potẽtia: eſſe.n. purum actum, ſolius Dei ꝓpriũ eſt. In quantum ergo eſt in potentia ad aliquid intelligendum, indiget perfici habitualiter p aliquas ſpecies ĩtelligibiles ad operationẽ propriam: nã ſecundum qđ eſt actu, non eget habitibus, cum ſit in actu: in quo ab hoĩe Angelus ſecernitur. Nam intellectus humanus, cum ſit infimus in ordine intellectuũ, eſt in potẽtia reſpectu omnium intelligibiliũ: at intellectus Angelicus non ſe hẽt vt pura potentia in genere intelligibilium, ſed ſicut actus quidam cum permixtione alicuius potentiæ.

Prima concl.

Secunda conclusio. Ad attingendum ipſum Deum per intellectum, & voluntatẽ, neceſſarij ſunt Angelo habitus aliqui: etenim nullus Angelus pertingit ad perfectionẽ Dei; quin potius in infinitũ ab ea diſtat: ergo ad attingẽdũ Deum per intellectũ, & voluntatẽ, indiget aliquibus habitibus, tãquã in potẽtia exſiſtẽs, reſpectu illius puri actus.

Secunda.

Tertia conclusio. Habitus qui ſunt diſpoſitiones ad eſſe naturale, vt ſanitas, & pulcritudo, non ſunt in Angelis: ratio huius eſt, quoniam Angeli ſunt immateriales.

Tertia.

QVAEST. LI.

De cauſſa habituum, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum aliquis habitus ſit a natura.

SVMMA TEXTVS.

Vt rñdeat D. Th. ſupponit duo: primũ eſt, naturale dupliciter dici: vno modo ſcdm naturã ſpeciei, ſicut riſibile naturale eſt homini: alio modo ſecũdum naturam indiuidui, vt naturale eſt Socr. vel Plat. eſſe ægrotatiuuum, vel ſanatiuum ſecundum

Naturale dupliciter dicitur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum in Angelis ſint virtutes morales acquiſitæ.

In hoc art. eſt dubium: Vtrum in Angelis ſint virtutes morales acquiſitæ. A parte affirmatiua ſic arguitur. Nam ſi iſtæ virtutes ſunt naturales in Angelis, & non acquiſitæ, conſequens eſt quod permaneant in dæmonibus: quod eſt ab omni Theologia alienum. Quod recte ſequatur, patet: quia naturalia manſerunt integra in dæmonibus, vt habet Theologorum axioma. Deinde Angeli qui peccauerunt, fuerunt imprudentiſsimi: nam omnis qui peccat, errat, & imprudentiſsimus eſt: ergo perdiderunt prudentiam. prudentia igitur Angelis non eſt naturalis. Vltimo, liberũ arbitriũ Angelorum non eſt determinatũ ad vnũ a primordio ſuæ conditionis, vt apte probat D. Th. 1. p. q. 59. ar. 3. ergo indiget habitu determinante ad bonum. Propter hæc argumẽta doctiſsimi Patres, Victoria, & Soto, opinati ſunt in Angelis eſſe virtutes morales acquiſitas: & eorũ ſententia valde probabilis eſt. Sed in contrariũ eſt quod Angeli ſunt creati a principio ſuæ conditionis in beatitudine naturali, ſicuti ſcribit D. Tho. 1 p. q. 62. art. 1. ergo ſunt creati cũ vniuerſis virtutibus, quæ ad beatitudinem naturalẽ neceſſariæ ſunt: huiuſmodi autẽ ſunt virtutes morales: ergo. Secũdo, D. Th. & pleriq; Theologorũ affirmãt, quod Angeli in naturalib. errare non põt: ergo in naturalibus peccare non poſſunt. probatur cõſequentia. Nã errant oẽs qui malũ operãtur. Ex quo colligũt Theologi quod dæmones modo non peccãt in naturalibus præciſe, ſed in naturalibus in ordine ad finem ſupernaturalem ex odio Dei. Vtraq; iſtarũ opinionum probabilis eſt.

D. Thom. Victoria. Soto.

D. Thom.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum habitus primorũ principiorũ ſit neceſſario cõſtituẽdus.

Pars negatiua ſuadetur. Primũ arg.

In hoc artic. eſt dubiũ de habitu primorũ principiorũ, ſit ne de neceſsitate cõſtituẽdus? Pro parte negatiua exiſtũt hæc argumẽta. In primis: Intellectus nr̃ naturaliter inclinatur ad aſſentiẽdũ primis pñcipiis, vt de ſe eſt manifeſtũ: ergo otioſum eſt talẽ habitũ cõſtituere. Probat̃ cõſequẽtia: nã in potẽtia viſiua nõ cõſtituit̃ habitus ad videndũ, quia ad videndũ naturaliter inclinata eſt. Deinde, natura quæ eſt determinata ad vnum, non indiget habitu determinãte: ideo.n. in igne nõ cõſtituitur habitus ad cõburẽdũ, quia eſt determinatus ad talẽ operationẽ: ſed intellectus eſt determinatus ad aſſenſum primorũ principiorum poſitis notitiis terminorũ, ſic quod diſſentire nõ põt: ergo nõ indiget habitu determinante. Tertio. experientia docet, quod poſt lõgã cõſuetudinẽ, nõ promptius, neq; facilius aſſentimur primis principiis, quam in principio: ergo intellectus non habituatur ad aſſentiẽdũ primis principiis. Quarto, volũtas nõ hẽt habitũ naturalẽ vt appetat beatitudinẽ in cõi. quia naturaliter ad hoc inclinata eſt, & ſatis ꝓpẽſa, ſed intellectus naturaliter inclinat̃ ad aſſentiẽdũ primis principiis: ſicut n. ſe hẽt vltimus finis in practicis; ſic primũ principiũ in ſpeculatiuis: ergo otioſũ eſt talẽ habitũ cõſtituere. Vltimo, ſi habitus primorũ pñcipiorũ eſt nobis inſitus a natura, cõſequẽs eſt quod aliqs habitus nobiliſsimus nos lateret p longũ tpis ſpatiũ. ſ. vſq; dũ ad vſum rõnis deueniamus. hoc aũt abſurdũ apparet: abſurdũ nãq. vr̃ quod habitus, qui eſt pfectior eo qui p demonſtrationẽ acquiritur, nos lateat, & ſcientia latere nõ poſsit: dicit n. Ariſt. quod qui ſcit, cogitat ſe ſcire.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Vltimum.

Ariſto. 1. Poſterior. ca. 2.

In oppoſitum. Ariſt.

In

In contrarium eſt quod docet Ariſt. ſexto Ethic. cap. 4. & 14. quo in loco numerans habitus intellectuales, præcipue numerat habitum primorum principiorum. De habitu primorum principiorum inuenio quattuor opiniones.

Quatuor opiniones. Prima. Caiet.

Prima eſt Domini Caietan. in comment. ſuper tertium, articulum, quæ in his propoſitionibus cõſiſtit. In primis dicit, quod iſte habitus eſt qualitas ab intellectu diſtincta, & ſuperaddita. Deinde dicit, quod hæc qualitas nõ eſt coæua noſtro intellectui, ſed noſtris actib. producta. Quod non ſit coæua, probatur. Nam (auctore Ariſtot.) intellectus noſter à principio eſt uelut tabula raſa, in qua nihil eſt depictũ: at ſi haberet talem habitum, a natura inſitũ, non eſſet uelutĩ tabula raſa, in quã nihil eſt depictũ. Quod uero noſtris actibus ſit producta, ex propoſita rõne manifeſtũ eſt. Idẽ confirmatur. Nã Ariſtoteles ſecundo Poſteriorũ, capitulo ultimo, inquirens ex qua cã habitus principiorum in nobis producatur, aperte docet, quod ex ſenſibus, & ex experiẽtijs producatur.

Ariſto. 3. de anima. Arist.

Tertio dicit, quod hic habitus appellatur naturalis, quoniam propoſitis terminis ſtatim aſſentit, & emanat quædam qualitas in intellectu qua aſſentimus primis principijs, ſicuti motus grauium, & leuium in propriũ locum ſtatim ſequitur. Item dicitur naturalis quia ſemel ſtat, & ſemper perſeuerat, & perſiſtit.

Secunda opin.

Secunda opinio dicit, quod iſte habitus primorum principiorũ nihil aliud eſt quam ſpecies diſpoſitæ, & rectæ cõſtitutæ, quibus recte diſpoſitis, intellectus per ſeipſũ, abſq; aliquo habitu intermedio, aſſentitur primis principijs.

Tert. opin.

Tertia opinio dicit, quod habitus primorũ principiorum non eſt qualitas addita intellectui; ſed eſt ipſemet intellectus ſuapte natura ad aſſenſum primorum principiorum ſatis inclinatus. Hæc opinio placuit Durando in ſecundo, d. 24. q. 1. & in 3. d. 34. q. 1. ad 2.

Durand.

Quarta opin. D. Thom.

Quarta opinio eſt D. Thomæ, quod habitus primorũ principiorum eſt qualitas addita intellectui: rurſus eſt qualitas non noſtris actibus acquiſita, ſed a natura indita, & nobiſcum nata. Hanc ſolam accepit ab Ariſt. loco iam adducto, & poteſt confirmari his argumentis. Nam uniuerſi philoſophi morales, & ſancti Patres conſtituunt in intellectu practico habitum quendã a natura inſitum, quẽ uocant ſynderesim; quo aſſentimus his principijs; bonũ eſt faciendum, &c. Aſſerit hoc Diuus Aug. lib. 2. de ſermone Domini in monte, explicans orationem Dominicam, & fuſius ſuper Pſalm. 57. Aſſerit hoc Epiphan lib. 2. contra hæreſes tom. 2. D. Hiero. in Epiſtola ad Demetriadem, ſcribit in hunc modum. Eſt in animis noſtris quędam ſanctitas naturalis a Deo impreſſa, quæ ueluti in arce animi reſidẽs, praui, & recti iudicium exercet. Huic cõſonat D. Paul. cũ inquit. Gẽtes quæ legem nõ habẽt, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciũt, & oſtendũt opus legis ſcriptum in cordibus eorũ, id eſt impreſſum in cordibus eorũ: ergo etiam in intellectu ſpeculatiuo eſt cõſtituẽdus habitus ad aſſentiẽdũ primis ueritatibus. Deinde uniuerſi Theologi in angelis cõſtituũt habitus ſciẽtię naturaliter inditos; nec enim ſciẽtias paulatim acqrũt & per diſcurſum: ergo nihil abſurdi hẽt conſtituere in intellectu noſtro habitũ quendã naturaliter inſitum ad ſciendas primas ueritates. Vltimo, Deus uniuerſam naturã cõdidit cũ naturali diſpoſitiõe ad operandum: ergo nõ eſt ueriſimile, quod intellectũ nudũ omnino condiderit, ſed quod dederit illi iſtum habitũ naturalem, ut ſeminarium omniũ ſcientiarũ.

August. Epiphan. Hieron. Rom. 2.

Deciſio quæſtionis. Quid ſit habitus primorum principiorum. not. 1.

Pro explicatione exponendũ eſt prius qd ſit habitus primorũ principiorũ; ex eius nãq. definitione dubiũ propoſitũ patebit facile. Ad cuius rei expoſitionẽ aduertẽdũ eſt, quod ad oẽm habitũ intellectualẽ, qui uerus eſt, tria ſunt neceſſaria: recta collectio ſpecierũ, recta rerum apprehenſio, & rectum de reb. iudiciũ. Et quod hæc tria neceſſaria ſint, patet. Nã ad plenã rei cognitionẽ iſta tria requiruntur: ſed habitus intellectualis, qui uerus eſt, præſtat plenam rerũ cognitionẽ: ergo hæc tria neceſſaria ſunt. Scdo aduertendũ eſt, quod ad plenã rei cognitionem requiritur, tũ ſpecies, tum lumen: quod animaduertere eſt in potẽtia ſẽſitiua: nã ad uiſionẽ in primis reqritur ſpecies ab obiecto uſq; ad oculũ deriuata; deinde reqritur lumen, qđ illuſtret colores, & ipsã pupillam oculi. Tertio eſt aduertẽdũ, quod hoc lumẽ aliqñ eſt naturaliter inſitũ, iuxta illud; Signatũ eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine; al. quando uero rõne humana excogitatũ, ſicut mediũ demõſtrationis. qđ ſi ſapienter applicatur, rẽ optime manifeſtat; ſi uero nõ congrue applicat, rẽ obſcure declarat. Vltimo aduertendum eſt, quod ſicut habitus acquiſiti præſtant

Tria requiruntur ad habitum intellectualem. not. 2. not. 3. not. ult.

propriam complexionem. Secundum eſt, ratione utriuſq; modi poſſe aliqd dici natura le duobus modis. uno modo, quia totum eſt a natura; alio modo, quia ſecundum aliqd eſt a natura, & ſecundũ aliud ab exteriori agẽte, ut ſanitas acquiſita per artẽ medicinæ.

Prima concluſio.

His poſitis eſt prima concluſio. Habitus, ut eſt diſpoſitio ſubiecti in ordine ad formam, uel naturam, omnibus modis poſitis eſt naturalis: eſt n. aliqua naturalis diſpoſitio, quæ debetur ſoli ſpeciei; eſt alia, quæ debetur naturæ indiuidui, quæ ſane ambæ diſpoſitiones poſſunt eſſe oĩno a natura; poſſunt itidem eſſe partim a natura, partim ab arte.

Secunda conc.

Secunda concluſio. Habitus, quæ eſt diſpoſitio ad operationem, cuius ſubiectum eſt potentia animæ, põt eſſe naturalis, tam reſpectu ſpeciei, quam reſpectu indiuidui; ſed non eſt naturalis in hominibus ea rõne, ut totaliter, & oĩno proueniat a natura. Prior pars probatur: nã talis habitus ex ea parte qua ſe tenet ex parte aĩæ, eſt naturalis ſpeciei, quoniã anima eſt principium ſpecificum; quatenus uero tenet ſe ex parte corporis, quod eſt materiale principium, eſt naturalis indiuidui. Poſterior uero ita confirmatur: nam habitus operatiui in hominibus exiſtentes, partim ſunt a natura, partim uero ab exteriori principio: quod ſane manifeſte apparet in apprehenſiuis potentijs, & in appetitiuis; licet aliter & aliter hoc in eis inueniatur. In potentijs enim apprehẽſiuis ſunt habitus naturales ſecũdum inchoatiõẽ, tam ſecundum naturam ſpeciei, quam ſecundum naturã indiuidui: ex ipſa enim natura habet homo, ut poſtquam cognouit quid ſit totum, & quid pars, ſtatim cognoſcat omne totũ eſſe maius ſua parte; ſed quid ſit totũ, quid autem pars, non cognoſcit niſi ab exteriori principio, per ſpecies, ſcilicet, a phantaſmatib. acceptas. In potẽtijs ergo apprehenſiuis habitus non ſunt omnino a natura. Quod autẽ in potẽtijs appetitiuis ita ſe habeat, probat D. Thom. quoniã quãuis in eis ex parte animæ non ſit aliquis habitus naturalis ſecundũ inchoationem; quia inclinatio earũ in propria obiecta, nõ eſt inclinatio ab habitu, ſed ex ratione ipſarum potentiarum; tamen ex parte corporis ſecundum naturam indiuidui, ſunt aliqui habitus appetitiui ſecundum inchoationes naturales: ſunt enim quidam diſpoſiti ex propria complexione ad caſtitatem; alii ad manſuetudinem; alii uero ad aliquid ſimile.

Ad confir.

art.3. Ad confirmationem reſpondetur, ꝙ actiones immanentes nihil producunt extra potentiam operantem; bene autem poſſunt efficere aliquid quod in ipſa potentia ꝑmaneat. Secundo reſpondetur, hoc eſſe diſcrimen inter actiones immanentes, & tranſeuntes; ꝙ tranſeuntes ſemꝑ ponunt aliquid in extera materia; actiones uero immanentes, nõ ſemper producunt aliqd, ut uiſio nihil producit.

Ad ſecundũ.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, non ſatis conſiſtere ſimilitudinẽ de motu: nam motus comparatur ad terminum, ſicut imperfectũ ad ꝑfectũ, & ſicut via ad ſeipsũ in eſſe ꝑfectiori: motus namq; eſt actus entis in potẽtia, ſecundũ qd eſt in potentia. intelligere uero eſt actus perfecti, quatenus in perfectione exſiſtit, & non comparatur ad habitum, tamquam via ad terminum, ſed tãquam cauſſa ad effectum. Videte de hac ſolutione Ferrar. 1. cõtra gentes c.53.

Ariſto. 3. Phyſ. ca. 7.

Ferrar.

ART. TERTIVS.

Vtrum per unum actum poſſit generari habitus.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Habitus, qui conſtituuntur in potentijs appetitiuis, non generantur unico actu, ſed multis. Ad quod probandum adducit D. Th. in argumento, ſed cõtra, illud Ariſto. unã hirundo, ver nõ facit, neq; uero una dies. In corpore autem ita probat. Habitus (ut dictum eſt articulo præcedenti) generantur per actum quatenus potentia paſſiua mouetur ab aliquo principio actiuo; ut autem aliqua qualitas generetur in paſſiuo principio, oportet ut actiuum vincat paſſiuum: at principium actiuum, quod eſt rõ, non poteſt unico actu omnino vincere appetitiuam potẽtiam; quoniam talis potẽtia hẽt ſe diuerſimode ad multa & non põt effici unico actu, ut feratur in unum, & idem ꝑ modum naturę, ut ratio habitus poſtulat: nõ ergo tales habitus unico actu generantur.

Pri. conc.

Secunda concluſio. Intellectus noſter unico actu poteſt ſibi comparare habitum ſciẽtiæ, non tamen habitum opinionis. Probatur prima pars, quia poteſt eſſe aliquod actiuum, quod uno actu uincat potentiam ſui paſſiui; ut vna propoſitio per ſe nota, conuincit intellectum ad aſſentiendum concluſioni abſque formidine. Secunda pars probatur; quoniam id nõ habet propoſitio probabilis; quia una ratio probabilis non cõuincit potentiam intellectus.

Secunda.

Tertia Concluſ. Habitus, qui ſunt in potentijs ſenſitiuis apprehenſiuis, non generantur vnico actu; neceſſariũ eſt enim actus ſæpe iterari, vt aliquid firmiter memoriæ imprimetur: qua de cauſſa dixit Ariſto. meditationem confirmare memoriam.

Tertia.

Ariſt. lib. de memo. & reminiſc.

Quarta Concluſio. Habitus corporales poſſunt vnico actu cauſſari, ſi actiuum fuerit magnæ uirtutis; ſicut quãdoque medicina fortis inducit ſanitatem.

Quarta.

EXPLICATIO ART.

Articuli doctrina eſt Ariſto. in 2. Eth. c. 7.

DOctrina huius articuli optima eſt, quã accepit D. Tho. ſex Ariſt. & ratio qua ꝓbatur præcipua cõcluſio, eſt in primis elegãtiſſima. Nam unus actus uoluntatis nõ poteſt uincere difficultatem potẽtiæ, & appetitũ in ordinẽ redigere. vt, verbi grã, mulier põt turpitudinem operari, uel propter delectationem, uel ꝓpter lucrum, uel ex metu, uel ex regula; & põt accidere ꝙ una operatio vincat gulam, & quod non vincat lucrum, nec metum. Ex eodem principio demonſtrabimus in ſequentibus, omnes virtutes eſſe connexas. nam ut quis ſit temperatus, oportet temperate agere, quando oportet, & prout oportet in omni euentu; & vt uincat omnia vitia, quibus uirtus diſſipari poteſt; quod non poteſt facere, niſi habeat omnes uirtutes.

In generatione habitus. quidnã producant actus priores.

His poſitis, eſt dubium; quando requiruntur multi actus ad productionẽ habitus, an priores aliquid ꝓducãt in potentia; & ſi producũt, quid eſt illud quod producũt? De hoc inuenio tres modos dicendi Gab. in 3. di.23. q.1. dub.4. & Almayn. q.2. art.3. dicunt quod primus actus generat qualitatem minimæ intenſionis ad unum gradum: ſecundus uero generat intenſionem duorum graduum, & ſic deinceps, donec illa qualitas ſit intenſa, & ualde perfecta, ſed hæc intenſio per additionem graduum uix poteſt intelligi, ut infra declarabitur.

Primus modus dicendi. Gab. Almay.

Secundus modus dicendi eſt quorundam Thomiſtarũ, ꝙ actus præcedentes nihil in potentiã producunt, ſed ꝑparant, & eam diſponunt, ut ultimus actus, ratione præcedentium, generet habitum. Explicant iſtam ſententiã ex modo, quo guttæ paulatim cadentes cauant lapidẽ, quarum ultima, ratione præcedentiũ, cauat lapidẽ. Hic modus dicendi ambiguitatẽ habet: unã uix poteſt intelligi ꝙ actus præcedentes diſponant potentiam, & non faciant in ea maiorem inclinationẽ ad operãdũ, quod eſt habitum cauſſare. Deinde exẽplum de guttis aquæ nihil adiuuat illã ſnãm: nã guttæ præcedẽtes, diſpoſitionẽ aliquã ponunt in lapide, nempe mollitiẽ.

Secundus.

Tertius.

Tertius modus dicendi eſt, ꝙ primus actus producit habitum, ſecũdum ſubſtãtiam, qui tũc habet modũ diſpoſitionis; ſequentes uero actus augent, & ꝑficiunt habitũ præexſiſtentẽ; non ꝑ additionẽ, ſed per maiorẽ radicationem in ſubiecto. Hic modus dicendi mihi nõ placet. nã ex eo ſequitur, ꝙ per unum actũ uolũtatis generetur habitus in voluntate, ſicuti ꝑ vnum actum intellectus generatur habitus ſciẽtiæ in intellectu: qd aſſerere, aduerſatur D. Th. in articulo, & ueritati. Quod recte ſequatur, patet: nã ꝑ unum actũ intellectus, generatur habitus ſcientiæ imperfectus; ita, ſecundum iſtum modum dicendi, per unicum actum voluntatis, generatur habitus in uoluntate imperfectus. ergo nulla eſt differentia. Deinde ſequitur ex iſto modo dicendi, ꝙ quilibet actus uoluntatis, quantumcũque remiſſus, generet habitum in uoluntate; immo ſequitur, ꝙ quælibet ratio probabilis generet habitum opinionis in intellectu, quod aſſerere ab omni ueritate, & experientia alienum eſt. Sentio itaq; ſecundum modum dicendi ex neceſſitate amplectendum eſſe; potentia namq; tantummodo ex aſſuetudine operum, abſque aliqua qualitate ſuperaddita, diſponitur, ut producat habitum.

Propria ſententia.

ART. QVARTVS.

Vtrum aliqui habitus ſint hominibus infuſi a Deo.

SVMMA TEXTVS.

PRior Conclu. eſt. Habitus aliqui ſupernaturales infunduntur homini a Deo. Probatur: nã aliq habitus ſunt, quib. homo diſponitur ad finem excedentẽ

Prior cõ.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRo explicatione huius articuli ſciendum eſt ex Domino Caietan. quod habitus infuſi ſunt in duplici differentia, infuſi per ſe, & infuſi per accidens. Infuſi ꝑ ſe ſunt illi, qui viribus naturæ comparari nequeunt, quorum proinde acquiſitio eſt diuina, & ſupnaturalis infuſio, ut gratia, fides, &c. Infuſi ꝑ accidens

Caiet. Habitus infuſi per ſe & per accidens.

eiſdem illi ſunt, qui viribus naturæ comparari poſſunt, ſed ex munere Dei nobis conferuntur, ut ſcientia infuſa Salomoni, & Adamo. Secundo eſt aduertendum, ꝙ habitus infuſi per accidens, ſunt eiuſdem ſpeciei cū acquiſitis. Geometria enim infuſa eiuſdem ſpeciei eſt cum acquiſita, quemadmodū oculus reſtitutus cæco, eiuſdē ſpeciei eſt cum cæteris.

Dubium. An certa ſit ſecundum ſi d prima cō cluſio.

His explicatis, ꝙ faciliima ſunt, eſt dubiū graue; An certa ſit fidei definitio ꝙ iſti habitus infuſi ſupernaturales ſunt conſtituēdi? Scot. in 3. d. 23. quæſtione unica docet, ꝙ hæc ueritas eſt ſecundum fidem ac tenenda. Idem videtur habere Gab. in q. 2. cōcluſione 3. conſentit Almay. in ſuis moral. tract. 2 c. 3. & probant ex illo; Sine fide impoſſibile eſt placere Deo: quod etiam docet fides catholica. At pueri baptizati ante vſum rationis iuſtificantur; & placent Deo: ergo habent fidem non actualem, ſiquidem rationis compotes non ſunt: ergo habitualem. De uirtutibus Theologicis vniuerſis probant ex illo; Nunc autem manent tria hæc, fides, ſpes, caritas.

Scot.

Poſter. concl.

Almay.

Heb. 11.

1. Cor. 13

Prim. cōclu. Non conſtat certo ex ſcriptura eſſe habitus infuſos

Pro explicatione dico primum, nō certo conſtare ex diuinis litteris eſſe huiuſmodi habitus ſupernaturales: nam teſtimonia in confirmationem huius ſententiæ adducta, cōmode explicari ualent de actib. non de habitibus, ut illud D. Pauli; Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. cōmode explicatur de actu fidei. nā prius dixerat Apoſt. accedentem ad Deū oportet cred. &c. Itaq; ille loc. nō loqtur de paruulis, ſed de adultis. Similiter teſtimonia de virtutibus Theologicis cōmode explicari poſſūt de actib. fidei, ſpei & caritatis. Idem demonſtratur. Nam Inno. III. in c. maiores de Baptiſmo, iſtam quæſtionem relinquit, ut controuerſam inter Theologos, utrum in baptiſmate conferantur, uirtutes infuſæ; & in Clementina unica, de ſumma Trinitate, & fide catho. definitur, illam opinionem, quæ aſſerit in baptiſmate conf. eri uirtutes, eſſe probabiliorē, & dictis Sanctorum magis conſentaneam.

Innoc. III.

Clemen. vn. de ſum. Tri. & fi catho.

Secūd. cōcl.

Secundo dico, ueritas fidei catholicæ eſt, ꝙ abluto ſacro baptiſmo infunditur gratia, ad iſtū ſenſum, ꝙ efficiūtur Deo grati, & conſortes diuinæ naturæ, & de nouo renati in Chro. Patet ex illo. Niſi qs renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto: & ex illo. Per lauacrum regenerationis, & renouationis: & ex illo, Mundans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ. Tertio dico, ſecundū fidē catholicā aſſerendum eſt nobis diuinitus concedi Dei adiutorium, ut credamus, uelimus, diligamus quemadmodū ſenſu catholico confitendum eſt, p inſpirationē, & infuſionem Spiritus ſancti hæc omnia in nobis fieri. ſic definiunt Patres in Concilio Arauſ. c. 6. & probant ex illo. Quid habes quod non accepiſti. & Gratia Dei ſum id quod ſum. item ex illo, Nemo poteſt uenire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum. & Sine me nihil poteſtis facere. &, Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis.

Ioan. 3

Tit. 3

Tert. concl. Fides docet nobis dari adiutorium ad credendū ſperandum diligendū.

Cōcil. Arau.

1. Cor. 4. & 15.

Ioan. 6

Ioan. 15

2. Cor. 3

Quar. concl.

Cōci. Mile.

Conc. Arau.

Ioan. 15

Quarto dico, fides catholica docet, ꝙ hoc Dei adiutorium deſuper infuſum, eſt omnino neceſſarium, ut credamus, diligamus, &c. Itaque non eſt neceſſarium, ut facilius credamus, & diligamus, ſed omnino eſt neceſſarium. Sic definiunt Patres in Conc. Mileuit. c. 5. & Arauſ. c. 5. 6. 7. 8. & probant ex illa ſententia Domini: Sine me nihil poteſtis facere. non dicit Dominus, ſine me difficillime poteſtis, ſed ſine me nihil poteſtis facere.

Quint. cōcl.

Quinto dico exploratum eſſe inter omnes Theologos, Deum de potentia abſoluta poſſe mouere hominem ad actus ſupernaturales fidei, & caritatis, &c. ſine habitibus infuſis. Probatur, nam habitus concurrit ad actum in

facultatem humanæ naturæ, ſcilicet ad beatitudinem: ergo tales habitus uires naturales excedunt: ergo oportet eos infundi a Deo: nam habitus oportet eſſe proportionatos ei; ad quod homo diſponitur per ipſos.

Poſterior concluſio. Deus aliquando infundit hominibus habitus, qui per vires naturæ comparari poſſunt. Probatur nam Deus poteſt producere effectus cauſſarum ſecundarum, abſque ipſis cauſſis ſecundis: ſicut ergo quandoq; ad oſtenſionem ſuæ virtutis producit ſanitatem abſque naturali cauſſa, quæ tamen per naturā poſſet effici, & cauſſari; ita etiā aliquādo ad oſtendendam uirtutē ſuā infundit homini illos habitus qui naturali virtute poſſunt cauſſari; ut videre eſt in Apoſtolis; quibus dedit ſcientiā ſcripturarum, quam abſq; infuſione conſequi poterant.

genere cauſſæ efficientis, ut antea dictū eſt. ſed quidquid Deus poteſt facere cum cauſſa ſecunda efficienti; poteſt facere ſe ſolo, ut habet axioma Theologorum, ergo poteſt Deus hominem ſine iſtis habitibus mouere ad operādū. Deinde D. Th. & uniuerſi Theologi, quando conſtituunt iſtos habitus infuſos, dicunt prorſus ad ſuauē Dei diſpoſitionē illos cōſtituere. ergo non ſunt abſolute neceſſarij. Tertio, vniuerſi Theologi concedunt, Deum poſſe iuſtificare hominem per gratiam ſuā, ſiue gratia, quæ ſit qualitas ei inhærens.

Sexta cōcl. Sententia de habitibus infuſis, ſcripturæ conſona.

Sexto dico, iſta ueritas de habitibus infuſis valde cōſonat ſacræ ſcripturæ: qm plæraq; teſtimonia cōmode explicari nequeunt ſine habitib. infuſis: ad Tit. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis, quē effudit abunde in nos. & ad Roma. Diffuſa eſt caritas in cordib. noſtris: habet emphaſim illud uerbū, Effuſum. Præterea illud, Qui ex Deo eſt, non peccat, qm ſemē eius in eo manet: hoc ſemen Dei nihil aliud uī ſignificare, ꝗ gratiā Dei habitualē. Idem uī ſignificare Ioā. Si quis diligit me, diligetur a Patre meo, & ad eū ueniemus, & manſionē apud eū faciemus. & Petrus, Maxima, & pretioſa promiſſa nobis donauit, ut p hæc efficiamur diuinæ naturæ conſortes & Paul. Quicunque in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtū induiſtis. &, Deus ſignauit, & dedit pignus Spiritus in cordib. noſtris. Verbū, Dedit, & uerbum, Signauit, ſignificant aliquid eſſe infuſum in cordib. noſtris. Præterea illud, Deus qui dixit de tenebris lucē ſplendeſcere, ipſe illuxit cordib. noſtris in facie Chriſti Ieſu. & Petrus, Habetis firmiorē propheticū ſermonē, cui benefacitis attendentes, quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco. Certe hæc teſtimonia commode explicari nequeunt, niſi de lumine, cordibus noſtris accenſo. Propter hæc teſtimonia Vniuerſi Theologi uno cōſenſu aſſerunt, uirtutes Theologicas eſſe deſuper infuſas, & inſpiratas a Deo.

Tit. 3

Rom. 5

1. Ioan. 3

Ioan. 14

2. Pet. 1

Gal. 3

2. Cor. 1

2. Cor. 4

Vltimo dico, noſtra tempeſtate non ſolum eſt temerarium & periculoſum, ſed fere hæreticum, habitus infuſos negare. Quod ſit temerarium, patet: Nam Concilium Viennenſe (ut uidere eſt in Clementina unica, de ſumma Tri.) aſſerit, illā opinionē, quæ docet in baptiſmo cōferri virtutes infuſas, eſſe longe probabiliorē, & dictis Sanctorū magis cōſentaneā: ergo temeritas eſt, eā opinionē deſerere, & alterā amplecti. Secundo uniuerſi Theologi uno cōſenſu affirmant dari habitus infuſos: ergo temeritas eſt contrariū tueri. Vltimo ſacræ ſcripturæ ſuperius adductæ nequeūt cōmode explicari, niſi de habitib. infuſis. Quod uero hoc tēpore ſit fere hæreticum, probatur. Nam in Cōci. Triden. Seſſ. 6. c. 7. definitur hominem non iuſtificari p iuſtitiam Chriſti, qua Chriſtus iuſtus eſt, ſed p iuſtitiam animæ inhærentem, a Chriſto deriuatam. & paulo poſt definit homines iuſtificari per caritatē diffuſam in cordib. eorum qui iuſtificantur, & illis inhærentē. & can. 11. ſic definit ſanctum Concilium; Si quis dixerit hominē iuſtificari, uel ſola imputatione iuſtitiæ Chriſti, uel ſola remiſſione peccatorū, excluſa gratia, & caritate diffuſa in cordibus noſtris, & illis inhærenti; uel gratiam qua iuſtificamur, eſſe ſolum Dei fauore, anathema ſit. Ex his definitionibus ſacri Concilij aperte colligitur, ꝙ caritas ſit aliquid inhærens, & creatum in animis eorum qui iuſtificātur, ſed non eſt actus, vt patet in paruulis iuſtificatis. ergo habitus. Videte de hoc ſapientiſſimum Soto lib. 2. de natura & gratia c. 17. & 18. ubi dicit, Sanctum Concilium abſtinuiſſe conſulto a nomine habitus. nam non voluit ueritatem de habitibus infuſis definire.

Vltim. cōcl. Hæreticū fere eſt habitus infuſos negare

Concilium Vien.

Cōci. Tri.

Soto.

Dubi-

Vtrũ neceſſarium ſit cõſtituere uirtutes morales infuſas.

Dubitatur conſequenter; Vtrum neceſſarium ſit cõſtituere uirtutes morales infuſas, ut temperantiã, iuſtitiã, &c. Scot. in 3. d. 36. q. vnica, ſub lite relinquit hanc quæſtionẽ. Durand. in 3. d. 33 q. 6. aperte negat iſtas uirtutes infuſas. D. Th. hic, & infra q. 63. art. 3. conſtanter affirmat, cuius ſniam nemo ſine temeritate negare poteſt. Nam Sap. dicit ſobrietatem, & iuſtitiam docet, prudentiam, & uirtutẽ, i. fortitudinem: in quib. uerbis manifeſte ſignificatur, quatuor uirtutes morales præcipuas nobis ex Dei munere cõferri, & inſpirari. Quod ſi Theologo uideatur nõ eſſe ualidum hoc argũ; Deus docet hanc uirtutem: ergo infundit eã diuinitus; ſciat eſſe optimum argũ, & eo vſos Patres Concilij Mileuit. c. 4. nam ex illo Pſ. Qui docet hominem ſcientiã: & ex illo, Beatus quẽ tu erudieris Dñe. colligunt Patres, ſc. etiam ex Dei munere nobis infundi. Idẽ probatur ex illo Iacob. Qui indiget ſapientia, poſtulet a Deo, in fide nihil hæſitans. Ecce ſapientia, q̃ nõ eſt uirtus Theologica, ex Dei munere inſpiratur. Hoc idẽ patet ex illo. Alij datur ſermo ſapiẽtiæ, alij dat̃ ſermo ſciẽtiæ &c. quę oĩa operatur unus & idem ſpiritus, diuidens ſingulis prout vult. Eadem ueritas demonſtratur ex D. Aug. explicante illa uerba; Feci iudicium & iuſtitiam; Noie, inquit, iuſtitiæ, non ipſa uirtus, ſed opus eius ſignificatum eſt: nã iuſtitiam quis infundit, niſi qui iuſtificat impiũ? Vltimo idem demonſtratur Clementina unica de ſumma Trinitate, ex Concil. Viennẽſ. ubi dr̃; quod opinio, quæ aſſerit iſtas uirtutes infuſas, probabilior eſt, & Patribus magis conſentanea. Quod ſi dicat Theologus ibi fieri ſermonẽ de uirtutibus Theologicis, uehementer errat: nam ibidẽ dicit ſacrum Concilium, ꝙ de iſtis uirtutibus infuſis eſt magna contentio inter Theologos: ſed de uirtutib. Theologicis eſt magna conſenſio inter Theologos: ergo Concilium agit de uirtutibus moralibus infuſis. Hæc ueritas maioribus argumentis confirmari poterat: ſed quoniam D. Th. ex propoſito de hac re diſſerit infra q. 63. eius amplior tractatus in illum locum referatur.

Durand. D. Th. Sap. 8. Cõci. Mile. Pſal. 93. Iac. 1. 1. Cor. 12. Auguſt. ſup. Pſal. 118. ſerm. 26. Conc. Vie. D. Th.

Vtrum per actus uirtutum infuſarũ, generetur habitus. D. Th.

Eſt aliud dubium; Vtrum per actus uirtutum infuſarũ generetur aliquis habitus ſimilis infuſo? Vtrum p̃ actus credendi generetur in nobis habitus fidei ſimilis infuſo? In huius rei explicatione D. Th. uarius uidetur: hic ſolutione ad tertium aperte dicit, quod actus uirtutũ infuſarum non generant alium habitum, ſed intendunt, & perficiunt priorem infuſum: ſed in q. 17. de ueritate, art. 1. ad quartum ſecundi ordinis ſcribit, quod ex actibus caritatis infuſę, generatur in nobis aliquis habitus dilectionis acquiſitus. Idem docet Almayn. in 3. ſent. d. 23. q. 3. Conſentiunt Scot. & Gab. in eadem diſt. & Marſil. in 3. parte. q. 14. Et probatur ita eſſe optimis argumentis. In primis, ſi Deus non infunderet habitũ, & hõ mu toties crederet ueritatibus fidei, certe per actus illos compararet ſibi habitum, per quem poſtea promte, & facile crederet: ergo idem erit modo, quando habitum fidei habet infuſum.

Almay. Sco. Gab. Marſi. Prim. argu.

Secundum.

Secũdo, fides infuſa, & acquiſita bene ſe pñt cõpati in eodem hoĩe: nam fidelis credit, quia Deus reuelauit, & quia Eccleſia proponit. Rurſus, credit ꝑ humana motiua, quia ſui parentes ita docuere, & ſapientes ita prædicãt: ergo in homine fideli p̃ actus credendi acquiritur fides acquiſita.

Tertium.

Tertio, hæreticus qui diſcredit uni articulo, credit aliis promte, & facile, ut experientia docet: & non per fidẽ infuſam, quam iã perdidit: ergo per fidem acquiſitam, quã per actus præcedentes ſibi compauerat. Idem argumentum poteſt fieri de homine, qui per unum peccatum mortale perdidit caritatem, qui inuenit ſe promtum, & facilem ad amandum Deum; & proximum.

Quartum.

Quarto, conſtituamus hominem fidelem exiſtentẽ in peccato mortali, qui ſe exercet in firmiſſimis fidei aſſenſibus, talis inuenit in ſe maiorem promtitudinem; & facilitatem in credendo, quã in principio: ſed hæc maior promtitudo nõ prouenit ex eo, quod habitus infuſus ſit magis confirmatus, & auctus quod ſic oſtendo. Nam habitus infuſi tantum augentur meritorie, ut habent uniuerſi Theologi; ſed iſte nihil meretur, ſiquidem eſt in peccato mortali: ergo hæc maior promtitudo prouenit ex habitu acquiſito, quem per præcedentes actus comparauerat.

Vltim.

Vltimo, certum eſt; & nulla ratione negari poteſt, quod per actus præcedentes uirtutũ infuſarum manent paſſiones moderatæ, & in ordinem reductæ, etiam deperditis uirtutibus infuſis, ut experientia docet: ergo manet habitus aliquis, qui iſtas paſſiones moderetur.

Sententia D. Th. uera probatur.

Pro explicatione huius difficultatis ſciendũ eſt, quod ſententia, quam hẽt D. Th. hic, eſt ueriſſima; quam ſic demonſtro. Nam in omnibus materijs, & negotijs, actus, q̃ producitur ab aliquo habitu, numquam producit alium habitum, ſed intendit, & perficit priorem iam exiſtentẽ: ergo idem dicendum eſt in habitibus infuſis. Antecedens patet inductiue in omnibus ſcientiis, artibus, & diſciplinis. Secundo, poſtquam Deus infudit Adã uniuerſas ſciẽtias rerum naturalium, poſtea per exercitium ſcientiarũ non acquirebat alium habitum, ſed priorem intendebat, & confirmabat: ergo idem erit omnino de habitibus infuſis. Tertio, ſi iſti actus uirtutum infuſarum generant denuo aliquem habitum, uel eſt eiuſdem ſpeciei, uel diuerſæ: non primum; tũ, qm̃ duæ qualitates eiuſdem ſpeciei eſſe non pñt; tum uero, quoniam uirtus infuſa iam eſſet omnino otioſa, & ſuperuacanea; tum ultimo, quoniam ſi hæc uirtus acquiſita eſſet eiuſdem ſpeciei cum infuſa, cõſequens eſſet, ꝙ uirtus acquiſita per uires naturæ, poſſet conſequi finẽ ſupernaturalẽ: quod aſſerere Pelagianũ eſt.

Ariſt. 2. ethi. cap. 1.

Sed ſi dicat Theologus, ꝙ eſt alterius ſpeciei: contra. Nam actus ſimiles producunt habitum eiuſdem ſpeciei, ut aſſerit Ariſt. actus enim temperantiæ, non producunt habitum iuſtitiæ; ergo actus uirtutum infuſarum, nõ producũt habitum acquiſitum alterius ſpeciei. Item interrogo; Vtrum iſte habitus acquiſitus inclinet ad actus ſimiles, aut diſſimiles? Ad diſſimiles inclinare non poteſt: ergo ad ſimiles: ergo eſt eiuſdem ſpeciei. Itẽ, caritas infuſa amittitur per peccatum unum mortale, ut plane conſtat: ergo ſi iſte qui ſic peccauit, habet caritatem acquiſitam, habebit etiam gratiam; gratia enim a caritate numquam ſeparatur: ergo erit amicus, & inimicus Dei ſimul.

Solut. argũ. Ad prim.

Ad argumenta, & ad primum, in primis negatur antecedens: nã ſi Deus non infundit habitus, nõ poſſumus habere iſtos actus, qm̃ oẽm naturã excedunt. Secundo negatur conſequentia; qm̃ poſtquam habet quis habitũ infuſũ, actus ſubſequentes inueniũt iã habitum productũ, & ſic non producunt de nouo, ſed perficiunt priorẽ: quẽadmodum ignis, qui inuenit calorem iam productũ, non producit de nouo calorem, ſed auget præexiſtentem.

Ad ſecundũ & tertium.

Ad ſecundum, & tertium argũ multi exiſtimant, ꝙ ſecũdũ D. Th. habitus infuſi, & acquiſiti, nõ pñt eſſe ſimul circa eandem materiã, ſed non eſt uerum: nam D. Thã negat, ꝙ actus uirtutum infuſarum generent alium habitum: bene tñ poteſt generari per actus fidei humanę, & certe moraliter fieri non poteſt, ꝙ aliquis diu, & multo tpe, ſe exerceat in aliqua ueritate infuſa, quin habeat multas operationes naturaliter bonas, quibus comparat habitum acquiſitum, qui manet amiſſo infuſo; ſicut patet in eo, qui credit propter motiua diuina, & humana.

Obiectio.

Sed ſi inſtet Theologus, Cõſtituamus, inquiens, quod iſte Chriſtianus numquã credit, niſi ex fide ſupernaturali, neque amauit, niſi ex caritate ſupernaturali; tunc quid dicendum eſt ad propoſita argumenta? Reſpondetur, ꝙ moraliter caſus eſt impoſſibilis. ſed ſi ita ſe res habeat, dicendum eſt, quod iſte inuenit ſe promtum, & facilem ad credendum, & amandum, non quia habet habitum acquiſitum, ſed quia habuit uirtutem infuſam præcedentem, ex cuius exercitatione præcedenti manent paſſiones moderatæ, & difficultates ſuperatæ: ut cum infideles cõuertũtur ad fidẽ noſtrã, qui promte obſeruabit ieiunia propter ſuum idolum, inuenit ſe promtum ad ieiunandum, non quia ſtatim acquiſiuit habitum temperantiæ, ſed quia habuit habitum præcedentem, qui paſſiones aliquo modo moderatas reliquit. Item; ſicuti qui amiſit ſcientiam per delirium, in ipſa amentia conſtitutus inuenit ſe promtũ, & facilem ad ratiocinandum, & argumentandum, non quod habeat habitum ſcientiæ, ſed quia habuit.

Solutio.

Ad quartũ.

Ad quartum argumentum, de augmento habituum, ſuo loco dicemus, hoc eſt, in quæſtione ſequenti.

Ad ultim.

Ad ultimum argumentum negatur conſequentia: iam enim eſt oſtenſum inter confutandum ſecundum, & tertium argumentum, quo modo maneant paſſiones moderatæ ſine habitu nunc permanente.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICULI.

De augmentatione habituum diſputatur a Theologis in 1.d.17.& in primis ſtatuunt pro certo, & euidenti, habitus augeri: quod patet ex illo. Adauge nobis fidem. & ex illo D. Pau. caritas ueſtra magis ac magis abundet. & ex D.Aug. caritas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici. Sed explicare, quo augeatur, difficillimũ eſt: de quo diſputat D. Th.2.2.q.24.ar.5. De hac re inuenio tres opiniones. Prima opinio dicit, q augmẽtũ fit p aduẽtum nouæ qualitatis, corrupta priori minus intẽſa. Hanc opinionẽ refert Sco. in 1. d. 17.q.5 & & eã tenet Dur. in q. 5. & 7. ſed iã hæc opinio ab ſchola exploſa ẽ, & confutatur euidentiſſimis argumẽtis. Nam qualitas nõ corrũpitur, niſi a ſuo contrario: ergo ignis, q intẽdit calorem, nõ corrũpit calorẽ minus intẽſũ: iſti.n. calores nõ cõtrariãtur inter ſe ſe. Itẽ ſequitur ex hac opinione, ſi uera eſt, q perfectiſſimus actus caritatis, q auget caritatẽ, deſtruit caritatẽ præexiſtẽtẽ: qđ eſt alienum a ſnia D.Paul. dicẽtis; Caritas nũquã excidit. Idẽ argũm põt fieri de fide infuſa. ſ. q actus fidei perfectus, q adauget fidẽ, deſtruat fidẽ pcedẽtem, & aliam producat: quod docere, a uera Theologia alienũ eſt. Itẽ ſequitur, q dum aqua redit ad frigiditatem, & paulatim remittit calor, quod aqua deſtruit calorẽ intẽſũ, & producat calorẽ remiſſũ: qđ eſt falſũ. nã intelligi non poteſt, q aqua habeat uirtutem pductiuam caloris. Vltimo, rationes probabiles augent, & perficiunt habitum ſcientificum, ut experientia docet: ſed ratio probabilis nõ deſtruit ſcientiã præexiſtentẽ: ergo intenſio nõ fit p hoc q abijcitur prior forma: & alia pfectior inducitur. Alia argumenta ſolent fieri ad confutandã hanc opinionem, q̃ ex libris phyſicorũ notiſſima ſunt, & cuiq; obuia. Secũda opinio dicit, q intenſio fit p additionem formæ, ad formã præcedentem, & p additionẽ gradus, ad gradũ. Itaque ſi ſit aliqua forma accidẽtaria, ut calor in aqua, intenditur p hoc, q alia forma, uel ali⁹ calor inducitur, q facit unũ cum calore prius exiſtẽte in eadẽ parte ſubiecti; & remiſſio fit oppoſito modo. Hæc ſnia, ſi intime conſideretur, uera eſſe nõ põt. In primis eſt contra Ariſt. is.n. ſcribit, q ſpẽs conſiſtũt in indiuiſibili, & ſũt ſicuti numeri, & q facta quacumq; additione, uel ſubtractione, diſſoluit ſpẽs. ergo ſi naturæ, uel eſſentiæ qualitatis, addit noua qualitas, diſſoluit ſpẽs; & ſic qualitas intẽſa, & remiſſa, differũt ſpecie. Scdo, Ariſ. & antiqui philoſophi nõ ualẽt intelligere, quõ ex duabus qualitatibus diſtinctis fiat una qualitas: non.n. iſtæ duæ qualitates faciũt unũ, p modũ cõtinuationis, ut duæ partes quãtitatis; nec uero quia una qualitas eſt ueluti potẽtia, & altera ut act⁹, q utraq; qualitas eſt actus: nec ualet dicere q ſũt partes unius totius: nã hoc inquirimus, quõ ex duabus qualitatibus fiat una plus q̃ ex duabus animab⁹ fiat una. Tertio, iſti duo gradus caloris in aqua, ſolo numero differũt: ergo non põt ſuſcipi in eodem ſubiecto, ut ex utroque fiat calor itẽſior. Probatur cõſequentia: nã duæ qualita-

Lect. 17. — Auguſtin. tra. 5. in Ioan. — D. Thom. — Quomodo augeantur habit⁹. Prim. opin. Scot. Durã. — Aug. 6. de Trin. c.8. — Prima concl. — 1.Cor.13. — Secunda. — Secun. opi. — Tertia. — Quarta. — Ariſt. 8. met. tex. 10. — Prima concl. — Ariſt. 4. phyſic. text. 84.

QVAEST. LII.

De augmento habituum, in tres articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum habitus poſſint augeri.

SVMMA TEXTVS.

Vt reſpondeat D. Th. huic quæſtioni, ſupponit duo. Primũ eſt; i rebus ſpũalibus illud dici magnũ, quod ad debitam peruenit perfectionẽ; ſicuti in quantitatib. corporalibus aliquid magnũ dr̃, ſecundum q debitam hẽt quantitatem. Et ratio eſt: nam bonũ habet rõnem perfecti, quapropter in his, quæ mole magna nõ ſũt, idem eſt eſſe maius, quod melius, ut ait D.Aug. Secundum eſt; perfectionẽ formæ dupliciter poſſe conſiderari, & ſecũdũ ipſã formã, & ſecũdũ q ſubiectum participat formã.

His poſitis, eſt prima concluſio. Qualitates, & formæ accidẽtariæ, q̃ in ſe habẽt ſpeciem, & non deſumũt eam ex aliquo extrinſeco, nõ poſſunt in ſe augeri. Probatur: nam illud, ſecundum quod aliquid ſortitur ſpeciẽ, oportet eſſe fixum, & ſtans, & quaſi indiuiſibile: quæcumque enim ad illud attingunt, ſub ſpecie cõtinentur; quæcumq; uero recedunt ab illo, ſecundum magis & minus ad aliam ſpeciẽ pertinẽt: ergo ſi aliqua forma ſecũdum ſeipſam ſortitur rationem ſpeciei, ſecundum ſeipſam habet determinatã rationem, quæ augeri non poteſt.

Secunda concluſio. Qualitates, quæ ſumũt ſpeciem ex aliquo extrinſeco, in ſe augeri põt, immota unitate ſpecifica, quã hẽt ex vnitate eius ad quod ordinãtur. Motus.n. intenſior, & remiſſior eſt ſecũdum ſe, & tamen manet eadẽ ſpecies propter unitatem termini, a quo ſpecificatur.

Tertia concluſio. Si qualitates cõſiderantur in ordine ad ſubiectum, quædam earũ augentur, ſuſcipientes magis & minus; & quædam nõ. Subſtantia enim non ſuſcipit magis & minus, quia eſt ens per ſe: quantitas aũt propinqua eſt ſubſtantiæ, & quãtitatem ſequitur figura; iõ in figuris non eſt magis & minus. Aliæ vero qualitates magis a ſubſtãtia diſtãt, & coniunguntur actionibus, & paſſionibus: iõ magis & minus recipiunt.

Quarta concluſio. Habitus utroque modo augeri põt, & ſecundum ſe, & ſecũdum participationem ſubiecti; quod augeantur ſecundum ſe, patet: quoniam habitus ſunt formæ quæ ſumunt ſpeciem ab extrinſeco, ſ. ab obiecto; q augeantur ex parte ſubiecti, probatur: nam ſcientia, aut ſanitas magis participatur ab uno, quam ab alio, ſecundum diuerſam aptitudinem, quæ in eis reperitur.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum habitus augeantur per additionem.

SVMMA TEXTVS.

Prima concluſio. Si habitus cõſideretur in ordine ad ſubiectũ, quod afficit, non augetur per additionẽ, ſed per hoc quod ſubiectum magis participat formam, vel habitum. Probatur in argumento, ſed contra, auctore Ariſtot. dicente ex calido fieri magis calidũ, nullo producto in materia calido, quod non eſſet calidum, quando erat minus calidum. Ratio huius eſt: nã ſicut per agens, qđ eſt actu, fit aliquid actu calidũ, quaſi de nouo icipiẽs participare formã; ita per actionẽ intenſã ipſius agẽtis efficitur magis calidũ

qualitates, ſolum numero differẽtes, in eodẽ ſubiecto eſ ſe nõ pñt. Item ſequitur, ꝙ calidum ut duo, poſſit calefacere calidũ ut quattuor; quod eſt falſum; ut patet ex illo axiomate; A proportione minoris uirtutis nõ fit actio: ꝙ recte ſequatur, patet. Nam calidum ut quattuor, põt fieri magis calidum p additionẽ unius gradus caloris, ut hẽt hæc opinio: ſed calidũ ut vnũ, põt inducere unũ gradũ caloris: ergo põt calefacere calidum ut quattuor. Quod ſi dicat aduerſarius, ꝙ põt inducere unũ gradũ caloris, ſed non in tali ſubiecto, Contra Nã poſtquã põt inducere unũ gradũ caloris, & ſubiectum põt illum recipere explicandũ eſt quõ non poſſit recipere a tali agente; nos.n. clarã reddimus rõnem quare non poſſit, quia non poteſt perfectiorẽ calorem, nec ita perfectum producere: aduerſarius uero non põt hoc tradere: nam nos tñ petimus, ꝙ inducat unũ gradum caloris. Vltimo arguitur de remiſſione. Nam conſtituamus calidum ut quattuor, & applicetur ei frigefactiuum ut uiginti, certe aliquem gradum ex illis deſtruet: nam non eſt maior rõ de uno, q̃ de altero, ſiquidem oẽs ſunt æquales, & in eadem parte ſubiecti. Dicere uero, ꝙ Deus determinat agentem ad hunc gradum deſtruendũ potius, q̃ ad illud, ſtultius eſt, q̃ ut mereatur impugnationem. Sed omiſſis argumentis, quæ ex Metaphyſica adducuntur, duo argumenta ex diuina Theologia proferuntur, quorum primum eſt. Nam ſi quis aſſentiatur uni concluſioni per medium demonſtratiuum, & ſimul aſſentiatur per multas rõnes probabiles, certius & intẽſius aſſentitur concluſioni: ſed non poteſt intelligi, quõ ex gradu opinionis, & ex gradu ſciẽtiæ efficiatur una qualitas intenſa. Deinde: nã ſi quis aſſentiatur firmiter & intẽſe ut decem, huic propoſitioni, Deus eſt, per fidẽ infuſã; & adueniat demonſtratio euidẽs ut quattuor, certum eſt ꝙ aſſentitur certius, & intenſius, quã prius: aſſentitur.n. tum pp euidentiam, tũ propter ſanctam ſcripturam; ſed non poteſt intelligi quõ ex uno gradu ſcientiæ, & ex uno gradu fidei commiſceatur una qualitas intẽſior, & pfectior. ergo intenſio non fit per additionem gradus ad gradum.

Tertia opinio eſt D. Tho: ꝙ iſta intenſio fit per maiorẽ radicationem formæ in ſubiecto: uel per hoc, ꝙ a ſubiecto magis participatur: aut uero per hoc, quia dat perfectius eſſe ſubiecto: hæc.n. pro eodem accipi in propoſito debent. Quod hæc ſententia ſit uera, cõſtat a ſufficiẽti diuiſione: nã non fit intenſio per hoc ꝙ præcedens forma abiicitur, & noua producitur: neq; uero per additionẽ nouę formæ. ergo conſequens eſt, ꝙ fiat per hoc quod forma magis radicetur, & confirmetur in ſubiecto. Et profecto hæc explicatio de augmento qualitatum, eſt maxime accommodata ad explicandum augmentum habituum. Nam habitus ex eo augeſcunt in animis noſtris, quoniã ex frequentatione actuum, & ex aſſidua exercitatione magis radicantur, & ſtabiliuntur in animis noſtris.

Sed eſt ſciendum, ꝙ habitus ſcientiæ augeſcunt intenſiue, & extenſiue. Intenſiue, qñ magis perficiuntur, & confirmantur circa eandem concluſionem Extenſiue, qñ ad plures concluſiones ſe extendunt. & tũc dicit S. Doct. quod augeſcunt per additionem; nõ quod ſit additio formæ ad formam, aut luminis ad lumen, ſed quia fit additio obiecti ad obiectum, & concluſionis ad concluſionẽ.

Sed contra ſententiam D. Th. eſt unum argumentum ſatis importunum. Nam quando ignis intendit calorẽ; uel aliquid efficit, uel nihilum. Secundum dici non põt: nam incredibile eſt, ꝙ nihil efficiendo perficiat calorem; ſi uero aliquid efficit; ergo producit nouum calorem, & ſic fit additio graduum. Ad hoc argumentum multi dicunt, ꝙ in his qualitatibus inexſiſtentia diſtinguitur ab eſſentia, atq; inhærentia magis, ac magis perficitur, qualitate permanente inuariabili Alij uero dicunt quod iſta inhærentia corrumpitur, & alia de nouo producitur magis perfecta, qñ qualitas augetur. ſed hæc ſine ullo fundamento aſſerta ſunt. Vera ſolutio eſt quam habet D. Th. art. 2. ad 2. & 3. ꝙ ignis aliquid efficit cum intendit calorem, nõ quidem producit nouũ calorẽ, ſed facit, ꝙ calor magis ĩhæreat, & magis radicetur in ſubiecto, & hic eſt ſtatus, & finis cõtrouerſiæ: ſicut.n. eſſe album, nihil aliud eſt quã albedinem informare ſubiectum; ita eſſe magis albũ, nihil aliud eſt, q̃ albedinẽ magis informare ſubiectum. Hęc tñ dicta ſint de his metaphyſicis qui plura deſiderat, legat Caiet in his comen. Capreol. 1. d. 17. q. 2. & Soncin. 8. meta. q. 21. nos ad diuinã Theologiã reuertamur.

tamquam perfectius participans formam, nõ quia formæ aliquid addatur.

Secunda concluſio. Habitus aliqui ſecundũ ſe augentur per additionem: poteſt.n. quis plures concluſiones ſcire, quas antea non ſciebat.

Tertia concluſio. Habitus corporales non augentur per additionem; quia non dicitur animal ſanum, aut pulcrũ, niſi ſecundũ omnes ſuas partes ſit tale. Quod aũt perfectiorem cõmenſurationẽ partes habeant, prouenit ex trãſmutatione ſimpliciũ qualitatũ, quæ quidẽ non augentur, niſi ſecundũ intẽſionem ex parte ſubiucti participantis.

Eſt aliud dubiũ Theologicũ, Verum habitus infuſi augeantur per noſtra opera efficienter, an tantum meritorie? Videtur primum eſſe verum: nam homo conſtitutus in peccato mortali, ſi diu ſe exerceat in aſſenſibus fidei firmiſſimis, inueniet ſe promtum ad credendum: & hæc promtitudo non augetur meritorie: peccator.n. nihil meretur coram Deo niſi ſupplicium. ergo augetur efficienter Secundo, fides in homine peccatore, euidẽs eſt quod poteſt habere actus fidei perfectiſſimos: ſed dicere quod iſtis actibus non roboratur fides, abſurdum eſt ergo ſine merito augeſcit.

Tertio, ſacramentum corporale, ut baptiſmus, uirtute diuina auget uirtutes infuſas efficienter, ut plane conſtat ex diuina Theologia. ergo actus fidei auget habitum fidei efficienter. Probatur conſequentia: nam actus fidei etiam procedit ex uirtute diuina ſupernaturali.

Quarto, habitus fidei poteſt infundi ſine merito. ergo & augeri. conſequentia uidetur nota, & probatur antecedens. nam habitus fidei aliquando infunditur homini, qui in peccato mortali uult ſuſcipere baptiſmum.

Vltimo, hõ ſuis actib. põt cãre uirtutes infuſas, ut gratiã, & caritatẽ: ergo põt ſuis actibus eas augere. Probatur antecedens. nam quicumq; introducit ultimã diſpoſitionẽ ad aliquã formam, cãt, & introducit talem formã. ſed homo introducit ultimam diſpoſitionem ad gratiam, & caritatem, ſ. pænitentiam. ergo cauſſat iſtas uirtutes.

In contrarium pugnant maiora argumenta. In primis eſt ſententia cõis Theologorum, in 1. d. 17. quod habitus infuſi ſolũ augentur meritorie. ſic habet D. Th. q. 2. art. 3. illius d. Durand. q. 8. Secundo, habitus infuſus a ſolo Deo cauſſatur, ut habet ſana doctrina. ergo a ſolo Deo augetur. Conſequentia probatur: nam eiuſdem agentis eſt augere habitum, & illũ producere. Tertio, habitus infuſus, qualitas altior eſt, & ſublimior, q̃ ut per naturam haberi poſſit: ergo non poteſt augeri p noſtros actus; alioqui effectus exſuperaret uirtutẽ cauſſæ. Vltimo, oĩs efficacia actuum uirtutum infuſarum prouenit ab ipſis uirtutibus infuſis. ergo ſi actus iſti augẽt uirtutes infuſas, cõſequens eſt, ꝙ ipſæ uirtutes ſe augerent, quod vr̃ abſurdũ.

Pro explicatione dico primũ, caritas ſemper augetur meritorie. nam opera caritatis ſemper ſunt meritoria. Secundo dico, certum eſſe, quod habitus fidei, & ſpei augẽtur in homine peccatore. Hoc patet ex argumentis initio poſitis. ſed explicare quomodo iſti habitus augeãtur, difficillimũ eſt. Pro quo dico tertio, probabile mihi eſſe, ꝙ augentur per actus noſtros ſupernaturali auxilio productos, ſicut ceteræ uirtutes. Quarto dico, probabilius eſſe oppoſitum, & dicendum eſt, quod augentur meritorie, ſicut docent Theologi fere omnes; augentur, inquã meritorie, ad iſtum ſenſum, quod his, qui bene utuntur habitibus infuſis, Deus præſtat augmentum; nõ quod iſtud augmentum requirat meritum gratiæ, & caritatis.

Ex his patet ad argumenta in initio poſita, præterquã ad ultimũ, ad quod dicendum eſt, quod non quicumque

ponit

Margin notes: ...nda. — Th. ...entia. — Habitus ſci... intenſiue & extenſiue augentur. — Obiectio. — Solutio. — Vera ſolutio — Caiet. Cap. Soncinas. — Dubium. Verum habitus infuſi augeãtur a nobis effectiue — Prim. argu. — ſecundum — tertium — quartum — vltim. — D. Thom. Durand. — Explicatio. Caritas augetur meritorie. — Spes & fides augentur ſæpe in peccatore. — Ad argum.

ponit ultimam diſpoſitionem, producit formã: nã homo introducit ultimam diſpoſitionem ad rationalem aĩam & non producit eam. Secundo reſpondetur, quod ultima diſpoſitio ad gratiam, eſt opus gratiæ operantis & non cooperantis. & ideo potius eſt tribuenda Deo conuertenti nos a peccato ad iuſtitiam, q̃ noſtro libero arbitrio. Alijs ſolutionibus ſolet confutari hoc argumentũ in materia de gratia.

ART. TERTIVS.

Vtrum quilibet actus augeat habitum.

SVMMA TEXTVS.

Prior concluſio. Actus intenſiores, & perfectiores habitu, augẽt ipſum habitum: actus uero æque intenſi, ac perfecti, diſponunt ad augmentum habitus. Probatur: nam de augmento habituum loquendũ eſt ad ſimilitudinẽ augmenti animalis: non autem quodlibet alimẽtum aſſumtum actu auget animal, ſicut nec quælibet gutta cauat lapidem, ſed multiplicato alimento tandem fit augmentum.

Poſterior concluſio. Actus imperfectiores, & minus intẽſi non augent habitum, quin potius diſponunt ad eius diminutionem. Probatur auctoritate Ariſt. dicentis, aliquos actus ab habitu procedentes minuere ipſum habitum; utpote cum negligenter fiunt.

Prior cõc. EXPLICATIO ARTIC.

De quæſtione huius articuli ſunt tres opiniones. Prima dicit, quod actus remiſſus, & minus intenſus non auget habitum: hæc eſt D. Th. in articulo, & i alijs locis multis ſuę doctrinæ. *D. Thom.* Secunda opinio dicit, ꝙ quilibet actus auget habitum, hæc eſt opinio Scot. in 1. diſt. 17. quæſt. 4. Gabriel q. 4. Durand. in 1. d. 17. quæſt. 8. tenet opinionem mediam, quod in habitibus infuſis, actus qui debet augere habitum, debet eſſe perfectior, & intenſior ipſo habitu; quod tamen non requiritur in habitibus acquiſitis. *Scot. Gab. Durand.* Probat ſic: nam ille ſolus eſt dignus accipiẽdis, qui bene utitur acceptis: ergo non eſt dignus recipiẽdis, qui remiſſe utitur acceptis. Quod non ſit eadem ratio de habitibus acquiſitis, ſic oſtendit. Nam actus noſtri multiplicati, quantumcumq; remiſſi ſint, cauſſant habitũ, ut experientia docet: ergo quilibet actus auget habitũ: nam habitus eiſdem cauſſis augetur, quibus generatur. Sed ſnĩa D. Th. eſt & Ariſt. dicit. n. ꝙ aliqui actus procedentes ab habitu, corrumpunt habitum, qñ negligenter fiũt: *Ariſt. 2. eth. c. 2. & 3.* quod euidẽter experientia cõprobatur. Nam artifices, qñ diligẽter ſe exercent in operibus artis, fiunt meliores; qñ uero negligenter, & ignauiter, deteriores. Similiter eñ amicitia ſtrenue exercetur, creſcit; qñ negligenter, diſſipatur. *Ariſt. 2. eth. c. 1. & 2.* Secundo, actus ſimiles producunt habitus ſimiles, auctore Ariſt. ergo actus remiſſus non cauſſat habitũ intenſum. Tertio, omne agens intendit aſſimilare ſibi paſſum: ergo actus remiſſus nõ poteſt cãre habitum, niſi ad ſuam ſimilitudinem. Quarto, oẽ agens in principio diſſimile eſt, in fine uero ſimile, ut habet Ariſt. *Ariſto. 1. de ani. & multis alijs in locis* Sed ſm̃ oppoſitam opinionem hoc uerum non eſt, ſed contrarium. Itẽ, calidum ut quattuor, non poteſt agere in calidum ut quinque, ut cõſtat ex phyſica, & ex illo axiomate: A ꝓportione minoris inæqualitatis nõ fit actio: ergo actus, ut quattuor, non põt augere habitũ ut quinque: uel demonſtretur, unde hoc nouum priuilegiũ in habitibus, & actibus.

Corol. pri. Ex his probationibus, quæ uerisſimę ſunt, ſequitur ſtatim, ꝙ actus remiſſus, licet continuetur per multum temporis ſpatium, non auget habitum. quod patet in primis exemplo rerum naturalium. Nã calor ut quattuor, licet continue applicetur, numquã aget in calidũ ut quinque. Idem patet euidenti rõne: nam actus remiſſus in principio, non auget habitum, ſed per continuationem nõ acquirit nouam uirtutem: ergo cõtinuatus non auget habitum. *ſecundum* Sequitur ſecundo, quod actus remiſſus, licet ſæpenumero multiplicetur, non auget habitũ. hoc patet ex iiſdẽ argumentis. *tertium* Tertio ſequitur, quod æquales actus diſponunt maxime ad augmentum habitus: nam exercent habitũ, & conſeruant, & tuentur illum. *quartum* Sequitur ẽt, ꝙ actus perfectiores, & intenſiores augent habitum, non ſm̃ totã ſuam latitudinẽ, ſed ſecundum exceſſum ad habitũ: nam calefactiuũ ut octo, ſuperueniens calido ut quattuor, nõ auget niſi ut quattuor: ergo habens caritatẽ ut quattuor ſi operatur ut octo, nõ augeſcit caritas eius niſi in quattuor.

Obiectio prima Sed contra ſnĩam D. Th. ſunt aliqua argumenta. In primis, actus remiſſi nullã hẽnt contrarietatẽ cũ habitu a quo procedunt: ergo non corrũpunt illũ: oĩs nãq; corruptio fit per contrarietatẽ. Rñdetur, ꝙ actus remiſſi per ſe, non corrumpunt habitum, ut argm̃ efficaciter probat; ſed per accidens, qñ cum homo negligenter, & tepide operatur, inſurgunt paſſiones, & contraria, q̃ diſſipant illũ habitũ, ideoque qui uult ſuas uirtutes habere ſecuras, oportet, ut diligẽter operetur. *ſolutio* *Secũda cõ.* Secũdo arguitur: experiẽtia docet, ꝙ duę aut tres lucernæ ſuperuenientes uni lucidiſſimæ & intenſiſſimę cãdelæ, augent eius lumen: ergo experientia docet, ꝙ agens remiſſũ, agat in magis intenſũ: & ſic ruit fundamẽtum doctrinæ D. Th. Idem ꝓbatur de ignibus, quoniã duo aut tres minores augent calorem magis, q̃ unus maior ignis. *Poſterior* *Ariſt. 2. eth c. 2.* In confutatione huius argumẽti eſt magna diſſẽſio inter Theologos, ut uidere eſt in Relectione de augmento caritatis doctiſſimi Victorię. *Solutio* Ego uero dico, ꝙ oẽs illæ lucernæ illuminãt tanquam unum agens, multo perfectius, q̃ unaquæq; lucerna; & iõ non eſt mirum, ꝙ producant intenſius lumen. *Victoria* Ex quo ſequitur, ꝙ in caſu connumerato, ſemper agens eſt maioris uirtutis, quam paſſum. Sequitur ſecundo, ꝙ in caſu poſito ſemper uerificatur illud; A proportione minoris inæqualitatis non fit actio.

Quod ſi dicat Theologus: ergo ſimiliter multi actus remiſſi coadunati augebunt habitũ intẽſum; Negatur cõſequentia: nã actus diuerſi non ſe hẽnt ſicut unũ agens, ſed ſeorſum quilibet ponitur. Doctiſſimus Victoria dicebat paradoxum, ꝙ mille lucernæ non producebãt intenſius lumẽ quã una; ſed extendebant lumen per maius ſpatiũ. ceterũ hoc de paradoxo alio in loco diſſerendum eſt. *Victoria*

ultim. Vltimo arguitur. Nã quolibet actu caritatis, creſcit caritas. ergo falsũ dicit D. Th. ꝓbatur antecedens. nã quolibet actu caritatis meritorio fit hõ gratior Deo, & acceptior, & debetur ei maior gloria. ergo creſcit caritas. Probatur cõſequẽtia. nã gloria corrñdet caritati, & gr̃a & caritas ſẽper ſunt æquales. *Confir.* Et confirmatur. nã qui multiplicat ſæpe actus caritatis remiſſos, melior eſt, & magis amicus Dei, q̃ antea. ergo creſcit caritas, & amicitia. Propter hoc argm̃ quidã Theologi dicunt, ꝙ homo non meretur uitã æternã per quẽlibet actũ caritatis, ſed ſolum per illum, qui eſt intenſior, & perfectior ipſo habitu. *Quorũdam ſententia.* Sed hæc ſnĩa falſa eſt, & quantũ ego exiſtimo, contra fidẽ. Alij uero aſſerũt, ꝙ homo per quẽlibet actum caritatis meretur uitã æternã; ſed gratia non creſcit, niſi per actum qui ſit perfectior, atq; intenſior. *Aliorum ſẽtentia.* Sed hæc ſnĩa falſa eſt. n. in quolibet actu caritatis homo fit gratior, & acceptior Deo. ergo creſcit gratia: gratia. n. nihil aliud eſt, q̃ acceptatio ad amicitiam, & ad gloriam. Deinde, quolibet actu caritatis homo fit dignior corã Deo. ergo creſcit gratia: gratia. n. nihil aliud eſt, quã dignitas ad uitam æternam. Alij uero dicunt, ꝙ quolibet actus caritatis auget caritatem. *Aliorum ſẽtentia.* nam caritas augetur meritorie, ut ſupra dictum eſt. ſed quolibet actu caritatis augetur meritum. ergo & caritas. Neq; eſt idem de habitibus acquiſitis, qui augentur effectiue, non meritorie. In iſtam ſnĩam, poſt longam diſputationem, uĩ deſcendere doctiſſimus Victoria in Relectione de augmento caritatis. Vera ſolutio huius argumẽti, quæ in hoc tpe in ſcholis circumfertur, hæc eſt. *Vera ſolutio.* In primis dicendum eſt, ꝙ gratia, & caritas, re ipſa diſtinguuntur. nã caritas eſt habitus operatiuus, qua nos diligimus Deum, gratia uero eſt qualitas, qua Deo grati ſumus. Scđo dicendũ eſt, nõ eſſe neceſſe, ꝙ in uia, gratia, & caritas ſint æquales. nã in Chriſto Dño gratia fuit infinita in genere gratiæ, ſecũdum Theologorum doctrinam; caritas uero finita fuit.

Tertio

Tertio dicēdum eſt, quod quolibet actu caritatis creſcit gratia: hoc probant efficaciter argumenta ſuperius adducta. Quarto dicēdum eſt, quod non quilibet actus caritatis auget caritatem: nam caritas eſt habitus operatiuus, ſicut habitus iuſtitiæ, & creſcit per noſtros actus: ergo nō creſcit, niſi per actum inteſiorē & perfectiorem. Vltimo dicēdum eſt, ꝙ ſicut gratia in genere gratiæ creſcit ꝑ quolibet actū caritatis, ita caritas creſcit in genere amicitiæ; non tñ in genere qualitatis. Sed de hoc latius 2.2. quæſtione 24. art. 6.

Prim. concl.

QVAESTIO LIII.

De corruptione, & diminutione habituum, in tres articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS

Vtrum habitus corrumpi poſſit.

SVMMA TEXTVS.

Prima cōcluſio. Illi habitus, quorū ſubiectū eſt corruptibile, & quorū cauſſa habet contrarium, poſſunt corrumpi per ſe, & per accidens. Duobus enim modis dicitur aliqua forma corrumpi; per ſe, & per accidens. Tunc per ſe corrumpitur, quando corrumpitur a cōtrario; per accidens autem, quādo corrūpitur ad corruptionē ſubiecti. Habitus ergo qui ſunt in corruptibili ſubiecto, & quorum cauſſa habet cōtrarium, poterunt corrūpi ad corruptionē ſubiecti, & a cōtrario; & cōſequēter per ſe, & per accidēs.

Secūda cōcluſio. Habitus, qui ſunt in ſubiecto incorruptibili, nō poſſunt corrūpi ꝑ accidēs: cū.n. nō poſsit corrūpi ſubiectū, nō poterūt corrūpi ad corruptionem ſubiecti.

Tertia Concluſio. Aliqui habitus, qui non poſſunt corrumpi per accidēs, ratione ſubiecti primarij, poſsūt corrūpi per accidēs, ratione ſubiecti in quo ſecūdario reſidēt. Probatur; nā habitus ſcientię eſt in ītellectu, tāquā in ſubiecto primario; in viribus autē ſenſitiuis tamquā in ſecūdario. q ſane habitus nō poteſt corrūpi ad corruptionē ſubiecti primarij, qd eſt incorruptibile; corrūpitur tñ ad corruptionē ſubiecti ſcdarii.

Quarta concluſio. Habitus, qui habent cōtrariū, vel ex parte ſua, vel ex parte ſuæ cauſſę, poſſunt per ſe corrūpi; qui vero non habent, nō poſſunt per ſe corrūpi: vnde ſpecies intelligibiles, & habitus naturales, vt ſynderesis, & intellectus primorū principiorū per ſe corrūpi nō poſſunt: quia neque ī ſe, neque in ſua cauſſa habent cōtrariū: habitus autem ſciētiæ, opinionis, & artis, per ſe corrumpi poſſunt, qm̄ habēt tale cōtrariū.

Quinta concluſio. Habitus qui ſunt in volūtate, & in appetitu ſenſitiuo, per ſe corrumpi valent: nam tales habitus efficiuntur, & generantur ex hoc ꝙ ratio nata eſt appetitiuam partē mouere, vnde per iudiciū rōnis in cōtrariū mouētis, aut ex ignorātia, aut ex electione, corrūpi pñt.

EXPLIC. ART.

In hoc articulo ſunt dubia quędā valde obſcura: tum de habitibus qui corrumpunt; tum de his q ſempiterni ſunt. Primum dubium; an habitus ꝑ ſe corrumpantur ex actibus cōtrarijs; an potius ex habitib⁹ cōtrarijs. v.g. hēt quis habitū intēperātię, & incipit operari tēperate; Vtrum iſti actus deſtruāt habitum oppoſitū; vel potius generent habitū qui deſtruat alterū habitum? Gab in 3 di. 23. q. 1. dubio ſexto, tenet hoc ſecūdū, & probat. Nā actus nō cōtrariat habitui; poteſt .n. eſſe ſimul cū habitu, quod manifeſte oſtendit. Nā actus virtutis eſt ſimul cū vitij habitu in hoīe, q: de nouo ad virtutem conuertitur: ergo actus nō deſtruit habitū. Hāc ſolam refert Almay. in eadē d. q. 2. & reprobat eā vehementer. Cōſentit Greg. Arimi in 1. d. 17. q. 3. ſed vterq, innititur infirmis argumētis, & rōnib. Pro explicatione veritatis ſit prima ꝑpoſitio. Habitus cōtrarij pñt eſſe ſimul in eodē, in gradib. remiſſis. Probatur exemplo rerū naturaliū: nā duæ qualitates cōtrariæ poſſunt eſſe ſimul ī gradib. remiſſis. vt in aqua tepida eſt caliditas, & frigiditas ī gradib. remiſſis: ergo tēperātia, & intēperātia poſſunt eſſe ſimul ī gradib. remiſſis. Ex hac cōcluſione vř ſeq., ꝙ habit⁹ ſciētię, et opinionis pñt eē ſimul ī gradib. remiſſis.

Pri. dubium. An habitus corrumpantur per actus contrarios.
Forma dupliciter dicitur corrumpi.
Secunda.
Gab.
Tertia.
Almayn.
Gre. Arim.
Prima. cōclu. Habitus contrarij poſſunt eſſe ſimul in gradu remiſſo.
Secund. cōcl. Actus per ſe deſtruit habitum oppoſitum.

Secunda propoſitio. Actus, primo, & per ſe, & efficiēter deſtruit habitum oppoſitum. Probatur: nā actus tēperantiæ efficiēter producit tēperantiæ habitū, vt aperte conſtat: ergo efficienter deſtruit habitum oppoſitum. Conſequētia inde probatur: nā cauſſa quæ producit formam, efficienter deſtruit contrariā. Deinde habitus operatur per actū, ſicut ignis per calorē, & per calefactionē: ergo actus eſt qui īmediate diſſipat habitum cōtrariū.

Tert. conclu. Habitus oppoſiti formaliter ſe expellunt.

Tertia ꝑpoſitio. Habitus oppoſiti mutuo ſe expellūt ab eodem ſubiecto, nō efficiēter, ſed formaliter ſicut albedo expellit formaliter nigredinē, & ſicut ignis ꝑducit qde efficienter calorē in aqua, ſed calor immiſſus in aqua nō expellit frigiditatē efficiēter, ſ formaliter qd ſic oſtēdo. Nā qñ forma operatur efficiēter, ſubiectū ī quo reſidet forma, operatur efficiēter, vt de ſe manifeſtū eſt: ergo ſi calor immiſſus ī aqua expellit efficieter frigiditatē, cōſequēs eſt, ꝙ ipſa aqua expellat efficiēter frigiditatę. qd aſſerere, ab omni veritate alienū eſt. Igitur habit⁹ tēperātiæ expellit tātū formaliter habitū intēperātię. Ad arg. Gabr. rñdet, ꝙ actus cōtrarius, & habit⁹, poſſunt eſſe ſimul in gradib⁹ remiſſis, vt ſupra dictum eſt.

Sequitur alia dubitatio; Vtrū actus remiſſior, & imperfectior poſſit deſtruere habitū valde inteſum & pfectū? vř ꝙ non.

Secun. dubiū. Vtrū actus remiſſus deſtruat habitū intenſum.
Quarta.

Nam omnis actio debet eſſe a ꝑportione maioris æqualitatis, vt ante dictum eſt.

Prim. arg.

Idem cōfirmatur. Nam iſta ratione oſtēſū fuit ſupra, ꝙ actus remiſſus nō poteſt augere habitū intenſum. Vltimo, actus remiſſus tēperantiæ vt quattuor, ad ſummū poteſt producere habitū tēperātiæ vt quattuor: ſ; cū habitu tēperātiæ vt quattuor, pt eſſe ſimul habitus ī tēperātię ī gradu remiſſo, vt antea dictū eſt: ergo actus remiſſus nūquā deſtruit habitū oppoſitū intēſū. Ita docet Grego. de Arimin. in primo diſ. 17. q. 3.

Confir.
Secundum.
Quinta.
Greg. Arim.

Contraria ſententia eſt vera, quæ probatur in primis exemplo rerū naturalium. Nam paruus ignis ſi applicetur gelu frigidiſſimo, aliquantulum de gelu frigore remittit. Idem experientia patet. nam ſi quis habet habitum temperantiæ perfectum, ſi diu, & multo tempore, & per totam vitam in actibus intemperantiæ ſe exerceat remiſſis, ſine dubio pdet habitū, īmo per ſola n ceſſationē ab opere, vt declarabitur articulo tertio huius quæſtionis.

Ad argumenta in contrarium reſpondetur, quod eſt quædam qualitas habēs maximā virtutē ad agendū, & minimā ad reſiſtēdū, & alia qualitas, q maximā virtutem habet ad reſiſtēdū, & minimā ad agendū: caliditas maxime valet ad agēdū, & facillime extinguitur: humiditas vero cōtrario reſiſtit maxime, ſed ad agēdū minime: nō diſſimiliter actiuitas cuiuſcumq; actus, maior eſt reſiſtētia cuiuſcūq, habitus ſicut actiuitas cuiuſcūq, ignis, vel minimi, maior ē q̄ reſiſtētia aq. Et illud ꝑuerbiū; Actio ſemp dēt eſſe a ꝑportione maioris æqualitatis, verū hec in hoc ſenſu, ꝙ agēs ſemp det habere maiore virtutē, q̄ ſit reſiſt. tia paſſi: nō tñ in hoc ſeſu, ꝙ calidū vt duo, nō poſſit agere ī frigidū, vt octo. Eſt aliud dubiū de habitib. q nō īterēūt; & ſignāter de habitu primorū pricipiorū. Ratio dubitādi multiplex eſt. Nā D. Th. in hoc art. dicit, ꝙ efficiatur ab Itellectu agēti; ſupra vero q. 51. art. 1. dixe-

Solut. arg. Qualitatum proportio in actione & reſiſtentia.
Actio eſt a proportione maioris æqualitatis.
Tert. dubium. De habitibus incorruptibilibus.
Ad argum.

Solutio. dicerent, φ erat īditus ab auctore naturæ. Hęc obiectio faci le diſſoluit. Nō habit⁹ principiorū, quātū ad lumē, eſt īdi tus a natura, quātū vero ad ſpecies, & ex parte ſpecierum, eſt acq ſitus ope intellectus agētis. Secūda rō dubitā tū eſt nā D. Th. dicit, φ immediate efficitur ab intellectu agente. ſed cōtrariū de ue

Secundum. rorū, Nā intellectus agēs nō abſtrahit ſpecies, niſi a phātaſmatib⁹, quibus vtitur tāquā inſtrumētis.

Concl. Sed reſpondetur breuiter, φ phātaſma nō ſe hēt vt cā ad noſtrā intellectionē, ſ; vt materia remota, ex qua intellect⁹ agēs abſtrahit ſpecies, ita aſſerit D. Th. 1. p. q. 84. art. 6. Vltima ratio dubitandi eſt nā habitus primorū prīcipiorū hēt cōtrariū ergo pōt corrūpi pt. Probat antecedēs nā ī intellectu nō ſolum eſt contrarietas rōne diſcurſus, ſ; rōne ppoſitionū, nā huic ppoſitioni; Bonū eſt faciēdū, cōtrariat altera; Bonū nō ē faciēdū.

Concl.

Solutio. Reſpōdetur. Licet habitus principiorū hac de cā hēat cōtrariū, nihilominus īcorruptibilis eſt: nā īntellectus noſter ſuapte natura eſt determinatus ad aſſensū primorū prīcipiorū. itaq; ſicut ignis nō pt recipere frigiditatē, qa naturaliter ad calorē determinatus ē; ita īntellectus nr̄ nō pt aſſentiri enūciationib. q̄ cōtrariātur principijs primis.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum habitus poſſint diminui.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio D. Th. eſt. Habitus dupliciter diminuuntur, ſicut & augētur. Diminui enim poſſunt p ſe a cōtrario, ſi illud habeāt; p accidens vero, rōne ſubiecti: ſicut enim ex ea cauſſa augētur, ex qua generātur, ita ex ea minuuntur, ex qua corrūpūtur: quoniā diminutio habitus eſt quædam via ad corruptionem ipſius.

ART. TERTIVS.

Vtrum habitus corrūpātur, vel diminuātur p ſolā ceſſationē ab ope.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt hmōi. Habitus corrūpūtur, & minuuntur per ceſſationem ab opere, per accidens; quatenus ſcilicet ceſſāte exercitio operum remouetur actus qui prohibebat cauſſas minuentes, & corrumpentes habitū: habitus. n. corrumpūtur per ſe ex cōtrario agēte; cuius quidem effectus tollitur per actū ab habitu pueniente: ergo ſi ceſſatura tali actu, cōtrariū agēt in habitū, & corrūpet aut minuet illum. quod patet, quidētes in habitibus moralibus, & intellectualibus. Cū enim aliquis nō vtitur habitu virtutis ad moderandas paſſiones, proueniunt multę paſſiones, & operationes ex inclinatione appetitus ſenſitiui, vel aliorū quæ exterius mouent, ex quibus minuitur habitus virtutis, aut vero corrumpitur. Similiter cum homo ab vſu intellectualis habitus abſtinet: inſurgūt imaginationes extraneæ, & quādoq; ad cōtrarium ducētes, quibus homo ineptus redditur ad recte iudicandum, & quandoque totaliter ad contrariū diſponitur, vt Ari. li. de lōgit. & breu. vitæ c. 2. ait, corruptionē ſciētię, nō ſolū eſſe deceptionē, ſ; obliuiōē. & 8. eth. c. 5. ait, appellatiōē multas amic. diſſoluer̄.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum omnes habitus minui poſſint. Primum arg. Secundum. In hoc articulo eſt dubiū; An oēs habitus poſſint diminui. Pro pte affirmatiua ſic arguitur. Nā cōtraria hn̄t fieri circa idem: ſed oēs habitus augeri pn̄t: ergo diminui. Cōſequētia pbatur: nā augmentatio, & diminutio, cōtraria ſunt. Deinde, ōis habitus, q naturalis nō ē, corrūpi pt: ergo diminui. Cōſequentia pbatur: nā diminutio eſt via ad corruptionē.

Vltim. Vltimū argm̄ vr̄ eſſe palmariū. Ōis habitus hēt latitudinē, & pt eſſe maior uel minor: ergo diminui pt. In cōtrariū eſt argm̄ fortiſſimū. Nam caritas diminui nō pōt, qd ſic oſtēdo.

In oppoſitum Nā duob. modis poſſumus imaginari, φ habitus caritatis diminui pt; aut p peccatum ueniale; aut p peccatū mortale. Per peccatū mortale nō diminuitur, ſ; auffertur potius, p peccatu veniale nō pt diminui. nā ſi poſſet diminui p peccata uenialia, cōſequēs eſt, φ multiplicatis peccatis uenialib. gratia, & caritas tolleretur: nā ōe finitū p ablationē finiti tādē conſumitur. De hac difficultate tractatur diligētius 2. 2. q. 24. articu. 10. & doctiſſimus Victoria in Relectione de augmento caritatis in fin.

Victoria. Explicatio. Habitus a natura inditi non poſſunt minui. Pro explicatione huius rei ſciēdū eſt, nō oēs habitus diminui poſſe. In primis, habitus tales a natura inditi diminui non pnt; nā habitus naturales ſunt qdā pprietates, & inclinationes ipſius naturæ, q ipſi naturæ naturaliter cōueniūt. & ītō ſicut natura diminui nō pōt, ſic neq; ipſi habitus naturaliter inſiti.

Habitus caritatis non poteſt diminui. Hoc certū eſt, φ habit⁹ caritatis diminui nō pt. Pro cuius declaratione aduertendū eſt φ caritas in ſe habet latitudinē ſm quā augeri, & diminui pt: Deus. n. pōt caritatē diminuere, q eā auxit; ſed qm̄ ſine pœnitentia ſunt dona Dei, & ex noſtra parte caritas nō hēt cām diminuētē, diminui nō pt. Quod uero ex noſtra parte nō habeat cām diminuētē, ſic pbo: nā peccatū mortale nō diminuit caritatē, ſ; ptius tolit; pctm̄ vero veniale nō diminuit caritatē, vt ſupra ellicitur argumēto pbatū eſt. Ad argumētū primū reſpōdetur φ cōtraria ſicut fieri circa idē qn̄ ſubiectū æqualiter ſe h; ad vtrūq;, quapropter ſi alterū inēſt naturaliter, alterū ineſſe nō poteſt. caritas vero nō æqualiter ſe h; ad augmentū, & diminutionē nā h; cām augentē, & nō diminuentē. & ideo ratio nō eſt æqualis.

Ad ſecūdū argumentum reſponſum eſt, quemadmodū habitus caritatis a tributione habeat, ratione cui⁹ augeri aut diminui poteſt a Deo, nō tamē ex ſe, rñdetur, φ nihil valet. Eſt aliud duorū; Vnū habitus, q eſt perfectior, & intenſior ex participatione ſubiecti, ſit perfectior, & intenſior in ſe; ſo: Pro parte affirmatiua ſic argumentor. Nā habitus, q eſt pfectior, magis actuat ſubiectū: ergo habitus in ſua natura perfectior eſt. Probatur cōſequentia: nā ſi ſe ctior effectus, ex perfectiori cā procedit. Secūdo, habitus ex ſententia omniū Philoſophorum, & Theologorum, augentur, & diminuuntur: ergo in ſe ipſis augetur, alioqui ſolum ſubiectū variatur. Vltimo, abſurdum eſt aſſerere, φ caritas non ſit minor in uno, quā in alio, & φ lumen gloriæ nō ſit pfectius in vno hoīe beato, quā in alio. In contrariū eſt, φ eſſentiæ rerū habent ſe ſicut numeri, quib ſi aliqd addatur, vel ſubtrahatur, diſſoluitur ſpecies. ergo ſi habitus intenſus & perfectus, in ſeipſo variatur, qn̄ augetur, diſſoluitur ſpecies, & ſic habitus intēſus, & remiſſus nō erunt eiuſdē ſpeciei. Rñdetur, φ qualitates oēs, quę intenduntur, & remittuntur, in ſe ipſis ſunt magis, & minus perfectæ. ita ait D. Th. hic ad 2. & 2. 2. q. 24. art. 4. & ad 3. dicit ignorare propriam vocē, qui hoc negāt: nā accidētis eſſe, eſt ineſſe: ergo quæ qualitas, q̄ pfectius inhæret, in ſeipſa pfectior eſt. Et confirmatur. nā caritas ſuapte natura ordinatur ad actus meritorios producendos: ergo caritas, q̄ pfectiores actus pducit, in ſeipſa pfectior eſt. Idē docet S. Th. 1. p. q. 42. ar. 1. ad primū, & fuſius in q̄ſtionib. diſputatis q̄ōne vnica de virtutib. art. 11. & Caie. 2. 2. q. ſupra citata tenet eandem ſententiā, & Contra. in hoc art. Ad argumenta contraria rñdetur, φ varietas, & latitudo in rerū eſſentijs aliquando prouenit ex ipſarū rerū eſſentia intima, & hæc ſemp diſſoluit ſpeciem. v. g. continuo atq; intelligimus duos angelos diſtinctos intelligimus eos ſpecie diſtingui, nā eorū differentia ſumitur ex eſſentia ipſa. Alia varietas eſt quę nō puenit ex ipſa eſſentia, ſed ab extrinſeco, vel ex ſubiecto, vel ex cōditione indiuiduāti, vel ex obiecto, & hæc nō diſſoluit ſpeciē. Secundo rñdetur, verū eſſe dixiſſe Ariſt. ſpecies ſunt ſicut numeri, ſed nō dixit, indiuidua ſunt numeri. Tertio rñdetur, φ qualitas pfectior in ſua natura pfectior eſt, nō p additione alicui⁹ rei, ſed per maiorem radicationē in ſubiecto, vt ſupra dictū eſt.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Gabriel . . . argu. ita dicta

GAbriel in 3. d. 23. q. 1. dubio ſexto tenet, ꝙ habitus deſtruitur ꝑ ſolam ceſſationem ab opere, etiamſi non ui urgant contraria.

Et probatur, q̄m habitus dependet ab exercitio actuum, non ſolum quantum ad fieri, ſed etiam quantum ad cōſeruari, ſicut lumen dependet ex præſentia Solis: ergo ꝑ ſolā ceſſationē ab opere deſtruit̄ habitus. Secūdo, Ariſt. in libro de longitudine, & breuitate uitæ, c. 2. dicit, ꝙ ſcientiā non ſolū deſtruit deceptio, ſed etiā obliuio, & 8. ethicor. dicit, ꝙ multas amicitias ſilentiū diſſoluit.

Rñdetur, contraria ſuia ſine dubio uera eſt: nā ſi dpendentia, quā cōſtituit Gabriel, uera eſt, ſequitur, ꝙ ſi homo ꝑ unum diem non exercet habitū, ꝙ habitus ille in uno die deſtrueretur. Rurſus ſequitur, ꝙ qñ homo dormit, diſponitur eius habitus ad corruptionem, qđ abſurdū eſt.

Ad primum. Ad primū rñdetur, iam eſſe oſtensū quemadmodū iſti habitus nō habent iſtā dependentiā ab operis exercitio.

Ad ſecundū. Ad ſecundum rñdetur, ꝙ ſcientia ꝑ ſe corrumpitur ab errore cōtrario, & ſyllogiſmo deceptorio; ꝑ accidens uero ab obliuione. Sed eſt notādum, ꝙ aliqs dupliciter pōt obliuiſci demonſtrationis, uno mō, in particulari, qñ non recordatur medij ꝑ quod concluſionem inferebat, ſed bene meminit ſe habuiſſe demonſtrationem; ſed iſte nō amittit ſcientiā: nā facit hanc demonſtrationem, ego habeo euidentiā me demōſtraſſe hāc cōcluſionem: ergo hæc concluſio uera eſt. Alio mō cōtingit, ꝙ obliuiſcitur in particulari, & in cōi, & tūc dicit Ariſ. ꝙ pdit ſcientiā: qđ eſt intelligendū, quantū ad uſum, cuius euidēs argm̄ eſt: nā ſi poſtea recordatur, non dī de nouo ſcientiam comparaſſe.

Ad tertium. Ad tertiū argm̄ rñdetur, ꝙ amicitia duplex eſt, honeſta, & uoluptuoſa. Honeſta nō diſſoluitur ꝑ abſentiā, neq; ꝑ ſilentiū: delectabilis uero ꝑ abſentiā & ſilentiū diſſoluitur: nā pdit bonū delectabile, quod in ea amicitia potiſſimū requiritur. Scđo rñdetur, ꝙ uera amicitia diſſoluitur ꝑ ſilētiū, qñ amicus ille eo tpis articulo, quo ꝓ amico fari tenebatur, verbū nō ꝓfert, & ſic diſſoluitur a ſuo cōtrario. Sed dubiū eſt, quē ſenſū habeat illa ſnīa celebris, quā hēt Ariſ. 6. ethic. c. 5 ꝙ prudentia nō pditur ꝑ obliuionē: Rñdetur, hoc axioma hēre uarias expoſitiones, ſed breuiſſima explicatio hæc ē, ꝙ prudētiæ nō pōt eſſe obliuio, q̄m uſus eius ē magis cōis ꝑ totā uitā, q̄ uſus aeris, & aquæ, & Solis: & iō in obliuionē nō pōt cadere.

QVAEST. LIII.

De diſtinctione habituum, in quattuor articulos diuiſa.

PRÆFATIO.

IN hac q̄ōne aggreditur S. Tho. diſtinctionē habituū explicare, ut quot ſint habitus Theologus facile intelligat, & in numerato habeat. In cuius rei expoſitione Theologi nouitij uarias inducunt diuiſiones. Prima diuiſio ſic hēt. Habitus, alius naturalis, ab auctore naturę inditus, ut habitus primorum principiorum; alius eſt infuſus, & inſpiratus, ut habitus fidei, & caritatis; alius eſt acquiſitus, ut habitus ſcientiarum, & uirtutum. Rurſus ſic diſtribuūtur habitus, ꝙ alij ſint actiui, alij factiui. Actiui nominantur, q ordinātur ad actiones, præter quas nihil manet, vt habitus ſcientiarum, & uirtutū moralium: Factiui nominantur, q ordinantur ad factiones, ꝑter quas aliquid remanet, ſicut artes mechanicæ, ex quarum operationib. permanent opificia. Tertia diuiſio ſic hēt. Habitus, alius bonus, q uirtus appellatur; alius malus, qui vitium nominatur. Quarta diuiſio. Habitus, alius diſponit ad naturā, ut bene, uel male ſe habeat, vt ſanitas in corporalibus, & gratia in ſpiritualibus; alius eſt qui diſponit ad operandum, ut habitus ſcientiarum, & virtutum. Hæc dicuntur a nouitijs Theologis ſine ordine; ſed D. Tho. omnia hæc proſequitur ſumma cū diſpoſitione.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum multi habitus poſsint eſſe in una potentia.

SVMMA TEXTVS.

PRior concluſio. Habitus, qui ſunt diſpoſitiones ad naturam, poſſunt plures in eodem ſubiecto eſſe. Probatur: quoniā unius ſubiecti partes diuerſimode accipi pñt, ſecundum quarum diuerſam diſpoſitionem, diuerſi habitus efficiūtur: ſi n. partes, q̄ ſunt humores in humano corpore, accipiantur prout diſponūtur ſecūdum naturam humanā, eſt habitus ſanitatis; ſi uero accipiant partes ſimiles, ut oſſa, nerui, carnes, earū diſpoſitio ē fortitudo, ſicuti diſpoſitio partiū diſsimiliū, ut manus, brachij, capitis, ē pulcritudo. Poſterior concluſio. Habitus q proprie ad potentias pertinent, pñt eſſe plures in eadē potētia. Probatur: q̄m poteſt una potētia moueri ab obiectis diuerſis ſpecie: ergo pōt talis potentia reſpectu eorū obiectorum habere actus diuerſos ſpecie: ergo ēt poterūt eſſe habitus diſtincti ſpecie: habitus n. ſunt formæ inhærentes potentiæ, quibus inclinatur potētia ad determinationē actus ſm̄ ſpeciem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Dubium circa ſolutionē ad primum.

IN hoc art. eſt difficile dubium, quod hic proponit D. Th. in ſolutione ad primū. Nā habitus diſtinguuntur ex obiectis, ex ſnīa oīum philoſophorū, Potentiæ ſimiliter diſtinguuntur per obiecta, ut plane conſtat: ergo vbicumq; eſt diuerſitas habituum, erit diuerſitas obiectorum. Ex quo ſtatim videtur ſequi, ꝙ ubicumq; fuerit diuerſitas habituum, erit diuerſitas potentiarum, ſiquidē n eſt diuerſitas obiectorum. Hoc argm̄ ut ſoluat. S. Th. ſtatuit nonnulla principia: in primis ſtatuit, ꝙ ea, q̄ differunt genere, differunt etiā ſpecie, non tñ e cōuerſo. Deinde ſtatuit, ꝙ diuerſitas obiectorum ſm̄ genus, cōſtituit diuerſitatem potentiarum; diuerſitas uero obiectorum ſm̄ ſpeciem, cōſtituit diuerſos habitus. Et hoc ſtatim ſequitur tertiū principiū, ꝙ diuerſitatū potentiarum actus, & habitus, differunt ſpecie: nam ꝓcedunt a potētijs, quæ in obiectis differunt genere: ceterum ſi ſunt multi actus & habitus, q differunt ſpecie, nō eſt cōſequens, ꝙ conſtituātur in diuerſis potentijs: nō n. eſt conſequens: differunt ſpecie: ergo differūt gñe. Hæc ſolutio D. Th. in magnā nos inducebat diſputationē de diſtinctione potentiarū, atq; ſcientiarū, quā in pñtia ſuꝑuacaneū eſt cōmemorare: nā cuiq; notiſſima eſt ex Phyſicæ, & Dialecticæ diſputationibus. quapp argumēto ꝓpoſito alia apertior adhibenda eſt ſolutio. Dicēdum eſt igitur, ꝙ potē-

Solutio.

tiæ diſtinguuntur ex generali rōne immutādi, & tēdendi in obiecta: ſicut. n. alius eſt modus tēdendi in obiectū, ut in ſe eſt, & alius modus tendendi in obiectū, ꝓut eſt in cognoſcentes, ſic diſtinguuntur inter ſe potentia cognoſcitiua, & appetitiua: nā appetitus fertur in obiectū, ut eſt in ſe, potētia uero cognoſcitiua fertur in obiectū, ut eſt in cognoſcēte; habitus uero, q cōſtituūtur in una potentia, nō cōſtituuntur ex ꝓꝑria rōne immutandi ſed ex diuerſa rōne obiectorū, q̄ eodē mō potentiā immutant: ſcientiæ. n. q collocantur in intellectu, vniuerſæ tendunt in uerū, ꝓut eſt in intellectu: itaque nō diſtinguūtur hac rōne tēdendi in obiecta; ſed diſtinguūtur ex diuerſa rōne ueri, aut ſcibilis. Ex quo facile intelligit̄, quomō in eadē potētia pñt eſſe multi habitus. Secundo dicēdum eſt, ꝙ non ſm̄ eandem rōnē obiectū cōparatur ad habitū, & ad potentiā: nā potētia eſt qua ſimpliciter poſſumus amare, vel intelligere, habitus e, quo

Secun. ſolu. ad idē arg.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum unus habitus, ex multis habitibus conſtituatur.

SVMMA TEXTVS.

Diuus Tho. rñdet vnica cõcluſione de habitibus operatiuis, de qbus ꝑcipue hoc in loco inſtituit ſermonem; & talis eſt. Habitus operatiuus nõ conſtituitur ex multis habitib'; ſed eſt una ſimplex qualitas. Hanc in argumento, ſed contra, ita probat. Habit' eſt quedã forma ſimplex, eſt.n. qualitas quædã: nullum aũt ſimplex conſtituitur ex plurib': ergo unus habitus non conſtituitur ex pluribus habitibus. Eãdem argumento alio probat in corpore. Oĩs perfectio proportionatur ſuo perfectibili: habitus aũt pfectiones ſũt potẽtiarũ: oportet ergo, ut potẽtijs proportionẽtur: potẽtia aũt una cum ſit, extẽdit ſe ad multa, prout cõueniunt in una cõi obiecti ratione: ergo ẽt habitus ad multa ſe extendet, ſm̃ quod habent ordinem ad aliquod unum: ad unam.ſ. peculiarem obiecti rónem, aut ad unam naturam; aut uero ad unum principium. Quãuis ergo in habitu, cõſideratis his ad q̃ ſe extendit, multiplicitatem inueniamus; quia tñ multiplicitas illa ẽ ordinata ad aliquid unũ, ad quod præcipue habitus reſpicit; habitus dr̃ qualitas ſimplex, non conſtituta ex pluribus habitibus.

EXPLICATIO ARTICVLI I.

Caiet. Dominus Caiet. in hoc articulo multa adducit ſcitu, & cõſideratione digniſſima. In primis dimicat ꝯ. Scotum, q in Prologo ſniarũ q. 3. conatur ſubuertere rõnem D. Th. in articulo poſitã. Sed Scot. certe Scotus non intellexit D. Tho. & eius impugnatio a nemine hominum intelligitur: quapropter Dñs Caie. nequit ſatis de iſto homine mirari. Deinde Conclusio Dñs Caiet. impugnato Scoto docet, q habit' ſciẽtiæ non ſunt multæ ſpecies intelligibiles (vt multi dixerunt) ordinatæ ad intelligendũ. quæ ſnĩa ſine dubio ueriſſima ẽ. Habitus ſcientiæ non ſunt multæ ſpecies intelligibiles. Nam fides nõ eſt ordinatio ſpecierum; ſed lumẽ ad credendũ. prudẽtia non eſt collectio ſpecierũ; ſed dictamẽ ad recte iudicandum. Rurſus, ars non eſt collectio ſpecierum; ſed uirtus ad operandum. Ergo ſcientia non eſt ordinatio ſpecierum, ſed virtus ad iudicandum. Deinde, oẽs ſapientes, & inſipientes, æqualiter apprehendunt res ſimplices; ſed ſapientes recte iudicant: ergo ſapientia eſt facultas recte iudicandi. Vltimo, intellectus noſter eſt indeterminatus ad res ipſas apprehendendas ſimplices, ad quod adiuuatur ab ſpeciebus: rurſus, eſt indeterminatus ad recte iudicandũ quod officium pſtat ſcientia: ergo non eſt collectio ſpecierũ. Adducit in confirmationem huius rei Dñs Caiet. multa dicta D. Th. unum eſt, quod ego non probo in ſnĩa Caiet. dicit.n. q ſcientiæ rerum naturalium angelis nihil aliud ſunt, q̃ ſpecies intelligibiles, naturaliter inditę: nã intellectus angelicus naturaliter eſt determinatus ad naturalium rerum cognitionem, ſicut intellectus noſter ad aſſenſum primorum principiorum. Hæc ſnĩa mihi non placet: nam ſi ſentiamus cum D. Tho. q habitus primorum principiorum ẽ qualitas inſita a natura pter ſpecies intelligibiles, oĩno dicẽdum eſt, q in angelis in primordio ſuæ creationis, pter ſpecies intelligibiles, infuſi ſunt habitus ſciẽtiæ ad recte iudicandũ. Deinde diſputat Dñs Caiet. ꝯ. quoſdam Theologos, qui aiunt, tot eſſe habitus ſcientificos, quot ſunt concluſiones, quæ in illa ſcientia p demonſtrationẽ intelliguntur, & tot eſſe virtutes, quot ſunt materiæ circa quas verſantur, ut alia ſit temperãtia circa oua, alia circa carnes. & hanc doctrinam hẽt Greg. de Arim. in prologo, q. 3. Gabr. in 3. d. 23. q. 2. concl. 5. Greg. Arim. Gabr. Hęc ſnĩa falſa eſt, & abſurda: nã p unam fidem infuſam credimus oĩb. ueritatib. diuinis, qm̃ conueniunt in una rõne formali, quæ eſt diuina reuelatio. ita dicit Paulus ad Eph. Eph. 4. Vna fides. Rurſus, una eſt caritas, quã ponit D. Paulus. 1. Cor. c. 13. 1. Cor. 13. qua diligimus Deum, & proximũ, & multas facimus operationes ſtudioſas, pp vnum motiuum formale, qd eſt Deo placere. Pręterea, ſtultum eſt ponere aliam uirtutẽ miſericordiæ ad conferendũ argentũ, aliam ad ꝯferendũ aurum; ſed una virtus miſericordiæ eſt pp vnam rõnem formalem, q̃ eſt ſubleuare miſeriã pauperũ. Itaq; quemadmodũ artifex per unam artẽ operatur multa artificiata: ſic dicendũ eſt de virtutib. intellectualib. & moralibus, q erit una uirt' circa obiecta diuerſa materialia, qũ conueniunt in una rõne formali uirtutis: ita videmus in potẽtijs naturalib. Obiectio. q una potentia uiſiua fertur in albedinẽ, & nigredinẽ, qm̃ ꝯueniunt in una rõne viſibilis.

Sed ꝯ hanc doctrinam ſic argumentor. Nã q̃ hẽt habitũ ſciẽtiæ circa unã ꝯcluſionẽ p demõſtrationẽ, non põt aſſentiri alijs ꝯcluſionib. niſi aliæ aduenerĩt demonſtrationes: ergo in ſciẽtia nõ eſt unus habitus, ſed q̃libet demõſtratio generat habitũ. Et ꝯfirmatur: nã põt accidere, q Confir. qs habeat circa vnã ꝯcluſionẽ euidentẽ demonſtrationẽ, & errorem circa aliã in eadẽ ſcientia: ergo in ſcientia ſunt multi habitus. Scdo, auctore D. Th. 3. p. q. 11. art. ult. ſciẽtia infuſa aĩę Chriſti cõſtat ex multis habitibus: ergo. D. Thom. Secunda. Vltimo, liberalitas ẽ una virt'; ſed cõſtituitur ex multis habitibus, quorum un' ponitur in appetitu ſẽſitiuo ad moderãdas paſſiones pecuniæ, alter in volũtate ad dãdũ alijs liberaliter. Vltim. Ad primum argm̃ rñdetur cũ D. Th. ſolutione ad tertiũ, q cũ qs acqueſcit uni cõcluſioni p demonſtrationẽ, acqrit habitũ ſciẽtiæ: poſtmodũ uero cũ aſſentitur alijs cõcluſionib. p nouas demõſtrationes, nõ acqrit habitũ ſcientiæ; ſed prior extẽditur, & pficitur. Arg. ſolu. Ex quo ſeqtur, q habens ſcientiam circa unã concluſionẽ primam, non põt aſſentiri ceteris concluſionib. non pp defectum luminis; ſed qm̃ non hẽt media demõſtratiua. Seqtur rurſus, q habẽs ſcientiã circa vnã cõcluſionẽ, põt habere errorẽ circa aliam: qm̃ põt habere mediũ erroneũ ad illã cõcluſionẽ. Ad ſecundum. Ad ſ. n. rñdetur, q qñ dicit D. Th. ſcientiã infuſam aĩæ Chriſti eſſe diſtinctã p multos habitus, noĩe habituum intelligit ſpecies intelligibiles, ut patebit textum intuenti. Ad tertium. Difficultas tertij argumenti in q. 56. explicabitur. Atq; de materia habituum hactenus dictum ſit.

QVAESTIO LV.

De uirtutibus, quantum ad earum ſubſtantiam, in quattuor articulos diuiſa.

IN MATERIAM DE VIRTVTIBVS Præfatio.

Tractatũ de uirtutibus diſtribuit D. Thom. in partes quinq;. Primo, de virtutis noĩe, & diffinitione diſſerit. Deinde ĩ quo ſubiecto conſtituatur, demonſtrat. Tertio uero diuiſionẽ uirtutis aggreditur. Quarto de uirtutis cã tractat. Vltimo de ꝓprietatib. uirtutis diſſerit. Diſtributio tractatus uirtutum in partes quinque. Scdo notandũ eſt, q de hac materia diſſerunt Theologi in 2. d. 26. & in 3. d. 23. & alibi ſparſim: nã Magiſter ſnĩarum nõ edidit particularẽ tractatũ d̃ virtutibus; ſed ſparſim diſputabat prout occaſio ſe offerebat. Not. 2. Tertio notandũ eſt, q hoc nomẽ uirtutis, pluribus a Latinis uſurpatur modis. Gab. in 3. d. 23. q. 1. refert decem modos, & eo plures. ſed cõiter quattuor modis accipitur. Not. 3. Nomen uirtutis uarie accipitur. Gab. Primo, ꝓ pfectione potentiæ, q ipſam recte affectã reddit ad bene operandũ, & hoc mõ de uirtute nunc loquimur. Virtus accipitur quattuor modis. Scdo, accipitur ꝓ operatione ipſius virtutis, ut in illo Marci. Mar. 6. Nõ potuit ibi uirtutẽ aliquã facere. i. opus miraculoſum, & ingentis uirtutis nõ potuit facere. cui conſonat illud in eodẽ capitulo; Vñ huic ſapientia, & uirtutes? Tertio accipitur ꝓ obiecto, & materia virtutũ: vñ Ariſt. ſic definit uirtutem: Eſt ultimũ potẽtiæ. i. eſt ultimum in quod unaquæq; res põt. In hoc ſenſu ſolemus dicere, uirtus Petri eſt portare decẽ libras: in eodem ſenſu dicit ſa-

era ſcriptura; Ficus, & vinea dederunt virtutem ſuam.i. ꝓduxere fructus, quos ꝓducere poterãt. Quarto, accipitur hoc vocabulũ (& eſt celebris acceptio in diuinis litteris) ꝓ potẽtia, & valore. ſic accipitur in illo; Non.n. erubeſco Euangeliũ: virtus.n. Dei eſt in ſalutẽ oĩ credẽti.i. potentia Dei eſt: &, Verbũ crucis pereuntib. ſtultitia eſt; ijs vero q ſalui fiunt, virtus Dei eſt.i. potentia Dei eſt: &, Nõ in pſuaſibilib. humanæ ſapientiæ verbis; ſed in oſtẽſione ſpiritus, & virtutis. Et non eſt neceſſe tractari a me in pſentia a quo deriuetur nomẽ virtutis. Certe, a viro appellata eſt, ut aſſerit Cic. Rurſus, hoc nomen virtutis tanquam ꝓpriũ ſibi vendicat fortitudo: nam ꝓpria virtus hoĩs, & viri, fortitudo eſt, ſed inde deriuatũ eſt nomẽ ad oẽs virtutes ſignificandas. Vltimo notandũ eſt, ꝙ virtus varias hẽt definitiones, quas oẽs cõmemorat D. Th. in hac qſt.

Rom. 1. 1 Cor. 1. 1. Cor. 2.

Cicero. 1b. Tuſcul. quæſt.

Virtutis definitiones.

Ariſt. primo de cœlo, ſic definit: uirtus eſt ultimũ potentiæ, q definitio paulo ante a nobis explicata eſt. Scda definitio eſt. Virtus eſt diſpoſitio pfecti ad optimũ. Hæc accepta eſt ex Ariſt. cuius explicatio pfacilis eſt. Primo, eſt diſpoſitio pfecti ſubiecti ad optimã operationẽ. Optimã, inquã, in ſuo genere: tẽperantia.n. vera uirtus eſt; at non diſponit ad optimã operationẽ; ſed ad optimã, in ſuo genere. Rurſus, fides Chriſtiana vera virtus eſt; at non diſponit ad optimã operationẽ; ſed ad optimã in ſuo gñe.

Ariſt. 7. phy. tex. 17.

Tertia definitio Virtus eſt, q bonũ facit habentẽ, & eius opus bonũ reddit. Hæc accepta eſt ex Ariſt. & eſt de ſe pſpicua, & explicationis nõ indiget. Sed vnũ eſt aduertẽdũ, ꝙ cõpetit tm̃ virtutib. moralib. nã virtutes ĩtellectuales nõ faciunt bonum habentẽ ſimpliciter; ſed ſm quid.

Ariſt. 2. Eth. ca. 6. Notandum

Quarta definitio ſic hẽt. Eſt habitus electiuus, in medio ꝯſiſtens, ꝓut ſapiens determinauerit. Hanc definitionem conſtituit Ariſt. 2. Ethic. ſed eã non cõmemorat D. Th. in pſenti qſt. tum qm̃ obſcura eſt, & multis indiget, vt explicetur, quomodo virtus cõſiſtat in medio, quomodo a prudentia dependeat: tũ uero, qm̃ hæc definitio ſolũ conuenit uirtutib. moralib. dicit.n. ꝙ ſit habitus electiuus; electio vero eſt actus voluntatis.

Ariſt.

Quinta definitio celebris, qua utuntur oẽs Theologi, eſt hæc. Eſt bona qualitas mẽtis, qua recte uiuitur, qua nullus male utitur, quã Deus in nobis, ſine nobis operatur, Hæc definitio accepta eſt ex D. Aug. 2. lib. de libero arbitrio, c. 19. & 1. retractationum c. 9. & approbatur ab vniuerſis Theologis, & explicatur elegantiſſ. a D. Th. in art. 4. huius quæſt.

Auguſt.

Obiectiones, Primo.

Sed ꝯ hanc definitionẽ ſunt optima argumenta. In primis citharædus, q pulſat lirã, vt alliciat feminã ad turpẽ amorẽ, male utitur arte: rurſus, q pingit imaginẽ in alterius contemtũ, abutitur arte: atque adeo, qui credit pp vanã gloriã, abutitur fide: ergo male definitur virtus, ꝙ ea nullus male vtitur.

Secundo.

Scdo, ſunt q plurimæ artes, quarũ uſus malus eſt, & perniciosus, ut ars mẽtiendi, adulandi, cõponendi venena: harũ.n. malus uſus eſt, mentiri, adulari.

Tertio.

Tertio, qñ qs dat eleemoſynã ex miſericordia pp vanam gloriã, utitur male uirtute miſericordiæ: ergo uirtute põt aliqs male vti. Ex his argum. vr̃ pdicta definitio eſſe vitioſa: nam non cõpetit oĩb. virtutibus. quod alio argumento conuinco.

Quarto.

Nã illa particula vltima, quam Deus in nobis, &c. ſolum conuenit uirtutibus infuſis.

Vltimo.

Sed aliud uitiũ hẽt hæc definitio: nã cõpetit multis, q ueræ uirtutes non ſunt. qd ſic oſtendo. Nã dona Spiritus ſancti, virtutes nõ ſunt, auctore D. Th. infra q. 68. Sed unumquodq; donũ eſt bona qualitas mẽtis, qua recte viuitur. Ad hæc argumenta ſatisfaciendũ eſt.

Solutio. Ad primum, Argum.

Ad primũ rñdent qdã, D. Aug. ſolũ agere de virtutib. moralib. nõ intellectualibus, ſed iſtorũ rñſio eſt falſa. Dicendũ eſt igitur, ꝙ uſus cõmemorati, boni ſunt, ſi referantur ad artẽ; mali uero, ſi referantur ad voluntatis malitiam. Pro quo notandũ eſt, ꝙ virtutes intellectuales habent in officio pficere intellectũ, & non pficere volũtatẽ. & ideo põt contingere, ꝙ earũ vſus ſit bonus in ordine ad intellectũ; & malus in ordine ad uoluntatem. Ex quo ſeqtur, ꝙ ſi qs habẽs artẽ opatur malũ artificiũ, hoc nõ eſt opus artis, ſed ꝯ artẽ, ſi uero operatur bonũ artificiũ, habens malã intentionẽ, iſtud eſt opus artis bonum; quapp, qñ dr̃ in dfinitione, ꝙ virtute nullus male vtitur, ſenſus eſt, ꝙ cõtinuo atq; eſt malus, deſinit eſſe uſus virtutis.

Ad ſecundum.

Ad ſcñ argm̃ rñdetur, eſſe magnam contentionem inter Theologos, Vtrũ illæ artes cõmemoratæ ſint ueræ virtutes. de qua re infra q. 57. ar. 3. Sed ſi ſunt veræ uirtutes, dicendũ eſt, ꝙ earũ vſus bonus eſt, ſi referatur ad intellectũ; abominabilis uero, ſi referatur ad uoluntatẽ. Vel dicendũ eſt, ꝙ iſtarũ artiũ uſus nõ eſt decipere, neq; adulari; ſed demõſtrare naturã mali, vt illud caueamus.

Ad tertium.

Ad tertiũ argm̃ rñdetur, ꝙ dare eleemoſynã pp vanã gloriã, nõ eſt actus miſericordiæ: nã miſericordia, q uera uirtus eſt, dat eleemoſynã, qñ oportet, & ſicut oportet ſm regulas prudẽtiæ.

Ad quartum.

Ad quartũ rñdetur, ꝙ ſi auferatur illa particula vltima, reliquũ definitionis cõpetit oĩb. uirtutibus moralib. & intellectualib. acqſitis, & infuſis.

Ad ultimum. Declara[...] donis [...] Notandum.

Ad ultimum argũ, vt ſatisfaciamus, de diſtinctione donorũ, & uirtutũ pauca dicẽda ſunt. Pro cuius declaratione ſciendũ eſt, ꝙ in hoĩe ſunt quatuor principia, qb dirigitur, & illuminatur in ſuis operationib. ex parte facultatis cognoſcitiuæ. ſ. ſenſus, rõ, fides, inſpiratio Spiritus ſancti extraordinaria, & pter cõem legẽ. Primũ principium eſt cõe nobis, & brutis, qd q ſequũtur hoĩes, bruti ſunt, nõ hoĩes; ſcm principiũ cõſtituit nos hoĩes; tertiũ principiũ cõſtituit nos Chriſtianos; quartũ principiũ cõſtituit nos diuinos, & heroicos uiros

Nota.

Scdo notandũ eſt, ꝙ unũquodq; iſtorũ principiorũ hẽt ſuũ regnũ, & imperiũ, ultra qd non ꝓgreditur. Senſus extendit ſe ad ſenſibilia, in quorũ cognitione ſi decipitur, ab intellectu corrigitur, & emẽdatur. v. g. ſenſus iudicat p errorẽ, baculũ ĩ aqs immerſum, eſſe cõfractũ, in quo errore ab intellectu corrigitur. Secundũ principiũ ſe extẽdit ad oẽs veritates humanas, in quarũ rerũ cognitione ſi decipitur, a fide corrigitur, & emedatur: iudicat ĩtellectus p errorẽ, virginẽ nõ poſſe parere, & Deũ nõ poſſe mori, in quo errore a fide corrigitur, q captiuat intellectũ in obſequiũ Chri, & deſtruit oẽm ſcientiã extollentẽ ſe aduerſus ſciẽtiã Dei. Tertiũ principiũ extendit ſe vſq; ad cœlos, & vſq; ad ĩteriora uelaminis, & ad ea, q nemo cognouit, niſi ſpiritus Dei, qui in ipſo eſt; nobis aũt reuelauit p ſpiritum ſuũ Deus. De hoc principio, & motore dicit Paulus. Iuſtus meus ex fide uiuit.

Rom. 1.

Sed qm̃ hoc principiũ impfecte a nobis participatur neceſſũ fuit ꝙ nouis illuminationib. & inſpirationib. a Deo illuminaretur, ſicut pupillus a pedagogo. & ideo neceſſum fuit cõſtituere quartũ principiũ, qd ptinet ad dona Spiritus ſãcti, qb inſpiramur, & afflamur ad opera ſtupẽda, quorum homo nõ ualet reddere rõnẽ, de hoc principio dicit Paulus; Qui Spiritu Dei agũtur, hi filij Dei ſunt: notate illud uerbũ, Agũtur.i. ſecreto inſpirantur, & afflantur. huc etiã pertinet illud Pſalmi; Spiritus tuus bonus deducet me in terrã rectã. &, Nolite cogitare, qũo, aut qd loquamini: dabitur.n. uobis in illa hora, qd loquamini.

Rom. 8.

Pſal. [...] Matt. [...]

Vltimo notandũ eſt, ꝙ ut recte moueatur aĩa a primo motore, ponimus uires ſenſitiuas; ut aũt moueatur a ſecundo motore, ponimus uirtutes humanitus acqſitas; ut uero moueatur a tertio motore, conſtituimus uirtutes Theologicas, & uirtutes morales diuinitus infuſas; demũ ut moueatur a quarto motore, ponimus dona Spiritus ſancti. Ex his prĩc pijs facile eſt intelligere drãm inter dona, & uirtutes. Nam uirtutes pficiũt hoĩem ſm normam rõnis humanæ; dona uero, ſm impulſum Spiritus ſancti. Rurſus, uirtutes pficiũt hoĩem modo humano; dona pficiunt mõ ſupra humano. Tertio, in operibus uirtutum homo hẽt ſe actiue, cõſultando, deliberãdo; in donis uero Spiritus ſancti potius hẽt ſe paſſiue, agitur potius, q agat, & eſt patiens diuina, nõ agens.

Solutio [...]

Ex his facile ſoluitur argm̃ ꝓpoſitum: nã cum dr̃ in definitione uirtutis, ꝙ ſit bona qualitas mẽtis, qua recte uiuitur, ſenſus eſt ſm normam, & conſiliũ rõnis humanæ. Vel ſenſus eſt, qua recte homo dirigit ſuas operationes ad uitã recte inſtituendã: illæ uero cõditiones ſic explicatæ non cõueniunt donis Spiritus ſancti. ſic explicat D. Tho. infra q. 68. ar. 1. Hactenus de definitione D. Aug.

Damaſ.

Damaſc. lib. 2. dicit virtutes oẽs eſſe ſm naturam uitia uero uniuerſa ꝯ naturam: omne namq; uitium intelligitur eſſe ꝯ naturam hominis, quæ eſt agere ſecundũ rationem; alias quædam peculiaria uitia dicuntur contra naturam, uidelicet, quæ eſt homini communis cum brutis: ut commixtio maris, & feminæ eſt naturalis, & cõis omnibus animalibus; concubitus autem maſculorum, q ei contrariatur, erit ſpeciale uitium contra naturam. ſic D. Tho. infra q. 94. art. 3. ad ſecundum.

D. Tho.

EXPLICATIO ARTICVLI I.

Ariſt.

Conclusio huius articuli euidens eſt: tum ex ratione D. Thom. tum ex ratione quam adducit Ariſt. 2. Eth. capite quinto dicit enim, quod in anima tria ſunt, potentia, paſſio, & habitus: ſed virtus nō eſt potentia, nec paſſio, ergo igitur habitus.

Concl.

Quod non ſit potentia, nec paſſio, ſic oſtendo. Nam potentijs, & paſſionibus nō meremur, aut demeremur laudē; virtutibus vero magnam laudem promeremur. Ratio autem quare habitibus meremur, eſt, quoniā illos noſtro marte, & exercitio cōparamus: & ideo ſi boni ſunt, meremur laudem; ſi mali, vituperatio nem. In hoc articulo Dñs Caiet.

Caie.

mouet dubium ex Scoto quod in 3. articulo commodius explicabitur.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum virtus humana ſit habitus.

SVMMA TEXTVS.

Affirmās eſt concluſio: quam probat Diuus Thom. ex eo quod virtus quandam potentiæ perfectionem nominat; virtutes autem humanæ ſunt perfectiones potentiarum: nam vniuſcuiuſque perfectio præcipue attenditur in ordine ad ſuum finem, finis autē potentiæ actus eſt; vnde potētia dicitur pfecta, ſecundū ꝙ ad ſuū actū determinatur; potentiæ autem hominis rationales determinantur ad actus, p habitus; quoniā tales potentiæ nō ſunt determinatæ ad vnum, ſicuti potentiæ naturales, ſed ad multa. Cum ergo tales potentiæ virtutib. humanis determinentur, virtutes humanæ habitus erunt.

ART. SECVNDVS.

Vtrum virtus humana ſit habitus operatiuus.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt affirmatiua, quæ ratione, & auctoritate pbatur. Inquit enim Ariſtoteles virtutem cuiuſq; rei eam eſſe, quæ opus eius reddit bonum: hoc autem fieri non poſſet, niſi eſſet habitus operatiuus. Ratio talis eſt. Virtus humana, vt modo loquimur, nō ptinet ad corpus, ſed tantū ad id qđ eſt propriū animæ: etenim in virtutib. ptinētib. ad corpus, homo cōmunicat cum brutis: ergo virtus humana nō importat ordinē ad eſſe, ſed ad agere. Hoc ita explicatur. Virtus dicit potētiæ perfectionē, & cū duplex ſit potētia, vna ad eſſe, alia ad agere; vtriuſque pfectio, virtus vocatur. Eſt tamen diſcrimen: quoniam potentia ad eſſe, tenet ſe ex parte materiæ, quæ eſt ens in potentia: at potentia ad agere, tenet ſe ex parte formæ, q̄ eſt principium agendi. In hominis aūt conſtitutione corpus hēt ſe, vt materia; anima vero vt forma: q̄ ita ſe habēt, vt vires corporis cōes ēt ſint ceteris animalib. illæ autem quæ ſunt animæ, ſunt propriæ hominis: virtus ergo humana ad animā pertinet: non ergo importat ordinē ad eſſe, ſed magis ad agere: ergo de eius ratione eſt, eſſe habitum operatiuum.

ART. TERTIVS.

Vtrum virtus humana ſit habitus bonus.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt affirmatiua, quā probat D. Th. auctoritate, & ratione. Virtus enim (vt docet Ariſ. & D. Aug.) eſt quæ bonū facit habētē, & opus ei⁹ bonū reddit: ergo virt⁹ humana, bonus habitus eſt. Rō aūt talis eſt. Virtus humana ordinat hoīem ad vltimā pfectionē: nam ordinat ad vltimum in quod potentia poteſt: vltimū autem in quod vnaquæq; potentia poteſt, eſt bonū: virtus ergo in ordine ad bonū dicitur. Eſt igitur habitus bonus.

Ariſt. 2. Eth. c. 6. Aug. 2. de mori. eccl. c. 6.

EXPLICATIO ART.

Aduertendū eſt.

In hoc articulo aduertēdum eſt, quod gratia, & iuſtitia originalis, quæ fuerunt in Adam, quæ (auctore D. Th.) ſunt in eſſentia animæ, proprie non debent nuncupari virtutes: nam virtus eſt immediate diſpoſitio ad operandum; gratia vero immediate non diſponit ad operandū, ſed vt efficiamur conſortes diuinæ naturę, & dilecti, & grati Deo: caritas vero eſt per quam diligimus Deum, & reddimus vicem pro gratia.

Conclu.

Ariſt. 2. Eth. c. 6.

Reſponſio cuiuſdam obiectionis.

Quod ſi dicat Theologus; gratia eſt bona qualitas mētis, qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, &c. ergo eſt virtus. Reſpondetur, ꝙ gratiæ non competit illa particula definitionis, Qua recte viuitur: nam gratia non datur immediate ad recte viuendum, ſed vt efficiamur conſortes diuinæ naturæ, & Deo grati.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Sco. Sciendum pro explicatione articulorum præcedentium.

Vt ſibi articuli præcedentes vere explicentur, ſciendum eſt, quod Scot. in 1. d. 17. q. 3. dicit res mirabiles, tum in falſitate, tum in obſcuritate. In primis dicit, ꝙ virtus non dicit differentiam diſtinctiuam habitus ad dictamen rationis. v. g. temperātia inclinat ad comedendū, vel ad abſtinendū a carnibus, & certo ciborū genere; ꝙ vero hoc ſit cōſentaneū rationi, vel diſſentaneū, hoc puenit ab extrinſeco, ſ. ex dictamine rationis. Deinde dicit ꝙ habitus virtutis aliquādo inclinat in bonas operationes, aliquādo vero in malas, vt liberalitas inclinat, vt liberaliter elargiamur bona noſtra; ſed ſi reſpublica prohibeat huiuſmodi elargitiones, & pcipiat ꝙ conſeruentur pecuniæ in bonum publicum, liberalitas inclinat ad eaſdem elargitiones, quæ iā ſunt prohibitæ, & vitioſę. Item temperātia ē, vt abſtineamus a carnib. feria ſexta, ad quod pinde inclinabit, ēt ſi reſp. oppoſitum pcipiat. Tertio dicit, ꝙ idem habitus pōt eſſe ſucceſſiue bonus & malus; vitiū & virtus: ſicut idem homo poteſt eſſe ſucceſſiue albus, & niger, pater & filius. Vltimo dicit, ꝙ virtus, ſecūdum ꝙ virtus eſt, nō eſt operatiua: nā dicit tantum relationem. v. g. virtus temperantiæ, quatenus habitus eſt, eſt operatiua: inclinat nāque ad comedendum, vel abſtinendum; ceterum ꝙ ſit virtus, ab extrinſeco habet, nempe quia eſt conformis, vel difformis recte rationi.

Concl.

Hæc ſnīa Sco. confirmatur his argumentis. Primo, idem actus numero poteſt ſucceſſiue eſſe malus & bonus, vt oſtenſum fuit ſupra q. 19. artic. 1. q. 20. art. vltimo: ergo idem habitus numero poteſt eſſe ſucceſſiue bonus, & malus. Deinde, idem habitus numero poteſt eſſe obſcurus, & euidens ſucceſſiue: ergo idem habitus numero poteſt bonus, & malus eſſe ſucceſſiue. Conſequentia inde probatur. Nam ſicut bonum & malum econtrariantur, ita & obſcurum, & euidens contrariantur. Antecedens probatur: nam Theologia, q̄ in viatore eſt obſcura, & ineuidens, eadē manet euidens & aperta in patria cæleſti, vt ſentiunt pleriq; Theologorum. Itē, donum ſapientiæ, qđ in viatore eſt ineuidens & obſcurum, manet in patria euidentiſſimum lumen. Deinde, habitus fidei in hoīe iuſto, eſt vera virtus, at ſi labatur in peccatum mortale, deſinit eſſe virtus vera. & ta-

Argum. pro opinione Scoti. Prim. arg.

Secundo.

men eſt idem habitus numero ſm fidem catholicam. Et confirmatur. Nam virtutes morales in hoĩe iuſto ſunt veræ virtutes: at ſi labatur in peccatum mortale, & pdat caritatem, non ſunt veræ virtutes: nam ſine caritate nulla eſt vera virtus, vt definiunt Theologi: ergo habitus habet q̃ ſit vera virtus ab aliquo extrinſeco, nõ de ſua eſſentia.

Confir.

Vltimo, ſi Saracenus, qui ieiunat & abſtinet a vino in honorem ſui Mahometi, cõuertatur ad veram religionẽ, cõtinuo ille habitus, efficitur habitus ſtudioſus ad ſtudioſe ieiunandum. Pro explicatione huius difficultatis eſt prima ꝓpoſitio. Virtus eſt habitus operatiuus, & de ſua eſſentia inclinat ad bonas operationes, ſic, vt ſit impoſſibile inclinare ad malas, Probatur hęc ꝓpoſitio. primum ex varijs virtutis definitionib. Virtus eſt diſpoſitio perfecti ad optimũ. Item virtus eſt quæ bonum facit habentem, & eius opus bonum reddit. Rurſus, virtus eſt bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nullus male vtitur: ergo virtus ex ſua eſſentia, & definitione ad optimũ actum inclinat. Idẽ oſtendo ex varijs ſententijs Ariſto. ſummi Philoſophi: dicit enim 2. Ethico. c. 2. q̃ temperãtia, & in vniuerſum omnis virtus inclinat ad ſimiles actus, ex quib. genita eſt: ſed temperantia gignitur ex operationib. temperantiæ: ergo inclinat in ſimiles actus. Et in c. 5. inueſtigat Ariſ genus virtutis, & ſtatuit genus virtutis eſſe habitum: ſed ſi virtus eſſet relatio, non quæreret Ariſ genus virtutis in prędicamento qualitatis, ſed ĩ prædicamento relationis. Et in c. 6. poſtquã demonſtrauit genus virtutis eſſe habitum, inueſtigat eius differentiam, & ſtatuit differentiã virtutis eſſe, q̃ ſit habitus qui bonum facit habentem, & eius opus bonũ reddit. Scot. conatur reſpondere ad hanc auctoritatem, & dicit q̃ illud verbum, Reddit, non dicit efficientiam, Sed profecto Ariſ nequit intelligi, niſi dicatur, q̃ virtus cõcurrit effectiue ad illud ipſam operationem, qđ patet exemplis ab Ariſt. adductis in huius rei expoſitione. Virtus (inquit) oculi, facit ſanum oculum, & facit recte videre: rurſus, virtus equi, facit bonũ equum, & facit recte currere; & vniuerſa ars q̃rit medium, & ponit illud, & defectũ, & exceſſum fugit. Præterea Ariſt. 6. Eth. c. 3 dicit expreſſe, q̃ opinio non eſt virtus, q̃a aliquando dicit verum, aliquando fallit: ergo ſi habitus virtutis aliq̃n inclinat ad bonum, aliq̃n ad malũ, nulla virtus eſt. Item, virtus infuſa ſemp inclinat ad bonũ, vt conſtat ex diuina Theologia: ergo virtus humanitus acq̃ſita ſemp inclinat ad bonum. Conſequentia inde probatur: nam virtutes infuſæ infunduntur inſtar virtutum moralium. Præterea arguit optime Caie. nã ille habitus, qui, vt exiſtimat Sco. genitus eſt ex actib. elicitis ſecundum rõnem erroneam oppoſitam prudentię in Pagano, ſi poſtea in ſe immutatus, efficitur virtus: vel inclinat ad actus ſimiles priorib. vel ad diſſimiles: non ad diſſimiles: ergo ad ſimiles: ſed priores fuerunt vitioſi: ergo ſemp inclinat ad actus vitioſos. Item actus ille ad quẽ inclinat talis habitus, vel eſt ad mediũ in tali materia, vel ad extrema: ſi ad mediũ ſecundum ſe, eſt vera virtus: nã ei competit definitio virtutis quã ponit Ariſ 2. Eth. Eſt habitus electiuus in medio conſiſtens. ſi ad extrema: ergo vitiũ eſt: vitiũ. n. non põt tráſire in virtutem, ſicut neq; albedo in nigredinẽ: contraria. n. ſunt. Secunda propoſitio. Virtus ſecundum ſe eſt habitus bonus, boni operatiuus: itaq; nõ collocatur in pđ camento relationis. Hæc cõcluſio ex pcedenti liquet. Contra hãc concluſionẽ ſolent fieri nonnulla argumenta importuna, q̃ a me diligentiſſime cõfutata ſunt q. 49. art. 3. recolite ea q̃ ibi dicta ſunt. Tertia cõcl. Idẽ habitus nõ põt eſſe ſucceſſiue bonus & malus; virtus & vitiũ, ſicut ſcientia nõ põt tranſire in errorẽ; prudentia nõ põt tranſire in falſitatẽ: ergo virtus nõ põt tráſire in vitiũ. Cõſequentia ꝓbatur: nã ſicut eſt eſſentiale ſciẽtiæ inclinare ad verũ, ita eſt eſſentiale virtutis inclinare ad bonum, ſicuti ſupra oſtenſum eſt. Item virtus & vitiũ differunt ex obiectis, & ex intrinſecis differentijs, vt aperte conſtat: ſicut albedo & nigredo; homo & brutũ: ergo in inuicem tranſire non poſſunt. Vltimo, ſuperius oſtenſum eſt, q̃ virtus eſt eſſentialiter habitus: ergo ſi deſinit eſſe habitus; ſicuti ſi Petrus deſinit eſſe hõ, deſinit eſſe animal.

Vltimo. Pri. concl. Virtus eſt habitus operatiuus. Ariſ. Ariſ. Scot. arg. contra. Scot. Primo. Ariſt. ſecundo. Tertio. Quarto Caiet. Quinto. Ariſ. ſecunda cõ. Virtus eſt habitus bonus ſecundum ſe. tertia conc. Idem habitus non poteſt ſucceſſiue eſſe bonus, & malus.

His poſitis, reſpõdetur ad argumẽta, & ad primũ argumentum in ſuperiorib. ſatis expoſitum eſt, q̃ non valeat conſequentia. Ad ſecundum arg. in primis negatur antecedens: ego. n. exiſtimo, q̃ Theologia quã acquirimus in via, eadẽ non manet in patria: ſic docet Caie. explicãs illud primæ Corin. 13. Cũ venerit quod perfectũ eſt, euacuabitur qđ ex parte eſt. Idẽ hẽt Theoph. explicans illũ locũ: ſed de hoc tractatur. 1. p. q. 1. art. 2. Ad illud, de dono ſapientiæ, de quo dicit S. Th. infra q. 68. art. 6. q̃ manet in patria; reſpondetur, q̃ donum ſapientiæ eſt velut q̃dam prudentia, q̃ de reb. agendis iudicat; prudentiæ vero nihil obeſt q̃ iudicium ſit obſcurũ, an manifeſtũ, & ideo non eſt eadem rõ. Secundo reſpondetur negando conſequentiam: nã Theologia, ſiue ſit obſcura, ſiue euidens, virtus eſt: at habitus malus, vitiũ eſt, & vitium nõ poteſt tranſire in virtutẽ. Ad tertium arg dicendum eſt, q̃ idem habitus fidei manet in hoĩe iuſto, & in hoĩe peccatore, nec differt ſpecie, nec numero, a fide formata: ex quo conſequens eſt, q̃ ſi hic habitus erat virtus in hoĩe iuſto, in hoĩe peccatore eſt virtus ſecũdum ſuã eſſentiã: ſed non manet cum mõ, neq; ſtatu virtutis in hoĩe peccatore primum, q̃a non facit bonum habẽtem, ſed hoc non prouenit ex defectu virtutis, ſed pp impedimentũ peccati. Præterea, q̃a actus fidei dependet ex recta affectione voluntatis, nemo enim credit niſi volens; quapropter niſi ſit perfecta voluntas per caritatem, actus fidei non meretur nomen virtutis. Ad quartum arg. rñdetur, q̃ virtutes morales in hoĩe peccatore ſunt veræ virtutes in ſuo genere, vt pulcre oſtendit D. Caie. 2. 2. q. 23. art. 7. Ad vltimum rñdetur. q̃ ille qui recenter conuertitur ad fidem noſtram, per actus bonos incipit cõparare habitum bonũ: nã tenetur obſeruare multas circumſtãtias ſecundum normam rectæ rationis, quas antea non obſeruabat, in quib. ſentit difficultatem, & laborẽ. Verũ eſt tamen, q̃ in operib. temperantiæ, minorẽ ſentit difficultatem, quoniam habet paſſiones moderatas propter præcedentes operationes: & quoniam illę operationes, licet vitioſæ eſſent, non vt plurimum a virtute diſtabãt, ſicut prodigus facilius efficitur liberalis, quam auarus.

Solutio argumentorũ. ad primum arg. ad ſecũdum. Caie. Theoph. Secundo reſpondetur. ad tertium. ad quartum. Caie. ad vltimum.

ART. QVARTVS.

Vtrum uirtus conuenienter definiatur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Definitione iſta, Virtus eſt bona qualitas mẽtis, qua recte viuitur; & nullus male vtitur; quã Deus ĩ nobis, ſine nobis operatur; pfecte explicat tota rõ virtutis: q̃ ſane dfinitio ex D. Aug. colligitur in multis ſuæ doctrinæ locis; præſertim ex [illegible]

EXPLICATIO ARTICVLI.

In explicatione huius definitionis, quã elegantiſſime conſtituit D. Augu multa dicta ſunt in præfatione huius materiæ, ſed non omnia dubia explicata ſunt. Nam videtur quod hæc definitio habeat maximum uitium: non enim facit mentionem vllam legis: uirtutis vero notitia ſine lege haberi non poteſt. quod ſic oſtendo. Nam omnis uirtus, & omnis bonitas, nihil aliud eſt, quam conformitas ad regulam, & legem. Certe vbi non eſt regula, rectum non eſt. Item, relatio non poteſt definiri, niſi in ordine ad ſuum correlatiuum: ſed uirtus, & bonitas nihil aliud eſt, quam conformitas ad regulam: oportuit ergo meminiſſe in hac definitione legis, & regulæ. Itẽ, vbi non eſt lex, non eſt præuaricatio, nec peccatum: ergo vbi non eſt lex, neque eſt virtus, nec bonitas. Patet antecedens: nam hoc dicit aperte D. Paul. Romanor. 4. propter quod D. Augu. dicit, definiens peccatum; Eſt dictũ, vel factum, & c. contra legem Dei. Vltimo Ariſ. definiens virtutem ſemper facit legis mentionem nominatum, 1. Rhetoricorum c. 9. dicit, Fortitudo

Augu. Obiectiones. Primo arguitur. Secundo. Tertio: Rom. 4. Augu. Vltimo. Ariſt.

eſt

eſt qua fortes ſumus in periculis, vt leges iubẽt & 5 Eth. multis in locis: Iuſtum eſt, quod ſecundum leges eſt, iniuſtum eſt, quod eſt contra leges. Et definiens iuſtitiam, hoc modo dicit: iuſtitia eſt virtus, qua vnuſquiſq. poſſidet quod ſuum eſt ſecundum leges. & 2. Ethic. definiens virtutem in ordine ad regulam, ſic dicit. Eſt habitus electiuus in medio conſiſtens, rectæ rationi cõſentaneus. Ad hoc dicendum eſt in primis, q̃ D. Aug in hac definitione non prætermiſit mẽtionẽ legis, aut regulæ: nã in eo q̃d dicit; q̃ eſt bona qualitas mentis, qua recte viuitur, explicat regulam, & legem Nã bona qualitas mẽtis ea eſt, quæ rectæ rõni eſt cõſentanea: & rectitudo operis nihil aliud eſt, q̃ conformitas ad legẽ, & voluntatẽ diuinã. Sic explicat D Th. ſolutione ad quartũ. Secundo dicendum eſt, q̃ virtus, & vniuerſa bonitas moralis, eſt perfectio potẽtiæ, aut naturæ, ad ſuum actũ: & volo dicere, q̃ virtus non eſt relatio, nec cõformitas ad regulã, vt vĩ ſignificare D. Caiet. in art. 1. huius queſtionis. Rurſus volo dicere, q̃ nõ eſt neceſſe virtutem definiri p ordinem ad regulã, aut ad legẽ: pp quod Cice. lib. 2. de inuentione optime definit virtute, dicens: Eſt habitus naturę moderationi conſentaneus. & in primo de legibus. Virtus nihil aliud eſt, q̃ perfecta, & ad ſummũ perducta natura. Ex hoc vero ſequitur cõformitas ad rectã rationem & regulam, in qua eſſentia virtutis nõ cõſiſtit, ſed eſt veluti quid ſequens, & appendix. Tertio dico, et ſi nulla eſſet lex, virtus eſſet, & vitium. Hæc ſnſa cõfirmata eſt a me ſupra multis q. 18. & 19. & in materia de legib & ideo nõ eſt neceſſe confirmari Certe Sene. dicit pulcerrime: Etiã ſi Deus non eſſet, aut rerũ humanarum prouidentiam non haberet, optimũ eſt non timere, aut concupiſcere plus q̃ oportet, & nulli iniuriam inferre,

Solutio arg. Dicitur primo.

D. Th. Dicitur ſecundo.

Caieta.

Cicero.

ſupponendum pro explicatione queſtionis primo.

Dicitur tertio.

Seneca.

2. de lib. arb. c. 18. & 19. & primo retractationũ c. 9. Perfecta etenim ratio cuiuſque rei ex omnib. eius cauſſis colligitur. Comprehendit autem huiuſmodi definitio omnes virtutis cauſſas. Formalem quidem in eo, quod dicitur bona qualitas: quoniam forma rei, ex genere, & differentia ſumitur: & genus virtutis eſt qualitas; differentia autem, bonũ: materialis autem cauſſa virtutis eſt res circa quam verſatur. Quia aũt hæc non potuit poni in prædicta definitione, quoniam per eam aſſignatur definitio virtutis in cõmuni; per materiam autẽ circa quã determinatur virtus, ad ſpeciẽ: ideo materia in qua, aut ſubiectum, ponitur loco materię circa quam, cum dicitur eſſe bona qualitas mẽtis. Additur vero illa particula; qua recte viuitur, vt ſecernatur ab illis habitibus, qui ſemper ſe habent ad malum, vt vitia. Ponitur deinde; qua nullus male vtitur, vt ſeparetur ab his habitib. qui quandoq; ſe habent ad bonum, quandoque ad malum; qualis eſt opinio, quæ ſe habet ad verum, & falſum. Quod tandem adiungitur; quam Deus in nobis ſine nobis operatur; dicit pp virtutes infuſas. Quapropter tota hæc definitio virtutib. infuſis tãtũmodo adaptatur: ſi tñ vltima particula tolleretur, omnib. virtutibus cõueniret.

QVAEST. LVI.

De ſubiecto virtutum, in ſex articulos diuiſa.

PRÆFATIO.

Pro explicatione huius q̃onis ſtatuendũ eſt primo loco ex prima parte D. Tho. q̃ rõnalis anima habet plures potentias, intellectũ, memoriã, uoluntatem, appetitum ſenſitiuum, qui diuiditur in iraſcibilẽ, & concupiſcibilem, potentias ſenſitiuas, atq; adeo potentias executiuas. Secundo notandũ eſt, q̃ uirtus uerſatur circa difficile, ut teſtatur Ariſ. & conſtat manifeſta experientia. Tertio ſtatuendũ eſt, q̃ illa potẽtia, quæ eſt determinata ad ſuum actũ, & nullã in ſuo opere patitur difficultatem, nullius indiget uirtutis. Quarto ſtatuendum eſt, q̃ quando duæ potentiæ concurrunt ad aliquã operationem, ut operatio perfecta ſit, neceſſe eſt, ut utraq; potentia pfecta ſit. Vltimo notandum eſt, q̃ quando duæ potentiæ concurrunt ad eandẽ operationẽ, in ea potentia collocanda eſt uirtus, in qua ſubſtãtia operationis conſtituitur. Verbi gratia. quoniã credere, ſecundũ ſuã ſubſtãtiã eſt actus intellectus; fides, quæ ponitur ad credendũ, in intellectu eſt collocanda, non in uolũtate, licet ad credendũ reqratur actus uoluntatis: nemo. n. credit niſi uolens. Ex his principijs facile eſt itelligere, ĩ quo ſubiecto virtutes ſint ponẽdę.

Secundo notandum.

Ariſ 2. Eth. c. 5

Tertio notandum.

Quarto notandum.

Vltimo notandum.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum virtus ſit in potentia animæ, ſicut in ſubiecto.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmatiua, quã probat D. Th. tribus rationib. Prima; virtus eſt perfectio potentiæ: ergo eſt in potẽtia: nam perfectio eſt in eo, cuius eſt perfectio. Secunda; virtus eſt habitus operatiuus, vt dictum eſt: ſed habitus operatiuus recipitur ĩ anima, mediante aliqua potentia: ergo virtus immediate in potẽtia animæ recipitur. Tertia; virtus diſponit ad optimum: optimum autem eſt finis, qui vel eſt operatio, uel aliquid operationẽ cõſequẽs alicuius potentiæ: ergo virtutis ſubiectum potentia eſt.

Ad argumenta in contrarium reſpondetur; q̃ virtus ſæpenumero per ordinem ad legem definitur: quoniam notitia virtutis facilius habetur ex legibus, quam ex pfectione, & inclinatione naturæ, quæ multis ignota eſt.

Ad argumenta reſpondetur primo.

Secundo reſpondetur, quod Philoſophi, & Theologi ſæpenumero definiunt rem ex effectibus, & ex adiũctis; ſed ea definitio, quæ explicat rem ex cauſſis, potior eſt, cuiuſmodi eſt iſta; Virtus eſt bona qualitas mẽtis, &c. vt optime explicat D. Th. in articulo.

Secundo reſpondetur.

D. Th.

EXPLICATIO ARTIC.

In his articulis magna & difficilis mouetur q̃ſtio, de liberalitate, & magnificentia: nam prædictę virtutes videntur conſtitui in duabus potentijs, in appetitu ſenſitiuo, & in voluntate: quod ſic oſtendo. Nam q̃ iſtæ virtutes cõſtituãtur in appetitu ſẽtiente, aſſerit D. Th. inf. a q. 60. artic. 4. & 2. 2 q. 31. art 1 ad ſecundũ & q 117. ubi agit de liberalitate. Et probatur hæc ſententia optimis argumentis. Nam liberalitas hẽt in officio moderari nimiam pecuniæ cupiditatem, quę eſt paſſio appetitus ſenſitiui. ergo conſtituitur in appetitu ſenſitiuo. Rurſus, nimia cupiditas pecuniæ eſt paſſio vehemens, & difficilis ad vincendũ: ergo requirit virtutem in appetitu ſenſitiuo, vt illam moderetur. Vltimo, auaritia, & puſillanimitas ſũt paſſiones immoderatæ appetitus ſẽſitiui, vt plane cõſtat: ergo in appetitu ſẽtiente ſunt virtutes oppoſitæ. Quod vero ſint in voluntate, ijs argumentis perſuadetur. In primis, D. Th. in 1. p. q 21. art. 1. ad primum, & primo contra gentes c. 93. & in 3. ſententiarũ. d 33. q 3 art. 4. docet aperte, liberalitatẽ & magnificentiã in voluntate eſſe conſtitutas. ex quo colligit efficaci argumento, quod Deus proprie eſt liberalis, & magnificus, Et certe abſurdum eſt, & a vera Theologia alienũ,

De liberalitate & magnificentia quæſtio grauis & difficilis.

D. Thos

Arguitur primo.

ſecundo

vltimo

D. Tho. docet quod ſint in voluntate.

Probatur primo.

ſentire q Deus ꝓprie nõ ſit liberalis, nec magnificus: ſed ſi liberalitas & magnificẽtia verſãtur circa paſſiones

Secundo arguitur.

appetitus ſenſitiui, non magis erit liberalis, & magnificus, q̃ temperatus, & iracũdus. Deinde, liberalis & magnificus adiuuãt bonũ alienũ in ordine ad alios: itaq; reſpiciunt bonũ alterius, & non propriũ: ſed volũtas nõ eſt determinata ſuapte natura ad bonũ alienũ: ergo indiget virtute in ipſa volũtate cõſtituta Certe

Pri. conſe.

Ariſ. 4. Eth. c. 1.

Ariſto. planiſſime docet, eſſe ꝓpriũ liberalis, & magnifici, ad ſeipſũ minime reſpicere, ſed ad cõe bonũ. Et ꝑfecto ob id potiſſime iuſtitia in volũtate cõſtituitur, q̃a volũtas de ſe non eſt determinata ad bonũ alienum Vltimo, ꝓdictæ virtutes nõ verſantur circa paſſiones: neq; .n. eas præcipue moderantur;

Vltimo arguitur.

ſed circa actiones, & circa liberales, & magnificas elargitiones, vt nomina ipſa p̃ ſe ferũt, & aſſerit Ariſ. 2. Eth. c. 7. ergo ſunt in volũtate. De hac q̃one verſantur variæ opiniones. Conradus, & alij diſcipuli D. Th. recẽtiores, dicunt, q liberalitas requirit duos habitus; alterum, q̃ conſtituatur in voluntate ad elargitiones faciendas, q̃n oportet, & animo lubenti; alterũ vero, qui conſtituatur in appetitu ſenſitiuo ad moderandã pecuniæ nimiã cupiditatem. Itaq; liberalitas integratur ex duob. habitib. veluti ſcientia ex plurib. ſpecieb. conſtituitur: & idẽ eſt iudicandũ de virtute magnificẽtię. Et ad locum D. Th. ex prima parte, vbi vr̃ negare, q iſtæ virtutes conſtituantur in appetitu ſenſitiuo, rñdent prædicti auctores, q eo in loco locutus eſt de ꝓdictis virtutibus ſm̃ ſe, non vt ſunt in hoĩe in vita mortali conſtituto: in alijs vero locis, in q̃b. docet collocari in appetitu ſenſitiuo, loq̃tur de his virtutib. prout competunt homini in vita mortali conſtituto.

Arist.

Contra deciſio quæſtio.

Caie.

Cai. infra q. 60. art. 5. longe aliter ſentit: ponit .n. in primis quandam explicationem ad concilianda dicta D. Th. quæ inter ſe diſſidere videntur, & reprobat illam tamquam minime commodam: ea eſt, quod liberalitas, & magnificentia reſpiciunt, tum paſſiones, tum operationes: paſſiones quidẽ propinque; operationes uero remote. Dicit ergo hæc opinio, q in quantum reſpiciunt operationes, & ſumtus pecuniæ, ſunt in voluntate: ſed in quantum reſpiciunt paſſiones, ſunt in appetitu ſenſitiuo. Et quidem illud primum aſſertum, quod ſint in voluntate conſtituendæ, vel ex hoc probatur; quia vti pecunia eſt actus voluntatis, qui quidem videtur eſſe potiſſimus actus liberalitatis, & magnificentiæ.

Caie. reprobat ſuprapoſitã ſententiam his argumentis Primo.

Hanc tamen explicationem reprobat Caie. tum, quia iuxta D. Tho. doctrinam, vna virtus nõ poteſt ex æquo in duabus potentijs collocari: vnde ſi liberalitas eſt in voluntate, & in appetitu ſenſitiuo, neceſſum eſt dicere q ſit in appetitu ſenſitiuo, vt ſubeſt voluntati; vel in voluntate, vt ſubeſt appetitui ſenſitiuo. hoc ſecundũ dici non poteſt: nã voluntas non ſubijcitur ex natura ſua appetitui ſenſitiuo. ſed nec primũ dici põt: nam ſi ꝓpterea liberalitas eſt in appetitu ſenſitiuo, q̃a ille ſubeſt uoluntati, hoc eſſet propter electionem participatam in ipſomet appetitu ſenſitiuo ſed eſt commune omnibus virtutib. appetitus ſenſitiui, q earum electio pendeat ab electione voluntatis: igitur pari ratione eſſet ponenda temperantia in voluntate, & in appetitu ſenſitiuo.

ART. SECVNDVS.

Vtrum vna virtus poſſit eſſe in pluribus potentijs.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Non poteſt vna virtus æqualiter eſſe in pluribus potentijs. Hanc concluſionem probat D. Th. in argumẽto, ſed contra, tali ratione. Vnum accidens non poteſt eſſe in pluribus ſubiectis: at virtutes ſunt accidentia in potentiis animæ, ut in ſubiectis exiſtentia: non ergo vna virtus poteſt eſſe in pluribus ſubiectis. Alia ratione eandem cõcluſionem oſtendit in corpore, iam vbicumque eſt diuerſitas potentiarum, eſt diuerſitas habituum; non tamen e diuerſo; virtutes autem habitus ſunt: ergo ſi diuerſæ potẽtiæ ſunt, diuerſis virtutib. exornari debent. Maior illa nota eſt: q̃a potentiarum diuerſitas communior eſt, quã diuerſitas habituum: illa namq; attenditur ſecundũ generales & cõmunes rationes obiectorum; hæc vero ſecundum ſpeciales, & particulares. Secunda Concluſio. Ordine quodã poteſt vna virtus eſſe in pluribus potentijs, ita vt in vna ſit præcipue, in alijs uero ꝑ quãdam diffuſionem, vel per modum cuiuſdam diſpoſitionis: vna enim potẽtia alteri ſubordinatur, & mouetur ab alia.

Secundo, fortitudo reſpicit paſſionem, & operationẽ: ergo ſimili ratione eſſet ponenda in Deo, proprie, & nõ metaphorice. & tamen D. Th. negat expreſſe fortitudinẽ eſſe proprie in Deo, quia reſpicit paſſiones.

Secundo.

Denique per iſtam doctrinam non videtur fieri ſatis teſtimonio Diui Th. ex prima parte, vbi expreſſe negat liberalitatẽ eſſe ĩ appetitu ſẽſitiuo, & circa paſſiones. Reſpõdet ergo Caiet. q D. Th. in hoc articulo loquitur ſecundũ ꝓpriã ſñiam; at vero in alijs locis citatis in argumento locutus fuit ſm̃ aliorũ ſẽtentiã, q̃a nondũ aſcenderat ad ſpeculam huius ſummæ Theologiæ. Et confirmat dictã ſñiam Cai. q̃a D. Th. deinceps, vt patet in 2. 2. q. 117 art. 1. proſecutus eſt doctrinã quam ponit in hoc articulo. Et eſt ratio: q̃a iſtæ virtutes non reſpiciunt operationes ſecundum ſe, ſicut iuſtitia reſpicit, & partes iuſtitiæ: ſed ſecundum q operationes al qualiter ſe habent ad paſſiones amoris pecuniæ, & ſpei in pecunia. Ex quo colligit Caie. q in Deo non eſt proprie liberalitas, & magnificẽtia, niſi tantum metaphorice. Et eodem modo philoſophatur Caie de virtute veritatis, quam D. Th. 1. contra gentiles vbi ſupra, numerat inter virtutes circa actiones; infra vero q. 60. ar. 4. omnes iſtas virtutes aſſerit eſſe circa paſſiones. Hæc ſñia Caie. eſt valde probabilis, & ſententiæ D. Th. valde conformis. Ex his trib. ſententijs relatis mihi probabiliſſima vr̃ ſententia Contra. Primo, quia cum in prima parte aſſerit D. Thõ. Deo aliquod attributum competere, vel non competere: iam loquitur ſecundum ſuam ſñiam, quia prima pars definitiua ſentẽtia eſt de ijs, quæ attinent ad Deũ: aut igitur hic falſum dicit: aut fuit oblitus propriæ ſententiæ. Secundo. quia illud argumentum ſecundum, quod in principio dubij poſuimus, non plene ſoluitur, ſ. q Ariſ. dixit liberalitatẽ eſſe circa actiones: & multo minus ſoluitur tertium, q ſcilicet, voluntas non eſt proportionata ad bonum alterius, ad quod ordinatur per ſe liberalitas. & magnificentia: ergo indiget habitu, vt promte, & delectabiliter operetur. Denique aſſerere Deum eſſe liberalem, & magnificum, tantum metaphorice, durum videtur, cum tot beneficia, & tam magna, & bona voluntate conferat hominibus. Quare ſupereſt, vt reſpondeatur ad argumenta Caie.

Vltimo.

Reſponſio Caie.

Confirmatio prædictæ ſententiæ.

Sententia Contra. Refutat Caie. Primo.

Secundo.

Vltimo.

Ad primum, rñdetur primo, q vna virtus vnitate numerica, non põt eſſe æqualiter in duabus potentijs: at vero vna virtus vnitate ordinis, bene poteſt eſſe in duabus potentiis, ita vt illud quod ꝑficit ad vnam operationẽ vnius ſpeciei, dicatur vna uirtus; ſicut prudẽtia dr̃ vna virtus, et ſi partiales habitus conueniant ad actũ prudẽtialem, ſ. eubulia, ſyneſis, & gnomi: de quibus iam dictum eſt. Sed tñ iſta ſolutio non plene ſatisfacit argumẽto Caie. quærimus enim an liberalitas, quæ eſt in appetitu ſenſitiuo, ſit eadem virtus ſpecie cum liberalitate, q̃ eſt in voluntate, & diſtincta numero: an vero differat ſpecie, ſiquidẽ eſt in potentia diſtincta ſpecie; & an liberalitas appetitus ſenſitiui ſit ſubordinata liberalitati q̃ eſt in volũtate, vel ecõtra. Ad hæc rñdetur primo, q non eſt æqualiter in duabus potentijs vna virtus, neq; ſecundum numerum, neque ſecundũ ſpeciẽ. Dico ſecũdo, q liberalitas in hoĩe principalius eſt ĩ appetitu ſenſitiuo,

Solutio argumenti primi Caie. ſuprapoſiti.

Prima reſponſio.

quam

quam in uoluntate. Rñ eſt: quia maior difficultas eſt, per ſe loquẽdo ad liberalem dationẽ in appetitu ſenſitiuo, q̃ in uoluntate: ergo ibi principaliter eſt collocanda uirtus in hominibus. Antecedens experientia patet. Et ad argm̃ in contrariũ, quia uoluntas non ſubordinatur appetitui ſenſitiuo, distinguo antecedens; uel ingñe cãæ efficiẽtis: & ſic concedo: uel ingñe cãs obiectiuę, ſeu finalis, cõſumãtis actũ uolũtatis: & ſic nego: immo aliquãdo actus uolũtatis perficitur & conſumatur ex actu appetitus: quemadmodũ bona electio uolũtatis in materia tẽperãtiæ, eſt ſubordinata bonæ intẽtioni appetitus ſẽſitiui, quã efficit habitus tẽperãtiæ ibidẽ exiſtẽs: & rurſus, ipſa electio uoluntatis in materia temperãtię cõſumatur ſecundum rõnem uirtutis p electionem appetitus ſẽſitiui. Et hęc patẽt ex his quę dicentur infra hac quęſt. art 7. & ex doctrina Caietan ibidem Sed nunc dicimus, q̃ liberalitas, quæ eſt in voluntate hois, & actus exiſtẽs etiã in uoluntate, perficitur, & conſumatur in electione appetitus, & incipit ẽt ex bona intentione eiuſdem appetitus ſenſitiui circa amorẽ pecuniæ. & p hunc modũ dicitur hõ liberalis, abſolute loquendo, q̃ promptitudine appetitus donat aliquid.

Pri. con.

Aliquando actus uoluntatis perficitur & conſumatur ex actu appetitus.

Secundo.

Obiectio.

Et ſi quis obiiciat contra iſtam doctrinam: ſequitur, quod iuſtitia ſit etiam ponenda in appetitu ſenſitiuo, & non ſolum in uoluntate. Probatur ſequela; quia ad reddendũ debitũ ſecundum æqualitate, eſt difficultas ex parte appetitus ſenſitiui: quoniã plus nimio afficitur ad pecunia, & ad alia bona tẽporalia: ergo vt aliquis prompte & delectabiliter reſtituat quod debet, opus habet virtute perficiente appetitum ſenſitiuum. Reſpondetur negãdo ſequelam. Ad probationem reſpõdetur, quod ſufficit uirtus iuſtitiæ ad tollendã illam difficultatem appetitus ſenſitiui erga debitam pecuniam: nam ſi liberalitas ſufficit ad dandum qđ nõ debet, magis ſufficiet ad dãdũ debitũ. & argm̃ factũ bene probat virtutes eſſe connexas, & q̃ propter defectum vnius uirtutis, alia uirtus infirmatur.

So lutio.

Nota differentiã inter iuſtitiam & liberalitatẽ.

Et notandum eſt, quod hæc eſt differentia inter iuſtitiam & liberalitatem: quod liberalitas ſecundum propriã rationem ſpecificam poſtulat ut homo prompto animo, & libenti operetur; iuſtitia uero non exigit hoc ſecundum ſuam ſpecificam rationẽ, ſed tantum ſecundum genericã rationem, quatenus uirtus eſt: dum enim aliquis reſtituit tantum quantum debet, facit opus natura ſua iuſtum, & ſi non prompto animo id faciat, neque libenter: nõ autem dicitur homo facere opus liberaliter, niſi animo lubẽti id faciat: ſi enim aliquis aliquid faciat ex metu, aut ſpe lucri non eſt actio liberalis illa: primum enim quod conſideratur in dono, eſt amor donantis, ut optime, & elegãter docet D. Thom. prima parte quæſt. 38. art. 2. Et profecto nomen ipſum, Liberalis, hoc uidetur inſinuare, quod homo ſit liber a cupiditate, & auaritia pecuniæ, quæ dicitur idolorũ ſeruitus, ſecundum Apoſtolum. & non ſolum importat quod homo det aliquid ex libero arbitrio, quod non tenebatur dare ex iuſtitia: ſed utrumque importat nomen liberalitatis, & nomen liberale.

D. Thom.

Ad ſecundũ

Ad ſecundum Caiet. reſpondetur, non eſſe eandem rationem de fortitudine, & liberalitate, ut ponatur fortitudo in Deo, ſicut ponitur liberalitas, quia licet conueniãt in hoc, quod vtraque virtus reſpicit paſſionem, & operationem, & principalius paſſionem, quam operationem; in hominibus tamen eſt differentia: quod liberalitas reſpicit bonum hominis non in ſe ipſo tñ, ſed in ordine ad aliũ; fortitudo autẽ, ſicut & temperantia, reſpicit bonũ hominis in ſemetipſo. vnde iſte pronuntiatur in appetitu ſenſitiuo; quia uoluntas nõ eget virtute ſuperaddita ad bonũ proprium. Ex quo ſequitur, q̃ nomen fortitudinis, & tẽperantiæ, nõ poſſit tráſferri in Deum, niſi metaphorice; nomen uero liberalitatis, & magnificentiæ, quia ſecundum ſe vniuerſaliter poſtulat quod ſit in uoluntate, quia eſt ad alterum; quãuis in homine in ſtatu præſentis vitæ ſit neceſſaria, principaliter in appetitu; hac de cauſſa Deus ꝓprie ẽ liberalis, & magnificus, licet nõ ſint in illo paſſiones, ſicut in nobis: quemadmodum ẽt Deus eſt ꝓprie miſericors, quia cõfert bona per quæ liberamur a miſeria; non quia ipſe Deus triſtetur, uel cõpatiatur de malo alieno: ita ẽt eſt liberalis, in quantum tribuit perfectionẽ rebus, non propter ſuam ipſius utilitatem, ſed propter ſuam bonitatem. de qua re uidendus eſt D. Thom. prima parte quęſtion. 21. articul. 2.

Caiet. reſpondetur.

Differentia inter liberalitatẽ & fortitudinem.

Tertia.

ART. TERTIVS.

Vtrum intellectus poſsit eſſe ſubiectum uirtutis.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Intellectus abſque omni ordine ad uoluntatem poteſt eſſe ſubiectum habitus, qui dicitur uirtus ſecundum quid: poteſt.n. ſubiectum eſſe eorũ habituum, qui cõferunt facultatem operis, cuiuſmodi eſt habitus grammaticæ; hi uero habit⁹ non dicuntur uirtutes ſimpliciter, quia non ſimpliciter faciunt bonum habentem, neq; opus reddunt ſimpliciter bonũ, ſed in quadam facultate.

Secunda Concluſio. Subiectum habitus, qui ſimpliciter uirtus dicitur, non p̃t eſſe niſi uoluntas uel aliqua potẽtia, ea rõne, qua a uolũtate mouetur: ille .n. habitus dicitur ſimpliciter uirtus, qui nõ ſolũ dat facultatẽ operãdi bonũ, ſed etiam facit, ut actu iuſte operemur. Quod autem hõ bene agat, prouenit ex eo, q̃ hẽt bonam uoluntatem: uirtus ergo quæ bene operari facit in actu, & non ſolum in facultate, debet eſſe, uel in uoluntate, uel in alia potentia, mota a uoluntate.

Tertia Concluſio. Secundum quod intellectus hẽt ordinem ad uoluntatem, poteſt eſſe ſubiectũ uirtutis ſimpliciter: qua ratione intellectus ſpeculatiuus, eſt ſubiectum fidei: & practicus, eſt ſubiectum prudentiæ.

EXPLICATIO ARTICVLI.

In hoc articulo eſt graue dubium de differentia quam conſtituit Diuus Thomas inter uirtutem intellectualem, & moralem: quod uirtus intellectualis dat facultatem, ſed non rectum uſum; moralis uero præſtat utrumque. Hæc differentia uidetur quod non poſſit conſiſtere.

Graue dubium.

Nam ſcientia non ſolum dat facultatem ad ſciendum, ſed etiam aſſenſum uerum, euidentem, & infallibilem. & idem inuenitur in Grammatica, & omnibus aliis diſciplinis, & artibus. ergo uirtus intellectualis etiam præſtat rectum uſum.

Verum uirtus intellectualis det bonum uſũ. Arguitur. primo

Secundo Ariſtot. expreſſe dicit, quod ars inquirit medium, & conſtituit inter extrema: & idem dicit, poſt pauca, de ſcientia ergo ars præſtat rectum uſum.

ſecundo. Ari. 2. Ethi cap. 6.

Tertio nam in ſuperiori quæſtione oſtenſum eſt multis argumentis, quod ſcientiis, & artibus nullus male utitur. Quod confirmatur ex definitione D. Auguſt. Virtus, inquit, bona eſt qualitas mentis, qua recte uiuitur, qua nullus male utitur.

tertio. Auguſt.

Quarto, temperantia, quæ uere uirtus eſt, inclinat hominem ut ſobrie & temperate agat: at homo pro ſua uoluntate poteſt operari contra temperantiam. Simile reperitur in artibus, & diſciplinis. nam ars pingendi inclinat hominem ut recte pingat imaginem: ſed pictor pro ſua uoluntate poteſt malam picturam efficere. ergo nulla eſt differentia.

quarto.

Vltimo, uirtus intellectualis eſt perfectior omni morali. ergo uirtus intellectualis non eſt uirtus ſecundũ quid.

Rurſus,

Rurſus: ergo præſtat bonitatem ſimpliciter; atque adeo præſtat facultatem, & rectum uſum. Patet antecedens: nã Ariſto. dicit, q felicitudo eſt actus optimæ uirtutis; & q hæc uirtus eſt ſapientia: ſapientia uero, ſine controuerſia, eſt uirtus intellectualis quæ ſententia ſine dubio uerißima eſt. Nam intellectus eſt perfectior potentia, q uoluntas, illuminat, dirigit uolũtatem, & ei perfecta proponit: ergo uirtutes intellectuales perfectiores ſunt, quam morales. Hæc omnia confirmãtur auctoritate diuinæ ſcripturæ. Nam D. Paulus Romanorum 1. dicit, quod homines ſcelerati ueritatem Dei in iniuſtitia detinent. quibus uerbis ſignificat Paulus, quod homines, qui ſecundum ueritatem cognitam uitam non inſtituunt, uim inferunt ueritati: ergo ueritas de ſe cognita inclinat ad rectum uſum.

Ari. 1. Ethic. cap. 7. & 10. Eth. c. 9.

Nec omnia cõfirmantur Roma. 1.

Ad dubium reſpondetur. Exponitur D. Thom. Prima expoſitio Caie.

Ad hoc dubium reſpondetur, quod hæc ueritas, quam conſtituit D. Tho. in artic. uarias habet expoſitiones. Prima eſt, quã hic hẽt D. Caiet. Differt, inquit, inter uirtutẽ intellectualẽ, & moralẽ: nã intellectualis dat facultatem ad bonũ actum ſi homo uelit ea uti, ſed non inclinat, nec perficit uoluntatem ut ea recte utatur; uirtus uero moralis dat facultatem ad bonum actum, & inclinat uoluntatẽ ut ea utatur, qñ opus fuerit. uerbi gratia. Grammatica dat facultatem recte loquendi: ſed grammaticus data opera poteſt loqui contra artem, & nõ loqui, qñ opus eſt, & hoc ſine uitio grammaticæ, aut ignorantiæ. Iuſtitia uero non ſolum dat facultatem agendi iuſte, ſed inclinat uoluntatem, ut recte, & promte iuſta operetur quãdo opus fuerit.

Secunda expoſitio.

Secunda explicatio eſt, hoc differt inter uirtutem moralem, & intellectualẽ, q opera, quæ procedũt ex uirtute intellectuali, ut ſint pfecta, ſat fuerit, q in ſe pfecta ſint; opera uero quæ pcedũt ex uirtute morali, ut pfecta ſint, debent eſſe ſm oes circumſtantias perfecta, & ſtudioſa. uerbi gratia. ut pictura perfecta ſit, ſatis eſt quod in ſe ſit perfecta, & ſuæ arti conſentanea, licet malo fine fiat: opus uero uirtutis ut ſtudioſum ſit, in primis oportet q agens operetur ex ſcientia: nam ſi operatur forte fortuna, uel ex ignorãtia, opus uirtutis nõ eſt. Rurſus requiritur, q operetur ex electione pp honeſtũ fine: nã ſi operatur pp uanã gloriã, opus ſtudioſum non eſt. Vltimo requiritur, q operetur firmo, & ſtabili propoſito: nam ſi operetur inuitus, opus uirtutis non eſt: hũc ergo rectum uſum ſola uirtus moralis præſtare poteſt: ſic habet Ariſt. 2. Ethic. capit. 4.

Ariſtot. Tertia explicatio.

Tertia explica. Virtus intellectualis ſolum perficit intellectum, ſed non ſanat, nec perficit uoluntatem, nec noſtros affectus moderatur, & regit. uerbi gratia. quod quis uehementer diſputet contra timidos, non facit quod ex eius animo timiditas expellatur, concludere euidẽtẽ ſyllogiſmum ad demonſtrandã uirtutis temperantiæ excellentiam, non gignit in animo noſtro temperantiam, eloquentiſſime agere contra arrogantiam, & ambitionẽ, non facit animum manſuetum, & mitem. Sola ergo uirtus moralis facit, quod temperate, & fortiter uiuamus: & hũc appellat D. Tho. in articulo rectum uſum. Ex ijs patet, quod minime ſit fidendum uirtutibus intellectualibus, ſiquidẽ minimam habeant perfectionem. Sequitur ſecũdo, eſſe uerißimum quod dicit Ariſt. 6. Ethicorum c. 5. quod in artibus, qui ſponte, & ex ſua uoluntate operatur contra artẽ, non meretur reprehẽſionẽ, nec ars eius uituperatur. quoniam uirtus intellectualis nõ habet in officio pficere uoluntatẽ, ſed tantummodo intellectum: qui uero in moralibus uoluntarie operatur opus defectuoſum, reprehẽſionem, & uituperationem promeretur: uirtus. n. moralis habet in officio rectificare uoluntatem. Ex his principijs facile intelligitur, quomodo uirtutes intellectuales pſtẽt facultatem, ſed non rectum uſum. Ex eiſdem principijs ſoluuntur omnia argumenta in principio poſita: ſed ultimum argumentum diligentius eſt confutandum.

D. Thom. Ex his ſequitur primo. Sequitur ſecundo. Ariſto.

Virtutes intellectuales præſtant facultatem ſed non rectum uſum.

Solutio ultimi argumenti.

Dicendum eſt in primis, quod quando fit comparatio inter uirtutes unius potentiæ ad uirtutes alterius, fit comparatio inter genus, & genus. & inter præſtantiſſimã uirtutem unius potentiæ, ad optimã uirtutem alterius potẽtiæ. Euidens autem eſt ex diuina Theologia, q lumen gloriæ, & uiſio beata, perfectior eſt quam caritas; & ſic uerificatur, quod uirtus intellectualis eſt perfectior uirtute morali, quæ in uoluntate conſtituitur. Cum hoc tñ recte coniungitur, quod caritas ſit perfectior multis uirtutibus intellectualibus: exuperat enim omnes ſciẽtias naturales; quemadmodum iuſtitia, licet ſit perfectior temperantia, & fortitudine; cum hoc tamen recte ſtat, quod uendere piſces iuſto pretio, non ſit æqualis meriti cum egregio opere fortitudinis, aut temperantiæ.

Secundo uidetur, q inter uirtutes humanas, prudentia, quæ eſt uirtus intellectualis, primatum tenet: & ſic uerificatur, quod uirtus intellectualis ſit perfectior morali.

Secundo reſpondetur.

Tertio reſpondetur, quod habitus intellectuales ſecũdum ſe, ſunt perfectiores uirtutibus moralibus, quod patet ex ſubiecto, & ex obiecto, & ex actu ipſo: ceterum uirtus moralis participat magis de ratione uirtutis: facit. n. bonum habentem, & eius opus bonum reddit, quemadmodum ſcientia de anima perfectior eſt, quam ſcientia Mathematicarum ratione ſua de nobiliori obiecto ſed ratio ſcientiæ illuſtrior inuenitur in mathematicis, ſunt enim euidentiores.

Tertio reſpõdetur.

Vltimo dicendum eſt, quod ſapientia, in qua beatitudo noſtra conſiſtit, dependet ex rectitudine uoluntatis, & ſemper habet coniunctam rectitudinem uoluntatis: & ideo inter uirtutes morales computanda eſt. qua ratione D. Tho. inter uirtutes morales conſtituit prudentiam.

Vltimo dicẽdum eſt.

Ad auctoritatem D. Paul. Dicendũ eſt, quod ueritas cognita inclinat appetitum ad rectam operationẽ extrinſece, & remote, ſicuti finis, & obiectum, quemadmodũ centrum inclinat lapidem ad deſcenſum: uirtus uero moralis inclinat intrinſece, & effectiue, alliciendo, ſollicitando, ſanando, quemadmodum grauitas inclinat lapidem ad deſcenſum. Certe intellectus ad mouendum ad opera ſtudioſa, minimã habet efficaciam: nã tãtum oſtendit cibum, alimentum animæ, uoluntas uero intra ſeipſam recipit alimentum, & fortiſſime creſcit, & auctis uiribus procedit de uirtute in uirtutem.

Ad auctoritatem.

Conſequenter quæritur: utrum fides, quæ eſt uirtus intellectualis, tribuat utrumque, & quod conferat facultatem intellectui ad aſſentiendum rebus creditis, & quod tribuat rectum uſum ex parte uoluntatis.

Vtrum fides tribuat facultatem & uſum.

Huius pars negatiua ſuadetur in primis: quoniã fides eſt habitus intellectus, & ſpeculatiuus, q nõ eſt ſecundũ ſe uirtus ſimpliciter dicta, quæ bonũ facit habentem, & eius opus bonum reddit: ergo fides non tribuit uoluntati rectum uſum. Antecedens probatur: nam fides ſola, ſine caritate, facit Chriſtianum, & uerum Chriſtianum; quamuis non bonum Chriſtianum. ergo poteſt quis uti habitu fidei, credendo propter uanam gloriam.

Pars negatiua probatur primum.

Confirmatur hoc argumentum. nam credere Deum eſſe trinum & unum, eſt actus ſupernaturalis. ergo etiã ſi fiat propter uanam gloriam, eſt ab habitu ſupernaturali. Probatur conſequentia; quia finis extrinſecus alicuius actus non tollit eius ſpecificam, & ſpecialem rationem.

Confir.

Scilo, qui hẽt illũ actũ, maiorem certitudinẽ habet q Deus eſt trinus & unus, quam de quacumq; re naturali. ergo ille aſſenſus eſt ab habitu fidei ſupernaturali. Cõſequentia inde probatur; qm illa maior certitudo non poteſt eſſe, niſi ab aliquo principio ſupernaturali.

ſecundo.

Tertio, qui aſſentitur huic propoſitioni. Chriſtus eſt riſibilis, per hunc diſcurſum. Chriſtus eſt homo: ergo eſt riſibilis, eſt uere Theologus, etiam ſi antecedenti aſſentiatur propter uanam gloriam ergo aſſenſus illius antecedentis eſt ab habitu fidei infuſo. Patet conſequentia: quia habitus fidei infuſæ, eſt, per quem aſſentimus primis principijs ſacræ Theologiæ.

tertium.

Quarto, gratijs gratis datis, poteſt quis male uti peccãdo mortaliter, ut gratia ſanitatis poteſt quis male uti, ppter uanam gloriam; & tamen ſunt dona Spiritus ſancti, & ex auxilio ſupnaturali Dei fiunt talia opera miraculoſa: ergo non eſt inconueniens, q Deus ſpeciali auxilio concurrat ad actum fidei ſupernaturalis pp uanam gloriam.

quartum.

Quinto, ſi quis uelit efficaciter baptizari propter uanã gloriam, ſuſcipit ſacramentum. ergo ſi quis credat propter uanam gloriam, uere elicit actum fidei infuſæ. Patet conſequentia, quia uterq; actus ſuperat naturæ facultatem. Hanc ſententiam tenet Caie. quæſtione præcedenti art. 4. & 2. 2. quæſt. quinta, artic. 2.

quintum.

In oppoſitum eſt auctoritas D. Thom. in ultima cõcluſione huius articuli, ubi aſſerit, q intellectus, quatenus

In oppoſitũ D. Thom.

mouetur

moueetur a recta uoluntate, eſt ſubiectū habitus, qui ſimpliciter eſt uirtus: nā in intellectu ſpeculatiuo ponitur fides Chriſtiana, q̄ uera uirtus eſt; in intellectu uero practico prudentia eſt, quæ primatum obtinet inter oēs uirtutes morales. In quibus uerbis oſtendit D. Tho. quod nemo pōt male uti habitu fidei infuſæ, ſicut neq; habitu prudentiæ.

Primum arg.

Hæc ſententia probatur primo; quoniam ad actū credendi ex habitu fidei, etiam informis, concurrit Spiritus ſancti ſpeciali auxilio, ad bonum ipſius credētis ordinato: ergo talis actus nō poteſt eſſe peccatum. Probatur cōſequētia: quia Spiritus ſanctus non concurrit ad peccatum ſpeciali auxilio: at credere ꝓpter uanā gloriā, eſt peccatum: ergo non eſt ab habitu fidei infuſo.

Pri. conc.

Secundum.

Secundo, nemo poteſt male uti prudentia infuſa, uel etiam acquiſita propter uanā gloriā: ergo neq; fide infuſā. Probatur conſequentia: quia prudentia eſt etiam habitus intellectualis. Sed reſpondebit aliquis, quod prudentia eſt habitus practicus; fides autē ſpeculatiua uirtus eſt. Ad hoc tamen reſpondetur, quod quamuis fides formaliter ſit habitus ſpeculatiuus, eminenter tamen eſt practicus: quia fides ordinatur per ſe, & non per accidens, ad faciendum hominem bonum ſimpliciter, ſicut fundamentum, & principium intrinſecum totius bonitatis: iuxta illud; Sancti per fidē uicerūt regna, operati ſunt iuſtitiam.

Hebr. 11.

Tertio arguitur. Habitu uirtutis acquiſitæ, etiam, quādo non eſt in ſtatu uirtutis, ſed eſt quædam bona diſpoſitio initiatiue, nemo poteſt male uti tanquā principio alicuius operis: ergo neque habitu fidei, qñ non eſt in ſtatu uirtutis. Probatur conſequentia: quia ſicut de ratione illius diſpoſitionis eſt, quod eadem poſſit peruenire ad ſtatum uirtutis, ita de ratione fidei infuſæ eſt, quod poſſit eſſe uirtus perfecta.

Confir.

Cōfirmatur: quia ad perfectā ſpeciem fidei pertinet ꝙ ſit uirtus uera; ſiquidem ſm̄ ſuam eſſentiam actus fidei dependet ex duplici principio; altero, lumine infuſo in intellectu; altero, pia affectione uoluntatis ad captiuādū intellectū in obſequiū fidei; quæ pia affectio non eſt perfecta ſine caritate: ergo ut actus fidei ſit omnino ꝑfectus ex ſua rōne, neceſſaria eſt caritas. ergo ſm̄ propriam ſpeciem ſuam poſtulat quod habeat rationem uirtutis.

Quartum.

Quarto, Si fide informi poteſt quis male uti peccando ueniali ter: ergo & peccādo mortaliter. v.g. ſi hō cōſtituat finē ultimū in uana gloria, ꝓp quem finem credit; & tunc concedēdum eſt, quod credere Deum eſſe trinum & unū ex fide infuſa, & ex dono Spiritus ſancti, erit peccatum mortale. Deniq; ſi fide informi poteſt qs male uti peccādo ueniali ter: ergo etiam fide formata; quæ eſt uirtus ſimpliciter dicta. Probatur conſequentia: quia habitus caritatis non repugnat eſſe cum peccato ueniali: ergo poterit aliquis credere, qñ habet habitum caritatis peccando uenialiter. Certe argumenta utrinq; premunt, & urgent, & utraq; quæſtionis pars magna probabilitate pōt defendi.

Authoris ſententia.

Mihi tamen illa ſententia magis probatur, quod habitus fidei magis ſit aſſimilis habitibus ſpeculatiuis. Ex quo conſequens eſt, quod ſi quis credit propter uanā gloriā, ille actus, quatenus progreditur a fide, bonus eſt: uirtute enim intellectuali, nullus male utitur, ut ſupra definitum eſt: ꝙ uero fiat propter uanā gloriam, eſt finis ab extrinſeco adiunctus, & ideo non uitiat actū fidei, quatenus a fide progreditur; ueluti cum quis argumētatur, uel rhetoricatur artificioſe ad perſuadēdum ſcelus: uſus hic, quatenus a Dialectica, uel Rhetorica progreditur, bonus eſt; quatenus ordinatur a praua uoluntate in malum finē, malus ē: quod in ſuperioribus uberius explicatum dedimus.

ART. QVARTVS.

Vtrum iraſcibilis, & concupiſcibilis ſit ſubiectum uirtutis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Iraſcibilis, & concupiſcibilis ſecundum ſe, id eſt, quatenus partes appetitus ſenſitiui, non ſunt ſubiectū uirtutis: uirtus enim eſt bona qualitas mentis: qđ eſt accipiēdum de mente per eſſentiam, aut per participationem; quorum neutrū conuenit iraſcibili, & concupiſcibili, ſecundum ſe.

Secunda.

Secunda Concluſio. Iraſcibilis, & concupiſcibilis quatenus participant rationem, id eſt, natæ ſunt obedire rōni, uirtutis humanæ ſubiectum eſſe poſſunt. Hac enim rōne fortitudo ponitur in iraſcibili, & tēperātia in cōcupiſcibili; quæ ueræ uirtutes ſunt. Deinde, actus qui progreditur ab una potentia, ea ratione qua eſt mota ab alia, non poteſt eſſe perfectus, niſi utraq; potētia ſit bene diſpoſita ad actum: ergo in iis, in quibus operantur iraſcibilis, & concupiſcibilis, ut ſunt a ratione motæ, debent poni habitus ad recte agēdum, qui eas potentias perficiant.

EXPLICATIO ARTIC.

DE ſcđa cōcluſione eſt magna controuerſia inter Theologos: nam Scot. in 3. diſt. 23. quæ. unica. & diſt. 33. Ocham in 3. diſt. 10. & 11. Gabriel. in 3. diſ. 23. & 33. Almay. Idem moralibus, tractatu 3. ca. 6. Buridanus, & aliꝗ hui9 claſſ. ſētiūt, ꝙ ī appetitu ſēſitiuo sūt cōſtituēdi aliqui habitus, quib. recte diſponatur ut obediat rationi, ſed non merentur nomen uirtutis. Itaque omnes uirtutes ad uoluntatem ſunt referendæ. Patet hæc ſententia optimis argumentis.

Scot. Ocham. Gabriel.

Almay.

Burid.

Argumenta cōtra ſecundam concluſionem. primum.

In primis, uirtus eſt habitus electiuus in medio conſiſtens, rectæ rationi conſentaneus. ſic definit Ariſt. 2. Eth cap. 2. Sed electio eſt actus uolūtatis, approbantis mediū quod a ratione poſitum eſt: ergo appetitus ſenſitiuus nō eſt capax uirtutis, ſiquidem eligere non ualet.

ſecundum.

Secundo appetitus ſenſitiuus non habet libertatem: ergo non poteſt eſſe uirtutis ſubiectum. Conſequentia inde probatur. nam in membris exterioribus non cōſtituitur uirtus; quoniam non habēt libertatem. atq. adeo ſequitur quod concupiſcentia noxia, quæ in eo conſurgit contradicente uoluntate, ſit peccatum; quod aſſerere falſum eſt. nam peccatum adeo eſt uoluntarium, quod ſi nō eſt uoluntarium, non eſt peccatum. Quod ſit peccatum, & quod recte ſequatur, patet. Nam illa concupiſcentia eſt libera, & in potentia libera. ergo peccatum.

tertium.

Tertio, in appetitu ſenſitiuo conſtituendæ ſunt ueræ uirtutes, maxime fortitudo, & temperantia, ut hic dicit S. Thu. ſed iſtæ collocātur in uoluntate: ergo nō ſunt cōſtituendæ in appetitu ſenſitiuo. Quod conſtituātur in uolūtate, ſic oſtendo. In primis D. Aug. 14. de ciui c. 5. 6. & 7. & deinceps, docet expreſſe, ꝙ in uoluntate ſunt paſſiones. ergo in uoluntate ſunt conſtituendæ prædictæ uirtutes ad moderādas paſſiones. & primo de moribus Eccleſiæ c. 15 dicit, quattuor uirtutes cardinales, prudentiā, iuſtitiam, fortitudinem, & temperantiā, nihil aliud eſſe, q̄ quattuor amores recte ordinatos: ſed amor refertur ad uoluntatē, ergo prædictæ uirtutes ad uoluntatem ſunt referendæ.

Auguſt.

Confir. Ariſtot. polit.

Et cōfirmatur. Nā Ariſt. dicit, neceſſe eſſe principē habere uirtutē, ut imperet, & principetur recte. ſed uolūtas imperat appetitui ſenſitiuo ad moderandas paſſiones. ergo neceſſarium eſt has uirtutes conſtituere in uoluntate.

Maiora argumenta. primum.

Sed omiſſis auctoritatibus, maioribus argumentis diſputandum eſt. In primis, ex actibus rectę rationis generatur in nobis uirtus prudentiæ. ergo ex actibus rectę electionis in materia temperantiæ generatur in noſtra uolūtate uirtus temperantiæ.

ſecundum.

Deinde, uoluntas ſuapte natura non eſt inclinata, nec determinata ad bonum temperantiæ, aut fortitudinis, ſicut non eſt determinata ad bonum iuſtitiæ. ergo indiget uirtute, qua determinetur, & perficiatur.

tertium.

Tertio, in uoluntate conſtituitur iſte actus, Volo tēperate uiuere, ut planę conſtat. ergo in uoluntate conſtituēda eſt

da eſt uirtus temperantiæ, quæ illum actum elicit. Conſequentia inde eſt euidens; quoniam uirtus conſtituitur ubi eſt operatio.

quartum. Quarto, habitus intemperantiæ conſtituitur in uoluntate: ergo etiam habitus temperantiæ. Conſequentia inde probatur: nam contraria habent fieri circa idem. Antecedens probatur: nam uoluntas non eſt determinata ad actus intemperantiæ: ergo ex frequentatione horũ actuũ generauit in ea habitus intemperantiæ.

ultimum. Vltimo, ex eo quod iſtæ uirtutes conſtituantur in appetitu ſenſitiuo, ſequuntur maxima incõmoda cõtra ueram Theologiam. In primis ſequitur, quod iſtæ uirtutes nõ fuiſſent in ſtatu innocentiæ; ſiquidem in illo ſtatu omnes paſſiones fuiſſent moderatæ. Item ſequitur, quod nõ maneant in anima ſeparata, neque in Chriſto Domino in triduo mortis: qđ aſſerere a uera doctrina apparet alienũ. Quod recte ſequatur, patet. Nam in anima ſeparata non manet appetitus ſenſitiuus. Sequitur et, quod in beatis poſt corporis reſurrectionem non maneant iſtæ uirtutes; ſiquidẽ nõ manẽt paſſiones quæ moderentur. Demũ ſequitur, quod fortitudo & tẽperantia infuſæ collocarentur in appetitu ſenſitiuo; qđ aſſerere a uera Theologia alienũ eſt. Nã prędictæ uirtutes infuſæ, uerſantur circa bonũ diuinũ, & ſupernaturale, qđ a potẽtia ſenſitiua nõ poſſe cognoſci, nec deſiderari, manifeſtũ eſt. Pro explicatione ueritatis ẽ prima cõcluſio.

Prima con. In ſenſitiuo appetitu ſũt habitus. In appetitu ſenſitiuo ſũt habitus boni & mali. Hæc concluſio copioſe demõſtrata eſt ſupra q. 50. ar. 3.

Secunda cõ. Fortitudo & temperãtia ſunt in appetitu. Arist. 1. Ethi. c. ulti. & 3. Eth. c. 10. Secunda cõcluſio. Fortitudo, & tẽperantia collocantur in appetitu ſenſitiuo, & non in uoluntate. Hæc eſt expreſſa ſnĩa Ariſt. dicit. n. quod fortitudo, & temperantia ſunt partium animæ irrationalium: intelligit iraſcibilem, & cõcupiſcibilem. Aduerſarij dicunt, quod intelligit per hæc uerba uoluntatem, quæ non eſt rõnalis per eſſentiam, ſed p participationem: & ueriſſime dicunt ita. n. explicat Ariſtot. 6. Eth. c. 1. & 1. magnorum moralium c. 5. Sed non poſſunt Ariſtotelem explicare in opuſculo de uirtutibus, ubi expreſſe dicit, prædictas uirtutes in appetitu ſenſitiuo eſſe collocandas. Præterea, uirtus uerſatur circa difficile, ſed uniuerſa difficultas in materia temperantię, & fortitudinis prouenit ab appetitu ſenſitiuo renuẽte, & ab eius paſſionibus. ergo iſtæ uirtutes ad appetitum ſenſitiuum ſũt referendę, ut illum frenent. Certe D. Paul. difficultatem huius negotij ad appetitum ſenſitiuum retulit, dicens. Condelector legi ſecundum interiorem hominem, id eſt ſecũdum rationalem appetitum: ſed ſentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meę. [Rom. 7.] & ad Galat. 5. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ut nõn quęcumque uultis, illa faciatis. [Galat. 5.] Item, conſtituamus hominem prudentẽ, qui ſciat, quid, & quo modo ſit operãdum; caret tamen paſſione, & difficultate appetitus ſenſitiui; iſte facillime, & animoſe reſiſtit contrariis, & temperate uiuit, ut conſeruet uitam ſuam. ergo otioſum eſt has uirtutes in uoluntate conſtituere. quod eſſe uerum, manifeſta experiẽtia demonſtrat: nã tranſmutato corpore per ęgritudinẽ, uel alias cauſas, ceſſant paſſiones; & pro eo tempore faciliſſimum eſt habere optimum propoſitum temperantię. Vltimo, uoluntas non indiget uirtute ad diligendos noſmetipſos, ſiquidẽ ad hoc ſatis ex ſua natura ẽ inclinata, & propenſa; ſed noſtra uoluntas ſuapte natura eſt inclinata ut reſiſtat contrariis, & ut uiuat ſobrie ad conſeruandã uitam: ergo ad hęc officia uirtute non indiget. Vim huius argumenti demonſtrat optime S. Doctor ar. 6. huius quęſtionis.

Tert. concl. In appetitu ſunt ueræ uirtutes. Tertia concluſio. Virtutes quę ſunt in appetitu ſenſitiuo, ſunt uerę uirtutes. nam temperantia, & fortitudo ſũt in appetitu ſenſitiuo, quæ ſunt uirtutes precipuę & cardinales. Item, in appetitu ſenſitiuo eſt uerum uitium luxurię, & uerum uitium puſillanimitatis, ergo in eo conſtituendę ſunt uirtutes, quę hęc uitia depellant.

Solutio arg. ad primum. Ad argumenta in cõtrarium reſpondetur. & ad primũ dicitur, quod uirtus quę eſt in appetitu ſenſitiuo, eſt habitus electiuus. Probatur primo; qm̃ eſt pricipiũ electionis participatę in potentia inferiori: licet. n. electio ſit actus uolũtatis, ut principaliter eligentis, eſt ẽt potentię inferioris, ut obſequentis, & exequentis. Secundo eſt principium electionis in uoluntate mediate, id eſt, mediante intẽtione finis: cum. n. qualis unuſquiſq; eſt, talis uideatur ei eſſe finis, ut dicit Ariſt. ex eo quod quis ẽ recte affectus ad bonũ tẽperantiæ, uidetur ei optimũ tẽperate uiuere: ex quo principio per diſcurſum prudentiæ colligit electionis cõcluſionẽ dicens: tunc temperate agendũ eſt. Tertio, quia tollit impedimentum rectæ electionis: paſſiones enim immoderatæ trahunt uoluntatem ad malam electionem. [Temperãtia ẽ principiũ electionis uoluntate. Ariſt. 3. Eth.]

ad ſecundũ. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, non eſſe dubium quin appetitus ſenſitiuus in homine habeat libertatem: ſic docet D. Tho. infra q. 74. art. 3. & 4. & 1. par. q. 81. art. 3. eam rem probat eleganter: ſic docet ſana doctrina: docet enim quod in appetitu ſenſitiuo eſt uerum uitiũ, & peccatum. Nec ex hoc inferat Theologus quod in appetitu ſenſitiuo poſſit eſſe peccatum ſine conſenſu uoluntatis: eſt enim argumentatio inualida: ſicut. n. ex eo quod intellectus habeat libertatem, & ſit capax uitij & uirtutis, non eſt conſequens quod poſſit eſſe in eo peccatum ſine conſenſu uoluntatis; ita neq; in appetitu ſenſitiuo. Et ratio eſt; quoniam uoluntas eſt appetitus uniuerſalis totius hominis, quæ mouet uniuerſas potẽtias; & ideo donec ipſa cõſentiat, actus hominis ad peccatum non imputatur. [D. Thom.]

ad tertium. Ad tertium argumentum negatur quod in appetitu ſenſitiuo non conſtituantur temperantia, & fortitudo. Et ad primum teſtimonium D. Aug. reſpondetur, quod appellat animæ paſſiones, omnes animi affectiones, ut gaudium, triſtitia, &c. non tamen uult docere D. Auguſt. quod audacia, & puſillanimitas ponantur in uoluntate, cum manifeſtum ſit eas in appetitu ſenſitiuo habere ſedem. [ad primum teſtimoniũ Auguſt.]

ad ſecundũ. Ad ſecundum teſtimonium reſpondetur, quod D. Aug. loquitur metaphorice. Prima explicatio eſt: omnes uirtutes ſunt amores, id eſt, ſunt inclinationes in bonum: inclinatio autem in bonum, amor eſt: uel ſunt amores, ut dicit D. Aug. & hęc ẽ ſecunda explicatio; quoniã præſupponunt amorem, uel quoniam ordinantur ad amorem.

Ariſtot. Ad Ariſt. reſpondetur, quod uoluntas ſuapte natura eſt inclinata ad operandum, ut reſiſtat contrarijs, & ad ſobrie uiuendum, ut conſeruet uitam, niſi paſſionibus præpediatur: & ideo in ſeipſa non eget uirtute ad operandum.

Ad argumẽta ſecundo loco poſita. ad primum. Ad alia argumenta, quibus opinio Scotica maxime cõfirmabatur, ſatiſfaciendum eſt. Et ad primum reſpondeo, quod ex electionibus rectis in materia temperantiæ, aut fortitudinis, generatur habitus in appetitu ſenſitiuo, & non in uoluntate.

ad ſecundũ. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod uoluntas, ſeclusis paſſionibus, ſatis inclinata eſt ut recte uiuat, & ut animoſe reſiſtat contrarijs, & ideo non eget uirtute ut inclinetur.

ad tertium. Nota. Ad tertium argumentum duplex adhibetur ſolutio. Prior eſt, quod hic actus, eſt actus elicitus temperantiæ: neq; n. eſt neceſſe quod habitus ſit in eadem potentia, in qua eſt actus elicitus: elicitur iſte actus uolũtatis, Volo credere, a fide quæ eſt in intellectu. Rurſus, iudicare ex æquo & iuſto, cum ſit actus intellectus, eſt actus elicitus a uirtute iuſtitiæ, quæ eſt in uoluntate; atq; oratio quæ eſt in intellectu, elicitur a uirtute religionis, quæ eſt in uoluntate. Nã ille actus dicitur elicitus ab aliqua uirtute, qui intrinſece pertinet ad illã uirtutẽ, & ad eius obiectũ, & regulã. Ille aũt dicitur imperatus, qui extrinſece ordinatur ad finẽ, & obiectũ alterius uirtutis. Altera ſolutio eſt, quod iſte actus nõ elicitur a uirtute tẽperantiæ, ſed ab ipſa uoluntate, quæ ſua natura ſat eſt inclinata ad bonũ temperantiæ.

ad quartũ. Ad quartum reſpondetur, quod habitus intemperãtiæ non producitur in uoluntate, quoniã uoluntas ſuapte natura eſt determinata ad bonum tẽperãtię: ſicut frigiditas numquã producitur in igne, quoniã ignis ſuapte natura eſt determinatus ad caliditatem. Secundo reſpondetur, quod producitur intemperantia in uoluntate, ſed nõ meretur nomen uitij, aut habitus: quoniã non uehementer inclinat uoluntatem contra bonum tẽperantiæ, ſed inclinat eam ut paſſiones ſequatur. Tertio dico, quod in uolũtate generatur habitus, qui uocatur incõtinẽtia. Pro quo ſciendum eſt ex D. Thom. 2. 2. quæſt. 155. per totã quod in uoluntate ponitur quidam habitus, qui cõtinentia nominatur: hic uero habitus nõ meretur nomen uirtutis; quoniam non ponitur ad faciendam rectam electionem, nec ad moderãdas paſſiones, ſed ut ſtabiliter, & cõfirmet uoluntatem, ut ex uehemẽtibus paſſionibus abducatur. [D. Thom.]

quapropter

Ariſt.

quaptopter dicit Ari.7.Eth.c.7.8.& 9. ꝙ continens, & incontinens circa paſſiones eodē modo ſe habent: huic habitui contrariatur in uoluntate habitus incontinentiæ.

Ad quintum.

Durandus.

Ad quintum argm̄, quod item ad incommoda adducebat, ad primum incommodum, Dur.in 2.d.29.q.2.aſſerit, ꝙ in ſtatu innocē tiæ non fuere virtutes morales ad moderandas paſſiones. ſed fallitur omnino; quoniam iuſtitia originalis non erat ſolitaria, ſed ſecum adducebat oēs uirtutes infuſas, & morales: quēadmodū gratia ſecū affert oēs uirtutes infuſas, & morales: tū uero: cū licet iuſtitia originalis ſat eſſet ad impedien das effrænes paſſiones; non tamen ſatis erat ad eliciendas moderatas paſſiones: nam (ut ego exiſtimo) iuſtitia originalis non erat operatiua, nec conſtituebatur in potentijs animæ, ſed in eſſentia, veluti gratia.

Concl.

ART. QVINTVS.

Vtrum uires apprehenſiuæ ſenſitiuæ ſint uirtutis ſubiectum.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans: quam in argumēto, ſed contra, probat D.Th.ex eo, quod in iis potētiis non ſunt uirtutes morales, qa hę ad partē appetentē ſpectant; neq; intellectuales, quia hæ ad rōnem ptinent, ut dr̄ 6.Eth. c.1. Oīs autē uirtus, aut eſt moralis, aut intellectualis, ut patet.2.Eth.1. Deinde id ipsū in corpore, tali rōne probatur. Virtus eſt habitus perfectus, quo bonū operamur: ergo uirtus in ea potētia eſt, quæ eſt conſumatiua boni operis: cognitio autem ueri non conſumatur in uiribus apprehenſiuis ſenſitiuis: tales.n.uires potius præparāt ad cognitionem intellectiuā, quæ eſt cognitio ueri: in eis ergo uirtus non eſt.

D.Tho.

Ad ſecundum incommodum reſpondetur, quod iſtæ uirtutes non manent in actu, ſed virtute: ſicut optime explicat D.Th.in q.de virtu.art.4.ad tertium.& q. de virtu. cardinalibus, art.4.ad 13.

Ad tertium incommodum reſpondetur, ꝙ iſtæ uirtutes prædictæ manent in beatis poſt corporum aſſumtionem: quod autem officium habeant in beatis, explicat D. Th. infra q.67.art.1.

Subiectum temperantiæ et fortitudinis infuſæ.

Ad ultimum incommodum reſpondetur, quod fortitudo & temperantia infuſæ, ſine dubio collocantur in appetitu ſenſitiuo: nam fortitudo infuſa conſtituit medium inter timorem, & audaciam, quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo. Rurſus temperantia conſtituit medium inter delectationem guſtus, & tactus; quæ in appetitu ſenſitiuo ſedem habent. Quo modo autem diſtinguantur a uirtutibus acquiſitis, in ſequentibus dicetur.

EXPLICATIO ART.

Nota.

Circa concluſionem notandum eſt, ꝙ nō ſolum negat tales habitus eſſe uirtutes morales; ſed etiam negat eſſe uirtutes circa proprium obiectum, eo modo, quo intellectuales habitus dicuntur uirtutes, ſecūdum quid; quemadmodū & ars dr̄ uirtus ſecundum quid. Hoc patet ex ratione D. Th. quia cognitio veri non conſumatur in uiribus ſenſitiuis.

Obiectio.

Iam uero arguitur contra cōcluſionem. In ſenſibus exterioribus non ſunt aliqui habitus etiam imperfecti. ergo neque in interioribus. Probatur conſequentia; quia omnes ſenſus uerſantur circa ſingularia, & ſenſus etiam exteriores cooperantur ad cognitionem ueritatis.

Solutio.

Reſpōdetur, quod ſenſus exteriores non poſſunt conſeruare aliquam impreſſionem ab obiecto, ſicut neque recipere ſpeciem niſi in præſentia obiecti; interiores uero ſenſus non ſolum recipiunt, ſed etiam conſeruant ſpeciem in abſentia obiecti: & ita bene poſſunt eſſe capaces alicuius habitus, quæ eſt qualitas permanens. ex quo ſequitur, ꝙ neq; etiam in ſenſu communi, quamuis ſit ſenſus interior, poteſt eſſe habitus; quia neque poteſt conſeruare ſpecies in abſentia obiecti.

Secundum argumentum contra tertiam concluſione.

Secundo, argumentor contra pręcipuam concluſionem D.Th. Appetitus ſēſitiuus poteſt eſſe ſubiectum uirtutis, in quantum obedit imperio rationis; ſed etiam ad imperium rationis operatur memoria, & imaginatiua, & æſtimatiua hominis: ergo pñt eſſe ſubiectum uirtutis.

Solutio, D.Th.

Ad hoc argm̄ rñdet D.Th. negando cōſequentiam: non.n.eſt eadem rō: quia appetitus ſenſitiuus habet ſe ad uoluntatē, quæ eſt appetitus rationalis, ſicut motus ab ipſa, & non ſicut mouens. & ita fit, vt opus appetitiuę uirtutis conſumetur in appetitu ſenſitiuo: ſed cū uires apprehenſiuæ ſēſitiuæ magis ſe habent, ut mouētes, reſpectu intellectus: ſicut colores ad uiſum, ita phantaſmata ad intellectum; & ita opus intellectionis in intellectu terminatur.

Ariſtot. 3. de anima text. 16.

Argumentum primum contra [illegible] D.Th.

Vnde uirtus cognoſcitiua debet poni ī intellectu, non in ſenſu. Sed contra hoc argumētor primo: Impertinēs uidetur, ꝙ vna potentia ſe habeat, ut mouēs, uel mota, reſpectu alterius, ad hoc ut uirtus ponatur potius in potētia mota, quam in mouente: nam prudētia eſt in intellectu; & tamen intellectus per prudentiam ſe habet ut mouens uoluntatem, maxime in actu electionis: de quo ſupra diximus formaliter eſſe a uirtute intellectuali, quāuis ſit actus elicitus a uoluntate. Item religio eſt in uoluntate; tamen oratio eſt in intellectu.

Secundum.

Secundo argumentor. Electio, uel intētio comeſtionis tēperatæ, eſt principaliter in uoluntate; & tñ uirtus tēperantiæ eſt in appetitu ſenſitiuo: ergo non eſt neceſſarium, ꝙ uirtus ſit in potentia, quæ eſt conſumatiua boni operis. Probatur conſequentia: quia in uoluntate conſumatur principalis actus virtutis temperantiæ, ſcilicet, electio.

Tertium.

Tertio argumentor. Aut D. Th. nomine potentiæ conſumatiuæ intelligit potentiam executiuam: & hoc modo uirtus poneretur in guſtu; aut intelligit potentiam, quæ eſt principium actionis moralis, & conſumatiua illius: & hoc modo uirtus religionis eſſet ponenda in intellectu.

Quartum.

Quarto argumentor. Appetitus ſenſitiuus etiam mouet uoluntatem, ſicut phātaſia intellectum ex parte obiecti, vt diximus, q.9.art.2.& q.10.art.3.

Confir.

Et confirmatur: nā phantaſmata etiam terminant actionem intellectus: neceſſe eſt enim intelligentem phantaſmata ſpeculari: ergo eadem eſt ratio de appetitu ſenſitiuo.

Vltimum.

Denique argumentor ſic. Cogitatiua ita mouetur ab intellectu, quod etiam ipſa iudicat, & ſyllogizat circa ſingularia: ergo in illa poteſt eſſe uirtus; non obſtante ratione D. Thom. in articulo. ſiquidem ſyllogizatio intellectus peruenit vſque ad ſyllogizationem æſtimatiuæ.

Ad argumenta.

Neceſſe eſt illam potentiam eſſe ſubiectum uirtutis, quæ eſt conſumatiua operis ad quod ponitur talis uirtus.

Reſpondetur ad hæc omnia: quod neceſſe eſt illam potentiam eſſe ſubiectum uirtutis, quæ eſt conſumatiua operis, ad quod ponitur talis uirtus. cuius ratio eſt (vt bene docet Caiet.hic) quia non eſt poſſibile opus aliquod eſſe malum, ſi uirtus exercet ſuum officium; ſed ſi uirtus poneretur in vna potentia, & conſumatio operis, ad quod ponitur virtus poneretur in alia potentia, poſſet eſſe mala conſumatio, dum uirtus exercet ſuum officium, perficiendo aliam potentiam actualiter.

Ad primum. Prudentia uirtus intellectualis [illegible] ca circa mores.

Reſpondetur ergo ad primum, quod prudentia non per ſe primo ordinatur ad electionem, ſed ad imperium, quod conſumatur in intellectu. & ſic eſt uirtus intellectualis practica circa mores, quod ſibi competit ex hoc, quod intellectus ſit mobilis a voluntate. & quamuis imperium moueat uoluntatem, hoc prouenit, uel ex actione uoluntatis, vel non mouet in genere cauſſæ efficientis. Similiter reſpondetur de virtute religionis, quod actus illius primus & pręcipuus eſt deuotio, quæ eſt prōtitudo voluntatis ad obediendum Deo, & cultui illius: ceterum ipſe intellectus non habet ſecundum ſe ſpecialem difficultatem ad orationem exercendam, ſuppoſita fide, & alijs donis: vnde oratio non eſt ſpecialis uirtus in intellectu.

Ad ſecundū.

Ad ſecundam obiectionem reſpondetur, quod uirtus temperantiæ ad hoc ponitur, ut homo ſe habeat cōformiter ad

ter ad rectam rationẽ in appetitu delectabilium ſecũdũ ſenſum. quare eius actio proprie eſt in illo appetitu; qui per ſe eſt circa tale obiectum, qui eſt appetitus ſẽſitiuus; voluntas autem naturaliter eſt determinata ad bonũ proprium hominis, ad quod ordinatur tẽperãtia, ut amplius dicemus articulo ſequenti. Vñ dicimus, ꝙ electio, q̃ eſt in uoluntate, eatenus tribuitur virtuti temperantiæ, quatenus deriuatur in appetitum ſenſitiuum, ita ut etiam ipſe appetitus eligat: proportionabiliter dico de bona intẽtione uoluntatis, quod eſt opus uirtutis temperãtię, quatenus conſumatur in appetitu ſenſitiuo, ubi eſt difficultas.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum uoluntas ſit virtutis ſubiectum.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans: in argumento, ſed contra, ita probatur. Maior perfectio requiritur in mouente, quã in moto: uoluntas autem mouet iraſcibilem, & cõcupiſcibilẽ: magis ergo uirtus debet eſſe in uoluntate, quã in iraſcibili, & concupiſcibili. In corpore autẽ articuli ita probatur. Quamuis.n. uoluntas ad hoc ut feratur in bonum rõnis, nõ egeat habitu, quando tale bonum eſt ſibi proportionatũ (ad hoc enim ſola ratio potẽtiæ ſufficit) tamẽ ut feratur in bonum excedens uolũtatem, uirtute indiget: uoluntas ergo eſt uirtutis ſubiectum.

Ad tertium.

Ad tertiam obiectionem reſpondetur, ꝙ potentia conſumatiua boni operis non dicitur quælibet potentia executiua; tum quia non omnis potentia executiua habet indifferentiam ſm ſe; tum etiam, quia per omnia obedit ad nutum imperio rationis. Dicitur uero potentia conſumatiua boni operis illa, quæ exercet operationem ſecundũ rõnem formalem obiecti. Sed aduertendum eſt, ꝙ loquitur D. Th. de bona operatione, ad quam ordinatur aliqua uirtus per ſe primo: unde ſoluitur ad inſtantiam allatam de uirtute religionis, ꝙ oratio non eſt operatio ad quam aliqua uirtus per ſe primo ordinetur: ſed religio ꝑ ſe primo ordinatur ad deuotionẽ uoluntatis, tamquã ad potiſſimũ actũ in quo cõſiſtit cultus diuinus; oratio uero nõ eſt actus alterius uirtutis ſpecialis. Idẽ eſt de uoto, quod eſt ꝓmiſſio facta Deo, & eſt ĩ intellectu; ſed tñ ex deuotione ordinatur ad cultũ Dei, & eſt opus religionis uirtutis, ſicut genua flectere, quatenus ꝓficiſcitur a uolũtate deuota.

Ad quartum,

Ad quartam obiectionem reſpondetur, ꝙ appetitus ſẽſitiuus mouet uoluntatem ex parte obiecti: neque in hoc eſt differentia inter appetitum ſenſitiuum reſpectu uolũtatis, & uires apprehenſiuas reſpectu intellectus, quæ ẽt mouent intellectum poſſibilem uirtute luminis intellectus agentis; ſed eſt differentia in hoc, ꝙ appetitus ſenſitiuus non mouet uoluntatem ad actum bonum ſecundum rationem. niſi prius moueatur ipſe ab actu uoluntatis bono ſecundum rationem, & ſic initium talis motus eſt a uoluntate, & terminatur, & conſumatur in appetitu ſenſitiuo: ſed tamen in genere ueri, initium eſt a ſenſibus, & conſumatio in intellectu; & ideo non ponitur aliquis habitus virtutis in potentijs apprehenſiuis ſenſitiuis, licet ponatur in quibuſdam habitualis quædam diſpoſitio ordinata ex natura ſua ad habitum intellectus, tamquam quid imperfectum, & partiale reſpectu illius.

Ad confir,

Ad confirmationem reſpondetur, quod cognitio ueri non terminatur ad phantaſmata, tamquam ad perfectionem cognitionis; ſed contingit per accidens, ꝓp cognitionem aĩæ exiſtentis in corpore, ꝙ nõ poſſit intelligere ſine phantaſmate: at uero actus tẽperantiæ conſumatur in appetitu ſenſitiuo, ſine cuius actu, non eſt actus temperãtiæ in voluntate perfectus; alias Angeli eſſent temperati.

Ad ultimum.

Ad vltimam obiectionem reſpondetur, quod quamuis ex ſyllogiſmo intellectuali redũdet in cogitatiuam quædam ſyllogizatio; tamen actio cogitatiuæ, non eſt conſumatio ſyllogizationis intellectiuæ ſcientificę, ſed quid conſequens, & per accidens ſe habens ad conſumatam perfectionem ſyllogiſmi, quæ tota eſt in intellectu.

EXPLICATIO ART.

Vtrum uoluntas egeat uirtute ad amandum bonum proprium.

In hoc articulo dubitatur primo; Vtrum voluntas ad amandum, & proſequendum bonũ propriũ indigeat uirtute? Pro parte affirmatiua ſic argumentor.

Nam licet voluntas de ſua natura ſat ſit inclinata ad beatitudinem in communi, & ad hoc non indigeat uirtute, tamen ad beatitudinem in particulari amandam indiget uirtute; ergo licet uoluntas ſat ſit inclinata ad bonum proprium in cõi; tñ ad hoc bonum proprium, tẽperantiæ, & fortitudinis, & manſuetudinis indigebit virtute.

Secundo, licet voluntas de ſe ſat ſit inclinata ad bonum propriũ, at non eſt inclinata, ut amet illud, quã oportet, & ſicut oportet: ergo propterea indigebit uirtute.

Tertio, uoluntas poteſt bene, & male operari circa bonũ propriũ ut plane conſtat. ergo indiget virtute, vt determinetur ad bonas operationes. Conſequentia inde probatur, Nam iſtæ ſunt cauſſæ, propter quas conſtituuntur habitus, vt late demonſtrauit D. Th. ſupra q. 49. & 50.

Quarto, ſententia eſt bonorum Theologorum, quod homo naturaliter magis inclinatur ad diligendum Deum quam ad diligendum ſeipſum: ſed ad diligendum Deum eſt neceſſaria uirtus: ergo etiam ad diligendum ſeipſum.

Quinto, homo naturaliter inclinatur ad ſciendas rerũ veritates: vnde illud prouerbium manauit, Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat; ſed ad hoc opus cõſtituitur in voluntate virtus ſtudioſitatis, de qua diſſerit D. Thom. 2.2. q. 166. ergo ad bonum proprium conſequendum uoluntas indiget virtute. Et confirmatur: nã iraſcibilis ſuapte natura inclinatur ad reſiſtendum contrarijs, & hoc nõ obſtante, in ea conſtituimus fortitudinem uirtutem.

Vltimo, non minus inclinatur intellectus noſter ad aſſenſum primorum principiorum, quam uoluntas ut diligat bonum proprium: ſed intellectus indiget habitu primorum principiorum, ut antea dictum eſt: ergo uoluntas indiget uirtute, ut diligat bonum proprium. In contrarium eſt ſententia D. Th. Pro ueritate ventilanda & explicanda eſt prima propoſitio.

In uoluntate, maxime, & potiſſime ſunt conſtituendæ virtutes. Ratio eſt euidens: nam voluntas ſola libera eſt, & eſt primarium principium omnium actuum, & affectuum humanorum; & illa eſt, quæ mouet ceteras potentias, cui ceteræ reſiſtere non ualent; ergo ex uoluntate omne bonum & malum noſtrum dependet: ergo illa eſt, quæ uirtutibus maxime ornanda eſt, & perficienda. Huic ueritati conſonant ſacræ Scripturæ, ut illud Prouer: Omni cuſtodia ſerua cor tuum, quia ex ipſo vita procedit. & Matth. Beati mundo corde, quoniam ipſi Deum videbunt: &, Ex corde exeunt prauæ cogitationes, homicidia, furta, &c. Hanc voluntatem habere rectam, hoc opus, hic labor eſt. propter quod dicitur; Quis poteſt dicere mundum eſt cor meum? De hac recta voluntate dicitur in Euangelio, quod eſt arbor bona, quæ non poteſt malos fructus facere.

Ex hoc principio eliciunt Theologi efficaci argumento, quod omne bonum noſtrum, eſt amor bonus, & omne malum noſtrum, eſt amor malus. Rurſus colligunt omne malum noſtrum eſſe, noſtrum amorem male collocaſſe. Tertio inferunt Theologi, quod omnis uirtus eſt amor boni, & omne uitium, eſt amor mali. locutio eſt familiariſſima ſanctis Patribus, nominatim D. Auguſt. multis in locis ſuorum operum. Quarto inferunt, quod nullum eſt peccatum, donec voluntas conſentiat; nulla eſt uirtus, donec uoluntas admittat. D. Auguſt. deſcripſit duas ciuitates, Babylonem, & Hieruſalem cæleſtem: babylonem ædificat amor ſui, vſque ad contemptum Dei; Hieruſalem cæleſtem amor Dei, vſque ad contemptum ſui. Itaq; potiſſime inuigilandum uiro Chriſtiano, ut rectam habeat voluntatem.

Secunda propoſitio. In voluntate in ordine ad bonum

proprium, quando eſt difficile, & excedens, conſtituẽdæ ſunt ueræ uirtutes. Hoc probant efficaciter argumenta in principio dubitationis propoſita. & quod hęc doctrina ſit conſentanea doctrinæ D. Th. quem interpretamur, patet. Nam Diuus Thomas ſolum dicit in articulo, quod uoluntas ad bonum proprium, & proportionatum, non indiget uirtute: ex quo ſequitur, quod ad bonum propriũ difficile, indiget uirtute. Et confirmatur: nam ſtudioſitas ab ipſo Diuo Thoma ponitur in uoluntate ad ſciendas rerum ueritates, ad quas naturaliter inclinamur, tamquam ad bonum proprium: ergo.

D. Thom.

Nota.

Pro cuius maiori declaratione notandum eſt, ꝙ inter ea, quæ conueniunt homini, multa habet cõia cũ brutis; vt uiuere, nutriri, ſentire; quædã habet ita propria, q̃ brutis nulla rõne conueniunt: ut operari ſecundum rõnem, in quod bonum uoluntas noſtra ſua natura inclinata eſt: pp quod appellatur appetitus rationalis, eo quod maxime inclinatur ad bonum, quod per rationem oſtenditur eſſe honeſtum, & rõni conſentaneum. Hoc egregie explicat Diuus Dion. c. 4. de diui. nomin. dicens; Bonum hominis proprium eſt eſſe, & uiuere ſecundum rationem. Ex quo principio facile eſt intelligere, quod uiuere ſecundum iuſtitiã, & reddere vnicuique quod ſuum eſt, eſt hominis proprium bonum: ſed quoniam ad hoc bonũ uolũtas non eſt ſatis inclinata, aut determinata, indiget uirtute iuſtitiæ: itaque ad bonum proprium hominis, quando eſt difficile, neceſſaria eſt uirtus ex parte uoluntatis.

Dionyſ.
Viuere ſecũdum iuſtitiã hominis proprium.

Tertia conclusio. Voluntas ad bonum propriũ, & proportionatum, & minime difficile, non indiget uirtute; cuiuſmodi eſt, quod homo ſe diligat; ꝙ reſiſtat cõtrariis, ꝙ conſeruet propriam uitam. Hanc conclusionem efficaciter demonſtrant argumenta in articulo poſita. Idem confirmat auctoritas D. Aug. dicit. n. quod non eſt opus præcepto, vt homo ſe, & corpus ſuum diligat: nam inconcuſſa naturæ inclinatione ad hoc propendet. Ide habet Ariſtot. in multis locis, cuius ſunt illa prouerbia; Amabile quidem bonum; unicuique autem proprium. &, Amicabilia quæ ſunt ad alterum, ex amicabilibus, quæ ſunt ad ſe. in quibus ſignificatur, quod inclinatio naturalis præcipua noſtræ uoluntatis eſt amare bonum proprium, & ideo ad bonum proprium amandum non eſt neceſſaria uirtus ex parte uoluntatis.

Tertia con.
Voluntas ad bonum propriu proportionatu nõ eget uirtute
August. 1. de doct. christ. cap. 23.
Ariſt.

Ex his patet ſolutio omnium argumentorum, quæ in principio poſita ſunt. Dicendum eſt enim, quod ſi conſtituamus hominem prudentem, qui ſatis uideat quid in vnaquaque re agendum ſit, facile, & promte diliget ſe; reſiſtet contrariis; conſeruabit uitam, quando oportet, & prout oportet, ſi careat paſſionibus appetitus ſenſitiui.

Ad argumẽta omnia præter ultimum.

Ad ultimum argũ rñdetur, non conſiſtere ſimilitudinem: nam uoluntas eſt ipſamet inclinatio ad bonum propriũ, & idõ non indiget uirtute inclinante ad bonum propriũ; intellectus uero eſt potentia apprehenſiua, & iudicatiua, & ideo indiget ſpeciebus, ad apprehendendum; & lumine, ad recte iudicandum. Videte ſolutionem D. Thomæ in quæſt. de uirtut. articulo quinto. ad tertium.

ad ultimum.

Aliud dubium eſt; Vtrum in ordine ad bonũ alterius ſit ponenda uirtus in uoluntate: nam certe ſi rationes & argumenta D. Thom. expendantur, quibus probat uolũtatem non indigere uirtute ad bonum proprium, probãt ſimiliter non indigere ad bonũm iuſtitiæ: quod ſic oſtendo. Nam bonum iuſtitiæ, eſt bonum proportionatum uoluntati, pertinetq; ad ſuum obiectum. Deinde, homo naturaliter inclinatur, vt uiuat ſecundum rationem rectã: at opus iuſtitiæ, eſt opus ſecundum rationem rectam. Pręterea, habitus iuſtitiæ facit bonum habẽtem, & eius opus bonum reddit: ergo opus iuſtitiæ eſt proprium bonũ habentis: non ergo indiget uoluntas uirtute ad bonum iuſtitiæ proſequendum.

Secundum dubium.
Vtrũ ſit ponẽda uirtus in uoluntate in ordine ad bonum alterius.
Primũ arg.
Secundum.

Ad hæc argumenta ſatisfaciendum eſt: nam quod uoluntas indigeat uirtute ad opera iuſtitiæ exhibẽda, nemini põt eſſe dubium. Pro confutatione igitur argumẽtorũ dicit Caie. bonum iuſtitiæ æquiuoce accipitur, pro obiecto iuſtitiæ, ſiue pro habitu iuſtitiæ, quę facit formaliter hominem iuſtum. hoc itaque Caiet. & uno uerbo (ut ipſe exiſtimant) confutat argumenta propoſita. quod ad bonum iuſtitiæ, prout eſt obiectum, nõ inclinatur uoluntas naturaliter; quia non eſt proprium bonũm uolũtatis, nec uolentis, ſed alterius: ceterũ ad habitũ iuſtitiæ, q̃ eſt formalis perfectio, & bonitas uoluntatis, uoluntas naturaliter, & immediate inclinatur: quia ad habitũ nõ eſt alius habitus neceſſarius, alioqui eſſet proceſſus in infinitum.

Solutio.

Caiet.

Sed tamen ex hac doctrina Caiet. oritur maior difficultas: obiicitur. n. contra illam multipliciter. Primo ſic: Nã uolũtas eſt inclinata per ſe ad habitum: ergo ad obiectũ: ergo etiam ad actum: quia habitus ex ſua ratione intrinſeca ordinatur ad actum, & ad obiectum, & inde ſpecificatur: ergo quidquid ordinatur, & inclinatur ad ipſum habitum naturaliter, neceſſe eſt, quod etiam inclinetur naturaliter ad actũ ipſius habitus, ut ſi quid haberet naturalem inclinationem ad grauitatem, neceſſario haberet naturalem inclinationẽ ad centrũ, & ad motum in centrũ.

Argumenta contra ſolutionem.

Secundo, ſi uoluntas per ſe inclinatur ad habitum iuſtitiæ: ergo etiam ad media per quæ neceſſario eſt acquirendus. ſed acquiritur per actus iuſtitiæ: ergo ad agendũ iuſte erit per ſe naturaliter inclinata. Confirmatur, quia alias numquam poſſet acquirere habitum iuſtitiæ, ſi ad actum præexquiritur habitus.

Secundum.

Confir.

Tertio, pp quod unũquodque tale eſt, & illud magis, ſecundum Ariſt. ſed inclinatio uolũtatis ad habitum eſt pp actum: ergo magis inclinatur ad actum, quam ad habitum. Pro ſolutione nota, ꝙ habitus acquiſitæ uirtutis moralis non eſt neceſſarius ſimpliciter ad agendum circa aliquod obiectum conforme rectæ rationi, ſed eſt neceſſarius ad perfecte, & melius agendum, videlicet promte, & delectabiliter: habitus uero uirtutum infuſarum ponuntur non ſolum ad melius, & facilius operandum circa obiectũ ſupernaturale, ſed ad ſimpliciter operandũ, uidelicet ad credendum, ſperandũ, diligẽdum. & ita ij habitus dantur nobis ex diuina infuſione; quia prius natura præcedunt actus ipſos in genere cauſæ efficientis, licet ipſi actus dicantur quędã diſpoſitiones, & præcedere habitus in gñe cauſę materialis, & diſpoſitiuę, quatenus proficiſcũtur a libero arbitrio: actus uero uirtutum acquiſitarũ prius ſunt, ſimpliciter loquendo, in gñe cauſæ efficiẽtis, q̃ habitus, & propterea dr̃ ab Auguſtino in definitione uirtutis infuſæ, quã Deus in nobis, ſine nobis operatur, quę eſt differentia inter uirtutem infuſam, & acquiſitam.

Tertium.

Ariſt.

Hoc ſuppoſito dico primum, ad habitũ uirtutis infuſę, uel ad actum ipſius, non eſt in uoluntate naturalis inclinatio; quia per uires naturæ non poteſt haberi talis habitus, uel actus; ſed tamen eſt quædam capacitas, & aptitudo naturalis ad recipiendum huiuſmodi habitus, & utendum illis ex uirtute ſupernaturali Dei. Et ita a quibuſdam bene ſolet dici, quod in nobis eſt potentia obedientialis ad gratiam, caritatem, &c. ut lignum habet potentiam obedientialem reſpectu artificis, ad ſtatuam, uel cathedram, &c.

Primum dictum.

Secundum dictum eſt, in uoluntate eſt inclinatio naturalis ad omne obiectum bonum, ſecundum rationem in qualibet materia uirtutis, non tamẽ perfecta inclinatio, ſed initiatiua, taliter, quod poſſit uoluntas initiare propria inclinatione agere ſecundum rectam rationẽ in qualibet materia. Hoc patet ex doctrina D. Thomæ q. 63. artic. 2. & 3.

Secundum.

D. Th.

Tertium dictum, uoluntas ad bene operandum, ideſt, promte, & delectabiliter, non eſt naturaliter inclinata ſecundum ſe circa quodlibet obiectum bonum ſm rectam rationem, ſed circa illud tm̃, cuius ſpecifica ratio nullam addit difficultatem reſpectu uolũtatis; & tale eſt obiectũ temperantiæ, & fortitudinis; quod ſolum addit ut ſit propriũ bonum uolentis: difficultas uero in paſſionum commenſuratione, tm̃ eſt in appetitu ipſo ſenſitiuo: ſed ñ qñ ſpecialis ratio obiecti addit aliquid quod eſt ſupra rõnẽ cõem boni appetibilis ſm rectam rõnem, & habet ſpecialem difficultatẽ, tunc uolũtas indiget habitu, ut promte, & delectabiliter operetur: & tale eſt obiectũ iuſtitię, quia ſpecialiter addit, ut ſit bonũ alterius, ad quod uoluntas non eſt immediate inclinata, ſed difficile fertur. Aliud dubium; Vtrum temperãtia, fortitudo, mãſuetudo, in uoluntate conſtituãtur, an potius in appetitu ſenſitiuo. Sed de hac quæſtione inueſtigatum eſt diligenter articulo quarto huius quæſtionis: recolite ea quæ ibi dicta ſunt.

Tertium.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

Virtutes intellectuales, & morales.

PRo huius quæſtionis expoſitione aduertendum eſt, quod uirtutes quædam ſunt intellectuales, quædam uero morales. Intellectuales in intellectu collocantur; morales uero ſedem habent in appetitu. Rurſus intellectuales, aliæ ſunt ſpeculatiuæ, aliæ practicæ. Speculatiuæ ſũt, quæ conſiſtunt in contemplatione, & cognitione ueritatis & ad praxim nõ deſtinatur, vt ſcientia, ſapiẽtia, intellectus. Practicæ ſunt, q̃ in intellectu practico cõſiſtunt, & ad praxim ordinantur, ut ars, & prudentia. Ars eſt recta rõ factibilium: Factibiles uero res ſunt, q̃ fiunt per actionem tranſeũtem in exterã materiã; ut gladius, domus. Prudẽtia eſt recta rõ agibilium, i. recta ratio actuum humanorũ in nobis immanentiũ. Quid aũt interſit inter habitũ practicũ, & ſpeculatiuũ, inter praxim & nõ praxim; & vtrũ actus intellectus poſſit eſſe praxis, multis rationibus tractant Theologi in principio primi ſententiarũ. ſed hoc eſt alterius ſpeculationis. Nũc breuiter de uirtutibus intellectualibus diſſeramus, & primum de ſpeculatiuis, de quibus tres ſententiæ ſunt cõſiderãdæ. Prima eſt. Virtutes intellectuales, ſimpliciter, & abſolute nõ ſũt virtutes, ſed ſecundum quid: nam uirtus ſimpliciter eſt quæ bonum facit habentem, & eius opus bonum reddit; ſed ſecundum uirtutes intellectuales homines non nominantur boni, aut mali, ſed ſcientes, Theologi, litterati. Rurſus, uirtus quæ abſolute, & ſimpliciter uirtus eſt, dat facultatem recte operandi, & rectum uſum; ſed uirtutes intellectuales ſpeculatiuæ dant facultatem recte operandi, ſed non dant rectum uſum. ſcientia enim non inclinat uoluntatem ut operetur, quando, & prout oportet. Quomodo autem uirtutes intellectuales dent facultatem & non rectum uſum, explicauimus ſatis, quæſtione præcedenti, art. 3.

Moralem aliæ ſpeculatiuæ aliæ practicæ.

Concl.

Intellectus partim adiuuat, partim impedit uoluntatis operationem.

Secunda ſententia eſt, quod quamuis uirtutes intellectuales ſpeculatiuæ ſint ueræ uirtutes; nimia tamẽ intellectus ſpeculatio nocet, maxime ad uirtutes morales cõparandas. Itaq; intellectus partim adiuuat, partim impedit uoluntatis operationem, quæ eſt amor rerum diuinarum. Adiuuat quidem, in quantum præbet notitiam rei amatæ; nihil enim eſt uolitum, quin ſit præcognitum; impedit uero; nam cum uirtus animæ noſtræ ſit finita, quanto plus autenditur ex una parte, tanto magis ex alia remittitur; ueluti fons aquæ per duas fiſtulas profluens, quanto plus aquæ per unam emittit partem, tanto minus per aliam emittit. Intellectus & uoluntas animæ noſtræ habent ſe ueluti bilances, quarum cum una eleuatur, altera deprimitur; idq; experientia conſtat euidenter. Nam ſiquis cum fruitur Deo ſuauiſſime, & auertit intellectũ ad aliquid ſpeculandum de Deo, continuo illud bonũ diſparet ab oculis eius: quapropter non ſine cã admonuit ſponſus ſponſam; Auerte oculos tuos a me, quia ipſi auolare me fecerunt.

Cant. 6.

Virtutes intellectuales ſpeculatiuę ſemper dicunt uerum, & non falſum.

Tertia ſententia de uirtutibus intellectualib. ſpeculatiuis hæc eſt. Prædictę uirtutes ſemper dicũt uerum, & numquã falſum. Ratio eſt; nam uirtus determinate ſe habet ad bonum, & nullo modo ad malum, ut antea dictum eſt. Sed bonum intellectus uerum eſt, malũ eius, falſum. Vnde illi habitus dicũtur uirtutes intellectuales, quibus ſemper dicitur uerũ, & numquã falſum. Opinio uero, & ſuſpitio aliquando dicunt uerum; aliquando falſum: & ideo uirtutes intellectuales nõ ſunt, ut dicitur 6. Ethicorum. Vtrum uero habitus opinionis ſit indifferens ad bonum & ad malum, ſuperius dictum eſt.

Ariſto. 2. Met.

QVAES. LXVII.

De diſtinctione virtutum intellectualium, in ſex articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum habitus intellectuales ſpeculatiui, ſint uirtutes.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio D. Tho. eſt. Habitus intellectuales ſpeculatiui non ſunt uirtutes ſimpliciter, ſed ſecundũ quid. quæ ſane concluſio ex dictis art. 3. præcedẽtis quæſtionis probaturq; a D. Tho. Tales namq; habitus facultatẽ bonæ opationis faciunt, nõ tñ efficiunt ut actu ipſa potentia bene utatur talibus habitibus: cũ. n. aliquis habet habitum ſciẽtiæ ſpeculatiuæ, non inclinatur ad utẽdum per illum habitum, ſed tantum redditur habilis, & promtus ad uerum ſpeculandum, cuius ſcientiã habet: attamẽ, quod utatur ſciẽtia habita, a uoluntate prouenit. Cum ergo uirtus ſimpliciter ſit, quæ non ſolũ dat facultatẽ, ſed ẽt vſũ, iſti habitus non ſunt uirtutes ſimpliciter.

ART. SECVNDVS.

Vtrum ſint tantum tres habitus intellectuales ſpeculatiui, ſapientia, ſcientia, & intellectus.

SVMMA TEXTVS.

Concl.

REſpondet D. Tho. cõcluſione affirmãte, quã in argumento, ſed cõtra, pbat auctoritate Ariſt. & in corpore articuli ſic exponit. Virtus intellectualis ſpeculatiua eſt per quam intellectus diſponitur ad conſiderandum uerũ; hoc. n. eſt bonũ opus eius. Verũ aũt duobus modis conſideratur: uno modo, ſicut per ſe notũ; alio modo, ſicut per aliud notũ. Ad cõſiderandum uerũ per ſe notum, perficitur mẽs noſtra habitu intellect⁹, q̃ eſt habitus principiorũ; Ad cõſiderandũ autem uerũ per aliud notum, perficitur habitibus ſapiẽtiæ, & ſcientiæ. Sapientiæ quidem, quando conſideratur uerum, quod ſe hẽt, ut ultimũ reſpectu totius cognitionis humanæ: quod quidem eſt primũ, & maxime cognoſcibile ſecũdum naturã, quia, quæ ſũt poſterius nota quo ad nos, ſũt prius nota ſecundum naturã: quapropter dicit Ariſt. ſapiẽtiã cõſiderare altiſsimas cãs: Sciẽtiæ uero, quando cõſiderat uerum quod eſt ultimũ in aliquo genere: quapropter ſecundũ diuerſa genera ſcibiliũ, ſunt diuerſi habitus ſcientiarum.

Ariſt. 6. Eth. c. 3. 6. & 7.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Virtutes ſpeculatiuæ tres Ariſt. 6. Eth. c. 3. 5. & 6.

VIrtutes intellectuales ſpeculatiuæ tantum ſunt tres, nec plures, nec pauciores; ſcilicet ſapientia, ſcientia, & intellectus: ita dicit Ariſtot. & probatur ita eſſe. Nam uirtus intellectualis ſpeculatiua eſt, per quam perficitur intellectus in ueri cognitione, & contemplatione. Aut igitur perficitur intellectus in cognitione primorum principiorum, & ſic conſtituitur una uirtus intellectualis, quæ intellectus nominatur; aut perficitur in cognitione concluſionis; & ſic ſtatuitur alia uirtus, quę ſcientia nominatur; aut uero perficitur in cognitione amborum: & ſic ſapientia conſtituitur. Itaque ſapientia continet utrumque, & ſcientiam, & intellectum primorum principiorum; non q̃ integretur ex duobus habitibus: nam antea dictũ eſt, quod unus

habitus

habitus ex pluribus habitibus non conſtat, ſed continet ſcientiam, & intellectum modo eminentiori, utitur namque principiis ad demonſtrandas concluſiones, quod eſt proprium ſcientiæ, iudicat prima principia eſſe uera, defendit, & diſputat contra negantes prima principia, quæ intellectus ſolú uidet eſſe uera; & hoc facit reducēdo ad altiſſimā cām: in quo apparet, q̃ eminentiori modo hæc officia operatur.

Conclu. Habitus ſapientiæ.

Pro cuius ſententiæ declaratione aduertendū eſt, quod habitus ſapientiæ inter ſciētias humanas eſt metaphyſica, ut aſſerit Ariſt. primo Metaph. capitulo primo & ſecundo. Nam per altiſſimas cās, & communia principia iudicat de cōmunibus. Ratio eſt, quia obiectū eius eſt ens ut ſic, & ita ad metaphyſicā pertinet cōſiderare naturā entis, & oēs eius proprietates, & paſſiones. Rurſus ad eā pertinet iudicare de cōibus, & prima principia defendere; atq; adeo eius officium eſt cōſiderare ſubſtantias a materia ſeparatas, & ſic prior eſt dignitate, & honore, licet ſit poſterior cognitione: pp quod dicit Ariſt. Metaph. eſſe ſcientiarum deam, diuinam poſſeſſionē, & ueritatis ſcientiam, in eaq; conſtituit ultimā felicitatem ſpeculatiuam, quæ in hac uita haberi poteſt.

Ariſt.

Theologia noſtra uera ſapientia ad quam pertinet corrigere oēs ſciētias etiā metaphyſicam. 1. Cor. 1. 1. Cor. 2.

Ex quo principio colligitur, quod noſtra Theologia eſt ueriſſima ſapientia: nam conſiderat Deum, quatenus Deus eſt, & non ſolum ea, quæ de Deo p lumen naturale cognoſci poſſunt, ſed etiam, quæ per lumen ſupernaturale cognoſci ualent, quāpp ad hanc ſcientiam pertinet corrigere oēs ſcientias particulares, & uniuerſam Metaphyſicam. Vnde dicit Paulus: Perdam ſapiētiam ſapientium; & Spiritualis omnia diiudicat & ipſe a nemine iudicatur. Per iſtam ſapientiam (vt dicitur) captiuamus intellectum noſtrum in obſequium Chriſti, ad deſtruendam omnem ſcientiam extollentem ſe aduerſus ſcientiam Dei.

Argumētū

Sed contra diuiſionem eſt unum argumentum. Nam vitioſa eſt diuiſio, qua condiuiditur genus contra ſpeciē, aut e diuerſo. Sed ſapientia eſt quædam ſcientia, ergo male diuiditur contra ſcientiā. Reſpondetur, q̃ ſapientia eſt quędam ſcientia, quatenus habet quid commune cū omnibus ſcientiis, ſ. concluſiones ex principiis propriis demonſtratas, ceterum eſt aliquid altius; quam ſcientia: nā iudicat de omnibus, tum concluſionibus, tum principiis: itaque ſcientia non eſt genus ad ſapientiam. Hactenus de uirtutis intellectualibus, quæ in intellectu ſpeculatiuo conſiſtunt.

Solutio.

ARTI. TERTIVS.

Vtrum habitus intellectualis, qui eſt ars, ſit uirtus.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio Diui Thomæ eſt. Ars habet rationem uirtutis, ſicut & habitus ſpeculatiui, q. non ſunt uirtutes ſimpliciter ſed ſecundum quid, ut articulo ſuperiori dictum eſt. Ars enim ſecundum ſe, non dicit rectitudinē appetitus, ſed tantum curat vt opus, quod ſit, bonum ſit: vnde non pertinet ad laudem artificis, qua artifex eſt, an recta, uel mala uoluntate opus faciat; ſed an opus, quod efficit, in ſe bonum ſit. Cum ergo non detur uirtus ſimpliciter abſque rectitudine uoluntatis, ut ſupra dictum eſt; ars nō erit uirtus ſecundum ſe ſumta, ſimpliciter, & perfecte. His addé, quod neque dat uſum bonū ſimpliciter, ſed tantum dat facultatem operationis, ſicut alii habitus ſpeculatiui, qui hac de cauſſa uirtutes ſimpliciter non ſunt.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum ars ſit uirtus. Primū pro parte negatiua. Argu.

Nunc agendum eſt de uirtutibus practicis, quæ in intellectu practico conſiſtunt. Et primo quæritur. Vtrum ars ſit uirtus? Pro parte negatiua ſic argumentor. Nā uirtute nullus male utitur, ut habet D. Aug. in definitione virtutis. Sed arte aliquis male utitur; poteſt enim artifex, ſecundum ſcientiam artis male operari. Igitur uirtus non eſt.

Secundum.

Secundo artes mentiendi, adulandi, & uenena componendi, ſunt uerae artes; ſed uirtutes non ſunt: nam earum uſus eſt malus.

Tertium.

Tertio, prædictæ artes ſunt uituperabiles: ergo uirtutes nō ſunt. Conſequentia inde probatur: nam de ratione uirtutis eſt, quod ſit laudabilis, & non uituperabilis.

Quartum.

Præterea, uirtutes uel ſunt bona honeſta, uel inter honeſta numerandæ: ſed prædictæ artes, non ſunt bona honeſta, nec digna honore: ergo non ſunt uerę uirtutes.

Quintum.

Item ſi ars mentiendi uirtus eſt; ergo a Deo eſt: omnis namque virtus a Deo eſt. Rurſus ergo actus huius artis a Deo eſt, actus autē eſt artificioſe mentiri: ergo artificioſe mentiri a Deo eſt. Vltimo uirtus intellectualis, ſemper, & infallibiliter uerum dicit, ut antea dictū eſt, ſed intellectus humanus circa contingentia, circa quę verſatur ars, non pōt infallibiliter dicere uerū, ergo ars nō eſt uirtus; ſiquidem non poteſt infallibiliter uerum dicere.

Vltimum.

Opinio quorundā quod non omnes artes ſunt virtutes.

Propter hæc argumenta quidam Doctores tenent, quod non omnes artes ſīt uirtutes ſed tantum illę, q̃ operātur bonum: nā de ratione uirtutis eſt, q̃ bonū faciat habentē, & eius opus in ſuo genere reddat bonū. Itē urgent uehementiſſime illo argumento ſupra adducto. Nā ſi ars mentiēdi uirtus eſt: ergo a Deo eſt. Rurſus, ſi ars mentiendi a Deo; eſt: ergo Deus inclinat ad mentiendū. Item ergo Deus ſe ſolo pōt infundere in intellectu artem mentiendi atq; ēt artem peccandi. Quod recte ſequatur, patet. Nā uniuerſā virtutem, quam noſtris actibus comparamus, pōt Deus ſe ſolo mentibus noſtris infundere. Itaque ſecundum iſtos auctores ſola illa ars uirtus eſt, quæ eſt habitus operatiuus, & boni operatiuus. Contrariū huius vr̄ docere Dn̄s Caietanus in ſua ſumma; Verbo delectatio moroſa. Et probatur. Nam iſtæ artes, licet ſint inutiles, & noxiæ ut exerceantur, utiliſſimum eſt eas ediſcere, ut caueantur, & uitentur, ut docet Ariſtoteles primo Rhetoricorum capit. 1. Deinde licitum eſt homini complacere de arte excogitata mentiendi, & induſtria occidendi; atque adeo licitum eſt laudare hominem de huiuſmodi artificio, & de induſtria occidendi. Vltimo, prædictę artes perficiunt ſemper ad verum intellectus; ſemper namque, & ſine errore conſtituunt medium inter exuberantiam, & defectum.

Opinio. Caiet.

Ariſt.

Quo ars ſit uera uirtus. Ariſt.

Sed prius, quam reſpondeamus obiectis argumentis, explicandum eſt, quomodo ars ſit uera uirtus. Hoc explicat D. Th. articulo tertio duplici argumento, tum auctoritate Ariſtotelis ſexto Ethicorum uero ex definitione artis. Ars enim eſt recta ratio factibilium, uel eſt habitus factiuus cum recta ratione. Ex qua definitione manifeſte colligitur, quod ſit virtus: nā eſt habitus boni operatiuus. Sed eſt obſeruandum diſcrimen inter opus artis, & opus moralis virtutis: nam opus artis ut rectum ſit, & bonum, ſat eſt quod in ſe rectum ſit, & ſuæ rationi cōſentaneum, licet uoluntas male affecta ſit: non enim refert ad artificē qua uoluntate opus faciat, ſed quale opus ſit quod faciat: quemadmodum ad Geometram nihil refert, qua uolūtate ſit præditus, dum tamen uerum demonſtret. Ex quo ſequitur, q̃ ars aſſimilatur habitibus ſpeculatiuis, qui dant facultatem recte operandi, ſed non dant rectum uſum.

Ad argumēta. ad primum.

Ad argumenta in contrarium, & ad primum reſpondetur, q̃ quando quis pingit ad decipiendum, vel ad iniuriā irrogandam, utitur male arte, non malitia oppoſita bonitati artis: nā ille malus uſus non proficiſcitur ab arte, ſed a mala uoluntate. itaq; nullus utitur male arte, malitia oppoſita bonitati artis: continuo ergo atq; opificium malū eſt, non eſt opus artis: utitur tamen aliquis male arte, malitia oppoſita bonitati morali. Ad ſecundum argumentū reſpondetur, q̃ uſus iſtarum artium, ſi referatur ad intellectum, bonus eſt; ſi uero ad uoluntatem, malus eſt. Item dico, uſū præcipuū iſtarū artiū eſſe, eas ſcire ut caueantur.

ad ſecundū.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod iſtæ vir-

Ad tertium.

tutes, ſi referantur ad intellectum, laudabiles ſunt; ſi uero ad uoluntatem, uituperabiles. Ruſus, laudabile eſt eas addiſcere ut caueantur.

Ad quartum

Ad quartum argumentum reſpondetur, finem honeſtum iſtarum artium eſſe, eas ediſcere ut caueantur.

Ad quintum

Ad quintum argumentum uidetur concedendũ, quod ars mentiendi a Deo ſit: non tamen eſt conſequẽs, quod Deus inclinet ad mentiendum, ſed tantum inclinat ad ſciendum artificiũ, & mirabiles modos, & ad ſciẽdũ eos, ut caueantur.

Ad ultimũ.

Ad ultimum argumẽtũ, non poteſt exacte reſponderi, donec explicemus quõ Prudentia ſemper dicat uerum, quod poſtea explicabitur.

ART. QVARTVS.

Vtrum prudentia ſit uirtus diſtincta ab arte.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt Concluſio: eam in argumento, ſed contra, probat D. Tho. auctoritate Ariſtotelis ſexto Ethicorum, capitulo tertio. & in corpore articuli ita exponit. Vbi enim eſt diuerſa ratio uirtutis, ibi diuerſæ uirtutes ſunt conſtituendæ; diuerſa autem ratio uirtutis eſt in arte, & in prudentia; quoniam ars, uirtutis rationem dicitur habere, ex eo, quod dat facultatẽ operis; prudẽntia uero ex eo, quod dat ẽt uſum boni operis. quapropter ars non præſupponit rectitudinẽ appetitus; prudẽtia uero eã præſupponit, & requirit: requirit. n. ut homo ſit diſpoſitus, beneque affectus circa finem, quod ſane per rectitudinem appetitus fit: quapropter magis laudatur artifex, qui peccat uolens, quam ille qui peccat nolens: magis autem prudentiæ contrarium eſt ut aliquis peccet uolens, quam nolens; quoniam rectitudo uoluntatis eſt de ratione prudentiæ, non autem de ratione artis. Prudentia ergo ab arte diſtinguitur.

EXPLICATIO ARTIC.

Vtrum prudentia ſit uera uirtus. Pro parte negatiua. Primum.

Eſt dubium, Vtrũ prudẽtia ſit uera uirtus. Pro parte negatiua ſic argumentor. Nam uirtus intellectualis ſemper dicit uerum, ut antea dictum eſt. Sed prudentia nõ ſemper dicit uerum: ergo uirtus nõ eſt. quod non ſemper dicat uerum, probatur. Nam, uerſatur circa contingentia, quæ ſic, uel aliter, poſſunt ſe habere; at circa contingentia ſemper dicere uerum, ſuperat humanum ingenium. ergo

Secundum

Secundo, fides humana, & opinio aliquando dicunt falſum, quoniam verſantur circa contingentia credibilia; & ideo uirtutes non ſunt: ergo prudentia aliquando dicit falſum, ſiquidem circa contingentia uerſatur,

Tertium.

Tertio, dare eleemoſynã pauperi, qui fingit ſe eſſe pauperem, eſt opus prudentiæ, & miſericordiæ; ſed prudentia in tali diſcurſu decipit, & fallit: nã facit iſtũ diſcurſũ, pauperi eſt dãda eleemoſyna: hic eſt pauper; ergo danda eſt eleemoſyna. In ſimilẽ errorẽ incidit Iacob, cũ acceſſit ad Liã: nã conſtruxit hunc ſyllogiſmũ. Ad propriã uxorem, eſt accedendũ; hæc eſt propria uxor: ergo eſt accedendũ.

Vltimum.

Vltimo eſt palmariũ argũ. Prudentia recta docet, ꝙ ſequamur conſcientiam erroneam, & quod mentiamur, quã exiſtimamus nos teneri ad mentiendum, ut ſupra latiſſime demonſtratum eſt: ergo prudentia inclinat ad errorẽ, & mendacium intellectus: ergo non eſt uirtus intellectualis. Pro explicatione ſit prima propoſitio.

Prima con. Prudẽtia eſt uirtus ab arte diſtincta. Sapien. 8.

Prudentia eſt uirtus ab arte diſtincta: nam uirtus eſt, quæ dirigit ad operandum, ſẽm rectam rationem; ſed recta ratio eſt ipſa prudẽtia: ergo eſt uirtus. Deinde nihil eſt laude dignum, aut honore, niſi uirtus: ſed prudentia laudatur a Spiritu ſancto Sap. 8. cum dicitur, Iuſtitiam, & prudentiam docet, quibus in uita hominibus nihil utilius. Vltimo, uirtus eſt, quæ bonum facit habẽtem, & eius opus bonum reddit: ſed huiuſmodi eſt prudentia: ergo uirtus. Qd uero ſit diſtincta ab arte, ſic oſtendo. Nam ars ſic pertinet ad intellectum, quod non requirit appetitum rectum; prudẽtia uero requirit rectum appetitum, quod ſic demonſtro. Nam ſic ſe habet finis in practicis, ſicut prima principia in ſpeculatiuis: & ideo ad prudentiam, quæ eſt recta ratio de rebus agendis, requiritur quod homo ſit bene diſpoſitus circa finem, quod fit per appetitum rectum: nam qualis unuſquiſque eſt, tali uidetur ei eſſe finis. Ergo

Secunda cõ.

Secunda concluſio. Prudentia in intellectu practico conſiſtit: nam prudentia eſt recta ratio de rebus agendis: tractare uero de rebus agendis, pertinet ad intellectum practicum.

Prudentia ... Obiectum.

Sed contra hanc concluſionem ſunt optima argumenta. Nam fortitudo, & temperantia ſunt in appetitu ſenſitiuo, ut antea dictum eſt: ſed appetitus ſenſitiuus, non mouetur niſi a ſẽſu: obiectum.n. appetitus ſenſitiui eſt bonum apprehenſum. ergo iudiciũ quod dirigit temperantiam, & fortitudinem, eſt in ſenſu, & illud eſt prudentiale: ergo prudentia in ſenſu conſiſtit.

Secundum.

Deinde, prudẽtia uerſatur potiſſime circa ſingularia; ſed ſingularia, non cognoſcuntur niſi a ſenſu: dicit.n. Ariſtoteles ſæpiſſime, quod intellectus eſt uniuerſalium; ſenſus uero ſingularium: ergo prudẽtia in ſenſu cõſiſtit. Quod uero prudentia potiſſime uerſetur circa ſingularia, ſic oſtendo. Nam propoſitiones uniuerſales, quæ inueniuntur in diſcurſu prudentiæ, pauperi ſubueniendum, non mentiendum, potius pertinent ad ſynderesim, uel ad philoſophiam moralem. Et confirmatur: nam potiſſimus actus prudentiæ eſt, percipere quid faciẽdum eſt; ſed præceptum ſemper eſt de ſingularibus.

Vltimo. D. Tho. Arist.

Vltimo, Diuus Thomas in articulo quarto huius quæſtionis, ad ſecundum, manifeſte dicit ex Ariſtotele ſexto Ethicorum, quod prudẽtia eſt in parte animæ opinatiua, non in parte ſcientifica: pars uero opinatiua (explicante Sancto Doctore) eſt cogitatiua.

Solutio ... Depi... ne.

Ad hæc argumenta ſatisfaciendum eſt. Ad primum reſpondet quidam, quod appetitus ſenſitiuus in homine, ſiquidem eſt coniunctus appetitui intellectiuo, poteſt moueri immediate ab intellectu. Itaque poſtquam iudicatũ eſt per intellectum, quod oportet aggredi homines, anima producit in potentia iraſcibili audaciam, abſque eo, quod interueniat iudicium potentiæ ſenſitiuæ. Et uidetur ſane, quod hic modus dicendi probabilis ſit: nam alioqui difficile ſaluatur, quomodo iudicium ſenſus ſit directiuũ uirtutis, potiſſime infuſæ, in cuius obiecto includitur aliquid ſpirituale, & inſenſibile. Alio modo dicendum eſt, non eſſe inconueniens concedere, quod iudicium operis ſit directiuum temperantiæ, & fortitudinis, ſed hoc iudicium producitur a prudentia per deliberationem, & conſultationem. Quod ſi quærat Theologus, utrum ex illo iudicio relinquatur aliquid in ſenſu interiori: poteſt reſponderi, quod relinquitur: nam auctore D. Thom. ſupra quæſtione quinquageſimaſexta, artic. 5. in potentiis interioribus ſenſitiuis ſunt aliqui habitus præparatorij, qui deſeruiunt ad ueras intellectus uirtutes.

D. Tho.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, efficaciter cõuincere, quod intellectus cognoſcit ſingularia; alioqui prudentia in ſenſu conſiſteret, nõ in intellectu. Ruſus, ſi non intelligit ſingularia, conſequens eſt, quod prudentia, quæ cognoſcit ſingularia, non eſt in anima ſeparata. Sed de hac re diſputatur prima parte q. 86. art. 1.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod prudentia principaliter conſtituitur in intellectu practico: ipſe enim eſt, qui deliberat, & definit, ſecundario uero in cogitatiua ſedem habet, a qua in cognitione ſingularium maxime adiuuatur: non enim eſt incommodum concedere, quod unus habitus in una potentia præcipue ponatur,

& ſecundario in alia: ſed de hoc diligentius 2.2. quęſtiō. 47. vbi de prudentia inueſtigatur. Nunc tantum ſupereſt aduertere, quod prudentiæ adiunguntur tres aliæ uirtutes; primam vocant Grçci euboliam; nos uirtutem, qua tū nobis, tum alijs recte conſulimus; ſecundam Grçci uocant ſyneſim, nos uirtutē iudicatiuam dicimus, qua iudicamus in caſibus extraordinarijs, qui ratione cōmuni comprehendi nequeunt. Iſtę uero uirtutes ꝓpriæ nomē uirtutis non merentur: nā diſponunt ad actum prudentiæ potiſſimum, qui eſt præcipere quid in unaquaque re facto opus eſt: dictum autem eſt in præfatione huius materię, ibi collocandam eſſe virtutem, ubi potiſſimus actus ſedem habet.

Eubolia.

Syneſis.

Concluſio

Tertia con. Prudentia ſemper dicit uerum.

Tertia concluſio. Prudentia ſēper dicit uerū, & numquā decipit: nā prudentia cum ſit virtus intellectualis ſemper diſponit ad bonū intellectus: bonum uero intellectus, uerū eſt. Deinde uero prudentia eſt recta rō de rebus agēdis: ſed recta rō nūquam decipit. Tertio, opinio ea rōne excludit a rōne virtutis, quia aliquā do falſum dicit, ut dicit Ariſtoteles ſexto Ethic. c. 3. ergo ſi prudentia aliquando decipit, uirtus non eſt. Vltimo, dicere ꝙ prudentia decipiat, eſt dicere quod prudentia ſit mala virtus, & ꝙ ſcientia ſit ignorantia: ſed explicare quo modo prudentia ſemper dicat uerū, hoc opus, hic labor eſt: hæc difficultas deuorauit Ocham, Martinū de magiſtris, Almaynum, & huius nomenclaturæ ceteros D. Tho. eam rē explicat articulo quinto, ad tertium argumentum; dicit enī quod iudicium prudentiæ ſemper eſt uerū practice, licet ſæpiſſime ſit falſum ſpeculatiue; ueritas namq; intellect⁹ practici, non eſt conformitas ad res ipſas, ſed cōformitas ad rectum appetitū. Accepit hanc ſnīam ex Ariſt. 6. Ethic. cap. 2. cuius uerba hæc ſunt; Veritas actiuæ mentis eſt cōſentanea recto appetitui. Hæc ſententia habet varias expoſitiones: Prima eſt, tunc intellectus practicus uerus eſt, quando dirigit ad bonum & ad ſtudioſam operationem: hoc n. differt inter intellectum practicū, & ſpeculatiuū; ꝙ perfectio intellectus ſpeculantis eſt cognoſcere; perfectio uero intellectus practici eſt opari, & dirigere ad ſtudioſam operationem: & quoniam primum principium actuum humanorum uolūtas eſt, quæ uniuerſas potētias ad operandum mouet, tunc intellectus practicus dirigit ad ſtudioſam operationem, quando recto appetitui fuerit conſentaneus. Secunda explicatio eſt, tunc intellectus practicus uerum dicit, qn̄ eſt appetitui recto conſentaneus, id eſt, quando direxerit ad operationem, quam appetitus recte diſpoſitus approbauit: ſicut n. lingua febricitantis, infecta uino, aut melle, rectum iudicium præſtare non poteſt, ſic appetitus male diſpoſitus, de rebus humanis uerum iudicium præſtare non poteſt. Itaq; appetitus rectus iudicat de oībus, & ipſe a nemine iudicatur. Tertia explicatio eſt, tunc intellectus practicus dicit uerum, qn̄ dirigit ad operationem, quam uir bonus & probus approbat: Vir enim bonus eſt, qui habet rectum appetitum. Ex his conſtat quo modo prudentia dicat uerum ſemper.

Ariſto.

Quo prudentia ſemper dicat uerum.

Ocham. Martinus. Almaynus.

Ariſto. Veritas actiuæ mentis eſt conſentanea recto appetitui.

Prima explicatio.

Secunda explicatio.

Tertia explicatio.

Argumenta contra hanc ſolutionem.

Sed contra hanc ſolutionem arguitur optime. Nam appetitus ideo dicitur rectus, quia eſt conformis rectæ rōni; quod patet ex definitione uirtutis: Virtus enim eſt habitus electiuus in medio conſiſtens, prout ſapiens determinauerit, ergo ſi dicatur quod ratio tunc eſt recta, quando eſt conſentanea recto appetitui, committitur circulus, & eſt abire in infinitum. Hoc argumentum conatur diſſoluere Diu. Thom. ſupra quæſtione 19 articulo tertio, ad ſecundum. Mihi uidetur dicendum, idem eſſe prorſus ꝙ operatio ſit conſentanea recto appetitui, & rectæ rationi: nam ſenſus eſt, quod illa operatio recta ē, quam uir bonus, & probus approbat. Vel dicendū eſt, quod cum dicitur illam operationem eſſe bonā, quæ recto appetitui fuerit cōſentanea, eſt definitio ab effectu, & a ſigno; cum uero dicitur illā operationem eſſe ſtudioſam, quæ rectæ rationi fuerit conſentanea, eſt definitio ex proprijs cauſis. Ex his patet ad omnia argumenta ꝓpoſita, quibus ꝓbatur prudentiam non ſemper dicere uerum.

Solutio. D. Thom.

Ad argumēta propoſita

Sed ultimum argumentum maiori explicatione indiget, & dicendum eſt, quod ignorantia, & conſcientia erronea inculpabilis, eſt iudicium prudētiale uerum; nā hoc iudicium in Iacob; hæc eſt a me cognoſcēda, uerum fuit, ſiquidem appetitui recto fuit conſentaneum.

ad ultimum

ART. QVINTVS.

Vtrum prudentia ſit uirtus neceſſaria homini.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans in argumento, ſed contra. Probatur ex illo; Sobrietatem, & iuſtitiam docet, prudentiam, & uirtutem, quibus nihil vtilius eſt in hac uita hominibus. In corpore uero probatur ſic. Prudentia neceſſaria eſt ut homo rectæ operetur: ergo eſt hoī neceſſaria. Antecedens patet, nā ad rectam hominis operationē non ſolum requiritur quid agat, ſed quomodo opetur, ut ſcilicet, ſecūdum rectam electionem opetur: ut uero electio recta ſit, neceſſari⁹ eſt debitus finis; & id quod cōuenienter ad talem finem ordinatur: ergo ad rectam operationem nō ſuffi cit debitus finis, ſed requiritur aliquid quod recte in talem finem ordinetur. Sicut igitur neceſſariæ ſunt alię virtutes perficientes partem appetitiuam, vt in bonū finem tendat; ita neceſſarius eſt habitus quidam rationis, per quem homo diſponatur ad id quod in debitum finem ordinari debet, & talis habitus eſt prudentia. Hæc igitur virtus neceſſaria eſt.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Sed dato ꝙ prudētia ſit uirtus, ꝓbatur ꝙ nō ſit homini neceſſaria. Nā ſi hō ęgrotat, nō oportet ut artē medicā habeat, ſed ſatis ē cōſulere medicū cui obtēperet: ergo ſi hō nō eſt ſanus moribus, ſatis eſt conſulere peritiores, quibus obtemperet.

Vtrum prudentia ſit neceſſaria. Arguitur primo pro parte negatiua.

Secundo, idem oſtendo ex Ariſt. 1. Ethicorum capit. 4. qui ex Heſiodo Poeta ſic loquitur.

Secundum. Ariſto. Heſiodus.

Optimus eſt ille, ex ſeipſo qui bona nouit.
Proximus at ille eſt, qui paret recta monenti.
Sed qui nec ſapit ipſe, nec audit recta monentem.
Inuidia ei mentem miſera natura negauit.

Vltimo, Philoſophia moralis docet ſatis uniuerſas uirtutes, & inſtituit prudētiæ diſcurſum, nam hic diſcurſus; pauperi ſubueniendum eſt: hic eſt pauper: ergo a philoſophia morali procedit.

Tertium.

Ad primū rn̄detur, eſſe neceſſariam prudētiā quia nō ſemper eſt in manu cōſiliarius cui obtemperemus, eo uel maxime, quod petere conſilium eſt opus prudentiæ.

Solutio argumentorum. ad primum.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, eſſe quoſdā homines qui propter ingenij tarditatem natiſunt ut alijs obtemperent, qui uocantur ſerui a natura, & in ijs optima prudentia eſt audire recta monentem.

ad ſecundū.

Ad tertiū argm̄ rn̄detur, ꝙ philoſophia moralis dat facultatē ad recte operādū, ſed non dat rectū uſum; prudētia eſt quæ dat rectū uſū, ut operemur, ꝓut oportet, & qū oportet. Sed eſt aliud dubium, Q̄īo ars ſemper dicat uerum, cum uerſetur circa contingentia, quæ infallibili rōne cōprehendi nequeunt: ſumitur ne eius ueritas ex conformitate ad rectum appetitum: ita docet Ariſtote. ſexto. Ethicorum capit. 2. & D. Thom. in hoc articulo ad tertiū. Pro cuius rei expoſitione ſciendū eſt, ꝙ rectitudo appetitus gemina eſt: altera eſt moralis in ordine ad bonū honeſtū; altera eſt in ordine ad finem artis, quæ eſt regula, & norma rei artificiatæ; uolo dicere, tunc op⁹ artis eſſe bonū

ad tertium.

Secundum dubium. Quo ars ſemper dicat uerum.

Ariſtot. D. Thom. Rectitudo appetitus gemina.

quando eſt conſentaneum uoluntati artificis, ſecundum regulas artis: uerbi gratia, uult artifex facere imaginem pulcerrimam, & non poteſt prout uult; non eſt bonus artifex. Item, uult pingere imaginem deformem, & exiſe pulcerrima, non eſt bonus artifex.

ART. SEXTVS.

Vtrum eubulia, ſyneſis, & gnomen, ſint uirtutes adiunctæ prudentiæ.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmans eſt Concluſio: quam aſſerit Ariſto. & D. Thom. exponit: nam erga humana agibilia, tres actus rationis inueniuntur; conſiliari, iudicare, & præcipere: ex quibus præcipuus actus, præcipere eſt, qui quidem ad prudētiam pertinet; alij duo ſunt minus præcipui, & pertinent ad eubuliam, ſyneſim, & gnomen. Nam eubulia eſt bene conſiliatiua; ſyneſis, & gnomen, pertinent ad partē iudicatiuā: qm ergo actus minus præcipui ad eum qui præſtātior eſt ordinātur, ideo prudentiæ tāquam præcipuæ adiunguntur, eubulia, ſyneſis, & gnomen.

EXPLICATIO ARTIC.

An gnomi ſit uirtus. Primum pro parte negatiua.

SEd circa iſtum articulū ſextū dubitatur, an gnomi ſit uirtus. Et uidetur quod non: nā ſi e uirtus; uel ē uirtus acquiſita aut naturalis: ſed neutro modo: ergo. Probatur minor; quia præter ſynderēſim, quę ē habitus quidam naturaliter inditus circa prima principia practica, non ponitur alia uirtus naturalis ī intellectu practico, ſicut neq; ī ſpeculatiuo intellectu ponitur alius habitus naturalis, niſi primorū principiorū. Itē acquiſita uirtus non uidetur eſſe gnomi; quia uirtus intellectualis acquiritur experimētis, quæ memoria retinentur, ut dicitur in prologo Metaphyſicæ. Sed obiectū gnomi eſt de raro contingentibus, cum ſit præter cōmunes leges: ergo non poteſt acquiri uirtus regulariter circa tale obiectum.

Concluſio Ariſt. 6. Ethi. capi. 9. 10. & 11.

Secūdum argumentū. Nam D. Tho. dicit in tertia cōcluſione, gnomi iudicat ſecundum rationem naturalem: ſed ratio naturalis non eſt uirtus acquiſita, neque cauſat uirtutem acquiſitam: ergo gnomi non eſt uirtus acquiſita; ſed erit quædam perſpicacitas naturalis ingenij.

Secundum.

Ad hoc dubium rūdetur, q̄ quemadmodū hō pauper ſtudioſus poteſt eſſe magnificus, non ſimpliciter in actu, quia non hēt magnas diuitias quæ expendat: qđ quidem eſt neceſſariū ad magnificentiā exercendā, ſed tū eſt magnificus in potentia propinqua .ſ. in præparatione animi. Cuius ratio eſt, quia uirtutes ſunt connexæ (ut dicemus infra) Morales quidē & cardinales, quarum materiæ frequēter occurrunt, ſunt ſimpliciter cōnexæ; aliæ uirtutes, quarū materiæ rariſſime, neq; in oībus occurrunt, ſunt connexæ ſ. in quid. ſ. in potentia propinqua actus, non tū in actu: ita poſſumus dicere de uirtute gnomi, q̄ eſt uirtus acquiſita propter connexionem cum alijs uirtutibus. & ſufficit q̄ mens exerceatur circa principia ipſius gnomi, ēt ſi non occurrant caſus gnomiſtici actus exercendi, niſi raro Sunt aūt principia ipſius gnomi uniuerſaliora, q̄ ſyneſis; ad quæ penetranda multū ualet perſpicacitas naturalis ingenij, unde ratiocinatur intellectus quid ſit agēdū in tali euentu, raro & præter legem communem contingenti. Sit exemplum. Lex communis eſt quod depoſitū reddatur: ſed ſi ille qui depoſuit, eſt impugnator reipublicæ, iudicat gnomi q̄ tunc non reddatur; quia penetrans homo rationem legis, ſcilicet, quod reddendum eſt ei bonum ſuū, utile ſibi, & conſiderans ſimul bonū reip. eſſe melius eſſe quam bonum particulare illius, cōcludit q̄ non eſt ei reddendū hic, & nūc, depoſitum. Item lex cōmunis modeſtiæ, eſt, q̄ homo non ſe gerat ī motibus, & geſtib. ad inſtar amētis & fatui hominis; & tū Dauid prudētiſſime egit ex iudicio gnomiſtico, gerēs ſe apud Rege Achis quaſi furens, & amens, quia bonum uitæ Dauid excellentius eſt, & utilius reipublicæ ſuæ, quam bonum recti greſſus; & in tali caſu non fuit īmodeſtia ita ſe gerere; ſed fuit maxima prudētia.

Concluſio

1. Reg. 21.

Ex dictis ſeqtur, quod frequentius occurrūt hominibus caſus ad exercendum gnomi, quam magnificētiam; quia magnificētia a ſolis diuitib. exerceri poteſt, & hoc non ab omnibus.

Primum corollarium.

Sequitur ſecūdo, quod gnomi eſt excellētior uirtus, quam ſyneſis; quia principia ipſius gnomi ſunt uniuerſaliora, per quæ cōmunes leges moderantur. Videte de re hac D. Tho. ſupra quæſtio. 51. articul. 4.

Secundum.

D. Thom.

QVAEST. LVIII.

De diſtinctione uirtutum moraliū ab intellectualibus, in quinq; articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum omnis uirtus ſit moralis.

SVMMA TEXTVS.

REſpondet Diu. Thom. Concluſione negante. Non omnis uirtus eſt moralis, ſed illæ ſolū: quæ in ui appetitiua locantur; probatq; in argumento, ſed contra, ex eo q̄ præter uirtutes morales, dantur etiam uirtutes intellectuales. in articulo uero ita exponit. Nā uirtus moralis dicitur a more, ſecūdum quod mos ſignificat quādam inclinationē naturalem uel quaſi naturalem ad aliquid agēdū: cui ſignificatiōi illa ē affinis, qua mos ſignificat cōſuetudinem: quæ quia quodā modo uertitur in naturam, efficit ēt inclinationē naturali ſimilē; quia autē inclinatio ad actū proprie conuenit appetitiuæ uirtuti, cuius ē mouere potētias ad agendū, ideo nō omnis uirtus, moralis dicitur; ſed quæ eſt in parte appetitiua.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum uirtus moralis diſtinguatur ab intellectuali.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Non omnis uirtus eſt ſcien-

EXPLICATIO ARTICVLI.

VT ea quæ hic dicuntur a D. Tho. melius intelligātur, quæritur, Vtrum oīs uirtus ſit ſcientia, aut prudētia, ut Socrates dicebat? Pro parte affirmatiua ſic argumētor. In primis auctoritate oīum antiquorū, q̄ pro eodē habebāt uirū ſapientem, & ſtudioſum: dicebantq; in uirum ſapientem non cadere animi perturbationes, non tamen; & q̄ ſola ſapientia ſatis erat ad uitā recte inſtituēdam. Huic conſonat Diuina ſcriptura, in libro Sapientiæ & Eccleſiaſtici, in quibus mirum in modum laudatur ſapientia, ut oīum bonorū mater, & etiam uirtutū plenitudo. Secundo Ariſt. 3. Ethic. cap. 5. aperte aſſerit, q̄ omnis prauus eſt ignorans: cui conſonat diuina ſcriptura, Prouerb. 14. cum dicit; Errant qui operantur malum: ergo ueriſſime docebat Socrates, omne peccatū ex ignorantia procedere; & quod exiſtente perfecta ſcientia, non poteſt eſſe peccatum. Tertio, idem Ariſt. 6. Ethicorum, capit. de prudentia, & 7. Ethicorum, capitu. tertio dicit expreſſe, q̄ exiſtente perfecta ſcientia in particulari, non poteſt eſſe peccatum. Conſonat Diuus Thomas hoc in articulo, & infra quæſt. 77. artic. ſecundo. Quarto exiſtente imperio efficaci ex parte intellectus, neceſſitatur

Vtrum omnis uirtus ſit ſcientia aut prudentia. Primum ar. pro parte affirmatiua.

Secundum Ariſto. Prouer. 14.

Tertium Ariſto.

D. Thom. Quartum.

tia, aut prudētia, ut Socrates existimat: Socrates.n. ponebat omnia actiua principia, quæ ſunt ĩ homine, habere ſe ad rationē ſicuti membra exteriora reſpectu animæ, de quibus dicit Ariſtote. primo Politicorum, c.3. animam regere corpus principatu deſpotico, id eſt, ſicut dominus ſeruum, qui ius contradicendi non habet, unde cum ratio, prudentia, & ſcientia perfecta eſt, non requiritur alia virtus, aut habitus ad recte agēdum; ſicut neque cum anima pfecta eſt, requiritur alia virtus perficiens mēbra exteriora. Sed hæc opinio ex eo refellitur, ꝙ procedit ex ſuppoſitione falſi: pars enim appetitiua obedit rationi nō omnino ad nutum, ſed cum aliqua cōtradictione. quapropter dixit Ariſt. primo Politicorum capitulo tertio, rationem imperare appetitui dominio Politico, quo ſcilicet aliquis præeſt liberis, qui habent ius ſiſi aliquo contradicēdi.

Secunda Concluſio. Virtus moralis diſtinguitur ab intellectuali. Hæc concluſio eſt Ariſto. primo Ethicorum, capitulo vltimo; & probatur: quoniam, vt patet ex ſuperiori concluſione, ad hoc quod homo recte agat, non ſufficit ſi ratio ſit recte diſpoſita per habitum uirtutis intellectualis, ſed etiā quod uis appetitiua ſit recte diſpoſita per habitum virtutis moralis. Sicut ergo appetitus diſtinguit a rōne, ita virtus moralis ab intellectuali: & ſicut appetitus eſt principium actus humani, ut participat rationem, ita habitus moralis habet rationem virtutis, in quantum rationi conformatur.

tatur voluntas, vt rationi obtemperet, ſicut traditum eſt ſup. quæſt. 17. de imperio. ergo ſatis eſt prudentia ex parte intellectus, & non eſt neceſſaria virtus ex parte uoluntatis. Conſequentia inde probatur. nam in corpore non conſtituitur virtus, vt obtemperet rationi, quoniā neceſſario obtemperat: ergo ſi voluntas neceſſario obtēperat, virtute non indiget.

Socr.

Vltimum. Ari. Vltimo, omne bonum, & omne malum noſtrum, in diſcurſu rationis conſiſtit. ergo omnis uirtus in ratione cōſiſtit. Probatur antecedēs: nam ſi diſcurſus rationis rect' eſt, neceſſum eſt, ut operatio recta ſequatur; ſi uero peruerſus, ut operatio puerſa ſequatur, volūtas enim, non poteſt ferri, niſi in bonum ꝓpoſitum per intellectum. verbi gratia. exſiſtente hoc recto, & efficaci diſcurſu; pauperi eſt danda eleemoſyna: hic eſt pauper: ergo huic eſt danda eleemoſyna: non poteſt nō ſequi elargitio eleemoſynæ. Ex alia parte videtur, quod omnis virtus amor ſit. Certe ita

Augu. dicit Diuus Aug. ſemper, nominatim libro 1. de moribus Eccleſiæ, c. 15. tracta. 32. in Ioannem; tractatu ſeptimo in priorem Epiſtolam Ioannis. lib. de natura, & gratia, c. 38. 42. & 70. & in lib. de perfectione iuſtitiæ, & in enchiridio c. 117. Huic conſonant diuinę ſcripturæ, in quib. habetur, ꝙ plenitudo legis eſt dilectio; ꝙ uinculum perfectionis eſt dilectio; finis pręcepti, caritas.

Omnis creatura quæuis habeat: oēm ſcientiā peccare poteſt. Prima Concluſio. Licet Angelus, aut quælibet alia creatura habeat omnium rerum diuinarum, & humanarum ſcientiam habitualem, peccare poteſt; tum, propter inconſiderationem multarum circumſtantiarum, quas oportet conſiderare; tum uero, quoniam ſcientia non neceſſitat uoluntatem, niſi tantummodo in beatitudine; tum etiā, quoniam poteſt ſuſpendere actum conſiderationis; & ſic poteſt peccare peccatum omiſſionis: tum ultimo, & præcipue, quoniam poteſt ſuperbire de ſcientiarum poſſeſſione, & perfectione. & hoc eſt quod dicit D. Pau. ſcientia inflat, caritas ædificat.

Paulus. Omnis creatura prudentiſſima peccare poteſt. Secunda Concluſio. Licet Angelus, aut alia creatura ſublimior, habeat prudentiſſimam prudentiam omnium negotiorum circumſtantiarum, & omnia rectiſſima iudicia, nihilominus peccare poteſt; quoniam prudentia non neceſſitat uoluntatem, ſed libere inclinat, ut utamur ea, quando, & quo libitum fuerit. Verum uero Deus poſſit condere creaturam tantæ prudentiæ ex parte intellectus, & tam eximiæ virtutis ex parte voluntatis, vt per naturā eſſet impeccabilis, alterius negotij eſt: attinet enim ad materiam de Angelis.

Alia virtutes neceſſariæ. Tertia cōcluſio. Exſiſtente efficaci imperio ex parte intellectus, neceſſitatur voluntas, ut rationi imperanti obediat. Hæc concluſio ſatis demonſtrata eſt ſupra quæſt. 17. de imperio.

Quarta concluſio. Nihilominus ex parte appetitus, tā intellectiui, quam ſenſitiui, neceſſariæ ſunt uirtutes, vt ratio recte imperet, & principetur. nam voluntas magna cū difficultate obtemperat rōni circa quædam bona, ut cum diligit bonum alienum, & cum proſequitur bonum diuinum, & amat illud pluſquam ſe: ergo indiget uirtute, vt promte, & facile rationi obtemperet. Deinde appetitus ſenſitiuus ſuis paſſionibus perturbatus, perturbat iudiciū & imperium rationis; facitque ut ratio victa ſuccumbat. ergo ut ratio recte imperet, oportet paſſiones pacatas habere. Tertio, qualis quiſque eſt, talis ei videtur eſſe finis, ut aſſerit Ariſtoteles 3. Ethicorum: & euidens experientia demonſtrat. ergo ut ratio recte iudicet, oportet utrumque appetitum eſſe recte diſpoſitum. Vltimo, ſicut ſe habet primum principium in ſpeculatiuis, ſic ſe habet finis ĩ practicis. ergo ut ſit recta ratio de rebus agendis, oportet quod homo ſit recte diſpoſitus circa finem: hoc autem fit per uirtutes morales appetitus, cuius obiectum eſt bonum, & finis. Ariſt.

Solu arg. Ad pri. Ad primum argumentum in contrarium reſpondetur. fortaſſis antiqui philoſophi ſentiebant cum Soc. vniuerſam virtutem eſſe ſcientiam. Vel quod uero ſimilius videtur, nomine ſapientiæ, omne corpus, & omne genus uirtutum comprehendebant: in quo ſenſu, ſapientia in diuinis litteris maxime commendatur.

Nota. Omnis virtus nomen ſapientiæ habet. D. Th. Pro cuius maiori ĩtelligentia obſeruandū eſt, ꝙ ſi aliquādo apud Sanctos Patres huiuſmodi locutiones inuenimus, explicādę ſunt, ſicut explicat D. Tho. in ſolutione ad ſecundum articuli ſecundi, ſ. ꝙ omnis uirtus participatiue hēt rōnem ſcientiæ, & ſapientiæ, non eſſentialiter. Vel etiam aliquando loquuntur Sancti de ſapientia, quæ eſt donum Spiritus ſancti, qđ cum caritate infunditur. Vel ēt ꝙ loquuntur aliquando de fide uiua: & in hac ſignificatione multa dicuntur de ſapientia, & de ſapiente in ſacris litteris, quæ tñ de virtutib. infuſis verificantur, & de homine fideli iuſtificato uirtutibus quarum initium eſt fides, & diuina ſapientia. Exempli gratia. Deuteronomij quarto

Deute. 4. inquit; Obſeruabitis, & implebitis opere, ſ. præcepta mea: hæc eſt enim ueſtra ſapientia, & intellectus coram populis. & Iob. 28. Ecce timor Domini, ipſa eſt ſapientia, & recedere a malo, intelligentia. Et Chriſtus Dominus aſſimilat uiro ſapienti q ædificauit domum ſua ſupra petram, illū hominē qui audit uerba Chriſti, & facit ea. Et ſimiliter apud Lucā, auarus ille diues uocatur ſtultus. Et ratio iſtarū locutionū eſt; quia obſeruatio mādatorū, eſt exercitiū ſapientiæ, & fidei & prudentiæ circa particularia agibilia. Et quamuis aliæ uirtutes ſint neceſſariæ, tñ quia initiū eſt in ratione, & in intellectu ad bene operandū: & ſimiliter ēt quia finis omnis noſtræ operationis eſt perfectiſſima cognitio ſūmę veritatis: oīs operatio q̄ dirigit nos ad Iob. 28. videndū Deū, ſap ētia eſt. Ad ſm, & tertiū rñdet ꝙ ſciētia de

Ad ſecundū, & tertium. reb. agēdis duplex eſt. una uniuerſalis, q̄ hr̄ p ſciētiā moralē, p legē, aut uero p prudētiā habitualē; altera eſt particularis, q̄ efficaciter dictat, & definit, ꝙ hic & nūc agēdū ſit. dicit itaq; D. Th. ꝙ ſi Soc. & antiq Philoſophi ſētiebāt de ſciētia particulari, veriſſime dicūt oē peccatū ex ignorātia ꝓcedere, atq; ꝙ exſiſtēte ſciētia ĩ particulari nō pōt eſſe peccatū. ex hoc tñ nō eſt cōſequēs, ꝙ uniuerſa uirt⁹ ſit prudentia:

dentia uti ut recte imperet, neceſſariæ ſunt uirtutes morales in appetitu, ne affectionib. & paſſionib. perturbata ratio, victa ſuccumbat:has uero uirtutes appellare ſcientias, ſtultum eſt.

Ad quartũ, & quintum.

Ad quartum, & quintum argumentum reſpondetur ꝙ licet poſito imperio efficaci ex parte intellectus neceſſitetur uolũtas vt obtemperet, nihilominus neceſſariæ ſunt uirtutes ex parte appetitus. primo, ut recte officiat appetitũ in ordine ad finẽ: deinde ut moueãt intellectũ ad imperandum: tertio, ut recte eligãt ex qua electione ſequitur imperiũ: quarto, ut prõte, & facile obediant. nã licet hæc obediẽtia ſit neceſſaria poſito imperio intellectus efficaci, eſt tamẽ neceſſitas ex ſuppoſitione, & neceſſitas ex ſuppoſitione non tollit libertatem, nec uirtutẽ ſicut ſupra dictũ eſt ſæpe. Ex dictis ſequitur, ꝙ ut homo ſit inſtruct⁹ ad oẽ opus uirtutis, neceſſaria eſt uirtus ex parte intellectus, & ex parte uoluntatis. Sed (ut mea habet opinio) virtus quæ eſt in voluntate, & quæ eſt amor ordinatus, primas tenet: nam amor eſt cauſſa omnium quæ amans operatur, ut late demonſtrat D. Th. ſup. quæſt. 28 art. vltimo. unde ſi amor ordinatus eſt, omnia tuta ſunt, & ſecura. ſed de hoc in ſequentibus iterum redibit ſermo.

Neceſſariæ ſunt virtutes ex parte appetitus vt voluntas obtemperat ꝓpter quatuor.

Concl.

Ariſt.

Corolla.

Opinio authoris.

D. Thō.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum virtus ſufficienter diuidatur in moralem, & intellectualem.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt affirmans, quam aſſerit Ariſtoteles ſecundo Ethicorum cap. 1. & probat eleganter Diuus Thomas. Virtus namque humana eſt habitus perficiens hominem ad bene operandum: in recta autem operatione homo poteſt tantum perfici quo ad duo principia, quæ ſunt, ratio, & appetitus: nam iſta ſunt principia humanorum actuum: ſi ergo virtus perficiat rationẽ, intellectualis virtus erit; ſi vero appetitum, erit moralis: optime igitur virtus in intellectualem, & moralem diuiditur.

ART. QVARTVS.

Vtrum uirtus moralis poſſit eſſe ſine intellectuali.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt. Virtus moralis non poteſt eſſe ſine ſynderesi, & prudentia, quæ eſt habitus primorum principiorum practicorum. Huius ratio eſt: nã licet uirtus moralis poſſit eſſe ſine aliquibus uirtutibus intellectualibus, non tamẽ poteſt eſſe ſine prudentia: quoniam ad virtutem moralem non ſolum neceſſaria eſt rectitudo finis, ſed etiam recta acceptio eorum quæ ſunt ad finem, quæ rectitudo a prudentia prouenit: quod non obſcure docet Diuus Gregorius ſecundo moralium capitulo trigeſimotertio, & libro vigeſimoſecundo capitulo primo. Ex his conſequens eſt, non poſſe eſſe virtutem moralem ſine intellectu, & ſynderesi: per intellectum enim cognoſcuntur principia naturaliter nota, tã ſpeculatiua, quã practica: & ita ſicut recta ratio in ſpeculatiuis ſupponit intellectũ principiorũ, ita & prudentia, quæ eſt ratio recta agibilium.

Not. 1.

Circa ſolutionem ad quartum articuli ſecundi notandum eſt, quod prudentia dicitur participari a virtutibus moralibus, quatenus virtutes morales inclinant ad finem & intendunt illum per media determinata per prudẽtiã; quæ quidem uoluntas eligit: & ſic virtus moralis concurrit ad electionem ex imperio prudentiæ, & rurſus prudentia præſupponit inclinationem uoluntatis ad finem, quã inclinationem facit uirtus moralis.

Not. 2. Caiet.

Denique notandum eſt cum Caieta. quomodo conformetur rationi uirtus moralis, non quidem per relationem ſecundum eſſe, ſed per conformitatem intrinſecam, & eſſentialem habitui virtutis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Argumenta contra concluſionem.

De concluſione huius articuli dubitatio eſt, videtur enim eſſe falſa. Nam prius, eſt ꝙ ſit appetitus rectus circa finem, quam ut prudentia definiat, & determinet quid faciendum ſit: ſed iſta rectificatio fit per uirtutem moralem: ergo uirtus moralis prius eſt quam prudentia. Ex quo conſequens eſt, quod poſſit eſſe ſine prudentia: prius enim non dependet a poſteriori,

Secundũ ar.

Secundo, uirtus moralis habet in officio rectificare appetitum in ordine ad finem: ex quo, tamquam ex principio, prudentia definit, & deliberat quid agendum ſit. ſed principium non dependet a principiato. ergo.

Vltimum.

Vltimo, conſtituamus hominem ſobrium atq; temperatum, qui decipitur ab heretico, qui alioqui exiſtimatur doctiſſimus. uerbi gratia, docet hæreticus, ꝙ eſt licitũ comedere carnes in quadrageſima, eius auctoritate commotus ille uir bonus comedit carnes; tunc iſte perdit prudentiam. nam decipitur grauiſſime: ſed non pdit temperantiæ uirtutem. ergo uirtus temperantiæ põt eſſe ſine prudẽtia.

Conc.

Definitio virtutis.

Reſpondetur, ſententiam D. Tho. eſſe ueriſſimã, q̃ in primis conſtat ex definitione virtutis, uirtus enim eſt habitus electiuus in medio conſiſtens, prout ſapiens determinauerit. Rurſus moralis uirtus eſt habitus electiuus. electio uero eſt appetitus deliberatiuus, ex deliberatione, & conſultatione pcedens. oportet ergo ut electio recta ſit, tum uerã eſſe rationẽ, tum rectũ eſſe appetitũ. Sed non oportet in re manifeſta immorari: eſt enim ueritas animis noſtris inſita, ꝙ quamuis homo opera uirtutis innumera exerceat ſi non prudenter; & tempore ſuo faciat, non meretur ſtudioſi nomen.

Grego.

Solu. arg.

Ad argumenta, & ad primum, & ſecundum argumentũ difficile eſt ſatisfacere. nam in his argumentis inueſtigatur illa quæſtio ſatis obſcura, Vtrum uirtus moralis præſtituat finem prudentiæ; an e contrario prudentia præſtituat finem uirtutibus moralibus, in cuius rei expoſitione Scotus in tertio, diſtinctione trigeſimaſexta, quæſtione unica arti. 2. contendit, quod licet prudentia non dictet de fine communi omnium virtutum, puta, uiuendum eſt ſecundum rectam rationem; dictat tamẽ de fine proprio cuiuſq; uirtutis, & probat. Nam uolitio finis, eſt actus uirtutis. ergo regulatur prudentia. Hæc ſententia poteſt confirmari maioribus argumentis. nam prudentia eſt lumen, & regula omnium uirtutum; ergo præſtituit finem omnibus uirtutibus, illuminando, dirigendo, &c.

Vtrum prudentia præſtituat finẽ virtutibus.

Scot.

argu. Scoti. Primũ pro eius opinione.

Secundum.

Præterea, appetitus rectus circa finem quando oportet, & prout oportet, non poteſt eſſe ſine lumine, & directione prudentiæ, ut plane conſtat. ergo.

Tertium.

Tertio, finis uirtutũ moralium eſt conſtituere mediũ in operationibus, ut non deficiãt, nec exſuperent. ſed hũc finem conſtituit prudentia, ut conſtat ex definitione uirtutis, quæ eſt habitus electiuus, in medio conſiſtens, put ſapiens determinauerit.

Quartum.

Quarto, ſi uirtus moralis præſtituit finẽ prudentiæ, ſequitur ꝙ virtus moralis ſit pſtãtior ipſa prudẽtia. Qđ recte ſequatur, ſic oſtẽdo. nã uirtus quę verſaẽ circa finẽ, pſtãtior eſt & prætioſior q̃ ea q̃ uerſ ẽ circa mediũ. Itẽ ſequit, ꝙ virt⁹ moralis ſit prior q̃ prudẽtia. Quod recte ſequaẽ oſtẽſum eſt in argumentis adductis in principio dubitationis. Certe D. Tho. inf. quæſt. 66. articu. tertio ad tertium, & ſuperius quæſtio. 19. articulo tertio,

D. Tho.

ad

Caiet. D.Thom. ad ſecundum expreſſe dicit, ꝙ prudētia præſtituit finē in virtutib. moralib. Hæc dubitatio maxime cruciat D.Caie. infra loco allegato: nā D.Tho. multis in locis ſuæ doctrinæ cōſtāter aſſerit, ꝙ prudentia non præſtituit finem uirtutibus moralibus, ſed tm̄ de medijs dijudicat: docet hoc expreſſe 2.2.q.47 art.6 & in ijs articulis frequēter docet, ꝙ prudētia ꝑſupponit rectitudinem appetitus circa finem factā ꝑ uirtutes morales ita quā prudētia definit quid faciendū ſit, iudicādo de medijs. Itē Ariſt. 3. Eth. cap. 4. Ariſt. dicit qualis unuſquiſq. eſt, talis ei videtur eſſe finis. & 6. Ethico. cap. 2. ueritas, inquit, prudētiæ eſt cōſentanea eam eſſe recto appetitui & cap. 12. dicit apertiſſime, uirtus moralis rectam finis intētionem facit; prudētia uero de medijs conſultat.

Vltimo confirmatur hæc ſententia ex illo prouerbio; ſicut ſe habēt prima pricipia in ſpeculatiuis, ſic finis in practicis, ex quibus prudentia concludit quid faciendum ſit. Certe prudētia apud Ariſt. tantum eſt reſpectu concluſionum, ſicut ſciētia etiā apud D. Th. Quo modo prudētia præſtituat finem virtutibus moralibus, & e contra. Hęc dubitatio vī inexplicabilis Caietano. Mihi vō dicendum, ꝙ prudētia præſtituit finē virtutibus moralibus tripliciter: pū, illuminando, dirigendo, & tollēdo errores intellect⁹: tum uero, faciēdo ꝙ uirtus moralis conſtituat medium in ſuis operationibus, qđ eſt finis uirtutis moralis, ſecut finis ſagittatoris eſt ſcopū attingere: tum tertio, applicādo efficaciter media, ſine qbus nō pōt eſſe pfectus appetitus finis. Ceterū uirtutes morales præſtituunt finem prudentiæ dupliciter: primo, afficiendo ad rectum finem: ſecundo remouendo paſſiones, quæ cū ſint immoderatæ, & effrænes, perturbant iudiciū rōnis: itaq. prudentia præſtituit finem illuminando, dirigendo; uirtutes morales, afficiendo, inclinando: ſicut uoluntas mouet intellectum afficiendo, applicando, intellectus, illuminādo & dirigendo. Explicat hanc rem Caiet. uno uerbo ſecūda ſecundæ loco allegato, dicens; quod uirtus moralis præſtituit finem executiue, prudentia uero auctoritatiue.

Caieta.

Solutio argument. Ex iis ſoluuntur argumenta propoſita: nam dicendum eſt, quod appetitus rectus circa finem, eſt prior quam prudentia in genere cāæ efficientis, & exequentis, ceterū in genere cāæ illuminantis, & dirigētis, prior eſt prudētia.

Ad tertium. Ad tertium argumentū reſpondetur, quod homo ille

ART. QVINTVS.

Vtrum uirtus intellectualis poſſit eſſe ſine morali.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ita habet. Prudentia non poteſt eſſe ſine uirtute morali; aliæ autem uirtutes intellectuales eſſe poſſunt ſine morali uirtute. Probatur: nam prudentia eſt recta ratio agibilium, non ſolum in vniuerſali, ſed etiam in particulari: ad rectam autem rationē neceſſaria ſunt principia, ex quibus ratio ꝓcedit ita ut ad rectā rationem circa uniuerſalia requirantur princpia uniuerſalia; & ad rectam rationem particulariū requirātur principia particularia, & uniuerſalia: & quidem circa uniuerſalia hō recte ſe habet per naturalē intellectum principiorum erga particularia ꝑ alias uirtutes morales: ergo ad prudētiam aliæ uirtutes morales requiruntur.

QVAEST. LIX.

De diſtinctione virtutum moralium per comparationem ad paſsionem, in quinque articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum uirtus moralis ſit paſſio.

pōt hēc geminam ignorantiam; culpabilem, & inculpabilem: ſi habeat inculpabilem, non perdit prudentiam: nec uero temperantiam; nam illud iudicium, comedēdæ ſunt carnes in quadrageſima, in homine ſimplici, dicente uiro doctiſſimo, practice uerum eſt; ſi quidem recto appetitui cōſentaneum eſt, ſicut antea dictū eſt de iudicio qđ habuit Iacob, quādo acceſſit ad Liā. Si uero hēt ignorantiam culpabilem, perdit tum prudentiam, tum temperātiam, uel ad earum corruptionem diſponitur, ſi acqſitæ ſūt: nā comedere carnes in quadrageſima ex ignorantia culpabili, & aduerſatur prudētię & temperantiæ.

SVMMA TEXTVS.

Reſpondet Diu. Tho. tali cōcluſione. Virtus moralis non eſt paſſio, ſed habitus efficiens moderatas paſſiones. ita aſſerit Ariſtotel. 2. Ethic. cap. 5. vbi docet paſſiones, nec virtutes, nec vitia eſſe. Et id varijs rationibus probatur. Nā paſſio, motus eſt appetitus ſenſitiui: quod a virtute morali alienum eſt: quæ non eſt motus, ſed potius habitus exſiſtens principium appetitiui motus: Deinde quoniam paſſiones ex ſe non habent rationem boni uel mali: quia bonum uel malum hominis eſt ſecundum rationem; vnde poſſunt ſe habere ad bonum & malum; quod uirtuti (quæ tantum ad bonum ſe habet) non competit. Tertio, quia etſi aliqua paſſio ad bonum ſe haberet, tamen motus paſſionis, quia paſſio eſt, principium habet in appetitu, & terminum in ratione, in cuius conformitatem appetitus tēdit: tamen motus uirtutis e contrario ſe habet; principium habens in ratione, & terminum in appetitu ſecundum quod a ratione mouetur.

EXPLICATIO ARTIC.

In hoc articulo ſciendum eſt, ꝙ Scot. in 3. diſt. 36. quæſtione unica artic. 2. contendit ꝙ prudētia poſſit eſſe ſine virtute morali, & ꝙ uir improbus ꝑt eſſe prudentiſſimus. Conſentit Gab. in eadē d. & q. Ochā in 3. q. 12. & qdli. 4. q. 6. & probatur hæc ſententia. — Opinio Scoti, Gabriel, Ocham.

Nam uirtus moralis pręſupponit prudētiam, ut antea dictum eſt: ergo ſi prudentia vice uerſa præſupponit uirtutem moralē, datur circulus, & idē ē pri⁹ & poſteri⁹ ſimul. — Argumenta contra concluſionem Primum.

Secundo, hic diſcurſus prudentiæ; pauperi danda ē eleemoſyna: hic eſt pauper: ergo huic danda eſt eleemoſyna; non reqrit rectitudinē uoluntatis. qđ ſic oſtendo. Nā maior illius diſcurſus habetur per philoſophiā moralē: minor uero, fide, aut credulitate humana: ergo prudentia nō requirit rectitudinē uoluntatis. Idem confirmatur: nam hic diſcurſus prudentiæ; Temperate eſt comedēdū; comedere in tali tpe, & in tāta quātitate, eſt temperata cibatio; ergo eligenda, non requirit rectitudinē uoluntatis: nā maior huius diſcurſus hr̄ per philoſophiā moralē, minor uero per legis cognitionem. — Secundum. Tertium.

Item quanquam uериſſime dictet prudentia, quid ſit faciendū, pōt uoluntas non ſe cōformare, imo pōt eſſe diſſentanea; ergo prudentia poteſt eſſe ſine uirtute mora. i. — Quartum.

Præterea hoc differt pctm ex malitia, a peccato ex paſſione, & ignoratione, ꝙ q peccat ex paſſione, aut ignoratiōe peccat pturbato mentis oculo; q uero ex malitia peccat, peccat ſciēs & prudēs: ergo. Prętereа, Angel⁹ eſt prudētiſſim⁹, hēt. n. prudētiā īſitā a na (ut mea fert opinio) & nō ꝑdidit: ad Angel⁹ mal⁹ nō hēt rectitudinē uolūtatis: ergo. — Quintum.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum virtus moralis poſſit eſſe cum paſſione.

Idẽ cōfirmat; nã Chriſtianus q eſt in peccato mortali cōſtitutus, non hēt rectitudinem uolũtatis, ut plane cōſtat: at vr habere prudẽtiã. nã hẽt fidem quæ in Chriſtiãno dirigit ad operandũ, dicẽte Paul. Iuſtus ex fide viuit: fides ergo eſt regula ad operandum.

Prior cõ. *Poſterior concluſ.* Roma. 1. Confir.

Hęc omnia cōfirmantur auctoritate Sanctorũ Patrum. D. Auguſt. ſuper Pſalm. 123. in illud uerbum, Forte uiuos dglutiſſent nos; dicit, illi uiui abſorbentur, qui ſciũt malum eſſe qđ operantur, & nihilominus operãtur. Ecce per prudentiã ſciunt quid ſit faciendum, & per prauum affectum non faciunt. Et in Pſalm. 68. in illud verbum; Fiat mẽſa eorum corã illis in laqueum; dicit, coram illis q ſciunt non eſſe conſentiendũ, & cōſentiũt. & in Pſ. 118. ſup illa uerba; Cōcupiuit aĩa mea dſid. rare, dicit, prçuolat intellectus, ſequtur tardus, aut null' affect'. Hæc ſnĩa vr eſſe expreſſa a Chriſto Dño in Euãgelio; dicit. n. Luc. 12. Seruus ſciens volũtatẽ dñi ſui, & nō faciẽs, uapulabit multis. & Iacobi c. 4. Sciẽti bonũ, & nō facienti, peccatum eſt illi.

Auguſt. *Stoici.* Luc. 12. *Concluſio.* Iacob. 4.

Contraria ſententia ſine dubio eſt uerſſima, quã confirmat hic Caietan. uarijs argumentis. In primis probat ex Ariſt 3. Ethi. cap. 1. ubi refert illud axioma celebre; Oĩs prauus eſt ignorans; cui conſonat diuina ſcriptura Prouerbiorum c. 14. Errant qui operantur malum. & Dominus Luc. 11. Si ocul' tuus fuerit

Cõtraria ſententia. Caiet. Ariſt. *Stoici.* Prouer. 14. Luc. 11.

SVMMA TEXTVS.

PRior concluſio. Si paſſiones dicantur inordinatæ affectiones, non poſſunt eſſe in uiro ſtudioſo, ita ut poſt deliberationem eis conſentiat.

Poſterior concluſio. Si paſſiones dicantur quicumque motus appetitus sẽſitiui, poſſunt eſſe in uiro ſtudioſo, ut a ratione ordinãtur. Hæ concluſiones ſunt D. Auguſt. 14. de ciuitate Dei, c. 9. pro quarum expoſitione notanda eſt doctrina eiuſdem Aug. 9. de ciuitatę Dei, c. 4. Stoicos extiſtimaſſe paſsiones non poſſe eſſe in ſapiente, & ſtudioſo, qa cũ non diſtinguerent inter appetitum intellectiuum, & ſenſitiuum; non diſtinguebant paſsiones animæ ab alijs affectionibus humanis: & ita dicebant, paſsiones animæ eſſe affectiones quaſdam rōni repugnantes. Peripatetici uero cum diſtinguant inter appetitum ſenſitiuum, & rōnalem, & paſsiones, ab alijs affectionibus, docent paſsiones eſſe quidem poſſe cum uirtute morali, ſi tñ temperatæ ſint, & ad medium redactæ.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum uirtus moralis poſsit eſſe cum triſtitia.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio D. Thom. ita habet. Triſtitia de his quæ conueniunt uirtuti, cum uirtute eſſe non poteſt: uirtus tamen moderate triſtatur de ijs quæ quoquo modo repugnant uirtuti: unde eo modo quo uirtus moralis cōpatitur alias paſſiones rōne moderatas, compatitur etiã triſtitiam. Prior pars huius cōcluſionis ex eo manifeſta eſt, quod virtus in proprijs delectatur. Vt tamẽ alia pars & probetur & exponatur, notat D. Thom quod Stoici a ſapiente & ſtudioſo triſtitiã procul abeſſe debere docuerunt, tum, quoniam triſtitia eſt de malo qđ accidit: quod in ſapiente non eſt; cũ in illum non cadat inhoneſtum malum, quod ſolũ dicendũ eſt malum, ſicuti ſola uirtus dicẽda eſt bona; tum, quoniã animus ſapientis nō pōt malo ſubſterni, quod fit in eo qui triſtitiã habet. Sed hæ rōnes refelluntur, & concluſio probatur. & prima rō nulla eſt: tum, qm̃ homo ex anima, & corpore componĩtur: ergo quod cōfert ad uitam corporis conſeruandã, etſi non ſit maximum bonũ, aliquod tñ bonum eſt: ergo malum huic bono contrariũ in ſapiente eſſe poteſt, & triſtitiam inducere; tum, qa nullus reperĩt abſq; leuibus peccatis, ut ait Ioãnes: ergo pōt de illo triſtari; tũ tertio, quia ſapiẽs laudabiliter dolet de malo, & peccato præterito, & pōt de peccaro alterius triſtari. Secunda ẽt rō improbatur: nam poteſt aliquod malum ſtudioſo eſſe pſens, cui ratio nō ſubſternitur, ſed potius illud deteſtatur: relinquitur ergo uirtutem moralem poſſe admittere triſtitiam, tẽperatam tamẽ, atque ad medium redactam.

ARTICV. QVARTVS.

Vtrum omnis uirtus moralis ſit circa paſsiones.

SVMMA TEXTVS.

DIui Thomæ concluſio eſt, nō omnem virtutem moralem eſſe circa paſsiones; ſed quãdam circa paſsiones, quandam circa operationes. Rō eſt: nam uirtus moralis circa id omne eſſe poteſt, quod rōne ordinatur, & moderatur: ratio autem nō ſolũ ordinat paſsiones appetitus ſenſitiui, ſed ẽt operationes appetitus intellectiui; q quidẽ operationes paſsiones nō ſunt; quia appetitus intellectiuus non eſt paſsionis ſubiectum, ut dictum eſt ſupra quæſ. 22. art. 3. non ergo uirtus moralis eſt tantũ circa paſsiones.

ſimplex, totũ corpus tuum lucidũ erit, non habens aliquam partẽ tenebrarũ: ibi Dominus, ſecũdum expoſitionem omnium Sãctorum, oculũ appellat rectã finis intẽtionẽ, & uoluntatem; recta namque intentio illuminat intellectũ ad rectum iudicium de rebus agendis; ergo prudẽtia ad recte iudicandũ, requirit uōluntatis rectitudinẽ. Idem oſtẽditur ex Ari. 3. Ethicorum. ca. 4. ubi dicit; quod uir bonus, & ſtudioſus iudicat & appetit id qđ uere bonum eſt; Vitioſus vero id qđ apparet ẽe bonũ: & ſicuti qui natura ſani ſunt, & ſalubres, uere etiã ſalubres cibos appetunt; qui uero languidi ſunt, de bonis cibis rectũ iudicium non habent: ſic in materia morali contingit de rebus agendis. Ex quo concludit Ariſt. illud memorabile axioma: Qualis unuſquiſq. eſt, talis ei videtur eſſe finis; id eſt, p diuerſitate affectuũ quiſque de rebus agẽdis dijudicat. Idẽ Ariſtot. 6. Ethicorum capi. quinto. demonſtrat, prudentiam non poſſe eſſe ſine virtute morali, hoc argumẽto. Nam ois habitus qui in ratione conſiſtit, niſi a natura ſit, poteſt eſſe obliuio: ſed prudentiæ nō pōt eſſe obliuio: ergo prudẽtia nō ſolum in ratione cōſiſtit, ſed præterea rectitudinem uolũtatis expoſtulat. Vltimo ſic argumentatur Ariſt. eodẽ in loco: Triſtitia, & malitia uolũtatis ſæpenumero corrumpũt prudentiæ rectam exiſtimationem,

Ariſt. 1 Ioan. 1. Simile. Ariſt. *Concluſio* Prudentia nō poteſt eſſe obliuio

Salluſtius. Solutio argumen orū ad primum.

vt euidens experientia commonſtrat: ergo rectitudo prudētiæ, rectitudinē uoluntatis expoſtulat. Certe recte admonet Salluſtius, ꝙ homines, qui de rebus dubijs conſultāt, ab ira, odio, & amicitia, vacui eſſe debeant. Ad argumenta, & ad primum dicendum eſt, quod virtus moralis hēt duplex officium, & rectificare appetitū in ordine ad finē, & eligere media ad finē cōſentanea. Ratione prioris officij antecedit prudētiā: nā poſtquā quis habet rectā finis intentionē, ꝑ prudētiam de medijs conſultat, & deliberat. Vñ D. Th. ſæpe docet, quod ex rectitudine appetitus circa finē, prudētia colligit qd faciēdum ſit, ſicut intellectus ſpeculatiuꝰ ex primis principijs colligit concluſionē. Ceterum quantū ad ſecundum officium, prudentia præcedit uirtutē moralem: nemo enim poteſt recte eligere, niſi prius per prudētiam deliberauerit quid eligēdum ſit. Sed eſt obſeruandum, ꝙ quando dicimus uirtutē moralem præcedere ſecundum unum actum, & ſecundū alterum ſubſequi, non eſt ſermo de prioritate temporis, ſed de prioritate ordine naturæ.

D. Th.

Ad ſecundū & tertium. Quomodo prudētia ſuū habeat diſcurſum.

Ad ſecundum, & tertium argumentum ſciendum eſt, quod in ijs argumentis inueſtigatur difficultas, quomodo prudentia habeat ſuum diſcurſum, & ſyllogiſmum cōcludat. In huius rei expoſitionem dicūt quidam, ꝙ in ſyllogiſmo prudētiali, nec maior, nec minor oporteret; ꝙ ſit a prudentia: maior enim aliquando pertinet ad ſynderesim: minor interdum habetur fide humana, uel notitia inſtinctu: ad prudentiam uero ſpectat applicare cōcluſionē prudentialem ad operandum. Alij uero dicunt, quod concluſio prudentialis non eſt iudicium ſpeculatiuum; hoc eſt faciendum, hoc eligendum: ſed imperium practicum efficax a uoluntate dependens: quod explicatur his verbis, fac hoc, dilige, crede. Sed ut hoc euidentius oſtēdatur aduertere oportet, ꝙ in diſcurſu prudentiæ primū locum hēt ſynderesis, q̄ eſt notitia primorū principiorum, oſtendens bonum honeſtum, & ſecundum rationem cōueniēs. Secundo loco ſuccedit ex parte uoluntatis, inclinatio vniuerſalis ad bonū, & conueniēs, quæ eſt quædā inchoatio, & ſeminarium virtutis. Tertio loco adiungitur Philoſophia moralis, q̄ uirtutum laudes, & vitiorum vituperationem continet. Quarto loco accedit prudētia, q̄ cū ſit recta ratio de reb. agendis, & eius officiū ſit diſcurrere, in ſyllogiſmo prudentiali vtitur duab. præmiſſis; altera uniuerſaliſſima, q̄ pertinet ad ſynderesim. ſ. bonum rationis, tam in paſſionib. quam in actionib. ſequendum eſt: utitur ſubinde alia præmiſſa particulariſſima. ſ. bonum rationis, & mihi conueniens ſaluatur hic, & nunc in tanto cibo, in tanta ira, in tanto amore. & tandem concludit concluſionem prudentialem non in actu ſignato, id eſt, hoc eſt faciendū; hoc eligendum; ſed in actu exercito, fac hoc; crede: &c.

Nota primo In diſcurſu prudentiæ inter primam præmiſſam, & ſecūdam nō eſt immediatus ordo

In hoc ſyllogiſmo prudentiali ualde obſeruandum eſt, quod inter primam præmiſſam, & ſecundam, non eſt immediatus ordo ſicut in ſpeculationibus, ſed mediat rectitudo appetitus circa bonum, & finem, quæ facit rectā prudentiæ exiſtimationem. nam ut animus recte imperet, & iudicet, neceſſariū eſt quod ab ira, & odio uacuꝰ exiſtat. & de hac propoſitione particulari intelligit Ariſt. quando dicit, qualis vnuſquiſque eſt, talis ei, &c.

Ariſtot. Ethic. c.4, & 5. Nota ſecundo.

Secundo notandum eſt, ꝙ euidens experientia demonſtrat, iram animi, & ceteras paſſiones perturbare iudicium rationis: euidens enim eſt, ꝙ iudicium illud particulare, vt rectum ſit, requirit tum veritatem intellectus, tum rectitudinem appetitus. His cōſtitutis, ad ſecundum, & tertium argum. dico, illū primum diſcurſum non eſſe prudentiæ: nā concluſio prudentiæ non dicit dandam eſſe eleemoſynā, ſed date eleemoſynam promte, & delectabiliter. Deinde dico, ſecūdū diſcurſum eſſe prudentiæ: nego tamen ꝙ quis poſſit habere hoc iudicium particulare, hic & nūc in tanta ira cōuenit iraſci, niſi animus a paſſionib. liber exiſtat.

Ad quartū.

Ad quartum argu. reſpondeo, ꝙ exiſtenti efficaci imperio prudentiæ ex parte intellectus, neceſſitatur uolūtas ut obediat, ut antea dictū eſt: hæc vero neceſſitas nō tollit libertatē: nā eſt neceſſitas ex ſuppoſitione, ut antea dictū eſt copioſe. Sc̄do dico, ꝙ prudētia nūquā recte imperabit, niſi animus a paſſionib. liber exiſtat.

Ad quintum

Ad quintum arg. reſpondetur, ꝙ qui peccāt ex malitia, nulla paſſione, aut ignoratione interueniente, adhuc habent mentis oculum excæcatum: nam excæcat illos malitia eorum, ne conſiderent quæ conſideranda ſunt. Secundo dico, quod eiuſmodi habent ſcientiam ſpeculatiuam perfectam, ſed non habent rectam prudentiam.

Secundo reſpondetur.

Ad ſextum.

Ad ſextum arg. reſpondetur ꝙ iuxta illorum opinionē, qui ſentiunt ꝙ in Angelis virtutes morales ſunt acquiſitæ per propria opera, ut prudentia, iuſtitia, dicendum eſt, ꝙ ſicut Angelus malus perdidit uirtutes morales, ita perdidit prudentiam. Si vero ſentiamus virtutes morales Angelis fuiſſe inditas a natura, ſicut ego ſentio; dicendum eſt, ꝙ ſicuti angelus malus non perdidit prudentiā, ita non ꝑdidit rectitudinē uolūtatis naturalē; ꝑp quod dicūt Theologi, ꝙ naturalia in Angelis remanſerunt integra. Dicūt ſubinde, quod Angelus non poteſt peccare in ordine ad naturalia; ſed ſemper peccat in ordine ad finem ſupernaturalem.

Ad vlt.

Ad vltimum argumentum, de fide exiſtente in homine peccatore, dicendum eſt, quod licet fides eminenter ſit practica, & ſpeculatiua, potius tamen ſpeculatiua eſt, & ideo non producit aſſenſum, & credulitatem ex rectitudine uoluntatis, ſed ex diuina reuelatione. Ex quo inferunt Theologi, quod fides habet ſe ad modum virtutis intellectualis: quapropter poterit actus fidei elicere actum malum ex parte uoluntatis: credere. n. diuinis myſterijs propter uanam gloriam, eſt actus fidei.

Corolla.

Ad auctoritatem.

Ad auctoritatem reſpondetur, euidenter conuincere, ꝙ cum perfecta ſacrarum ſcripturarum cognitione poſſūt eſſe multa vitia cōiuncta, & ꝙ uir improbus poteſt eſſe magnus Theologus; ſed non probant, ꝙ uir improbus ſit uere prudens.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum aliqua virtus moralis poſſit eſſe ſine aliqua paſſione.

SVMMA TEXTVS.

Prima concluſio. Si paſſiones dicamus inordinatas affectiones, vt Stoici poſuerunt; ſic uirtus perfecta eſt ſine paſſionibus. Hæc patet ex dictis.

Secunda concluſio. Virtutes morales quæ ſunt circa paſſiones appetitus ſenſitiui, ſine paſſionibus eſſe nō poſſunt: nam ſi abſque paſſionibus eſſe deberent, tales uirtutes redderent appetitum otioſum, quia non ſecum cōpaterentur paſſiones; non autem pertinet ad uirtutem, ut ea quæ rationi ſubiecta ſunt, a propriis actibꝰ vacent, ſed ut actus ꝓprios eliciēdo exequatur rationis imperium. Tertia concluſio. Virtutes morales quæ ſūt circa operationes, poſſunt eſſe ſine paſſionibꝰ cuiuſmodi eſt iuſtitia; per eas enim applicatur uoluntas ad proprium actum, qui paſſio non eſt: nam quamuis ad actum earum virtutum ſequatur gaudium, illud tamen gaudium in voluntate eſt, & paſſio non eſt: ſed quādo maxima eſt huius gaudii ꝑfectio, propter perfectionē actus virtutis fit redundantia ipſius uſque ad appetitū ſenſitiuum, ſecundum quod vires inferiores ſequuntur motum ſuperiorum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN tota iſta quæſtione definit D. Tho. quod virtutes morales non extinguunt penitus, nec euellunt paſſiones animi noſtri, ſed eas moderantur, & rationi ſubijciunt: de qua re fuit olim magnum certamen inter

Stoici. Peripatet. Virtuti ſtudioſo ſicut paſſiones.

inter Stoic. & Peripateticos. Stoici namq; dicebant, ꝙ paſſiones animi uirtutes funditus euertebant, Peripatetici uero admittebant paſſiones, ſed moderatas, rationiq; ſubiectas. Sed uidetur profecto quod opinio Stoicorum uera ſit, & ꝙ in virum ſapientem, & ſtudioſum, paſſiones non cadant. Nam paſſio eſt quædam animi perturbatio, a recta ratione auerſa: hoc enim ſignificat hoc nomen, paſſio; ſed animi perturbatio a recta ratione auerſa non cadit in virũ ſapientem. ergo.

Prim. argu. pro parte negatiua.

Secundum. Secundo, omnis motus præter naturam non cadit in virum ſapientem, ſed uniuerſa paſſio eſt motus præter naturam. ergo non cadit in uirum ſapientem. Probatur minor nam in omni paſſione dimouetur cor a naturali motu, & a conſtitutione ſua naturali. nam vel mouetur vehementius, uel remiſſius, dilatatione, aut conſtrictione.

Tertium. Tertio, id quod perturbat iudicium rationis non venit in virum ſapientem, ſed paſſiones perturbant iudiciũ rationis, qd conſtat experientia, & ex illa Salluſtij ſententia memorabili. Oẽs homines qui de reb. conſultant dubijs, ab ira, odio, & amicitia uacuos eſſe decet. Quarto, illud quod inducit ad malũ, in uirum ſapientem non cadit: ſed paſſiones inducunt ad malum. Vnde Ro. 7. appellãtur paſſiones peccatorum. propter quod Dominus in Euangelio omnem iram inter dixiſſe viſus eſt, dicens, Ego autem dico vobis, q; omnis q iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio.

Salluſtinis. Quartum. Rom. 7

Vltim. Vltimo, ſancti patres pro certo habent, quod Chriſtus Dominus non uere timuit, non ueram habuit triſtitiam, nec uero fuit capax naturalium paſſionum. ergo ſentiunt ſancti patres, ꝙ in virum ſapientem, & perfectum animi paſſiones non cadunt. Certe D. Augu. in enarratione ſecunda ſuper Pſal. 21. aperte ſcribit, ꝙ Chriſtus Dominus non uere timuit, non ueram habuit triſtitiam. conſimilem ſententiam habuit ſuper Pſa. 103. Idem docet conſtanter Hilar. ſuper Pſalm. 68. & 10. de tri. & in Matt. can. 31. Subſcribit D. Hie. li. 4. in Matt. exponens initium 26. c. & Iuſtin. imperator, uir alioqui catholicus, ita adhæſit huic dogmati, ut ipſum imperiali edicto præceperit ab uniuerſis ſacerdotibus doceri, & ab omni plebe firmiter credi: teſtis huius rei eſt Euag. li. 4. hiſtoriæ Eccl. c. 39.

Auguſt. Hilar. Hieron. Iuſtinianus.

Euagrius. De hac quæſt. ſunt duæ opiniones: una dicit paſſiones cadere in virum ſapiẽtem, ſed moderatas rationiq; ſubiectas, & hæc eſt opinio Peripateticorum. Altera dicit, paſſiones, non cadere in virum ſapientem, & hæc eſt opinio Stoicorum. Sed licet iſtæ ſententiæ inter ſe differre uideãtur, potius de voce, quam de rebus habẽt controuerſiam. ut auctor eſt D. Auguſt. li. 9. de ciu. c. 4. & 5. & lib. 14. ca. 8 & 9. Nam hoc nomen, paſſio, ut exiſtimabant Stoici, ſignificat animi affectum turbidum, & a recta ratione auerſum; ex qua nominis ſignificatione cõcludit Cic. in 3. Tuſcul. Paſſiones in uirum ſapientem nõ cadere. nam animi perturbatio in virum ſapientem non cadit. paſſio uero eſt animi perturbatio. Ruſſus, animi ægritudo in uirum perfectum non cadit, paſſio uero eſt animi ægritudo. Conſimili argumento concludit, mediocritatem paſſionũ non eſſe approbãdam, nam mediocris morbus, malum eſt, & mediocris ægritudo, ægritudo eſt. Ex eadem nominis ſignificatione concludit Sene. de ira ad Nouatum, cap. 8. & 9. Iram in uirum ſapientem non uenire. Peripatetici uero ſentiunt, paſſionem, & affectum animi noſtri eſſe motum appetitus ſenſitiui, qui ſi ſubdatur rationi, laudem meretur; ſin minus, uituperium.

Aug. Cicero.

Quæ ſententia ut exactius declaretur, ſciendum eſt, quod paſſiones animi noſtri dupliciter conſiderari poſſunt; & ſecundum ſe; & quatenus ſubduntur rationi. Si ſecundũ ſe cõſiderentur, paſſiones appetitus ſenſitiui nec laudem merentur; nec uituperium, nã ſecundum ſe ſunt communes nobis & brutis; ceterum ſi conſiderẽtur quatenus ſubduntur rationi, & laudem merẽtur, & uituperium. qd ſic oſtẽdo. Nam appetitus ſenſitiuus proprius accedit ad imperium rationis, & q̃ membra exteriora, ſed actus membrorum exteriorum ſunt boni uel mali, quando sũt uoluntarij, ergo motus appetitus ſenſitiui ſunt boni uel mali quãdo ſunt uolũtarij. Præterea appetitus ſenſitiuus, licet ſecundum ſe nõ habeat libertatem, ex cõiunctione tamen ad rationem, libertate habet, quapropter in eo collocantur ueræ uirtutes, fortitudo, temperantia, manſuetudo.

Seneca. Not. 1. Paſſiones dupliciter cõſiderãtur.

ergo paſſiones appetitus ſenſitiui, laudem uel uituperium habent quando ſunt uoluntariæ. Sunt autem uoluntariæ directe, quando imperantur a ratione, uel uoluntariæ indirecte uero, quando non prohibentur, cum deberẽt prohiberi.

Secundo notandum eſt, ꝙ paſſiones animi noſtri moderatæ, rationiq; ſubiectæ laudem merẽtur apud Deum, idq; conſtat ex fide, & rationibus euidentib. In primis, fides docet ꝙ Chriſtus Dominus, qui nullũ fecit peccatũ, veros habuit animi affectus: eſuriuit, ſitiuit, doluit, cæpit tædere, & pauere, & turbatus eſt, de cuius rei demõſtratio ne videndus eſt D. Ambr. in tractatu de obitu Gratiani: in lib. de incarnatione Domini ca. 7. & in commentarijs ſup Lucam, lib. 10. explicans illud; Pater ſi poſſibile eſt, &c & in lib. de prima interpellatione Dauid, & lib. 2. de fide ad Gratia. c. 3. D. Aug. li. 14. de ciuitate Dei. c. 9. ſcribit in hũc modum. Ipſe et Dominus in forma ſerui agere vitã dignatus humanã, paſſiones animi adhibuit, vbi adhibendas iudicauit. Nec. n. in quo erat uerum hoīs corpus, & vera hominis anima falſus erat affectus humanus. Idem Auguſtinus paulo ante dixerat; Apud Chriſtianos, ſecundum ſcripturas ſacras, & iuxta ſacrã doctrinã, ſancti homines metuunt, cupiunt, dolentq;, gaudentq;, metuunt pœnam æternam, cupiunt vitã æternã, dolentq; in re aduerſa, & ingemiſcunt eſ ſpectantes redemtionẽ corporis ſui, gaudẽt que in ſpe, ſcientes quod fiet ſermo, qui dictus eſt: Abſorbetur mors in uictoria ſua, dolent propter alios ſi pereũt; gaudent ſi liberantur; qua de cauſa recte admonet D. Paulus, gaudere cum gaudẽtib. flere cum flentib. Idem Paulus dicit 2. ad Cor. 7. Triſtitia quæ ſecundum Deum eſt, pœnitentiam non pœnitendam operatur: pænitentia uero nihil aliud eſt, quam triſtitia, & mæror pro peccatis uoluntarie aſſumptus. ergo triſtari pro peccatis ualde laudabile eſt. Præterea patet hæc ueritas ratione, Primum ex conſenſu omnium hominum: quis enim damnauit humanos affectus, qui ad uirtutes ſunt uerẽ exercitationes? Dolor de malo, metus de ſupplicio, deſideriũ de promiſſo, gaudiũ de præmio, nihil aliud ſunt, quã quædam exercitationes virtutum: dolor enim datus eſt ut deteſtemur malum, timor ut malum fugiamus. Deinde, uniuerſa uirtus eſt productiua alicuius recte affectionis, non. n. eſt iuſtus, qui operando iuſta non delectatur: non ſobrius, qui operando ſobrie non gaudeat, ergo uirtus moralis nõ extinguit omnes paſſiones, quas moderatur, & regit, ergo non excludit eas. Præterea, appetitus ſenſitiuus datus eſt a natura ut obediat rationi. ſed uirtus non deſtruit naturam, ſed pficit. ergo uirtus non deſtruit uniuerſos affectus appetitus ſenſitiui. Item, uirtus non excludit id quod eſt conſentaneũ rectæ rationi. ſed ꝙ compatiamur amico dolenti eſt cõſentaneum rectæ rationi. ergo iſtam compaſſionem non excludit. Deniq; ſic concludo, eos qui tollunt humanos affectus, humanitatem totam potius exuere, q̃ animi tranquillitatem poſſidere. loquutus de hac re optime Cicero in oratione pro Murena, ſed multo melius Plat. in 2. li. de legibus, atque etiam Ariſ. 2. Eth. c. 3.

Not. ii. Quædam paſſiones merentur laudem. Ambr. Augu. ii. Cor. 7 Cicero. Plato. Ariſt.

Ad argumenta, & ad primum reſpondetur, ꝙ hoc uocabulum, Paſſio, non tm̃ ſignificat immoderatas, & effrænes paſſiones, ſed et moderatas, rationiq; ſubiectas, cuius nominis æquocatio fuit occaſio errãdi Stoicis philoſophis.

ergo. ſolu. ad primum

Ad ſecundum argumentũ reſpondetur, quod licet paſſio omnis limites motus naturalis excedat, non tamẽ uniuerſa nocet, nam eſt conſentaneum rectæ rationi, ꝙ cor noſtrum uarie moueatur. Secundo reſpondetur, eſſe conſentaneum rectæ rationi, quod aliquod detrimentum corpori noſtro inferamus propter bonum uirtutis. nam in ambulatione, & in exercitijs bellicis mouetur vehementius cor, quam eſſet eius motus naturalis, quæ exercitia a nemine hominum reprehendi poſſunt.

ad ſecundũ. Reſp. ſecun.

Ad tertium reſpondetur, quod paſſiones, quæ anteuertunt iudicium rationis, perturbant intellectum noſtrum, & excæcant mentis oculum: ſed paſſiones moderatæ, & rationi ſubiectæ, non perturbant intellectum noſtrum, quin potius recte obediunt.

ad tertium.

Ad quartum reſpondetur quod paſſiones immoderatæ ad malum inducunt, & ſollicitant, morigeratæ uero, & rationi ſubiectæ, ad omne uirtutis genus optime deſeruiunt

ad quartũ.

uint. Nec diuina ſcriptura condemnat oẽs paſſiones, ſed paſſiones carnis, id eſt paſſiones quæ rõne non reguntur, aut moderantur: nec uero diuinæ litteræ cõmendant omnem irã, ſed irã qua iraſcimur aduerſus peccata, & contra peccatores. Ad ultimũ ex ſentẽtijs Patrũ dicendũ eſt, ſãctos Patres ſignificaſſe Chriſtum Dominũ non uere timuiſſe, nec uerã habuiſſe triſtitiam ſm̃ paſſionem, ſed uere timuit, & uere triſtatus eſt ſecundũ propaſſionem. Conſtituunt uero hãc differentiam inter paſſionem, & propaſſionem: ꝙ paſſio perfecta ſit, quando rationi dominatur; ꝓpaſſio uero, quando ẽ inchoata paſſio, & rationi non dominatur. Hanc diſtinctionẽ admittit Sãctus Thomas 3 parte, q 15. artic. 4. & ſequentibus, & accepit eam ex D. Hieronymo ſup Matth. c. 26. explicante illud; Cœpit triſtari, & meſtus eſſe.

Ad ultimum. *D. Thom.* *D. Hieron.*

Vlt. dubium. Quõ virtutes morales cõſtituãt medium in paſſionibus.

Eſt ultimũ dubiũ, quõ uirtutes morales conſtituant medium in paſſionibus. In huius rei expoſitione dicũt quidã, ꝙ uirtus moralis exiſtens in appetitu ſenſitiuo elicit operationem rectam in ipſa uoluntate; quamuis in uoluntate nõ reſideat. uerbi gratia, opus uirtutis temperãtiæ eſt facere ꝙ uolũtas recte eligat abſtinentiam, in tali tempore, in tali loco, ſm̃ alias circumſtãtias uirtutis. Rurſus, opus fortitudinis eſt facere ut uoluntas eligat aggredi, uel fugere qñ oportet. Patet iſta ſẽtentia. nam ſi uirtus eſt habitus electiuus in medio conſiſtens, prout ſapiens determinauerit. ergo uirtus moralis eſt quæ in appetitu ſenſitiuo electionem habet; electio uero eſt actus uoluntatis: ergo producit electionem in uolũtate: nec. n. eſt incommodum, quod uirtus, quæ eſt in una potentia, producat operationem in altera, ſicut antea dictum eſt. Oppoſitum docet D. Caietanus in hoc articulo, & dicit, ꝙ operatio temperantiæ, eſt abſtinentia temperata, & operatio fortitudinis, eſt audacia moderata, & in uniuerſum oꝑatio uirtutis quæ uerſatur circa paſſiones, eſt paſſio moderata. Hæc ſententia probabilior uidetur. nam uirtus moralis, quæ conſiſtit in appetitu ſenſitiuo, in appetitu ſenſitiuo habet præcipue ſuam operationem, quæ nihil aliud eſt, quam moderata paſſio. Deinde D. Tho. in hoc articulo ſolutione ad primum manifeſte dicit, ꝙ uirtus moralis eſt media inter paſſiones; non ſm̃ eſſentiam, ſed ſecundũ effectum: efficit. n. moderatas paſſiones. Quõ autem moralis uirtus, quæ eſt in appetitu ſenſitiuo, ſit habitus electiuus, ſuperius expoſitum eſt. Atq; hactenus de tota iſta quæſtione; nam ſequentes articuli clari ſunt.

Caietan. *D. Thom.*

Nota circa ſolutionem ad ſecundum D. Thom.

Circa ſolutionem ad ſecundum articuli primi aduertẽdum eſt, ꝙ D. Tho. nõ dixit, ꝙ paſſio eſt actus uirtutis, ſicut dixit ꝙ paſſio eſt actus uitij: ſed ait: paſſio cõcurrit ad actum uirtutis. Cuius differentiæ rõ poteſt eſſe; quia ad actum uitij ſufficit ꝙ ſit motus appetitus ſẽſitiui ſine regula rationis, quando hõ poteſt, & tenetur moderari paſſionẽ: & ſic paſſio abſq; aliquo ſuperaddito, erit actus peccati, & uitij, at ut motus appetitus ſit act' uirtutis, neceſſe eſt, ꝙ reguletur poſitiue rõne recta: ex cuius participatione, & impreſſione efficitur actus uirtutis: unde licet materialiter ille mot' qui eſt paſſio, ſit ẽt actus uirtutis, tñ melius dr̃ ꝙ paſſio cõcurrit ad actũ uirtutis, quã ꝙ ſit actus uirtutis; quia paſſio materialiter ſe hẽt ad illud qđ additur ſibi a rõne recta, quod quidem eſt modus intrinſecus conſiſtens in cõformitate ad rectam rõnem: poſſumus ẽt dicere, ꝙ paſſio moderata ẽ actus uirtutis; ita docet D. Th. ſupra in ar. 5. ad primum arg.

QVAEST. LX.

De diſtinctione uirtutum moralium inter ſe, in quinque articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum ſit tantum una uirtus moralis.

SVMMA TEXTVS.

Negãs eſt concluſ. quã in argumento, ſed cõtra, ita ꝓbat D. Th. Vn' habitus non põt eſſe in diuerſis potentijs: ſed ſubiectũ uirtutũ moraliũ nõ eſt unicũ, ut in 1. p. q. 80. art. 2. dictũ eſt: nõ ergo p̃t eſſe una tantũ uirtus moralis. Rõ uero quã adducit D. Th. in corpore, talis eſt: qñ materia recipit formã ab agẽte ſecũdũ diverſam rationẽ, formę receptæ in mate ia diuerſæ ſpeciei ſunt, ſed ratio hẽt ſe reſpectu appetitus, ut imperans, & mouẽs, qui appetitus recipit impreſſionem rõnis, non quaſi uniuoce, quia non ſit rationalis per eſſentiam, ſed ꝑ participationem, & ita participat rõnẽ ſecundũ diuerſum ordinem: ergo ſecundum diuerſitatem rõnis appetibilia conſtituẽtur in diuerſis ſpecieb. ſecũdum quod diuerſimode participãt rationẽ: ergo uirtutes morales diuiſæ ſunt. Maior exponitur a D. Th. Nã diſcrimen inter agens uniuocũ, & æquiuocũ eſt; ꝙ reſpectu illius materia ſemper recipit formam unius rõnis; reſpectu uero iſtius recipit formas diuerſarum rationum, ut patet in formis productis virtute Solis.

EXPLICATIO ARTIC.

Quomodo ratio moueat voluntatẽ.

In hoc art. mouet dubium D. Caiet. quid eſt qđ dicit D. Th. ꝙ ratio impat, & mouet uolũtatem: & ꝙ uolũtas eſt potentia mota, & imperata? nam ſupra q. 19. art. 1. & 2. dictum eſt ex eodẽ D. Th. ꝙ uolũtas tenet primum locum in mouẽdo, & ꝙ mouet intellectum, & ceteras potẽtias ad ĩperãdum. vñ eſt actus volũtatis us' quo applicat uniuerſas potẽtias ad operandũ. D. Caiet. multa v̈ba cõſumit ĩ huius dubij explicatiõe, ego uero clarius dico, ꝙ intellectus mouet uolũtatẽ, quantũ ad ſpecificationem, dirigendo, proponendo obiectum; uoluntas uero mouet intellectum, quãtum ad exercitiũ, applicando illum ad operandum.

Caiet. Primum dictum.

Secundum. Secundo de intellectu & uoluntate poſſumus loqui dupliciter. uno mõ ſicut loquuntur naturales, & methapyſici, ſcilicet, in quantũ ſunt quædã entitates naturales. alio modo ſicut loquũtur philoſophi morales. Priori mõ uolũtas mouet intellectum. nam applicat illum ad operandũ; poſteriori uero modo intellectus mouet uoluntatem. nã gubernat, & dirigit, & eſt oculus uoluntatis. Rurſus, intellectus ponit leges & imperia uoluntati, quibus uoluntas obtemperare tenetur, atq; adeo tota perfectio voluntatis in hoc ſita eſt, ut rationi obediat, & obtemperet.

Tertium. Tertio dico, ꝙ intellectus eſt primũ principiũ mouẽs uoluntatẽ. nã omnis motus uoluntatis p̃ſupponit apprehenſionẽ intellectus. nã nihil eſt uolitũ, niſi præcognitũ. At uniuerſa appræhẽſio intellectus non præſuppoñit motionẽ uolũtatis, alioqui eſſet abire in infinitũ, unde deueniendũ eſt ad unũ actũ intellectus, qui ab auctore naturę nobis diuinitus infunditur: de qua re loquitur optime D. Tho. 1. p q. 82. art. 4. ad ultimum. Sed maior difficultas eſt in ſolutione ad primũ, de unitate prudentiæ, quã impugnat Scotus in 3. d. 36. q. uni. art. 2. & contendit tot eſſe prudentias, quot ſunt uirtutes morales. Idẽ docet Gabrie. in eadem d. & q. notabili 5. Ocham. in 3. q. 12. Almayn. in ſuis moralibus tractatu 3. c. 7. Et patet ſic: nã ſicut intellectus ꝑ prudẽtiã dirigit ad res agendas, ita uolũtas inclinat ꝑ uarias uirtutes. ergo intellect' dirigit ꝑ multas prudẽtias. Scdo, non eſt una ars reſpectu oĩum factibiliũ, ut plane cõſtat. ergo nõ eſt una prudentia reſpectu oĩum agibiliũ. Tertio, non eſt una rõ in oĩbus ſpeculationibus ſed multiplex atq; uaria. ergo non eſt una rõ de rebus agendis omnib. Quarto, p̃t eſſe ꝙ aliquis ſit prudẽs in materia tẽperãtiæ, & ꝙ in materia fortitudinis ſit ignarus, & imprudẽs. certe monachus ſcit optime ieiunare, ſed in reb. bellicis eſt omnino ignarus & nihil ſciens. Vltimo, alia ẽ prudẽtia monaſtica, ſ. ad gubernãdũ ſe, alia ẽ œconomica,

D. Thom. De prudẽtiæ vnitate. Scot. Gab. Ocham. Almayn. Prim. argu. ſecundum. Tertium. Quartum. Vltimũ.

ca ad gubernādā familiā; alia politica, ad gubernādā rempub. teſtis hui' rei eſt Ariſt. 6. Eth. c. 8. & D. Th. 2. 2. q. 47. ar. 11, ſed ſnīa D. Tho. pt probari. In primis conſenſu omniū: numerantur.n. tm̄ quattuor uirtutes cardinales, quarum una eſt prudentia, & non eſt auditum ꝙ aliquis habeat multas prudētias. Idē pt demonſtrari ex prudētia ipſa: eſt.n. vnica, ſm̄ oēs: qd aperte uidetur ſignificari Sap. c. 8. *Sap. 8.* cū dicitur; Sobrietatē, & ſapientiā, i. prudētiam docet. Tertio, una ē dialectica qua cognoſcimus rectū ſyllogiſmū in natural. philoſophia & mathematica, vt cōſtat. ergo una eſt prudentia qua cōſultamus de tēperantia, & de iuſtitia: eſt.n. una eademq; rō conſultandi de utraque. Cōfirmatur: nam cum uirtus uerſetur circa difficile, ubi non eſt diuerſa difficultas, non oportet diuerſas conſtituere uirtutes: ſed q nouit conſultare in materia tēperantiæ, nouit & cōſultare in materia iuſtitiæ: eſt.n. eadē rō cōſultādi, puta adhibere ſacras ſcripturas, rōnes naturales, & exēpla bonorū uirorū. Certe uir prudēs ex hoc principio, in dubijs tutior pars eſt eligenda; definit qd ſit faciēdū ī rebus bellicis, in rebus pertinētibus ad religionē, atq; in rebus uenalibus, & ex illo principio, qd tibi nō uis, alteri ne feceris, colligit quō ſit reſtituēdū alienū; quō danda eleemoſyna. Prudentia ergo habet eandem rōnē conſultandi de rebus agendis. Quarto, prudentia iudicat de diuerſis uirtutū materijs; ergo neceſſarium eſt conſtituere unā prudētiā quæ ad iudicandū ſedeat. Conſequentia inde probatur. *Ariſtot. 2. de anima.* nā hac rōne Ariſto. conſtituit ſenſum cōem, ut iudicet de ſenſibus propriis: nā ſenſus particularis non poterat iudicare de alieno obiecto, nec unum alteri comparare. Antecedens uero probatur: nā prudens aliquando iudicat, utrum potius ſit iniurias æquo animo tolerare; an eas bello, & armis proſequi. iudicabitne per prudentiā patiētiæ; an per prudentiā fortitudinis? *Ariſt. 6. Eth. c. vij.* Vltimo, Ariſt. ꝓ eius ſēti concludit oēs uirtutes morales eſſe cōnexas, hoc efficaci argumēto: nā qui habet unam uirtutē moralē, hēt prudētiā, qui uero habet prudentiam, habet omnes uirtutes morales. quod argm̄ infirmum eſſet, ſi alia eſſet prudētia regulatiua tēperantiæ, & alia regulatiua fortitudinis.

Argu. ſolu. ad primum. Ad argumenta in contrarium, & ad primum negatur conſequentia. nam de rebus agendis eſt una ratio ueri, & eadē ratio conſultandi, & deliberandi, ut antea dictū eſt; ſed non eſt eadem rō boni: nā alia rō boni eſt in religione; alia in temperantia. Ex hac ſolutione colligitur, quod prudentia eſt uirtus altioris ordinis; imperat namque & mouet ceteras, & ideo oportet quod habeāt amplius obiectum, & regnum. hoc enim commune eſt agenti, ꝙ quanto eſt ſuperius, habet amplius obiectum.

ad ſecundū. Ad ſecundum argumentum negatur conſequentia: nā res agēdæ ſunt inter ſe connexę, & pendent ex iiſdē principiis, res uero artificioſæ nō ſunt neceſſario cōnexæ, nec pendent ex iiſdem principijs. Item eſt alia ratio differentiæ: nā prudentia iudicat de diuerſis materijs uirtutū; ars uero una nō iudicat de diuerſis artibus, īmo ꝓuerbiū eſt: Ne ſutor ultra crepidā. Vltimo, ſimilitudo de arte nō tenet in eo qd ponitur, ſed potius in hoc conſiſtit, ꝙ quēadmodū una ars facit bonā domū, ita una prudētia facit bonū hoīem, & ſicut ſi eſſet una ars faciēdi hoīem, non poneretur alia ars ad faciēdas manus, & alia ad faciēdos oculos; ſic ſane cū prudētia ponatur ad faciendū bonū hominē, non ponitur alia prudentia ad faciendum temperatū, alia ad faciēdum fortē. *ad tertium.* Ad tertiū argm̄ negatur cōſequētia. nā ſcientiæ cōſi erant res vniuerſales, & ſub diuerſis rōnibus, aliter phyſicus, aliter mathematicus. Prudētia uero definit de reb. agendis ꝑ eadem pricipia, & ſm̄ eādē rōnē, habetq. idē obiectum formale; hoc eſt, uerum agibile a nobis, qd ꝙ nō pſpicit in omni materia, & euentu, prudēs non eſt. *ad quartum.* Ad quartū arg. negatur antecedēs nō eñ pt eſſe hō prudēs in una materia, quin ſit in oī materia, & euētu: nō ſi careat prudētia in materia fortitudinis, pt accidere caſus in quo careat prudētia in materia tēperantiæ. uerbi gratia, minatur hæreticus mortē niſi frangam ieiunium, aut uiolem uirginitatē; ſi non adſit fortitudo, non ero prudens, in materia temperantiæ, nec habebo rectū iudiciū. Ex hoc argumento efficaci colligit Ariſt. omnes uirtutes morales eſſe connexas, & inter ſe colligatas.

ad quintum. Ad quintū argm̄ rñdetur, ꝙ qñ dicimus unā eſſe prudentiā, intelligimus eſſe unā de oīb. rebus agēdis, q ad uitā propriam inſtituēdā ſunt neceſſarię: reliq uero prudētiæ uel nō ſūt ſimpliciter prudētiæ, uel ꝓcedunt ꝑ diuerſa media, uel habēt nouas difficultates. Sed hęc ſpeculatio nō eſt præſentis loci: pertinet.n. ad 2. 2. loco citato.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum uirtutes morales quæ ſunt circa operationes, diſtinguantur ab his quæ ſunt circa paſsiones.

SVMMA TEXTVS

PRior concluſio. Si paſſio, & operatio referantur ad uirutem moralem tamquam effectus, vniuerſa virtus moralis verſatur circa operationes, & circa paſſiones: omnis ſiquidem uirtus moralis habet aliquas operationes bonas, quarū eſt productiua; & delectationem aliquam, vel triſtitiā, quæ paſſiones ſunt.

Poſterior conclu. Si operatio, & paſſio referātur ad virtutes vt materia circa quam verſātur, uirtutes q̄ uerſātur circa operationes, diſtinguūtur a uirtutib' moralibus q̄ ſunt circa paſſiones; bonū.n. & malum in quibuſdam operationib. attenditur ſecundū ſeipſas quouis modo hō afficiatur ad eas; quatenus ſcilicet bonum & malum attēditur in eis ſecūdum rationem cōmenſurationis ad alterū; in alijs uero bonū & malum attenditur ſolum ſecundū cōmenſurationem ad operātē; oportet ergo vt in prioribus ſit aliqua uirtus directiua operationum ſecundum ſeipſas; & in poſterioribus ſint uirtutes circa inferiores affectiones, ſeu paſſiones; diſtinguendę ergo ſunt huiuſmodi uirtutes.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum oīs uirtus moralis ſit circa paſſiones & operationes. IN hoc articulo eſt dubiū; Vtrum oīs uirtus moralis uerſetur circa operationes, & paſſiones, tāquā circa proprium obiectū. Patet ꝙ ſic: nā iuſtitia hēt facere rectam electionē circa propriū obiectum, reddendo unicuiq, quod ſuum eſt; ſed multæ paſſiones perturbāt animū ne reddat unicuiq; quod ſuum eſt, ut *Primum pro parte affirmatiua.* ira, auaritia, ergo iuſtitia habet in officio moderari paſſiones. *Secundum.* Secundo, ſi nō moderatur paſſiones iuſtitia, maximē quia ordinat hoīem ad alterū; ſed hoc eſt falſum. nā ira, & concupiſcentia uxoris alienæ, ſunt iniurioſæ in alterū. ergo iuſtitia iſtas paſſiones moderari debet. *Tertium.* Tertio oīs uirtus moralis reſpicit opus bonum ſecūdū omnes circūſtātias, qū oportet, prout oportet, &c. ex electione, ex ſcientia, ex firmitate: ſed iuſtitia eſt uirtus moralis. ergo reſpicit opus iuſtitiæ ut fiat ex electione, ex ſciētia, ex firmitate; cū oībus circūſtantiis. quapropter ſi quis reddat debitum ingrato animo, non facit opus uirtutis, aut iuſtitiæ; ergo iuſtitia reſpicit affectū operātis cuius contrariū docet D. Tho. in art. 4. & *Ariſt.* Ariſt. 2. Eth. c. 4. expreſſe dicit, ꝙ nō continuo atq, homo facit opus iuſtū, facit opus iuſtitiæ: nā ad opus iuſtitiæ oportet ꝙ fiat grato, & ſtabili animo. Ex alia parte uidetur ꝙ oīs uirtus moralis uerſetur circa opationes. nā finis temperantię eſt, habere tēperatas operationes. Rurſus, finis fortitudinis ē, fortiter aggredi hoſtes. Vltimo, de ratione cuiuſq; uirtutis eſt, ꝙ ſit habitus

electiuus: ergo quod verſetur circa electiones, ac ſubinde circa operationes. Propter hæc argumenta Buridan. 3. Eth. q. 1. miratur de D. Th. quod talem conſtituerit differentiam, quod aliæ virtutes morales verſentur circa operationes, & aliæ circa paſſiones: & diuidit vnãquamq; virtutem in duas, ita vt ſit alia iuſtitia in voluntate ad habẽdas rectas electiones; alia in appetitu ſenſitiuo ad moderandas paſſiones: & ſic alia eſt tẽperãtia i volũtate ad rectas electiones; alia in appetitu ſenſitiuo ad moderãdas paſſiones.

Virtutes morales ſibi inuicem auxiliantur. Pri. con.

Pro explicatione veritatis eſt prima aſſertio. Virtutes morales, pcipue cardinales, ſibi inuicẽ auxiliãtur, verbi gratia, iuſtitia hẽt in officio reddere vnicuiq; qd ſuũ eſt, ad hoc adiuuatur a prudẽtia, tollẽdo errorẽ, & ignorãtiam: rurſus adiuuatur a tẽperantia, a fortitudine, & mãſuetudine, q auferunt irã, auaritiã, & timorem, quib. iuſtitia a ſuo officio præpeditur.

Secun. con.

Scda aſſertio. Vniuerſa virtus moralis hẽt in officio tollere impedimẽta, q intra ſuum obiectũ, & regimen continentur; cetera uero remouet per uirtutes auxiliares. verbi gratia. officiũ iuſtitiæ pprium eſt, tollere difficultatẽ quæ eſt in uolũtate ad reſtituendũ alienũ; cetera uero impedimenta extrinſeca, vt irã, auaritiã, p virtutes ſibi auxiliãtes remouet.

Ter. con. Quæ virtus moralis verſatur circa operationes & paſſiones Ariſ. 2. Eth. c. 3.

Tertia aſſertio. Si operatio, & paſſio referantur ad virtutes morales, ſicuti effectus, vniuerſa virtus moralis uerſatur circa operationes, & paſſiones: ueriſſime. n. dicit Ariſ. quod omnis virtus moralis verſatur circa delectationes, & triſtitias: ſi quidem operatur ſm virtutẽ, delectatur i operatione virtutis, & dolet de contrario. & alibi dicit Ari. non eſt iuſtus, qui operãdo iuſta, nõ delectatur.

Quar. con.

Quarta aſſertio. Iuſtitia primo, & p ſe verſat circa operationes, reliquæ uero virtutes, vt fortitudo, tẽperãtia, primo, & p ſe verſãtur circa paſſiones. Pro cuius declaratione notãdũ eſt, quod noie operationis in pſentia intelligimus electionẽ volũtatis, vel operationẽ exteriorẽ in ordine ad alterũ, & nõ i ordine ad operantẽ; noie uero paſſionis intelligimus motionẽ appetitus ſẽſitiui, q ſemp eſt cũ quadã tranſmutatione corporali. Secũdo notãdũ eſt, quod in exercitio virtutũ ſæpenumero admiſcẽtur operatiões paſſionib. & e diuerſo: nã cũ quis ſobrie comedit, admiſcetur delectatio cibi, & potus; cũ aggreditur hoſtes, admiſcetur audacia, vel timor; cũ reſtituit alienũ, admiſcetur triſtitia. Tertio notãdũ eſt, quod ex concurſu operationũ, & paſſionũ circa idẽ, poſſunt eſſe diuerſæ virtutes.

Not. 2.

nã qui percutit pximũ ex ira, lædit duplicẽ virtutẽ, & iuſtitiã, cuius eſt officiũ nõ lædere alterũ, & mãſuetudinẽ cuius eſt officiũ irã moderari: ſimiliter qui adulteriũ committit, & lædit iuſtitiã, & caſtitatẽ. His poſitis, facile eſt intelligere, quẽadmodũ iuſtitia verſatur circa operationes, & nõ circa paſſiones.

Not 3.

Nã iuſtitia nõ cõſtituit mediũ i paſſionib. ſed cõſtituit mediũ rei in ordine ad alterũ, debes alteri cẽtũ, reſtituis cẽtũ, ſeruaſti medium iuſtitiæ. Deinde, mediũ iuſtitiæ, eſt mediũ inter plus mihi, & minus tibi; reliquæ uero virtutes ponũt mediũ inter plus mihi, & minus mihi. quapropter ſemp dicũt ordine ad effectũ operãtis. vñ cibus tẽperatus dr̃, q nec excedit, nec deficit in ordine ad ſtomacũ comedẽtis. Tertio, iuſtitia hẽt determinatũ mediũ a natura ipſa; debes decẽ, a natura determinatũ eſt ut reddas decẽ; mediũ uero aliarũ uirtutũ determinatur a rõne & prudẽtia, ſcdm diuerſã diſpoſitionẽ operantis. nã comedere ſex libras panis, qd erat tẽperatũ Miloni, nõ eſt tẽperatũ Socrati. Vltimo, iuſtitia ex ppria, & ſpecifica rõne iuſtitię, tantũ hẽt cõſtituere æqualitatẽ ad alterum, ſed ex cõi rõne uirtutis hẽt quod operet, quãdo oportet, & prout oportet, ex electione, ex firmitate; at uero ceterę uirtutes, ex cõi rõne uirtutis, & ex ppria, reſpiciunt affectũ operãtis. nã habẽt in officio moderari animi nři affect9. Ex his patet quõ iuſtitia uerſetur circa operatiões. Quõ autẽ ceterę uerſentur primo, & p ſe circa paſſiones, ſic oſtendo. Nã officiũ mãſuetudinis, & tẽperãtiæ, & fortitudinis, eſt moderari paſſiones, quibus moderatis, ſequitur debita electio, & ſobria comeſtio: & licet dicamus quod iſtæ uirtutes principaliter uerſentur circa electiones, non ſequitur quod uerſentur circa operationes, quæ ſunt in ordine ad alterum, quo potiſſime diſtinguitur iuſtitia a ceteris uirtutib. Ex dictis argumenta propoſita ſolutionem habent.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum circa operationes ſit vna tantum virtus moralis.

SVMMA TEXTVS.

PRior Concluſio. Omnes virtutes quæ ſunt circa operationes, cõueniunt in vna ratione generali iuſtitię, quæ attenditur ſecundum debitum ad alterum. Probatur: nam in operationibus exterioribus ordo rationis ſtatuitur, non ſecundũ proportionẽ ad affectum hominis, ſed ſecundum cõuenientiam rei in ſeipſa, ſecundũ quã cõuenientiam accipitur ratio debiti, ex quo ratio iuſtitię conſtituitur: ergo oẽs virtutes morales q ſunt circa operationes, cõueniũt aliqua ratione in ratione iuſtitiæ: nam ad iuſtitiã pertinet, vt quis debitum reddat.

Poſterior Conc. Virtutes, quę ſunt circa operationes in ordine ad alterũ, variæ ſunt, & diſtinctæ ſecundum diuerſas rationes debiti. Probatur in argumento, ſed contra: nã religio, virtus diſtincta eſt a pietate, quarum vtraq; verſatur circa operatiões quaſdã. In corpore vero tali argumẽto probatur: nam ſecundũ diuerſam rõnem debiti, ſumuntur diuerſæ virtutes: ſed debitum nõ eſt unius rationis in omnib. nam alia eſt ratio debiti reſpectu Dei; alia reſpectu parẽtũ, &c. ergo variæ sũt virtutes quæ ſunt circa operationes, ſi ſecũdũ peculiares rationes debiti conſiderentur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Examinatur pri. conc. argu.

IN hoc articulo eſt parua dubitatio de prima conclu. Nã liberalitas, magnificentia, miſericordia, ſunt virtutes q uerſantur circa operationes. at per iſtas uirtutes donamus bona nřa amicis, & pauperib. ſine aliquo debito. ergo falsũ dicit D. Th. quod uniuerſæ uirtutes q ſunt circa operationes, reſpiciãt rõnem debiti.

Solu. prim. Solu, ſecun,

Reſpõdetur, quod pdictę uirtutes uerſãtur circa paſſiones, ut ſtatim explicabitur. Scdo reſpondetur, duplex eſſe debitũ, alterũ de rigore iuſtitiæ, alterũ de honeſtate. pdictæ uirtutes nõ reſpiciũt debitũ de iuſtitia, ſed de honeſtate, qd explicatur hoc exẽplo. Nã ſi qs det paraſito mille aureos, nõ eſt liberalis, nec magnificus: nã nõ dedit p decore pſonę: ſed ſi dedit inſigni amico, aut cõſanguineo, liberalis eſt, qa dedit p dignitate pſonæ.

Not. Iuſtitia legalis & particularis Corol. pri,

In ſolutione ad primũ notandũ eſt, quod iuſtitia legalis eſt diſtincta ſpecie a iuſtitia particulari. nã iuſtitia legalis eſt uirtus, qua ordinamur recte ad bonu cõe; iuſtitia uero particularis eſt uirtus, qua ordinamur ad bonũ particulare. Ex quo ſtatim ſequitur, quod iuſtitia legalis hẽt i officio ordinare ceteras virtutes in bonũ cõe, huiuſmodi nãq; bonũ, ex bonis, & uirtutib. particularib ciuiũ conſiſtit.

Corol. ſec. Caie. Ari. 5. Eth; c. 1.

Sequitur ſecundo, quod iuſtitia legalis inter oẽs uirtutes morales primatum teneat, nã reſpicit bonũ cõe; ceterę uero bonũ particulare, &, ut recte admonet Caie. qñ cõparatur iuſtitia legalis ad ceteras uirtutes, cõparatur totũ ad partes. & Ari. dicit, quod eſt pfectiſſima virtus, quod nec Heſper9, nec Lucifer eſt æque mirabilis. & paulo poſt. Iuſtitia i ſeſe uirtutẽ cõtinet omnẽ.

Plat. lib. 4.

Et Plat. de repu. dicit, iuſtitiã legalẽ eſſe uirtutẽ alæ nřæ uniuerſalẽ, ex qua fit, ut quęlibet potẽtia animæ in ſuum opus intenta, aliena, quæ ad ipſam minime attinent, non curet. Ex quo ſequitur, quod potẽtiæ inter ſeſe miro artificio cõueniãt, ueluti in cantu, & fidibus: quẽadmodũ. n. in cãtu quælibet uox ſuum edit ſonũ, & ex earũ conuenientia,

con-

concentus, & harmonia efficitur, ſic dum quælibet potentia animæ ſuo munere recte fungitur, ex earum concordia, animæ harmonia efficitur, quam efficit iuſtitia legalis, diſtribuendo vnicuique quod ſuum eſt.

EXPLICATIO ARTIC.

Numerus virtutũ moralium.

IN hoc articulo ĩueſtigat D.Th. quot ſint uirtutes morales animi noſtri, & in ſumma dicit eſſe decẽ virtutes morales in appetitu ſenſitiuo ad moderadas paſſiones, & vnã ĩ volũtate ad operationes ĩ ordine ad alterũ, q̃ iuſtitia nominatur. Eaſdẽ numerat Ari. admirabili artificio, 2. Ethi. c. 7. Itaq; ĩ cõcupiſcibili sũt ſex virtutes, tẽperãtia Liberalitas, philotimia. id ẽ, amor honoris, amicitia ſiue affabilitas, veritas, & eutrapelia, ſiue urbanitas. In iraſcibili uero sũt quattuor virtutes, fortitudo, manſuetudo, magnificẽtia, magnanimitas qb. ſi addas iuſtitiã, numerus pdictus manifeſte cõſtat. Quõ aũt hic numerus colligatur, demõſtrat D. Th. ĩ art. quẽ legite.

Ariſt.

De ſubiecto liberalitatis & magnificẽtiæ.

In hoc ar. eſt prima dubitatio, de ſubiecto liberalitatis, & magnificẽtiæ. Nã D. Tho. in hoc ar. ponit eas ĩ appetitu ſenſitiuo ſed in alijs locis minime paucis cõſtituit eas in volũtate: ſignãter 1. p. q. 21 arti. 1. ad primũ, & primo contra gentes c. 93. Et in patrocinũ huius ſententiæ adducitur magnũ argumẽtum. Nam Deus proprie eſt liberalis, atq, magnificus, at ſi prædictæ virtutes collocantur in appetitu ſenſitiuo ad moderandas paſſiones, conſequens eſt q̃ Deus ſecundum proprietatem non ſit liberalis, nec magnificus, non certe magis quam temperatus, & manſuetus, de hoc dubio diximus multa ſuperius q. 56. art. 2. ubi agitur a D. Tho. Vtrum una virtus poſſit eſſe in multis potentijs, recolite quæ ibi dicta ſunt. Eſt aliud dubium, cum triſtitia ſit uehementiſſima paſſio, & ſæpe accidat in vita humana, quid eſt q̃ Ariſt. non conſtituerit virtutem ad triſtitiam moderandam, cum ſit difficile eam moderari, nec uero D. Th. huius virtutis, aut huius paſſionis vnquam meminit? Ad hoc explicandum, dicendũ eſt, q̃ ad moderandum triſtitiam non eſt neceſſaria virtus ſpecialis, & determinata. Pro cuius explicatione ſciendũ eſt, q̃ triſtitia oritur ex odio, uel ex fuga alicuius mali, ut conſtat. Secundo notandum eſt, q̃ ad candem uirtutẽ ſpectat moderari amorem alicuius boni, & triſtitiã de oppoſito, quod patet inductiue. Nam ad temperantiã pertinet moderari amorem cibi, & odiũ de abſtinentia. Item, ad caritatem pertinet gaudere de bono amici, & contriſtari de contrario. Tertio notandum eſt, q̃ quemadmodum ad eandem uirtutem ſpectat moderari amorẽ, concupiſcentiã, & delectationẽ: ita ad eãdem uirtutem ſpectat moderari odium mali, atque ẽe triſtitiã. Ex quibus principijs, ſi recte animaduertantur, liquidũ eſt q̃ quælibet uirtus in ſua materia hẽt moderari delectatiões, & triſtitias.

Dub. ſecun. Quare non ponatur virtus ad moderandam triſtitiam.

Reſpon. 1.

Not. 1.

Not. 2.

Not. 3.

Reſp. ſec.

Secundo reſpondetur, q̃ ſi qua eſt uirtus humana ad moderandas triſtitias, non meretur nomen uirtutis. ita dfinivit D. Th. ſu. q. 58. ar. 3. ad 2.

D. Th.

Tertio dico, q̃ ſi qua eſt uirtus moderatrix triſtitiæ, ad fortitudinẽ reduci debet: nã in re affligente & cõtriſtante, qñ apparet ratio ardui, ſuſtinere, eſt opus fortitudinis. nã ut recte admonet S. Tho. ſuſtinere malũ arduũ, eſt opus potiſſimum fortitudinis. Demum dicendũ eſt, quod ſuſtinere triſtitias ne homo abſorbeatur earũ impetu, pertinet ad quandã uirtutem infuſam, quæ patiẽtia nõiatur, de qua diſſerit S. Th. 2. 2. q. 136.

Exponitur ſolutio ad quartum. argu.

Circa ſolutionem ad quartum dubitatur, quid ſit dicere, quod malum non ingerit difficultatem rationi, quæ requirat uirtutem, niſi ſit malum excellens? Videtur enim hoc eſſe falſum. Nam uirtutes multæ ponuntur circa paſſiones ad bonum, & malum, ut circa delectationes, & triſtitiam. Item etiam ponitur temperantia ad concupiſcendum cibum ſecundum menſurã rationis, & ad deuaſtandum malum oppoſitum: ergo utrumque difficultatem ingerit rationi. Reſpondetur, quod eſt ſenſus, nullam uirtutem per ſe ordinari ad malum, ſed per ſe ordinatur ad bonum ſecundum rationem in tali materia. Seu tamen eſt exceptio, niſi malum ſit excellens: quod non ita eſt intelligendum, ut excellentia illa competat malo ſecundum quod eſt maior priuatio rectitudinis rationis, vt ſi eſſet maius peccatum: ſed talis excellentia conſideranda eſt ſecundum aliquam rationem bonitatis adiunctæ in obiecto, per quam arduum efficitur obiectum ipſum, & ſuperans uirtutem appetitus concupiſcibilis tẽdentis ad bonum abſolute: & ad hoc

Solutio.

ART. QVARTVS.

Vtrum circa diuerſas paſſiones, diuerſa ſint uirtutes morales.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſ. Nõ eſt una, ſed multiplex virtus circa paſſiones appetitus ſenſitiui. aliæ enim ſunt in iraſcibili: aliæ in concupiſcibili.

Secunda conc. Non quælibet diuerſitas paſſionum ſufficiens eſt ad conſtituendas diuerſas uirtutes, ſed vna virtus uerſatur circa diuerſas paſſiones, ut fortitudo circa audacias, & timores: quędam enim paſſiones ſibi opponũtur contrarie, circa quas una uirtus eſt; ſicut in naturalib. vnum eſt medium inter contraria; & uirtus moralis ĩ mediocritate conſiſtit. Deinde quoniam diuerſæ paſſiones inueniuntur ſecundum eũdẽ modum rationi repugnãtes: quia earum motus ſecundũ quendam ordinem ſe inuicẽ cõſequuntur, ut ex amore oritur concupiſcentia, ex qua ad delectationem peruenitur, ad quas reprimẽdas vna virtus moralis ſufficit.

Tertia conclu. In iraſcibili ſunt diuerſę uirtutes, quia in ea ſunt diuerſæ paſſiones ad diuerſa ordinatæ: nam audacia & timor, ordinantur ad aliquod magnum periculũ; ſpes & deſperatio, ad aliquod bonum arduum.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum uirtutes morales diſtinguantur ſecundum diuerſa obiecta paſſionum.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmans eſt concl. quam eleganter exponit D. Th. Cũ enim uirtutes diuerſificẽtur ſecundum ordinem ad rationem, paſſiones uero ſecundum ordinem ad appetitum; obiecta paſſionũ prout diuerſimode ordinantur ad appetitũ ſenſitiuũ cauſſant diuerſas paſſionum ſpecies; prout uero comparantur ad rationẽ, cauſſant diuerſas ſpecies virtutum, reſpectu diuerſarũ paſſionum pertinentiũ ad diuerſas potentias. Quare Ari. decẽ virtutes ponit, quæ circa paſſiones verſantur; uidelicet fortitudinem, cõtra maximos timores; temperantiã, circa delectationes guſtus & tactus; liberalitatẽ, circa mediocres ſumptus; magnificentiã, circa magnos sũptus; magnanimitatẽ, circa ſpẽ, & deſperationẽ; philotimiã, id eſt, amatiuã mediocris honoris; mãſuetudinẽ circa iras: amicitiã, quę attẽditur in factis, ueritatem, per quã unus alteri, uerbis, aut factis ſe manifeſtat; eutrapeliã, quæ decentiam ſeruat in ludis tã in verbis, quam in ſignis, & factis: ad quas virtutes additur iuſtitia, quæ circa operationes eſt, & ita undecim ſunt.

ad hoc neceſſaria eſt aliqua virtus ĩ alia potẽtia, q̃ verſat circa arduũ. & de tali malo arduo dicit D. Th. ĩ ſolutiõe ad quartũ, ꝙ vĩ eſſe vnã ĩ vno genere paſſionis. v. g. circa malũ iã illatũ nobis, eſt paſſio iræ, quæ quidẽ eſt appetitus vindictæ: & quis illud malum illatũ ſit maximũ, ſufficit vna manſuetudo ad moderandas iras omnes. Cuius ratio eſſe poteſt, q̃a poſtquam iã ſemel in obiecto ipſius paſſionis intrinſece in lædit arduum, vel eminens, iam non variatur ſpecies virtutis p magis & minus arduũ, ſicut non variatur ſpecies potentiæ, quæ verſatur circa arduum. & ita ſufficit fortitudo ad moderãdas audacias & timores, q̃a de rõne taliũ paſſionũ eſt, eſſe circa malũ excellens: nõ. n. quilibet timor requirit fortitudinem.

P. Tho.

Conclusio

Præterea explicatione opus hẽt in eadẽ ſolutione qd dr, ꝙ bonum ingerit difficultatem rationi, quæ requirit virtutẽ, etiã ſi nõ ſit excellens in genere talis paſſionis. Videtur. n. hoc falſum eſſe: quia bonũ potius eſt cũ naturale, & cõueniens rationi: ergo nõ ingerit difficultatẽ rationi.

Argum.

Conclusio

Solutio.

Ad hoc ridetur, ꝙ illud bonũ ẽm rõnẽ, ad quod aſſequẽdum nõ eſt homo naturaliter propẽſus, ſufficiẽter illud eſt quod difficultatẽ ingerit, q̃ia ipſa ratio dẽt ſe exercere, vel cõtra paſſiones appetitus ſenſitiui, vel ſupra ꝓportionẽ voluntatis. ſ. determinando, & quærendo modum, quo ho-

QVAEST. LXI.

De virtutibus Cardinalibus in quinque articulos diuiſa.

ARTI. PRIMVS.

Vtrũ uirtutes morales debeant dici Cardinales, uel principales.

SVMMA TEXTVS.

Huiuſmodi eſt concluſio. Iure optimo inter virtutes morales ponuntur illæ quæ dicũtur principales, aut Cardinales. Probatur: nam virtutes quæ rectitudinem appetitus continent, principaliores ſunt alijs intellectualibꝰ, quæ talem rectitudinem non expoſcunt, quippe quæ perfectiores ſunt eis. huiuſmodi autẽ ſunt uirtutes morales, quæ non ſolum facultatẽ boni operis præſtant, ſed ipſum etiam uſum cauſſant. Eſt inſuper inter intellectuales, prudentia, quæ quodammodo moralis eſt ſecundum materiam. aliæ uero uirtutes intellectuales, etſi principales dicantur quo ad rationẽ ſubiecti, non tamẽ ſecũdum rationẽ uirtutis, quę reſpicit bonum, quod appetitus obiectum eſt.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum ſint quattuor uirtutes Cardinales.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio D. Tho. ita hẽt, Virtutes Cardinales quattuor ſunt: quarum numerus colligitur ex principio formali uirtutis, & ex ſubiectis eius. Etenim principium formale uirtutis eſt bonũ rationis: quod dupliciter poteſt conſiderari, aut ſcdm quod in ipſa cõſideratione rationis conſiſtit, & ſic erit prudentia: alio modo, ſecundum quod circa aliquid ponitur rationis ordo: qui ordo ſi ponat circa operationes, erit iuſtitia; ſi circa paſsiones, temperãtia, & fortitudo. Deinde quadruplex inuenitur ſubiectũ uirtutis. ſ. rationale per eſſentiã, quod prudẽtia perficitur: & rationale per participationẽ, qđ diuiditur in uoluntatẽ, quæ eſt ſubiectũ iuſtitiæ; & concupiſcibilem, quę eſt ſubiectũ temperantię; & iraſcibilẽ, quę eſt ſubiectũ fortitudinis. Quattuor ergo ſunt uirtutes Cardinales: prudentia, iuſtitia, temperãtia, & fortitudo.

ART. TERTIVS.

Vtrum aliæ uirtutes debeant dici magis principales, quam iſtæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ẽ. Hę quattuor uirtutes ſunt principales ratione materiæ: quãuis. n. ſi hæ quattuor uirtutes conſiderentur ſecundum rationes formales cõmunes, & ita dicãtur principales, quaſi generales ad omnes uirtutes, quia oĩs uirtus quæ facit bonum in cõſideratione rationis, dr prudẽtia; quæ uero bonum debiti & recti in operationibus, iuſtitia, &c. tamẽ ſi cõſiderẽtur hæ quattuor uirtutes ſecũdũ quod denominãtur ab eo qđ eſt præcipuũ in unaquaq; materia, ſunt uirtutes ſpeciales; cõtra, alias diuiſæ. Et dicũtur principales, pp principalitatẽ materiæ: ſecundũ quã rationem prudentia dicitur, quæ ꝓceptiua eſt; iuſtitia, quæ eſt circa actiones debitas inter ęquales; tẽperãtia, q̃ reprimit delectationẽ, & cõcupiſcẽtiã; & fortitudo, quæ firmat contra pericula mortis. Quamuis ergo alio titulo reliquæ uirtutes principaliores ſint, ratione tamen materiæ hæ ſunt præcipuæ.

ART. QVARTVS.

Vtrum uirtutes Cardinales differant ab inuicem.

SVMMA TEXTVS.

Prior Concluſio. Si hæ uirtutes conſiderentur, prout ſignificant quaſdam generales cõditiones humani animi, ut. ſ. iuſtitia ſit quę-

mo fiat poteſt operari huiuſmodi bonũ ad modum naturæ: & ita ponuntur diuerſæ virtutes circa cõcupiſcentias v. g. circa concupiſcẽtiã cibi, ponitur abſtinentia: circa concupiſcentiam delectationis in ludo, ponitur eutrapelia.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Pro explicatione ſciẽdũ eſt, ꝙ hæc nominis appellatio nõ eſt apud vetuſtiores philoſophos, vel Græcos, vel Latinos: inuenta, tñ eſt ab auctoribus Eccleſiaſticis, nõ ſolũ recẽtioribꝰ, ſed antiquioribus. Certe D. Ambr. Hiero. Cyprian. Leo Papa, ſępenumero vtuntur hoc nõĩe, ad ſignificandũ id præcipuam, & tribuũt illud virtutibus moralib. Sicut. n. oſtiũ vertitur in cardine, ſic vita humana ĩ his virtutib. fundatur: & ſicut cardo eſt oſtij fundamẽtũ, ſic vita humana in exercitatione virtutũ fundaẽ.

Nota 1.

Conclusio

Ambroſ. Hiero. Cyprian. Leo.

Secũdo notãdum eſt, ꝙ inter virtutes morales tñ quattuor Cardinales appellantur. ſ. prudẽtia, iuſtitia, fortitudo, temperãtia: quas habemus cõmendatas in diuinis litteris: dicitur. n. Sap. 8. Sobrietatem & ſapientiã, iuſtitiam & virtutem docet. Et ꝙ tñ ſint quattuor virtutes Cardinales, in primis aſſentiunt S. Patres: D. Amb. in 5. lib. in Luc. c. 6. D. Greg. lib. 2. moralium c. 36. & lib. 22. c. 1. Cic. li. 2. de inuentione, & de offi. & Seneca, & alij multi. Et probatur breuiter: Nã omnis materia

Not. 2.

Sap. 8.

Prior cõcluſio.

Ambroſ. Greg. Cicero.

Quare ſint tãtum quattuor uirtutes Cardinales.

ria virtutum moraliū, vel conſideratur quatenus eſt cōſultabilis, & deliberabilis, & ſic eſt prudētia, vel quatenus perficit appetitū: & hoc ſi circa operationes, iuſtitia eſt: ſi circa paſſiones iraſcibiles, fortitudo eſt; ſi circa paſſiones cōcupiſcibiles, tēperātia eſt. Tertio obſeruādū eſt, q iſtę virtutes appellant Cardinales; aliqua ex quattuor cauſſis.

Not. 3. Iſtæ virtutes dicūtur Cardinales quattuor cauſſis. Prima.

Prima cā eſt, qm̄ principaliter ſibi vēdicāt quattuor cōditiōes, q̄ cōter in oibus virtutibus inueniunt: vt fortitudo firmitatem, tēperantia mediū & modū; iuſtitia, rectitudinē; prudētia ſciētiam ſibi principaliter vēdicat.

Secunda.

Secunda cā eſt, qm̄ aliæ oēs uirtutes reducunt ad iſtas & ab illis dependēt.

Tertia.

Tertia cauſſa eſt, qm̄ iſtæ virtutes verſant circa materiā magis præcipuā & neceſſariā humanæ vitæ.

Quarta.

Quarta eſt, qm̄ inter virtutes morales primatū tenent: de quarū excellētijs, & prorogatiuis dicemus copioſius infra q. 66.

Gregor.

Verū eſt q D. Greg. 22. li. moral. c. 1. vbi optime loquitur de virtutibus Cardinalibus, dicit, q q̄libet virtus dū tū habeat ſtatū virtutis, prudēs eſt, fortis, iuſta & tēperata, cū omnes iſtę virtutes cōicant ſibi alterutrum ſuas conditiones, & ſibi mutuo auxiliantur, & quod eſt proprium vnius, inuenitur in alia participatiue: ſicut dicimus, prudentia eſt temperate viuere, & ſapientia contemnere pecunias.

Verū omnes virtutes Cardinales conueniant Angelis.

Sed dubiū eſt, verū iſtę uirtutes Cardinales, potiſſime q̄ verſantur circa paſſiones, & circa commutationes, vt fortitudo, tēperantia, iuſtitia, cōueniāt Angelis, vel ipſi Deo? Scot. in 3. d. 33. q. 1. tenet partem affirmatiuā quæſtionis, & probat: nā Angelus poteſt deſiderare mihi bonum temperantiæ, vt plane cōſtat: ergo in Angelo pōt eſſe virtus temperātiæ, & eadem ratione poterit eſſe in Deo, ſecluſa omni imperfectione. Conſequentia inde probatur: nam hæc electio eſt actus tēperantiæ: ego. n. habitu temperantiæ deſidero mihi tēperantiæ bonum.

Opin. Scot. Primū arg.

Secundū.

Deinde, Angelus propoſito ſibi per intellectū obiecto temperantiæ, recte eligit quid ſibi eſſet faciendū, ſi ſibi delectationes carnis cōpeterent: ergo in eo eſt habitus tēperantiæ. Conſequētia probatur: nā ex electionibus huiuſmodi frequentatis generatur habitus tēperantiæ.

Tertium.

D. Th.

Tertio, in ſtatu innocentiæ in primo parēte fuit vera virtus pœnitentiæ, vt cōiter docēt Theologi, q̄q̄ actus iſtius virtutis illi ſtatui oīno repugnaret. Pręterea, virtus pniæ manet in beatis vt auctor eſt D. Th. in 4. ſent. d. 14. q. 1. art. 3. q̄q̄ actus pœnitētiæ oīno illi ſtatui aduerſetur; ergo in Angelis pōt eſſe habitus tēperantiæ, q̄q̄ actus tēperantiæ illis repugnet oīno. Et q actus cōditionatus ſufficiat ad cōparandā virtutē, ſic oſtendo. Nā in primo parēte fuit iſte actus cōditionatus pniæ, ſi cōtingat peccare, ex nūc doleo, vel velle dolere de peccatis. Qd vero iſte actus expoſtulet virtutē, pbat: nā eſt difficilis: vt ergo prompte & delectabiliter habeatur, neceſſaria eſt virtus. Sed hæc ſnīa Scot. abſurda eſt.

Ariſt.

Ariſt. 10. Eth. c. 8. dicit eſſe ridiculū Deo, aut Angelis tēperantiā, vel fortitudinē tribuere: ūdē Ariſt. 2. Ethic. fere p totū dicit, q fabricādo fabri; abſtinendo, abſtinētes, operando fortes efficiūtur hoīes, nō p illa deſideria imꝑfecta, quę ponit Scot. Præterea, pr̄ deſiderat filio tēperantiā, cū ipſe ſit intēperans, & impudica mater deſiderat filiæ pudicitiā, quā ipſa nō hēt. Itē, virtus verſātur circa difficile: at nō eſt difficile habere iſtos actus cōditionatos. Vltimo, Angelus eſt prudētiſſimus: ergo nō habet iſtos actus otioſos & inanes.

Solū arg. Scot. Ad primum.

Ad primum argumētū rńdetur, q tales actus nō pertinent ad temperantiā, ſed ad amicitiam, & dilectionem.

Ad ſecundū.

Ad 2m argumētū rńdetur, q tales actus nō pertinent ad virtutē tēperantiæ, licet bonitatē hr̄e videantur: ſicuti pauper p hoc q̄ vellet, ſi poſſet facere magnificos ſumptus, nunq̄ erit magnificus. Certe ut recte admonet Caiet. virtutes nō cōparātur p act⁹ cōditionales: ſed p abſolutos, & efficaces, atq; exercitos ī materia virtutis, alioq̄ hoīes ſomniātes p ſola, & imaginationes de rebus bellicis acquirerēt fortitudinē.

Ad Tertiū.

D. Tho.

Ad tertium argumentū reſpondetur, q in primo parēte in ſtatu innocentiæ ſine dubio fuit virtus pœnitētiæ infuſa, ut docet D. Th. 3. p. q. 95. art. 3. Nā q̄q̄ actus pœnitentiæ illi ſtatui aduerſaretur, potuit tamen perdere ſtatum illum: & ideo homini abſolute nō repugnabat pœnitētiæ actus. Sed dices Theologus: certe vr̄ q pœnitētia inaniter fuerit infuſa in ſtatu innocentiæ: nā ante peccatū in actū exire non potuit: per peccatū vero mortale perditur pœnitētia infuſa.

Replica.

Reſpondetur, q fortaſſis habuit illū actum conditionatum ſupra memoratum. Vel dicatur, q fuit pœnitētia eiuſdem ſpeciei cum acquiſita, quę nō perditur per vnū peccatū mortale.

Solutio.

Vel dicēdū eſt, q cū Deus infundit homini gratiā, īfundit oēs virtutes homini neceſſarias: q vero aliqua nō poſſit in actū prodire, accidētarium eſt, ſicuti paruulo in baptiſmo infundit pœnitētiā, quæ numquā poteſt in actum

---

dā rectitudo animi qua homo recte operatur; tēperātia ſit quædā diſpoſitio animi, q̄ modū qbuſcūq; paſsionib⁹, vel operationibus, īponit, &c. prudētia quidē erit virtus diſtincta ab aliis: aliæ aūt tres nequaquā inter ſeſe diſtinguerentur: oēs. n. illæ tres virtutes, quia habitus ſunt, expoſcerent firmitatē; quia virtutes ſunt, ordinarētur ad bonū in quo ratio recti importatur; qm̄ vero morales ſunt, rationē participarēt, ac mediū rationis ſeruarēt: quorū primū fortitudini attribuitur; ſcdm iuſtitię; ſicuti tertiū tēperantiæ. Solū aūt hoc qd eſt diſcretionē habere, quod attribuitur prudentiæ, vr̄ diſtingui ab aliis, in quātū hoc eſt ipſius rationis p eſſentiā: alia vero importāt quandam applicationem rationis ad paſsiones, vel operationes.

Poſterior concluſio. Si cōſiderentur hæ virtutes vt earū vnaquæque ad particulares materias determinatur, ſunt habitus inter ſe diuerſi: quippe cum diuerſitas ſit in taliū virtutum obiectis.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum virtutes Cardinales conuenienter diuidantur, in politicas, purgatorias, purgati animi, & exemplares.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās, cuius ratio eſt, qm̄ exēplar humanæ virtutis in Deo præexſiſtit, ſicut in eo pręexſiſtunt omniū rerū rationes, & ita virtutes, vt ſunt exemplariter in Deo, dicūtur exēplares, quatenus. ſ. in Deo ſecūdū aliquas rationes reperiūtur: quia vero homo ſecundum ſuā naturam eſt animal politicū, virtutes huiuſmodi prout in homine exſiſtunt ſecundum conditionem ſuæ naturæ, politicæ vocātur: ſed quia homo ad diuina tendere debet quātū pōt, neceſſum fuit ponere quaſdā virtutes medias inter politicas, quæ ſunt virtutes humanæ; & exēplares, quæ ſunt virtutes diuinæ: quæ quidē virtutes, aut ſunt trāſeūtium, & in diuinam ſimilitudinem tēdentium, & ſunt purgatorię: aut ſunt virtutes iam aſſequentium diuinam ſimilitudinem, quæ uocantur virtutes purgati animi, quas quidem uirtutes dicimus eſſe beatorum, vel aliquorum qui in hac vita perfectiſsimi ſunt.

actum prodire; per peccatum vero mortale tollitur virtus infuſa. Ad quartum argumentum reſpondetur; ꝙ in beatis manet habitus pænitentiæ; tum ad ornatum; tum vt gaudeant de victoria habita contra vitia: in angelis vero, quoniam non ſunt capaces aut pænitentiæ, aut temperantiæ, iſtæ virtutes nõ ſũt collocãdæ.

Ad vltimum

Ad ultimũ argu. reſpondetur, ꝙ actus cõditionatus & imperfectus in eo qui põt habere exercitiũ actus, reducitur ad candẽ ſpeciem uirtutis: ſed in eo q nõ põt habere exercitiũ actus pſecti, nõ reducitur ad candẽ ſpeciem. Ex dictis

Concluſio

patet, quo modo virtutes cardinales ſolũ inueniantur in vita humana, & qua rõne iſtã appellationem ſortiantur. Sed

Varij ſtatus virtutum.

eſt ſecundum, ꝙ iſtæ virtutes habent varios ſtatus, & gradus, a quib. diuerſam appellationem ſortiũtur. Vocantur politicæ, purgatoriæ, purgati animi, exẽplares. Politicæ quidẽ, quatenus recte cõponunt hominem in vita humana. tum erga ſe, tum erga proximum. Purgatoriæ uero, quatenus per iſtas virtutes conamur ex reb. tranſitorijs in diuinã tranſire ſimilitudinem, ſecundũ illud, Eſtote pſecti, ſicut pater veſter cœleſtis perfectus eſt. Purgati animi dicuntur, quando iam ſumus cõſecuti diuinã ſimilitudinẽ in vita beata, vbi prudentia nihil meditatur niſi diuina. tẽperantia cupiditates terrenas non agnoſcit, fortitudo paſſiones ignorat, iuſtitia in volũtate diuina perpetuo cõſideratur. Exẽplares dicũtur, quatenus ſunt in Deo. in Deo namq; oĩa exẽplaria virtutum exſiſtunt, prudentia in Deo, eſt diuina ſapientia; iuſtitia, obſeruatio legis æternæ, fortitudo, eſt immutabilitas diuini conſilij tẽperãtia, eſt cõuerſio diuinæ volũtatis ad ſeipſam, & ad Deũ D. hoc inſinuat optime D. Th. art. 5. Sed

Quare dicantur quædam virtutes cardinales. Prim arg. Secundum.

vt profecto optime virtutes ſine cauſſa appellentur cardinales, & præcipuæ. Primo põt argui de virtutib. Theologicis, q principaliores ſũt, deinde de virtutib. pertinentib. ad vitam contemplatiuam, quæ perfectiores ſunt. Tertio de ſcientia, & ſapiẽtia, & reliquis virtutib. intellectualibus, quæ perfectiores ſunt. Quarto de nonnullis virtutib. quæ omni dubio procul ſunt optimæ & pſtantiſſimæ, ut miſericordia, religio, iuſtitia legalis obedientia. Pro explicatione ſciendũ eſt ex D. Th. in q de virtutib. cardinalibus art.

Not. 1. D. Tho. Triplex hominis vita.

Ariſt. pol. ij.

1. ꝙ triplex eſt hominis vita: una eſt ſenſitiua, q nõ eſt humana, ſed belluina; Secunda eſt cõtemplatiua, & hæc non eſt proprie humana, ſed ſupra humana, & plane diuina. quapropter dicit Ari. ꝙ homo, ſolitariæ, & cõtẽplatiuæ vitæ deditus, plus q̃ homo eſt. Tertia eſt actiua, q cõſiſtit in actionib. erga proximum rectis, & in moderatione paſſionũ erga ſeipſum: & hæc eſt proprie vita humana: quia eſt totius communit. ſecundum rectã ratonẽ & ea qua in cõ-

Not ij. D. Tho.

ter homines viuunt. Secundo notandũ eſt ex D. Tho. ſup. q. 56. art. 3. ꝙ virtus humana perfecta, requirit rectitudinẽ appetitus: quapropter habitus qui poſſunt eſſe perfecti ſine rectitudine appetitus, non proprie appellantur virtutes humanæ perfectæ, vt ſcientia, ſapientia.

Ad primum

His conſtitutis ad primum argumentum reſpondetur, ꝙ virtutes Theologicæ, ſunt ſupra hominem, cæleſtes, & diuinæ: nos loquimur de virtutib. humanis, quæ principalius & crebrius verſantur in vita humana. Ad ſecundum

Ad ſecundũ.

argumentum idem dicendum eſt. Vel dicatur, ꝙ virtutes pertinentes ad vitã cõtẽplatiuã, ſunt virtutes paucorum hominum. hic uero agimus de virtutib. quæ crebrius veniunt in vitã humanã. Ad tertiũ arg. patet ex ſecũdo notabili q d

Ad terti

dicendũ ſit. Ad vltimum argu. reſpondetur, ꝙ quãquam aliquę virtutes habeant quaſdã excellentias, & principalitates, earũ tamẽ materia nõ principalius, & crebrius i vita humana verſatur. Itaq; pdictæ virtutes appellãtur cardinales, qa principalius & crebrius ĩ vita humana verſantur, ſicuti vitia dicuntur capitalia; nõ qa ſunt grauiora, ſed qm crebrius, & frequentius eueniũt in vita humana.

Ad vltim.

QVAEST. LXII.

De virtutibus Theologicis, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum ſint aliquæ virtutes theologicæ.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio, quam D. Tho. probat: quoniam homo tẽdit in beatitudinem ſupernaturalem, quæ eius naturam, & facultatẽm excedit: quapropter non poteſt ad eã ſufficienter ordinari per naturalia principia, ſed oportet vt ſuperaddantur alia ſupernaturalia principia, per quæ ordinetur ad illam felicitatẽ ſupernaturalem, ſicut per naturalia principia ordinatur ad finem connaturalem. Huiuſmodi autem principia dicuntur virtutes Theologicæ: tum, quia Deum habent pro obiecto: tum, quia a ſolo Deo nobis infunduntur: tum, quia ſola reuelatione huiuſmodi virtutes in ſacra ſcriptura traduntur:

EXPLICATIO ARTI.

In hoc articu. q. grauiſſimæ ſunt explicandæ. In primis q̃ritur; Vtrum ſit veritas fidei catholicæ iſtas virtutes Theologicas, fidẽ, ſpẽ, & caritatẽ eſſe in nobis? Et de hoc diſputatũ eſt diligentius ſup q. 51. art. 4 cuius rei veritas conſiſtit in duob punctis. Primũ eſt, ꝙ qui tolleret de medio iſtas virtutes Theologales, non eſſet plane hæreticus: nã teſtimonia ſacræ ſcripturæ, & ſanctorum conciliorũ, q loquũtur de fide, ſpe, & caritate, ſalua fide, de actib. ſupernaturalib. ſatis explicari poſſunt. Secũdo dico, q hac tẽpeſtate negaret virtutes Theologales infuſas, fere hæreticus eſſet, & grauiſſime erraret: ſic demõſtratũ eſt ſupra loco ſuperius allegato. Secũda qõ eſt, Vtrum iſtæ uirtutes Theologicæ diuinitus infuſæ, ſint abſolute, & ſimpliciter neceſſariæ ad credẽdũ, ſperãdũ, & amandũ, ſic ꝙ abſq; illis nõ poſſimus credere, ſperare, & amare, vt oportet. In huius rei expoſitione multi Theologi grauiter errauerũt, exiſtimãtes ꝙ homo p facultatẽ naturæ põt ſperare, credere, & amare, vt oportet. habitus uero infuſi ponũtur, ut melius, facilius, & intẽſius credamus, & diligamus. Hæc ſnĩa placuit Durã. in 2. d. 28. q. 1. Sco. in 3. d. 23. Gabrie. & Almay. in 3. d. 33. Pro explicatione veritatis eſt prima propo. Ad credẽdũ, ſperãdũ & amandũ, vt oportet, neceſſariũ eſt oĩno adiutoriũ Dei ſupnaturale. Et hęc eſt certa fidei diffinitio: dicitur n. Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere: & ut conſtat ex antecedentib. & ſequentib. apertiſſime ſit ſermo de adiutorio Dei ſupernaturali & 1. ad Cor. c. 12. Nemo põt dicere Dominus Ieſus, niſi in Spiritu Sancto, & 2. ad Corin. c. 3. habetur illud inſigne teſtimonium; Non ſumus ſufficientes cogitare aliqd ex nobis, quaſi ex nobis. Deniq, in vniuerſa ſcriptura planiſſime aſſeritur, fidẽ, ſpẽ, & caritatem eſſe dona Dei in noſtris cordib. infuſa. Hæc veritas definita eſt in concilijs congregatis cõtra Pelagium; in concilio Mileuitano, Arauſicano, Africano, in quib. definiũt Patres, gratiã Dei eſſe omnino neceſſariam ad credendum, ſperãdum, & amandum, & non ut facilius credamus, & amemus. Dominus enim non dixit: Sine me difficilius poteritis, ſed ſine me nihil poteſtis facere.

Vtrũ ſit certum ex fide eſſe in nobis virtutes theologicas.

Vtrum iſtæ virtutes ſine neceſſariæ ad ſimpliciter operandum.

Durand. Sco. Gabr. Almayn. Prim conc. Ioan. 15.

1. Cor. 12. 2. Cor. iii.

Concilia.

Secunda Concluſio. Non eſt certa fidei definitio, quod virtutes Theologicæ diuinitus infuſæ, ſint ſimpliciter neceſſariæ ad credendũ, amandũ, &c. Probatur: nam non eſt de fide ꝙ iſtæ uirtutes ſint, ut antea demonſtratũ eſt. ergo non eſt de fide quod ſint neceſſariæ ad amandum, credendum, &c. Tertia Concluſio. Deus de potẽtia ſua abſoluta bene poteſt mouere hominem ad credendum, amandum, ſine habitibus diuinitus infuſis. Probatur: nam quidquid Deus poteſt facere cum cauſſa ſecunda efficienti, poteſt ſe ſolo facere, vt habet axioma Theologorum ſed iſti habitus infuſi concurrunt ad credendum, & amandum in genere cauſſæ efficientis: ergo Deus abſq; illis poteſt mouere ad credendũ, & amandum. Item certũ eſt apud vniuerſos Theologos, ꝙ homo de potẽtia Dei abſoluta bene pt eſſe Dei amicus abſq, caritate, q ſit qualitas inhęrẽs animę.

Secun. conc

Ter. conc.

Quæ con- De lege ordinaria iſtæ virtutes ſunt neceſſariæ.

Quarta concluſio. De lege ordinaria, & ſecundum communem curſum, neceſſariæ ſunt iſtæ virtutes Theologicę ad credendum, amandum, &c. nam Deus diſponit omnia ſuauiter, & mouet vnamquamq; creaturam ad finem ſuũ per principia intrinſeca, & virtutes naturales. ergo ad ſuauem Dei diſpoſitionem ſpectat, vt moueat hominẽ ad finem ſupernaturalem per principia intrinſeca ſupernaturalia, quæ vocantur virtutes Theologicę. Deinde, homines ſunt deſtinati ad beatitudinem ſupernaturalem, ad cuius cõſecutionẽ ſunt neceſſariæ operationes ſupernaturales: oportet ergo in animis noſtris conſtituere principia ſupernaturalia, operationibus ſupernaturalib. proportionata. Sed numquid eſſet hæreticus, qui negaret iſtas virtutes Theologicas eſſe neceſſarias omnino ad amandum, & credendum? Reſpondetur, periculoſe erraret, & eſſet fere hæreticus: nã teſtimonia ſcripturarum, & conciliorũ, q̃ aſſerunt habitus infuſos eſſe, oſtendunt et eſſe neceſſarios: ſignanter probatur hoc ex Cõcil. Trid. Seſ. 6. c. 7. & canone 11. Tertia quæſt. Vtrum virtutes Theologicæ ſint neceſſariæ ad ſingulos actus credendi, amãdi, & ſperandi? an tãtũ ad oẽs ſimul ſicut docet diuina Theologia, hominẽ non egere auxilio ſpeciali ad ſingula peccata vitanda, bene: ſi egere ad oĩa vitãda. Rñdetur, ſine dubio auxiliũ Dei ſpeciale eſſe oĩno neceſſariũ ad ſingulos actus credendi, amãdi, &c. Ex quo conſequens eſt, virtutẽ Theologicã eſſe neceſſariã ad ſingulos actus credẽdi, &c. Patet hoc: nam Cæleſtinus Papa in epiſt. ad omnes Galliç Epiſcopos, ca. 8. definit, gratiã Dei ad ſingulos actus eſſe neceſſariã. Idẽ definit clarius c. 9. ubi cõmemorat Sozimũ ſummũ Pontificẽ, definientẽ, ꝙ in omnib. actib. motibus, & cauſſis noſtris, Deus adiutor exſiſtit. Et cõciliũ Arauſi. c. 9. ſic definit; Quotieſcumq; bene agimus, Deus in nobis, & nobiſcum operatur, & c. 20. habet grauiſſimã definitionẽ ſub iis verbis; Multa bona fiunt in hoĩe, quæ non facit homo: nulla aũt bona facit homo, q̃ nõ faciat Deus, ut homo faciat. Continuile definitionẽ habet c. vlt. D. Aug. in epiſt. ad Vitalẽ Carthaginenſem: & in epi. ad Paulinum inter alios errores Pelagii, refert iſtũ, ꝙ gratia Dei ad ſingulos actus non ſit neceſſaria: contra quẽ diſputat acerrime lib. de natura & gratia, c. 26. & li. contra Cæleſtinum c. 15. Hæc veritas demonſtratur ex ſancta ſcriptura, ex illo. Sine me nihil poteſtis facere: & ex illo. Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid a nobis, quaſi ex nobis. Et patet euidenti ratione: nã actus credendi & amandi, eſt actus ſupernaturalis. ergo requirit adiutorium Dei ſupernaturale. Ex iis manifeſte liquet, ꝙ falſa ſit illa ſententia, ꝙ poteſt eſſe opus meritorium coram Deo, ex ſolo adiutorio generali: de quo diſputabimus in materia de Gratia.

Concluſio

Concl. Trid.

Vtrum virtutes Theologicæ requirantur ad oẽs actus. Solutio.

Cæleſtinus.

Sozimus.

Conc. Arau.

D. Aug.

Joan. xv. 2. Cor. iii.

ART. SECVNDVS.

Vtrum virtutes Theologicæ differant a moralibus, & intellectualibus.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt conclu. eã in argumento, ſed contra, probat D. Tho. ex eo quod virtutes morales, & intellectuales ſunt ſecundum naturam hominis; Theologicæ autem ſupra ipſius naturã. Id autem quod eſt ſecundum naturam, differt ab eo quod ſupra naturam eſt. In corpore vero probat ex diuerſitate obiecti eandem concluſionem: quoniam virtutes morales, & intellectuales habent pro obiecto id quod humana ratione comprehendi poteſt; Theologicę vero habent pro obiecto Deum, ut humanam facultatem excedit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrũ fides, ſpes, & caritas acquiſitæ ſint virtutes Theologicæ.

In hoc articulo quæritur primo. Vtrum fides acquiſita de articulis fidei, ſpes, & caritas acquiſitæ, ſint virtutes Theologicæ, an potius tota ratione diſtinguãtur a virtutib. Theologicis, verbi gratia hæreticus credit per fidem acquiſitã Deum eſſe trinum & vnum, & Chriſtum Dominum eſſe Crucifixum, & ſperat ſe conſecuturum beatitudinem ſupernaturalem, & ut ipſe exiſtimat, amat Deũ ſuper omnia, ut eſt finis ſupernaturalis: quæritur, an iſtæ virtutes ſint virtutes Theologicæ? Hanc difficultatem quidam diſcipuli D. Thom. facillime explicant, docentes, quod ad virtutem Theologicam requiruntur tres conditiones. Prima eſt, ut habeat Deum pro obiecto immediato: Secunda eſt, ut regula virtutis Theologicæ ſit diuina: immo ipſe Deus. Tertia eſt, ꝙ ſit virtus infuſa: quod patet ex definitione D. Augu. Eſt bona qualitas mentis, quam Deus in nobis, &c. Ex his ſtatim concludunt, quod religio non eſt virtus Theologica: tum, quoniam nõ habet Deum pro obiecto: tum vero quoniam ex facultate naturæ cõparari poteſt. Secundo ferũt, ꝙ Theologia non eſt uirtus Theologica, quoniam facultate ingenii comparari poteſt. Tertio inferunt, ꝙ virtutes prædictæ acquiſitæ, non ſunt virtutes Theologicę, quoniam nõ ſunt diuinitus infuſæ.

Aug.

Hæc ſolutio mihi non probatur: tum, quĩ procedit ex definitione nominis, quã fortaſſis aduerſarii negarent: tũ uero, quĩ non procedit ex propriis cauſſis: demum, quĩ petit principium. nam hoc erat exponendũ, Quid eſt ꝙ iſtę uirtutes non vocãtur Theologicæ, cum habeant Deum pro obiecto, vt eſt finis ſupnaturalis. Propter qđ dicẽdũ eſt, ꝙ vt ſit virtus Theologica, non ſat eſt ꝙ verſetur erga Deũ quomodocũq; ſed ꝙ verſetur erga Deũ, ut eſt obiectũ ſupnaturale. Ex quo ſtatim ſequitur, ꝙ actus q̃ attingit efficaciter illud obiectũ, dẽt eſſe ſupernaturalis: nã cũ obiectũ ſit ſupnaturale, neceſſe eſt ꝙ actus q̃ attingit illud efficaciter, ſupnaturalis eſt. Sequitur ſecundo, ꝙ virtus q̃ pducit illum actũ, debet eſſe ſupernaturalis: nã effectus eſt ſupernaturalis: ergo cauſſa debet eſſe ſupernaturalis. Tertio ſequitur, ꝙ virtus illa debet eſſe diuinitus infuſa, ſiquidẽ eſt ſupernaturalis. Sequitur quarto, ꝙ regula hui⁹ uirtutis dẽt eſſe plane diuina, & ſupernaturalis, q̃ ratione humana cõprehẽdi nequeat.

Solutio quæſtionis. Virtus Theologica.

Corol. pri.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Ex iis principiis facile eſt intelligere, quomodo differant inter ſe virtus Theologica, & uirtus acquiſita de myſteriis noſtræ religionis. Primo differũt: nã uirtutis Theologicæ obiectum, & materiale, & formale, eſt ſupernaturale, & quod ratione humana comprehendi nõ põt; obiectum uero uirtutis acquiſitæ eſt naturale, quod ratione humana comprehendi poteſt. Secundo differunt: nam rõ formalis virtutis Theologicæ, eſt diuina & ſupernaturalis: Chriſtianus enim credit myſteriis diuinis, quia Deus reuelauit; hæreticus uero eiſdem credit propter auctoritatem ſui præceptoris Lutheri, vel propter ſuum cerebrũ, & opinationem: ſi enim crederet quod Deus reuelauit, vniuerſis veritatibus fidei fidem adhiberet.

Quomodo differant virtus Theologica & acquiſita. Prima differentia.

Secunda.

Tertio differunt, quod fides infuſa attingit efficaciter ſupernaturalem finem; fides uero hæretici acquiſita nõ attingit illum efficaciter, vt oportet: quemadmodum q̃ habet actum imperfectum amandi Deum, non habet caritatem, nec habet actum caritatis infuſæ. Item differunt, quoniam fides acquiſita innititur fallibili fundamẽto, & ideo decipere poteſt: propter quod virtus non eſt; at fides infuſa innititur infallibili fundamento. Vltimo, hæreticus per fidem acquiſitam non credit, & ſperat ea firmitate & ſtabilitate, quam fides Chriſtiana de ſe requirit.

Tertia.

Quarta.

Sequitur dubium ſecundum; Vtrũ actus virtutis Theologicæ differat tota ratione ab actu virtutis acquiſitæ perſimili, & in genere naturæ, & in genere moris. Contingit etiam ſæpenumero ꝙ ea quæ non differunt in genere naturæ, differant in genere moris. verbi gratia. occiſio hominis facta a tauro, & a latrone, & a iudice iuſtiſſimo, nõ differunt in genere naturæ, at differunt in genere moris, vt plane conſtat. E diuerſo uero aliqua differunt in genere naturæ, q̃ non differunt in gñe moris, ſicut comedere oua, & piſces, certe differũt i gñe naturæ, ſed nõ differunt in gñe moris. nã ptinẽt ad eãdẽ virtutẽ tẽperãtiæ. Quæritur ergo in propoſita dubitatione, Vtrũ actus virtu-

Vtrum actus virtutis infuſæ & acquiſitæ differat et in genere naturæ.

tis theologicæ differat ĩ genere naturæ, & in genere moris ab actu virtutis acquiſitæ? In cuius rei explicatione quidam diſcipuli D. Tho. contendunt, ꝙ non differant, niſi tm̃ in genere moris. Huius doctrinæ eſt Capr. in 1. d. 17. q. 1. ad 1. & 2. Aureol. contra ſecundam concluſionẽ, & ad tertiũ. Greg. cõtra primam, & ſecundam cõcluſionem. Idem ſentit Caiet. explicãs D. Th. 2. 2. q. 171. art. 2 ad 3. Et hãc ſniam vr̃ docere aperte D. Th. ibidem: dicit. n. quod diligere Deũ ſuper oĩa, ſuperat naturam quãtum ad modũ, ſed non quantum ad ſubſtãtiam. Patet hæc ſnĩa: nã actus malus, ſm ſubſtantiam pt continuari cum actu uirtutis theologicæ: ergo non differunt ſm ſubſtantiam, & in genere naturę. Conſequentia inde probatur: nam quę differunt ſm ſubſtantiam, & in genere naturæ, continuari non pñt. Antecedens vero probatur: nam confeſſio fidei exterior poteſt continuari pp vanam gloriam. Secundo, actus interior fidei humanæ põt continuari cum actu fidei ſupernaturalis: ergo nõ differunt in genere naturæ. Quod conſequẽtia argumenti ſit efficax, conſtat ex ſuperiori argum. Probatur antecedens: nam conſtituamus Iudæum, qui parũ ante Chriſti natiuitatem habeat iudicium, Chriſtus naſcetur, quod erat de fide diuina; & cõſtituamus, ꝙ continuet idem iudicium, & in eo perſeueret Chriſto iam nato; tũc illud iudicium, quod antea erat fidei diuinæ, efficitur fidei humanæ, & errantis iudicium. Et confirmatur: nam hac de cã definiunt oẽs theologi, quod idẽ actus bonus, & malus, eſt idem in genere naturæ, qñ continuatur, & in principio ẽ bonus, & poſtea malus. Tertio, ex ſnĩa bonorum Theologorum, attritio ex facultate naturæ comparata, adhibito ſacramento efficitur ſupernaturalis. ergo actus naturalis, & ſupernaturalis non differunt in genere naturæ. Pro explicatione ſit prima concl. Auxiliũ Dei ſupernaturale eſt omnino neceſſarium ad credendũ, ſperandum, & amãdum, & in uniuerſum ad unũquemq; actum virtutis theologicæ: itaque non requiritur tm̃ ad modum operis. Hæc concl. eſt primum principium religionis noſtrę, definita in Cõcilijs congregatis contra Pelagium, Mileuitano, Arauſicano, & Africano. & probabant Patres efficaciter ex illo Ioan. 15. Sine me nihil poteſtis facere. Scđa propoſitio. Actus uirtutis theologicæ, & actus uirtutis acquiſitæ differunt in genere naturæ, & ſm ſubſtantiam, ad illum ſenſum, ꝙ non differunt ſolũ quantum ad modum. Hæc concluſio eſt de fide catholica, & ſequitur euidenter ex præcedenti. Tertia propoſitio. Non eſt dogma hæreticum, nec aduerſariũ ſanæ doctrinæ aſſerere, ꝙ iſta opera differant tm̃ in genere moris. Patet primo, qm̃ Capr. & Caie. docent iſtam ſnĩam, & non condemnantur erroris. Deinde, cum hoc quod differant tantum in genere moris, ſaluatur optime ſalua fide, ꝙ nemo põt credere & amare ſine Dei adiutorio. Nã ex hoc, ꝙ occiſio hominis facta a tauro, & a latrone, & a iudice, differant tm̃ in genere moris, ſaluatur optime, quod vna non eſt actus humanus; alia ſit actus humanus, & q̃ a eſt actus humanus, vna eſt bona, & a Deo; altera mala, & non a Deo. Vltimo, in ſanctis Concilijs non dicitur abſolute, ꝙ nemo põt credere ſine Dei adiutorio, ſed ꝙ nemo põt credere, vt oportet credere. Quarta concluſio. Veriſimilius vr̃, & diuinæ Theologiæ magis conſentaneum, ꝙ iſti actus differant ẽt in genere naturę, ſecundũ ſubſtantiam. Probatur: nam ſi non differunt ſecundum ſubſtantiam; ergo differunt ſecundum modum. Tunc q̃ro, qđ ſit iſte modus: certe non eſt, ꝙ actus virtutis theologicæ ſit firmior, aut intenſior, ſicut ſupra ex fide demõſtratum eſt, nec vero eſt, ꝙ actus virtutis theologicę meritorius ſit: nã actus fidei ĩformis, eſt actus virtutis theologicæ, at non eſt meritorius: ergo differunt, ſm ſubſtantiã, & naturã. Deinde, actus virtutis theologicæ attingit efficaciter obiectum ſupernaturale: actus vero uirtutis acquiſitæ attingit obiectum naturale: ergo differunt ex obiectis, ac ſubinde in gñe naturæ. Tertio, ſcientiæ, q̃ differunt ex diuerſis principijs formalibus, differunt in genere naturę, ut cõſtat; ſed actus fidei infuſę, & acquiſitæ, pcẽdunt ex diuerſis principijs formalibus: nam fides diuina procedit ex lumine ſupernaturali infallibili; fides vero humana ex lumine humano fallibili. ergo differunt in genere naturæ. Quarto, id quod eſt de ſe & ex ſua natura ſupernaturale, diſtinguitur ab eo, qđ eſt ſm naturam; ſed actus virtutis theologicæ de ſe, & ex ſua natura eſt ſupernaturalis. ergo diſtinguitur in genere naturæ ab ijs operibus, quæ naturaliter cõparari ualent. Ad argumenta in contrariũ, & ad primum rñdetur, ꝙ D. Tho. loquitur de dilectione Dei in genere: poſſumus. n. diligere Deum per facultatẽ naturæ: ceterum diligere Deum per regulas ſupernaturales, ſuperat facultatem naturæ, & quantum ad ſubſtãtiã, & quantũ ad modũ. Ad alia argumẽta dico, ꝙ habẽt difficilẽ ſolutionem. Vel. n. dicendũ eſt, multa cõtinuari, q̃ differunt ſm naturã, ut videre eſt in inſertis, & in virga, cuius medietas ſicca eſt, & alia viridis. Vel dicendum eſt, ꝙ multa ad ſenſum videntur cõtinuari, q̃ re uera non continuãtur, ſicut patet in exemplis adductis. Itẽ patet ĩ motu canis de alta turri cadentis, q (ſi credimus philoſophis) dũ canis moritur in via, interrũpitur. Ego certe nõ poſſũ credere, ꝙ actus fidei humanæ, & diuinæ cõtinuẽtur. Preterea Theologi nũquam dicunt, ꝙ attritio ſit cõtritio, adhibito ſacramento; ſed ꝙ attritus ſit contritus.

Capr.
Aureolus.
Gregor.
Caiet.
D. Thom.
Concluſio.
1. Cor. 13.
Primum arg.
2. Cor. 3.
Secundum.
Tertium.
Prima conclu.
Concil.
Ioan. 15.
Secunda cõcl.
Tertia conclu. Non eſt hæreticum negare ꝙ iſta opa differant in genere naturę.
Quarta concl. Iſti actus differunt in genere naturę.
Solutio. argu.

ARTICVL. TERTIVS.

Vtrum conuenienter fides, ſpes, & caritas ponantur uirtutes theologicæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ẽ affirmatiua, quam ſtatuere vr̃ Pau. 1. Corin. 13. & D. Tho. ita probat. Homo in finem ſibi connaturalẽ ordinatur per intellectum, & voluntatem: iſta aũt attingere non pñt finem ſupernaturalem; iuxta illud; Nõ oculus vidit, nec auris audiuit, &c. debent igitur perfici p aliquid ſuperadditũ, ut ad finẽ ſupernaturalẽ ordinentur; & quidam intellectus perficĩ fide: uoluntas aũt ſpe, & caritate; ſpe, quantum ad motũ intentionis in ipſum tendẽtem, ſicut in id, quod eſt poſſibile conſequi; caritate vero, quo ad unionẽ quandam ſpiritualẽ, per quam quodãmodo trãſformatur in illũ finẽ. Tres igĩ uirtutes theologicæ conueniẽter connumerantur; fides, ſpes, & caritas.

EXPLICATIO ARTICVLI.

In hoc art. 1. ſciendum eſt, ꝙ iſte virtutes, theologicæ nominãtur, qm̃ hñt Deum p obiecto, quatenus beatificum eſt, & quatenus loqtur p diuinas reuelationes: differuntq; inter ſeſe, qm̃ diuerſa rõne formali feruntur in Deũ. Fides nãq; reſpicit Deũ, ut eſt prima veritas, q̃ nec falli, nec fallere pt. Spes vero reſpicit Deũ, ut eſt bonum nr̃m proprium, exſpectans ab illo ppriã beatitudinem, & ſic eſt amor concupiſcentiæ. Caritas reſpicit Deum, ut eſt bonũ infinitum in ſe, etiãſi ab illo nulla nobis pueniret vtilitas, & ſic ẽ amor amicitiæ. Secundo notandum eſt, ꝙ Lutherus contendit non eſſe diſtinctionem inter fidem, ſpem, & caritatem, contenditq; fidem, reipſa ab ſpe, & caritate non eſſe diſtinctam. Verũ has virtutes inter ſe eſſe diſtinctas, ſanctæ ſcripturæ aperte demonſtrant: dicit. n. Paulus; Nunc manent tria hæc; ſpes, caritas, fides; maior autem horum eſt caritas. Tria, inquit, hæc oportet eſſe: ergo diſtincta. Præterea, inqt, nunc manent: nã poſt iſtam peregrinationem in vita beata manet ſola caritas, q̃ nũquã excidit, ut ibidẽ declarat Paul. oportet ergo eſſe diſtincta: ſiqdem manente caritate, reliqua non manent. & paulo ſuperius demõſtrauit D. Paul. caritatem ẽt in hac peregrinatione a fide eſſe ſeparabilem, dicens; Si habuero oẽm fidem, ita vt mõtes transferam, caritatem aũt non habuero, nihil ſum. Idem teſtatur Diuus Ioan. dicens; Verumtamẽ multi ex principibus crediderunt in eo, ſed propter Phariſæos non

Not. 1.
Not. 2. Lutherus
1. Cor. 13.
Ioan. 12.

confitebantur: dilexerunt.n.magis gloriam hominum, quam Dei; ecce fidem ſine caritate. Idẽ euidentius demonſtratur ex illo Matt.7. Multi dicent mihi in illa die, Dñe, Dñe, nonne in noĩe tuo prophetauimus, & dæmonia eiecimus? &c. profecto magna eſt fides, qua duplicate dr̃, Dñe, Dñe; & qua fiunt miracula: at erat ſine caritate: nam rñdet Dñs; Numquam noui vos. Diſcedite a me operarij iniquitatis.

Matt.7.

Prim.cõc. Not.3. Durand ar gum. Ariſt. Solutio.

Tertio ſciendum eſt, ꝙ Duran. in 3. d.23 q.6. contendit fidem non eſſe ſimpliciter virtutem: nã virtus (auctore Ariſt.) ẽ diſpoſitio pfecti ad optimum actũ; ſed fides non diſponit intellectum ad optimũ actũ, ſed ad obſcurum, & caliginoſum: ergo non eſt virtus vera. Ad hoc argũ dicendum eſt in primis, fidem, & ſpem humanitus acquiſitas, non eſſe ueras virtutes, vt argũ probat: at uero fides & ſpes Chriſtianæ, ſunt pſtantiſſimę virtutes: tum, qm̃ diſponunt ad optimum actum, qui in hac peregrinatione haberi põt: non.n.eſt neceſſarium ad veram virtutem, vt diſponat ad optimum actum ſimpliciter; ſed ſatis eſt, ꝙ diſponat ad optimum actum in ſuo genere, ſicut videre eſt in liberalitate, & temperantia: tũ vero, qm̃ præſtantius eſt de rebus diuinis habere cognitionem certam, & ſupernaturalem, quam de rebus humanis euidentem. hoc eſt, quod dicit D.Paul. Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: tum vltimo, qm̃ fides diuina innititur principio infallibili, quod nec fallere, nec falli poteſt, & ideo ſemper inclinat ad uerum; fides uero humana innititur principio fallibili, quod fallere põt, & ideo uirtutis appellationem non meretur. Idem Duran. in 3. d.26. q.2. contendit, ſpem proprie non eſſe virtutem theologicam: nam non hẽt Deum pro obiecto immediato, ſed beatitudinem noſtram, quam ab illo expectamus. Sed fallitur oĩno Durãdus: nam ſicut fides reſpicit Deũ, vt eſt prima veritas; & caritas reſpicit Deũ, vt eſt ſumma bonitas: ſic ſpes reſpicit Deum, vt ſummũ bonum noſtrum. Sed de hoc inueſtigatur diligentius in materia de ſpe. 2.2.q.17. Præterea circa illud quod aſſerit D.Th.ĩ articulo, videlicet, duas virtutes eſſe neceſſarias in voluntate reſpectu finis ſupernaturalis; alterã ad perficiendum motum intentionis tendentis in finẽ, alteram ad faciendam vnionem uoluntatis ſpiritualem, per quam quodammodo transformatur in ipſum finem; notandum, ꝙ tendere in finem per deſiderium, ad amorẽ, ſeu caritatem ſpectat tãquam paſſio illius, ſed intendere finem, ut poſſibilem & arduum, eſt virtutis ſpei, quæ innititur diuinæ miſericordiæ, & auxilijs diuinis. Eſt n. hic ordo in actibus voluntatis: nam primo eſt actus amoris, per quem transformatur in volitum, ut ſibi conueniẽs, & vnitur illi ſpiritualiter: deinde eſt deſideriũ eius, ſi abſens eſt obiectum, uel fruitio, ſi eſt præſens: ſi uero fuerit abſens, & conſideretur, vt poſſibile abſolute ſine arduitate aliqua, tunc ſufficit amor ad intẽtionem illius boni. at uero, quia maxime arduum eſt conſequi finem beatitudinis, & fides ita repſentat illum finem, ut arduũ, et habenti caritatem, ad hoc requiritur virtus ſpei, de qua dicit Apoſtolus, Quam ſicut anchoram habemus aſſecutam, ac firmam, & incidentem vſque ad interiora velaminis. Circa ſolutionem ad ſm̃ notandũ, ꝙ ſicut fides humana, & ſpes humana, circa ſua obiecta pportionata ſibi, non ſunt virtutes, licet poſſint eſſe qdam habitus; ita & multo minus erunt virtutes reſpectu obiecti ſupernaturalis, qa minor eſt pportio ipſarũ ad talia obiecta ſupnaturalia. Ex quo ſeqtur, ꝙ quãuis homo habens fidem infuſam, p exercitiũ illius acquirat aliquẽ habitũ acqſitũ fidei, nõ tñ ille habitus erit virtus. Et ſimiliter dicendũ erit de ſpe acquiſita concomitanter p exercitiũ ſpei infuſæ. Sed tñ, utrum tales habitus acquirantur per exercitium virtutis infuſæ, dicemus quæſtione ſequenti.

Not.

Heb.6.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum fides ſit prior ſpe; & ſpes, caritate.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Ordine generationis fides eſt prior ſpe; & ſpes caritate. Quod intelligẽdum eſt quo ad actus: habitus.n.ſimul infundũtur. Probatur; quia non põt appetit. per ſpem, aut amorem in aliquid tendere, niſi cognitũ illud ſit: per fidem aũt cognoſcit homo, q̃ ſperat, & amat. Deinde, homo aliquid amat quia apprehẽdit illud, ut bonum ſuum: p hoc aũt, ꝙ homo ab aliquo ſperat ſe bonum conſequi poſſe, reputat illud in quo ſpem hẽt quoddã bonũ ſuum. Spes ergo caritatem præcedit, & fides ſpem.

Secunda Concluſio. Ordine perfectionis, caritas eſt prior fide, & ſpe, & inter oẽs uirtutes primatum tenet: tã .n. fides, quam ſpes formãtur per caritatem, & ab ea pfectionem uirtutis acquirunt.

EXPLICATIO ARTICVLI.

In hoc articulo eſt primum dubiũ; Quid eſt, qd dicit D.Tho. iſtas tres virtutes ſimul infundi? hoc eñ vr̃ eſſe falsũ. Nam fidelis, qui fuit ĩ peccato, qñ cõuertitur ad veram pœnitentiã, recipit caritatẽ; ſed non recipit fidem, nec ſpẽ. Eſt eñ de fide Catholica, ꝙ fides & ſpes, per peccatũ mortale non deperduntur. Rurſus, ſi adultus baptizatur, volens eſſe, vel fieri Chriſtianus, habens affectum peccati mortalis; iſte recipit veram fidem; at non recipit caritatem pp obicem quem ponit Sacramento. Tertio D.Pau. dicit aperte, fidem in hac peregrinatione a caritate eſſe ſeparabilem: ergo põt infundi ſine caritate. Rñdetur, ꝙ hanc doctrinam D.Tho. cõiter docent uniuerſi Theologi 3 d. 23. & approbat eam Scotus in d.26. art.4. & quod maius eſt, Innocentius III. in c. maiores. de baptiſmo, & eius effectu. & probant iſta rõne. Nam quam Deus ſanat, perfecte ſanat. & adducunt in huius rei confirmationem illud Ioan. Mihi indignamini, ꝙ totum hominem, ſanum feci in ſabbatho. Sed ut hæc doctrina vera ſit, hẽt tres expoſitiones. Prima expoſitio eſt, quod oẽs iſtæ uirtutes ſimul infunduntur, quod eſt ex parte Dei infundentis, niſi recipiens ponat obſtaculum, & impedimentum. Secunda expoſitio eſt, ꝙ oẽs iſtæ tres virtutes infunduntur ſimul in eſſe virtutis: nã fides & ſpes ſine caritate mortuæ ſunt, & non habent ſtatum uirtutis. Iſtam explicationẽ hẽt D. Caie. 1.2.q. ar.2. ad 3. Tertia explicatio eſt, non eſſe repugnantiam, ꝙ iſtæ virtutes ſimul infundantur: at repugnãtia eſt, ꝙ actus fidei non ſit prior caritatis amore: nã voluntas non põt amare bonum ſupernaturale, niſi p fidem oſtendatur, & demonſtretur. De ſecũda cõcluſione dubium eſt; quomodo caritas ſit forma fidei, & ceterarum uirtutum: nã forma dat eſſe rei, ut tradit Ariſ. At uero in Chriſtianis peccatoribus eſt uera fides, & vera ſpes ſine caritate, ut dictũ eſt: ergo caritas non eſt forma fidei, & ceterarum virtutum. Rñdetur, ꝙ caritas non dat fidei eſſe propriæ naturæ: propria nãq; natura fidei eſt firmus aſſenſus ueritatis reuelatæ; hunc aũt non hẽt a caritate: poſſum.n. credere illi quem nõ diligo, & a quo nihil ſpero me cõſecuturũ: ceterum caritas dat fidei eſſe uirtutis euangelicæ: a caritate.n. hẽt, ꝙ ſit uirtus non humana, non philoſophica, ſed diuina, & euangelica, habens virtutẽ cõmutandi totũ hoĩem in melius, ut ſit iuſtus, & filius Dei, potensq; vincere mundũ, & ĩfernũ, iuxta illud ad Heb.11. Sancti p fidẽ uicerũt regna, &c. p fidẽ formatam, caritate & per dilectionem operantem. quo modo non ſolum caritas eſt forma fidei, ſed ceterarum omnium uirtutum: efficit namque, quod ceteræ virtutes ſint diuinæ, & euangelicæ, relatæ in Deum ſumme dilectũ; fides vero a caritate deſtituta, uocatur fides informis, a D.Paul. impotens, & otioſa: dicit.n. 1.Cor.13. Si habuero oẽm fidem, ita vt montes trãſferam; caritatẽ aũt nõ habuero, nihil ſũ, & nihil mihi pdeſt. Et D.Iac. appellat illã fidẽ mortuã: nã qđ caret forma, actione ſubinde caret, & mortuum, & exanime manet. Et quãquam iſtæ appellationes virtutis informis, & formatæ, non ſint in ſanctis ſcripturis, non propterea ab illis abſtinendũ eſt: nam Diuus Paul. 1. ad Tim. capitulo ultim. quando prohibet

Vtrum virtutes theologicæ ſimul infundantur.

Primum argumen.

Secunda.

Secundum

Tertium. 1.Cor.13

Solutio

Innoc.III.

Ioan.7.

Explicatur doctrina D. Tho.

D.Caie.

Quõ caritas ſit virtutum forma. Ariſt.

Solutio

Hebr.11.

1.Cor.13

Iacobus

1.Tim.vlt.

h bet vocũ nouitates, nõ ꝓhibet quaſcumq; voc ĩ nouitates, ſed prophanas prohibet cõtra fidei religionẽ. Atq; tantũ de virtutib' Theologicis. Sed quæritur, Quare D. Th. fecit differẽtiã inter actus ipſarũ virtutũ, & habitus, quantũ ad hoc, ꝙ via generationis eſt prior fides ſpe, & ſpes caritate, quãtũ ad act'; & non dixit ſecundũ habit', ſed potius inquit; nã habit' ſimul infundũtur. Et ratio dubij eſt: nã idẽ ordo videt̃ eſſe inter habitus virtutũ, & ĩter actus ipſarũ. Itẽ, ſi cut habitus ſimul infundũtur, quãtũ eſt ex parte infundẽtis; ita & act' ſũt ſimul, quãtũ eſt ex parte adiuuantis: ſimul n. aliquis credit, ſperat, & amat Deũ, qñ cõuertitur ad ipſum. Rñdet̃, ꝙ obſcurũ eſt quid intendat D. Tho. ĩ hoc: nobis tñ videtur dicendũ, ꝙ via generationis, non ſit ordo prioris, & poſterioris ĩmediate ĩter ipſos habit', ſed ratione actuum ad quos ordinãtur, ſicut ĩ puero baptizato; vel cũ quibus, vt cũ diſpoſitionib' generãtur habit' ſicut ĩ adulto qui iuſtificatur cum proprijs actibus: & quãuis aliquãdo ſint ſimul iſti actus virtutũ theologicarũ; tñ poteſt quis habẽs tres habitus, vti vno tãtũ habitu credendo, vel ẽt duob' ſperãdo. & ita videtur eſſe aliqua differẽtia inter ipſos habit' & actus. Circa ſecundã concluſionẽ quęritur, an ordine perfectionis ſpes ſit prior fide, ſicut caritas præcedit fidem, & ſpem? Reſpondetur primo; certa res eſt, ꝙ qui habet ſolam fidem ſine ſpe, eſt imperfectior, quam qui hẽt ſpem. quia iſte neceſſario habet fidem, & ſperat: & quemadmodum ille qui hẽt ſcientiam, eſt perfectius diſpoſitus quam ille qui tantum hẽt intellectum principiorum; ita qui habet ſpem, eſt perfectius diſpoſitus, quam qui habet ſolam fidem. Vnde dico ſecundo, quod videtur nobis probabile, ꝙ fides eſt perfectior ſpe. Rõ eſt, quia fides reſpicit Deum ſecundum ſe, magis quam ſpes, eo ꝙ fides reſpicit veritatem, & auctoritatem diuinam; ſpes aũt reſpicit Deum, vt propriũ bonũ ipſius hominis, a quo ſperat beatitudinẽ: vnde ĩ ratione virtutis theologicę videtur fides excedere ſpẽ. Item, ſuppoſito ꝙ vtraq; ſit informis ſine caritate; videtur ꝙ illa ſit potior, q̃ fundamẽtũ eſt alterius, ſed fides definitur ab Apoſt. ꝙ ſit ſubſtantia rerũ ſperandarũ: ergo fides eſt potior ſpe, ſicut definitio rei eſt potior quã paſſio quę ſequitur eſſentiã. Dico tertio, ꝙ nihilominus ſpes ẽm aliquã rõnẽ pt dici forma fidei; tũ, qa diſponit ad caritatẽ, p quã formatur fides; tũ ẽt, qa facit pſeuerare ĩ fide, vt docet D. Th. 2. 2. q. 4. ar. 7. ad 2. Deniq. ꝓ intelligentia doctrinę D. Th. ad 3. lege illũ 2. 2. q. 17. ar. 2. vbi dicit, ꝙ ꝓpriũ & principale obiectũ ſpei eſt beatitudo ęterna. Ex quo poſſumus colligere, ꝙ amor beatitudinis ęternæ, ſecũdũ ꝙ eſt bonũ ꝓpriũ, nõ elicitur a caritate via generationis, ſed eſt amor cõcupiſcẽtiæ, nõ amicitię, quẽ neceſſario pręſupponit ſpes. q qd' ẽt amor poteſt eſſe ĩformis, ſicut eſt ĩ peccatore ſperãte vitã ęternã; nihilominus eſt amor ex diuino auxilio ꝓcedẽs, ſicut pia affectio volũtatis eſt donũ Dei, quã præſupponit fides ẽt informis. Notandũ tñ, ꝙ in hac te caritatem, poteſt ẽt ille amor beatitudinis ęternę eliciti a caritate. ſicut .n. põt homo ex caritate velle ꝓximo ſuo vitam ęternã, ita ſibi ordinando tamẽ ſe in Deũ, vt in vltimum finẽ. Sed de hoc in 2. 2. in materia de caritate, & ſpe.

Verũ & idẽ ordo habitus & actus virtutis in ſe.

Primo vnsl.

Prima.

D. Thom.

Platonici.

Auicēna.

Ariſt.

Secunda.

Tertia.

Quarta.

QVAEST. LXIII.

De cauſſa virtutum, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum virtus inſit nobis a natura.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Virtus eſt in nobis a natura, ſecundũ inchoationem & aptitudinẽ; nõ ſecundũ perfectionẽ, quę per exercitiũ & laborem acquiritur. Pro huius concluſionis expoſitione adducit D. Th. tres opiniones philoſophorũ, q eadẽ ratione loquũtur de generatione virtutũ, & ſciẽtiarũ, ſicuti de generatione formarũ naturaliũ. Quidã .n. philoſophi dixerũt omnes formas naturales ab intrinſeco prouenire; ita ꝙ formę naturales nõ ꝓducuntur de nouo, ſed ĩcipiũt in materia apparere. Alij dixerũt omnes formas naturales de foris aduenire, ſcilicet a ſubſtãtia ſeparata. Alii aſſeruerũt, formas partũ eſſe ab intrinſeco, quatenus ſcilicet præexiſtunt in potentia materię; & partim ab extrinſeco, quatenus reducuntur ad actũ per agẽs. Eodẽ pacto de virtutibus, & ſciẽtiis philoſophabãtur. Nam Platonici dixerunt, oẽs virtutes præexiſtere in anima; eas tamen grauitate corporis ĩpediri, ne ſe ĩ operationes ſuas exerãt; Auicenna dixit, omnes virtutes ex influẽtia ĩtelligẽtię agẽtis in nobis ꝓduci; Ariſt. autẽ multo verius docuit, ꝙ formę naturales efficiũtur ab agẽti naturali, ex potẽtia, & aptitudine materię: affirmat nãq; in 2. Eth. in principio, virtutes ineſſe nobis a natura ſecũdum inchoationem & aptitudinem, non autem ſecundum perfectionem.

Secũda cõclusio. Hęc aptitudo ad virtutẽ eſt nobis naturalis ex natura ſpeciei humanæ, & ex natura ĩdiuidui. Ex natura quidẽ ſpeciei, quoniã ĩeſt nobis naturaliter habitualis q̃dã cognitio principiorũ, tã in ſpeculabilib' quã ĩ agibilib', rurſus ĩeſt naturalis inclinatio voluntatis ad bonũ. Ex natura vero indiuidui, quoniã ex complexione corporis quidam ſunt magis apti, vel minus diſpoſiti ad virtutem.

Tertia concluſio. Virtutes partĩ ſũt à natura, partĩ labore noſtro cõparãtur. Hæc liquido colligitur ex ꝑdictis.

Quarta concluſio. Virtutes theologicæ totaliter ſunt ab extrinſeco: nam nõ habemus aptitudinem naturalem ad finem ſupernaturalem.

EXPLICATIO ART.

IN hoc arti tria ſũt neceſſaria. In primis certũ eſt, ꝙ virtutes ſecũdũ pfectionẽ, & conſummationẽ nõ ſunt nobis a natura: qñã id qd eſt a natura, eſt cõmune oĩb' hominibus, & nõ tollitur p peccatũ. ꝑp quod dicunt vniuerſi Theologi cũ D. Dion. c. 4. de diui. nom. naturalia mãſiſſe integra in dæmonibus poſt peccatum. Sed virtus non eſt communis omnibus hominibus, & tollitur per peccatum: ergo non eſt a natura. Deinde, natura eſt determinata ad vnum: ſed virtutes ſecundum perfectionẽ & conſumationem diuerſimode operantur ſecundum diuerſas materias, & circumſtantias, & habent vim in oppoſita: ergo non ſunt nobis a natura. Confirmatur: nã illud qd eſt naturale, nunquam aliter aſſueſcit; lapis nunquã aſſueſcit ad motũ ſurſum; ignis nunqua aſſueſcit ad locum ĩferũ. Sed virtutes aſſueſcunt, ſic vel aliter pro diuerſitate circũſtantiarũ: ergo non ſunt nobis naturales. Sed videtur ꝙ iſtæ rationes non ſint validę: nã licet optime cõcludant de virtutib. moralib' & actibus quę ſunt principia variarũ operationũ ſecundũ varias circũſtantias, & materias; ſed nõ cõcludunt de habitu primorum principiorũ; nec vero de ſcientijs. Nam habitus primorum principiorum ſemper eodem modo operatur, nempe cognitis terminis ex lumine naturali.

Virtutes ſecundum perfectionẽ & conſummationem non ſunt nobis a natura.

Dion.

Obiectiones Prima & Secunda.

Rurſus, ſcientia eodē modo ſemper operatur, nempe demonſtrando concluſionē ex principijs : ergo. Confirmatur: nam in angelis, & in Deo ſunt virtutes connaturales. Certe angeli nō acquirunt virtutes, & ſcientiā, per diſcurſum & ratiocinationē ſicuti homines, ſed eas a principio ſuæ conditionis inſitas habent. Tertia. Præterea, licet natura angeli nō ſit determinata ad vnū modū intelligendi, aut amandi, hñt nihilominus virtutes inſitas a natura: ergo licet natura humana nō ſit determinata ad vnum modū operandi, poterit habere virtutes a natura inſitas.

Solutio. Ad hoc dicendum eſt, quod actus habitus primorum principiorum, & vniuerſæ ſciētię, conſiſtit in affirmatione, & negatione: ac ſubinde in quadā compoſitione: hęc vero compoſitio ab intellectu diuerſimode efficitur: nā aliter ſciētia cōponit in materia remota, aliter in materia neceſſaria; aliter ĩ Dialectica; aliter ĩ Phyſica. Prętere a primorum principiorum intellectus aliter componit cū iudicat contradictionem non poſſe eſſe veram; aliter cū iudicat omne totum eſſe maius ſua parte, & hominē eſſe animal rationale: quamquā de habitu primorū principiorum poſſemus facile dicere, quod non eſt perfecta virtus, ſed ĩchoatio virtutis. Illud vero quod de angelis adducitur, ita pſuaſit Domino Caieta. in hoc articulo, vt dicat, ꝙ in angelis nō eſt habitus intellectualis, nec reſpectu principiorū, nec reſpectu cōcluſionum ſuperadditus ſpecieb. ĩtelligibilibus: & quoniā ſpecies intelligibiles ſunt naturaliter inſitæ angelis, vt optime demonſtrat D. Th. 1. p. q. 55. art. 1. conſequens eſt, quod habitus intellectuales ſunt naturaliter inſiti angelis; non autē in nobis, qui paulatim, & per diſcurſum ſciētias acquirimus. Hæc ſententia Domini Caie. quantum ad illud quod dicit, ꝙ ſcientiæ ſint naturaliter angelis inſitæ, veriſſima eſt; quantum vero ad illud quod dicit, ſcientiam a collectione ſpecierum non eſſe diſtinctam, falſa eſt: nam ſupra multis argumentis oſtendimus, ſciam ab ſpecieb. eſſe diſtinctam.

Caiet. D. Tho.

Dicendum itaq; eſt pro confutatione argumenti, ꝙ natura angelica, ex eo ꝙ non eſt determinata ad vnū modū operandi, indiget virtutibus ſuperadditis, vt ad bonū determinetur; ex eo vero, ꝙ non acquirit ſuā perfectionē p diſcurſum, hēt eas ĩſitas a natura: qd in nobis nō cōtigit.

Secundo, certiſſimum eſt virtutes eſſe in nobis a natura ſcdm quandam inchoationem, & aptitudinem: eſt nāque nobis a natura infuſum quoddā virtutis ſeminariū, vt patet ex illo Pſalm. Signatum eſt ſuper nos lumen, &c. & ex illo Ioan. Erat lux vera, quæ illuminat omnē hominem venientem in hunc mundum, &c. & Rom. 2. Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt, & oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus eorū. de qua re vide D. Auguſ. ſuper Pſal. 57. in principio: & D. Hiero. ſuper Eſa. c. 24. Tertio, certiſſimū eſt uirtutes theologicas totaliter ab extrinſeco prouenire, & de foris, quam veniunt ex munere & dono Dei, ſicut demonſtratum eſt copioſe in quæſtione præcedenti. Sed ex hoc naſcitur duplex dubitatio p difficilis; quō ſit uerū quod dicit D. Tho. in hoc art. quod nō eſt aptitudo naturalis ad gratiā, & caritatem, & ad uirtutes theologicas: nā infra q. 113. art. 10. dicit expreſſe, ꝙ rōnalis anima eſt naturaliter capax gratiæ, & caritatis: ex quo colligitur, iuſtificationē impij, in qua cōfertur grā, & caritas, nō eſſe miraculoſam; quia in aīa eſt naturalis capacitas ad gratiā & caritatē. Huic ſniię uidetur eſſe conſentaneum illud, quod ex Aug. ſolet adduci poſſe habere fidē & caritatem, naturę eſt hominum,

Pſal. 4. Ioan. 1. Rom. 2. Aug. Hiero. Verū ſit aptitudo naturalis ad gratiā. Prim. argu.

Secundum. Præterea, gratia & caritas, qñ infunduntur de nouo, nō creantur, nec ueniunt de foris, ſed educuntur de potentia aīæ: ergo falſum eſt dicere, ꝙ totaliter ab extrinſeco proueniant. Probatur antecedens: nā illa forma educitur de potentia materiæ, q̄ dependet in fieri, & cōſeruari ab ipſa materia, ut plane conſtat ex phyſicis: ſed gratia & caritas cum infunduntur, cū ſint accidētia, dependent in fieri, & conſeruari ab ipſa aīa: ergo educuntur de potētia aīę: nō ergo totaliter veniunt de foris. Vltimo, ſnīa eſt bonorum Theologorū, ꝙ in nobis eſt ĩclinatio, & aptitudo naturalis ad vidēdū Deum, qui eſt finis ſupernaturalis: ergo in nobis eſt inclinatio naturalis ad uirtutes theologicas, q̄ ſunt media neceſſaria ad uidendū Deū. Ex quo cōſequēs eſt, ꝙ iſtæ uirtutes ſint nobis naturales ſcdm inchoationē, & aptitudinē. Præterea vl̄, & eſt ſecunda dubitatio, ꝙ iſtæ virtutes theologicę ſint naturales hoīb. tū in ſtatu innocentiæ, tum in ſtatu beatitudinis; atq; ĩ Chriſto Dño. Quod in ſtatu innocentiæ fuiſſent naturales, ſic oſtendo. Nā in illo ſtatu hoīes fuiſſent nati in iuſtitiā originali; iuſtitia vero originalis, ſine gratia exiſtere nō pōt: ergo fuiſſent nati in gratia. Ex quo conſequēs eſt, ꝙ fuiſſent nati cū virtutib. theologicis, & infuſis, q̄ ſemper gratiā ipſam comitantur. Et cōfirmatur: nā tunc habuiſſent uirtutes illas p actum generationis: ergo fuiſſent naturales. Certe quēadmodū nō naſcimur natura filii iræ, & contrahimus peccatum originale hr̄editariū; ſic tunc naſceremur natura filii Dei, & cōtraheremus iuſtitiā hr̄editariā. Quod uero in ſtatu beatifico pdictæ uirtutes ſint naturales, ſic pbo. Nam ex Dei uiſione clara, & aperta, cōſequutio naturali ſequitur amor, ſic, ut dicāt Theologi, ꝙ beatus uidens Deū, nō pt nō amare Deū: ergo caritas beatis naturalis eſt & neceſſaria. De Chriſto uero idē demōſtro: nā ex grā vnionis, naturali ſequela ſequebatur grā habitualis; ex qua rurſus ſequebātur vniuerſæ uirtutes, ut optime dicit S. Th. 3. p. q. 7. art. 1. & 2. Vt iſtę dubitationes exponātur, ſit prīm. cōcl.

Vtrum uirtutes theologicæ ſint naturales ſecundum Chriſtum, & homini in ſtatu innocentiæ. Prim. arg. Confir.

Virtutes theologicæ ſunt diuinitus infuſæ, & inſpiratæ. Hæc concluſio in præcedenti qōne ſatis demonſtrata eſt.

D. Thom. Prima concl. Virtutes theologicæ nō infunduntur ſecundum capacitatem naturalem.

Secunda conclu. Virtutes theologicæ non infundūtur nobis ſcdm capacitatē, aut aptitudinē naturalē, ſed ſcdm uoluntatē Spiritus ſancti, diuidētis ſingulis pout vult. Patet hoc ex illo Ioā. Spiritus, ubi uult ſpirat. & 1. Cor. 12. Hęc oīa operatur unus & idē ſpūs, diuidēs ſingulis pout vult. & ad Eph. Vnicuiq; data eſt gratia ſcdm menſurā donationis Chriſti. & Rom. Vnicuiq; ſcdm mēſurā fidei, quā Chriſtus donauit. Præterea, pbatur euidenti rōne: nā uirtutes theologicę excedunt facultatē naturæ, ut hēt fides Catholica: ſed id quod excedit facultatē naturæ, nō eſt connaturale, nec habetur ex principijs naturæ: ergo pdictæ uirtutes ſolū habentur ex inſpiratione Spūs ſancti. Ter. concl. In nobis nō eſt aliqua potentia, aut aptitudo naturalis ad virtutes theologicas; nā nemo pōt ex uirib. naturæ iſtas virtutes adipiſci, ut hēt ſana doctrina contra Pelagiū: ergo non eſt potentia naturalis ad eas obtinendas. Patet cōſequentia: nā potētia miraculorum ea de cā naturalis nō eſt, qa per facultatē naturæ obtineri non pōt. Deinde, potentia naturalis ea eſt, q̄ per agens naturale ad actū reduci pōt in materia. n. iō eſt potentia naturalis ad formam ignis qa p agens naturale ad actū reduci pt, in ĉlo uero non eſt potētia naturalis ad calorē, qa per agens naturale ad actum iſtū reduci non pt. ergo non eſt potentia naturalis ad iſtas uirtutes. Præterea, nā ita cōparatū eſt, ꝙ ubicūque eſt potentia naturalis paſſiua receptiua, eſt potentia naturalis actiua; ſed non eſt potentia naturalis actiua ad virtutes theologicas faciendas, vt conſtat: ergo nō eſt potentia naturalis ad uirtutes theologicas. Hæc, & alia id genus argumenta, pſequitur optime Dñs Caiet. ad finem primæ partis, in qōne ſpeciali de potentia naturali ad actus ſupernaturales. Hanc ueritatē teſtatur paſſim ſanctæ ſcripturæ, q̄ iſtas uirtutes in ſolā diuinā uoluntatē, & gratuitā donationē reducunt. Quarta cōcl. Virtutes theologicæ non poſſunt eſſe cōnaturales ulli creaturæ creatę, nec creabili. Probatur: nā id qd̄ excedit facultatē naturæ, nulli creaturę pōt eſſe connaturale, nec ex principijs naturę acqſitū; ſed uirtutes theologicæ, ut dictū eſt, ſunt huiuſmodi: ergo. Rurſus, id quod eſt ſuperioris ordinis, non pt eſſe connaturale inferiori ordini; ſed uirtutes theologicę ſunt ſuperioris ordinis & diuini, & q̄dā participationes naturę diuinæ: ergo inferiori creaturę nō poſſunt eſſe connaturales. Vltimo id eſt cōnaturale, qd̄ ex principijs naturę puenit; ſed uirtutes theologicę non poſſunt puenire ex potentia naturali, ſed ex ſola Dei gratuita beneuolentia: ergo nulli creaturæ pōt eſſe naturales. Quin. cōclu. Virtutes theologicę ueniunt oīno de foris, & de ſuper nobis, ut ſp ſit uerum illud qd̄ dicit Iacob. Oē datum optimum, & omne donum deſurſum eſt, &c. Et pbatur eadē rōne: nam quattuor ſunt, rōne quorū poſſunt Theologi imaginari, ꝙ uirtutes theologicę nobis infundantur. Primū, eſſentia aīę cū potentiis. Scdm, actus liberi arbitrii ex facultate nāę pueniens. Tertiū, actus liberi arbitrii ex Dei adiutorio pductus. Quartū, diuina voluntas diuides ſingulis

Secunda concl. Ioan. 3. 1. Cor. 12. Ephes. 4. Rom. 12.

3. concl. In nobis non eſt naturalis potentia ad uirtutes theologicas.

Caiet.

Quar. conclu. Virtutes theologicæ nulli creaturæ poſſunt eſſe connaturales.

Quinta concl. Iacob. 1.

ſingulis prout vult. Virtutes Theologicæ non infunduntur ſecundum capacitatem naturalẽ, vt ſupra diximus: nec vero ſecundum actum liberi arbitrij ex facultate naturæ acquiſitũ: hoc enim ſentire, eſt Pelagianũ. Quamquam vero prædictæ virtutes infundantur ſecundum actũ liberi arbitrij ex Dei adiutorio productũ, non tñ hoc probat, ꝙ nõ veniant de foris: immo cõtrarium perſuadet: nã hoc diuinum adiutoriũ diuidit Deus ſingulis put vult: ergo tandẽ in ſolã diuinam voluntatem iſtæ diuinæ virtutes reducendæ ſunt.

Pri. con.

Soluũ. argu. ad primum.

Ad argumenta primæ dubitationis, ad primum reſpondetur, ꝙ D. Th. loco illo loquitur de potentia remotiſſima: & ſignificat, ꝙ in natura humana eſt capacitas ad gratiã & caritatẽ: eſt enim homo conditus ad imaginem & ſimilitudinem Dei quæ capacitas non inuenitur in brutis, nec in rebus inanimis. Conſimilem ſñiam habet Aug. li. de prædeſtinatione Sanct. ca. 5. cum dicit: Poſſe habere fidem, & caritatem, naturæ eſt hominum.

Aug.

Vel dicendum eſt, ꝙ Deus ab initio conſtituit creaturã rationalem, ad ordinem gratiæ eſſe eleuandã. Et hũc ordinem appellauit D. Th. naturalem, quoniam fuit inditus ab exordio naturæ humanæ, & toti naturæ humanæ, quam appellationem non meruiſſet, ſi tãtum Deus inſtituiſſet ordinem rerum naturalium. Vltimo dicendũ eſt, ꝙ cum homo ex natura ſua ſit capax gratię, & ad eãdem ſe diſponat diligendo, credendo, collocatio gratiæ non dicitur miraculoſa, ſicut ſuſcitatio mortui, ad quã materia de ſe nihil adiuuat.

ad ſecundũ

Ad ſecundum argumentum reſpõdetur, ꝙ vt aliqua forma educatur de potentia materiæ, nõ ſat fuerit ꝙ dependeat in fieri, & conſeruari a materia: ſed pterea reqritur, ꝙ in materia ſit potentia naturalis ad illã formam: nã educi de potentia materiæ, eſt incipere eſſe in actu in materia, q̃ prius erat in potẽtia materiæ: & ideo nihil valet argumentum, quia in anima non eſt potentia naturalis ad gratiam.

ad tertium

Ad tertium rñdetur, ꝙ illa ſñia eſt falſa (ſicut ego exiſtimo) de qua re ſolet dubitari. 1. p. q. 1. arg. 1. & q. 12.

Reſp. ſecun.

Secundo, dato ꝙ illa ſñia ſit vera, non ſeqtur ꝙ ſit inclinatio naturalis ad media neceſſaria, q̃ ſunt virtutes Theologicæ: nã illæ finis eſt ſupernaturalis in aſſecutione, & ideo non eſt mirum ꝙ media ſint omnino ſupernaturalia; ſicut animaduertere eſt in corporum reſurrectione. reſurrectio namq; eſt naturalis ex parte termini, & obiecti: aĩa. n. exuta corpore deſiderat ſuũ corpus: ſed qm̃ eſt ſupernaturalis ex parte aſſecutionis, & ex parte principij actiui, non ſunt media neceſſaria in natura ad illã efficiendam.

ad Argum. ſecũd. dub. ad primum

Ad arg. ſecundæ dubitationis, & ad primũ rñdetur, ꝙ homines in illo ſtatu naſcerentur cum iuſtitia originali, & cũ grã, & cũ oĩb virtutib. infuſis, vt argumentum probat; ceterum illæ virtutes non eſſent naturales: nã non prouenirent ex principijs naturæ, ſed ex munere, & Dei grã: inſtituerat namq; Deus conferre gratiã, & virtutes infuſas animæ rõnali, continuo atque corpori infunderetur, & id ex dono ſuo.

ad ſecundũ

Ad ſecundũ, de ſtatu beatifico, rñdetur, cõcedẽdũ eſſe, ꝙ ex Dei viſione clara, & aperta, naturali ſequela ſequitur amor: ex hoc vero non ſequitur, ꝙ caritas ſit naturalis animæ nr̃æ: nã nõ prouenit ex principijs naturæ, ſed ex lumine gloriæ, quod eſt donũ Dei excellentiſſimum. Conſimilem ſolutionẽ habet argumentum illud de Chriſto Dño. Nã dicendũ eſt, ꝙ illæ virtutes non erãt cõnaturales animæ Chri Dñi: nõ enim proueniebãt ex principijs naturæ intrinſecis, ſed ex gratia vnionis, quę eſt donum ſuper omne donum.

Caiet.

Vtrum vero intellectus habens lumen gloriæ, naturaliter videat Deũ, & hñs caritatẽ, naturaliter amet Deũ, ſicut aqua calefacta naturaliter calefacit; hanc qõnem eruditiſſime explicat Cai. 1 p. q. 12. art. 5. dicẽs, ꝙ hñs caritatẽ, vt ſic, naturaliter diligit Deũ: nã non minus naturaliter habitus caritatis inclinat ad ſuum actum, q̃ ceteri habitus, ceterum ſi ſit ſenſus, ꝙ ex viribus naturæ, ſine dono Dei, diligat Deum ſuper oĩa dilectione ſupernaturali, hæreticũ eſt, & Pelagianum, & condemnatum in Cõcilio Mileu. & Arauſi.

Examinatur prior concl. D. Th. argu Diony.

Sed adhuc contra 1. conc. D. Tho arguitur. Intellectus .i. habitus primorũ principiorũ, numeratur inter virtutes intellectuales; & tñ nõ inchoatiue ſed cõſumate eſt habitus inditus naturaliter: ergo nõ eſt vniuerſalis concluſio D. Th.

Confir.

Confirmatur: nam ſyndereſis eſt etiam habitus perfectus primorum principiorum practicorũ; & tñ eſt a natura inditus pfecte ergo.

ad argum.

Rñdetur ad argumentum, primo concedendo maiorẽ, & negando minorem. nã habitus primorum principiorũ conſumatur per aliquid acquiſitũ ſ. per ſpecies intelligibiles abſtractas a ſingularib. vt docet Ariſ. Secundo rñdetur, ꝙ non eſt inconueniens concedere, ꝙ aliqua virtus intellectualis ſit nobis a natura conſumata in ſua ſpecie, & eſſentia, quę tñ non eſt virtus ſimpliciter q̃ bonum facit habentẽ, neque vſum bonũ.

Ariſ. 2 poſteriorum.

ad confir.

Ad confirmationẽ aũt rñdetur, ꝙ ſynderesis eſt habitus quidam intellectualis iudicatiuus circa vniuerſalia principia, & neceſſaria: & iſto modo eſt virtus intellectualis, ſicut habitus primorũ principiorũ ſpeculatiuus. Poteſt ſecundo conſiderari ſyndereſis, vt eſt quidã habitus moralis, i. ad inclinationẽ bonam voluntatis ordinatus: & ſic non eſt ſimpliciter virtus moralis, ſed eſt inchoatio virtutis moralis, & veluti ſemen ad virtutes morales acquirendas. Et ratio huius eſt manifeſta, qa virtus ſimpliciter moralis dẽt eſſe habitus cũ ratione electiuus, vt iã in pcedentib. ſatis explicatum eſt: at vero ſine prudentia non eſt perfecta electio: vnde ſola ſyndereſis non facit electionem, et pſuppoſita bona intẽtione naturali voluntatis circa bonũ ſm rationem in communi: quamobrẽ ſyndereſis non habet rationem virtutis moralis ſimpliciter, ſicut ipſa prudẽtia, licet ſyndereſis ſit pfectior prudẽtia in rõne virtutis intellectualis, eo ꝙ eſt circa neceſſaria; prudentia vero circa contingẽtia. Itẽ eſt alia ratio quare ſyndereſis non ſit virtus ſimpliciter dicta, ſeu moralis: qa bonum virtutis moralis cõſideratur circa particulares actiones, & circumſtãtias, quatenus virtus præſtat facultatem ſufficientem ad vbiq;, & ſemper recte agendum, ſyndereſis autem eſt per ſe facultas quædam ad bonum ſecundum rationem in communi iudicandum, & ad faciendam bonam intentionẽ voluntatis ad bonum virtutis in communi.

ART. SECVNDVS.

Vtrum aliqua virtus cauſetur in nobis ex aſſuetudine operum.

SVMMA TEXTVS.

Prior Conclu. Virtutes quæ ſunt ſecundũ rõnem naturalẽ, & quæ non ſuperant facultatẽ naturæ, acquiruntur exercitio & aſſuetudine operum. Hanc in argumento, ſed cõtra, probat D. Th. Nam ex Diuo Dionyſ. 4. capitulo de diuin. nominib. bonum fortius eſt quam malum: ſed ex malis actib. cauſſat habit⁹ vitiorũ: ergo multo magis ex actibus bonis po

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum virtus infuſa poſſit eſſe cum peccato mortali.

IN ſolutione ad ſecundum inquit D. Th. ꝙ virtus infuſa, præſertim ſi in ſua pfectione conſideretur, non compatitur ſecum peccatum mortale.

argum.

Contra hoc eſt argm̃. Fides, & ſpes ſunt virtutes infuſę, & nõ cõpatiũtur ſecum peccatum mortale: ergo. Reſpondetur, ꝙ propterea D. Th. dixit; maxime ſi in ſua perfectione conſiderentur iſtæ virtutes infuſæ; quia ſciebat ꝙ in peccatore manet fides & ſpes, ſecundum veram rationem habitus infuſi, non autem in rõne virtutis.

Obiectio.

Sed contra. Sequitur ꝙ non ſit differentia inter virtutes acquiſitas, & infuſas, quãtum ad hoc ꝙ ſecum compatiantur peccatum mortale, vel non compatiãtur. Probatur ſequela: quia virtus acquiſita, adueniente peccato mortali amittit rationem virtutis, ex eo quod non facit bonum habentem ſimpliciter, ſed tantum manet in ratione cuiuſdam habitus acquiſiti.

ſolutio.

Ad hoc reſpondetur, ꝙ differentia inter virtutes infuſas, & acquiſitas, hæc eſt, quod virtus infuſa, natura ſua ſeqtur ex gratia infuſa; virtus aũt acquiſita generatur

ex actibus potentiarum naturalium, et quo ſequitur, ꝙ peccatum mortale non ſit ſimul cum virtute infuſa, quã tum eſt ex parte principij, & radicis ipſius virtutis infuſæ, q̃ eſt gratia: vnde ſicut homo per peccatum mortale amittit gratiam, non qa effectiue corrumpat gratiã, ſed demeritorie: ita & amittit omnes habitus virtutũ infuſorum, quantũ eſt ex parte peccati demeritorij. & ita mereretur hõ ꝙ Deus auferret ab illo omnes habitus infuſos, & fidei & ſpei, niſi Deus ſua miſericordia voluiſſet ſeruare habitũ fidei infuſæ, & ſpei, vt hõ poſtea facilius conuertatur. at vero virtus acquiſita ex noſtris actibus non corrumpitur demeritorie, ſed efficienter; & nõ per vnũ actũ peccati mortalis, eo ꝙ habitus cõtrarius virtuti non introducitur per vnum actum. & ita differentia poſita conſiſtit, quãtum eſt ex parte habitus inſuſi, vel acquiſiti ſecundum modum generationis vtriuſq; habitus: aliunde tñ põt cõtingere, ꝙ maneat fides etiam infuſa ſine gr̃a, & cũ peccato mortali. Verũ aũt ſint veræ virtutes in peccatorib. ſine caritate, in q 65. art. 2. d. cetur; vbi & explicabitur dictum Aug. qđ eſt primo in argumẽto D. Th. ſ. quod omnis vita infidelium eſt peccatum.

Poſt. con.

Vtrum peccata contra virtutes theologicas vitari poſſint ſine gratia argu.

Præterea arguitur contra illud quod dicit D. Thom. in eadem ſolutione ad ſecundum, videlicet eſſe quædã peccata mortalia, quæ homo ſine gratia nullo poteſt vitare modo; & hæc ſunt q̃ directe opponuntur virtutibus Theologicis. Vr̃ hoc falſum: nã poteſt homo qui ſemel recepit fidẽ, credere, & implere præceptũ fidei in peccato mortali exiſtens: ergo poterit vitare peccatum cõtrarium fidei ſine gr̃a. Item, infideles negatiue, ſ. qui nihil audierunt de Euangelio, non peccant peccatum infidelitatis, ſed excuſantur: ergo ſine gr̃a poteſt aliquis vitare peccatum infidelitatis. Itẽ, ſi de facto audiat infidelis Euangelium, & credat, põt vitare peccatum infidelitatis ſine gratia: quia ſuppono quod vult manere in fornicatione, & recipit fidem; vitat etiam peccatum deſperationis, ſiquidem non deſperat, & peccatum odij, quod directe opponitur caritati: & tamen eſt ſine gratia.

ſolutiones.

Reſpondetur, quod D. Tho explicationem huius aſſertionis remiſit ad ea q̃ dicenda ſunt in materia de gr̃a; nunc autem breuiter dicimus, q; nomine gratiæ nõ intelligimus neceſſario gratiam gratum facientem, ſed poteſt intelligi gratuitũ Dei auxilium, ſine quo nemo põt credere: & ad vitandum peccatũ infidelitatis eo tpe quo tenetur homo credere, eſt neceſſarium auxilium ſupernaturale pro illo tempore quo tenebatur recipere Euangelium. Ceterum de ſpe & caritate non vr̃ eſſe eadem rõ; nam poteſt quis non ſperare actu, nec diligere Deum actu, quando ſibi primo proponitur Euangelium, & tñ homo non propterea deſperat, vel odio habet Deum: ergo ſine gr̃a auxilij ſupernaturalis vitat odiũ Dei, & deſperationem. Poſſumus autem ſecundo reſpondere, q̃ D. Thom. intellexit per peccata quæ contrariantur virtutib. Theologicis directe, non ſolum illa quæ poſitiue contrariantur, ſicut deſperatio, & odium; ſed etiam illa q̃ opponuntur per omiſſionem actus virtutis Theologicæ; per quã quidẽ omiſſionẽ directe tranſgreditur hõ pceptum affirmatiuum caritatis, & ſpei: quod quidem homo nõ poteſt vitare ſine gratia Dei vel auxiliante, uel gratũ faciente.

Conclusio

Circa ſolutionẽ ad tertium notat Caieta quomodo D. Tho. innuerit, ꝙ in omni generatione virtutis ſemper eſt nobilius generans virtutem, q̃ ipſa virtus. Sed tñ nos aduertimus, ꝙ iſta nobilitas non eſt ſemper in genere cauſæ vniuocæ: nam ſynderesis aliqd nobilius eſt quam prudentia; & tamen ſynderesis non habet rõnem virtutis ſimpliciter dictæ, q̃ bonum facit habentem, cum ſit in homine vitioſo valde, ſed eſt aliqd nobilius ĩ genere intellectualis habitus, inditus ab auctore naturæ; qui qdem ſimul cũ naturali inclinatione voluntatis ad bonum, ſecũdum rationem in communi, poteſt cauſſare habitum virtutis per actus inchoatos cum aliqua difficultate a potentijs naturalib.

Caie.

terunt actus virtutũ cauſſari. In corpore vero eandem cõcluſionẽ explicat ex eo, quod bonum hominis cõſideratur ſecũdum quod attingit debitam regulam: quę quidem duplex eſt. ſ. ratio humana, & lex diuina. Virtus autem quæ ordinatur ad bonũ hominis naturale, & regulatur rõne humana, poteſt ex actibus humanis cauſſari, in quantũ huiuſmodi actus procedunt a ratione, ſub cuius poteſtate & regula tale bonum conſiſtit.

Poſterior concluſio. Virtutes quæ ordinantur ad finẽ, rationem humanam excedẽtem, & quæ ordinant hominẽ ad bonum ſecundũ quod modificatur per legem diuinam, non acquirũtur ex noſtris operib. ſed ſolum ex infuſione, & operatione Dei. Probatur ex definitione, quã iis virtutibus adaptauit D. Aug. li. 2. de lib. arb. ca. 18. & 19. vbi dixit; virtutem eſſe quam Deus in nobis, ſine nobis operatur.

ARTI. TERTIVS.

Vtrum aliquæ virtutes morales ſint in nobis per infuſionem.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio. cuius ratio eſt: quoniam ſicut virtutes morales, & intellectuales, quæ ex noſtris actibus acquiruntur, procedunt ex quibuſdam principiis naturalibus in nobis præexſiſtentib. ita diuinitus infunduntur nobis quædam aliæ virtutes ad finem ſupernaturalem; quæ ita ſe habẽt ad virtutes theologicas, ſicut morales, & intellectuales ad principia naturalia virtutum. Nam virtutes Theologicæ nos ordinãt ſufficienter in finem ſupernaturalem ſecundum quandam inchoationem ad ipſum Deũ immediate; ſed per alias virtutes infuſas perficitur anima circa alias res, in ordine tamen ad ipſum Deum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

De qõne huius articuli diſputant Doct. in 3. d. 33. & Sco. d. 26 q. vni. ar. 3. ſub dubio relinquit hãc qõnẽ. Dur. vero d. 33. q. 6. vehementer affirmat iſtas virtutes eſſe otioſas, & de medio tollẽdas: & probat. Nam iſtæ virtutes infuſæ nõ ſunt neceſſariæ ad vitam Chriſtianã: ergo ſuperfluæ. Antecedens probatur: nã p virtutes Theologicas ſufficienter ordinamur; per virtutes humanitus acquiſitas, quatenus a caritate ordinantur, & referuntur in finem ſupernaturalem.

Scot. *Du. an.* *argum. contra concluſionem. Pri. arg.*

Secundo, virtus moralis infuſa, & acquiſita in hoc potiſſime diſtinguuntur, ꝙ infuſa operatur circa bonũ diuinum; acquiſita vero circa bonum humanę rationi conforme: cum ergo a caritate iſtæ virtutes referantur in bonum diuinum, aliæ virtutes otioſæ ſunt.

ſecundum.

Præterea, ſi virtutes morales eſſent ponendæ, eſſent pſtantiores q̃ virtutes acquiſitæ: ſed hoc falſum eſt. ergo. Maior probatur: nam ſunt diuini ordinis, & ex Dei munere veniũt: ea vero q̃ Deus immediate operatur, ſunt pſtantiora ijs quæ intermedijs cauſſis operatur: ſicut patet in miraculo de vino Ioan. 2. & in ſanitatibus quas pficiebat Dominus Ieſus. Minor probatur, nã puer baptizatus, cui ſecundum iſtã ſententiã, iſtę virtutes infuſæ infundũtur, cũ peruenit ad vſum rationis, magnã difficultatem ſentit in operibus virtutum, quã nõ ſentiret ſi haberet virtutes acquiſitas. Idẽ dicendũ eſt de adulto, cui, cum iuſtificatus, infundũtur omnes iſtę virtutes de

tertium. *Ioan. 2.*

ſuper, qui tandem ſentit multam difficultatem in operando, quam non ſentiret ſi haberet uirtutes acquiſitas.

Quartum. Quartò; ſit homo nequã, & in ſceleribus multũ uerſatus: ſi conuertatur, ad ueram pœnitentiam, iſte adhuc hẽt habitum intemperantiæ, & iniuſtitiæ: nã per vnum actũ non diſſipantur habitus præcedentes: ergo nõ hẽt per infuſionem, temperantiã & iuſtitiam: nam iſti habitus repugnant inter ſeſe, & manifeſte contradicunt.

Vltim. Vltimo, fortitudo, & tẽperantia infuſæ, uel conſtituuntur ad moderandas paſſiones tantum; uel ad moderandas paſſiones propter finem ſupernaturalem. Primum dici non poteſt: nam uirtutes acquiſitæ moderantur ſufficienter paſſiones: nec uero ſecundum: nam ad hoc officium ſatis eſt fides, aut caritas, quæ uirtutes acquiſitas in finẽ ſupernaturalem referant.

Temeritas eſt negare uirtutes morales infuſas. In huius rei expoſitionem eſt prima propoſitio. Adeo eſt conſentaneum ſanctis ſcripturis, Conciliis, & Patribus, eſſe uirtutes morales diuinitus infuſas, ut eas negare ſit ingens temeritas. Hæc concluſio demonſtrata fuit ſupra quæſtion. quinquageſimaprima, artic. quarto, cum de habitibus infuſis ageremus.

Secunda propoſitio. Certum eſt ſecundum fidem catholicam, quod eſt aliqua uirtus moralis infuſa, præter uirtutes theologicas: nam pœnitentia non eſt uirtus theologica, ſed moralis, ut aperte conſtat: hanc autem docet fides catholica non poſſe haberi, niſi ex munere, & inſpiratione diuina.

Tertia concluſio. Videtur mihi certum ſecundum fidẽ catholicã, quod prudentia, religio, continentia, ſint uirtutes infuſæ. De prudentia ſic oſtendo ex illo Pſal. Qui docet hominem ſcientiam, & uerum: Beatus quem tu erudieris Domine. & Iacob. 1. Qui indiget ſapiẽtia, poſtulet a Deo. & ad Rom. 8. prudentia carnis, mors eſt; prudentia ſpiritus, vita eſt. Et eſt euidens ratio: nam prudentia de præceptis ſupernaturalibus ſeruandis non poteſt eſſe humanitus acquiſita: ergo eſt infuſa. De religione uero ſic demõſtro. Nam Rom. 8. dicit Paul. non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed accepiſtis ſpiritũ filiorum, in quo clamamus; Abba pater. Et idem ad Galat. 4. & Roma. 8. iterum dicit. Nam quid oremus, neſcimus ſicut oportet, ſed ipſe ſpiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Et Apoſtoli dixerunt; Doce nos orare. Ex quo conſequẽs eſt, quod religio quæ docet nos orare, uirtus infuſa eſt. De continentia uero quod ſit uirtus infuſa eſt inſigne teſtimonium Sap. 8. Cognoui optime quod nemo põt eſſe cõtinens, niſi tu dederis. Propter qd dicebat Aug. Continentiam iubes: da quod iubes, & iube quod uis.

(Margin: Pſal. 93. Iac. 1. Rom. 8. Rom. 8. Gal. 4. Sap. 8. Aug.)

Quarta concluſio. Quod ſint uirtutes morales infuſę, eſt multum conſentaneum diuinæ Theologiæ; & rationi. Rationes ad iſtam concluſionem demõſtrandam ſunt optimæ. In primis ea, quam adducit S. Thom. in articulo, quem legite. Secunda ratio eſt; quoniam medium quod eligit uirtus infuſa, tota ratione eſt diſtinctũ a medio quod eligit uirtus acquiſita. ergo requirit diuerſam uirtutẽ. Probatur antecedens, tum, quoniam temperantia acquiſita eligit tẽperate comedere ad tuendã ualetudinem, ſicut ratio humana dictat; infuſa uero eligit temperate comedere, ut corpus ſubdatur ſpiritui propter regnum cęlorum. Certe alia ratione ſunt tẽperati & fortes philoſophi, & alia rõne Chriſtiani martyres. propter quod dicit D. Cyprian. in ſermone de cęna Domini; Nec terreant crucifixi hæredes mortis ſupplicia, ſed potius paſcant, & reficiant maturæ reſurrectionis gratulabũda ſollemnia. Tum uero; quoniam medium quod eligit temperantia acquiſita, eſt conſentaneũ rationi humanæ; medium uero temperantiæ infuſæ uidetur ſtultitia, ſi ratione humana examinetur: propter quod dicit Paul. Animalis hõ non percipit quæ Dei ſunt: ſtultitia. n. eſt illi quod ſpiritualiter examinatur. Tertia ratio eſt, quoniam per uirtutes acquiſitas operatur homo ut filius huius ſęculi, per uirtutes uero infuſas operatur ut filius alterius ſęculi, & cęleſtis Hieruſalem: quãtum diſtant iſtæ reſpublicæ inter ſeſe, tantum inter ſeſe uirtutes diſcernuntur. Quarta ratio eſt. nam uirtutes morales permanẽt in patria cęleſti, ut docet Auguſt. & omnis Theologorum ſententia. ergo ſi puer repente baptizatus ab hac uita demigret in patriam cęleſtem, habebit uirtutes morales, non acquiſitas: ergo infuſas. Vltima ratio eſt. nam fides ſupernaturalis nõ ſolum docet ueritates ſupernaturales, ſed etiam naturales. nam ſcientia rerum naturalium non poteſt haberi a nobis, niſi per longum temporis ſpatiũ, & admixta multis erroribus. ergo Deus non ſolũ infundit uirtutes theologicas circa bonum ſupernaturale, ſed etiam uirtutes morales circa bonum morale. nam iſtæ uirtutes morales acquiruntur per multum temporis ſpatium; & admixtæ multis erroribus. Et confirmatur. nam multi publicani, & multæ meretrices ſubito in religione Chriſtiana facti ſunt in omni genere uirtutum perfecti, ut cogamur dicere; hæc mutatio dexteræ Excelſi: ergo euidens argumentum eſt quod infunduntur diuinitus.

(Margin: Cyprian. 1. Cor. 2. Auguſt.)

Argumenta ſolut. ad primum. Ad argumenta; & ad primum negatur antecedens: immo ſunt neceſſariæ multis titulis, quos commemorauimus in probationibus quartæ concluſionis. Ad probationem in contrarium reſpondetur, quod licet caritas poſſit referre, & multoties referat uirtutes humanas in finẽ ſuum, hoc eſt multum remote, & cum magna difficultate. nam actus uirtutum acquiſitarum ſunt improportionati ad finẽ ſupernaturalem: oportet ergo conſtituere uirtutes infuſas, quæ ſunt inſtrumenta proportionata ad finem ſupernaturalem. Itaque ſicut fides, prudentia, & finis ſunt ſupernaturalia; ita uirtutes ſunt ſupernaturales; maxime cum iſtæ uirtutes infuſæ uerſentur in multis caſibus, ad quos humana prudentia non ſe extendit.

Ad ſecundũ argumentũ eadem eſt adhibenda ſolutio. ad ſecundũ.

Ad tertium argumentum concedo, quod ſunt multo perfectiores. Et ad probationem in contrarium dicendum eſt cum D. Thom. 3. p. q. 69. ar. 4. ad 3. quod uirtutes infuſæ perfectius inclinant potentias ad ſuos actus. ſed quia gratia & baptiſmus non auferunt impedimenta fomitis, & paſſionum, & concupiſcentiæ; hinc prouenit, quod homo baptizatus, cum peruenit ad uſum rationis, ſentit multã difficultatẽ. In uirtutibus uero acquiſitis contra ſe res habet. nam conſuetudine, & exercitio uicta ſunt cõtraria; & ideo hõ ſtudioſus facile & iucunde operatur. Vnde dico, quod uirtutes infuſæ in anima noſtra, ſunt ſicuti arma Saulis, quibus Dauid non potuit occidere Philiſthæum, quẽ poſtea occidit in funda, & lapide: certe uirtutes infuſæ non adeo congruunt naturæ humanę. Profecto ſi argumẽtum Durandi aliquid valeret, probaret etiam quod puer baptizatus non habet fidem infuſam. nã cum peruenit ad uſum rationis, ſentit magnam difficultatem in credẽdo. De confutatione huius argumenti uide D. Thom. in q. de uirtutibus in communi, ar. 10. ad 14. & 15. argumẽtum. ad tertium. D. Thom. D. Thom.

Ad quartum argumentum reſpondetur, quod cum homo iuſtificatur, incipiunt langueſcere uitia, & habere ſtatum diſpoſitionis: diſpoſitio uero bene poteſt eſſe ſimul cum habitu perfecto. Deinde dicendum eſt, non eſſe incõmodum quod contraria in gradibus remiſſis ſimul exiſtant. Vltimo dico, quod uirtutes infuſæ non ſunt eiuſdẽ ſpeciei cum uirtutibus acquiſitis, quibus contrariantur habitus uitioſi. ad quartum

Ad ultimum reſpondetur, quod uirtutes infuſæ ſunt neceſſariæ; tum, ratione obiecti: nam obiectum uirtutis infuſæ diſtinctum eſt ab obiecto uirtutis acquiſitæ, ut ſtatim explicabitur; tum uero, ratione medij, & ratione finis, ſicut ſupra expoſitum eſt. ad ultim.

Verum fortitudo & temperãtia infuſæ ſint in appetitu ſenſitiuo. Eſt aliud dubium; Verum fortitudo, & temperantia infuſæ, conſtituantur in appetitu ſenſitiuo; an potius in uoluntate. Videtur hoc ultimum eſſe tenendum. Nam iſtæ uirtutes uerſantur circa bonũ diuinum, & ſupernaturale, quod ſenſu comprehendi non põt, & cuius appetitus ſenſitiuus capax non eſt. Confir. arg. Confirmatur. nam nulla potentia poteſt eleuari extra latitudinẽ ſui obiecti. ſed obiectũ appetitus ſenſitiui eſt bonum ſenſibile. ergo non poteſt eleuari ad bonum diuinum, & ſupernaturale. ergo non indiget ijs uirtutibus, ut ad hoc bonum determinetur. His nõ obſtantibus, ueritas eſt, quod iſtæ uirtutes in appetitu ſenſitiuo commorantur: nam fortitudo infuſa ponit mediũ ſupernaturale inter audacias, & timores, quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo. Rurſus, temperantia infuſa conſtituit medium ſupernaturale inter delectationes carnis, cibi, & potus, quæ in appetitu ſenſitiuo ſedem habent. Ex dictis patet, quod iſtæ uirtutes uerſantur circa bonum ſenſibile, ſed ſupernaturale, & plane diuinum.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

Marſil.

IN hoc articulo ſciendum eſt, quod Marſyl. in quarta, quæſtione decima, poſt quintam concluſionem, negat concluſionem Diui Thomæ, & dicit, quod iſtæ uirtutes infuſæ non diſtinguuntur ſpecie a virtutibus acquiſitis. Ex quo ſtatim infert, ꝙ ſi hõ adultus, præditus uirtutib. moralib' baptizetur, nõ habet per infuſionem uirtutes morales: nã ſunt eiuſdem ſpeciei cum acquiſitis; & duo accidẽtia ſolo numero differentia, in eodem ſubiecto exſiſtere non ualẽt. ſed quoniã paruuli, cum baptizantur, carent uirtutibus acquiſitis, quas niſi longo tempore comparare nõ poſsũt, propterea Deus qui dat omnibus affluenter, infundit illis uirtutes infuſas, quas longo tempore comparare debebant; ſicut infudit Adamo uniuerſas rerum ſcientias. Et adducit in huius rei confirmationem ſimilitudinem non ineptam. Sicut, inquit, fides non ſolũ oſtendit ueritates ſupernaturales, ſed etiam ueritates naturales, ꝙ Deus ſit unus, immutabilis; quas hõ longo tẽpore addiſcere debebat: ergo Deus non ſolum infundit uirtutes ſupernaturales, ſed etiam morales, quas homines longo tempore comparare debebant. Sed hæc ſententia eſt falſa nimis; & ſententia D. Thom. uera ualde. Nam ex ſententia Marſylij ſequitur ꝙ iſtæ uirtutes infuſæ nõ corrumpuntur, corrupta caritate per unũ peccatum mortale, ſicut nec acquiſitæ: quod aſſerere, falſum eſt, contra omnes ponentes uirtutes infuſas. Et uidetur eſſe contra diuinam Theologiam: nam ſecundum diuinam Theologiam homo peccator eſt imprudentiſſimus: ergo non habet prudentiam infuſam. rurſus: ergo non habet uirtutes infuſas. Deinde ſequitur ex iſta opinione, quod quando puer baptizatus peruenit ad uſum rationis, & dat operam uirtutibus acquirendis, iſtæ uirtutes acquiſitæ cõrrũpant uirtutes infuſas: nam cum ſint eiuſdem ſpeciei, non poſſunt eſſe ſimul in eodem; uel ſaltim ſequitur, ꝙ non acquirantur uirtutes acquiſitæ: qđ eſt contra euidentem experientiã. Vltimo, prudentia infuſa differt ſpecie a prudentia acquiſita, ut conſtat ſine probatione: ergo uirtus infuſa differt ſpecie ab acquiſita. Ad idem demonſtrandum ualent oĩa argumenta quæ adducta ſunt in ſuperiori articulo: inſuper ualent rationes euidẽtes huius articuli. Ex hac doctrina ſequitur, ꝙ actus uirtutis acquiſitæ, & infuſæ, differunt ſpecie; ſiquidem uirtutes ſpecie differunt.

Vtrum uirtutes infuſę augeantur per ſuos actus effectiue.

Sed in hoc articulo dubitari ſolet; Vtrum per actus elicitos a uirtutibus infuſis, augeantur ipſę uirtutes, non ſolum per modum meriti, ſed etiam ut a cauſſa efficiente: quæ quæſtio, quamuis ſupra ſit ex parte agitata, nunc plane examinabitur.

Primũ arg.

Argumentor primo pro parte affirmatiua. Homo efficienter concurrit ad productionem gratię iuſtificantis: ergo ad habitus qui conſequuntur gratiam. Patet conſequẽtia: nam qui dat formam, dat ea quæ conſequũtur ad formam. Et probatur antecedens. Homo efficienter concurrit ad actus fidei, ſpei, & caritatis, & contritionis: ergo ad gratiam ipſam. Antecedẽs patet: quia illi ſunt actus uitales. Probatur conſequentia: quia illi actus ſunt ultima diſpoſitio ad gratiam iuſtificantem: ergo ſi homo attingit ad ultimam diſpoſitionem, efficienter cõcurret etiam ad ipſam formam ſaltem introducẽdam in ſubiecto; quemadmodũ homo dicitur generare hominem, & attingere efficienter ad unionem animæ cum corpore; quia attingit ad ipſam ultimam diſpoſitionem ad formam.

ſecundum.

Secundo arguitur. Eſto ita quod illi habitus a ſolo Deo infundantur ut a cã efficiente; tamen poſtquam homo iã eſt perfectus cũ ipſa gratia, & uirtutibus, nihil obſtat quominus p actiones proprias procedentes a uirtutib. ipſis infuſis, efficienter augeat ipſas uirtutes infuſas. Quod probatur a ſimili dupliciter. primo, nã quãuis homo nõ poſſit mereri ſua iuſtificationé: tamen ſecũdum fidem eſt certũ, quod poſtquã homo eſt iã perfectus per gratiam, & uirtutes, põt mereri augmentũ gratiæ, & uirtutũ: ergo pari rõne & ſi non poſſit efficere gratiã, & uirtutes efficienter, poterit tamen efficere augmentum gratiæ, & uirtutum. Item probo alio ſimili in naturalibus: nam quamuis homo nõ poſſit eſſe cã efficiens ſuæ generationis, poteſt tamen eſſe cã efficiens ſui augmenti: ergo pari rõne, quamuis homo nõ poſſit eſſe cã efficiens ſuæ generationis ſpiritualis, poterit tamen eſſe cã efficiens augmẽti in eſſe ſpirituali.

Ariſto. 3. polit. c. 3.

tertium.

Tertio argumentor. Homo effectiue concurrit ad ſuã beatitudinem, quæ conſiſtit in uiſione Dei: quæ quidem eſt ab intellectu creato, informato lumine gloriæ, tãquã a principio effectiuo: ergo poterit cõcurrere effectiue ad gratiam, & ad augmentum eius, & etiam ad ipſos habitus uirtutum agendos. Probatur conſequentia; quia gloria eſt gratia conſummata. ergo ſi ad gratiam conſummatam concurrit homo effectiue, multo magis poterit concurrere ad gratiam initiatam, & imperfectam.

quartum.

Quarto arguitur. Ablutio baptiſmalis aquæ efficienter concurrit ad gratiam efficiendam, uel augendam in uirtute Spiritus ſancti principalis agentis: ergo actus caritatis multo melius poterit concurrere efficienter ad augmẽtũ gratiæ, & uirtutum in uirtute Spiritus ſancti agentis principalis. Probatur conſequentia: quia talis actus nõ eſt minus, ſed magis aptus ut eleuetur ad talem efficientiam ſupernaturalem. Ad cuius rei maiorem intelligentiam ſit prima concluſio.

Prim. conc. ſententia auctoris.

Non eſt error quod homo efficienter concurrit mediantibus actibus liberi arbitrij ex diuino auxilio ad gratiã, & uirtutes producendas, & augendas. Probatur primo; quia nõ datur aliquis locus, aliqua auctoritas, uel ratio ad oſtendendum hunc eſſe errorem. Secundo; quia in Concilijs, & in Scriptura ſacra, & Sanctis, ſolum negatur meritum noſtrum ad iuſtificationem, & infuſionem gratiæ: non autẽ negatur efficientia, ita ut oppoſitum ſit error.

Conc. Trid.

Tertio, quia in Conc. Trid. Seſſ. 6. c. 5. dicitur, ꝙ iuſtificatur hõ aſſentiendo libere gratiæ Dei mouentis, & cooperando diſponitur; & ꝙ hõ nonnihil agit recipiendo diuinam inſpirationem. Et canone 4. anathematizatur q dixerit liberum arbitrium hominis nihil cooperari, ſed mere paſſiue ſe habere ad iuſtificationẽ: non igitur alienum eſt omnino a ſana doctrina, aliquã efficientiam liberi arbitrij ad infuſionem gratiæ ponere. Neq; tñ definitio Cõcilij ita accipienda eſt, ꝙ motus liberi arbitrij efficiat iuſtificationem, uel infuſionẽ gratiæ; ſed ſenſus eſt, ꝙ illa efficientia, ſiue cooperatio liberi arbitrij eſt neceſſaria, tãquam diſpoſitio ad ipſam gratiam, & iuſtificationem.

Secũ. conc.

Secunda concluſio. Nihilominus aliquid habet temeritatis affirmare, quod nos efficienter cõcurrimus ad generationem uirtutum ſupernaturaliũ, ſcilicet fidei, ſpei, & caritatis,

ART. QVARTVS.

Vtrum virtus acquiſita ſit eiuſdem ſpeciei cum infuſa.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio

COncluſio eſt negans: quam Diuus Thom. probat hac ratione. Habitus diſtinguuntur ſpecie ſecundum ſpeciales, & formales rationes obiectorum: virtutes autem infuſæ habent diuerſam rationem ab acquiſitis; cum illarum bonum regula diuina modificetur; harum vero, regula rationis: differũt ergo ſpecie. Deinde alia ratione habitus etiam ſpecie differunt ſecũdũ ea ad quę ordinãtur: nõ enim eſt eadem ſpecies, ſanitas hominis, & equi, propter diuerſas naturas ad quas ordinãtur: ſecundũ quẽ modum dixit Ariſt. diuerſas uirtutes ciuium eſſe, ſecundũ quod ad diuerſas politias bene ſe habent. & ſecũdum iſtã rationem etiam uirtutes infuſæ ab acquiſitis differũt ſpecie; quoniam per illas bene ſe habẽt homines ad hoc ut ſint ciues ſanctorum, & domeſtici Dei; per has autem optime ſe habẽt ad res humanas.

caritatis,

charitatis. Probatur ex definitione Aug. quæ acceptatur ab oib. Theologis ſcholaſticis, quà Deus in nobis operatur .i. ſine nobis efficientibus, nõ ſine nobis cõſentientibus.

Tert. cõc. Nõ eſt contra gratiam dicere uirtutes infuſ. augeri a nobis efficienter.

Tertia concluſio. Aſſerere, ꝙ augmentum uirtutum iſtarum ſit a nobis efficiẽter, ſicut meritorie, nihil habet contrarietatis. Patet, quia D. Auguſt. non negat in ſua definitione, quod nos efficienter poſſimus augere uirtutes; ſed quod poſſimus generare.

Quar. concl. Quarta concluſio. Per diuinam potentiam fieri põt, ut actus humani aſſumantur a Deo, ut inſtrumenta effectiua gratiæ, & uirtutũ, & augmenti ipſarum. Probatur, quia de facto aſſumuntur ad talẽ efficientiam ſacramenta, q̃ ſunt res ſenſibiles corporales: ergo põt aſſumi actus humani.

D. Tho. Confirmatur ita eſſe, quia D. Th. 3. p. q. 89. art. 1. ad primũ docet, ꝙ ipſa pœnitentia, ſcđm quod eſt pars ſacramenti, effectiue eſt cauſſa gratiæ, & iuſtificationis: & tamen ipſa contritio eſt actus humanus; & confeſſio, & ſatisfactio.

Quin. concl. Quinta conc. De facto Deus nõ aſſumit actus noſtros uniuerſaliter, ut ſunt actus uirtutis, ſicut inſtrumenta ad efficiendum habitum, uel augendum. Et quidem ꝙ non ad efficiendum, patet ex Aug. definitione, quam Deus in nobis, ſine nobis operatur. ergo nõ concurrimus inſtrumentaliter cum ipſo Deo ad infuſionẽ gratiæ, & uirtutũ. Probatur, quia alias non uerificaretur, quod Deus in nobis, ſine nobis operatur, ſicuti nõ uerificatur, ꝙ Deꝰ ſine ſacramento iuſtificat paruulum, eo quod ſacramentũ eſt cauſſa efficiens inſtrumentalis: at ꝙ nec ad augmentum cõcurrant actus noſtri, ut inſtrumenta, dicetur ad quartũ.

Sexta cõclu. Cã principalis qua ſit. Sexta cõcluſio. Non eſt poſſibile, ut homo, uel angelus, de potentia Dei abſoluta ſit cauſſa principalis gratię effectiua, & uirtutum ſupernaturalium. Et notandũ pro explicatione huius concluſionis, quod cã principalis dr̃ illa, quę agit per propriam formam, p quam eſt in actu, & cui aſſimilatur effectus, quamuis ad talem actionem cõcurrat alia cã ſuperior, uerbi gratia, ignis eſt cã principalis ad generãdum ignem, etiam ſi Sol ſit cã principalior, & Deus principaliſſima. Secundo notandum, eſſe impoſſibile, ut effectus ſit perfectior cã ſua ſecũdum, ꝙ ab illa procedit: poteſt tamen effectus eſſe perfectior ſua cã inſtrumentali, ſicut imago perfectior eſt ipſo penicillo. His ſuppoſitis, demonſtratur ſexta concluſio. Omnis cauſſa efficiens agit in quãtum eſt in actu p propriam formam cui aſſimilatur effectus, ſed nullus homo, uel etiã angelus poteſt eſſe in actu per aliquam formam cui aſſimiletur effectus, q eſt habitus gratię, uel caritatis. ergo &c. Probatur minor. Habitus gratiæ non præſupponit aliam formam in homine, niſi naturam rationalem, quæ ſe habet, ut ſubiectum capax gratiæ. ergo nulla forma poteſt pcedere, q̃ ſit principium efficiens gratiæ. Et ſi dicatur, quod aliã formam poteſt Deus conferre homini ante gratiam, quæ ſit primum principium efficiens gratiæ; Cõtra. Nulla forma eſt creabilis, quæ non ſit gratia Dei, q̃ poſſit eſſe tam bona, ſicut gratia. probatur, quia gratia eſt, p quam efficimur formaliter participes diuinę naturę, & filij Dei adoptiui: ergo nulla forma poterit eſſe, quæ magis nos eleuet, uel æqualiter eũ ipſa gratia. Solus ergo Deus põt eſſe cauſſa principalis efficiens gratiæ, & uirtutum quæ gratiam cõſequuntur; creaturæ uero poſſunt aſſumi ſicut cauſſa inſtrumentalis, ſicut ipſa ſacramenta aſſumuntur.

Obiectio. Sed contra hoc eſt argumentum. Anima Chriſti eſt cã efficiens noſtræ gratiæ, per gratiã quam habet habitualẽ cui aſſimilantur ipſi gratificati: ergo eſt cã principalis, licet ſecundaria.

Solutio. Reſpondetur ad hoc primo, ꝙ nr̃a propoſitio intelligitur ita, quod nulla creatura in ſeipſa põt efficere gratiam. Secũdo rñdetur, & melius, ꝙ anima Chriſti, ſiue Chriſtus in quantum homo, id eſt, ſecundum humanitatem perfectam oĩbus gratiis infuſis, non eſt cã principalis noſtræ gratiæ efficiens, ſed inſtrumentalis, & miniſterialis; quamquam ſit excellentiſſimũ inſtrumentum, ſcđm quod eſt coniunctum uerbo. Dei perſonaliter.

D. Tho. Hæc doctrina patet ex D. Tho. in 3. p. q. 64. art. 3. cuius rõ eſt: quia ipſa gratia, & uirtutes infuſæ non ſunt, ſcđm ſpeciem ſuam effectiuæ qualitates per actionem tranſeuntẽ alterius gratiæ, uel aliarum uirtutum ſimilium in altero ſubiecto: nam ſi hoc illis conueniret, ſcđm propriam ſpeciem, ubicũque eſſent, poſſent eũdem effectum operari: ſicut calidum efficit calidum in ſubiecto receptiuo caloris, ita homo gratus poſſet aliũ gratificare: ergo gratia habitualis Chriſti hẽt efficere noſtrã gratiam, ſicut inſtrumentum Verbi diuini, ſicut & ipſa humanitas Chriſti cui inhæret gratia.

Corollar. Ex quo ſequitur unum corollarium notandum, ꝙ gratia non facit nos immediate, & per ſe primo ſimiles ipſi Chriſto, ſed Deo, cuius diuinæ naturę ſumus participes per gratiã, & hæredes Dei, cohæredes aũt Chriſti; erit tñ Chriſtus Dñs cã exemplaris nr̃æ iuſtificationis: quemadmodum ſi faber ferrarius uno malleo utitur ad faciendũ alium ſimilem; tunc malleus ille quo utitur, ut inſtrumentum, nõ eſt cã efficiens principalis alterius mallei, & quamuis malleus effectus euadat ſimilis priori malleo, hoc eſt per accidens, quantum attinet ad efficiẽtiam ipſius inſtrumenti propriam; ſed euadit ſimilis, qa utercq; aſſimilatur ideæ, q̃ eſt in mente artificis. Potuit tñ ipſe artifex conſiderare malleum pexiſtentem, ut quoddã exemplar alterius fabricandi, & ita malleus præexiſtens, ſcđm q erat in mente artificis, eſt cã exemplaris. & p hunc modum Chriſtus Dñs, in quantum homo, non ſolũ hẽt miniſterium excellentiæ; ſed eſt uera cã exemplaris, quatenus Deus intendit nos illi aſſimilari, & conformes fieri imagini filij ſui; ut ipſe ſit primogenitus in multis fratribus. Præterea, Chriſtus eſt cã moralis nr̃æ iuſtificationis, & non tantum inſtrumentalis; ſed cã meritoria principalis noſtræ iuſtificationis, quo pacto nos ſumus cã principalis meritoria augmenti gratiæ, & uirtutum. Præterea probatur eadem propoſitio a ſimili. Homo nũquam potuiſſet acquirere ſcientiã & uirtutes, niſi in hominis natura pexiſteret aliqua forma, quę ſit principiũ ſufficiens, ut per exercitium potentiarum acquiratur ſciẽtia, uel uirtus, ut præcedit habitus primorum principiorum, & ſynderesis ad acquirendam ſcientiam, & uirtutes: ergo nullo modo homo poteſt acquirere gratiam, & uirtutes ſupernaturales per ſuos actus efficiendo habitus.

De augmẽti cauſſa in uirtutibus. Ariſt. 2. Eth. Septima concl. Neq; etiam ad augmentum gratiæ, & uirtutum infuſarum põt homo concurrere, ut cã efficiẽs principalis. Probatur primo; qa ſecundum Ariſt. habitus augentur per eoſdem actus, ex qbus generantur: ſed nõ põt generari per noſtros actus. ergo nec augeri. Secundo ſic, habitus primorum principiorum, tam ſpeculatiuus, quam practicus, non põt augeri per noſtros actus, eo ꝙ ſunt inditi ab ipſo auctore naturæ; ergo nec habitus infuſi; quia ſunt inditi ab ipſo auctore gratiæ. Tertio pbatur: nã habitus infuſus ſi augmentum recipit, neceſſe eſt, ut pexiſtat ſaltem prius natura, aliqua forma, q̃ ſit principiũ efficiens tanti augmenti: ſed nulla talis põt in nobis pcedere reſpectu habitus augendi: ergo a nobis efficiẽtibus nõ põt augeri habitus infuſus. Probo minorẽ: nã ſi qua forma pcederet ſufficiens, illa eſſet gratia habitualis; ſed illa nõ eſt ſufficiens, quia ipſamet eſt augenda: ergo non põt eſſe principiũ efficiens talis augmenti. Colligamus ergo, ꝙ ſolus Deus, aut Chriſtus Dñs, in quantũ Deus, eſt cã principalis efficiens ipſius habitus, gratiæ, & uirtutum ſupernaturalium, & augmenti earũdem uirtutum; nos autem per noſtros actus mereri poſſumus augmentum gratiæ, & uirtutum, ueluti cauſſæ morales principales, de quo merito infra, q. 71. dicendum eſt.

Soluũtur argumenta. Ad primum argu. Ad argumenta rñdetur, ad primum, negando antecedens: & ad probationem negatur conſequentia: & rõ eſt, quia illi actus noſtri nihil producũt, ſed ſunt diſpoſitiones in genere cauſſę materialis ad recipiendam gratiam. Itẽ, quamuis nos efficienter concurramus ad illos actus, & illi ſint ultima diſpoſitio ad gratiam; tamẽ non ſequitur inde: ergo cõcurrimus efficienter ad diſpoſitionẽ ad gratiam. rõ eſt, quia illi actus non ſunt diſpoſitiones ad gratiam, ut ſunt a nobis; ſed quatenus ſunt ab ipſo Deo, & ad gratiã ordinantur ab ipſo. Cuius rõ eſt; quia nos nõ habemus aliquam formam, uel eſſentiam per quam poſſimus tribuere noſtris actibus, ut attingant ipſam gratiã, uel unionẽ eius ad animã: quia ipſa gratia, uel unio eius ad animã, eſt aliquid excellentius quam quæcũq; alia forma; quæ in nobis præintelligitur exiſtere. Neq; illud ſimile, de homine attingente unionẽ animæ ad corpus per generationẽ, aliquid concludit: quia homo generans eſt actuatus per animã rationalẽ, in cuius uirtute producit

diſpon-

diſpoſitiones ſufficientes ad unionem animæ ad corpus, & ita homo generat hominem. Ita ēt in generatione ſpirituali, Deus ſolus eſt Pater noſter, ſicut cauſſa efficiens; quia eſt Deus per eſſentiam, & pōt generare Deum per eſſentiam.ſ. Filium naturalem; & Deos per participationem. ſ. adoptiuos filios per gratiam adoptionis.

ad ſecundū & tertium. Ad ſecundum patet quid dicendum ſit ex doctrina ſeptimæ concluſionis.

Ad tertium rñdetur negando cōſequentiam. Et ad probationem rñdetur, ꝙ beatitudo, ſiue gloria, dr̄ gratia conſumata, non identice, ſed cauſſaliter, q̄a eſt cōſumatio gratiæ: item, quia beatitudo ipſa eſt eſſentialiter nr̄a operatio, & ideo debet eſſe efficienter a nobis: at uero gratia pertinet ad ipſum eſſe diuinum. quare nō poteſt eſſe efficienter a nobis.

Conclus. Ariſt.

Ad quartum reſpondetur, ꝙ probat quartam concluſionem noſtram. Quod autem de facto Deus nō aſſumat actus noſtros, ut inſtrumenta ad augmentū gratiæ, quod in quinta concluſione diximus, non aliunde poteſt probari, niſi quia hoc dependet ex libera uoluntate Dei, & non reuelauit nobis ſe ita facere; neq; ratione Theologica id pōt colligi, niſi de ſola contritione, vel confeſſione ut ſunt partes ſacramenti pœnitentiæ. Neq; tamen ſi de facto eſſemus inſtrumenta per actus noſtros ad efficiendum augmentum gratiæ, eſſet magna dignitas hominis; cum hoc ipſum de facto communicetur ipſis ſacramentis. Verum eſt tamen, ꝙ eſſe inſtrumentum coniunctum hypoſtatice Verbo Dei, eſt magna dignitas: & tale inſtrumentum eſt ſanguis Chriſti, & humanitas eius per vnionem ad Verbum.

Quomodo ſint diuerſæ uirtutes, ciuium. Deniq; in hoc art. circa id quod dicit D. Tho. ꝙ diuerſæ ſunt virtutes ciuium, ſecundum quod bene ſe habent ad diuerſas politias, vide quæ ſupra diximus. q. 60. ar. 5. ad 2. ubi explicatum eſt, ꝙ virtus moralis ſecundum ꝙ a iuſtitia legali imperatur, accipit nomē iuſtitiæ legalis. Sed difficultatem hēt, quomodo ſint diuerſæ ſpecie uirtutes ciuium, ſecundum ꝙ bene ſe habent ad diuerſas politias, id eſt ad diuerſas reſp. cōſtitutas p diuerſam gubernationem. Et rō dubitādi eſt: nā temperatus, & fortis in una rep. non neceſſe hēt acquirere alias virtutes, qñ tranſit ad aliam remp. ergo non differunt ſpecie iſtæ virtutes, ſm ꝙ ad diuerſas politias ordinantur. Notandū ē, ꝙ uirtus boni viri eadem eſt qua bene ſe hēt ad oēs politias; ſed virtus boni ciuis uariatur in ordine ad diuerſas

Ariſto. politias: docet. n. Ariſ. 3. Poli c. 3. & D. Th. ibidem lectione 3. ꝙ non eſt eadem uirtus boni uiri, & boni ciuis. Nā uirtus boni ciuis conſiſtit in hoc, ꝙ conuenienter faciat officium ſuum, & miniſterium ciuile in ordine ad finem gubernationis reip. ſicut bonus nauta dr̄, qui bene facit officium ſuum in ordine ad ſalutem nauis: & tales virtutes variantur p ordinem ad diuerſas politias, quemadmodum ēt alia eſt ars gubernandi nauim; alia gubernandi triremem. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi hoc modo intelligamus Ariſt. virtus boni ciuis, ut ſic, non eſt virtus ſimpliciter dicta. Altero modo poteſt explicari. ſ. ꝙ ipſæmet uirtutes morales, quatenus induunt rōnem iuſtitiæ legalis, variātur ſpecie, ſm ꝙ per illas bene nos habemus ad diuerſas politias. Sed tunc neceſſe erit dicere, ꝙ ipſa iuſtitia legalis eſt alia uirtus eſſentialiter; & alia in ordine ad diuerſas politias. & per iſtum modū bene verificatur, quod dicit D. Tho. in artic. ſ. virtutes morales infuſas differre a virtutibus moralibus acq̄ſitis, p hoc, ꝙ ordinantur ad diuerſam politiam, nimirum ad politiam regni cęlorum. Quare neceſſe eſt, ꝙ ipſa iuſtitia legalis huius politiæ diuinæ plus differat a iuſtitia legali acq̄ſita, q̄ virtutes morales infuſæ, a uirtutibus moralibus acq̄ſitis, q̄a per ordinē ad iuſtitiā legalem accipitur iſta differentia uirtutū.

Sed eſt ſciēdū, ꝙ de actibus uirtutum infuſarum ſolent variæ pertractari q̄ſtiones. In primis tractatur; Vtrum actus virtutis infuſæ diſtet ab actu uirtutis acquiſitæ, non ſolum i genere moris; ſed ēt in genere naturę. Hæc q̄ſtio explicata fuit ſupra. q. præcedēti ar. 2. & definitū eſt, ꝙ differūt nō ſolum in genere moris; ſed etiā in genere naturę: recolite, q̄ ibi diximus. Rurſus ſolet inueſtigari; Vtrum idem actus numero poſſit prodire ab utraq; uirtute, infuſa, & acquiſita. Hæc dubitatio ex pcedenti ſolutionem hēt. Nam ſi actus differunt in genere naturæ, impoſſibile eſt, ꝙ idem actus numero ab vtraque virtute proficiſcatur. Prętereа ſolet tractari; Vtrum ex actibus uirtutum infuſarum generetur in nobis aliquis habitus perſimilis virtuti infuſæ. ſed de hoc copioſe ſupra queſt. 51. artic. 4.

QVAESTIO LXIII.

De proprietatibus uirtutum in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum uirtutes morales conſiſtant in medio.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās: quam in argumēto; ſed contra, probat D. Thom. auctoritate Ariſt. 2. Eth. c. 6. ubi dicit, uirtutē eſſe habitum electiuū, in mediocritate conſiſtentē In articulo uero idipſum probat ex eo, ꝙ bonū cuiuſlibet mēſurati, & regulati cōſiſtit i hoc quod conformet ſuæ regulæ; vñ bonum uirtutis moralis cum menſuretur rōne, tāquā regula, conſiſtit in adæquatione ad menſurā rōnis; adęquatio aūt iſta eſt ęqualitas, ſiue conformitas inter exceſſum, & defectum. Virtus ergo moralis in medio conſiſtit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Examinatur concluſio articuli. Ad primum argu. Dubium eſt de iſta cōcluſione: nam apparet, ꝙ aliquot virtutes morales nō ſunt in medio, ſed in extremo. In primis, humilitas Chriſtiana eſt in extremo: peccari enim pōt cōtra humilitatem ſuperbiendo; ſed non pōt peccari p exceſſum: quanto enim quis humilior eſt, tāto melior eſt: vnde Luc. 14. dicit Dominus: Recumbe in nouiſſimo loco. & Eccel. 3. Quanto maior es, humilia te in omnibus. Lucæ 14. Eccle 3.

Secundum. Deinde, in uirtute pœnitentiæ non poteſt peccari per exceſſum: per defectum quidem peccatur, quando homo non conteritur ſicuti oportet; ſed per exceſſum non cōtingit peccare: nam quanto quis plus de peccatis dolet, tanto melior eſt coram Deo.

Tertium. Tertio, virtus iuſtitiæ nō conſiſtit in medio inter duo uitia extrema; ſed tantum habet unum uitium extremū, nempe iniuſtitiam: nam quomodocūque ab æqualitate diſcedas, iniuſtus es.

Argumenta ſecundo loco poſita. Prim. argu. Sed vr̄ maioribus argumentis, quod nulla virtus moralis conſiſtat in medio. Nam ſi uirtus moralis conſiſtit in medio ad iſtum ſenſum, quod nec excedat, nec deficiat; conſequens eſt, quod conſiſtat in indiuiſibili: quod vr̄ affirmare Ariſt. 2. Eth cap. 3. dicens eſſe difficile viuere ſm uirtutem; ſicut difficillimum eſt attingere ſcopū, vel centrum in circulo inuenire. Ex quo ſtatim colligit, quod malum eſt infinitum; bonum uero finitum, & determinatum: nam aberrare ab ſcopo contingit infinitis modis; recte uero attingere ſcopum, uno tantum modo. Ex eodem principio colligit Ariſ. circa finem c. 6. quod virtus eſt ſimplex omnino; uitium omnigenum: ergo ſi virtus conſiſtit in medio, cōſiſtit in indiuiſibili: quod aſſerere, falſum eſt. Nam ex hoc ſequitur, quod virtus non augeretur, aut diminueretur: id enim quod cōſiſtit in indiuiſibili, non habet augmentum, nec diminutionem. Rurſus ſequitur, quod nemo fere hominum aſſequeretur virtutem: nam non eſt humanæ prudentiæ attingere medium in indiuiſibili. Ariſt.

Secundum. Præterea, de extremo ad extremum nō fit tranſitus niſi per medium, ut de ſe patet: ergo ſi uirtus cōſiſtit in medio, conſequens eſt non poſſe fieri tranſitum de vno oppoſito vitio ad alterum extremum, niſi per virtutē. quod conſtat eſſe falſum.

Tertium. Item, medium æqualiter diſtat ab extremis: ſed uirtus non æqualiter diſtat ab extremis: fortitudo enim propinquior eſt audaci, quam timido: & liberalis propinquior eſt prodigo, quam auaro: ergo non conſiſtit in medio.

Vltimum Ariſt. Vltimo, uirtus eſt ultimum potentiæ, auctore Ariſt. 1. de cælo, tex. 116. ſed ultimum repugnat rõni medij: ergo.

Caie. Pro explicatione ueritatis, & confutatione argumẽtorũ notat D. Caie. poſſe intelligi, quod uirtus moralis conſiſtat in medio dupliciter: tum, quantum ad ſubſtãtiã habitus; tum uero, quantum ad effectum operis. Illa uirtus conſiſtit in medio quantum ad ſubſtantiam habitus, quæ conſtituit medium inter duos habitus uitioſos, v.g. fortitudo cõſiſtit in medio inter nimiam audaciam, & nimiũ timorem. Illa uero uirtus conſiſtit in medio quantum ad effectum operis, quæ producit operationes ſuas ſecundũ omnes circumſtantias debitas a prudentia præſcriptas, ſic ut non deficiant, nec exſuperent: defectus namque in materia uirtutum eſt, non operari cum debeas operari; exceſſus uero eſt, operari quando oportet non operari.

Virtutes morales excepta iuſtitia cõſiſtunt in medio inter duos habitus uitioſos. Prima propoſitio. Oẽs uirtutes morales, excepta iuſtitia, cõſiſtunt in medio inter duos habitus uitioſos. Hæc concluſio probatur inductiue: fortitudo .n. eſt mediũ inter nimiã audaciã, & nimiũ timorẽ; tẽperantia eſt mediũ inter inſenſibilitatẽ, & intẽperãtiã; liberalitas inter auaritiã, & prodigalitatẽ; humilitas Chriſtiana eſt mediũ inter ſuperbiã, & puſillanimitatem; puſillanimitas eſt, quę deſpicit honores plus iuſto: vnde ſi uiro docto & ſpirituali offeratur dignitas ſpũalis, & eã deſpiciat ex animi puſillanimitate, peccat contra humilitatem per exceſsũ. Inſuper pęnitẽtia eſt mediũ inter duritiam cordis, & nimiã pęnitentiam: ꝓpter quod ſi quis mœrore, & triſtitia ſe interficiat, peccat contra pęnitentiam per exceſsũ. Quod uero iuſtitia non conſiſtat inter duos habitus uitioſos, ſic patet. Nam quocumq; diſcedas ab æqualitate, iniuſtitiã cõmittis: ergo non habet niſi unũ extremũ. Secũda propoſitio. Oẽs uirtutes morales conſiſtunt in medio, in ſecundo ſenſu ſuperius expoſito. Nã oẽs uirtutes morales producunt operationes ſuas, ſecundũ circumſtantias debitas, ſic vt nec deficiant, nec excedant. Ex quo ſequitur quod iuſtitia in hoc ſecundo ſenſu cõſiſtit in medio: defectus uero in materia iuſtitiæ eſt, non reddere alienum, quã oportet reddere; exceſſus uero eſt, reddere alienum, quã non oportet reddere, ut ſi reddas gladium furioſo, uel reſtituas pecunias intẽpeſta nocte.

Obiectiones Sed vr̃ certe, ꝙ iuſtitia ſit medium inter duo uitia extrema. Nam a regula deuiari põt per exceſſum & defectũ: cũ ergo iuſtitia ſit regula, uerſatur inter exceſſum & defectũ, tamquam inter duo uitia. Deinde, iuſtitia, ſicut quælibet alia uirtus, dirigit medium inter exceſſum & defectũ: ergo uerſatur inter duo uitia. Huic vr̃ eſſe conſona ſacra ſcriptura: dr̃ .n. Eccl. 7. Noli eſſe iuſtus multum: ergo in materia iuſtitiæ peccatur per exceſſum & defectum.

Eccl.

Solutio Rñdetur, hoc eſſe ſingulare in uirtute iuſtitię, ꝙ non uerſetur inter duos habitus uitioſos: nã in ceteris uirtutibus contingit peccare per exceſſum & defectũ; in ſola iuſtitia per ſe non contingit peccare per exceſſum: nã ſi debes cẽtum, & reſtituis bis centũ, non eſt iniuſtum: ſed ſi debes decẽ, & reſtituis nouẽ, peccaſti contra iuſtitiã. Itaq; uno tñ modo peccatur contra iuſtitiã, uidelicet ex eo, ꝙ unus habeat minus, & alius habeat plus, q̃ debeat habere. Item alia rõ demonſtrat, ꝙ hæc uirtus nõ habeat niſi unũ uitiũ extremũ. Nã uno tñ modo ab æqualitate deuiatur: ſiue .n. acceptum excedat id, quod redditur: ſiue id quod redditur excedat acceptum, eodem modo corrumpitur æqualitas: ſi enim ſunt duæ lineæ æquales, idem eſt, quod ab una auferatur, & alteri addatur; & uice uerſa, ut æqualitas corrũpatur.

Ad argumentum rñdetur, optime probare, ꝙ iuſtitiæ virtus conſiſtat in medio, in ſecũdo ſẽſu ſuperius expoſito. Ad auctoritatẽ Scripturæ rñdetur, ꝙ loquitur de iuſtitia ꝓ oĩ uirtute: & ſenſus eſt, noli eſſe nimiũ temperans, nimiũ fortis, &c. Vel dicẽdũ eſt, ꝙ loquitur de iuſtitia uindicatiua, in qua põt eſſe exceſſus crudelitatis. Tertio intelligit illud teſtimoniũ, ſicut

Auguſt. Aug. explicat tract. 95. in illud Io. c. 16. Cũ uenerit ille, arguet mũdũ de iuſtitia. ubi dicit, ꝙ in Eccl. c. 7. Noli eſſe iuſtus multũ; nõ eſt notata iuſtitia ſapiẽtis, ſed ſuperbia pſumẽtis: qui ergo fit multũ iuſtus, ipſo nimio fit iniuſtus, qa ſeipsũ exiſtimat eſſe ſine peccato. Et ꝙ iſte ſit ſenſus illius loci, colligitur ex eo, qđ ibidem dr̃: Non eſt .n. iuſtus homo in terra, qui faciat bonum, & non peccet.

Soluuntur argumenta allata ſecundo loco. Nunc ſupereſt reſpondere ad argumenta in principio poſita. & argumenta quidem primo loco adducta, ex ijs, quę diximus, habẽt ſolutionem.

Ad primum argumentum Ariſt. Ad argumenta ſecundo loco adducta ſatisfaciendum eſt. Ad primum rñdetur, quod medium uirtutis, non eſt medium rei, ſed rationis & prudentiæ: vnde Ariſt. 2. Eth. c. 6. definit uirtutem, quod ſit habitus electiuus in medio conſiſtens, prout prudens definierit; prudentia uero humana non attingit puncti metam: itaq; medium prudentiæ latitudinem habet, & non conſiſtit in indiuiſibili.

ad ſecundũ. Ad ſecundum reſpondetur, quod in motu continuo non tranſitur ad extremum, niſi per medium: at motus, qui fit de uitio ad uirtutem, uel e diuerſo, non eſt motus continuus, ſicuti nec motus intellectus, aut uoluntatis quando ad diuerſa fertur. & ideo nõ eſt neceſſe, quod de uitio ad alterum uitium fiat tranſitus per uirtutem.

ad tertium. Ad tertiũ argm̃ rñdetur, ꝙ cũ uirtus, ut ſæpe dictũ eſt, non habeat mediũ rei, ſed rationis, non oportet, ꝙ æqualiter diſtet ab extremis, ſed ſm̃ quod recta ratio dictauerit: vñ in illis rebus, in quibus bonum uirtutis conſiſtit in frænando paſſiones, uirtus propinquior eſt diminuto, quam ſuperfluo, ut in manſuetudine & temperantia: in illis uero in quibus bonũ uirtutis conſiſtit in eo, quod ẽ inducere ad id ad qđ impellit paſsio, uirtus ꝓpinquior eſt ſuperfluo, q̃ diminuto, ut in fortitudine uidere eſt.

ad ultimum Ad ultimũ rñdetur, ꝙ eſt ultimũ potẽtiæ uirtus. i. eſt ultimum, in quod uirtus potentię ſeſe extendit: quod quidẽ difficillimũ eſt. Ex quo conſequens eſt, ꝙ uirtus contingit in medio: nã mediũ contingere difficillimũ eſt. Aliã ſolutionem habet hic D. Th. ad primum: legite Auctorẽ.

Ex doctrina huius articuli ſequuntur tria maxime obſeruanda. Primum eſt, quod uirtus uerſatur circa difficile: nam medium & ſcopum attingere, difficillimũ eſt. Secundũ eſt: quod ſi alicui defuerit medium uirtutis, & inuenerit ſe in aliquo extremo uitio, ut ſtudioſus euadat, debet propendere in aliud extremum, ſicut ſolent facere qui curua & flexa rectificant. itaq; auarus, ut ſtudioſus euadat, non debet paulatim donare, ſed propẽdere in extremum prodigalitatis.

Quare I ſpecie humana malum contingat ut in pluribus. Tertio etiam ſequitur explicatio illius rei, quę cuiq; Theologo eſt difficillima ad explicandum; Quid eſt, quod in ceteris ſpeciebus malum reperitur ut in paucioribus; in ſola ſpecie humana malũ contingit, ut pluribus? Quid eſt, quod ſit tanta bonorum raritas, & uirtutis penuria, ut uerum ſit dicere:

Rara auis in terra, nigroq; ſimillima cigno,
Vir bonus & ſapiens, qualem uix reperit ullum
Millibus e multis hominum conſultus Apollo.

Eccl. 1. Cui conſonat ſacra ſcriptura Eccl. 1. dicens, Peruerſi difficile corriguntur, & ſtultorum infinitus eſt numerus.

Matth. 7 & Matth. 7. Arcta eſt uia, quæ ducit ad uitam, & pauci ingrediuntur in eam. & c. 20. Multi ſunt uocati; pauci uero electi.

Pſal. & in Pſal. Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq; ad unum. & in alio Pſ. Saluum me fac Deus, quoniã defecit ſanctus.

Micheas 7 Hanc raritatem bonorum deplorat Micheas Propheta c. 7. dicens. Væ mihi, quia factus ſũ ſicuti qui colligit in autumno racemos uindemię, & nõ eſt botrus ad comedendum.

Eſa. 24. & Eſai c. 24. Quomodo ſi paucæ oliuæ, quæ remanſerunt, excutiantur ex olea, & racemi cum finita fuerit uindemia. Certe in diluuio tantum octo animæ dignæ inuentæ ſunt, quæ ſaluarentur, & in illis quinque ciuitatibus, quas ignis cæleſti conflagarunt, tantum eduxit Dominus Lot cum vxore ſua, & duabus filiabus; & uxor reſpiciens retro periit, ut habetur

Gen. 19. Geneſ. 19. Ex Aegypto exierunt ſexcenta millia uirorum armatorũ, & ex illis tantum duo ingreſſi ſunt in terrã promiſſionis. Vnde ergo eſt tanta bonorum raritas, & uirtutum penuria: maxime cum uirtutes ſint nobis ſecundum inclinationem naturalem, ut docuit D. Th. q. præcedenti, articulo 1. Huius rei uariæ demonſtrantur rationes. Prima eſt, quoniam bona hæc ſenſibilia ſunt magis nota nobis, & magis nos mouent & alliciunt. Secunda ratio eſt, quoniam hæc bona ſenſibilia afferunt ſecum præmium ſuũ, uidelicet uoluptatem; bona uero honeſta promittũt in futurum

turum

Ezec 12. tutum. Hæc cauſſa explicatur euidentiſſime apud Ezech. c.12.cū dicunt impij; Viſio quā hic videt,in dies multos,
Eſa.28. & in longa tempora iſte prophetat.& apud Eſai.c.28.Expecta,reexpecta;manda,remanda;modicū ibi, modicū ibi.Tertia cauſſa eſt;qm̄ uoluptas carnis nobiſcū creſcit, nobiſcum alitur, cum ea ab infantia ſumus conuerſati; pp quod difficillimum eſt & paucorū,iſtū affectum a nobis extrudere.
Prim.cōſ. Ariſt. Hāc cauſſam proſequitur optime Ariſtot.2. Ethic.c.3. Quarta ratio eſt; qm̄ gerimus bellū aduerſus hoſtes fortiſsimos, & aſtutiſſimos, de quare dicit Paul. ad Epheſ. 6.
Epheſ.6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſāguinē,ſed aduerſus principes & ptātes; aduerſus mundi rectores, & tenebrarū harum &c. Præterea, eſt cruentiſſimum bellū internum, quo caro cōcupiſcit aduerſus ſpiritum; & ſpiritus aduerſum carnē. Demum eſt potiſſima cauſſa,quę educitur ex doctrina huius articuli. Nam uirtus cōſiſtit in medio: medium uero & ſcopum attingere, paucorum eſt; ab errare uero ab ſcopo, multorum eſt. Hanc rationem inſinuat David in Pſ.11.
Pſal.11. ubi inquirit cauſſam, unde eſt tanta malorum colluuies,& dicit; In circuitu impij ambulant; uirtus uero in medio conſiſtit: quaſi dicat; cuique facillimum eſt circulum, & circumferentiam attingere; medium uero attingere difficile eſt,& paucorum.

Vtrum uitia conſiſtāt in medio. Eſt aliud dubium; Vtrum uitia in medio conſiſtant? Queſtio eſt,quā ponit Ariſt. 2. Eth.c.6. ubi inueſtigat de medio uirtutum.
Ariſtot. Primū arg. Pro parte affirmatiua ſic argumentor; Nā ubi eſt magis & minus,mediū ēt inuenitur.ſed in uitijs eſt magis & minus,ut aperte cōſtat; ergo intentum.
Secundum. Deinde, ars mentiendi,& furandi, quæ ſine dubio uitium eſt,in medio conſiſtit: nam non exſuperat, nec deficit a ſua regula a qua dependet.
Tertium. Tertio, omnis natura poſitiua habet ideam in mente diuinę,cui ſic correſpōdet, vt nec exſuperet,nec deficiat.
Quartum. Sapien. 11. Quarto, omnis natura poſitiua conſiſtit in numero, pondere,& menſura,ut aſſeritur Sap.11. Sed uitiū eſt natura quædam poſitiua. ergo conſiſtit in numero & menſura.
Vltimum. Vltimo,omnis natura poſitiua ea de cauſſa conſiſtit in numero,pondere,& menſura;qm̄ habet eſſe, & eſſentiā, & proprias paſsiones: ergo conſiſtit in numero,pondere, & menſura;& in medio,ſic ut nec excedat, nec deficiat.
Ad hoc dubium dicendum eſt; quod licet in uitijs medium inueniatur,certe nō inuenitur in uitijs mediū prudentiæ, aut rationis. nam medium rationis eſt regula & norma, ut opera recte fiāt; ſed uitia non poſſunt recte fieri: ergo non habent medium rōnis,nec prudentię. Deinde,medium rationis, eſt medium quod dictat prudentia faciendum eſſe,uel cauendum; ſed prudētia nō dictat uitia eſſe committenda: ergo non conſiſtit in medio. Probationes ſunt Ariſt.in loco ſuperius citato.
Solutio argumentorū. Ad primum in contrarium reſpondetur, quod mediū quod in uitijs inuenitur, non eſt medium uirtutis & prudentię,ſicut ſupra diximus.
Ad omnia alia argumenta dicendum eſt,quod uitium & peccatum,non eſt priuatio,ſed natura quædam poſitiua deficiens.& ideo non habet ideam cui correſpondeat, nec vero habet regulam cui ſit conſentanea: immo ſua eſſentia,& definitio eſt a regula deficere. Ex eodem principio ſequitur, quod non conſiſtat in pondere & menſura; quin potius ſua definitio eſt, quod deficit a numero, & menſura.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum medium virtutis moralis, ſit medium rei,vel rationis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Medium uirtutis moralis, eſt mediū rationis,non quidem eſſentialiter quaſi ipſe actus rationis ad medium reducatur,ſed cauſſaliter,& effectiue. Rō huius concluſionis eſt: quoniam uirtus moralis non perficit actū rationis, ſed actum uirtutis appetitiuę: & ideo per eam ipſe actus rationis non reducitur ad medium: ceterum, quoniam uirtus moralis conſiſtit in medio per conformitatem ad rectam rationem, iō medium ipſius erit illud, quod a recta rōne efficitur,

Secunda Concluſio. In uirtute iuſtitiæ, medium uirtutis eſt mediū rei & rationis: iuſtitia enim conſiſtit in operationibus exterioribus, in quibus rectum debet ſtatui ſimpliciter,& ſecundum ſe.

Tertia Concluſio. In uirtutibus, quæ collocantur in appetitu ſenſitiuo ad moderandas paſsiones,mediū uirtutis non eſt mediū rei, ſed rationis: rectitudo namque rationis in paſsionibus conſtituitur per ordinē ad nos, propterea, quod homines diuerſimode ſe habent ad paſsiones quibus afficiuntur.

EXPLICATIO ARTIC.

COnclusiones huius articuli acceptæ ſunt ex Ariſtot.2. Eth. c. 6. Secunda arti. Pro cuius rei declaratione ſciendum eſt, ꝙ medium rationis in materia uirtutum; eſt facere opus qñ oportet, Tertia. & prout oportet ſm regulā a prudētia præſcriptā, ſicut nec excedat nec deficiat; exceſſus uero eſt operari opus quādo nō oportet, & ſicuti non oportet; vbi affirmatur materia, & negātur circumſtantię; defectus uero eſt, qñ negatur materia, & affirmantur circumſtantiæ,ut non delectari qñ oportebat delectari. Secundo notandū eſt, ꝙ mediū rei eſt, ęqualitas a parte rei determinata: ſi.n.debes cētū, & reſtituas Medium rei. cētū, ſeruaſti mediū rei: nā centū ſunt ęqualia alijs cētū; ſicut unū pedale eſt alteri pedali æquale. Illud ēt notādū eſt, ꝙ hoc medium rei duplex eſt: Arithmeticū, quod in æqualitate duarum quantitatū conſiſtit, ut ſi accipiamus duas lineas, quarū una non exſuperet alteram, nec exſuperetur ab ea; hoc medium ſeruatur ſemper a iuſtitia commutatiua, quę reddit tm̄ quantū debet. Secundū eſt Geometricū quod in æqualitate proportionū conſiſtit, quod ſēper ſeruatur a iuſtitia diſtributiua: habet.n.in officio iuſtitia diſtributiua diſtribuere unicuiq; ſm propria merita. v.g. ſi dux in bello dēt diſtribuere bona parta militibus, oportet ut obſeruet iſtā proportionē, ꝙ reddat unicuiq; militū ſm̄ propria merita. Sed eſt ſciendū, ꝙ hoc mediū rei, eſt & mediū rōnis: mediū.n.rōnis nihil aliud eſt, q̄ medium rectæ rōni conſentaneū: ſed nihil eſt magis conforme rectæ rōni, q̄ ut reddas id quod debes ad æqualitatē. Vltimo notādū eſt, ꝙ inter mediū iuſtitiæ, & mediū aliarū uirtutū, multis differt. In primis differt, ꝙ mediū iuſtitię eſt determinatū ſuapte natura,& inuariabile: determinatū namq; eſt a natura, & inuariabile prorſus, ꝙ ſi debes centū, totidē reſtituas: mediū uero aliarū uirtutū nō eſt determinatū a natura, ſed eſt uariabile ſm diſpoſitionē operātis. v.g. in materia tēperantiæ mediū non eſt comedere unā librā panis, ſed pro loco, & tpe, & complexione,& robore: aliqñ erit ſumere unā librā, aliqñ tres uncias, aliquando tres libras. Et rō eſt euidēs: nā cum iſtæ uirtutes uerſentur circa paſſiones animi interiores, non poteſt rectum uno modo conſtitui propter diuerſas hominum complexiones,& paſſiones. Secūdo differunt: nā medium iuſtitiæ, eſt medium inter plus mihi, & minus tibi; quapropter ſemper dicit ordinem ad alterum in ordine ad quē æqualitas eſt conſtituenda; mediū uero ceterarum uirtutū eſt, inter plus mihi & minus mihi; & ideo ſemper reſpicit ordinem ad operantē, ex cuius uaria diſpoſitione uariatur & mediū. Tertio differunt: nā mediū iuſtitię de ſua ſpecifica ratione tātum dicit æqualitatē rei ad rē; non reſpicit quo tpe, quo animo fiat; niſi qñ iſtæ circunſtantiæ redundāt in rerū inæqualitatem; mediū uero aliarū uirtutum reſpicit primo,& per ſe, quo aio, quo affectu opus fiat. nā habent in officio moderari paſſi-

Obiectiones paſſiones, & affectus humanos. Sed uidetur certe, ꝙ mediũ iuſtitiæ nõ ſit mediũ determinatũ, & inuariabile: nã non æquali ſupplicio punitur qui percutit Regem, atq. ille qui percutit plebeũ hoĩem: rurſus nõ æquali ſupplicio punitur qui occidit meditato, & ex odio, atq. ille qui occidit ſubito, & ex iracundia. Præterea qđ ẽ potens reſtituere, reſtituat: atq. adeo iuſtũ eſt, ut qui debet centũ, ſi nõ pt̃ reſtituere niſi quinquaginta, reſtituat quinquaginta: ergo mediũ iuſtitię variatur ſm̃ diſpoſitionẽ operantis.

Pri. conc.

Solutio. Ad hæc argumẽta rñdendũ eſt, & ad primum dico, ꝙ licet iuſtitia reſpiciat mediũ rei: cõſideratur tñ dignitatẽ pſonę ex qua creſcit iniuria, ut fiat recompenſatio debita ad ęqualitatẽ. Ad alia argumẽta dicẽdũ eſt, ꝙ aliter loquẽdũ ẽ d ipſo iuſto, aliter de ipſa executione iuſtitiæ: iuſtũ ſane ẽ & æquale, ut q dẽt centũ, cẽtũ reſtituat; cũ hoc tñ recte ſtat, ut q impotẽs ẽ reſtituere, ab executione iuſtitię excuſetur. Sed in hoc articulo notãdũ ẽ, ꝙ uirtus cõuerſatur circa difficile, qa conſiſtit in medio rõnis, i. ꝙ ipſa rõ dẽt cõſtituere mediũ: ẽ enim difficile ꝙ rõ cauſet mediũ in appetitu, in iis in quibus non eſt determinat⁹ ex natura ſua. Ex quo ſequitur ꝙ difficultas quæ eſt in virtute iuſtitiæ, ſolum cõſiſtit in hoc quod uoluntas dẽt conformari, & regulari cum ipſa ratione ad bonum alterius, ad qđ nõ eſt determinata ex natura ſua: non aũt conſiſtit difficultas in cõſtituẽdo medio rei; difficultas aliarum virtutum conſiſtit in conformando appetitum ſenſitiuũ rectæ rationi, modificando paſſiones ei⁹, & reducendo ad medium rationis, ad quod non eſt appetitus ſufficienter determinatus.

Ariſt. 10. eth. 5.

Operatio iuſtitiæ difficilis.

Secunda.

Tertia.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum uirtutes intellectuales conſiſtant in medio.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Medium virtutis intellectualis ſpeculatiuę cõſiſtit in conformitate intellectus ad rẽ ipſã. Exceſſus autẽ eſt affirmare qđ nõ eſt; defectus uero negare quod ẽ: etenim bonũ alicuius rei conſiſtit in medio ſecũdum quod conformatur regulæ, uel mẽſuræ quam contingit tranſcẽdere, & ab ea deficere: res autẽ eſt menſura intellectus noſtri, ut dicit Ariſtot. vnde bonum uirtutum intellectualiũ conſiſtit in quadã conformitate ad rẽ ipſam, ſm̃ quam cõformitatem ſumitur mediũ virtutis intellectualis.

Scđa Cõcluſio. Mediũ virtutis intellectualis practicæ, cuiuſmodi eſt prudẽtia, ſi cõſideretur ut eſt habitus cognoſcitiuus, cõſiſtit in cõformitate intellectus ad rẽ ipſã: ſm̃ enim hanc rationem eodẽ modo mediũ accipitur in uirtutibus intellectualibus practicis, ſicut in ſpeculatiuis.

Tertia Concluſio. Medium uirtutis itellectualis practicę quatenus dirigit ad ſtudioſã operationẽ, nõ ſumitur ex rebus ipſis, qn potius ipſũ iudiciũ practicũ eſt regula operationis ſtudioſę, ad quã ſtudioſa operatio dirigitur, & regulatur; ſicuti ars eſt regula artificiati, & ipſũ artificiatũ ad regulam artis dẽt menſurari. Quod ſi dicat Theolog⁹. qua regula iudiciũ practicum dẽt regulari? dicendũ eſt, ꝙ ex ipſis rebus. i. ex ſyndereſi, atq. adeo ex lege diuina, per quã omnis ſtudioſa operatio regulari debet. Pro cui⁹ rei maiori declaratione ſciendum eſt, ꝙ prudentia hẽt in officio dictare quid ſit eligendum, quid uero cauendũ: & in hoc officio prudentia nõ mẽſurat res, quin potius ex rebus menſuratur: tunc .n. uera eſt prudentia, qñ dictat id quod uere eligendum eſt. Habet aliud officium prudentia, nimirum dirigere & ordinare ad ſtudioſam operationem: & in hoc officio prudẽtia eſt menſura, & norma ſtudioſæ operationis. Itaq. prudentia eſt menſurata, & mẽſura: menſuratur quidẽ ex rebus ipſis, & ex lege diuina; mẽſurat quidem in quantũ dirigit ad ſtudioſam operationem, quẽadmodum ars menſuratur ex regulis & documentis artis: mẽſurat uero artificium externũ, ut ad regulas ſuæ artis dirigatur, & fiat cõforme. Et hæc de iſto articulo.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Argumenta contra primã concluſionẽ. Primo arg.

CErte videtur ꝙ uirtutes Theologicæ conſiſtãt in medio: nã mediũ uirtutis, ut antea dictũ ẽ, eſt facere opus qñ oportet, & ſicut oportet; exceſſus vero eſt facere qñ non oportet, & ſicuti non oportet: defectus aũt eſt non facere cũ oporteat facere: ſed hoc mediũ cõſtituit fides diuina; nã credit qñ oportet, & ſicuti oportet; & exceſſus ẽ credre q̃ nõ oportet; defectus uero nõ credere qđ oportet credere: ergo cõſiſtit ĩ medio. Deinde, fides cõſiſtit in medio ĩter leuitatẽ qua qs cito credit, & leuis eſt corde; & ĩter duritiã cordis qua qs pertinaciter repugnat credre, iuxta illud; Stulti & tardi corde ad credendũ: ergo conſiſtit in medio. Tertio, hæc ueritas; Deus eſt trinus & unus; ĩterſtat media ĩter duos extremos errores; alterũ Arrij, qui diuidit eſſentiã, & perſonas; alterũ uero Sabellij, q cõfundit eſſentiã, & perſonas.

Secundum.

Tertium.

Quarto, ueritas fidei Catholicæ ẽ adæquatio, & cõformitas ad rem ipſam. ergo cõſiſtit in medio. Patet cõſequẽtia: nã oĩs ueritas cõſiſtit in medio. & exceſſus eſt affirmare qđ nõ eſt; & defectus negare qđ eſt. Certe in rebus credendis cõtingit excedre, deficere, & adæquari. cõtingit namq. credere pluſquam oportet, & minus q̃ oportet, & tãtũ quantũ oportet. ergo fides in medio cõſiſtit. De ſpe uero certiſſimũ ẽ ꝙ ſit media inter pſumptionẽ, & deſperationẽ. De caritate aũt ſic oſtẽdo. Nã caritas diligit Deũ qñ oportet ſm̃ regulã prudentiæ; exceſſus uero eſt diligere Deũ, qñ oportet uacare dilectioni proximi, uel alijs negotijs neceſſarijs; defectus uero eſt nõ diligere cũ oportet diligere. Itẽ, defectus caritatis eſt amare tm̃ amicos pp Deũ; exceſſus ẽ amare malos in ſuis malitijs. nã (ut inquit Aug.) hoĩes diligẽdi ſũt, errores uero deteſtãdi. De uniuerſis uirtutib. Theologicis ſic cõficio argũ. Virtutes Theologicæ diriguntur ad regulã prudẽtię infuſæ; prudẽtia nãq. docet qñ diligendũ, credẽdũ, ſperãdũ. ſed hãc regulã cõtingit trãſcẽdre, & ab ea deficere. ergo uirtutes Theologicæ cõſiſtũt in medio, ſic ut nõ trãſcẽdãt ſuã regulã, ne ab ea deficiant. Pro explicatione ueritatis ſciẽdum eſt, ꝙ in uirtutibus Theologicis, & in quibuſcũq; alijs uirtutib. triplex modus cõſiderari poteſt; uidelicet ſecundum limitationem eſſentiæ; ſecundum determinationem circumſtantiarum; atq. adeo ſecundum proportionem medij ad exceſſum, & defectum. Si loquamur de primo modo, certum eſt ꝙ uirtutes Theologicæ hñt modum & conſiſtunt in medio. Nã omne illud quod eſt in certo genere & in certa ſpecie, habet modum, & limitem ſuæ eſſentiæ; ſed uirtutes Theologicæ conſiſtunt in certo genere, & in certa ſpecie, ergo habent modum ſecundum limitationẽ ſuæ eſſentiæ. Si uero loquamur de ſecundo modo, exploratum eſt quod uirtutes Theologicæ habent modum, & conſiſtunt in medio. Nam uirtutes Theologicæ operantur quando oportet, & ſicuti oportet ſecundum regulas prudentiæ infuſæ. Verum ſi fiat ſermo de tertio modo, certiſſimum eſt quod uirtutes Theologicæ non habent modum, nec cõſiſtunt in medio. Nam ubi inuenitur talis modus, contin-

Quartum.

Auguſt.

Triplex modus conſiderari poteſt in uirtutib⁹ Theologicis.

git

git peccare p exceſſum; ſed actus amandi, credendi, ſperandi in Deum, nō poſſunt vitiari per exceſſum: ergo uirtutes Theologicæ non cōſiſtunt in medio inter exceſſum & defectum. Maior huius argumenti eſt euidens. patet & minor: Nā nemo pt nimis amare Deū, & nimis credre, & ſperare I Deū. qđ cōfirmo efficaci argumēto. Nā numquā homo pt diligere Deū quantū det; nec uero credere, aut ſperare in

Prim. cō. Deū quantū dēt: ergo multo minꝰ pt ibi exceſſus Iteruenire. Cui cō-

Eccl. 43. ſonat ſacra ſcriptura, d citur n. Eccle 43. Benedicentes Deū exaltate eū, quātum poteſtis:

Bernard. maior ē n. oī laud & D. Bernar. dicit in lib. de diligendo Deū; Cā diligēdi Deū, Deus eſt; modus aūt, ſine modo diligere

Solutio arg. Eccl. 43. Ad argumenta in oppoſitū in primis dicedum eſt, optime probari, q uirtutes Theologicæ conſiſtant in medio ex parte nřa: qđ libenter

D. Thom. concedit D. Tho. in ſecunda cōclu-

Secunda. ſione; at nō ex parte ſuę regulæ, quę Ifinita eſt, quā pinde non cōtingit excedere. Secūda cōfutatio horū argumētorū ē, quā hēt D. Tho. 2. 2. q. 17. art. 5. ad ſiā, ut minū q uirtutes Theologicę, quātū ad obiectū ſecundariū, in medio cōſiſtunt, nō aūt quātū ad obiectū primariū: fides. n. non hēt mediū, nec extrema, ī hoc q innititur primæ ueritati: nullus. n. nimis īnititur primę ueritati; ſed ex parte eorū q credit pt ha-

Pri. con. bere mediū, & extrema; ſicut oē uerū eſt mediū inter duas opiniones falſas. Similiter, ſpes ex parte prīc palis obiecti nō habet mediū, nec extrema: nullus. n. innititur nimis diuino adiutorio; ſed ex parte eorū q aliqs ſperat ſe adepturū, pt eſſe mediū & extremū, in quantum præſumit ſe conſecuturum

Scot. ea q excedūt ſuā pportionē, uel deſperat de ijs quæ ſunt ſibi pportionata. Tertiā ſolutionē hēt Scot. in 3. d. 26. q. 1. ac ſiā; dicens, q uirtutes Theologicæ ex parte obiecti non conſiſtunt in medio, nec habent extrema: nā nō tendunt in nimis uerū, aut nimis bonū: eſt n. omnibus modis infinitū bonū: ſed ex parte actus bene cōſiſtūt in medio, nam contingit nimis tendere in Deū, & amare qñ non oportet. Sed hæc ſolutio falſiſſima eſt: nā argumenta ſupra adducta efficaciter pbāt, quod uirtutes Theologicæ, nec ex parte obiecti, nec ex parte actus conſiſtāt in medio, non. n. contingit nimis amare Deum. Vltima explicatio ē

Durand. Duran. in 3. d. 27. q. 2. quod uirtutes Theologicæ cōſiſtunt in medio,

Secunda. quātum ad determinationē circūſtantiarum. quod euidenter demonſtrant argumenta ſupra adducta, ſed non conſiſtunt in medio, ſm pportionē medij inter exceſsum & defectū: Hæc ſolutio maxime omnium minꝰ probatur.

ART. QVARTVS.

Vtrum uirtutes Theologicæ cōſiſtant in medio.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Si uirtutes Theologicæ conſiderentur in ordine ad ſuam regulam infinitam & increatam, non habēt medium, neque conſiſtunt in medio. Ratio huius cōcluſionis eſt; quoniam in omnibus virtutibus quæ conſiſtunt in medio; contingit peccare per exceſſum ſicut per defectum: ſed circa Deum, qui eſt obiectum uirtutis Theologicę, nō contingit peccare per exceſſum: unde dicitur Eccl. Benedicentes Deum exaltate illū quantū poteſtis: maior eſt. n. omni laude. Vnde numquam poteſt hō diligere Deū quantum debet, nec tātū credere, aut ſperare ī ipsū ut excedat.

Secunda Concluſio. Si conſiderentur uirtutes Theologicæ in ordine ad nos, medium habent; vt ſpes media dicitur inter pręſumtionem, & deſperationem; & fides inter contrarias hæreſes.

QVAEST. LXV.

De connexione virtutum; in quinque articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum uirtutes morales ſint ad inuicem connexæ.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Virtutes morales imperfectæ, quæ nihil aliud ſunt quam inclinatio quædam in nobis exſiſtēs ad opus aliquod de genere bonorum faciendū, ſiue talis inclinatio ſit a natura, ſiue ex aſſuetudine, nō ſunt cōnexæ. Videmus enim aliquē ex naturali complexione, aut ex aſſuetudine promtum eſſe ad opera liberalitatis, qui tamen promtus nō eſt ad opera caſtitatis.

Secunda Concluſio. Perfectæ uirtutes morales; quæ ſcilicet, ſunt habitus inclinātes ad opus bonum bene agendum; connexæ ſunt: Hæc concluſio probatur tam ex generali ratione virtutum, quam quælibet uirtus moralis induit; quam ſecundum peculiares materias circa quas quęlibet verſatur: etenim firmitas animi, quæ habet cōditionem generalem fortitudinis, non habet laudem uirtutis, ſi ſit ſine moderatiōe, aut rectitudine, aut diſcretione: & eadem eſt ratio de alijs & ſecundum hanc rationem D. Aug. & D. Greg. aſsignant cōnexioné uirtutū. Deinde nulla virtus moralis poteſt pfecte ſine prudentia haberi: qa propriū uirtutis moralis ē facere rectā electionē, ad quam nō ſufficit debita inclinatio ī finē quæ ſit per virtutē moralem, ſed requiritur ut aliquis recte eligat q ſunt circa finē, quod per prudentiā ſit. Neq. uero prudētia eſſe pt, niſi uirtutes morales habeātur: qm prudentia eſt recta rō agibilium, quæ ſicut ex principijs, procedit ex finibus agibiliū, ad quos aliquis recte ſe hēt per uirtutes morales: unde ſicut ſciētia ſpeculatiua haberi nō poteſt ſine intellectu principiorū; ita nec prudentia ſine uirtutibus moralibus. & hac ratione Ariſt. 6. Ethico. c. ultimo probat connexionem uirtutum inter ſe.

EXPLICATIO ARTICVLI.

NEgatiuā partē huius quæſtionis docēt Do-

Augu. Grego. ctores in primis graues nominati.

Scot. Gabri. Ocham. Almayn. Sco. in 3. d. 36. q. 1. art. 1. Gabr. ibidem Och. in 3. d. 11. & 12. & quod lib. 4. q. 6. Almay. tract. 3. c. 7. Sco. in cōfirmationē ſuæ ſuſæ ſic arguit.

Prim. argu. Nā uirtutes morales ſūt qdā perfectiōes partiales hominis: ergo homo poteſt perfici ſecundum unam, & non ſecundum aliam: ſicut pficitur ſecundum uiſum, & non ſecundum auditum.

Secundum. Secundo, tota definitio uirtutis competit fortitudini, abſque tēperantiæ conſortio: ergo poteſt haberi ſine temperan-

Ariſto. tia. Conſequentia euidens eſt & pbatur antecedēs; nam definitio uirtutis ſic habet: Eſt habitus electiuus in medio conſiſtens, prout prudens determinauerit. in qua definitione tantum aſſeritur quod ſit neceſſaria connexio ad prudentiam, non ad ceteras uirtutes.

Tertium. Tertio, uirtutes iſtæ morales acquiruntur exercitio, & noſtro labore; ſed experientia conſtat, quod aliquis

quis diu multumq; uerſetur circa unam materiam, & nõ circa aliam. ergo poteſt acquiri una uirtus abſque aliis.

Quarto, uirtutes quæ magis propinquæ ſunt, non ſunt connexæ, ut uirginitas, & caſtitas coniugalis. ergo, multo minus temperantia, & fortitudo.

Quinto, deducit ad inconuenientia, ſequitur primo, ꝙ uirtus ſit uirtus priuſquam ſit uirtus. Patet: nam per ſe, tēperantia uirtus exigit fortitudinē uirtutem: ergo fortitudo prius eſt uirtus. Rurſus, fortitudo uirtus exigit temperantiæ uirtutem: ergo non eſt uirtus. Secundo ſequitur, ꝙ nulla uirtus moralis eſſet prima: patet, quia omnes prærequirit, & præexigit. Tertio ſequitur, ꝙ omnes uirtutes morales generentur unico actu, quod conſtat eſſe falsũ: patet conſeq. nam cõſtituamus hominem, qui multum ſit uerſatus in materia temperantiæ, cui deſit tantum unius actus, quando producit iſtum actum, generantur ſimul temperantia, fortitudo, & ceteræ uirtutes. Quarto ſequitur, ꝙ qui peccat contra unam uirtutem, peccet contra omnes propter earum connexionem. quod conſtat eſſe falſum; alioqui ſequeretur, ꝙ uniuerſum peccatum eſſet contra temperantiã, fortitudinem, & ceteras uirtutes.

Gabr. proxime poſt Scot. impugnat connexionem uirtutum eiſdem fere argumentis quibus Scot. Vnum adducit ex propriis, quod ſic ſe habet. Iſta, inquit, cõnexio uirtutum non probatur ex iſtis actibus uirtutum, ſiquidem diſtincti ſunt, & ſeparati. nec uero ex ipſo obiecto: materia namq; uirtutum moralium longe diuerſa eſt. nec ex fine: nam finis unius virtutis, alius eſt a fine alterius. nec uero ex eo, quia connectuntur in uno habitu intellectuali, uidelicet in prudentia, aut in ſynderesi: nam oēs ſciẽtiæ connectuntur in habitu primorum principiorum intellectuali: nihiloſecius tñ ſcientiæ ab inuicem ſeparantur, & non ſunt connexæ. Almayn. loco adducto ſic arguit. Si, inquit, uirtutes morales cõnexę ſunt, maxime ē quia connectuntur in prudentia: ſed hoc eſt falſum: nam põt eſſe uir prudens in una materia, & non circa aliam, ſicut poteſt eſſe ars circa quædam factibilia, & non circa alia.

Secũdo, ſi uirtutes sũt cõnexæ, ſequitur ꝙ nullus habitus ſit uirtus, niſi ſit in gradu heroico, qd cõſtat eſſe falsũ, alioqui nullus eſſet ſtudioſus. Quod recte ſequatur, patet: nam ſm iſtã opinionē, quæ aſſerit cõnexionem uirtutum, ut tēperantia ſit uirtus, nõ ſat eſt ꝙ promte & delectabiliter operetur in propria materia, qñ non cõcurrit cũ alia: ſed oportet, ꝙ operetur in omni euentu occurrente: ſed hoc non põt facere niſi ſit in gradu heroico: nam poteſt accidere caſus, qui ſuperet omnem facultatem humanam, quē ſola uirtus in gradu heroico poſſit uincere.

Certe connexionem uirtutum moralium maxime impugnat ipſa rerum experientia: conſtat namque ꝙ ſunt multi liberales, & iuſti, qui timidi ſunt. Rurſus, feminæ ſunt manſuetæ, iuſtæ, quæ uirtutem fortitudinis non habent. Certe Ariſt. expreſſe dicit, ꝙ inops non poteſt eſſe magnificus, quamquam alias uirtutes habeat: & ibidem dicit, quod qui paruis dignus eſt, & iis ſe dignificat, manſuetus eſt, ſed magnanimus non eſt.

In contrarium eſt ſententia ſanctorum Patrũ, & philoſophorum omnium. D. Ambr. 5. lib. in Luc. explicans illud, Beati pauperes ſpiritu; dicit, cõnexæ ſibi ſunt, & concatenatæ uirtutes. D. Hiero. ſuper Eſa. c. 16. & 56 & 1. lib. contra Pelagianos dicit; Virtutes morales ita ſibi cohærent, ut qui unã habuerit, oēs habeat; & qui una caruerit, cũctis careat. D. Aug. lib. 6. de trin. c. 4. inquit, ꝙ uirtutes quæ in aĩo noſtro ſunt, nullo mõ ſeparantur ab inuicem. D. Greg. 22. lib. moraliũ c. 1. dicit, ꝙ vna uirtus ſine aliis, aut nulla eſt, aut imperfecta eſt. Idē pſequitur latiſſime D. Aug. in Epiſt. 29. quæ eſt ad D. Hier. Cic. in 2. Tuſculana. ſic ſcribit, Si unã uirtutē confeſſus es te non habere, nullã te habiturũ neceſſe eſt. Idem habet lib. 1. de offic. & lib. 1. de oratore. Cõſētiũt oēs philoſophi Platonici, Seneca, Plutarch. Macrob. &c. Ariſt. 6. Eth. c. 12. & 13. eruditiſſime eandem ſnīam comprobat uariis argumentis. Ad idem demonſtrandũ, ſunt duo argumenta efficaciſſima.

In primis, temperantia perfecta inclinat ad tuendum bonum temperantię in omni materia, & in omni euentu occurrenti quando oportet: ſed hoc non põt efficere ſine præſidio, & conſortio aliarum uirtutum moralium: ergo ſunt connexę virtutes morales. Quod uero hoc non poſſit efficere ſine conſortio aliarũ uirtutum, ſic oſtendo: cõſtituamus n. feminam, quæ per caſtitatem delectationes carnis in ordinem redegit: iſta mulier põt corrumpi, ut agat contra caſtitatem pretio, uel metu, uel pollicitatione: ergo neceſſe eſt ad tuendum bonum caſtitatis, ut hēat uirtutem liberalitatis, & fortitudinis, quibus moderetur, tum auaritiam, tum timorem. Et ratio eſt, quoniam uirtus non ſolum corrumpitur ex contrariis propriis, tamquam ab hoſtibus intrinſecis; uerum etiam a contrariis aliarũ uirtutum, tamquam ab hoſtibus extraneis.

Sed dicunt aduerſarii, ꝙ temperãtia ſatisfacit ſuo muneri, ſi cõpeſcat delectationes carnis in propria materia: vnde illa mulier, q̄ pretio agit contra caſtitatem, auara eſt, non intēperans. Hoc aũt falſiſſimum eſt: nam quomodocumque, & qualitercumque hæc mulier agat cõtra caſtitatē, impudica eſt & intemperans; ſi facit pretio, auara eſt & impudica; ſi metu id operetur, puſillanimis eſt & impudica mulier. Veriſſime. n. dixit Ariſtot. ꝙ qui furatur, ut mœchetur, fur eſt & mœchus, ſed præcipue mœchus eſt. Et confirmatur: nã ſi meretrix, uel matrona, nõ amore delectationũ, ſed ex auaritia ſe proſtitueret, quis eã diceret temperatã, & caſtã? Secundo, uirtus moralis perfecta requirit perfectam prudētiã: quod facile poteſt ex definitione uirtutis demonſtrari, quæ ſic habet. Eſt habitus electiuus in medio conſiſtens prout prudens determinauerit: ſed perfecta prudentia requirit oēs uirtutes: ergo q habet unam uirtutem perfectam, neceſſe eſt oēs habere. Quod uero qui habet prudentiã, habeat oēs uirtutes morales, ſic oſtendo. tum, quoniam qui prudens eſt, uir bonus eſt: uir autem bonus, niſi præditus ſit omnibus uirtutibus moralibus, eſſe non poteſt. tum uero, qñ perfecta prudentia requirit perfectum & integrum iudiciũ de rebus agendis; perfectum autem iudicium non poteſt eſſe, ſi deſit aliqua uirtus moralis, & aliqua paſſio perturbet: nam ſi paſſio excęcat iudicium rõnis, & corrumpit rectã exiſtimationem. tum vltimo, qñ prudentia non eſt timida, non eſt iniuſta, non intemperans: ergo ſecũ ducit omnes uirtutes. De ualore huius ſecundi argumenti commemoranda ſunt ea, quæ dicta ſunt ſupra q. 58. ad finem, & q. 60. art. 1. de unitate prudentiæ contra Scotum.

Adverſariorũ ſolutio. (margin, beside "Sed dicunt aduerſarii")

Ariſt. (margin, beside "ut mœchetur")

Sed pro maiori huius materiæ declaratione ſciendum eſt, ꝙ Doctores in 3. d. 36. ubi inueſtigant de connexione uirtutũ, diſtinguunt triplicē virtutis ſtatũ. Primũ vocant cõtinentiæ, qũ paſſiones ſunt uehementes, ſed eis uehementer reſiſtunt homines. Secundũ vocant tēperãtiæ, qñ paſſiones iã ſunt moderatæ, & ad ordinem redactæ. Tertium appellant heroicum, qñ paſſiones iam penitus ſunt ablatæ, & prorſus ignorantur. Qñ ergo dicimus, ꝙ virtutes morales ſunt ſibi connexæ, non loquimur de uirtutibus in gradu continentiæ: nã qui habet vnam uirtutem imperfectã, non eſt neceſſe ut habeat oēs: nec uero loquimur de uirtutibus in gradu heroico, & plane diuino: nã iſtæ uirtutes uix repetiuntur in uita mortaliũ: loquimur ergo de uirtutibus perfectis in gradu temperantiæ. Voco ergo uirtutē perfectã, non virtutem intenſiſſimam: ſed qñ homo per eam operatur ex electione, & ex certa ſcientia firmiter & promte in omni materia occurrenti.

Nota. Triplex uirtutis ſtatus. (margin)

His conſtitutis, ad argumēta Scoti reſpondetur: & ad primum reſpondetur, ꝙ licet uirtutes morales ſint perfectiones partiales, ab inuicem numquam ſeparantur.

Solutio argumentorũ. Ad primum argum. (margin)

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, ꝙ in definitione uirtutis habetur plane, ꝙ habeat connexionem cũ prudentia; in hoc uero ſignificatur, quod habeat connexionem cum oĩbus uirtutibus moralibus. nam prudētia ſecum ducit omnes uirtutes morales, ut ſupra diximus. Pro cuius declaratione notandum eſt, ꝙ duplex eſt modus connexionis uirtutum moraliũ; eſſentialis, & diſpoſitiuus. Eſſentialis adhuc duplex eſt. primus, quando una uirtus dependet ab alia in ſua quidditate & eſſentia: ſicut uirtus moralis dependet a prudentia. Secundus eſt, quando uirtutes morales non connectuntur immediate, ſed in aliquo tertio, in quo habent connexionem, & ſic omnes uirtutes morales connectuntur in una prudentia. Diſpoſitiue uero connectuntur omnes uirtutes, quando una ab altera in ſua operatione adiuuatur, ſicut tempe-

ad ſecundũ (margin)

ſantiam adiuuatur a fortitudine, ne metu & timore agāt contra caſtitatem, & temperantiam.

ad tertium. Ad tertium argm̄ rñdetur, ꝙ uirtutes morales ſunt ſibi connexæ, ſic ut qui habuerit unam, oēs habeat ſpectātes ad proprium ſtatū. Et ꝙ hoc uerū ſit, patet. nam angelus hēt iuſtitiam, & non temperantiam, qm̄ temperantia non pertinet ad eius ſtatū. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi quis eſſet cōſtitutus in nemo-

Prim cōc re, quo in loco nō poſſet occurrere materia fortitudinis, talis poſſet habere temperantiam ſine fortitudine perfecta: nā temperantia per-

Secunda. fecta hēt in officio tēperate agere in oī euētu regulariter occurrē ti. In ijs uero uirtutibus nemo pōt diu multumq; in una materia exerceri, quin exerceatur in alijs: in alijs uero uirtutibus, quæ pertinent ad eminentiorem ſtatum, qui habuerit unam; non habet omnes in actu, ſed in potentia propinqua, & in præparatione animi: nam prudentia dictat præparationem animi quando deficit materia.

ad quartū. Ad quartū argm̄ rñdetur, ꝙ nos loquimur de uirtutibus neceſſariis ad cōem ſtatū, & uirā; uirginitas uero ptinet ad eminentiorē ſtatū. Vel dicēdū eſt, ꝙ q ſeqtur uirginitatē, in ꝑparatione animi paratus eſt ducere vxorem ſi bono cōi expedierit; rurſus qui ſequitur caſtitatē cōiugalem, a uoluptatibus uenereis abſtinebit ſi opus fuerit.

ad quintum Ad quintum argm̄ rñdetur, ꝙ omnes uirtutes morales generantur ſimul tpe. Ex quo ſequitur, ꝙ una uirtus non eſt prior altera tpe. Secundo ſequitur, ꝙ oēs uirtutes morales generantur unico actu, quamuis in uirtute multorū actuu præcedentium. Ex quo ſequitur, ꝙ uirtus nō ſit uirtus, antequam ſit uirtus. Et ad argumenta Scoti; temperātia nō eſt uirtus ſine fortitudine. ergo fortitudo eſt prius uirtus: negatur conſequētia: nam ſat eſt, ꝙ ſimul uirtus ſit. Secundo dico, non eſſe neceſſe, ꝙ oēs uirtutes morales generentur ſimul ſimultate phyſica, & inſtantanea; ſed ſat eſt ſimultas moralis. Tertio dico, ꝙ qui defendūt doctrinam D. Th. de connexione uirtutum, non neceſſitantur concedere, ꝙ ſimul generantur uirtutes: nam ſm̄ D. Th uirtutes imperfectæ, quæ ſm̄ eſſentiam ſunt ueræ uirtutes, pn̄t eſſe ſine alijs. Vltimo dicendum eſt pro confutatione argumenti, quod aliqn̄ unico actu heroico generantur oēs uirtutes. v. g. mulieri caſtæ proponitur adulterium, & pretium, & mors crudeliſſima ſi non fiat, ſi perſeuerat in caſtitate, generantur oēs uirtutes ſimul, temperantia, iuſtitia, fortitudo. Ex his patet oīa inconueniētia Scoti eſſe uaniſſima. Vltimum inconueniens oportet particulariter confutare; propter quod aliqui Theologi tenent, ꝙ qui peccat contra unam uirtutem, peccat contra oēs, & ſic explicant illud D. Iacobi: Qui in uno offendit, factus eſt omnium reus. Sed hęc explicatio falſa eſt. nam qui peccat contra unam virtutem, non peccat immediatē contra omnes, ſed peccat contra prudentiam, qua debilitata, uel deſtructa, debilitanē vniuerſæ uirtutes morales.

Ad argumē tum Gab. Ad argumentum Gabr. dicendum eſt, ꝙ ex oībus illis titulis habetur cōnexio uirtutum, ex actibus, ex materia, ex fine, potiſſime uero ex prudentia, ſicut iam demōſtratum eſt. Nec argm̄ de ſcientijs habet ſimilitudinem: nam uirtus moralis habet connexionem cum prudentia, quæ ſecum ducit omnes uirtutes, ſed ſcientiæ non habent cōnexionē in concluſionibus, ſed in habitu primorū principiorum, qui non ſecum ducit omnes concluſiones.

Ad argumēta Almayn. Ad prīmu. Ad argumenta Almayni, & ad primum rñdetur, in ſuperioribus eſſe ſatis demōſtratum, quemadmodū ſit una prudentia reſpectu oīum agibilium, & quō illa ſimiliter modo de arte nō cōſiſtat, uidete ſupra in annotationibus noſtris, q. 58 ad finem & q. 60. art. 1.

ad ſecundū. Ad ſm̄ rñdetur, ꝙ ut ſit temperātia perfecta ſatis eſt, ꝙ operetur tēperate & ſobriē in omni euētu regulariter occurrēti, & ad hoc non eſt neceſſaria uirtūs heroica.

ad experientiam. Ad experiētias rñdetur, ꝙ ipſa experientia nos docet, quod non poteſt homo diu ſe exercere in materia unius uirtutis, quin in materia aliarum exerceatur, & ideo cōparata una uirtute, alia quoque comparatur.

ad Ariſt. Ad Ariſt. rñdetur, ꝙ loquitur de actu exteriori, qui eſt obiectū interioris: ceterum p electiones internas, et inops ſe exercet in magnificentia, & hoc ſufficit ut magnificus cēſeatur. præterea, ut ſupra dictū eſt, ſatis eſt in præparatione animi, & in potētia propinqua habere magnificentiam: qm̄ in cēteris uirtutibus uerſatus, facilis exiſtit ad has quoq; operationes exercendas. Similiter eſt dicendū ad reliqua argumēta, quæ in hunc modum habēt.

ART. SECVNDVS.

Vtrum uirtutes morales eſſe poſſint ſine caritate.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Virtutes acquiſitæ eſſe poſsūt ſine caritate: poſſunt. n. per opera humana acquiri, ſicuti eas gentiles cōſecuti ſunt. Secūda Cōcluſio. Virtutes morales infuſæ non poſſunt eſſe ſine caritate: nam ut dictū eſt ſupra, nec prudētia poteſt eſſe ſine aliis uirtutib. moralibus; nec e diuerſo: ad rectam aūt rationē prudētiæ multo magis requiritur ut hō recte ſe habeat circa ultimum finem, quod fit per caritatem, quam circa alios fines, quod fit per uirtutes morales: unde ſicut prudentia infuſa nō poteſt eſſe ſine caritate, ita nec aliæ uirtutes infuſæ ſine prudentia, & ex conſequenti non poterunt eſſe ſine caritate. Tertia Cōcluſio. Virtutes morales acquiſitæ ſunt uirtutes ſecundū quid; morales uero infuſæ, ſimpliciter: illæ. n. nō ordināt hoiem ut recte ſe habeat erga finē vltimū ſimpliciter; ſed ut recte ſe habeat circa finē i aliquo genere ultimum: iſtæ uero ordināt hominē ut recte ſe habeat erga finem ſimpliciter ultimū.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Expenditur tertia concluſio articuli. Prim. argu. DVbium eſt circa tertiam concluſionē, q̄ uidetur falſa Nam uirtutes, quæ fuerunt in gentilibus, & quæ modo ſunt in chriſtiano peccatore, uidētur proprie uirtutes in ſuo ordine, ut patet. Nam definitio uirtutis acquiſitæ non dicit aliquem ordinem ad finem ſupernaturalem, ſed tantum ad finem rationis naturalem. ergo uirtus acquiſita, quæ diſponit hominem ad finem naturalem, ſimpliciter eſt uirtus. Antecedens

Ariſt. probatur ex Ariſt. definitione. 2. Eth. cap. 6. uirtus eſt habitus electiuus in mediocritate conſiſtens, ſicut ratio dictat: quæ bona definitio eſt.

ſecundum Rurſus, duo ſūt hominis ſtatus, alius naturalis, qui in hoc conſiſtit ut homo uiuat ſm̄ rectam rationem; alius ſupernaturalis, qui conſiſtit in eo ut homo uiuat ſm̄ rationem fidei & caritatis infuſæ: ergo uirtus quæ uere perficit hominē in quolibet ſtatu, abſolute eſt dicenda uirtus.

tertium. Rurſus, uirtutes acquiſitæ, quæ acquiruntur per proprios actus diu & longo tempore, non eſt uéroſimile, ꝙ uno actu contrario fiat, ut non ſint ueræ uirtutes. v. g. temperantia, quæ multo tempore acquiſita eſt. His rationibus fere omnes Theologi Scholaſtici tenent contra Diu. Th. quod ſine caritate ſunt uirtutes perfectæ in ſuo genere, & gradu: ita Scotus d. 36. q. 1. art. 3. Dur. q. 1. Gabr. & reliqui omnes.

Scot. Durand. Gabriel. ſolutio dubij. Caiet. Ad hoc dubium dico, ꝙ eſt propriū illorū qui uolunt omnia implere uocibus, qm̄ eſt magis de uerbis, q̄ de re. Caiet. bēne dicit hic: ait. n. ꝙ ſapientes multoties proferūt diuerſas ſententias, quæ uidentur contrariæ, quæ tñ ſi referantur ad diuerſas cās, ſunt ueræ. Eſt v. g. infirmus laborās morbo, medicus dicit cito illum moriturum: aſtrologus aūt, qui cōtēplatur aſtra in quorū ſignis natus eſt ille homo, docet ꝙ uiuet multum tēpus: iſtæ ſententiæ uidētur cōtrariæ, ſed ueræ ſunt, conſideratis diuerſis cauſis.

Sic philoſophia moralis, cuius finis eſt informare vitã hominis bene ſecundum rationem animalẽ, docet ꝙ virtutes acquiſitæ ſunt ſimpliciter virtutes, etiã ſine cõſortio caritatis infuſæ; quoniam faciunt hoiem promte operari ſecundum humanam prudentiam: Theologus vero, cuius eſt informare vitã hoïs in ordine ad felicitatem ſupernaturalẽ, docet nullã eſſe virtutẽ ſimpliciter, niſi q̃ iuuat ad finẽ ſupnaturalẽ, qd nõ faciũt acquiſitæ niſi cũ caritate: ſic loquuntur Sãcti & Paul. 1. Cor. 13. nihili facit eleemoſynã & fidẽ ſine caritate, quoniam ſola caritas diligitur a Sanctis: ſine ea ſacile deſpiciũtur omnia. Legitur Cãt. 8. Si dederit homo pro dilectione oẽm ſubſtantiam ſuã, quaſi nihilũ deſpiciet illã: ergo dicit bene Caiet quod in hac quæſtione vnuſquiſq; abundet in ſuo ſenſu: philoſophus docet bene; Theologus etiam.

1. Cor. 13.

Cant. 8.

Secundo notandum cum Caiet. ꝙ ſicut prudẽtia acquiſita pendet a virtutibus acquiſitis, tamquã a primis principijs quæ faciunt rectum appetitum circa finẽ virtutum, pendet & ab appetitu naturali circa finẽ vltimũ naturalem: ita etiã prudentia infuſa pendet a virtutibus moralibus infuſis, tãquã a proximis principijs, a caritate tãquã a principio primo, a caritate, inquam, conſtituente vltimum finẽ ſimpliciter: vnde virtutes iſtæ infuſæ, quia talem finẽ habent, ſunt ſimpliciter virtutes.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrũ caritas poſſit eſſe ſine alijs virtutibus moralibus.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio D. Tho. eſt negans: aſſerit. n. cum caritate infundi omnes morales virtutes. Hanc concluſionem in argumento, ſed contra, probat D. Thomã per caritatem tota lex impletur, vt patet Ro. 13. lex autem tota impleri non poteſt, niſi adſint oẽs virtutes morales; lex. n. præcipit actus oĩum virtutum, vt dicit Ariſto. In corpore vero ita eãdem concluſionẽ probat. Deus nõ minus perfecte operatur in operibus gratiæ, quã in operibus naturæ; ſed in opibus naturæ nõ eſt principiũ aliquorũ operũ, in aliqua re, quin inueniãtur in ea illa q̃ neceſſaria ſunt ad huiuſmodi opera perficienda: multo igitur magis in operibus gratiæ: cum caritas ſit principium ordinans hominem ad vltimũ finem, erunt cũ caritate aliæ virtutes morales, quibus homo perficit ſingula genera bonorũ operum: vnde qui per peccatum mortale amittit caritatem, amittit etiam omnes alias virtutes morales infuſas.

EXPLICATIO ARTICVLI.

De hoc art. ſupra actum eſt, q. 63. art. 3. ubi docuit D. Tho. virtutes morales infuſas eſſe ponendas. In ſolutione ad primum hic notandum eſt, quod ſacræ ſcripturæ caritati tribuunt operationem reliquarum virtutũ, ut ad Ro. 13. Qui diligit proximum, legem impleuit. & iterũ, Plenitudo ergo legis eſt dilectio. & 1. ad Corint. 13. Caritas patiens eſt, &c. Sed tamen non inde eſt colligendum, quod caritas eliciat operationem aliarum virtutum, ſed quia ſimul cum caritate ſunt reliquæ virtutes, ideo dicitur caritas omnia operari. Vel ſecũdo, quia imperat reliquis virtutibus, & earum operationes in vltimum finem dirigit, vnde habent eſſe meritoriæ.

Caritati tribuunt alias rum virtutum opera. Rom. 13.

1. Cor. 13.

Circa ſolutionem ad ſecundum, & tertiũ quæritur, An virtutes infuſæ ſint ſimpliciter virtutes quãdo ſunt cum paſſionibus inordinatis, ſiue illæ paſſiones ſint naturales, ſiue ex mala cõſuetudine acquiſitæ. Videtur ꝙ non ſint ſimpliciter virtutes. Primo, quia ad virtutẽ ſimpliciter pertinet vt faciat operari promte, & delectabiliter: ſed p virtutes in illo ſtatu non opatur homo promte & delectabiliter, ſed ægre, & cũ difficultate vincit: ergo &c. Secundo, temperantia acquiſita, vt ſupra diximus, aliquando non eſt perfecta, ſolum ex eo ꝙ impedimentũ eſt aliqd extrinſecũ ex defectu fortitudinis: ergo vndecũq; pueniat difficultas operandi, nõ erit ſimpliciter virtus q̃ nõ promte, & delectabiliter operatur in quocumq; euentu. Tertio, virtutes acquiſitæ, ſi homo eſſet in puris naturalibus, non eſſent ſimpliciter virtutes, vt diximus articulo præcedenti q̃a nõ ſufficerẽt ſanare hoiem ſed infuſæ etiam nõ auferunt fomitẽ peccati, & rebellionẽ. ergo nõ ſunt ſimpliciter virtutes. Confirmatur ex illo, quod inquit Apoſtolus: Virtus in infirmitate perficitur: vbi datur intelligi ꝙ virtus moralis infuſa perficitur per exercitium cõtra pugnã carnis.

An virtutes infuſæ ſi adſint paſſiones, ſint ſimpliciter virtutes.

Primũ arg.

Secundum.

Tertium.

Confirmatio.

In oppoſitum eſt, ꝙ per gratiã, & virtutes infuſas efficitur homo rectus, & iuſtus, ſimpliciter loquẽdo: ergo habet virtutes infuſas ſimpliciter. Item in Clementina vnica, de baptiſmo. & c. maiores. dicit ꝙ paruulis infunduntur virtutes in baptiſmo, & tamen manet pugna carnis & fomes peccati in illis: quod apparet quando veniunt ad vſum rationis. Item, ſi difficultas ex parte paſſionis deſtrueret rationem virtutis perfectæ, ſeqretur ꝙ aliqs magis gratus Deo, eſſet minus ſtudioſus. Probatur ſequela: nã ſi qs naturaliter ſit pcliuior ad luxuriã ex mala cõſuetudine præterita, & habeat gratiã vt octo, ſentiet iſte maiorem difficultatem in operando, quam ille qui habet gratiã vt quatuor, & non eſt procliuis ad luxuriã, vel & hẽt quaſdã virtutes acqſitas: ergo ille prior magis gratus Deo, haberet virtutes imperfectiores q̃ iſte ſecũdus.

Ad hoc dubiũ Magiſter Cano dupliciter reſpondebat. Primo, virtutes infuſas, quæ ſunt cũ contrarijs diſpoſitionibus, non habere ſtatum virtutis. Et ad Clementinã reſpõdebat, ꝙ loquitur de habitibus infuſis, qui ex ſpecie ſua ſunt virtutes, licet nõ habeãt ſtatũ virtutis quouſq; paſſiones ſunt moderatæ. Scdo dicebat, ꝙ ſi hoc nõ placet, põt dici, ꝙ virtutes infuſæ ſunt ſimpliciter virtutes & faciunt perfectũ habentẽ ad oẽ opus bonum paratũ. Difficultas aũt quæ prouenit ex parte paſſionũ, nõ deſtruit rationem virtutis infuſæ, ſicut deſtrueret rationẽ virtutis acquiſitæ: qa in acquiſitis requiritur illa promtitudo, vt ſint virtutes ſimpliciter, eo quod in rebus inferioris ordinis multa requiruntur vt aliquis ſit perfectus; ſed tamen in rebus ſublimioribus non eſt neceſſarium vt tot conditiones concurrant vt aliquis dicatur bonus & perfectus in illis, vt videtur D. Thom. docere in prologo ſuper libros de Anima. Item eſt alia ratio, quia in virtutibus humanis acquiſitis etiam non requiritur vt ſint perfectæ, illa delectabilitas vniuerſaliter, & in operando promtitudo: nã cum aliquis fortiter patitur tormenta pp virtutem, non neceſſe eſt vt delectabiliter patiatur, ſed ſi conſtanter patiatur, ſufficit. Item etiã eſt alia ratio de virtutibus acquiſitis & infuſis, quia impedimenta illa extrinſeca paſſionum non corrumpunt principium virtutis infuſæ ſ. prudentiam a Deo infuſam: corrumpunt tamen principium virtutis acquiſitæ ſcilicet prudentiam ipſam acquiſitam. Nos vero reſpõdemus, ꝙ ex his duobus modis dicendi, ille prior non eſt probabilis; vt oſtendunt argumẽta pro parte affirmatiua; ſecundus vero eſt certiſſimus, & cõis ſnĩa Thomiſtarũ. Vnde ad primũ argumentũ partis negatiuæ reſpondetur, ꝙ illa maior intelligitur quantum eſt ex parte virtutis, non autem ſi impedimentũ ſit extrinſecum. Et ſi obiiciatur, ꝙ etiam virtus acquiſita in gradu remiſſo, quantum eſt ex ſe, facit delectabiliter operari: ergo in hoc nulla eſt differẽtia. Reſpõdetur negando antecedens: quia virtus acquiſita ex propria natura habet directe & formaliter cõtrariari inordinationi appetitus; quare tanto erit imperfectior, quanto inordinatio fuerit maior in appetitu: at vero virtus infuſa ex pprio genere ſuo nõ cõtrariatur formaliter inordinatæ inclinationi,

Cano.

D. Thom.

Soluuntur argumenta. Ad primum argumentũ.

tioni, ſed effectiue contrariatur; nam virtus eſt ſimpliciter in quocunque gradu a Deo infundatur: quam minima caritas cum ſuis virtutibus annexis potens eſt vincere omnes vehementes paſſiones. *Ad ſecund.* Ad ſecundum dicitur, ꝙ temperantia acquiſita non eſt virtus ſimpliciter, etiā ſi nihil illi deſit niſi connexio ſeu ticudines: ita tunc impedimentū nō ſolum eſt extrinſecū alterius virtutis, ſed etiam intrinſecū: quia principium cui ſubordinatur intrinſece ipſa tēperantia, ſ. prudentia, eſt imperfectū; virtus vero infuſa eſt perfecta cū paſſionibus & ſine virtute acquiſita. *Prima concluſio*

Ad tertium. Ad tertiū rñdetur, ꝙ licet maneat fomes, & pugna in iuſtificatis: tñ ipſæ virtutes infuſæ in quouis gradu ſufficiētiſsimę ſunt ad vincendū motus inordinatos; nō autē virtutes acquiſitæ, etiā ſi homo eſſet in puris naturalibus abſque peccato. Et ſi obiicitur, quia homo in gratia Dei exiſtens nō pōt per ſolas virtutes infuſas ſine nouo auxilio Dei vincere tentationes omnes: multo autē minus perſeuerare vſq; in finē; at vero cum auxilio Dei ſupernaturali, & cū virtutibus acquiſitis etiam poteſt vincere omnes tentationes: ergo virtutes infuſæ non propterea ſunt virtutes ſimpliciter ꝙ ſecundum ſe ſufficiunt magis quā acquiſitæ. Reſpondetur, ꝙ ſicut ignis in naturalibus dr̄ ſufficiens ſcḋm propriam naturam ad generandum ignem, licet requiratur cōcurſus cauſſarum vniuerſaliū, & maxime primæ cauſſæ, cui oēs cauſſæ naturales neceſſario ſubordinantur: ita & habitus virtutum infuſarum dicuntur ex natura ſua ſufficere ad vincendas omnes tētationes, licet requiratur auxilium Dei ſupernaturale, ſicut cauſſa ſuperior eiuſdem ordinis cum virtutibus infuſis. Virtutes aūt acquiſitæ merito dicuntur inſufficientes ex natura ſua ad vincendum oēs tentationes hominis infirmi, quia ſcḋm ſe ſubordinantur tantū auxilio Dei generali, & naturali, quo Deus cōcurrit cum omnibus rebus quas creauit ſecundum ſpeciem cuiuſq;: quare non eſt eadem ratio de vtriſq; virtutibus. *Secunda Concluſio*

Ad teſtimoniū Apoſtoli reſpondetur, ꝙ virtus in infirmitate perficitur, intelligit primo (vt explicat Chry.) id eſt, mea virtus diuina dicit Deus, manifeſtatur dum per vos infirmos magna facit: iuxta illud, quod alibi dicit Apoſtolus. Habemus theſaurum iſtum in vaſis fictilibus, vt ſublimitas ſit virtutis Dei, & non ex nobis. Secundo intelligitur, ꝙ virtus in infirmitate perficitur. i. pugnando contra infirmitatē augetur, & coronatur; nō autem quod antea non fuerit perfecta ſine infirmitate. *Chryſ.*

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum fides & ſpes poſſint eſſe ſine caritate.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Fides & ſpes, ſi conſiderentur ſecundū naturam & eſſentiam ſuam vt habent ſtatum virtutis imperfectum, poſſunt eſſe ſine caritate: poteſt. n. aliquis credere Deo, & ſperare, etiam ſi Deū ex caritate non amet.

Secunda Concluſio. Si fides & ſpes conſiderentur ſecūdum ſtatum virtutis perfectum, ſine caritate eſſe non poſſunt: virtus enim perfecta non ſolum bonum operatur, ſed operatur bonū perfecte: fides autem & ſpes non operantur bonum perfecte ſine caritate: ad debite enim credendum, & ad recte ſperandum requiritur voluntas caritate perfecta.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum caritas vice verſa poſſit eſſe ſine fide & ſp.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Circa fundamentum D. Th. dubium eſt. Inquit D. Th. quod actus fidei pendet a volūtate, quia nemo credit niſi volens: & ideo requiritur ꝙ vtraq; potentia ſit perfecta, voluntas caritate, & intellectus fide. Scot. in 3. diſt. 23. q. 1. impugnat hanc rationem, dicitq; ꝙ actus fidei non pendet a voluntate humana, ſed ſolum ab intellectu: requiritur tñ ꝙ voluntas nō repugnet, nec cōtradicat veritatibus propoſitis ab intellectu, nec diuertat intellectū ab illis. Et probat: nam ſi voluntas traheret intellectū ad credēdū, ſequeretur ꝙ propoſita hac propoſitione, aſtra ſunt paria de qua nihil ſcimus; poſſet aliquis intellectus trahi per voluntatem ad credendum firmiter aſtra eſſe paria: quod tñ eſt falſum, vt docet experientia. Reſpōdetur, fundamentum D. Tho. eſſe verum, & eſſe D. Aug. tract. 26 ſuper illa verba: Nemo poteſt venire ad me, niſi Pater meus, &c Ioā. 6. Et confir. Rom. 10 Corde credit ad iuſtitiam, &c. vbi nomine cordis voluntas intelligitur a Sanctis. Et ratiōe patet: motiua. n. & rationes naturales quæ inducūt ad fidem, non cōuincunt intellectum vt firmiter credibilibus aſſentiatur: ergo neceſſe eſt ꝙ per propriam voluntatem trahat quis intellectū ad aſſentiēdū, iuxta illud Cor. 10. Captiuātes intellectum in obſequium fidei, quod fit per volūtatē. *Scot.* *Argumētum* *Concluſio* *Auguſt.* *Ioan. 6.* *Rom. 10.*

Ad Scotum reſpondetur (aiet poſſe trahi intellectum per voluntatem ad aſſirmādum aſtra eſſe paria: nec inde ſequitur abſurdum aliquod; ſed ſecundo reſpondetur negando poſſe id fieri: nam Ariſto. inquit, ꝙ imaginari quidem poſſumus etiā abſq; ratione cum volumus, ſed opinari non poſſumus cum volumus, niſi aliqua ratione adiecta quare in illo caſu nō trahetur intellectus ad aſſenſum: quando vero motiua ſunt ſufficientia vt quis non leuiter credat, poteſt voluntas trahere intellectum vt credat: nulla vero motiua ſunt quæ inducant ad credendum aſtra eſſe paria, quare argumentum nō cocludit. *Solutio argumenti.* *Ariſto. 3. de anima, c. 3.*

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negatiua cuius ratio talis eſt. Nam caritas ſuper amorem addit mutuā quandam redamationem cū quadam mutua communicatione: vnde 1. Ioan. 4. dicitur; Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. Iſta autem mutua communicatio in præſenti inchoatur per gratiam, & perficitur in futuro per gloriam, quorum vtrumque fide & ſpe tenetur: nemo ergo pōt amicitiā caritatis habere ad Deū, niſi fidem habeat, per quam credat huiuſmodi communicationem & ſocietatem hominis ad Deum, & ſperet per ſpem ſe ad hanc ſocietatem pertinere: nemo ſiquidem poſſet cum aliquo amicitiam habere, ſi diſcrederet, aut deſperaret ſe aliquam ſocietatem, aut familiaritatem cum ipſo habere poſſe. *1. Ioan. 4*

EXPLICATIO ARTICVLI.

In hoc articulo eſt dubium circa id quod dicit D. Tho. caritatem Chriſtianam eſſe mutuam amicitiam inter nos & Deum. Patet hoc eſſe falſum. Nam nos diligimus Deum per caritatem finitam: Deus vero diligit nos per caritatem infinitam, quā habet: ergo non eſt mutua hæc dilectio. Secūdo, Deus infundit nobis habitum gratiæ quando nos diligit: nos vero quando eum diligimus, nihil infundimus: ergo ꝙ Tertio, inter homines alia eſt caritas qua Petrus diligit Paulum, & alia qua Paulus diligit Petrum: ergo inter nos & Deum non eſt vna amicitia mutua. *Vtrum cari tas ſit mutua amicitia inter nos & Deum.* *Primum ar. Secundum. Tertium.*

Ad hoc dubium reſpondet D. Th. ad aliud propoſitū 2. 2. q. 2 3. art. 1. Modo reſpondetur, ꝙ D. Tho. non dicit ꝙ caritas Chriſtiana ſit mutua amicitia, in hoc ſenſu ꝙ eadem caritate nos diligimus Deum, qua ipſe diligit nos; ſed vult dicere, ꝙ caritas Chriſtiana nō eſt tm̄ amicitia ſimplex i. ex altera parte tantum, ſed connotat ex parte ipſius Dei reciprocā vicē amoris erga nos, *D. Thom.*

ſed

ſed tantum hoc facit per ſuã caritatẽ : diligit ergo nos caritate illa æterna, q̃ ipſe Deus eſt : infundit tñ nobis gratiam, & caritatẽ finita, qua nos diligimus Deũ. Fundatur uero hæc amicitia in fide, & ſpe: nã q Deus inhabitet nos p iſtã gratiam & caritatem, nullus ſcit, ſed credimus, & ideo amam⁹ quaſi nobiſcũ côuerſantem, & cõmorantem. Similiter quiã⁹ beatificãdi in æternũ, & cũ Deo victuri, nondũ habemus, ſed credimus, & ſperamus. Igitur vt amemus Deũ præſequũtur fides & ſpes. Dẽt aũt ĩtelligi de viatoribus hæc neceſſitas fidei: nã ĩ patria eſt caritas ſine fide, q̃q̃ nõ ſine aliquo excellẽtiori lumine, ſ. viſione: item ibi eſt etiam comprehẽſio, quę correſpondet ſpei. Per hæc patet ad argumẽta facile, q eſt mutua amicitia, ſiue vna, ſiue plurib. caritatibus. Eſt aliud dubiũ, Verũ fides ſine ſpe, & e contra poſſit eſſe. Rñdetur, q ſicut fides põt eſſe ſine caritate, ita ſine ſpe. Patet. Põt e quis credere articulis fidei, & deſperare pp ſua ſcelera, ſicut contigit Cain Gen 4. & cõtingit multis q ſe ſuſpẽdunt. Sed tamẽ an ecõtra eſſe poſſit ſpes ſine fide, maius dubiũ eſt. Nã Almay. tra. 3. ſuorũ moralium. c. 9. partẽ affirmatiuã tenet, & probat. Hæreticus nõ credit articulis fidei, & tamẽ tenet ſpẽ cõſequẽdi vitã æternã: ergo. Sedo, hæreticus qui amittit fidem, non continuo ſequitur q debeat deſperare: ergo poteſt ſe conſeruare in ſpe.

Sed ad dubium reſpondetur, quod nulla ratione poteſt eſſe ſpes ſine fide. Patet; fides eſt fundamentum reliquarum omnium virtutum : ad Hebr. 11. vbi dicitur, quod eſt ſubſtantia ſperandarum rerum : ergo ſine fide non poteſt eſſe ſpes futurarum rerum, ſicut nec ædificium ſine fundamento, aut accidens ſine ſubiecto. Rurſus, in Concilio Trid. Seſſ. 6. ca. 8. dicitur, q ſine fide, quæ eſt ianua virtutum, non poteſt reperiri aliqua virtus, iuxta illud Pſa. 136. Exinanite, exinanite vſq; ad fundamentum in ea, loquitur in perſona Dæmonium exoptantium deſtrui virtutes in homine vſque ad ipſam etiam fidem. Tandem ſpes Chriſtiana ſupponit cognitionem eorum quæ ſperamus; alias ſpes non eſſet: ſed per fidem cognoſcimus: ergo.

Ad argumenta reſpondetur, q illa ſpes in hæretico nõ eſt infuſa, ſed acquſita & humana, ſicut & fides qua credit alijs articulis, negatis alijs, Vide D. Th. 2. 2. q. 4. art. 7.

QVAES. LXVI.

De æqualitate virtutum, in ſex articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum virtus poſsit eſſe maior, vel minor.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Virtutes ſpecie differentes ſunt inæquales in pfectiõe; etenim cauſſa portior eſt ſuo effectu: & inter effectus ille qui eſt cauſſæ propinquior, perfectior eſt: & ideo cum cauſſa humani boni ſit ratio, prudẽtia quæ perficit rationem, prę fertur in bonitate alijs virtutib. moralib. perficiẽtib. vim appetitiuam, in quantũ participat rationem: & in his etiã tanto una eſt altera melior, quanto magis ad rationẽ accedit: unde iuſtitia præſtat tẽperantiæ, & fortitudini, quia magis rationem participat; & fortitudo temperãtiæ, propter eandem cauſſam.

Secunda Concluſio. Virtutes quæ ſunt eiuſdem ſpeciei in diuerſis hominibus, ex parte obiecti ſũt æquales: ex parte ſubiectorum inæquales; q. cumq; . n. habet temperantiã, hẽt ipſam quantũ ad omnia ad quę ſe extendit. & idem dicendum eſt de alijs virtutib. Ceterum quia ad attingẽdũ medium virtutis, quod eſt ſecũdum rectam rationẽ, vnus eſt melius diſpoſitus alio, vel propter maiorẽ aſſuetudinẽ, aut meliorem naturæ diſpoſitionem, uel propter perſpicacius iudiciũ rationis, aut vero propter maius gratiæ donum: iõ ex parte ſubiectorum virtutes eiuſdem ſpeciei inæquales ſunt. Tertia Cõcluſio. Ex parte ſubiecti etiam eadẽ virtus numero poteſt ſe ipſa perfectior eſſe pro diuerſis tẽporib. Hęc ex ſuperiori patet: quod enim dicitur de diuerſis ſubiectis, dici poteſt de eodem pro diuerſis temporibus.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum virtutes ſimul in eodem exſiſtentes ſint æquales.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Virtutes quæ ſpecie differunt, non ſunt æquales. Hæc concluſio articulo præcedenti probata eſt. Secũda Concluſio. Secundum intenſionem ex parte ſubiecti in quo ſunt, omnes virtutes ſunt æquales in eodem hoĩe æqualitate proportionis; ſicut digiti vnius manus æqualiter creſcunt, nõ ſecũdũ quãtitatẽ, ſed ſecundũ proportionẽ. Ratio aũt huius æqualitatis eadẽ eſt, quæ & ratio connexionis earũ, oportet. n. oẽs conditiones generales virtutũ, in omni virtute æqualiter cõcurrere, & medium rationis in ipſis conſiſtere. Hanc

EXPLICATIO ARTICVLI.

In hoc articulo eſt notandum, quod Diuus Thomas agit de virtutibus moralibus acquiſitis: nam infuſę, & Theologicę nullo modo comparantur cũ acquiſitis, cum ſint alterius ordinis. De acquiſitis uero quæ ſimpliciter ſunt virtutes, agit, ſcilicet q̃ cum prudentia vere ſunt cõnexæ. ita hic Cai. qui excludit omnes intellectuales, & informes, etiã Theologales ab hac q̃ſtione.

Secundo notãdum eſt, q uirtus una põt eſſe perfectior alia dupliciter: uno modo ex parte ſubiecti in quo eſt: alio modo ex parte obiecti circa quod uerſatur. v. g. ſcientia quæ ſe extendit ad decem concluſiones, perfectior eſt quam quæ ſe extendit ad quinque: ex parte uero ſubiecti eadẽ quæ ad decem extenditur, magis radicata eſt in vno quã in alio. Hęc autẽ perfectio ex parte obiecti non reperitur maior, & minor in vna virtute morali. ſunt. n. æquales omnes ex parte obiecti, quia ſe extendunt ad totam latitudinẽ ſui obiecti, propter rationem D. Tho. quia. ſ. ſunt in appetitu, qui eſt inclinatio ad obiectum ſuum bonum. Quare D. Tho. 2. 2 q. 24. art. 5. inquit, caritatẽ ex parte obiecti minime augeri, quia eſt virtus in appetitu. Pri. con.

Quod ſi quis obiiciat, ſicut ſe extendit ſcientia in dies ad nouas concluſiones, ita uirtus moralis, & caritas ad noua obiecta. ergo perficitur moralis uirtus ſicut ſciẽtia ex parte obiecti: Reſpondetur negando conſequentiam, nam ratio formalis moralis uirtutis quę modo ſe extendit ad plures materias, eadem eſt, & ſimul, & ſemel acquiſita ſeu infuſa. Ratio tamen formalis ſcientię partibiliter acquiritur, quia cum ſe extendit ad plures concluſiones, pręter lumen principiorum requiritur etiam nouum lumẽ, quo determinetur habitus ſcientiæ ad cognitionem talis, & talis concluſionis. Hinc tertio Cai. infert, hoc differre intellectuales virtutes, & morales, q illæ poſſunt eſſe uirtutes ſecundum ſtatum imperfectum; iſtæ non, niſi ſecundũ ſtatum perfectum, ut ſupradictum eſt. q. 65. art. 1.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Examinatur D. Th. probatio.

Circa rationem D. Th. eſt dubium: nam videtur ratio nulla: inquit enim ꝙ per intellectum apprehendimus quidditatem in communi; per voluntatem uero non apprehendimus bonū in communi; ſed in particulari: contra quā ſic arguitur.

Explicatio probationis

Etiam volūtas fertur in bonū in communi, ut ſic, & intellectus intelligit ſingularia. ergo. Reſpondetur, ꝙ licet intellectus, & voluntas in hoc conueniant, ꝙ feruntur in verum, & bonum in communi: & rurſus intellectus cognoſcat exiſtētias, & voluntas feratur in bonū in cōi, vt poſſideat illud in rerum natura exiſtens: diſcrimen tamen eſt, ꝙ cū intellectus ſit potentia apprehēſiua, & iudicatiua ſatis perficitur per rerū cognitiones, ſiue res exiſtant, ſiue non exiſtāt: appetitus uero cū feratur in obiectū prout eſt a parte rei, non ſatis perficit, niſi illud habeat exiſtens, & poſſideat, & eo fruatur: exiſtētia aūt eſt cōditio indiuidui, primo & per ſe, quare materialis cēſetur: quare obiectū quod hāc conditionem poſtulat, materialius cēſetur.

rationē æqualitatis aſſignat D. Aug. 6. de Trinitate c. 4. dicens; Si dixeris æquales eſſe iſtos fortitudine, ſed illū præſtare prudentia, ſequitur ꝙ huius fortitudo minus prudens ſit, ac per hoc nec fortitudine æquales ſunt; quando quidem eſt illius fortitudo prudentior.

Tertia Concluſio. Ex parte prudentiæ, vnde ſumitur ratio virtutis formaliter, & cōnexio, æquales ſunt omnes, ſed ex parte inclinationis ſubiecti, unde ſumitur ratio materialis virtutis, ſunt inæquales: exſiſtente namq; ratione æqualiter perfecta in uno & eodē, oportet ut proportionaliter ſecundum rectam rationē medium conſtituatur ĩ qualibet materia virtutum: ſed quia vnus homo promtior eſt ad actum vnius virtutis q̃ ad actum alterius, uel ex natura, uel ex conſuetudine, uel ex dono gratiæ; ideo ex parte inclinationis ſubiecti uirtutes in eodem æquales non ſunt.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum virtutes intellectuales ſint præſtantiores moralibus.

Examinatur, quomodo virtutes intellectuales ſint moralibus præſtantiores.

In hoc articulo eſt maius dubium, Quomodo verum ſit ꝙ virtutes intellectuales ſint nobiliores moralibus? nam contrarium eſſe verum his argumentis oſtendo.

prim. argu.

Primo, uirtutes intellectuales dant facultatem operandi, ſed non rectum uſum, ut ſæpe probauit S. Tho. ſup. q. 56. ar. 3. & 57. art. 1. ſed virtutes morales dāt facultatē & rectum vſum: ergo virtutes morales ſunt pſtantiores.

Secundum.

Secundo, uirtutes intellectuales non faciunt hominē bonum ſimpliciter, ſed bonum rhetorem, Theologum, &c. virtutes uero morales faciunt bonum habentem, & eius opus bonum reddunt: ergo præſtant in dignitate, & excellētia.

Tertium.

Tertio, uirtutes ĩtellectuales ſunt cōes bonis, & malis: virtutes morales tantum competūt viris bonis. ergo.

Quartum.

Quarto, oēs definitiones virtutū pcipue & potiſſime cōueniūt virtutib. moralib. quod ſic oſtendo. Nā illa definitio; Virtus eſt q̄ bonū facit habētē, & eius opus bonū reddit; pcipue conuenit virtuti morali. Rurſus illa; Eſt habitus in medio cōſiſtens electiuus prout faciēs determinauerit, ſolū conuenit uirtuti morali, atq; ēt illa D. Aug. Eſt bona qualitas mentis, qua recte viuitur, &c. potiſſime cōuenit virtutib. moralib. nam uirtutib. moralib. nullus male vtitur; uirtutibus uero intellectualibus abutimur ſæpiſſime. Itē, virtutes morales maxime conducunt ad vitā beatam obtinendam, ut conſtat. ergo perfectiores ſunt.

Vltimum

Vltimo, D. Tho. 2. concluſione aſſerit plane ꝙ in virtute morali ratio virtutis plenior inuenitur: ergo virtus moralis in perfectione præſtantior eſt. Ex quo videtur ſeq, ꝙ ſit manifeſta repugnantia inter primā, & ſecundā cōcluſionē. An nō eſt repugnantia dicere ꝙ virtutes intellectuales ſint nobiliores moralibus, & ꝙ ĩ virtutib moralib. ratio uirtutis plenior inueniatur? Propter hæc argumenta quidā Doctores in primis graues, nominatim Caie. & Conr. exiſtimāt D. Th. intelligere, ꝙ virtutes intellectuales in rōne habitus, & entis ſunt pfectiores; at in rōne virtutis pſtant morales, quemadmodū ſi aliqua ſtatua exprimatur ꝑ operā in auro; alia uero optime ĩ plūbo, prior figura in genere entis pfectior eſt; ſcda uero in rōne artis & figuræ. Hæc ſolutio mihi non pbatur, nec uero placuit doctiſſimis viris, Soto, & Victoriæ. Nā D. Th. hic agit de æqualitate & excellentia virtutū in quantum virtutes ſunt. defīnit autē in prima conclu. eſſe nobiliores moralib. ergo dēt ĩtelligi formaliter de virtutibus, in quātū uirtutes. Deinde, pcipua nobilitas uirtutū ex obiecto ĩueſtigāda eſt, ſed D. Th. cōſtituit in articulo obiectū virtutū ĩtellectualiū eſſe nobilius. ergo ſūt nobiliores virtutes. Vltimo, ad extremū artic. docet S. Th. ꝙ virtutes ĩtellectuales ſūt pfectiores habit⁹, & ſunt virtutes; ergo ſūt pfectiores virtutes, ſicut recte ſequtur, iſtud eſt pfectius ens, & eſt ſubſtātia. ergo eſt pfectior ſubſtantia. Sed probatur euidentiorib. argumentis ꝙ virtutes intellectuales ĩ dignitate antecedāt morales. hoc oſtēdo ĩ primis rōne ſubiecti. Nā virtutes intellectuales collocātur in intellectu; morales uero in appetitu. intellectus aūt præſtantior eſt uolūtate, tū, qm̄ intellectus rationalis eſt ꝑ eſſentiā; uoluntas uero per participationē. ſic habet Ariſt. 1. Eth. c. ultimo, tum uero, qm̄ perfectio uoluntatis in hoc conſiſtit, ut intellectui & rationi obtemperet. ergo intellectus præſtantior eſt. Secundo, demonſtro idem ratione obiecti. nam obiectum uirtutum intellectualium nobilius eſt obiecto virtutum moralium. ergo virtutes intellectuales nobiliores ſunt. Antecedēs probatur. nam obiectum virtutū intellectualiū eſt uerū. obiectū uirtutū moralium eſt bonū. uerū aūt longe præſtantius eſt q̄ bonum. quod ſic oſtēdo. Nā ĩtellectus ſatis pficitur rerū cognitione, & cōtemplatione, licet res ĩ rerū natura nō exiſtāt; appetitus uero nūquā fertur in bonū, niſi vt habeat illud, & eo fruatur quod ſecū affert exiſtentiā. exiſtētia uero eſt ueluti conditio materialis; competit enim indiuiduo

exiſtenti,

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Simpliciter loquendo de virtutibus ſecūdum ſe, præſtantiores ſunt uirtutes intellectuales, quam morales, quæ in appetitu ſunt: illa enim uirtus ſimpliciter loquendo nobilior eſt, quæ hēt nobilius obiectum: obiectum autē rationis nobilius eſt obiecto appetitus; quippe cum ratio apprehendat aliquid in vniuerſali; appetitus uero tendat in res particulares: ergo ſimpliciter loquendo uirtutes intellectuales nobiliores ſunt, moralibus, quia illæ perficiunt rationem; iſtæ appetitum.

Secunda Concluſio. Virtutes morales in ratione uirtutis nobiliores ſunt q̄ intellectuales: uirtuti. n. competit mouere tamquam principio ad actum, ideo namque eſt perfectio potentiæ: uirtus autē moralis magis mouet ad actum; quoniam perficit appetitum cuius eſt mouere alias potentias ad actum: ergo in rōne uirtutis præeminent virtutes morales intellectualibus; quamuis uirtutes intellectuales ſint nobiliores habitus ſimpliciter.

exiſtenti, ex quo cõſequens eſt, ꝙ uerũ ſit magis ſeparatũ, & diuinũ, q̃ bonum. Pro declaratione huius rationis, quã hic ponit D. Th. quã pleriq; impugnant, quia nõ intelligunt, recolenda ſunt quæ in principio huius articuli poſita ſunt. Tertio idẽ oſtendo; qm̃ Ariſt. demonſtrat noſtrã felicitatẽ eſſe conſtitutã in uirtutib. intellectualibus; tum, qm̃ ſunt in nobiliori potentia; tũ uero, qm̃ ſunt de nobiliori obiecto; tum ẽt, qm̃ intellectualis operatio magis eſt cõtinua & ſẽpiterna, q̃ exercitiũ uirtutum moraliũ; tũ uero, quia maiori delectatione afficit mentẽ noſtrã; tum quinto, qm̃ facit hoĩes magis ſimiles Deo, qui in contẽplatione rerum diuinarum ſuam habẽt beatitudinẽ; tũ ultra, quoniã uirtutes oẽs morales ordinãtur ad uirtutẽ intellectualẽ. ſ. ad ſummã felicitatem perpetuã, q̃ in Dei uiſione conſiſtit. Iſtam ſnſam adeo multis argumentis confirmauimus, ut oſtẽdamus, quanto in errore uerſentur, qui plus dignitatis deferunt uirtutibus moralibus, q̃ intellectualibus; quib. præbuit occaſionẽ illa opinio, cuius auctor eſt Scotus in 4. d. 49. q. 4. ꝙ uoluntas eſt præſtantior quam intellectus: ex hoc inferunt continuo, ꝙ beatitudo in actu uoluntatis, & nõ in actu intellectus conſiſtit. Inferunt deinde, ꝙ uita actiua eſt perfectior, q̃ uita contemplatiua. Inferunt tertio, ꝙ non ſolum uirtutes morales præemineant intellectualibus, uerũ ẽt ꝙ inter ipſas uirtutes morales iuſtitia ſit altioris gradus, q̃ prudentia, cum tñ ſit corollarium euidens ad noſtram concluſionem, ꝙ prudẽtia inter omnes uirtutes morales primatũ teneat: nam prudentia eſt directrix & gubernatrix omnium aliarũ uirtutum. Deinde, perfectio ceterarum uirtutũ in hoc conſiſtit, ꝙ ſit conſentanea rectę prudentiæ, ut patet ex uirtutis definitione. ergo prudentia eſt regula & forma ceterarum uirtutum.

Ariſt. 10. Ethic. c. 6, 7. 8, 10.

Sed ſupereſt argumentis in contrariũ ſatisfacere: pro quorũ cõfutatione ſciẽdũ eſt, ꝙ qñ cõparantur uirtutes unius potẽtiæ ad uirtutes alterius potentiæ, fit comparatio inter genus, & genus, & inter præſtãtiſſimã uirtutem unius potentiæ, & optimã alterius: conſtat aũt euidentiſſime, ꝙ uirtus intellectualis præſtantiſſima, eſt prẹſtantior optima uirtute uoluntatis, uidelicet lumen gloriæ quod nos beatos efficit, ex quo caritas & amor dimanãt. Ex quo euidens eſt, quod uirtutes intellectuales prẹmineant moralibus. Cum hoc tamen ſtat, quod aliqua uirtus in uoluntate ſuperet dignitate multas uirtutes intellectuales, ſicuti caritaş excedit ſcientias & artes.

Solutio argumẽtorũ.

Secunda confutatio eſt, ꝙ prudentia inter uirtutes morales, ſecundum modum humanum acquiſitas, primatũ tenet, ut ſupra oſtenſum eſt; ratione cuius optime uerificatur, quod uirtus intellectualis ſit præſtantior.

Tertia confutatio eſt, ꝙ uirtutes intellectuales, ſm̃ ſe perfectiores ſunt, qđ liquet ex ſubiecto, & obiecto: ceterũ uirtutes morales plus habẽt de rõne uirtutis: faciũt. n. bonum habentẽ, & eius opus bonum reddunt, quod non contingit uirtutibus intellectualibus: quemadmodum ſcientia de aĩa, ratione obiecti nobilior eſt, quam ſcientiæ mathematicæ; uerũ ſcientiæ mathematicæ plus hñt de ratione ſcientiæ: ſunt enim euidentiores & clariores.

Vltimo dicẽdũ eſt, ꝙ licet uirtutes intellectuales ſint pſtantiores, tñ ſine uirtutibus moralibus parũ aut nihil pñt, ſicut rationalis anima in homine præſtantior eſt ſenſitiua & uegetatiua, ceterum ſine ſenſitiua & uegetatiua nihil prorſus operatur. Aliud dubiũ ſolet moueri in hoc articulo, Vtrũ prudentia præſtituat finem uirtutibus moralibus, an uice uerſa. ſed de hoc late agitur in 2. 2. q. 47. ubi de prudentia agitur.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum iuſtitia ſit præcipua inter virtutes morales?

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Iuſtitia eſt præſtantiſsima uirtutum moralium, excepta prudentia. Probatur iſta concluſio: quia inter omnes virtutes morales, excepta prudentia, iuſtitia rationi propinquior eſt; quoniam eſt in voluntate, quæ eſt appetitus rationalis; & eſt circa operationes quibus homo ordinatur non ſolum in ſeipſo, ſed etiã in ordine ad alterũ: virtus autẽ ſimpliciter perfectior eſt ſecundũ ꝙ in ea maius bonum relucet rationis. Poſt iuſtitiã autẽ cõſtituitur fortitudo; qa ĩter virtutes morales quæ ſũt circa paſsiones tãto in eis magis relucet rõnis bonum, quanto circa maiora ſubditur rõni motus appetitus: fortitudo aũt ſubdit motus appetitus rõni in his, q̃ maxime ptinẽt ad hominẽ; in his. ſ. quæ pertinent ad mortẽ, & ad uitã. Vltimũ locũ inter uirtutes quattuor morales tenet tẽperãtia, q̃ ſubdit appetitũ rõni circa ea, q̃ immediate ordinantur ad uitã, uel in eodem indiuiduo, uel in eodem ſecundũ ſpeciem.

EXPLICATIO ARTIC.

Verum iuſtitia inter uirtutes morales primatũ teneat.

Pro huius articuli explicatione ſciẽdum eſt, ꝙ Ariſt. 5. Eth. c. 1. pronũciat aperte, iuſtitiam eſſe præclariſſimã omnium uirtutũ moraliũ: dicitq; ꝙ Lucifer non eſt adeo admirabilis: & aliis multis encomiis iuſtitiam commẽdat; dicitq; eſſe prouerbium, q iuſtitia uirtutẽ cõtinet omnem. Cic. lib. 1. de officijs c. de iuſtitia dicit, ꝙ in hac uirtute eſt maximus omnium ſplendor. Quod igitur iuſtitia ſit præclariſſima omnium uirtutum moralium, ſic oſtendo; tum ratione ſubiecti: reſidet. n. in appetitu rationali, qui præſtantior eſt appetitu ſenſitiuo, in quo ceteræ uirtutes reſident: tum uero rõne obiecti. nam uirtus uerſatur circa difficile: difficilius aũt eſt hominẽ eſſe recte affectum ad bonũ alienum ad quod natura noſtra non eſt propenſa, q̃ ad bonum propriũ ad quod ſatis eſt inclinata, propter quod dicit Ariſt. eſſe plures, qui in propriis bonis ualent uirtute; in alienis uero nõ ualent, quia eſt res magis ardua: vñ approbat dictũ Biantis Philoſophi; Magiſtratus uirum oſtẽdit: qm̃ in hoc munere iam reſpicit aliũ. Ex quo concludit, optimũ eẽ, q in ordine ad ſe, & in ordine ad alios bonus eſt.

Ariſ. 5. Ethi ca. 1. Prouerbium Biantis philoſophi.

Idẽ oſtendo ex effectu: nã iuſtitia habet in officio tueri pacem & tranquillitatem reipub. qua de cauſſa Ariſt. comparauit illã Lucifero: affert. n. ingentiſſimã pulchritudinẽ reip. conſeruando eius pacem & tranquillitatẽ. Rurſus, iuſtitia eſt neceſſaria in omni tpe, in omni loco, & in oĩbus hominibus; fortitudo tantum eſt neceſſaria in bello, & ad tuendam iuſtitiam. propter quod Ageſilaus interrogatus, utra eſſet perfectior, iuſtitia, an fortitudo? reſpõdit, Si omnes eſſemus iuſti, fortitudine non eſſet opus.

Ageſilaus

Vltimo, nomine iuſtitiæ hic comprehendimus iuſtitiã legalẽ, quæ abſq; dubio præclariſſima eſt: cõſulit nãq; & tuetur bonum commune, quod eſt bonum diuinum.

De fortitudine, utrum ſit iuſtitia ipſa præſtantior. Primũ arg.

Sed contra eſt argumentum. nam fortitudo rectificat appetitum circa uitam, & interitum, & circa operationes, quæ ſunt maxime arduæ, iuſtitia uero uerſatur circa commutationes & res uenales: ſed priores operationes ſunt longe præſtantiores, quam ſecundæ; iuxta illud Iob 2. Pellem pro pelle, & omnia, quæ habet homo dabit pro anima ſua, ideſt membra, & omnem ſubſtantiam.

Deinde, nobilitas uirtutũ, ut antea dictũ eſt, ex pſtantiſſimo actu inueſtigãda eſt; ſed actꝰ pſtãtiſſimus fortitudinis exſuperat in dignitate oẽs actus iuſtitiæ, uidelicet martyriũ, & oppetere mortẽ pro Deo, & p iuſtitia, iuxta illud; Maiorẽ caritatẽ nemo habet, quã ut aĩam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. ergo fortitudo primatum tenet.

Secundum.

Denique, uirtus uerſatur circa difficile: ſed fortitudo uerſatur circa difficilius, & magis arduum obiectum, ſ. circa pericula mortis, quæ omniũ terribilium terribiliſſima eſt. Ad hæc argumenta dicẽdũ eſt breuiter, ꝙ iuſtitia nõ rectificat appetitũ circa commutationes & res uenales tm̃, ſed etiã circa uitam, & interitum: cum enim homo debeat mori pro bono publico, ſubire hanc mortem

Tertium. Solutio argumentorũ.

eſt actus iuſtitiæ, cuius officiū eſt reddere unicuiq; quod ſuum eſt: ſed ſi conſideretur hæc mors quatenus terribilis eſt, pati mortē eſt opus fortitudinis, cuius officiū eſt cōfirmare aīum ne fugiat. Ex his patet ad primum, & ſm argm̄ Ad tertium reſpondetur, ꝙ licet uerſetur circa difficilis obiectū non eſt cōſequēs ꝙ ſit nobilior uirtus: nā nobilitas uirtutis nō ex difficultate, ſed ex nobilitate obiecti inueſtiganda eſt:

Concluſio ſicut dilectio inimicorum difficilior eſt, quā amicorū dilectio: at amicorū dilectio perfectior eſt. De reliquis pertinentibus ad hūc articulum legite Auctorem.

EXPLICATIO ARTIC.

1. Cor. 13. Concluſio articuli huius eſt de fide catholica. Patet ex illo; Nunc manent tria hæc, fides, ſpes, caritas: maior aūt horum eſt caritas. & ad Coloſ. 3. Super

Ad Colo. 3. omnia caritatem habete, quod eſt uinculum perfectionis. & in alio loco dicit Paul⁹; Adhuc excellētiorem uiā uobis demonſtro: æmulamini chariſmata meliora. Loqtur aperte de caritate. Et ratio eſt euidens: Nam inter uirtutes theologicas ea eſt præcipua, q̄ magis nos unit Deo: ſed caritas magis nos unit Deo: ergo p̄cipua eſt. Patet minor: nā fides, & ſpes importāt quandā diſtantiā a Deo: fides. n. eſt de non uiſis; ſpes de non habitis; caritas uero importat maximam

1. Ioan. c. 4. unionē ad Deum, ſecundum illud 1. Ioan. 4. Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.

Vtrum prudentia ſit p̄ſtantior caritate; & idē quæritur de fide. Sed contra. Nam prudentia dirigit caritatem, & eius opera: ergo eſt perfectior. Deinde, fides eſt in intellectu, & uerſatur circa uerum, quod eſt nobilius obiectum, q̄ bonum, ut diximus.

Primum, Secundum Tertium Argumentorum ſolutio Ad primum. Præterea dirigit caritatem, & oſtēdit, quomodo, & quatenus diligendus eſt Deus: ergo. Ad primum argumentū confutandum dicendum eſt, quod caritas uerſatur circa principia ſupernaturalia, ſicuti ſynderesis circa principia moralia naturalia: & ideo non regulatur a prudentia, quę uerſatur circa concluſiones. Secundo dico, ꝙ ſi aliqua uirtus dirigit caritatem, ſapientia eſt, de qua non facile definierim, an ſit præſtantior caritate. Tertiò dicendum eſt (& eſt mirabile paradoxum) quod caritas non indiget directore caritas namque omnia dirigit, omnia credit, omnia ſperat, omnia operatur. ita Paul. Paradoxum de caritate

1. Cor. 13. Ad ſecundū Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, quod fides non eodem modo ſe hēt ad uirtutes Theologicas, ſicuti prudētia ad uirtutes morales: nam uirtutes Theologicę habent obiectum quod eſt ſupra hominē, prudētia uero & uirtutes morales habēt obiectum infra hominem: in his uero, q̄ ſupra hoīem exiſtunt, melior ē dilectio quam cognitio. Ratio huius eſt, quia cognitio eſt ſecundum quod cognitū eſt in cognoſcente; amor uero perficitur p̄ hoc, ꝙ diligens trahitur ad rē dilectā. id uero qđ eſt ſupra hoīem, pfectius eſt in ſe quā in noſtro intellectu (unumquodq; enim qđ recipitur, ad modū recipientis recipitur) econuerſo uero res ſe hēt in his, quæ infra hominē exiſtūt. Concluſio

Ex hoc documento ſtatim ſeqtur, ꝙ fides eſt inferior caritate. nam caritas fertur in Deum, prout eſt a parte rei; fides uero prout eſt in intellectu noſtro caliginoſo & obſcuro. Itē ē aliud diſcrimen, ꝙ prudentia ſic moderatur opera uirtutū moralium, ꝙ conſtituit illis limitem: conſiſtūt namq; in medio. fides uero ſic dirigit caritatem, quod non conſtituit illi limitem: uirtutes enim Theologicæ non conſiſtunt in medio, ut antea dictum eſt.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum ſapientia ſit maxima inter uirtutes intellectuales.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt Concluſio: quā probat D. Th. primo, quia (ut auctor eſt Ariſt.) ſapiētia eſt ueluti caput inter uirtutes intellectuales. Secundo: nā obiectū ſapientiæ præcellit obiectum aliarum uirtutum intellectualium: conſiderat. n. cauſſam altiſsimā, quæ Deus eſt. & ideo eius eſt ordinare, & ipſa eſt quaſi architectonica reſpectu omnium.

ART. SEXTVS.

Vtrum caritas ſit maxima inter uirtutes Theologales.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans, quam aſſerit Paulus, & probat eam D. Th. hac ratione. Virtutes Theologicæ habent idem obiectum. ſ. Deum. & iō quod una præſtet alteri, nō eſt iudicandum ex obiecto, ſed ex eo ꝙ una propinquius ſe hēt ad obiectū. Cū ergo caritas hoc modo ſe habeat, erit aliis nobilior: etenim fides eſt de nō uiſis; ſpes de non habitis. & ita quandam important diſtātiā. Sed amor caritatis eſt de eo, quod iā habetur: eſt. n. amatū quodammodo in amāte; & amans per affectū trahitur ad unionē amati: propter quod dicitur; Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo.

QVAES. LXVII.

De duratione uirtutum poſt hanc uitam, in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum uirtutes morales maneant poſt hanc uitam.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Virtutes morales, quo ad materiale, ideſt quantum ad moderationem paſſionum, non manent in patria. Ratio eſt: qm̄ in futura uita non habebunt locum concupiſcentiæ, neque delectationes ciborum, aut venereorum, neq. timores, & audaciæ circa pericula mortis; aut uero diſtributiones, & cōicationes rerum, quæ in uſum præſentis uitę ueniunt.

Secūda Cōcluſio. Virtutes morales manēt in uita beata quantū ad formale, ideſt quātum ad modum a rōne definitum; inquantum. ſ. rō uniuſcuiuſq; rectiſsima erit circa ea, quę ad ipſum pertinent circa ſtatum illum: uis appetitiua mouebitur, ſecundum ordinē rationis in his, quæ ad ſtatū illum pertinent: unde prudentiæ actus erit, nullū bonū Deo p̄ponere, uel æquare; fortitudinis, ei firmiſsime inhærere; tēperātię, nullo affectu noxio delectari; ad iuſtitiā uero pertinebit Deo ſēper ſubditū eſſe.

EXPLICATIO ARTICVLI I.

Quæſtionem huius articuli erudītiſſime tractat D. Auguſt. contra Cic. qui in Dialogo, qui inſcribitur Hortenſius, dixit poſt hanc uitam non eſſe uirtutes cardinales, ſed eſſe beatos homines conſideratione naturæ, qua nihil melius, nec mirabilius excogitari poteſt. Ratio huius auctoris eſt, quoniam beati non egent præſidio iſtarum uirtutum acquiſita beatitudine. Contra docet D. Aug. ꝙ iſtæ uirtutes quas noſtro labore comparamus, manent poſt hanc uitā, licet

Examinatur quomodo virtutes morales maneant in vita beata. Aug. 14. de ciuita. ca. 9 Cicero.

habeant

habeāt diuerſos actus pro ſtatus cōditione, & qualitate.
D. Thom. Conſentit D Aug. D. Th in hoc articulo, & explicat elegā ter quos actus iſtæ uirtutes habeāt in uita beata De qua re diſputant Doct. in tertio, d. 33 & Dur. q. 4. dicit duo: al
Durand. terum eſt, quod prudentia & iuſtitia manent in uita beata nam reſidēt in ſubiectis incorruptibilibus; & nō eſt quare in uita beata corrumpantur, potiſſime cū habeāt ſuos actus præſtantiſſimos.
Pri. Cōc. Alterū eſt; quod uirtutes appetitus ſenſitiui non manent in uita beata: nam corrupto corpore, corrumpitur appetitus ſenſitiuus: eſt. n. uirtus in organo cor
Secunda. poris exiſtens: corrupto aūt appetitu ſenſitiuo, corrumpūtur uirtutes in eo exiſtētes. poſt reſurrectionem uero nō ſunt futuri actus quibus iſtę uirtutes comparari queant. ergo non manent. Hanc ſententiam uideo placere uiris doctiſſimis, & probatur ſic.

Nam in Angelis non conſtituuntur iſtæ uirtutes, quoniam non poſſunt habere actus prædictarum uirtutum: ſed in beatis non poſſunt eſſe actus iſtarum uirtutum. ergo non permanent in patria.

Secundo, in beatis non conſtituitur uirtus pęnitentiæ quoniam non poſſunt habere dolorem de peccatis in uita beata. ergo iſtæ uirtutes in beatis non ſunt conſtituendæ; ſiquidem non habent actus proprios.

Tertio, in beatis non manet fides, ut ſentiunt uniuerſi Theologi, hac de cauſa; quoniam non poteſt habere actum proprium. ergo ſi uirtutes iſtæ non habent actum proprium, in uita beata certe non manent. Item, eſſentia & ſubſtantia iſtarum uirtutum eſt moderari paſſiones, & conſtituere modum inter exceſſum & defectum. ergo ſi non manent, quantum ad moderandas paſſiones, quod uocat D. Thom. quantum ad materiale, certe non manent.

Vltimo perfectio & ornamentum uirtutum eſt producere ſuos actus perfecte. ſed iſtæ uirtutes non producūt ſuos actus in uita beata. ergo non manent quantum ad ornamentum, & perfectionem.

Gabriel. Primum. Gabriel quæſt. 1. dubio tertio tenet, quod iſtæ uirtutes manent poſt reſurrectionem, & probat ſic. Nam iſtæ uirtutes ſunt ornamenta & inſignia illuſtriſſima hominis ſtudioſi. ergo manent in uita beata ad illuſtrandum illū & decorādum. Sane quemadmodum in carne Chriſti Domini manent cicatrices, in quibus beati contemplentur uictoriam præteritę paſſionis; ſic in uita beata manent iſtæ uirtutes, in quibus beati contemplantur uictoriam, quam de ſuis paſſionibus reportauerunt.

Secundum Deinde, in uita beata nulla eſt potentia, quę otioſa ſit. Intellectus prudentiſſime iudicat; uoluntas obtemperat rationi, cōcupiſcibilis delectatur ſuauiſſime atque rectiſſime: iraſcibilis audet fortiſſime, ut aggrediatur res maxime arduas. ergo non eſt quare in uita beata iſtę potentiæ ſuis uirtutibus orbentur.

Tertium Præterea in uita beata in ſenſibus ſunt inenarrabiles iucūditates, & (ut exiſtimant doctiſſimi Theologorum) etiam in guſtu: ergo ad iſtas delectationes moderandas neceſſariæ ſunt uirtutes.

Vltimo Vltimo, actus fortitudinis non ſolum eſt uincere pericula, ſed ſuperatis periculis gaudere, & triumphare. Rurſus, non ſolū eſt actus temperantiæ moderari paſſiones, ſed eis moderatis gaudere, & fruitionē ſuſcipere. iſti uero actus præſtantiſſime inueniuntur in uita beata.

Et ad argumentum Durand. reſpondetur, quod nihil valet: nam ſicuti per magnum miraculum in reſurrectione corpus noſtrum reſtauratur: ita reparatur appetitus ſēſitiuus oīb. ſuis uirtutib. exornatus. Ad alia uero argumenta ex dictis patet, quid dicēdū ſit. nam expoſitū eſt, quos actus prdictæ uirtutes in uita beata habeant. Solutio argumentorū

Sed dicet Theologus, ex iſta doctrina manifeſte ſequitur fidē permanere in uita beata, ſiquidē manebit ad uictoriā & triumphum de difficultate credēdorum ſuperata. Reſpondetur, nō recte ſequi: nā fides dicit imperfectionem repugnātem cum uita beata, eſt. n. lumē obſcurum de non uiſis. Ex quo documento ſequitur ſolutio illius argumenti, quod in præſenti ſolet adduci, quod eſt huiuſmodi.

Adueniente fine ceſſant media neceſſaria ad finē, ſicut cum uentum eſt in portum, iam non eſt neceſſaria nauis. ſed uirtutes morales ſunt media neceſſaria ad uitā obtinendam: hoc enim diſcrepant a uirtutibus Theologicis quod uirtutes Theologicę uerſātur circa finem ultimū; morales circa media. ergo cum peruentum eſt in uitam beatam, uirtutes morales neceſſariæ non ſunt.

Ad hoc argumentum dicendum eſt, quod non omne quod ordinatur ad finem, ceſſat acquiſito fine, ſed id tantum, quod dicit imperfectionem; uirtutes uero morales tantum abeſt, ut dicant imperfectionem, ut maxime conducant ad uitæ beatę perfectionem. Vide D. Th. quæſt. de vir. card. articulo ultimo. D. Th.

ART. SECVNDVS.

Vtrum uirtutes intellectuales maneant poſt hanc uitam.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Virtutes intellectuales quo ad materiale, i. quo ad phantaſmata, non manent poſt hanc vitam: corrupto namque corpore, phantaſmata corrumpuntur.

Secunda Concluſio. Virtutes intellectuales quo ad formale, ideſt, quoad ſpecies & habitus, manent poſt hanc uitā. Ad cuius cōcluſionis probationem ſupponit D Thom. quorundam ſniam, qui aſſerebant, corrupto corpore nullā ſcientiā, aut uirtutem intellectualē manere: quia ſpēs intelligibiles, non manent in intellectu, niſi qn̄ actu intelligit; neq; ſpecies cōſeruari poſſunt, niſi uires ſenſitiuæ actu conſiderent: unde cum corrupto corpore ceſſet hmōi conſideratio, tollitur omnino ſpecies, & ſcientiæ. Hanc opinionem D. Th. refellit; tū, quoniā eſt contra Ariſt. 3. de anima tex. 8. tum, quoniam ſpecies recipiuntur in intellectu, ſecundum modum intellectus: ideo ſicut intellectus incorruptibilis eſt, ita & ſpecies ſunt incorruptibiles.

EXPLICATIO ARTIC.

DVbium eſt in hoc articulo, an concluſio ſecunda uera ſit. Probatur quod non. Dubium de ueritate ſecundę cōcluſionis.

Nam (auctore Ariſt. 3. de anima) oportet intelligentem phātaſmata ſpeculari: ſed in anima ſeparata non ſunt phantaſmata. ergo non manet rerum cognitio. Ariſt. Argumenta a parte negatiua. Primum.

Secundo, omnis noſtra cognitio ortum habet a ſenſu, ut conſtat: ſed in anima ſeparata non manet ulla rerum cognitio ſenſitiua. ergo nulla manet. ſecundum & tertium.

Tertio, ſcientia diuinæ Theologię non manet in uita beata. quod eſſe uerum, ſic demonſtro. Nam Theologia noſtra habet ſecum coniunctam obſcuritatem: obſcuritas uero repugnat uiſioni claræ, quæ habetur in uit. beata. ergo ſcientiæ quas hic comparamus, non manent in uita beata.

Vltimum. Vltimo, D. Th. in probatione huius concluſionis utitur magna æquiuocatione. nam recte demonſtrat, quod maneant ſpecies intelligibiles in anima ſeparata. ſed ſpecies intelligibiles non ſunt ipſę ſcientiæ, ut antea demonſtratum eſt. ergo eius probatio inualida eſt. D. Th.

Reſpondetur: quæſtio huius articuli in magnam nos inducebat diſputationem de cognitione animæ ſeparatæ, niſi prius expoſita eſſet prima parte, q. 89. per multos articulos. Hac igitur ueritate ſuppoſita, & ſtatuta, ex illo loco ad ſolutionem argumentorum accedamus. Solutio argumentorū contra ſententiam. D. Thom.

Ad primum, & ſecundum dicendum eſt, quod anima dum uiuit uitam iſtam mortalē, propter colligationem Ad primum & ſecundū.

quam

quam habet cū corpore, nō poteſt quidquam intelligere, niſi conuerſione ad phantaſmata. quod liquet in hominibus ſtultis, & inſanis, qui pp læſionem phantaſiæ nihil pſſ: aut recte intelligere, aut ratiocinari. Ceterum anima ſeparata in ſtatu reſurrectionis glorioſæ, ſicut hēt alium modum eſſendi, ita habet aliū modum intelligēdi: & ſicuti nō depēdet a corpore, qn potius corpus depēdet ab ipſa, ſic utitur ſpeciebus ſine dependētia a corpore, & intelligit per habitus ſciētiæ, quos hic comparauit.

Concluſio

Alia ſolutio. Alia cōfutatio horum argumentorum eſt, quæ aſſerit multum ꝓbabiliter, q aīæ ſeparatæ ſpecies infunduntur ad res ſingulares cognoſcendas. nam ad res uniuerſales ſatis ualet ſpecies intelligibiles quas hic comparamus.

ad tertium. Ad tertium argumentum reſpōdetur, quod noſtra Theologia, quam hic comparamus non manet in patria, ſiquidem obſcura eſt; & omnis obſcuritas repugnat uiſioni claræ, quæ in uita beata poſſidetur; & ideo non eſt eadem ratio de ceteris ſcientiis, quæ euidentiam habent. Sed de hoc latius diſputatur in prima parte in principio.

Ad ultimum. Ad ultimum argū reſpondetur cum Domino Caiet. quod D. Th. prætermiſſis habitibus, de quorum eſſentia, & quidditate uerſantur diuerſæ ſentētiæ inter Doctores, acceſſit ad radicem, ſ. ad ſpecies intelligibiles, quibus permanentibus, euidenter cōcludit uirtutes intellectuales permanere in uita beata; & ſcientia tanto certior eſt, quanto uniuerſalior, & ab opinionibus magis remota.

ART. TERTIVS.

Vtrum fides maneat poſt hanc uitam.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negās: quam tali ratione probat D. Thó. De ratiōne fidei eſt imperfecta cognitio, cū ſit ſubſtātia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium: unde de ratione fidei eſt, ut credens nō uideat id quod credit: at beatitudo ex ſui ratione habet perfectionem cognitionis ex parte ſubiecti: requirit enim, ut beatus uideat id qđ beatificatur: ſed impoſſibile eſt perfectam & imperfectā cognitionem ex parte ſubiecti ſimul eſſe in eodem: ergo impoſſibile eſt fidem manere in uita beata. Et confirmatur. etenim (ut dicitur.) per fidem ambulamus, & non per ſpeciem, quādiu exiſtentes in corpore peregrinamur a Dño: illi autem qui ſunt in uita beata non peregrinantur a Dño, ſed ſunt ei præſentes: ergo fides in illis nō manet.

EXPLICATIO ARTIC.

Num actus fidei & uiſio dei clara poſſint eſſe ſimul. Durand.

In hoc articulo eſt prima dubitatio, an actus fidei, & uiſio Dei clara poſſint eſſe ſimul? De hac re tractant Theologi in 3. d. 31. Et Durand. q. 3. & 4. in huius rei expoſitionem tria dicit.

Primum eſt, non eſſe contra fidem, nec contradictionem ſcripturarum aſſerere, quod actus fidei, & clara Dei uiſio poſſint eſſe ſimul. nam non eſt aliquis ſcripturæ locus qui hoc conuincat: ſcripturæ namque loquuntur de facto, non de poſſibili.

Secundo dicit, non eſſe contra fidem, nec contra traditionem ſcripturarum aſſerere, q actus fidei, & uiſio Dei clara de facto maneat ſimul in vita beata. nam ſi probaretur oppoſitū, maxime ex illo 1 Corinth. 13. Ex parte cognoſcimus, & ex parte prophetamus; cum uenerit quod perfectum eſt, euacuabitur quod ex parte eſt, ideſt, cum uenerit uiſio beata, euacuabitur, & deſtruetur fidei cognitio, q̄ obſcura & imperfecta eſt. & ibidem dr̃; Videmus nunc per ſpeculum, & in ænigmate; tunc autem facie ad faciem. Sed ex hoc loco id non probatur. nam præmiſerat Paulus de caritate dicens; Caritas numquam excidit, ſiue prophetiæ euacuabuntur, ſiue linguæ ceſſabūt, ſiue ſcientiæ deſtruentur. Sed hoc nō obſtāte, non eſt error aſſerere, quod donum prophetiæ maneat in patria. quod enim maneat, aſſerunt Doctores graues; & Chriſtus Dominus fuit uere Propheta, & erat uere beatus, & comprehenſor. Certe ipſe Dominus appellat ſe Prophetam, cum dicit; Matth. 13. Nemo Propheta acceptus eſt in patria ſua.

1. Cor. 13

Donū prophetiæ an maneat in patria. Primū arg. Matth. 13.

Secundum. Præterea, donum linguarum, & eius uſus manent in uita beata, ut ſentiunt plerique Theologi.

Tertium. Denique, ſcientiæ humanitus acquiſitæ permanent in uita beata, ut antea demonſtratum eſt. ergo cū dicit Paulus hæc omnia eſſe euacuanda, & deſtruenda, intelligendū eſt quantum ad uſum imperfectum, quē in hac uita habent: ergo ſimiliter de actu fidei poſſumus dicere, q eius imperfectio & obſcuritas auferenda eſt: manebit tamen actus fidei.

Tertium dictum Dur. Tertio dicit, q actus fidei, & uiſionis claræ non inter ſeſe repugnant, ut exiſtimat D. Tho. quin pp poſſunt eſſe ſimul: Sed probabilius eſt, q nō maneant ſimul. Prima pars ꝓbatur. Primū argu. Nāqꝫ manet ratio formalis act⁹, & operationis, manet ipſa operatio, & actus, ſed in uita beata manet ratio formalis uiſionis, & ſcientiæ, & fidei. quod ſic demonſtro. Nam ratio formalis uiſionis eſt, quod obiectum ſit præſens potentiæ cognoſcitiuæ: hanc autem manere, certius eſt, q̄ ut ſit oſtendendum. Ratio autem formalis ſcientiæ eſt, ſcire cōcluſiones per principia: hanc aūt manere liquet. Rō uero fidei eſt, aſſentiri propter auctoritatem primæ ueritatis: beati uero aſſentiuntur articulis fidei propter auctoritatem Dei teſtificantis, q̄ non minor eſt in cælo, quam in terra: ergo in uita beata manet uiſio, & actus credēdi.

Secundum. Secundo, actus fidei, & claræ uiſionis differunt ſicut perfectum & imperfectum: ſed ſcientiæ naturales, & clara Dei uiſio differunt ſicut perfectum & imperfectum, & nihilominus manent in uita beata. ergo actus credendi, & uiſionis claræ manent ſimul. Et arguitur in patrocinium huius ſententiæ Durandi.

Tertium. Nam fidei non repugnat rerum euidentia, & clara Dei viſio. ergo poſſunt eſſe ſimul. Conſequentia euidens eſt, & probatur antecedens. Nam primus Angelus cognouit euidenter Deū nō poſſe mentiri. quod de ſe liquet. Rurſus cognouit Deum reuelare illi Trinitatis myſterium. quod ſic oſtendo. Nam cognouit euidenter, quod alius Angelus hoc ſibi non reuelabat, atq; adeo cognouit, q ſuus intellectus hoc ſibi non prædicebat. ergo cognouit euidēter myſterium Trinitatis eſſe uerum, & ſimul habebat fidem. ergo fides, & rerū euidentia non repugnant.

Quartum. Deinde, miracula quæ Chrs Dñs operabatur, euidenter oſtendebant Apoſtolis, illum eſſe Deum: ergo euidēter oſtendebant illum non poſſe mentiri: ſed prædicebat myſteria Trinitatis. ergo euidenter cognoſcebant Deū eſſe trinum & unum; & habebant fidem. ergo Antecedēs huius argumenti aſſerit D. Th. 3. parte q. 47. artic. 5. & in 2. 2. q. 5. art. 2. & de ueritate q. 14. art. 9. ad 4.

Vltimum. Vltimo, Chriſtus Dominus per uiſionem beatificam uidebat eſſentiam diuinam, & Trinitatem perſonarum, & per ſcientiam inditam cognoſcebat Trinitatem perſonarum, multo melius, quam omnes Prophetæ, & hoc quidem per reuelationem, & fidem, quātum uidetur: nā nec aliqua creatura, nec aliquis effectus, nec aliqua ſpecies creata poteſt repræſentare Deum ut trinum, ſed tantum ut unum: omnia enim opera Trinitatis ad extra ſūt indiuiſa, ut optime oſtendit D. Th. 1. par. quæſtio 32. art. 1. ergo. Secunda pars aſſertionis patet: nam actus fidei eſt obſcurus. ergo non poteſt eſſe ſimul cum clara Dei uiſione. Deinde actus fidei ſemper eſt de non uiſis: ergo non poteſt eſſe ſimul cum clara Dei uiſione.

Expoſitio quæſtionis. Prima conc. Ad Heb. 11. Pro explicatione ueritatis dico primo, q aſſerit quod actus fidei manet ſimul cum clara Dei uiſione, periculoſe loquitur, & uiolentiā infert ſacris ſcripturis. nā Diu. Pau. ſic definit; Fides eſt ſubſtantia ſperandarū rerum, argu-

mentum

mentum non apparentium. In qua definitione duo dicuntur: unũ eſt, ꝙ fides eſt fundamẽtũ ſpei, ſed in uita beata non manet ſpes: ergo nõ manet fides. Deinde dicit, ꝙ eſt

1. Cor. c. 4.

argũ non apparentium, id eſt perſuaſio de rebus quæ nõ uidentur: dicit. n. idem Paul. Quamdiu ſumus in corpore pegrinamur a Domino: per fidem. n. ambulamus in qua ſententia conſiderandum eſt, quas diſpoſitiones ponat in nobis fides: in primis facit nos peregrinos & exſules a patria cęleſti: deinde facit nos viatores: unde dicit; Per fidẽ enim ambulamus; viſio uero beata, facit nos domeſticos Dei, & comprehenſores diuinæ uiſionis: ergo uiſio beata,

Auguſt.

& actus fidei omnino repugnant. Hoc enim aſſerunt Sancti Patres: dicit. n. D. Aug. 27. ſermone de uerbis Apoſto-

Gregor.

li; Quid eſt fides, niſi credere, quod non uides? Idem teſtatur D. Gregor. homilia 26. in euãgelia explicans illud Io annis cap. 20. Quia vidiſti me Thoma, &c. Item Durando poſſumus dicere; quod uidet quis, quid credit? quemadmodum dicit Paul Quod habet quis, quid ſperat?

Secunda cõ.

Secundo, dico etiam ſecundum rõnem naturalẽ repugnantia eſt, ꝙ ſint ſimul actus fidei, & claræ uiſionis; ſicut repugnantia eſt ꝙ ſint ſimul in eodem cognoſcẽte clara, & obſcura notitia eiuſdem obiecti: nam actus fidei extrinſece, & ex ſua eſſentia eſt actus obſcurus: ergo impoſſibile eſt quod ſit ſimul cum clara uiſione eiuſdem obiecti.

Argumentorum ſolutio. Ad primum.

Ex quo documento vniuerſa argumenta Duran. ſolutionem habẽt. Nam illud quod adducit, quod in uita beata manet ratio formalis credendi, falſum eſt: nam rõ formalis credendi nõ eſt aſſentiri veritatibus propter auctoritatẽ dicẽtis, ſed aſſentiri obſcure, & ænigmatice; ꝓpter quod dicit D Pau. Videmus nunc per ſpeculũ, & in ænigmate. & D. Petrus de lumine fidei dicit; Cui bene facitis attendentes quaſi lucernæ lucenti in caliginoſo loco.

Secundum.

Item ſecundum argumentum quod facit Dur. inane eſt prorſus: dicit. n. quod actus fidei, & uiſionis claræ differũt ſicut perfectum & imperfectum: ſed differunt etiã ſicut clarũ & obſcurum; ſicut lucidum & caliginoſum. & ideo ſimul manere non poſſunt.

Tertium.

Ad tertium argumentum quod fecimus in fauorẽ Duran. dicendum eſt primo, quod euidentia in atteſtante nõ repugnat fidei: euidentia uero rerum in ſeipſis aduerſatur fidei. Voco euidentiam in atteſtante, quando eſt euidens tãtum propter teſtimonium dicentis Secundo reſpõdetur, quod euidentia in atteſtante repugnat fidei: ſic habent uniuerſi interpretes D. Thom. contra D. Caie. 2. 2. q. 5 articulo primo.

At argumento de Angelo dicendum eſt, quod Angelus inferior poterat illuminare ſuperiorem de myſterijs ſupnaturalib. Præterea dico, ꝙ Deus potuit creare aliũ Angelum ſuperiorem, qui de hac re illum illuminaret: atq. adeo potuit Deus myſterium ſic obſcure & ænigmatice ꝓponere, ut Angelus non potuerit intelligere niſi obſcure.

Quartum.

Ad quartum reſpõdetur, quod miracula quæ Chriſtus faciebat, erant quidem ſigna euidentia diuinitatis, his q penetrabant miracula, & modum faciendi miracula. qđ communiter non cognoſcebatur, niſi per fidem infuſam. Secundo reſpondetur, ꝙ euidentia in atteſtante, ut paulo ante dictum eſt, non aduerſatur fidei obſcuritati.

Quintum.

Ad quintum reſpondetur, quod Chriſtus Dominus p ſcientiam inditam non cognouit euidenter eſſentiam diuinam, & myſterium Trinitatis: ſic docet S. Th. 3. p. q. 11 art 1. quamuis contrarium aſſerat Caie. ibidem, ſed falſo. Secundo reſpondetur, quod Chriſtus Dominus cognouit per diuinam reuelationem myſterium Trinitatis, ſed diuina reuelatio non eſt ratio formalis fidei, ſed diuina reuelatio obſcura & ænigmatica, qualis in Chriſto Domino inueniri non potuit.

Reſp. ad D. Paulum.

Supereſt reſpondere ad illum locum D. Pau. 1. Cor. 13. ſiue prophetiæ euacuabitur &c. & dicendum eſt, nõ eſſe eandem rationem fidei, & cæterorum donorum quæ pdicabat Pau. eſſe euacuãda: nam fides habet obſcuritatẽ intrinſecam, quæ proinde ab ea numquam ſeparatur; cetera uero chariſmata habent accidentariam imperfectionem pro ſtatu huius vitæ, quæ proinde ab eis ſeparari valet. Secundo reſpondetur, quod bonũ prophetiæ non manet in uita beata ſecundum ſubſtantiã; nam prophetia eſt ad aliquid futurum; & propheta eſt ille qui fatur ea quæ procul ſunt a cognitione audientium; in uita beata oẽs beati intuentur omnia præſentia, & dicunt, ſicut audiuimus, ſic uidimus in ciuitate Dei noſtri. Verum eſt tamen, ꝙ Chriſtus Dominus licet eẽt comprehẽſor, & beatus, fuit uere propheta; nam prædicebat ea quæ procul erant a cognitione audientium. De dono linguarum uero ſimilius eſt quod non maneat in uita beata; nam ad perfectionem patriæ cæleſtis ſpectat, quod idipſum ſapiant omnes, & uno eodemq; loquantur idiomate. De ſcientia iam dictũ eſt in præcedenti articulo, quod manet tantũ quo ad formale, non tamen quantum ad materiale.

Num habit⁹ fidei maneat ſimul cũ clara Dei uiſione.

Secundum dubium eſt; Verum habitus fidei maneat ſimul cũ clara Dei uiſione. Hanc quæſtionem explicat Duran. loco citato; & dicit in primis, non eſſe contra fidẽ aſſerere, quod manet ſimul cum uiſione Dei clara. Deinde dicit, hoc eſſe oĩno incertũ. Tertio dicit, probabilius eſſe ꝙ ſint ſimul. Probatur hæc ſnĩa optimis argumentis.

Durand Prim. argu. Auguſt. D. Thom.

In primis, D. Paul. in raptu uidit diuinam eſſentiã, ut conſtanter affirmat tum D. Augu. tum D. Tho. & non pdidit fidẽ, ut uniuerſi Theologi affirmant, & nominatim D. Th. 2. 2. q. 175. art. 3. ergo habitus fidei pſeuerat ſimul cum clara Dei uiſione. Nec ualet dicere ꝙ D. Paul. uidit diuinam eſſentiam ad horam, & in tranſcurſu, & non permaneuter; nam ꝙ habitus fidei non permaneat cum clara Dei uiſione, non facit longitudo temporis, ſed natura oppoſitionis; ergo ſi in uno inſtãti perſeuerant ſimul, poterunt per longum temporis ſpatium perſeuerare.

Secundum.

Secũdo, habitus fidei humanæ poteſt pſeuerare cum ſcientia rerum euidenti: ergo habitus fidei diuinæ poteſt perſeuerare cum clara Dei uiſione. Conſequentia euidẽs eſt & probatur antecedens. Nam ſi quis credat Aſtrologo aliquam ueritatem, ut ꝙ Luna eclipſabitur, quam poſtea uidit proprijs oculis eclipſari, non amittit fidem quã adhibuit Aſtrologo; immo adhibet illi fidem certiorem.

Tertium.

Tertio, habitus opinionis manet cum ſcientia, & adiuuat illam: ergo habitus fidei manet cum clara Dei uiſione. Antecedens probatur, nam ſi quis aſſentiatur alicui ueritati propter rationes probabiles, cuius poſtmodum adinuenit demonſtrationem, ille aſſenſus ſcientificus certior eſt, & firmior propter rationes probabiles: ergo opinio adiuuat ſcientiam.

Quartum.

Quarto, ſi Philoſophus qui cognouit Deum eſſe, conuertatur ad religionem noſtram, & ſuſcipiat fidem, ille aſſenſus ſciẽtificus & euidens, fit firmior & certior propter fidẽ: ergo fides, & clara rei euidentia poſſũt eſſe de eodẽ.

Quintum.

Quinto, noſtra Theologia quam hic addiſcimus in terris, manet in uita beata, ut habet opinio probata multorũ Theologorum: ergo habitus fidei manet in uita beata; nã habitus fidei eſt habitus primorum principiorum in diuina. Theologia.

Sextum.

Itẽ ſi fides nõ perſeuerat in uita beata, maxime ẽ quia non poteſt habere actum ſuum, qui obſcurus eſt Sed hæc ratio inualida eſt; nam uirtutes morales manent in uita beata, cum tamen actus proprios in uita beata producere non ualeant.

Expoſitio dubitationis.

Ad hoc dubium explicandum, dicendum eſt; quod ſententia Durandi hæretica non eſt, nihilo ſecius tamen ꝓbabilius eſt, & magis cõſentaneum diuinis litteris, quod habitus fidei non perſeueret cum clara Dei uiſione. Nam D. Pau. in teſtimonijs adductis in præcedenti dubio aptiſſime pronunciat, quod fides non manet in uita beata ſine diſtinctione inter habitum & actum. Deinde, lumẽ fidei eſt obſcurum, & caliginoſum, & quod lucet quaſi lucerna lucẽs in caliginoſo loco; ergo aduentente lumine gloriæ ſplendidiſſimo, ſtatim diſſipabitur. Idem confir. Nã impoſſibile eſt ꝙ aer ſimul ſit ſplendidus, & caliginoſus; ergo impoſſibile eſt ꝙ intellectus noſter ſimul ſit illuſtratus lumine gloriæ clariſſimo & fidei obſcuriſſimo. Vltimo lumen fidei habet in officio efficere homines viatores, peregrinos, & exſules a patria cęleſti; quemadmodũ dicit Paulus 2. Corin. 5. Quamdiu ſumus in corpore, pere 2. Cor. 5.
grinamur a Domino: per fidem enim ambulamus. ſed uiſio Dei facit homines beatos, & comprehenſores: ergo nõ perſeuerant ſimul.

Solutio argumentorum. Ad primũ.

Ad primum argumentum, de uiſione Pauli, multi affirmant quod non uidit diuinam eſſentiã; quorum ſententiam

tiam ego lubenter amplector, & ſecundum iſtam ſententiam non procedit argumentum. Alij, ut D. Aug. & Diu. Thom. affirmant conſtanter, D. Paulum vidiſſe diuinam eſſentiam in raptu, & ſecundum iſtam ſententiam argumentum habet ſummas uires.

Quo modo Paulus uiderit diuinam eſſentiam. Dicendum tamen eſt, quod D. Pau. uidit diuinā eſſentiā, ad horā & in tranſitu: & ideo lumē gloriæ in illo potius habuit rationem diſpoſitionis, quam habitus pfecti: ꝓpter quod potuit perſeuerare ſimul cum habitu fidei, ſicut diſpoſitio ĩtemperantiæ poteſt eſſe ſimul cū habitu temperantiæ: ceterū perfectus habitus intēperantiæ non perſeuerat ſimul cū habitu temperantiæ. *Conclusio.* Hanc ſolutionem habet hic *Caieta.* Caiet. ex D Tho. 2.2. loco citato. Alij uero Doctores dicunt ꝙ ſi Paulus vidit diuinam eſſentiam in raptu, lumen gloriæ tūc diſſipauit lumen fidei, ſed poſtea iterum infuſa fuit illi fides ad credēdū. Sed hæc opinio nulla rōne ꝓbari debet; *Conclusio.* tum, quoniam nouitia eſt; tū, quoniam nullum fundamētum veritatis habet. Quarta ſolutio eſt, quod Diu. Paul. licet uiderit diuinā eſſentiā, & Trinitatē pſonarum, non uidit omnia dogmata ad fidem ſpectantia: nō uidit an eſſet in corpore, aut extra corpus; & reſpectu illorū quæ non uidit, manſit fides. Sed cōtra hæc omnia eſt unū argm̄ difficile. Nā qui uidit Romā, nō amplius credit Romā eſſe: ſed D. Pau. uidit diuinā eſſentiā, & recordatur ſe uidiſſe: ergo nō habuit fidem de hoc myſterio. *Caiet.* Dn̄s Caie. loco citato ſic refellit argm̄, ut dicat, ꝙ reſpectu illorum quæ uidit Paulus, non habuit fidē niſi in præparatione animæ: paratus enim erat aſſentiri his ueritatibus, licet euidentiā non haberet. Alij uero ex magiſtris noſtris aſſerunt, ꝙ D. Pau. non recordabatur ſe uidiſſe diuinā eſſentiā. Sed mirum eſt ꝙ D. Pau. narret hiſtoriā huius uiſionis, & ꝙ ex eius narratione colligūt Doctores, D. Pau. uidiſſe diuinam eſſentiam, & ꝙ non recordaretur huius uiſionis. Certe argm̄ eſt difficillimū, & v̄r dicendum, ꝙ ſicuti euidentia in atteſtante non repugnat fidei, ſicut antea dictum eſt; ſic nec aduerſatur fidei notitia memoratiua euidens, quādo non eſt per propriam ſpeciem.

ART. QVARTVS.

Vtrum ſpes maneat poſt mortem in ſtatu gloriæ.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt negās; cuius ratio eſt. Nam ſpes importat motū quendam in id quod non habetur; qua re cum habetur id quod ſperatur, ſpes eſſe non poterit: in vita autem beata habetur iam quod ſperabatur, ſcilicet diuina uiſio, & fruitio: non ergo ibi ſpes eſſe poterit; ſicuti neq. aſſecuto termino motus, manet ipſe motus: unde dicitur Rom. 8. Quod uidet quis, quid ſperat? Spes ergo in uita beata manere nullatenus poteſt.

ARTICV. QVINTVS.

Vtrum aliquid fidei, aut ſpei remaneat in gloria.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt negatiua; quam probat D. Thom. primo. Fides eſt quidam habitus ſimplex: ſimplex autem, uel totum tollitur, uel totum remanet: cum igitur fides non totaliter maneat, ſequitur eam omnino tolli, & deperdi. Secūdo eam probat, & ſimul refellit opinionem quandam aſſerētium fidem in uita beata non totaliter tolli, ſpem autem omnino ſubtrahi: ſed tamen ſi hęc opinio intelligat manere in patria eundem habitum genere, id eſt, ſecundum quod cognitionem dicit, uera eſt huiuſmodi opinio: ceterum hoc non eſt manere fidem, impoſsibile eſt enim eādem cognitionem numero manere in patria, cum illā quæ fuit in uia. Nam ſublata differentia alicuius rei, manet quidē ſubſtantia generis, ſed non eadē natura illius rei: non enim remanet eadem animalitas, ſi non ſit eadem anima conſtituēs animal. Cū ergo in alia uita corrumpatur ultima differentia fidei, implicat vt eadem numero cognitio, quæ prius fuit ænigmatica, fiat uiſio aperta.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum maneat caritas poſt hanc uitam in gloria.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio, quam ita probat D. Thom. Quando imperfectio alicuius non eſt de ratione ipſius ſpeciei, nihil prohibet, id quod antea imperfectum erat, poſtea perfectum eſſe: ſicut cum homo p augmentum perficitur: caritas autem eſt amor, de cuius rōne non eſt aliqua imperfectio: poteſt enim eſſe habiti, & non habiti; uiſi, & non uiſi: ergo caritas non euacuatur per gloriæ perfectionem, ſed eadem numero manet.

Ad ſecundū. Ad ſm̄ argm̄ rñdet, ꝙ ille hō iā nō adhibet fidē Aſtrologo circa illā ueritatē, ſed pt ei dicere, iā nō credo ꝓp tuā loquelā, ſed qa video. *Ad tertium & quartum.* Ad tertiū, & quartū argm̄ dicēdū ē ꝙ opinio, ſcientia, & fides ſe mutuo adiuuant ijs, in quibus non opponūtur. Habitus enim opinionis inclinat intellectum ad aſsēſum, ſed cū formidine: adueniente aūt ſciētia, ille aſsēſ' fit firmior, & certior rōne habit' opinatiui, ſed tollitur formido: ſimiliter fides diuina dat aſsēſū certū, ſed ineuidētē: aduenīēte ſcientia, ille aſsēſus fit firmior & certior, ſed tollitur ineuidētia. Ceterū in uita beata ē tāta certitudo, tū ex pm̄ia Dei, tū ex lumine gloriæ, ut nō opus ſit habitu fidei obſcuro. Vel dicēdū ē, ꝙ bene pōt hō aſſentiri eidē ueritati p mediū demonſtratiuum, & p rōnes ꝓbabiles: ceterū nō ē cōſeqūs ꝙ ſciat, & opinetur eādē ueritatē, ſicut optime explicat S. Th. 2.2. q. 1. ar. 5. ad 4. & ĩ 3. p. q. 9. arti. 3. ad 2. *S. Thom. Concluſio. Ad quartum.* Ad qrtū argm̄ negat̄ cōſequentia: nā nābit' fidi nō ē p ſe habitus primorū pricipiorū ĩ diuina Theologia, ſed p accidēs pro iſto ſtatu; Theologia nāque nr̄a ſm̄ ſe euidēs eſt, & procedit ex principijs pſe euidētib. vt liqt ĩ hac dmōſtratiōe; Oīs hō hēt intellectū: Chriſtus eſt hō: ergo habet intellectū, illa minor ſm̄ ſe euidēs ē. *Ad vltimum.* Ad ultimū rñdetur, ꝙ uirtutes morales hn̄t actus ꝓprios & pfectos in uita beata, ſicut expoſitū eſt in primo articu.

EXPLICATIO ARTICVLI I.

Circa iſtū articulū decet aduertere, ꝙ ei' cōcluſio eſt de fide catholica, ut patet ex illo Pauli Ro. 8. Qd uidet qs, quid ſperat? Et rō euidēs eſt. Nā ſpes nō e boni pn̄tis, & iā poſſeſſi, ſed futuri. Itē ſpes dicit tēdentiā, & motū ad aſſequēdū finē; ergo acquiſito fine, ceſſat ſpes, & oīs motus; ſed ex hac dn̄itiōe oritur duplex difficultas; una ē, an aīæ beatę p ſpē chriſtianā deſiderēt corporis unionē, & reſurrectionē? Altera ē, an deſiderēt p ſpē chriſtianam alijs beatitudinē futurā? Hæc it̄ explicat elegāter D. Th. 2.2. q. 18 ar. 2. & elegātiſſime ſolutiōe ad 3. & 4. legit ibi.

EXPLICATIO ARTICVLI II.

Conclusio huius articuli eſt de fide catholica; dicit n. Paulus; Caritas nunquam excidit. Ex iſta cōcluſio- *1. Cor. 13.*

ne

ne duplex naſcitur difficultas.

Dubium de ueritate cō cluſionis.

In primis vĩ, ꝙ caritas in uita beata ſit otioſa, & ſuperuacanea: Nam uoluntas in uita beata neceſſitaretur ad amandũ Deũ, ut ſentiunt doctiſſimi Theologi in materia de beatitudine: ergo non indiget habitu caritatis ad amãdũ Deũ. Deinde, uolũtas naturaliter inclinatur ad amandũ Deũ, & habet Deum præsẽtem ſufficienter propoſitum: ergo nõ indiget habitu caritatis.

Prima concl.

Secũda difficultas eſt, utrũ caritas uiæ, & patriæ, ſint eiuſdem ſpeciei. Et vĩ ꝙ differant ſpecie. Nam amor patriæ eſt neceſſarius & naturalis; amor uiæ eſt liber: ſed liberum & neceſſariũ differunt genere, ut cõſtat ex Metaphyſica: ergo non ſunt eiuſdem ſpeciei. Secũdo, caritas uiæ numquã poteſt adæquare caritatẽ patriæ, ut conſtat aperte: ergo nõ ſunt eiuſdẽ ſpeciei. Conſequẽtia inde ꝓbatur: nã id quod eſt imperfectum, ꝑ continuũ augmentũ põt adæquare id quod pfectũ eſt, qñ ſunt eiuſdem rationis. Sed de his dictum eſt ſatis ſupra. q. 4. arti. 4. cum de beatitudine actũ fuit, dicetur q; diſtinctius & clarius ĩ 2. 2. q. 24. ar. 7. Satis ſ nũ dictũ ſit de duratione uirtutum.

Dubium 2. Vtrum caritas uiæ & patriæ ſint eiuſdem ſpeciei.
Primũ arg.
Secundum.
Secunda.

QVAES. LXVIII.

De donis Spiritus ſancti, in octo articulos diuiſa.

PRobationes litteræ D. Tho. in hac quæſtione, & duabus ſequentibus non ponuntur, ut ſolet fieri; quoniam in annotationibus habentur expreſſæ.

ART. PRIMVS.

Vtrum dona differant a uirtutibus.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Si loquamur de dono, & uirtute ſecũdum nominis rationem, nõ oportet ut diſtinguantur inter ſe.

Secunda Concluſio. Dona diſtinguuntur a virtutibus ſecundum propriam rationem.

ART. SECVNDVS.

Vtrum dona ſint neceſſaria homini ad ſalutem.

Concluſio eſt affirmans.

ART. TERTIVS.

Vtrum dona Spiritus Sancti ſint habitus:

Concluſio eſt affirmans.

ART. QVARTVS.

Vtrum conuenienter ſeptem dona Spiritus ſancti numerẽtur.

Concluſio eſt affirmans.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum dona Spiritus ſancti ſint connexæ.

Concluſio eſt affirmans.

ART. SEXTVS.

Vtrum dona Spiritus ſancti remaneant in patria.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Dona perfectiſsime erũt in patria quãtum ad eorum eſſentias.

Secunda Concluſio. Dona, quantum ad materiam circa quam operantur, non habebunt operationẽ in ſtatu gloriæ, nec manebunt in patria, ſicut de uirtutibus cardinalibus dictum eſt ſupra q. 67. art. primo.

ART. SEPTIMVS.

Vtrum dignitas donorum attendatur ſecundum enumerationem Iſaiæ c. 11.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Simpliciter loquendo de dignitate donorum, id eſt, in comparatione ad ꝓprios actus, eadem eſt ratio comparationis in ipſis, & in virtutibus. Dona enim perficiunt hominem ad omnes actus potentiarum animæ, ad quos perficiunt uirtutes: quare ſicut uirtutes intellectuales moralibus præferuntur, & inter intellectuales, contemplatiuæ præſtant actiuis: ita in donis, ſapiẽtia, intellectus, ſcientia, & conſilium præferuntur pietati, fortitudini, & timori.

Secunda Cõcluſio. Quantũ ad materiã, fortitudo, & conſilium præferuntur ſcientiæ, & pietati: fortitudo. n. & conſiliũ habent locum in arduis; pietas aũt & ſcientia in communibus. Vnde donorum dignitas ordini enumerationis rñdet, partim quidem ſimpliciter, ſecundũ quod ſapiẽtia & intellectus oibus præferuntur; partim aũt ſecundum ordinem materiæ, qua ratione, conſilium & fortitudo præferuntur ſcientiæ, & pietati.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum uirtutes ſint præferendæ donis.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Virtutes theologicę præferuntur donis.

Secunda concluſio. Si comparemus dona ad alias uirtutes intellectuales, uel morales, dona præſtãt uirtutibus.

EXPLICATIO QVAEST.

DE hac re diſſerũt Doctores in 3. d. 34. Et quidem de diſtinctione donorũ a virtutibus eſt cõmunis opinio, ꝙ re ipſa non diſtinguuntur, ſed tñ nominis appellatione. Dicuntur uirtutes, quoniã perficiunt potentias ad recte & ſtudioſe operandũ. Vocantur rurſus dona eædem uirtutes, quoniã ſpirantur a Spiritu ſancto: ſic docet Scot. quæſt. unica. conſentiunt Gab. Almay. Ocham, & ceteri huius claſſis. Sed D. Tho. in hac q. art. 1. poſtquam confutauit multos modos diſtinguendi uirtutes, in fine ponit modum ſecundũ propriam ſententiam, dicẽs, ꝙ ad inueſtigãdũ quo modo differãt dona a uirtutib. debemus modũ loquendi Sacræ ſcripturæ ſequi: in qua recenſentur hæc dona nõ ſub nomine donorũ, ſed ſub nomine ſpirituũ, & impulſuum. Dĩ. n. Eſa. 11. Requieſcet ſuper eum Spiritus Domini, ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpũs conſilij & fortitudinis, &c. Ex quo datur intelligi, ꝙ hæc dona inſunt nobis ex inſpiratione diuina. Inſpiratio uero diuina ſignificat motionẽ ex exteriori principio ꝓuenientem. Eſt. n. conſiderandum, ꝙ in homine eſt duplex principiũ mouens: unũ internum, qđ eſt rõ, alterũ exterius, quod eſt Deus: ſic docet Ariſtot. 7. Ethic. ad eũdem c. 18. loquens de bona fortuna.

Qño diſtinguantur dona a uirtutibus.
Scot. Gabriel. Almaynus & Ocham. D. Tho.
Iſaiæ 11.
Prima concl.
Iſaiæ 11.
Secunda.
Duplex principium mouens in homine.
Ariſt.

Secundo notandum eſt, ꝙ omne quod mouetur, ut recte moueatur, neceſſariũ eſt, ꝙ ſit ꝓportionatũ motori, & perfectio mobilis quatenus mobile, ẽ qđ ſit recte diſpoſitũ ut recte a ſuo motore moueatur: & quãto motor fuerit altior, atq; ſublimior, tãto ĩ mobili

Prima concl.
Secund.

ſunt uirtutes infuſæ, quia ex infuſione ſortiuntur nomē doni. Quod ſi roges, q̄uo apud Eſa. non ponuntur iuſtitia, nec temperantia, &c. dicunt & ab Eſa. poni iuſtitiam, & temperantiam inter dona, ſi attendatur eorum caput: ſubdit enim; Et erit iuſtitia cingulum lumborum eius, & fides cinctorium renum eius; & ita iam ibi ponitur fides & iuſtitia. Et ſub fide & ſpe, & caritatem dicunt cōtineri, Temperantiam aūt dicunt intelligi debere in dono timoris, quia maxime per timorem a delectationibus carnis retrahimur, ſecundum illud; Confige timore tuo carnes meas. Prudentia uero noīe conſilij comprehēditur: & ita oēs uirtutes intellectuales, morales, & theologicæ, ut a Deo infunduntur, dona dicuntur. Et ſi obiicias plura ergo ſunt dona quam ſeptem? concedunt conſequentiam. Quod uero a quibuſdam tm̄ ſeptem dona numerētur, ex eo dicunt prouenire, quia initium tm̄ c. 11. Eſaiæ conſiderauerunt, non adī totum proceſſum illius; attamen quia quædam ſunt, quæ inclinant hōīem ad recte operandum, & a contrarijs retrahunt, quamuis non ſint uirtutes, tñ talia q̄ a Deo infunduntur, ſunt quædam dona; ut timor, ſiue accipiatur pro paſſione, ſiue pro affectione uoluntatis actuali, uel habituali, ſ̄m quam rationem donum magis extenditur quā uirtus, quia non omne donum eſt uirtus, ſed oīs uirtus eſt donum quando a Deo infunditur.

Duplex modus operandi. Quarta opinio eſt, q̄ dona differunt a uirtutibus: quia dona perficiunt ad operandum altiori modo quā uirtutes. Ad quod intelligendum, aduertendum eſt, q̄ habitus non requiruntur ad eliciendam ſubſtantiā operationis; ſed pp̄ modum operandi. Modus aūt operandi, ut ad præſens attinet inſtitutum, eſt duplex, humanus & ſuprahumanus. Primum modū experimur in nobis: de ſecundo uero loqui uī Ariſt. 7. Ethic. diuidens contra uirtutē abſolute & ſimpliciter acceptam, uirtutem heroicam, quā uocat diuinam, eo quod ſ̄m eam quaſi diuino modo homo operatur. (Ariſt.) Ex quo ſic argumentatur Durādus. Vbi eſt alius & alius modus operandi, diuerſi habitus ſunt conſtituendi, ſed ſ̄m uirtutes operamur modo humano; ſ̄m dona uero modo diuino: ergo ſunt differentes habitus. Confirmatur: quia cum hō ſit quid medium inter bruta, & ſubſtantias ſeparatas, quæ diuinæ dicuntur, ſicut in malitiis inuenire eſt modum humanū, & ſuperhumanum, uel beſtialē, ſicut ſunt peccata contra naturam, quæ excedunt modum naturæ humanæ, & malitiæ humanæ, ſic in bonis eſt inuenire humanum modū, ad quem perficiunt uirtutes; & ſuperhumanū, ſiue diuinū, ad quē p̄ficiunt dona. Tandem Durād. ingenue fatetur ſe ignorare, q̄uo hæc dona a uirtutibus diſtinguantur. (Scot.) Scot. in 3. d. 34. dicit ſine aſſertione, q̄ dona non diſtinguuntur a ſeptem uirtutibus. nā cōſilium eſt prudentia; fortitudo exprimitur nomine ſuo inter dona; temperantia in timore cōtinetur; iuſtitia in pietate; caritas per ſapientiam. fides per ſcientiam, & intellectum; ſpes autem nō explicite numeratur, ſed datur intelligi per ſapientiam, quæ eſt caritas. Itaq; opinio Scot. parum diſſidet ab opinione tertia, quā refert Durā. (Gabr.) Gabr. ad litterā tranſcribit Scot. (D. Tho.) D. Th. in hac quæſt. 1. & in 3. d. 34. q. 1. art. 1. conſtanter affirmat, q̄ dona, & uirtutes inter ſe diſtinguuntur. Atqui hæc opinio fuit antiquorum omnium, (Henric.) Henrici, quolibet 4. q. 33. (Bonauent.) Bonauenturæ, & (Richard.) Richardi in 3. diſt. 34. His conſtitutis, ut ad rei definitionem deueniamus, ſtatuitur prima concluſio.

Dona & uirtutes inter ſe diſtinguuntur. Probatur, q̄m ſingulis uirtutibus theologicis & cardinalibus nullū correſpondet donum in numeratione donorum Spiritus ſancti: nullum enim reſpondet caritati, nullum ſpei; ſoli fidei correſpondet donum intellectus, & ſapientiæ. ergo conſtat, quod non ſint idem. Prætera, imaginatio Scotica, ſecundum quam adaptatur ſapientia ad caritatem, & ſpem, conficta eſt, & inanis prorſus. Præterea, iuxta commentum Scoti non omnes uirtutes fuiſſent in Chriſto; quia non fuit fides, quæ auctore Scoto intelligitur nomine intellectus, & ſcientiæ. Deinde, dona infunduntur a Deo; at uirtutes morales ſecundum Scot. & Durand. non infunduntur a Deo. Sed adducamus fortiora fundamēta in huius ſententiæ confirmationem. Primū fundamentū doctrinæ D. Th. eſt, quod uirtutes perficiunt hominem ut eſt natus moueri a ratione; dona uero perficiunt hominē ut eſt natus moueri a Deo. Vnde dona reddunt hominem promte mobilē a diuina inſpiratione; uirtutes uero reddunt mobilem a prudētia, & a ratione. Sane ratio mouet hominem, atque etiam Deus, ut Ariſteteles teſtatur in capitulo de bona fortuna; ſuperius allegato. (Ariſto.) Cū ergo motus oporteat ut ſit motori proportionatus, & perfectio mobilis ſit diſpoſitio ut recte moueatur, quanto motor altior fuerit, tanto magis mobile perfectiori indiget diſpoſitione: diſcipulus namq; ad altiorem doctrinam perfectiori opus habet diſpoſitione. Hæc eſt potiſſima cā quare dona a uirtutibus diſtincta conſtituantur, ut bene aſficiant hominē, ut recte & promte a diuino ſpiritu concitetur, & moueatur. De hoc dr̄ Eſa. 50. (Eſa. 50.) Dominus aperuit mihi aurem, ego non contradico. & Ariſtoteles libro ſuperius citato dicit, (Ariſt.) quod ei qui mouetur inſtinctu diuino, non expedit conſiliari ſecundum rationem humanam: ſequitur enim interiorem inſtinctum, non rationem humanam.

(Scot. argu. Prim. argu.) Sed hoc fundamentum D. Th. adnititur conuellere, & labefactare Scotus: nam inquit falſum eſſe, quod uirtus perficiat uoluntatem, ut moueatur a ratione; ratio enim non mouet uoluntatem, ſed contra: unde falſum uidetur quod uirtus perficiat uoluntatem ut eſt mobilis a ratione; dona uero ut eſt mobilis ab Spiritu ſancto.

(ſecundum) Deinde per idem aliquid eſt proportionatum mouēti primo, & ſecūdo. ergo ſi per uirtutem proportionatur uoluntas rationi, per eandem proportionatur Spiritui ſācto & conſequenter nō oportet ponere alios habitus propter motionem ab Spiritu ſancto. Antecedens probatur: quia ex quo Deus dedit habitum uoluntati, ſemper aſſiſtit uoluntati, & habitui ad actus ſibi conuenientes; ſicuti ex quo miraculoſe illuminauit cæcum, ſemper aſſiſtit illuminato, ut poſſit mouere illam potentiam.

(tertium) Præterea, qui ex dono operatur, uel iudicat ſ̄m intellectum & rōnem aliquid eſſe agendum, uel non: ſi primū; ergo mouetur a rōne, ſi ſ̄m: ergo temeraria eſt motio, & operatio. Immo ſequitur, q̄ non eſt bona & ſtudioſa operatio, ſiquidē non eſt conformis rectæ rationi, & ſic opus temerarium & non ſtudioſum eſſet ab Spiritu ſancto.

(vltim.) Vltimo ſequitur ex fundamento D. Th. quod quando homo operatur per motionem Spiritus ſancti, & inſtinctum, quod nō concurrat actiue, ſed potius agatur, & impellatur: quod uidetur abſurdum eſſe, & alienum a uera Theologia.

(Solutio ad pri. arg.) Ad hæc argumenta non eſt difficile reſpondere. Ad primum dicendum eſt, quod ratio uere mouet uoluntatem, præcipiendo, illuminando, & ut ita dixerim regulando. Vnde ueriſſime dicitur uirtutes morales eſſe diſpoſitiones appetitus, ut mobilis a ratione.

(ad ſecundū Caiet.) Ad ſecundum argumentum ſubobſcure reſpondet Caieta. in primo articulo huius quæſtionis, ſed diſtincte dicendū eſt, uerū eſſe quod per eandem formā, qua apti & promti efficimur ut moueamur a ſecūdo motore, apti certe efficimur ut moueamur a primo, uerū non eſt neceſſe, quod per eandem formam & diſpoſitionē, qua efficimur apti ut moueamur a primo motore, efficiamur et conſequenti apti ut moueamur a ſecundo. Itaq; q̄n Deus & rō ſimul mouent, per eandem diſpoſitionem & uirtutē mouentur quando Deus ſolus mouet, & impellit ad operandum, tunc per donum Spiritus ſancti mouet, non per uirtutem: ſicuti ſi Deus ſolus calefaceret aquam, nō faceret per calorem ignis. Explicatur uberius hæc ſolutio. Natura ita cōparatū eſt, ut ad diuerſas formas diuerſæ ſint diſpoſitiones, & a diuerſis motoribus, p diuerſas, & uarias diſpoſitiones, ea q̄ mouētur efficiantur apta atq; idonea. Porro in homine tres ſunt motores; rō lumine naturali prædita, & prudētia; ratio prædita lumine gratiæ, & fidei; & mens humana pulſata inſtinctu Spiritus ſancti. Ad hoc ut uires animæ obediant primo motori, conſtituuntur uirtutes morales acquiſitæ, tendentes ad media, & fines ab illo motore præſtitutos: ad hoc uero quod uires animi obediāt ſecūdo motori, ponūtur uirtutes theologicæ, & infuſæ: ut uero omnes animæ potentiæ obediant, & obtemperent ſupremo motori, ponuntur dona tendentia in fines proprios, a tali motore præſtitutos, & demonſtratos. Neceſſitas autē diſtinguendi duos ordines habituum infuſorum ad obediendum, mōſtratur a Diuo Thoma in

littera,

& temeritas, qua aliquis pluris, q̃ æquũ ſit ſeipſum æſtimat, cui ſubuenitur per donum timoris. In parte inſuper rõnali efficitur hebetudo reſpectu finis, qua hõ a cognitione ultimi finis retrahitur; contra eã uero infunditur donũ intellectus. Cauſlatur ẽt ex pctõ ſtultitia, qua hõ retrahitur a deſiderio & amore ultimi finis; & cõtra eã donũ ſapiẽtiæ infunditur. Reſpectu uero eorũ, q̃ sũt media ad ultimũ finẽ ex peccato prouenit ignorãtia, qua neſcit hõ ea media eligere, quæ maxime ad ultimũ finẽ conducunt; & cõtra eã infunditur donũ ſcientiæ. Cauſlatur tandẽ ex peccato præcipitatio, qua hõ magis ducitur paſſione, q̃ electione; & cõtra eã donũ cõſilij infunditur. Et quidẽ hic modus dicẽdi nihil cõtinet abſurditatis, & defendi põt. Ceterũ multo melius alij dicunt, rõnem ſeptẽ donorũ accipi ex eo, ꝙ dona perficiunt uitã contẽplatiuã, & actiuã, excellentius quidẽ, q̃ habitus intellectuales, & morales. Ipſa.n. dona cõparantur ad uirtutes, ſicut perfectiones ſuperadditæ, ita ꝙ multo magis perficiũt hoiem ad vita actiuã, & contẽplatiuã, q̃ ipſæ. Ex quibus ita deducitur numerus donorũ. Dona.n. quæ ſunt perfectiones virtutibus ſuperadditæ, uel perficiunt uirtutẽ pertinentẽ ad uitam contẽplatiuã, aut uirtutẽ pertinentẽ ad vitam actiuã. Si igitur quo ad uitã cõtẽplatiuam perficiunt uirtutes, aut perficiunt ipsã uirtutẽ per modũ experientiæ, & guſtus, & hoc fit per donũ ſapientiæ: aut per motũ intimæ penetrationis, aut ſpeculationis; & hoc fit p donũ intellectus. Si uero quo ad uitã actiuã perficiant, aut perficiunt ipſam uirtutem quantũ ad receſſum a malo, & hoc fit per donũ timoris, quo homo pctm̃ timet, non quidem ꝓp pœnam, ſed ex Dei dilectione; uel perficiunt uirtutem quãtũ ad operandũ bonũ: & hoc duobus modis, qm̃ uel illud bonũ oẽs tenentur operari, uel nõ oẽs: ſi oẽs, duobus iterũ modis põt euenire, qm̃ uel donũ in ipſa operatione uirtutẽ perficit tamquam opus ipſum exequens; & hoc fit per donũ pietatis: uel tamquã opus ipsũ dirigens, & hoc fit per donũ ſcientiæ. Si quantũ ad operationem boni ad quod non oẽs tenentur, duobus iterum modis contingit; qm̃ uel donum perficit uirtutem in operatione tamquam opus ipſum arduum exequens, & hoc fit per donum fortitudinis: uel tamquã opus ipsũ arduum dirigens, & hoc fit per donũ cõſilij. Septẽ igitur ſunt Spiritus sãcti dona.

Dona hominibus neceſſaria ad ſalutem. Sap. 7. Eccl. 1.

Tertia Cõcluſio. Dona Spũs ſancti ſunt hominibus neceſſaria ad ſalutis conſecutionẽ. Et de aliquibus donis eſt expreſſa ſnĩa ſcripturæ: ſcribitur.n. Sap. 7. Neminem diligit Deus, niſi eum qui cum ſapientia inhabitat. & Eccl. 1. c. Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari. Sed rõnes quæ demonſtrant ex diuina Theologia horũ donorum neceſſitatẽ, iſtæ ſunt. Deus, ut optimus rector & prouiſor, unicuiq; naturæ prouidet de mediis conſentaneis, quib. proprium conſequatur finem: homo aũt duos fines habet, uidelicet naturalẽ, & ſupernaturalem. Naturalis quidem ut uiuat ſẽm rõnis normã & regulam, & ſut rerũ naturas intelligat: & ad hunc finem conſequendum indidit ſibi intellectũ, & uoluntatem, & primorũ principiorum euidentiam, in quibus oĩbus ſcientia innititur & incumbit. Vt igitur homo hunc finem naturalem conſequeretur, neceſſum fuit ei conferre uirtutes intellectuales, atq; morales, quibus recte uitam inſtitueret ſẽm rõnis regulã. Supernaturalis aũt finis eſt, ut uniatur per uiſionẽ, & fruitionẽ ſummæ ac primæ ueritati: ad hanc aũt unionem obtinendam non ſufficiunt uirtutes intellectuales, & morales humanitus acquiſitæ, qm̃ cum finis ſit ſupernaturalis, oportet oĩno media eſſe ſupernaturalia. Vt igitur hõ finẽ ſuum ſupernaturalem conſequeretur, neceſſum fuit Deum in aĩam deſuper infundere uirtutes tres theologicas, fidem, ſpem, & caritatẽ; quibus homo recte diſponitur ad conſequendam æternã beatitudinẽ. Et quidẽ ſi huiõi uirtutes perfecte poſſiderentur ab hoĩe uiatore, & ſẽm eas perfecte, prompte, & expedite operaretur opera meritoria, non eſſet neceſſe ſuperaddi alios habitus infuſos, quibus uirtutes theologicæ cõfirmarentur & ſtabilirentur. Profecto qui hẽt perfecte formã aliquam, poteſt per formam illã perfecte operari ſine alterius adminiculo & ſubſidio, ut quia ignis perfecte habet calorem, põt per ſuum calorẽ perfecte calefacere, neq; eſt neceſſe ipsũ adiuuari ab alio. uerum quia homini uiatori, dũ hanc uitã agit, cõicantur uirtutes theologicæ modo imperfecto: quamdiu.n. ſumus in corpore peregrinamur a Dño, & imperfecte ipſum cognoſcimus atq; diligimus: qui qdẽ modus corrñdet, & quadrat imbecillitati naturę humanæ, quæ in hac uita poſita exiliter & tenuiter participat actum intelligendi, & amandi diuina, ideoque ut perfectius & expeditius tendat in Deũ intellectu, & affectu, ac rectius ſe habeat in rebus agendis, neceſſe eſt, ut diuina bonitas hoĩem moueat per habitus bonos ſupernaturales additos uirtutibus theologicis, quos dicimus dona diuina: ueluti qui imperfecte habet formã aliquã, nõ poteſt per illam perfecte operari, niſi adiuuetur ab eo, in quo perfecte forma illa reperitur; hinc eſt ꝙ Luna imperfecte illuminet, niſi lumine Solis adiuuet, & diſcipulus nõ põt perfecte atq; exacte diſputare, niſi adiuuetur præceptoris doctrina, ſic in propoſito dicẽdum eſt de donis, ꝙ neceſſaria ſint, ſi loquamur de donis gratũ faciẽtibus, & nõ de donis gratis datis, ut ſunt gr̃a linguarũ, uirtus miraculorũ. Hæc demonſtratio ſatis erit ad cõcluſionem propoſitã oſtendendã: nã euidẽtius, & fuſius hæc ueritas eſt demonſtrata in prima concluſione huius diſputationis. Argumenta uero quibus hæc ueritas cõfutari ſolet, initio quæſtionis propoſita sũt, & ad finẽ diluent. Quarta concluſio. Dona hęc quæ a nobis ſunt cõmemorata ꝑmanent in vita beata. Hæc cõcluſio cõiter aſſeritur a diuinis Theologis. Cuius rei prima ꝓbatio eſt; quoniã fuerũt in Chriſto (vt habetur Eſa. 11.) q ſuit ſimul viator, & cõprehẽſor: ergo in vita beata nõ excludũtur dona Spiritus sãcti. Deinde Magiſter in 3. diſt. 34. tenet partẽ affirmatiuã huius q̃ſtionis, cõprobatq; auctoritate D. Ambr. 1 lib. de Spiritu sãcto, qui inquit, Ciuitas illa Hieruſalẽ cęleſtis nõ meatu alicuꝰ fluuij terreſtris alluitur, ſed ex vitæ fonte ꝓcedẽs Spiritꝰ sãctus, cuius nos breui ſatiamur hauſtu, in illis cæleſtibꝰ ſpiritibꝰ videtur redũdãtius effluere pleno ſeptẽ virtutũ ſpiritualiũ fernẽs meatu, quas enumerat Eſaias dicens; Spiritus ſapiẽtiæ & intellectus, &c. Hæc D. Ambr. ex cuius ſententia efficaciter colligit Magiſt. dona Spiritus sãcti eſſe ꝑmanſura in vita beata. Idẽ confirmat D. Th. in art. 6. ex D. Ambroſ. Sed quos actus habeãt dona hæc in vita beata, difficile explicatur. De timore filiali, quẽ diximus eſſe donũ, in ſtatu huius vitæ habemus tres actus. Primo facit nos timere ne Deũ, vt patrẽ, peccato offendamus. Secũdo, ne ex offenſi repellamur, & ſeparemur ab eo. Tertio, facit nos eũ vt patrẽ reuereri, & voluntarie ſubijci. Donũ timoris vtrũ maneat ĩ vita beata, quantũ ad primũ, & ſecundũ officiũ, magna cõtentione diſceptant Theologi; de qua re nos ſupra multa ſcripſimus. Verũ quidquid ſit de hac graui cõtẽtione, hoc exploratũ eſt, ꝙ in vita beata tertiũ officiũ timoris pſeuerat in perpetuũ; quoniã ex caritate pfecta Deo reuerentiã, & honorem, & voluntariã ſubiectionẽ, vt filij dilectiſſimo patri exhibebimus: vnde in Apoc. c. 7. Sancti in cælis Deũ colunt dicentes: Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, & fortitudo Deo noſtro in ſæcula. Dono pietatis multa opera attribuũtur: ſed potiſſima pietatis officia in vita beata erunt cultus Dei atque Sanctorũ. Atqui de hoc dono indubitabile eſt ꝙ in vita beata ꝑmaneat. Dono ſciẽtiæ attribuitur rerum oĩum humanarũ & tẽporalium certa & exacta cognitio, quæ oĩ dubio ꝓcul ꝑmanebit in patria. Dono fortitudinis attribuit, cõſtãter & inuicte bono inhærere, & id perfectiſſime erit in vita beata, vbi inſeparabiliter beati Deo adhærebũt ex pfectiſſima Dei dilectione. Timores vero, & audacia a vita beata ꝓcul erũt. Dono conſilij tribuitur ſẽm D. Greg. in 1. moral. ꝙ rõne animũ repleat, & mẽtẽ illuminet, & id quidẽ pfectiſſime in beatitudinis ſtatu cõſeruabitur. Dono intellectꝰ tribuitur, ꝙ ex ſuper infuſo lumine adeo mentẽ eleuat, vt diuina, & ſpũalia certiſſime inſpiciat, & penetret. Quẽadmodũ.n. Itellectꝰ primorum pricipiorũ prima pricipia illuminat: ſic donũ itellectꝰ de auditis & reuelatis adeo mentẽ illuſtrat, ꝙ veluti prima pricipia ſtatim audita apꝓbat: vñ q hoc donũ cõſecutus fuerit, ita cõfirmat in diuinis myſterijs credẽdis, ꝙ nulla rõne, nullis pœnis põt eis diſſẽtire, vt patet in Apl̃s, & ſacris Martyribꝰ: qđ qdẽ officiũ ĩ vita beata pfectiſſime ꝑmanebit. Dono ſpiæ tria opera pfecte attribuũtur. in pri-

Dona in uita beata manent.

Eſa. 11.

Mag. ſent. Ambr.

D. Th.

De actibus donorum in uita beata.

Apoc. 7

D. Greg.

mis facit oĩa terrena in mente nr̃a vileſcere, diuina autem & æterna, dulciora melle: unde dr̃ in perſona Sapientiæ Eccl. 24. Spiritus meus ſup mel dulcis, & hr̃ditas mea ſup mel, & fauũ. Et confirmatur dicto B. Greg. Guſtato ſpiritu, deſipit oĩs caro. Scd̃o facit hoĩem corpore q̃dẽ eſſe in mũdo; cõuerſatione aũt, & cõtẽplatione ĩter diuinos ſpirit' viuere: vñ Paul' dono ſapiẽtiæ affect' ad Philippẽ. c. 3. ſcribit: Nr̃a cõuerſatio ĩ cęlis eſt. Tertio, ſicut facit bona æterna dulciora ſuper mel; ſic mala ijs oppoſita oĩno abhorrere, & abominari facit: nam uelut a facie ſerpẽtis, facit diffugere carnales cõcupiſcẽtias, & oĩa vitia, quib. homo a uia ſalútis deflectitur: non. n. habitat in maleuola aĩa, neq; in corpore ſubdito peccatis, ut dr̃ Sapiẽ. 1. Hęc oĩa officia in vita beata pmanere certius eſt quã vt ſit oſtẽdendũ. Vñ ĩter oĩa dona ĩ beatitudinis ſtatu maxime pmanebit hoc donũ, ſiquidẽ magis pficit vitã cõtẽplatiuam. Qñ̃o autem donũ ſapientiæ, qd̃ in hac uita poſſidemus, maneat ĩ vita beata, & nõ pſeueret fides, atque etiam diuina Theologia quam in hac vita cõparamus, difficilem hẽt explicationẽ: quã ĩ ſuperiorib. pluřib. in locis uere ex diuina theologia, ac diligenter adhibuimus. Iã tempus eſt, ut ad argumenta in principio poſita ſatisfaciamus. Ad primum argu. ex ſanctorum Patrũ auctoritate dſumptum, tãdetur dona aliquando dici virtutes, late ſumpto uirtutis noĩe, quatenus oẽ opus bonũ a uirtute pficiſcitur: ceterũ in proprietate loquendo, dona habent aliqd ſupra eniẽs rõni cõi uirtutis, quatenus. ſ. ſunt q̃dã diuinæ virtutes pficientes hominẽ in ordine ad motũ diuinũ: quapropter ut dictũ eſt ſuperius, ſupra uirtutẽ cõem ponit Ariſ. 7. Eth. c. 1. quandã uirtutẽ heroicã, uel diuinam, ſcd̃m quã aliqui diuini uiri dicuntur. Ad ſecundũ reſpõdetur negãdo minorem: nõ. n. donis, definitio virtutis cõpetit: cũ. n. in defi nitione uirtutis dr̃ eſſe bona mẽtis qualitatem, qua recte uiuitur, intelligẽdũ eſt, qua recte uiuitur ſcd̃m regulã rõnis, qd̃ donis nõ conuenit, vt in hac qõne expoſitũ eſt: & eodẽ mõ aliæ uirtutis definitiones q̃ ex Ariſ. adducuntur ſunt interpretandę, q̃ ideo donis minime quadrant. Ad aliud argũ reſpõdetur, alia atq; alia rõne ſapiẽtiã dici uirtutẽ, & donum: dr̃. n. intellectualis uirtus, ſm̃ q̃ ex iudicio, & regula rõnis pcedit; appellatur donũ, ſecũdũ q̃ operatur ex inſtinctu diuino. Eadẽ rõne de alijs dicẽdũ ẽ, quę inter virtutes & dona connumerantur diuerſis rationib. Ad quartũ negatur cõſequẽtia. uirtutis enim Theologicæ plene & perfecte a nobis non participantur, & iõ pter eas donis indigemus (ut paulo ante demõſtratũ ẽ) quib. a Spiritu ſancto moueamur. Ex ijs ſolutio patet vltimæ confirmationis: per uirtutes enim Theologicas, & morales non ita perficitur homo in ordine ad vltimum finem, quin ſemper indigeat moueri inſtinctu Spiritus ſãcti, pter rõnẽ ĩ ſuperiori ſolutione, & in ipſa q̃ſtione expoſitam.

Eccl. 24.
Greg.
Philip. 3.
Concl.
Sap. 1.
arg ſolu. ini tio facta.
ad primum
Pri. conc.
Ariſt.
ad ſecundũ.
ſecun. co.
ad tertium.
Conc.
ad quartum

QVAES. LXIX.

De beatitudinibus, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum beatitudines diſtinguantur a uirtutibus & donis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ſic habet. Beatitudines diſtinguuntur a uirtutibus & donis; non ſicut habitus diſtincti ab eis, ſed ſicut actus: nam finem dicitur aliquis iam habere, propter ſpẽ finis obtinendi: ſpes autem de fine conſequendo conſurgit ex hoc, quod aliqs cõuenienter mouetur ad finẽ, & ad ipsũ appropinquat, quod fit per aliquã actionẽ: ad finẽ autem beatitudinis appropinquat aliquis per operationes uirtutum, & maxime per operationes donorum: ad quam beatitudinem non ſufficit ratio, ſed in eam inducit Spiritus ſanctus, ad cuius ſequelam per dona perficimur.

ART. SECVNDVS.

Vtrum præmia quæ attribuuntur beatitudinibus ad hanc uitam pertineant.

SVMMA TEXTVS.

Doctores ſancti varie circa hanc quæſtionem locuti ſunt: ceterum ut D. Tho. eã explicet, ſupponit ſpem futuræ beatitudinis poſſe eſſe in nobis, pter duo, & propter aliquam præparationem, uel diſpoſitionem ad beatitudinẽ: quod eſt per modum meriti, & per quandam inchoationem imperfectam futuræ beatitudinis in viris ſanctis, etiam in hac vita Sit ergo prima concluſio. Quę in beatitudinib. ponuntur tamquam merita, ſunt quædam pręparationes, uel diſpoſitiones ad beatitudinem, uel perfectam, uel inchoatam. Secunda concluſio Quę ponuntur tamquã pręmia, poſſunt eſſe uel ipſa beatitudo perfecta; & ſic ptinet ad futuram uitam; uel aliqua inchoatio beatitudinis, ſicut eſt in uiris perfectis; & ſic pręmia pertinent ad pręſentem uitam: cum enim aliquis incipit proficere in actib. uirtutum, & donorum, poteſt ſperari de eo, quod perueniet ad perfectionem uię, & poſtea ad perfectionẽ patrię.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum conuenienter numerentur beatitudines.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio, quam D. Tho. ita explicat. Triplicem beatitudinem ſtatuerunt nonnulli antiquorum. Quidam enim beatitudinem in vita voluptuoſa poſuerũt; alij in actiua; nonnulli in contemplatiua. Iſta autem ita ſe habent, ut beatitudo uoluptuoſa falſa ſit, rationi cõtraria, & impediens beatitudinem futuram. At beatitudo vitę actiuę ad futuram diſponit, ſicut beatitudo cõtemplatiua, ſi ſit perfecta, eſt eſſentialiter ipſa beatitudo futura; ſi imperfecta, eſt quędã eius inchoatio. Vt ergo Dominus primo remoueret impedimẽtũ uoluptuoſę beatitudinis, ſtatuit tres priores beatitudines, quibus tollitur affluẽtia bonorum & diuitiarum, per paupertatem; cõcupiſcentia paſſionum, per mãſuetudinẽ; & uoluptas, per luctum. Deinde, quia in uita actiua quædã exhibentur proximis, ut debita, alia ſub ratione ſpontanei beneficij, ponit alias duas beatitudines; reſpectu eorum qui ſitiunt iuſtitiã, & reſpectu eorum qui ſunt miſericordes: per iuſtitiam; enim debita exhibemus; ſpontanea uero per miſericordiã damus: ea uero quę ad uitam contemplatiuam pertinent, uel

EXPLICATIO QVÆS.

Doctrina de beatitudinibus pcipua eſt, & maxima pars legis Euãgel. quam Chriſtus Domin' in monte tradidit ore ſuo ſacroſancto. in

ſunt ipſa beatitudo finalis; vel aliqua eius inchoatio: & idō non ponuntur tamquā merita, ſed tamquā præmia. Ponuntur autē tāquā meritā effectus vitę actiuæ, quib. homo diſponitur ad contemplatiuā vitam: qui effectus, quantum ad virtutes & dona quib. perficitur homo in ſeipſo, eſt mūditia cordis; vnde ponitur ſexta beatitudo; Beati mundo corde. Sed quantum ad virtūtes & dona quibus perficitur homo in comparatione ad alterum, eſt ſeptima beatitudo, pax: vnde dicitur; Beati pacifici. Optime ergo beatitudines aſſignatæ, & numeratæ ſunt.

ART. QVARTVS.

Vtrum præmia beatitudinū conuenienter enumerentur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmatiua. Probatur auctoritate Domini, qui præmia huiuſmodi propoſuit & deſignauit: & merito quidē. Nam in beatitudine voluptuoſa q̄runt hoīes diuitias, & abundantiā, a quibus retrahuntur ex promiſſione regni cæleſtis. Quærunt inſuper bella & litigia propter ſecuritatem futuram, a quib. auocantur per manſuetudinem, cui ꝑmittitur ſecura terræ poſſeſſio. Quærunt inſuper conſolationem in concupiſcentiis & voluptatib. & ideo Dominus conſolationem ueram lugentibus repromiſit. In vita autē actiua homo retrahitur ab operib. iuſtitiæ ꝑ inordinatum appetitū boni proprii, & ideo dn̄s eſurientib. iuſtitiam, ſaturitatem promiſit. Auocatur etiam ab operibus miſericordiæ, ne ſe immiſceat aliis miſeriis; & ideo miſericordibus deſignat miſericordiam; qua ab omni miſeria liberabuntur. Aliæ uero duæ beatitudines, pertinent ad felicitatem cōtēplatiuā; & ideo ſecūdū conuenientiam diſpoſitionū quæ ponuntur in merito, præmia redduntur. Et quia mūditia oculi diſponit ad clare videndum, ideo dr̄; Beati mūdo corde, quoniā ipſi Deum videbunt. Conſtituere uero pacē in ſe, uel inter alios īdicat hominem eſſe Dei imitatorem, q̄ eſt Deus unitatis & pacis; & ideo in præmium pacifici ponitur diuina filiatio; Quia filii, inquit, Dei uocabuntur.

cto: in qua præcipue traditur, quid Chriſtiana iuſtitia vltra ſidem complectatur, & poſtulet. Deinde, q̄uo iuſtis corona iuſtitiæ (vt Pau. vocat) vel merces plena æternaq; non ſine labore obueniat. Atq; Euāg. legis beatitudines apud Mat. Euan. octonario numero recenſentur in hūc modū. Beati pauperes ſpiritu, q̄m ipſorū eſt regnū cęlorū: Beati mites, q̄m ipſi poſſidebunt terrā. Beati qui lugent q̄m ipſi cōſolabūtur. Beati qui eſuriūt, & ſitiunt iuſtitiā: q̄m ipſi ſaturabūtur. Beati miſericordes; q̄m ipſi miſericordiā conſequentur. Beati mūdo corde, q̄m ipſi Deum videbunt. Beati pacifici; q̄m ipſi filij Dei vocabuntur. Beati qui perſecutionem patiūtur propter iuſtitiā: quoniam ipſorū eſt regnum cęlorum. Circa hanc de beatitudinib. doctrinam, diuina & recōdita myſteria obſeruauerūt ſancti Patres, Chryſ. Hierony. Theop. in Matth. Item Aug. li. 1. de ſermone Domini in monte. Chromatius Ep̄s in declamatione de octo beatitudinib. Bernar. in ſer. 1. in feſt. omnium Sanctorum. Sed & Scholaſtici Doct. & q̄ Doctrinales appellantur, multa de beatitudinib. diſputant in 3. di. 34. In primis diſputant; vtrum beatitudines diſtinguantur a virtutibus, & donis? de qua re non eſt una eorū ſn̄ia. Scot. tenet, q idē habitus dr̄ virtus, quia facit bonum habentem; Donū, quia donatur, & gratis confertur; Beatitudo, quia ꝑ ipſum ſumus beati in ſpe. Vn̄ beatitudines (auctore Sco.) ſunt habitus: docetq: q nominib. beatitudinum exprimuntur virtutes cardinales. Cōſentit Gabr. in eadē diſt. ſcribitq;, q inter beatitudines Euangelicas enumerantur duæ ſpecies temperantiæ: altera cōtra honores, ſ. humilitas, quæ explicatur nomine paupertatis ſpiritus: altera cōtra cōcupiſcētias, quæ explicatur illis in uerbis; Beati mundo corde. Fortitudo exprimitur in ſua ſpecie perfecta, uidelicet in patientia, q̄ explicatur in illa ſn̄ia: Beati qui perſecutionem patiuntur. Iuſtitia in trib. ſpeciēb. declaratur; Beati mites; Beati pacifici; Beati miſericordes. Caritas explicatur in illo uerbo; Beati qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiam. Spes in illo: Beati qui lugent, ſiquidē hic luctus ptinet ad ſpei deſideriū. Fides & Prudētia nō diſtincte & plane inter beatitudines enumerātur, ſed ſubintellecte & implicite continentur: quia aliæ virtutes non poſſunt conſiſtere ſine iſtis: ergo alijs expreſſis iſtæ ēt ſufficienter inſinuantur. Contra hanc doctrinā hæc ſiunt argumenta. In primis Ariſt. 1. & 5. Eth. expreſſe docet, q beatitudo nō conſiſtit in habitu, ſed in actu, & in operatione: alias dormiens eſſet felix & beatus: ergo beatitudines euangelicæ non conſiſtunt in habitu, ſed in actu. Deinde, beatitudo in ſpe eſt moueri ad illam per meritum, & egregiam operationem: hoc uero in actu conſiſtit. Ad hæc, beatitudo in patria cæleſti non in habitu, ſed in actu conſiſtit: ergo beatitudo in hac vita inchoata, in actu, non in habitu collocatur. Item, beatitudo dicit q̄d excellētiſſimum, & gradū heroicum in actu uirtutis: non enim dicuntur beati liberales, aut qui non furantur, vel qui ſeruant iuſtitiam: ſed qui eſuriunt, & ſitiunt iuſtitiā: nō ergo quælibet virtus eſt beatitudo: q̄a licet vniuerſus actus virtutis ſit meritorius non tamen facit certā ſpem beatitudinis: hanc ſolū generat actus egregius, & heroicus, quē q̄ habet, regulariter in gr̄a morit. Ex ijs arg. ſi bn̄ expēdātur, efficaciter cōcludit q beatitudines euāgelicę nec ſūt dona, nec virtutes, ſed ſunt actus virtutū, ſeu donorū, per quos certa cum ſpe ad beatitudinis conſecutionem ferimur. ſic pauptas ſpiritus, ſic luctus, pariter dn̄r beatitudines. Vel dn̄r beatitudines, q̄a ſunt veluti q̄dā vitæ beatæ īchoationes, & ꝑguſtationes, q̄a hic quodāmodo poſſidēt regnum, & illo fruūtur. Sed & aliam q̄ōnem mouent de beatitudinib. euangelicis; An ſint præcepta, an conſilia? Chryſo. & alij vīr ſignificare q ſint præcepta. Chryſ. ſcribit, q id fecit Chriſtus, vt ſuauius poneret legem ſub nomine beatitudinis, q̄ mandatorum: quo ſignificare videtur, q ſint præcepta. Sed in contrarium eſt argumentū. Nam beatitudines (vt dictum eſt) ſunt gradus heroici virtutum, & donorum: at gradus heroici ſub præcepto non cadūt. Certe ex textu Euangelij neq; hr̄ q ſint præcepta, nec vero conſilia. Chriſtus Dn̄s in qualibet beatitudine cōiunctim duo propoſuit, quorū alterū eſt actus virtutis, & beatitudo (vt nūcupat) huius vitæ: alterū vero æternæ vitæ præmium ſuo merito congruens, quam beatitudinē patriæ licet appellare. Sicut aūt prior pars laborem & difficultatem offert credentib. ita poſterior q̄ ſtatim in ſingulis beatitudinib. adijcitur, magnitudine propoſiti præmij conſolationem admiſcet, leuitq; labores. Hoc tn̄ docet Chriſtus. Verū vero beatitudines iſtæ ſint ꝓcepta, ex doctrina Chriſti non plane colligitur, & potius vīr conſilia viris Apoſtolicis propoſita. Verum non quieſcūt Theologi, & tertiam mouent q̄ōnem, Vtrum præmia q̄ proponuntur beatitudinib. euangelicis, ad hanc vitam pertineant? Illud præterea interrogant, Vtrum beatitudines, atq; adeo præmia beatitudin: cōuenienter proponātur? Sed has q̄ōnes adeo dilucide explicat D. Th. ut nr̄a explicatione opus nō ſit. Hic tn̄ ad extremū huius q̄ōnis aduertēdū eſt, vanā eſſe huius mū

Chryſoſt. Theoph. Theophil. Aug. Chromat.

Bernard.

Scot.

Gab.

Ariſt.

An' de beatitudinib. ſint præceptum. Chryſoſt.

di de beatitudine ſententiam, quæ permultos fallit ac perdit: nam beati vulgo putantur diuites præpotentes, gloria & auctoritate clari, bonis fortunæ affluentes, voluptatib. indulgetes: verũ Chriſtus, væh, væh iſtis opponit Luc. 6. & libere hic Eſa exclamate. 3. Popule meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viã greſſuum tuorum diſſipant. & Dauid in Pſal. 143. Beatus populus cuius Dñs Deus eius.

Luc 6
Eſa. 3
Pſal. 143

QVAES. LXX.

De fructibus Spiritus ſancti in quattuor articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum fructus Spiritus ſancti numerati ab Apoſtolo ad Galat. 5. ſint actus.

Concluſio eſt affirmans.

ART. SECVNDVS.

Vtrum fructus a beatitudinibus differant.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmatiua; cuius ratio eſt; quoniam plus requiritur ad rationẽ beatitudinis, quam ad rationem fructus. Nam ad rationẽ fructus ſufficit quod ſit aliquid habens rationem vltimi, & delectabilis: ad rationem autem beatitudinis vlterius requiritur, ut ſit aliquid perfectum, & excellens. Vnde licet omnis beatitudo fructus dici poſſit, non tamen e conuerſo res ſe habet, ut dictum eſt: differunt ergo fructus a beatitudinibus.

SVMMA TEXTVS.

Vtrum fructus conuenienter numerentur ab Apoſtolo.

Concluſio eſt affirmans.

ARTI. QVARTVS.

Vtrum fructus Spir. ſancti contrarientur operib. carnis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Si opera carnis, & fructus Spiritus ſancti ſumantur in communi, ſecundum rationem communẽ fructus Spiritus ſancti contrariantur operibus carnis: etenim motus ſurſum, & motus deorſum contrariantur in naturalibus. Spiritus autem ſanctus mouet humanam mẽtem ad id quod eſt ſuper rationem: appetitus autem carnis, qui eſt appetitus ſenſitiuus, trahit ad bona ſenſibilia, quæ ſunt infra hominem: unde dicit Apoſtolus. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &c.

Secunda cõc. Secundũ proprias rationes fructuum enumeratorum, & operũ carnis, nõ oportet ſingulos ſingulis contraponere: Apoſtolus enim non intendit numerare oĩa ſpiritualia, neque omnia opera carnalia. Verum eſt tamen, D. Aug. ſuper epiſtolam ad Gal. c. 5. ſecundum quandam adaptationem cõtrapoſuiſſe ſingulis operib. carnis ſingulos fructus, ſicut fornicationi opponitur caſtitas; & ſic de alijs.

EX PLICATIO QVÆST.

IN gratiam huius quæſtionis tria tãtummodo tractãda ſunt. In primis, quid nomine fructus in diuina Theologia intelligitur: deinde, quot ſunt fructus ſpiritus: poſtremo quõ doctrina de fructib. ſpiritus recte vtemur. Et ut a primo exordiamur, in noĩe fructus, cõuenit inter omnes Doctores: de re uero contẽtio eſt: nã Gabr. in 3. diſti 34. ſequens Scotum, docet ꝙ habitus virtutum ſunt fructus Spiritus ſancti, quia quodãmodo fruimur illis: unde D. Paul. Iter fructus Spiritus ſãcti numerat virtutes Theologicas, & Cardinales, & affectiones q̃ ex illis conſequũtur, vt gaudium, pax. Sed re uera fruct⁹ nõ ſunt habitus, ſed actus, iuxta illud Matt. 12. Omnis arbor bona, fructus bonos facit; mala autem arbor, malos fructus facit: igitur ex fructibus arbor cognoſcitur, id eſt, ex operibus ſuis homo, ut exponitur a ſanctis Patrib. igitur, ipſi actus humani dicuntur fructus. Quemadmodum enim operatio hominis, quæ ab homine procedit ſecundum facultatem rationis, dicitur eſſe fructus rationis; ſic operatio quæ ab homine procedit ſecundum altiorem virtutem, quæ eſt uirtus Spiritus ſancti, dicitur eſſe operatio hoĩs, & fructus Spiritus ſancti, quaſi cuiuſdam diuini ſeminis: dicitur enim 1. Ioã. 3. Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit; quia ſemen ipſius in eo manet. Hanc ueritatem inſinuat ſatis aperte metaphora ex fructib. accepta: fructus enim nõ ſunt flores, nec folia, ſed ultimũ quod ex arbore percipitur cum delectatione: vnde habitus virtutum producunt fructus, ſed non ſunt fructus: fructus namq; vere & ꝓprie ſunt operationes, & actus uirtutum, qui ex habitibus proficiſcuntur, qui nos veluti frugiferas arbores in Eccleſiæ agro commendant, atque oſtendunt. Hæc de prima parte dixiſſe ſufficiat. De numero uero fructuum ſpiritus ſciendum eſt, ꝙ a D. Pau. ad Gal. 5. duodecim fructus numerantur. Primus eſt caritas; fructus quidem generoſiſſimus, & radix bonorum omnium, ſine qua non poſſunt prodeſſe cetera bona, vt ſcribit Pau. 1. Corint. 13. & qui habet ipſam, habet omnia bona: propter quod dicit Paul. Super omnia caritatem habere, quod eſt vinculum perfectionis: in ipſa nãq; connectuntur, & copulantur omnium virtutum operationes, & perfectiones. Alter fructus eſt gaudium; hoc pſtãs, vt homo ſpiritualis a acrite: ſereno ſeruiat Deo. Tertius, pax, q̃ eo ſpectat, vt in huius mundi procellis animi ſeruetur tranquillitas. Quartus patiẽtia quæ in duris ſere dis eſt ſita. Quintus, lõganimitas, quæ magnitudinem animi in futuris bonis exſpectandis declarat. Sextus, bonitas, q̃ nulli nocet, ſed bene vult omnibus. Septimus, benignitas inuitãs ad familiaritatẽ, dulcis alloquio, moribus temperata. Octauus eſt mãſuetudo, quæ omnes iræ motus ſedat, & mitigat. Nonus, fides in proximum, vt fideles, pactorum que ac ꝓmiſſorũ obſeruatores ſimus. Decimus, modeſtia, q̃ omnem faſtus & arrogãtiæ ſuſpicionem excludit. Vndecimus continentia, dum non ſolum ab eſcis, ſed etiã ab omni nequitia abſtinemus. Duodecimus, caſtitas, q̃ mentem caſtam in corpore caſto conſeruat. De ijs fructibus prolixum eſſet nunc agere ſingulatim: nunc tantummodo conſiderandum eſt, ꝙ uſus iſtorum fructuũ ſpiritualium eo ſpectat, ut virtutes Theologicæ, ſimul & Cardinales ſuam in nobis uim & operationem expediant, & expeditæ perficiant. Illud etiam cõmodi afferunt, ut homo Chriſtianus aduerſus carnis opera, ueluti ſpirituali quadam armatura ſit inſtructus: numquam enim fallet canon Apoſtolicus, qui habet, ad Gal. 5. Spiritu ambulate, & deſideria carnis nõ perficietis: Ro. 8. Si ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis.

Hæc de iſta quæſtione.

EXPLI.

Concluſ.
Quid nomẽ fructus deſignat.
Gabr.
Scot.
Matt. 12
1. Ioan. 3
De numero fructuum.
1. Cor. 13
Pri. conc.
Galat. 5.
Secunda.
Aug.
Galat. 5
Rom. 8

QVAEST. LXXI.

De vitijs & peccatis, in ſex articulos diuiſa.

PRAEFATIO.

HAEC diſputatio de vitijs & peccatis non habet certũ locum apud Magiſtrum ſententiarũ neq; apud eos auctores qui ordinem Magiſtri ſequuntur, & Sententiarij appellantur. Nam Magiſter agit de peccatis, cum ſeſe occaſio offert: in 2. diſtinctione 21. diſſerit de peccato Adæ; & diſt. 24. interſerit tractatum de gratia & libero arbitrio: in diſt. 30. diſputat de peccato originali: & diſt. 34. de peccato actuali. & diſt. 35. de ſingulis peccatis. Diuus Thomas hic eſt admirabilis, ſiue eruditionem, ſiue diſputandi rationem & methodum conſideres: & diſtribuit hoc opus in ſex partes. Primum definit, quid ſit peccatũ; deinde, quomodo diſtinguãtur peccata; proximo loco de cõparatione eorũ ad inuicẽ; deinceps de ſubiecto peccatorum; quinto, de cã peccati; denique, quæ ſint incommoda, & effectus peccatorum demonſtrat,

ARTIC. PRIMVS.

Vtrũ uitiũ contrarietur uirtuti.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Vitium uirtuti cõtrariatur: nã tria ei opponũtur. unũ eſt peccatum, prout actus uirtutis eſt ordinatus, & debitus: pctm̃.n. nominat actum inordinatum. Opponitur ẽt uirtuti malitia, prout ad rõnem uirtutis conſequitur, quod ſit bonitas quædã. Vitium uero ſm̃, quod eſt indiſpoſitio quædam non conueniens ipſi naturæ, opponitur directe ipſi uirtuti, prout uirtus importat diſpoſitionẽ alicuius conuenienter ſe habentis, ſecũdum modum ſuæ naturæ, Vñ peccatum contrariatur virtuti, prout uirt' eſt operatiua boni: malitia contrariatur ſecundum, ꝙ uirtus eſt quædam bonitas: uitium aũt proprie cõtrariatur uirtuti, ſecundum ſuam eſſentiã.

EXPLICATIO ART.

Vitium unde dictum. Horat. in 1. epiſt. Cicero.

Vitium (quod virtuti opponitur) a vito, quod vitandum ſit, & fugiendum, deductum eſt: vñ Horatius, Virtus eſt vitium fugere. Cicero lib. 2. de finibus, ſic inquit; Quod enim vituperabile eſt p ſeipſũ, id eo ipſo vitiũ nominatum eſſe puto, vt ẽt a vitio dictum vituperari; ſiu malitiã dixiſſes, ad aliud nos vnum certum vitium conſuetudo Latina traduceret. & paulo ante; Quas Græci κακίας appellãt, vitia malo, q̃ malitias nominare. Vñ apud Ciceronem uitiũ, uituperiũ eſt, uel id, quod vituperari ſolet. Sed & uitium non ſolũ ad animum refertur; ſed ad corpus, ut vitioſum mancipiũ, uel uitioſum iumentum.i. morboſum. Vlpianus ĩ titulo d ędilitio edicto, lege primat Aiunt ædiles, Qui mancipia uẽdũt, certiores faciant emtores qd morbi, uitij ve ſit. *[Equum.]* Vitiũ quoq; oĩs corruptio dr̃: quo in ſignificato (quantũ ego exiſtimo) uitium a D. Tho. in præſentia uſurpatur, dicit.n. quod uitium opponitur uirtuti, ſecundum eſſentiam: virtus namq; eſt diſpoſitio perfecta conueniẽs rei naturæ: uitium uero eſt corruptio, & diſpoſitio naturæ diſconueniens. His explicatis, quæ ad notionem nominis expedire uidebantur, proximum eſt, ut dubitationes explicemus.

Diſtributio huius operis de peccatis.

Vitium, peccatum, malitia, an idem. D. Tho.

Eſt igitur Prima dubitatio; Vtrum uitium, pctm̃, malitia, idem ualeant, an diuerſa ſint? Hæc cã inquirendi eſt: nam quamquam D. Th. in art. nõnullam diſcriminis differentiam deſignauit; tñ in ſolutione primi affirmare uidetur, quod ſint idem, ſm̃ diuerſas conſiderationes.

Dubium.

Huic affine eſt aliud dubium: non enim facile intelligitur id, quod D. Th. in littera dicit, ꝙ bonitas eſt conſequens ad eſſentiã virtutis. ex quo deducere vr̃, quod malitia, quæ opponitur bonitati, non opponatur uirtuti ſm̃ eſſentiam, ſed ſm̃ id quod ad uirtutem cõſequitur. Verũ id quod D. Th. ſtatuit pro principio, falſum eſſe vr̃, & improbabile. Nam bonitas de rõne eſſentiali virtutis ẽ: virtus.n. eſt habitus bonus, & boni operatiuus: uel eſt bona qualitas qua recte uiuitur, vt definit Aug. Sed hæc haud difficile erit explicare.

Solutio.

Dicendum namq; eſt, quod pctm̃ accipitur pro actu inordinato, non pro habitu; uitium uero ſumitur pro habitu uitioſo, licet aliqñ accipiatur pro actu improbo, & uituperabili: malitia uero ad utrumque conſequitur, licet proprius ad uitium. Itaq; uitium in pſenti tractatu ſignificat habitum prauum: non enim dicimus equum hr̃e uitium, qui ſemel in curſu deficit, niſi ſit continuus defectus: pp quod Ariſt. ſcribit, uitium eſſe ſimile hydropi, q̃ eſt infirmitas pſeuerans; ſed actus peccati eſt ſimilis morbo comitiali, qui licet grauiſſime cruciet, non tñ eſt cõtinuus. *[Ariſt. 7. ethi. cap. 1.]* Deniq; non dicimus hoĩem uitioſum, ex eo ꝙ ſemel atq; iterum in pctm̃ eſt plapſus, niſi peccare ducat in conſuetudinẽ. Vitiũ ergo ſignificat habitũ peccandi confirmatũ. Quemadmodum.n. ad uirtutẽ exigitur, ꝙ ſit habitus bonus difficile mobilis: ſic ad uitium peccellarium eſt, ut ſit habitus confirmat'. Ex his patet diſcrimẽ inter peccatum, malitia, & uitiũ.

Quomodo bonitas uirtutem conſequatur.

Sed iam habeamus, ut exponamus quo bonitas pſequitur uirtutis eſſentiã, ut vſ aſtruere D. Tho. Quã ſniam ſic explicat Caie. ut dicat, ꝙ ſm̃ ſuam Art. 1. Poſte. dupliciter conuenit aliqd per ſe alicui; tum p ſe primo, & adæquate, uelut homini conuenit eſſe rõnalẽ: tum p ſe ſecundo, ſicut conuenit homini eẽ animal, & hoc ſecũdo modo uere affirmatur, ꝙ bonitas pſequitur ad eſſentiam uirtutis: conſequitur enim iſte ſecũdus modus ad primũ: ueluti, ſi dicamus hominem directe eſſe rõnalem, cõſeq̃ uero eſſe animal.

Caiet. Concluſio

Impugnatur Caiet.

Sed hæc explicatio certe mihi non pbatur nemo.n. dicit, ꝙ animal conſequitur ad hoĩs eſſentiam, qa aĩal eſt, qd primo cõſtituitur in hominis definitione. Item ſequeretur ex opinione Caie. ꝙ eſſe habitũ, pſequeretur ad eſſentiã uirtutis (eſt.n. gen' uirtutis, ſicut animal eſt hoĩs genus.)

Duplex bonitas.

Euidentior igitur huius ſolutio ẽ, ꝙ duplex bonitas in uirtute pſiderari, & expendi poteſt. Vna, ꝙ ſit habitus, uel diſpoſitio alicui' recte ſe habẽtis ſm̃ naturã ſuã, & hæc bonitas eſt de eſſentia uirtutis, immo ipſa uirtus. Altera eſt, quod ſit boni operatiua, & hæc bonitas ad rõnem uirtutis pſequitur. Itaq; bonitas uirtutis pcipua non eſt expendẽda ex ordine ad actũ quẽ põt pducere, ſed ex recta, & conuenienti diſpoſitione in ordine ad naturã. atq; primæ & pcipuæ bonitati opponitur uitiũ; ſcđę opponitur malitia, ſiue pctm̃.

Habitus uitioſus in homine iuſto nõ dicitur uitiũ.

Vltimo dubitatur, Vtrũ habitus uitioſus, q manet ĩ hoĩe exiſtẽte in gr̃a mereatur nomẽ uiti? Certe nõ meretur: tum, qm̃ hõ exiſtens in gr̃a, eſt bonus, & amicus Dei: ergo non eſt uitioſus; ac ſubinde non hẽt uitiũ. Tũ deinde: nã uirtus, quæ non facit hoĩem bonum ſimpliciter, & abſolute, ſed ſm̃ quid, nõ ẽ uirtus ſimpliciter, ſed ſm̃ quid, ut animaduertere licet in uirtutib. intellectualibus: habitus uero uitioſus, qui manet in hoĩe exiſtente in gr̃a, ſimpliciter, & abſolute non facit illum uitioſum: ergo ſimpliciter, & abſolute uitij nomen non meretur.

Obiectio.

Sed argumẽtabitur fortaſſe aliqs. Nã ille habitus inclinat ad malum: ergo ẽ uitioſus. Cui rñdendũ eſt, ꝙ quãquã de ſe inclinet ad malũ, uincitur tñ rõne uirtutis; ſed quãquã maneret uitiũ, non ſatis eſſet denominare hoĩem uitioſum, ſicut uirtus acqſita in hoĩe peccatore, quãquã uera uirtus ẽ, nõ ẽ ſatis ẽ, ut denominet hoĩem bonũ. Quod ſi pgat diſcipul' argumen-

gumentari, inquiens, formam nō poſſe eſſe ſine ſuo effectu formali; ſed in homine exſiſtente in gratia manet habitus uitioſus: non.n. corrumpitur p unum actum uirtutis: ergo efficit hominē uitioſum. Solut. Rñdere oportet, quod manet uitioſus habitualiter, & ſecundum quid. Ex definitione huius articuli colligitur, quam fugiendum & deteſtadum ſit peccatum: aduerſatur.n. uirtuti, cuius nobilitatē, & pulcritudinem ſi oculis cerneremus, mirabiles de ſe excitaret amores, ut ueriſſime dixit diuinus Plato. *Plato.*

ART. SECVNDVS.

Vtrum uitium ſit contra naturam.

SVMMA TEXTVS.

Concluſ. Concluſio eſt affirmans. Nam uitium opponitur uirtuti, prout eſt indiſpoſitio quædam contra id quod rei naturæ conuenit: vñ uitiū eſt contra naturam; naturaque cuiuſcunq; rei potiſsime eſt forma, ſm̄ quam res ſortitur ſpeciem; ſed homo conſtituitur in ſpecie per aīam rōnalem: vñ quod eſt cōtra ordinem rōnis, proprie eſt contra naturam hoīs, inquātum eſt homo, quia bonum hominis eſt, ſecundum rōnem eſſe; & malum hominis, eſſe præter rationem. Sic ergo uitiū intantum eſt contra naturam hominis, inquantum eſt contra ordinem rationis.

EXPLICATIO ART.

Peccata contra naturam. Quomodo uitiū, & peccatum ſit ꝯ naturam, a pleriſq; queritur, & a nemine ſatis explicatur. Nam uiri ſapientes tantum uocant peccata ꝯ naturam, q̄ ipſæ beſtiæ abhorrent: quo circa D. Pau. uitium Sodomiæ appellat pctm̄ ꝯ naturam. *Rom. 1.* Deinde, mors, febris, & ceteræ corruptiones ſunt homini connaturales, qa conueniunt homini rōne materiæ: ergo pctm̄, quod conuenit homini ſm̄ naturam ſenſitiuam, erit homini connaturale, præcipue, ꝙ D. Pau. dicit naturā ſenſualitatis eſſe, repugnare rationi, concupiſcere aduerſus ſpiritum, & repugnare legi mentis nſæ. *Rom. 7. Gal. 5.* Sed hęc facilia ſunt. Illud uero difficillimum: nā peccatum infidelitatis, & in uniuerſum omnia peccata cōtra finem ſupernaturalem, non ſunt ꝯ hominis naturam, neque contra rectam hominis rōnem: natura.n. hominis nihil dictat de fine ſupernaturali, neque recta rō hominis de eo quidquam decernit. Hoc ipſum confirmatur. Nam uirtus ſupernaturalis, cui opponitur peccatum ꝯ finem ſupernaturalem, non eſt ſecundum naturā hominis: ſed ſupra omnem naturam: ergo peccatū, quod opponitur huic uirtuti, non erit contra naturam.

Homo interior, et exterior. Rom. 7. Ad huius rei explicationem ſcire oportet, hominem eſſe compoſitum ex duabus partibus, ſenſitiua, & rōnali; quas uocat Paul. interiorem, & exteriorem hoīem. quod nō ſic intelligendū eſt, ut ipſa rōnalis aīa ſit homo interior; & exterior, corpus: ſed totus homo ſm̄ ſpiritum, eſt homo interior; & idem ſm̄ carnem eſt homo exterior.

Anima rationalis, ſic forma eſt hoīs. Deinde obſeruandum eſt, ꝙ forma hominis, quatenus homo eſt, ut D. Th. admonet in articulo, eſt anima rationalis, quatenus rōnalis eſt, non quatenus ſenſitiua eſt. & ſic homo eſt, quatenus rōnalis eſt, nō quatenus ſenſitiuus eſt. Vñ inclinatio hominis abſolute, & diſtincte eſt inclinatio hominis, quatenus rōnalis eſt, & nō quatenus ſenſitiuus eſt, hoc eſt, inclinatio uoluntatis, & intellectus; non inclinatio ſenſus, q̄ non eſt propria inclinatio hominis, aut eſt hoīs, ſecūdum quid, comparatur.n. inclinatio ſenſus ad rōnem, ut aliquid extrinſecum, neque plus dēt dici inclinatio hominis, quam inclinatio dæmonis, aut mundi: cupit.n. dæmon, & mundus trahere humanā uolantatem ad malum; cupit ēt appetitus ſenſitiuus. ſed ſicut nil refert, ſi mundus, aut dæmon aliquid moliatur, ſi ego ipſe per uoluntatē non conſentio, ſic quod concupiſcat caro, nil nocet, neque dr̄ opus noſtrum, donec per liberum arbitrium cōſenſum præbeamus. *Naturale eſt hoī ſtudioſe operari.* His conſtitutis, facile eſt intelligere, quemadmodum ſit homini connaturale, & ſecundum propriam naturam ſtudioſe operari. Nec ſolum aſſerimus, operari, ſecundum rōnem eſſe homini naturale, ſicut eſt natiuum auibus uolare, & piſcib. natare: hæc.n. non ſunt fines; ſed media quib. pdicta animalia ad ſuas perfectiones deueniunt; ſed dicimus finē, & ſcopum, in quem nos natura produxit, eſſe uiuere ſm̄ rōnem: ſicut eſſe grauis, eſt moueri ad centrum; & rei leuis, ferri ſurſum. Neque hæc propoſitio indiget expoſitione, ſiquidem eſt axioma, & ueluti primū principium p ſe notum, hominem eſſe animal rōnale. i. in hoc natum, ut uiuat ſm̄ rōnem. Ex hac doctrina ſequuntur hæc documenta, quæ in ſacra Theologia ſunt conſtitutiſſima. Primum: Oē, quod eſt ſm̄ inclinationem naturalem hoīs, bonum eſt: ſiquidem inclinatio naturalis hominis ad bonū eſt. *Quod eſt contra naturalem inclinationem hominis malum eſt.* Secundum, Oē quod eſt contra eius inclinationem, malum eſt. Tertium, Virt⁹, & omne opus honeſtum eſt ſecundum naturā hominis. Quartū, Vitium eſt contra naturam hominis & eam deſtruit ac diſſipat. vñ Dionyſ. dicit, Bonum hoīs eſſe, ſecūdū rōnem uiuere, malum uero, præter rationem eſſe. *Diony. cap. 4. de diui. nominibus.*

Sed ſciſcitabitur Theolog⁹, nū uitia atq; peccata ſint ꝯ naturalē inclinationem appetitus ſenſitiui? Patet Soto libr. 1. de natura & gratia, cap. 3. & doctiſſimus Victoria in relectione de homicidio, exiſtimant, ꝙ inclinatio appetitus ſenſitiui eſt ad malum: quare peccata non ſunt contra inclinationem appetitus ſenſitiui; ſed potius ſm̄ eam. *Soto. Victoria.* Nos vero ſupra, cum de paſſionibus animæ ageremus, demonſtrauimus oēm inclinationem naturalem appetitus ſenſitiui eſſe ad bonum, & ut obediat rōni. Ex qua definitione liquido conſtat, ꝙ pctm̄ non ſit ſecundum inclinationem naturæ, ſed ex abuſu animi noſtri. His conſtitutis, ad argumenta ſatisfaciendum eſt. *Ad primum.* Ad primum dicendum, ꝙ illa peccata ſunt grauiſſima in hominibus, a quibus uel ipſæ beſtiæ abhorrent, & quæ pugnant non tantum cum rōne, ſed etiam cum natura ſenſitiua, quæ proinde peccata contra naturam antonomaſice appellantur: cum hoc tamen recte cohæret, quod peccata uniuerſa ſint quodāmodo ꝯ naturā. *Ad ſecundum.* Ad ſm̄ iam dictum eſt, quemadmodum peccata non ſint ſm̄ inclinationem naturalē partis ſenſitiuæ. & dato ꝙ eſſent, hoc non labefactaret nr̄am concl. ſiquidem natura ſenſitiua non eſt inclinatio hoīs quaten⁹ homo eſt. *Ad tertium. Exponitur concluſio. D. Tho.* Ad tertium breuiter, & ſummatim dicendum eſt, ꝙ qn̄ D. Tho. docet uitium eſſe ꝯ naturam, non loquitur de uniuerſis uitijs, aut peccatis; ſed tm̄ de his, quæ ſm̄ rōnem peccata eſſe cognoſcuntur. de his uero, q̄ ſunt ꝯtra finem ſupernaturalem, de quibus rō hoīs nihil dictat, non aſſerit D. Th. ꝙ ſint contra naturam. Verū vero poſſit defendi, ꝙ ēt peccata contra finem ſupernaturalem ſint contra naturā, inferius inueſtigandū eſt. In ſolutione tertij lege D. Cai. explicantē optime quonā pacto in ceteris ſpeciebus reperitur malum, ut in paucioribus; in ſola uero ſpecie humana, ut in pluribus. quod argm̄ perſequitur ēt in quadā rōne de naturali. *Caiet. In ſpecie humana reperitur malum, ut in pluribus.* Cuius rei uariæ ſunt demōſtrationes. Prima eſt, quam hic D. Tho. adducit: nā p operationes partis ſenſitiuæ neceſſum eſt deueniamus ad actum rōnis, & ad opera ſtudioſa, quæ rōne reguntur. Sūt autē plures, qui pñt aſſequi principium, q̄ operis conſummationem. Cū igitur uitia, & peccata ex hoc proueniāt, ꝙ hoīes ſequuntur bona ſenſibilia, & uoluptates corporis amplectuntur. conſequens eſt, ꝙ ſint plurimi, qui prætermiſſo rōnis ordine ad uitia dilabantur. Sc̄da demonſtratio eſt, qm̄ hæc bona ſenſibilia, q̄ ſenſus alliciunt, ſūt nobis magis nota, & iō magis mouent, ſicut obiecta magis propinqua. Tertia demonſtratio, qm̄ bona ſenſibilia, & uoluptates corporeæ afferunt ſecum pmium ſuum, & ſtatim ex eis uoluptatem capimus: at bona honeſta pmittunt in futurū; ſed in pñti, ſaltē in exordio, triſtitiam p ſe ferunt. Quarta demonſtratio, qm̄ uoluptates ſenſitiuę ab ineūte ętate nob. ſcū creſcūt, nos ab utero ſuſcipiūt, & alūt, adueniēte aūt rōnis uſu, dur̄ eſt cōſueta relinquere, & hunc ſpiritum inbibitum extrudere, ut ait Philoſophus. *Ariſt. 10. eth. c. 9.* His accedit, ꝙ habemus hoſtes fortiſſimos, cū quibus belligeramus, atq; adeo habemus bellū ciuetiſſimum, quo caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus

tus

tus aduerſus carnem. Sed potiſſima huius miſeriæ & calamitatis cauſſa in altiſſimum inſcrutabile Dei iudiciũ referri debet, quam uiam ingreſſus eſt Dauid cum dicit; Saluum me fac Domine, quoniam defecit ſanctus, quoniam (Pſal. 11.) diminutæ ſunt veritates a filijs hominum: quo in loco intendit aſſignare rationem, quare vix ſit ſanctus, & vir bonus in terra: & tandem ad diuinum iudiciũ cauſſam refert, cũ ait; Secundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum: hoc eſt, ſecundum profunditatem conſilij tui, qui tot malos propter maius bonũ prædeſtinatorum tuorum permittis.

Concl.

EXPLICATIO ART.

Obiectiones contra concluſioné articuli. Prima. Secunda.

DVo ſunt quæ ſolent obijci contra concluſionem art. Alterum, q̃ omnis cauſſa efficiens eſt maior ſuo effectu, tum in bonitate, tum in malitia: ſed habitus vitioſus eſt cauſſa actus: ergo peior actu. Alterũ eſt, quod gratia habitualis, qua Deo grati ſumus, pſtat omni actui: nã per eã diligit nos Deus, & facit conſortes (*Pri. conc.*) diuinæ naturæ: qđ multo melius eſt, quam q̃ nos Deũ diligamus. (*Ad primam.*) Ad primam dicẽdum, q̃ omnis cauſſa efficiens, ſi præcipua ſit, eſt potior ſuo effectu, non autem ſi ſit inſtrumentaria: veluti calamus non eſt præſtãtior ſcriptura: habitus uero eſt cauſſa efficiens actus inſtrumentaria, & ideo nõ eſt neceſſe q̃ ſit potior neque in bonitate, neque in malitia. His addendum exiſtimo, q̃ quamquam omnis cauſſa efficiens ſit potior ſuo effectu, non tamen ſequitur quod in malitia ſit potior: nam in malitia eſſe potiorem, eſt eſſe peiorem, ac magis deficientem.

(*Ad ſecundũ.*) Ad ſecundam dico, q̃ D. Thom. loquitur de habitu operatiuo; gratia uero non eſt huiuſmodi, ut in ſequentibus demonſtrabitur. Vnde ſi comparetur actu diligere Deum ad habitum caritatis, præſtat diligere Deum quam habere habitum caritatis. Ex determinatione huius articuli colligat Theologus, quod habitibus, (quamlibet ſtudioſi, aut proterui ſint) non meremur, aut demeremur, ſed actibus meritum aut demeritum comparamus. Ex quo nouum colligitur argumentum ad comprobandum, actum uitij, vitio eſſe peiorem.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum uitium ſit peius, quam actus malus.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt. Actus vitioſus peior eſt vitio; nam habitus medio modo ſe habet inter potentiam & actum: melius enim eſt bene agere, quam poſſe bene agere; & habitus cum medium gradum teneat inter potentiam & actum, tum in bonitate, tum in malitia, conſequens eſt, quod actus præemineat habitui; habitus enim nõ dicitur bonus, uel malus, niſi ex hoc, quod ad bonum, uel malũ inclinat: Vnde propter bonitatem, vel malitiã actus, bonus, uel malus dicitur habitus.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum peccatum poſſit eſſe ſimul cum aliqua uirtute.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. In naturalibus forma non poteſt eſſe cum actu contrario; uerum habitus bene poteſt eſſe cum actu cõtrario. Probatio cõcluſionis hæc eſt: nam in re naturali forma ex neceſſitate producit operationem ſibi conuenientem, & ſic non poteſt eſſe cum forma naturali, actus formæ contraria; ſicut calor non poteſt eſſe cum actu infrigidationis. Habitus uero in anima non producit ex neceſſitate ſuam operationem, ſed homo vtitur eo cum uoluerit. Quare habitu exſiſtente in homine, poteſt homo non uti habitu, & agere contrarium; & ſic habens uirtutem poteſt producere actum peccati.

Secunda Cõcluſio. Si actus peccati cõparetur ad ipſam virtutem prout habitus eſt, unus actus peccati nõ corrũpit uirtutem; quia ſicut habitus per unum actum non generatur, ſic nec corrumpitur.

Tertia Concluſio. Si comparetur actus peccati ad cauſſam uirtutum, ſic poſſibile eſt per actum unius peccati corrumpi virtutes: quodlibet enim peccatum mortale contrariatur caritati, quæ eſt radix omnium virtutum infuſarum inquantum ſunt uirtutes: quare per unum actũ peccati mortalis excluſa caritate, excluduntur omnes uirtutes infuſæ; & illæ q̃ remanent, vt fides & ſpes, ſunt habitus informes; & non uirtutes.

Quarta Concluſio. Peccatum veniale non aduerſatur caritati, neque uirtutibus infuſis, neque acquiſitis: quare poteſt eſſe cum eis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo non eſt neceſſe explicari a nobis, quẽadmodum per peccatum mortale quodcumque corrumpatur, & excludantur omnes virtutes infuſæ: nam de hoc ſatis diſputatum eſt, ut arbitror, ſup. q. 65. Quod hic habet dubitationẽ eſt; Vtrum per peccata uenialia ſæpius repetita corrumpantur uirtutes. (*Vtrum per peccata venialia ſæpius repetita corrumpantur virtutes.*) De qua re quorundam ſententia circumfertur, quæ fere ab omnibus probatur, q̃ per peccata uenialia, poſſunt corrumpi uirtutes quædam exigui momenti, & minime neceſſariæ; ut p inurbanitates frequentes corrũpitur eutrapeliæ uirtus; uirtutes uero neceſſariæ, ut fortitudo, iuſtitia, temperantia, non diſſipãtur per peccata uenialia. Sed de temperãtia acquiſita nõ omnino mihi probatur hæc ſnĩa. nã per conſuetudinẽ gulæ efficitur. q̃s tam male temperatus, ac diſpoſitus ad ſobrie ac tẽperate uiuẽdum, atque ſi numquã comparaſſet uirtutem. ergo uirtus acquiſita in illo perijt, ac diſſipatur. Et fortasſis erit regula certa, q̃ virtutes, quarum vitium, uel actus contrarij e genere ſuo non ſunt peccata mortalia, poſſunt corrumpi per peccata uenialia, & ſic acquiritur improbus habitus vitij cõtrarij. (*Quænam virtutes corrũpantur per peccata uenialia.*) Certe ſi quis qui antea liberalis erat, incipiat ſtudio pecuniæ dare operam, & tenax eſſe, perdit liberalitatis virtutem, & vitiũ auaritiæ cõquirit; quamquam auaritia hæc non ſit peccatum mortale. Verum non ſimpliciter dicendus eſt uitioſus, quia habitus gulæ aut auaritiæ in illo homine non eſt ſimpliciter uitium, quia non deordinat, neq; auertit illum ab ultimo fine. Si autem vitium qđ opponitur virtuti, ex genere ſuo eſt peccatum mortale, tunc uirtus acquiſita, per peccata uenialia non corrumpitur. Certe habitus iuſtitię acquiſitæ non amittitur per peccata uenialia, neque acquiritur habitus iuſtitiæ: neq; homo qui peccat uenialiter in materia iuſtitiæ, dr̃ iniuſtus ſimpliciter, nec dr̃ fur aut latro, ſicut alius dicitur auarus, aut gulæ deditus. Ratio huius eſt; quia in abſtinentia & ſobrietate graue exiſtimatur, multum & ſæpe, uel inordinate deuorare: ſed in rebus quæ pertinent ad iuſtitiam, non exiſtimatur graue, niſi lædatur iuſtitia in re graui, & maioris momenti. Hæc probabilia ſunt.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum in quolibet peccato ſit aliquis actus.

SVMMA TEXTVS.

HAec quæſtio proponitur propter peccatum omiſſionis, de quo eſt prima concluſio. Si in peccato omiſſionis intelligatur illud ſolũ quod pertinet ad rationẽ peccati, ſic qñq; peccatum omiſſionis eſt cum actu interiori; ut cũ aliquis uult non ire ad eccleſiam; aliquando uero ſine omni actu interiori, uel exteriori; ſicut cum aliquis hora qua tenetur ire ad eccleſiam, nil cogitat de eundo, aut non eũdo ad eccleſiam.

Secunda concluſio. Si peccatũ omiſſionis conſideretur ſecundum cauſſas, ſiue occaſiones omittendi, ſic neceſſe eſt in peccato omiſſionis eſſe aliquẽ actũ: non. n. eſt peccatũ omiſſionis, niſi quando aliquis prætermittit quod põt facere, & non facere. Vt autẽ quis declinet ad non faciẽdũ illud, qđ poteſt facere & nõ facere, non eſt niſi ex aliqua cã coniuncta, uel præcedente, quæ cauſſa ſi non eſt in poteſtate hominis, omiſſio non habet rationem peccati; ſicut aliqs prætermittit ire ad eccleſiam propter infirmitatem. Sed ſi cauſſa, uel occaſio omittendi ſubiaceat uoluntati, omnino hẽt rationem peccati; & tunc ſemper oportet quod iſta cã, inquantum eſt uolũtaria, habeat aliquẽ actum, ad minus interiorem voluntatis; qui actus quandoque fertur in ipſam omiſſionem, ut ſi quis ꝓpter laborem vult non ire ad eccleſiam, & tunc talis actus per ſe pertinet ad omiſſionem: ſed quando actus voluntatis directe fertur in aliud ꝑ quod hõ impeditur ab actu debito, ſiue id in quo fertur voluntas ſit coniunctũ omiſſioni, ut ſi aliquis uult ludere quando tenetur ire ad eccleſiam; ſiue etiam ſit præcedẽs, vt ſi aliquis vult vigilare diu de ſero, ex quo ſeqtur quod nõ põt ire ad eccleſiam; tunc actus iſte interior, uel exterior per accidens ſe hẽt ad omiſſionem; quia omiſſio ſequitur præter intentionem.

Tertia concluſio. Vera eſt illa ſentẽtia, quod peccatum omiſſionis eſt abſq; actu: nã iudiciũ de rebus datur ſecũdum illud quod per ſe eſt, & nõ ſecundum illud quod eſt per accidẽs: per ſe autẽ peccatũ omiſſionis in hoc cõſiſtit, quod non facias illud qđ poteras, & tenebaris facere,

EXPLICATIO ARTICVLI.

Omiſſio [illegible] non eſt ſine actu.

DE quæſtione huius articuli diſputant Doctores in 2. diſt. 35. & uerſantur tres celebres opiniones. Prima dicit, ꝙ omiſſio numquam datur ſine actu. Patet: quoniam omiſſio nõ eſt meritoria ſine actu: ergo non eſt demeritoria ſine actu. Patet conſequentia: qm̃ Deus pronior eſt ad inferendum, quam ad puniendum. Patet antecedens. nã nos modo omittimus ſurari, & occidere; in qua omiſſione nõ meremur, quo niam non habemus actum.

Cõcluſio

Secundum Aug. Secundo, peccatum non eſt ſine voluntario, dicente Augu. Peccatũ adeo eſt uoluntarium, ꝙ ſi non eſt uoluntarium peccatum non eſt: ergo peccatũ omiſſionis non eſt ſine actu uolũtatis formaliter, uel interpretatiue.

Tertium. Tertio, demus hominem qui nihil recordat Miſſæ audiendæ; tunc quæro, utrũ peccet, uel non? ſi primum, ergo peccat in eo quod uitare non poteſt: nam ſi non uenit in mentem, nõ potuit eſſe in eius poteſtate, ſi ſecundum, ſolum eſt in cauſſa, quia non habuit actum poſitiuũ.

Quartum. Quarto, obliuio ſine aliquo actu nõ eſt culpabilis. ergo omiſſio ſine actu non eſt culpabilis. Probatur antecedens. nam obliuio ſine actu eſt naturalis.

Quintum. Quinto, qñ hõ ſæpenumero omittit ieiuniũ, orationẽ, &c. acquirit habitũ uitioſum, & diſſipat contrariã uirtutem. ergo iſtæ omiſſiones habent aliquẽ actum coniunctum. nam habitus non producitur niſi ab actib.

Sextum. Sexto, ſi detur omiſſio ſine actu, ſequitur ꝙ inter omiſſionem ſine actu, & omiſſionem cum actu eſſet diſtantia infinita in malitia. Argumentum eſt qđ facit Adangodam, cuius uires demonſtrat Capr. in 2. diſ. 35 q. vni. in ſolu. argumentorum contra ſecundã concluſionem, quo in loco referuntur autores huius opinionis.

Adigodam. Capr. Secũ opi. & arg pro ea. Duran. Marſil. Adrian. Almayn. Secũda opinio aſſerit, ꝙ datur omiſſio ſine actu. Hanc docet Dur. d. 35. q. 2. Marſil. in 2. q. 18. ar. 2. Adr. in 4. q. 3. de Eucharistia, ſolutione ad tertiũ principale. Almay. in ſuis Moral. tra. 3. c. 25.

Argu. prim. Iac. 4. Probatur: nã de eſſentia omiſſionis nõ eſt aliqs actus: ergo põt eſſe ſine actu. Probatur antecedẽs: nã rõ omiſſionis in hoc cõſiſtit, ꝙ hõ nõ faciat qđ tenet facere cũ poſſit, qđ expoſuit Iac. cum inquit; Scienti bonũ, & nõ facienti, peccatũ eſt illi.

Secundum. Scdo, aliæ omiſſiones poſſunt eſſe ſine actu. ergo omiſſio ꝓcepti põt eſſe ſine actu. Probatur antecedens. nã nos mõ omittimus ire Romã, &c. ergo.

Confir. Hoc ipſũ confir. nã qñ non eſt ꝓceptum de audiẽda miſſa, põt qs nõ audire miſſam, abſq; eo ꝙ habeat aliquẽ actũ ad quem reducatur per ſe, uel per accidens ipſa omiſſio. ergo et ſi ſit ꝓceptũ de audienda miſſa. Antecedẽs patet: quia nemo hẽt actũ ad faciẽdũ ea q̃ non tenetur facere: ſed mere negatiue nos habemus ſæpiſſime. ergo. Conſequentia probatur, quia præceptũ nõ tollit libertatem arbitrij, neq; ponit. ergo.

Tertium. Tertio, qñ qs per inconſiderationem omittit implere aliqđ ꝓceptũ affirmatiuũ, certe talis omiſſio eſt culpabilis, & ei imputatur ad peccatũ.

Quartum. Hoc idẽ oſtẽditur euidentius. Nam actus q eſt cã, uel occaſio omiſſionis, eſt actus liber quantũ ad exercitiũ; ut plane conſtat: ergo poterit hõ illũ actũ ſuſpẽdere uel non hẽre.

Quintum. Præterea, qñ qs tenetur audire rẽ ſacram, & ſuſpẽdit omnem actum uoluntatis internum & externũ, uidens ſe teneri, certe huiuſmodi omiſſio culpabilis eſt, & meretur vituperationem; alioqui qui ſuſpenderet omnem actum, liberaretur ab omnibus peccatis. ergo datur omiſſio ſine actu; alias ſequeretur ꝙ omne peccatum eſſet peccatũ commiſſionis. nã in oĩ peccato eſſet act' cõtra legem Dei.

Sextum. Sexto negationis & priuationis nõ eſt neceſſe dare cãm poſitiuã ſatis ẽ negatiuã, aut priuatiua, ſicut abſẽtia nautæ eſt cã ſubmerſionis nauis & licet omiſſio ſit uoluntaria, non tñ eſt neceſſariũ ꝙ ſit uoluntaria ꝑ aliquẽ actũ poſitiuũ; ſed ſatis eſt ꝙ ſit ĩ potẽtia uolũtatis, & nõ caueatur, cũ ſit obligatio, ut optime exponit D. Th. ſup. q. 6. art. 3. & q. 2. de malo, ar. 1 ad 2. & hic ad 2.

D. Thom. Tertia opinio quæ eſt D. Thom. Tertia opinio eſt D. Th. q̃ exponitur duab. uel trib. ꝓpoſitionib.

Prima cõc. Prima, de eſſentia omiſſionis nõ eſt aliqs act'. in hac oẽs cõueniũt.

Secunda cõc. Scda cõc. Si daretur omiſſio libera abſq; oĩ actu, eſſet certe culpabilis, & nobis imputaretur ad culpã. in hac ẽt oẽs cõueniũt.

Tertia cõc. Moraliter loquendo omiſſio non eſt ſine actu. Tertia cõc. Moraliter loquẽdo nõ datur omiſſio abſq; actu uel ꝓcedẽte, uel cõcomitante. Dixi, moraliter loquẽdo. nã ſcđm potentiã logica bene põt eſſe omiſſio ſine actu; ſicuti moraliter loquẽdo nõ poſſunt caueri oĩa peccata uenialia: at uero ſcđm potẽtiã logicã, aut miraculoſe põt hõ oĩa uenialia uitare peccata.

Explicatio quæſtionis. Pro hui' explicatione notandũ, ꝙ in trib. caſib. põt omiſſio referri in aliquẽ actũ poſitiuũ tãquam in cãm. Primus eſt, qñ ipſe actus uolũtatis fertur directe in ipſã omiſſionẽ, ut qñ quis dicit, uolo nõ audire rẽ ſacrã. Scđs eſt, qñ actus voluntatis fertur in aliqđ op', cui ex neceſſitate eſt cõiũcta omiſſio ꝓcepti, ut qñ qs tpe quo tenetur audire miſſam, uult dormire; aut ludere. Tertius eſt quãdo actus uolũtatis fertur

in

in aliquod opus præcedens, ex quo ſequitur omiſſio præcepti, ut cum quis multum nocte uigilauit, aut ſe inebriauit. Præter iſta uero, affirmo in uniuerſum, quod moraliter loquendo nunquam datur omiſſio ſine actu: nam quando quis aduertit ſe teneri aliquo præcepto, & ceſſat ab eius impletione, uel ceſſat, quia vult nō implere; uel quia fugit laborem, uel quia intendit ad aliud negotium contabulando, aut ludendo. Deinde, ex propoſito non uelle, ē uirtualiter nolle, ſed omnis nolitio præſupponit uoluntatis actum, ideo nolo infirmitatem, quia uolo ſalutem: ergo qui aduertenter non uult ſeruare præceptū affirmatiuum, uirtualiter vult non ſeruare: atq; ex conſequenti in omni omiſſione eſt aliquis actus poſitiuus.

Durand. Sed dicit Duran. nos poſſe ſuſpendere omnem actū uoluntatis. Reſpondetur, quod poſſumus logice; nos uero moraliter loquimur. Secundo dicitur, ꝙ etiam in hoc caſu datur actus poſitiuus in quem referatur omiſſio, ſcilicet in hūc, uolo ſuſpendere actum. Sed maior difficultas eſt, quando omiſſio eſt alicuius præcepti per inconſiderationem, aut inaduertentiam, utrum tunc detur omiſſio ſine actu? Reſpondetur ꝙ etiam tunc interuenit actus: nam ſi ego culpabiliter non animaduerto, eſt quia aliquod negotium interuenit, uel locutionis, uel ebrietatis &c.

Argu. ſolut. ad primum primæ opinio. Dionyſ. c. 4. de diuinis nomi. Ad argumenta utriuſque opinionis, ad primum primæ opinionis dicendum, quod plura requiruntur ad bonum quam ad malum, eo quod bonum cōſurgit ex integra cā; malum autem ex ſingularibus defectibus, ut Dionyſ. dicit. Et ideo peccatum poteſt contingere, ſiue aliquis faciat quod non debet, ſiue non faciendo quod debet: ſed meritum non pōt eſſe, niſi aliquis faciat uolūtarie qđ debet; & ideo meritum non poteſt eſſe ſine actu: ſed peccatum poteſt eſſe ſine actu. Certe meritum non poteſt eſſe niſi quis ad regulā operetur, at deficere a regula, ſtat dupliciter, uel tranſgrediendo regulam, id eſt, faciendo qđ non debeas, uel non faciendo quod debeas.

Ad ſecundū. Voluntariū. Ariſt. 3. eth. Ad 2m argm̄ dicendum, quod aliquid dicitur uoluntarium, non ſolū quia cadit ſuper ipſum actus uoluntatis, ſed quia in poteſtate noſtra eſt ut fiat, uel non fiat, ut dicit Ariſt. unde etiam ipſum nō uelle, poteſt dici uoluntariū, in quantum in poteſtate noſtra eſt uelle, & non uelle.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quod inaduertentia ſi ſit naturalis, nō eſt peccatum; ſecus ſi libera eſt. ſed ut libera ſit, non requiritur, quod ſit aliquis actus poſitiuus, ſed ſatis fuerit quod ſit in poteſtate uoluntatis.

Ad quartum. Ad quintum. Virtus per omiſſionem ſi & non diſſipatur. Ad quartum idem dicendum eſt. Ad quintum dicendū, ꝙ per illas omiſſiones haud dubie uirtus diſſipatur: nā per ſolā ceſſationē ab opere excluditur uirtus, & corrumpitur, ut plane docet D. Tho. ſupra q. 53. art. 3. ergo multo magis per omiſſiones præceptorum. Certe hoc aliquibus uidetur difficile, quia uirtus non corrumpitur niſi ꝑ ſuum contrarium, & poſitiue agens: at in argumenti ſolutione ſtatuitur, ꝙ nullus actus interuenit, ſed tm̄ omiſſio. ſ. non reſtituere quomodo ergo corrumpit uirtutem? ſed poterit quis reſpondere, quod ſemper in his omiſſionibus interuenit aliquis actus, ut oſtendit D. Tho. in art.

D. Thom. Sed hæc ſolutio non ſatis explicat rei difficultatē: nā act⁹ qui interuenit non ſemper eſt peccatum, ſaltem diſtinctum ab omiſſione, ut infra demōſtrabitur. quō ergo corrumpit uirtutem? Dicat ergo Theologus, ꝙ tametſi nullus actus interueniat, ſatis eſt ceſſatio uoluntaria a debito uirtutis actu, ut corrumpatur uirtus: unde ſi aliquis ſæpe petit mutuum, & nūquā ſoluit, perdit certe habitū iuſtitiæ, quem antea comparauerat, neq; promeretur nomen iuſti: neque enim tunc eſt pura ceſſatio ab opere, de qua dicit S. Th. q. 53. art. 3. ꝙ per accidens corrūpit habitū, ſed eſt ceſſatio uolūtaria a uirtutis uinculo & debito.

An per omiſſiones generetur habit⁹ Sed hinc enaſcitur maius dubium, Vtrū hæc omiſſio uoluntaria ſatis ſit ad generādum habitum uitij, uirtuti contrarium? Ad cuius rei explicationem ſcire oportet, nō eſſe connexionem neceſſariam, ꝙ ſi corrumpitur habitus iuſtitiæ, generetur habitus iniuſtitiæ: nā poteſt aliqs eſſe ſine habitu iuſtitiæ & iniuſtitiæ: unde poteſt qs dicere, & ſatis probabiliter, ꝙ per omiſſiones corrūpitur uirtus, ſed non generatur habitus uitij. Mihi uero dicendū uidetur, quod & corrūpitur uirtus, & generatur habitus uitij cōtrarius: nam in iſtis omiſſionibus formaliter, uel uirtualiter eſt iſta uolitio; uolo non ſeruare præcepta iuſtitiæ, ex qua frequenter exercita, generabitur habitus uitioſus, maxime quod omiſſio eſt ſpeciale peccatū, oppoſitum uirtuti iuſtitiæ, ut optime declarat D. Tho. 2. 2. q. 79. art. 3. & ſic per iſtas omiſſiones poteſt generari ſpecialis habitus uitij, omittendi & nō faciendi, quod iuſtitia præcipit, diſtinctus ab habitu rapiendi, uel accipiēdi aliena. D. Thom.

Quod ſi quis obijciat omnem habitum de ſe ordinari ad actum: ergo non pt eſſe aliquis habitus omittendi. Rñderi poteſt, de habitu uitioſo non ſemper eſſe neceſſariū, quod directe ordinetur ad actum poſitiuum: ſolum ſufficit ꝙ impediat operis ſtudioſi executionem, & ita poteſt comparari habitus negligentiæ & omiſſionis. Sed hoc eſt incidere in magnas diſputationis anguſtias: ideo præſtat dicere, ꝙ generabitur habitus iniuſtitiæ inclinans ad iniuſtitiam faciēdam: nam detinere alienum iniuſtitia eſt.

Ad ſextum. Ad ſextum argm̄ dico, nō ideo peccatum cōmiſſionis eſſe grauius quam omiſſionis, quia includit aliquid poſitiuum, unde habet rationē entis & boni, ſed quia eſt cōtra legem Dei, & auertit magis a Deo. & in hoc poteſt cōtingere ꝙ aliquando peccatum omiſſionis ſit ꝑ maius, q̄ peccatum commiſſionis, quia magis auertit a Deo. ſed de grauitate omiſſionis infra dicendum eſt.

ad argu. ſecundæ opinionis. ad primum. ad ſecundū. Ad argum. ſecundæ opinionis, ad primum dicendum, euidenter probare, quod de eſſentia omiſſionis nō ſit aliquis actus: ceterum ſi conſideremus cauſſas omiſſionis, ſemper habet adiunctum actum, ſicut ſupra expoſitū eſt.

Differunt inter omiſſionem culpabilem ab alijs. Ad ſecundum neganda eſt conſequentia argum. & ratio diſcriminis eſt duplex. Prima, quoniam aliæ omiſſiones quæ non ſunt de re præcepta, neq; ſunt uoluntariæ, neque inuoluntariæ, ſed non uoluntariæ, & ideo non eſt neceſſe demonſtrare cauſſam poſitiuam in quam referatur. ceterum quando eſt omiſſio culpabilis præcepti, eſt uoluntaria indirecte, & ideo oportet demonſtrare cauſſam poſitiuam, propter quam omitto præceptum. Deinde differunt, quoniam non eſt ueroſimile, quod quis culpabiliter tranſgrediatur præceptum, & non aduertat, ſiue formaliter, ſiue interpretatiue; ceterum de re non præcepta, & ad nos nil pertinente, ſæpenumero accidit, quod nihil cogitamus. Ex his patet ad confirmationem.

ad tertium. Ad tertium, de omiſſionibus quæ accidunt ex inaduertentia, & inconſideratione, uel etiam quia ſuſpendimus actus, iam ſuperius arbitror me dixiſſe ſatis copioſe.

Peccatū cōmiſſionis & omiſſionis diſtinguuntur. Ad illud uero quod additur, quod ſemper omne peccatum eſſet commiſſionis, ſiquidem includit actum poſitiuum contra legem Dei, dicendum eſt, quod peccatum omiſſionis, non dicitur omiſſionis, quia excludit actū poſitiuum, ſed quia omittitur actus præcepti; peccatum uero commiſſionis dicitur ex eo, ꝙ ſit actus prohibitus, & interdictus. itaq; hæc uolitio; uolo non audire miſſam; quamquam includit actum poſitiuum, eſt peccatū omiſſionis, quia per eam, uolo prætermittere id quod mihi præceptum eſt; at uelle furari, peccatum eſt commiſſionis, quia per id facio quod mihi interdictum eſt.

ad quartum. An actus qui eſt cū omiſſione. ſit peccatum. Ad quartum dicendum, quod negationes aut priuationes pro cauſſa per ſe habent negatiuum aliquid, vel priuatiuum; ſed pro cauſſa per accidens bene poſſunt habere cauſſam poſitiuam: & certe omiſſio aliquando habet pro cauſſa per ſe actum poſitiuum; ut cum quis dicit; uolo nō audire miſſam.

Sed eſt magna quæſtio, Vtrū ille actus moralis qui ſēper cum omiſſione eſt, ſit peccatum. v. g. tempore quo qs tenetur audire miſſam, ludit, ſtudet, aut dormit: quæſtio eſt, an ille actus qui interuenit cum omiſſione, ſit peccatum? Duran. ubi ſupra tenet ꝙ non, niſi alioqui actus ſit malus. Probatur, tum, quia ille actus de ſe non eſt malus, neq; prohibitus; tum deinde, quoniam nemo explicat in confeſſione tales actus poſitiuos, ſed tantum dicit ſe nō audiſſe miſſam. Tertio, quoniam tales operationes non ſunt contra aliquod determinatum præceptum. Sed poteſt quis dicere, quod hoc opus ſit contra præceptum de audiēda miſſa, quo prohibetur omnes actus incompoſſibiles huic præcepto. Contra; ſequitur, ꝙ ſi quis firma uoluntate decreuit ſe non audire miſſam. ſi interim ne ſit otioſus dat operam litteris, quod ſit peccatum illud ſtudium.

Durand. Argumēta Pro ſententia Durand. Primum. Secundum. Tertium. Contra. Capr. Argumenta pro ſententia Capr.

Contrariam ſententiam tenet Capr. & probatur: tum, quoniam

quoniam ille actus eſt cauſſa omiſsionis & peccati: tū uero, quoniam illi actui deeſt circumſtantia temporis neceſſaria. ſtudeo enim quando non oportet, & oportet audire miſſam. Et confirmatur; quoniam D. Tho.q.2 de malo, art. 1. ad 7. in argum ſed contra, dicit aperte, quod laudare Deum quãdo teneor alia opera facere, eſt peccatũ: ergo etiam confabulari cum amico, quando teneor audire miſſam, eſt peccatum.

Actus qui eſt cauſſa omiſsionis & peccatum. Pro expoſitione dico primum, quod ſi actus poſitiuus ſit cã omiſsionis, abſq; dubio eſt pctm. Probatur: nam eſt cã libera peccati ergo eſt mala Probatur conſequentia: nam omnes Theologi hac de cã habent pro certo quod Deus non cauſſet peccatum, qm̃ ſi cauſſaret, eſſet malus, & peccaret. Secũdo, uolitio occidendi eo eſt mala, qm̃ eſt cauſſa operationis malæ, & habitus ideo eſt malus, quia eſt cauſſa actus mali. ergo ſi ſtudium eſt cauſſa omiſsionis, pctm̃ eſt. Tertio, occaſiones peccatorum ſunt cauendæ, licet alioqui eſſent honeſtæ, & laudabiles. v.g. ingredior domum mulieris cum ſcandalo proximi aut cũ periculo proprio, teneor illud cauere: ergo ſi ſtudium eſt cã omiſsionis, teneor cauere illud. Quarto, ſi maritus ex inordinato amore uxoris tranſgreditur aliquot pcepta diuina, ille amor malus eſt. Quinto, ſi quis ex incauta ſagittatione occidit hominem, ea mala eſt, qm̃ ex ea homicidiũ eſt ſubſecutum, atq; adeo ſi quis faciat opus alioqui ſtudioſum, ex quo ſcandalizatur proximus, peccat ut dicit Paul. Si eſca ſcandalizat fratrem meum &c. ergo ſi ſtudiũ eſt in cauſſa ꝙ omittam præceptum diuinũ, malum eſt.

Rom. 14. 1 Cor. 8.

Secundo dico, ſi actus poſitiuus non eſt cauſſa, nec occaſio omiſsionis, ſed tantum concomitans, nullũ eſt peccatum. v.g. decreuit quis non audire miſſam, & ne ſit otioſus, ſtudet, aut uiſitat infirmum, hæc opera nõ ſunt peccata, tum quoniam bona ſunt ex obiecto & ex circumſtantiis, & non ſunt occaſio peccati: tum uero, quoniam melius eſt homini nolenti audire miſſam ſtudere quam eſſe otioſum, & hoc eſt illi conuenientius, & conſulendum. Præterea, quoniam iſte actus poteſt eſſe impletiuus præcepti, ut ſi quis interim perſoluat penſum horarum: atq; adeo ſi iſte actus eſſet peccatum, quidquid faceret, peccaret, ſiue daret eleemoſynam &c.

Ad argu. Durand. ad primum. ad ſecundũ. Ad arg. Durandi primum dicendum, quod ille actus eſt malus, tum, quoniam eſt cauſſa peccati, tũ uero, quoniam fit tempore indebito.

Ad ſecundum dicendum, neminem in confeſsione explicare hunc actum, quoniam fortaſsis non eſt diſtinctũ peccatum ab ipſa omiſsione, de quo continuo dicemus.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ eo præcepto quo præcipitur nobis audire miſſam, præcipitur nobis ut tollamus omnia impedimenta, & adhibeamus omnia media neceſſaria ad impletionem huiuſmodi præcepti: quapropter ſtudium quod eſt cauſſa omiſsionis, hoc præcepto nobis interdicitur. Ex quo patet ad replicam arg.

Obiectiones Sed contra ſecundum dictum eſt arg. ſequitur ꝙ ſi clericus nauigaturus decreuit non dicere officiũ diuinũ, & poſtmodum proiicit Breuiarium in mare, ꝙ hæc proiectio non ſit peccatum nouum: quod aſſerere eſt abſurdũ. Probatur ſequela: nam hæc proiectio non eſt cã omiſsionis, nec occaſio, ſed tantum concomitans. Præterea probatur. nam etiam ſequitur, eum qui fecit uotũ religionis, & decreuit ducere uxorem, poſtmodum non peccare qñ ducit uxorem. Probatur ſequela nam ducere uxorem non eſt cã omiſsionis, ſed illa uolitio præcedens. Tertio, ſtudiũ ꝙ fit quando teneor audire miſſam, non habet circũſtantiam temporis ſit in tempore indebito. ergo eſt malum.

Solutiones. Ad primum, & ſecundum reſpondetur, quod in utroque caſu eſt nouum peccatum: nam qui ducit uxorem, facit contra uotum. qui uero proiicit Breuiarium in mare, peccat mortaliter, quoniã facit ſe impotentem ad implendum mãdatum. & quoniam ſcriptura dicit; Septies in die cadit iuſtus, & reſurgit; ideo qui ſe reddit impotentẽ, peccat de nouo, & reſiſtit Spiritui ſancto. Solutio eſt communis, ſed uidetur falſa: nam ex ea ſequitur, ꝙ qui decreuit non audire miſſam & iuit dormitum, peccat mortaliter. Probatur ſequela: nam ſe impoſſibilitat. Rurſus ſequitur, quod qui tenetur dare eleemoſynam, & ſtatuiſſet non dare, ſi poſtmodum ſolueret debitũ, aut emeret neceſſaria, peccaret de nouo mortaliter. Probatur ſequela. nã ſe reddit impotentẽ ad dandam eleemoſynam. Rñdetur, quãdo multo tempore ſe reddit impotentem, ſine dubio peccat mortaliter de nouo, ſed in aliis caſibus eſt regula: Qũ inſtat præceptũ, & decreuit quis nõ audire miſſam, & poſtmodũ it dormitum, non peccat, qm̃ in hoc caſu eſt omiſſio, & non eſt ueroſimile, quod mutabitur illius uolũtas.

Prouer. 24.

Ad tertium reſpondetur, quod ſuppoſito quod iſte decreuit nõ audire miſſam, illud tempus ad ſtudium eſt aptiſſimum, quoniam non impedit audire miſſam.

Ad argum. Cap. ad primum Ex his patet ad argumenta Capr. quibus intendit probare, quod omnis actus interueniens cum omiſsione ſit peccatum. Ad primum nunc dictum eſt. ſed adhuc euidentius reſpondetur, quod circumſtantia temporis aliquãdo ſpectat ad propriam ſpeciem actus boni, tamquã accidens neceſſarium ut actus bonus ſit; ueluti celebrare miſſam ante prandium, eſt circumſtantia miſſæ celebrandæ, intrinſeca tamen & neceſſaria: aliquando uero eſt omnino extrinſeca, ut quod tpe quo tenebatur Petrus audire miſsã, ſtudeat. priori ergo modo ſi deſit circũſtantia tẽporis, ſemper uitiatur actus. ſed poſteriori modo tametſi deſit, non ſemper uitiatur actus, niſi ex operantis intẽtione ordinetur nõ audire miſſam ad ſtudium, uel aliquomodo amor ſtudii ſit cauſſa huius omiſsionis: & tunc ſtudium litterarum uitioſum erit ex mala circumſtantia temporis.

Ad ſecund. Ad ſecundum ex auctoritate D. Thom dicendum eſt, ꝙ D. Thom. loquitur quando tempus eſt indebitum, uel quando propter ipſum qd ſit laudare Deum, omittitur aliquid quod in præcepto. Est aliud dubium; Utrum actus qui eſt cauſſa omiſsionis, ſit diſtinctum peccatum ab ipſa omiſsione? Dicẽdum eſt, ꝙ ſunt duo peccata in genere naturæ, & una malitia formalis, a qua utrumque dicitur peccatũ. Itaq; in hoc caſu cenſendũ eſt ſicut ſupra diximus de actu interiori, & exteriori, ſcilicet, ꝙ ſunt duo peccata, materialiter uero una tantum formaliter, quæ formaliter eſt in actu interiori, denominatione uero in exteriori. Probatur: nã quando quis propter ſtudiũ omittit audire miſſam, illud ſtudiũ non eſt malũ, niſi quia eſt cauſſa omiſsionis: ergo tantum habet malitiam omiſsionis. Secundo, quando quis expreſſe dicit. ergo uolo non audire miſsã illa uolitio nõ habet aliam malitiã niſi omiſsionis. ergo maiori iure, ſi quis propter ſtudium omittit audire miſſam, illud ſtudiũ non habebit diſtinctam malitiam. ergo tantũ habet malitiam omiſsionis. Ex hoc ſequitur, ꝙ ſatis eſt dicere in cõfeſsione, nõ audiuiſſe miſſam. Secũdo dico, leuius peccatum eſt omittere miſſam propter ſtudium, quam omittere quia lubet. Probatur tum ex communi hominũ ſenſu: nam primum peccatum habet excuſationem: ſecundũ minime. Secundo probatur: nam qui furatur propter alendũ patrem, leuius peccat quam qui propter libidinem furandi, ergo leuius peccat qui omittit miſſam propter ſtudium; quam qui omittit ex uoluntate omittendi Sed contra, maritus qui ex inordinato amore uxoris furatur, habet duplex peccatum; unum ꝙ furatur; alterũ, ꝙ inordinate uxorem amat. ergo qui ex inordinato amore ſtudii omittit audire miſſam, habet geminum peccatũ: alterum, ꝙ omittit audire miſſam; alterum, ꝙ inordinate amat ſtudium. Secundo, qñ quis timore oppreſſus negat fidem Christi, duplex facit peccatum: unum contra fidem; alterum contra fortitudinẽ: ergo ſimiliter ĩ noſtro caſu peccat duplex pctm̃. Tertio, amor atque timor mundanus eſt peccatum mortale, ut opinatur D. Tho 2.2. q. 19 quando eſt cauſſa tranſgreſsionis mãdatorum Dei: ſed ſtudium in propoſito eſt cauſſa omiſsionis: ergo de ſe eſt peccatum mortale.

Actus qui eſt cauſſa omiſsionis, & omiſsio unam ſolam malitiam habent.

D. Thom.

Propter hæc argum. aliqui doctores tenent, quod ſunt duo peccata in confeſsione neceſſario explicanda. & quod grauius peccat qui omittit audire miſſam propter inordinatum amorem litterarum, quam qui omittit quia lubet. Sed certe iſti contra omnem ſenſum & euidentiam loquũtur. Dicendum ergo ad argum. quod cum hoc ſtudium ſit malũ quia eſt cauſſa malæ electionis, non habet niſi malitiam omiſsionis, & quodammodo eam extenuat, ut probatum eſt. Probatur hæc ſolutio: nam quando quis incaute ſagittando occidit hominem, certum eſt ꝙ non ſolum occiſio eſt peccatum, ſed et am incaute ſagittatio: & tamẽ certum eſt quod eſt leuius peccatũ ex incauta ſagittatione oc-

ne occidere hoīem, quā occidere ex propoſito. Itaq; licet omittere miſſam pp ſtudium, duplex peccatū eſſet (quod nō concedo) leuius tñ peccatū eſt, quā omittere ex ꝓpoſito: quia unum peccatum alterum extenuat, & excuſat.

Quando imputetur peccatum omiſſionis. D. Thom. Marsil.

Eſt aliud dubium; Qñ imputetur nobis peccatū omiſſionis; vtrum ne quando erat tp̄s operādi, an uero ſtatim ac ſe exponit periculo non adimplēdi præceptum; uel qñ quis facit ſe impotētem ad operandū? Hanc q̄ſt. explicat D. Th. in ſolu. tertij, de qua uerſantur tres opiniones celebres. Prima eſt Marſilij in 2. q. 21. art. 2. propoſitione ſecūda, ꝙ tunc imputatur, quando inſtat tp̄s implendi præceptū; licet tunc non ſit in noſtra ptāte implere pręceptū, & tametſi tunc nō habeat hō uſum rationis, ut ſi ſit ebrius, aut dormiens. Idem vr̄ ſentire D. Th. hic ad tertium: ſcribit. n. ꝙ ſolum pro eo tempore dr̄ quis omittere ceſſando ab opere, quando præceptum obligat affirmatiuum. & in 2. 2. q. 79. art 3. ad tertium, reprobat opinionem aſſerentium, ꝙ tunc incipit omiſſionis peccatum, quando quis aggreditur opus, quod eſt incompaſſibile cū actu ad quē tenetur. docetque ex propria ſententia, peccatum omiſſionis tunc imputari ad culpam, quando fuit tempus operandi. Idq; perſuadet hoc argumēto: quia ſi homo abiens ſero dormitum cum periculo non exſurgendi ad audiendā miſſam, excitatur poſt per uiolentiam, & audit miſſam, certe non diceretur omittere: ergo tunc dicitur omittere, quando inſtat tempus quo operari tenebatur. Ex hoc elicit Marſilius loco dudum citato, ꝙ ſtat quempiā ire dormitum ſine ſua culpa, & ꝙ dormiens peccat, & perdit gratiam Dei, ſi tunc currat præceptum.

D. Thom.

Impugnatur Marſilius.

Sed hæc ſententia ſic explicata, falſa eſt, quoniā in hoc caſu nulla eſt libertas: ergo nullum peccatum: peccatum enim adeo eſt liberū & uoluntarium, quod ſi non eſt liberum & uoluntarium, peccatum non eſt, ut omnibus eſt notum. Rurſus ſequitur ex prædicta ſententia, quod aliquando homo ſit extra ſalutis ſtatum: nam quando homo iuit dormitum, erat in gratia; poſtea uero in ſomnis labitur in peccatum, a quo pro eo tempore nō poteſt exſurgere: ergo eſt extra ſtatū ſalutis. Præterea ſequitur, quod pollutio inuoluntaria eſſet peccatum in ſomnijs: nam peius eſt pollui, quam non audire miſſam. ergo ſi imputatur homini non audire miſſam, imputabitur ei etiam pollutio. Vnde euidens eſt, ꝙ ſi quis ſe impotentem reddit ſine ſua culpa, neque peccat peccatum omiſſionis, neque commiſſionis.

Adrianus. D. Thom.

Secunda opinio docet, quod huiuſmodi peccata non imputantur homini, niſi in ſua cauſſa: itaque quando homo uoluntarie ponit cauſſam omiſſionis, tunc peccat. Sed non peccat quando dormit, neq; quando eſt ebrius, licet omittat præcepta diuina. Hæc opinio placuit Adria in 4. q. 3. de Euchariſtia. & uidetur quibuſdam uiris doctis ꝓbabilis Sed longe probabilior & uerior eſt tertia opinio, quam docet D. Th. in hoc art. & 2. 2. loco dudum citato, & q. 150. art. 4. quę explicatur quinta concluſione.

Prim. concl. Quando omiſſio ſit.

Prima concluſio. Proprie & uere non eſt omiſſio, neq; dicitur homo omittere, niſi tunc quando eſt tempus implendi præceptum affirmatiuum. nam ante illud tempus non tenetur homo operari; ergo ante illud tempus nō eſt omiſſio. Conſequentia inde probatur, quia omittere, eſt non facere, quod quis tenetur facere.

Secunda conc. Qui exponit ſe periculo omittendi, peccat.

Secunda concluſio. Quando aliquis dat cauſſam peccati, notum eſt, quod peccat. uolo dicere, ꝙ quando aliquis voluntarie ponit impedimentum ad impletionem præcepti affirmatiui, uel ſe exponit periculo omittendi, peccat. Patet. nam ſe exponit periculo peccandi. ergo peccat. Certe ſi quis uolūtarie ſe inebriat, ex quo poſtmodum ſequitur, quod non audit miſſā, continuo peccat, quādo ſe inebriat, non ſolum peccatum ebrietatis, ſed etiam quia ſe exponit periculo omittendi. & ita dicit D. Tho. 2. 2. q. 79. quod inebriatio non eſt omiſſio, ſed cauſſa omiſſionis, & quod omiſſio poſtmodum ſuo tempore imputatur ad culpam propter uoluntatem præcedentem.

D. Thom.

Tertia concl.

Tertia concl. Peccatum, quod quis facit, quādo ſe exponit periculo omittendi, non eſt formaliter peccatum omiſſionis. Patet. nam non eſt perfectum homicidium, quādo quis ſe exponit periculo occidēdi, niſi expreſſe uelit occidere. ergo non eſt perfecta & formalis omiſſio, qñ quis ſe exponit periculo omittendi, niſi directe uelit omittere; nihilominus ſi poſtea omittit, reductiue pertinet ad peccatum omiſſionis.

Quarta concl. De ebrio omittente. Ariſt. 3. ethic. c. 5. et 2. polit. 10.

Quarta concluſio. Quando ebrius blaſphemat, percutit, & omittit pręceptum, ſi hæc opera fuerunt præuiſa, tunc etiā peccat, licet tunc non ſit mentis compos. Probatur: nam ad hoc, ꝙ hæc opera ſint peccata, ſatis eſt, ꝙ fuerint uolita in cauſſa præcedenti. Secundo, Ariſtot. dicit, ꝙ ebrius duplicem pœnam promeretur. unam, quoniam occidit hominem; alteram, quia ſe inebriauit. Tertio, actus exterior quo quis interficit hominem, eſt peccatum, quia procedit ex mala uoluntate præcedente, licet ille actus nullam habeat libertatē nouā. ergo ſimiliter, licet ebrius non ſit mentis cōpos, ſi interficit hominem. peccat, quoniam illa occiſio ortur ex libertate præcedente. Quarto, quādo quis emittit ſagittam in hominem quem cupit occidere, non ſolum emiſſio ſagittæ eſt peccatum, uerum etiam ipſa occiſio; & tamē ſagitta, poſtquā ſemel eſt emiſſa, non poteſt reuocari per facultatem hominis. ergo ſimiliter licet ebrius non habeat facultatem, quia tamen habuit in ſua cauſſa, ſi percutit, & ſi omiſit, imputatur ad culpam, ſi hæc opera fuerunt præuiſa.

Quin. concl.

Quinta cōcl. Peccata, quæ facit ebrius, aut homo ꝙ mētis cōpos non eſt, malitiā nullam habēt, niſi eam, quæ eſt in præcedente cā. Patet. nam non habent aliam libertatē. ergo non habent aliam malitiam. v. g. iuit quis dormitum culpabiliter, peccauit ut unum, quia dedit occaſione omiſſionis miſſæ audiendæ, dormiens omittit, nō peccat aliud peccatum; & ſi moreretur antequam obligaret præceptū, peccaret vt unum, & puniretur ut vnum, quemadmodum ſi omittat, itaque totum peccatum fuit in cauſſa.

Argum. contra ſententiam D. Thom. Primum.

Sed contra iſtam ſententiam D. Th. arguitur. Sequitur ex iſta ſola, ꝙ hō poſſit eſſe in gratia, & in peccato mortali. Probatur ſequela. Conſtituamus hoīem, qui poſtquam emiſit ſagittā in clericum quem vult occidere, antequam ꝑueniat ſagitta, pœniteat de peccato, tūc eſt in gratia, qñ habet ueram contritionem ſui peccati, rurſus tunc eſt in peccato mortali, qñ tunc occidit clericum, quæ occiſio eſt mortale peccatum ratione uolitionis præcedentis.

Secundum.

Secundo, iſte propter iſtū actū exteriorem excōicatus eſt, nam eccleſia nō iudicat niſi de actibus exterioribus. ergo eſt peccatū mortale. Rurſus, illa libertas, quæ eſt in ebrio, non ſufficit ad meritum, neq; ad emittendū votum, neque ad adminiſtrandum ſacramenta, neque ad perſoluendum penſum horarum, ergo neque ad peccatum mortale. Probatur conſequentia. nam eſt regula Theologorum, Eam libertatem ſatis eſſe ad bonum, quæ ſatis eſt ad peccatum mortale.

Tertium.

Ad primum.

Ad primum reſpondetur, ꝙ illud opus externū nō imputatur niſi ratione uolitionis præcedentis, & ideo ea retractata, non eſt cur illi imputetur. Secundo dicendū, illud argumentum tantū concludere, ꝙ illud opus non habeat nouā malitiam præter illam, quæ eſt in cauſſa. Reſpondetur tertio, quod ille homo dum eſt in gratia, prolabitur in excommunicationis ſententiis, quoniam dedit cauſſam uoluntariam & culpabilem occiſionis clerici.

Ad ſecundū.

Ad ſecundum reſpondetur negando conſequentiam: nam plura requiruntur ad bonum, quam ad malum, ut cōſtat ex illo, Bonum ex integra cauſſa, &c Secundo reſpondetur, homicidium præuiſum imputari ebrio, quoniam tenebatur cauere, & potuit, & non cauit: ſed dicere officium diuinū, & emittere uotum, nulla ratione fuerant ebrio uolūtaria, & idem non ei imputatur ad culpam. Tertio reſpondetur, ꝙ homo qui non eſt compos mentis, ſæpenumero poteſt implere præceptum diuinū, ut ſi ebrius ex præcedente uolitione baptizaturar, que adeo ſi quis in phreneſim lapſus a peccatis abſoluitur.

De grauitate omiſſionis. Almayn.

Eſt ultimum dubium, Vnde ſit expēdenda grauitas in omiſſione: de hoc diſſerit abunde Almayn. in ſuis moral. tract. 3. c. 26. Pro explicatione huius dubij dico, grauitatē omiſſionis potiſſimū ex actu, qui omittitur, expendendā eſſe, ut ſi qs omittit corripere, &c. & non corripit. tenetur dare eleemoſynā, & omittit. deterior omiſſio eſt non corripere, quia corripere eſt melior actus. Rurſus attenditur ex cā. omittit quis audire miſſā pp ludum, alius uero pp ſtudium. primus grauius peccat. Præterea ex difficultate, omittit quis corripere metu mortis. alius ne cōtriſtet fratrem

trem

trem ſuũ, primus leuius peccat. Præterea ex maiori obligatione, teneris dare panẽ extreme indigenti, & non das; alius vero omittit reſtituere decem aureos creditori; ille grauius peccabit pp maiorem obligationem. Denique eſt regula generalis; Grauitas omiſſionis eſt pẽſanda ex materia, & reliquis circumſtantiis ſicut grauitas commiſſionis, ſi cetera ſint paria. Sed nũquid omiſſio, q eſt cũ actu, eſt grauior, quã ſine actu? v.g. qs omittit audire miſſam cum nolitione; alius uero ſine nolitione, uter grauius peccet? Quidam calculatores dicant, φ qui h̃et actum, grauius in infinitum peccat: ſed hæc ſtulta eſt falſiſſima: nã illa uolitio, uel nolitio, q̃ eſt cã omiſſionis, non eſt mala niſi pp omiſſionem: ergo non eſt peior, quam omiſſio. Secundo, nolle audire miſſam, de ſe non eſt malum, ut patet, qñ non tenemur audire: ergo ſi eſt malum, eſt ratione omiſſionis. Tertio, nam confeſſarij non ſolicite quærunt de huiuſmodi uolitionibus, aut nolitionibus, ergo non augent in infinitum malitiam.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum ſufficienter, & conuenienter definiatur peccatum: quod ſit dictum uel factum, aut concupitum contra legem Dei.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmans eſt cõcluſio. Nam peccatũ nihil aliud eſt, quã actus humanus malus: intãtũ enim humanus dicitur, inquãtum uoluntarius eſt, uel quaſi a uoluntate elicitus, uel quaſi imperatus. Qui actus humanus malus eſt ex hoc, φ caret debita commenſuratione ad regulam: quæ duplex eſt. una, propinqua & homogænea, videlicet ratio humana. alia eſt lex æterna: vnde Aug. in definitione peccati duo hæc comprehendit. unum quod pertinet ad ſubſtantiam actus humani, qđ eſt quaſi materiale, cum dixit; dictum, uel factũ, uel cõcupitum: & aliud, quod pertinet ad rationem mali, quod eſt quaſi formale, cũ ſit contra legẽ æternam, per quã regulamur in multis ſupra rationem humanam. Itaq; in sũma probatio D.Th hæc eſt. In prædicta definitione explicatur & materiale, & formale peccati: & hæc quidem ſufficienter: ergo prædicta definitio conueniens eſt.

EXPLICATIO ART.

GRauis res pctm̃, & morbus aĩæ acerbiſſimus, & iniquus, quæ neruos aĩæ præſcindit, & æterno igni obnoxiam facit, malũ liberi arbitrij, germenq; uoluntariũ: nam φ uoluntarie peccemus, dicit quodã in loco aperte Propheta: Ego plantaui vineã fructiferam totam ueram; quomodo conuerſa eſt in amaritudinem, vta uinea aliena? Plantatio quidem bona, ſed fructus ex uoluntate malus; atq; adeo plantator in culpa non eſt. Vinea aũt combaretur, quoniam in bonum plantata eſt, & in malum fructificauit. Fecerat.n. Deus hominem rectũ (ut inquit Eccl.) ſed ipſe quæſiuit quæſtiones multas. & Apoſtol. dicit; Ipſius.n. ſumus factura, creati in operibus bonis, quæ præparauit Deus, ut ambulemus in illis. Creator itaq; cum ſit bonus, bonos creauit; creatura uero, uoluntate propria in amaritudinem conuerſa eſt.

Eccleſ.

Quid ſit peccatum ſecundum D.Th.

Sed ſi quærat aliquis quidnã eſt peccatum, animal ne eſt, an angelus, uel dæmon? tam rẽ explicat D Th. hic eleganter, & in primis demõſtrat, qũo peccatum nõ ſit inimicus homo, qui tecum exterius pugnet; neq; peſſimus dæmon qui te nolentem in peccatũ trahat; neq, natura aliqua rea, & noxia, q̃ in te ſit, ſed actus uoluntarius inordinatus, & mala ſoboles, a te ipſo uoluntarie propagata. Vt uero Theologus rẽ hanc, quæ alioqui difficilẽ explicationẽ habet, rectius intelligat, ſcire cũ oportet, pctm̃ uarie definiri. Cic. dicit peccatũ eſſe qdqd fit cõtra officiũ, qđ & culpa uocatur. Ambr. Sic definit Peccatum eſt legis diuinæ p̃uaricatio, & cęleſtiũ inobedientia mandatorũ. Peccatũ uero (teſte Aug.) eſt uoluntas retinendi, uel cõſequẽdi, quod iuſticia uetat, & vñ liberum eſt abſtinere. Et alibi docet pctm̃ nihil aliud eſſe, q̃ neglectis rebus æternis temporalia ſectari, Sic definit peccatũ primo de lib. arb. c.16 & c.ult. & lib 83. q 30. Sed 22. lib. contra Fauſtum. c.27. præclariſſime definit dicens, peccatũ eſt dictũ, uel factũ, uel concupitũ cõtra legẽ Dei. Quãquã.n. oẽs p̃dictæ definitiones ſm̃ rem explicent nobis quid ſit peccare, & male facere; exactius tñ & euidẽtius id explicat hęc definitio Auguſtiniana, q̃ ultimo loco poſita eſt, q̃ proinde ab oĩbus Theologis eſt approbata, & in ore omnium decantata. Nam in hac definitione aperte explicatur, φ non ſolũ interior animi actus ſit peccatũ, ſed & exterior. Rurſus datur intelligi, φ non ſolum exterior, ſed et interior concupiſcentia, et ſi non ſequatur actus exterior, peccatũ ſit. Denique elucidat prædicta definitio, id qd pertinet ad ſubſtantiã actus humani, & uoluntarij, dũ dr̃, eſſe factũ, uel dictũ, vel cõcupitum. Illud ẽt, qd pertinet ad rõnẽ formalẽ, uel eſſentialem peccati, dum dr̃, φ ſit contra legem Dei æternã. Et ſi dicat aliquis: ergo, quæ committimus cõtra leges humanas, & ... Aug. non ſunt peccata: quia non ſunt cõtra legem Dei. Qui ſic argumentatur, errat in inferendo; quoniam quidem lex Dei eſt audire Apoſtolos, eorũq; ſucceſſores & Epiſcopos, & obedire p̃poſitis eccleſiæ, & ſubiacere eis. Inſuper lex Dei eſt, nõ reſiſtere ptãti ſęculari, dicente Paul. Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. De qua lege D Bern.

Definitiones peccati.

Cicero.

Amb. lib. de paradiſo c. 8.

Aug. lib 1. retract. c. 15. & lib. de duabus ani. c. 11.

Explicatio definitionis.

Luc. 16. Heb. 13. Matt. 10. Rom. 13. Bern. in tractat. de præcepto et diſpenſatione.

Sed quæret rurſus Theologus; Quid eſt, φ D Aug. definiendo peccatũ diſtincte poſuit tria illa, factũ, dictũ, cõcupitũ? nonne ſat erat dicere, eſſe actũ contra legem Dei? Certe id fecit D. Pater Aug. cauſſa explicandi Scripturas, quibus docemur, φ non ſolum facto peccant homines, ſed & dicto, & concupiſcentia citra factum. De malefactis quidem nullum eſt dubium. De concupiſcentia uero cordis, φ ſit peccatum, clare demonſtrat nonum & decimũ mandatum Decalogi: illud quoq; Apoſt. Concupiſcẽtiam neſciebã. ſ. eſſe peccatũ, niſi lex diceret: Nõ cõcupiſces: quibus addit Saluator; Quicumq; uiderit mulierẽ ad concupiſcendã eam, iam mœchatus eſt in corde ſuo. Quod uero uerbo peccamus, etiam hoc certũ eſt ex ſecundo & octauo mãdato Decalogi, & ex doctrina Saluatoris dicentis: Qui dixerit fratri ſuo Racha, reus erit concilio, qui autem dixerit fatue, reus erit gehennæ ignis. Ceterũ ne fallaris ex dicta definitione Aug. obſeruabis regulas quas adhibet D. Th. in ſolutionibus argumẽtorum in explicationem huius definitionis. Quatuor enim ſunt, quę illam labefactare & concutere uidentur. In primis, peccatum omiſſionis uere peccatum eſt, at non eſt dictum, uel factum, uel concupitum contra legem Dei. Propter hanc difficultatem quidam doctores in 2. d. 35. affirmant, φ in omiſſione præcepti ſemper eſt aliquis actus poſitiuus; de quo re uera enuntiatur, φ ſit dictum, uel factum, &c. Sed hæc ſententia in ſuperiori articulo ſatis eſt (ut exiſtimo) confutata. Alij dicunt, quod D. Aug. tantum definiuit peccatum commiſſionis, non uero peccatum omiſſionis, aut negligentiæ. Vnde ſi quis (inquiunt) uelit ſub una definitione omnia peccata comprehendere, ſic definiet peccatum. Peccare, eſt a lege deuiare. Peccatum uero, deuiatio a rectitudine legis, ſiue commiſſione, ſiue omiſſione fiat, aut negligentia. Sed melior eſt ſolutio D. Tho. quam habet hic ſolutione primi, quod affirmatio & negatio reducuntur ad idem genus, ſicut in diuinis genitum & ingenitum ad relationem, ut dicit D. Aug. 5 de Trin. & ideo pro eodem eſt accipiendum dictum & non dictum, factũ uel non factum.

Matt. 5.

Matt. 5.

De peccato omiſſionis, an cõprehendatur propoſita definitione Aug.

Aug.

Deinde obiicitur contra prædictam definitionẽ. Nam peccatum (tradente Aug.) eſt uoluntas conſequendi, aut retinendi qd iuſtitia uetat, ergo ſatis eſt dicere in definitione peccati φ ſit concupitũ contra legem Dei. Propter hoc argumentum quidam affirmant, φ ſolus actus interior ſit peccatum coram Deo: quorum ſententia dãnabilis

Aug. lib. de duabus animabus c. 12.

lis eſt: eſt n. hæreticũ: nã lex diuina præc pue præcipit actus externos. itaq; in definitione peccati Aug. duos erro res confutauit. Alterũ cor hoĩum, qui dicerent actũ animi internum non eſſe pctm̃, in quo errore detinebantur Iudæi. Ioſephus namq; reprehendit grauiter Polibiũ hiſtoriographum, eo ꝙ Antiochũ illuſtrem peccaſſe teſtetur ob id q to ſ uoluit templũ Diane deuaſtare. qd Ioſephus abſurdum dicto definit; quia deſideriũ quod opere non completur, pctm̃ non eſſet: Alterum ẽt errorem illorum, qui aſſerebant actum tm̃ internum eſſe peccatum corã Deo. Sed tertia quæſtio oritur ex prædicta definitione.

Ioſep. 12. de antiq. c. 13.

Nam non ſolum in ſanctis Patribus, uerũ ẽt in ſacris ſcripturis pctm̃ eſt auerſio a Deo: & a bono incommutabili, conuerſio ad bonũ cõmutabile quod diſerte docet Aug. ſæpiſſime Rurſus, pctm̃ in ſacris ſcripturis crebro appellatur auerſio, aut elongatio quædã rõnalis creaturæ, uolũ tate recedentis & elongantis a Deo. Vnde Iere. 2. dicit Dñs; Quid inuenerũt Patres veſtri in me iniquitatis, quia elõ gauerunt a me, & ambulauerunt poſt uanitatem, & uani facti ſunt? rurſum; Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ. & infra Scito & uide quia malũ & amarum ſit reliquiſſe Dñm. & c. 14. Multæ ſunt auerſiones noſtræ. & c. 3. Sanabo auerſiones ueſtras. & Zacharias dicit, Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulã recedentes, & cor ſuum poſuerunt ut adamantẽ, ne audirent legẽ Dñi. Certe lex Dei uia eſt qua itur ad Deũ, iuxta illud; Si uis ad uitã ingredi, ſerua mãdata. Vnde quicũq; peccat, a lege deuiat. Huius aũt auerſionis nulla ſit mentio in definitione cõmemorata.

Aug. li. 1. ad Simp. q. 1. & li. 83. quæſt. q. 30. et li. de lib. arb. c. 16.

Iere. 2.

Zach. 7

Auerſio a Deo per affectum eſt

Hanc quæſt ſic explicat D. Th. ſolutione tertij, ut dicat, ꝙ lex æterna primo & principaliter ordinat hoĩem ad finẽ, cõſequenter aũt facit, ut bene ſe habeat circa ea quæ ſunt ad finem. & ideo in hoc quod dicit pctm̃ eſſe contra legem æternã, explicat auerſionẽ a fine, & oẽs alias deuiationes, & inordinationes. Sed aduertat Theologus, ꝙ hæc auerſio & elongatio a Deo, qñ homo peccat, non fit ſm̃ locũ paſſib. corporeis. ſed ſm̃ ſpiritũ affectib. mentis: ſicut affectu iungit ſe hõ & unit amico: ſeiungit, & elongat ſe ab inim co, etiam ſi in eodem loco immotus permaneat.

Sed ex hoc magnã mouet & difficilẽ quæſt. Dñs Caie. de natura peccati, & quærit, Vtrum pctm̃ ſecundũ ſuã rõnẽ formale ſit aliqua natura poſitiua, an potius priuatio boni: Quã quæſt proponit Caie. ſub alio tenore uerborũ: utrũ ſ ſit magis de rõne peccati inordinatio poſitiua, an uero priuatiua, quod eſt quærere, utrũ ſit magis de rõne peccati cõuerſio inordinata, an auerſio? De hac difficultate uerſantur diuerſæ opiniones inter Theologos, & adhuc ſub iudice lis eſt. Prima opinio docet, ꝙ pctm̃ ſm̃ ſuã rõnem formalem eſt priuatio rectitudinis, & deuiatio a lege Dei: ſeque optimis argumentis ſuadetur eſſe uerũ.

Caiet.

An peccatũ formaliter ſit natura poſitiua

Prima opinio. aſſerens peccatum eſſe quid priuatiuum

In primis D. Aug. perpetuus in hac ſententia dicit, ꝙ pctũ nil aliud eſt, quã priuatio boni, explicãs illud Ioã. 1. Sine ipſo factũ eſt nihil; vbi per, nihil, peccatũ intelligit, eo ꝙ ſit priuatio boni. & lib. q. ſcribit, nullã eſſe malã naturã: oĩs. n. natura bona eſt; malũ aũt nil eſt niſi priuatio boni: & alibi ſic ait; nulla natura mala eſt, ſed boni amiſſio, mali nomẽ accepit. & li. 2. cõtra Manichæos, Totum, inquit, illud qd dicimus malũ, nihil aliud eſt ꝙ corruptio boni & in Enchirid. ſic rõcinatur D. Aug. Si pctm̃ aliqua natura ẽ ergo in aliqua ſpecie ẽ: ubi uero ſpecies eſt, modus eſt: ubi modus eſt, bonũ eſt: peccatũ ergo bonũ erit. Sed & D. Tho. acutiſſimus ueritatũ indagator, hanc opinionẽ aſſerere uidetur: nã cũ in hoc articulo dixiſſet, peccatũ eſſe actũ humanũ malũ, poſtea ſubdit, actũ humanũ eſſe malũ, ex eo ꝙ caret debita cõmenſuratione ad regulã: ſcribitq, hoc eſſe ueluti formale in peccato. & in 1. p. q. 48. art. 1. dicit, ꝙ nomine mali nihil aliud ſignificatur quã abſentia boni: ſed pctm̃ eſt formaliter malũ: ergo formaliter eſt abſentia boni. & ſupra q. 18. aperte docet, ꝙ actio humana dicitur mala, quia caret rectitudine debita ineſſe, definitq; malitiã eſſe carentiã rectitudinis debitæ ineſſe. & q. 109. art. 2. ad 2. dicit, ꝙ peccare nihil aliud eſt ꝙ deficere a bono. Demũ, oẽs Doct. cõueniũt in hac ſñia, ꝙ peccatũ de formali & eſſentiali rõne ſit carẽtia rectitudinis debitæ ineſſe, quã cõplectitur D. Th. 4. cõtra gẽt. c. 7 Magiſter in 2. d. 35. Scot. ibidẽ. Sed prætermiſſis auctoritatibus, argumẽtis agendũ eſt. Certe bonũ & malũ opponũtur priuatiue, ſed pctm̃ eſt eſſentialiter malũ: ergo opponitur bono priuatiue, & ſic dicit priuationẽ boni, & deuiationẽ a regula. Maior ſyllogiſmi ſic oſtẽditur. Nam in naturalib. malũ eſt boni priuatio. cæcitas. n. eſt priuatio uiſus; mors, priuatio uitæ, ignorãtia, priuatio ſciẽtiæ & D. Th. 1. p. q. 48. ar. 1. dicit ex D. Dion. ꝙ malũ nõ ẽ exiſtẽs p ſe, neq; in exiſtẽtibus ut accidẽs, ſed eſt abſentia boni.

Auguſt.

Prim. argu.

Pro hac prima opinione li. 83. q. 6. & 21

Li. 12. de ci ui. Dei. c. 9 c. 29. & lib. cõtra epiſt. fundamenti c. 35 c. 11. 12 & 13. & li. 83 quæſt. q. 6

D. Tho.

D. Thom. Magiſt. Scot.

Secundum

D. Thom.

Deinde in concilijs & ſanctis Patribus ſæpiſſime definitur contra Manichæos, ꝙ malũ non eſt aliqua natura. ꝙ omnis natura bona eſt. & reprehenduntur Manichęi, aſſerentes ꝙ peccatũ eſt res quædam rea & noxia in hominibus exiſtens. ergo peccatum, ſecundũ documẽta ſãctorum Patrũ, non eſt natura poſitiua, ſed priuatio boni.

Tertium

Ad hæc, ſi eſſentia, & rõ peccati conſideretur ſm̃ aliqd poſitiuũ, conſequens eſt, ꝙ ſit ens & bonũ; tametſi contrarietatẽ habeat ad actũ uirtutis ergo ratio formalis peccati non põt conſiſtere in aliquo poſitiuo: alias ratio formalis peccati eſſet bonitas quædã. Præterea (& uidetur primariũ arg.) nã ſi pctm̃ ſecundum ſuam rõnem formalẽ eſt natura quædã poſitiua, ſequitur ꝙ ſit a Deo, nã omnis entitas, & natura poſitiua a Deo eſt. ergo ſi formale peccati eſt natura, & entitas poſitiua a Deo, eſt profecto dicere aliquam naturam aut entitatem eſſe: & a Deo non eſſe, pertinet ad Manichæorum hæreſim.

Quartum

Quintum

Item, ſi formale peccati eſt natura quædam poſitiua & entitas, ſequitur ꝙ hæc natura, cum non ſit prima, debeat referri in aliquam cauſſam per ſe, quæ ſit prima in illo genere; priuationes uero ſatis eſt ꝙ referantur ad cauſſas p accidens. ſed hæc entitas poſitiua nõ debet referri in Deũ ut ad cauſsã per ſe. ergo neceſsũ eſt dicere ꝙ referatur in malum, quod de ſe eſt malum, & primum malum. quod eſt relabi in Manichæorum hæreſim.

Sextum

Vltimo, ut opus humanum ſit peccatum, ſatis eſt ꝙ ſit actus inordinatus deuius a regula; ſicut pctm̃ in artificiatis ſatis eſt ꝙ ſit opus a regula deuium, & nihil aliud requiritur, ſed ꝙ deficiat a regula; & deuiet, tm̃ eſt priuatio. ergo peccatum tantũ eſt priuatio de formali ſignificatione.

Explicatur hoc euidentius. cõſtituamus ꝙ opus opponatur uirtuti, & multis modis eam ſubuertat, nondũ erit peccatum, donec a regula deuiet, & a bono deficiat. ſi uero cõſtituatur ꝙ actus a regula deuiet, cõtinuo intelligitur eſſe peccatũ. ergo peccare, & male facere nihil aliud eſt, ꝙ a regula deuiare. Itaq; poſito ꝙ actus humanus deuiet, peccatũ eſt; poſito uero ꝙ non deuiet, peccatũ nõ eſt, tametſi conſideretur ut actus contrarius uirtuti. ergo deuiare a regula, ẽ formale peccati, & nõ cõtrarietas ad uirtutẽ. nã illud eſt formale peccati, quo conſtituto, cõſtituitur; quo ſublato, aufertur peccati eſsentia, & ratio.

Septimum

Secunda opinio docet, ꝙ peccatum ſecundum ſuam rationem formalem eſt aliquid poſitiuum. Auctores huius opinionis loquuntur ſolum de peccato commiſſionis, nõ de peccato omiſſionis de quo iã ſupra diximus, quod in ſua eſſentia & ratione non includit aliquid poſitiuum, ſcilicet, actum.

Secunda opinio quæ dicit peccatũ ſecundũ ſuã rationẽ eſſe quid poſitiuum

Argumenta huius opinionis hæc ſunt. Principio, Malum morale tribuit ſpeciem habitibus & actibus uitioſis, vt patet: alia n. ſpecies uitij eſt furari rem alienam, alia vero adulterium committere. ergo malum morale eſt aliqd poſitiuum. Id enim quod tribuit ſpeciem poſitiuam, poſitiuum eſt, non negatiuum, neque priuatiuum.

Arg. ſecũdæ opinionis Primum

Deinde, bonum & malum morale opponuntur contrarie, non priuatiue, ut oſtendit Ariſto. tum quoniam inter bonũ & malũ morale datur medium, uidelicet, actus indifferens; at inter contradictorie oppoſita non datur mediũ; neq; uero inter priuatiue oppoſita in ſubiecto apto nato: ergo opponuntur contrarie.

Secundum

Ariſt. ca. de oppoſitis

Tum deinde, quoniam a malo ad bonum eſt recurſus & regreſſio; at a priuatione ad habitum non eſt regreſſio.

Tertium

Tũ uero, quoniã inter priuatiue oppoſita in ſubiecto apto nato nõ datur mediũ, ut teſtatur oĩs philoſophia: at inter bonum & malum morale datur medium, ſcilicet, actus indifferens. Eandem ſententiam uidetur docere D. Aug. cum definit peccatum, dicens peccatum humanum actum eſſe contra legem Dei: non dixit deficiens a lege.

Quartum

Aug.

Præterea, habitus iuſtitiæ & iniuſtitiæ, habitus temperantiæ & intemperantiæ, opponũtur inter ſe cõtrarie, ut

Quintum

plane

plane conſtat: ergo actus iſtorum habituum, a quibus illi habitus ſpecificatur, opponitur cõtrarie. Cuius rei eſt altera euidẽs demõſtratio: nã habit⁹ iniuſtitiæ eſt q̃dã qualitas noſtris actibus comparata, & conſtituta in prædicamẽto qualitatis. Itaq; nemini poteſt eſſe dubiũ, ꝙ ſit q̃dã qualitas poſitiua: hęc aũt qualitas de ſe mala eſt, inclinãs ad malum: ergo malũ morale eſt aliqua natura poſitiua.

Sextum. Huic accedit alia demonſtratio. Nã actus iniuſtitiæ ꝓducit efficienter habitũ iniuſtitiæ, expellitq; contrarium habitũ iuſtitiæ: ergo nõ eſt priuatio, ſed aliquid poſitiuũ.

Septimum. Præterea argumẽtor deducendo rẽ ad incõmoda. quod genus argumẽtandi non eſt oĩno inualidũ. Nã ſi bonũ & malũ opponuntur priuatiue, conſequens eſt, prodigalitatẽ & auaritiã eſſe vitia eiuſdẽ ſpeciei: qđ apette falsũ ẽ. Quod uero apette ſequatur, patet: nã priuationes diſtinguũtur ſpecie ex actu, uel ex forma qua priuãt, ſed actus, uel forma qua priuãt, eſt eiuſdẽ ſpeciei, vcʒ. liberalitas. ergo nõ diſtinguũtur ſpecie. Itẽ ſi pctm̃ priuatio eſt, cõſequens eſt ꝙ pctm̃ ſit nihil. Cuius ſn̄æ abſurditatẽ reprehendit D. Hiero. explicans illud Prophetæ; Propter immunditiã corrupti fugiſtis nullo perſequente. Rurſus ſequitur aliud incõmodũ, quod cũ ſacerdos abſoluit & remittit pctm̃, proprie nõ abſoluat, neq; proprie remittat; ſiquidẽ pctm̃ eſt nihil: ipsũ uero nihil qũo pt tolli, aut remitti? Itẽ ſeqtur, ꝙ cũ Deus puniat peccatorẽ ꝑꝑ pctm̃, illũ puniat pro nihilo. Hæc ſententia, videlicet, ꝙ pctm̃ ſit aliquid poſitiuũ, placuit Caie. ſupra q. 18. ar. 5. & accepit eam D. Th. 1. p. q. 48. ar. 1. ad 2. & 3. contra Gent. cap. 9.

D. Hiero. in Mich. c. 2.

Caiet. D Thom. Ter. opin.

Tertia opinio eſt, ꝙ ſi peccatũ conſideretur in genere mali abſolute, procul dubio priuatio boni eſt: ſi uero in ſpeciali conſideretur; non eſt formaliter priuatio, ut homicidium, adulterium, &c. in quibus certum eſt, ꝙ ſpecificentur ex obiecto contrario rationi. Hæc (ut dicitur) fuit opinio doctiſſimi Patris Victoriæ.

Doctiſſ. Victoria. Quar. opin. Mag. Cano. Pri. propo. D. Thom. D. Dion. & Aug.

Quarta opinio fuit acutiſſimi Patris Cano, quæ opinio conſiſtit in tribus propoſitionibus. Prima propoſitio.

Malum in communi nihil aliud eſt, quam priuatio & abſentia boni. Hanc concl. probat ex D. Tho. 1. p. q. 48. ar. 1. quo in loco eã expreſſe docet ex B. Aug. & ex D. Dion.

D. Thom. Secunda propoſitio. Malũ morale eſt aliqua natura poſitiua. Hanc accepit ex D. Tho. tertio contra Gent. cap. 9. Cuius probationes iſtæ ſunt. Prima ſic ſe habet. Nam malum morale eſt uoluntariũ, ſed auerſio a Deo, & deuiatio a regula eſt præter operantis intentionẽ: ergo malũ morale non eſt priuatio. Secunda. ſpecies in moralibus præcipue ſumitur ab eo quod per ſe intenditur, ut ſi quis bibat uinum alienũ ex delectatione, eſt intemperatus, ſi ex auaritia, eſt auarus; ſi ſobrie ex uoluntate Domini, erit temperatus: ſed auerſio a bono, & deuiatio a regula eſt ꝑter intentionẽ: ergo ex auerſione nõ ſumitur ſpecies, ſed ex cõuerſione ad obiectũ contrarium uirtuti, quod eſt aliqd poſitiuum. Tertia probatio. Nam D. Tho. 2. 2. q. 10. art. 5. ad primũ, ubi quærit utrum ſint multæ infidelitatis ſpecies, & arguit ꝙ non; quia oĩs infidelitas priuat eodẽ bono, ſcilicet, ueritate prima; reſpondet, ꝙ formalis ratio alicuius peccati poteſt accipi dupliciter: uno mõ ſm̃ intentionẽ peccantis, & ſecundũ hoc, id ad qđ conuertitur peccãs eſt formale peccati obiectũ, & ex hoc diuerſificãtur ĩfidelitatis ſpecies: alio mõ ſecundũ rõnem mali, & ſecundũ hoc id a quo recedit bonũ, eſt formale obiectũ peccati. & ex hac parte nõ hẽt ſpeciẽ, imo eſt priuatio ſpeciei. Itaq; pro indubitato dogmate hẽt prædictus Magiſter, ꝙ peccatũ ſit aliquid poſitiuum, & ꝙ eius ſpecies cõſtituitur ex aliquo poſitiuo, nõ ex priuatiõe, aut abſẽtia boni.

D. Thom.

Mag. Cano tertia propoſitio. Sed ſubiungebat tertiã cõcluſ. ꝙ malum morale erat aliquid poſitiuũ, ſed illud poſitiuũ erat ens rõnis; quapropter non erat a Deo. Hanc concluſ. hiſce rõnibus ſibi ꝑſuaſit. Nã bonitas uirtutis, & in uniuerſum bonitas moralis eſt ens rõnis. ergo malitia moralis licet ſit entitas poſitiua, erit ens rõnis. Antecedens ſic oſtendit. Nã bonitas moralis nihil aliud eſt, quam conformitas ad rectã regulam, quæ conformitas relatio rõnis eſt. Ex eo.n. ꝙ morale opus ſit conforme regulæ, aut difforme, non acquirit aliquam entitatẽ realẽ, ſicut pannus ꝙ ſit menſuratus ulna, aut palmo, non acquirit aliquã entitatẽ realem ex eo ꝙ menſuræ ſit conformis, aut difformis. Hoc ipſum confirmatur. Nã malitia moralis nihil aliud eſt quã difformitas ad rectam rõnem: hæc uero difformitas relatio rõnis eſt. Præterea, actus humanus hẽt ſpeciem ex fine, quando non exiſtit, ut conſtat: nã infirmus appetit ſanitatẽ, quã non habet: ſed conformitas, aut difformitas, quæ eſt inter actum humanũ, & tale obiectum, non pt eſſe relatio realis, ſiquidẽ relatio realis debet eſſe inter duo extrema realiter exiſtentia: ergo tantum erit relatio rationis.

Au... ment... tur. D. Petri ſententia ... da.

De ... opinionibus grauiſſimorum hominum cenſere difficile eſt, maxime quoniã quid ſit uerũ in hac re, uix cogitatione apprehendere valemus. Certe D. Petri ſn̄a illa, quæ refertur a D. Clemente, quæſtionem hãc facile exſoluit: aiebat.n. Chriſtum Dñm nos docuiſſe, non quid ſit malum, quæve natura peccatum eſſet, ſed qũo peccatum deteſtaremur, & ab illo liberaremur. Sed dicendum eſt aliquid in grauiſſimæ quæſtionis explicationem.

Quid de ... poſitis ... nionibus ... ſentiendum.

Certe prima opinio quæ aſſerit peccatum eſſe priuationẽ boni, & nihil, ſi intelligat, ꝙ formale peccati ſit tantũ priuatio, & abſentia boni, improbabilis mihi uidetur omnino, eamq; uehementer improbant argumenta ſecundę opinionis. Tertia ẽt opinio mihi uidetur falſa & improbabilis: eſt.n. falſum & abſurdum, tum in Dialectica, tũ in Metaphyſica, ſpeciẽ aliquam poſitiuã, ut poſitiua eſt, cõtineri ſub genere priuatiuo. Certe ſi genus eſt ens rationis neceſſum eſt ut ſpecies ſit ens rationis; ſi genus eſt priuatio, ſpecies itẽ priuatio erit. Sed & quarta opinio uidetur falſa: nam ex ea ſequitur, ꝙ uirtus ſit ens rationis: nam ut exiſtimat huius opinionis auctor, formale uirtutis, q̃ eſt conformitas ad rectam rõnem, eſt relatio rationis. Præterea ſequitur, ꝙ uirtus non ſit boni operatiua. nã relatio, præcipue ſi ſit ens rationis, nõ eſt operatiua. Rurſus ſeqtur, ꝙ conſtitueretur in prędicamento relationis, & non qualitatis. Deniq; ſequitur habitum iniuſtitiæ eſſe ens rationis: quod nullus concedit. Alia incommoda ſequũtur ex prædicta opinione: ſed hæc commemoraſſe ſat fuerit.

Confirmatur Domini Caietani ſententia D. Thom.

Impugnatis iã & ſubuerſis aliis opinionibus, uidetur ꝙ opinio & ſn̄a Caie. ſit uera; nẽpe pctm̃ eſſe aliqd poſitiuũ reale, id quod D. Th. magna aſſeueratione ſuadet 3. contra Gent. c. 9. ſcribit.n. malum morale de ſui natura eſſe aliquid poſitiuum, & bonã naturã; malũ aũt homini, quia contrariatur bono hominis, & priuat eũ rectitudine debita; ſicut bonum delectabile, uidelicet comedere ſex libras panis, bonum erat Miloni, & illi conueniens, ſed alteri homini malum eſt; quia contrariatur bono rõnis, & priuat illum rectitudine debita. Præterea, occidere hominẽ, natura actionis bona eſt: quare ꝙ occidat leo aut taurus hoĩem, non eſt malum illis, atq; peccatum; at homini malũ eſt, quia opponitur uirtuti iuſtitiæ ꝙ quis occidat hoĩem priuata auctoritate. Idẽ animaduertere licet in naturalibus. Nã igni calor bonus eſt, ſed aquæ malus, quia ipſi contrariatur, & opponitur. Iuxta hanc ſn̄am dicendum eſt, ꝙ in peccato intẽperãtiæ tria inueniũtur. primũ tãquam genericum. ſ. actus uoluntarius. ſecundũ, forma contraria tẽperãtiæ. uidelicet, forma intẽperãtiæ, q̃ contrariatur tẽperãtiæ, ſicut albedo nigredini. tertiũ, priuatio rectitudinis debitæ ineſſe illi actui, & deuiatio a regula tẽperãtiæ. formale aũt peccati nõ eſt primũ, ſiquidẽ genericum eſt, nec tertiũ, ſed ſm̃. ex hoc.n. pctm̃ eſt intẽperãtiæ, quia eſt cõtrariũ tẽperãtiæ. Hęc ſn̄a Caiolim in certaminibus Theologorum mihi uidebatur neceſſario amplectenda. ſed & nunc eam amplector, quia meliorem non inuenio. uellẽ certe uerã eſſe opinionẽ quã D. Tho. inſinuat ſupra q. 18. ar. 5. ad ſm̃, quo in loco breuiter & ſũmatim difficultatẽ huius quæſtionis cõplexus eſt, dicẽs, ꝙ actus humanus dicitur malus, & peccatum ſecundum ſuã ſpeciẽ, non ex eo ꝙ nullum habeat obiectũ, ſed quia habet obiectũ non conueniens rationi, ſicut tollere aliena. Vnde in quãtũ obiectũ eſt aliquid poſitiuum, põt tribuere ſpeciẽ mali actus. Vult ergo docere D. Th. ꝙ peccatum deſumit ſpeciẽ mali ex obiecto, non utcumque, ſed ut habet annexã negationẽ in ſubiecto apto, &c. & deuiationẽ a regula. Docet ſubinde, ꝙ peccatum non ſit priuatio, & nihil, ſed ꝙ ſit actus uoluntarius circa obiectum diſconueniens rõni: ſicut cum ſagittator ad ſcopũ dirigit ſagittam, & in ictu ab ſcopo aberrat, ille actus non eſt priuatio, ſed motus quidã ad ſcopum, ſed ab eo aberrãs.

Tria reperiuntur in peccato.

D. Thom.

Itaq;

Differt iter peccatū & alias priuationes. Itaq; differt inter peccatū,& alias priuationes, ꝙ ceteræ priuationes nihil ſunt, nec aliquid ponūt in ſubiecto, qn potius sūt corruptiones, ut cæcitas, mors: ſed peccatū eſt actus quidā ino. dinatus circa obiectū incōueniens rōni: quapropter ex obiecto ſpeciem hēt, & uirtuti contrariatur, ſiquidem non eſt mera priuatio, licet habeat priuationem annexā, neque ex priuatione præciſe ſpeciem habet, ſed ex obiecto non conueniente rōni. Hæc ſnīa uera certe uidetur, & oēs quæſtionis huius difficultates euincere: D.Thom. quam etiam inſinuat diuinus Doctor in 2.2.q. 10.art.5.ad primum, & in prima parte q.48.art.1.ad ſecundum.

His conſtitutis, deueniamus ad argumenta primæ opinionis, quæ ſententiam Domini Caiet.& noſtram ſubuertere uidentur.

Ad argumenta primæ opinionis. Ad primum. Ad primum dicendum, ꝙ in peccato tria inueniuntur, quibus uniuerſa ratio peccati continetur. Primū eſt ſubſtantia actus, cuius Deus ab ſq; dubio cauſſa exiſtit. Secūdum eſt conuerſio ad bonum commutabile cōtra legem, & uirtutem; quod eſſe aliquid poſitiuum, ſatis exiſtimo eſſe probatum. Tertium eſt auerſio, & deuiatio a regula: & ratione huius dixit Aug. peccatum eſſe nihil, ſicq; interpretandi ſunt uniuerſi alij Doctores, qui affirmant peccatum eſſe priuationem boni. Vel dicendum eſt (& in idē redit) ꝙ quamquam peccatum ſit actus poſitiuus, & conſiſtat in contrarietate contra rationem, habet tamen coniūctam priuationem, & deuiationem a regula.

Ad ſecundū. Ad ſecundum argumentum dicendum, ꝙ malum in communi opponitur bono priuatiue; ſed malum morale cōtrarie opponitur, ut ſupra dictum eſt. Ex quo ſequitur, Malum æquiuoce dictū de naturali & morali. ꝙ malum dicitur æquiuoce de malo naturali, & morali; ꝙ peccatum prius eſt malum morale contrarium uirtuti, quam quod ſit malū ſimpliciter. Ex eo enim quod ſit malum contrarie, ſequitur quod ſit priuatio boni.

Ad tertium. Ad tertium reſpondetur, malum morale eſſe bonum quoddam de ſua natura, ſed eſt malum homini, quia contrariatur bono hominis, ꝙ priuat eum rectitudine debita. Vel dicendum, quod cum Concilia cōtra Manichæos definiunt peccatum non eſſe naturam aliquam, & omnem naturam bonam eſſe, ſtatuunt peccatum nō eſſe in rebus, & in naturis quas Deus condidit, ſed in abuſu uoluntatis noſtræ: non tamen negant Sancti Patres, quod motus uoluntatis, quo male utitur rebus, ſit quædam entitas a noſtra uoluntate prodiens, deficiens tamen.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod licet peccatum ſit aliqd poſitiuum præciſe conſideratum, & ſecundum hanc conſiderationē bonum ſit: tamen ſimpliciter eſt malum homini; tum, quia cōtrariatur bono rationis: tum etiam, qa deficit illi bono alia bonitas debita ineſſe ſecundum rectā rationem. Et eiuſmodi priuatio, ſeu abſentia boni eſt neceſſario connexa actui morali peccati. Itaque in peccato eſt conuerſio ad bonum commutabile, & inconueniēs rationi, & hinc prouenit quod illa conuerſio mala ſit.

Ad quintum. Peccatū nō eſt a Deo, quia eſt entitas deficiens. Ad quintum dicēdum, ꝙ pctm non eſt a Deo: tum, qm licet ſit entitas poſitiua, eſt entitas poſitiua deficiens: entitas uero deficiens in cauſſam deficientem referenda ē, ſcilicet, in noſtram uoluntatem. Unde ſecundum hanc doctrinam dicendum eſt, non oēm entitatem poſitiuam eſſe a Deo, qū deficiens eſt. Tum deinde confutatur argumentum, ſi dicamus, ꝙ peccatum formaliter loquendo includit in ſe priuationem rectitudinis: ſpecificatur enim ex obiecto non conueniente rationi, ut expoſitum eſt: huius autem priuationis & defectus Deus nō eſt cā, ſed noſtra uoluntas, & ideo peccatum ex Deo non eſt. Item dicitur ſecundū philoſophiæ documenta, effectus uniuerſos ad cauſſas proportionatas eſſe referendos: ſingulares, ad cauſſas ſingulares: uniuerſales, ad cauſſas uniuerſales; morales, ad cauſſas morales; naturales inſuper, ad cauſſas naturales. Itaq; peccatum, cum ſit quidam effectus, uel potius quidam defectus moralis, ad cām moralem referēdū eſt, ſcilicet, ad uoluntatem noſtram deficientem. Et qm Deus non eſt cauſſa moralis: non enim conſulit, neq; præcipit, quin potius prohibet, ideo nulla ratione Deus dicendus eſt cauſſa peccati, de qua re diligētius inueſtigabitur infra q. 79. ubi quæritur; Vtrum Deus ſit cauſſa peccati.

Ad Sextum. Ad ſextum dicendum, quod cum peccatum ſit quædā natura poſitiua deficiens, nō eſt neceſſe ꝙ referatur ad unum ſummum malum, omnium malorum cauſſam; quēadmodum Manichæi conſtituebant Deum unum oīum malorum auctorem: ſed oportet ꝙ referatur in uoluntatē deficientem. Vnde eſt illa ſentētia D. Aug. memorabilis; Auguſt. Non quæras cauſſam peccati extra tuā uoluntatem. Quomodo autem peccatū non habeat cauſſam per ſe, ſed cauſſam per accidens, explicat optime D. Tho. 1.p.q.49.art. D.Thom. ad ultimū. ultimo in ſolutionibus argumentorum.

Ad ultimum argumentum dicendū eſt, quod ut actus ſit mal^s, ſat fuerit ut ſit actus inordinatus, & deficiēs a regula, ut argumentum probat. Sed deficere a regula ſtat Duplex defectus a regula. dupliciter: uno modo priuatiue, ueluti cum quis nō operatur cū operari tenetur: alio mō poſitiue, qū qs regulā trāſgreditur; ſicut accidit in omnibus peccatis quæ commiſſionis appellantur. in quibus dicimus, ꝙ pctm nō eſt priuatio, aut nihil, ſed facere contra legem & regulam. Fateor tamen, ꝙ qū quis facit contra legem, & bonum, cōſequitur ſtatim priuatio boni, & rectitudinis debitæ in eſſe: ſed non in hac priuatione peccatum conſiſtit, ſed in actu poſitiuo ad obiectum poſitiuum non conueniens rectæ rationi. Tantum de hac difficultate dixiſſe ſufficiat.

Dubium de definitione Aug. Quarta difficultas emergit ex definitione D. Aug. Nā ex ea ſequitur, quod ſi non eſſet lex prohibēs homicidiū, aut adulterium, non eſſēt peccata. quod aperte falſum ē. nam hæc opera de ſe ſunt mala, & habent intrinſecā malitiam, & non ſunt mala, quia uetantur; ſed potius uetantur, quia mala ſunt, ut demonſtrat D. Aug. Quod hoc ſequatur ex definitione Auguſtiniana, liquido conſtat. Nā Aug. libr. 1. de lib. arb. c. 1.& 3. docet peccatum eſſe dictum, uel factum contra legē Dei: ergo ſi non eſſet lex, non eſſet peccatum. Hāc difficultatē explicat D. Tho. ad quartum, dicētq; ex neceſſitate eſſe cōcedendum quod inferebatur pro abſurdo. Itaq; tunc adul- D.Thom. terium, ſi non prohiberetur lege, eſſet ueluti peccatum naturæ, & monſtrum, quia non correſponderet rectæ rationi: at proprie peccatum, & malum morale non eſſet, quia ubi non eſt lex, nec præuaricatio, ut dicit D. Pau. de Rom. 4. qua re dictum eſt copioſe ſupra q. 18.

In ſolutione quinti mouet D. Caie. grauē quæſtionem, Vtrū peccatum eo ipſo quod eſt cōtra rectā rationē ſit offenſiuū Dei. ad examinandā illā ſnīam D. Tho. ꝙ Theologus conſiderat peccatum prout eſt offenſa Dei; Philoſophus uero prout uirtuti opponitur, & prout rectæ rationi contrariatur. Quæritur utrum peccatum, eo ipſo ꝙ ſit contra rectā rōnem, ſit offenſiuū Dei, & ab ipſo Deo auertat & ſeparet.

Argumenta pro parte negatiua D. Thom. Primum. A parte negante ſic arguitur. Nam. D. Tho. diſtinguit aperte in articulo; dicitq; ꝙ conſiderare peccatum ut eſt offenſa Dei, pertinet ad Theologum; ut uero cōtrariatur rationi & uirtuti, pertinet ad philoſophū: ergo diſtincte docet, ꝙ peccatum ut contrariatur bono rationis, non eſt Dei offenſiuum; alioqui ad philoſophum ſpectaret agere de peccato ut offenſa Dei, ſi uerum eſſet, quod eſſe offenſam Dei ſequitur neceſſario ad hoc quod peccatum contrarietur bono uirtutis.

Secundum. Deinde, ex eo quod quis priuatur aliquo bono per participationem, non eſt conſequens quod priuetur bono per eſſentiam: ergo peccatum ex hoc quod eſt contra humanam rationem, non eſt conſequens quod ſit contra ipſum Deum, & offenſiuum Dei, quaſi priuans ipſum Deū aliquo quod ſibi conuenit.

Tertium. Præterea, illa probatio qua ſuadetur omne peccatum eſſe contra Deum, quia regula humanæ rationis deriuatur a Deo; inualida eſt. nam etiam deriuatur a Deo cognitio ſenſitiua: & non omne quod contrariatur cognitioni ſenſitiuæ, eſt contra Deum, ut cæcitas, ſurditas.

Vltimum. Denique ex hoc quod peccatum ſit contra rationem humanam quæ deriuatur a Deo, nihil aliud colligitur, niſi quod eſt contra Deum ſecundum quid, inquantum diuina ordinatio patitur ab humana ratione, & hoc modo non colligitur quod ſit contra Deum, ſed contra effectum ſuū. In aduerſum eſt, ꝙ odium Dei, & blaſphemia, ſunt peccata & offenſa Dei, etiam ſecluſa fidei notitia: id namq; cognoſcitur ex lumine rationis humanæ.

Peccatū varijs nominib. appellatur. Ad huius rei explicationem ſciendum eſt, quod peccatum in ſanctis ſcripturis uarijs nominibus appellatur. Dicitur auerſio a Deo & elongatio, ut ex ſuperioribus conſtat. Dicitur culpa, Dan. 6. Appellatur offenſa, tum, quo- Dan 6. niam in quouis peccato ſit contra debitum obedientiæ

tum,

tum, qũ in omni peccato mortali cõſtituimus ultimũ finem in creatura, ſpreto Deo; quæ eſt maxima Dei offenſa. Dicitur p̃terea pctm̃, iniquitas, dicente D. Ioanne, Omnis qui facit peccatũ, iniquitatem facit, & pctm̃ eſt iniquitas. Ideo autem eſt iniquitas, quia fit contra æquitatem ſeu debitum, quo omnis obligatur creatura, ſuo creatori; redemtus a morte, ſuo redemptori; ſeruus, ſuo Domino. Dicitur impietas; quia cõtra affectum amoris, & gratitudinis Deo ut patri debitum, ſit: quãquam impietas aliqñ ſtrictius pro infidelitate uſurpetur, ut notat D. Greg. quo in ſenſu dicitur illud, Non reſurgent impij in iudicio. ſed aliqñ pro omni peccato accipitur, ut patet Hier 3. 18. & 33. Illud etiam eſt conſiderandũ pro explicatione propoſitæ quæſtionis, ꝙ peccatum eſſe contra rõnis regulam, & eſſe contra Deũ, non diſtinguuntur ut duæ rõnes oĩno diuerſæ, ſed ſunt ſibi inuicẽ ſubordinatæ. Itaq; eſſe contra rõnis regulam eſt ueluti inferius ad eſſe contra Deum. vnde recte ſequitur; hoc eſt contra rõnem: ergo eſt cõtra Deũ. nõ tñ ſequitur e contra; eſt contra Deũ: ergo eſt contra rõnem.

1. Ioann. 3.

D. Gre. 25. lib. mora. c. 13.

Pſal. 1.

Hier. 3. 18. & 33.

Eſſe contra rationem & contra Deũ in peccato, nõ ſunt duæ rationes omnino diuerſæ.

Notat etiam Caie. ꝙ finis creaturæ rõnalis eſt Deus ipſe duplici ex cã: tum, ut eſt obiectũ beatitudinis naturalis. tũ uero, ut eſt obiectũ beatitudinis ſupernaturalis, & reuelatus diuinitus. Nec tamen Deus ſic conſideratus ſe hẽt ut duo fines oĩno diuerſi, ſed Deus ut eſt ſummum bonũ naturale, eſt ultimum bonum in tali genere, ſubordinatũ tñ ipſimet ut eſt finis ſupernaturalis. Vnde conſequens eſt, ꝙ quidquid contrariatur Deo ut eſt finis naturalis, contrariatur ipſi ut eſt finis ſupernaturalis, licet nõ e conuerſo, ut docet D. Thom. q. 73. art. 7. ad tertium. ſcribit enim, quod auerſionem, & deuiationem a rõnis regula cõſequitur auerſio, & deuiatio a Deo, cui homo debet coniungi per ipſam rectitudinẽ. Quod apte & commode intelligi poteſt de coniunctione ad Deum, tum ex amore naturali, tum ex amore ſupernaturali. Impoſſibile. n. eſt ꝙ quis diligat Deũ, & ei cõiungatur amore ſupernaturali ſuper oĩa, & ꝙ peccauerit contra Deum ut eſt finis naturalis. Sed hæc eadem ueritas oſtenditur euidentius. Nã peccare, & male facere, nihil aliud eſt q̃ a lege deuiare, & deflectere. Qui ergo peccat contra legem naturæ, legem Dei naturalẽ tranſgreditur: ex quo euidentius eſt ꝙ Deũ offendat, ſiquidem inobediens ſuit diuinis mãdatis: lex enim naturalis ex Deo eſt. Ex quo ẽt conſequens eſt, ꝙ auerſus eſt a fine ſupernaturali: cũ. n. qui a rectitudine naturali deuius eſt, ſupernaturali fini diſcordare neceſſe ẽ.

Deus finis eſt creaturæ rationalis, dupliciter.

Quod cõtrariatur Deo vt finis naturalis, etiam ei opponitur vt finis ſupernaturalis.

Ad argumenta in contrarium, ad primum dicendum, quod conſiderare peccatum ut offenſa Dei eſt, immediate ad Theologũ ſpectat; ad philoſophũ uero ſpectat conſiderare immediate peccatũ, ut naturæ, & bono rõnis oppoſitũ eſt, ex quo, uel ex lumine rõnis naturalis pt cõcedere ut cognoſcat pctm̃ eſſe Dei offenſam; ſed hic Philoſophus deſinit, & incipit Theologus. Vel dicatur, ꝙ ad Theologum ſpectat inueſtigare de peccato ut eſt offenſa Dei, undecumq; oriatur, uel ex præuaricatione cæleſtiũ mandatorum, quæ in lege naturali continentur, uel ex tranſgreſſione legis ſupernaturalis, quã philoſophus dignoſcere non poteſt. Et quamquam hæc argumentatio ualida ſit; Homo peccat contra legem naturalẽ, & cõtra regulam rectæ rationis. ergo eſt contra finem ſupernaturalem ſuppoſito quod Deus ordinauerit hominem ad finẽ ſupernaturalem. philoſophus tamen qui hoc non cognoſcit (ſolum enim habetur ex diuina reuelatione) non poteſt comprehendere, quomodo peccatum ſit contra finem ſupernaturalem.

Ad argument. in contrarium. ad primum.

Ad ſecundum dicendum, peccatum nõ ideo eſſe contra Deum, uel offenſiuum Dei, quod aliquid deſtruat, aut tollat ex Deo; ſicut aqua frigida deſtruit calorẽ immittendo frigiditatẽ contrariam: ſed dicitur pctm̃ eſſe offenſa Dei obiectiue, & ex affectu; quia peccator, quantũ eſt de ſe, affectu ſuo expreſſe, vel ſubintellecte uellet nõ eſſe Deũ: nã peccãs mortale pctm̃ conſtituit ultimũ finẽ in creatura: & cum non poſſint eſſe duo ultimi fines, ex conſequenti vult Deum non eſſe ultimum finem. Et in hoc dicitur offendere Deum, auferẽdo illi ſuũ honorem debitum, ac amorem, quamuis ipſi Deo nihil mali accidat, quia de ſua natura eſt immutabilis, & æterna beatitudo. Quando autem aliquis peccat ex odio Dei, tunc diſtinctius apparet, quomodo uelit Deum non eſſe. Certe peccator dicitur Deum offendere, quia præuaricando eius mandata, obedientiæ debitum ei denegat.

ad ſecundum. Peccatum quare dicatur Deum offendere.

Ad tertium dico, non eſſe ſimilem rationem de eo qđ aduerſatur naturæ ſenſitiuæ, & de eo quod aduerſatur regulæ rectæ rationis. Nam alia mala quæ non aduerſantur prædictæ regulæ, poſſunt ordinari ad Deum ut ad finem ultimum, & ſic poſſunt eſſe a Deo uolita: ſunt enim bona ſimpliciter, licet ſint mala ſecundum quid: peccatum uero quod contrariatur rationi rectæ, eſt etiam contra ultimum finẽ, qui eſt æterna regula; cui regula humanæ rõnis ſubordinatur, per quam hõ factus eſt ad imaginem & & ſimilitudinem Dei. Natura uero ſenſitiua non aduerſatur ultimo fini, etſi deficiat in ſua operatione, quia talis defectus ordinabilis eſt in ultimum finem. Hæc eſt lõga & prolixa huius argumenti confutatio. breuior eſt, quod qui peccat contra regulam rationis rectæ, peccat contra legem naturalem, quam Deus mentibus noſtris impreſſit: quare diſcrepat, & auertitur a lege diuina, & ſic offendit Deum: ſed cæcitas, aut ſurditas, licet contrariantur potentijs ſenſitiuis, non tamen opponuntur legi diuinæ.

ad tertium.

Ad quartum argumentum ex eiſdem documentis reſpondendum eſt, rectam eſſe ratiocinationem, Peccatum eſt contra regulam humanæ rationis: ergo eſt Dei offenſa. ipſa. n. recta ratio eſt conformis regulæ diuinæ, & fini ultimo qui eſt Deus: quapropter ſi eſt deuiatio a regula rectæ rationis, euidẽter colligitur quod eſt auerſio, & deuiatio a lege æterna, quæ in mente diuina conſiſtit.

ad ultimum.

QVAEST. LXXII.

De diſtinctione peccatorum, in nouem articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum peccata diſtinguantur ſecundum ſpeciem ex obiectis.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio. Nam ad rationem peccati duo cõcurrũt uidelicet, actus voluntatis, & inordinatio, q̃ eſt p receſſum a lege Dei. Sed primum comparatur p ſe ad peccanté, qui intendit exercere talem actum uoluntariũ in tali materia: inordinatio autem per accidens ſe hẽt ad intentionem peccantis, quia nullus intendens ad malum operatur. Quare unũquodq; ſpeciem conſequitur ſecundum illud quod eſt per ſe, & & non ſecundum id quod eſt per accidens cum ea quæ per accidens ſunt, extra rationẽ ſpeciei ſint. Vnde peccata ſpecie diſtinguuntur ex parte actuum uolũtatis, magis q̃ ex parte inordinationis exſiſtentis in peccato: ſed actus uoluntarii diſtinguuntur ſpecie ſecundũ obiecta ergo peccata ſic ꝓprie diſtinguuntur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

In explicationem huius articuli intelligendũ eſt, ꝙ peccata ex triplici cauſa diſtingui poſſunt Primũ ex parte auerſionis, & hoc modo diſtinguit peccata Scotus in 2. diſt. 35. q. 2. Nam ut exiſtimat Scotus, auerſio eſt ratio formalis peccati: ideo. n. eſt peccatũ, quia eſt cõtra legẽ Dei; ſpecies aũt ex formali rõne, & non ex materiali deſumi debet: unde comedere carnes ouilas, & bouilias, eſt peccatũ eiuſdẽ ſpeciei, quia eſt contra unũ præceptũ, & eodẽ mõ a lege Dei auertit.

Tripliciter poſſunt peccata diſtingui.

Hoc

Hoc ipſum confirmat. Nam peccatum habet ſpeciem naturalem ex parte conuerſionis: ergo moralem, & culpabilem habet ex parte auerſionis. Sed & contra probationem D. Tho. ſic arguit. Ratio D. Tho. eſt ꝙ conuerſio per ſe intenditur, & ideo dat ſpeciem. Contra, inquit Scotus: nã peccatum non habet rationem offenſæ & culpæ, quia intenditur, ſed quia prohibetur. Sane ex hoc ꝙ intenditur, ſolum habetur quod ſit voluntarium: voluntarium autem non complet rationem peccati; immo eſt indifferens ad bonũ & ad malum. Itaq; vt ſummatim ſententiam Scoti comprehendamus, peccatum (inquit Scotus) ſolum eſt priuatio boni formaliter loquendo. quod ipſe probat hoc argumento. Nam agens inferius tenetur ſe conformare regulæ ſuperioris; ꝙ ſi non ſe conformat, peccatum eſt. Actus (inquit) qui eſt in poteſtate diſcordantis, non eſt formaliter peccatum, quia ſi ille actus eſſet regulæ conformis, nõ eſſet peccatũ: ergo in illo actu ratio peccati præciſe in hoc conſiſtit, ꝙ ſit a regula deuiatio. Et declarat cuius boni ſit priuatio, & cuius rectitudinis, & dicit: Hæc priuatio oportet, vt opponatur illi bono, vel rectitudini, tamquam priuatio habitui: nõ autem opponitur rectitudini quæ ineſt, nec ei quæ futura eſt; ſed quæ debet ineſſe: & omnino arbitror eum intelligere, quod eſt priuatio actus oppoſiti, vt actus intemperantiæ eſt priuatio actus temperantiæ. De diſtinctione vero peccatorum dicit aperte, quod cum priuationes diſtinguantur ſpecie ex diſtinctione habituum ſpecifica, peccata diſtinguuntur formaliter ex diſtinctione talium rectitudinum. Itaque diſtinguuntur peccata p comparationem ad aliam & aliam rectitudinem ſpecie, q deberet ineſſe diuerſis actibus; vt peccatum intemperantiæ diſtinguitur ſpecie a peccato iniuſtitiæ; quia illud priuat rectitudine temperantiæ; iſtud vero rectitudine iuſtitiæ: quæ duæ rectitudines ſpecie diſtinguuntur. Et conſequenter dicit, ꝙ illud peccatum eſt grauius, quod opponitur rectitudini meliori.

Hæc opinio Scoti confutatur euidentibus argumentis a Domino Caietano. In primis ſequitur ex hac opinione, quod actus auaritiæ, & prodigalitatis, & omnia peccata quæ aduerſantur eidem virtuti, eſſent eiuſdem ſpeciei: quia priuant eodem bono, & eadem virtute; ſicut cæcitas Petri ac Pauli ſunt eiuſdem ſpeciei; quia priuant eadem perfectione.

Rurſus ſequitur, homicidium, adulterium, furtum eſſe eiuſdem ſpeciei; priuant enim eadem rectitudine virtutis.

Præterea, peccata omiſſionis diſtinguuntur ex actibus quibus priuant: ergo peccata commiſſionis ex eiſdem nõ diſtinguuntur: alio enim modo diſtinguuntur peccata omiſſionis, & commiſſionis. Iam vero peccatum (vt in ſuperiori articulo dictum eſt) eſt aliquid poſitiuum, & non priuatiuum: ergo non conſtituitur, neque diſtinguitur ex priuatione, ſed ex obiecto contrario bono rationis. Certe de habitu iniuſtitiæ euidens eſt, & exploratum, quod priuatio non ſit, ſed qualitas vitioſa noſtris actibus comparata: idem de ebrietate cenſendum. Ratio autem D. Tho. in articulo hoc ipſum oſtendit; quia in moralibus ſpecies ſumitur ab eo, quod intenditur: vnde ſi quis bibat vinum alienum ex delectatione, intemperatus eſt; ſi ex auaritia, auarus; ſi vt rapiat aliena, iniuſtus: auerſio vero & deuiatio a regula eſt præter intentionem: ergo ex obiectis, non ex priuatione peccata diſtinguuntur. Sane ſicut ſupra dictum eſt in materia de circumſtantijs, quod circumſtantiæ dant malitiam, non actui, ſed obiecto, & actus capiunt totam bonitatem, vel malitiam ex obiecto: ita lex quidem facit obiectum eſſe malum, & prohibitum; & ſic actus accipit malitiam, & ſpeciem ex obiecto.

Secundus modus diſtinguendi peccata eſt penes diuerſa præcepta quibus aduerſantur. Itaque furtum, & homicidium diſtinguuntur ſpecie, quoniam diuerſis præceptis aduerſantur. Iſtum modum dicendi demonſtrat eſſe falſum D. Thom. hic artic. 6. ad 2. Nam accidit quod diuerſa peccata vno aut diuerſis præceptis prohibeantur: ſi enim eſſet vnum tantum præceptum, ne quis iniuſtitiam faceret, adhuc eſſent diſtincta peccata, homicidium, & adulterium. Rurſus, qui furatur, peccat contra legem naturalẽ, ſcriptam, & humanam; & tamen non peccat niſi vnũ peccatum: ergo peccata non diſtinguuntur ex diuerſis præceptis. Iam vero Eccleſia non poteſt facere, quod non audire miſſam, & non ſeruare ieiunium non ſint diſtincta peccata; immo Deus non poteſt facere quod homicidium, & adulterium non differant ſpecie, ſicut non poteſt efficere quod homo, & equus non differant ſpecie: ergo ſignum eſt, ꝙ diſtinguuntur hæc peccata ex natura rei, & obiecto, & non ex præcepto. Itaque Eccleſia per ſuam prohibitionem poteſt efficere quod ſit peccatum; ſed quod ſit huius, aut alterius ſpeciei, hoc ex natura rei expendendum eſt. Præterea, actus interior & exterior ſunt eiuſdem ſpeciei, & tamen in Decalogo in diuerſis præceptis prohibentur. An vero quando actus interdicitur in diuerſis præceptis, ſit in eius tranſgreſſione multiplex peccatum, quæſtio difficilis eſt, quæ habet propriam ſedem in materia de voto.

Tertius modus diſtinguendi peccata eſt penes diuerſa obiecta: & hic eſt veriſſimus. Nam peccata non diſtinguũtur per accidens, ſed per ea quæ ſunt per ſe: in peccato vero, auerſio, & priuatio eſt præter intentionem operantis; conuerſio vero ad obiectum, per ſe: ergo peccata diſtinguuntur penes obiecta. Secundo, peccatum vndique eſt voluntarium; auerſio non eſt voluntaria, ſed tantum conuerſio ad bonum commutabile. Tertio, grauitas peccatorum præcipue ſumitur ex obiecto; ergo ſpecies peccatorum ex obiecto ſumenda eſt.

Sed eſt dubium; cum in peccato ſint duæ deformitates; vna priuatiua, quæ eſt auerſio; alia poſitiua, quæ eſt conuerſio; vtra eſt magis intima, & eſſentialis peccato? In huius rei expoſitionem eſt primum aſſertum.

Auerſio & deuiatio a regula eſt de ratione peccati. Hoc ita eſſe probatur his argumentis. In primis, de ratione & eſſentia peccati eſt, quod ſit malum: at de ratione mali eſt priuatio boni. Peccare certe, & male facere, eſt deficere; deficere vero eſt a regula aberrare. Deinde, de ratione & eſſentia peccati eſt actus inordinatus; at actus inordinatus intelligi nequit ſine deuiatione, & obliquitate a regula: ergo de ratione peccati eſt auerſio, & deuiatio.

Secundum aſſertum. De ratione & eſſentia peccati (loquor de peccato commiſſionis) eſt conuerſio ad bonum commutabile, contrarium bono rationis. Hoc liquido cõſtat ex definitione peccati: ſic enim definitur peccatum, ꝙ ſit dictum, vel factum, vel concupitum cõtra legem Dei. Præterea, peccatum eſt actus voluntarius ex omni parte: ergo de ratione eius eſt, quod feratur voluntas in aliquod obiectum.

Tertium aſſertum. Conuerſio ad obiectum contrarium bono rationis, eſt magis eſſentialis peccato, quã auerſio, & deuiatio a regula. Etenim, ſi vera eſt doctrina ſuperius tradita, conuerſio tribuit ſpeciem peccato, non auerſio. Hoc ipſum confirmatur: nam ex eo ꝙ actus humanus ſit contra legem, & contra virtutem, ſubſequitur auerſio a Deo, & priuatio boni: ergo cõuerſio eſt magis intima peccato; auerſio vero conſequitur: ſicut magis eſt intimũ calori, ꝙ ſit contra frigiditatem, quam ꝙ frigiditate priuet. Quartum aſſertum. Quando apud S. Tho. inuenitur, ꝙ auerſio eſt formale in peccato, prout videtur dicere in 1. 2. q. 10. artic. 3. non eſt ſenſus quod auerſio tribuat ſpeciem formalem peccato; ſed ꝙ eſt vltimum quod eſt in peccato, & veluti complementum peccati. Quintum aſſertum. Peccatum in ſua ratione integra, & perfecta includit conuerſionem, & auerſionem: nam includit actum humanũ circa obiectum non conuenientẽ legi, aut regulæ. quapropter nec eſt bonum neque a Deo procedit.

D. Th. — Scotus. — Argumentum Scoti. — Impugnatur tribus argumentis. — Alia ratio diſtinguendi peccata. D. Th. — Tertius modus diſtinguendi peccata. — Quæ nam deformitas ſit eſſentialior peccato, priuatiua, an poſitiua. — De ratione peccati eſt auerſio. — De ratione peccati commiſſionis eſt conuerſio ad bonum commutabile. — Eſſentialior eſt conuerſio quã auerſio. — Exponuntur quædam ſententiæ D. Th. — Peccatum includit auerſionem, et conuerſionem.

EXPLICATIO ARTIC.

Greg. li. 31. mora. c. 31.
Vtrum in Angelis poſſint eſſe peccata carnalia.

DE quæſtione huius articuli videndus eſt D. Greg. cuius eſt illa ſententia; quod de ſeptem vitijs capitalibus, quinque ſunt ſpiritualia, & duo carnalia. Sed illud habet dubitationem ī hoc articulo; Nū in Angelis poſſint eſſe peccata carnalia. Pro parte affirmatiua hæc ſunt argumenta. In primis, D. Ambroſ. tradere videtur, ꝙ Gigantes, qui diluuium præceſſerūt, fuerint ex Angelorum & mulierum cōcubitu procreati; & in li. 1. de uirginibus, non longe a fine, indicat cauſſam Angelicæ ruinæ fuiſſe, quod Angeli cū mulieribus turpiter coierint. Ab hac Ambroſiana ſnīa non admodum abhorret D. Chryſoſt. cum inquit, Mulier non ſolum homines, ſed etiam Angelos de cælo proſtrauit. Idem docet Philo in libro de Gigant. Lactan. de hac re ſic loquitur; Cum ergo numerus hominum cœpiſſet increſcere, prouidens Deus ne fraudibus ſuis diabolus, cui ab initio terræ dederat poteſtatem, vel corrumperet, vel diſperderet homines quos in exordio fecerat, miſit Angelos ad tutelam cultumq; generis humani: quibus præcepit ante omnia, ne terræ contagione maculati, ſubſtantiæ cœleſtis amitterent dignitatem. Itaq; illos cum hominibus commorantes, Dominator ille terræ fallaciſſimus, conſuetudine ipſa ad vitia pellexit, & mulierum congreſſibus inquinauit: ꝓp quod peccatū ceciderunt in terrā. Idē docet Iuſtinus Martyr in Apologia ad Senatum Romanum, & in Apologia ad Antonium Pium: & Clemens Alexandrinus clariſſime ſcribit, Angelos peccaſſe cum feminis. His ſubſcribit Tertul. dicens; Angeli ad filias hominum ruerunt de cælo, & poſt libidinum vaporata momenta, cælum ſuſpirabant. In eandem ſ..iam explicat Euſebius illud Gene. ca. 6. Videntes filij Dei filias hominum, ꝙ eſſent pulchræ, ſumſerunt ſibi vxores. Neque deſunt hoc loco argumenta ex diuina Theologia. Nam in Angelis poteſt eſſe virtus temperantiæ, quæ verſatur circa delectationes guſtus & tactus: ergo in Angelis poſſunt eſſe peccata intemperantiæ, vt luxuria & gula, ad quæ compeſcenda virtus temperantiæ eſt neceſſaria. Antecedens probatur; tū, quia Angelus poteſt mihi conſiderare bonum temperantiæ, & hoc deſiderium pertinet ad virtutem temperantiæ: ego enim virtute temperantiæ deſidero mihi bonum temperantiæ: tum vero, quoniam Angelus propoſito ſibi per intellectum obiecto temperantiæ, recte obliget quid ſibi eſſet faciendum, ſi ſibi delectationes carnis competerent. ergo in Angelo poteſt eſſe virtus temperantiæ. ex huiuſmodi enim actibus frequentatis generabitur habitus. tum tertio, quoniam actus conditionatus ſufficit ad virtutem, & ad vitium, at Angelus poteſt habere actus conditionatos in materia temperantiæ, & intemperantiæ, vt de ſe patet: poteſt enim deliberare quid faciendum eſſet, ſi delectationes carnis ſibi competerent, & in hac deliberatione recte ac praue eligere. ergo in Angelo poſſunt eſſe peccata carnalia. Maior huius argumenti ſic oſtenditur.

Primum argu. Amb. lib. 1. de Noe, & arca. c. 4.
Conclusio.
Chryſo. Homi. 1. in feſto decolationis Ioan. Bapt.
Philo, Lact. lib. 2. diuinarum inſtitu. c. 15.
Iuſtinus.
Clemens in 3. & 5. volumine ſtromatum.
Tertul. li. de habitu mulierum.
Euſeb. lib. 5. de præparatio. Euang. cap. 4.
Prima ratio.

Nam in primo parente ante lapſum fuit vera virtus pœnitentiæ, qui tantummodo habuit hunc actum conditionatum; ſi contingat peccare, ex nunc doleo; vel vellem dolere de peccatis. Quod vero actus conditionatus expoſtulet virtutem, patet. Nam eſt difficilis: vt ergo prompte, & delectabiliter fiat, neceſſaria erit virtus. Secunda ratio hæc eſt. Nam in quemcumq; cadit delectatio alicuius peccati, poteſt cadere peccatum illud: ſed dæmones etiam delectantur in obſcœnitatibus carnalibus, vt Aug. docet: ergo in dæmonibus etiam peccata carnalia eſſe poſſunt.

Secunda ratio.
Aug. 4. de ci. Dei.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum cōuenienter diſtinguantur peccata ſpiritualia a carnalibus.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmans eſt concluſio. Conſiſtit enim peccatū in appetitione alicuius commutabilis boni, quod inordinate appetitur; & eo habito, aliqs inordinate delectatur. At delectatio duplex eſt; vna animalis, quæ conſumatur in ſola apprehenſione alicuius rei ad votū habitę: vt cum aliquis in laude, vel in honoribus delectatur: & hęc ſpiritualis eſt; alia eſt corporalis, aut naturalis, quę in tactu corporali perficitur; & hęc delectatio carnalis nuncupatur. Itaque cum peccata ex obiectis diſtinguantur, & in ſpecie conſtituantur, aliqua dicuntur ſpiritualia, quæ in delectatione ſpirituali perficiuntur; alia vero carnalia, vt gula, & luxuria, quæ in delectatione carnali perficiuntur.

Duplex delectatio

In explicationē huius quæſtionis nō eſt neceſſe explicari a nobis, qđ nam fuit peccatū Angelorum: an ne ſuperbia, vel inuidia, an potiꝰ luxuria quædam ſpiritualis, ſicut arbitratur Sco. in 2. di. 6. q. vltima. Sed tātum demonſtremus, quemadmodum peccata carnalia in Angelis eſſe non poſſunt. Cōſtituimus ergo tres concluſiones.

Scot.

Prima concluſio. Omnia peccata poſſunt eſſe in Angelis ſecundū reatum. Nam dum homines ad omnia peccata adducunt, omnium peccatorum reatum incurrunt; non. n. ſolum conſentiunt facientibus, ſed inducunt, & ſollicitant ad faciendum. Secunda concluſio. In Angelis peccata carnalia ſecundum affectum eſſe non poſſunt. Nam ſolum illa peccata in Angelis malis eſſe poſſunt, ad quæ contingit affici ſpiritualem naturam: ſpiritualem aūt naturā affici non cōtingit ad bona, quæ ſunt propria corporis, ſed ad ea q̄ in rebus ſpiritualib. inueniri poſſunt: nihil. n. afficitur niſi ad id qđ naturæ ſuæ poteſt eſſe quodammodo conueniens. Certe Chryſo. docet non ſolum abſurdum, ſed etiam impoſſibile eſſe, vt improbi Angeli cum feminis coitū exerceant. & Caſſianus ſic ſcribit, Nullo modo credendum eſt, ſpirituales naturas cum feminis coire poſſe. Conſimilem vim habent quæ Philaſtrius, cap. 108. aduerſus hæreſes in hunc modum recenſet, Alia hæreſis eſt quæ de Gigantib. aſſerit, ꝙ Angeli miſcuerūt ſe cum feminis ante diluuiū; & inde natos eſſe Gigantes. Neq; ab his abhorrēt quæ Cyrillus Alexandriæ Epiſcopus in eandem fere ſnīam diſſeruit lib. 3. Allegoriarū in Geneſin, ſtatim a principio. His accedit auctoritas Concilij Ancyrani, deteſtantis inſanam opinionem quarundam veneficarum mulierum, aſſerentium ſe longa per ſpatia ab ſpiritibus noctu deduci ad loca quædam, vbi cum dæmonibus indulgeant varijs voluptatibus, & epulis, & libidinibus. Tertia concluſio. Nulla ratione negari poteſt dæmones in aſſumtis corporibus cum mulieribus coire poſſe. Id enim aſſerit magna aſſeueratione D. Aug. his verbis; Apparuiſſe hominibus Angelos in talibus corporibus, quæ non ſolum videri, verum ēt tangi poſſent, veriſſime ſacra Scriptura teſtatur. Et qm̄ creberrima fama eſt, multoſq; ſe expertos, vel ab his qui experti eſſent (de quorum fide dubitandum non eſt) audiſſe confirmant, Syluanos, & Faunos, quos vulgo Incubos vocant, improbos ſæpe mulieribus extitiſſe, & earum appetiſſe, & peregiſſe concubitum: & quoſdam dæmones, quos Duſios Galli vocant, hanc aſſidue immunditiam, & tentare, & efficere: pluresq; tales aſſeuerant, vt hoc negare impudentiæ videatur. Exſtat & Innoc. Papæ viij. decretalis epiſt. aduerſus maleficarum mulierum hæreſim, in qua hæc verba leguntur. Non ſine ingenti moleſtia ad noſtrum peruenit auditum, complures vtriuſque ſexus perſonas, propriæ ſalutis immemores, & a fide Catholica deuiantes, cum dæmonibus incubis ac ſuccubis abuti. Quapropter ne labes huius hæreticæ prauitatis in perniciē animarum ſua venena diffundat, ſtatuimus, vt Inquiſit. per nos deputati, debitū inquiſitionis officiū in hmōi pſonas exequātur. Hęc eſt Aug. & Inn. & totius Eccleſiæ inuiolata determinatio, a qua diſcordare nulla rōne licitū eſt.

Peccata omnia poſſunt eſſe in Angelis quo ad reatum.
Peccata carnalia nō poſſunt eſſe in Angelis ſecundum affectū.
Chryſoſt. Homil. 22. in Gene.
Caſſianus col. 8. cap. 21.
Philaſtrius.
Cyrillus.
Conci. Ancyranum.
Dæmones in aſſumptis corporibus cum mulieribus coire poſſunt.
Aug. li. 15. de ciui. Dei.
Innoce.

Propter

Sanctorum dicta exponuntur;

Propter quod qñ Sancti Patres in ſecunda concluſione cõmemorati, aſſerunt dæmones non poſſe cum feminis coire, intelligunt non poſſe coire cum feminis animalium naturalium more, hoc eſt, ſemen de ſua ſubſtã tia mittendo, aut delectationes carnis percipiendo: hoc enim fieri nõ poteſt, cum ſint incorporeæ, & ſpirituales ſubſtã tię: alioqui (vt inquit Auguſt.) dę- mones non ſolũ cum mulieribus coire poſſunt, ſed etiam filios vere homines generare: nõ virtute proprii ſeminis, quod nullum ex ſe ipſis habet: ſed ope alicui⁹ hominis, quod ipſi maritibus turpiter ſuccubantes excepe runt, exceptumque feminis incubantes inſundunt: ita (vt Aug. 3. de Trinit. ait) diſponente Deo, ne ſit ille qui naſcitur filius dæmonis, ſed filius illius hoīs a quo eſt ſemẽ acceptũ.

Auguſt.

Cõcluſio:

Argumenta diluuntur.

His rebus expoſitis, facile confutantur argumẽta, quæ in principio ſunt poſita. Nam ad Sanctorum Patrum teſtimonia dicendum eſt: Sanctos Patres, per Angelos nõ intellexiſſe ſubſtantias ſpirituales, ſed viros illuſtres, & veros Dei cultores, ex ſancta ſtirpe Seth deſcendentes: quos quia in eam diem in cultu veri Dei permanſerãt atq; fide, Moyſes bene, Eloim, hoc eſt filios Dei appellauit. Septuaginta interpretũ vetuſtior editio, Angelos Dei nuncupauit, quam in 15 de ciuita. Dei c. 23. expoſuit Aug. Eandem expoſitionem amplectitur Aug in hunc modum. Quæritur, quo modo potuerunt Angeli cum filiabus concumbere, vnde Gigantes nati eſſe perhibentur? quamuis nonnulli & Latini, & Græci codices, non Angelos habeant, ſed filios Dei. Quos quidem, ad ſoluendam hanc quæſtionem, iuſtos homines fuiſſe crediderunt: quoniam potuerunt etiam Angelorum nomine nuncupari: nam de homine Ioanne ſcriptum eſt Ecce ego mitto Angelum meum. Vnde credibilius eſt, homines iuſtos appellatos eſſe Angelos, vel filios Dei, quam Angelos carnem non habentes vſque ad illud peccatum deſcendere potuiſſe: quamuis de quibuſdam dæmonibus qui ſunt improbi mulieribus, a multis tam multa dicantur, ut non facilis ſit de hac re definienda ſententia.

Expoſitio ſeptuaginta interpretum. Aug. in q ſuper Gen. q. 3

Ad primum rationem. In Angelis non poteſt eſſe tẽperantię virtus,

Ad alias rationes ex diuina Theologia adductas ad primam ſic reſpondeo, ut negem omnino in Angelis poſſe reperiri temperantiæ virtutem. Et ad primam probationem facile reſpondetur, quod talis actus deſiderij non pertinet ad temperantiam, ſed ad amicitiam & dilectionem, qua bonum nobis deſiderant. Ad ſecundam probationem dico, quod actus conditionati non pertinent ad virtutem temperantiæ, quamquam bonitatem habere videantur: ſicut pauper per hoc quod vellet, ſi poſſet, magnificos ſumptus facere, numquam erit magnificus. Certe experientia docet, quod per actus cõditionatos non comparantur virtutes, nec efficiuntur homines ſtudioſi: ſed per abſolutos, & efficaces, & exercitos in materia virtutũ: alioquin homines ſomniantes per ſomnia & imaginationes de rebus bellicis acquirerent fortitudinem. Tertia probatio eodem modo refellitur: dicendum namq; eſt, quod actus conditionatus & imperfectus in eo qui poteſt habere exercitium actus, reducitur ad eandem ſpeciem virtutis; ſed in eo qui non poteſt habere exercitium actus perfecti, non reducitur ad eandem ſpeciem.

Ad ſecundam rationem dicendum eſt, efficaciter probare, quod in Angelis malis poſſunt eſſe omnia peccata, quãtum ad reatum, prout expoſitum eſt. Inſuper dicendum eſt, quod dę mones non delectantur in obſcę nitatibus carnalibus, quaſi ipſi afficiantur carnalibus delectationibus, ſed hoc totum ex inuidia procedit, quod in peccatis hominum quibuſcũque delectantur, in quantum ſunt impedimenta humani boni. Sed de hoc dictum eſt ſatis.

Ad ſecundã rationem.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum peccata diſtinguantur ſpecie ſecundum cauſſas,

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ſic habet. Nõ differũt peccata ſpecie ſecundum diuerſas cauſſas actiuas, vel motiuas, ſed ſecundum diuerſitatẽ cauſſæ finalis, quæ eſt obiectum volũtatis: nam ex quattuor cauſſis, formalis & materialis reſpiciunt proprie ſubſtantiam rei: vnde ſubſtãtiæ ſecundum formam & materiam, ſpecie & genere diſtinguuntur: agens vero & finalis reſpiciunt directe motum, & operationem; quare motus & operationes ſpecie diſtinguuntur ſecundum huiuſmodi cauſſas: ſed non eodem modo: quia principia actiua naturalia ſunt ſemper determinata ad vnum, & ad eoſdem actus, cum agant ex neceſſitate naturæ, ut calor in igne: & propter id motus & actiones naturales diuerſificantur non ſolum ex parte cauſæ finalis, ſed etiam ex parte efficientis, id eſt, actiui principij. Sed principia actiua in actibus uoluntariis, cuiuſmodi ſunt actus peccatorum, non ſe habent ex neceſſitate ad unum; & ideo ex uno principio actiuo, uel motiuo poſſunt procedere diuerſę ſpecies peccatorum: vt ſi homo furetur, uel occidat, uel deſerat gregem ſibi commiſſum ex timore male humiliante, uel ex amore male inflãmante. Vnde patet peccata non differre ſpecie ſecundum diuerſas cauſas actiuas, uel motiuas: eiuſdem enim ſpeciei eſt homicidium perpetratum ex timore male humiliante, & ex amore male inflammante: & ab eadem cauſa motiua procedere poſſunt peccata ſpecie diuerſa. Relinquitur ergo, quod ſolum ſecundum diuerſitatẽ cãæ finalis peccata diſtinguãtur ſpecie: finis enim eſt obiectũ uolũtatis; & actus humanus ex fine ſpeciem habet.

EXPLICATIO ARTICVLI.

In hoc articulo docet D. Tho. propemodum ad finem articuli, quod quemadmodum peccatum conuenienter diuiditur in peccatum, in Deum, & in ſeipſum, & in proximum; ſic vniuerſæ virtutes quibus peccata opponuntur, ſecundum hanc differentiam diſtribuuntur. Manifeſtum enim eſt ex dictis, quod virtutibus Teologicis homo ordinatur ad Deũ; temperantia & fortitudine ad ſeipſum; iuſtitia vero ad proximum. Itaq, tunc erit homo vniuerſis virtutibus ornatus, cum recte ſe habuerit ad Deum, ad ſeipſum, & ad proximum. Quod luculenter expreſſit Michęas. 6 ſuæ prophetiæ, cum dicit: Oſtendam tibi quid Dominus requirat a te: Vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare coram Domino Deo tuo. Primum pertinet ad ſeipſum; ſecundum ad proximũ; tertium ad Deum.

Michea. 6

Motiuum peccandi al quando concurrit efficiēter, ali quando tranſit in obiecti rationem.

Vtrum diuiſio peccati in mortale & ueniale ſit ſpecifica.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quæſtio præcipua in hoc articulo eſt Nū diuiſio peccati in mortale & veniale, ſit ſpecifica, ex eo, ꝙ peccatum mortale inducit reatū æternæ pœnæ; veniale vero temporariæ: reatus vero eſt obligatio ad pœnam De hac quæſtione diſputant Doctores in 2. diſtin ctio. 42. Alij. 35. alij 21. & in 4. di ſtin 21. Pro explicatione eſt prima concluſio.

Equites Cruciferi.

Peccatum mortale & ueniale non differunt eſſentialiter ex obligatione ad diuerſam pœnam.

Peccatū mortale & veniale nō differunt eſſentialiter, ex eo quod mortale obliget ad pœnam æternam, veniale ad temporalem. Nā licet Deus non ſtatuiſſet pro peccatis ſupplicia, adhuc eſſent peccata mortalia & venialia ex natura rei. Secundo, q ſunt dānati, quotidie prolabūtur in culpam nouā; at non incidunt in nouam pœnā: ergo peccatū nō eſt obligatio ad pœnam. Tertio, quando quis per veram contritionem dolet de peccatis, remittitur illi omnis culpa; non tamen remittitur ei omnis pœna, vt plane dicit ſcriptura: ergo peccatum aliud eſt quam obligatio ad pœnam

Cōcluſio.

Secunda concluſio. Peccatum mortale & veniale nō diſtinguū tur ex eo, quod mortale ſit dignū ſupplicio æterno; veniale temporali: nam prius eſt, ꝙ committamus peccatum, quam ꝙ ſimus digni pœna: ex eo enim ſumus digni ſupplicio, quia peccauimus: quemadmodū præterea ſumus digni præ-

Sed eſt notandum cum Domino Caiet. hic, quod motiuum ad peccandum aliqñ concurrit efficienter tantum; aliquādo uero tranſit in rationem obiecti.

Primo modo non dat nouam ſpeciem; ſed altero modo, nouam tribuit. v. g. fornicatur mulier ex amore tātum, tamquam ex motiuo; non peccat, niſi vnum peccatum: ſed ſi fornicatur cum laico, ut non perdat amicum clericum; quoniam illud motiuum tranſit in rationem finis, mutatur illa ſpecies, & non tantum eſt fornicatio; ſed ſacrilegium. Quæ doctrina notanda eſt pro uoto, quod emittunt Equites Cruciferi, quod a pleriſque dubitatur, utrum ſit uerum votum, & ualeat coram Deo. Ratio dubij eſt: nam prædicti faciunt uotum religionis propter locupletiſsimos reditus, & propter uitam delicate tranſigendam. Reſpondetur, quod ſi illud motiuum concurrit tantum efficienter, & non tranſit in rationem finis, uerum eſt uotum, & ualidum coram Deo: ceterum ſi tranſit in rationem finis, non eſt uotum. Sed de hoc in materia de uoto.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum peccatum conuenienter diſtinguatur in peccatum in Deum, in ſeipſum, & in proximum.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio. Nam triplex ordo in homine inuenitur. Vnus ſecundum comparationem ad regulam rationis æternæ; & eſt reſpectu illorum, quæ ſoli Deo debentur: & qui in talibus peccant, contra Deum peccare cenſentur, ut infidelis, hæreticus, ſacrilegus, & blaſphemus. Alius eſt per comparationē ad actus noſtros, quorum menſura, & regula eſt ratio, quæ dupliciter regulat hominem, uidelicet in ordine ad ſeipſum, & per cōparationem ad alium.

Qui ergo peccat contra primum ordinem, tunc contra ſeipſum peccat, ut guloſus, luxurioſus, & ebrius; quando uero peccat contra ordinem rationis ad alium, tunc peccat contra proximum, ſicut facit fur, & homicida, & omnis iniuſtus; quia iuſtitia proprie eſt ad alium.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum peccata diſtinguantur ſpecie ſecundum reatum pœnæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans. Id enim, quod eſt per accidens, numquam conſtituit rationem ſpeciei; id uero quod eſt præter intentionem agentis, eſt per accidens in actibus humanis. Cum igitur pœna ſit præter intentionem peccantis, ideo per accidens ſe habet ad peccatum ex parte ipſius peccantis: ordinatur enim ad peccatum ab exteriori, uidelicet a iuſtitia iudicante, quæ ſecundum diuerſas conditiones peccatorum diuerſas pœnas infligit. Vnde differentia, quæ eſt ex diuerſo reatu pœnæ, poteſt conſequi diuerſam peccatorum ſpeciem; non tamen conſtituit diuerſitatem ſpeciei, ſed nonnumquam conſequitur diuerſitatem ſpeciei. Ad eundem modum dicendum eſt, quod diſtinctio peccati per ueniale, & mortale; non conſtituit diuerſitatem ſpeciei; ſed nonnumquam cōſequitur diuerſitatem ſpeciei: nam ſequitur inordinationem actus mali, quæ eſt formale in ratione peccati. Cum enim auerſio eſt ab ultimo fine, qui eſt principium totius uitæ, & ordinis, tunc mortale peccatum eſt: ſi citra ultimum finem deordinatio ſit, tunc tantum ueniale peccatum eſt.

mio, quia opera ſtudioſa fecimus. Secundo, ut ſe notum eſt, quod actus inordinatus ſit peccatum non per ſe noti, quod peccatum ſit dignum ſupplicio, aut præmio coram Deo: ergo peccatū nō bene declaratur per hoc, quod ſit dignum ſupplicio.

Veniale peccatū & mortale non differunt quia unum eſt contra finem aliud contra medium.

Tertia concluſio Hæc peccata non diſtinguuntur ex eo quod mortale ſit contra finem: veniale contra medium: quod quidā Theologi male colligunt ex litera huius articuli. Probatur: nam peccata mortalia ſunt contra finē & contra media; etiam venialia: ergo, non diſtinguuntur ex hoc. Probatur antecedens: nam fornicatio eſt contra media: & infidelitas contra finē; mēdacium quod eſt veniale, eſt cōtra medium; motus nō plene deliberatus infidelitatis eſt contra finem, & eſt tantum veniale.

Cōcluſio.

Impugnatur. Scot.

Quarta concluſio Hæc peccata non diſtinguuntur eſſentialiter, ex eo quod mortale ſit contra præceptum; veniale contra conſilium. In quo fallitur Scotus in ſecundo diſtinctione 21. quæſtio. prima. Nam ducere vxorem, eſt contra conſilium Virginitatis, dicente Paulo: De Virginibus præceptum Domini non habeo: Conſilium autem do &c Ducere autem vxorem, nullum eſt peccatum, Præterea, mendacium iocoſum eſt veniale, cum ſit cōtra præceptum: ergo. 1. Cor. 7.

Sed

cõtra legẽ cõmittuntur: tũ formaliter ꝓ præuaricatione.

Argum pro ſententia Scoti.

Sed pro ſententia Scoti ſunt tria argumenta. Primum, Iſte actus; nolo eſſe religioſus; nõ eſt bonus: ergo malus. qui tamen non eſt niſi contra conſilium. Secundo, Iſte actus; nolo penitere quando non teneor; eſt malus: includit enim iſtum actum; volo permanere in peccato; cum tamen non ſit niſi contra conſilium.

Tertio, Ducere vxorem eſt ponere obſtaculum Spiritui Sancto; qui ſemper nos impellit ad altiorem ſtatum: ergo eſt malus actus. Confirmatur. nam qui vouit facere contra conſilium, abſque dubio peccat; quoniam ponit obicem Spiritui Sancto. ergo, ſi ducere vxorem, eſt ponere obicem Spiritui Sancto, peccatum eſt.

Soluitur argumenta ſententiæ Scoti.

Ad primum reſpondetur, quod iſte actus ex obiecto eſt indifferens, ſed ex circumſtãtia, & in exercitio poteſt eſſe ſtudioſus: ut ſi quis dicat; nolo eſſe religioſus quia ſum delicatus; eſt bonus actus.

Ad ſecundum reſpondetur idem. Ad tertium reſpõdetur, non eſſe peccatum ponere obicem Spiritui Sancto ad altiorem ſtatũ, niſi in his ad quę ex præcepto obligamur. Ad cõfir. dicito, quod qui vouet facere contra conſilium, non ex eo peccat quia ponit obicem ad altiorem ſtatum, ſed ex eo quia offert Deo; ut rem acceptiſſimam, illud quod Deo diſplicet. quamuis. n. nõ diſpliceat Deo, quod non ſequaris eius conſilium; ſed diſplicet, quod promittas numquam eius conſilium ſecuturum.

Quinta concluſio. Peccatum mortale, & veniale non ex eo diſtinguuntur, quod omne peccatũ præſciti ſit mortale; & omne peccatũ prædeſtinati ſit veniale: ad hũc. n. modum diſtinguit hæc peccata Lutherus, ſed hæretice. Nã conſtat ex ſacris ſcripturis; prædeſtinatos cõmiſiſſe multa peccata mortalia, vt Paulus, Petrus, & Magdalena. Item conſtat ex ſacris ſcripturis multos reprobos multa feciſſe peccata venialia, & eis multa peccata mortalia fuiſſe remiſſa, vt patet de Iuda, Saule, &c.

Sexta concluſio. Peccata mortalia, & venialia differunt ex natura rei, & non ex Dei gratia & miſericordia. Hoc aſſeritur contra Gerſonem, qui opinatus eſt, omne peccatum ueniale, etiam otioſum uerbum, ex merito ſuo eſſe dignum ſupplicio æterno; ſed per Dei miſericordiã non imputari nobis, niſi ad temporale. Hoc eſt falſum. nam ſi peccatum ueniale mereretur ſupplicium ęternum, non conſtat nobis, quod Deus non puniat illud ſupplicio æterno. Secundo, ſi mereretur ſupplicium æternum, mereretur etiam ſeparationem a Deo, & ipſius odium. ergo eſt peccatũ mortale. Tertio, repugnat Deo, quod aliquod opus ſit peccatum, & non odio habeatur a Deo. ergo impoſſibile eſt, quod non tantum odiatur peccatum, quantũ meretur. His a nobis reprobatis, ſupereſt ſtatuere ſententiam D. Tho. quæ conſiſtit in tribus concluſionibus.

Prima concl. Diuerſitas reatus & obligationis ad pœnam non diſtinguit peccata ſecundum ſpeciem. Patet: nã reatus eſt quid poſterius, & præter intẽtionem operantis.

Secunda concluſio. Diuerſitas reatus aliquando reperitur in peccatis diſtinctis ſecundum ſpeciem, aliquando intra eandem ſpeciem. Nam quando eſt peccatum mortale ex obiecto, ut homicidium, adulterium; ſine dubio differt ſpecie a peccato ueniali ex obiecto, ut uerbũ otioſũ, &c. cęterum quando eſt peccatũ ueniale ex imperfectione libertatis, aut ex leuitate materiæ, ſine dubio eſt in eadem ſpecie, in qua eſt peccatum mortale; ſicut furari paruum uel magnum aſſem, aut ſcutum aureum. Tum, quoniam uerſantur circa idem obiectum; tum etiam quoniã eliciuntur ab eodem habitu iniuſtitiæ; præterea, quoniã ſolũ differunt ſecundũ magis & minus. Ex hoc ſequitur, ꝙ eſt neceſſariũ in confeſſione explicare circumſtantias, etiam quæ non mutant ſpeciem: nã aliquando augent in infinitum, & faciunt peccatum mortale eiuſdem ſpeciei cum ueniali.

Tertia concluſio. Peccatum mortale & ueniale differunt eſſentialiter penes auerſionem a Deo, Nam peccatum ueniale non protius eſt auerſio a Deo, neque ponit inimicitiam inter Deum & hominem: neque uero diuidit inter uitam gratiæ, & animam, ut inducat mortem: ſicut in corpore eſt quædam infirmitas, quæ habet tantam inordinationem, ut penitus extinguat principium uitæ; aliæ vero ſunt, quæ non penitus extinguunt principium vitæ, & huiuſmodi ſunt venialia peccata.

Peccatum veniale an poſſit dici præter legẽ, non contra legem. D. Tho. Mag. ſenten. Durand. Matth. 19.

Sed numquid iſte modus dicendi, quod peccatum veniale non ſit contra legem, ſed præter legem, eſt ſatis cõueniens? Hunc modum dicendi habet D. Tho. inf. q. 88. articulo primo ad primum. & in ſecunda diſtinctio 42. q. 1. art. 3. in principio. & Magiſter in ſecunda diſtin. 35. Durand. vero in ſecunda diſtinc. 42. quæſtio. ſexta, dicit; quod peccatum veniale eſt contra legem. Sed certe modus loquendi; D. Thom. eſt magis conſentaneus: nam Matth. 19. dicitur; Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Sed qui tantum venialiter peccat, habet ingreſſum ad vitam: ergo non operatur contra mandata, ſed præter. Secundo 1. Ioan. 2. dicitur; Si quis dixerit; quod diligit Deum, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt. Sed qui tenetur tantum peccato veniali, diligit Deum: ergo mandata eius ſeruat: ergo non operatur contra mandata. Præterea ad Roman. 13. dicitur; Plenitudo legis eſt dilectio; & Qui diligit, legem impleuit: ſed qui tenetur tantum peccato veniali, diligit Deum: ergo non operatur contra legem. Præterea qui peccat venialiter, non facit contra amicitiam, & caritatem: ergo non operatur contra legem: finis enim legis eſt caritas. Denique, qui dicit officium diuinum negligenter, certe non operatur contra legem, ſed tantum ponit quoddam impedimentum decori legis: igitur peccatum veniale, non eſt contra legem.

1. Ioan. 2. Roma. 13. 1 ad Tim. 1

Arg. Durand.

Sed inquit Durand. ſequitur ex iſto modo dicendi, quod peccatum veniale non ſit ſimpliciter peccatum, cũ non ſit contra legem. Conſequens eſt falſum: nam in ſacro eloquio dicitur peccatum, ut in illo Ioannis. 1. capit. primo. Si dixerimus quod peccatum non habemus, &c. & Eccleſiaſt. 7. Non eſt homo, qui non peccet. Ad hoc reſpõdet Dominus Caietanus infra, quæſtio. 88. articu. 1. ad 1. quod peccatum veniale non eſt ſimpliciter peccatum, ſed ſecundum quid. & ita libere concedit, quod Duran. dicit de peccatis venialibus, quæ ex imperfecta deliberatione admittuntur: de alijs uero affirmat eſſe ſimpliciter peccata. Sed Caietan. vbi ſupra, dicit peccatum veniale eſſe ſecundum quid peccatum, & imperfecte tantum, ratione imperfectæ deliberationis: nam de ratione peccati eſt quod ſit liberum: ergo ſi eſt imperfecte liberum, eſt imperfectum peccatum. Tum uero ratione obiecti, vt furari rem paruam: tum tertio, ratione præcepti, quando non eſt neceſſarium ad amicitiam diuinam conſeruandam, vt uerbum otioſum. Itaque auctore Caietano, peccatum veniale, eſt peccatum ſecundum quid: quæ re uera eſt ſententia D. Thom. in illo loco.

1. Ioan. 1. Eccl. 7. Caieta. Durand.

An peccatum veniale ſit dicẽdum peccatũ ſimpliciter.

Dicendum eſt tamen, quæſtionem iſtam eſſe de nomine: certum eſt enim, quod peccatum veniale appellatur peccatum ſimpliciter in ſacro eloquio: verum eſt tamen, ꝙ aliquando per ſe ſumptum accipitur tantum pro peccato mortali, vt in illo; Quorum remiſeritis peccata, &c. Deinde eſt certum, peccatum veniale comparatum mortali, eſſe imperfecte peccatũ, & ſecundum quid: abſolute tamen mihi videtur, quod ſit ſimpliciter peccatum.

Ioan. 20.

Soluitur arg. Dupliciter poteſt dici aliquid contra legem.

Et ad argumentum Durand. nego conſequentiam: tũ, quia D. Aug. tantũ definiuit peccatũ propriiſſime, ꝙ eſt mortale: tũ vero, quoniã eſſe cõtra legẽ ſtat dupliciter. vno modo cõtra intentũ & finẽ legis, & caritatem, & hac ratione peccatũ veniale nõ eſt cõtra legẽ Dei. Alio modo dicitur peccatũ eſſe cõtra legẽ, quoniã eſt cõtra aliquod præceptum, & contra dictamen rationis, & contra virtutem; & hac ratione peccatum veniale eſt contra legẽ Dei.

An peccatũ mortale. & veniale diſtinguantur in infinitum.

In ſolutione ad primum, dicit D. Thom. quod peccatũ mortale & veniale diſtinguuntur in infinitum ex parte auerſionis. Hoc videtur falſum. Nam peccatum mortale & veniale non ſemper differunt in infinitum, & ſpecie, ex parte cõuerſionis: ergo neque ex parte auerſionis: auerſio enim conſequitur conuerſionem: ergo ſi conuerſio eſt eiuſdem ſpeciei, auerſio etiam eiuſdem ſpeciei erit. Ad hoc primo negatur cõſequentia: nam ex eadem operatione ſpecie ſequuntur priuationes diuerſarum ſpecierum; ſicut ex calefactione ſequitur priuatio frigiditatis, & humiditatis. Dicendum ſecundo, quod ſi auerſio in paruo furto, & magno, conſiderentur in ordine ad

iuſtitiam quā priuant, certe ſunt eiuſdem ſpeciei, & differunt ſolum ſecundum magis & minus: ceterum ſi conſiderentur in ordine ad ueſionem a Deo, & ab eius amicitia, differunt plus quam ſpecie; nam differunt genere. Notandæ ſunt argumentorum ſolutiones pro argumentis, quæ circa hanc materiā fieri poſſunt.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum peccatum commiſſionis, & omiſſionis differant ſpecie.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio ſic habet. Peccatum commiſſionis & omiſſionis materialiter differunt ſpecie, videlicet ſecundum diuerſitatem actuum: quia omiſſio eſt priuatio; & commiſſio eſt actus. Verum formaliter non differunt, quando ad idem ordinantur, & ex eodem motiuo procedunt: auarus enim ad cōgregandū pecuniam, & rapit aliena, & nō dat quę dare debet; & guloſus ad ſatisfaciendū gulæ, & ſuperflua comedit, & debita ieiunia prętermittit. Sēp.n. negatio fundatur ſopra aliquā affirmationē in rebus.

EXPLICATI ARTIC.

Concl. Examinatur cōcluſio D. Thom. Primū arg.

COntra cōcluſionem poſitam ſunt quædam argumenta: In primis, ſuperabundātia & defectus faciunt diuerſas ſpecies, vt D. Thom. tradit artic. 8. igitur multo magis omiſſio & cōmiſſio; defectus enim ſemper includit omiſſionē. Secundum. Præterea, ſi quis cōmittat peccatū prodigalitatis, & alius omittat actū liberalitatis, nō ſunt peccata eiuſdē ſpeciei: alterum.n. pertinet ad prodigalitatē; alterū ad auaritiā: ergo. D. Thō. Deinde, tranſgreſſio eſt cōmiſſionis peccatū, vt perſpicue patet: at trāſgreſſio eſt ſpeciale peccatū, diſtinctū ſpecie a peccato omiſſionis prout aperte docet D. Tho. 2. 2. q. 79. artic. 2 & 3. ergo falſum dicit D. Th. in hoc articulo, & eius doctrina nō videtur eiſe eadē. D. Th. In explicationē huius dubij recte pcedet Theologus, ſi animaduerteet hæc documēta diuinæ Theologiæ.

Primum documentum. omiſſio oppoſitæ virtutis nō differūt ſpecie in genere moris.

Primū eſt. Commiſſio & omiſſio oppoſitæ uirtutis nō differunt ſpecie in genere moris. v. g. Auarus ad cōgregandū pecuniam & rapit aliena, & nō reſtituit quę debet. Hæc duo peccata, ad eandē ſpeciem iniuſtitiæ ſpectant.

Secundū documen. Explicatio Victoriæ.

Secundū documentū, quando dicit S. Doctor, q cōmiſſio & omiſſio non differunt ſpecie, non loquitur de omni cōmiſſione & omiſſione; ſed quādo una ſequitur ex altera, ut furari, & nō reſtituere. Sic diſtincte & breuiter explicabat Doctiſſimus Pater Victoria D. Tho.

Tertium documen.

Tertiū documentū. Omiſſio & cōmiſſio circa eandē materiā ſub eadē ratione formali nō differunt ſpecie, ueluti cū quis furatur aliena, & nō reſtituit, peccata ſunt eiuſdē ſpeciei, ut dictū eſt. Verū ſi uerſentur circa eandē materiā ſub diuerſa ratione formali, non pertinent ad eandē ſpeciē: qui.n. occidit hominē, peccat peccatū iniuſtitiæ; & ſi quis non pauit pauperē quē tenebatur paſcere, & moritur, eſt alia ſpecies peccati: ſiquidē non eſt contra iuſtitiā, ſed cōtra caritatē, ut ſentiunt Theologi bene docti: non.n. tenebatur alere pauperem ex iuſtitia, ſed ex caritate.

Quartū documen.

Quartū documentum quod habetur in ſolutione ſecundi. Facere contra diuerſa præcepta, non diſtinguit ſpeciem peccatorum Patet in homicidio, quod licet ſit contra legem naturalem, ſcriptam, & humanam; non eſt niſi unum peccatum ſpecie. Pro cuius maiori expoſitione notandum, q lex particularis quæ additur ſupra alterā, dupliciter ſe habet. Vno modo, quod transferat actum ad aliam uirtutē. v. g Monachus ex iuſtitia tenetur reddere alienum: accedit præterea præceptum prælati, quod transfert actum ad uirtutem obedientiæ. Item tenetur monachus ex uirtute caſtitatis non fornicari; accedit præterea uoti uinculum, quod transfert actum in uirtutem religionis. Alio modo ſe poteſt habere; non transferendo actum ad aliam uirtutem, vt patet in homicidio, quod diuerſis licet præceptis prohibeatur, ſemper tamē manet intra materiam iniuſtitiæ. Quando ergo particularis lex transfert actum ad aliā uirtutem, eſt duplex obligatio, & qui trāſgreditur, peccat duplex peccatum diſtinctum ſpecie: ceterum quando nō transfert actum circa aliam virtutem, peccat tantum vnū peccatum, vt patet in homicidio multis prohibitum legibus.

Duplex pœna a lege ſtatuta.

Item notandum, quod pœna quę imponitur in lege, aliquando non inuoluit præceptum aliquod: & hæc quidem nec facit peccatū, nec dat nouam ſpeciem, vt eſt irregularitas. Propter qđ iudex q occidit hominē, eſt irregularis ſine peccato; & qui ducit aliā vxorem poſt prioris mortē, eſt etiā irregularis abſque aliquo delicto. Aliæ ſunt pœnæ, quæ inuoluunt aliquod præceptum; vt ſi prælatus præciperet ſub pœna excommunicationis vt ieiunare, uſ ſi Quadrageſima. Et iſtę ſunt in duplici differentia. Quædā ſunt quæ prohibent actum iam prohibitum; vt ſi prohiberet homicidium lex humana: & iſtæ non faciunt peccatum, nec dant nouam ſpeciē, licet ſecundū aliquos augeāt peccatum, ceterum quando fertur in actu aliq qui non prohibitū, facit peccat ſi, ſed nō dat ſpeciē; vt ſi prælatus præcipiat ſub ſententia excōmunicationis q ieiunetur in ſabbatho, nō ſeruātē ieiuniū, peccatū eſt, ſed ſpeciē habet ab obiecto diſſonanco cōtra tēperantiā.

Sed dices, ex dictis uidetur ſeq, quod ſiquis ſemel fecerit votum de fornicatione non admittenda, & iterum atque iterum, & ſæpius cōfirmat idem votum, quod non inducat aliam obligationem præter primam; ſicut ex eo quod homicidium ſit prohibitum lege humana, non īducit nouam obligatione præter illam quę eſt in lege naturæ. Certe ita videtur cōuincere argumetū: ſed de hoc latius in materia de voto. Sed ex hoc oritur non parua dubitatio; Verum quando quiſpiam in vno eodemq; actu peccat contra præceptum naturale & ſupernaturale, peccet duplex peccatum ſecūdum ſpeciē diſtinctum, veluti cum quis non abſtinet, quando tenetur abſtinere ſecundum legem naturalem & ſupernaturalem: aut cum quis non ſubuenit pauperi, cum ex præcepto vtriuſq; legis tenetur. Certe videtur dicēdum quod ſunt duo peccata ſpecie diſtincta: nam talis actus eſt contra duplicem virtutē ſpecie diſtinctam, ſcilicet contra temperantiam infuſā, & acquiſitam, quæ ſine dubio ſpecie differunt. Hoc idem confirmat. Nam ſi vnus peccaret contra temperantiam acquiſitam, & alius quiſpiam contra infuſā; illa peccata differrent ſpecie, ſicut actus virtutū quibus opponuntur; ergo etiam in eodem poteſt eſſe duplex malitia, ſecundū ſpeciem diſtincta. Explicatur hoc adhibito exemplo, Nam cum ſit præceptū legis naturalis, vt veritatem dicamus, & non mentiamur, ſi ſuperueniat præceptū prælati in virtute Spiritus Sancti, & ſanctæ obedientiæ vt non mentiaris; certe ſi mentiris, & peccas contra virtutem, & contra prælati obedientiā; & duplex malitia eſt diuerſa ſecundum ſpeciem.

Verum peccatis contra præceptum naturale & ſupernaturale peccet duplex peccatū ſpecie.

Solutio argu ad primum.

Ad argumenta in contrarium poſita, ad primum facile reſpondetur, quod D. Thom. loquitur de commiſſione, & omiſſione circa eandem materiam ſub eadem rōne, uel quando omiſſio ſequitur ex commiſſione, prout tradidimus in documentis noſtræ doctrinæ.

Ad ſecundū;

Ad ſecundū argumentum ſic reſpondeo, q quando committitur peccatum prodigalitatis, ex quo fit homo minus potens, ut det liberaliter, tunc cōmiſſio, & omiſſio quæ inde conſequuntur, pertinent ad eandem peccati ſpeciem: ceterū ſi quis omittat actū liberalitatis ex auaritia, ad aliud uitiū ſpectat.

Ad tertium; Caieta.

Ad tertiū argumentum confutandum non eſt facile, loca D. Tho quæ ſibi inuicem aduerſari videntur ad concordiā reducere: in qua re laborat maxime Caiet. in 2. 2. loco citato. Sed breuiter ſic ſtatuo, quod trāſgreſſio, de qua dicitur loco citato, q ſit ſpeciale peccatum; non vſurpatur pro peccato commiſſionis in vniuerſum. Pro cuius declaratione aduertendum eſt, quod trāſgreſſio accipitur bifariam, tum materialiter pro omni commiſſione contra diuina mandata: & hoc modo non eſt ſpeciale peccatum, ſed ſpargitur per omnia peccata quæ

contra

ricatione, & expreſſa intẽtione faciendi contra legẽ, & contra debitum: & tunc eſt ſpeciale peccatum cõtra iuſtitiam legalẽ: quo in ſenſu loquitur D. Tho. de tranſgreſſione in 2. 2. Ad eandem formam eſt explicandum, quãdo dicit S. Th. quod omiſſio eſt ſpeciale peccatum. Vide Caiet. ſuper illum locũ in 2. 2.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum conuenienter diuidatur peccatum, in peccatum cordis, oris, & operis.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt affirmãs. Aliqua. n. differunt vno modo ſecundũ ſpeciem cõpletã, vt bos & homo: alio modo, ſecundum diuerſos gradus in eadẽ generatione, vel motione capiuntur diuerſæ ſpecies, ſicut ædificatio, cõpleta domus; fundamẽti vero collocatio, & parietis erectio, ſunt ſpecies incõpletæ. Sic ergo peccatũ diuidit̃ p hæc tria, cordis, oris, & operis; nõ ſicut per diuerſas ſpecies cõpletas: quia conſumatio eſt in opere, ſed prima inchoatio eſt in corde; ſcdus gradus in ore; tertius in cõſumatione operis: quæ tria etſi ſecũdũ diuerſos gradus peccati differunt, tamen ad vnã peccati ſpeciẽ pertinere poſſunt. Iracũdus n. ex hoc ꝙ vindictã appetit, primo cõturbatur in corde; ſecũdo verba cõtumelioſa profert; tertio procedit vſq; ad facta: & idem patet in luxuria, & in quolibet alio peccato.

EXPLICATIO ARTICVLI.

HÆc peccatorum diuiſio accepta eſt ex D. Hier. & ex Magiſtro in 2. d. 42. & hãc diuiſionẽ in noſtra methodo cõſitẽdi ſeqmur: dicimus. n. Peccaui locutione, cogitatione, & opere. Sed pro huius declaratione notandum eſt, quædam peccata eſſe, quæ corde perficiunt̃, & cõſumãtur, vt odiũ, & hæreſis: alia vero q̃ ore cõſumantur: vt contumelia, cõuitiũ, atq; detractio: tertio ſunt alia peccata, quæ opere ꝑpetrãtur: vt furtum, & homicidium. Et hæc peccata manifeſte diſtinguũtur genere & ſpecie: de q̃bus proinde non loqtur D. Th. in articulo. Secundo notandum, ꝙ hæc peccata circa idẽ obiectum, ſi conſiderẽtur quatenus vnũ eſt præparatio ad alterũ, nulla rõne ſpecie diſtinguuntur, vt optime declarat D. Th. ſolutione ad terti: v. g. meditatur q̃s de fornicatione admittẽda; deinde ſollicitat mulierẽ; tandẽ adhibet manus ad opus: vniuerſa hæc peccata ſunt vnũ peccatũ. Itẽ cũ quis cupit occidere hominẽ ſe armat, parat gladiũ, occidit: oĩa hæc vnũ peccatũ reputantur. Ceterũ ſi hęc peccata conſiderentur quatenus peccator ex ſua intẽtione ſiſtit in vnoquoque illorũ, tunc ſunt diſtincti gradus peccatorũ, & dñr quadã ratione differre ſpecie imperfecta v. g. delectatur quis in turpi cogitatione, nec vltra ꝓgreditur: hoc eſt peccatũ cordis: rurſus alius delectatur in locutione impudica, nec vltra ſe extendit: eſt peccatũ oris: ſed ſi perpetrat, eſt peccatũ opis: q̃ q̃dẽ ſpecie nõ diſtinguũtur, ſed intẽtione operãtis. Hæc eſt explicatio D. Tho. licet D. Hier. nõ loquatur tã ſtricte ſicut D. Th. tñ. n. vñ cõſtituere tria ꝑdicamẽta, ad q̃ oĩa peccata poſſunt reduci.

Conclus.

Hier. ſuper Ezech. 43. Mag. ſent.

Quædã peccata conſumantur corde, alia ore, alia opere.

Exponitur D. Thom.

Conclu.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum ſuperabundantia & defectus diuerſificent peccatorum ſpecies.

SVMMA TEXTVS.

COnclusio eſt affirmãs. Nã in peccato duo ſunt, ipſe actus volitus, & inordinatio, prout receditur ab ordine rationis, & legis diuinæ. At ſpecies peccati nõ attenditur ex parte inordinationis, quæ eſt præter intẽtionem peccãtis: ſed magis ex parte ipſius actus, ſecundũ quod terminat̃ ad obiectũ in quod fertur intẽtio peccãtis; quare vbicũq; occurrit diuerſum motiuum inclinans intẽtionem ad peccandum, ibi eſt diuerſa ſpecies peccandi. Cũ ergo nõ ſit idem motiuum ad peccandũ in peccatis quæ ſunt ſecundũ ſuperabundantiam, & in peccatis quæ ſunt ſecundum defectũ; immo ſunt motiua contraria, ut motiuũ in peccato intemperantiæ eſt amor delectationũ corporalium; & in peccato inſenſibilitatis motiuum eſt odium earum; & ideo iſta peccata non ſolum differunt ſecundum ſpeciem, ſed ſunt etiam contraria.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo notãdũ id quod ſupra memorauimus contra Scotum. ſ. peccare nõ diſtingui ſpecie ex auerſione, ſed ex conuerſione: ſi enim diſtingueretur ſpecie ex auerſione & priuatione, certe auaritia, & prodigalitas eſſent eiuſdem ſpeciei. priuant enim rectitudine eadem liberalitatis, diſtinguuntur itaque ex conuerſione ad obiecta.

Caieta.

Pro cuius articuli elucidatione notandum eſt ex Caiet. id quod S. Tho. dicit, quod intẽperantia oritur ex amore delectationum: inſenſibilitas ex odio earum: vnde non videt̃ ponere obiecta, nec motiua contraria, ſed actus. Sed intelligẽdum eſt, quod intemperãtia oritur ex delectatione amabili, inſenſibilitas ex delectatione exoſa. Hoc eſt uerum; quia vnus fertur in delectatione tãquã in bonum; alius vero tãquam in malum. Dubia, quæ circa hunc articulũ moueri poterant, articulo ſequenti ſatis elucidabuntur: Vide ſolutiones argumentorum, & videndus eſt Caieta. ſolutione ad tertium.

ARTIC. NONVS.

Vtrum peccata diuerſificantur ſpetie ſecundum circumſtantias.

SVMMA TEXTVS

PRima Concluſio. Quãdo eſt idem motiuũ peccandi, circumſtãtiæ non faciunt diuerſitatem ſpeciei: ut liberalis propter inordinatum appetitum pecuniæ accipit, quando non oportet, & plus quam oportet: & talium circumſtantiarum corruptiones non diuerſificant ſpeciem, ſed ad unã, & eandem pertinent.

Prima concl.

EXPLICATIO ARTICVLI.

DE hac quæſtione, quę nam circũſtantia cõferat nouã ſpeciem actibus humanis; diſſeruimus ſupra quæſt. 18. artic. 3. præcipue art. 10. & 11. Sed contra definitionem huius articuli arguitur. Nã furari in loco ſacro eſt ſacrilegium, licet is qui furatur de loco ſacro nollet quod eſſet in loco ſacro; vel qui culpabiliter ignorat eſſe locum ſacrum: & ſi ſciret, doleret quod eſſet in loco ſacro: & tamen hæc circumſtantia loci ſacri nõ eſt volita, nec tranſit in rationem obiecti: ergo ſententia D. Tho. eſt falſa

Veritas articuli diſcutitur.

Primũ arg.

Secundo, qui adulterium cõmittit cum vxore aliena nolens ꝙ eſſet aliena, & dolens quod eſſet aliena, certe adulterium committit: & tamen hæc circumſtantia nõ eſt volita, nec tranſit in rationem obiecti: ergo.

Secundum.

Dupliciter circumſtantia volita eſt.

Ad hoc dico, dupliciter circũſtantiã eſſe volitam, & tranſire in rõnem obiecti: Vno modo formaliter, vt cũ quis dicit: volo furari de loco ſacro, voloq; φ ſit in loco ſacro: Alio modo interpretatiue, & virtualiter: vt cum quis dicit: ego nollem furari in loco ſacro, ſed quia alibi nõ inuenio, volo furari de loco ſacro: aut quando quis vincibiliter ignorat eſſe locũ ſacrũ. Et in vtroque caſu, circumſtantia cõſtituit nouam ſpeciem. Et quod in primo caſu det, patet; φ vero det in ſecundo, probatur. Nã quamuis nolit, omnibus tamẽ circũſtantijs cõſideratis abſolute vult furari de loco ſacro: ergo abſolute cõmittit ſacrilegium. Etiã probatur, quãdo ignorat culpabiliter. Nam ille tenetur cauere furtum de loco ſacro, & nõ facit: ergo imputatur ſibi ad ſacrilegiũ. Quapropter cum (inquit) D. Th. eam circumſtantiam dare ſpeciem nouã, quæ eſt volita, & tranſit in rationẽ obiecti: interpretandus eſt, quod ſit formaliter, vel interpretatiue volita. Ex quo ſequitur, oẽ peccatum quod procedit ex ignorantia culpabili, contineri in ſpecie, ac ſi procederet ex certa ſcientia.

Secunda Concluſio. Quando proueniunt ex diuerſis motiuis, quia motiuum ad peccandum eſt finis & obiectum, tales corruptiones circumſtantiarum diuerſas peccati ſpecies conſtituunt: ut ſi quis præpropere comedit, poteſt hoc prouenire, quia non poteſt ferre dilationem cibi propter facilem conſumptionem humiditatis: ſi vero appetit immoderatum cibum, poteſt hoc contingere propter virtutem naturæ potentem ad conuertẽdum multum cibum: ſi autem appetit cibos delicioſos, contingit propter delectationem in cibis exſiſtentem.

Arguitur cõtra ſolutionem. Primum argu. Confir.

Sed contra hanc definitionem ſic argumentatur. Id quod eſt per accidens, & præter intentionẽ operantis, nõ conſtituit ſpeciem in actibus humanis, vt ſæpe dictũ eſt: ſed iſtæ circumſtantiæ ſunt præter intentionem operantis: ergo non dant ſpeciem. Et cõfirmatur. Nam hac de cauſa auerſio a lege diuina non conſtituit in ſpecie peccatum, quoniam eſt præter intentionem operantis: & idem eſt de reatu & obligatione ad pœnam.

Secundum.

Secundo, ſequitur ex hac definitione, φ qui accederet ad mulierem volens φ non ſequeretur mors ſpiritualis mulieris, peccaret peccatum duplex: alterum, quod eſt planiſſimum, contra caſtitatem: alterum, cõtra caritatem proximi; quã huic peccato eſt cõiuncta ſemper mors ſpiritualis mulieris, & vult illam interpretatiue: & hoc ſatis apertum eſt ſufficere ad dãdã nouã ſpeciem; ergo.

Tertium.

Item ſequitur, φ qui fornicaret, vt ſemper peccaret geminũ peccatum: vnum contra caſtitatem; alterũ contra obedientiam: oĩ namq; peccato ex neceſſitate eſt cõiuncta inobedientia ſuperioris, quæ eſt volita virtualiter. & hoc ſatis eſt vt det nouam ſpeciem; ergo.

Confir.

Confirmatur. Nam ſi quis formali intentione fornicaretur, vt eſſet inobediens prælato, certe cõmitteret duplex peccatum: ergo ſi interpretatiue vult tranſgredi præceptũ ſuperioris fornicando, etiam peccaret duplex peccatũ.

Solutio. Ad primũ.

Ad primũ dico, φ iſtæ circũſtantiæ ſunt interpretatiue volitæ, & tranſeunt in rõnem obiecti, φ ſecum afferunt nouã deformitatem ad rõne. & ideo dant nouam ſpeciẽ: auerſio vero, licet interpretatiue volita, non tñ tranſit in rationẽ obiecti: & ſic non dat nouã ſpeciem.

Ad ſecundũ & tertium.

Ad ſecundum, & tertium dico, φ iſtæ circumſtantiæ ſunt generales omni peccato & ideo nouas ſpecies peccatorũ nõ conſtituunt. Generale namq; eſt omni peccato quod ſit contra caritatem, & φ in omni peccato ſit inobedientia præceptorũ: ſecus eſſet ſi quis in caſu ſecũdi argumenti ad mulierem accederet, eo propoſito formaliter, vt mulier periret ſpiritualiter in ſempiternum: nam certe iſte duplex peccatũ peccaret: alterum cõtra caſtitatẽ, alterum cõtra caritatẽ, quæ ſpeciali præcepto mandat ne alteri velimus damnũ ſpirituale. Itẽ in caſu tertij argumẽti eſſet & duplex peccatũ: vt ſi quis fornicaretur formaliter, ea intẽtione vt tranſgrederetur præcepta maiorũ, peccaret tũc & cõtra caſtitatem, & cõtra obediẽtiã quę ſpeciali præcepto præcepit, ne quis maiorum præcepta contemnat.

QVAEST. LXXIII.

De comparatione peccatorum ad inuicem in decem articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum omnia peccata ſint connexa.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio.

Concluſio eſt negãs: cuius ibi ſunt tres demonſtrationes. Prima eſt, quoniam quædam peccata ſunt cõtraria: vt prodigalitas & auaritia; audacia & puſillanimitas; cõtraria vero ſimul ineſſe nõ poſſunt. Secũda eſt, quia intẽtio peccantis nõ eſt diſcedere a regula rectæ rõnis, ſed tẽdere in aliquod bonũ appetibile: bona aũt appetibilia pp̃ q̃ homo recedit a regula rectæ rationis, non ſunt connexa: ergo neque peccata connexa ſunt. Conſequẽtia inde probatur: nam peccata conſtituuntur ex obiectis, ad quæ peccans conuertitur. Tertia eſt, quia peccatum non committitur ex eo quod homo recedit a multitudine, & accedit ad vnitatem (ſicut in actibus virtutũ accidit) ſed potius ex eo quod recedit ab vnitate ad multitudinem: ergo non eſt neceſſe quod peccata ſint connexa.

De circũſtantia temporis ſacri.

In hoc articulo ſolet alia diſputari quæſtio. Vtrũ circũſtantia temporis ſacri nouã cõferat ſpeciem? Sed hæc quæſtio habet propriã ſedem. 2.2. q. 1 a. 4. articulo. 4 vbi negatiue reſpondetur. Solet etiã alia pertractari quæſtio: verũ iſtæ ſpecies gulæ quas ponit D. Th. in hoc articulo pro exemplo, ſufficienter diſtinguãtur per has circũſtantias, præpropere nimis laute, ardẽter, ſtudioſe. Sed hæc quæſtio pertinet ad 2.2. q. 148. art. 4. In fine huius quæſtionis notandum, quod in diuinis ſcripturis apertiſſime diſtribuuntur peccata, in peccatum originale, mortale, & veniale. ac etiam fit mentio de peccato in Spiritum ſanctum, de peccato ad mortem, de peccatis in cælum clamantibus: quæ omnia peccata non diſtinguuntur ſpecie, ſed tantum ſignificant diuerſos ſtatus, & conditiones varias peccatorum.

Circumſtantia [illegible] peccato [illegible] in diuina ſcriptura.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quæ peccata habent inter ſe colligationem.

Quod omnia peccata non ſint connexa, euidens eſt ex ratione naturali, & ex ſacra ſcriptura: cum hoc tamen recte cohæret, quod aliqua peccata habeant inter ſe colligationem & vinculum. Primo, quãdo in vno actu ſunt multæ deformitates: vt in adulterio eſt vna deformitas contra iuſtitiam, & alia contra caſtitatem. Præterea quando vno opere tranſgrediuntur diuerſa præcepta, contra diuerſas virtutes: vt quando monachus fornicatur, peccat tum contra caſtitatem, tum cõtra votum religionis.

Tertio quando vnũ peccatũ trahit ad alterum: veluti ex ebrietate naſcitur impudicitia, & ex ſuperbia inuidia, & ex ſeptẽ vitiis capitalibus numeroſa proles peccatorum. Qua ratione dicunt Sancti Patres, vniuerſa peccata inter ſe eſſe connexa [illegible] Greg. Diuus

Thom.

D. Greg. 11. mora ca. 11. p. 15. Th. non loquitur contra ſanctos Patres: eius enim doctrina abſolute eſt uera: non n. oportet, vt qui habet unum peccatum, ex neceſſitate habeat omnia peccata.

Exponitur quo offendens in uno, factus om. reus. In ſolutione primi exponit D. Th. illam difficilem ſententiam Iacobi. 2. Qui offendit in uno, factus eſt omnium reus. Prima expoſitio eſt, quod per illud unum delictum, intelligit illud unum magnũ & graue delictũ, quo cõtra legem caritatis Dei, & proximi, & contra legislatorem, non ex humana fragilitate, ſed ex legislatoris contẽtu peccatur: aduerſus quam caritatem, ac legislatorem ſi quis crimen admiſerit, merito totius legis fit reus; quia plenitudo totius legis eſt caritas, & ĩ ea tota lex pendet. Itaq; hũc locũ expoſuit Auguſt. dicens; Qui offenderit in uno, factus eſt omniũ reus. Quid eſt hoc unum, niſi illud quod Apoſt. dicit, Omnis lex in unò ſermone completur. Diliges Dñm tuum, & proximũ tuum ſicut te ipſũ & alibi ait, Qui ĩ uno offenderit, fit omium reus, ſi contra caritatẽ facit, vñ tota lex pendet: reus.n fit omniũ, faciendo cõtra eam, in qua pendent oĩa. Ex quib. apparet, eius ſententiæ ſeueritatem, non contra omnes peccatores, qui in alio offendunt promulgari, ſed contra eos ſolum, qui legem caritatis, atq; eius legislatorẽ Deũ ex contẽmtu & deſpectu legis, atq; legislatoris, non carnis fragilitate, ſed malitiæ ac malignitatis iniquitate offendunt.

Concl.

Duplex priuatio.

Aug. ſermo. 4. de temp.

Epiſtol. 29. ad Hieron.

Cyrillus. Ruſus iuxta Cyrilli expoſitionem dici poteſt, eos qui in uno defecerint, pronũciari totius legis reos: non quia puniuntur de cęteris præceptis, quæ obſeruarunt, tãquã ſi ea tranſgreſſi fuiſſent (hoc n. iniquum eſſet omnino) ſed quia propter unius mandati tranſgreſſionẽ priuabuntur æterno præmio, non aliter, quam ſi omnia diuina præcepta contẽpſiſſent. D. Th. ab hac interpretatione, non admodum diſcrepans, ait; peccatorem in uno deficientem, reum fieri omnium mandatorum; ea ratione, quia in unius tranſgreſſione illum ipſum contemnit, qui omnium præceptorum eſt auctor. Alia expoſitio eſt

Burgenſis. Burgenſis in illum locum; Condemnauit, inquit Diuus Iacobus, errorem Phariſæorum, ſcilicet quod ſi quis ſeruauerit maiorem partem legis, licet in aliis mandatis laberetur, Deus non imputabat illa peccata propter maiorem obſeruantiam legis. Iſte error eſt condemnatus in ſcripturis ſanctis: dicitur enim. Maledictus homo, qui non permanſerit in ſermonibus uniuerſis huius legis: &, In quacumq; die iuſtus ſe auerterit a iuſtitia, & fecerit iniquitatem, in peccato ſuo morietur.

Deut. 27.

Ezech. 18.

ARTICVLVS SECVNDVS.

Vtrum omnia peccata ſint paria.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt negans. quamuis Stoici dixerint contrarium, qui decipiebantur ex hoc, quòd conſiderabant peccatum ex parte priuationis tãtum, & ſic illam non ſuſcipere magis, & minus. Sed ſciẽdũ eſt, duplex eſſe priuationis genus: Vna priuatio eſt pura, & ſimplex, quæ cõſiſtit in corruptum eſſe, vt mors ẽ priuatio vitæ; & tenebræ priuatio luminis: & hæc non recipit magis & minus; quia nihil eſt reſiduũ de habitu oppoſito. Alia eſt priuatio non ſimplex, ſed aliquid retinens de habitu oppoſito; quæ priuatio magis conſiſtit in corrumpi, quam in corruptum eſſe; ſicut ægritudo, quæ priuat debitam commenſurationem humorum; remanet tñ aliquid eius, alioquin animal non eſſet viuũ: & hæc priuatio recipit magis & minus: quia multũ refert ad ægritudinem, vtrum plus, uel minus recedat a debita humorũ cõmenſuratione. Sic ergo dicẽdum eſt de peccatis: ita enim in eis priuata debita commẽſuratio rationis, ut non tollatur ordo rõnis; alioqui malũ ſi ſit integrũ, deſtruit ſeipsũ; nam nõ poſſet remanere ſubſtãtia actus, uel affectio agentis, niſi aliqd remaneret de ordine rationis. Vnde multũ intereſt ad grauitatem peccati, utrum plus uel minus recedatur a rectitudine rationis. Nõ ergo peccata ſunt paria; ſed ſicut una ęgritudo eſt grauior alia, & tãto grauior quanto magis tollitur debita commẽſuratio humorum per commenſurationem prioris principij: ſicut ægritudo, quæ prouenit in corpore humano ex corde, qđ eſt principiũ uitæ, uel ex aliquo, qđ appropinquat cordi, eſt periculoſior: ita p̄ctm̃ tanto eſt grauius, quãto deordinatio cõtingit circa aliquod principiũ, qđ eſt prius in ordine rõnis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Peccata inæqualia ſũt. Quod Chriſtianis debeãt peccata iudicari inæqualia, hoc eſt inæqualis malitiæ, offenſæ, & demeriti, fit euidens ex loco Matth. 5. ubi docet Saluator, diuerſis peccatis diuerſas conſtitutas eſſe pœnas, eaſque multũ inæquales. Itẽ ex eo. quod dicit; Omne peccatum & blaſphemia remittetur hominibus: ſpiritus autẽ blaſphemiæ non remittetur: & quicumq; dixerit verbum contra filiũ hoĩs, remittetur ei; qui vero dixerit cõtra Spiritum ſanctũ, nõ remittetur ei, neq; in hoc ſeculo, neq; in futuro. Itaq; peior eſt dãnabiliorq; blaſphemia cõtra Spũm ſanctũ, quã blaſphemia contra filiũ hoĩ. Tertio ex eo quod dicit ad Pilatũ; Qui me tradidit tibi, maius peccatũ habet. Habes quidẽ tu Pilate peccatũ, ſed maius qui me tradid tibi. Quarto ex eo, qđ ſcribit Apoſt. Omnino auditur inter vos fornicatio, qualis nec inter gentes. Inter gentes quidẽ inuenitur fornicatio; at nõ tanti ſceleris, quam eſt illa, quã quidam inter uos habet uxorem patris ſui: quapropter eũ, qui operatus eſt eiuſmodi, tradidi Satanæ præ aliis peccantibus inter uos.

Matth. 5.

1. Cor. 5.

Vnde ratio inæqualitatis peccatorum. Sed dices; Vnde igitur ratio iſtius inæqualitatis? Reſpondetur, ex modo quo contra Deum eſt; quia unũ magis repugnat beneplacito Dei, quã aliud. Quod teſtantur minæ grauiſſimæ, quibuſdã, non omnibus mandatis ſuperadditæ. Secundo, ex natura deuiationis, quoniã licet omnis deuiatio a uia eſt error; tamẽ in una eſt error multo maior, quam in alia, eo quod in una facit longius recedere a termino intento, quam alia; ita oĩs quidem auerſio a lege eſt peccatum, ſed quia una longe magis elõgat a Deo, quam alia, ideo vnum peccatum lõge grauius eſt alio. Sicut ẽt omnis receſſus a proportione quatuor humorum in corpore humano eſt infirmitas, uerum quia unus receſſus maior eſt alio, diſturbans magis dictã proportionem, magiſq; uitians noxiis materiis naturam, ne regreſſus fiat ad debitam proportionem, ideo unus morbus maior eſt, & periculoſior, ac diuturnior alio. Sic eſt de peccatis: quoniã unũ plus alio inuertit affectum, magiſq; obſcurat ac vulnerat uires animæ quo minus poſſit ſe conformiter habere ad legem Dei. Tertio, ex qualitate eius in quo peccatur: quia agibilium unum eſt ſacratius alio; unum alio magis, aut minus neceſſarium uſibus humanis; vnum denique magis contra naturam, & omnem eius honeſtatẽ, quam aliud. Hinc ſacrilegiũ grauius peccatum eſt, quam furtum, & ſimonia deteſtabilior, quam uſura, ſodomia multo abominabilior, quam fornicatio. Quarto, ex diuerſa diſpoſitione peccãtium, quia alii peccant ex deſtinata malitia, alii ex infirmitate. Eundẽ itaq; actum peccati fecerunt Pilatus, & Iudæi condemnantes

Chriſtum

Chriſtum iniuſte; attamen Saluator reſpondendo Pilato, pronūtiat, Qui me tradidit tibi, maius peccatum habet; quia illi certa ſcientia, & deſtinata malitia faciunt; tu uero infirmitate. Alij inſuper per ignorantiam; alij ex certa ſcientia: quorum hoc criminoſius eſt, quam illud, iuxta ſententiam Saluatoris dicentis. Serrus ſciens uolūtatem Domini ſui, & non faciens plagis vapulabit multis; qui autem nō cognouit, & facit digna plagis, vapulabit paucis. De qua te vidēdus eſt D. Grego. Quinto ſurgit peccatorū inæqualitas ex diuerſitate nocumēti, qđ peccando inferimus: quod euidenter demōſtrat ſententia Saluatoris dicentis: Ego autē dico uobis, qm oīs, qui iraſcitur fratri ſuo, reus eſt iudicio, qui autem dixerit fratri ſuo Racha, reus erit cōcilio; qui autē dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Grauius itaque peccatum eſt poſtremum, quā duo priora. Vnde grauiſſima peccata ſunt hæreſis, & ſchiſma, quia ſumme nocēt in his; ſine quibus ſalus eſſe non poteſt. Quod autem ceteris peccatis grauius ſit ſcandalizatio puſillorum, ſeu ſeductio innocētis, teſtatur Saluator dicens; Qui ſcandalizauerit unum de puſillis his, expedit ei, ut ſuſpendatur mola aſinaria in collo eius, & demergatur in profundū maris. Et ſicut diuerſa æſtimatio eius in quo fit nocumentum, auget uel minuit iniquitatē peccati, ita & diuerſa quātitas nocumēti: alia quoque & alia dignitas perſonæ cui infertur nocumētū. Vnde criminoſiſſimum peccatum erat traditio, quā Iudas tradidit Chriſtum, uti bene explicatur Matth. 26. & grauius eſt crimen læſæ maieſtatis, quam contumelia in plebeium. Porro omnium grauiſſimum eſt rebellare Deo, ut Deus eſt; aut blaſphemare Spiritum Sanctum, ut Sanctus eſt, & ſanctificator hominum. Verum non ita enormis cenſetur blaſphemia contra filium hominis in humana natura apparentem; prout patet ex dicto Saluatoris; quia procedit ex infirmitate humani iudicij, cui difficillime ſuaderi poteſt, unam eandemque perſonam Deum eſſe & hominem. Ex his conſtat concluſionem D. Thom. eſſe certam, & irrefragabilem.

Concluſio

Greg. li. 25. mor. ca. 16.

Matt. 26.

Matth. 12.

Exponitur cōtradictio apparens in D. Thom.

Sed circa probationem Diu. Thom. dubitatio eſt: nam quæſtione præcedenti, artic 1 dixit Diu. Thom. hoc diſtare inter peccatum mortale & ueniale, quod mortale funditus tollit uitæ principium: ueniale uero minime; hic uero dicit, quod unum mortale delictum magis deſtruit principium uitæ, quam aliud: ergo ſibi contradicit. Ad hoc dicendum eſt, quod peccatum mortale poteſt comparari ad duplex principium uitæ: uno modo ad principium uitæ quaſi formale, ut eſt gratia & caritas, per quam unimur Deo: & hoc principium funditus tollit peccatum mortale; & de hoc loquebatur Diuus Tho. quæſtione præcedenti; Aliud principium uitę, & quaſi effectiuum, eſt humana ratio: quæ dirigit noſtras operationes: & hoc principium perturbat mortale peccatum, non tamen funditus tollitur a peccato mortali: & de hoc principio loquitur hic in articulo: & ſic conciliatur Diu. Thom. Dubitatur prętereà; Vtrum auerſio, quæ eſt in peccatis mortalibus, ſit omnino æqualis? Ratio dubitandi eſt. Nam auerſio eſt priuatio; & priuatio non ſuſcipit magis & minus. Reſpondetur negatiue. Ita reſpondet Sanctus Thomas in 1.2. quæſtio. 19. artic 3. & in hac quæſt. artic. 3. ad ſecundum. & probatur. Nam auerſio ſequitur conuerſionem; ſicut expulſio frigiditatis ſequitur calefactionem: ergo quo peior fuerit cōuerſio, deterior fuerit auerſio. Præterea, priuationes quæ conſiſtunt in priuari, & non in priuato eſſe, ſuſcipiunt magis & minus, vt ægritudo, turpitudo, deuiatio a uia; ſed auerſio in peccatis conſiſtit in priuari, & non in priuato eſſe, ut optime declarat S. Thom. in artic. ergo ſuſcipit magis & minus. Tertio, omnes priuationes, quæcunque ſint illæ, ſic ſe habent, quod una eſt deterior altera: ut mors cæcitate; cæcitas ſurditate: ergo licet peccata eſſent ſicut priuationes ex parte auerſionis, alia aliis eſſēt deteriora. Quarto, abſurdū eſt aſſerere ita auerſū eſſe a Deo, qui furatur, ſicut qui eſt hæreticus, aut apoſtata: item abſurdum eſt aſſerere ita auerſum eſſe a Deo, qui furatur, ac ille qui habet conſuetudinem furandi.

Duplex principium uitę.

Vtrum auerſio peccatorum ſit æqualis.

D. Tho.

Dubitatio.

Sed dubium eſt, Quid eſt, quod dicit D. Th. quod priuationes, quę conſiſtunt in priuari, & nō in priuato eſſe, nō auferunt totum bonum oppoſitum: ut ægritudo, quæ tollit commenſurationem humorum; ita tamen tollit, ut aliquid eius permaneat. Ita cenſendum eſt de peccato. Hoc videtur falſum. Nam actus intemperantiæ omnino tollit bonum oppoſitum, quod eſt bonum temperantiæ: & infidelitas omnino diſſipat lumen fidei, quamuis non tollat bonum actionis humanæ; quoniam eſt ſubiectum: ſicuti nulla priuatio tollit ſuum ſubiectū. Hoc dubium explicat optime Caiet. ſupra q. 18. art. 8. unde illū.

Caiet.

Dubium præterea eſt; Vtrum macula in peccatis ſit omnino æqualis? Reſpondetur, de fide eſt, quod non ſit in omnibus peccatis æqualis, ut patet ex teſtimoniis ſcripturæ ſuperius poſitis. Sed numquid pœna damni, hoc eſt carentia diuinæ uiſionis, quæ correſpondet omnibus peccatis mortalibus, ſit in omnibus æqualis? Reſpondetur quod non: nam pœna damni eſt grauiſſima pœna: & iniuſtum eſſet, quod inæqualibus delictis, æqualis correſponderet pœna.

Neque macula eſt æqualis in peccatoribus neq; pœna damni illis reſponta.

ARTI. TERTIVS.

Vtrum grauitas peccatorum attendatur ſecundum obiecta.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Differentia grauitatis quæ attenditur penes obiecta, eſt principalis, quaſi cōſequens ſpeciē. Cuius rei duplex probatio eſt: altera; qm ſpecies peccatorū ex obiectis ſumitur: ergo quo fuerit peius obiectū, malitia peccati ī ſua ſpecie peior erit. Altera eſt; nā ratio ordinat omnia ī agibilib⁹ ex fine; & ideo quanto ex altiori fine peccatū cōtingit in actibus humanis, tanto grauius peccatum eſt; ſed obiecta actuum ſunt fines eorum, & ideo ſecundū diuerſitatem obiectorum attendit diuerſa grauitas peccatorum. Hoc ipſum euidentius explicatur. Nam res exteriores ordinantur ad hominem ſicut ad finem; homo vero ad Deum: quare peccatū quod eſt circa ſubſtantiā hominis, ut homicidium, grauius eſt furto, quod eſt circa res exteriores; ſed grauiora peccata ſunt infidelitas, & blaſphemia, quæ immediate cōmittuntur contra Deum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

In explicatione huius articuli, & ſequentium, notandum eſt ex Durando in 2. d. 42. q. 8. quod tribus modis peccata comparari poſſunt in grauitate. Primo modo peccata diuerſorum generum, quantum ad auerſionē, ut peccatum mortale & ueniale. De hac cōparatione nō agit D. Th. in præſentia: ſtatuit. n. pro certo ex dictis, peccatum quodcumq; mortale excedere in infinitum peccatū ueniale, uel maximū. Secundo comparantur peccata diuerſarum ſpecierū ex parte obiecti, ut homicidiū cū furto. Deniq; cōparantur peccata eiuſdem ſpeciei ex uariis circūſtantiis; ut furtū magnum & paruum. De his duobus modis agit hic D. Tho. & ſic eſt prima concluſio. Grauitas peccatorum uariatur ſecundum obiectum. Itaque peccata, quæ ſunt immediate contra Deum, ſunt grauiora; nam in corporalibus illæ ægritudines grauiores ſunt, quæ magis tangunt cor, qđ eſt principium uitæ: ſed in moralibus Deus eſt principiū uitæ noſtræ; eſt. n. finis ultimus: ergo. In peccatis uero, quæ ſunt contra proximum, primum locum habet homicidium: nam ad uitam hominis omnia ordinantur: deinde fornicatio, qua homo peccat in corpus ſuum: tertio,

Durand.

Tripliciter comparari poſſunt peccata in grauitate.

Prima cōcl. Peccatorū grauitas uariatur ex obiecto.

ſe mi rone. An peccatū grauius ex obiecto ſit abſolute ma gis malum.

tio, furtum quod circa res alienas verſatur. Secunda conclusio. Grauitas ex obiecto, eſt principalis, & ſubſtātialis; grauitas uero ex circumſtantijs, accidentalis eſt. Sed vt hæc ſecunda concluſio explicetur, dubitatio eſt; Vtrum peccatum quod grauius eſt ex obiecto, ſit ſimpliciter & abſolute magis malum: an potius poſſit ſuperari ex circumſtantijs? Quæſtio ergo eſt; Vtrum homicidiū omne ſit grauius quocumq; furto? Reperies quoſdā diſcipulos D. Th. aſſerentes, omne peccatum ex obiecto grauius ſimpliciter eſſe, nec poſſe ex circūſtantijs ſuperari: quod falſiſſimum eſt. Sunt enim quædam peccata minus grauia ex obiecto, quę ex circumſtātijs ſunt grauiora: maius n. delictum eſt furari totum ærarium Republicę, aut Regis, quam occidere hominē plebeium; Præterea, maius delictum eſt illuſtrē pſonā de crimine hęreſis, aut proditionis infamare, quā occidere hominē plebeiū: atq; adeo grauius occidere quattuor, q̄ blaſphemare ſemel nomē Chriſti. Itaq;

Priuenſi.

Quomodo exponend us ſ. D. Tho.

ſnia D. Th. ex parte obiecti exponēda eſt, ceteris parib. qđ ēt uidere eſt in naturalib. aurū. n. pretioſius eſt quā argentū; ceterū tm̄ argentū pōt accumulari, vt pluris æſtimetur quā aurū. Itē coruus viuit magis quā homo; ceterū coruus qui ex itēpeſtiua morte demoritur, non uiuit magis quā homo. Ita in moralib. licet blaſphemia ſuapte natura, & ex obiecto ſit grauius peccatū, q̄ homicidium; tamen tm̄ poteſt creſcere ex alijs circumſtantijs homicidiū, q exſuperet peccatū blaſphemiæ. An uero periuriū, non ſolum ſuapte natura, & ex parte obiecti ſimpliciter & abſolute ſit grauius delictum, quam quodcumque contra proximum commiſſum, quæſtio eſt, quæ habet propriam ſedem 2 2. quæſt. de periurio. videnda ſunt D. Th. argumenta, & ſolutiones eorum; & videndus eſt Caiet.

Vtrum minus malum poſſit ſtri ctius prohi beri à Deo.

Sed dubium eſt; Vtrum Deus peccatum minus malū, grauius prohibere valeat, vt ſic ſit maius peccatum? Certe in hoc eſt euidens contradictio, & ſic fieri non poteſt. Nam ſi peccatum eſt grauius, tunc obiectum eſt peius: ergo euidens contradictio eſt, q ſit minus peccatum, & grauior offenſa coram Deo. Rurſus ex alia parte conſtat, q ſit euidens contradictio: nam ſi eſt minus peccatum: ergo minus diſplicet Deo: ergo non poteſt grauius offendere Deum. Vnde cenſeo eſſe euidentem contradictionem, q Deus non odio habeat peccatum, quantum peccatum meretur; vel quod magis deteſtetur, quā ſit deteſtabile; vel q minus quam peccatum promereatur.

ART. QVARTVS

Vtrum grauitas peccatorum differat ſecūdum dignitatem virtutum quibus opponuntur.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Principaliter & directe maximę uirtuti contrariatur maximum peccatum, quaſi maxime ab eo diſtans in eodem genere: nam ex parte obiecti attenditur maior grauitas peccati, prout in ſuperiori articulo expoſitum eſt, ſicut attenditur maior dignitas uirtutis, cum virtutes & peccata ex obiectis diſtinguantur, & ſpeciem ſortiātur: ergo maximæ virtuti maximū vitium opponitur.

Ariſto. 8. Eth.

Dicit enim Ariſt. quod peſſimum optimo cōtrarium eſt; ſi enim obiectum virtutis eſt maximum bonum, obiectum vitij cōtrarij erit maxime rationi contrarium. Secunda concluſio. Si conſideretur oppoſitio virtutis ad peccatū, ſecundum quādam extēſionē virtutis cohibētis peccatum, quanto uirtus fuerit maior, tāto magis elōgat hominem a peccato: ſicut enim ſanitas quanto maior fuerit, tāto etiam minores diſcrepantias excludit: ſic quanto aliqua virtus fuerit maior, tanto etiam minora peccata cohibet. Et per hunc modum maiori virtuti minus peccatum opponitur ſecundum effectum.

Secunda.

EXPLICATIO ARTICVLI.

An uera ſit truc. doctri na. Primum ar.

COntra concluſionem articuli ſic arguitur. In primis ſequitur ex hac concluſione, furtum eſſe grauius peccatum, quam ſit fornicatio: opponitur enim iuſtitiæ, quæ eſt præſtantior virtus quam temperantia cui opponitur fornicatio.

Secundum

Deinde, Nulla iniuſtitia eſt ita magnum peccatum, ſicut peccatum contra naturam, quod tamē opponitur virtuti temperantiæ. Vt hæc argumenta diſſoluantur, ſemper habeatur ante oculos documentum illud, quod in ſuperiori articulo commemorauimus; comparationes peccatorum debere fieri, ſi cetera ſunt paria; alias ſępe fallemur iudicātes maius eſſe peccatū, qđ min' eſt. v. g. maius peccatum eſt fornicatio quam furtum aliquod; quamquā fornicatio minori virtuti opponatur. Oportet ergo, q fiat comparatio, vt appareat quod peccatum maius ſit, quodue minus, inter maxima peccata vtriuſq; uirtutis: & ſic ſemper erit maius peccatum, quod maiori uirtuti directe opponitur. v. g. maximum peccatum cōtra iuſtitiā eſt; deſtruere rempublicam, aut occidere Regem: & ſic erit maius peccatū, quam maximū peccatum intemperantiæ, ēt ſi ſit contra naturam. Ceterum ſi compares maximum peccatum intemperantiæ cum mediocri, aut minimo iniuſtitię, haud dubie poterit eſſe maius peccatū intemperantiæ, vel peccatū contra naturam maius eſt quam furtum. Atqui hoc documentum in operib. virtutum diſtincte, & aperte itelligitur eſſe verū. Nā quamquam iuſtitia præſtantior ſit fortitudine, non tamen eſt conſequēs, q omne opus iuſtitiæ, vt uendere triticum iuſto pretio, excedat omne fortitudinis opus: nam certe maius opus eſt fortiter Rempublicam defendere, quam vendere merimonia iuſto pretio. Itaq; comparatio virtutum, & vitiorum debet fieri maximi ad maximum.

Solu.

Arguitur cōtra ſolutionem. D. Th.

Sed contra hanc doctrinam ſic arguitur. Nam fortitudo eſt maior virtus quam temperantia, vt plane docet D. Th. ſupra q. 66 art. 4. At maximum peccatum quod opponitur fortitudini, nō eſt maius peccatum quam maximū quod opponitur temperantiæ: ergo doctrina ſuperius tradita uera non eſt. Probatur minor: nā peccatū ſodomiæ, quod aduerſatur temperantiæ, maius peccatum eſt quam omnis timiditas, vel audacia, quæ virtuti fortitudinis cōtraria eſt. Hanc obiectionem poterit quis facile depellere negando minorem argumenti: maius. n. peccatum eſt, ſi quis ex audacia temerarie vitā certo periculo exponat, vel ſe interficiat, quam peccatum ſodomiæ. Quod euidētius oſtenditur alio exemplio adhibito. Nam ſi quis metu percuſſus fugiat ex bello, ex qua fuga ſequitur reipublicæ calamitas, & exitium, maius peccatū eſt quam omne peccatum intemperantiæ. Quod ſi quis dicat non eſſe maius peccatū, ex eo q directe opponitur fortitudini, ſed quia ſequitur magnū detrimentum reipublicæ; pro huius declaratione nouiſſe oportet, q fortitudo excellentior uirtus eſt quam temperantia, ex duplici cauſſa. Primo, quia verſatur circa maius bonum, videlicet circa vitam propriam tuendam, vel profundendam, ſi neceſſitas expoſtulauerit: quo fit, vt ſubijciat motus appetitus ſenſitiuis, regulæ & rationi in re difficillima, & maxime ardua; temperantia vero non eſt immediate circa vitā, ſed circa cibum, & potum, & venerea, quæ ordinantur ad vitam propriam, vel ſpeciei humanæ conſeruationē. Deinde excedit fortitudo temperantiam, quia cōparata ad bonum commune, vtilior eſt ex propria ratione: nam nobilius eſt, & laudabilius cum periculo vitæ propriæ tueri rempublicam, fidem, religionem, & (quod aiunt) p aris, & focis pugnare, quam propagare rempublicā per naturalem generationem. Ex his ſequitur, eſſe proprium fortitudinis, & non alienum, neq; extraneū, non ſolū vitam propriam tueri, & pro eius cōſeruatione fortiter pugnare, ſed etiam pro ipſa republica, cuius homo eſt pars. Erit

Maius peccatum temere ſe occidere, quam ſodomia.

Fortitudo excellentior temperantia

igitur

igitur peccatum directe contra fortitudinem, non exponere vitam periculo, quãdo tenetur pro republica pugnare. Similiter contra fortitudinem peccabit, qui aggreditur pugnam temerarie cũ periculo vitæ; & in multo grauius peccatum labetur, ſi fit cum periculo reipublicæ. Vnde veriſimile ſit, & probabile, maius eſſe peccatum, vel timiditatis, vel audaciæ temerariæ in caſibus commemoratis, quam omne peccatum, quod temperantiæ aduerſatur. Sed tamen, vt uerum fatear, hæc argumentatio aduerſatur doctrinæ D. Th. Nam infra q. 84. art. 4. ad primum, inquit; nõ oportet, quod principalia vitia opponãtur principalibus virtutib. & in 2. 2. q. 118 artic 7. ad primum idem repetit expreſſe. Et quod magis urget, in q. 142 art. 3. diſtincte quærit; Vtrũ timiditas ſit maius vitiũ quam intemperantia? & reſpondet; quod tam ex parte obiecti, quam ex parte hominis peccantis, grauius peccatũ eſt intemperantia quam timiditas. & ad finem articuli dicit, quod intemperantia ſimpliciter maius peccatum eſt quam timiditas. Et prima ratio eſt ex parte obiecti. Nam timiditas refugit pericula mortis, ad quæ vitanda inducit maxima neceſſitas conſeruandi vitam; temperantia vero eſt circa delectationes, quarum appetitus non eſt ita neceſſarius ad uitæ conſeruationem, quia intemperantia magis eſt circa delectationes contrarias homini, quã naturales. Hinc conficitur tale argumentum:

D. Tho. docet, nõ oportere principalia vitia opponi principalis virtutibus.

Quanto illud, quod mouet ad peccandum eſt magis neceſſarium, tanto leuius eſt peccatum; ſed motiuum ad timendum eſt magis neceſſarium, quam motiuum intemperantiæ: ergo timiditas ex obiecto ſuo eſt minus peccatum, q̃ intemperantia; ſiquidem ex parte obiecti hẽt maiorem excuſationem. Ex parte vero ipſius hominis peccantis probat D. Thom. tripliciter, quod timiditas ſit minus peccatum, quam intemperantia. Primo, quia timiditas turbat magis mentis iudicium. Secundo, quia minus habent de voluntario, quæ fiunt ex timore, quam quæ fiunt ex delectatione. Tertio, quia contra intemperantiã poteſt magis de facili adhiberi remedium, quam contra timiditatem. Nam exercitiũ circa pericula belli, & mortis, rarius occurrit, & quando occurrit, periculoſe homo exercetur in huiuſmodi periculis ad expellendam timiditatem. At uero ſine periculo poteſt homo per totam vitam ſe exercere circa delectationes concupiſcentiæ, illas moderando: quare minus excuſationis habet intemperatus, quam timidus. Et ad argumentum illud; Fortitudo eſt maior virtus quam temperantia: ergo timiditas, quæ eſt vitium oppoſitum fortitudini, maius eſt peccatũ quã intemperãtia, ſi uera eſt doctrina quã in hoc articulo D. Tho. definit dicens, maiori virtuti maius vitium eſſe oppoſitum: Reſpondet Dominus Caiet. in 2. 2. loco dudum citato, ꝙ excellentia fortitudinis ſupra temperantiam poteſt dupliciter conſiderari. Vno modo ex parte finis, quod quidem pertinet ad rationem boni: & ex hac parte timiditas eſt peior quam intemperantia: quia ſicut fortitudo magis ordinatur ad bonum commune, quam temperantia; ita timiditas magis deſtruit bonum commune, deſiſtendo a defenſione illius, quando oportebat, quam ipſa intemperantia. Alio modo conſiderari poteſt ex parte difficultatis, inquantum difficilius eſt ſubire pericula mortis, quam abſtinere a quibuſdam delectationibus: & quantum ad hoc, non oportet, quod timiditas excedat intemperantiam; quia ſicut eſt maioris virtutis nõ vinci a fortiori, ita minoris vitij eſt vinci a fortiori. Illa enim maxima, & veluti certa ſententia, Peſſimum optimo opponitur; non ſemper eſt vera, ſimpliciter loquendo; ſed quantum ad rationem, per quam opponitur maiori bono id quod dicitur eſſe peius. Et quia timiditas opponitur fortitudini ſolum ex illa parte, ſecũdum quam fortitudo ad bonum commune ciuitatis ordinatur; ideo timiditas non eſt ſimpliciter maius vitium, quam intemperantia, ſed ſolum quantum ad finem fortitudinis.

Caiet.

Nos uero duo dicimus circa deciſionẽ huius difficultatis. Alterum eſt, eſſe probabile ſatis, ꝙ omnibus penſatis, ſit maius peccatum intemperantia, quam timiditas, ꝓpter rationes D. Th. in 2. 2. q. 142. Et ad argumentum noſtrum, quod eſt maius peccatum fugere periculũ uitæ ex timiditate, qñ oportet pugnare ꝓ defenſione reipublicæ:

Sententia auctoris.

Reſpondetur, quod tunc quidem erit maius peccatum timiditas; ſed non ex proprio obiecto timoris, ſed ex eo ꝙ ſimul læditur iuſtitia, vel caritas erga patriam; intemperantia uero ex proprijs ipſius obiecti aggrauatur, & eſt maius uitium. Nihilominus dicimus ſecũdo, quod in doctrina D. Th. inſiſtendo, nobis probabilius eſt, quod timiditas eſt maius peccatum, quam intemperantia, propter rationem huius quarti articuli, & propter alias rationes iam factas pro iſta ſententia.

Timiditas maius peccatum intemperantia.

Et ad dicta D. Tho. in oppoſitum reſpõdetur, ꝙ loquitur D. Tho. de vitio principali, ex quo alia vitia originantur, tamquam ex capitali: & de huiuſmodi inquit, non oportere quod opponantur virtutibus Cardinalibus principaliter, vt manifeſtum eſt: nam iniuſtitia non ponitur vitium capitale, & tamen eſt maius peccatum quã gula.

Ad aliud teſtimonium 2æ 2æ, reſpondetur, quod ſimpliciter intemperantia dicitur maius peccatum quam timiditas; quia ex pluribus excuſatur, ſed ex ea parte, vnde timiditas habet rationem peccati talis ſpeciei, ex obiecto ſ. formali, ſecundum quod directe opponitur fortitudini; ſimpliciter eſt timiditas peius peccatum quam intemperantia: quia priuat maiori bono ſecundum rectam rationem. Comparatio uero illa facta a D. Th. inter timiditatẽ ex parte obiecti, & temperantiam, conſtat ꝙ non procedit ſecundum rationem formalẽ ſpecificam obiecti timiditatis, ſed ſecundum motiuum ad fugiendum periculũ ex neceſſario amore vitæ. Docet enim D. Tho. in 2. 2. q. 127. art. 2. ad primum, ꝙ oppoſitio vitij ad uirtutem non attenditur principaliter ſecundum cauſſam vitij, ſed ſecundum ipſam vitij ſpeciem, & ſecundum hanc dicimus modo vniuerſaliter, ꝙ maiori uirtuti, maius & peius vitium opponitur, licet aliud uitium poſſit habere cauſſas alleuiantes. Verum eſt tamen, quod ſi inueniatur actus contrarius fortitudini cũ difficultate magna ex parte obiecti ad quod conuertitur peccans, illud eſſet perfectius oppoſitum, vt patet ex ſolutione ad ſecundum hic. Et fortaſſe poſſumus exemplum tale proferre. v.g. ſi quis, vt fugiat martyrium ex timore mortis, confugiat ad feras, ſiue leones, ex eodem periculo vitæ dilaniandus: vel etiam ſi quis, vt æſtimetur fortis, mortem oppetat temere, quando non oportet; tunc maius peccatum erit illa audacia, q̃ grauiſſima intemperantia: & denique quando aliquis ex timiditate fugit minima pericula mortis deſiſtens a defenſione uirtutis; tunc etiam apparet, quod ſit maius peccatum, quam intemperantia.

In hoc articulo exponit Dominus Caietanus illã ſententiam Ariſtot. ex 8. Ethico. Optimum peſſimo opponitur. ſed melius & exactius exponit eam 2. 2. quæſtio. 142. articulo tertio. & Ferrarien. optime eam exponit. 3. contra gen. cap. 26. & nos nonnulla diximus ſupra quæſt. 3. art. 4. Ex quo loco diſcet Theologus, quomodo eum nõ fallat argumentum illud, quod in tractatu de beatitudine fieri ſolet; Odium Dei eſt peſſimum malorum: ergo amor Dei eſt optimum. ſed beatitudo conſiſtit in optimo: ergo in amore conſiſtit. Nam propoſitio illa; Peſſimum optimo contrariatur; eſt intelligenda in rebus habentibus contrarium; non autem habet locum in carentibus contrario: lumen autem gloriæ, & viſio beatifica non habent contrarium; & ideo non opponitur illis peſſimum, cum tamen ipſa ſint optima bona hominis. Immo hoc attestatur excellentia beatitudinis, & luminis gloriæ, quod contrarium non habet, ſicut & ipſe Deus eſt optimus, & non habet contrarium; quia ſi quod contrarium haberet, oporteret eſſe ſummum malum. quod tamen impoſſibile eſt exiſtere in rerum natura: nam ſi eſt, iam habet aliquod bonum in eo quod eſt: vnumquodque enim inquantum eſt ens, eſt bonum.

Exponitur illa ſententia, optimum opponitur peſſimo.

ARTIC.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Greg.

Iſte articulus poſitus eſt ad explicandū D.Greg. 31. moral. c. 31. q tem u. ... Pro explicatione notandū eſt, eſſe quoſdam homines, qui prolabuntur in peccata ſpūalia; & hi ſunt Dæmones, & difficillime curantur, & conuertuntur ad Deum. Alij ſūt qui prolabuntur in peccata carnalia, & hi ſunt bruta, ſed non adeo difficile curātur; vt meretrices, milites. Alij ſunt, q vno & altero genere peccatorū irretiūtur, ut ſuperbi, & luxurioſi: & hi ſunt mōſtra hominū, ſemibeſtię, & ſemidiaboli; & hi fere ſunt ſine remedio. Secūdo notandum, q̄ q̄n homo ex maiori motiuo extrinſeco, & ex eā magis impellēte peccat, leuius talis peccat. v.g. Narratur 2. lib. Reg. ca. 11. q David deambulās in ſolario, &c. illud peccatum leuius fuit, quam ſi quæſiſſet illā, ad peccandū cum illa: & ſic uerificatur illud axioma Theologorū, Leuius peccat q accederet ad mulierem pulcrā, quā qui accederet ad mulierem fœdam: qđ intellige, quādo occurrit oculis hominū, & ſubito rapit eius voluntatem: nam ſi homo quærit mulierem pulcram ad peccandum cū ea, certe grauius peccat: quærit n. magis intenſe, & magis uoluptuoſe peccat.

Prima concl.

Leuius peccatu, quod eſt ex maiori motiuo.

2. Reg. 11.

Theologorum propoſitio.

Secunda.

Tertia.

ART. QVINTVS.

Vtrum peccata carnalia ſint minoris culpæ, quam ſpiritualia.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Spiritualia maioris culpæ ſunt, quam carnalia, ceteris paribus. Quod per tres rōnes patet. Primo ex parte ſubiecti: nā peccata ſpiritualia pertinēt ad ſpūm, cuius eſt conuerti ad Deum, & ab eo auerti: ſed carnalia cōſumātur in delectatione carnalis appetitus, qui principaliter conuertitur ad bonum corporale: vnde peccatū carnale plus habet de cōuerſione; & ſpūale plus habet de auerſione, ex qua procedit rō culpæ. Secundo patet ex parte eius in quem peccatur: nā peccās carnaliter, in propriū corpus peccat, quod eſt minus diligendū, quam Deus, & proximus, in quos peccatur per peccata ſpūalia. Tertio patet ex parte motiui; quia quanto eſt maior impulſus; tanto minus hō peccat; ſed peccata carnalia habent maiorem impulſum propter cōcupiſcētiam carnis nobis innatam: vnde ſunt minoris culpæ. Secunda Concluſio. Peccata carnalia ſunt maioris adhæſionis, ac ſubinde difficilioris curationis. Hæc concluſio patet ex dictis. Tertia Concluſio. Peccata carnalia ſunt maioris infamiæ: ſunt n. circa illas delectationes, quæ ſunt cōes nobis & brutis: vñde quodāmodo per hæc peccata hō brutalis redditur.

EXPLICATIO ARTIC.

Intentio uoluntatis prauæ nō eſt de neceſſitate cōfeſſionis ſemper.

PRo expoſitione notandum, quod licet intenſio uoluntatis augeat peccatum, hæc tamen grauitas non eſt de neceſſitate cōfeſſionis communiter loquendo. Primum, quoniam non facile cognoſcitur. Deinde, quoniam non facile exprimitur in confeſſione: quamuis enim pœnitens dicat magno feruore odio habuiſſe Paulum, non ſatis explicat intenſionem voluntatis; nam in iſto feruore eſt magis, & minus. Tum tertio, quoniam non notabiliter aggrauat: & q ſi eſſet notabiliſſima intenſio; vt ſi homo amaret mulierem, vt Deum, certe eſſet exponenda in confeſſione. Tum quarto, quoniam hæc intenſio melius explicatur ex alijs circumſtantijs, ex conſuetudine, ex perſeuerantia, &c. Eſt tamen notandum, falli turpiter in hac parte Summiſtas, qui dicunt, hanc circumſtantiam non eſſe neceſſario confitendam; quoniam non mutat ſpeciem. Hæc ratio improba eſt: nam peccatum ueniale & mortale ſæpenumero non differunt ſpecie, ut ex ſupra dictis conſtat; & tamen hæc differentia explicanda eſt in confeſſione. Rurſus, furari decem millia aureorum, & furari decem aureos, non differunt ſpecie, & tamen in cōfeſſione magnitudinem furti oportet exponere: ergo regula illa falſa eſt.

Circūſtātia nō mutātes ſpeciē, ſæpe exponendæ in confeſſione.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum grauitas peccatorum attendatur ſecundum cauſſam peccati.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Vbi voluntas eſt maior ad peccandum, ibi grauior eſt culpa; eſt n. voluntas propria & per ſe cā peccati: vnde cōparatur ad peccatum, ſicut arbor ad fructum. Secunda Concluſio. Ex cauſſis extrinſecis & remotis, q̄ inducunt voluntatem ad peccandum, ſecundum naturam ipſius uoluntatis, vt finis, qui eſt proprium obiectū uoluntatis, augetur peccatū; quia grauius peccat illa volūtas, quæ inclinatur ad peccandū ex intentione peioris finis. Tertia Concluſio. Aliæ cauſſę quæ inclinant volūtatem ad peccandum præter naturam, & ordinem ipſius voluntatis quæ per ſe nata eſt moueri libere ſecundum iudicium rationis, tales diminuētes iudicium rationis, vt ignorantia; vel diminuentes liberum motum uoluntatis, vt metus, violentia, infirmitas, diminuunt peccatum, ſicut diminuūt voluntarium, in tm̄, q ſi actus eſſet oīno inuoluntarius, nullam haberet rationē peccati.

Prima concl.

Secunda.

Tertia.

Eſt dubium circa ſecundam concluſionem, Vtrum ſit grauius peccatū occidere hominē propter furtum, aut propter odiū. Ratio dubitandi eſt; nam hæc circumſtantia furti addit peccatū peccato: ergo nō excuſat. Sed contra eſt. Nam quanto finis eſt leuior, tā to peccatum eſt leuius: ſed furtū eſt leuius peccatum, quam odiū proximi: ergo leuius peccatū eſt occidere propter furtum quam propter odium. Reſpōdetur, duplex eſt odiū proximi; generale, quod includitur in omni peccato contra proximum commiſſo: & huiuſmodi odium non auget peccatum homicidij. Quapropter dicēdum eſt q occidere hominem propter furtum, grauius peccatum eſt, quam occidere hominē propter odium. Eſt aliud odium proximi ſpeciali ratione contra amicitiam & caritatem; & hoc odium ſuperat grauitate omnia peccatā, quæ contra proximum committuntur. Quapropter dicendum eſt, quod occidere hominem propter odium ſecundo modo, grauius peccatum eſt, quam propter furtum hominem occidere. Circa ſecundum argumentum D.Tho. obſeruandum eſt, quod quando paſſio concupiſcentiæ uolita eſt, & ſub uoluntatis conſenſu cadit, ubi eſt maior concupiſcentia, eſt maior culpa: ut cum quis intenſe vult occidere, & in actu occiſionis creſcit ira, grauius peccat; ſi uero paſſio concupiſcentiæ antecedit iudicium rationis, diminuit peccatum. Quæ doctrina ut certa ſit, eſt intelligenda per ſe loquendo: neque n. ſēper paſſio antecedens iudicium aliquod rationis excuſat a peccato; quia fieri poteſt, ut in aliquo homine ſit maxima negligentia, non reprimēdi tales paſſiones iā cognitas, vel occaſiones non fugiendi, ubi huiuſmod. paſſiones exardeſcunt. Huius rei exemplum habes Exho. 21. vbi dicitur

An grauius ſit occidere hominē propter furtū, an propter odium.

Duplex odiū proximi.

Paſſio cōcupiſcentia uolita non minuit peccatum.

Exhod.21. tur. Quod ſi bos alicuius occiderit hominem, dñs bouis ſit innocens: at uero ſi admonitus fuerat dominus, quod bos eius erat cornupeta, ab heri & nudius tertius, & non recluſerit eum, ipſemet dominus præcipitur occidi cum boue. Simile eſt de paſſione, quæ ex negligentia exoritur, & prçualet.

ARTICV. SEPTIMVS.

Vtrum circumſtantia aggrauet peccatum.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio eſt affirmãs. Nam cum peccatum cauſſetur ex defectu alicuius circumſtantiæ, quando ex hoc receditur ab ordine rationis, non obſeruando debitas circumſtantias, patet per eas aggrauari peccatum. Quod tripliciter contingit: vno modo, quãdo circũſtantia transfert in aliud genus peccati; ſicut committit fornicationem qui accedit ad nõ ſuam: ſed ſi addatur hæc circũſtãtia, vt ſit alterius vxor, transfertur in aliud genus peccati, videlicet ĩ iniuſtitiã in quãtũ rẽ alterius vſurpat: vnde adulterium grauius eſt fornicatione. Aliquando tamẽ circumſtantia non aggrauat peccatũ, quaſi trahens in aliud genus peccati, ſed ſolũ multiplicat rationẽ peccati: vt ſi prodigus det quãdo nõ debet, & cui non debet, multiplicius peccat eodẽ genere peccati, & ex hoc peccatũ fit grauius; ſicut grauior eſt infirmitas quæ inficit plures partes corporis. Tertio aggrauat circũſtãtia peccatũ, ex eo, quod auget deformitatem prouenientem ex alia circumſtantia, ſicut accipere alienũ cõſtituit ſpeciem furti; quod ſi addatur hæc circũſtantia vt multum accipiat, erit grauius peccatum: etſi parum vel multum, de ſe non dicit rationẽ boni vel mali.

EXPLICATIO ARTIC.

DE hoc articulo uiſum eſt in ſuperioribus, q.7. & q.18 artic. 10. & 11. in præcedẽti quæſtione artic.9. Sed illud habet difficultatem ſpecialem in hoc art. nam dicit D. Th. ꝙ circũſtãtia vxoris alienæ trãſfert actũ in aliud peccati genus, videlicet ad iniuſtitiã; & ſm hoc adulteriũ grauius peccatum eſt, quã fornicatio. Videtur hoc falſum, & improbabile. Nam adulteriũ eſt propria ſpecies luxuriæ, ut docet D. Tho. 2. 2. q. 154. artic. 1. ad 2. ergo eſt ſub eodem genere, ſub quo fornicatio cõtinetur: unde nõ continetur ſub genere iniuſtitiæ. Hæc dubitatio facillime explicatur: non. n. eſt inconueniens, ꝙ in eodem actu cõcurrãt duæ malitiæ, & duæ deformitates diuerſorũ vitiorum, & ſic adulteriũ, & luxuria eſt, & iniuſtitia. Sed obſeruare oportet, ꝙ adulterium poteſt comparari, uel ad genus propriũ adulterij, quod eſt luxuria, uel ad ſpeciem aliã ſub eodem genere, ſcilicet ad fornicationem ſimplicẽ. Si comparetur ad genus, nõ trãsfert actum ad aliud genus, ſiquidem adulterium ſemper eſt ſpecies luxuriæ. Si uero comparetur ad fornicationem, tuc circũſtantia uxoris alienæ conſtituit aliã ſpẽm diſtĩctã a fornicatione, & ſic uerisſime dr̃, ꝙ illa circũſtãtia transfert actum ad aliud genus peccati .i. ad aliã ſpeciem. Verum eſt tamen, ꝙ ſi in adulterio cõſideretur iniuria, quæ fit uiro cuius eſt vxor, tunc adulterium conſtituitur directe ſub genere iniuſtitię. Ad ultimum obſeruare oportet, ꝙ licet vitij differẽtia propria nõ poſſit explicari niſi ex circumſtãtia adiũcta ex altero vitio, ex hoc tñ non licet colligere, quod differentia alterius uitij conſtituat illud formaliter: fornicatio ſiquidẽ eſt ſpeciale peccatũ luxurię, tamen eius malitia explicari nõ pőt, niſi ꝑ ordinem ad iniuſtitiam, quæ ſit proli naſciturӕ. Ad eundem modũ adulteriũ eſt ſpecies luxuriæ, propriã habẽs malitiam, vt cõſtituitur ſub genere luxuriæ, ut docet D. Tho. ubi ſupra artic. 8. eius tamẽ grauitas explicatur ꝑ iniuſtitiã, q̃ fit uiro cuius eſt uxor. Ad eundẽ modũ raptus ponitur a D. Th ſpecies luxurię, qñ quis per violentiam opprimit virginem, vel feminã, cuius peccati grauitas explicatur ex violẽtia, q̃ ad iuſtitiam ſpectat: accipitur enĩ, ut ſpãle ſignũ magnitudinis cõcupiſcentię, & ita ponitur in definitione raptus. Per huncẽt modũ D. Th. q. 2. de malo, art. 6. ponit ſacrilegium ſpeciẽ furti, quãquã in 2. 2. nõ ponatur inter ſpecies furti, neq; furtũ in ſpecie ſacrilegij, ſed ſe habẽt accidẽtaliter ad furtũ, n. creſcit in grauitate, qñ fit ĩ loco ſacro, ex circũſtãtia loci ſacri.

Conclu. Adulterium an ad iniuſtitiam pertineat.

Tribus modis aggrauatur peccatum a circunſtantiis.

D.Th.

Adulterium ad duo comparari pőt.

ART. OCTAVVS.

Vtrum grauitas peccatorum attendatur ſecundum maius nocumentum.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Nocumentum, qđ prouenit ex peccato, ſi eſt præuiſum & intentum directe, auget grauitatem peccati: vt ſi quis operatur aliquid animo nocendi alteri vt fur, & homicida, tunc directe quantitas nocumenti auget grauitatẽ peccati: q̃a tunc nocumentum eſt obiectum peccati volitum. Secunda Cõcluſio. Quando nocumentum eſt præuium, ſed nõ intentum, indirectè quantitas nocumẽti aggrauat peccatũ; videlicet ſi aliquis tranſit ꝑ agrũ vt occulte uadat ad fornicandũ, & infert nocumẽtũ in ſegetib. agri ſcienter, licet nõ animo nocẽdi: tũc quãtitas nocumẽti indirecte auget peccatũ, in quãtũ ex uolũtate inclinata ad peccãdũ nõ prętermittit facere dãna, quę ſcit ex ſuo opere ſubſecutura.

Tertia Concluſio. Quando nocumentum neque eſt præuiſum, nec intentum, tunc ſi ꝑ accidens ſe habet ad peccatum illud, directe non aggrauat: ſed propter negligentiã cõſiderandi nocumenta quæ conſequi poſſunt, imputãtur homini ad pęnam mala quæ eueniunt præter eius intẽtionem, quãdo dat operam rei illicitæ: vt cum quis incaute emittit ſagittã, & occidit hominem, efficitur irregularis; quia dabat operã rei illicitę.

Prima concl.

D.Th.

Secunda.

Tertia.

EXPLICATIO ARTIC.

QVę hic ab autore in prima & ſecũda cõcluſione aſſeruntur, ꝑſpicua ſunt, neque explicatione ĩdiget. Sed tertia cõcluſio accurata explicatione opus habet: nam ex ea emergunt graues difficultates. In primis ait D. Th ꝙ qñ nocumẽtũ neq; eſt ꝑuiſum, nec intentũ, ſi ꝑ accidẽs ſe hẽt ad peccatum, directe non aggrauat peccatum, in quo vr̃ inſinuare, ꝙ indirecte aggrauet, & tunc nulla eſt drĩa inter ſecundã, & tertiã concluſionem. Deinde docet D. Th. ꝙ propter negligentiam conſiderandi imputantur homini ad pœnam mala, quæ ex peccato ſequuntur: ex quo vr̃ colligi, ꝙ non imputantur ad culpam, in quo eſt euidens cõtradictio Nam ſi propter negligentiam imputantur, ergo propter culpã negligentiæ n. conſiderandi, culpa eſt.

Dubium circa tertiam cõcluſionẽ. Primũ arg. Secundum.

Vel

Vel enim loquitur D. Th. de negligentia culpabili, vel inculpabili. Si de culpabili, ſicut nocumentum imputatur ad pœnam in iure decretam, ſic etiam ad culpam. qđ D. Tho. videtur negare. Si de negligentia inculpabili loquatur, ſententia D. Th. ab abſurdo excuſari nō poteſt: ſum, quoniã negligentia ſemper dicit culpam: tũ, quoniam ſicut nocumentum, quando eſt negligentia inculpabilis, non imputatur ad culpam, ſic neq; ad pœnam. v. g. clericus venatur in nemore alieno; qui proinde dat operã rei illicitę, & adhibet omnem diligẽtiam ne ſequatur homicidium: infortunio quodã ſecutum eſt, quod nec in ſe, nec in cã ſua eſt voluntarium: ergo nõ eſt irregularis. Probatur conſequẽtia: nam ſolum homicidium volũtariũ inducit irregularitatẽ, vt plane definitur in Decretalibus, Titulo de homicidio volunta- Totum,
rio & caſuali. Præterea docet D. Th. in tertia concluſione, ꝙ incurritur irregularitas, quãdo dabatur opera rei illicitæ. Hoc videtur falſum, & improbabile. nã qui adhibet omnẽ diligentiam, ſiue det operam rei illicitæ, ſiue licitæ; non incurrit irregularitatẽ: ſi vero ex negligentia culpabili, ſiue det operam rei illicitæ, ſiue licitæ, eſt irregularis. ergo illa diſtinctio D. Th. eſt nulla. Ad hoc dubium multi tenent, ꝙ D. Th. loquatur de negligentia, q̃ nullo modo eſt culpabilis dicuntq; imputari tale homicidium ad irregularitatẽ, quia dabatur opera rei illicitę; ex quo inferunt, ꝙ illa venatio in clerico ſi eſſet licita, non imputaretur homicidiũ ad irregularitatem. Huius rei rationem non aliter demonſtrant, niſi quia ita eſt in iure decretũ. De iure continuo videbimus. Hanc ſnĩam habent omnes Canoniſtæ in capitulo, Dilectus, in capitulo, Cõtinebantur, & in ca. Ex litteris. 2. de homicidio volũtario. Subſcribit Syluester, verbo, Homicidiũ. 2 §. ſecundo. Conradus in hoc articulo eſt eiuſdem ſnĩæ. Dñs Caie. 2. 2. q. 64. art. 8. & ipſe D. Tho. in loco allegato ponit iſtam regulam. Quicumq; dat operam rei illicitæ, ſi ſequitur homicidium, eſt irregularis. Idem docet in addit. ad 3. p. q. 39. art. 4. Hanc ſententiam demonſtraui eſſe falſam 2. 2. loco commemorato. Nunc vero ſtatuũtur tres regulæ. Prima. Omnis pęna, præter irregularitatẽ, non incurritur, niſi incidatur in culpam, contra quam decreta eſt. Hoc patet in excommunicatione, in pœna pecuniaria, &c. v. g. occidit quis hominem ignorans inculpabiliter eſſe clericum: quia non admiſit ſacrilegiũ, non eſt excommunicatus. Rurſus, intendebat quis ſura a ſacriſtia, accendit lucernam, adhibuit omnem diligentiam ne ſequatur incendium, forte fortuna vento ſurgente incendiũ ſecutum eſt. ſicut excuſatur iſte a peccato incẽdij, ita excuſatur a pęna lata contra incendiarios. Solum ſupereſt dubium de irregularitate, q̃ abſque culpa ſolet imputari, vt videre eſt in iudice, & in milite, & in bello iuſto. de qua eſt ſecunda regula. Non quicumque dat operam rei illicitæ, eſt irregularis, licet ſequatur mors. Tertia regula. Omne homicidium caſuale, quod nulla ratione eſt voluntarium, non inducit irregularitatem. Iſtæ regulæ probantur varijs exemplis. Primum, ſi clericus deprehenſus in adulterio occidat maritũ in propriam defenſionem, non eſt irregularis, vt refertur in Clementina vnica, de homicidio voluntario & tñ dabat operam rei illicitæ. Secundum, in capitulo, Dilectus, de homicidio voluntario, excuſatur quidã clericus, qui cũ ſedebat equo, qui nũ bene parebat habenis, infortunio quodam occidit puerũ: fingamus illum eſſe fratrem Minoratũ, cuius regula vetat equitare, non propterea eſſet irregularis, licet daret operam rei illicitæ. Tertium in capitulo, Ex litteris. 2. eodem titulo, excuſatur quidã clericus, qui deijciens perticã ex curru inopinate occidit puerũ: fingamus perticã illã fuiſſe furto ſublatã, nõ ideo erat irregularis. Quartum, ex capitulo, Ex litteris 2. excuſatur quidã monachus, q deponens campanã ex campanili, erecto ligno, caſu occidit puerum. ſit caſus, monachũ feciſſe hoc opus contra obedientiã, vel in die feſto; certe ex hoc non eſſet irregularis. Quintum, ſi ſcandens arborem alienã fecit omnẽ diligẽtiam ne ſequeretur homicidium, infortunio quodam ſubſecutum eſt, nõ ſubinde eſſet irregularis: quemadmodum non eſſet, ſi arbor eſſet ſua. Commemorantur iſti actus in Decretis diſt. 50. capitulo, hi qui arborem. Sextum, ſi clericus, qui venatur in nemore alieno, adhibuit omnẽ diligentiã ne ſequeretur mors; caſu vero ſubſecuta eſt, certe non eſt irregularis, licet daret operã rei illicitæ. Omniũ horũ vna eſt rõ: qm̃ in his omnib. caſib. homicidiũ eſt caſuale, & oĩno fortuitũ: homicidiũ vero caſuale haud inducit irregularitatẽ, vt habetur in capitulo, Dilectus, & in capitulo, Ex litteris primo & ſecũdo; & in capitulo, ſignificaſti, & in ca. Ioannes, de homicidio voluntario; & in Decretis di. 50. c. quantum, & in capitulo, Hi qui arborem, & 15. q. 1. c. Nec is qui inductus.

Quorundam expoſitio.

Syluest. Conradus. Caie.

Regula ad dignoſcendum, an quis irregularitatem propter homicidium incurrerit.

Varia exempla, in quibus non incurritur irregularitas ex homicidio, facto ab eo, qui dat operam rei illicitę.

Sed contra iſtam ſnĩam ſunt varia argumenta. Primo, D. Th. vbique ſtatuit hanc regulam generalẽ, ꝙ qui dat operã rei illicitæ, eſt irregularis ſi ſequatur homicidiũ: quam ẽt colligunt iuriſperiti ex capitulo, Dilectus, & ex capitulo, Ex litteris. 2. de homicidio, a contrario ſenſu. Definiunt. n. Summi Pontifices quoſdã caſus nõ imputari ad irregularitatẽ, qm̃ non dabatur in illis opera rei illicitæ: ergo a contrario ſenſu, ſi dabatur opera rei illicitæ, imputabitur ad irregularitatẽ. Reſpõdetur primo, ꝙ qui dat operã rei illicitæ, ex qua cõiter ſequitur mors, eſt irregularis, ſi ſequatur homicidiũ: vt ſi clericus admoueret ignẽ machinæ bellicæ in populi frequentia, aut expugnaret arcẽ, aut vacaret venationi, quæ fit telis, & ferocibus armis, ex quib. operib. regulariter ſequuntur mortes, certe imputabitur ad irregularitatem: ceterum ſi dat operã rei illicitæ, ex qua raro ſequitur mors, & adhibuit omnem diligentiam ne ſequeretur, non imputatur ad irregularitatem; qm̃ eſt omnino caſualis, ſi aliquãdo mors ſequitur. Dicitur ſecundo, qui dat operam rei illicitæ in qua directe, vel indirecte vult homicidiũ, eſt irregularis ſi ſequatur: ceterum ſi nullo horum modorum voluit homicidium, nõ eſt irregularis. ita explicat ſententiã hanc D. Tho. 2. 2. vbi ſupra, quem locum nõ conſiderauit Dominus Caietanus. Dicitur tertio, qui dat operã rei illicitæ, & eſt negligẽs in cauẽdo homicidio, eſt irregularis, ſi ſequatur

Argumen a D. Thom. Primum arg

Solutio.

D. Thom.

& fuit negligẽs in ſagittãdo.

Quarta Concluſio. Si nocumẽtum per ſe ſequitur ex peccato, licet non ſit intentũ, neque præuiſum, directe aggrauat peccatum: quia quæcũq; per ſe conſequũtur peccatũ, pertinent quodammodo ad ſpeciem peccati; vt ſi aliquis publice fornicetur, & ſequatur ſcandalum plurimorum; tametſi id nõ intẽdit, nec fortaſsis præuidit; directe tamẽ per hoc aggrauatur peccatũ.

Quinta concl. De detrimẽto quod incurrit ipſe peccãs, ſi nocumentum non eſt præuiſum, neque intentum, & ſequitur per accidens ex actu peccati, non auget peccatũ: vt ſi quis currẽs ad interficiẽdum hominem forte læſit pedem ſuum. Sexta Concluſio, Si tale nocumẽtum ſequitur per ſe ex actu peccati, & non eſt præuiſum, neq; intentum, non facit grauius peccatum: quin potius dicendum eſt, ꝙ grauius peccatum infert grauius nocumentũ homini peccatori; veluti infidelis qui ignorat pœnas iferni, grauius punitur pro peccato homicidij, quam pro peccato furti; & tunc grauius nocumentũ, quod incurrit ex homicidio, non facit homicidiũ eſſe grauius, quin potius quia erat grauius peccatum, grauiori pœna punitur.

Septima concluſ. Grauius peccat fidelis qui ſcit pœnas inferni, quã infidelis qui illas ignorat: quia fidelis contẽnit maiores pœnas, vt ſuam volũtatem peruerſam adimpleat.

ſequatur, ita exponit D. Tho. in articulo. Dicitur quarto,

Argumentum a contrario ſenſu, infirmum in mora libus.

argumentum a contrario ſenſu in iure poſitiuo, potiſſime in pœnis non habere vires, vt ipſi Canoniſtæ ingenue fatentur. Secundum argumentum eſt. Nam ſi D. Th.

Secundum.

loquitur de negligentia culpabili, per quam imputatur homicidium, & eſt quodammodo voluntarium, nihil refert, quod detur opera rei illicitæ, vel licitæ: nam quomodocumq; homo velit homicidium, irregularis eſt ſi ſequatur: & tamen notanter dicit D. Th. ſed dat operam rei illicitæ.

Solutio.

Reſpondetur. D. Th. tantum velle docere, quod diligentia quæ ſatis eſt in eo, qui dat operam rei licitæ; eſt negligentia in eo, qui dat operam rei illicitæ: nam qui operatur male, debet adhibere diligentiſſimam cautionẽ, ne ex ſuo opere ſequatur alteri malum. Itaq; in foro exteriori qui dat operam rei illicitæ, non poteſt excuſari bona fide, & ex præſtita diligentia, quibus poteſt qui dat operam rei licitæ. Dicitur ſecundo, quod hic D. Th loquitur de peccato, quod ex detrimento creſcit, & ideo loquitur de peccato, quando opera rei illicitæ creſcat ex homicidio ſubſecuto, quod quodammodo ſit voluntarium.

Tertium.

Tertium argumentum, quoniam D. Th. videtur affirmare, quod tale nocumentum non imputatur ad culpã: ergo non loquitur de negligentia culpabili.

Solutio.

Reſpondetur, quod D. Th. tantum affirmat, quod tale nocumentum non aggrauat directe: in quo ſignificat, quod aggrauat indirecte. Deinde dicit, quod eſt negligentia, in quo ſignificat, quod eſt culpa.

Quartum.

Quartum argumentum, quoniam irregularitas incurritur ſine culpa, vt conſtat in iudice, & milite: ergo nõ oportet recurrere ad negligentiam culpabilem.

Solutio.

Reſpondetur, non oportere, quod ſemper recurratur ad negligentiam culpabilem; ſed oportet quod recurratur ad occiſionem voluntariam. quapropter quando non eſt voluntaria, licet detur opera rei illicitæ, non eſt irregularitas.

Quintum.

Quintum argumentum, qui dat operam rei illicitæ, & ſequitur homicidium, indirecte vult homicidium: ergo eſt irregularis. Conſequentia eſt euidens & probatur antecedens. Nam qui dat operam rei illicitæ, & ſequitur mors, tenebatur impedire operationem illicitam, & potuit, & non impediuit: ergo voluntarie indirecte voluit homicidium. Probatur conſequentia: quoniam iſtæ tres conditiones requiruntur ad voluntarium indirecte, quod teneatur, & poſſit, & non faciat.

Solutio.

Reſpondetur eſſe obligationem ad cauendam operationem illicitam, non quidẽ ex eo, quod inde ſequeretur homicidium, ſed quoniam alia ratione operatio erat illicita; & ideo ad irregularitatem homicidium non imputatur.

Quarta concluſio examinatur.

Circa quartam cõcluſionem, vt explanetur, eſt dubiũ. Nam dicit quarta concluſio, quod quando nocumentũ ſequitur per ſe ex actu peccati, licet non ſit præuiſum, neque intentum, aggrauat directe peccatum. Circa hoc emergit dubium. Nam quando quis tranſit per ſegetes alienas, vt vadat occulte ad fornicandum, illud nocumentum indirecte aggrauat peccatũ, vt aſſeritur in ſecunda concluſione: illud tamen nocumentum per ſe ſequitur ex actu peccati, ſicut ſequitur ſcandalum ad fornicationẽ publicam; immo magis per ſe ſequitur ex actu peccati: poteſt enim eſſe publica fornicatio, & quod non ſequatur ſcandalum. Sed hæc dubitatio facile depellitur, nam dicẽdum eſt, quod illud nocumẽtum quod ſequitur ex actu peccati per ſe, vt in plurimum directe auget peccatum: nã tale nocumentum ad ſpeciem peccati quodammodo pertinere videtur: & hoc aſſerit quarta concl. At vero quãdo nocumentum ſequitur ex aliqua ſingulari circumſtantia, quæ non ſpectat ad ſpeciem peccati, tunc indirecte aggrauat peccatum: & in hoc caſu loquitur ſecunda conc. tranſire enim per alienas ſegetes, vnde nocumentum ſequitur, non eſt aliquid per ſe pertinens ad fornicationẽ, ſicut ex publico peccato ſequitur ex natura rei puſillorũ ſcandalũ.

An nocumentum peccati augeat peccatum.
Primum arg.
Secundum.

Circa quintam, & ſextam cõcluſionem eſt dubium facile: An ſit ſemper verum quod nocumentum, quod incurrit ipſe qui peccat, non augeat peccatũ? Videtur quod non ſemper verum ſit. Nam ſi homo peccatum admittat ex quo ſequitur grauis eius infamia, grauius peccatũ committit, quam ſi in abſcondito peccaret. Rurſus, ſi quis comedat aliquid ex quo ſequitur dãnum propriæ ſalutis, grauius peccat, quam ſi tale nocumentum non ſequeretur.

Tertium.

Denique, ſi quis ex eo quod luderet exponeret ſe periculo fractionis cruris, brachij, aut capitis, grauius peccaret, quam ſi tale nocumentum non ſubiret: atque adeo ſi quis interficiens alterum hominem exponeret ſe periculo, vt continuo in patibulo pateretur, certe grauius peccaret, quam ſi tale nocumentum non ſequeretur.

Reſpondetur primo.

Reſpõdetur quod D. Th tantum voluit ſignificare, non eſſe idem de nocumento proprio, atque alieno. Et eſt duplex differentia. prima, quod in detrimentis proprijs cauẽdis ſumus ſatis ſoliciti, ſed in alijs ſumus negligentes. quod ſi fingatur eſſe hominem in detrimentis proprijs cauẽdis negligentem, concedendum eſt inde grauitatem peccatorũ excreſcere. Secunda differentia eſt, quod habemus dominiũ noſtrorum bonorum: quare aliquando ſine peccato poſſumus eorum iacturam ſubire: ceterum in bonis alienis non habemus tale dominium.

Reſpondetur ſecundo.

Secundo reſpondetur, quod D. Th loquitur de detrimento pœnali, de quo ita cenſendum eſt. Si detrimentum tale ſequitur ex actu peccati per ſe, non inducit grauius peccatum; quin potius grauius peccatum inducit grauius detrimentum: At vero ſi detrimentum ſequitur per accidens ex actu peccati, eſtq; præuiſum, certe auget peccatum, vt argumenta probant. De alijs vero euentibus, & detrimentis quæ ſequuntur ex opere meo ex malitia alterius, vt cum do ſacramentũ Eucharistiæ peccatori, cum vendo res infidelibus, quibus ſcio abuſuros in ſuis ſacrificijs, erant magnæ quæſtiones, ſed expoſitæ ſunt ſupra q. 20 art. 5.

Caie. ſententia circa tertium D. Tho.

In ſolutione ad tertium Caieta. ponit multa verba, ad probandum, grauius peccare qui ſolicitat mulierem ad fornicandum, quam qui occidit eam corporaliter: quoniam qui ſolicitat, per ſe eſt cauſſa, vt perdat vitam ſpiritualem, quæ grauior iactura eſt quam perdere vitam corporalem. Contrarium docet D. Th. ad tertium, & probat duplici argumento: tum, quoniam occiſor per ſe & directe vult vitã alterius auferre: fornicator vero nõ vult per ſe & directe vitã ſpiritualẽ auferre, ſed quærit ſuã voluntatem.

Non grauius peccat ſolicitator mulieris quam eius occiſor.

Secundo, quoniam occidens eſt cauſſa efficax & ſufficiens vitæ corporalis penitus auferendæ: ſed qui ſolicitat mulierem, non eſt cauſſa efficax vitæ ſpiritualis auferendæ: nemo enim peccat niſi volens; & in ſpiritualibus nemo læditur niſi a ſeipſo. Sed ex prima ratione videtur ſequi, quod qui ſolicitaret mulierem ad fornicandum ea intentione, vt perderet vitam ſpiritualem mulieris, grauius peccaret quam ſi occideret eam corporaliter: nam detrimentum eſt multo grauius, & præuiſum, & intentum. Hoc concedit ingenue Dominus Caietanus.

Impugnatur Caie. Primum arg.

Sed hanc ſententiam eſſe falſam probo. Primo: occidens corporaliter eſt cauſſa efficax mortis corporalis: ille vero qui ſollicitat, qualibet praua intentione, non eſt cauſſa efficax mortis ſpiritualis, vt demonſtratum eſt.

Secundum.

Secundo, qui occidit corporaliter, infert damnum irreparabile; qui vero ſpiritualiter, reparabile. ergo. Ex quo concluditur cum Domino Caietano, quod q eſſet proximus morti, & alter illi perſuaderet hæreſim, aut peccatum, hac peruerſa intentione, vt in eo moreretur, certe grauius peccaret quam ſi occideret corporaliter. nã dat grauiſſimum detrimentum moraliter irreparabile.

Tertium.

Tertio, quoniam ſi ſolicitare mulierem, vt perderet vitam gratiæ: eſſet grauius quam homicidium corporale, ſequitur eſſe grauius quam mille homicidia. Probatur ſequela: nam perdere vitam gratiæ, grauius detrimentũ eſt quam perdere mille vitas.

Quartum.

Quarto, ſi hoc eſſet grauius peccatũ, quia eſt grauius detrimentum, ſequeretur quod perſuadere peccatum veniale eſſet grauius peccatum quam occidere corporaliter. Probatur ſequela. nam eſt grauius detrimentum peccare venialiter, quam perdere vitam corporalem. illud enim eſt peccatum; hoc vero minime. Ex hoc ſoluitur argumentum quod ſolet fieri, ad probandum quod pſuadere peccatũ veniale, eſt peccatum mortale, quod talo eſt. Nam peccatum veniale grauius detrimẽtum eſt, quã perdere centum aureos, vt cõſtat; ſed ſi qs eſſet i cauſſa, quod alius perderet centũ aureos, peccaret mortaliter. ergo perſuadere veniale, eſt mortale. Reſpondetur, peccatum veniale eſſe grauius detrimentum; quoniam eſt alterius ordinis: eſt enim peccatum; ceterũ in ſuo genere eſt res læuiſſima, & ideo eſt veniale. Hæc argumenta olim videbantur

Defenditur opinio Caiet. bantur mihi efficaciſſima ad reprobandum opinionem Caiet. ſed nunc videtur mihi quod poſſunt habere ſolutionem, & quod qui voluerit Caiet. placitum tueri, hoc modo poterit procedere In primis, argumenta propoſita ſi aliquid probarent, certe probarent, quod odium Dei non ſit grauius peccatum, quā occidere hominem: quia ex odio Dei nullum nocumētum infertur Deo efficaciter. Item probarent, quod odium, ſiue inuidia fraternæ gratiæ, eſſet minus peccatum quam homicidium. quod tamen falſum eſt: *Concluſio* nam eſt peccatū contra Spiritum ſanctum. Præterea, ſi homo eſſet in hac conſtitutus neceſſitate (loquor diſputationis gratia) vt vel deberet occidere hominem ſpiritualiter, uel corporaliter, & daretur ei optio; certe deberet eligere priuare illum vita corporali, quam ſpirituali. Denique ſi argumenta propoſita verum cōcludunt, videtur certe dicē dum, quod homicidiu ſit grauius peccatum, quam quodcumq; peccatu contra Deū admiſſum, quam hęreſis, quam infidelitas. Poterit ergo dicere Theologus, quod ſicut ſolo affectu deſiderare malū mortalis culpæ homini, eſt maius peccatum quam deſiderare illi mortem; ſic ſane fieri poteſt, quod ex tali affectu uel intentione ſcandalizare, vel ſolicitare ſit grauius quam occidere, quāuis in ratione nocumenti, & violentiæ excedat corporale homicidium, ceterum de peccato veniali non eſt eadem ratio, vt ex dictis patere poteſt.

ARTIC. NONVS.

Vtrum peccatum aggrauetur ex perſona in quam peccatur,

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt Concluſio. Nam cum prima grauitas peccati attendatur ex parte obiecti, quāto eſt principalius obiectum & finis, tanto maior attenditur grauitas in peccato: ſed fines principales actuum humanorum ſūt, Deus, homo, & proximus: quid quid enim facimus, propter aliquod horū facimus, quā uis horum vnum ſub altero ordinetur. ex parte ergo horum conſideratur maior vel minor grauitas in peccato ſecundum cōditionem perſonę in quam peccatur. Primo, ex parte Dei: nam maximum eſt peccare contra Deum. Deinde peccatum eſt grauius cōtra perſonā Deo cōiunctam, uel ratione virtutis, vel officii, vnde dicitur; Qui uos tetigerit, tāget pupillā oculi mei. Sed ex parte ſui ipſius tanto maius eſt peccatū, quāto in perſonam magis coniunctā naturali neceſſitudine vel beneficiis: unde dicit; Qui ſibi nequā eſt, cui erit bonus? Ex parte autē proximi, tanto eſt grauius peccatū, quāto plures tāgit; vt puta Regem, Principem, & alios ſimiles: quia in damnum plurium redundat. Vnde grauius peccat qui ſeipſum occidit, quā qui aliū, quia naturalia & ſpiritualia bona non ſubſunt dominio noſtræ voluntatis, ſicut res poſſeſſæ.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Qualitas perſonæ in qua peccatur, duplex aggrauat peccatū. Circa iſtum articulum notandum, quod qualitas perſonæ in quam peccatur, dupliciter poteſt aggrauare peccatum: Vno modo. mutando ſpeciem peccati, vt ſi quis occidit hominem ſacerdotem, ſacrilegium eſt, aut ſi patrem parricidium eſt: Alio modo, non mutando ſpeciem: vt ſi aliquis occidat virum iuſtum & ſanctum. Dicendum eſt igitur, quod qualitas perſonæ in quam peccatur, eſt explicanda in confeſſione quando mutat ſpeciem; at vero quando non mutat ſpeciem, non eſt neceſſario explicanda in confeſſione, niſi forte notabiliter inde ſequatur aliquod nocumentum communitati ex occiſione alicuius viri ſanctiſſimi: vt ſi quis occideret virum virtutibus ornatiſſimum, cuius vita erat valde vtilis reipublicæ, forſitan tunc iam peccatum erit alterius ſpeciei contra pietatem debitam ipſi patriæ. Denique notandum, in quibuſdam peccatis impertinentes eſſe quaſdam perſonarum dignitates v.g ſi aliquis furatur a viro plebeio, vel illuſtri; clerico uel laico: At uero ſi percuteret virum illuſtrem, aut illi diceret verbum iniurioſum, maius peccatum eſſet, quam percutere plebeium.

Magiſter Cano. Circa ſolutionem ad ſecundū vide Magiſtrum Cano relectione de pœnitentia: quia perſuadere nititur, quod ſumus domini gratiæ, & virtutum, neque D. Thom. in hac ſolutione ad ſecundum, oppoſitum dicit.

ARTIC. DECIMVS.

Vtrum magnitudo perſonæ peccantis aggrauet peccatum.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio Concluſio eſt affirmās Nam magnitudo perſonæ peccantis ex deliberatione aggrauat peccatum propter quattuor. Primo quidem; quia facilius poſſunt reſiſtere qui ſcientia & virtute excellunt. Secundo, propter ingratitudinem; quia omne bonum quo quis magnificatur, eſt Dei beneficium, cui homo ſit ingratus peccando: vnde potentes potenter tormēta patientur. Tertio, propter ſpiritualē repugnātiam actus peccati ad magnitudinem perſonæ: ſicut ſi princeps iuſtitiam violat, qui ponitur iuſtitię cuſtos. Quarto, propter exemplū, ſiue ſcandalum: nā ad plurium notitiam perueniunt

EXPLICATIO ARTIC.

In ſolutiōe primi habes bene doctam explicationē eius quod legitur 2. Paral c. 30. quod Dominus bonus propitiabitur cunctis, qui toto corde requirunt eum, & non imputabitur eis, quod minus ſanctificati ſunt. Hanc ſentētiam ſic explicat D. Thom. vt dicat eſſe intelligendam de iis, quæ ſurreptionem humanæ infirmitatis negligenter aguntur, quod non ſolum intelligas de peccatis venialibus, ſed etiam de peccatis mortalibus. Sunt enim quædam peccata mortalia, quæ ex ſcientia, & deliberatione, & veluti ex malitia committuntur: & hæc grauius imputantur his qui ſunt maiores virtute & ſcientia: ſed peccata, etiam mortalia, quæ committuntur uel ex ignorantia, vel ex imbecillitate, vel ex ſubita animi perturbatione, minus imputantur his qui in maiore dignitate ſunt conſtituti, propter rationem quam Diuus Thomas in articulo demonſtrat.

peccata magnorum, & magis homines ea indigne ferunt. Peccata vero ſuperuenientia ex ſurreptione infirmitatis humanæ, minus imputantur eis qui ſunt maiores in virtute, eo ꝙ minus negligunt huiuſmodi peccata reprimere, quæ tamen omnino humana fragilitas ſubterfugere nõ ſinit, vt dicitur Para.2.c.30. Dominus bonus propitiabitur cũctis qui toto corde requirunt eum, &c.

QVAES. LXXIIII.

De ſubiecto peccatorum, in decem articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum voluntas ſit ſubiectum peccatum.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio. Eſt.n. peccatũ inordinatꝰ actus. Sed actuũ quidã tranſeũt in exteriorem materiam, vt vrere, & ſecare, & iſti actus habẽt pro materia & ſubiecto id in qđ tranſit actio. Alij uero ſunt actus non tranſeũtes ſed manẽtes in agente, ſicut appetere, & cognoſcere; & tales ſunt oẽs actus morales, ſiue ſint actus virtutũ, ſiue vitiorũ. Quare oportet propriũ ſubiectum actus peccati eſſe potentiã quæ eſt principium actus. Sed quia proprium eſt actuũ moralium vt ſint volũtarij, ſequitur ꝙ voluntas, q̃ eſt principium actuum uolũtariorum bonorũ ſeu malorũ quę ſunt peccata, ſit principiũ peccatorum. Vñ in uoluntate ſunt, ſicut in ſubiecto.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum ſola uoluntas ſit ſubiectum peccati.

SVMMA TEXTVS.

Negans eſt Concluſio. Nam actus uoluntarij dicuntur non ſolum illi, qui eliciuntur a voluntate; ſed etiam illi qui a voluntate imperantur. Ex quo ſequitur, quod non ſolũ voluntas, ſed omnes illæ potentiæ quæ poſſunt moueri ad ſuos actus, uel ab eis reprimi per uoluntatẽ, poſſint eſſe ſubiectum peccati: eadẽ .n. ſunt ſubiecta habituũ moraliũ bonorum, uel malorũ: quia eiuſdẽ eſt actus & habitus: nam nõ peccatur niſi uoluntate, ſicut primo mouẽte: aliis uero potentijs ſicut ab ea motis: comparãtur enim ad rationẽ quaſi liberæ; quia ab ea agunt, & aguntur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

An peccatũ ſit ſolum actus volũtatis elicitus Scot.

Eddiſſerũt Theologi de quæſt propoſita in his art in 2 d.35 & 42 & interrogant: Vtrũ peccatũ ſit ſolũ actus elicitus a volũtate, an ẽt imparatus. Scot. in d.42.q.2.& 3. aſſirmat, pctm̃ ſolũ formaliter reperiri in actu volũtatis: in actu vero aliarũ potẽtiarum reperiri tãtũ materialiter. Subſcribit Gab. ibidẽ q 1 & omnes moderni definiunt, ꝙ pctm̃ furti eſt volitio furãdi formaliter: actus vero exterior furandi dr̃ peccatum; quoniã eſt effectꝰ peccati. Itaq; quẽadmodũ animal, pomũ, & vrina, vniuerſa hæc dñr ſana, ſed differenti ratione, nã animal ſolum dr̃ ſanum formaliter, & intrinſece: cetera denominatione extrinſeca: vrina, qa ſt ſignũ; pomum, quia efficit ſanitatẽ. Item quẽadmodũ veritas multas denominat, propoſitionẽ, rẽ ipſam, & itellectum, ſed diſtincta ratiõe: nã intellectus ſolus eſt verus formaliter: ppoſitio, qa ẽ veritatis ſignũ; res ipſa efficit veritatẽ: non aliter peccatũ (auctore Scoto.) denominat operationes exteriores appetitionẽ appetitus ſenſitiui, & volitiones volũtatis: ſed diſſimili rõne: nam ſolus actus voluntatis eſt formaliter peccatum, cetera ſunt peccata denominatione extrinſeca qñ ſunt effectus peccati. Probatur: nã ſolus actus uoluntatis eſt formaliter voluntarius: ergo ſolus actus voluntatis eſt formaliter peccatũ. Huic ſnĩę fauere videtur D.Th. in 1 art. affirmat.n omnia peccata eſſe actus immanentes in voluntate; ſed occidere, & furari non ſunt actus immanentes in voluntate, ſed tranſeuntes: ergo non ſunt formaliter peccata. Deniq; omnes D.Th. diſcipuli, qui p altiſſimas tenebras explicant quõ oĩa peccata ſint actiones immanentes, & quõ nõ collocãtur in mẽbris exterioribus, velint nolint incĩdũt in opinionẽ Scoti, q̃ execrãtur. Certe Dñs Caiet in hoc articulo in placitum Scoti delabitur: dicit.n ꝙ illa ſñia D.Th. quæ aſſerit. oẽs actus morales eſſe immanẽtes, eſt intelligẽda formaliter. Pro cuius intellectu ſtatuit in primis, ꝙ cũ ſubiectũ actus moralis ſit actus voluntarius, oportet vt actus ſit moralis, inquantũ eſt voluntarius. Oportet rurſus ut ſi non ſit voluntarius, moralis nõ ſit: cũ ergo actus exterior moralis a pluribus principiis efficiatur, vt occiſio hoĩs cauſſatur a voluntate, ab iraſcibili, a manu, tamq̃ a principijs ſubordinatis, ſi cõparetur ad manum, non eſt ab ea vt volũtarius actus: manus ſiquidẽ nõ eſt principiũ aliquõ liberũ, ſed ſeruit imperio rõnis ſeruiliter: ex quo cõſequẽs eſt, ꝙ nõ eſt actus moralis & humanus ſm ꝙ a manu proficiſcitur, ſed ſm quod ſubiacet actioni voluntatis immanenti & liberę: ceterum ſi cõparetur occiſio ad voluntatem, ab ea pficiſcitur vt volũtarius actus & moralis, & eſt quodãmodo a voluntate elicitus, in quãtum eſt uoluntarius & moralis. Ex quo deducit Caiet. ꝙ nõ ſolum eſt verum, peccatum eſſe in voluntate, ſed oẽ peccatum eſſe in voluntate: nam ratio D Th in primo articulo vniuerſaliſſima eſt, & in vniuerſum cõcludit, oẽ pctm̃ eſſe actũ immanẽtem, & eſſe a voluntate: ergo eſt in voluntate.

Sed quia D.Th. in articulo ſecundo definit, quod non ſola voluntas eſt ſubiectum peccati, vr̃ eẽ euidens cõtradictio, ꝙ omne peccatũ ſit in voluntate tamquã in ſubiecto, & ꝙ aliquod peccatũ ſit in alia potentia tamquã in ſubiecto. Vt hanc obiectionẽ depellat Caieta. ſtatuit ſecũdo loco, non eſſe incõueniens, vt idem peccatũ ſit in pluribus ſubiectiue ſecundũ diuerſa q̃ ſunt neceſſaria ad peccatũ ſicut põt eſſe a pluribꝰ principijs ſubordinatis. Idẽ n eſt in actionibus immanẽtibus eſſe a principio, & eſſe in principio. Idipſum illuſtratur adhibito exẽplo. Cum.n quis uitioſe iraſcitur, aut cõcupiſcit, neceſſarium eſt dicere hoc peccatũ eſſe in voluntate, cũ omne peccatũ a uoluntate procedat, uel poſitiue, vel priuatiue: qa non reſiſtit concupiſcentiæ, & eã reprimit. Rurſus, ira vel cõcupiſcentia neceſſum eſt, vt cõſtituatur in iraſcibili, a qua immediate elicitur, & ſic manifeſtũ eſt, aliquod peccatũ poſſe collocari in tribus potentijs, videlicet in rõne, voluntate, & concupiſcibili. In ratione quidẽ, vt in primo dirigente: in voluntate vero, vt in proximo mouẽte: in cõcupiſcibili, vt in proximo & immediato eliciente. Hæc eſt ſñia Caiet. q̃ nec latum vnguẽ (ſicut ego iudico) a ſñia Scoti diſcedit. Vt igitur veritas elucuIetur, ſciẽ oportet, ꝙ actus exterior põt bifariã cõſiderari. Vno modo ſm ſpẽm ſuã ex obiecto. v.g occidere hoĩem nequã ab aliquo hoĩe fiat, eſt malũ: qa diſſonũ rectæ rationi. Aliter cõſiderari põt qñ homo exercet hũc actũ in exercitio volũtatis, ſic adeo ꝙ homini exercenti imputatur ad vituperiũ. Hæc diſtinctio eſt lucerna ad intellig. dã ppoſitã qõnẽ.

Nota, A hac altercatione duplex dilucidatio.

Gabr.

D.Tho.

Caiet.

Secun-

Secundo eſt obſeruandū, ꝙ bonitas uel malitia moralis e duplex: una in eſſendo, ſiue obiectiua: altera in exercitio, ſeu in more, aut moralis & libera, quemadmodu ſolent diſtinguere Metaphyſici, ꝙ eſt ueritas in eſſēdo, qua lis eſt in omnibus rebus, & ueritas in dicēdo, & in cognoſcendo, qualis eſt in ſolo intellectu.

Not. 2. Duplex bonitas & malitia moralis.

Tertio animaduertere oportet, ꝙ actus exterior formaliter eſt mal' ī eſſendo, id eſt, eſt abſonus rectæ rationi, & contra legem Dei. Qui rōne optime debet cōcedi, ꝙ ē peccatū formaliter, & oppoſitū affirmare nō eſt tutum; qm̄ lex diuina nō ꝓhibet ꝑcipue uoluntatem occidēdi, ſed occidere. Quod ſi ꝓhibet uolūtatē occidendi, eſt, qm̄ occidere eſt malū. Deinde; qa non iubet præcipue actus interiores, ſed exteriores: Honora parētes, Sabbathū ſanctifices, &c. Præterea, Dn̄s in Euāgelio nō dat præmiū ꝑ electionē, ſed ꝑ actus exteriores: dicit.n. Eſuriui, & dediſtis mihi, &c. & Oſeæ.9. dicitur; Facti ſunt abominabiles ſicut ea q dilexerunt. in qua ſnīa demonſtratur, dilectionē & amorē eſſe abominabilem, quoniam obiectum eſt malum. Denique compertum eſt, ideo uelle dare eleemoſynā eſſe bonū, quoniam dare eleemoſynam eſt bonum: & ideo uelle occidere hominem priuata auctoritate, eſſe malū, quoniam occidere hominē malū eſt. Itaq; prima radix, & ratio bonitatis & malitiæ actus interioris, eſt in actu exteriori.

Not. 3. Matt. 25. Oſeæ.

Not. 4. Quomodo ſolus actus interior malus ſit.

Quarto obſeruandum, quod ſolus actus interior liber aut uoluntarius eſt formaliter malus in exercitio & more, & in demerendo. Probatur primo. Actus exterior non imputatur homini niſi ratione actus interioris; & tm̄ imputatur, quantum actus interior promeretur: ergo in exercitio, & in demerēdo actus exterior nō eſt formaliter peccatum; qm̄ eſt effectus malæ uoluntatis. Deinde, actus exterior, nō addit bonitatem aut malitiā ſupra interiorem, ut iam dictum eſt: ergo non imputatur niſi ratione actus interioris. Tertio, actus exterior non habet libertatem in ſe nec eſt capax uirtutis aut uitij: non enim collocantur uirtutes in membris externis. Quarto, ſi homo inuitus & contra ſuam uoluntatem faciat opera exteriora nefandiſſima, non ei imputantur ad peccatum: ergo opera externa tantum imputantur rōne actus interioris: nam membra exteriora perinde mouentur ad peccatū, ſicut inſtrumenta, calamus &c. ſed formaliter lóquēdo peccatum nō eſt in gladio: ergo nec in membris exteriorib.

Prĳ. corolla.

Ex hac doctrina ſequitur primo modus diluendi unū argumentum, quod hoc in loco ſolet fieri, ſcilicet; Homicidium eſt peccatum; ſed homicidium eſt actus tranſiens in exteriorem materiā: ergo nōn omne peccatū eſt actus immanens in uoluntate. Hoc argumentum diſſoluunt quidam negando conſequentiam, & recurrunt ad defectum appellationis. Alij dicunt, ꝙ ſi occiſio conſideretur ut res quædā eſt, ſic eſt in occiſo, ſicut actio, eſt in uolūtate. Reſpondetur tamen, occidere hominem eſſe peccatum formaliter, id eſt, diſſonū rōni: ſed peccatum in hac ſignificatione nō eſt actio immanens, ſed actus externus. Ceterum ſi accipiatur peccatum in exercitio & in demerendo, dico ꝙ actus occidendi non imputatur niſi ratione actus interioris, qui eſt actus immanens, & hoc modo omne peccatum neceſſario eſt actio immanens.

Homicidiū exercitu eſt peccatum ratione actus interioris.

Secun. corol. D. Thom. Omne peccatum in exercitio ē actio immanens.

Secūndo ſequitur, ꝙ omne peccatum in actu exercito eſt actio immanens: quod docet D. Tho. art. 1. tū, quoniā omne peccatu in actu exercito eſt tantum actus interior, ut ſupra demōſtratū eſt; actus uero interior eſt actio immanens. Tum uero, quoniam peccatum in actu exercito eſt actio libera formaliter; actio uero libera eſt actio Immanens: actus enim exterior nō eſt liber, niſi denominatione extrinſeca; quia prodit a libera uoluntate.

Tertio peccatum in actu exercito eſt actio moralis, ad quam aſſueſcimus per exercitium operum: ſed actio talis moralis eſt tātum actus interior: actus n. exterior eſt determinatus ad unū, & ideo in mēbris externis non ponimus habitū ad aſſueſcendū.

Quarto, actus exterior nō imputatur, niſi ratione act' interioris: ergo demeruū formaliter ſolū conſiſtit in actu interiori; in actu uero exteriori ſolū denominatione extrinſeca, quoniā eſt effectus malæ uoluntatis. Et in hoc ſēſu optime loquitur Scot. dicens, ꝙ actus externus eſt pctm̄ extrinſeca denominatione.

Not. 5

Quinto eſt aduertendū, non ſolū uoluntatē, ſed et appetitū ſenſitiuū, & intellectū, & in uniuerſum oēm potentiā q participat libertatē, eſſe ſubiectū peccati. Quapropter labitur Scot. qn̄ affirmat pctm̄ ſolū eſſe actū uoluntatis. Probatur: nam prædictæ potentiæ ſunt ſubiecta uirtutū: ergo ſubiecta peccatorū. Probatur conſequētia: nā contraria habent fieri circa idem. Secundo, in intellectu collocatur ignorantia & error, q manifeſte ſunt peccata; in appetitu ſenſitiuo, ira, timiditas, quæ abſq; dubio peccata ſunt. Tertio, perinde eſt dicere ꝙ in uoluntate ſolum collocatur peccatū, ac affirmare, ꝙ in uoluntate ſolum collocātur uirtutes, & uitia: quod abſurdū eſt, & contra omnem philoſophiā. Sed dato ꝙ aliqđ peccatū collocetur in appetitu ſenſitiuo, & in alijs potentijs, quæro utrū poſſit cōcedi oē pctm̄ eſſe in uoluntate ſubiectiue: non. n. inconuenit unum pctm̄ eſſe in duab. potentijs ordine quodā, ſicut liberalitas ſm̄ quoſdā eſt in appetitu ſenſitiuo, & in uoluntate. D. Caie. in 1. art. reſpondet affirmatiue, & uidetur eſſe ſententia D. Tho. ibidem, & art. 6. ad 1. Dicendum tamen, certum eſſe in philoſophia morali multos actus diuerſarum potentiarum concurrere ad peccandū, ex quibus fit unum peccatū numero. u. g. In quolibet peccato ex parte intellectus interuenit error, & imperium. Ex parte uoluntatis, ſi peccatū cōſiſtit in uoluntate, concurrunt decem actus, & eo plures, quos habes in D. Tho. ſupra q. 16. in fi. Si uero in appetitu ſenſitiuo conſiſtit, ad minimum cum errore intellectus interuenit mala appetitio. Ceterum hoc uidetur certum, ꝙ peccatum erroris, aut timiditatis non collocetur in uoluntate, ſed in appetitu ſenſitiuo, aut in intellectu. Quaprópter non ſentio cum Domino Caietano, nec rationes eius ſunt ualidæ; immo aduerſantur D. Tho. qui artic. 2. ad 1. clare dicit, omne peccatum eſſe in uoluntate, tamquam in primo mouente, non tamquam in ſubiecto.

Caiet. D. Thomas Multi actus diuerſarum potētiarum concurrunt ad non peccatum.

ART. TERTIVS.

Vtrum in ſenſualitate poſſit eſſe peccatum.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio. Senſualitas enim, ſeu appetitus ſenſitiuus natus eſt moueri a ratione: nam aliquæ uires partis ſenſitiuæ, quamuis ſint cōmunes nobis & brutis, in nobis tamen habent aliquā excellentiam; ex hoc quod rōni iunguntur: & quantū ad hoc poteſt eſſe principium actus uoluntarii; & per conſequēs ſubiectum peccati. Et quamuis homo poſſit reprimere ſingulos motus inordinatos ſenſualitatis ſi præſentiat, diuertēdo cogitationē ad alia; non tamen pōt homo uitare omnes motus cōcupiſcentię, propter corruptionē prædictam, ſed ſolum ſufficit ad rationem peccati uoluntarii, ut poſſit uitare ſingulos.

EXPLICATIO ARTIC.

Quid ſenſualitas ſit. Prim. docu.

In primis oportet conſtituere quid ſit ſenſualitas de qua re uidendus eſt D Thom. 1. p. q. 81. art. 1. & 2. & in 2. d. 24. quæſt. 2. artic. 1. ex quibus locis hæc documēta habētur. In primis, ſenſualitas non eſt tota uis ſenſitiua, uel apprehenſiua, & appetitiua; ſed ſolū uis appetitiua ſenſitiua: nā ſenſualitas uidetur dici a motu ſenſuali: motus uero nō eſt proprie in ui apprehēſiua, quia apprehenſio fit per hoc ꝙ obiectum eſt in potentia apprehendente; ſed actus appetitus eſt inclinatio ad obiectū, & ſic uidetur eſſe motus.

Secun. docu.

Secundū documentum. Senſualitas & appetitus ſenſitiuus idem ſunt; differunt tamen ratione. Appetitus. n. ſenſitiuus ſignificat nudam potentiam qua ſenſibilia bona appetun'. Senſualitas uero ſignificat appetitum ſenſitiuum, quatenus præuenit rationis deliberationem. Hæc ratio diſcriminis

minis ſumitur ex uſu ſcolaſticorũ;neq;.n.hoc nomen inuenitur apud priſcos auctores,utitur tñ eo,D.Aug. Tertiũ Senſualitas non eſt una potẽtia ſpecie,ſed genere; qa includit iraſcibilẽ, & cõcupiſcibilẽ, de cuius rei diſtinctione diſſerit D.Th.in multis locis ſuæ doctrinæ. His conſtitutis,quæritur; Nũ appetitus ſenſitiuus habeat ꝓpriã libertatẽ non dependentem a libertate uoluntatis, ita ꝙ ante actũ uoluntatis ſit in poteſtate eius habere actum,& non habere poſitis,omnib. requiſitis ad operandum. Caie.in art.ſequenti tenet ſingularẽ ſniam,& docet ꝙ in appetitu ſenſitiuo, abſq; eo ꝙ moueatur a uoluntate, poteſt eſſe peccatum ueniale,non aũt mortale,ꝓp libertatis imperfectionẽ: unde affirmat,ꝙ in appetitu ſenſitiuo eſt ſufficiẽs libertas ad peccatum, ſecluſo ẽt oĩ dominio uolũtatis ſuper appetitũ ſenſitiuũ. Hæc ſñia ſic ſuadetur. In primis hoc differt inter appetitũ ſenſitiuũ, & membra exteriora; ꝙ membra iſta ſunt ad unũ determinata;appetitus uero ſenſitiuus agit,& agitur,& nõ eſt determinatus ad unũ, ita aſſerit aperte D.Th.art.2 ad 3.igitur appetitus ſenſitiuus habet libertatem. illa.n.potentia eſt libera, quæ non eſt determinata ad unũ. Secundo, hoc differt inter mẽbra exteriora, & inter appetitũ ſenſitiuũ in homine,ꝙ membra obediunt rõni,& uoluntati ad neceſſitatem,& ad nutum,ꝙ aiunt philoſophi deſpotice,appetitus uero obedit regaliter,& politice;qua ratione ciues ſubduntur imperio:qui licet ſubdantur,poſſunt obedire,& contradicere. Hanc differentiam conſtituit Ariſt. 1.pol.c.3.ergo appetitus ſenſitiuus in hoĩe habet libertatẽ;ſiquidẽ põt obedire & nõ obedire, opari & nõ operari.

Aug.15. de Trin.c.12. Tert. docu. An appetitus ſenſitiuus ꝓpria libertate gaudeat. Caiet. Argu. prim. D.Thom. Secundum. Ariſt.

Tertio, ſi appetitus in ſe nullã hẽt libertatẽ, ſequitur ꝙ in eo non collocẽtur peccata,& ꝙ in eo non ſint conſtituendæ uirtutes,quod aduerſatur philoſophiæ. Probatur ſequela:nã hac de cã nõ collocãtur in mẽbris exterioribus pctm̃,neq; uirtus,qm̃ non habent libertatẽ. Quarto, cogitatiua in hoĩe ex coniũctione ad portionem hoĩs ſuperiorẽ diſcurrit, & conficit ſyllogiſmũ, & idẽ hẽt reminiſcentia: ergo appetitus ſenſitiuus ex cõiunctione ad portionẽ hoĩs ſuperiorẽ hẽt iſtã excellentiã,ꝙ habeat libertatẽ,& obediat rõni:qđ aperte aſſerit D. Thom. ad 1.

Tertium. Quartum. D.Thom. Quintum.

Quinto,experientia cõſtat appetitũ ſenſitiuũ adductis rõnib.pẽr intellectũ mitigari, aut uero accẽdi ita & furore:ergo hẽt libertatẽ:id.n.quod expers eſt libertatis, imperſuaſibile eſt. Hæc ſnĩa uř eſſe D.Th.in ar.2.ad 3.& hic ſolutione ad 1.& ad 3.ubi docet, quod in ſenſualitate ꝑt eſſe pctm̃ ueniale,ꝓpter ſuã imperfectionẽ,nõ aũt mortale quod iterũ confirmat in ar.4.cũ inquit,ꝙ in ſenſualitate nõ põt eſſe peccatũ mortale. Quod ſi loquamur de appetitu ſenſitiuo,quatenus mouetur a uoluntate, certe in eo ꝑt eſſe peccatũ mortale:ergo loquitur D.Tho. de appetitu ſenſitiuo ſine libertate uoluntatis. Eãdẽ ſñiã confirmat aptius D.Th.1.p q.81.ar.3. ubi explicat optime iſtã ſniam,dicẽs appetitũ ſẽſitiuũ habere geminũ motũ,unũ q cõpetit ei ſuapte natura,qui eſt ferri in bonũ delectabile ſm̃ ſenſum;alterũ, q cõpetit ei ex cõiunctione ad portionem ſupiorẽ hoĩs,q eſt libere obedire rõni;non aliter q̃ ſphæra ignis, quæ eſt coniuncta corpori cęleſti hẽt geminũ motũ.unum q cõpetit ei ſuapte natura, q eſt ferri ſurſum:alter,q cõpetit ei ex coniunctione ad cęleſte corpus,quo circulariter mouetur. Itaq; ſnĩa Dñi Caie.uidetur eſſe ex principiis D.Th.deducta,atq; rationi maxime conſentanea. Verum licet hæc ſnĩa ſit ingenioſa, tñ eſt noua,& nõ probatur ratione,nec auctoritate,& ideo credo eã falſam,& contra D.Th.Nam in 2.d.24.q.3. artic.2. ſic dicit,peccatum, ut pertinet ad præſentẽ conſiderationem, nõ eſt aliud q̃ inordinatus actus ad genus moris ꝑtinens;nullus aũt motus pertinet ad genus moris, niſi habita cõparatione ad uoluntatẽ, q̃ principium eſt actuum moraliũ;& ideo ibi incipit genus moris,ubi primũ dominiũ uolũtatis inuenitur. Et in hac q.ar.2.dicit,ꝙ ſolæ illæ potentiæ poſſunt eſſe ſubiectũ peccati,quę poſſunt moueri ad ſuos actus,uel ab eis reprimi ꝑ uolũtatẽ. Et in hoc articulo ex eo probat in ſenſualitate poſſe eſſe pctm̃, qa actus eius poteſt eſſe uoluntarius,inquantũ ſẽſualitas nata eſt moueri a uolũtate. Præterea D.Aug.ſæpenumero dicit,ꝙ uolũtas eſt qua peccatur,& recte uiuitur.& iterum, Non niſi uoluntate peccatur.& alibi; Pctm̃ eſt adeo uolũtariũ,ꝙ ſi non eſt uoluntariũ,non eſt pctm̃: ergo ſine libertate uoluntatis numq̃ peccamus. Scdo ſequitur ex opinione Caie.ꝙ ſi eſſet aliqua concupiſcentia noxia in appetitu ſenſitiuo,quã uoluntas non poſſet reprimere,nihilominus talis concupiſcentia eſſet peccatum;ſiquidem eſt formaliter libera:immo ſequitur, ꝙ ẽt ſi uoluntas renueret,adhuc eſſet peccatum ꝓp prædictam rõnẽ; & tũc uolũtas, & appetitus ſenſitiuus haberent ſe ſicut duo homines,& uno nolente & renuente alius peccaret. Hoc ipſum confirmatur, Nam ſi haberet propriam libertatem ſenſualitas: ergo renuente uoluntate poterit continuare motũ concupiſcentiæ noxiæ,ẽt libere;& ſic uoluntate nolente hõ peccaret. Probatur conſequentia;qm̃ cum appetitus non obediat ad nutum rõni, ſequitur ꝙ cum libere agit,poterit non obedire uoluntati, & ſic poterit peccare. Præterea ſequitur ex opinione Caie. ꝙ ſimul in eodem eſſet actus uirtutis & uitij circa idẽ obiectũ in eodẽ temporis articulo. Probatur ſequela in caſu Pau. ad Ro.7. Non.n.inquit,quod uolo bonũ hoc facio, ſed qđ odi malum:in quo caſu hẽt actum meritoriũ ex parte uoluntatis renuente concupiſcentia: & ſimul peccat appetẽdo ꝑ appetitum ſenſitiuum:ergo. Tertio. Nam non uidetur cõſentaneum rõni,ꝙ in aliqua potentia ſit libertas ad peccatum ueniale,& non ad mortale;alioqui Deus poſſet facere aliquam naturã, quæ ſuapte natura non peccaret,niſi uenialiter,& non mortaliter. Quarto, libertas prouenit ex indifferentia iudicii:ſed ſenſus quem ſequitur appetitus ſenſitiuus nõ eſt indifferens, ſed determinatus:eſt.n. potentia materialis:ergo appetitus ſenſitiuus non hẽt in ſe libertatẽ. Ad huius rei expoſitionẽ, eſt prima cõcluſio.

D.Thom. Falſa iudicatur Cai. ſententia. Rom.7.

In appetitu ſenſitiuo hoĩs eſt aliqua libertas participata. Hoc probant efficaciter argumenta adducta in principio in fauorẽ Cai. Vnde ſequitur,ꝙ non ſit potentia pure naturalis, quæ nullo modo obediat rõni quemadmodũ uegetatiua potentia; neq; obediat ad nutũ, quẽadmodũ membra exteriora:non.n.obedit rõni diſpotice.i.ſeruiliter,ut ſeruus,domino;ſed politice ut ſubditi, Regi, q nõ in oĩb.obediunt,ut S.Th.dicit 1.p.q.81 art.3. & Ariſt. 1. Polit. Quæ omnia patent experientia: experitur.n.homo ꝙ aliquando nollet pati tentationes & patitur;& aliquãdo nollet iraſci,& iraſcitur; & aliquando uellet gaudere, & non poteſt. Et iterũ experimur, ꝙ per imperium uoluntatis reprimitur ira, quã prius habebat, & timor;& aliqñdo excitatur ex imperio uoluntatis compaſſionẽ & dolorẽ.

Prim. conc. In appetitu ſenſitiuo eſt libertas participata. Ariſt.

Scđa concluſio. In appetitu ſenſitiuo non ꝑt eſſe pctm̃ niſi quatenus a uoluntate mouetur. Licet.n.uoluntas ſit libera formaliter, nũquã tñ in ea poteſt eſſe pctm̃, niſi ex errore intellectus,a quo mouetur: non ergo eſt impoſſibile ꝙ in appetitu ſenſitiuo ſit libertas,& ꝙ in eo nõ poſſit eſſe peccatum,niſi quatenus a uoluntate mouetur: uoluntas.n.appetitus eſt uniuerſalis totius hoĩs;quare ut aliquod opus imputetur ad peccatum,oportet ꝙ uoluntas conſentiat. Certe D.Aug.habet pro delirio aſſerere,quod poſſit eſſe peccatum ſine uoluntate. Chryſ. Homilia 52. operis imperfecti,& homil.13.in epiſt.ad Roma. Baſilius in inſtitutione illorum qui uitã uolunt ducere perfectã. Idem aſſerit Origenes,& Anſelmus in illud; Non regnet pctm̃ in ueſtro mortali corpore. Ex his patet qũo in ſenſualitate ſit peccatum. Sed contra poteſt argui ex Scot. in 2.d.24.q.3. Si aliqua malitia inuenitur in ſenſualitate, illa non eſt niſi omiſſio uoluntatis,quæ nõn cõpeſcuit cõcupiſcentiã, quam oportuit cõpeſcuiſſe; & ſic uidetur ꝙ peccatum non ſit in ſenſualitate, ſed in uoluntate.

Secund.conc. In appetitu ſenſitiuo nõ põt eſſe peccatum. niſi ut a uoluntate moueatur. Aug lib. de duab ani. c. 10 & lib. de uera religione cap.14. Chryſoſt. Orig. homil. 27 in Num. Anſel. Argum Scoti. Primum. Solutio.

Reſpondetur facile,quod quando aliquis actus eſt uoluntarius,ẽt ſi non ſit formaliter,ſed uirtualiter, iam eſt cõmiſſio,& nõ omiſſio:& ſic ẽ de actu ſẽſualitatis. Quod efficaciter probatur ex definitiõe peccati:ẽ.n.dictũ uel factũ,uel cõcupitũ,cõtra legẽ Dei. Sed tũc ẽ aliqđ cõcupitũ cõtra legẽ Dei ꝑ motum liberũ,licet libertate participata.ergo eſt pctm̃ cõmiſſionis, quãquam non eſt perfecta cõmiſſio,ſicut ſi uoluntas expreſſe conſentiret. Secũdo arguitur ſic. Ille actus ſenſualitatis de ſe nõ eſt malus: ergo uoluntas,dato quod poſſit,non tenetur eũ reprimere. Antecedens patet:quia de ſe nõ habet libertatẽ. Et cõfirmatur; qa pædagogus nõ tenetur reprimere irã pueri iraſcentis in puerũ, ut patet: ergo neq; ratio iram ſenſualẽ.

Secundum.

Reſpon-

Reſp. 1. pri. D. Th.

Rñdetur primo, antecedens eſſe falſum: immo concupiſcẽtia obiecti ꝓhibiti de ſe eſt mala, ut D. Th. dicit art. 8. ad 2. Delectatio, inquit, q̃ eſt de ipſo peccato fornicationis, eſt pctm̃ mortale.

Reſp. ſecun.

Secũdo dico, ꝙ uoluntas & rõ tenẽt regere appetitũ ſenſitiuũ ſicut mebra exteriora, prout docet D. Th. art. 6. & ſic ſicut peccant ſi non dirigũt actus exteriores, ita peccãt ſi non dirigũt interiores paſſiones: ſi. n. manus mea interficeret hoſtem ſine imperio uoluntatis, peccat uoluntas potens reprimere, & non reprimens. Nec eſt idẽ de pueto, de q̃ non idẽ eſt iudiciũ, ſicut de catulo. Facit ad hoc ẽt, qđ dicit D. Th. in 2. d. 21. q. 1. ar. 2. ꝙ nõ ſolũ caro cõcupiſcit aduerſus ſpũm, ſed totũ coniunctũ, qđ eſt homo: & iõ inquit, Tẽtatio carnis eſt pctm̃ in eo q tentatur. Hæc ergo eſt rõ quare motus in ſenſualitate circa rẽ prohibitã ſit pctm̃, quia hõ concupiſcit illicitũ ſi ergo uoluntarie concupiſcit licitũ, peccatum eſt: vr̃ autẽ uoluntarie cõcupiſcere, cũ põt non concupiſcere, reprimendo concupiſcentiã, & nõ reprimit. Sed ex hoc ſequitur magna qõ, utrũ oĩs motus in ſenſualitate circa illicitũ ſit ad minus ueniale pctm̃.

Vtrũ omnis motus ſenſualitatis circa illicita ſit peccatum.

In hac quæſtione explicanda Altiſidiorenſis lib. 2. tract. 28. c. 1. tenet, ꝙ oĩs carnis illecebra, licet non ſit in nr̃a poteſtate, eſt peccatũ.

Altiſiod.

Probatur hæc ſnĩa.

Primu arg.

Quoniã peccatũ originis nobis imputatur, licet non ſit in noſtra poteſtate; qm̃ fuit uoluntarium in ſua cã, ſed iſtæ illecebræ fuerunt uoluntariæ in ſua cã ergo nobis imputantur.

Confir. pri.

Et confirmatur. Nam peccatum originis in ſua cã nobis imputatur; carnis illecebra oritur ex peccato originali, ergo.

Confir. ſec.

Confirmatur ſecundo, peccata ebrij imputantur illi in ſua cã, qm̃ uoluntarie lapſus fuit in ebrietate.

Secundum.

Secundo arguitur, ſi quis iret ad forũ, ubi ſciret ſe habiturũ tentationẽ carnis, licet poſtquã illuc venit nõ poſſet nõ habere illecebrã carnis, certe illi imputatur in ſua cã, licet poſtmodũ in facultate hominis non ſit poſſe uitare.

D. Th.

D. Th. vr̃ eſſe huius ſnĩæ in 2. d. 21. q. 1. art. 2. in corpore, & ad 5. & in 3. p. q. 41. ar. 1. ad 3. dicit, quod in Chr̃o non fuit tentatio interior, qm̃ hæc ſemper eſt peccatum,

Aug. lib. 19. de ciui. c. 4.

& D. Aug. dicit, nonnullũ peccatũ eſt qñ caro concupiſcit aduerſus ſpũm.

tertium.

Tertio arguitur: nam talis tentatio non eſt niſi appetitus ſenſitiui illiciti, alioqui non eſt tentatio: ergo eſt peccatũ.

quartum.

Præterea, ſi non eſſet peccatũ, quare cum uoluntas poſſit reprimere tales illecebras, tenetur reprimere?

quintum.

Item, ſi non eſſet peccatum, liceret in illis cõplacere, quia naturaliter inſurgunt.

Confir.

Rom. 7.

Denique, hæc oĩa confirmantur ex illo: Quod odi malũ, hoc facio: in qua ſentẽtia vr̃ ſignificari, ꝙ licet appetitio nõ ſit in noſtra poteſtate, eſt peccatum. In contrarium eſt: nã ſi iſti motus eſſent peccata, numquam liceret eos permittere: cõſequens eſt falſum: nã licet mihi audiendo cõfeſſiones, uel legendo materiã temperãtiæ, eos permittere, ut infra dicetur.

Qui motus ſenſualitatis ſint peccata.

Pro expoſitione dicendum eſt, illos motus ſenſitiui appetitus eſſe peccata, quæ ſunt de malo obiecto, & ſunt in noſtra facultate, & nullos præterea. Probatur primo ex cõſenſu oium ſanctorũ, quos recenſui in ſuperiori dubio. Itẽ ex illo Pauli: Fidelis eſt Deus, qui nõ patientur nos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet ex tentatione prouentũ.

1. Cor. 10.

Sed certe ſi carnis motus contra noſtrã uoluntatem eſſet in nobis peccatum, tentaremur ſupra id qđ poſſumus: immo dæmon poſſet a nobis extorquere peccatum nobis inuitis; has. n. tentationes carnis põt ſuggerere. Præterea, motus ſenſualitatis inordinati sũt peccata actualia: ergo nõ imputantur niſi rõne propriæ uoluntatis. Peccatũ uero originis, ſicut origine contrahitur, ita ex mala Adæ uoluntate ortum hẽt, in quo proinde oẽs ſumus æquales: at in carnis illecebris non ſumus æquales: ergo non imputantur nobis rõne originis.

D. Thom.

Præterea D. Th. ar. 3. in corpore, & ad 2. quem mõ examinamus, aperte docet, illos motus ſenſualitatis nobis imputari, qui ſunt in noſtra facultate. Præterea, impoſſibile eſt ꝙ his illecebris non tangamur: ergo impoſſibile eſt in illis eſſe peccatum. Item, ſi illecebra carnis: q̃ non eſt in noſtra p̃tate eſſet pctm̃, in eodem tp̃e mereremur, & demereremur in illecebra carnis: demereremur qdẽ; qm̃ haberem⁹ carnis tribulationẽ ex alia parte mereremur in reſiſtẽdo; qm̃ faceremus op⁹ egregiæ uirtutis. Deniq, ſi motus appetitus ſenſitiui, qui non eſt in noſtra facultate, imputaretur nobis rõne peccati originalis, ẽt eſſet peccatum in amente, & in dormiẽte, qđ abſurdũ eſt aſſerere. Atq; adeo ſequitur, ꝙ ignorantia inuincibilis eſſet peccatum nobis, ſiquidem eſt uolita in peccato originis.

Rom. 8.

Hæc oĩa confirmantur ex illo: Nihil ergo dãnationis eſt iis, qui ſunt in Chr̃o Ieſu, qui non ſ. n. carnẽ ambulant, ſed ſ. n. ſpũm; qua in ſnĩa loquitur Paulus de pugna carnis cõtra ſpũm; dixeratq; in fine c. 7. ꝙ per gratiã Chr̃i liberamur a peccato: cui concinens in c. 8. ſubdit. Nihil ergo dãnationis iis, &c. Cuius ſnĩæ hic ẽ cõmentarius, ꝙ ẽt ſi caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, nulla tñ culpa imputabitur illis, q̃ perſeuerant reſiſtẽdo per ſpũm. Idẽ patet euidentius. Nã in baptiſmate remittitur pctm̃ originale, & remanet fomes ad pugnã, & ad coronã potius, q̃ ad culpã: ergo q̃ legitime certauerit cõtra cõcupiſcẽtiæ motus, coronabitur; tm̃ abeſt ut cõmittat pctm̃.

Argum. diluuntur.

Ad argumẽta in principio poſita ſatisfaciendũ eſt.

Ad primum

Ad primũ dicendũ, ꝙ ſolũ pctm̃ originale imputatur nobis ratione primi parentis; peccata uero actualia, cuiuſmodi ſunt carnis illecebræ, nõ imputantur niſi rõne propriæ uoluntatis.

Ad primam confir.

Ad primã confirmationem dicendũ, ꝙ licet imputarentur nobis iſti motus ratione peccati originalis, non imputarentur noua imputabilitate. Secundo reſpondetur, ꝙ carnis illecebræ ſunt multoties motus naturales, ſic ẽt ꝙ ſi nõ haberemus peccatũ originis, ſequerentur: ut ſi eſſemus in puris naturalibus conditi.

ad ſecundã confir.

Ad ſecũdã confirmationem dicendũ, ꝙ peccata ebriorũ imputantur illis, nõ noua imputabilitate. Scd̃o dr̃, ꝙ imputantur rõne propriæ uolũtatis, q̃ pceſſit: sũt. n. actualia. Atq; adeo dr̃, ꝙ nõ ſequuntur, niſi ſæpenumero ex inclinatione naturali: pctm̃ uero originis fuit cã ſine qua nõ.

ad ſecundũ.

Ad aliud dicendũ, ꝙ talis illecebra imputatur, quia fuit uolita in propria uoluntate, ex qua fuit ſubſecuta.

D. Thom.

Ad alia argumẽta fortiora rñdendũ eſt, & ad D. Th. dr̃, ꝙ mutauit ſnĩam, ut patet ex hoc loco. Ad illud de Chriſto rñdetur, ꝙ carnis illecebra ex ſuo gñe eſt pctm̃, niſi inaduertẽtia excuſetur, q̃ in Chr̃o nõ potuit eſſe: quapp ſi in Chr̃o fuiſſet tẽtatio carnis, fuiſſet pctm̃ fuiſſet namq; ꝑuiſa. Itẽ conſurgit ex fomite & corruptione naturæ; in Chr̃o uero non fuit fomes peccati. Itẽ, in Chr̃o nullus actus fuit indeliberatus; quare ſi fuiſſet tentatio carnis, eſſet pctm̃.

ad D. Aug.

Ad D. Aug. rñdetur, ꝙ intelligit, qñ homo põt reprimere talẽ motum, & nõ reprimit. Vel intelligit nomine peccati corruptionem humanæ naturæ, qm̃ eſt effectus peccati, vel qm̃ ſolicitat ad peccandum.

ad omnia alia argumenta.

Ad omnia alia argumenta rñdetur, optime concludere, ꝙ motus ſenſualitatis de malo obiecto, ex genere eſt peccatum: cæterum non imputatur, quãdo nõ eſt in noſtra facultate.

ad locum Pauli.

Ad locum Pauli dr̃, ꝙ certe difficilis eſt, quoniam varie exponitur a Doctoribus: tum etiam, quoniã Paulus rẽ obſcurat allegoriis; diſtinguit. n. in homine duas perſonas; unam ſpiritualem, alterã carnalem: illa ſemper vult bonũ; iſta uero malũ. quod forte fuit occaſio Manichæis ad dicendũ, ꝙ in homine erat quædam natura mala, quæ ſemper ad malũ inducit. Tertio, eſt obſcurus ille locus; qm̃ ex eo uidetur ſequi, ꝙ concupiſcentia naturalis ſit peccatum. Dr̃ tamen; ꝙ cum ſermo ſit de uiro iuſto, ſenſus eſt, qđ. n. operor, non intelligo idest, non approbo, ſed me neſciente, & aliud agente, & omnino repugnante inſurgit affectio, quæ mala dicitur; quia ad malũ prouocat, uel quia eſt effectus peccati. Præterea dicitur mala; quoniã ex genere ſuo eſt mala, licet nobis non imputetur. Quarto, quoniã licet non intelligam deliberate & perfecte, intelligo imperfecte, & ideo eſt culpa uenialis.

Exponitur ſolutio ſecũdi.

In ſolutione ſecundi hẽt D. Th. quattuor ſi. I. ⁊). ſunt ualde animaduertendæ. In primis dicit, ꝙ corruptio ſenſualitatis perpetua, q̃ fomes eſt, ſ. n. quem ſenſus noſtri proni ſunt ad malũ ab adoleſcentia ſua, numquam tollitur in hac uita: peccatum. n. originis licet tranſeat reatu, idest, quantum ad culpã, manet actu, quãtum ad fomitẽ; idest, quantum ad inclinationem.

Fomes non tollitur in hac uita.

Secundo dicit D. Tho. ꝙ ſingulos motus ſenſualitatis poſſumus cauere ex liberi arbitrij facultate. Tertio dicit, ꝙ omnes ſimul non poſſumus compeſcere, ſed neceſſe eſt aliquando labi. Quarto dicit, ꝙ motus ſenſualitatis inordinatus imputatur ad peccatum, quoniã ſingulos poſſumus cauere pro noſtra libertate. Iſtæ aſſertiones ſunt principia in noſtra religione, quæ ſunt exacte expoſita in materia de gratia.

Triplex de potẽtia ſermo.

Vt uero hæc doctrina elucidetur, nouiſſe oportet qđ antea a nobis admonitũ eſt, ꝙ de potẽtia poſſumus loqui tribus modis, Logice, Phyſice, Moraliter. Logice q̃dẽ, ut cũ dicimus cõtradictoria nõ poſſe ſimul eſſe uera. Phyſice, vt cũ dicimus nõ ceſſaturas rerũ generationes. Moraliter, ut cũ dicimus, nequit fieri ut oẽs hoĩes ſint ſtudioſi, ſed neceſſe ẽ, ut ueniãt ſcãdala, neceſſũ eſt hæreſes eſſe.

Concl. Dicimus ergo, ꝙ hõ nõ põt, nõ ſolum loquẽdo de potentia morali, ſed ẽt de potẽtia phyſica, ſingulos motus ſẽſualitatis puenire, vt nõ inſurgãt añ rõnis iudiciũ: nã appetit⁹ ſẽſualis ſequitur apprehẽſionẽ ſenſus, q̃ naturaliter prior eſt quã rõnis iudiciũ: ergo neceſſũ ẽ, ut appetitus ſenſitiuus ſæpenumero ſequat̃ bonum apphensũ per ſẽſũ, antequã rõnis iudicio reprimi poſſit,

concl. & de talib. motib. diximus, nullo mõ eſſe peccata uenialia. Hoc aũt qđ diximus, intelligẽdum eſt ſ̃m legem ordinariam, & ſ̃m cõem curſum.

De beatiſsima Virgine. Nam ex ſpecialiſſima grã, beatiſſima Virgo cõtinebat omnes motus portionis inferioris, ne inſurgerent añ rõnis iudiciũ. Illud ẽt addendum eſt

Durand. pro explicatione doctrinæ D. Tho. ꝙ moraliter loquendo non poteſt homo ita eſſe in promptu, ut ſtatim reprimat oẽs motus inſurgentes, cũ primũ poteſt reprimere; licet ſingulos poſſit. Et hoc probat rõ D. Th. in ſolutione ſecundi cum inquit, accidere ſæpenumero, ut dũ quis uult motũ cõcupiſcentiæ reprimere, diuertendo cogitationẽ ad ſcientię cognitionẽ, inſurgat alius motus impræmeditatus inanis gloriæ. Quod nõ ita intelligendum eſt, quod ille motus uanæ gloriæ cum primum inſurgit, peccatũ ſit, ſed quia homo eſt in aliquali mora in reprimendo illum, quia interim occupatur in cõpeſcendo carnis inſultum. Et quidem moraliter loquendo, neceſſum eſt, ut tot tentationibus occupatus & circũuallatus aliquam negligentiam habeat in huiuſmodi motibus compeſcendis, nec tamẽ propterea deſinit eſſe peccatum ueniale, quia ad hoc ſatis eſt, illa potentia reprimẽdi ſingulos. Hæc eſt doctrina D. Th. in hac ſolutione, quã etiam amplectitur Durand. in 2. d. 24. q. 5.

ART. QVARTVS.

Vtrum in ſenſualitate poſsit eſſe peccatum mortale.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negãs: quia ſicut inordinatio corrũpens principiũ uitæ corporalis cauſſat mortẽ corporalẽ; ita ẽt inordinatio corrumpens principiũ uitæ ſpũalis, qui eſt ultimus finis, cãt mortem ſpũalẽ peccati mortalis. Sed ordinare aliquid in finẽ, non ptinet ad ſenſualitatẽ, immo ad rõnem; deordinare aũt a fine nõ eſt niſi rationis, cuius eſt ordinare: ergo peccatum mortale non eſt in ſenſualitate.

ART. QVINTVS.

Vtrum peccatum poſsit eſſe in ratione.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio. Nam cum ratio duplicem habeat actũ; unum ſecundũ ſe in cõparatione ad propriam obiectũ, quod eſt cognoſcere aliquod uerum: alium uero inquantum ratio eſt directiua potentiarum aliarum; utroq; modo in ratione contingit eſſe peccatũ: & primo, inquantum errat in cognitione ueri, quod tunc imputatur ei ad peccatum quando habet errorem, uel ignorantiam circa id, quod poteſt, & dẽt ſcire. Secundo modo qñ inordinatos actus inferiorum uiriũ uel imperat, uel etiam poſt deliberationem non coercet.

ART. SEXTVS.

Vtrum peccatum moroſæ delectationis ſit in ratione.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio, Nam ratio non ſolũ eſt directiua actuum exteriorum, ſed etiã paſſionum interiorum; ideo quando ratio deficit in directione interiorum paſſionũ, dicitur eſſe peccatum in ratione: ſicut quando deficit in directione exteriorũ actuũ. Sed deficit rõ in directione paſſionum interiorum dupliciter: uno modo, quando imperat illicitas paſſiones, ſicut quando homo ex deliberatione prouocat ſibi motũ iræ, uel concupiſcentiæ: alio modo, quando non reprimit illicitum motum paſſionis, ueluti quando homo deliberauit, ꝙ motus paſſionis inſurgens eſt inordinatus; tñ circa ipſum immoratur, & nõ expellit: & ſecundum hoc dicitur peccatum delectationis moroſæ eſſe in ratione.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Conſtituto & probato in ſuperiori articulo ꝙ in ſenſualitate poteſt eſſe peccatũ, quærit D. Th. in hoc articulo quale peccatum; mortale, an ueniale. Reſpõdet D. Th. hic, & in 2. d. 24. q. 3. ar. 2. ꝙ ſolum ueniale, & probatio D. Th. ſatis efficax eſt ad id ſuadendum. Sed ut exactius rem definiamus, ſciẽdũ eſt, ꝙ appetitus ſenſitiuus põt uariis modis conſiderari.

Varia conſideratio ſenſitiui appetitus.

Primo, ſine ordine ad rõnem & uoluntatẽ, cuiuſmodi eſt in brutis, & hoc modo non poteſt eſſe ſubiectũ peccati. Secundo, ut eſt appetitus hominis abſq; eo, ꝙ moueatur a ratione, uel uolũtate: & hoc mõ dicit Caie. quod eſt ſubiectũ peccati uenialis; cuius ſẽtentiã in ſuperiori articulo confirmauimus. Tertio põt cõſiderari ut puenit rõnis deliberationẽ, cũ motus illius poterat reprimi a rõne, & non reprimitur, & tñ nõ eſt cũ deliberatione, & ſic

Concl. põt eſſe ſubiectũ peccati uenialis tñ. Nam in appetitu ſenſitiuo põt

Duplex motus appetitus ſenſitiui [illegible]

eſſe duplices motus; quidã ſequẽtes deliberationẽ rõnis: alij qui nõ procedunt ex imperio rõnis, ſed uoluntas põt eos impedire. Priores quidẽ, licet ſint in appetitu ſẽſitiuo, tñ quia ſũt a rõne, vt a principio, attribuuntur rõni, & non ſenſualitati; quia ſenſualitas, ut dictum eſt, dr̃ inquantũ præuenit deliberationẽ: poſteriores uero attribuũtur ſẽſualitati, quæ pp imperfectã deliberationem non pñt eſſe peccata mortalia. Sed & alio modo põt cõſiderari appetitus ſẽſitiuus, qñ mouetur a rõne imperfecta, & nõ plene deliberata, & hoc pacto ẽt eſt ſubiectũ peccati uenialis tñ. Vltimo poteſt cõſiderari, ut mouetur a rõne perfecte & deliberate, & hac conſideratione eſt ſubiectum uirtutis & uitij, atq; culpæ mortalis. Quare non eſt idẽ dicere, in ſenſualitate nõ põt eſſe culpa mortalis; & in appetitu ſenſitiuo non põt eſſe culpa mortalis: nã ſenſualitas dicit appetitũ ſẽſitiuũ, quatenus præuenit rõnis deliberationẽ. Sed in ſequentibus articulis euidentius & uberius definiam, qñ motus appetitus ſenſitiui ſint peccata mortalia: nunc uero ſatis explicatũ exiſtimo, quo in ſenſualitate ſit tãtum peccatũ ueniale.

D. Thomas [illegible]

EXPLICATIO ARTICVLI.

Grauis quæſtio exponitur, quando ſcilicet motus appetitus ſenſitiui ſint mortalia peccata. Almayn.

De ratione, quid ſit, & quomodo diſtinguatur ab intellectu, & quemadmodũ diuidatur in rõnem ſuperiorem, & inferiorẽ, edixerit D. Th. 1. p. q. 79. ar. 8. & 9. & in 2. d. 24. q. 2. art. 2. ex quibus locis poterit lector petere, quæ ad hanc quæſtionẽ intelligẽdã neceſſaria uidebuntur. Sed nũc explicite & diſtincte elucidãda eſt illa q̃ſtio magna, & perdifficilis, qñ motus illiciti appetitus ſẽſitiui erũt pctã mortalia, qñ uero uenialia; qñ ad peccata nõ imputant̃ q̃ q̃ſtio cuiq; Theologo eſt difficillima. Hãc q̃ſt. fuſe ſatis explanat Almayn. tract.

tract. 3. c. 24. & in eius elucidatione diſtinguit tria tempora. Primũ, in quo ratio deliberare nõ poteſt, vt cum viſa muliere pulcra ſubito rapitur homo in eius amorẽ, abſq; aliqua deliberatione; aut cũ quis viſo inimico, ſubita concitatur iracundia. Et iſti motus, quoniã ſunt naturales, & nõ ſunt in noſtra facultate, nõ imputantur ad peccatum. Sed notandũ, ꝙ quamuis iſti motus ſint naturales, & propterea nõ ſint nobis peccata, nulla tamẽ ratione, quod in Chriſto fuerint, eſt admittendũ, ꝓpter rationes poſitas in artic. 4. in ſecũdo dubio. Sed neq; ꝙ fuerint in beatiſſima Virgine, vlla ratione eſt concedendũ: nam licet habuerit fomitẽ ante conceptũ Chriſti, hic fuit ligatus p aſſiſtentiam Spiritus ſancti, vt nõ potuerit in actũ illicitũ cõtra rationẽ prodire; poſt vero conceptũ Chriſti fuit fomites omnino ablatus, ut dicit D. Th. 3. p. q. 27. artic. 3. Secundũ tempus eſt, cũ ratio poteſt deliberare, ſed cũ magna difficultate; & tunc, ſi nõ compeſcit affectũ noxiũ inſurgentẽ in appetitu ſenſitiuo, peccat venialiter, & nõ mortaliter: nã Deus, qui ſumma pietas eſt, nõ obligat nos ad mortale cum tanta difficultate. Tertiũ tempus eſt, in quo ratio de facili poteſt deliberare & ſtatuere quid ſit faciendũ circa motũ illicitũ appetitus noſtri: & tunc, ſi ratio non reprimit, cũ facile poſſit, ſi materia eſt mortalis, eſt peccatum mortale; ſi vero leuis, erit ueniale. Iſta ſententia nõ videtur vera. & primo falſum eſt, ꝙ qñ non cõpeſcimus motũ illicitũ appetitus ſenſitiui quẽ poſſumus cũ magna difficultate, ſemper ſit ueniale: nã ad maiora mandata ſeruãda nõ obligamur cum tã magna difficultate. verbi gratia, ego teneor audire miſſam, diſtat multũ Eccleſia: ſi currerẽ uelociſſime, certe audirẽ; ſed nõ teneor cũ tãta difficultate. rurſus, diſtat cõfeſſarius per quattuor leucas, teneor cõfiteri: certe nõ teneor adire cũ tanto labore. Secundo inſurgit in homine motus illicitus, quẽ poterat cõpeſcere, ſi verberibus ſe affligeret; certe ad id nõ eſſet obligatus. Præterea, non tenetur homo facere tantam diligẽtiam, quãta legitur de beato Benedicto, & de beato Frãciſco, qui cũ a libidine tentarentur, coijciebant ſe in ſpinas, & nudi in niuem. Deniq; ſi intelligit aliquis, ꝙ qñ cœnat, inſurgit in lecto motus libidinis, non propterea tenetur ſe abſtinere a cœna. Hoc intellige, quãdo iſti motus nõ trahunt ad cõſenſũ uoluntatis: nã tũc potius eſſet moriendũ. Præterea iſte auctor dicit falſum in eo qđ dicit, ꝙ qñ de facili poſſumus affectũ noxiũ reprimere, & non reprimimus, & eſt materia mortalis, ꝙ tunc eſt peccatũ mortale: nã aliquando, ꝙ nõ reprimamus affectũ noxiũ quẽ de facili poteramus, prouenit ex inaduertentia naturali, uel ex inaduertentia leui; & tunc uel nullũ erit peccatũ, vel erit ueniale tantũ. Alij uero Theologi facile ab hac quæſtione ſe expediunt: diuidunt. n. motus illicitos ĩ appetitu ſenſitiuo, in motus primo primos, & in motus ſecundo primos, & in motus pfecte deliberatos. Motus primo primus dicitur, quẽ uolũtas reprimere nõ poteſt, ſed ſubito ſine deliberatione inſurgit. Motus autẽ ſecundo primus dicitur, quẽ ratio poteſt reprimere; ſed tñ eſt indeliberatus motus. Perfecte deliberatus quid ſit, nemo eſt qui ignoret. Dicunt ergo prædicti auctores claritatis amatores, ꝙ motus primo primus nõ erit peccatũ, dato ꝙ ſit conformis paſſioni illicitæ; ſiquidẽ nõ eſt ĩ manu noſtra: motus uero ſecũdo primus erit peccatũ veniale ꝓpter imperfectionẽ deliberationis: motus pfecte deliberatus erit peccatum mortale, ſi fuerit cõcupiſcẽtię ꝓhibitę in re graui. Certe iſti Doctores uera dicũt; ſed nõ explicãt qđ deſideramus, nẽpe quõ in euentib' particularib', quæ de rebus agendis ſe offerunt, poſſimus dignoſcere, quando erit motus primus; quãdo ſecũdo primus; quãdo deniq; erit pfecte deliberatus; potiſſime vero, quando negligentia reprimendi noxias cõcupiſcẽtias imputabitur ad peccatũ. Igitur hãc rẽ explicat eleganter Dominus Caie. in ſua Sũma, verbo Delectatio ex quo hęc documẽta ſũt memorię mãdãda.

Primum documentum. Motus illiciti appetitus ſenſitiui ex obiecto expendẽdi ſunt. Itaq; ſi actus de quo delectatur homo, eſt peccatũ mortale, ipſa affectio erit peccatum mortale, ſi adeſt voluntatis cõſenſio; ſi vero eſt de re ꝓhibita in materia leui, erit peccatũ veniale & leue, ſi vero eſt de obiecto bono, affectio erit bona. Hæc regula de ſe eſt manifeſta, & propterea confirmatione non indiget.

Secundum documentum. Quando non conſentimus concupiſcentię, non imputatur nobis ad peccatũ, quamlibet praua ſit: nam peccatũ adeo eſt uoluntarium, ꝙ ſi nõ eſt voluntarium, peccatum nõ ſit, & eſſe magnum deliriũ ſcribit Aug. dicere, ꝙ ſine voluntate eſt peccatũ: quapropter quando præcipitur in lege, Non concupiſces, non dr̃ carni, nõ concupiſces; ſed homini, qui dicitur tunc operari, quando ſm rationis deliberationem operatur. Præterea eſt alius ſenſus huius præcepti, Nõ cõcupiſces, id eſt, poſt concupiſcentias tuas non eas, vel ne obedias cõcupiſcentijs, vel non regnet concupiſcentia. Itaq; nõ prohibet lex, ꝙ in nobis inſurgat concupiſcentia: hoc enim erat præcipere rem prorſus impoſſibilem.

Tertium documentũ. Si perſona cogitando de aliquo actu quantũcũq; malo, delectatur, nõ aduertendo ad id de quo delectatur, ita ꝙ ſi aduerteret, nõ approbaret; ẽt ſi per unũ diẽ cogitet, & licet facile reprimere poſſit, nõ eſt ibi peccatũ. Probatur: qa actus ſine aduertẽtia nõ eſt act' humanus: ergo non poteſt eſſe peccatũ. Deinde D. Tho. art. 3. huius quæſtionis ad ſm dicit aperte, motũ ſenſualitatis tunc imputari ad peccatũ, quãdo ratio præſentit, & nõ reprimit: ergo ſi non præſentit, nõ reprimet. & ſic ad tertiũ ſic ſcribit: Peccatũ moroſę delectationis nõ cõſiſtit in mora tẽporis, ſed ĩ mora uolũtatis, quãdo ratio aduertit: ergo ſi non aduertit, peccatũ non eſt. Idẽ docet Aug.

Sed contra hoc documentum quod non ſit certũ, ſunt aliquot argumenta.

Principio D. Tho. art. 3. ad 3. expreſſe docet, ꝙ motus ſenſualitatis præueniens rationẽ, eſt peccatum veniale: ergo licet ratio non aduertat, erit peccatum veniale.

Deinde D. Th. art. 7. huius quęſtionis ad quartũ docet, ꝙ qñ ratio põt deliberare, & nõ deliberat reprimẽdo concupiſcentiã, imputatur ad peccatũ. Quæ omnia cõfirmãtur optima ratione: nã ratio põt aduertere, qñ inſurgit libido, & tenetur aduertere: ergo ſi nõ aduertit, imputatur ad peccatũ. Certe ſi quis dedita opera diſſimulet, & nõ aduertat, ſine dubio peccat. ergo licet ratio nõ aduertat, imputat' ad peccatũ. Profecto videtur urgẽs argumẽtũ: nã talis põt facile deliberare, & ideo ſi nõ deliberat, tã videt' ei imputari. Ad hæc argumenta dicendũ eſt, documentũ eſſe intelligendum, qñ inaduertẽtia eſt ſubita, & naturalis, & minime negligẽs; ſec' eſſet ſi eſſet affectata: atq; adeo aliud eſſet, ſi homo ſępenumero eſſet expert' in ſe ſuã incõſiderationẽ, & daret cãm tali incõſiderationi: tũc. n. ſine dubio talis inaduertẽtia eſſet peccatũ, & libido inde ſubſecuta. Sed & illud addendũ pro argumentorũ confutatione, ꝙ licet poſſimus reprimere concupiſcentiæ motum in caſu cõmemorato, non tenemur, cum non aduertimus delectari, aut male agere.

Quartũ documentũ. Si aduertit homo ſe delectari, vel tẽtari, ſed præualẽte impetu paſſionis nõ plene aduertit, eſt peccatũ veniale ꝓpter imperfectionẽ deliberationis. Hoc documentũ amplectũtur viri doctiſſimi, Caie. ĩ ſua Sũma, verbo, Delectatio. Syluest. eodẽ verbo. Adr. in 4. in materia de Euchariſt. q. 4. Ioã. Nider in opuſculo de decẽ præceptis, elucidans illud, Nõ cõcupiſces. Huius rei ſunt tres ꝓbationes. Prima eſt, nã ad peccatũ requiritur aduertẽtia, & deliberatio: ergo ad pfectũ peccatũ, quale eſt mortale, requirit' perfecta deliberatio. Secũda ꝓbatio eſt, qm̃ iſte uidetur eſſe ſenſus illius ſentẽtiæ; Cõcupiſcentia cũ conceperit, parit peccatũ; peccatũ cũ cõſumatum fuerit, generat mortẽ. Tũc dr̃ cõcupiſcẽtia parere peccatũ, quãdo admonet rationẽ, ac ſi diceret, ecce adſũ, qñ vero ratio pfecte cõſẽtit, tũc cõſumatur peccatũ, & mortẽ generat. Tertia ꝓbatio eſt, nã uel ſola iſta cauſſa excuſãtur homines ſurgentes e ſomnijs a delectatione pollutionis, ſi quid mali illis complacuit, antequã perfecte conſentiãt.

Quintũ documentũ. Si plene aduertit, uel diſſentit, uel cõſẽtit, vel negatiue ſe habet. ſi primũ, clarũ eſt ꝙ nullũ eſt peccatũ, dico ſi diſſentit non ſolũ in opus, ſed in delectationẽ, & motũ curat reprimere; ſi conſẽtit, peccat mortaliter, ẽt ſi diſſentiat in opus; ſi uero ſe habet negatiue, & eſt ĩ ancipiti, nõ cõſentiẽs, neq; diſſẽtiẽs, peccatũ eſt mortale, ſi ſit de re ꝓhibita ĩ materia graui. Ita docent Caie. vbi ſupra. Idẽ docet Lyranus, elucidans illud Matthæi 5: Qui uiderit mulierẽ ad cõcupiſcendũ eã &c. Subſcribit

D. Thom.

Impugnatur Almay.

Diuiſio eorũ motuũ qui ſunt in appetitu.

Domi Caie. optima expoſitio. Pri. docum.

Secũdũ doc. Quando nõ conſentimus concupiſcentiæ, nõ imputatur ad peccatum. Auguſt.

Terti ũ doc. Delectatio de malo obiecto, ſine aduertentia, peccatum nõ eſt. D. Th.

Aug. 12. de trini. c. 12. Argum. cõtra tertiũ documentu. Primum. Secundum. D. Thom. Confir.

Solutio.

Quar. doc.

Caiet. Syluest. Adrian.

Iaco. 1.

Quin doc.

Caiet. Lyranus. D. Thom.

D. Th. de veritate q. 15. art. 4. ad 10. & hic in ſolutione 3. & 4. artic. ſequentis. & in art. 8. Sed probatur euidentiùs, nã qui ſciens ac prudens admittit cõcupiſcentiã carnalẽ, exponit ſe periculo peccãdi mortaliter; ſed qui amat periculũ, peribit in illo: ergo peccat mortaliter. De inde, ille qui aduertit, & hæret in ancipiti ex parte voluntatis, habet conſenſum interpretatiuum. ergo peccat mortaliter.

Eccleſ. 3.

Antecedens ſic oſtenditur. nã ille tenetur reprimere illã cõcupiſcentiã noxiã, & nõ reprimit cũ poſſit. ergo tenetur in crimine, & cõſentire cõuincitur. Præterea eſt præceptũ negatiuũ, Nõ cõcupiſces: ergo ꝙ poſt perfectã deliberationẽ admittit concupiſcentiã noxiã, quã poteſt reprimere, tranſgreditur illud præceptũ. In ſũma, talis conuincitur cõſentire ex ipſa cõtinuatione delectationis, qa nõ prohibet uoluntas qñ poteſt, & debet; tũc. n. homo dat operã peccato mortali quantũ eſt de ſe; & prius excuſabatur, quia nõ aduertebat; nũc aũt iã poteſt prohibere, & aduertit plene, & ideo ſi nõ ꝓhibet, peccat mortaliter, ſicut ſi nõ ꝓhiberet manũ ab opere malo inchoato in ſomno.

Caiet.

Limitat tñ Caie. hoc dictũ, dicens, ꝙ diſtinguendũ eſt ex qua cauſſa iſte negligat reprimere talẽ cogitationẽ de delectatione. ſi. n. negliget cohibere ex cõplacentia delectationis volũtaria, eſt delectatio moroſa, & imputatur ad peccatũ mortale; ſi autẽ nõ ex cõplacentia, ſed ex eo ꝙ quodãmodo ſpernit illã, certus ꝙ nõ trahet illũ ad cõſenſum, peccat quidẽ venialiter, qa tenetur homo adhibere vires ad perſequẽdos hos inſultos, donec deficiãt; ſed nõ eſt peccatũ mortale. virtualiter. n. diſſentit; imo nõ videtur cõtinuare illã delectationẽ, ſed pati potius illã: & hoc ſæpenumero accidit in uiris perfectis. Hæc Caie. in Sũm. Ex hac doctrina ſequitur, ꝙ quando cõcupiſcentia noxia nõ eſt uolita in ſe, nec formaliter, nec interpretatiue, ſed tantũ ĩ ſua cauſſa, iudicãdũ eſt de illa, ſicut de ſua cauſſa, ſi cauſſa eſt bona, affectio erit bona; ſi mala, noxia erit affectio; ꝙ ſi eſſet indifferens, affectio quoq; erit indifferens. verbi gratia. cõfeſſarius audit cõfeſſiones, & in eis res obſcænas, ꝓpter quas patitur motũ inordinatũ in appetitu ſenſitiuo repugnante voluntate, nõ oportet quòd habeat ſcrupulũ, qa cauſſa bona eſt. Itẽ lectores & prædicatores, quos pro ſuo officio oportet de reb' libidinoſis diſputare, nõ ꝓpterea debent timere, licet patiantur motus inordinatos appetitus ſenſitiui repugnãte voluntate; alioq, vt optime dicit Caie. opuſculo 17. quæſti. 16. oportebat homines aut eſſe angelos, aut priuilegiatos. quo in loco diſputat illã quæſt. de pollutione ex audiẽtia cõfeſſionis ꝓueniente nũ peccatũ ſit; de qua paulo inferius diligẽter inueſtigabitur.

Caie.

Obiectiones cõtra doctrinam Caiet.

Hæc documenta a D. Caie. ingenioſe ſatis excogitata, nõ ab omnib' ut indubitata approbãtur; nõ. n. vt quidã exiſtimant, ſufficienter ꝓbat Caie. ꝙ conſenſus in delectationẽ noxiã ſit mortale peccatũ, imo ex auctoritate Iacobi; Cõcupiſcentia cũ cõceperit, parit peccatũ; videtur oppoſitũ ſequi. nam ibi dicitur, ꝙ peccatũ cũ conſumatũ fuerit, generat mortẽ. vnde uidetur, ꝙ priuſquã conſumetur, nõ eſt mortale, ſed clarum eſt ꝙ peccatum non conſumatur niſi per opus ipſum, vel ſaltem per conſenſum in opus. ergo prius non eſt mortale, & conſenſus in delectationem ſolũ uidetur eſſe concupiſcentiã concidere, quod non videtur mortale, ſecundum Apoſtolum.

Aug.

Nec uerba Auguſt. ſatis aperte hoc docent, imo peccatum hoc videtur reponere inter venialia; qa dicit, ꝙ pro illis oportet pectus tundere, & dicere, Dimitte nobis debita noſtra, vt refert D. Tho in hac quæſt. art. 8. in ſexto argumẽto.

D. Thom.

Sane ſi delectatio de ſe eſſet mortalis, teneretur homo ſemper eã reprimere, nec excuſaretur propter officium, uel opus honeſtum; cuius oppoſitũ ſupra dictum eſt. uide Adria. in q. 4. de Euchariſt. ubi ponit quinq; argumẽta contra hoc documentum Caie. ſed tandem tenet quod dictum eſt; & allegat Bonauenturã in huius ſententiæ cõfirmationem.

Adria.

Et profecto hæc ſententia efficaciter probatur ex illo præcepto; Non cõcupiſces: quod ſine dubio tranſgreditur, qui conſentit in prauã cõcupiſcentiam, aut delectationem. Itẽ probatur ex illo; Si quis uiderit mulierem ad concupiſcendũ eam, iã mœchatus eſt in corde ſuo; ſed talis concupiſcit, & quidem uolũtarie; ergo in crimine tenetur.

Matt. 5.

Sed & illud documentum Caie. in quo aſſerit quod tenetur homo quãdo aduertit reprimere noxiam concupiſcentiam, non õibus probatur; nam inquiunt, ꝙ nulla eſt auctoritas ſcripturæ ad probãdum, ꝙ negligentia reprimendi talem motum ſit pctm̃. & Adrian. vbi ſupra, videtur dicere, ꝙ non eſt mortalis talis negligẽtia, niſi rõne periculi, & hoc ẽt videntur ſonare verba D. Th. de ueritate, q. 15. art. 4. Vnde quibuſdã Doctoribus videtur probabile, ꝙ quando ex hmõi delectatione homo non exponit ſe periculo conſenſus in opus, nanquam negligentia reprimendi ſola eſt mortalis; dico, ſola; quia ſi talis negligentia eſſet (ut ait Caiet.) vt delectaretur, non excuſaretur a mortali; & qui uel ex complexione, vel dæmonis ſuggeſtione frequenter pateretur hmõi tentationes, & iam de ſe ſumſit experientiã de conſtantia ſua, nõ eſt ut exiſtimant viri docti, obligat' ſemp ad repellendas tales delectationes, ſed põt eas cõtemnere; immo nec venialiter vr tunc peccare.

Adria.

D. Thom.

Sed certe ſnſa Caiet. uera eſt, & omni dubio procul tenenda: nam D. Aug. ita decernit in loco citato, & Magiſter ſentẽt. in 2. q. 24. & argumenta adducta ſuperius eam euidẽter demonſtrant: & rõ D. Th in hoc articulo eſt admodum efficax. Nã rõ tenetur paſſiones animi ſui dirigere, ſicuti tenetur membra coercere, ne aliqd illicitũ efficiãt; tenetur itaq; hõ reprimere concupiſcẽtias, ne ad illicita ferãtur.

Defenditur Caiet. D. Aug. Mag. ſentẽ.

Sed ex dictis oritur aliud grauius dubiũ: non. n. vr verum, ꝙ quandocũque homo aduertit, & põt uitare tales motus, teneatur reprimere, uel vitare: ut animaduertere licet in illo, qui audit confeſſiones, uel ſtudet in materia de peccatis uenereis, q nõ peccat, neq; tenetur deſiſtere pp motus inſurgentes. Quod vt uberius elucidetur, quæritur, Vtrũ, qñ actus inordinatus non eſt uolitus in ſe, ſed ĩ ſua cã, teneatur cãm auferre: v. g. vt ſi is cõ pare i per tiam Latinæ linguæ, legit Martialem, ex lectione cuius ſeqtur pollutio, aut delectatio noxia in appetitu ſenſitiuo; qſtio eſt, an teneatur ã tali lectione abſtinere? Itẽ confeſſarius audiens res turpes in confeſſione, ex quo ſeqtur pollutio contra eius uoluntatem, quæſtio eſt an teneatur a confeſſionibus audiendis abſtinere. Et videtur, quod ſic.

An quando actus inordinatus ſit volitus in ſua cauſſa neceſſario ſit tollenda cauſſa.

Nam oĩs ſeminatio uoluntaria extra matrimonium, eſt pctm̃ mortale: ſed hæc pollutio eſt hmõi, ergo Minor ꝓbatur: nã confeſſarius põt pro ſua voluntate abſtinere a confeſſionibus audiendis, & ſic non ſequetur ſeminatio.

Primum argu.

Secũdo, ſi hæc ſeminatio eſt excuſanda, maxime eſt, qa põt accidere, ꝙ cã ſit uoluntaria, & ꝙ effectus nõ ſit voluntarius, ſed hoc non põt eſſe in cauſſis naturalibus, ex quibus naturaliter ſeqtur effectus. Sequela eſt nota: nam q vult antecedens, vult neceſſario conſequens, quod ſcit neceſſario ex antecedente ſequi: ergo hæc ſeminatio non põt excuſari. Et cõfirmatur: nã iſte effectus eſt inordinatus. ſ. extra matrimonium pollui, & eſt uoluntarius: ergo pctm̃.

Secundum

Confirmatio.

Tertio, ſi quis aſpiceret mulierem pulcram, & ex tali uiſione ſequeretur pollutio, teneretur a tali uiſione abſtinere, licet alias eſſet iuſtum.

Tertium.

Quarto, ſi quis maritus oſcularetur uxorẽ ſuã, aut uero tãgeret, ſic adeo, ꝙ ex oſculis, & tactibus ſequeretur pollutio extra uas legitimũ certe tenetur ab oſculis & tactibus abſtinere, ut optime docet Cai. verbo, Interrogatio, in ſua Summa, circa ſextũ pceptũ: ergo ſi confeſſarius audit confeſſionẽ, & ex tali cõfeſſionis auditione ſequitur pollutio, obligandus eſt a talibus confeſſionibus audiendis abſtinere.

Quartum.

Caiet.

Pro expoſitione notãdũ cũ Dño Caie. aliquid eſſe uoluntariũ dupliciter, uno mõ in ſeipſo, vt cũ quis vult dormire, alio mõ in ſua cauſſa, ut cum quis ſe ingurgitat cibo, & potu, vult ſomnium in ſua cã.

Not. 1. Voluntarium duplex.

Secundo notandum, ꝙ qñ aliquid eſt uolitum in ſua cã, nihil refert, fiat ne in ſomnis, aut in uigilia, quod attinet ad bonitatem, uel malitiã moralem, ſicut ſi nauta cat dormitũ, & eius abſentia & negligentia ſubmergatur nauis, perinde peccat ac ſi eo pſente & uidente ſubmergeretur. Rõ eſt: qm̃ hoc tñ habet rõnem uoluntarii in ſua cã: ergo tantum habet rõnem peccati in ſua cauſſa. Ex hoc ſequitur, ꝙ quando pollutio in ſua cauſſa eſt volita, nihil refert, ꝙ fiat in ſomnis, aut in vigilia. Ex quo ſequitur; ꝙ id quod in ſomno non eſt peccatum, nec auſert uirginitatem, etiam ſi accidat in uigilia, non eſt peccatum, nec auſert uirginitatem.

Not. 2.

Not. 3.

Tertio notandũ, ꝙ pollutio ſecuta in ſomnis ex audiẽtia cõfeſſionis, aut ex diſputatione de re venerea, nõ ẽ peccatum

catū mortale, nec auſert virginitatem, vt conſtat ex omnium bonum conſenſu: ergo ſi uera ſunt, q̃ diximus, licet ſi quatur in vigilia, pp eaſdem cauſſas non erit pc̃tũ mortale. Antecedens, præterquam quod conſtat ex conſenſu omnium, allegat illud D. Tho. in 4. diſt. 9.

D. Thom. Not. 4. Quarto notandum, quod huiuſmodi pollutiones, quæ in ſe non ſunt uolitæ; ſed tñ in ſua cã, non habent aliam bonitatem aut malitiam, quam eam, quæ eſt in ſua cã. cũ igitur auditoria confeſſionis, & diſputatio de rebus venereis ſit licita, & meritoria, fit cõſeques, q̃ q̃ patitur inuitus pollutione, non peccet, nec amittat virginitatẽ, nec polluat eccleſiã, magis, quam ſi in ſomnijs id accidiſſet.

Not. 5. Quinto notandum, quod uoluntariũ contingit dupliciter, directe, vt cum quis vult ſubmergere nauim, indirecte, qñ quis non operatur, qñ debet operari. Ad hoc vero tres conditiones requiruntur, quod poſſim, tenear, & non faciam, ut docet D. Th. ſupra q. 6. a. 3. ſed in noſ. D. Thom. caſu pollutio ſubſecuta non eſt volũtaria indirecte: licet n. poſſim diuertere ab audita confeſſionis, & a diſputatione turpi, ad id tñ non teneor. Et confirmatur: nã nullus artifex tenetur omittere opus inceptum pp defectũ materiæ: ſtulte n. faceret artifex, qui omitteret conſtructionem ferri, aut gladij, quia cõtrahunt rubiginem: iſti enim ſunt defectus ex parte materiæ: Pollutiones enim, & carnis ſtimuli oriuntur ex parte materiæ: ex eo n. quod res venerea eſt materia tractãda a nobis, oriuntur ex neceſſitate ipſius materiæ prædicti ſtimuli, & carnis pollutiones repugnante uoluntate: ergo propter hmõi defectus ex neceſſitate materiæ ſubortos non debet confeſſarius ab hmõdi auditu confeſſionis abſtinere, alias oporteret eſſe homines, angelos, aut priuilegiatos. Item ſi pp pollutiones quas confeſſarius inuitus patitur, deberet a confeſſionibus abſtinere; ſæpenumero ſcandalizaret pœnitentem, & ei inferret iniuriam: ergo pp hoc non eſt a confeſſionibus abſtinendum. Præterea, ſi ad hoc obligatur aliquãdo ſacerdos, eſſet perplexus citra culpam ſuã: & ſi eſſet vnus parochus in uno oppido paruo, qui inuitus hmõdi pollutiones patitur, tũc ſi audit confeſſiones, peccat mortaliter, qm̃ patitur pollutionẽ, ſi uero non audit, peccat mortaliter: qm̃ nõ eſt alius ſacerdos, & eſt extrema, aut grauis neceſſitas: itaque eſſet perplexus extra culpã ſuam. Item, alias Deus non bene ſuæ eccleſiæ prouidiſſet de miniſtris tam neceſſarij ſacramenti: nam rari reperiẽt ſacerdotes, qui tentationibus carnis nõ commoueantur. Vltimo, ſi ex cibo, & potu inſurgeret motus impudicus in mẽbris pudendis, aut vero in appetitu ſenſitiuo, repugnãte volũtate, nõ ppea obligãdus eſſet homo a cibo & potu abſtinere: ergo ſi ex audiẽtia cõfeſſionis inſurgit motus inordinatus, nõ ppea ab illa abſtinendũ ẽ.

Solu. argu. Ad primum. Ad argumenta, ad primum dicendum eſt, quod omnis ſeminatio voluntaria in ſeipſa, extra matrimonium, eſt pc̃tũ mortale; ceterum non oĩs ſeminatio voluntaria in ſua cauſſa, extra matrimonium, pc̃m̃ eſt, ut eſt videre in eo, qui polluitur in ſomnijs ex diſputatione habita de re venerea, aut ex audientia confeſſionis. Secundo rñdetur, quod ad hoc, quod uoluntarium indirecte imputetur ad pc̃tũ, eſt neceſſarium, quod voluntas poſſit, & debeat, & non faciat. At uero pollutionem iſtam non tenetur voluntas cauere, ut patet, & ideo non eſt uolũtaria. Tertio, pollutio præciſe ſemper eſt peccatum mortale; ſed ſubſecuta ex neceſſitate materiæ, uel me comedente, non eſt peccatum, aut me diſputante.

Ad ſecundum. Ad ſecundum dicẽdum, quod pollutio, quæ volita eſt, in ſua cã iuſta & urgente, non habet aliam malitiam, niſi eam, quæ fuit in cã. Secundo dicitur, hoc argumẽtum habere eaſdem ſolutiones quas habuit præcedens, atq; adeo dicitur, non eſſe certam illam regulam, Qui vult antecedens, uult neceſſario conſequens, quod videt ex tali antecedente ſubſequi de quo alibi dictum eſt.

Ad tertium. Ad tertium dicẽdum, quod qui ſine cauſa urgente exponit ſe periculo pollutionis, abſque dubio peccat mortaliter; ceterum ſi ex cã vrgente & neceſſaria permittit pollutionem; & magis ex neceſſitate materiæ, quam ex electione, nullũ pc̃m̃ eſt ſi fiat renitente voluntate, verbi gratia, ſi mulier exeat de domo ſua ſine cã, quãdo ſcit a iuuenibus ſe adamandam, certe peccat mortaliter, uerum ſi egreditur e domo ſua ex vrgente cauſſa, licet intelligat ſe a iuuenibus adamandam, non peccat.

Ad quartum. Ad quartum dicendum eſt, ſicut ad tertium: ego enim non approbo illam regulam ſuperius inſinuatam, quod ſi cã pollutionis eſt licita, quãdo pollutio eſt uolita in ſua cauſſa tantum, nõ eſt peccatum. addendum eſt, ſi cauſſa iuſta eſt urgens, & neceſſaria, & pollutio ſequitur ex neceſſitate materiæ. & iam adhuc cum iſta limitatione non eſt adeo certa, quin oppoſita ſit probabilis.

Dubium. An liceat de pollutione inculpabili gaudere. Alind dubium eſt, Vtrum ſit licitũ gaudere de pollutione tranſacta inculpabili, uel in ſomnis, uel ex audientia confeſſionis. Et videtur, quod ſic. Nã ſi obiectum voluntatis non eſt malũ, uoluntas non eſt mala; actus enim ex obiecto ſpeciem ſortitur: ſed illa pollutio fuit licita, & inculpabilis: ergo licet de illa gaudere.

Primum arg. Secundum. Secundo, acceſſus Iacob ad Liam fuit licitus, & inculpabilis: ergo licuit propterea delectari.

Tertium. Tertio licitum eſt gaudere de mendacijs, & alijs peccatis, quæ cõmittunt ebrij, & ſtulti: ergo licitum eſt gaudere de pollutione, quæ mihi in ſomnijs accidit.

Quartum. Quarto licitum eſt gaudere de bono conſecuto ex pollutione. ſ. de ſanitate; ergo licet de pollutione. Probatur conſ. quentia: nã quandocũque licet gaudere de fine, licet gaudere de medio neceſſario ad finem: ſed qñ pollutio eſt nolita in ſua cã, aut in audientia confeſſionis, aut in diſputatione de re venerea, eſt licita & iuſta, & nõ excuſatur ignorantia: ergo licitũ eſt eã appetere, & conte cuta, de ea delectari. Ad hoc dubium quatuor Summæ angelicæ, uerbo, Pollutio, dicit triã. Viñ eſt, q̃ licet delectari: Scdm, q̃ eſt licitum eam deſiderare. Tertium, q̃ non eſt licitum eam procurare. In primo dicto conſentit Syluest. uerbo, Pollutio. ſecundo & D. Th. in 4. diſ. 9. art. 4. ad 4.

Summa angelica. Syluest.

Prim. conclu. Quod licet deſiderare, licet procurare. Pro explicatione eſt prima concluſio. Id quod eſt licitum deſiderare, licitum eſt procurare; quapropter ſi liceret deſiderare pollutionem, ergo pollutio eſt licita: ergo licebit eam procurare. Secundo, in oĩbus alijs rebus, quæ licet deſiderare, licet procurare: ſed hæc pollutio de qua diſſerimus, eſt mihi commoda, & licita, & nulla lege interdicta: ergo licet procurare, ſi licet deſiderare. Sed q̃ hæc cõcluſio non ſit uera: nã licet mihi deſiderare, q̃ latro interficiatur, & tñ non licet procurare. Secundo licuit prophetis deſiderare mortem Chriſti, ſed nõ procurare; atque adeo licitum eſt mihi conſulere alteri minus malũ, & tñ non licet procurare. Præterea licet mihi debedo rat e, q̃ cõdemnatus ad mortem infringat carcerem, & tñ non licet procurare, nec adiuuare. Rñdetur, in oĩbus his caſibus, eo modo quo licet mihi deſiderare, licet procurare: licet utiq; procurare vt Deus, aut Prætor interficiat latronẽ, atque a Deo licet procurare oratione, & prece; a Prætore uero debita iuſtitia. Præterea, licuit pphetis ſanctis deſiderare mortem Chriſti, eamque orationibus poſtulare; & licitum eſt mihi conſulere alteri minus malũ, & idipſum procurare per conſilium, &c.

Obiectiones

Solutio.

Secunda cõ. Secunda concluſio. Licitum eſt gaudere de bono ſubſecuto ex tali pollutione. ſ. ex ſanitate. Hęc cõcl. eſt aperta.

Tertia con. Nõ licet gaudere de pollutione inculpabili. Tertia concluſio. Non eſt licitũ gaudere de pollutione inculpabili tranſacta in ſomnijs: nã hæc pollutio ſua pte natura eſt pc̃tũ mortale: ergo non licet de ea gaudere. Secundo, hæc pollutio excuſata fuit per ignorantiam: qm̃ non fuit uoluntaria: ergo ſi aduenit voluntas, nullã habet excuſationem. Tertio, habere delectationem de tali pollutione affert ſecum magnum periculum conſentiẽdi: ergo. Quarto, non licet gaudere de eo, q̃ proximus a fera deuoretur, licet hæc deuoratio ſit inculpabilis.

Quarta con. Quarta concluſio. Non licet gaudere de pollutione ſubſecuta ex audientia confeſſionum.

Quinta con. Quinta concluſio. Non licet deſiderare pollutionem ſubſequi ex audientia cõfeſſionũ. Iſtæ propoſitiones patent: nam pollutio ſubſecuta ex audientia confeſſionum tantum habet excuſationẽ, quoniam eſt in ſua cauſſa volita: ergo ſi eſt volita in ſe, nullam excuſationem poterit habere. Argumẽta uero oppoſita, & alia quæ fieri poſſunt, facile ſoluuntur ex dictis.

Circa hanc materiam ſupereſt aliud dubium explicãdum, Vtrum in uoluntate ſint ponendi et motus naturales, & liberi ſemipleni, ut ponimus in appetitu ſenſitiuo: prodeṫt

prodeſt

proderit.n.hæc cognitio non ſolum, ut intelligamus vim uoluntatis; ſed ẽt, ut ſciamus, utrum omnis actus uoluntatis proſecutiuus concupiſcentiæ prohibitæ ſit malus; & ſi malus, an ſemper mortalis. Ad huius rei expoſitionem eſt prima concluſio.

Prima conc. In uoluntate ſunt aliqui motus naturales & non liberi.

In uoluntate ſunt aliqui motus naturales, & non liberi, ut patet in pueris, & in amẽtibus: de quo latiſſime diſputatũ eſt ſupra quæſ.10. art.2. & 3.

Secunda concl.

Secunda concluſio. In uoluntate ſunt aliqui motus liberi ſempliciter, in quibus proinde non eſt, niſi peccatũ veniale: nam ſępenumero complacentia voluntatis eſt ex ſubita rõnis apprehenſione, in qua non põt eſſe perfecta deliberatio: & ſic erit peccatum ueniale.

Tertia concluſio. In uoluntate ſunt actus plene liberi. In hac concluſione probãda non eſt nobis neceſſe diligere verba: ẽ enim per ſe euidens.

ARTICVL. SEPTIMVS.

Vtrum conſenſus in actum peccati pertineat ad rationem ſuperiorem.

SVMMA TEXTVS.

Prima cõ.

PRima cõcluſio eſt affirmatiua.

Secunda concluſ.

Secunda concluſio. Conſenſus in delectationem communiter pertinet ad rõnem inferiorem.

Tertia concluſ.

Tertia concluſio. Conſenſus in delectationem aliquãdo pertinet ad rõnem ſuperiorem. Probationes harum concluſionũ ex eodem principio eruuntur. Nam in actibus humanis præambula eſt ipſa delectatio, q̃ inducit ad actum, & ultimo occurrit ipſe actus. Quare ſicut ad rõnẽ inferiorẽ, quæ habet inferius iudicium, pertinet iudicium præambulum; ita ad rõnem ſuperiorem pertinet cõſenſus in actum: finale enim iudiciũ eſt de eo, quod ultimo occurrit, & ſic ultima ſnĩa p quam iudiciũ finaliter terminatur, ad ſuperiorẽ rõnem pertinet; quamuis ẽt de delectatione ratio ſuperior iudicare poſsit: quia quidqd ſubditur iudicio inferioris, ſubditur etiam iudicio ſuperioris, ſed non econtra.

EXPLICATIO ARTICVLI.

MVlta hic eſſent dicẽda d cõſenſu, quomodo pertinet ad rõnem ſuperiorẽ, niſi eſſent a nobis uberrime explicata ſupra q.15. artic.4. Nunc uero dubiũ, quod hic proponit Caieta. operæpretiũ erit definire.

De conſenſu in delectationem, & in opus.

Videtur quidem, quod quemadmodum conſenſus in opus pertinet ad rationem ſuperiorem, ſic ẽt conſenſus in delectationem; & quemadmodum conſenſus in delectationem pertinet ad rõnem inferiorem, ſic ẽt conſenſus in opus. Nam ſicut per rõnes inferiores nõ conſultis rõnibus æternis poteſt ratio inferior conſentire in delectationem, ſic etiam in actum peccati: & ſicut rõ ſuperior neglectis rõnibus æternis conſentit in opus, ſic etiam aliquando conſentit in delectationẽ: ergo nulla eſt differentia: ſed indifferenter poteſt conſenſus in rõnem inferiorem, & ſuperiorem referri. Hoc argumento conuictus Caietan. dicit, quod uterque conſenſus, ſecũdum rem, qñ fit ſecundum rõnes temporales, eſt rõnis inferioris; quando uero fit ſecundum rõnes æternas ſolas (vt ſi quis ex ſolo contemptu æternæ legis conſentit in delectationem, uel in actum) eſt rationis ſuperioris: in hoc tamẽ eſt differentia, quod qñ eſt rationis inferioris, eſt ẽt ſuperioris, ſaltem negatiue; quia tenetur obuiare dirigendo, ſecundum legem æternam, & non obuiat; qñ uero eſt ſuperioris, non eſt neceſſe, ut ſit inferioris, quia non ſpectat ad inferiorem de propoſitis ſuperiori iudicium

Caiet. ſententia.

deferre: ut cum quis moroſe delectatur de initiis fidei. Verificatur itaque doctrina Auguſt. & D. Tho. per quandam appropriationem, quemadmodum in diuinis ſapiẽtia appropriatur Filio; bonitas Spiritui ſancto: non q̃ Spiritus ſanctus, non ſit ſapiens, & Filius non ſit bonus; ſed quoniam a nobis prius intelligitur ſapientiam conuenire Filio ex modo ſuæ proceſsionis, & bonitatem Spiritui ſancto. Sic ſtatuit Caieta. quod rationi inferiori appropriatur cõſenſus in delectationem, quia delectatio occurrit primo rationi inferiori, vt bonum quoddam tẽporale; at rõni ſuperiori occurrit actus iudicandus an ſit licitus, uel non, ſm regulas æternas. Quod ſi ratio ſuperior nõ reprimit motum inferiorem, conſulẽdo leges æternas, iam conſenſus in delectationẽ imputatur ipſi nõ poſitiue, ſed negatiue ad modum iã expoſitum. Sed nobis videtur (quod alio in loco uberius explicatũ ẽ) differentiã in hoc conſiſtere, quod rõ inferior nunquam cõſentit in actũ peccati, niſi quatenus participat aliquid rõnis ſuperioris; quatenus rõne ſuperiori regulatur, uel non regulatur cũ poſſit regulari. qd aperte docet D. Tho. art. ſequenti ad 1. Conſimiliter dico, quod conſenſus in delectationem põt pertinere ad rationem ſuperiorem, quatenus delectatio eſt ueluti ultimus actus, ultimo iudicio definitus. ut cum aliquis ſic ſtatuit; Volo delectari ĩ cogitatione rei turpis, tametſi rem turpem non ſim facturus. Delectatio uero, ut præambula eſt ad actum peccati, pertinet ad rationem inferiorem. Hæc de iſto articulo.

Auctoris ſententia.

D. Thomas

ARTICVL. OCTAVVS.

Vtrum conſenſus in delectationem ſine opere ſit ſemper peccatum mortale.

SVMMA TEXTVS.

Duæ opiniones.

DE propoſita quæſtione ſunt duæ opiniones diuerſæ. Prima dicit, quod eſt mortale; alia, quod eſt ueniale, & utraque uerum dicit, ſi recte res expendatur. Pro quo eſt prima concluſio.

Prima cõcluſio.

Talis eſt delectatio, quale obiectum: ſi res eſt peccatum mortale, delectatio mortalis; ſi ueniale, uenialis; ſi indifferens, indifferens erit delectatio. Hæc cõcluſio liqda eſt de ſe, neq; probatione indiget.

Secunda concluſ.

Secunda concluſio. Si aliqs conſentiret in delectationem, quæ eſt de cogitatione fornicationis, peccatum eſſet ueniale, & interdum nullum peccatum: nam cogitatio, ſm ſe non eſt peccatum mortale, ſed quandoque ueniale, ut ſi quis inutiliter de ea cogitat; quandoque id erit ſine peccato omnino, ut ſi qs vtiliter cogitat de ea ad prædicandum, uel diſputandum.

Tertia concluſ.

Tertia Concluſio. Conſenſus in delectationem peccati mortalis, eſt peccatũ morta-

EXPLICATIO ART.

De uiro [illegible] ſententia in actu coniugij præterito

IN hoc articulo nonnulla dubia ſunt explicanda, quorum notitia ad componendos mores, & uitam inſtituendam eſt omnino pernecessaria. Prima dubitatio eſt; Quid ſi quis delectatur de opere cum propria uxore, ſiue præterito, ſiue futuro, & in eam delectationem lubenter conſentit, uerbi gratia, ſi quis cogitans de uxore abſente, & actu coniugij, uoluntarie delectatur de illo, num in crimine teneatur? Reſpondet Caieta. in ſua Summa, uerbo, Delectatio, idem eſſe iudicium ſicut de opere, & ideo conſenſus in talem delectationem non poteſt eſſe mortalis, ſiquidẽ opus ipſum

Caiet.

ſum peccatum non eſt. Dicit tamen, ꝙ erit peccatũ veniale, quia nec neceſſitas, nec pietas ſuadet ſibi talem
Syluest. mentis occupationẽ. intellige, ſi fiat ſine periculo. Sylu. eod uerbo limitat, & dicit verum eſſe, ſi adeſt lo us & tẽpus, & voluntas con. uman :ſed his ſecluſis, idẽ, ſequit, eſt iudicium ſicut de tactib. im pudicis Sed quid qu d Sylu. dicat, poſtquã delectatio nõ eſt de opere prohibito, non credo eẽ mortale.

De uidua, quæ delectatur de opere præterito. Secundum dubium. Quid de vidua dicendũ, quæ delectaẽ de opere præterito cum viro? Reſpõdet Caieta. non peccare mortaliter: ſi, ga delectaẽ de operibus ſibi licitis p tempore quando fuerunt licita; ſũ uero, quoniã plus eſt diſtincte expli citeq; approbare quã delectari: ſed

le; nam ſi aliquis cogitat de fornicatione, & delectatur de ipſo actu cogitato; hoc nõ cõtingit, niſi quia affectio eius inclinatur ad hunc actũ: nemo enim delectatur, niſi in eo quod eſt cõforme appetitui ſuo. Quod autẽ ex deliberatione eligat ut affectus eius conformetur ijs quæ ſecundũ ſe ſunt peccata mortalia, mortale peccatum eſt.

Quarta concl. Quarta concluſio. Conſentire in delectationem de operandi modo artificioſo ex cogitato, nullum eſt peccatũ niſi ſit periculum conſentiendi in opus. Probatio huius

cenſet ꝙ uidua licite approbat prædictas delectationes: peccat tñ venialiter in huiuſmodi memoria: quia
Syluest. caret neceſſitate, & pietate talis delectatio. Limitat Syl. ſi ſiſtat tm̃ in memoria de re pterita cũ diſplicẽtia pñtis cõcupiſcẽtiæ. Sed nõ eſt opus ſupadditione huiuſmodi limitationis, ſed abſol te, & ſimpliciter vera ẽ definitio Caiet. ſi tñ abſit periculũ Verũ eſt tñ ꝙ nõ liceret, ut recte admonet Syl. imaginari virũ pſentẽ ut delectaretur.

De eo qui delectatur de actu futuro. Tertium dubium; Quid ſi quis ſpectat ſe habiturum puellam in vxorem, & delectatur in cogitatione futuri operis: de hoc dubio neque Caiet. neque Sylu. uerba faciunt, ſed ſequendo iſtorum auctorum documenta, videtur, ꝙ non ſit mortale. Et hæc fuit ſententia doctiſſimi Patris Victoriæ. Nam idem eſt iudicium ſicut de opere futuro cum propria vxore: licet enim uelle cognoſcere illam quando erit uxor mea, & ex iſta uolitione naturaliter ſequitur delectatio: ergo nõ teneor uitare illam.
Victoria.

De eo qui delectatur in opere conditionali. Quartum dubiũ, Sed quid ſi delectatur quis de opere cum muliere ſi eſſet uxor? puta, ſi eſſet uxor, uellẽ cognoſcere eam; alioqui minime. ex quo ſequitur delectatio: Vi ꝙ non ſit peccatũ mortale talis delectatio, poſtquã ſequitur ex actu non malo. Rñdet Caiet. ꝙ eſt mortale peccatũ, quia delectatio nõ ſequitur ex actu cõditionato. Pro quo obſeruandũ eſt, ꝙ cũ aliquis deſiderat actũ coniugij cum aliqua conditionaliter, ideſt, ſi eſſet ſua, non peccat: quoniam tale deſiderium hẽt obiectũ rõni conſentaneum; ſed cum delectatur quis de huiuſmodi actu conditionato cogitato, delectatio ipſa non ſpectat ad obiectũ deſideratũ, & cogitatum, quatenus eſt cõditionale; ac per hoc reddit ad naturã ſui generis, ſ. delectationis moroſæ de illicito concubitu, & relinquitur in ſpecie delectationis voluntariæ de cõcubitu, ac ſi illa cõditio n eſſet cogitata. Et ꝙ hæc doctrina ſit ex neceſſitate amplectenda, vel ex hoc demonſtratur: alioqui oĩa replerentur libidinibus & delectationibus: nã & religioſus poſſet hr̃e iſtas delectationes, & monachus in iſtis delectationibus cõditionalibus occupari.
Caiet.

Delectationes tactus, & aſpectus. Quintum dubium; Quid ſit ſentiendũ de delectatione tactuum, & aſpectuum? Rñdetur, pro regula generali habẽdum eſſe, ꝙ ſi delectatio eſt de opere bono, eſt bona, ſi de malo, eſt mala; & ſi d mortali, eſt mortalis, ſi de veniali, venialis. Tactus ergo ſi ſunt mortales, puta, ſi ſũt vel ex ſe vel ex intẽtione libidinoſi, uelle delectari in illis erit mortale; ſi ſunt honeſti, velle delectari in illis erit honeſtũ, vt cũ ſorore, vel ſecundũ patriæ probatã cõſuetudinẽ ſine alia mala intentione. Similiter dicẽdũ eſt de aſpectibus: videre enim ſpecioſam mulierẽ de ſe non eſt peccatum, ſaltẽ mortale, & per conſequens nec

hoc facere delectationis cauſa, ut ait Caie. vnde infert Caiet. Syluest.
Sylu. & recte, ꝙ non ſolũ facere, ſed & pati tactus de genere ſuo impudicos, eſt mortale. Et idẽ eſt ſi patiatur tactus, alioqui non impudicos, ſed quos credit, uel dubitat fieri malo animo. Sed hoc vitaiũ intelligẽdũ eſt, ut ait Sylu. ſi poſſit vitare ſine ſcãdalo. Ex his infert Sylu. ꝙ puellę, aliuq caſtæ, quæ tñ ſenſuali amore allectæ conſentiũt in delectationẽ oſculorum, & cõplexu : ſi delectatio ſit ex amore libidinoſo, erit mortale; ſi uero ex amore caſto, erit uel nullũ, vel veniale: ſicut ſoror fratrem amat. ſed de his dicetur in 2.2 in materia de temperantia.

cõcluſionis ẽ euidẽs: nã modus artificioſus nõ eſt peccatum, neque de eo cogitare: ergo delectatio de modo operãdi, peccatum nõ eſt: vnde conſentire in talẽ delectationem, peccatum non eſt.

ARTIC. NONVS

Vtrum in ſuperiori ratione poßit eſſe peccatum veniale, ſecundum quod eſt directiua virium inferiorum.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio; cujus ſunt duæ proba-

Conc. Delectari in opere, aut in modo operãdi. Sed circa hæc vniuerſa notandũ eſt, ꝙ multũ refert delectari in opere; uel in mõ operandi: põt. n. quis rex delectari hoc mõ: ſi uellẽ occupare regnũ Franciæ, ſic & ſic agerẽ, & his artibus uterer, & ſi uellẽ interficere hominẽ in duello, hoc & hoc mõ facerẽ: neq; hoc ẽ mortale ſed uel cu rioſũ, uel aliqñ bonũ, ut docet Caie. Sed iã dubiũ eſt;

Qũo cognoſcetur rõnẽ nõ conſentiſſe in cõcupiſcentijs carnis. Qũo cognoſcem' qñ rõ nõ cõſẽſerit cõcupiſcẽtijs carnis? Certe ſi qs ubi primũ aduerterit, ſeſe cõuerterit ad aliqd remediũ, more Sanctorũ Patrũ, D Hiero & Benedicti, quorũ alter uicit carnis cõcupiſcentias uolutãdo ſe nudũ in ſpinis, & uepribus: alter tundẽdo indeſinenter pectus proprij ſaxo: aut ſi hoc difficile videtur, ſaltẽ placeat modus Chriſti, vincendi per ſcutũ fidei; q ſingulis ſuis tẽtationibus obiecit ſcripturã, dicẽs; Scriptũ eſt. Sic quoq; cũ tentatur Chriſtianus, cogitet mãdatũ eſſe a Dño cœli & terræ. inſuper ſcriptum eſſe in volumine legis; Non concupiſces, & iterũ; Neque fornicatores, neq; adulteri regnũ Dei conſequentur. Ex quibus ſubinferat Chriſtianus Ego qui ſum qui reſiſtã Domino Deo meo? & extra regnũ Dei quid inueniã præter ſupplicium & mortẽ? præter cõfuſionẽ, & amaritudinẽ? Illud eſt vti fide, quæ ſuo loco adhibita mirã hẽt vim ſuperandi, iuxta illud Ioan. Hæc eſt victoria quæ vincit mundũ, fides noſtra. Si uero nec tale aliquid feceris, interim tñ conſtantiã retine mentis, nec dimouearis illectamẽtis carnis; tunc certũ eſt te non conſentire iuxta Apoſt. Si qđ nolo malũ, hoc ago, iã ego nõ operor illud, ſed qđ habitat in me pctũ. Præterea, ſi ĩ principio fortiter cõcupiſcẽtiæ obſtiteris, iuxta illud, Beatus q tenebit, & allidet paruulos ſuos, hoc eſt, prauas concupiſcentias ſubito inſurgentes, ad petram, petra aũt erat Chriſtus. Si nouiſſima, quæ ſuperuenient, ob oculos reuoces, prout ſapiens dicit; Memorare nouiſſima tua, & in æternum nõ peccabis. Si cœperis ĩcumbere ſtudioſe alicui negotio ſancto, & honeſto; qm̃ deſideria (ut Sapiens inquit) occidunt pigrum, noluerunt. n. quidquã manus eius operari; tota die concupiſcis, & deſideras. Si igitur unum ex præmiſſis, aut aliquid ſimile feceris, certum habe te non conſenſiſſe. Rurſus, certum habe e diuerſo, ſi manſeris in otio, ſi luſerit tecum hæc concupiſcentię cogitatio, ſi cum aduerteris, plęne nõ reſiſtas, ſiet interea delectatio moroſa, q̃ non eſt ſine conſenſu, ſaltem interpretatiuo, ut ſuperius explanatum ẽ. Sed & illud animaduertendũ eſt, ꝙ ſi ſit uir pbus, q non cognoſcit ſe affectũ ad res turpes, non eſt piculũ qñ dubitat an conſenſerit, ꝙ inclinet in meliorem partẽ, & credat ſe cõſenſiſſe: ſi uero ſit hõ deſidioſus, & cõflictatus quotidie cũ ſuis paſſionib', & ſæpenumero cadit, declinãdũ eſt in deteriorẽ partẽ, & exiſtimãdũ, ꝙ cõ ſenſit.
1. Ioanis 5. Rom. 7. Psal. 136. Eccl. 7. Dubitantes ad articulorum intelligentiam pertinens.

EXPLI-

tiones. Altera eſt; quoniã cõſenſus in actũ peccati pertinet ad rõnem ſuperiorem, vt ſupra dictum eſt. Sed conſenſus ĩ actum peccati venialis, eſt veniale peccatum: ergo in ſuperiori rõne põt eſſe peccatum ueniale. Secunda rõ eſt; qm̃ (auctore Diuo Auguſt.) ratio ſuperior inhæret rationibus æternis, uel conſpiciẽdis, uel conſulendis. Conſpiciendis quidem, ſecundum quod earum ueritatem ſpeculatur. Conſulendis autem ſecundum; ꝙ per rationes ęternas de alijs iudicat, & ordinat; ad quod ptinet, quod deliberando p rationes ęternas conſentit in aliquẽ actũ, vel non conſentit. Contingit autem, ꝙ inordinatio actus in quem conſentit, nõ contrariatur rõnibus æternis, quia non eſt cum auerſione a fine ultimo, ſicut contrariatur actus peccati mortalis: & ſic cum rõ, ſuperior conſentit in actum peccati venialis, non peccat mortaliter; ſed ueniαliter: non enim auertitur a rationibus æternis.

ARTIC. DECIMVS.

Vtrum in ratione ſuperiori poſſit eſſe peccatum ueniale ſecundum ſeipſam.

SVMMA TEXTVS

PRima Concluſio. Ratio ſupior aliter fertur in ſuum obiectũ, aliter fertur in obiecta uiriũ inferiorum. In obiecta enim inferiorum uirium non fertur, niſi inquantum de eis cõſulit rationes æternas: vnde non fertur in ea, niſi per modum deliberationis; ſed circa ꝓprium obiectum habet duos actus, uidelicet ſimplicem intuitum, & deliberationem.

Secunda concluſio. Deliberatus cõſenſus in his, quæ ex genere ſuo ſunt peccata mortalia, eſt peccatum mortale; & ideo ratio ſuperior ſemper mortaliter peccat, ſi actus interiorum uirium ſint peccata mortalia: nam in directione inferiorum uirium ſemper ratio ſuperior habet ſe per modũ deliberationis.

Ter. conc. Tertia concluſio. Ratio ſuperior circa proprium obiectum ſecũdum ſimplicem intuitum poteſt habere aliquẽ actum inordinatum circa diuina; ut cum quis patitur ſubitum infidelitatis motum, qui eſt peccatum veniale, antequam lex Dei plene conſulatur; quamuis infidelitas ex ſuo genere ſit peccatum mortale: ſed poſt deliberationem ſi talis motus maneret, eſſet peccatum mortale: & ideo circa proprium obiectum etiam ſi ſit peccatum mortale ex genere, poteſt rõ ſuperior peccare uenialiter in ſubitis motibus.

QVAES. LXXV.

De cauſsis peccatorum in communi, in quattuor articulos diuiſa.

DE hac re diſſerunt Theologi in 2 diſt 36, & D. Thom. q. 3. de malo, & 1. q. 48. & 49.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum peccatum habeat cauſſam.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio prima. Omnis entis tã priuatiui, quam poſitiui, danda eſt cauſſa, excepto Deo. De ente poſitiuo nõ eſt dubium. De priuatiuo patet: nam poteſt geminam habere cauſſam: unam negatiuam, ſicut cauſſa tenebrarum eſt abſentia luminis; alteram poſitiuam, quæ eſt cauſſa per accidẽs priuationis, ut ignis ẽ cã per ſe caloris; p accidẽs vero cauſſa frigiditatis.

Secunda Concluſio. Om-

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN his articulis parua eſt dubitatio; Num in rõne ſuperiori, ſm̃ ꝙ conſuluit leges æternas cũ deliberatione, & circa ꝓprium obiectũ, poſſit eſſe pctm̃ veniale? Et vr̃. ꝙ poſſit eſſe. Nã lex æterna pcipit non mentiendum eſſe: & tñ rõ ſuperior, ſi ex deliberatione cõſentiat ĩ actũ mendacij, nõ peccat mortaliter, ſed tñ venialiter.

In aduerſum eſt doctrina D. Th. i vlt. art. vbi docet ad finem articuli, quod circa ꝓpriũ obiectũ ſolũ contingit peccare venialiter in ſubitis motibus pp impfectã deliberationẽ. *Solutio.* Rñdetur, ꝙ ex doctrina huius articuli ſolũ colligitur, ꝙ qñ obiectũ ꝓprium, rõnis ſuperioris ex genere ſuo eſt pctm̃ mortale, poteſt eſſe ĩ ſuperiori ratione pctm̃ veniale ex ſubitis motibus, quod nõ eſt intelligendũ de motibꝰ primo primis; ſed de aliqua mora in reprimendis hmõdi motibus ĩperfecta. At uero reſpectu obiecti ĩferiorũ virium nũquam rõ ſuperior poterit peccare venialiter, ſi obiectũ ex genere ſuo ſit pctm̃ mortale. Et rõ eſt, qa tunc rõ ſuperior peccat, ĩquantum eſt directiua virium inferiorũ p deliberationẽ. Ceterũ ſi obiectũ rõnis ſuperioris ſit ex genere ſuo pctm̃ veniale, vt mẽdaciũ, haud *Pri. conc.* dubie, conſentire in illud ẽt per deliberationem, erit tñ pctm̃ ueniale: neq; contrarium huius docet Diu. Tho. in articulo.

EXPLICATIO ARTIC.

Grauis qõ de cã mali. APud veteres erat grauis q̃ſtio cum hæreticis, & maxime cũ Manichæis, de cã mali, vñnam pctm̃ ortum haberet; q̃ res multum torſit *Aug. Manichæorũ error.* D. Aug. & detinuit illũ in errore Manichæorũ per nouẽ annos. *Secunda* Manichæi non referebant malum in nr̃um liberum arbitrium; ſed in malum Deum. conſtituebãt namq; duos Deos unũ, ſummũ bonũ, a quo oĩa bona; & unũ, malum, oĩum malorum cãm. Contra hos diſputauit acerrime D. Pater Aug. poſtq̃ conuerſus eſt ad veram fidẽ, pcipue in lib. quẽ compoſuit cõtra Manichæos de natura boni, & in li. de libero arbitrio, & in lib. 2. de moribus Eccleſiæ, in diſputatione, quã habuit cũ Fortunato Manichæo. In his libris demonſtrat copioſe, pctm̃ eſſe referendũ in nr̃am uoluntatem, q̃ pro ſua libertate operatur, non adhibita rõnis regula. *Peccati voluntatis germen.* Pctm̃ itaque eſt germẽ liberi arbitrij, neque cã eius extra voluntatẽ q̃renda eſt: uoluntate. n. peccatur, auerſẽte viuitur. Peccatur quidem, cũ voluntate operamur non adhibita rõnis, aut legis diuinæ regula. Recte viuitur, cũ ad uitiũ diuina regula recte operamur. Vñ pctm̃, nec animal eſt, nec angelus, nec dæmon; ſed ẽ mala ſoboles a ſe ipſo uoluntate ꝓgata. Inuenta iſta cã in quã reducitur malum, triumphat Aug. cõtra Manichæos aſſerẽs, non eſſe q̃rendã cãm peccati extra voluntatem, docet q; ſub inde, potius habere cãm deficientẽ quam efficientẽ; ſiquidem pctm̃ defectus quidam eſt; *Aug. 5. cõf. c. 10. & in lib. de duabus animabus cõtra Manichæos, & lib. 3. de lib. arb. c. 17. & libr. 3. contra Iulian. pelag. c. 5.* igitur pctm̃ non eſt aliqua natura, q̃ nos ſolicitet ad peccandũ, ſed ortum hẽt ex cã deficiente, ex bono p accidens, ex bono imperfecto, atq; adeo ex bono quod ex nihilo ꝓducitur. Quod vt vberius exponatur, tũ in moralibus, tũ in naturalibus quomodo malũ oriatur, pateſaciẽdum eſt.

Quo oriatur mal. in naturalibus & moralibus. Certe in naturalibus mali cãm contingit ex parte agentis, ex

nes iſtæ cauſſæ in peccato ſũt aſſignandæ: nam peccatũ eſt actus quidam poſitiuus, voluntarius, ſ. inordinatus.

Tert. con. Tertia conc. Cauſſa per accidens debet reduci ad cauſſam per ſe, ſicut cauſſa corruptionis frigiditatis debet reduci ad cauſſam productiuã caloris. Itaq; prius eſt cauſſa per ſe, quã per accidẽs: prius enim ignis immittit calorem, quã ſit priuatio frigiditatis. Non aliter in noſtro propoſito voluntas prius per ſe producit actum voluntarium in ordine ad aliquod bonum cõmutabile, ex quo per accidẽs ſequitur deformitas in opere, & carentia rectitudinis debitæ ineſſe.

Quar. co. Quarta concluſ. Voluntas carens rectitudine rationis, & regulæ diuinæ, accedẽs ad operandum, non adhibita regula rationis, eſt cauſſa p ſe actus voluntarij; per accidẽs vero eſt cauſſa deformitatis, & carentiæ rectitudinis. Itaq; quod eſt poſitiuũ in peccato, in voluntatem, tamquam in cauſſam referendũ eſt; ceterũ deordinatio, atq; deformitas in defectum rationis & voluntatis referenda eſt.

ART. SECVNDVS.

Vtrum peccatum habeat cauſſam interiorem.

SVMMA TEXTVS.

Concl. Concluſio ſic habet. Peccatũ habet cauſſam interiorem mediatã, & immediatam. Immediata quidem, & proxima cauſſa humani actus eſt ratio, & voluntas, ſecundum quam homo eſt liberi arbitrij: cauſſa autem remota, eſt apprehenſio ſenſitiuæ partis, & etiam appetitus ſenſitiuus. Cauſſa enim peccati eſt aliquod bonum apparẽs motiuum cum defectu debitæ regulæ, vel legis diuinæ: ſed motiuũ quod eſt apparẽs bonum, pertinet ad apprehenſionem ſenſus, & ad appetitum: abſentia vero debitæ regulæ pertinet ad rationem, quæ nata eſt talem regulam conſiderare: at ipſa pfectio actus voluntarij peccati pertinet ad voluntatẽ, ita quod ipſe actus uoluntatis, & approbatio, præmiſsis ſuppoſitis, eſt peccatum.

tis, ex parte effectus, ex parte materię, & ex parte formę: Ex parte quidem agentis, quãdo patitur agens defectũ virtutis, ex quo ſequitur actio deficiens, vt patet in membro impedito, ſiue imbecillo, in tibia clauda, in arbore vitioſa, q̃ proinde fructum vitioſum producit. Hoc malũ ortum habuit ex bono; quia pducitur ab agente; cui accidẽtarium eſt q̃ habeat defectũ virtutis: atq; de hoc malo verificatur illa ſnia, q̃ habeat potius cauſſam deficientẽ q̃ efficientem. In quo malorum genere in vniuerſum hoc inuenitur, q̃ id qđ perfectionis eſt in effectu, in cauſſæ perfectionem reducẽdum eſt: ſic ſe habet res in nr̃a voluntate. Nam voluntas accedẽs ad operandum, non adhibita rationis regula, producit malum actum voluntariũ, in quo id quod eſt perfectionis, in bonitatẽ voluntatis referendũ eſt; qđquid vero vitij, in defectũ regulæ reducendum. *Quare voluntas cauſſa per accidens peccati dicatur, & cauſſa deficiens.* Dr̃ autẽ noſtra voluntas cauſſa per accidens peccati, quia accidit operanti, & volenti, q̃ operetur non adhibita rõnis regula. Rurſus dr̃ cauſſa deficiens, quia operatur cum tali defectu, non adhibita rõnis regula. Ex his ſequitur, q̃ quando cauſſa quæ producit effectũ, eſt ex omni parte perfecta, & omnib. modis indeficiens, defectus operationis non eſt in talẽ cauſſam referendus; ſed oportet inuenire aliã deficientem cãm, in quam referatur. v.g. vitium fructus in arbore non debet reduci in cauſſas vniuerſales, quæ in ſuo genere ſunt perfectiſſimæ, ſed in cauſſam proximã, ſ. in radicem arboris putridam, & deficientem. Ad eundem modũ peccatum non eſt reducendum in Deũ; vt olim faciebant Manichæi, & noſtra ætate faciunt Lutherani; ſed in noſtram voluntatem, quæ operatur peruerſe, non adhibita rationis regula. Explicato iam & probato, quemadmodũ malum oriatur ex defectu agentis, operæpretium erit explicare, quõ oriatur ex parte effectus, & ex parte materiæ, atq; adeo ex parte formæ. Ex parte materiæ oritur, quãdo non eſt bene diſpoſita ad ſuſcipiendam agentis impreſſionẽ; qua de cauſſa eueniunt monſtra in partu mulierũ. Ex parte formæ, quãdo formæ adiungitur ex neceſſitate priuatio alterius formæ; & ſic generatio vnius, eſt corruptio alterius; & q̃ vni eſt commodũ, alteri eſt incommodũ, & pter intentionẽ operantis. Non aliter in moralib. voluntas accedens ad operandũ, non adhibita rõnis regula, & intendens aliquod bonum cõmutabile, incurrit in defectum, & peruerſitatẽ, quæ ex neceſſitate ſequebatur ex bono cõmutabili amato non ſecundũ rõnis regulam, quã tñ ipſa non prætendebat; perinde atq; ſi quis quærens theſaurum, inueniret viperam. Ex his patet (vt ego arbitror) quo modo actus peccati habeat cauſſam, & quõ in voluntatem noſtram operantem non adhibita rationis regula ſit referẽdus. Et quamquam hæc doctrina verificetur expreſſe & diſtincte de peccato cõmiſſionis, põt ſine dubio verificari & de peccato omiſſionis; tum, quia omiſſio non datur ſine actu, vt ſupra pbatũ eſt; tũ vero, quia in ipſa omiſſione põt conſiderari aliquid, cuius voluntas ſit cauſſa per ſe, eo modo quo negatio eſt cã negationis, & affirmatio, cã affirmationis: & hoc erit abſentia actus poſitiui ſecundum ſubſtantiam; cui adiungitur aliquid p accidens, & pter intẽtionem: & id quidẽ eſt auerſio, & inordinatio a diuina lege, p qua omiſſio eſt mala, & culpabilis.

Carentia regulæ rationis, & legis diuinæ. In ſolutione tertij eſt conſiderandũ vnum myſterium reconditum, q̃ carentia regulæ rõnis, & legis diuinæ in noſtra volũtate, quæ accedit ad operandum malũ, anteq̃ operetur, non hẽt rõnẽ mali, nec pœnæ, nec culpæ, ſed eſt pura negatio: & hẽt hoc ex hoc q̃ eſt condita ex nihilo, & ex hoc q̃ eſt condita liberi arbitrij potentis deficere. Rõ eſt; quia nr̃a voluntas nec eſt regula infallibilis, nec neceſſario cõiũgitur regulæ Infallibili I ſuis operationib. & iõ põt deficere in ſuis operationib. Iſta.n. pura negatio eſt prima radix, & primũ principiũ peccati: vñ peccatũ nõ hẽt pro cauſſa aliquod malũ, nec aliquã ſubſtantiã malam, ſed bonam volũtatem cum negatione alterius boni, ſ. cum negatione regulæ rationis, aut legis diuinæ: quã negationẽ (vt dicit Aug.) hẽt ex hoc q̃ eſt cõdita ex nihilo. *Nulla creatura ſuapte natura impeccabilis eſt. & nec talis poteſt a Deo creari.* Ex hoc ſeqtur primo, q̃ nulla voluntas, & nulla natura creata, põt eſſe impeccabilis ſuapte natura. Scđo ſeqtur, q̃ nulla natura põt a Deo creari, q̃ ſuapte natura ſit ĩpeccabilis. Probatur: q̃a oĩs creatura ẽ cõdita ex nihilo: ergo oĩs creatura ſuapte natura tẽdit in nihilũ: ergo põt deficere. Itẽ oĩs creatura hẽt aliquã imp̃fectionẽ; ſolus De' hẽt oẽm pfectionẽ: ergo põt deficere oĩs creatura. Itẽ, oĩs creatura nõ ẽ rr̃a infallibilis, nec cõiũgitur neceſſario regulæ Ifallibili in ſuis operationib. ergo põt deficere. *Sola diuina voluntas ſuapte natura eſt impeccabilis.* Tertio ſeqtur, q̃ ſola diuina volũtas ſuapte natura eſt impeccabilis, quia illa ſola eſt ipſamet regula infallibilis ad operandũ. Vñ dicit Pau. Numqđ iniquitas eſt apud Deũ? abſit. & ad Eph. c. 1 Oĩa operatur ſecundum cõſilium voluntatis ſuæ. Notate quod in diuina voluntate ſemp eſt conſiliũ, & ſemper eſt rõ. Quarto ſeqtur, q̃ ſi aliqua natura eſt impeccabilis, habet hoc ex gratia, & ex diuino fauore, & participatione diuinæ naturæ, non tñ ex proprijs naturæ ſuæ.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Videbitur fortaſſis alicui, q̃ appetitus ſenſitiuus, & ſenſus ſint cauſſæ immediatæ peccãdi; ſiquidẽ peccatũ fere ſemper oritur a ſenſu, & concupiſcẽtia ſenſibili, &

li., & conſumatur in voluntatis conſenſu. Dicendum tamen eſt, ꝙ intellectus, & voluntas non dicuntur cauſſæ immediatæ peccati, ex eo ꝙ primo ad peccatum concurrant, ſed dicuntur cauſſæ immediatę pecca.i, quoniā peccatum in illis immediatę conſiſtit. peccatum enim non eſt, niſi volūtas libere conſentiat. Sed illud notādum eſt ex Domino Cai. ꝙ tres iſtarum cauſſarū concurrunt quantum ad ſpecificationem: nam iudiciū ſenſus, & appetitus ſenſitiu', atq. etiam ipſa ratio tantum faciūt apparere obiectū pulcrum, & elegans, & determinant voluntatem ad illum actum, & non ad actum oppoſitum; cęterum ſola voluntas eſt cauſſa peccati quantum ad exercitium; quoniam iſtæ repræſentationes non neceſſitant voluntatem, ſed ipſa libere ſe mouet, & ideo in illa conſumatur noſtrum malum, & noſtrum exitium. Legite Caie.

Intellectus & voluntas cauſſę immediatæ dicuntur peccati.

Caie.

Concluſio

Voluntas ſola cauſſa peccati quantū ad exercitiū

EXPLICATIO ARTIC.

Concluſio

D. Th. intentio.

IN hoc articulo, atque etiam in præcedentib. hoc vult ſtatuere Diu. Tho. pro certo ꝙ peccatum nō eſt aliqua natura, q̄ nobiſcum externus pugnet; & ꝙ nulla res, nec exterior, nec interior poteſt ſufficienter mouere noſtram voluntatem ad peccādum. Ex quibus principijs liquido conſtat, ꝙ peccatum ſit malū liberi arbitrij, germenq; voluntariū. Sequitur rurſus, ꝙ extra voluntatē cauſſa peccati q̄renda non ſit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum ex vno peccato aliquando aliud ſequatur neceſſario,

IN hoc articulo perſpicua ſunt omnia, ſolum illud habet dubitationem; Vtrum vnum peccatum poſſit eſſe cauſſa ſufficiens alterius peccati; ita vt neceſſario ſequatur ex illo: quod pertinet ad illam q̄ſtionem de perplexitate, Vtrum ne poſſit dari homo perplexus, ſic vt q̄dquid faciat, neceſſario peccet. Et breuiter, & ſummatim dicendum eſt, quod in ſenſu diuiſo vnum peccatum non ſequitur neceſſario ex alio; quia poteſt pœnitere de primo; ſed in ſenſu compoſito bene poteſt conſequi neceſſario, ſi non pęnitet: vt qui habet cōcubinam, & tenebatur celebrare, quidquid faciat, ſi non pœnitet, & deſerat concubinam, imputatur ei ad peccatum: ſi celebrat, peccat, ſiquidem celebrat in peccato mortali; ſi non celebrat, peccat, ſiquidem tenetur celebrare, & poteſt: ergo ſi non celebrat, in crimine tenetur. Quando vero aſſerunt Theologi neminem in hac vita eſſe perplexum, & cōſtrictum, vt quidquid faciat peccatū ſit, intelligūt ſine culpa ſua. Rurſus intelligūt ī ſenſu diuiſo, non aūt ī ſenſu cōpoſito, prout iam expoſitū eſt.

ARTI. TERTIVS.

Vtrum peccatū habeat cauſſam exteriorem.

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio. Aliquid exterius poteſt eſſe aliqua cauſſa mouens ad peccandum: non tamen ſufficienter inducens, vnde cauſſa ſufficienter cōplēs peccatum eſt ſola voluntas. Etenim homo, vel dæmon perſuadent peccatum, & rationē mouent. Poſſunt etiam ſenſibilia exteriora mouere appetitum ſenſitiuum, ex quo inducatur homo ad peccandū, quamuis iſta ex neceſſitate non moueāt, licet aliquo modo diſponant. Nec etiam appetitus ſenſitiuus ex neceſſitate mouet rōnē & volūtatē.

ART. QVARTVS.

Vtrum peccatum ſit cauſſa peccati.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmans. Nam cum peccatum habeat cauſſam ex parte actus, hoc modo pōt eſſe cā alterius, ſicut vnus actus pōt eſſe alterius cā. Et ſecundū quattuor genera cārū vnū peccatum cōtingit eſſe alterius cām. Primo, ſecundum modum cauſſę efficientis, vel mouentis ſecūdum ſe, vt cū ex vno actu humano diſponitur ad ſimilem facilius committendum: ex actibus enim cauſſantur diſpoſitiones, & habitus inclinātes ad ſimiles actus. Sed etiā per accidens poteſt: quia per vnū peccatum, cum homo amittit gratiam, vel verecūdiam, vel aliud retrahens a peccato, ex hoc incidit in aliud; & ſic primum eſt cauſſa ſecundi per accidens. Secūdum vero genus cauſſæ materialis peccatū eſt cauſſa alterius, inquantum ei præparat materiam: ſicut auaritia præparat materiam litigio. Sed ſecundū genus cauſſæ finalis, vnū peccatū eſt cauſſa alterius inquantū propter finem vnius peccati aliquis committit aliud peccatū, vt ſi quis committat ſimoniam propter finem ambitionis. Et quia finis dat formam in moralib. ex hoc etiam ſequitur, ꝙ vnum peccatum ſit cauſſa formalis alterius: nā ſi quis committit fornicationē propter furtum, fornicatio eſt ſicut materiale; furtum vero ſicut formale.

QVAESTIO LXXVI.

De cauſſis peccati in ſpeciali, & primo de ignorantia, in quattuor articulos diuiſa.

Introductio in tractatum de ignorantia.

Diſputatio de ignorantia neceſſaria.

Vtrum peccatum pōt eſſe cauſſa alterius ſecundū quattuor cauſſarum modos

TRactatus de ignorantia q̄ ſit vtilis, & neceſſarius, vel ex hoc eſt videre, ꝙ in ſacris litteris inueniuntur quidam pp ignorantiam grauiter reprehēſi, & e contra multi excuſantur pp ignorātiā. De primo dr̄, Si qs ignorat, ignorabitur. & iterum; Habētes intellectū alienatū a via Dei p ignorātiā. & Hie. 5. reprehendūtur ignorantes viam Dei ſui. & Rom. 10. ignorātes Dei iuſtitiā. & Pſa. 24. Delicta iuuētutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. & Paul. Teſtimoniū illis perhibeo, ꝙ æmulationē q̄dem habent, ſed non ſm ſcientiā. & in Euāgelio; Vt oīs q perſequitur vos, arbitret ſe obſequiū pſtare Deo. & alibi: Quia non cognouiſti tps viſitationis tuæ. Ex alia parte videntur multi excuſati, in grauiſſimis q̄dē alioqui criminibus, pp ignorantiam, vt patet ex Pau. Mīiam Dei cōſecut' sū, qa ignorās feci in incredulitate mea & Pet. excuſat occiſionē Chri dicēs; Et nūc fratres ſcio ꝙ per ignorantiā feciſtis. Sed ignorātia qd ſit, & quo in varia gn̄a diſtribuatur, paucis explicandū eſt. Ignorātia, vt ptinet ad humani ingenij vitiū, eſt qn̄ qs non ſatis intelligit qd faciat, aut dicat. Differtq; inter ignorantiā, & neſciētiā, auctore D. Th. in 2. ar huius q̄ōnis, ꝙ ignorātia nō dr̄ reſpectu oīum q̄ hō pōt ſcire abſolute, ſed eorū q aptus nat' eſt ſcire ſm ſtatum pſonę. Nō. n. ruſticus dr̄ ignorare Geometriā pprie, ſed neſcire. Vn̄ ignorātia eſt, cū qs eſt ignar' rerū q̄ ad ſe ptinēt; neſciētia vero, cū neſcit ea q̄ ad ſe nō attinēt. Sed de vocib. nō ex pfeſſo diſputam': nā alioq ī cōi ſermone, altera vox p altera ſæpe vſurpat. Ignorātia vero varijs diuiſionib. manifeſtat, ꝙ alia ſit priuatiua, alia poſitiua; alia vincibilis, alia īuincibilis; alia volūtaria, alia īuolūtaria; alia antecedēs, alia cōſequēs; alia cōcomitās; alia iuris, alia facti & iuris; alia eſt iuris diuini, alia humani & iuris diuini, alia eſt iuris diuini naturalis, alia poſitiui. His, & alijs ſimilib. diſtinctionibus diuiditur ignorantiæ regnum, qd de ſe latiſſimum eſt, de quib. in q. 6. definiuimus, dicemuſque vberius in ſequentib. His principijs conſtitutis, veniemus ad quæſtiones, quas D. Th. quattuor mouet præcipuas, ex quibus aliæ oriuntur: de quibus diſſerunt Theologi in 2. d. ſunct. 22. & Summiſtæ verbo, ignorantia.

1 Corin. 14. Ephe. 4. Hie. 5.

Pſal. 24 Rom. 10.

1. Timot. Act. 3

Ignorantia quid.

Diſcrimen inter ignorātiam & neſcientiam.

Ignorantiæ diuiſio.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

De inuincibili ignorãtia an ſit cã peccati.

IN hoc articulo eſt breuis dubitatio, quæ ſit iſta ignorantia, quæ eſt cã peccati; & præcipue dubitatur de ignorantia inuincibili; utrum ſit cã peccati. Et uidetur, quod non. Nam ſi aliquid fiat ex ignorantia inuincibili, iã non eſt peccatũ: ueluti cũ Iacob acceſſit ad Liã: ergo talis ignorantia nõ eſt cã peccati. Idẽ confirmatur. Nam ſi ignorãtia excuſat actũ a culpa, ſicut excuſat ignorantia inuincibilis, iam nõ eſt peccare ex ignorantia. In cõtrarium eſt. Nam illa ignorãtia, q̃ tollit ſciẽtiã prohibentem actum peccati, eſt cã peccati prout docet D. Tho. in art. ſed ignorãtia inuincibilis tollit ſcientiã, q̃ ſi adeſſet ꝓhiberet actũ peccati: ergo eſt cã peccati. In explicationẽ huius dubitationis ſcribit Caieta. ꝙ oĩs ignorantia q̃ tollit ſciẽtiã, qua poſita, nõ poneretur pctm̃, dr̃ cã peccati, & hæc põt eſſe iuris, facti, antecedens, conſequens, voluntaria, inuolũtaria, vicibilis, inuincibilis: & ad ſummũ, oĩs ignorantia, excepta cõcomitante. Concomitans aũt nullo modo põt eſſe cã peccati: qđ patet duplici argumento. Primo, illa ignorantia eſt cã peccati, quæ tollit ſcientiam prohibentem actum peccati: ſed ignorantia cõcomitãs non tollit ſcientiam prohibentem actum peccati: nam & ſi adeſſet ſcientia, committeretur peccatum. Secundum argumentum eſt, quia in tantum aliqua ignorantia eſt cã peccati, inquantum facit peccatum inuoluntarium, uel ſimpliciter, vel ſecundum quid, quælibet autem ignorantia facit aliquo modo inuoluntarium, præter concomitantem, prout docuit D. Th ſupra q. 6. & Ariſt. 3. Ethic. Et ad argumentum propoſitum, ad probandum ꝙ ignorantia inuincibilis non ſit cã peccati, reſpondet Caie non eſſe faciẽdam uim in uerbo: intelligitur enim, vel peccati quod eſt, uel quod eſſet ſi ſine ignorantia fieret. Et profecto hęc ſententia Caie. videtur eſſe multum conſentanea & ueritati, & doctrinæ Ariſtotelicæ. Nam quando quis ex ignorantia inuincibili interficit hominem, dicitur ex ignorantia feciſſe homicidium, & propter ignorantiam ab homicidio excuſatur: ergo ignorantia fuit cauſſa homicidij. Sed Adrianus quodlibeto quarto docet, quod ſi ignorantia excuſat a peccato, non eſt cauſſa peccati, quæ ſententia doctioribus magis probatur. Nam peccatum eſt actus peccantis; ſed tunc nullus eſt peccans: ergo nullum eſt peccatũ: ergo talis ignorantia non cãt peccatum. Deinde peccatum eſt uoluntariũ: ſed talis ignorantia cãt oĩno inuolũtariũ: ergo efficit ut nõ ſit peccatũ, tm̃ abeſt, ut ſit cauſſa peccati. Præterea ob id talis ignorãtia excuſat oĩno a peccato, quia de facto non cauſſat peccatũ: ergo abſolute & ſimpliciter non eſt cã peccati. Ad hęc peccatum nõ ſolũ dicit actũ, ſed ẽt deformitatẽ: ſed cũ qs operatur ex tali ignorantia nulla eſt deformitas: ergo ignorantia inuincibilis non eſt cã peccati. Certe ſi ignorãtia inuincibilis ob id eſſet cã peccati, q̃a eſt cã actus, qui ẽ in ſe eſt peccatũ, ſequitur, ꝙ Deus eſſet cã peccati, ſiquidem eſt cauſa actus, q eſt peccatũ. His argumentis probatur ſufficienter, ꝙ ignorãtia inuincibilis nõ eſt cã peccati. Qñ ergo dicit D. Th. in artic. ꝙ illa ignorantia eſt cã peccati, quæ tollit ſcientiã prohibẽtem peccatũ intelligitur, qñ actus, q ſequit̃ ex ignorantia, reuera eſt peccatum; & tũc uerũ eſt, quod ſi ignorantia tollit ſcientiam, qua poſita peccatum nõ fieret, iſta ignorãtia eſt cauſa peccati: ſed quando eſt ignorantia inuincibilis, iã non eſt peccatum: nõ ergo loquitur de ignorantia inuincibili.

Caie. explicatio. *Ariſto.* *Adriani ſententia.* *Exponitur à D. Th.*

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum ignorantia ſit cauſſa peccati.

SVMMA TEXTVS.

Prima concl. PRima concluſio. Duplex eſt cã ex 8. Phyſicorum; per ſe, & per accidens. Per ſe quidem eſt, quæ propria uirtute mouet: ſic generãs eſt cã mouẽs grauia & leuia. Per accidens uero ſicut remouens prohibẽs; qui enim remouet impedimentum quo lapis detinebatur ne deſcenderet in locũ ſuum, eſt cauſſa per accidens quare lapis deſcendat.

Secũ. cõc. Secunda concluſio. Actus humani procedunt a ratione per duplicem ſcientiam, ſcilicet uniuerſalem, & particularem: ratio enim humana conferẽs de rebus agẽdis, vtitur quodam ſyllogiſmo, cuius cõcluſio eſt, iudiciũ, ſiue electio aut operatio; actiones uero in ſingularibus ſunt. Vnde cõcluſio ſyllogiſmi operatiui ſẽper eſt de re ſingulari; concluſio autẽ de re ſingulari numquam colligitur ex ꝓpoſitione uniuerſali, niſi mediãte aliqua propoſitione ſingulari, ſicut homo ꝓhibetur ab actu parricidij, per hoc quod ſcit patrem non eſſe occidẽdum, & per hoc quod ſcit hũc eſſe patrem, conficiturq; ſic ſyllogiſmus; Pater nõ eſt occidendus; hic eſt pater; ergo hic nõ eſt occidendus.

Tertia concl. Tertia concluſio. Vtriuſq; rei ignorantia poteſt eſſe cã peccati, ſ. uniuerſalis principij, quod eſt veluti regula rationis; & ſingularis circũſtantiæ, ſi tollat ſcientiã prohibentem actum peccati: nam talis ignorãtia tollit ſcientiã, quę ſi adeſſet, non ſequeretur peccatum: ergo eſt veluti cauſſa remouens ſcientiã prohibentem peccatum. Quare ſi volũtas alicuius ſic eſſet diſpoſita vt nõ prohiberet ab actu parricidii, etiam ſi patrem agnoſceret; ignorantia patris non eſt huic cauſſa peccati, ſed cõcomitãter ſe haberet ad peccatũ: vnde talis non peccaret propter ignorantiam, ſed peccaret ignorans, ſecundũ philoſophum 3. Ethic.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum ignorantia ſit peccatum.

SVMMA TEXTVS.

Prima concl. PRima Concluſio. Ignorantia a neſcientia differt: qa neſcientia ſimplicẽ negationẽ ſciẽtiæ dicit, ſecũdũ quẽ modum *Dion.* ponit illã in angelis. Vñ cuicũq; deeſt ſciẽtia aliquarũ rerum, poteſt dici neſcire illas: ſed ignorãtia importat priuationem ſcientiæ eorum quæ ali-

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN explicationem huius articuli, graues & per difficiles quæſtiones explicandæ ſũt; & ut a facilioribus exordiamur. Quæſtio eſt; vtrum ignorantia ſit peccatum. A parte negatiua ſunt argumenta.

Vtrũ ignorãtia ſit peccatum.

Primum. Aug. Nam peccatum (auctore Auguſtino) eſt dictum, vel factum, uel concupitum contra legem Dei: ſed ignorantia nihil horum eſt: ergo peccatum non eſt.

Secundum. Deinde, ignorantia ſi eſt peccatum, eſt inquantum uoluntaria; quia peccatum conſiſtit in uoluntate; & per conſequens ignorantia ſolum eſt effectus peccati.

Tertium. Tertio arguitur. Nam omne peccatum opponitur per ſe uirtute morali: ſed ignorantia per ſe ſolum opponitur ſcientiæ, quæ eſt uirtus intellectualis: ergo non eſt per ſe, & pro-

Quartum. & proprie peccatum. Quarto, ſi ignorantia per ſe eſt peccatum: ergo quamdiu manet ignorantia, ſemper quis peccaret continue: quod uidetur falſum, & improbabile.

quintum. Quinto ſic. Si ignorantia eſt peccatum, ſequitur ꝙ non poſſit deleri per pœnitentiam. Patet conſequentia; quia per pœnitentiam non tollitur ignorantia. Quæſtio propoſita pendet ex alia, Verũ homo teneatur ſcire aliquid. Si enim homo tenetur ſcire aliquid, ignorare illud, euidens eſt ꝙ erit peccatum. Sit ergo prima propoſitio in expoſitionem vtriuſque quæſtionis.

Pri. conclu. Homo tenetur ſcire quæ ſunt fidei. Homo ſcire tenetur ea, quæ ſunt fidei. Nam oẽs homines tenẽtur credere articulos fidei, & ſecundum fidei doctrinã uitam dirigere: ergo tenentur ſcire ea quæ ſunt fidei. Conſequentia argumẽti inde probatur: quia nemo poteſt diſtincte credere quod ignorat: nulluſque poteſt uitam dirigere ad normam quam non intelligit.

Marc. vlt. Eadem ueritas patet ex illo. Euntes in mundum uniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit &c. & Ioan. 15. Si nõ

Ioan. 15. ueniſſem, & locutus eis fuiſſẽ, peccatum non haberent

Augu. quem locum intelligit Auguſtinus de peccato infidelitatis: tenebantur ergo credere, ac per cõſequens ſcire, & cognoſcere quid credendũ ſit. Ad extremum probatur ex illo, Qui ignorat, ignorabitur; ſermo eſt de ignorantia rerũ

1. Cor. 14. diuinarum. Cũ ergo pœna non inferatur niſi pro culpa, euidens eſt, quod ignorare ea quæ ſunt fidei, peccatum ſit.

Secun. conc. Homo tenetur ſcire præcepta Decalogi. Secunda concluſio. Homo tenetur ſcire uniuerſalia iuris naturalis præcepta, ut ſũt præcepta Decalogi. Probatur, Nam Deuter. 6. præcipitur omnibus ſcire legem Dei, cũ

Deut. 6. dicitur: Hoc quod ego præcipio tibi hodie, erit in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis: ergo omnes tenentur ſcire hanc legem: ergo ignorare peccatum eſt. Et confirmatur quia in ſcriptura maxime reprehenditur ignorantia legis

Eſa. 5. Hiere. 4. Dei, Eſaiæ 5. Hieremiæ 4. Præterea probatur: homines tenentur ſeruare hæc præcepta, & non poſſunt ſeruare niſi illa cognoſcant: ergo.

Tertia con. Homo tenetur ſcire ea quæ ad ſuũ ſtatum pertinent iuris poſitiui. Tertia concluſio. Homo tenetur ſcire ea, quæ ſunt iuris poſitiui, quæ ad ſuum ſtatum pertinent. v. g. tenetur fidelis ſcire, ꝙ ſit ieiunandum in quadrageſima, ꝙ ſint confitenda peccata ſemel in anno. Probatur. Nam oẽs fideles ad hæc præcepta obſeruanda tenentur; at non poſſunt illa ſeruare, niſi ſciant: ergo tenentur ſcire. Deinde quicumq; fidelis tenetur obedire præpoſitis & prælatis ſuis,

Roma. 13. ut habetur plane ad Rom. 13. & primę Petri ſecundo: ergo tenetur ſcire leges, in quibus oportet obedire.

quar. conc. Quarta concluſio Singuli tenentur ſcire ea, quæ ad eorum ſtatum, uel officium ſpectant: nam ſi quis non ſcit ea quæ ad ſtatum & officium ſuum ſpectant, neceſſe eſt eum turpiter, & culpabiliter labi, nec poterit ſatisfacere officio ſuo. Itaq. probatio concluſionis hæc eſt. Quilibet tenetur ſatisfacere officio ſuo: ſed non põt ſatisfacere officio ſuo, nec ea quæ ſui ſtatus ſũt debite exequi, niſi ſciat ea quæ ad officium & ſtatum ſuum ſpectant: ergo tenetur ea ſcire.

quinta con. tenetur homo nonnullas circunſtãtias ſcire. Quinta concluſio. Non ſolum tenetur homo ſcire ea, quæ ſunt fidei, & uniuerſalia iuris præcepta, & ea, quæ ad ſuum ſtatum, uel officium ſpectãt; ſed etiã circumſtãtias nonnullas, quæ ad res agendas ſpectant: quarum rerũ cognitio uocatur a iuriſperitis ſcientia facti. Certe tenetur Epiſcopus ſcire mores ſubditorum ſuorum, & quemadmodum ea, quæ ſunt diuini cultus, exerceantur. Nam prælati non ſolum tenentur ſcire leges ſecundum quas debent gubernare ſubditos, ſed etiam utrum leges ſeruẽtur: hoc enim

quis aptus natus eſt ſcire.

Secunda cõcluſio. Inter ea quę homo aptus natus eſt ſcire, quædã ſcire tenetur, quædã nõ. Prima ſunt ea, quæ ſũt fidei, & uniuerſalia iuris præcepta, & ſinguli, quæ ſpectant ad eorum ſtatum & officium.

Tertia Concluſio. Ignorantia eorum, quæ homo poteſt & tenetur ſcire, eſt peccatũ, ſi oriatur ex negligentia: nam qui negligit habere, uel facere, quod tenetur, peccat peccato omiſsionis; & ideo talis ignorantia peccatum eſt.

Quarta cõcluſio Si neſciat homo ea quæ ſcire nõ poteſt quorum ignorãtia dicitur inuincibilis, non imputatur homini ad negligentiam, neque ad peccatum: nemo. n. obligatur ad impoſsibile, & ad id quod in ſua poteſtate nõ eſt.

Quinta concluſio. Ignorantia eorum quæ quis ſcire non tenetur, prout ſunt theoremata Geometriæ, & ſimilia, non eſt peccatum: nã ubi non eſt obligatio ad ſciendũ, ignorantia, aut neſciẽtia peccatum non eſt.

eſt officium paſtoris, cognoſcere uultũ pecoris ſui, & mores ſubditorum ſuorum. Deinde prælatus tenetur corrigere delinquentes: ergo tenetur ſcire delicta, & hoc eſt quod

Rom. 12. dicit Paulus Qui præeſt in ſolicitudine: ſolicitudo n. circa facta ſingularia uerſatur. Deniq; idem probatur. Nam parochus tenetur ſcire, utrum ſubditi fecerint confeſſionem annualẽ, & utrum receperint Euchariſtiam in Paſchate, quæ oĩa pertinent ad ſciẽtiam facti. Ex his concluſionib. patet explicatio alterius quęſtionis, in qua quæritur; vtrum ignorãtia ſit peccatum, quæ elucidatur ſufficiẽter duabus cõcluſionibus.

Aliqua ignorantia peccatum eſt. Prima. Ignorãtia aliqua eſt peccatum. Probatur primo ex pſalmo 24. Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne me-

1. Cor. 14. mineris, & 1. Cor. 14 Qui ignorat, ignorabitur. Item patet euidenti ratione: quia homo tenetur ſcire aliquid, ut ſatis probatum exiſtimo: ergo ignorantia illius, uel omiſſio, quod pro eodem capio, erit peccatum.

Secunda concluſio Ignorantia ex negligentia eorum, quæ ſunt fidei, & præceptorum iuris uniuerſalis, & eorũ quę ſpectant ad ſingulorũ officium, eſt peccatum. probatur efficaciter ex prædictis: nam ignorantia eorum, quæ quiſque tenetur ſcire, ex negligentia peccatũ eſt: ſed quiſque tenetur ſcire ea, quæ ſũt fidei, & uniuerſalia iuris præcepta, & ea quę ſpectant ad proprium ſtatum: ergo prædicta ignorare peccatum eſt. Diximus, quando hæc ignorantia prouenit ex negligentia: nam ſi quiſpiam paganus, qui nihil de Euangelio audiuit, ignoret legem Euangelicam, non imputatur illi ad peccatum. His conſtitutis explicatis, ad argumenta in principio ſatisfaciendum eſt.

Soluun. argu. Ad prim. Ad primum dicendum, quod in prædicta definitione intelligendæ ſunt negationes oppoſitæ, ſcilicet, non dictum, non factum, non concupitum, a lege diuina alienum. itaq; non ſcire quod debeas ſcire, peccatum eſt.

Ad ſecund. Ad ſecundum dicendum eſt, quod ſicut in tranſgreſſione legis diuinæ non ſolum peccatum eſt in actu uoluntatis, ſed etiam in actu imperato, ut in homicidio, & furto; ita etiam in omiſſione non ſolum eſt peccatum actus uoluntatis: ſed etiam omiſſio & ignoratio.

ad tertium Caietanus docet ignorãtiã proprie& per ſe nõ eſſe peccatum. D. Tho. Ad tertium argumentum reſpondet hic Caietanus, uerum eſſe, quod ignorantia proprie & per ſe non eſt peccatum, & ideo non tractatur de ignorantia in 2. 2. ubi agitur de uniuerſis peccatis: ſed dicitur peccatum, pro quanto procedit a negligentia, quæ eſt uitium oppoſitum uirtuti ſtudioſitatis, de qua S. Th. 2. 2 q. 166. cuius actus eſt proprie cognitio eorum, quæ homini conuenientia ſunt; uitia uero oppoſita ſunt curioſitas per exceſſum; per defectum autem non habent proprium nomen, ſed eſt negligentia ſtudendi: & hæc licet cognitio ſit in intellectu, tamẽ imperatur ab appetitu, ut docet Diuus Thomas ubi ſupra art. 2. ad ſecundum, ubi ſimile argumentum facit de cognitione, ſicut hic fecimus de ignorantia: & per ſtudioſitatem exiſtentem in appetitu moderamur deſiderium il-

Ari. in principio Meta. lud ſciendi, de quo dixit Ariſtoteles, quod omnes homines naturaliter ſcire deſiderant, ut nec ſint curioſi, nec deſides, uel negligentes. Vnde ſicut cognitio eſt actus ſtudioſitatis, ita ignorantia eſt actus negligentiæ. Durandus in

duran. ſecundo, diſtinctione vigeſimaſecunda, quæſt. 2. Caietano conſentiens dicit, quod ignorantia ſecundum ſe non eſt peccatum, ſed negligentia. Sed de hoc in ſequenti dubitatione exactius recenſebimus.

Ad quartũ. Ad quartum argumentum reſpondetur, quod ſicut in

alijs

aliis omiſſionibus ſolo illo tempore actu peccatur, pro quo præceptũ affirmatiuũ obligat. ita eſt de peccato ignorantiæ. non n. continue ignorans actu peccat, ſed ſolum q̃n eſt tempus acquirendi ſcientiam, quã habere tenetur. Non ergo qui ignorat præcepta, peccat continue; ſed peccat, cum uocatus ab Epiſcopo, uel prædicatore noluit ire; uel poſtea cũ poteſt habere opportunitatẽ, & negligit eã.

Ad quintum. Per pænitentiam ignorantia uincibilis tollitur, uel fit inuincibilis.

Ad quintum argumentum dicendum eſt, ꝙ per pænitentiam licet non tollatur ignorantia, tollitur tamen negligentia, ratione cuius ignorantia erat uoluntaria, & uincibilis. Ex quo infertur, ꝙ omnis ignorantia quæ erat uincibilis, per pænitentiam fit inuincibilis, & inuoluntaria, ſi manet: nam ſi uere pænitet, ergo iam adhibet diligentiam, quam debet adhibere: uel ergo tollitur ignorantia. uel ſi manet, nõ poteſt tunc uinci, ſed iterum redibit peccatum ignorantiæ, ſi habita opportunitate non adhibeat diligentiam. Et hoc eſt maxime notandum: nam proderit ad multa in hac materia intelligenda.

Verum per ſolam pænitentiam ignorantia culpabilis fiat inculpabilis.

Sed ex hoc naſcetur dubitatio; Vtrum per ſolam pænitentiam ignorantia culpabilis fiat inculpabilis? & uidetur quod non. Nam ſi aliquis habeat ignorantiam, ꝙ furtum ſit illicitum, eo ipſo ꝙ pænitet de hac ignorantia, iam intelligit furtum eſſe illicitum: ideo enim pænitet, quia intelligit ſuum errorem. ergo non poteſt fieri, ꝙ poſt pænitentiam maneat ignorantia, & quod ſit inuincibilis.

Solutio.

Ad huius dubij expoſitionem primo dicendum eſt, ꝙ per pænitentiam, qua homo in gratia conſtituitur, ignorantia quæ antea erat uincibilis, manet inuincibilis, & inculpabilis. Explicatur hoc diſtincte, & probatur. Fuit aliquis Lutheranorum erroribus detentus, poſtea uero ad ueram fidem conuertitur, & agit pænitẽtiam de peccatis, proponens quærere Doctores qui illum doceant. Certum eſt illum non cõtinuo cognoſcere omnes fidei ueritates, ſed adhuc manet cum ignorãtia donec inſtruatur. In quo caſu exploratum eſt, ꝙ ignorantia manet inculpabilis: nã in illo nullum manet peccatum, ſiquidem per ueram pænitentiam ad Deum conuerſus eſt, & coram Deo iuſtificatus.

Notanda expoſitio.

Secundo dicendum eſt, ꝙ non ſolum per pænitentiã, qua homo in gratia conſtituitur, ſed etiam per pænitentiam quam habet de ipſa ignorantia, etiam ſi alias maneat in peccato, ignorãtia culpabilis fit inculpabilis. Probatur in eodem caſu, ſi Lutheranum illum pæniteat quod fuerit detentus in illis erroribus, & talis proponat quærere doctorem, ut uincat illam ignorantiam, ceterum vult manere concubinarius; illa ignorantia eſt inculpabilis. Tertio dicitur, etiam ſine pænitentia de ipſa ignorantia, per hoc ſolum ꝙ homo proponat adhibere diligẽtiam, ut uincat ignorantiam, fit inculpabilis. Patet, ſi quis ignoret articulos fidei, & non pæniteat de præterita ignorantia, uult tamen habere notitiam articulorum, & adhibet diligentiam, illa ignorantia eſt inculpabilis.

Obiectio.

Sed contra primum dictum ſic arguitur. Nam ſequitur ex eo ꝙ aliquis exiſtens in gratia habeat ignorantiam inuincibilem articulorum fidei. Quod recte ſequatur, patet in caſu commemorato de hæretico Lutherano, qui ab hæreſi ad Eccleſi[am] [con]uertitur, proponẽs quærere Doctores qui illũ inſ[titua]nt, & uere pænitet ſui delicti: ille ſane per hãc pænitent[iam] uere iuſtificatur, in quo manet ignorantia inuincibilis articulorũ fidei. Rurſus ſequitur ex prædicta ſnĩa, ꝙ exiſtens in gratia poſſit habere ignorantiã inuincibilem præceptorum Decalogi, & cultus vnius Dei.

Solutio.

Ad primum inconueniens dicendum eſt, non eſſe incõmodum aliquod, ꝙ per breue tempus aliquis exiſtens in gratia ignoret inuincibiliter articulos fidei: at per multũ tempus non poteſt: nam ſi adhibet diligentiam ut ſciat, iam non ignorabit; ſi uero non adhibet, peccabit. Ad ſecundum inconueniens idem reſpondendum eſt.

Not.

Sed aduertat Theologus, nulla ratione eſſe concedendum, ꝙ quis ſit in gratia, & habeat ignorantiam inuincibilem de cultu unius Dei, ſic ut exiſtimet ex errore inculpabili plures Deos eſſe colẽdos: nam ſi eſt in gratia, ergo habet ueram fidem, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo, ut inquit Paulus; & ſubdit: Accedentem ad Deum oportet credere, quia eſt. ſed de hoc in materia de fide.

Heb. 11.
Dubium.

Sed uidetur profecto ꝙ ut ignorantia alioqui uincibilis, fiat deinceps inuincibilis, non requiratur dolere de negligentia illa præterita, nec requiratur uera pænitentia omnium peccatorum. Nam conſtituo Petrum qui ex negligentia omiſit opportunitatem ſciendi ueritatem circa aliquid expediẽs ſuo ſtatui. exempli gratia, Eſt parochus qui ignorat utrum teneatur dare Sacramentum Euchariſtiæ peccatori occulto petenti publice; & ipſe putat ꝙ nõ licet dare, & ſic habet ignorantiam uincibilem; nunc in caſu ꝙ talis peccator petit Euchariſtiam publice, iſte parochus nihil cogitat de negligentia præterita, ſed facit qđ põt, conſulit libros, & ſi eſt quis qui doctior ſit, & adhuc manet in ſua ignorantia: ſcit tñ diligentiam quam nunc facit, non ſatis eſſe, quia ipſe ſcit ſe indoctum, nec habet hominem idoneum quem conſultet. Arguitur ſic. Si iſte dat Euchariſtiam, facit contra conſcientiam, & ſic peccat; ſi non dat, etiam peccat: nam ignorantia cũ ſit culpabilis, & ex negligentia, non excuſat illum a crimine. Et non eſt dicendum ꝙ eſt perplexus. ergo licet non dare conformiter ad ſuam ignorantiam & ſic ignorantia alioqui culpabilis, efficitur inculpabilis ſine aliqua pænitentia.

Solutio.

Certe uidetur mihi ꝙ in eo caſu, in quo res differri nõ poteſt, ſic agens non peccaret, & uirtualiter eſt pænitẽtia de præterita negligẽtia. Vel dicatur, ſatis eſſe ut efficiatur ignorantia inuincibilis, quæ antea erat uincibilis, ſi proponat deinceps adhibere debitã diligentiam, prout ſupra expoſitum eſt. Secunda dubitatio eſt, Vtrum ignorãtia ſit peccatũ ex propria rõne ſua, an uero rõne negligẽtiæ? Et probatur bonis argumentis, ꝙ ratione negligentiæ tantum.

Vtrum ignorantia ſit peccatũ ex propria ratione. Primum.

In primis D. Th. in hoc articulo aperte aſſerit, ꝙ ignorantia eorum quæ quis ſcire tenetur, propter negligẽtiã ſit peccatum, & idẽ repetit in ſolutione 1. & 2. Hoc ipſum confirmatur. Nam inueſtigans in 2. 2. de omnibus peccatis in ſpeciali, in q. 54. tractat de negligẽtia, de ignorãtia uero nullum uerbum. Deinde, ignorantia ſecundum propriã rationẽ nõ opponitur alicui uirtuti morali. ergo ſecundum propriã rationẽ non eſt peccatum. Conſequẽtia patet. Et antecedens probatur, quia ignorantia tantum opponitur ſcientiæ; ſcientia uero non eſt uirtus moralis.

Confir.

Secundum

Tertio, ſi ſecludamus omnem negligentiam circa ea quæ ſcire tenemur, tunc ignorantia nullum eſt peccatũ, ergo. Conſequentia uidetur nota. antecedens probatur. quia tunc illa erit ignorantia inuincibilis, quandoquidem adhibito omni ſtudio non poteſt ſuperari.

Tertium

Quarto, priuatio gratiæ nõ eſt ſecundum ſe peccatum. ergo nec priuatio ſcientiæ quæ eſt ignorantia. Antecedẽs eſt notum. nam priuatio gratiæ magis eſt pœna quam culpa. Conſequentia uero probatur, quia priuatio gratiæ magis aduerſatur uirtuti morali, q̃ priuatio ſcientiæ. Caiet. hic ductus duob. primis argumentis factis, tenet ignorantiam non eſſe peccatum, niſi ſolũ rõne negligentiæ. Itaq; ſecundũ illũ non eſt peccatum, ſed effectus peccati. Idẽ hẽt Du. in 2. d. 22. q. 3. Pro explicatione notandũ, ꝙ aliud eſt aliquẽ actum eſſe peccatũ ſcdm ſe; aliud eſt imputari operanti ad peccatũ, & põt unum dari ſine altero. v. g. furari, ſcdm ſe eſt peccatũ, tñ nõ imputatur alicui, niſi quia eſt uoluntarium: quare amenti non imputatur furtum.

Quartum

Durand.

Aliud eſt aliquẽ actũ eſſe peccatũ ſecundum ſe, aliud imputari operanti.

Hoc ſuppoſito eſt prima concl. Ignorantia eorũ quæ aliquis ſcire tenetur, eſt peccatum ſcdm ſe, & non tm̃ rõne negligentiæ, ſed ex ſua propria rõne. Probatur. omiſſio alicuius præcepti ſcdm ſe eſt peccatũ, & nõ tm̃ ratione negligentiæ. ergo & ignorantia eius qđ quis ſcire tenetur. Cõſequentia probatur. nã ignorantia eſt omiſſio ſcientiæ quã debeo hẽre. Antecedẽs probatur. ſi q̃s omittat audire miſſam, non tm̃ peccat quia fuit negligens in ſciendo horã miſſæ, ſed quia non interfuit miſſæ, cum tenebatur intereſſe. Secundo, facere cõtra præceptum, ſecundũ ſe, & ex propria ratione eſt peccatum; ſed qui ignorat id quod ſcire tenetur, facit contra præceptum. ergo illa ignorantia ſcdm ſe eſt peccatũ.

Pri. conc. Ignorantia ſecundum ſe & ex propria ratione eſt peccatum.

Secunda concluſio. Negligentia ſciendi ea quæ quis ſcire tenetur, ideo eſt peccatũ, quia ignorare illa eſt peccatũ. Probatur. In oĩb. alijs præceptis negligẽtia adimplẽdi præcepta iõ eſt peccatũ, qa non implere præcepta eſt peccatũ. ergo negligẽtia ſciẽdi ea q̃ ſcire tenemur iõ eſt peccatũ, qa ignorare illa eſt peccatũ. Cõſequẽtia eſt nota. antecedens probatur, quia neglig[ẽ]tia in ſumẽdo cibo q̃n eſt neceſſariũ illũ ſumere, iõ eſt peccatũ, quia non ſumere eſt peccatum, ut patet in ægroto & ſic in oĩb. alijs

Secun. con.

præceptis. Secundo, diligentia ſciendi ideo eſt in pcepto, quia ipſum ſcire eſt in præcepto: ergo negligentia in ſciẽdo ideo eſt contra præceptum, quia neſcire eſt contra præceptum.

Ter. conc. Ignorantia non imputatur niſi ratione negligentiæ.

Tertia conc. Nihilominus ignorantia non eſt imputabilis homini ad peccatũ, niſi rõne negligẽtiæ. Probatur: ſi adſit omnis diligentia ad ſciendum id quod ſcire tenemur, iã ignorãtia erit inuincibilis: ergo non imputabitur homini ad peccatũ. Conſequentia eſt nota: antecedens ꝓbatur ex D. Th. qui dicit, ꝙ illa eſt ignorantia inuincibilis, quando poſito omni ſtudio non poteſt uinci. Secũdo, ſi nulla adſit negligentia, ẽt ſi actus ſecundum ſe ſit peccatum, tamen homo excuſatur, ut de facto non peccet: ergo talis ignorantia non imputatur ad peccatum. Sed contra.

Notanda explicatio.

Nã hæc concluſio pugnat cum pcedenti. Rñdetur, ꝙ ſicut velle furari iõ eſt peccatũ, quia furari eſt peccatũ, nihilominus furtum non imputatur alicui niſi rõne uolũtatis; ita ſimiliter negligentia iõ eſt peccatum, quia ignorantiã eſt peccatum; nihilominus ignorantia non imputatur niſi rõne negligentiæ; quia rõne negligentiæ fit uoluntaria. Ad argumenta rñdetur, ad primum dicendum, ꝙ S. Th. in hoc articulo intelligitur quantum ad imputationem.

Ad argum. ad primum.

Ad illud quod adducitur ex 2. 2. reſpondetur D. Th. in 2. 2. tractaſſe de omiſſionis peccato, in quo uoluit includere ignorantiam, quæ eſt omiſſio ſcientiæ, tractauit uero ſpecialiter de negligentia, quoniam tractauerat de ſolicitudine, quæ eſt pars prudentiæ, ideo uoluit agere de negligentia, quæ eſt uitium oppoſitum ipſi prudentiæ.

Ad ſecundũ. Ignorantia opponitur ſtudioſitati.

Ad ſecundum reſpondetur negando antecedens. Et ad probationem dico, ignorantiam non tñ opponi ſciẽtiæ, uerũ ẽt uirtuti morali, quæ dr̃ ſtudioſitas, de qua D. Th. 2. 2. q. 166 cuius uirtutis officiũ non tñ eſt adhibere ſtudium ad ſciendũ neceſſaria, ſed ipſum ẽt ſcire eſt actus eius, & in hoc actu peccatur per exceſſum, ſi quis ſciat curioſa, & ſuperflua: peccatur ẽt per defectũ, ſi quis neſciat ea quæ ſunt neceſſaria ſcitu; & ad hoc pertinet peccatũ ignorantiæ. Quod ſi arguas; ſcire eſt actus intellectus; ſtudioſitas eſt uirtus exiſtens in uoluntate: ergo ſcire non eſt actus ſtudioſitatis. Reſpondetur, ꝙ ſicut religio eſt uirtus exiſtens in uolũtate; oratio uero actus intellectus: tamẽ oratio eſt actus religionis, quia pertinet ad obiectum religionis, & fit ab illa ſine aliquo medio habitu, ita ſimiliter in propoſito. Præterea, dico negandam eſſe conſequẽtiam: multa enim ſunt peccata quæ aduerſantur uirtutib. intellectualibus voluntatis, ſicut infidelitas, & hæreſis, & error artis in artifice qui tenetur operari.

Ad tertium.

Ad tertium, reſpondetur negãdo maiorem; quia licet ignorantia illa non imputetur operanti quando adeſt diligentia, tamen ſecundum ſe peccatum eſt. Quod ſi quis obiiciat, ſequitur ꝙ ignorãtia inuincibilis ſit peccatum; conſequens eſt contra tertiam cõcluſionem D. Th. ergo. probatur ſequela, inuincibilitas ſolũ facit, ꝙ ignorantia non imputetur: ergo non facit, ꝙ non ſit peccatũ. Reſpondetur diſtinguendo conſequens, ſi loquamur de ignorantia inuincibili formaliter, ut inuincibilis eſt, negatur ſequela, quia quatenus inuincibilis, eſt inuoluntaria: unde ſub hac ratione non põt eſſe peccatum. Et ita intelligitur D. Th. Si uero loquamur de ignorantia inuincibili ſecundũ ꝙ eſt ignorantia eorum quæ ſcire tenemur, ſecũdũ ſe eſt peccatũ: & ita conceditur ſequela, nec hoc eſt contra D. Tho.

Ad quartum.

Ad quartum reſpondetur primo, ſicut reſpondet S. Th. ſolutione ad ſecundum. Reſpondetur ſecundo conceſſo antecedente, & negando conſequentiam. Differentia eſt: nam præcepta non dantur de habitibus, ſed de actibus. unde cum gratia ſit habitus, nõ eſt præceptum de gratia; at uero ſcire, eſt actus, unde cum ſit præceptũ ſciẽdi, ignorare eſt contra præceptum. Tertio reſpondetur negando conſequentiam, alia ratione: quia de gratia nõ eſt aliquod præceptum diſtinctum a præceptis Decalogi: ita quod tenemur tantum eſſe in gratia, non furando, non occidendo &c. at uero de ſcientia eſt præceptum peculiare: vnde ignorantia eſt contra hoc præceptum.

An oĩs ignorantia vincibilis ſit peccatum. Gabr.

Dubitatur præterea; Vtrum omnis ignorantia uincibilis ſit culpabilis, & an omnis in uniuerſali nonnullũ peccatum ſit? Ab huius dubitationis dilucidatione facile ſe expediunt Doctores quidam neoterici, ut Gabr. in 3. diſ. 22. q. 2. ar. 1. & Almay. in ſuis Moral. trac. 1. ca. 4 dicunt. n. ignorantiam uincibilem eſſe eam, quæ eſt peccatum, inuincibilem uero quæ non eſt peccatum: q̃ definitiones ſi exactæ ſunt, breuiter propoſitam dubitationẽ elucidant. ſed hoc non eſt rem elucidare, ſed conculcare. Multo doctius & uberius rẽ explanat D. Th. In primis definit ignorantiam uincibilem eã eſſe, quã quis poteſt vincere adhibita diligentia, iuxta qualitatem negotii. Eam uero eſſe inuincibilem, quam homo adhibita diligentia nõ poteſt vincere. Quibus definitionib. ſtatutis, facile eſt ad propoſitam quæſtionem reſpondere. Sit igitur prima ꝓpoſitio.

Almay. D. Tho. definitio.

Prima conc.

Ignorantia uincibilis eorum quæ ſcire non tenemur, peccatum non eſt. Nam ſi quis ignarus ſit concluſionum Geometriæ, quas ſcire poteſt, non peccat, ſiquidem ignorantia eſt earum rerum quas ſcire non tenetur.

Secunda cõ.

Secunda concluſio. Omnis ignorantia uincibilis eorũ quæ quis ſcire tenetur, peccatum eſt. nam ſi quis ſcire aliquid tenetur, & nõ ſciat cum poſſit, indubie peccat. Hoc ipſum confirmatur. Nam ſi quis tenetur ſcire, & põt ſcire, ſi non ſciat, omittit facere quod tenetur. ergo peccat.

Tertia conc. Nulla ignorantia inuincibilis eſt peccatum. Quid requiratur ad ignorantiam inuincibilẽ.

Tertia concluſio. Nulla ignorantia inuincibilis eſt peccatum: nam ignorantia inuincibilis non eſt in poteſtate noſtra. ergo non imputatur ad peccatum. Verum ex hoc magna naſcitur q̃ſtio, Quid requiratur ad hoc ꝙ aliqua ignorantia ſit inuincibilis? Et primo oportet uidere quid homo poteſt facere ad tollendam ignorantiam, & poſtea quid teneatur facere. Certum eſt aũt, ꝙ ſi quis ignorat, nõ poteſt doceri niſi uel lumine naturali, uel ab hominibus, uel a Deo. Iam ergo omnes fatentur, ꝙ ad hoc quod ignorantia ſit inuincibilis, teneatur homo facere probabilem diligentiã, primo apud ſe conſiderando quid uerius ſit, & ſecundo etiam, ut miniſterio hominũ inſtruatur; alias non erit ignorantia inuincibilis, & inuoluntaria. nec opus eſt, ut faciat totum quod poteſt, ſed id quod uero ſimile eſt ſufficere ad ſciendum, quid uerius, quid probabilius ſit. Sed dubium eſt, de tertio, an ſi homo teneatur facere quod in ſe eſt ad hoc ꝙ inſtruatur a Deo, ſ. orare Deũ, & diſponere ſe ad gratiam, pœnitendo a peccatis; quia in maleuolam animam non introibit ſapientia: an ſatis ſit adhibere diligentiam humano modo interrogando doctiores. Quæſtionem hanc latiſſime diſputat Adrian. quodlib. 2. q. 1 & quodlib. 4 art. 1 cuius ſententia poſt lõgam diſputationem duobus concluſionibus comprehenditur: quæ ut plane intelligantur, Adria. ſic diſtinguit. Eorum, inquit, q̃ ſunt legis diuinæ, quædam ſunt quorũ notitia eſt omnibus adultis neceſſaria ad ſalutẽ, ut præcepta communia iuris naturalis, & præcepta Decalogi, articuli fidei principales, ut de omnipotentia Dei, de Chriſti humanitate, paſſione, & reſurrectione. Alia ſunt quorum notitia non eſt neceſſaria ad ſalutẽ: quæ in duplici ſunt differentia, quæ iam pertinent ad ius naturæ, ut hunc cõtractum eſſe uſurarium; quædã uero pertinent ad ius poſitiuum. His conſtitutis, ſequitur prima cõcluſio Adriani.

An homo teneatur facere totum qđ eſt in ſe, ut a Deo inſtruatur. Adrian.

Prima conc. Adria.

In his quę non ſunt neceſſaria omnibus ad ſalutem, ſatis eſt ad ignorantiam inuincibilem, ut homo faciat qđ in ſe eſt, humano more, ut miniſterio hominum inſtruatur, ut in contractibus uſurariis, & in his quæ ſunt iuris poſitiui ſatis eſt conſulere unos doctos: unde ſequens errorem alicuius doctoris, uel uiri docti, excuſatur a peccato. Secunda concluſio. In his quæ ſunt ſimpliciter neceſſaria ad ſalutem, ut in præceptis Decalogi, in articulis fidei, in pcepto baptiſmi, & confeſſionis, non ſat fuerit ꝙ homo adhibeat diligentiam externam, ut inſtruatur miniſterio hominum, niſi etiam ſe diſponat per caritatem, & orationem ut inſtruatur a Deo. Auctoritates pro hac opinione ſunt iſta. 1. Io. 2. Non neceſſe habetis, ut aliquis doceat uos, ſed unctio docebit uos de omnib. & Pſal. 59. Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant a facie arcus. Eſa. 29. Eo quod appropinquat, populus iſte ore ſuo, & labiis ſuis glorificat me; cor autem eius longe eſt a me. & timuerunt me mandato hominum, & doctrinis: admirationem faciam populo huic, miraculo grandi, & ſtupendo. Peribit enim ſapientia a ſapientibus, & intellectus prudentum abſcondetur. & paulo ante, Miſcuit uobis Dominus ſpiritũ ſoporis, claudet oculos ueſtros, principes & prophetas. Ezechiel 14. Ego decepi prophetam.

Secunda cõ.

1. Ioan. 2. Pſal. 59. Eſa. 29. Ezech. 14.

phetam illum, & portabunt iniquitatem, & iuxta iniquitatem interrogantis iniquitas prophetæ erit. Ex quib. ſententijs uidetur aperte colligi, q ſi quis quærat ueritatem animo contrito, & humiliato, abſq; dubio a Deo illuminabitur. Hanc ſententiam Adriani docent Theologi in primis graues. Altiſiodor. 3. parte ſuæ Summæ, in quæſtione ſpeciali, vtrum fidei poſſit ſubeſſe falſum, dicit, vetulam, etſi audiat prælatum prædicantem, q Pater ſit maior Filio, non excuſari, quia poteſt ab alio veritatem diſcere, ſcilicet a Deo, ſi ei aperiat oſtium cordis ſui per deuotam Dei glorificationē. Vnde docet, q in his quæ ſunt iuris diuini neceſſaria ad ſalutem, non poteſt cadere ignorantia inuincibilis. Quod comprobat magno argumento. Nam vel homo facit quod in ſe eſt, & vtiq; dirigetur a Deo miniſterio hominum, vel interna inſpiratione; vel nō facit, & tunc error non erat inuincibilis, neq; habebit legitimā excuſationem. Eadem fuit ſententia Gulielmi Pariſienſis, qui eodem argumento vtebatur in ſuæ ſententiæ confirmationem. Gerſon etiam lectione quarta de uita ſpirituali, ſic ſcribit: Quidquid ſit de ignorantia facti, aut iuris humani, uera ſententia eſt, nullam in his, quæ legis diuinæ ſunt, cadere ignorantiam inuincibilem: quia facienti quod in ſe eſt, Deus ſemper aſſiſtit paratus illuſtrare mentem quantum oportebit ad ſalutem, & ad erroris euitationem. Idem docet Alex. Haleſ. 2. p. q. 129. membro. 8. Inter uniones ſequitur iſtam ſulam, Gabr. in 2. d. 22. q. 2, Syluest. uerbo ignorantia. §. 6. immo D. Th. uidetur docere eandem ſententiam expreſſe quodlib. 3. art. 10. quo in loco dicit; In his quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, non cadere ignorantiam inuincibilem; alioqui haberent nunc excuſationem rudes homines, qui ſequerentur dogmata Arrij, Neſtorij, aut Lutheri. ¶ Et probatur q hæc ſententia vera ſit optimis argumentis.

Altiſiodor. trac. 3. ca. 2. q. 3.
Guille Par.
Gerſon lec. 4. corolar. 2.
Alex. Halen.
Gab.
Sylue.
D. Th.

prim. arg.

In primis, ſi homo faciat quod in ſe eſt, infallibiliter illuminabitur a Deo de ueritatibus neceſſarijs ad ſalutem: Deus enim non deficit in neceſſarijs, ſed illuminat omnem hominem uenientem in hunc mūdum: ergo ſi ignorat, ſua culpa ignorat, ſi quidem non facit quod in ſe eſt; ac ſubinde talis ignorantia culpabilis eſt, & uincibilis.

ſecundum.

Deinde, quicumque homo tenetur ſcire, & credere articulos fidei, & poteſt credere: nam ſi faciat quod in ſe eſt, infallibiliter a Deo illuminabitur: ergo ſi non credat, excuſationem non habet. Certe qui poteſt implere præceptum aliquod ad quod tenetur, & non implet, peccatum eſt illi.

tertium

Præterea, quicumque homo tenetur facere quod in ſe eſt, & ab hoc præcepto nulla ignorantia poteſt excuſare; ſed ſi faciat quod in ſe eſt, illuminabitur a Deo: ergo ſi ignoret, non excuſabitur.

quartum

Ad hæc, medium conſentaneum, & aptum ad ſciendū ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem, eſt, ut homo ſe diſponat, vt interius illuminetur a Deo: ergo ſi non adhibeat hoc medium, non excuſatur. Antecedens probatur ex illo, Non neceſſe habetis, ut aliquis doceat uos, ſed unctio docebit uos de omnibus; & Pſal. 59. Dediſti metuentibus te ſignificationem, ut fugiant a facie arcus.

1 Ioan. 2
Pſa. 59.

Quintum

Item, nullus poteſt excuſari a peccato per illud quod Deus decernit in pœnam peccati: ſed in pœnam peccatorū præcedentium permittit Deus aliquando hominem excæcari, & ignorare ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutem: ergo per iſtam ignorantiam nullus excuſatur. Probatur minor ad Ro. 1. c. Propterquod tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. & Eſa. 29. Peribit ſapientia ſapientum, & intellectus prudentum abſcondetur. & Ezec. in pœnam eius qui noluit ueritatem cognoſcere, dicit Dominus, ſe permiſſurum, vt prophetæ mentiantur, & decipiant eum, dicens: Propheta cum errauerit, ego Dominus decipi cū. loquitur de illo, qui interrogat non vt cognoſcat ueritatem, ſed ut inueniat prophetā, qui ei rñdeat iuxta ſuū deſideriū.

Rom. 1
Eſa. 29
Ezec. 14

Vltim.

Vltimoq;, nemo hominū eſt qui nō habeat ex Deo ſufficiens auxilium ad credēdum; ſiquidem nemo hominum eſt qui non habeat ex Deo ſufficiens auxilium ad ſalutem æternā conſequendā; quod adeo certum eſt, ut contrarium dogma exiſtimem eſſe temerariū, & erroneū: ergo nemo hominum excuſatur ex eo q non credit, & articulos fidei non ſciat ad credendum. Antecedens huius argumenti ſtatuitur pro certo: conſequentia uero inde probatur. Nam ſi quis ex miniſterio hominum haberet ſufficiens auxilium ad credendum, & non crederet, certe excuſationem non haberet de peccato ſuo: ergo cum quiſq; hominum habeat ex Deo ſufficiens auxilium ad credendum, non excuſabitur ſi non credat. Non enim minus efficax eſt ſufficiens auxilium diuinitus infuſum, quam ex miniſterio hominum comparatum.

Ad huius quæſtionis (quæ grauiſſima eſt) expoſitionē, eſt prima concluſio.

Prim. conc. Quædā ſunt quorum eſſe non poteſt ignorantia inuincibilis in homine.

De rebus agendis ſunt quædam propoſitiones per ſe notæ, & omnib. de ſe perſpicuæ, de quibus non poteſt eſſe ignorantia inuincibilis apud eū qui habet rationis uſū, quales ſūt, Quod tibi nō vis, alteri ne facias; Bonū eſt faciendū, malum fugiendum. Hæc concluſio liquida eſt, propter quod non indiget cōfirmatione, aut probatione.

Secun. concl. per breue tēpus poteſt eſſe ignorātia inuincibilis circa præcepta Decalogi.

Secunda concluſio. Circa præcepta Decalogi, quæ facili negotio ex his principijs eliciuntur, poteſt eſſe ignorātia inuincibilis per breue temporis ſpatium, ſed non pōt diu perſeuerare. Prima pars huius propoſitionis ſic pbatur. Nam hæc præcepta non ſunt per ſe nota: ergo indigēt aliquo tpe, in quo p diſcurſum, & ratiocinationē pbētur & perſuadeantur. Hoc ipſum confirmatur: qa ſi in aliqua republica exiſtimaretur furtū non eſſe peccatū, ut D. Th. dicit inf. q. 49. ar. 4. exiſtimatum olim fuiſſe inter Germanos, ut refert Cæſar; tunc ergo cum aliquis hō perueniret ad uſum rōnis, & uideret furtū exiſtimari ab omnib. eſſe licitum, & ſi rogaret maiores, ita rñderent; certe ille ad breue tpſ poſſet ignorare inculpabiliter, donec per lumē intellectus cognoſceret eſſe cōtra illud primū principiū, Qd tibi nō uis, alteri ne feceris. Secunda pars pbatur quia iſta præcepta ſtatim, & facili negotio colliguntur per euidentem conſequentiā ex primis principijs per ſe notis, Quod tibi non vis, alteri ne feceris; Bonū eſt ſequēdum, malum fugiendū. nemo ergo poterit per multū tpſ hæc ignorare pcepta. non. n. opus eſt conſulere Doctores, nec multo ſtudio, & ingenio; ſed ſufficit lumen rōnis naturalis, ad quod ſi quis uelit aduertere, & non ſe excæcare, facile poterit cognoſcere, ſi autem non aduertat, iā nō erit ignorantia inculpabilis. Hoc ipſum cōfirmatur. Nā ignorantia præceptorū iuris naturalis non pōt oriri, niſi ex magna offuſcatione luminis naturalis. Idē patet ex illo Gentes quæ legē non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt. ubi docet Paulus legem naturæ ab ipſa natura inditam eſſe, & inſitā humano cordi, & nobiſcū natam. ergo facile ſi homo uelit aduertere, eā cognoſceret. Profecto Ariſ. docet aperte, q propter ignorantiam uniuerſalis iuris hō eſt uituperabilis, & reprehenſionē meretur. & nulla eſt tam fera, & barbara natio, apud quā homicidia, furta, & c peccata q phibet lex naturæ, nō uideātur iniqua.

S. Th.
Iulius Cæſar lib. 6 de bello Gallico.
Roma. 2
Ariſ. 3. Eth. c. 3.

tert. conclu. Circa non nulla præcepta naturalia poteſt eſſe ignorantia inuincibilis p multum tempus.

Tertia concluſio. Circa alia præcepta naturalia, quæ eliciuntur ex præceptis Decalogi per conſequentiam, & argumentationem non ualde euidentē, ſed multo labore, & inquiſitione, pōt eſſe ignorantia inuincibilis p multū tēpus, niſi de huiuſmodi ueritatib. ab aliquo erudiatur, & illuminetur. u. g. an ſit licitum habere plures uxores, an fornicatio ſimplex ſit licita, an ne ſit licitū uindicare proprias iniurias. Nā Cicero, uir ſapientiſſimus, primo de officijs, c. de iuſtitia, dicit primum munus iuſtitiæ eſſe, ne quis aliquē lædat, niſi laceſſitus ſit. exiſtimat ergo licitā eſſe uindictam propria auctoritate, quando laceſſimur iniuria. Itē, an ſit licitum ſacrificare homines Deo, ut apud Indos conſuetū erat. Ratio huius propoſitionis eſt, qa ex errore, & conſuetudine uulgi, inſuper ex ingenij tarditate non pōt hō ita cito aduertere inordinatione in huiuſmodi actib. Notandū tamen, q inter Chriſtianos non ita facile eſt admittenda ignorātia inuincibilis in aliquo pceptorum Decalogi, aut ēt in pcepto non fornicandi, nō habendi plures uxores, quia eſt frequens doctrina inter Chriſtianos, illa eſſe illicita. unde qui illa ignorat, ex negligentia ſua ignorat. At uero circa alia pcepta, quorū explicatio, & doctrina in ſpeciali non eſt ita frequens, facile pōt admitti ignorātia in aliquo Chriſtiano. v. g. an aliqs contractus ſit vſurarius, uel non, immo, verum ſit licitū accipere lucrū aliquod ex mutuata pecunia, ſicut ex mutuata domo, pōt eſſe in aliquo ignorantia inuincibilis p aliquod tpſ; quia debilior eſt huius præcepti explicatio,

Cicero.

quam quæ poſſit intelligi facile ob omnibus: ſed opus eſt magiſtro & doctore vt manu ducatur ad quis: nihilominus fieri poteſt, vt aliquis nutritus inter barbaros, ignoret inuincibiliter fornicationem ſimplicem eſſe peccatum.

Quar. conc. Circa myſteria noſtrę religionis pôt eſſe inuincibilis ignorantia.

D Tho. Rom. 10.

Quarta Concluſio. Circa articulos fidei, & omnia myſteria religionis Chriſtianę poteſt eſſe ignorantia inuincibilis. Hæc concluſio ſtatuitur contra Adrianum, & alios Doctores commemoratos: & eſt certa, & ſatis explorata in diuina Theologia. Probatur primo ex Diuo Thoma qui in 2.2 quæſtione decima, artic. primo aperte docet, quod infidelitas pure negatiua, qualis eſt eorũ qui nihil de Euangelio audierunt, nõ eſt peccatũ. Idẽ patet ex illo; Quomodo credẽt ſine prędicante? quo in loco docet Paulus neminem poſſe credere ſine prædicatione Euangelij externa: ergo qui nihil audierunt de Euãgelio, non poſſunt credere; ac per conſequens excuſantur: & D. Paulus hoc in loco condemnat infideles & incredulos, quod cũ audiſſent, noluerunt credere, dicens; Nunquid nõ audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit ſonus eorum.

Joan 15

Aug.

Hoc ipſum probatur ex illo; Si nõ veniſſem, & locutus eis fuiſſem, peccatum nõ haberent. quod explicat Diuus Auguſtinus de peccato quod commiſerunt nõ credendo in Chriſtum. His accedit alia probatio euidens. Nam paulo poſt Chriſti paſſionem certum eſt apud omnes, ꝙ Indi, & Hiſpani, qui nihil audierant de aduentu Chriſti, habebant ignorantiam inuincibilem, & inculpabilem circa myſteria fidei, licet eſſent in peccato mortali: & ita cõcedit Adrianus: ergo conſimiliter Inſulani, qui nihil audierunt de fide Chriſti, nec audire potuerunt, habẽt ignorantiam inuincibilẽ fidei, & religionis noſtrę. Hęc eſt expreſſa ſententia Aug. & in epiſt. ad Sixtum. Falluntur tamen prædicti auctores: nã exiſtimant, ꝙ ſi ſemel admittamus ignorantiã inuincibilem fidei, aut baptiſmi, ex hoc continuo inferri, ꝙ poſſit aliquis ſalutem conſequi ſine fide, aut baptiſmo: qđ tamẽ nõ ſequitur, quia barbari, ad quos non peruenit notitia de fide, & religione Chriſtiana, nõ cõdemnabuntur propter peccatũ infidelitatis, ſed propter idolatriam, & alia crimina quæ contra legẽ naturę cõmittunt; ſic docet D. Tho. 2.2. loco citato, & D. Auguſt.

Augu. li. de nat. & gratia cap. 4 & 8.

D. Tho. Augu. epiſt. ad Sixtũ, & li. de nat. & gratia c. 4

Verũ apud fideles poſſit eſſe ignorantia inuincibilis fidei

Sed ex hoc naſcitur dubitatio, Verũ inter fideles poſſit eſſe ignorãtia inuincibilis articulorũ fidei, & ſacramẽtorum Eccleſiæ. Reſpondetur quod D. Tho. lectione 4. 1. Cor. 11. inquit, ꝙ nullus fidelis propter ſuam ſimplicitatẽ excuſatur, ſi habeat errorẽ circa illa myſteria fidei, quę communiter celebrantur in Eccleſia. Sed tamẽ iſta doctrina intelligenda eſt de fidelib. qui verſantur, vbi celebrantur talia myſteria, & eſt aliqua fidei prędicatio. Vnde dicimus ſecundo, ꝙ bene poteſt fieri, vt fidelis baptizatus inuincibiliter ignoret omnia, vel aliqua neceſſaria ad ſalutem. Patet: vt ſi infans baptizatus captiuetur apud infideles, ille veniẽs ad vſũ rationis, & peccans cõtra lumẽ naturale, ignorabit inuincibiliter omnes fidei articulos. Itẽ, multi ruſtici Chriſtiani, qui nunquã ſunt catechizati de myſterio Trinitatis, inuincibiliter ignorant: quare iſti excuſabuntur a peccato, etiã ſi habeãt errorẽ circa talia myſteria; immo etiã aliquãdo excuſabũtur a peccato negligẽtię inquirẽdi ſciẽtiã; quia nõ eſt qui doceat illos articulos fidei: ſed tamẽ Epiſcopi, & parochi punientur a Deo, quia paruuli petierunt panẽ, & nõ erat qui frangeret eis.

Quin. concl. Ad vincendam ignorantiam nõ ſemper tenetur homo facere totũ quod eſt in ſe

Quinta cõcluſio. Ad hoc vt aliqua ignorãtia ſit inculpabilis, & inuincibilis, etiã circa ea quæ ſunt neceſſaria ad ſalutẽ, nõ eſt neceſſe vt homo faciat totũ qđ in ſe eſt, & ſe ad gratiã diſponat: ſed ſatis eſt vt adhibeat externã diligentiã, interrogãdo Doctores, audiẽdo prędicatores, qui poſſint illũ inſtruere. Huius cõcluſionis varię ſunt ꝓbationes. Prima colligitur ex dictis: nã infideles, q nihil audierunt de Euãgelio, habent ignorantiã inuincibilẽ fidei noſtræ, etiã ſi ad gratiã nõ ſe diſponant, & ſint irretiti grauiſſimis criminib: ergo hęc diſpoſitio nõ eſt neceſſaria, vt ignorãtia ſit inuincibilis. Secũda ꝓbatio. Nã vel illa diſpoſitio ad gratiã per veram pœnitẽtiã eſt neceſſaria vt homines inſtruãtur a Deo ſecundũ cõem curſũ & conſuetũ per prædicatores, & miniſteriũ hominũ: vel per miraculũ. Non primũ: nã multi exiſtẽtes in peccatis illuminati ſunt de veritate Euãgelij per prędicatores; immo notitia Euangelij eſt diſpoſitio ad pœnitentiã, & nõ contra. Pręterea, circa ſupernaturalia eſt efficacior ratio: nullus enim poteſt ſcire ſe teneri ad illa ſcienda, vel credenda, antequam quidquã audiat de illis per prædicatores: ergo non tenetur ſe diſponere ad acquirendã talẽ cognitionem. Nec poteſt dici, ꝙ requiratur hæc diſpoſitio, vt miraculoſe homo a Deo inſtruatur: nã ſi requireretur miraculũ, ſequeretur ꝙ Deus nõ ſufficienter prouidiſſet ſuæ Eccleſię ad hoc vt homines illuminarentur: maxime, ꝙ miracula ad hoc ſunt neceſſaria, vt prædicatorũ doctrina cõfirmetur, nõ vt aliquis de nouo per miraculũ inſtruatur. Tertia probatio. Quantumcũque aliquis ſe ad gratiã diſponat, ſi Eccleſię Doctores aliter docẽt, quã ipſe internus ſentit, tenetur potius credere doctoribus: & oppoſitũ eſt error illuminatorũ, & Lutheranorũ: ergo illa diſpoſitio nõ eſt neceſſaria. Hęc eſt etiã ſententia Diui Auguſtini dicẽtis, Euangeliũ per homines docendum eſſe, & eſſe maxime periculoſũ proprio ſpiritui in hac parte credere. Pręterea ſequitur ex ſentẽtia Adriani, ꝙ nullus exiſtẽs in gratia poſſit ignorare, nec vincibiliter, nec inuincibiliter aliquid qđ ſecundum ſe ſit neceſſariũ ad ſalutẽ. Quod recte ſequatur, patet: nã ſecundũ Adrian. ſi homo ſe diſponat per verã pœnitẽtiã, ſtatim illuminatur a Deo de neceſſarijs ad ſalutẽ: & ſic Adrian. in quodlib. 2. q. eſt. 1. ad. 2. cõcedit id, qđ infertur ꝓ incõmodo. Sed ꝓfecto nulla ratione id poteſt concedi: nã aliquis fidelis, qui cõfitetur modo cũ vera contritione, ſe ignoraſſe articulos fidei, & ſtatuit firmiter inquirere, & audire Doctores, & prædicatores qui illũ inſtruãt, certe talis cõſequitur gratiã: at in eo manet ignorantia inuincibilis aliquorũ articulorũ fidei. Itẽ, ſi inter infideles eſſet aliquis, qui veniens ad vſũ rationis faceret qđ in ſe eſt, & ꝓponeret viuere ſecundum rectã rationẽ, Deus iuſtificaret illũ in illo inſtãti, & tamẽ non ſtatim ſciret baptiſmum eſſe neceſſariũ ad ſalutem.

Auguſ. doct. Chriſt. circa pr.

Sed dicet Theologus, prædictas probationes in nullo aduerſari ſententiæ Adriani; quoniam ille loquitur, quando homo nõ poteſt adhibere diligentiam externam, neq; habet hominum magiſterium. Sed reſpondetur, quod etiam quando non poteſt adhibere iſtam diligentiam, nõ tenetur ſe ad gratiã diſponere, ſed omnino excuſatur, vt patet de infidelibus, qui nihil audierunt de Euãgelio. Fateor tamen, quod vt ignorantia ſit inuincibilis, & inculpabilis, tenetur homo quantum eſt in ſe, excludere propriã affectionem, quæ poſſet illũ excæcare ne cognoſcat veritatem; ſicut cõtingit Iudæis, qui excæcati ſunt ꝓpria malitia, ne cognoſcerent Chriſtũ. Deinde aio, ꝙ qui per ſe ipſum nõ poteſt cognoſcere veritatẽ, tenetur interrogare eos, qui poſſunt illũ inſtruere: quod ſi hoc faciens adhuc ignoret, ignorantia erit inculpabilis. Sed hoc eſt verũ in communibus negotijs; at in re grauiſſima, ex qua animæ ſalus dependet, ſi homo nõ habeat ad manum magiſtros, tenetur Deum orare, vt plane aſſerit D. Aug. Itaq; ſi hereticus Lutheranus, incipit dubitare de hæreſi quam ſequitur, & non habet ad manum magiſtros, & prædicatores, tenetur Deum orare, non tamen ſe ad gratiam pręparare.

Aug. lib. de vtil. cred. & lib. contra Epiſtolam fundam.

Circa omnia præcepta iuris diuini poteſt eſſe ignorantia inuincibilis, & humani.

Ex prædictis concluſionibus ſequitur in primis, quod circa omnia præcepta iuris diuini poſitiui poteſt eſſe ignorãtia inuincibilis. Rurſum ſequitur, circa omnia pręcepta iuris humani poſſe cadere ignorantiã inuincibilẽ. Ad extremum ſequitur, circa omnes res agendas in particulari poſſe cadere ignorantiã inuincibilem, quã vocant ignorantiam facti. Hæc omnia ſequuntur ex prædictis cõcluſionibus per locum argumentandi a maiori.

Argumenta in principio ſolu. ad primum. Dupliciter poteſt homo facere quod eſt in ſe

Ad argumenta in principio facta, ad primum dicendũ, quod dupliciter poteſt facere homo totũ, quod in ſe eſt. Primo, in ordine ad totam vitam, hoc eſt, ſeruãdo naturæ legem, præparando ſe ad gratiam: altero modo, in ordine ad aliquid particulare, ſ. ad vincendam aliquam ignorantiam. Vnde dico, quod ſi homo faceret totum, quod in ſe eſt primo modo, infallibiliter illuminaretur a Deo: ad cauendã tamen ignorantiam peccati, ſat fuerit, ꝙ homo ſit bene diſpoſitus ad quęrendam veritatem, quam ignorat; quæ bona diſpoſitio tunc eſt, cũ adhibet media proportionata & cõſueta, id eſt, quando interrogat Doctores, & maiores. Qđ vt euidentius intelligatur, ſciendũ eſt, quod præcepta nõ obligant ad ſui impletionẽ, vt adhibeatur oẽ medium poſſibile, ſed ſatis eſt proportionatũ, & commu-

nitet

biter ordinatum ad talem finem v.g. tenetur homo uitam conſeruare propriam ex præcepto naturali, ſed non omni medio poſſibili: non enim tenetur vti medicina pretioſiſſima, vt conſeruet vitam, ſed ſatis eſt vti medicina conſueta, & communiter ordinata ad talem finē: Immo dato q̃ eſſet med. ſi ꝓportionatū ad talem fine, oporteret omnino ꝙ homo poſſet cognoſcere talem ordinem, & proportionem, ut teneatur illud medium adhibere. Eſt autem impoſſibile, ut cognoſcat homo, ꝙ agere pœnitentiam, & dolere de peccatis, ſit medium ordinatū vt illuminetur a Deo, niſi prius aliquid audierit de Euangelio. Alio modo pōt confutari hoc argumentum, ſi dicamus, ꝙ ēt ſi faciat homo totum qd in ſe eſt, & præparet ſe per uerā pœnitentiā, non eſt neceſſe ut ſtatim illuminetur a Deo, ſaltem quo ad cognitionem explicitam articulorum fidei. nam hæc, ſecundū cōem curſum, non fit niſi p pdicatores: unde interim dum audit pdicatores poterit habere ignorantiā inuincibilē. Ad ſecundū arg. dicendū eſt, ꝙ ſi hō faciat quod in ſe eſt, adhibendo media oportuna ad vincendā ignorantiā, non eſt neceſſe, ꝙ continue illuminetur a Deo: ſed ſi faciat quod in ſe eſt in ordine ad totā vitā, ſe diſponendo ꝑ orationē, & uerā pœnitentiā, ſtatim illuminabitur. Verū ad hoc mediū adhibendū non tenetur, vt vincat ignorantiā, quia non eſt mediū ordinariū quod ſoleat ab hominibus adhiberi ad tollendā ignorantiam: ſicut tenetur homo corripere fratrem, admonendo, conſulendo, adhibendo teſtes, dicendo Eccleſiæ, ſed non tenetur ſe conſtituere in gratia, ut illum conuertat; quia hoc eſt medium extraordinarium ad corripiendum.

Ad ſecund.

Ad tertium dicēdū primo, ſi loquamur de pcepto faciēdi quod ī ſe eſt abſolute, qd includit obſeruantia omniū mandatorū, & pœnitentiā de pteritis peccatis, ſicut homo pōt excuſari a pcepto ſupernaturali credēdi, ita pōt excuſari a pcepto ſupernaturali pœnitēdi: Secundo dr, ēt ſi nō excuſetur, non tñ tenetur pœnitere, hoc fine, ut illuminetur a Deo. Dr tertio, ſi loquamur de pcepto faciendi qd ī ſe eſt, tm̃ ad vincendā ignorantiā, non continuo illuminabitur, ut ſupra expoſitū eſt. Ad quartum negādum eſt antecedens: & ad probationē rndetur, ꝙ ille locus Ioannis; Vnctio docebit uos, d omnibus intelligitur, ꝙ unctio docet nos de omnib. miniſterio hominū, & Eccleſiæ catholicæ. Vel ſenſus eſt, ꝙ niſi interius vnctio Spiritus ſancti moueat, parum prodeſt externa pdicatio. Certe credere prorio ſpiritui, neglectis Patrum ſententijs, eſt error Illuminatorum, & Lutheranorū, quo inuertū: ordinē Eccleſiæ; cōtra q̄ ie errorē eſt inſigne teſtimoniū Deut. 17. & Mat. 23. Ad quintū arg. dicendū eſt, ꝙ ignorātia, quā Deus decernit in pœnā peccati, de qua loquuntur pdicta teſtimonia, eſt ignorantia culpabilis, & affectata, qñ homo nō q̄rit Doct. qui illum nēt, & inſtruāt ueritatem, ſed q adulētur, & loquantur placentia, & de hac eſt ſermo Ezech. 14. Ad ultimum arg dicendū eſt, ꝙ Deus dat uniuerſis hominib. ſufficiēs auxilium, vt recte, & ſtudioſe inſtituant vitā, quod ſi facerent, ſine dubio illuminarētur; ſed nō dat immediate auxiliū, & mediū ad credendū, & iō multi excuſantur a ſua incredulitate, q nō excuſantur a vitæ peruerſitate. Ad D. Th. dicendū eſt, ꝙ loquitur de homine, q relicto teſtimonio ſcripturæ maniſeſto, uel decreto eccleſiæ irrefragabili, ſequitur opinionem magiſtri priuatam.

Ad tertium:

Deute. 17.

Mat. 23. ad quintum ad vltimum

Eſt alia dubitatio, vtrum teneatur homo adhibere ſummam diligentiam ad vincendam ignorantiam? Ad huius rei expoſitionem eſt prima concluſio.

Prima con.

An ad vincēdam igno rantiā teneatur homo ſum. adhibere diligentiam.

Ad uincendam ignorantiam non tenetur homo ſummam diligentiam adhibere. Probatur: nam ignorantia Iacob qñ acceſſit ad Liam, fuit omnino inculpabilis: at potuit adhibere candelā, uel ex uoce cognoſcere Liam: ſed qa cōiter homines nō ſolēt facere eā diligētiā, excuſatus eſt ex ignorātia culpabili. Secunda ꝓpoſitio. Non tenetur homo ad uincēdā ignorantiā facere totū ſi ad qd obligatur. Hāc cōcluſionem conſtituit Almay i ſuis Mora. c. 4. & uera eſt. Et patet de Iudæo q neglexit ire Hieruſalē in die Pentecoſtes, q ſi iuiſſet certe cognouiſſet ex pdicatio ne Apoſtolorū neceſſaria de fide Chriſti. talis ignorabat adhuc inuincibiliter Chriſtū, & tñ ſi feciſſet totū ad quod tenebatur, viciſſet ignorantiā. Explicatur idē alio exēplo. Tenebatur aliquis ire ad Eccleſiā, & pronūtiatū eſt illic ꝓceptū Epiſcopi, quo pcipiebatur ſub ſnīa excō. cationis obſeruari feſtū inſolitum; & non iuit pp ſuam negligentiam: ignorantia huius præcepti erat inuincibilis; quia nō tenebatur adire Eccleſiam ad ſciendū illud. Dico ergo, ꝙ requiritur, & ſufficit ꝙ adhibeat diligentiam, quā ſolent viri boni adhibere ad ſciendū, & qua poſita ſolēt ſciri cōuenientia ad ſalutē, & ſtatum. Almayn. dicit, ꝙ illa ignorantia eſt inuincibilis, quā adhibendo eam diligentiam quam tenemur adhibere ad illum effectum, nō poſſumus uincere. Sed hoc videtur petere principium, & non explicare diſtincte propoſitā dubitationem: hoc enim q̄ritur, quid teneatur facere. Certe tenetur facere homo qui ignorantia tenetur, quod vir probus, & timoratus ſolet facere & adhibere ea media, quæ communiter ſolent adhiberi.

Secunda.

Almay.

Almay.

ART. TERTIVS.

Vtrum ignorantia excuſ. t ex toto a peccato.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Ignorantia facit actum inuoluntariū cuius eſt cauſſa. Probatur, & declaratur. Nam tunc ignorantia dicitur cauſſare actum, quādo tollitur ſcientia quæ actum peccati prohiberet; & ideo talis actus, ſi ſcientia adeſſet, eſſet cōtrarius uolūtati, qđ importat nomen inuoluntarij.

Secunda concluſio. Ignorantia q̃ non eſt cauſſa actus, nō facit hominē inuolūtariū, ſed non volentē, vt expreſſe docet Ariſ. & exēplo idē manifeſtatur. Nā ſi q̃s putans ſe occidere feram, occidiſſet inimicum, quē ſi cognouiſſet, ēt occidiſſet, talis ignorātia nō eſt cauſſa actus: nam non tollit ſcientiam, quæ ſi adeſſet, ꝓhiberet actū: nam ēt ſi adeſſet ſcientia, ſequeretur actus: ex quo ſequitur, ꝙ talis ignorantia non cauſſat inuoluntariū, ſiqdē nō eſt cauſſa actus: non ergo facit hoīem inuolūtarium; ſed non volentem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo eſt graue dubium circa tertiam concluſionem, de ignorantia concomitante; vtrum excuſet a peccato? uerbi gratia, ſtatuit Petrus occidere inimicum vbicumque eum inuenerit, & forte in nemore, putans ſe occidere feram, occidit inimicum, quem ſi cognouiſſet, multo libentius occidiſſet, quæſtio eſt, An ne talis ignorantia excuſet a peccato? De qua re diximus ex parte ſupra q. 6. art. 8. ſed nunc explanatius, & uberius rem inueſtigemus. Et quæritur, An illa occiſio ſit peccatum? Et quod ſit peccatū ſic oſtendo. Nam talis actus ſecundum ſe malus eſt, & ignorantia concomitans non excuſat, ut aperte docet S. Thom. in artic. ergo peccatum eſt. In aduerſum eſt, quod peccatum adeo eſt uoluntarium, ut ſi non ſit voluntarium, peccatum non ſit: ſed ignorantia concomitans facit non voluntarium, ut docet D. Thom. tum ſupra q. 6. artic. 8. tum euidentius in hoc artic. in 2. concluſione: ergo non eſt peccatum.

An ignorantia concomitans a pecca to excuſet.

Argu. D. Thom.

Ad huius rei expoſitionem ſcire oportet, quod tribus modis contingit aliquid eſſe uoluntarium, formaliter, interpretatiue, & virtualiter: ſic enim loquuntur Scholaſtici. Primi generis eſt, quando actus eſt cognitus, & diſtincte uolitus, ut uelle occidere inimicum. Ad ſecundū modum pertinet, cum homo operatur ex ignorantia culpabili: tunc enim opus quod operatur, quamquam non eſt uolitum formaliter, ſiquidem incognitum eſt, eſt tamen

Tribus modis aliquid eſt uoluntarium.

men interpretatiue uolitum. Sit in exēplū qui iaculatur in medio foro, & occidit hominē præter intentionem, & uoluntatem; tale homicidium eſt uolitum interpretatiue, quia tenebatur cauere opus illud ex quo ſubſecutum eſt homicidium, & non cauit: fuit enim culpa nō animaduertere, ꝙ iaculari in medio foro, ꝑ quod homines conſueſcunt tranſire, periculoſum erat. Tertio modo euenit, quando actus imperatur, & progreditur ex p̄cedenti uolitione, v.g. inebriatur quis uolens, & ſciens cum periculo occidendi homines. ſcit.n. ꝙ cū eſt ebrius, percutit, vulnerat, & occidit, tale homicidiū eſt volitū uirtualiter in p̄cedenti uolitione, qua voluit inebriari: & iō nō habet diſtinctam malitiā a p̄cedenti uolitione. His cōſtitutis, ſunt viri docti, et inter diſcipulos D. Th. exiſtimantes, ꝙ homicidiū, qđ ſequitur ex ignorantia concomitante, ſit peccatum, & ꝙ imputatur occidenti: nā quāuis non eſt formaliter uolitum, at eſt uirtualiter uolitū in p̄cedenti uolitione, quā ſtatuit occidere illum, vbicūq; inuenerit illum. Sed, ſalua pace iſtorū Doctorū, hæc ſnīa nūquā mihi probari potuit. Vt ergo ueritas elucidetur, eſt prima conc. Si conſideremus modū loquendi, ſatis proprie loquitur D. Th. quando dicit, ꝙ ignorātia cōcomitans non excuſat: ſic. n. loquitur Ariſ. ſummus Philoſophus, & uir ſapientiſſimus, tū ī loquendo, tū in ſentiēdo lib. 3. Eth. c. 1. dicit ꝙ illa ignorantia excuſat a peccato, qñ operās, poſtq̄ā ſcit, dolet ſe feciſſe: ſed q operatur cū ignorātia cōcomitāte, nō dolet poſtq̄ ſcit ſe feciſſe. ergo nō hēt excuſationē. Sic loquūtur in diuina Theologia uiri peritiſſimi; Dur. in 2. d. 22. q. 4. Gab. eadē d. q. 2. Marſ. in 2. q. 15. art. 2. dub. 2. ſic habet cōis modus ſentiendi, & loquēdi oīum hominū. Neq; nā homo ſe excuſat ab homicidio qđ fecit ignorās, qđ feciſſet libētius, ſi ſciuiſſet, & re ītellexiſſet. Ad extremū ignorātia excuſat opus qđ p̄cedit ex ignorātia, ſicut opus qđ p̄cedit ex paſſione, excuſationē hēt. ſed ignorantia cōcomitās nō eſt cauſa actus, ſed hēt ſe cōcomitāter, & uelut res impertinens: ergo nō excuſat a peccato. Scđa conc. Ignorantia cōcomitans nō accuſat, ꝑꝑ qđ homicidiū, qđ ex ea cōſequitur, nō imputatur ad culpā. Huius rei multæ ſunt demōſtrationes. Prima eſt, qm̄ peccatū, ut peccatū ſit, neceſſū eſt, ut ſit uolūtariū: ſed ignorantia cōcomitans, ut antea ꝓbatū eſt, facit nō uoluntariū. ergo ignorātia cōcomitās non facit actū eſſe malū, uñ nō accuſat. Secūda demōſtratio. Illa uolitio interior qua iſte hō voluit occidere ferā ſine aliqua mala volūtate occidēdi hoīem, ante q̄ emitteret ſagittā nō erat mala: ergo qñ emiſit ſagittā, ꝓ illo inſtāti nō erat mala. Cōſeq. argumēti inde ꝓbatur. Nā opus externū nihil addit bonitatis, aut malitię ſup actū interiorē. Cuius rei altera ꝓbatio euidetior eſt: qm̄ idē obiectū eſt ſicut prius. ergo ſi uolitio prior nō erat mala, nec poſterior. Explicatur hoc euidētius. Etenim ſi illa ſagitta nō tetigiſſet hoīem qui in ſylua latebat, nullū eſſet peccatū. ſed ꝙ percutiat, uel uulneret, eſt oīno euētus caſualis, & nihil facit ad bonitatē, uel malitiā uoluntatis. ergo nō reputatur ad peccatū. Tertia demonſtratio. Deus ꝓnior eſt ad miſerēdū, q̄ ad puniēdū. pono ergo aliquē in gratia q habuit uolūtatē dādi cuilibet pauperi aureū, nunc petit ab eo pauper eleemoſynā, & nil ipſe cogitās de aureo credit ſe ſolū hr̄e nūmū argenteū, & dat, ſi tñ ſciret eſſe illi aureū, ēt daret. talis, inq̄, nō tñ mereretur ac ſi dediſſet, ſciēs & prudēs aureū, qđ ignorabat cōcomi-

Tert. co. *Quar. co.* *Quin. co.*

Tertia concluſio. Huiuſmodi ignorantia nō excuſat: quia nō cauſſat inuolūtariū.

Quarta concluſio. Ignorantia quæ eſt cauſſa actus, quantum eſt de ſe excuſat a peccato, quia cauſſat inuolūtarium, & volūtarium eſt de ratione peccati.

Quinta Concluſio. Aliquādo non excuſat totaliter: & hoc contingit ex duob. Vno modo, quando ignorātia eſt alicuius circumſtantiæ, ſine que adhuc eſſet peccatum; vt ſi quis occideret patrem, credens eſſe hominem alterum, excuſaretur a parricidio, ſed non ab homicidio. Secundo, quando ignorantia eſt uoluntaria directe, uel indirecte: directe, ut ſi quis non vult aliquid ſcire; uel indirecte, dum propter alias occupationes negligit quis diſcere quæ ſcire tenetur.

Sexta Concluſio. Ignorantia quæ eſt omnino inuoluntaria, quia eſt inuincibilis, ſiue quia eſt eius quod homo ſcire non tenetur, omnino excuſat a peccato: talis enim ignorantia cauſſat omnino inuoluntarium.

Prima con. Proprie loquitur. D. Thom.

Duran. Gab. Marſilꝰ

Secunda co. Ignorantia concomitās nō accuſat.

tāter duntaxat. ergo nec alius tñ peccat. Quarta demonſtratio. Cōditionales de reb. agēdis nihil faciūt ad meritū, nec demeritū. qđ exēplis adhibitis euidēter oſtēditur eſſe uerū. Cōiugatus qui accedit ad ꝓpriā uxorē ſine aliqua mala uolūtate, qui tñ accederet ad alienā, ſi illā in lectulo reperiſſet, p̄dicta cōditionalis nō uitiat acceſſū ad ſuā uxorē. Cōſimiliter, ſcit Deus ꝙ ſi mihi daretur occaſio deliquēdi certe delinquerē; nō tñ iō delinquo. ergo ī ꝓpoſito illa cōditionalis; ſi ſcirē, melius & libentius occiderē inimicum; non uitiat uolūtatē qua uolo occidere ferā abſque aliqua mala uolūtate occidēdi hominem. Quinta demōſtratio. Si alicui uiro exſpectāti uxorē ſupponeretur alia pulcrior uxore, & q̄ placuerat in oculis eius, & iſte licet nūq̄ cogitauerat cōuenire cum illa, tñ nō eſt dubiū ꝙ oblata tali opportunitate cōueniſſet: hic, inquā, nō peccat. Patet manifeſte, quia alias ſequeretur, ꝙ eſt ꝑplexus, & ſi ne culpa p̄cedēte. Nā ponamus ꝙ illa petat debitum, ſi nō reddat, peccat faciēs cōtra cōſcientiā. exiſtimat. n. eā conſcientia erronea, q̄ ſine dubio obligat, ꝙ ſit uxor, & tenetur reddere debitum mulieri, quā putat eſſe ſuā. ergo nō peccat reddēdo debitum, alioqui nō poterit effugere peccatum, ſi peccat reddēdo, & nō reddēdo. Ex quo cōſequēs eſt, ꝙ ignorātia cōcomitās nō accuſat. Idē oſtēditur alijs exēplis uolo. n. ꝙ ſit aliquis qui numq̄ cogitauit de adulterio, ſed tñ eſt fornicator frequens, & ita intēperās, ꝙ ſi haberet opportunitatē, adulteraret: numq̄ tñ de hoc cogitauit. accedat iſte ad nuptā, ignorās inuincibiliter eſſe nuptā, credenſq; eſſe ſolutā arguitur ſic, iſta ignorantia eſt cōcomitans, ut patet, & tñ nō eſt adulter. qđ ſic oſtēdo. nā numq̄ cogitauit, nec uoluit adulteriū cōmittere. Eſt aliud exemplum. Sit Petrus nimis auarus, q tñ numq̄ cogitauit capere alienum: ſcit tñ Deus, ꝙ ſi haberet opportunitatē capiēdi ſecreto, & ſine ſcādalo, caperet alienum. inuenit in domo ſua aureum, quē credit inuincibiliter eſſe ſuum, & reuera eſt alienus, ſequitur ꝙ talis accipiens peccaret. Patet, quia ignorātia eſt cōcomitans q̄ (ut auctores cōtrariæ opinionis exiſtimāt) accuſat. Quod autē ſit falſum, patet; quia prius erat in grā nā auaritia nō erat mortalis. numq̄. n. cogitauit de alieno, & nunc credens inuincibili ignorantia eſſe ſuum, accipit. qđ ſi non tolleret, peccaret, & ſic eſſet ꝑplexus ergo nō peccat accipiendo. Vltimo ſequitur ex iſtorum Doctor. ſnīa, ꝙ infidelis, qui ſemel ſe & omnia ſua retulit in idolum, peccaret in omnib. operib. ſuis, quando honorat parentes, obſeruat amicos, quando dat eleemoſynam. Quod recte ſequatur, patet. nā ſi infidelis in omnib. his operib. recordaretur idoli quod pro Deo colit, libenter referret hæc opera in idolum, qđ ꝓ Deo ſuo habet ergo eſt ignorantia cōcomitans ſi non recordatur, Vnde, ſi uera eſt iſtorum opinio, imputatur ad crimen.

Sexta co.

Sed iam tempus eſt, ut argumentum propoſitum in contrarium diſſoluamus. Dicendum itaq; eſt, ꝙ illud opus ſm ſe malum eſt; cōcedoq; non excuſari ignorantiā cōcomitantem, ſed neq; accuſatur, q̄a non eſt uoluntariū. Qđ uero aiunt uiri docti, ꝙ illud opus eſt virtualiter uoluntariū, nulla rōne, neq; apparenti qđē fulciri poterit. qđ euidēter demōſtrauim⁹ ſup. q. 6. ar. 8. Circa quintā, & ſextā concl. dubitatur; An dans operam rei illicitæ ſcienter ignorata aliqua mala circumſtantia, excuſetur ab illa mala circumſtantia ignorata? uerbi gratia, aliquis inuincibiliter putat ſe accedere ad ſolutam, & accedit ad nuptā; q̄ritur,

An dās operam rei illicitæ excuſatur ab illa qua circumſtantia mala ignorata.

ritur; vtrum ſit adulter, vel fornicator? Exemplum eſt de Iuda, q cognouit Thamar nurū ſuam, exiſtimās eſſe mulierem meretricē, & communem. Reſpōdetur, ꝙ totaliter excuſatur ab illa circunſtantia, vt Iudas ab inceſtu. Et hoc eſt vniuerſaliter verū, ꝙ ignorantia inuoluntaria excuſat totaliter reſpectu ignoratæ circunſtātiæ. Nec in hoc differunt, dans operam rei licitæ, vel illicitæ; qa reſpectu illius circūſtantiæ æqualiter ſunt inuiti. Vñ Iacob cognoſcens Liam prima nocte, ēt ſi malam intentionē habuiſſet, nō fuiſſet adulter. Quod patet euidēti rōne: quia nō hēt actus plus de peccato, quam de voluntario: & ſi eſſet lata aliqua ſnīa reſpectu illius circūſtantiæ, talis non incurreret eā, ut de excōmunicatione lata contra percutientem clericū. Secus aūt forte eſſet de irregularitate, q̄ non ſemp inducitur ꝓ peccato, ſed poteſt cōtrahi ſine culpa. Ratio huius eſt, qa quando pœna lata eſt ꝓ aliqua culpa, q̄ nō incurrit illā culpā, nō īcidit in pœnā.

Sed circa hoc dubitatur; vtrū ſimile ſit de ignorātia iuris: hoc eſt; vtrū ſi quis committēs ſcienter peccatum ignorat eſſe ſn̄iam latā ꝓ illo peccato; puta, pcutiēs clericū ſcienter, ignorans aūt inuincibiliter ſnīam excōicationis eſſe latā, qō eſt, vtrū incidat in pœnā latā? Ad huius rei expoſitionē eſt prima propoſitio. Ignorātia circunſtantiæ ſicut excuſat a culpa, ſic excuſat a pœna lata cōtra tale peccatū rōne talis circūſtātiæ. v.g. ignorās qs inuincibiliter aliquē eſſe clericū, tamē tñ ſciat eſſe hoīem, pcutit illū, nō incidit in excōicatione latā contra percutientē clericū: nā illa pœna imponitur ꝓ ſacrilegio cōmiſſo cōtra clericū: ſed ille eſt tm̄ homicida, & nō ſacrilegus. ergo nō incurrit illā pœnā. Quapropter Sco. in 4. di. 6. q. 4. docte ſcribit, ꝙ qui baptizat puerū ignorans inuincibiliter eſſe baptizatū, nō incidit in pœnas decretas contra rebaptizantes. Oportet ergo notare in his legib. pœnalib. q̄ peccata puniantur. Nā ſi excuſatur homo a peccato, excuſatur ēt a pœna decreta cōtra tale peccatū: nā pœnæ ſunt reſtringendæ, & nō ampliandę. Scda conclu. Qñ pœna nō eſt animaduerſio peccati, ſed imponitur rōne ſignificationis, aut rōne alicuius operis, ſiue ſit peccatū, ſiue non incurrit abſq; oī culpa: v.g. ī iure eſt irregularis q occidit hoīem pp ſignificationē: ſiue quis occidat hoīem iuſte, ſiue iniuſte, eſt irregularis. Itē ī iure eſt irregularis bigamus, rōne ſignificationis: nō. n. cōgruit miniſterio altaris Chrī qui tñ vnicā ſponſam ſibi deſponſauit: & iō ſiue ſit bigamus ex ſua culpa, ſiue ſine culpa, eſt irregularis, ſiue ignorādo inuincibiliter, ſiue nō. Tertia concl. Qñ quis ſcienter facit opus, licet ignoret inuincibiliter pœnā, incurrit ipſā pœnā. Probatur cōcluſio exēplis. Si quis occidat clericum ignorās inuincibiliter pœnā excōicationis, īcidit in pœnā excōicationis. Itē, labitur quiſpiā in hæreſim, & ignorat inuincibiliter ſnīam latā cōtra hæreticos, īcidit in ſnīam excōicationis. Itē, trāſgreditur quiſpiā legē diuinā, ignorās inuincibiliter pœnas inferni, incidit nihilominus ī illas pœnas. Itē, furatur quis, & ignorat inuincibiliter ſuppliciū decretū cōtra latrones per leges humanas, nō iō excuſatur a ſupplicio. Ab iſta rēla gñali excipitur unus caſus, cū qui refertur capitulo, Vt aīarū periculis, de cōſtitution. li. 6. ti. 2. cuius tenor eſt iſte. Vt aīarū periculis obuietur, ſentētijs p ſtatuta quorūcūq; ordinationū pronunciatis, ligari nolumꝰ ignorātes. Sed de hoc in materia de excōicatione.

Solutio. — Pri. con. — Secun. co. — Ter. conc. — Quar. co. Aliud dubiu de ignorantia iuris. — Quin. co. — Pri. con. Ignorantia circunſtātiæ ſicut excuſat a culpa, ſic excuſat a pœna. Scot. — Secun. conc. Pœna impoſita ratione ſignificationis, incurritur etiam ſine culpa. — Tertia con. Faciens opus & ignorans pœnā illam incurrit. — Peculiaris exceptio, in 6. tit. 2. de conſtit. — Sexta co.

ARTI. QVARTVS.

Vtrum ignorantia diminuat peccatum.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. In tantum ignorantia minuit peccatum, in quantum minuit voluntarium: quod ſi voluntarium non diminuit, nullo modo peccatum diminuit. Hæc concluſio non indiget confirmatione; eſt enim de ſe perſpicua.

Secunda concluſio. Ignorātia quæ totaliter excuſat, nō minuit peccatum, ſed aufert totaliter: quia totaliter aufert uoluntarium: ergo omnino tollitur peccatum.

Tertia Conc. Ignorantia q̄ non eſt cā peccati, ſed concomitāter ſe habet ad peccatū, nec diminuit, nec augēt peccātum, ſed veluti impertinēs ſe habet.

Quarta concluſio. Illa ſola ignorantia poteſt minuere peccatum, quæ eſt cauſſa peccati, & tamen non excuſat totaliter a peccato: nam ſi totaliter excuſat, aufert, & nō minuit peccatum

Quinta cōc. Ignorātia affectata videt̄ augere peccatū.

Sexta conc. Ignorantia culpabilis nō affectata diminuit peccatum. Iſtæ duæ concluſiones quæ poſtremo loco conſtituuntur, ſimul probantur. Contingit enim aliquādo, ꝙ ignorantia directe, & per ſe ſit volita, ſicut cū aliquis ſua ſponte neſcit vt liberius peccet: & talis ignorantia auget voluntarium, & peccatū: quia ex intenſione uoluntatis ad peccandum prouenit quod aliquis vult ſubire ignorātiæ damnum propter libertatem peccandi. Sed quando ignorātia quæ eſt cauſſa peccati, nō eſt directe voluntaria, ſed indirecte, & veluti per accidens; vt ſi quis non vult laborare in ſtudio, ex quo ſequitur eum eſſe ignorantem; talis ignorantia diminuit voluntarium, & per conſequens peccatum: nam cum aliquid non cognoſcitur eſſe peccatum, non poteſt dici quod voluntas directe, & per ſe feratur in peccatum. quare eſt ibi minor contemptus, & per conſequens minus peccatum.

EXPLICATIO ART.

CIrca hunc articulū dubitatur: Vtrū actus qui cū ignorātia nō excuſatur, ſit in eadē ſpecie, ī qua eſſet cū ſcientia? Vr̄ ꝙ ſic, quia in nulla alia ſpecie eſt. Item Pau. 1. Ti. 1. dicit, Quia fui blaſphemus, & pſequutor & tñ ibidē dr̄, ꝙ ignorās feci. In oppoſitū eſt, quia ſpecies in actibus humanis non ſumuntur niſi ab eo qd̄ p ſe intēditur, peccās aūt ex ignorātia nō p ſe intēdit peccatū, ſed p accidēs, vt S. Th. dicit in iſto art. Sed eſt notandū, ꝙ duplex eſt ignorātia uolūtaria; q̄dā priuans uſu rōnis, vt ebrietas; alia q̄ priuat ſolā ſciētiā. Et iterū hæc duplex eſt; q̄dā iuris, ſiue uniuerſalis, ſiue particularis, ut cū quis neſcit homicidiū eſſe peccatū, alia facti, ut cū quis ſua neglīgētia ignorat hoīem eſſe ubi ipſe ſagittat. Iterū, peccata facta ex ignorātia iuris, aut de ſe mala, ut furtū, aut ſolo iure poſitiuo mala ſunt, ut nō ieiunare. Prima propoſitio Peccata ex ignorātia iuris, q̄ ſcd̄m ſe ſunt mala, ſunt ī eadē ſpecie cū factis ex ſcientia. Probatur, quia ſunt uolūtaria formaliter, quātū ad cōuerſionē ī obiectū: hoc. n. eſt ipſi uoluntati rō quare actus eſt malus, puta, gentilis uolens accedere ad iſtā nō ſuā, quia neſcit eſſe malū, quamuis non velit id per ſe inquantū contrariatur uirtuti, vult tñ fornicari: ſpecies aūt ſumitur ab ipſo obiecto, & ſic Paulus voluit occidere Stephanū confitente Chriſtū Nazarenū. Et quod S. Th. hic dicit, ꝙ talis non vult per ſe peccatum, intelligendus eſt formaliter, quod non eſt, niſi cum quis ſcit actum eſſe peccatū, id eſt contrarium virtuti. cū hoc tamen ſtat, quod uelit formaliter actum, qui eſt peccatum ſecundum ſe. Quod autem habeat formaliter eādem ſpeciē, probatur; quia ſpecies ſumitur ex obiecto. Secūda propoſitio. Qui occidit hoīem in venatione negligentia ſciendi, q ignorantia eſt circa factum, homicida eſt virtualiter, & interpretatiue, & eius actio eſt in ſpecie homicidij. Patet, quia eſt uirtualiter, & īdirecte uolita. Quod eſſe uerum demōſtrauimus euidenter ſup. q. 72. ar. 9. & quæſ. 18. ar. 3.

An actus peccati cum ignorātia ſit eiuſdem rationis cū ipſo præſente ſcientia. — 1. Tim. 1. — Duplex ignorantia voluntaria. — pri. con. — Secun. con.

Tertia concluſio. De peccatis factis ex ignorantia iuris Tertia con. poſitiui dicendum eſt, ꝙ ſunt in eadem ſpecie reductiue, & indirecte, in qua eſſent cum ſcientia. verbi gratia, non obſeruat quis ieiunium ex ignorantia culpabili, intemperatus eſt, & peccat contra temperantiam, quia omittit ieiunium ad quod tenetur: & id quidē voluntarie, quamquam indirecte, & reductiue. Eſt alia quæſtio non contemnenda; Vtrum liceat complacere in actib. factis per ignorantiam inuincibilem? puta, an Iacob liceret placere ꝙ cognouiſſet Liā. de qua quæſtione vidēdæ ſunt annotationes noſtræ ſupra q. 74. art. 6. Eſt alia dubitatio; An actus excuſatus totaliter p ignorantiā, ſit bonus moraliter? De qua q̄ſtione quamquam verſantur diuerſæ opiniōes, vera definitio eſt, ꝙ manet bonus moraliter: manet enī meritorius, & per conſequens ex caritate imperatur: & cum caritas ſit bona moraliter, & numquā inclinet ad malum, conſequēs eſt, ꝙ actus imperatus ſit bonus moraliter. Et quia de hac re meminimi me ſupra ex parte diſputaſſe, ab eius diligētiori diſcuſſione ſuperſedendum cēſeo.

Pri. conc.

Actus totaliter per ignorantiam excuſatus eſt, bonus moraliter.

Secun. co.

EXPLICATIO ART.

Qvod paſſio appetitus ſēſitiui moueat uoluntatē ad peccandum, eſt certū, & indubitatū. qđ patet ex illo; Cōcupiſcentia ſubuertit cor tuum. & Iacobi 1. Vnuſquiſque tentatur, a concupiſcētia ſua abſtractus & illectus. Idē explicat Paul. cum ait, Sentio aliam legem in mēbris meis repugnātem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati. quibus uerbis explicat motum appetitus ſenſitiui, qui vi ſua trahit volū-

Dani. 13.

Iacobi 1.
Ro. n. 7.

QVAEST. LXXVII.

De cauſſa peccati ex parte appetitus ſenſitiui, in octo articulos diuiſa.

ARTI. PRIMVS.

Vtrum voluntas poſſit moueri a paſſione appetitus ſenſitiui?

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Paſſio appetitus ſenſitiui non pōt directe trahere, aut mouere uoluntatem: nullum. n. immateriale pōt moueri ab aliquo materiali: ſed uoluntas eſt potentia quædam immaterialis; appetitus aūt ſenſitiuus eſt vis materialis, & corporea: ergo paſſio appetitus ſenſitiui non poteſt directe mouere voluntatem.

Secunda conclu. Paſſio appetitus ſenſitiui poteſt indirecte mouere uoluntatem dupliciter; vno modo, ſecūdum quandam abſtractionem: cū enim omnes potentiæ animæ in vna eius eſſentia radicētur neceſſe eſt, quando vna potētia in ſuo actu intenditur, alteram in ſuo remitti, vel totaliter impediri: nam uirtus ad plura diſperſa fit minor: & econuerſo, qñ intēditur circa vnū, minus pōt ad alia diſpergi: requiritur. n. in operib. animæ quædam intentio, quę dū vehemēter applicatur in vno, nō pōt vehementer in alia immergi: vnde quādo motus appetitus ſenſitiui ſcdm paſſionem fortificatur, oportet remitti, vel totaliter impediri motū proprium appetitus rationalis, qui eſt volūtas: Alio modo ex parte obiecti voluntatis, qđ eſt bonū apphēſum ratione: nam impeditur iudiciū, & apprehenſio rationis ꝓpter vehementem, & inordinatam apprehēſionem imaginationis, & iudicium virtutis æſtimatiuæ, ut in amētib. patet. Apprehenſio enim imaginationis, & æſtimatiuæ iudiciū, paſſionē appetitus ſenſitiui ſequitur, ſicut iudicium guſtus ſequitur diſpoſitionē linguæ. Quare videmus homines in aliqua paſſione exſiſtentes, nō facile ab ea imaginatione auerti. Vnde iudiciū rationis plerūque ſequitur paſſionē appetitus ſenſitiui, & ꝑ conſequens motus volūtatis aberrat, qui natus eſt ſēper ſequi iudiciū rationis.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum ratio quandoque ſuperetur a paſſion. contra ſuam ſciētiam.

SVMMA TEXTVS.

Hoc idem eſt, atque percontari; vtrum exſiſtēte perfecta ſcientia ex parte intellectus, poſſit eſſe peccatum in volūtate propter paſſionis vehementiā. Prima Concl. Homo poteſt peccare contra ſcientiam vniuerſalem quam hēt, & contra particularem etiam quā habet in habitu, dū actu non conſiderat.

Secunda Conclu. Exſiſtēte ſcientia in particulari, & in vniuerſali, & recta conſideratione actuali, impoſſibile eſt ꝙ ſit peccatum in voluntate.

Tertia concluſio. Impoſſibile eſt quod ſit peccatū ī volūtate ſine errore ex parte intellectus. Sed vidēdū eſt, quo probationes D. Th. recte ꝓcedant. Scribit ergo S. Th. fuiſſe opinionē Socratis, ꝙ ſciētia numquā poſſit ſuperari a paſſione: vnde dicebat, oēs virtutes eſſe ſciētias, & oīa peccata eſſe ignorātias. In quo quidē nō oīno a vero deuiabat. Cū. n. voluntas ſit boni, vel apparentis boni, nūquā volūtas in malum moueretur, niſi id quod non eſt bonum, aliquo modo rationi bonum appareret: & propter hoc, uoluntas nūquam in malum tenderet,

tatem, vt ſequatur illū, ut domina, ancillā. Eandē violētiā paulo poſt explicat Paulus dicens, Infelix ego hō, qs me liberabit de morte corporis huius? Grā Dei ꝑ Ieſū Chriſtū. Idē explicat Sapiēs in illo; Corpus qđ corrumpitur aggrauat aīam, & deprimit ſenſum, multa cogitantē. Conſtat ergo ex diuinis teſtimonijs, ꝙ paſſio appetitus ſenſitiui mouet uolūtatē ad peccādū: qđ vel ſola experientia ſatis liquet. Sed explicare, quō appetitus ſenſitiuus moueat volūtatē difficile eſt: explicatū tū eſt diligētiſſime ſup. q. 9. ar. 2. ex quo loco explicatio huius difficultatis petēda ē.

Sapien. 9.

EXPLICATIO ART.

De hac q̄ſtione, vtrū poſſit eſſe peccatū in voluntate, exſiſtēte pfecta ſcientia ex parte īntellect⁹, Sco. in 3. di. 36. ſic decernit, ut dicat illud eſſe poſſibile; & accidere ſæpenumero: idque probat optimis argumētis. Primo, in ſacro eloquio aptiſſime dī ꝙ multi ſcientes peccāt, ut in illo, Sciuus q̄ cognoſcit volūtatem Dñi ſui & nō facit, uapulabit multis; &, Scienti bonū, & non faciēti, peccatū eſt illi.

Scoti ſent.

Primum ar.

Pri. con.
Luc. 12.

Secundo adducit varias auctoritates B. Aug. dicētis, ꝙ aliquando ſcientes peccam⁹.

Secun. co.
Iacob. 4.
Augu.

Tertio, adducit articulū Pariſ. huius tenoris; Dicere, ꝙ exſiſtēte pfecta ſcientia in cōmuni & in particulari in intellectu, nō pōt eſſe peccatū ī uoluntate, errorē. Quarto, adducit Ari. dicentē, ꝙ ſcire, parū aut nihil ualet ad vitā recte inſtituendam. Sed ſi exſiſtēte pfecta ſciētia in intellectu, non pōt eſſe peccatū in uolūtate, maxime cōduceret ad vitā recte inſtituēdam: immo cōſulendum eſſet hominibus ꝙ non recte uellent, ſed quod recte cōſiderarent,

Art. Pariſ.

Ter. conc.

Probatio.
D. Th.

Ari. 2. Eth.

nisi cum aliqua ignorantia: vel errore rationis: vnde dicitur, Errant qui operantur male. Ex qua ratione, ſi recte inſpiciatur, efficaciter ꝓbatur tertia concluſio articuli. Sed quia experimēto patet, quod multi agunt contra ea quorū ſcientiam habent, vt dicitur Luc. 12. Seruus ſciens uoluntatem Domini ſui, & non faciens, plagis vapulabit multis, ſciēdum eſt, hominem dirigi ad recte agendū dupliciter ſcientia; vniuerſali uidelicet, & particulari; vnius utriuſq; defectus ſufficit ad hoc vt impediatur rectitudo volūtatis, & operis. Nam contingit, quod aliquis habeat ſcientiā in vniuerſali; puta, nullam fornicationē eſſe faciendā; ſed nō cognoſcat in particulari, hūc actum, qui eſt fornicatio, nō eſſe faciendum: & iſtud ſufficit adhoc ꝙ voluntas nō ſequatur uniuerſalem ſcientiā rationis. Vlterius conſiderandum eſt, aliquid poſſe ſciri in habitu, quod tamē in actu nō conſideratur. Vnde poteſt contingere, quod aliquis habeat rectam ſcientiā in ſingulari, & nō ſolum in uniuerſali; ſed tamen in actu nō conſideret: hic ergo nō uidetur difficile, vt præter id quod actu non conſiderat, homo agat. Sed quod homo non conſideret in particulari id quod ſcit habitualiter, aliquādo prouenit ex ſolo defectu intentionis; vt ſi Geometra non conſideret Geometriæ concluſiones, quas in promptu habet. Aliquando autem homo non conſiderat id quod habet in habitu propter aliquod impedimentum ſuperueniens, vt per aliquam occupationem exteriorem, vel propter aliquam infirmitatem corporalem: & hoc modo, qui in paſſione conſtitutus eſt, non conſiderat in particulari id quod ſcit in vniuerſali, propter paſſionem impedientem. Impedit ergo paſſio in particulari atq. in actu tripliciter. Primo, per quandam diſtractionem, ut dictum eſt. Secundo, per cōtrarietatem: quia plerūque paſſio inclinat ad contrariū huius qđ habet ſcientia vniuerſalis. Tertio, per quandā corporalem immutationem, ex qua ratio quodāmodo ligatur ne in liberum actum exeat, ſicut patet in ſomno, & ebrietate. Sed quod in paſſionibus contingat, patet: nam cum paſſiones multum intenduntur, homo amittit vſum rationis; ut propter abundantiam amoris & iræ multos uidemus in inſaniam eſſe conuerſos. & ſic paſſio trahit rōnem ad iudicandū in particulari contra ſcientiam quā habet in uniuerſali. Ex his documentis probationes ꝓ prima & ſecunda concluſione maniſeſte eruuntur.

patet. Sed dimiſſis auctoritatibus, hoc probatur optimis rationibus. *Prima ratio.* Primo, exiſtente perfecta ſcientia ex parte intellectus, adhuc uoluntas manet libera, ut patet: ergo poteſt peccare.

Secunda. Secundo, exiſtente perfecta ſciētia, & perfectiſſimo iudicio in intellectu, volūtas pt ſuſpendere actū ſuū: nō enim neceſſitatur a iudicio intellectus: ergo pōt uoluntas peccare.

Tertia. Tertio, in Angelis fuit peccatū, quod nullus error præceſſit, uel quoniam in Angelis non poteſt eſſe error, cū ſciant omnia, & ſint natura literbeati; uel quia fallacem nō potuit præcedere culpa: ergo in uoluntate poteſt eſſe peccatum ſine errore intellectus. *Confir.* Idem confirmatur. In primo homine fuit peccatum originale, quod nullus error præceſſit intellectus: niſi uelis dicere, ꝙ ī ſtatu innocentiæ ante peccatum fuit malum pœnæ, cuiuſmodi eſt error.

Quarta. Quarto, rectitudo intellectus in practicis, & ſimiliter in ſpeculabilibus oritur uel ex ipſis terminis, uel ex forma ſyllogiſmi perfecta, quidquid ſequatur in uolūtate: ergo poteſt eſſe peccatū in uoluntate, exiſtēte perfecto intellectu. Certe rectitudo itellect⁹, quæ prouenit ex iſto principio: omnis fornicatio eſt uitanda; hæc eſt fornicatio: ergo, &c. nō tollit quin uoluntas poſſit uelle fornicationem.

Vltima. Vltimo, ſtat ꝙ rō oſtendat vtrumq; oppoſitorum ſecundū ꝙ in ſe eſt v. g. fornicari & non fornicari; & quod uoluntas per ſuam uolitionem ſe determinet ad unum, quia uult. *Confir.* Hoc aperte ait Ariſt. 9. Meta. dicit enim, quod ſcientia eſt oppoſitorum, ſed determinatur per electionem ad unum illorum: non ergo oportet intellectum errare, aut ignorare ut uoluntas male eligat. Certe dānati dæmones euidēter cognoſcūt, ꝙ Deus nulla ratione eſt dignus odio: at ex malitia uolūtatis ſuæ odio habent illum. Item, qui deſperantes ſe ſuſpendunt, euidenter iudicant non eſſe deſperādum; alias ſi haberēt aliud iudiciū, hæretici eſſent: nihilominus deſperantes ſe ſuſpendunt ex malitia ſuæ uolūtatis: ergo pt eſſe peccatū in voluntate ſine errore ex parte intellectus.

In oppoſitū Ariſtot. In contrarium eſt ueritas certiſſima, quam aſſerit in primis Ariſt. 3. Eth. c. 3. quod omnis peccans eſt ignorās; & 6. Ethic. dicit, quod exiſtente recta prudētia in particulari non poteſt eſſe peccatum: & 7. Eth. c. 3. quo in loco ex profeſſo inueſtigat hanc quæſtionē, dicit, ꝙ cum ultima ꝓpoſitio rei ſēſibilis ſit opinatio rei particularis, quid hic & nunc agendum eſt, quæ eſt domina noſtrorū actuū, hāc non habent incontinentes, uel ſi habēt, in habendo nō eſt ſcire, ſed dicere, ſicut temulentus, qui profert carmina Empedoclis, & non intelligit. Huic ſententiæ cōſonant ſacræ ſcripturæ, Prouer. 14. Errant qui operātur malum. Dan. 13. Euerterunt ſēſum ſuū, & declinauerunt oculos ſuos ut non uiderēt cœlum. & Ro. 1. Tradidit illos Deus in reprobū ſenſum. *Prouer. 14. Dan. 13. Rom. 1.* Hinc eſt, quod in ſacra ſcriptura homines iuſti appellantur ſapientes; improbi uero, inſipientes. Hanc ſententiam docent fere oēs Theologi. D. Th. in iſta quæſti. ar. 2. Caie. ſupra eundē articulum, Capreol in 3. diſ. 36. quæſtione unica, Durādus. in 2. d. 39. q. 1. Adrianus quodli. 4. art. 1. Buridanus 7. li. Ethi. q. 7. *D. Th. Caiet. Capreo. Durand. Adria. Burida.* Probatur ratione: nā obiectū noſtræ uoluntatis eſt bonum, & cōueniens ꝑ intellectum propoſitū, ut patet: ergo, ſi fertur in malum, eſt, quia ꝓponitur ut conueniens ex errore aut ī conſideratione intellectus. Scdo, uolūtas uel fertur ī uerū bonū, uel in apparēs, quod re uera bonum nō eſt. Si primum, non peccat: nam in appetitione ueri boni pctm̄ nō eſt. Si uero fertur in bonū apparens, quod re uera bonum non eſt, iā cōtingit error intellectus: ergo oē peccatū ex errore intellectus prouenit. Tertio, electio uoluntatis oritur ex imperio efficaci intellectus. qđ explicatur his uerbis; fac hoc; faciendū eſt; niſi.n. animus imperaret aliquid faciendū, uolūtas nihil eligeret. Hoc igit imperiū uel eſt đ re bona, & licita ſm̄ oēs circūſtantias; qn̄ oportet, ſicut oportet: & tunc iudicium intellectus eſt rectum, & electio recta. Si uero iudicium & imperiū eſt de re aliqui illicita, falſum eſt imperiū, & peruerſum, & electio uoluntatis peruerſa. Omnis ergo electio mala ꝓuenit ex falſo impio intellectus. Quarto, electio voluntatis neceſſario ſequitur ex impo efficaci intellectus: nō.n. ſtat, quod intellectus imperet efficaciter aliquid faciēdum, & ꝙ uoluntas non eligat illud: ergo ſi impiū eſt rectum, electio eſt recta, & e diuerſo. Vltimo, ſi exiſtente oī ueritate, & omni integritate intellectus poteſt

teſt eſſe peccatum in uoluntate, ſequitur q̃ hõ corruptiſſimis moribus poſſit eſſe prudentiſſimus: qd aduerſatur oĩ Philoſophiæ morali, & politicæ Ariſt. His cõſtitutis, p ſolutione argumentorũ dicit Caie vbi ſupra, omne peccatũ procedere ex errore, & ignorantia intellectus, extendẽdo ignorantiã ad inconſiderationem. ſic explicat D. Th 1. p. q. 63. art. 1. ad quartum. Secũdo dicit Cai. q̃ ut uoluntas aliquid appetat, ſemper requiritur iuditiũ, uel imperium intellectus. qd explicat his uerbis; Faciendum eſt hoc; Fac hoc, &c. & in hoc iuditio ſemper errat omnis qui peccat. Quod ut planè intelligatᷣ, hoc nota; q̃ iſtæ locutiones; Faciẽdum eſt hoc; operãdũ, & eligendum; tripliciter explicari poſſunt. Primo, ut ſit ſenſus; dignũ eſt ut hoc fiat. Secundo, debitũ eſt ſecundum legẽ ut hoc fiat. Tertio, ut ſit ſenſus, hoc executioni eſt mandandũ, quidquid inde ſequatur. Et in hoc ſenſu accipitur in diſcurſu practico, qñ de agendis deliberamus. Itaq. qui fornicatur, hẽt hoc iudiciũ rectũ; oĩs fornicatio eſt cauenda ſm̃ legẽ Dei: itẽ hoc; hæc fornicatio eſt cauẽda ſm̃ legẽ Dei: ceterum hẽt iudiciũ, hic, & nunc pp delectationem fornicatio eſt cõmitenda, & executioni mandanda, & in hoc errat. Ex hoc ſequitur, q̃ in eo qui fornicatur ex paſſione ſunt duo iudicia, q̃ contradictoria eſſe vñr, ſed non ſunt. Nã ille q fornicatur ex paſſione; credit hanc fornicationẽ ſm̃ ſe nõ eſſe faciendam: item credit omnibus concurrẽtibus eſſe cõmittendã: ſi n. hoc non ſentiret, nunq̃ eam cõmitteret. Sed iudicia iſta contradictoria non ſunt: nã nõ ſunt ad idẽ, & reſpectu eiuſdem, & in eodem ſenſu. Secundo ſequitur, q̃ ſtante ſciẽtia in uniuerſali, & in particulari, pt eſſe peccatum in uolũtate, ut dictum eſt. Qñ ergo dicunt Theologi, omne peccatum uoluntatis ex errore intellectus prodire, non loquuntur de errore contra ſcientiam moralem, ſed de errore contra prudentiam.

Ad auctoritates ergo ſanctarum ſcripturarũ, in quibus dicitur, q̃ multi ſcientes peccãt, reſpondetur; q̃ loquuntur de ſcientia in uniuerſali; uel de ſciẽtia in particulari, in habitu vel de iudicio intellectus practico ſine imperio efficaci; at uero quando ẽ imperiũ intellectus efficax, & verũ, impoſſibile eſt, q̃ recta electio non ſubſequatur. Ad auctoritates D. Aug. idem dicendum eſt.

Ad eãdem modũ explicandus eſt articulus Pariſiẽſis: affirmat namque, q̃ ſtante ſcientia in uniuerſali, & particulari, poteſt eſſe peccatũ in uolũtate, & oppoſitũ erroris condemnat. Ariſt. vero loquitur de ſcientia morali, q̃ de virtutibus intelligat; nõ loquitur de perfecto iudicio prudentiæ, quod conſtat eſſe formam omnium uirtutum.

Ad primam rationem negatur conſequentia; nã licet ex efficaci imperio ĩtellectus neceſſario ſequatur electio voluntatis, nõ eſt cõſequens q̃ tollatur libertas: eſt enim neceſſitas ex ſuppoſitione, quæ non tollit libertatem; poteſt n. intellectus non conſiderare, aut omittere illud iudicium, & ſic uoluntas poterit peccare.

Ad ſecundam, negatur antecedens: impoſſibile n. eſt q̃ intellectus recte, & efficaciter aliquid præcipiat, & q̃ non ſequatur electio in uoluntate tali præcepto conformis.

Arist. 6. Eth. c. de prudentia. — Caietan. — D. Tho. — Concluſio — Quo modo intelligenda ſit D. Thom. ſententia. — Ad auctoritates. — Ad primam rationem. — ad ſecundã.

ART. TERTIVS.

Vtrum peccatũ ex paſſione debeat dici ex infirmitate.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs. Nam in anima dicitur infirmitas, ad ſimilitudinem infirmitatis corporis, quod infirmum appellatur, cum propter inordinationem partium ipſius in executione propriæ operationis impeditur, vel debilitatur. Sic ergo animæ eſt infirmitas, quando in propria operatiõne impeditur; quia partes eius ordini rationis non ſubduntur. Cũ itaq; concupiſcibilis, aut iraſcibilis extra ordinem rõnis aliqua paſſione afficitur, peccatũ ex infirmitate dicitur. Quare Ariſt. incõtinẽtẽ paralitico cõparat, cuius partes mouẽtur in contrariũ eius qd ipſe diſponit.

Quo modo autem hoc non tollat libertatem uoluntatis, ad primum argumentum dictum eſt.

Ad tertiam reſpondetur, peccatum Angelorum proceſſiſſe ex eorum incõſideratione, ut optime explicat S. Th. 1. p. q. allegata ſupra. In peccato uero primi hoĩs dico ſimul fuiſſe errorẽ, & peccatum: qd idẽ pt dici d peccato Angelorum.

Ad quartam negatur q̃ rectitudo intellectus practici pẽdeat ex ſolis terminis, & forma ſyllogiſtica, ſed potius ex appetitu recto. unde dicit Ariſ. q̃ uerũ intellectus practici eſt conformiter ſe habere ad appetitum rectũ; quia qualis unuſquiſq. eſt, talis ei vr̃ eſſe finis. Vel dicatur, q̃ rectitudo intellectus ſm̃ ſe pendet ex ſolis terminis; & ex forma ſyllogiſtica; ſed ut iudicãda, & pcipienda, pendet ex appetitu recto. Tertio dicendũ, q̃ prima prĩcipia in practicis ex ipſis terminis nota ſunt, & cõcluſiones inde deductæ p ſyllogiſmũ euidentes ſunt; ſed q perturbatur paſſione, impeditur ne recte ſyllogizet de rebus agẽdis. Vñ dicit Ariſto. q̃ ſyllogiſmus incontinentis hẽt quattuor ppoſitiones, duas uniuerſales, quarũ una eſt rationis. ſ. fornicationem non eſſe cõmittendam; altera paſſionis. ſcilicet, delectationẽ eſſe ſequendam; & paſſio ligat rationem ne ſubſumat, & concludat ſub prima, & ideo ea perſeuerãte in intellectu, ſubſumit ſub ſecunda, ſcilicet, fornicandum eſt.

Ad ultimam reſpondendum, q̃ eo ipſo q̃ uolũtas determinat ſe ad alterum oppoſitorum quod malum eſt, interuenit ignorantia aliqua; oportet n. uoluntate aliquid appetente, prius iudicare illud eſſe appetendum, & cum in ueritate non ſit appetendum, error eſt, & ignorantia. Ex his manet explicatus iſte articulus.

ad tertiam. D. Thom. — ad quartam. — Arist. 6. Eth. cap. 2. — Concluſio — Ariſt. 7. Eth. cap. 4. — ad ultimam.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum amor ſui ſit principium omnis peccati.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt Concluſio. Propria enim cauſa peccati accipiẽda eſt ex parte conuerſionis ad commutabile bonum, ex qua parte omnis actus peccati procedit per inordinatũ appetitum alicuius boni temporalis, ad quod ſe conuertit homo per inordinatũ ſui ipſius amorem: ideo inordinatus amor ſui eſt cauſſa & origo omnis peccati.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quod amor ſui inordinatus non ſit cã omnis peccati, iis argumentis ſuadeo, ut ueritas doctrinæ magis eluceſcat.

In primis, omne peccatum procedit ex odio ſui; ergo nõ procedit ex amore ſui. Antecedens patet; quia D. Thom. 2. 2. q. 25. art. 7. docet expreſſe, q̃ peccator, dum peccat, vult ſibi malum & nocivum, non tantum animæ, ſed etiam corpori. Deinde, quando peccator habet odium ſui, certe peccat. ſed tale peccatum non procedit ex amore ſui.

Præterea, qui ſe interficiunt deſperantes, & damnati qui deſiderant non eſſe, non ſe amant; cum non uelint ſibi bonum.

Vltimo, ſi amor ſui inordinatus eſt cauſa omnis peccati, ſequitur q̃ in omni peccato ſit duplex peccatum; ſcilicet, peccatum cuius eſt cauſſa, & amor ſui inordinatus. Ad huius rei expoſitionem eſt prima concluſio.

Amor ſui ordinatus, bonus eſt, atque laudabilis, datuſ q̃ homini ad tuendam, & conſeruandam uitam. Vnde eſt, q̃ odium ſui, peccatum eſt; & diligere ſeipſum, corpus, & animam lege naturæ homo obligatur.

Secunda concluſio. Amor ſui inordinatus, qui a græcis philautia nũcupatur, multis nominib. eſt uituperandus,

Concluſio articuli quarti diſcutitur. — Primũ arg. — D. Thom. — Secundum. — Tertium. — Vltimum. — Prima coc. Amor ſui ordinatus, bonus & laudabilis. — Secunda coc. Amor ſui inordinatus uituperandus.

vt neminẽ tã attentum, tam modeſtum, tamq; oculatum inuenias, qui non in proprijs æſtimandis quadam animi propenſione corruptus cæcutiat, atq; hallucinetur. Ecquem vnquam uidimus tã barbara in regione natũ, cui ſua patria non uel optima uideatur? Quæ gens tã effera, tã horrida lingua, quæ nõ alias præ ſua cõtẽnat? Quæ tã ſemina corporis ſpecies, quæ ſibi non appareat formoſiſſima? Quo circa vere ſcripſit Ariſ. Quoniam autẽ omnes ſui ſunt amantes, & ſua cuique iucũda eſſe neceſſũ ẽ, ut facta, dictaq; iccirco etiã aſſentatoribus gaudet. Id tametſi in omnibus in rebus generaliter uerum eſt, ut ſit, quemadmodũ ait Horat. Cæcus amor ſui: tamẽ in artifices, atq; ex ijs potiſſimum in poetas, ad hæc in amãtes potiſſimũ quadrare uidetur. Et enim rectiſſime ſcripſit Ariſt. ſuo quemquẽ artificẽ ope impenſe delectari, non aliter quam rebus quibuſdam ex ſeſe prognatis. Neq. ſecus adamant ſua carmina Poetæ, quã parentes liberos. Eſt.n. artificis opus, quaſi quidã ingenij fœtus, de quo Socrates ait: Rectius iudicare obſtetricem, q̃ matrem ipſam. Huc pertinet ẽt illud quod ait Cicero: Suo quiſq; ſtudio maxime ducitur. Et lib. 1. Offic. Quorum uterq; ſuo ſtudio delectatus, contemſit alterũ. Quãquã hoc uenia dignum, hactenus communem illam philautiã ualere, ut ſuis quiſq; liberis, ſuis artibus, ſuo inſtituto, ſuis inuentis, ſuę patriæ paulo impenſius faueat; niſi eo uſq; cæcitatis nos rapiat, ut & alienas uirtutes calũniemur, & noſtris blandiamur uitijs, eaq; uirtutum nomine donem* ac ſibi quiſq, ſit, quod ibi fuit Catullianus, aut Mæuius Horatianus: quod uitij Flaccus in Epiſtolis notans, inquit,

> Dum mea delectent mala me, vel deniq; fallant.

Et alibi in Satyris.

> Illuc prœuertamur, amatorem quod amicę
> Turpia decipiunt cęcum uitia, aut etiam ipſa hęc
> Delectant, ueluti Balbinum polypus Agnæ.

Nam Balbino ſtulto amanti, etiam Polypus amicæ Agnæ ſuaue quoddam olere uidebatur. Eſt autem Polypus, uitium narium graue olentium. Itidem in his rebus in quibus exercitati ſumus ſatis, nec poeta vnquã, nec orator fuit, qui quenquam meliorem ſe arbitraretur. Plaut. eandem ſniam diuerſis uerbis, nimiſque eleganter extulit.

> Suus, inquit, Rex reginæ placet. ſua cuiq, ſpõſa ſpõſo.

Huc etiam referendum eſt & illud Theocriti; Nec mihi profecto forma mala eſt, ſi uera loquuntur: quod imitãs Maro ait.

> Nec ſum adeo informis, nuper me in littore uidi,
> Cum placitum ventis ſtaret mare.

Neque diſſidet ab hac forma quod Aug. cum in alijs aliquot locis, tum in epiſtola. 48. adducit ex Terentio quodam, Quod uolumus, ſanctum eſt. Atque ad eandem ſententiam attinet, qd eleganter ſcripſit Lucianus: Patriæ, ait, fumus, igne alieno luculentior. Extat huius rei elegans Ouidij diſthicum.

> Neſcio qua natale ſolum dulcedine cunctos
> Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Ariſt ſatis indicat amatores ſui uocari philautos: hanc aũt philautiæ probrotam appellationẽ, ceu prouerbialem uulgo iactatam fuiſſe, cum ait, homines ſui ſupra modũ amãtes a multitudine male audire: quippe qui tædio infamiq; cognomine vocentur philauti, contra, qui ſibi diſplicent, putiduli vocantur. Denique, ut uideas quæ uitia, comitentur philautiam, audi Apoſtolum. In nouiſſimis, inquit, temporibus inſtabũt tẽpora periculoſa. erũt hoĩes ſeipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, &c. quæ ſequuntur.

Tertia conclu. Amor ſui inordinatus omniũ peccatorum fons eſt, & origo. Sic aſſerit Plato: ſed & Auguſtinus* rei locupletiſſimus ẽ teſtis: ait enim, Amorẽ ſui ædificare ciuitatẽ Babylonis uſq; ad contemtum Dei; amorẽ uero Dei ædificare ciuitatẽ Hieruſalem uſq; ad contemtũ ſui. Huius autẽ demõſtratio hæc ẽ. Nemo.n. peccat, niſi ut aliquod bonũ cõſequatur quod inordinate amat: ſi. ut Iudas peccauit ex inordinato amore pecuniæ; Dauid ex cõcupiſcẽtia Bethſabee corruit; Eua ex inordinato amore veſcendi ex ligno uetito lapſa eſt, omnes denique prædictas concupiſcentias ex amore inordinato procedere certum eſt.

Ad argumenta in contrarium ſatisfaciendum eſt. Ad primum dicẽdum, q peccator errat, & decipitur miſere: non quia quærit bonum, ſed quia inordinate inuenit malum. Itaque dum ſe amat ſine ordine, in malum incidit.

Ad ſecundum dicendum, q cũ quis habet odium ſui, & triſtitia, vel mœrore conficitur, id ex amore ſui inordinato procedit: nam cum ea bona quæ amat, non ſibi pro animi ſententia ſuccedant, in odium ſui, & deſperationem cadit. Et ſic uerum eſt, q omnis animi affectio ex amore procedit, & in eo fundatur.

Ad tertium dicendũ, q qui ſe deſperantes interficiũt, & damnati qui uolunt non eſſe, nimis ſe amant, quia ex inordinato amore ſui nolunt ſufferre miſerias, & ærumnas, eiſq; omnibus carere pro magno bono ducunt.

Ad quartum dicendũ, negando conſequentiam illius, eo q amor ſui inordinatus non facit numerum cum alijs peccatis, q̃a ſpargit̃ p oĩa peccata, ſicuti & inobedientia.

Ariſt. lib. 2. Retho. | Conclusio | Horat. | Ariſt lib. 4. morali. | Socrates. | Cicero li. 5. de finibus. | Plaut. in Sticho. | Maro in Bucol. | Auguſt. | Lucianus. in Encomio patriæ. | Ouidius. | Ariſt. lib. 9. moral. | 2. Timot. 3. | Tertia conc. Amor ſui inordinatus peccatorum fons. | Plato. | Auguſt. 14. de ciuitate. cap. 28. | Ad argumenta. | ad primum. | ad ſecundũ. | ad tertium. | ad quartum.

ARTIC. QVINTVS

Vtrum cauſæ peccatorum conuenienter reducantur ad hæc tria; concupiſcentiam carnis, concupiſcentiam oculorum, & ad ſuperbiam uitæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs: nã ad duo priora reducuntur omnes paſſiones concupiſcibilis; quia duplex eſt cõcupiſcẽtia. Vna naturalis, ea eſt eorum quibus natura corporis ſuſtentatur; ſiue ad conſeruationem indiuidui, vt cibus, & potus; ſiue ad conſeruationem ſpeciei, ſicut actus venereus: & horũ inordinatus appetitus dicitur concupiſcẽtia carnis. Alia eſt concupiſcẽtia animalis, eorum.ſ. quæ per ſenſum carnis, ſubſtentationem, uel delectationem non afferunt, ſed ſecundum apprehẽſionẽ imaginationis ſunt delectabilia: prout eſt pecunia, ornatus veſtium, & ſimilia: & hæc animalis concupiſcentia, oculorum dr̃, ſiue reſpectu uiſionis, quæ fit per oculos, & ad curioſitatẽ refertur; ſiue propter concupiſcentiam rerum, quæ exterius oculis proponũtur, & ad cupiditatem refertur. Sed ad tertiũ reducuntur omnes paſsiones iraſcibilis: appetitus enim inordinatus boni ardui attinet ad ſuperbiã uitæ: quia ſuperbia eſt inordinatus appetitus excellẽtię.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Cum in ſuperiori articulo fuerit definitũ, q amor ſui inordinatus ſit omnium peccatorum radix, & cauſſa; ſitque proprium amoris proprij, & philautiæ, amare inordinate omnia bona quæ corpori noſtro ſeruiunt, quæ pæne ſunt innumerabilia; miro artificio D Ioan. in ſua Canonica reducit ad tria prędicamenta, videlicet ad res familiares, ad honores, ad delectationes. Sed ſicut in uniuerſo conſtituimus quattuor ventos præcipuos, qui ex quattuor mundi partibus ſpirant, inter quos connumeramus alios minus principales, qui propemodum ſunt infiniti: ſic ſane triplex humanarum rerum concupiſcentia, eſt cauſſa & fons omnium peccatorum præcipuus, ad quam tripartitã ſcaturiginem alia peccata minus præcipua, fere innumera, reducuntur, prout hæc explicat diuine diuinus Doctor.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Primum. ar. Videbitur alicui fortaſſis ꝙ paſſio ſemper augeat peccatũ: quia cauſſæ auctæ ſemp augẽt ſuos effectus: ſi namq. calidũ calefacit, magis calidũ magis calefacit: ſed paſſio eſt cã peccati, ut dictũ eſt: ergo aucta paſſione augeſcit peccatum.

Secundum. Deinde, qui ex paſſione. v.g. ex inordinato uxoris amore furatur, cõmittit duplex peccatum: alterum, Concluſio quod furatur: alterum quod inordinate amat uxorẽ: qui uero ex malitia furatur, nõ peccat niſi unũ peccatum furti: ergo, ꝙ peccat ex paſſione, grauius peccat.

Tertium. Vltimum. D.Thom. Vltimo, paſſio (ut dicit D. Tho. ſupra q.6 arti.7.) auget uoluntariũ: facit enim ꝙ uoluntas ſuauius, & uehementius feratur in obiectum: ergo auget peccatum: quia n. ex intẽſiori uolũtate fertur in malum, certe grauius peccat.

In contrarium eſt, ꝙ paſſio cõcupiſcentiæ, tentatio carnis appellatur. ſed qui maiori tẽtatione proſternitur, minus peccat, Aug. lib. 14. de ciuitate. ut docet Aug. Ad huius explanationem non eſt opus addere nouas probationes, diffinitiones, quia concluſiones Diui Tho. ſunt certiſſimæ, & euidenter a Diuo Tho. demonſtratæ. reliquũ eſt ut argumentis in aduerſum adductis ſatisfaciamus. Ad primum dicẽdum, ad primum. ꝙ paſſio eſt cã peccati ex parte conuerſionis: grauitas uero peccati magis attenditur ex parte auerſionis, quæ ſequitur per accidens ad conuerſionẽ, hoc eſt, præter intentionẽ operantis: & cauſſæ per accidens licet augeantur, non tñ ſubinde augent effectũ, ſed ſolum cãæ per ſe. Itẽ dicendũ, ꝙ aucta cã peccati adæquata, creſcit ſine dubio peccatum: paſſio uero non eſt cauſſa adæquata, ſed conſenſus liber uoluntatis. Hæc eſt ſolutio D. Thom. in hoc articulo. D. Thom. Sed habet magnam calumniam: nam ſupra q 73. art. 3. docuit grauitatem peccatorum ex obiecto ſumendam eſſe, hoc eſt, ex conuerſione ad obiectum; hic uero dicit, ꝙ ex auerſione quæ uidetur eſſe euidẽs contradictio: quam ut Caiet. enodet Caiet. dicit, grauitatem peccatorum eſſe ſumendã ex obiectis cauſſaliter: quo enim obiectum eſt peius, auerſio, & priuatio boni ẽ peior. ſed ex auerſione ſumitur formaliter. ſicq; conciliat iſthæc loca D. Tho. quæ diſſidere Auctoris ex poſitio. uidebantur. Sed præſtat ut dicamus, aliud eſſe, ſumendã eſſe peccatorum grauitatem ex obiecto, quod eſt ueriſſimum, & aliud ex conuerſione ad obiectũ, quod eſt falſiſſimum. Non enim recte ſequitur; uoluntas ſuauius, & uehementius fertur in obiectum: ergo grauius peccat: poteſt ſiquidẽ libertas aliunde impedita ex impetu paſſionis, & perturbatione. Verũ recte, & euidenter ſequitur, uolũtas intenſius, & uehementius auertit ſe a bono rõnis: ergo grauius peccat. & id uult dicere D.Th. & nihil aliud.

ad ſecundũ. Ad ſecundum dicendum, optime probare, quod paſſio quæ ſequitur rationis iudicium, & electionẽ uolũtatis, augeat peccatum. Aut fortaſſe concedendũ eſt, eum qui furatur ex amore uxoris inordinato grauius peccare, quã qui furatur abſq; paſſione; nõ quidem ita quod paſſio peccatum augeat, ſed quia sũt duo peccata diſtincta. Sic reſpondẽt uiri doctiſſimi. Ego uero ſẽſerim, ꝙ etſi committat duo peccata, non ob id grauius peccat: q. ambo peccata nõ habẽt tãtam grauitatem, quãtam habet unũ ex malitia perpetratum: alterũ namq; diminuit alterum: ſicut grauius peccatum eſt homicidiũ ab homine ſobrio admiſſum, quam ab ebrio; attamẽ ebrius hẽt duplex peccatũ; ebrietatem.ſ. & homicidiũ. quod præclare docuit auctor ſupra q.76. art.4. ad ſecundum.

D.Thom. ad tertium. Ad tertium dicitur ꝙ paſſio in uno ſenſu auget uoluntarium, & in alio diminuit. Auget quidem eo ꝙ eſt cauſſa quod uoluntas ſuauius, & intenſius feratur in obiectum. Diminuit uero, quia diminuit libertatẽ, perturbans D.Tho. loca cõciliantur. rationis iudicium. Et ſic conciliantur duo loca D. Tho. nã ſupra q.6. art.7. aſſerit, quod paſſio auget uolũtarium; hic uero docet quod minuit.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum paſsio diminuat peccatum.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Paſſio anteuertens iudicium rationis, & electionem, peccatum diminuit: eatenus namque actus eſt peccatum, quatenus uoluntarius eſt; & in nobis exſiſtens: ſed in nobis aliquid dicitur exſiſtere per rationem, & uolũtatem: quã re quanto ratio, & uoluntas aliqd ex ſe agit, non ex impulſu paſſionis, magis eſt uoluntarium, & in nobis exſiſtẽs; paſſio uero quæ ſuo impetu trahit uoluntatem, diminuit uolũtarium: ergo diminuit peccatum.

Secunda Concluſio. Paſſio conſequens iudicium rõnis, & electionem, magis aggrauat, & auget, quam diminuat, quia demonſtrat intenſionem uoluntatis ad actum peccati. Igitur quanto maiori concupiſcentia aliquis peccat, tanto magis peccat; ſi loquamur de concupiſcentia quæ ſequitur actum.

ART. SEPTIMVS.

Vtrum paſsio totaliter excuſet a peccato.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio: Si paſſio totaliter aufert rationis uſum, totaliter a peccato excuſat.

Secunda Concluſio. Si non totaliter intercipiat rationis uſum, non totaliter excuſat a peccato. Probatio utriuſque concluſionis iſta eſt. Nã paſſio a peccato tunc totaliter excuſat, quando totaliter reddit actum inuoluntarium; eo maxime, quia peccatum adeo eſt uoluntarium, quod niſi ſit uoluntarium, nõ ſit peccatum: ſed quando totaliter aufert uſum rationis, reddit actum omnino inuoluntarium, & minime liberũ: ergo penitus excuſat a peccato. Et ex eodem principio pateſit ſecunda cõcluſio; quia quando paſſio non omnino intercipit rationis uſũ, nõ reddit actum omnino inuoluntarium: ergo non totaliter excuſat. Vt autem hæc doctrina clarius eluceſcat, duo ſunt conſideranda. Primum, quod aliquid põt eſſe uoluntarium; uel ſecundum ſe, uti quãdo uolũtas fertur directe in ipſum; uel etiam ſecũdum ſuam cauſſam, quando uoluntas fertur in cauſſam, & nõ in effectũ, ut patet in eo qui uoluntarie inebriatur: nam hoc quaſi uolũtarium imputatur

EXPLICATIO ARTICVLI.

Dubium. SEd dubium ſtatim occurrit hic circa primam concluſionem. Si quis ſua culpa infirmatur, an imputetur ei quod non ieiunat, & deinceps non dicit officium horarum. Ratioque dubitandi pro affirmante parte ſic mouetur, & eſt duplex. Prima, quia ſic uidetur docuiſſe ſupra in prima concluſione, & ad tertium. Secunda eſt iſta, quia iſta omiſſio fuit uoluntaria in ſua cauſſa: culpabilis ergo.

Solutio. Reſpondetur tamen, quod iſta omiſſio non eſt culpabilis;

babilis: tum, quia ieiunium infirmos nõ obligat, ſiue ſint infirmi ex culpa ſua, ſiue non: tum, quia omiſsio illa non fuit uoluntaria. nam non ægrotauit ut omitteret ieiuniũ; tunc enim aliud eſſet, & certe imputaretur ad culpã, donec huius rei pœniteret. nam fuit uolũtaria in ſua cauſſa, ſicut dr̃ de ebrio, qui ſe inebriat, ut a præcepto liberetur; & de illo qui proijcit breuiariũ in mare ne dicat officiũ horarũ, ſed de iis dictũ eſt copioſius ſupra q. 71. artic. 5.

EXPLICATIO ARTIC.

DOctrina huius articuli de ſe perſpicua eſt. hoc tantũ animaduerſione dignum eſt, quod etiã ratio deliberans paſsionem nõ excludat, nec concupiſcentiam noxiam, aliquando namq; eſt tam uehemens, ut nulla ratione compeſci queat, ſi tñ ratio deliberans non conſentiat, peccatum mortale non eſt. Iã enim a nobis dictum eſt, ꝙ non præcipitur nobis ne habeamus cõcupiſcẽtias, ſed ne conſentiamus concupiſcentiis. Hæc de iſta quæſtione ſatis erunt.

EXPLICATIO ARTIC.

...id ...ex mali... peccare. A D huius articuli expoſitionem dubitatio eſt, quid ſit peccare ex malitia: Certe non eſt uelle malum ſub rõne mali, ut perperam ſentit Scot. 2. diſt. 43. Voluntas namque non poteſt ferri in malum ſub ratione mali, ut dictum eſt ſupra q. 8. artic. 1. ...conclusio. Secundo, nõ eſt peccare ex habitu uitioſo, & praua cõſuetudine, cum multi ex malitia peccent, qui non habuere habitum prauũ, ut Angeli. Rurſum, nec eſt peccare ex præcedẽti peccato; quia

ei quod per ebrietatem committit. Secundum; aliquid dicitur volũtarium directe, vt id in quod voluntas per ſe fertur: indirecte uero illud, quod voluntas potuit prohibere, & non prohibuit. Quocirca ſecũdum hoc eſt diſtinguendum; quia paſsio nonnumquã eſt tãta ut totaliter auferat vſum rationis, ut in ijs qui per amorem, uel iram inſaniunt: tuncq; ſi talis paſſio fuerit a principio uoluntaria, talis actus imputatur ad peccatũ, quia fuit in ſua cauſſa uolũtarius, ut dictum fuit de ebrietate. Quod ſi cauſſa nõ fuit uolũtaria, ſed naturalis; ut ſi ex aliqua ęgritudine incidat homo in talẽ paſsionẽm, q̃ totaliter aufert vſum rõnis, actus redditur oĩno inuolũtarius, & totaliter a peccato excuſat. Ceterũ aliqñ non eſt tanta ut omnino rõnis uſum intercipiat, & tunc rõ põt paſsionẽ excludere diuertendo ad alias cogitationes, uel impedire ne ſuũ aſſequatur effectũ; quia membra operi non applicantur, niſi per conſenſum rationis: ea propter talis paſſio non excuſat a peccato.

ART. OCTAVVS.

Vtrum peccatum, quod eſt ex paſſione, poſſit eſſe mortale?

SVMMA TEXTVS.

COncluſio affirmat Nã tale peccatum cõſiſtit in auerſione ab ultimo fine, qui eſt Deus, quæ auerſio ad rõnem deliberantem attinet; nã ipſa in Deũ ordinat. Et quod id põ ſit mortale peccatũ quod fini ultimo contrariatur, non eſt niſi quia ratio deliberans non põt occurrere, ut in ſubitis motibus contingit. Sed qñ quis ex paſsione procedit ad actum peccati, aut ad deliberandum conſenſum, hoc non fit ſubito, ſed ratio poteſt deliberare, & ſic paſſionem excludere: unde ſi nõ facit, peccatum mortale eſt: uti uidemus multa adulteria, & homicidia per paſsionem committi, quæ ſubito non fiunt.

QVAES. LXXVIII.

De cauſſa peccati, quæ eſt malitia, in quatuor articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum aliquis ex certa malitia peccet?

SVMMA TEXTVS.

AFfirmatiua eſt Cõcluſio: quia homo, ſicut & quęuis alia res, naturaliter habet appetitũ boni; qui ſi ad malum declinet, non contingit niſi ex corruptione, aut inordinatione in aliquo hominis principio: principium autem actuum humanorũ ſunt intellectus & uoluntas, & appetitus ſentiens: ſed peccatum accidit aliquãdo ex defectu intellectus, vt cum aliquis per ignorantiam peccat: nõnumquam peccatum eſt ex defectu appetitus ſenſitiui; vt cum aliquis ex paſsione peccat: ita etiam cõtingit ex defectu uoluntatis, qui eſt eius inordinatio. Inordinata uero uoluntas eſt, quãdo minus bonum magis amat. Conſequens autem eſt, ut aliquis eligat detrimentum pati in bono minus amato, ut potiat̃ bono magis amato, ſicut cũ homo vult pati abſciſionem membri, etiam ſcienter, vt cõſeruet uitam quam magis amat: ſimili modo quãdo inordinata uoluntas aliquod tẽporale bonũ plus amat, ut puta, diuitias, uel

peccatum ex malitia nõnumquam eſt primum peccatum, ut eſt uidere in Angelis. Dico ergo, quod peccare ex malitia, eſt nulla impellente paſsione eligere malum, quod ſcitur eſſe malum.

Pro quo notandum eſt ex auctore q. 3. de malo, articu. 12. quod uoluntarium non ſolũ eſt illud in quod volũtas vltimo fertur, tãquam in finem, ſed etiam medium in quod ipſa fertur: ægrotus enim non ſolum vult ſanitatem, ſed & vult bibere medicinam amaram ad ſalutem aſſequendam: & negotiator non ſolum uult ſaluus eſſe, ſed etiã proijcere merces in mare, vt ſaluetur. ita contingit peccatorem ſic eſſe affectũ ad delectationem fornicationis, aut adulterij, aut aliquod concupitum, quod ſtatuat apud ſeſe incurrere in offenſam Dei, & priuationem bonorum ſpiritalium, ut bono delectabili potiatur. Ex dictis ſequitur, quod talis tendit in malum, quod ſcit eſſe malum, ut bono concupito fruatur. Sequitur ſecundo, ꝙ nemo intẽdens ad malum, operatur, ut aſſerit Dionyſ. intendere enim eſt uelle aliquid propter ſe, & primo, & per ſe. in caſu uero commemorato licet homo eligat malum, quod ſcit eſſe malum, eſt vt bono delectabili potiatur. quærit itaque ultimate bonũ. Tertio ſequitur, quod uoluntas peccantis ex malitia tendit in malũ, quod ſcit eſſe malum, quoniam uel arbitratus eſſe mediũ, uel aliquid neceſſarium ad delectationẽ capiendã. Vltimo ſequitur, quod peccare ex malitia, eſt nulla opprimente, uel impellente paſsione, eligere quod ſcitur eſſe malũ. aut, ut uno uerbo dicã, eſt Deũ, & bonum

D. Tho.

Concluſio.

Dion. cap. de diui. nominib.

creatum

creatum in ſtatera conſtituere, & ex voluntatis vitio Deo creaturarum præferre.

Obiectiones Prima. Iſta tamen explanatio obſcuriſſima eſt; quia obiectum voluntatis eſt bonum, ut teſtatur omnis moralis philoſophia: ergo non poteſt uoluntas eligere malum, quod ſcit eſſe malum. Et cōfir. Confir. quia uiſus non poteſt videre ſonū nec ſpiritum, quoniam hæc continētur extra obiectū ſuum: vnde neque volūtas in malum ferri pōt, cum eius obiectū ſit bonū.

Secunda. Præterea, ſi ille qui peccat ex malitia, eligit malum quod ſcit eſſe malū, maxime quia eligit fornicationem, uel aliud; ſcitque euidēter quod ex eo incurret Dei offenſam, & priuationem bonorum Spiritualium; ex quo cōuincitur eligere malum, quod ſcit eſſe malum. Sed hæc ratio inualida eſt, utpote cum non ſemper quod uoluntas aliquid vult, vult & id quod ad illud neceſſario ſequitur. Exemplis id patefit: quia bene ſequitur; cōteror, ergo peccaui; & tamen non ſequitur; volo conteri: ergo volo peccaſſe. Rurſus ſequitur optime; Petrus facit minus malum: ergo facit malum: ſed non ſequitur: ego conſulo, & volo quod faciat minus malum: ergo uolo quod faciat malum.

Vltetius ſequitur recte, iſte peccator non facit pænitentiam: ergo permanet in peccato: ſed non ſequitur: hic peccator vult non pænitere: ergo vult permanere in peccato. Item aliud, ſcit aliquis confeſſarius euidenti experientia, quod ex audientia confeſſionum ſemper ei ſequitur pollutio: tamen non ſequitur; vult audire confeſſiones; ergo & pollui.

Tertia. Sed alia de cauſſa, explicatio ſupradicta inconueniens apparet; quia actus humanus non habet neque denominationem, nec ſpeciem ab eo quod eſt præter intentionē, & ueluti per accidens uoluntarium: at uero malum eſt præter intentionem operantis, ut habet Dionyſius: ergo non dat ſpeciem actui malo: ergo peccare ex malitia, non eſt eligere malum, quod ſcitur eſſe malum. Confir. Et confirm. quia priuatio non dat ſpeciem actui humano: atqui malum priuatio eſt: ergo non dat actui ſpeciem.

Solutio, ad primum. His argumentis breuiter reſpōdendum. & ad primum dicendum, quod voluntas ſemper fertur in bonum principaliter, ſed ex uehementi affectu ad aliquod bonū contingit quod ſuſtineat malum quod eſt coniunctum tali bono. D. Tho. Vel dicatur, quod primarium voluntatis obiectum eſt bonum; ſecundarium uero, malum eſſe poteſt: ita docet auctor 1. q. 20. art. 1. Sic ergo qui ex malitia delinquit, eligit malum, quod ſcit eſſe malum, ſed ut temporali bono potiatur: itaq; primo, & principaliter bonum quærit.

ad ſecundū. Qui vult antecedens, vult conſequens. Ad ſecundum dicitur, quod nemo poteſt velle antecedens, quin uelit conſequens quod inde ſequitur, ſi neceſſaria eſt conſequentia, & prius nota: & loquor de uolitione, ſiue principali, ſiue ex conſequenti, ſiue per ſe, ſeu per accidens; alioqui quiuis peccator ſe a crimine liberaret, dicens ſe uelle delectationem, quam amat; non tamen offenſam Dei, quæ inde ſequitur. Simili ratione ebrius ſe excuſaret, dicens ſe uelle bibere uinum; non ebrietatem quæ inde conſequitur.

Ad exempla uero adducta in conſequentibus, dico ad primum, non recte ſequi; uolo conteri: ergo & peccaſſe: non enim peccaſſe ſequitur ad contritionem quam habeo, ſed eſt præambulum, & requiſitum ut pæniteam. Vel dicendum, quod conteri, non eſt uelle peccatum, ſed illud deteſtari; & ſic non ſequitur, uolo conteri: ergo uolo peccaſſe: ſicut nec ſequitur; deteſtor peccatum: ergo uolo peccatum.

Ad ſecundum dicitur, non recte ſequi; conſulis minus malum; ergo uult malum; quia qui conſulit minus malum, non conſulit ut mentiaris, aut fornicationem committas; ſed ſolummodo conſulit hoc modo, ſi apud te decreuiſti adulterari, aut mentiri, rogo te ut a maiori

luptatem, quam ordinem rationis, legiſque diuinæ, ſeu caritatē Dei, uel aliquid huiuſmodi, ſequitur quod velit diſpendiū pati in aliquo ſpiritalium bonorum, ut aliquo bono temporali potiatur. Malum uero nihil eſt aliud quam boni priuatio. Cum ergo aliquis ſcienter vult priuari bono ſpirituali, quod eſt malum ſimpliciter, ut potiatur bono temporali, tunc dicitur peccare ex malitia, quaſi ſciēter, & ex induſtria malum eligens.

malo deſiſtas. Quare proprie loquendo nec malum conſulit, neque minus malum: ſed illud minus, ut utar verbis Caietani.

Ad tertium ſunt uiri ſapientes qui dicunt, quod licet pro aliquo tempore liceat non pænitere; non tamen licet pro illo tempore uelle non pænitere. Auctor huius ſententiæ eſt Cano Cano. in relectione de pænitentia. Ego uero dico, quod ſicut pro aliquo tempore licet non pænitere; ita pro eodem tempore licet velle non pænitere; & pro eodem tempore licet uelle non exire a peccato. Sed notandum, quod iſta ſententia, uolo pro iſto tempore non exire a peccato; poteſt dupliciter interpretari: primo, ut ſit ſenſus, placet ſtatus peccati; ſic accepit Cano; & in hoc ſenſu eſt peccatum mortale. Secundo, ut ſit ſenſus, nolo nunc agere de exitu a peccato. nam ad hoc modo non teneor: & in hoc ſenſu non eſt aliquod peccatum.

Ad quartum dicitur, quod in illo caſu pollutio non ſequitur ex uoluntatis electione, ſed ex neceſſitate materiæ, ſicut ſi ſequeretur ex potu, ciboque temperate ſumtis; aut uero ex diſputatione de re uenerea. Aut dicendum, ꝙ non ſemper eſt peccatum, uelle pollutionem in ſua cauſſa, quando cauſſa licita eſt, & alioqui urgens.

Ad tertium. Ad tertium argumentum dicitur, quod peccans ex malitia non eligit malum quod ſcit eſſe malum, tamquam finem intentum, aut medium ut bono temporali potiatur; ſed vult illud tamquam effectum conſecutum ex neceſſitate finis, quem deſiderat: ſicut nec medicus uult debilitatem ægroti, nec tamquam finem, nec tamquam mediū, ſed tamquam effectum ex medicina ſanāte ſubſecutum: ſic qui peccat ex malitia nō vult incurrere malum, & Dei offenſam, nec tamquam finem, nec tamquam medium, ſed tamquam effectum qui ex neceſſitate ſequitur ad bonum concupitum: itaque vult fornicationis delectationem, non obſtante quod intelligit priuationem bonorum ſpiritualium habere cōiunctam. Hinc patet ſolutio argumenti; quia peccatum ex malitia non ſpecificatur a malo, aut priuatione, ſed ab obiecto, & bono delectabili, cui ſpirituale damnum eſt annexum. Inde fit, quod peccatum ex malitia, & ex paſſione ſint eiuſdem ſpeciei, quā habent ab obiecto, & bono delectabili, ſed differunt ſicut perfectum, & imperfectum.

Vtrū diuiſio peccati in peccatum ex ignorantia paſſione, & malitia ſit bona. Eſt aliud dubium; An hæc diuiſio peccati ex ignorantia, ex paſſione, ex malitia, bona ſit? Ratio dubij eſt, quia omne peccatum procedit ex ignorantia, ut ſupra dictum fuit. Reſpondetur eſſe optimam, ſi nomine ignorantiæ comprehendamus inconſiderationem. Pro quo notandū, quod omne peccatum procedit ex deficiente principio: principium uero humanorum actuum in primis eſt intellectus, ex cuius defectu peccatum prouenit ignorantiæ. Præterea eſt appetitus ſenſitiuus, ex cuius defectu peccatum ex paſſione originem habet. Vlterius eſt uoluntas, ex cuius deordinatione peccatum ex malitia originatur, nēpe quando propoſitis duobus bonis, & unum eſt maius, & alterum minus, ſcienter eligit id quod eſt minus cum detrimento in ſuperiori bono: & in hoc peccato eſt error in praua electione, id eſt, in imperio efficaci intellectus, qui ſtatuit hoc minus eſſe amplectendum, etiam cum detrimento boni ſuperioris, idque ſine paſſione aliqua, & de induſtria; quo maxime diſcernitur hoc peccatum a peccato ex paſſione.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI I.

Vtrum habens habitũ neceſſario utatur eo. Primum.

EST dubium circa primam concluſionẽ, in qua dicitur, ꝙ qui hēt habitũ, nõ neceſſario utitur eo. Hoc vr̃ falſum. Quia qui habet gratiam, ne ceſſario utitur ea quando bene moraliter operatur. vnde ſententia eſt plurium Theologorum, ꝙ oẽ opus bonum exiſtentis in gratia eſt meritoriũ. Et confirmatur. Nam ſi ſententia Diui Tho. eſt uera, ſequitur quod poſſet aliqs exiſtẽs in gratia operari bene moraliter, & quod habitus ſupnaturalis non concurrat ad illud opus. conſequens eſt falſum, tunc enim nõ omne opus bonũ exiſtentis in grã eſſet meritoriũ, ſiquidem non procedit a principio ſupernaturali.

Conclusio.

Præterea, caritas in beatitudine habet actum neceſſarium, & non liberum, ſicut dicunt Theologi, ꝙ ſcilicet, beati non poſſunt actum amoris ſuſpẽdere.

Tertio, lumen gloriæ eſt habit⁹, quo illuſtratus intellectus beati neceſſario uidet Deũ: ergo ſnĩa D. Th. non eſt uera.

Reſpondetur, ſententiam D. Tho. eſſe certam. patetq; ex illo, Habitibus utimur cum uolumus. Rurſus, quia habitus eſt cã moralis: ergo libera: ergo libere inclinat. Vltimo, habitus non minus ſubduntur noſtræ facultati, q̃ potentiæ in quib. reſidẽt: at uero potẽtijs utimur cũ uolumus. ergo & habitib.

Ad primum dicitur, quamplures Theologos aſſerere non omne opus bonum exiſtentis in gratia eſſe meritorium: quibus ego facile ſubſcripſerim. Alij tamen oppoſitum opinãtur, exiſtimantes omne tale opus relatũ eſſe in finem ſupernaturalem formaliter, uel uirtualiter. Ego uero dico ad argumentum, quod gratia non eſt habitus operatiuus, ut conſtat ex Theologia: auctor uero loquitur de habitu operatiuo. Rurſumq; dico, quod etiam gratia utimur cum uolumus: poſſumus. n. operari, & non operari. ſed dato ꝙ bene moraliter operemur, iam concurrit gratia, ut opus ſit meritorium.

Ad ſecundum dicitur, quod habitus caritatis de ſe actũ habet liberum, ſed ex coniunctione ad diuinam uiſionẽ habet actum neceſſarium, ſicut habitu ſcientiæ utimur cum uolumus. ſed dato quod habeamus hæc principia in intellectu, Omnis homo eſt riſibilis; Petrus eſt homo; neceſſario debemus aſſentiri Petrum eſſe riſibilem. Dico ſecundo, ꝙ caritas poteſt conſiderari ut natura quædã eſt, & ſic actum habet neceſſarium, poteſt etiam conſiderari ut habitus quidam eſt, ſicque habet actum liberum; ſicut ſolent Theologi diſtinguere de uoluntate, quod conſideratur ut natura quædam eſt, & ut potentia libera eſt. Sed de hoc agitur ſupra q. 4. art. 4. ad tertium.

Ad tertium dicitur, ꝙ habẽs lumẽ gloriæ neceſſario uidet Deũ, non tñ ob habitum luminis, ſed quia hēt Deũ præſentem. Vel dicendum, quod lumen gloriæ nõ eſt ꝓprie habitus, licet infundatur per modum habitus permanentis, ſed eſt ueluti lumen externum, quo illuſtratus oculus neceſſario uidet colorem. — ad tertium.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum qui ex habitu peccat, ex malitia peccet.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Non eſt idem peccare habentem habitum, & ex habitu peccare: uti enim habitu non eſt neceſſarium, ſed ſubiacet uoluntati habentis: vnde habitus definitur, ꝙ ſit quo quis, cum uoluerit, utitur. Et ideo ſicut poteſt contingere, quod aliquis habens habitum vitioſum, prorumpat in actum uirtutis, eo ꝙ ratio non totaliter corrumpitur per malum habitum, ex quo prouenit quod peccator, aliqua operatur de genere bonorum: ita etiam poteſt cõtingere, quod aliquis habens habitum uitioſum, interdum non ex habitu operetur, ſed ex paſſione ſurgente, uel ẽt ex ignorantia.

Secunda Concluſio. Qui ex habitu peccat, ex malitia peccat: quia cuiuis habẽti habitum per ſe diligibile eſt id quod ſecundum propriũ habitum eſt ei conueniens; quia ſic fit ei connaturale quodãmodo, ſecundum quod conſuetudo. & habitus uertitur in naturam: ſed hoc quod alicui eſt cõueniens ſecundum habitũ vitioſum, eſt id quod excludit bonum ſpirituale. Ex quo ſequitur, ut homo eligat malum ſpiritale, ut potiatur bono quod eſt ei ſecũdũ habitum conueniens, & hoc eſt ex certa malitia peccare.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum qui peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio negat. Certe peccatum ex certa malitia ſemper preſupponit in homine quandam inordinationem, quæ tamen non ſemper eſt habitus: uoluntas enim ex natura ſuæ potentiæ inclinatur ad bonum rationis, ſicut ad proprium obiectum. Quod autem eligẽdo in malum ...

Secunda D. Tho. concluſio diluci tur. Prim. arg.

Dubitatur ſecundo circa ſecũdam cõcluſionẽ, de quo habitu loquatur auctor; an ne loquatur de habitu prauo exiſtẽte in uoluntate; an uero exiſtẽte in appetitu ſẽſitiuo? Et uidetur nõ neceſſarium, ꝙ habitus prauus exiſtat in uoluntate vt ſit peccatũ ex malitia, q̃ peccatũ ex malitia ꝓcedit ex deordinatione uoluntatis, ut ait D. Th. ar. 1. ergo oportet ꝙ habit⁹ deordinatus ſit in uoluntate. — D. Thom.

Secundum.

Secũdo, pctũ ex paſſione nõ dicitur ex malitia; q̃ paſſio eſt ueluti cauſſa extrinſeca, quæ trahit uoluntatẽ: ſed habitus exiſtẽs in appetitu ſenſitiuo ẽ huiuſmodi. ergo qui peccat ex tali habitu, nõ peccat ex malitia. Et cõfirmatur: nam habitus intemperãtiæ non inclinat voluntatem; niſi eliciẽdo paſſionem immoderatam in appetitu ſenſitiuo: ergo qui peccat ex tali habitu, peccat ex paſſione: ergo nõ ex malitia. Reſpondetur, concluſionem D. Tho. eſſe intelligendam de quouis habitu prauo, ut ipſe dicit art. 4. dicit enim ꝙ intemperatus peccat ex malitia, aſſimilaturq; febri cõtinua laboranti; incontinẽs uero peccat ex paſſione, & aſſimilatur ægroto interpolate laboranti. Et in ſolutione ad ſecundum ponit differentiam inter paſſionem, & habitum prauum appetitus ſenſitiui, ꝙ paſſio mouet uoluntatem quaſi uiolenter; habitus uero quaſi naturaliter: eſt enim conſuetudo altera natura.

Concluſio — Confir. — Exponitur concluſio.

Solutio arg.

Ad argumenta dicitur primo, ꝙ male habituatus non eget paſſione quæ excitet illũ, immo ipſe excitat paſſiones. Dico ſecundo, ꝙ etſi ſemper moueretur paſſione, dicitur tamen peccare ex certa malitia: quia illa paſſio eſt affectata, & uolita per longam conſuetudinem. Dico tertio, ꝙ ſi ille qui habet habitum prauum rapitur aliquando paſſionis impetu, concedo ꝙ non peccat ex malitia: ita enim docet Auctor in prima concluſione.

EXPLICATIO ARTICVLI I.

IN hoc articulo tria sũt notãda, ut docet D. Th. Primo, poſſe fieri ꝙ aliqs habẽs habitũ ſtudioſũ, nec turbetur paſſione, nec abijciat ſpẽ, uel timorẽ Dei; & ꝙ peccet ex malitia certa eligẽdo malũ, qd uidet eſſe malũ. Sed id raro cõtigit: & ſic primũ pec-

catum poteſt eſſe pctm̃ in Spiritũ ſanctum, de quo diſputat auctor. 2. 2 q. 14. ar. 4. Secundo dicit in ar. D. Tho. quod ſunt in nobis quædam naturales inclinationes ad peccandum. quæ ſententia habet difficillimã explicationem, q̃a naturalis inclinatio eſt a Deo auctore naturæ: ergo inclinat ad bonum: ergo non ad peccandum. Quo unico argumento conuincitur, impium eſſe dogma aſſerere ſydera, & eorũ cõſtellationes inclinare homines ad peccandũ, cũ natura ſyderũ bona ſit: ergo nõ inclinat ad peccandum. Sententia ergo D. Tho. habet duas explicationes. Prima eſt Caiet. 2. 2. q. 141. ar. 1. vbi ait, ꝙ inclinatio ſpecifica ſẽper eſt ad bonũ: at ĩclinationes ĩdiuiduorum ſæpe numero trahunt ad malũ; quia huiuſcemodi ĩclinationes non prodeunt immediate a Deo, ſed a cauſſis ſecundis deficientibus. Non eſt omnino abſurda iſta explicatio. Veritas tamẽ eſt, quod omnis inclinatio, ſiue ſpecifica, ſiue ĩdiuidua, dummodo ſit naturalis, eſt a Deo, & in bonum tendit. Quo circa, optima explicatio Diui Thomę eſt, quod ſunt in nobis naturales ĩclinatiões ad peccãdum, id eſt, non liberæ; non quæ ꝑcedant ex naturali inclinatione: ſicut error in intellectu aliquãdo eſt naturalis, id ẽ, nõ liber; attamen nõ eſt naturalis in hoc ſenſu, quod ꝓdeat ex inclinatione naturali intellectus, qui ſua ꝑte natura nõ inclinat ad falſum, ſed ad uerum. Auctor in articulo dicit, ꝙ ſunt ĩ nobis inclinationes naturales ad peccandum ex corruptione naturæ, non ex ipſa natura. Tertio eſt intelligendum, quod ait D. Thom. eum qui peccat ex naturali inclinatione ad malum, peccare ex malitia. Pro cuius expoſitione notandum ex q. 31. artic. 7. quod inclinationes ad malum, nonnumquam oriuntur ex corporis ægritudine; aliquãdo uero ex mala complexione, ſicut aliqui delectantur in comeſtione terræ, & carbonũ; aliquãdo ex animæ ægritudine, ſicut delectantur quidam in comedendis carnib. humanis, & in coitu beſtiarũ, & maſculorum. Sententia auctoris intelligẽda eſt de inclinationibus eiuſ generis: nã aliæ inclinatiões potius diminuũt peccatũ.

D. Thom.

Quomodo ſit uerum eſſe in nobis quaſdam naturales inclinationes ad peccandum.

Caiet.

lum inclinetur, aliũde ei cõtingit: aliquando ex rationis defectu, ut cum quis ex ignorantia peccat: & aliquãdo ex appetitus ſenſitiui impulſu, cũ ex paſſione peccat. Neutrum tamen horum eſt ex certa malitia peccare, ſed tunc, quando uoluntas ex ſe mouetur ad malum. Quod contingit; uel quia poteſt homo aliquam diſpoſitionem habere corruptam inclinantẽ ad malum, ita quod ſecũdum illam diſpoſitionem ſit ei quaſi cõueniẽs; & ſimile aliquod malum, uoluntas uero in illud tẽdit quaſi in bonũ rationem cõuenientiæ: quia quoduis ſecũdũ ſe tendit in id quod eſt ſibi cõueniẽs: talis uero diſpoſitio corrupta aut ẽ habitus acquiſitus ex conſuetudine q̃ ue titur in naturam; uel aliqua habitudo ęgritudinis ex parte corporis. Vel etiam cõtingit quod uolũtas de ſe tẽdit in aliquod malum per remotionem alicuius prohibentis: ut ſi q̃s prohibeat peccare, non quia peccare ei ſecundũ ſe diſpliceat, ſed propter ſpem uitæ æternæ, uel timorem gehennæ ignis. Remota ſpe per deſperationẽ, uel remoto timore per pręſumptionem, ſequitur ꝙ ex certa malitia; quaſi abſque fręno peccet. Sic ergo patet, quod peccatum, quod eſt ex certa malitia, ſemper pręſupponit in homine aliquam inordinationem, quę tamen non ſemper eſt habitus. Vnde non eſt neceſſarium, quod quicumque peccat ex certa malitia, peccet ex habitu.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum peccatum ex certa malitia ſit grauius peccato ex paſſione.

SVMMA TEXTVS.

AFfirmatiua eſt Concluſio. Primo, q̃a peccatum principaliter in uoluntate conſiſtit: quanto ergo peccati motus eſt magis proprius uoluntati, tanto ceteris paribus, grauius eſt peccatum. Sed quando ex certa malitia peccatur; motus peccati eſt magis proprius uoluntati, quæ ex ſe mouetur in malum; quam quando ex paſſione peccatur, quaſi impulſa ex quodam extrinſeco ad peccandum. Quare peccatum ex malitia aggrauatur; & tanto magis, quanto maior eſt malitia. E conuerſo ſe habet paſſio; quia quanto fuerit maior, tanto minuitur peccatum. Secundo, paſſio inclinans ad peccandum cito tranſit, & ſic homo pœnitens de peccato cito ad bonitatẽ redit: at habitus quo ex malitia delinquitur, eſt qualitas permanens, & ideo peccatũ ex malitia diuturnius durat. Vnde Philoſoph. comparat intemperatum, qui peccat ex malitia, infirmo qui continuo laborat; incontinentem vero peccantem ex paſſione, ei qui laborat interpolate. Tertio, peccans ex certa malitia eſt male diſpoſitus quo ad finem, qui eſt principium in operabilibus: vnde eius defectus eſt periculoſior, quam eius qui ex paſſione peccat, cuius propoſitum tendit in bonum finem, etſi hoc propoſitum ad horam interrumpatur: ſed defectus principii eſt peſſimus: quare maius eſt peccatum ex malitia.

EXPLICATIO ARTIC.

PRo explicatione oritur q̃ſtio; Vtrũ pctm̃ ex habitu, & ex conſuetudine, ſit grauius peccatũ, quam peccatum incõſuetum. v. g. habet q̃s fornicandi conſuetudinem: eſt ne primum peccatũ minus graue, & ſecũdũ grauius, & ſic deinceps? Altiſiod. lib. 2. tract. 30. c. 1. q. 4. Almay. tractatu. 1. capit. 9. ſentiũt, quod primũ peccatum eſt grauius, ſecũdum uerò minus graue, & ſic deinceps. Ita quòd cõſuetudo peccandi (ut ii dicũt) diminuit peccatum.

Vtrũ peccatum ex habitu ſit grauius quam peccatum inconſuetum.

Altiſiod. Almayn.

Probaturq; ſic: hoc primum peccatum perdit gratiam, & dona Spiritus ſancti, & ſi eſt peccatum fornicationis, perdit virginitatem, q̃d eſt damnum irreparabile.

Primũ arg.

Præterea, primum peccatũ ꝑdit innocẽtiã baptiſmalem, quod eſt maximũ Dei beneficium: ergo in eo eſt maxima ingratitudo.

Secundum

Rurſus, primũ peccatum eſt magis uolũtariũ: habet enim minus motiuum; ſequentia uero peccata ducta in cõſuetudinẽ hñt magna motiua: ſũt enim iã ueluti naturalia. Vlterius, primũ peccatũ facilius caueri poterat; habebat enim homo gratiam, & auxiliũ Dei paratiſſimũ ad reſiſtendum: quo magis uero hõ peccat in cõſuetudine, minora ſũt Dei adiutoria in eius ergo peccat. In oppoſitum eſt auctoritas ſanctorum Patrum, dicentium pctm̃ ex conſuetudine eſſe grauiſſimũ peccatum. Pro explicatione dico primo, Pctm̃ primum,

Tertium.

Quartum

Auctoris ſententia.

mum, & pctm̄ ductum in conſuetudinē, habent ſe ſicut excedens, & exceſſum: quia primum pctū̄ perdit gratiā, & innocentiā, & uirginitatē, habetq; maius adiutorium ad reſiſtendū, & præterea alia incōmoda, quæ dicta ſunt in argumentis; in peccatis uero ex conſuetudine ſunt alia, q pctm̄ magis aggrauant. In primis, q peccant ex cōſuetudine, ſunt in peiori ſtatu, habentq; plura peccata, & ex cōſuetudine ruūt in deſperationē, & contemptū Dei, & difficillime liberātur. Deinde,

Concl. in peccatis ex cōſuetudine eſt maior ingratitudo: qd primo patet. Quia exſpectare peccatores ad pœnitentiam eſt maximū Dei beneficiū qd amplificat Apoſt. cū ait; An

Rom. 2. ignoras q benignitas Dei ad pœnitentiā te adducit? Itē, quamuis donum innocentiæ ſcd̄m ſe cōſideratū maius ſit, q̃ donū pænitētiæ; ceterū donū pœnitentiæ, qm̄ conſertur peccatori, q tali munere erat indignus, & qui merebatur æternum ſupplicium, maius beneficiū cenſetur. Ita D. Th. 2. 2. q. 106. ar. 3. Iterū, qui peccant ex conſuetudine, peccant ex contemptu, ſcd̄m illud, Impius cum in profundum peccatorum uenit contemnit. Item peccant ex maxima libidine peccandi, ſcd̄m illud Pſal. Prodiit quaſi ex adipe iniquitas eorum, & tranſierunt in affectum cordis. Vltimo, eorum malitia eſt quaſi naturalis, dicente ſcriptura; Naturalis malitia eorum. Secundo dico, abſolute, & ſimpliciter peccatum ex conſuetudine grauius

Sapien. 12. eſt. Hoc probant argumenta modo adducta. Tertio dico, poſtquam quem pænituit ſuę prauæ conſuetudinis, talis conſuetudo diminuit peccatum. nam iam eſt inuoluntaria, & quodam modo naturalis.

QVAES. LXXIX.

De cauſsis exterioribus peccati, in quattuor articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum Deus ſit cauſa peccati.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio negat. Non .n. pōt eſſe cā peccati, uel ſui, uel alterius: eſt nāque peccatum per receſſum ab ordine, qui eſt in Deum, ſicut in finē: ſed Deus omnia inclinat, & conuertit in ſeipsū, ſicut in vltimum finem: vñ impoſsibile eſt quod ſibi, uel aliis ſit cā diſcedendi ab ordine qui eſt in ſeipſum. Neque ēt pōt eſſe cā peccati indirecte; quia etſi non præbet aliquibus auxiliū ad uitāda peccata, hoc totū facit ſecundū ordinē ſapiētiæ ſuæ, & iuſtitiæ: quare ei non imputatur: ſicut nec nauis gubernator dr̄ cā ſubmerſionis, ex eo quod nauim nō gubernat, niſi quando potēs, & debens gubernare ſubtrahit gubernationem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

De quæſtione propoſita diſputant Doct. 2. diſt. 37. auctor in q. de malo, diffuſiſſime q. 3. de cauſſa peccati, art. 2. Soto lib. 1. de natura & gratia cap. 17. & 18. Cano lib.

Mag. Soto. Mag. Cano. 2. de Locis, c. 4. Augu. etiam in li. de libero arbitrio, longam de hac re contexuit diſputationem. Ceterum ut certiori methodo diſputatio

Primū arg. inſtituatur, quęritur; Vtrum Deus ſit cauſſa peccati? A parte affirmatiua ſic arguitur. In primis ex teſtimoniis ſanctarum ſcripturarum. Iob 12. Qui immutat cor principum populi terræ, & decipit eos. & iterum; Et errare eos faciet quaſi ebrios. & Ezech. 14. Propheta cum errauerit ego Dñs decepi eū. Eſa. 63. Quare errare nos feciſti Dñe de uiis tuis? indurasti cor noſtrum, ne timeremus te? & c. 6. Excæca cor populi huius. Exhod. 10. dicitur q indurauit Dñs cor Pharaonis. Eſa. 45. habetur; Ego Dominus creans malum. & Amos. 3. Si eſt malum in ciuitate, quod Dominus non fecerit: atqui Rom. 1. id dicit Paul. cū ait; Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. Et 2. Theſſ. 2. Quia caritatem ueritatis non receperunt, immiſit illis Dominus operationem erroris. Præterea id probatur auctoritate magni Auguſt. qui dicit, quod Deus inclinat hominum uoluntatem in malum & lib. 5. contra Iulian. cap. 3. dicit, Deum non tradere peccatores in praua deſideria; non ſolum deſerēdo, ſed ēt inclinando eorum uoluntates in malū. *Secundum. Aug. lib. de gr. & de lib. arb. c. 21. & de natu. & gratia. c. 21.*

Tertium. Tertio, rōne ſic probatur. Omnis pœna peccati iuſta a Deo eſt: ſed unū peccatū eſt pœna alterius peccati; ſecundum illud; Propter qđ tradidit illos Dē in reprobum ſenſū: ergo illud peccatū per quod hō punit a Deo eſt. *Rom. 1.*

Quartum. Vlterius; Omnis natura, & entitas poſitiua a Deo ē, ut docet omnis Theologia: at uero peccatū, ēt p formali, eſt entitas ac natura poſitiua, ut dicit auctor hic, & ſupra q. 71. artic. 6. & q. 72. art. 1. ergo peccatum a Deo eſt.

Quintum. Rurſum, habitus iniuſtitiæ eſt qdā qualitas, & eſt ſe a de ſe inclinans ad malū: at omnis qualitas a Deo eſt: ergo habitus iniuſtitiæ a Deo eſt. Et confirmatur: quia tam abſurdum uidetur q Deus cauſſet habitum inclinantem ad malum, quā cauſſare malum, ergo ſi habitus iniuſtitię a Deo eſt, malū a Deo eſt. *Confir. 1.* Et confir. ſecundo, quia habitus iniuſtitiæ de ſe cauſſat malum: ergo ſi Deus efficiat habitum iniuſtitiæ, cauſſat malū; quia quidquid eſt cauſſa cauſſæ, eſt cauſſa cauſſati. *Confir. 2.*

Sextum. Præterea, appetitus ſenſitiuus eſt a Deo, & eius naturalis inclinatio: nam qui tribuit formam, dat etiam conſequentia ad ipſam: at inclinatio naturalis appetitus ſenſitiui eſt in malum iuxta illud; Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum. & Rom. 7. video aliam legem in membris meis, repugnantem &c. ergo Deus inclinat in malum. *Gal. 5.*

Septimum. Amplius, potentia peccandi eſt a Deo: ergo inclinatio naturalis ad peccandum eſt a Deo. Conſequentia ex eo patet, quia omnis potentia inclinatur naturaliter in ſuū actum. Et probatur antecedens; quia liberum arbitrium creatum eſt a Deo; de eſſentia uero ipſius eſt poſſe peccare: ergo poſſe peccare eſt a Deo. Et confir. poſſe peccare nō eſt culpa, alias ſemper eſſemus in culpa; nec uero pœna, fuit enim in ſtatu innocētiæ, in quo non eſt pœna, ſed eſt quidam naturæ defectus, ſicuti & poſſe mori.

Alia argu. Primum. Sed ex alia parte naſcitur alia difficultas, quomodo cohæreant iſta duo, q actio peccati ſit a Deo, & peccatum non ſit a Deo? nam accipio hanc uolitionem; uolo furari; Deus eſt cauſſa huius uolitionis, & uolitio iſta eſt peccatum, ergo Deus eſt cauſſa peccati. Nec ſatisfit huic, dicendo q uariatur appellatio. nam accipio odium Dei, quod de ſe, & ſecundum ſpeciem ſuam malum eſt, & ſic arguitur.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum actus peccati ſit a Deo?

SVMMA TEXTVS.

Concl. Concluſio eſt. Actus peccati eſt a Deo, non autē peccatū. Probatio Diui Tho. ſic procedit. Deus eſt cauſſa omnis actionis, inquantum actio eſt. Tum, quia omne ens deriuatur a primo ente: tum quia omnis actio cauſſatur ab aliquo exſiſtente in actu: vnde omne ens in actu reducitur in actum primū, id eſt, in Deū, ſicut in cauſſam, qui per ſuam eſſentiam eſt actus cum tamen peccatum nominet actionem cū defectu quodam, prout deficit ab ordine primi agētis, defectus iſte nō reducitur in Deum, ſicut in cauſſam, ſed in arbitriū liberum: eo q non ſubditur illi prout debet: vnde homo per liberum arbitrium eſt cauſſa peccati; ſed Deus ſic eſt cauſſa actus, vt nullo pacto ſit cauſa defect⁹ cōcomitātis actū: ideoq; nō eſt cauſſa peccati.

ſecundum

Quidquid eſt cã alicuius, eſt cã eius, quod competit e. ſui ipſe eſſentia: ergo ſi Deus eſt cã actus odij, eſt cauſa peccati. & mali competentis illi actui, ſe in ſpeciem ſuam.

Tertium.

Item, homo non aliter eſt cã peccati, niſi cauſſando actũ ex quo ſequitur deformitas: at Deus cãt actum ex quo ſequitur deformitas neceſſario: ergo cãt pctũ. Præterea, cã

Quartum.

per ſe alicuius formæ, eſt cauſſa per accidens priuationis oppoſitæ formæ. calor. v. g. cauſſat per ſe calorem, & eſt cã per accidens priuationis frigiditatis: at Deus cãt per ſe

Quintum.

actum peccati: ergo cauſſat per accidẽs deformitatem, & priuationem, quæ ex actu conſequitur. Amplius, quã duo inſeparabiliter ſunt coniuncta, qui uult unum, conuincitur & uelle alterum: at in operationibus moralibus materialis actus peccati, & deformitas, ſunt inſeparabiliter coniuncta: ergo ſi Deus vult actum peccati, ex cõſequenti vult deformitatẽ peccati. Hoc ipſum cõfirmatur: quia qui uult antecedens, neceſſum eſt, ut uelit conſequẽs; nec ceſſat o... at uero ex actu peccati neceſſario conſequitur inordinatio: ergo ſi Deus vult ſubſtantiã, & actionem peccati, neceſſario debet uelle inordinationẽ inde

Vltimum.

conſecutam. Vltimo, Deus eſt cã claudicationis tibiæ, cæcitatis oculorum, & multorum defectuũ in naturalibus, quamtumuis Deus non ſit cã deficiens: ergo põt eſſe cã actus deficientis, etſi non ſit cã deficiens. Explicatur id apertius: quia etſi Deus ſit cã cæcitatis, defectus cæcitatis in ipſum non refunditur: ergo etſi Deus ſit cã actus deficientis, defectus in Deũ referri non debet. Pro explicatione ſit prima concluſio. In ſanctis ſcripturis manifeſte aſſeritur Deum non eſſe cãm peccati: dr̃ n. Sap. cap. 11. Nihil odiſti eorum, quæ feciſt: ſed Deus odit pctũ, ſe illud; Odio ſunt Deo impius, & impietas eius: ergo . . . & Oſeæ 13. Perditio tua ex te Iſrael, tãmodo in me auxilium tuum & Abacuc. 1. Mundi ſunt oculi tui, ne uideas malũ, & ad iniquitatem reſpicere nõ poteris, idest, iniquitatem non probabis. & Deut. 32. Fidelis Deus, & abſq; ulla iniquitate. & Gen. 1. Vidit Deus cuncta, quæ fecerat, & erant ualde bona. & Eccl. 3. Cũcta fecit Deus bona in tempore ſuo. Et Pauli. 1. Timoth. 4. dicit: Omnis creatura Dei bona eſt. & Iac. 1. Nemo dicat, quia a Deo tẽtatur: Deus n. neminem tentat: idest, neminem ad malum ſollicitat. & Eccl. 15. Non dixeris, per Deum abeſt: & iterum, Non Dixeris, ille me implanauit, idest, decepit. Secunda concluſio. Ratione euidenti conſtat Deum non poſſe peccare. Certe id Rom. 9 pro euidenti relinquitur, cum dicitur; Numquid iniquitas apud Deum? abſit. & Pſal. 5. Qm̃ nõ uolens iniquitatem tu es. Prima ratio eſt. Deus eſt omnipotens: ergo non poteſt peccare: quia peccare poſſe, eſt deficere. Vñ Aug. pro eodem reputat, poſſe peccare, & poſſe deficere. Secunda eſt, qm̃ Deus eſt ſumma bonitas, qua maior, & melior excogitari non poteſt: ergo impoſſibile eſt, q poſſit peccare, quia alias alia maior bonitas poſſet excogitari, utpote illa, quæ peccare non poſſet. Tertia eſt, oĩa quæ operatur Deus, conuertit in ſeipſum, & in ſuum amorem, ut dicit Dion. & ẽt diuina ſcriptura cum ait; Oĩa ꝓp ſemetipſum operatus eſt Dñs: ergo peccare non poteſt. Conſequentia patet: quia peccatum eſt receſſus a Deo, & non ordinatur ad Deum. Ad hæc, Deus eſt regula, & ipſamet rectitudo, quæ a nullo alio regulari poteſt: ergo peccare non poteſt. Conſequentia inde liquet; quia ſi manus ſcribentis eſſet regula, & ipſa rectitudo, quamcumque lineam duceret, eſſet regularia, & recta: ſiquidem a regula non diſcordaret. Item, ſi Deus quidquã vult, illud eſt conforme, & conſentaneum ſuæ uoluntati, ac ſubinde regulæ diuinæ, & legi: ergo omne quod Deus vult, neceſſe eſt, q ſit rectum, quandoquidem regulæ diuinæ conforme eſt. Præterea arguitur ex D. Th. 1 p q. 19. art. 9. Deus quod ſummum diligit, eſt ſua bonitas, quæ eſt ſummum bonum: ergo nequit uelle peccatum. Cõſequentia probatur: quia peccatum quantum eſt in ſe, priuat, & deſtruit bonum diuinum. Vbi nota, q in hoc diſcernitur malum culpæ a ceteris malis; quod malum culpæ, quantum in ſe eſt, deſtruit diuinum bonum, ſi id poſſibile eſſet; ſicut amor amicitiæ erga Deum, ponit Deũ, ſi id poſſibile eſſet. Ex quo ſequitur, argumentationem propoſitam eſſe euidentem. Vltimo, q Deo placitum eſt, bonum eſt. ſcripſit namque Ariſt uoluntatem eſſe per ſe boni, at noſtra uoluntas ſæpe eſt apparentis boni, & non ueri; diuina uero uoluntas ueri boni eſt, & non ſolum hoc, ſed & ex hoc omne bonũ eſt: quia a Deo amatur, & non eſt ſicut nos, qui pendemus a bonitate rei, quã amamus quia qui non poſſumus rebus bonitatem impartiri: nam ſicut mens noſtra non eſt cã ueritatis, ita neque uoluntas cã eſt bonitatis. Ex quibus planum eſt, euidenter ſequi, q ſi Deus vult peccata, peccata bona erunt: quod ſi bona: ergo non mala: & ſi non mala, quomodo peccata erunt?

Prima cõc.

Scriptura docet Deũ, non poſſe, nec uelle peccare.

Sap. 14.

Secũda cõc.

Ratione euidẽti cõſtat, Deum non poſſe peccare.

Aug. libr. 1. de ſymbo, c. 21.

Dion. c. 2. diu. nomin.

Prou. 16.

Ariſt lib. 3. Ethic. c. 4.

Obiectio.

Contra hanc tamen cõcluſionem arguitur. Quia Deus poteſt peccare ſi vult: ergo abſolute poteſt peccare. Conſequentia patet ex eo, q quæ poſſumus, ſi uolumus, abſolute & ſimpliciter poſſumus. Sed antecedens probatur ſic: quia quicumque vult peccare, peccat: ſed bene ſequitur, Deus peccat: ergo poteſt peccare: ergo et bene ſequitur; ſi Deus vult, ergo peccare poteſt. Ad hoc argumẽ[tum] cuius difficultatem inueſtigat D. Th. quodlib. 3. art. 4. dico primo, illã cõditionalem eſſe uerã, & neceſſariã, ſicut & iſta eſt neceſſaria; ſi Deus mentitur, peccat: ſed ſicut antecedẽs eſt impoſſibile, ita & conſequens; nam impoſſibile eſt, q Deus velit peccare. Dico ſecundo, q ſi Deus uellet peccare, & peccaret, & nõ peccaret: nã ex illo impoſſibili ſequitur cõtradictio, quia ſi uellet peccare, certe peccaret: cũ eius volũtas ſẽper impleatur: & non peccaret, quia illud opus eſſet cõforme diuinæ uoluntati, ac ſic ... ſequitur, q eſſet opus rectum, ac ſtudioſum.

Tertia concluſio. Blaſphemũ eſt & execrandũ, aſſeuerare Deũ eſſe cãm peccati, & nos ad peccandum cogere, ut aſſerit Lutherus, Caluinus, Melãcthon. Aiunt namque hi impij, non eſſe in hominis poteſtate uias ſuas malas facere, & q Deus, ſicut bona, ſic & mala in nobis operatur, ſic a ſeo, ut non ſit minus opus Dei iudæ proditio, q Diui Pauli uocatio. Hoc dogma anathematizat ſacra ſancta Tridentina Synodus, & q ſit ex . . . oſtendit Soto lib. 1. de natu. & gra c. 17. & nos ſupra abundãter, & copioſe demonſtrauimus. Hoc tñ aduerte: Theologus, iſtos hæreticos Manichæis eſſe multo peiores. illi namq; mali, & peccati malo Deo tribuebãt, non uero bono Deo: ſed iſti nephari Lutherani optimũ Deũ dogmatizant eſſe cãm peccatorũ efficientem; immo ad peccata nõ ſolũ inducẽtẽ, ſed & cogentẽ: quo dogmate nullũ unquã aut peſtilentius, aut abſurdius ac dedecoroſius memoriæ proditum eſt.

Tertia cõcl.

Blaſphemũ eſt dicere Deum eſſe cauſſam peccati.

Conc. Trid. Seſ. 6 can 6.

Mag. Soto

Quarta cõcluſio. Explicare quõ actus peccati ſit a Deo; & non pctũ, eſt difficillimum. Magiſter 2. d. 37 refert quorundã opinionem, dicentiũ, q actus peccati non ſit a Deo, ſed ab homine, uel a diabolo & cum Auguſt. dicit; Oẽ quod eſt, in quantum eſt, bonum eſt, & Deũ habet auctorem interpretantur de eſſe ſubſtantiali, non de illo eſſe quod habet actio mali, & uitioſa. Hanc tñ commemorat D. Th. in prædicta diſtinctione, aſſumitq; eſſe errorem, cui ſuffragantur oẽs Theologi. Et certe probationes ipſius in hoc articulo poſitæ, rem ita eſſe, euidenter demonſtrant. Profecto ex eo q aliqua actio nõ ſit a Deo, aperte colligitur, q Deus non ſit primum ens, neq; primus actus per eſſentiam ſuam, ſiquidem eſt aliquod ens, & aliqua actio, & non ab ipſo Deo. Durand. 2. d. 1. q. 5. & d. 37. q. 1. dicit, quod Deus non eſt cauſſa immediata, & proxima actus peccati, ſed eſt cã prima, & uniuerſalis, quia Deus conſtituit hominem, & dedit ei liberum arbitrium, & illud in eſſe conſeruat: ſed liberum arbitrium conſtitutum, & a Deo conſeruatum, indifferens eſt ad bonum, & malum, & determinatio ad malum a libero arbitrio eſt, & idcirco in Deum referenda non eſt. Iſta ſententia cõtinet intollerabilem errorem. nam ueritas diuina eſt, q Deus eſt cauſſa intima, & immediata omnium operationum, tũ, quia Deus tribuit uirtutem, & potentiã creaturæ per quam operatur, tum uero, quia hanc uirtutẽ ipſe conſeruat, & non tantum hoc, uerum etiam applicat omnes creaturas ad operandum, & ab eo oẽs actus, manant, & incipiunt. ſiquidem eſt primus motor, & principale agens, ex cuius uirtute cetera operantur, ſed & ipſe Deus eſt, qui dirigit operationes cunctorum in finem ſuũ. Hæc eſt ... uera demonſtrat D. Thom 3. contra gent c. 67. & c. 70. Præterea ex ſententia Duran. grauiſſima incommoda ſubſequuntur. In primis ſequitur, quod Deus ſit tantum remota cauſſa, prima, & mediata peccati, quod facile a Durãdo cõceditur.

Sententia Durand.

Impugnatur Durãd.

Sed

S... id viris doctis vĩ improbabile dogma, tribuere Deo vlla ratione deformitatẽ, & deordinationem peccati. Sed & aliud incommodũ ſequitur, nẽpe ꝙ Deus nõ eſt magis cauſſa eleemoſynę, quã furti, ſiquidẽ vtriuſq; actionis Deus eſt cauſſa vniuerſalis, nõ determinans liberũ arbitriũ, ſed conſeruans in ſua indifferentia, & indeterminatione.

Opinio. Greg Arimin.

Greg. Arimin. 2. d. 34. art. 3. aſſerit, ꝙ peccatũ nõ habet cauſſam; quia peccatũ eſt nihil, & priuatio. Huius tamen auctoris opinio falſa eſt, & irrationabilis: conſequitur namq; ex ea, ꝙ homo non ſit cauſſa peccati; vel ꝙ Deus erit cauſſa peccati, ſicuti & homo, vtpote, cauſſa per accidens. Præterea, ſupra q. 71. oſtendimus aperte, quo pacto peccatũ non ſit priuatio, ſed potius actus poſitiuus, actui virtutis directe cõtrarius. Deinde Greg. non ſibi ſatisfaciens, addit, ꝙ Deus quidẽ facit actũ malũ; ſed non male, neq; cõtra regulã rectæ rationis: vt cũ quis adulterat, Deus producit puerũ licite, ſed homo illicite. Iſte tñ modus dicendi abſurdiſſimus eſt: etenĩ abſurdũ eſt valde, & abſonũ, cõcedere Deũ eſſe cauſsã & auctorẽ mali culpę. Sed pergit Greg. & adiicit aliã ſolutionẽ, dicitq;, ꝙ Deus nõ eſt in cauſſa vt homo exerceat talem actũ; confert tñ illi liberũ arbitriũ, ſine quo operari nõ valet: ſed ex eo ꝙ dat liberũ arbitriũ per qd homo peccat, nõ dicitur eſſe cauſſa peccati. Iſthæc ſententia vltimo loco a Greg aſſerta ſuſtineri nequit, quia deflectit ad opinionẽ Duran. damnatã.

Sententia, Ocham. Gabrieli

Ochã, & Gabr. affirmant, ꝙ Deus in rigore, & in ꝓprietate locutionis eſt cauſſa peccati: ſed dicunt, quod iſta locutio; Deus eſt cauſſa peccati; habet duplicẽ ſenſũ. Primus eſt, ꝙ Deus eſt cauſſa actus mali. & iſte ſenſus verus eſt, vt prædicti auctores exiſtimant. Secundus eſt, ꝙ Deus peccat. & is ſenſus falſus eſt, negaturq; a ſancta ſcriptura: põt. n. eſſe, creaturã & Deũ ad eundẽ actũ concurrere malũ, & ꝙ creatura peccet, & nõ Deus, qa creatura tenebatur cauere illũ actũ, & nõ Deus. Iſte modus dicẽdi eſt falſiſſimus: facit nãq; Deũ auctorẽ peccati, qd ſãctis ſcripturis, & ſanctis. Patribꝰ aduerſatur. Deinde, ſancti Patres conantur adimere excuſationẽ, quã peccatores ſolent prętendere ſibi ſuorũ peccatorũ: ꝙ ſi Deus induceret ad peccandũ, homo a ſuo peccato merito excuſaretur, licet Deus nõ peccaret.

Improbatur hæc ſententia

Scot. 2. 37. q. vnica dicit, ꝙ actus adulterij, vel odij hẽt cauſſã effectiuã; ſed ꝙ ſit peccatũ, nõ habet ex cauſſa, ſed ex hoc ꝙ cauſſa tenebatur ponere rectitudinẽ, & nõ poſuit, ideoq; peccauit; hoc. n. eſt formaliter peccare: poſitis namq; omnibus alijs cauſſis, ſi auferatur obligatio ponendi rectitudinẽ, nõ eſt peccatũ. Vnde concludit Scot. Deũ nõ eſſe cauſſam peccati, nõ ſolũ quia nõ tenetur, ſed quia per ipſũ nõ ſtat quin volũtas recte agat.

Caiet. in ijs cõmentarijs dicit multa in huius expoſitionẽ. & in sũma vult dicere, ꝙ in peccato ſunt tria: actio ſ. peccati, q̃ abſq; dubio a Deo; eſt deinde cõuerſio ad bonũ cõmutabile contra virtute, in quo ratio peccati eſſentialiter ſita eſt, vt dictũ fuit q. 71. art. 6. & iſta videtur, ꝙ ſit a Deo, qa eſt aliquid poſitiuũ. Et confir. qa habitus iniuſtitiæ a Deo eſt: ergo & actus cõtra iuſtitiã. Ruſſus inuenitur in peccato auerſio a regula diuina: & iſthęc a Deo nõ eſt. Sed in hoc (ait ipſe) verſatur difficultas, quõ Deus ſit cauſſa malę cõuerſionis contra virtutẽ, & non auerſionis, & deformitatis quę inde ſequitur. Pro cuius elucidatione ſtatuit Caiet. ꝙ de ratione mali moralis eſt, ꝙ a mala & deficiẽte voluntate procedat: qa morale, & liberũ ſine voluntate intelligi non poteſt: ergo malũ morale ſine mala volũtate intelligi nõ poteſt. Pręterea, peccare nihil aliud eſt, quã a bono voluntarie deficere: ergo de ratione peccati eſt, ꝙ a deficiente voluntate procedat. Ex quo ſequitur, Deũ non poſſe eſſe cauſſam peccati, aut poſſe peccare; quia Deus non eſt cauſſa deficiens, ſed omniũ perfectiſſima. Sequitur ſecundo, ꝙ actio peccati, cum ſit deficiens, quatenus actio, in Deũ referenda eſt; ſed quatenus deficiẽs, in cauſſam deficientẽ. Tertio ſequitur, non eſſe idẽ concurrere ad actum, quatenus prodit ab agente, & quatenus prodit ab agente deficiente. Quarto ſequitur hanc non eſſe bonam conſequentiã: eſt cauſſa actus ſecũdum ſpeciem: ergo eſt cauſſa deformitatis quæ inde cõſequitur: valet autem; eſt cauſſa deficiens huius actus: ergo eſt cauſſa defectus qui inde conſequitur. Ratio iſtius eſt, quia deformitas conſequitur ad actum, non prout procedit ab agente, ſed quatenus ab agente deficiente ꝓcedit: & ideo in Deo nõ valet iſta conſequentia: in libero arbitrio optime valet. Itaq; in cauſſis moralib. naturalibus, & artificioſis actio tribuitur agenti primo; defectus vero cauſſæ mediæ, & particulari. Cælũ, v. g. cõcurrit ad actionẽ claudicationis; defectꝰ vero claudicationis in tibiã eſt reducendus. Artifex concurrit ad ſcripturã, vnde ſequitur deformitas, cuius nõ eſt cauſſa artifex, ſed calamus paratus male. Quod ſi arguas: Deus mediante libero arbitrio ꝓducit entitatẽ cui eſt annexa deformitas peccati: ergo ſe ſolo põt ꝓducere; qa effectiue cõcurrit ipſũ liberũ arbitriũ; & quidquid Deus facit cũ cauſſa ſecũda efficiẽte, põt facere ſe ſolo: ergo poterit peccare. Reſpondetur, ꝙ illud axioma eſt verũ, qñ eſt habitudo ſola effectꝰ ad cauſã efficiẽtẽ. atq; qñ eſt habitudo eſſẽtialis, & formalis inter cauſſã, & effectũ, nõ eſt verũ. ſicut comedere dicit intrinſecũ ordinẽ ad animal viuũ. eſt nãq; operatio vitalis, de cuius ratione eſt ꝙ ꝓcedat a principio vitali intrinſeco; ideoq; ſe ſolo Deus nequit comedere, licet ſit cauſſa totius entitatis quæ ĩ comeſtione reperitur. ſic etiã qñ peccatũ dicit ordinẽ intrinſecũ ad cauſſã deficiẽtẽ, Deus peccare nõ poteſt; ſicut etiã volũtas humana actione meretur, & Deus nõ poteſt mereri; qa meritũ dicit intrinſecũ ordinẽ ad cauſſã inferiorẽ. Hic modus dicẽdi Caie. etſi ſit acutiſſimus, & ad ſoluẽda argumẽta ꝓpoſita ſatis aptus, nõ vĩ ſacrę Theologię cõſentaneus. nã aſſerere Deũ eſſe auctorẽ malę cõuerſionis cõtra virtutẽ, valde abſurdũ eſt; ſequitur. n. ex eo, Deũ eſſe cauſſã mali moralis, prę ſertim ſm ipſũ, qui tenet formale in peccato eſſe cõuerſionẽ cõtra virtutẽ. Vlterius ſequitur ex eo, ꝙ Deus hominẽ moueat ad operandũ cõtra virtutẽ; qd tñ ſacris litteris non bene cõſonat. Itẽ ſupra dictũ eſt, opus qd ſit, & eſt volitũ a Deo: eo ipſo eſſe diuinę regulæ, & virtuti cõforme: ergo implicatio cõtradictionis eſt; ꝙ Deus moueat cõtra virtutẽ. Quod ſi qs defendat Caie. dicẽs, ꝙ Deus ẽ cauſſa actus peccati, ꝓut eſt cõtrarius virtuti, & priuatio tẽperãtię; nõ tñ quatenus eſt priuatio rectitudinis debitæ ineſſe. itaq; reſpectu Dei eſt priuatio rectitudinis, ſed nõ priuatio rectitudinis debitæ ineſſe. qui ſic Caiet. defendit, videat ſe incidere ĩ opinionẽ Gabr. ſupra dictã ꝙ Deus nõ peccat, qa nõ tenetur.

Modus dicẽdi Caiet. nõ vndequaque verus,

Doctiſſimus pater Cano, ĩ huius expoſitionẽ, aliorũ ſentẽtijs reprobatis, aiebat Deũ nõ eſſe cauſſã peccati; exiſtimabat nãq; acutiſſimus uir, vltimã peccati differentiã, & rationẽ formalẽ eſſe ens rationis, cuius Deus nõ eſt cauſſa. Sed hũc modũ dicẽdi eſſe falſũ, & improbabilẽ, a nobis efficaciter eſt demonſtratum ſupra q. 71.

Magiſter Cano.

Pater Soto. in principio diſputationis loci cõmemorati ſic diſſoluebat ꝓpoſitã dubitationẽ; vt diceret, ꝙ ſecundum veræ philoſophię documenta oportet reducere effectus in cauſſas proportionatas, effectus naturales in cauſſas naturales; morales ad cauſſam moralẽ. & quoniã peccatũ eſt effectus moralis, & liber, oportet illud reducere in cauſſam moralẽ. Cum igitur Deus non ſit cauſſa moralis peccati; non. n. præcipit, non conſulit, non adiuuat; dicendum eſt ſecundum veram Theologiam, Deum non eſſe cauſſam peccati.

Mag. Sotos

Sed hic modus dicendi mihi non probatur. nam licet fundamentũ eius verum ſit, qd Deus non præcipit, non conſulit peccatum; non tamen negari poteſt, quin Deus libere operetur omnia, quæ ad extra operatur, etiam ſi ad modum naturæ operetur, præbens vniuerſis rebus auxiliũ generale ad operãdum. Ergo potius dicendus eſt cauſſa libera peccati, quam naturalis. Hoc ipſum explicatur euidentius. nam cauſſa moralis non ſolum eſt conſulens, aut præcipiens, ſed libere volens, & operans aliquid. ergo etiã ſi Deus non conſulat, aut præcipiat, poterit eſſe moralis cauſſa peccati. Præterea, ꝙ Deus ſit cauſſa naturalis peccati, tam abſonum videtur, & a vera Theologia abhorrens, quam ꝙ Deus ſit cauſſa moralis peccati; imo peius eſſe videtur: ſignificatur namque ꝙ Deus ſua natura malus ſit.

Impugnatur

Pro vera tamen huius difficultatis elucidatione ſtatuendum eſt pro certo, eſſe de ratione mali moralis, ꝙ prodeat a mala, & deficiente voluntate; quod ſuperius ſatis probatum eſſe credo. Illud etiam pro euidenti ſtatuat Theologus, quod quando duo principia concurrunt ad aliquem effectum producendũ, vt effectus ſit perfectus, neceſſum eſt vtrumque princi-

Auctoris ſententia. Quid ſit de ratione mali.

pium eſſe perfectũ: ꝙ ſi alterũ fuerit imperfectũ, effectus erit imperfectus; vt patet in artifice & inſtrumento, in corpore cæleſti, & cauſſa particulari, in intellectu & volũtate. Sed & illud eſt obſeruandũ, ꝙ quando dicitur aliquẽ actum eſſe malũ ſecundũ ſuam ſpeciẽ, non eſt ſenſus, ꝙ malitia tribuat ſpeciẽ actui: dictum.n. eſt ſupra, ꝙ malitia non tribuit ſpeciẽ, ſed obiectũ. nec eſt ſenſus, ꝙ malitia conſequatur ad illũ actum ex ſpecie ſua, ſed ſenſus eſt, ꝙ conſequatur illũ actũ prout progreditur ab agente deficiente. v. g. homicidiũ, & fornicatio ſunt actus de ſua ratione mali; quoniã a mala, & deficiente voluntate progrediuntur, & a recta voluntate nec deſiderari, nec experi poſſunt. cæterũ præfati actus ſecundũ naturã, & ſubſtantiã ſuã non ſunt mali. occidere nãq; in leone, in amẽte, in iudice, non eſt malũ. Dico itaq;, ꝙ quando Deus eſt cauſſa alicuius actus, eſt etiã cauſſa priuationis, quæ ex natura talis actus conſequens eſt. v. g. ſi Deus cauſſat calorẽ, eſt etiã cauſſa priuationis frigiditatis. Præterea, ſi Deus ad actũ fornicationis cõcurrit, eſt etiã cauſſa priuationis virginitatis, qa amiſſio virginitatis ad actũ illum ex natura rei cõſequẽtia eſt: attamen ad deformitatẽ peccati nõ cõcurrit; qa deformitas peccati nõ ſequitur ad illum actũ, niſi quatenus a libero arbitrio deficiente proficiſcitur. Itaq; omnis deformitas, & inordinatio peccati in liberũ arbitriũ deficiens eſt referenda. Propter qđ optime dixit Aug. Nõ quęras cauſsã peccati extra tuã voluntatẽ. & iſta eſt ſententia D. Th. q. 3. de malo, artic. 2. Sed adnitar eã diſtinctius & vberius explicare. Eſt aũt aduertendum, & obſeruandũ nõ indiligenter, in peccato duo eſſe diſcernẽda; & actũ peccati, & inordinationẽ. Primũ nuncupatur a Theologis materiale: ſecundũ vero formale. Hæc aũt ſi adinuicẽ cõferantur, videbit aperte Theologus inordinationem nõ eſſe intrinſecã actui peccati: qa actio peccati bona eſt, ſiquidẽ ens eſt; inordinatio vero, mala; quinimo malitia eſt; malitia vero nõ eſt intrinſeca alicui bono. Sane vt priuatio viſus non eſt de ſubſtãtia oculi, ſed tñ eſt cæcitatis ratio, & definitio: ita etiã inordinatio nõ eſt eſſẽtialis actui peccati. Quamobrẽ alia eſt habẽda ratio adulterij, furti, homicidij, & aliorũ id genus criminum, quæ intrinſece mala eſſe Theologi tradunt: alia vero ratio habenda eſt actus peccati, ſi ab inordinatione ſeiuncta conſideretur. Nã cõmemorata crimina habent intrinſecam malitiã, quã exuere nõ poſſunt; ſed nõ ratione ſubſtãtiæ actus, quæ cũ bona ſit, nõ impartitur malitiã peccato, ſed illa ex inordinatione proficiſcitur. Vnde ſicut cæcos intelligi nequit citra priuationẽ, ita nec huiuſcemodi peccata ſine inordinatione: at uero actus peccati abſq; inordinatione intelligi valet, quandoquidẽ bonꝰ eſt. Immo poteſt amari ſine inordinatione: nã peccatores volunt frui actu peccati, & nollent inordinationẽ, qa vellent frui peccato, ſine peccato. id quod etiã ſi impoſſibile eſt, voluntas tamen eſt impoſſibiliũ. Non ergo ſubeat mirandũ, ꝙ Deus velit actũ peccati, & nolit inordinationẽ eiuſdẽ, tametſi connexa ſint actus peccati, & eiuſdem inordinatio. Vltimo eſt obſeruãdum, ꝙ licet Deus ſit cauſſa actus peccati, non tamen deformitatis quæ inde cõſequitur: quia deformitas nõ ſequitur ex modo operandi Dei, ſed ex modo operandi creaturæ. Nam Deus cum concurrit ad actũ peccati, facit hoc cõformiter ad regulam, nõ ſolum quia ipſe eſt regula, quæ nõ habet ſuperiorem, ſed quia operatur ſecundum dictamen rectæ rationis: dictat.n. recta ratio, ꝙ primum agens permittat, & nõ tollat liberum arbitriũ, & det ei neceſſaria ad operandum. Itaq; quamuis Deus cõcurrat ad actũ peccati, & defectum, nõ tñ cõcurrit defectuoſe, & peccando. Ad argumenta in principio poſita, ad primũ ex ſanctis ſcripturis reſpõdetur, ꝙ iſta verba; Excæcauit, Indurauit, Decepit, Tradidit in reprobũ ſenſũ, aliaque id genus multa, quæ videntur actionẽ Dei ſignificare explicãt ſancti Patres, id eſt, permiſit cadere in deceptionem, cæcitatem, reprobum ſenſum. Eſt enim familiare in ſacro eloquio, permiſſionẽ Dei appellare Dei actionem: immo aliquãdo appellatur Dei præceptũ, vt cum dicit Dauid de Semei; Dominus præcepit ei vt malediceret mihi; vbi præceptum pro Dei ordinatione, & permiſſione accipitur. Dicitur itaque Deus excæcare, quia ſubtrahit diuinum lumen; quo ſublato, nihil ſupereſt niſi caligo, & cæcitas. Dicitur indurare, quia ſubtrahit adiutoriũ diuinæ gratiæ, quo ſemoto, corda noſtra cũ lapidibus obdureſcunt. Certe qui aufert hanc lucẽ ab oculis, excæcare nos dicitur; & qui diruit columnã qua domus ſuſtentatur, diruere domũ manifeſte conuincitur. Vnde Chryſoſt. in illud, Tradidit illos Deus in reprobũ ſenſũ; Quod autẽ hic dicit, Tradidit, nihil aliud eſt quã permiſit: quẽadmodum .n. ſi dux quiſpiam exercitus bellici ingraueſcente bello ſeſe ſubduceret, quid quæſo aliud faceret quã quod milites hoſtibus traderet: non ꝙ ipſe illos in ſtragẽ impelleret, ſed quod eos ſuo priuaret auxilio. Ad eũ ſane modũ & Deus eos, qui quod ab ipſo offerebatur auxiliũ amplecti nõ ſuſtinentes, priores reſilierunt, reliquit. Ad alias auctoritates ſcripturæ ſacræ, in quibus aſſeritur Deum creare malũ, & non eſſe malũ in ciuitate, quod nõ fecerit Dominus, reſpõdet hic D. Tho. artic. 1. ad primũ, ſecundum, & quartũ. & Baſil. in hom. Quod Deus non ſit auctor malorũ. Ad ſecundũ dicendum, quod Deus inclinat ad malũ indirecte, quoniã non impedit malũ, & ſinit homines ire in deſideria cordis eorũ: ſic interpretatur Aug. lib. de Prædeſtinatione, & gratia. cap. 4. Quod autẽ Aug. contra Iulia. ſcribit Deum trahere peccatores in praua deſideria, non ſolũ deſerendo, ſed compellendo, & inclinando voluntates illorũ in malũ; intelligendũ eſt, nõ quaſi Deus velit irrogare, vel immittere malitiam, ſed ꝙ iuſto iudicio vindicans, non ſolũ non apponit gratiã, qua cohibeantur malæ voluntates, ſed etiã ponit occaſiones, & offendicula, ad quæ grauius impacturi ſunt, ſuo tamen vitio, videlicet uertentes occaſiones quibus emendari debuerant, in occaſiones peccãdi, ſicut in Pharaone uidere licet. Aut quia uoluntatẽ ex ſe inclinatã ad malũ flectit ut in certos homines ſuã malitiã exerceat, ſicut & Semei præcepit ut malediceret Dauid. Quod autem nõ ſentiat Auguſt. Deũ eſſe auctorẽ malarũ uoluntatum, in locis cõmemoratis expreſſit uerbis manifeſtis. Facit, inquit lib. 5 contra Iulia. capitulo 3. hæc miris, & ineffabilibus modis qui nouit iuſta iudicia ſua, non ſolũ in corporibus hominum, ſed in cordibus operari, qui nõ facit uoluntates malas, ſed utitur eis ut uoluerit. Ad tertium dicendum, ꝙ Deus punit peccatum dupliciter: uno modo, directe cauſſando pœnam: alio modo, permittendo quod peccator in aliud peccatum labatur, ſiue ut confundatur, ſiue ut pereat. Et huiuſmodi permiſſionis, quæ eſt grauiſſimum ſupplicium, Deus cauſſa eſt; peccati uero qđ inde ſequitur, non eſt cauſſa, niſi permiſſiua. Caietan. ſuper illud. 2. Regum 12. Ego ſuſcitabo ſuper te malũ de domo tua, &c. dicit, quod intelligitur de malo pœnę: nã Deus nõ eſt cauſſa peccati, ut ſic, eſt tamen cauſſa peccati ut eſt pœna alterius peccati. & ſuper illud capitu. 16. Præcepit Dominus Semei ut malediceret Dauid; dicit Deum fuiſſe auctorem illius maledictionis, quatenus pœna fuit Dauid. Itaque, auctore Caieta. Deus eſt cauſſa peccati, prout eſt pœna alterius peccati. Hanc ſententiam conatur efficere probabilem Cano. libro de locis ſecundo, capitulo. 4. ad ſeptimum: dicitque quod in eodem opere poteſt conſiderari actio, & paſſio; Vt uero conſtat ex Phyſicis, actio, & paſſio idem motus ſunt. uerbi gratia. dæmon abſtulit ſalutem, & omnia bona Iob, abſtulit etiam Deus: itaque in eodem opere eſt actio dæmonis mala; & paſſio Iob bona. Non ergo eſt abſurdum actionem malam in dæmonem reducere; paſſionem uero ſtudioſam in Deum. Idemque poteſt explicari de Semei. Sed iſthæc ſententia Caietan. quod peccatum, quando eſt pœna alterius peccati, ſit a Deo, non uidetur probabilis. nam in tali caſu, nec actio, nec paſſio honeſta eſt. Cum enim gentes traditæ eſſent in paſſiones ignominiæ, ut maſculi in maſculos turpitudinem operarentur, ut dicitur Romanorum. 1. nihil eſt in tali opere cuius Deus cauſſa ſit. Præterea, ſi peccatum, quod eſt in pœnam peccati, a Deo eſt, ſequitur ꝙ Deus ſit cauſſa directa excæcationis, & indurationis, quæ ſunt pœnæ peccatorũ præcedentiũ. quod tamen omnes Sancti negant. Vltimo, ergo Deus uult illud peccatum quod eſt pœna alterius peccati. quia agẽs per intellectum, & uoluntatem, agit eo ſciente, & uolente. Vnde ſi Deus eſt cauſſa peccati, qđ eſt pœna alterius peccati, ſequitur ꝙ Deus uelit illud peccatũ. Reſpondetur

ergo

Quid ſit actu eſſe malum ſecundũ ſuam ſpeciẽ

In peccato ſunt actus, & deordinatio.

Deus nõ eſt cauſſa deformitatis.

Arg. diluuntur ad primum. Quid ſignificet. excæcare. decipere. &c.

2. Reg. 16.

Chryſ. exemplum accõmodum.

ad ſecundũ. Quomodo Deus ad malum inclinet Aug. lib. 5. c. 3 & lib. de gratia & libe. arb. c. 21.

Dupliciter Deus peccatum punit. Ad tertium.

Caie. ſententia.

Impugnatur ſententia Caieta.

ergo ad argumentum, ꝙ Deus eſt auctor pœnæ, quæ peccatum non eſt; pęnæ uero, quę alioqui pctm̃ eſt, Deus nõ eſt cã, niſi permiſſiua. Item dico, ꝙ pctm̃, proprie loquẽdo, non eſt pęna, de qua re inueſtigat D. Tho infra. q. 87. art. 2. Ad quartum dr̃, ꝙ pctm̃ eſt actio deficiẽs: qua rõne eſt actio, ĩ Deũ referẽda eſt; ſʒ ut deficiẽs ẽ, in liberũ arbitriũ reducẽda ẽ. ſed đ hoc ſupra dictũ eſt. q. 71. art. 6. Ad quintũ ſatisfit dicendo, qđ habitus iniuſtitiæ eſt malum quoddam morale, ideoque oportet, ꝙ a mala, & deficiente uoluntate oriatur: & hinc eſt, quod ebrius, licet ſæpenumero furetur, non acquirit habitum iniuſtitiæ; & taurus, licet multa mala inferat, & detrimenta, iniuſtus non eſt, quia hæc opera a mala, & deficiente voluntate nõ proficiſcuntur. Ex quo ſequitur, Deum non eſſe cauſſam habitus iniuſtitiæ; ſed malam voluntatem. Sequitur ſecundo, ꝙ Deus ſe ſolo nequit producere habitum iniuſtitiæ, ſicuti nec habitum inclinantem ad falſum. Ad ſextum dico primo, ꝙ licet appetitus ſenſitiuus inclinet ad malum hominis, illa tñ inclinatio non eſt mala malitia morali, ſi continetur intra terminos appetitus ſenſitiui; appetitus namque ſenſitiuus ſic inclinat ad malum, & delectabile, ſicut uinum ſuaue: eius tamen natura bona eſt, nec quiſquam conqueritur, ꝙ Deus fecerit uinum ſuaue. Itaq; ſecundum hanc ſolutionem iudicandum eſt de appetitu ſenſitiuo, ſicuti ſi eſſet ſuppoſitum diſtinctum, & ſeparatum, ueluti mundus, aut dæmon, cuius inclinatio nõ imputatur nobis ad culpam, niſi uoluntas conſenſerit. Secundo dico, quod appetitus ſenſitiuus ſemper eſt in bonum appetens, licet aliquando ſit in malum hominis: omnis namque appetitus eſt boni, & conuenientis, ut dictum fuit: ſicut & appetitus lupi eſt in bonũ ſuum, licet ſit in malum ouis. Tertio dicitur, quod Deus nõ creauit hominem cum hac inclinatione ad malum; veſtiuit enim illum originali iuſtitia, quæ continebat appetitum ſenſitiuum in obedientia rationis, & officio uirtutum. quod ſi ſua culpa incidit in labores, ſibi imputatur, non uero diuinæ ſapientiæ, ſicuti & ſi oculos ſibi eruiſſet. Quarto dico, appetitum ſenſitiuum de ſua natura ſemper inclinare ad bonum, & eſſe inſtitutum a Deo, ut obediat rationi. Verum eſt tamẽ, ꝙ per accidens ſæpe inducit hominem ad malum, uel ex naturæ corruptione, uel ex abuſu noſtræ conſuetudinis; ſicut potentiæ ſenſitiuæ ſuapte natura ordinantur ad pfectam hominis intellectionem: omnes. n. ſenſus interiores, & exteriores intellectui deſeruiunt, nihilominus ſæpe ſunt occaſiones errandi, ut patet in baculo immerſo in aquam, & in quantitate Solis. Præterea creaturę omnes corporales ad bonum hominis deſtinantur; nihilo ſecius tamen ſunt occaſiones ex hominum inſipientia ad peccandum, ut dicitur Sapien. 19. ſic dico de appetitu ſenſitiuo: de qua re fuſiſſime agit Victoria in Relectione de homicidio. Ad ſeptimum multa dicunt Doctores. 2. diſtinctio. ult. Durand. dicit peccandi potẽtiam a Deo eſſe; negat uero peccatum a Deo eſſe, tum, quia potentia actui coniuncta in bonis perfectionem dicit; in malis uero imperfectionem, & defectum, cuius Deus auctor non eſt: tum, quia Deus, ut docet Durand. nõ eſt cauſſa immediata, & proxima actionis peccati; ſed cã uniuerſalis, & prima, quia dedit uoluntatem qua peccatur. Sed D. Thom. negat potentiam peccandi a Deo eſſe, cuius ſententiam tuetur Capr. 2. diſtinctio. ult. Et ad probationem in oppoſitum dicitur, quod licet potentia, & aptitudo ad peccandum non ſit culpa, nec pœna, ordinatur tamẽ ad peccandum, cuius ordinis Deus cã non eſt. Vbi notat Capr. quod potentia peccandi, quo ad id, quod habet de potẽtia, a Deo eſt: nam eſt liberum arbitrium, quod abſq; dubio a Deo eſt: atqui quo ad defectibilitatem a Deo non eſt: tum, quia defectus in Deum neutiquam eſt referendus: vnde Auguſt. dicit, quod Deus non eſt auctor, ut aliquid tendat in non eſſe: tum uero maxime, qm̃ iſthęc defectibilitas eſt purum ens rõnis: ens autem rationis non habet cauſſam. Ad alia argumenta, quibus probatur, ꝙ Deus non poſſit eſſe cauſſa actus peccati, quin ſit inordinationis, quæ ex actu peccati ſequitur, dicendũ ẽ. Ad primum facile rñdetur negando conſequentiam; procedit quidem ab identica ad formalem, uel mutatur quid in aliquid. Simile vitium committitur in hac conſequẽtia; Deus concurrit cum cauſſa ſecunda ad meritum: ergo Deus ipſe meretur: aliud enim eſt concurrere ad ſubſtantiam actus, aliudque cõcurrere ad modũ actus. Ad ſm dico, qđ malitia non eſt intrinſeca actui peccati, nec ex illo p ſe conſequitur. ut ſupra ſatis ſuperque probauimus: cõcedo tñ, quod malitia eſt intrinſeca odio Dei; ſed non actui uoluntatis, de qua re ſuperius eſt ſufficienter definitum. Ad tertium ſimili ratione dicendum: concedo namque cauſſam per ſe formæ alicuius eſſe ſubinde cauſſam priuationis formæ oppoſitę, quando talis priuatio ex poſitione formæ neceſſario conſequitur. Attamen deformitas, & inordinatio non ſequitur per ſe ex actu peccati; ſed ſolum prouí progreditur ex libero arbitrio deficiẽte: quod hoc exemplo explicatur. Nam ſi Deus mihi præciperet, vel cõcederet, ut aliena caperem, & alius eadem acciperet, acceptio eiuſdẽ ſpeciei exiſteret: at ex acceptione mea non ſequitur deformitas, utpote qui volente Deo illa accepi, ideoque furtum non committo: ex acceptione vero alterius, deformitas, & inordinatio ſubſequitur; quia alienas res accipit inuito domino, quas lege diuina aſtringitur non accipere. Sed pergo hoc idem expreſſius explanare, & quidem inordinatio, rectitudiniſq; priuatio, quę ſecundum legẽ eſt, non eſt intrinſeca ad ſpeciem, vel ſubſtantiam actus; ſed conſequitur ad illam, eſtque indirectę uolita ab arbitrio libero, quod tenebatur non perpetrare opus, ad quod inordinatio erat ſubſecutura, non autem eſt volita indirecte ab ipſo Deo: id vel maxime, quia non tenetur nõ cõcurrere ad illum actum, ſed ſolum permiſſa eſt a Deo, qui poterat cohibere, & non cohibet.

Deus non eſt cauſſa habitus mali, ut iniuſtitiæ.

De appetitus ſenſitiui inclinatione.

De potentia peccandi an Deo ſit.

Aug. lib. 83. quæſtionum. q. 21.

Exemplum appoſitum.

ARTIC. TERTIVS.

Utrum Deus ſit cauſſa excæcationis?

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Excæcati, & indurati habent

Ad quartum ſupra fecimus ſatis, explicantes quomodo actus peccati, & inordinatio non inſeparabiliter connectantur, quatenus actus peccati ex Deo progreditur. Oſtenſum eſt inſuper, qualiter quæ inſeparabiliter coniuncta ſint, intellectu, & uoluntate ſeparari ualent: accidit enim apud nos, ut uolito antecedente, conſequens odio habeatur, tametſi conſequentia ſit neceſſaria: nemo enim peccatorum eſt, qui gehennæ ſupplicia amet: at ex peccato mortali, quod diligit, conſequentia ſunt. Et per hæc ruit confirmatio. Ad ultimum dicendum, quod priuationes naturalium potentiarum, & perfectionum, ſunt malæ ſecundum quid, ut cæcitas eſt priuatio cuiuſdam boni; ſed ſunt bonæ ſimpliciter comparatæ ad cauſſam vniuerſalem, quæ vult illas priuationes ad aliquem bonum finem. Vnde Deus eſt harum priuationum moralis cauſſa, non uero naturalis. Certe Sol non eſt naturalis cã claudicationis, etſi ſit cã motus claudicationis; ſed ipſa claudicatio refertur ad principium deficiens. ſic in moralibus Deus eſt cauſſa actus peccati; ſed non eſt cauſſa peccati: peccatum enim in cauſſam deficientem referendum eſt. Immo non ſolum Deus eſt cauſſa moralis, & libera actus peccati, abſque eo, quod cã peccati ſit; ſed etiã homo: ſi enim Petrus cõſulat, ut fornicetur potius, quam adulterium committat, certe eſt cã moralis ipſius exercitij actus, qui eſt fornicatio, cum tamen non ſit cã peccati, neque fornicationis; ſed Petrus recte, & ſtudioſe operatur, conſulens minus malum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo in primis explicandum eſt ex ſententijs Patrum, quomodo Deus dicatur excæcare, & indurare peccatores. In cuius rei gratiam uariæ ſunt ſanctorum Patrum explicationes. Principio Deus dicitur excæcare, & indurare, non ꝙ duritiam, aut malitiam impartiatur, ſed quia non impartitur gratiam, qua homines illuminẽtur, & eorum corda emolliantur. Itaq; dicitur indurare, & excæcare, quia indurari, & excæcari permittit. Sic docet Aug. conſentiunt Hierony. & Ambro. ſuper illud Rom. 1.

Qua ratione dicatur Deus excæcare, & indurare peccatores.

Aug. lib. 1. ad ſimp. & Epi. 105. & lib. de eſſentia diuini, & lect. de Pharaonis indu. ar.

motum animi ſui inhærentis malo, & auerſi a diuino lumine: & quo ad hoc Deus nõ eſt cã excæcationis, & indurationis, ſicut nõ eſt cauſſa peccati. Secunda cõcluſio. Deus eſt cauſſa excęcationis, & indurationis, prout gratiã ſubtrahit: vnde mens diuinitus non illuminetur ad recte vidẽdum, & cor nõ emolliatur ad recte viuendum: eſt tamẽ Deus cã illuminationis animarũ vniuerſalis, ſicut & Sol illuminationis corporum.

Tertia concluſio. Multo aliter Deus eſt cauſſa vniuerſalis illuminationis aĩarum, quam Sol illuminationis corporum: nam Sol agit illuminando per neceſſitatem naturæ; Deus vero voluntarie per ordinem ſuæ ſapiẽtiæ. Sol autem, licet quantum in ſe eſt, omnia corpora illuminet; ſi quod tamen impedimẽtum in aliquo corpore ĩueniat, illud tenebroſum relinquit, ſicut patet de domo, cuius feneſtræ ſunt clauſæ; ſed tñ illius obſcurationis nullo modo cauſſa eſt Sol: non enim ſuo iudicio agit, vt lumẽ iterius non immittat, ſed cauſſa ipſius eſt ille, qui clauſit feneſtras: Deus autem proprio iudicio nõ immittit lumen gratiæ ijs, in quibus obſtaculum inuenit. Vnde cauſſa ſubtractionis gratiæ eſt non ſolum ille qui ponit obſtaculũ, ſed & Deus qui ſuo iuſto iudicio gratiam nõ apponit. Et quia ad cognitionẽ maxime deſeruit viſus, dicitur excęcatio; & propter diſciplinã mauditus, dicitur aggrauatio, & quo ad affectum, dicitur induratio.

Quarta concluſio, quæ habetur in ſolutione tertij. Culpa pręcedẽs eſt cã meritoria excęcationis, & indurationis.

Hier. Euthy. in c. Ioan. 15. Damaſce. li. 4. c. 10. Orig. li. 3 peria. con. c. 1

Tradidit illos Deus in reprobum ſenſum. & Hieron. in epiſt. ad Edibiam q. 10. & Euthymius, & Damaſce. Origenes alio modo procedit: dicit namque, ꝙ Deus non alio modo indurat peccatorem, quam patiẽter tolerando. Rurſus dicit, ꝙ Deus indurat peccatorem eo modo loquendi, quali dominus, dũ eſt benignior in ſeruũ, & ille fit inſolentior, ſolet dicere: Ego te pdidi, mea patientia fuit cã tuæ inſolentiæ. Hac figura locutionis vtuntur illi, qui dicebant;

Eſa. 63.

Quare errare nos feciſti d vijs tuis, & ĩduraſti cor noſtrum, ne timeremus te? Quam indurationis cãm ponit Apoſt. dum ait;

Rom. 2.

An ignoras, ꝙ benignitas Dei ad pęnitẽtiam te adducit? tu autẽ ſecundum duritiam tuam, & impęnitẽs cor tuum, &c. Ecce benignitas Dei ẽ occaſio peccatoribus, ut ĩ peccatis indureſcant, & firmentur. Eãdem rationem indurationis perſeqtur optime Auguſt. ſermone de Pharaonis induratione. Tertiam explicationem habet

Aug. li. 5. contra Iul. c. 3.

Aug. quod ſcilicet Deus excæcare dicitur, id eſt, non illuminãdo; deinde occaſiones, & offendicula adminiſtrãdo, quibus humana mens magis ac magis excæcatur iuſto Dei iudicio; ſed ſuo malo vitio. Quartam rationem explicandi tradidit Hieron. ubi ſupra. ſ. quod ſicut idem Solis calor liquefacit ceram, & indurat lutum, ita eadem Dei benignitas quendam emollit, & manſuetum reddit; alium ferocem, & induratum. Quinta ratio explicandi. Deus indurare dicitur, quia ad ſuæ uindictę opera exequenda miniſtris Satanæ, qui mentes hominum excæcãt, utitur: & ideo excæcare dicitur, quoniam Deus dicitur facere, quod miniſtri eius ſua auctoritate faciunt. Sed libet hic ſententias ſanctorum Patrum tum diligentius, tum uberius commemorare.

Cyrillus in Catechesi 6.

Cyrill. ſic ſcribit; Dicitur Deus excæcare peccatores, non quod odire illos velit, ſed propter indignitatem, quod oculos ſuos ipſi clauſiſſent: ubi enim ſpontanea prauitas, ibi & impedimentum gratiæ. Sed & aliam explicationem adhibet nõ ineptam. Dicitur Deus excęcaſſe infidelium mentes in malo, ut ſancta reſpicerẽt. Nõ enim dicit Scriptura obcæcaſſe eorum animam; ſed cogitationes infidelium: hoc autem perinde eſt ac ſi diceret: obcæca ſcortatoris libidinoſas cogitationes, & ſeruabitur homo; excæca furis rapacitatem, & ſeruabitur homo. Sed ſi non vis de hoc ita ſentire, eſt & alia interpretatio. Obcæcat Sol & lippos, & ex oculis laborantes, male affectos propter luminis vim; nõ quod Sol habeat uim excęcandi; ſed ꝙ corrupta uidentiũ natura videre per ſe non poſſit. ſic & infideles in corde ægrotantes non pñt videre diuinitatis radios. Et non dixit; excæcauit cogitationes, ut non audirent Euangeliũ; ſed ut non intuerentur ſplendorem Euãgelij Domini noſtri Ieſu Chriſti. Audire enim Euãgelium omnibus licet; gloria autem Euangelij ſolis Chriſti germanis definitur & aperitur. Loquebatur Dominus ijs, qui audire non poterant, in parabolis; diſcipulis aũt ſeorſum diſſoluebat parabolas: ſplendor gloriæ illuminatis; excæcatio aũt infidelibus.

Greg. lib. 25. mora. c. 5.

Greg. ait; Obdurare quippe dicitur Deus per iuſtitiam, quando cor reprobum per gratiam non emollit: & alibi;

Lib. 31. mora. c. 11.

Pharaonis, ait, cor Dominus obduraſſe deſcribitur, non quod ipſe Dominus duritiam contulit, ſed quod exigentibus eius meritis nulla illum deſuper infuſi timoris ſenſibilitate molliuit. Immo & Bernar.

Bern. lib. 1. de conſideratione.

Quęris, quid ſit cor durum? ſolum eſt cor durum, qđ ſemetipſum non exhorret, qa nec ſentit.

Quid ſit cor durum.

Quid me interrogas? interroga Pharaonem. Nemo duri cordis ſalutem vnquam adeptus eſt, niſi quem forte miſeràs Deus, abſtulit ab eo iuxta Prophetam, cor lapideũ, & dedit cor carneũ. Quid ergo cor durum? ipſum eſt, quod nec cõpunctione ſcinditur, nec pietate mollitur, nec mouetur pcibus, minis non cedit, flagellis duratur, ingratum ad beneficia eſt, ad conſilia infidum, ad iudicia ſæuum, inuerecundum ad turpia, impauidũ ad pericula, inhumanum ad humana, temerarium ad diuina, præteritorum obliuiſcens, præſentium negligens, futura non pũidens, ipſum eſt cui præteritorum, pter ſolas iniurias, nihil oĩno non præterit, præſentium nihil non perit, futurorum nulla, niſi forte ad vlciſcendũ perſpectio, ſeu pparatio eſt, & ut in breui cuncta horribilis mali mala cõplectar, ipſum eſt, quod nec Deũ timet, nec hominem reueretur.

Greg. lib. 29. mor. ca. 24. in illud Exo. 10. Ego induraui cor eius. Hom. 12.

Greg. ſic ſcribit: Semetipſum Dominus hanc duritiam gignere perhibet, non ꝙ prauorum mẽtes ipſe ad culpam formet; ſed q a culpa non liberet, ſicut hic ſcriptum eſt. Ego induraui cor Pharaonis: quod quia miſericorditer emollire noluit, profecto diſtricte ſe obdurare nunciauit. Idem Gregor. Hoc autem, ait, cũ tremore nobis conſiderandum eſt, quomodo iuſtus, & omnipotens Deus cum pręcedentibus peccatis iraſcitur, permittit, ut cæcata mens etiam in alijs labatur. Vnde Gen. 15. Nondum completa ſunt peccata Amorrhæorũ: & Pſal. 68. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorũ, & non intrent in iuſtitiam tuam: & Oſeæ. 4. Maledictum, & mendacium, & homicidium, & furtum, & adulterium inundauerunt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Sanguis enim ſanguinem tangit, quando peccatum peccato additur, ut ante Dei oculos adiunctis iniquitatibus anima cruentetur. Paul. 1. Theſſalo. 2. Vt impleant peccata ſua ſemper. Ioanni quoque dixit Angelus Apoc. vltimo; Qui nocet, noceat adhuc, & qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc.

Ezech. 3.

Vnde & Dominus dicit; Si conuerſus iuſtus a iuſtitia ſua fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo: ac ſi aperte dicat, quia uidere pęnitẽdo noluit, ubi iam impingit iuſto eũ iudicio deſerens, ponã ei, ut & alibi impingat. Quod tamen Dñi ponere eſt nequaquam ad peccandum premere; ſed nolle a peccato liberare: ſicut & de Pharaone dicitur; Ego ĩdurabo cor eius non enim Dominus cor peccatoris obdurare dicitur; ſed obdurare dicitur, cum ab obduratione non liberat.

Quo modo culpa præcedens dicatur cauſſa meritoria excæcationis, & indurationis.

Secũda dubitatio eſt, Quid eſt, quod ait auctor in vltima concluſione, ꝙ culpa præcedens ſit cã meritoria excæcationis, & indurationis? quod etiam aſſerit Auguſt.

Aug. lib. 83 quæſt. quæſt. 68. & li. de natu. & gra. ca. 22.

Quæ ſententia videtur efficaciter colligi: quia diuinæ

ſcripturæ

ſcripturæ habēt, Deū trahere quoſdam in reprobū ſenſum ob pcedentia delicta: vt l ẽ Rom. 1. Sed quonā pacto hoc ſtare poteſt, cum Paul. affirmet, φ indurationis ratio & cauſſa ſit ſola diuina voluntas, & non humanū meritum? dicit enim: Cuius vult miſeretur; & quē vult indurat. i. pro libera ſua voluntate Deus quidem indurat, nō ob vlla merita, pſcita ct. Ad hāc dubitatio nem bifariam dř. Primo, indurare hic accipi ab Apoſt. vt ſignificet non reprobationis effectum, qui eſt deſerere hoīem, multa operari, tū foris, tū intus, quibus occaſionē accepta ſi at deterior: ſed reprobatiōnem ipſā, quā cōſtat fieri non pp vllū meritū. Vel ſi q̃a ſcriptura citata ex Exhod. palā agere vř de induratiōe, q̃ eſt reprobationis effectus, alıter rñderi pōt: q. ſ. reprobatio Pharaonis rēddita q. dem eſt prioribus meritis, ſicut & ſcripſit Auguſt. ſed φ huius induratıonis propria cauſſa nō eſt alia, q̃ Dei voluntas nolētis cor Pharaonis emollire ad verā Dei cognitionem. Quod. n. e duob. æque indignis, & ex ſe æque rebellib. alterū Deus p ſuis meritis ſinit fieri rebellıorē, & duriorē ad occaſionē multorum beneficiorum; alterius vero ad eorūdē occaſionem cor emolliat vel ſi mılıū bificioru, id ſolā Dei voluntatē referri poteſt.

Tertia dubitatio eſt: An Deus oībus peccatoribus, etiā induratis, & excæcatis conferat auxilium gratiæ neceſſariū, vt ſalutem æternam valeant aſſequi? Sed iſthæc quęſtio cō modius edifſerétur in tractatu de Gratia, vbi inueſtigabitur de neceſſitate diuınæ gratiæ. qua quæſtione in illum locum repoſita, ad alium articulum progrediamur.

Rom. 5. Rom. 9. Solutio dubitationis. Concluſ. Alia dubitatio. Conclu.

ART. QVARTVS.

Vtrum excæcatio, & obduratio ſemper ordinentur ad ſalutem eius qui excæcatur, & obduratur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Excæcatio, vel obduratio p ſe ordinatur ad damnationem; ex diuina vero miſericordia, uel prouidētia ad ſalutē, inquātum Deus permittit aliquos cadere in peccatum; vt illud agnoſcentes humilietur, & conuertantur. Excęcatio ergo ad tēpus medicinaliter ordinatur ad ſalutē prædeſtinatorum, quibus oīa cooperantur in bonum: quātū vero ad alios, ad dānationē. Et oīa mala q̃ Deus facit, aut permittit fieri, in aliquod bonum ordinantur, nō tamen in bonum eius in quo eſt malum, ſed quandoq; ad bonū alterius, vel totius uniuerſi: ſicut culpam tyrānorū ordinat ad martyrum bonū: & damnatorum pęnam ordinat ad gloriam iuſtitiæ ſuæ.

QVAES. LXXX.

De cauſſa peccati ex parte diaboli, in quattuor articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum diabolus ſit cauſſa peccati?

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ſic habet. Diabolus nō poteſt eſſe cauſſa peccati directe, ſed ſolum per modum perſuadētis, vel proponentis appetibile. Nihil. n. poteſt eſſe cauſſa peccati, niſi qđ poteſt mouere voluntatem ad agendum, cum proprium principium actus peccati ſit voluntas, inquantum omne peccatum eſt volūtarium. Sed volūtas duobus modis moueri pōt. Vno modo ab obiecto, prout appetibile apprehēſum mouet appetitū. Alio modo ab eo qđ intrinſecus inclinat voluntatem ad volendū, quod nō eſt niſi ipſa voluntas, vel Deus, ſed Deus nō poteſt eſſe cauſſa peccati: ergo ex hac parte ſola voluntas poteſt eſſe directe cauſſa peccati. Atqui ex parte etiā obiecti tripliciter valet moueri voluntas. Vno modo p ipſum obiectū propoſitū: ſicut dicimus cibū hoīs appetitū excitare ad comedendum. Alio modo p eū qui pponit, & offert tale obiectū. Tertio modo per eū qui perſuadet propoſitū obiectū habere rationē boni. Primo modo res ſēſibiles extrinſecus apparentes mouēt voluntatē hominis ad peccādum: ſed ſecundo, vel tertio modo diabolus, vel homo poteſt excitare ad peccandū, aut offerēdo ſēſui appetibile, ſeu pſuadēdo rationi: ſed directe non poſſunt, quia volūtas nō mouetur ex neceſſitate ab aliquo obiecto, niſi ab vltimo fine. Diabolus ergo non poteſt eſſe cauſſa peccati directe, ſed ſolū per modum perſuadentis, vel proponentis appetibile.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Circa hunc articulum magna ſeſe inſinuabit quæſtio, ad explicandum, quid eſt quod cum Deus ſit ſumme bonus, permittat fieri mala? Cui ſubnectitur alia a diuinis Theologis multis in locis inueſtigata; Cur homo nō eſt factus vt non peccet, vt nec eo volente peccare detur? Sed & huic tertiam adiungunt: Cur lignum vetitum poſuit Deus in Paradiſo, per quod perditio noſtra proceſſura erat? Vltimo diſputant Theologi, cur Deus creauit quos damnationis eſſe præſciuerat? Sed omnes has quæſtiones in tractatu de legibus explanabimus, in quo inueſtigabimus diligenter an deceat ſummā Dei bonitate permittere mala fieri: vnde in iſtum locum prædictæ quæſtiones referantur: nunc vero ad aliam quæſtionem deueniamus.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Diabolus, latine calumniator, ſiue accuſator dicił, quia idem, & cooperator, & accuſator peccatorum noſtrorū exſiſtit. Qui etiam Satanas vocatur: quia oppoſitus eſt, & cōtrarius bono: hoc enim ſignificat vox Hebræa. Quod vero diabolus inducat nos ad peccādum, docet expreſſe ſancta ſcriptura: nā Gen. 3. diabolus ſuo ſuaſu primos parentes deiicit: & 1. Pet. vlt. dicitur, quod circūit quærens quē deuoret: & Ephes. 6 Nō eſt nobis colluctatio a duerſus carnē. & ſanguinem, ſed aduerſus principes, & poteſtates, &c. Sed illud q̃runt Doct. Vnde diabolo bellum aduerſus nos? Reſponſio eſt, quia eſt oīs malitiæ receptaculum: ſuſcepit etiā inuidiæ morbū, & in uicit nobis honorē. Nō igitur nobis inimicus creatus eſt, ſed ex inuidia inimicitiā contra nos ſuſcepit. Sed ex hoc alia naſcitur dubitatio: An diabolus neceſſario, an potius libere inducat nos ad peccādū? Rō ppoſitæ dubitationis eſt: ita diabolus, vt hēt ſana doctrina, hēt liberū arbitriū inflexibile, & immutabilem in malo. Nihilo ſecius th dicēdū eſt, φ q̃q̃ diabolus habeat animū obſtinatū in malo, & in auerſione ab vltimo fine: at circa media q̃ ipſe ordinat ex malitia ſua in Dei offēſam, libere ſe hēt, & ſic pōt tentare & nō tētare hoc, vel illo mō ad malū ſollicitare, ſicut Angeli beati in dilectione Dei neceſſitantł oīno. In illis vero q̃ eis a Deo demādātur, libera voluntate obſequuntur.

Gen 3. Ephes. 6. Diabolus libere tentat, & inducit ad malum.

Dub. Caiet. Hic mouet Dn̄s Caiet. dubium circa illam propoſitionē: Nihil pōt eſſe cauſſa directe alicuius actus, niſi per hoc quod proprium principiū illius actus moueat ad agendū, nā huic propoſitioni contrariatur illud peruulgatū inter Theologos decātatum; ꝙ Deus pōt ſupplere vicē cauſſæ efficientis, & ſic poterit eſſe cā directa actus, abſq; eo ꝙ moueat proprium principiū illi⁹ actus. In huius expoſitiōe Caieta. multa dicit: vide illū ſi vacat. Ego credo ꝙ loquitur D. Th. de actu

Concluſio creaturæ rationalis, vel animalis, de qbus ſola D. Th. veriſſimū dicit: nō enim pōt Deus producere viſionē, niſi moueat potentiā viſiuam: neq; conſenſum in noſtra volūtate, niſi moueat voluntatē: ſunt enim hęc opera vitalia, de quorū ratione eſt, ꝙ prodeant a principio vitali intrinſeco.

EXPLICATIO ARTICVLI.

QVod diabolus nō poſſit directe mouere noſtrā voluntatē ad peccādū, nec imprimere malitiam in noſtra volūtate, planiſſime demonſtrauit D.

D. Thom. Tho. ſupra q. 9. art. vlt. & hic ſtatuit pro certo, & euidēti. Vnde diabolus mouet noſtram volūtatem ad peccādū indirectē per modū perſuadentis, & proponētis bonū & appetibile. Et id facit varijs modis: nūc argumētando, ſuadēdo, exhortādo: nūc excitando paſſiones appetitus ſenſitiui, quibus homo affectus, & illectus, iudicat eſſe verū bonū, qd re vera non eſt: amans nāq; facillima pſuaſione in rē amatā inclinatur; nunc vero mouēdo phantaſmata, & ea perturbando, ex quo admirabiles, & pæne diuinæ, videntur ſequi viſiones. Qua de cauſſa iudicabit Theologus, quid ſit cēſendū de quibuſdā muliercolis, q̄ uiſiones ſibi uidērier hēc: cauſantur. n. ex dæmonum illuſione, & ſpirituum humorumq; cōmotione, ſic adeo, quod uigilantes tam vehementer apprehendunt, ut uideatur ſibi rem coram oculis geri: non enim eſt impoſſibile quod patiatur idem uigilans, quod patiatur ſomnians, ut uidere eſt in phreneticis. Vide de hoc Caieta.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum diabolus poſſit inducere ad peccandum, interius inſtigando.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio aſſerit. Sed vt intelligatur, quonā pacto diabol⁹ moueat ad peccandum animam, interius ſuggerendo, inſtigandoue, ſtatuit in primis auctor, quod interior pars animæ, intellectiua eſt, & ſenſitiua. Intellectiua cōtinet intellectum, & volūtatem. De volūtate quidem dictum eſt, quo modo ad eam diabolus ſe habeat. Intellectus vero per ſe mouetur ab aliquo illuminante ipſum ad veritatis agnitionem, quod diabolus circa hominē non intendit, ſed magis obtenebrat rōnem eius ad cōſentiēdum peccato: quę obtenebratio prouenit ex phantaſia, & appetitu ſenſitiuo, circa quæ interior diaboli operatio eſſe videtur. Vtrumq; n. horum cōmouendo inducere poteſt ad peccatū. Nam imaginationi aliquas imaginarias formas præſentat, & appetitum ſenſitiuum concitat naturaliter ad aliquā paſſionē: quia corporalis natura obedit ſpirituali ad motum localem. Quare oīa quę ex motu locali corporum inferiorum prouenire poſſunt, cauſſare pōt diabolus, niſi diuina virtute reprimatur. Vnde talis motus localis ſpirituum, vel humorum procuratur a dæmonibus, ſiue dormiant hoīes, ſiue vigilēt, & ſic homo aliqua imaginatur. Cooperatur ēt diabolus concitando appetitum ſenſitiuū ad aliquas paſſiones ſecundum quēdā determinatum motum cordis, & ſpirituum: & ex hoc homo magis percipit motum, ſiue intentionē ſenſibilem modo pſtato ad principium apprehenſiuū reductā. Vnde Ariſt. dicit: Amantes modica ſimilitudine rei amatæ mouetur. Quare contingit ex hoc ꝙ paſſio eſt concitata, vt id qđ pponitur imaginationi iudicetur proſequendum: quia ei qui detinetur in paſsione, id videtur eſſe bonum, ad quod per paſsionem inclinatur: & per hunc modū diabolus interius inducit ad peccandū.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum diabolus poſſit inducere homini neceſſitatem ad peccandum.

SVMMA TEXTVS.

NEgans eſt Concluſio. Certe niſi a Deo refrenetur, pōt aliquo modo inducere ex neceſsitate ad faciēdū aliquē actū q ex genere ſuo ſit peccatū; ſed neq; peccādi neceſſitatē inducere. Licet namq; diabolus mouendo imaginationem, & appetitum, totaliter vſum rationis aliqn̄ impedit, tūc ligata ratione, quidquid homo agit, non imputatur ei ad peccatū: ſed ſi ratio non eſt funditus ligata, ex ea parte pōt reſiſtere peccato. Quapropter nullatenus diabolus pōt inducere homini neceſſitatē ad peccandum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

QVamquam diabolus fortiſſimus ſit, & acutiſſimus, non tn̄ poteſt inducere homini neceſſitatē ad peccādum: vt patet ex illo. 1. Pet. vlt. Cui reſiſtite fortes in fide & 1. Cor. 10. Fidelis Deus qui non patietur vos tētari vltra id qđ poteſtis. Ratioq; D. Th eſt euidēs: Nā diabolus non mouet noſtrā voluntatem niſi per modum perſuadentis, & proponentis bonum, ſed nullum bonū in hac uita neceſſitat noſtrā uolūtatem, ut demonſtratum eſt in tractatu de beatitudine. Illud etiam aduertēdum eſt, ꝙ in iis etiā, quæ diabolus pōt ex facultate naturę, impeditur a Deo ne faciat quicquid poteſt. quod eſſe verū, demonſtrat ex ſacro eloquio D. Greg. li. 2. Moralium, in princ.

Cōfirmatur cōcluſio art. — 1. Cor. 10. — D. Tho. ratio. — Ariſt. — Greg.

Exponitur contradictio apparens in littera. Hic mouet dubium Caie. Nam hic, ſolutione ad tertium docet auctor expreſſe, ꝙ carnis tentatio, qn̄ ei rō actualiter reſiſtit, nō eſt peccatum. Sed in tertia parte, in q̄ſtione de tētatione Chriſti, ex Auguſtini auctoritate dicit, ꝙ nō pōt eē abſq. peccato tētatio carnis, q̄ videtur eſſe in doctrina eidēs cōtradictio. Caietanus in huius dubij explanationē neſcio quā explicationē appoſuit, quā ego non intelligo. Veritas eſt, ꝙ cū dicit D. Tho. tertia parte, ꝙ tentatio carnis ſemper eſt cū peccato, intelligit de tentatione quam homo poteſt, vel potuit vitare, percipiens quid faciat. Tentatio ſiquidem eſt ſumere experimentum de aliquo, an ſciat,

D. Thom. uelit, vel poſſit, vt docet D. Thom. 1. parte, quæſt. 114. arti. 2. Vel dicatur, ꝙ omnis tentatio carnis contra ſpiritum, uel ſemper eſt cum peccato uel ex defectu peccati procedit; niſi. n. præceſſiſſet peccatum, hic defectus præter ordinē naturæ, ꝙ caro concupiſceret aduerſum ſpiritum, in nobis non eſſet. Igitur quoniam a Chriſto

nō ſolum procul abeſt peccatū, uerum & omnis defectus, qui imperfectionem importat: ideo huiuſmodi tentatio carnis in Chrō non fuit.

EXPLICATIO ARTIC.

Concl. IN hoc articulo ſolū eſt aduertēdum, ꝙ non oīa peccata ſunt ex diaboli ſuggeſtione. Homo.n. per liberum arbitrium, ēt ſi diabolus non eſſet, grauiſſima ſcelera excogitare poſſet, & committere: ſi quæ vero ex diaboli ſuggeſtione cōmittit, eo modo fiūt, quo primi parentes ad peccatum inducti. Quomodo autem diabolus inducat, & quibus artibus decipiat, explicat optime Baſil.

D.Baſ. opuſculo, quod rebus ſecularibus non eſt adherendū. & in alio opuſculo; qd Deus, non ſit auctor malorum.

EXPLICATIO ARTIC.

DE quæſtione ꝓpoſita diſſerunt Theologi. 2.diſt. 30. uſq; ad 33. & Aug. multis in locis ſuę doctrinę contra Pelag. Sed & neotherici Theologi, q hac tempeſtate cōtra Lutherum diſputant, hoc argumētum ediſſerūt, qd auctor hoc modo diſtribuit. Primo diſputat, an peccatū originale ſit.

Pri.con. Secundo, quæ ſit eius cauſſa, & quo modo traducatur. Tertioque, qd ſit peccatum originale. Quarto, ī quo ſubiecto commoretur. Ac denique de eius effectib⁹, & quę pœna ei debeatur. Secundo notandū, ꝙ eſſet peccatum per originem traductum (quod auctor in prima docet concluſione) naturali ratione conſtare, non poſſet, niſi Deus reuelaſſet.

Secunda cōcl. Peccatū originale ex diuina reuelatione cognoſcitur.

Pſal. 50. Extat de hoc teſtimonium Pſal. 50. Ecce enim in iniquitatibus concc-

A R T. Q V A R T V S

Vtrum omnia peccata hominum ſint ex ſuggeſtione diaboli.

S V M M A T E X T V S.

COncluſio eſt negatiua. Nam quamquam occaſionaliter, & indirecte diabolus eſt cauſſa omnium peccatorum, in quantum induxit primum hominem ad peccandum, ex cuius peccato uitiata eſt natura; unde omnes procliues ſumus ad peccandum; ſed directe non eſt cauſſa omnium peccatorū: quia ſi diabolus non eſſet, hoīes haberent appetitum ciborum, & uenereorum, qui poſſet eſſe inordinatus; ſicque eſſet peccatum, niſi ratione ordinaretur, quod ſubiacet libero arbitrio.

QVAEST. LXXXI.

De cauſſa peccati ex parte hominis, in quinque articulos diuiſa.

A R T I C. P R I M V S.

An primum peccatum primi parentis per originem in poſteros traducatur.

S V M M A T E X T V S.

PRima Concluſio. Secūdum fidem catholicam primum peccatum primi hominis originaliter tranſit in poſteros: ob idque pueri moxnati ad baptiſmum deferuntur, tamquā ab aliqua culpa abluendi: oppoſitumq; eſt hæreſis Pelagiana.

Secunda Concluſio. Explicare qualiter tranſeat in alios, hoc opus, hic labor eſt. Quidam enim conſiderātes, ꝙ peccati ſubiectū eſt aīa rōnalis, poſuere, ꝙ cum ſemine rōnalis anima traducatur, vt ſic ex infecta anima, infectæ animæ deriuari uideantur. Alij hoc tāquam erroneum repudiantes, conat funt oſtendere, quo pacto culpa animæ parentis in prolē traducatur, etſi aīa non traducatur, per hoc, ꝙ corporis defectus traducuntur in prolē; ſicut leproſus generat leproſum; & podagricus podagricum, ob aliquā ſeminis corruptionē; etſi talis corruptio podagra uel lepra non dicatur. Cum aūt corpus aīæ ſit proportionatum, & aīæ defectus in corpus redundent, & e diuerſo; ſimili modo dr̄, ꝙ culpabilis animæ defectus ꝑ ſeminis traductionem in ꝓlem deriuatur, etſi ſemen nō ſit actualiter culpæ ſubiectū. Sed utraque uia eſt inſufficiēs. Nam eſto aliqui corporei defectus a parente ꝑ originem in prolem trāſeant, & ex conſequenti aliqui defectus aīæ ob corporis diſpoſitionem, ſicuti interdum ex fatuis fatui generantur: tamen hoc ipſum, quod eſt ex origine aliquem defectum habere, vr̄ excludere rationē culpæ, de cuius ratione eſt, ꝙ ſit uolūtaria. Vnde etiam poſito, quod rōnalis anima traduceretur cū ſemine, ex hoc ipſo, ꝙ infectio aīæ prolis nō eſſet in eius uoluntate, amitteret rōnem culpæ obligantis ad pœnam: nam, ut dicit 3. Ethicorum, nullus improperabit cæco nato, ſed magis miſerebitur. Et ideo dicendū eſt, quod oēs homines, q naſcuntur ex Adam, pn̄t conſiderari, ut unus homo, prout oēs in natura conueniunt, quam a primo parente accipiunt; ſicut in ciuilibus oēs hoīes unius cōmunitatis reputātur quaſi unum corpus, & tota cōitas quaſi unus homo. Sic ergo multi homines deriuati ſunt tamquam mēbra unius corporis ab Adā. Sed actus unius membri corporalis, ut manus, non eſt voluntarius uoluntate ipſius manus, immo uoluntate aīæ, q̄ mouet manū. Vn̄ homicidiū non imputatur manui, ſi cōſideretur ſecundū ſe diuiſa a corpore; ſed quatenus ē aliquid hominis, qd mouetur a primo principio hominis motiuo. Sic ergo inordinatio, q̄ eſt in hoc hoīe ex Adā generato, nō eſt uoluntaria volun

ptus ſū &c. ubi ſecundū litterā Hebraicam dicitur; In iniquitate, & peccato, &c. Immo & Eccl. 25. dr̄ Eccl.25.
A muliere initiū peccati, & per illā omnes moriūtur, & Iob. Pereat dies Iob 3.
in qua natus ſum, & nox in qua dictum eſt, Conceptus eſt homo. & c. 14. Quis poteſt facere mundū de immundo conceptū ſemine? & c. 25. ſecundum Septuaginta; Nemo mundus a ſorde; neq; infans vnius diei. Vnde & Ioā. Baptiſta, Ecce, ait, agnus Dei, ecce q tollit peccata mūdi. Græcis in codicibus habetur; q tollit peccatū mūdi; quibus etiam aliqui Latinorum codicū ad ſtipulātur. In nouo teſtamento ſunt apertiora teſtimonia. Rom.5.
In primis ē illud; Per unum hoīem peccatū intrauit in mundum, & ꝑ peccatum mors: & ita in oēs homines mors pertranſijt, in quo omnes peccauerūt. & itē- Ariſt.
rum. Iudiciū ex uno, ſcilicet, delicto in condemnationem; gratia aūt ex multis delictis in iuſtificationē: rurſumque. Sicut per unius inobedientiam peccatores cōſtituti ſūt multi, &c. & 1. 1.Cor.15.
Cor. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, &c. ideſt, ſicut in Adam omnes habemus mortē & temporalē, & ſpiritualem; ita & in Chriſto omnes habemus vitā & tēporalē corporis, & ętrā uitā aīæ ſpirituale. & 2.Cor. 5. Si Chri- 2.Cor.5.
ſtus pro omnibus mortuus eſt, ergo oēs mortui ſunt. Sed Chriſtus pro paruulis mortuus eſt: ergo paruuli mortui ſunt: & non ſunt mortui actua-

tate ipſius, ſed uolūtate parētis primi, qui mouet generationis motione oēs, q ex eius origine deriuātur, prout uolūtas aīę mouet oīa mēbra ad actū. Quare peccatū, quod ſic a primo parente in poſteros deriuatur, originale dr, ſicut peccatū, quod ab anima deriuatur ad mēbra corporis, dicitur actuale. Sed ſicut peccatum actuale, quod committitur per aliquod membrum, non eſt peccatum illius membri, niſi quatenus membrum illud eſt aliquid hominis; unde & dicitur peccatum humanum; ita nec peccatū originale dicitur alicuius perſonæ, niſi quatenus illa perſona recipit naturam a primo parēte: vnde & peccatum naturæ dicitur, ſecundū illud; Eramus natura filij iræ. Ex hoc enim iſte, qui naſcitur, fit conſors culpæ primi parentis, quod naturam ab eo ſortitur per quandā generatiuā motionē.

Ephes.2. actuali peccato: ergo originali. Et confirmatur ex illo Omnes eramus natura filij iræ. Id ipſum dicitur in omnibus
Seſſ.5.can. 2 3 & 4. Cōcilijs cōgregatis cōtra Pela. In Cōcil. Mileuit. Arauſic. Aphrica. & in Concil. Trident. Idemq; roboratur ſententia omnium Patrum a D.Petro uſque ad noſtram hāc ætate, quas refert Auguſt. Itaque ipſum
Aug lib.1. & 2. contra Iul. lib.6. & 3 de peccato rū meritis conſtat ex uſu Eccleſiæ, quæ rōceſſit paruulis ad baptiſma properare, ut a peccato abluantur. Nec tamen ſilentio eſt prætereundum, quod Pelag. Iulianus, & Celeſtius dicebat, præuaricationē Adæ ſibi ſoli nocuiſſe, & non eius propagini. Et ad illud,
Tom.5. Per unum hominem peccatum intrauit in mūdum in quo omnes peccauerunt; reſpondent, peccatū Adæ ad poſteros tranſiſſe, non origine, ſed exemplo, & imitatione.
Eraſmus expoſitionē hæreticam amplectitur. Eandem expoſitionem amplectitur Eraſmus, & conatur quantum poteſt, amouere intelligentiam peccati originalis ab hoc loco, ſicque deprauat hunc locum: nam pro eo, quod in noſtra editione habetur: In quo omnes pec-
Aug.li.3. de peccatorum meritis a c. 21. & deinceps 1.Ioan.3. Sap.2. cauerunt, ille uertit. Quatenus omnes peccauerunt... Sed hanc intelligentiam eſſe uiolentam, & Apoſtolum aperte loqui de peccato originali, demonſtrat Diuus Auguſtinus multis in locis. Nam ex iſta applicatione ſequitur, quod in paruulos per baptiſma, non ſoluitur peccatum originale. Præterea, ſi uoluiſſet Apoſtol ſignificare peccatum, quod intrauit in mundum, imitatione, non propagatione, non Adam poſuiſſet, ſed, diabolum, de quo ſcriptum eſt. Ab initio diabolus peccat. & rurſum. Inuidia diaboli mors intrauit in orbem terrarum, & ſtatim ſubditur. Imitantur eum, qui ſunt ex parte eius. Item Chriſtus, in quo omnes uiuificantur, præterquam quod ſe ad iuſtitiam exemplum imitandum proponit, dat etiam ſui ſpiritus occultiſſimam gratiam fidelibus. Sic & ille, in quo omnes moriuntur, præterquam quod eis, qui præuaricantur præcepta, imitationis exemplum eſt, occulta etiam tabe tabificauit in ſe omnes de ſua ſtirpe uenientes. Deinde quod ſequitur, In quo omnes peccauerunt, quam circumſpecte, quam proprie, quam ſine ambiguitate poſitum eſt. Si n. peccatum intellexeris, in quo omnes peccauerunt, manifeſtum eſt alia eſſe propria cuiuſque peccata, aliud quod id unum in quo omnes peccauerunt. Quod ſi intellexeris, In quo uno homine omnes peccauerunt, quid etiam hac manifeſtatione manifeſtius? Quippe legimus iuſtificari in Chriſto ob occultam communicationem, non uero legimus iuſtificari in Paulo, Apolloue, quos imitantur. Sed nullibi legitur aliquem peccare in diabolo, quem omnes imitantur. Sed uide quid ſequatur; Vſque ad legem peccatum in mundo fuit, ideſt, quia nec lex potuit auferre peccatum, quod quidem non imputabatur, cum lex non eſſet: Quid ſibi uult, Non imputabatur, niſi quia ignorabatur, & peccatum non eſſe putabatur? Sed regnauit, ait, mors ab Adam uſq; ad Moyſen; ideſt, numquam lex ipſa potuit regnum mortis auferre. Et ſubditur etiam In eos, qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, ideſt, qui nondum ſua uoluntate, ſicuti ille peccauit, ſed ab eo originale peccatum traxerunt, qui eſt
Diuerſa lectio illius loci Rom. 5. forma futuri. Scio equidem pleroſque codices Latinos habere; Regnauit mors ab Adam in eos, qui peccauerunt, in ſimilitudinem præuaricationis Adæ: quod tamen, qui ita legunt, ad eundem intellectum referunt, ut in ſimilitudinem præuaricationis Adæ peccaſſe accipiant, qui in illo peccauerunt, ut ei ſimiles crearentur; ſicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores; ex mortuo morituri, damnatoque damnati. Græci autem codices habent primam lectionem. Sed non, inquit, ſicut & delictum, ita & donū, ſi enim unius delicto mortui ſunt multi, multo magis gratia Dei, & donum in gratia unius hominis Ieſu Chriſti in multos abundauit. Non magis multos: nec n plures iuſtificantur, quam condemnantur; ſed abundauit; quia Adam ex uno delicto, ſuos reos genuit, Chriſtus autem ex multis delictis in iuſtificationem. Vrget præterea Aug. ex illa ſententia, quæ ſequitur; Et non ſicut peccatū, ita & donum: nā iudicium quidē ex uno in condemnationem, ſed gratia ex multis in iuſtificationem. Ex uno, inquit, in condemnationem: quo vno, niſi delicto? hoc enim explanat, cum ait, Gratia autem ex multis delictis in iuſtificationem. Nunc dicant; ubi locum habet in his uerbis imitatio? Sed & quod ait Apoſtolus de Chriſto: Per unius iuſtificationem, magis hoc explicuit, quam ſi per unius iuſtitiam diceret. Eam quippe iuſtificationem dicit, qua Chriſtus iuſtificat impium, quam non imitandam propoſuit, ſed ſolus id poteſt. Nam potuit Paulus recte dicere. 1. Corinth. quarto. Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti; numquam autem diceret, iuſtificamini a me, ſicut ego iam ſum iuſtificatus a Chriſto, quoniam fuerunt multi homines iuſti, & imitandi; iuſtus autem, & iuſtificans, nemo niſi Chriſtus. Vnde dicitur Romani quarto. Credenti autem in eum, qui iuſtificat impium. Certe ſi ſola imitatio facit peccatores in Adam, cur non etiam per Chriſtum ſola imitatio iuſtos facit. Nam ſicut per unius delictum in condemnationem, ſic & per unius iuſtificationem in omnes homines, &c. Proinde iſti, unus & unus, non Adam & Chriſtus, ſed Adam & Abel conſtitui debuerunt. Porro ſi Chriſtus unus eſt in quo omnes iuſtificantur, quia non ſolum eius imitatio iuſtos facit, ſed per ſpiritum regenerans gratia, ſimiliter unus eſt Adam in quo omnes condemnātur, homo pp ſolam imitationem, ſed propter carnis propagationem. Sed eſt differentia: nam regenerante ſpiritu, non ſolum originalis, ſed & uoluntariorum fit remiſſio peccatorum: generante autem carne, illud tātummodo trahitur, quod eſt originale peccatum: quare dicitur. Non ſicut delictū, ita & donū. Hactenus Aug. ingenioſiſſime, & fortiſſime. Sed eſt aduertendum, quod non ſolum eſt dogma hæreticum, aſſerere quod non ſit peccatum originale, uerum ēt docere, quod ille locus D.Paul. ad Rom. ad litteram, non intelligatur de peccato originali. ſic definit Concil. Mileuit. & Concil. Trident. Ex his patet eſſe peccatum origine tranſfuſum in Adam poſteros. quod primo loco ſuſcepimus explicandum.

1.Cor.4. Rom.4. Ephes.2.

Secundo loco agendum eſt de cā peccati originalis, & quomodo traducatur, quod non facile a Theologis explicatur. Vnde Aug. lib. de moribus Eccleſię ſcribit, Hoc pacto antiquo nihil eſt promtius ad prædicandum, & nihil ad intelligendum ſecretius. Et Pelagio quærenti, per quas rimulas hoc peccatum in animam illaberetur: Aug. nec ſibi, neque illi ſatisfaciens ingenue fatetur ſuā ignorantiam multis in locis, & in epiſt. 29. ad Hier. in hūc modum, comice ſatis propoſitam quęſtionem diſſoluit. Cū quidam, inquit, ruiſſet in puteum, & amicus eius ſuperueniens admirans quæreret quomodo huc cecidiſti? cui ille reſpondit, cogita obſecro quomodo me liberes; quomodo autem huc inciderim ne roges. Itaque hæc quæſtio magis propter hæreticos excutienda eſt, ut eorum obiectionibus ſatisfaciamus, quam propter catholicos, quorum magis intereſt quærere remedium, quam modum

Conci. Trid. Seſſ.5.

Difficile eſt exponere, quonam pacto originale peccatum in poſteros traducatur. Aug. epi. 28. & 29 ad Hiero. & li. 3. de lib. arb. a c. 18. uſque ad 22. libr. 1. de beati paruul. c. 4.

Prima ergo. An originale peccatum uere culpa ſit. quo contrahitur, inueſtigare. Vt ergo hæc difficultas expli cetur, quæritur, An peccatum originale ſit uere culpa? A parte negatiua ſic arguitur. Nã peccatum adeo eſt uoluntariũ, ꝙ ſi non eſt uoluntariũ, peccatũ non eſt: ſed peccatũ originale non eſt uoluntarium, ut patet in pueris ante

Secundum. vſũ rõnis. ergo nõ eſt proprie peccatũ. Deinde, nemo peccat in eo, qđ uitare non põt, ut patet. ſed paruuli nõ poſſunt cauere hoc peccatum. ergo uere non eſt peccatum.

Tertium. Præterea, non uidetur intelligibile, quomodo uoluntas paruuli deordinetur, & auertatur ab ultimo fine per actũ primi parentis.

Quartum. Itẽ, ſi paruulus naſceretur in puris naturalibus, maneret ſicuti modo, eandẽ pugnã haberet ex parte appetitus ſenſitiui, eaſdẽ ignorantias ex parte intellectus: ſed hæc inordinatio non eſſet pctm. ergo nec mõ eſt peccatum.

Quintum. Certe non uidetur ueroſimile, nec uero credibile de Dei clementia & miſericordia ſic ſentire; ꝙ unũ peccatũ unius hominis imputetur ad culpã omnibus hominibus naſcituris. & ad pœnam æternam; præſertim cum dicat Dominus: Filius non portabit iniquitatem patris.

Ezech. 18. Vltim. Vltimo, peccatum primi parentis fuit illi remiſſum, & condonatum per ueram pænitentiam, ſm illud; Hęc edu xit illum a delicto, qui primo formatus eſt. ergo non trã-

Sap. 10. ſiit in poſteros. Propter iſthæc argumenta, aliaque ſimilia multa, Durand. 2. d. 30. q. 2. conatur quantum poteſt oſtẽdere, ꝙ peccatũ originale non ſit proprie peccatũ. Idemq; docet Catherinus in opuſculo de peccato originali, & quidã neoterici. Pelagiani exiſtimant peccatum originale nihil aliud eſſe, quam defectum naturæ, & omnium cala mitatum, & ærumnarum aceruum, qui ex peccato primi parentis in nos deriuatur, & allegant in ſuum patrociniũ ſanctos Patres, qui aſſeruerunt, peccatum primi parentis tranſiiſſe in poſteros, non culpa, ſed pœna. Cuius ſententię uidetur eſſe Chryſoſt. in multis locis ſuæ doctrinæ. In primis homil. 10. in epiſt. ad Rom. ſuper illud Rom. 5. In quo omnes peccauerunt, ſic inquit, Quid igitur ſibi uult; In quo omnes peccauerunt? Reſpondetur, ꝙ illo lapſo, & illi item qui de ligno non comederunt, effecti ſunt ex illo ipſo oẽs mortales. Et paulo inferius in expoſitione illius ſententiæ: Per inobedientiam unius hominis peccatores conſtituti ſunt multi; in hunc modum loquitur. Vr quidem quæſtionem non paruam habere, quod dictũ eſt, uidelicet, multos ob unius inobed. etiã peccatores extitiſſe: illo. n. peccante, mortaliq; effecto, & qui ex eo orti ſunt, eos tales eſſe nihil abſurdum. At ex illius inobediẽtia alterũ peccatorem extitiſſe, quã obſecro congruentiã, & conſequentiã habet? Inuenitur. n. ſic, nec pœnas quidẽ debere, qui talis fuerit, ſiquidem non ex ſeipſo peccator extiterit. Quid igitur hoc loco, uerbum hoc, Peccatores, ſignificat? Mihi uidetur tãtumdẽ ſignificare, quãtũ illud, Supplicio obnoxij, ac mortis rei: ꝙ porro Adam mortuo ſunt mortales effecti. Rurſus in enarratione. 1. ad Corint. hom. 39. ſuper illud c. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto oẽs uiuificabuntur; idem confirmare vr, ſic dicens: Quid igitur? dic mihi omnes in Adã peccato mortui ſunt? quõ ergo Noe uir iuſtus ſuo ſæculo fuit? quõ Abraham, quomodo Iob, & multi deniq; alij? & quõ dic mihi omnes uiuificabuntur in Chriſto, & ij præſertim, qui in gehennã abducendi ſunt? Itaq; ſi hoc de corpore dictum eſſe uelimus, conſtabit oratio; ſi aũt de iuſtitia & peccato, nequaquam. Et hom. 17. in c. 6. eiuſdem epiſtolæ, oſtendens mortem animæ non exprimi parẽtis culpa, ſed ex actualibus dumtaxat cuiuſq; peccatis accidere, ſic dicit: Quid igitur faciam, inquis, propter illum, ſcilicet, Adam, pereo? Minime propter illum: nec enim tu ſine peccato permanſiſti. quod ſi non idem peccatum, aliud tamẽ commiſiſti. Et hom. 24. in epiſt. ad Epheſ. exponens poſtrema uerba ultimi capitis, idem ait; Corruptibile (inquit) nobis corpus eſt, ſed incorruptibilis anima: ne igitur illã corrumpamus, hoc illud primum, id eſt, primi hominis peccatum fecit, quod autem poſt lauacrum, & animam corrumpere poteſt, & immortalis uermis ſuſceptibilem facere. Huc etiam pertinet, quod in homil. quæ ſcribitur ad Neophytos, tradere exiſtimatur, nempe, infantulos ante baptiſmum, nec ullæ culpæ eſſe obnoxios, nec in remiſſionem culpæ ullius baptizari: ſed tãtum iuſtificationis, & hæreditatis conſequendæ gratia baptizari: dicit ergo. Vides quot ſunt baptiſmatis largitates? Sed multis vr baptiſmi gratiam in peccatorũ tm̃ remiſſione cõſiſtere, nos autẽ baptiſmi honores iam cõputauimus decem. Hac de cã, & infantulos baptizamus, quamuis non ſint coinquinati peccato, nẽpe ut eis addatur ſanctitas, iuſtitia, adoptio, hæreditas, & fraternitas Chriſti, ut eius membra ſint oẽs, & ſpiritus habitatio ſiãt. Hæc Chryſoſtom. Theodoretus

Theodoretus in ep. ad Rom. in quo oes peccauerunt. ſubindicare uidetur, ꝙ peccatum Adę non pertrãſierit in poſteros, ſm culpam, ſed ſm ſolam occaſionem peccãdi, ita ut nihil ſit aliud Adæ peccatum in nos tranſfuſum, q̃ occaſio, & incitatio quædã ad peccandum, quę nos uelutí per quatuor gradus ad peccatum deducit hoc ordine. In primis, Adæ peccatum oĩbus ex eo genitis paſſibilitatẽ, corruptionem, & mortalitatẽ corporis induxit. Deinde mortalitas, indigentiam atque priuationem affert rerum omniũ, quæ ad mortalis uitæ ſuſtentationem utilia ſunt. Tertio loco indigentia, & priuatio, appetitum & concupiſcentiam gignit acquirendi, & tractandi res mortali uitę proficuas. Demum, appetitus tractatio, & uſus rerum, inmoderatis exceſſum perſuadet, cui perſuaſioni, qui cõſenſerit, ſtatim peccat, & ſpirituali morte damnatur: atque hoc pacto non propter Adæ peccatũ, ſed pp propriũ peccatum quiſq; ſpiritualiter plectitur. Theodoreti uerba hæc ſunt: Cum Deus Adam fabricatus eſſet, dedit ei præceptum; is deceptus mandatum tranſgreſſus eſt. Cum itaque propter hoc mortis decreto factus fuiſſet obnoxius, ita Cain, & Seth, & alios genuit. Hi uero habebant mortalem naturam; eiuſmodi autem multis indiget, cibo, & potu, & indumentis, & habitatione, & diuerſis artibus. Eorũ autem uſus ſępe ad mediocritatis exuberantiam incitat, mediocritatis uero exuberatio peccatum generat. Dicit itaq; Apoſt. quod cum Adam peccauiſſet, & mortalis pp peccatum factus eſſet, utrumque ad genus peruenit: ad omnes enim mors peruaſit, quatenus oẽs peccauerunt: non enim propter primi parentis peccatum, ſed propter ſuum unuſquiſq; mortis decretum ſuſcipit. Idem auctor in comment. Pſalmorum ſuper illud; Ecce in iniquitatibus conceptus ſum: eandem ſententiam docere uidetur. Huc etiã ſpectat, quod idem auctor docet, uidelicet, mul-

In Epitome diuinorũ decretorum c. 15. tos fuiſſe uiros ſanctos, qui uiuentes in lege naturæ non fuere obnoxij Adæ peccato, dicitque: Sicut per unius hominis inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, & per obedientiam unius iuſti conſtituentur multi. Valde uero neceſſario illud, Multi, in utroq; poſuit Apoſtolus. Etenim cum Adã peccaſſet, & plurimi diuinas leges tranſgreſſi eſſent, permanſerunt aliqui in decretis naturæ, & uirtutis curã geſſere, ſicut Abel, Enoch, & Noe, & Patriarchæ, & Prophetæ, & alij plurimi non ſolum apud Iudęos, ſed etiã apud alias gentes, de quibus dixit Apoſt. Quãdo enim gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, ij legem non habentes ſibi ipſi ſũt lex. Arnobius ſignificare uidetur, ꝙ Adam peccando trãſmi-

Arnobius in illud Pſal. Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. ſit ad hæredes ſolum mortis corporeę ſupplicium, non autem peccatum, & originis uitiũ: loquitur enim ijs uerbis; Non dixit Dauid, Cum iniquitatibus, aut cum peccatis genuit me mater mea; ſed in iniquitatibus conceptus ſum, &c. dicendo enim matrem eum in ſuis iniquitatibus concepiſſe, eum in peccatis ſæculi peperiſſe ſignauit, quia omne peccatum corde cõcipitur, & ore conſumatur; hic autem qui naſcitur, ſententiam Adæ habet, peccatum uero ipſius non habet. Auctor commentariorum in Paul. qui dicitur Hieronymus, in interpretatione huius uerbi; In quo omnes peccauerunt; docet, peccatum primorũ parentum nõ per propagationem corruptæ originis, ſed per exemplum, & imitationem in poſteros emanaſſe; nõ quidem omnes, ſed ad eos tantum, qui ad ſimilitudinem pręuaricationis Adæ ſponte ſua peccarunt. Quam quidem aſſertionem ſic ipſe auctor expreſſit. Itaque in hunc modum peccatum intrauit, & per peccatum mors, exemplo, uel forma. & ita in omnes homines mors pertrãſijt, dum ita peccant, & ſimiliter moriuntur: non enim in Abraham, Iſaac, & Iacob pertranſijt, de quibus dicit Dominus; Omnes illi uiuunt: hic autem ideo dicit omnes mortuos, quia in tãta multitudine peccatorum non excipiuntur pauci iuſti, ſicut ibi; Non eſt, qui faciat bonum, non

uſt

eſt uſq; ad unum: &, Omnis homo mendax. Siue in eos omnes pertranſijt, qui humano, non cœleſti ritu uiuebāt. Item nunc Apoſtol. per mortem, animæ mortē ſignificat, quia Adam præuaricans mortuus eſt, ſicut dicit Propheta; Anima, quæ peccauerit, ipſa morietur. Et deinde addit Apoſtolus, In quo omnes peccauerunt, hoc eſt, in eo, ꝙ omnes peccauerunt, exemplo Adæ peccant. Et idem auctor ſuper illud c. 7. eiuſdem epiſtolæ, Sine lege peccatū mortuum erat; in eandem ſententiam deſcendit apertius, dum ait; Item ſi cum lex non erat, peccatum mortuum erat, inſaniunt qui de Adam per traducem aſſerunt ad nos uenire pctm̄. Propterea dicit hic peccatum mortuum eſt, quia in infantibus qui ſine lege ſunt, non uiuit, ideſt, impune committitur: nam maledicente infante parentibus uidetur eſſe peccatum; non tamen uiuum, ſed mortuum: puer enim licet p eccet, mortuum eſt in eo peccatum; quia non eſt legi ſubiectus.

Prima concl. Peccatum originale uere peccatu eſt. Concilia.

Sed pro maior huius explicatione ſit prima cõcluſio. Peccatum originale eſt uerè & proprie peccatum, quod facit nos uere peccatores, & inimicos Dei, filios iræ, & in obedientiæ: quod explicat Apoſt. Rom. 5. & ad Eph. 2. & definitur in Concilijs, Mileu. Arauſ. & Trident. in quibus anathematizantur, qui dixerint nõ eſſe uerum peccatum. Præterea, paruuli in baptiſmo conſequuntur remiſſionē ueri peccati: alias forma baptiſmi falſa eſſet, quæ dicit Ego te baptizo, ideſt, Ego te abluo, & mundo. Denique paruuli ſunt redemti à Chriſto, & cum eo reconciliati: ergo in eis uerum peccatum erat.

Secunda cõc. Peccatum originale aliquo modo uoluntarium.

Secunda cõcluſio. Hoc pctm̄ originale aliquo modo eſt uoluntariū. ſic docet Aug. lib. 1. retract. c. 18. Non abſurde, (ait) illud pctm̄ antiquū uoluntarium eſt, qm̄ primi parētis uoluntate contractum eſt. Ad hęc patet, quia peccatū originale eſt proprie peccatum: ergo uoluntarium.

Tertia concl. Aug. li. 1. de peccatorum meritis c. 16. & 17.

Tertia concluſio. Hoc pctm̄ non eſt proprie noſtrū ex parte cauſſæ, i. non eſt cõmiſſum noſtra uoluntate. Doctrinā hæc eſt Aug. & patet euidenter in paruulis, in quibus eſt hoc peccatum, antequam habeant uſū liberi arbitrij.

Quart. concl. Peccatū originale noſtrū eſt ex parte ſubiecti.

Quarta concluſio. Hoc peccatum eſt proprie noſtrum ex parte ſubiecti, quia proprie ineſt omnibus. Itaq; ab eo formaliter ſumus peccatores, & inobedientes. Ita ait Pau. locis ſupra citatis prima concluſione. Item ex illo; Cum peccatores eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt: loquitur ad litteram de peccato originali.

Obiectio.

Sed dices, eſſe difficile intellectu, quõ mihi imputetur ad peccatum, quod mea uoluntate non eſt commiſſum, neq, ulla ratione mihi uoluntarium? Reſpondetur, hanc

Solutio.

difficultatem habere omnes ueritates fidei, quas propterea comprehendimus ratione euidenti, ſed fide perſuaſi aſſentimur: hoc autem peccatum non conſtat humana ratione, ſed diuina reuelatione: vnde Paulus ait; Concluſit

Gal. 3.

Scriptura omnia ſub peccato, ut omnium miſereatur; nõ dicit, ratio humana, ſed Scriptura. Hoc ergo peccatum ex ſola diuina reuelatione hr̄. Nihiloſecius tamen diuini Theologi rationē, & modū quo pctm̄ originale in poſteros traducatur, uarijs uijs conati ſunt patefacere. At D. Th. in hoc articulo modū explicationis adhibet omnium optimum. Adā (inquit) in grā creatus, uel poſt creationē conſtitutus, accepit originalem iuſtitiam ſibi, ſuiſq; poſteris, qui ſimiliter in ea naſcerentur, accepit & lignū uitæ ad immortalitatem; cum aūt peccauit, oīa perdidit & nos in illo: ſicut quodammodo accepimus bona, ita conſenſimus malis: in hmōi. n. gratuitis beneficijs, ſeu conferendis, ſeu adimendis non erat alius noſter conſenſus neceſſarius. Huc attinet exemplum D. Th. de membris, quæ una totius ſuppoſiti uolūtate delinquunt. Sed & aliud mihi occurrit nõ minus fortaſſe aptum Si Rex alicui conferat cū ſuis poſteris oībus priuilegiū ingenuitatis, qui maieſtatis accerſitus; damnatus eſt: iam ille ob crimen leſæ maieſtatis amittit priuilegiū, & poſteri eius relicti ſunt ſuæ naturæ. Hinc iam nemo mirabitur, ꝙ Deus damnarit omnes poſteros Adæ ſine proprio cuiuſque conſenſu peccati: quia damnatio illa nihil eſt aliud, quam ablatio gratuiti priuilegij: meruit. n. id proditio primi parentis; meruerunt & omnes facti proditores in illo, quatenus propagationis neceſſitudine pertinebant ad illum.

Quomodo originale peccatum in poſteros tranſfundantur.

Exempla accommodata.

Obiectiones

Sed hæc exempla a nobis commemorata non omnibus ſatisfaciunt. In primis illud exemplum de membris acriter impugnatur. Manus n quando mouetur ad peccandū, non peccat, ſi obediat; immo ſi nõ obediret, peruerſe ageret. Deinde, hõ utitur manu tamquā inſtrūo: Adam uero non eſt uſus alijs hominibus naſcituris tamquam inſtrumentis peccandi: ergo ſimilitudo non cõſiſtit. Ad hæc, in manu non eſt formaliter pctm̄, ſed ſola denominatione extrinſeca: ſicut actus exterior non eſt formaliter pctm̄ ſed ſolummodo denominatione extrinſeca, ex eo, ꝙ prodit a mala uoluntate: ergo ſi primū pctm̄ deriuatur in poſteros tamquam in membra primi parētis, ſequitur, ꝙ in poſteris non ſit illud peccatum formaliter, ſed ſolum denominatione extrinſeca. Sed & exemplū de rege, qui ob læſæ maieſtatis crimen, totam poſteritatem damnauit, & priuilegio priuauit, non oīno quadratūm ſolum probat peccatum primi parentis in poſteros pœna tranſijſſe, non culpa.

contra exemplum D. Tho.

Rñſio eſt, exempla ſuperius commemorata, non ea eſſe adducta, ut rem demonſtrent euidenter, ſed ut explicent, & uteriſimili ſuaſione rem credibilem efficiant. Cui hæc non placent, excogitet ipſe meliora, & aptiora. Certe exemplum de membris ſatis accommodatum eſt: ſignificat. n. D. Th. ꝙ quemadmodum motio manus, ſi referatur ad manum, non hẽt rõnem culpæ, nec uoluntarij; ſed ſi referatur ad uoluntatem mouentis, habet rationem culpæ: ſic ex uoluntate primi parentis, ex quo tota poſteritas deriuatur, peccatum iſtud in poſteris, ueluti in membris Adæ uoluntarium eſt. Sed & exemplum de rege non oīno diſſimile eſt: ſi enim Princeps adoptaret aliquem in filiū, & hæredem inſtitueret perpetuum pro ſua poſteritate; ſi tamen in gratia regis permaneret; certe peccando, & ipſe, & ſui poſteri permanerent regi inuiſi, atque ingrati. Sic Deus dedit Adæ iuſtitiam originalem in ſuos poſteros perpetuo deriuandam; ſi tamen in gratia Dei perſiſteret: Adam uero peccando, & ſe & ſuos poſteros perdidit, & ingratos reddidit Deo. Auguſt. cum urgeret Pelagius, per quam rimulam latenter hoc peccatum intraſſet, reſpondit: Quid quæris o Pelagi rimulam latentem, cum ianuā habeas apertiſſimam? Per unum hominem peccatum intrauit in mundum. Quid amplius quæris? Sed & Paul. optime explicat hanc difficultatem cum ait; Adam eſſe formam Chriſti. Vnde contrapoſitio gratiæ, & peccati originalis manifeſte lucet, quando accedente Domino ad baptiſma, uox Patris intonuit, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui: ac ſi aperte diceret; Sicut oīs poſteritas in Adam mihi diſplicuit, ita in Chriſto grata facta eſt. prout & in epiſtola ad Rom. c. 5. explicat Paul. cum dixit; Sicut per unius inobedientiam peccatores conſtituti ſunt multi, ita per unius inobedientiam, &c. Quod etiam repetit Ezec. 1. Gratificauit nos in dilecto Filio ſuo. Itaq; naturam humanam in primo parēte peccaſſe, nihil aliud eſt, quam naturam humanam in ipſo fuiſſe Deo inuiſam, & ingratam: ſicut & naturam humanam in Chriſto placuiſſe Patri, nihil eſt aliud, quā naturā noſtrā per ſpiritū Chriſti, quē accipiunt credētes in eū, eſſe Deo dilectā, & gratam.

Solutio.

Aug. lib. 2. de nuptiis. c. 28.

Rom. 5.

Ad argumenta ergo in principio, & ad primum dicitur, quod aliter accidit peccatum in ijs, quæ ſpectant ad naturam, aliterque in ijs, quæ attinent ad perſonam. Peccatum in ijs, quæ attinent ad perſonam, propria uoluntate ſolum committitur, ſed ſi quod eſt peccatum pertinens ad naturam, non abſurde dicitur, quod traducitur de uno ad alterum, ſicut & ipſa natura. Et cum peccatum ſit malum rationalis naturæ, priuatioque boni, ad iudicādum, quod peccatum pertineat ad naturam, uel ad perſonā, conſpiciendum eſt illud bonum quo priuat. Cū igitur peccatum primi parentis non ſolum ſpoliauerit hominē gratia, & rectitudine perſonali, ſed etiam abſtulerit iuſtitiam originalem, quæ in omnem naturā erat deriuanda; peccatum naturæ appellandum eſt. Ex quo ſequitur, ꝙ illud peccatum, prout priuauit Adā bono perſonali, erat peccatum perſonale, & requiſiuit uolūtatem propriam illius hominis: ceterum quatenus priuauit omnem naturā iuſtitia originali, eſt peccatum totius naturæ, & requiſiuit uoluntatem primi parentis, tamquam capitis, & uicē habentis totius naturæ Auctor hic aliter reſpondit, & ex comparatione membrorum oſtendit, quomodo hoc peccatum ſit uoluntarium. Præterea dici poteſt, ꝙ hoc peccatum

Argu. ſolut. Ad primum.

tum eſt voluntarium paruulis, non formaliter, ſed interpretatiue. ſicut baptiſmus eſt uoluntarius paruulis: volũtas enim patris, eſt voluntas filij. De ſolutione huius argumenti vide D. Thom. in 4. contra gentes. c. 50. & 52.

D. Tho. ad ſecundum. Aug. li. 3. de lib. arb. cap. 18. & 19.

Ad ſecũdum, Aug. conatur oſtendere hominem ſæpenumero peccare in ijs quæ cauere non poteſt. Vera tamẽ ſolutio eſt, quod primum peccatum potuit cauere in primo homine; ideoq; referendo ad primum hominem fuit voluntarium.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ hoc non videtur oculis humanæ rationis, ſed fidei, ꝙ per actum primi hominis, q̃ habebat uicem totius naturæ humanæ, omnis natura humana manſerit iniuſta Deo. Et hæc deordinatio manet in natura humana, non per modum actus, ſed habitus; ſicut tranſacto actu in reliquis peccatis manet deordinatio ꝑ modum habitus.

Ad quartum dicitur, ꝙ ſi homo eſſet conditus in puris naturalibus haberet certe pugnã ex parte appetitus ſenſitiui. Rurſus haberet imperfectionẽ ex parte ĩtellectus; non tamen eſſet Dei inimicus & filius iræ: homo uero q̃ naſcitur ex Adam eſt inimicus Dei, & filius iræ.

Ad quintum dicendum, ꝙ ſi Deus conſtituiſſet hominem in puris naturalibus, & ad finem ſupernaturalem nõ deſtinauiſſet, non inferret illi iniuriam: nam hæc deſtinatio humanæ naturæ non debetur. Item, non eſſet iniuria, ꝙ appetitus ſenſitiuus repugnaret rationi: iſthæc namq; eſt eius natura: atque adeo non eſſet iniuria, ꝙ hõ morti, & ærũnis eſſet ſubiectus; quia iſta omnia ex naturæ principijs oriuntur. Fuit ergo Dei maxima clementia, ꝙ gratiam, originalemq; iuſtitiam nobis contulerit: non ergo fuit crudelis, ſi peccante primo parente omnem naturam donis ſupernaturalibus ſpoliarit, quibus ipſa ſuapte natura erat orbata. Itaque nemo miretur, ꝙ omnes poſteros ob Adæ peccatum damnauerit Deus; quia hæc damnatio nihil aliud fuit quam ablatio gratuiti beneficij.

Ad ultimum haud eſt difficile reſpõdere, ꝙ videlicet Adæ culpa condonata fuit, vt erat perſonæ, non naturæ: non enim illud ſingulare priuilegium fuit illi reſtitutũ; & merito, quia Adam nequiuit pro tota natura ſatisfacere: ſed ſatisfecit pro ijs quæ ad ſuam perſonam attinebãt. Hinc colligitur, quomodo originale peccatum ſit uerum peccatum, traducaturque in poſteros.

Chryſ. vere ſenſit de peccato originali. hom. 11. 12. & 13. in epiſt. ad Ro. & hom. 40. in 1. epiſt. ad Corin.

Ad Patrum auctoritates, præcipue D. Chryſo. dicendũ eſt, omni dubio procul Chryſoſt. veram fidẽ de peccato originali tenuiſſe, vt patet in ijs quę paſſim ſcripſit de infectione naturæ humanæ in primis parentib. Ex quib. clariſſime colligitur, ꝙ ex peccato Adæ, iuxta ſniam Chry. tranſierit in poſteros, non ſolũ pęna corporeæ corruptionis, & mortis, ſed & animi iã vitiati languor, & immoderatus quidã effrænatæ cõcupiſcentiæ æſtus, abducens hominem ab itinere virtutis, & ad mortiferas voluptatum illecebras, & ſpiritus interitũ pertrahẽs. Vnde Aug. refellens Iulianũ, ꝙ ex ſuperiorib. Chryſo. dictis peccati originalis traducẽ euertere niteretur, hæc, in primo aduerſũ ipſum uolumine pro Chryſ. defenſione, ita ſcribit: Itane nobis uerba ſancti Ioã. Epi audes opponere? Abſit, abſit hoc malũ de tãto viro credere, aut dicere: abſit, inquam, vt Conſtantinopolitanus Ioannes loquens de paruulorũ baptiſmate, qui paterni chirographi libertatẽ habent ꝑ Chriſtũ, tot, ac tantis coepiſcopis ſuis, maximeq; Romano Innocentio, Carthaginenſiq; Cypriano, Cappadoci Baſilio, Greg. Nazian. Mediola. reſiſtat Ambr. quod enim ij ſenſere, hoc ſenſit, illud credidit, docuit & Ioãnes Hęc Aug. Proinde cum Chryſo. inquit; neminẽ ex peccato primorũ parentũ peccatorẽ conſtitui, & a cęlorum regno excludi, & damnationi æternæ obnoxiũ fieri, non ſimpliciter, & oĩno abſtulit peccatũ humani generis ex prima patrũ noſtrorũ tranſgreſſione contractum; ſed (ni fallor) ſignificare voluit, ꝙ Adæ poſteri nõ ea ratione peccatores ſint, q̃a primi tantũ parentes actualiter peccauerunt, ſed ꝙ ẽt ipſi poſteri in ipſo Adamo, & vna cum ipſo peccauerunt, quatenus oẽs, ob humanæ ſpeciei participationẽ, vnus, idemq; homo ſunt cum progenitore Adam, & ſicut eandẽ naturam, ſic euſdem corruptæ naturæ vitium participant. Niſi. n. illi in primo parente, in quo, ceu in radice olim uirtualiter inerãt, deliquiſſent, profecto ex Adæ peccato peccatores nõ eſſent, nullus. n. (vt recte ait Chryſo.) ex alieno peccato, & a ſe nõ participato peccator exiſtit. Aliud uero quod Chry. in homilia ad Neophytos ſcripſit, nimirũ, infantes nec eſſe peccato coinquinatos, nec in remiſſionẽ peccatorũ baptizari, Aug. in lib. iam citato reſpondens, annotauit hanc Ioãnis ſniam fuiſſe a Pelag. corruptã, aut male interpretatam: illi. n. pro eo quod Chryſo dixit, infantes non habere peccata; immutatis aliquãtulũ verbis, poſuere, infantes non eſſe peccato coinquinatos, vt magis loqui videretur de uno illo peccato ex Adã traducto, quã de alijs. Sed incorrupta Græcorũ lectio ſic habet. Ideo infantes baptizamus, quãuis peccata nõ habentes. Vbi (vt Augu. inquit) nõ negat paruulos peccato eſſe coinquinatos, ſed habere peccata, id eſt, nõ inficiatur paruulos primi parentis peccato coinquinatos eſſe, & pro huius peccati expiatione baptizari; ſed aſſerit eos nec peccata habere actualia, & propria, nec ꝑ peccata propria actualia baptizari. Atq; hæc dicta ſint in explicationẽ Chry. Ad alios Patres eadẽ explicatio adhiberi poteſt; dum tamen intelligamus, ꝙ illa explicatio Paul. Ro. 5. In quo oẽs peccauerũt, ſi intelligatur de peccato per imitationem, dãnata eſt in Concil. Africano, & in Conc. Trid.

Conci. Afri. c. 77. Tridenti. ſeſſ. 5. c. 2.

Argumenta Pelagij. quibus probabat non dari peccatum originale.

Sed ad finem huius q̃onis operæpretium erit commemorare argumenta Pelag. quibus perſuadere nitebantur, nõ eſſe peccatum originale. Certe Aug. li. 2. de nuptiis, & cõcupiſ. numerat viginti, & eo plura argumenta Pelag. contra peccatum originale, & lib. 3. de peccatorum meritis, & remiſſione in eodem argumento uerſatur: potiſſimũq; horũ argumentum eſt; quia anima rationalis non eſt ex traduce: quoniam non traducitur de anima primi parentis, ſed a ſolo Deo creatur, caro ſola traducitur de primo parente: ergo iniuſtum apparet ꝙ hodie nata anima non ex Adæ maſſa peccatum cõtrahat. Huic obiectioni Aug. nihil reſpondet: dicit tamen eſſe difficillimã quæſtionẽ, vtrum rationalis anima ex traduce ſit: quam quæſtionem feramus eſſe occultam, & meminerimus nos eſſe hoĩes.

Aug. ſolut.

Aug. epi. 18. & 19. ad Hierony.

Difficultatẽ huius rationis amplificat Aug. faeturq; ingenue ſuam ignorantiam. D. Tho. in hoc arti. ad ſecundũ hoc pacto ſoluit ipſam, dicitque ꝙ etſi rationalis anima de anima primi parentis non traducatur, natura tamen humana per generationem traducitur. Ex hoc enim fit, is qui naſcitur conſors culpæ primi parentis, ꝙ naturã ab eo ſortitur per quandam generatiuam motionẽ. Ex hoc infert peccatum originale eſſe virtualiter in ſemine; qđ intelligo, non cauſſaliter, ſed cõcomitanter; vtpote quia in ſemine continetur natura humana, quam conſequitur peccatum originale: non enim oportet ponere in ſemine virtutem quandam ſpiritualem quæ peccatum originale efficiat. Et per hoc ſoluitur aliud argumentum quod magnopere amplificant Pelagiani. Rationalis (inquiunt) animam a ſolo Deo creatur, & infunditur corpori: ergo ſi contrahitur macula, ex ipſa creatione, & infuſione illam contrahit: unde conſequitur Deum peccati originalis auctorem eſſe, cum ſit auctor creationis, infuſioniſq;. Et confirmatur: quia Magiſter, & oĩes Theologi ſacri affirmant, ꝙ ſi Angelus in primordio creationis ſuę fuiſſet malus, ſequeretur Deũ eſſe mali auctorem: ſed anima in exordio ſuæ creationis contrahit maculam: ergo Deus eſt auctor illius maculæ.

arg. Pelag. Solutio.

Peccatũ originale non eſt a Deo.

Reſpondetur, & dico primo, quod peccatum originale non eſt a Deo, ſed a primo parente per propagationẽ. Dico ſecundo, quod cũ creatio dicat reſpectũ animæ ad ſolum Deum, non eſt dicendum quod anima ex ipſa creatione maculam contrahat. Vel dico, quod infuſio cõparari põt ad Deũ infundentem, & ad corpus cui infunditur. Habito reſpectu ad Deum, non eſt dicendũ ꝙ anima ex ſua infuſione contrahat maculam. Quod ſi habeatur reſpectus ad corp⁹ cui infunditur, uera eſt hæc ſententia. Ad confirmationem dico, non conſiſtere ſimilitudinem: non enim Angelus eſt creatus, vt eſſet forma corporis. iccirco non poterat ex parte materiæ defectum incurrere: ſed oportebat, ꝙ ſi maculam peccati haberet ex primordio ſuæ creationis, illud eſſet ex parte creãtis: at anima rationalis creatur, vt ſit forma corporis, ideoq; ex coniunctione ad illud poteſt labẽ cõtrahere ex primi parentis infectione, cuius Deus cauſſa non ſit. Alia argumenta Pelagianorum vide in Aug. ubi ſupra.

EXPLI.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Rom.5.

Conclaſio huius articuli eſt certa ſecundum fidem: patet ex illo, Per unũ hominem peccatũ &c. & iterum; Iudicium quidẽ ex uno, ſ. delicto, in condemnationẽ; & rurſus; Per unius inobediẽtiam peccatores cõſtituti ſunt multi. Ex quib. patet, unũ tantũ peccatum in poſteros eſſe tranſfuſum. Præterea, bonum eſt magis ſui diffuſiuum quã malum: ſed bona merita proximorũ parentum non tranſeunt in poſteros: ergo nec mala merita. Adhæc, cetera oĩa peccata ſunt pſonalia, quib. proinde ſtatuta eſt pęna perſonalis; vnũ hoc peccatum eſt cõmune totius naturæ, cui proinde ſtatuta eſt pęnã cõmunis, vtpote illa; In quacumque die comederis ex eo, morte morieris: quo ſupplicio affectũ eſt totũ genus humanũ. Deniq; per illud primũ peccatũ amiſimus bonũ, & ſingulare priuilegiũ ad oẽ genus humanum ſpectans, puta, iuſtitiam originalem: ergo ſolũ illud peccatũ trãſfunditur in poſteros. Sed licet hæc ſnĩa ſit certiſſima, ſunt tamen cõtra illã aliquot argumẽta q̃ reddũt eã tam obſcuram, ut Aug. hanc quęſtionem inſolutã relinquerit. Primo arguitur, Pęna non irrogatur niſi pro culpa: ſed aliqui in diuino iudicio puniẽtur pro peccatis parentum, ſecundũ illud Exho. 2. Ego Deus zelotes uiſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem: ergo culpæ proximorum parentum tranſeunt in filios.

Concl.

Aug. in Enchir. cap. 46 & 37.

Secundum. Aug. lib. 10 de Gene. ad liter. cap. 19. 20. & 21.

Vlterius, Adam peccante omnes in eo peccauimus, vt dicit Paulus: quia in eo eramus ſecundum ſeminalem rationem, vt ait Aug. at in proximis parentibus etiam fuimus ſecundum ſeminalem rationem: ergo &c.

Tertium.

Rurſus, homo magis poteſt communicare quod habet de ſe, quam quod habet ab alio; atqui proximi parentes transfundunt in poſteros peccatum originale a primo parente deriuatum: ergo potiori iure poſſunt transfundere peccata quæ ipſi commiſere. Pro explicatione notandum primo, q quando dicimus primum peccatum primi parẽtis tranſijſſe ad poſteros, nõ eſt ſenſus, q actus qui fuit in Adam tranſierit in poſteros. accidens namq; de ſubiecto in ſubiectum non tranſit; ſed ſenſus eſt, quod tranſiuit in poſteros meritorie, & effectiue. Meritorie quidem; eo q ſuo malo merito induxit in ſuam propaginem defectum, & originalis iuſtitiæ carentiã debitæ ineſſe. Effectiue uero ex eo quod per ſuum actum infecit naturam humanã, & eam inuiſam, & Deo ingratã reddidit, a qua omnis natura deriuata per originẽ, maculam cõtrahit non eandem numero, ſed ſpecie; quia generat ſibi ſimile in ſpecie, & cum ſimili defectu. Amplius animaduertito, q uera cõ, quare ſolum primum peccatum primi parẽtis transfunditur in poſteros, eſt, qa per illud eſt ſublatum bonũ, & priuilegium toti naturæ cõceſſum, obidq; huius peccati dãnatio in oẽs pertranſijt. at vero p alia peccata tãtum perſonale bonũ aufertur, unde eorũ damnatio in reliquos non pertranſijt. Obſeruandũ præterea, cõcluſionẽ articuli ſolũ modo de facto loqui, nõ de poſſibili. Nã de poſſibili illuſtriũ Theologorum ſnĩa eſt, q primo parente nõ peccante, ſi Cain peccaſſet, filij ei' in originali peccato naſcerẽtur, iſta tamẽ ſententia ar. 5. huius quæſtionis examinabitur. Ad argumenta cõtra concluſionem adeo dilucide rñdet hic auctor, ut opera nr̃a nõ indigeant. Vide illum.

Qvomodo Adæ peccatũ ad poſteros trãſeat.

ART. SECVNDVS.

Vtrum etiam alia peccata primi parentis, vel proximorum parentum traducuntur in poſteros.

SVMMA TEXTVS.

Negat concluſio. Nã homo generat ſibi idẽ in ſpecie, & non in indiuiduo: ideoque perſonales actus, & quæ ad indiuiduum attinent, nõ traducuntur a parentibus in filios. Grammaticus ſiquidem non traducit Grammaticam; ſed ea quæ attinent ad ſpecificam naturam, traducuntur; niſi ſit defectus naturæ, vt oculatus generat oculatum, niſi natura deficiat; quæ ſi fortis eſt, etiam aliqua accidentia indiuidualia propagãtur in filios, pertinentia ad naturæ diſpoſitionem, vt bonitas ingenij, corporis velocitas, & id genus pleraque: ſed quæ perſonalia ſunt, nullo modo traducuntur. Sicut ergo ad pſonam ſpectat aliquid ſecundum ſeipſam, atque aliquid ex dono gratiæ; ita ẽt ad naturam poteſt aliquid attinere ſecũdũ ſeipſam; & aliquid ex gratiæ dono: ſicque originalis iuſtitia erat quoddã donũ gratiæ toti naturæ humanæ diuinitus in primo parente collatum, quod primus homo amiſit per primum peccatum. Quare ſicut illa iuſtitia originalis traducta fuiſſet in poſteros ſimul cum natura; ita & inordinatio oppoſita. Sed alia peccata primi parentis, vel aliorum nõ corrumpunt naturam, quo ad id quod eſt naturæ, ſed ſolũ ad id qđ pſonæ. & ideo alia peccata non traducuntur.

ART. TERTIVS.

Vtrum primum peccatum primi parentis tranſeat per originẽ in omnes homines.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio: alioqui nõ omnes indigerent redemtione quæ eſt per Chriſtum: quod eſt erroneum. Ita enim traducitur originalis culpa in poſteros, ſicut a volũtate animæ per motionẽ mẽbrorũ traducitur actuale peccatum ad membra corporis. Sed peccatum actuale poteſt traduci ad omnia membra quæ nata ſunt moueri a volũtate. Vnde culpa originalis ad eos omnes traducitur, qui ab Adam mouentur generationis motione. Itaq; ſecundũ fidem orthodoxam firmiter tenendum eſt, omnes homines ab Adam deſcendentes originale peccatũ cõtrahere. Excipio Chriſtum, qui ex virili ſemine conceptus non eſt.

Cõcluſio.

EXPLICATIO ART.

Hæc cõcluſio habetur in ſacris Scripturis, Roma. 5. Per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & c. In quo omnes peccauerunt. & ca. 3. Omnes peccauerunt, & egent gratia Dei. & 1. ad Corint. 15. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita in Chriſto omnes viuificabuntur. & 2. ad Corinth. 5. Si unus pro omnibus mortuus eſt: ergo omnes mortui ſunt. & Iob. 25. Nemo mundus a ſorde, nec infans vnius diei. Atqui hanc veritatem ſub eodem tenore verborum quo affirmat eam D. Thom. definiunt Concilia contra Pelag. celebrata, Mileuit. & Arauſicanum; atq; etiã Aug. Sed obſeruet Theologus, quod ſicut non eſt dogma hæreticum aſſerere, quod aliqui ex particulari priuilegio non morientur, ſicut de Helia, & Enoch, & quidã Doctores docti, & pij aſſerunt, quod illi qui viui in die Iudicij reperientur, non moriẽtur, cui priuilegio nõ derogat lex illa generalis; Statutum eſt hominib. ſemel mori. ad hunc modum non eſt hæreticum dogma aſſerere, quod aliquis ex peculiari priuilegio liber fuerit ab originali delicto. Quodq; iſtud dogma ſit pbabile, piũq, de diuina Virg. patet ex Extrauagan; Graue nimis in qua Sixtus quartus anathe-

Aug. fol. hic D. Th.

Concilia definiunt. Aug. lib. 2. contra ... & epiſt. ... Optat. ... originali ... m. 2.

De Virg.

anathematizat eum, q̄ dixerit alterutram opinionē errorem continere. Eādem conſtitutionē innouauit Concil. Triden. Illud ēt obſeruandum, q̄ etſi quis concedat aliquem hominem ab Adam deſcendentem ex priuilegio pc̄t̄m originale non contrahere, fateri neceſſe eſt hæc dogmata, q̄ ſubſequuntur. Primum: Chriſtū eſſe oīum redemptorem: non.n. ſolum redimit, q̄ datis pecunijs eripit aliquem a vinculis, ſed ēt q̄ datis pecunijs eſt in cā ne in carcerē detrudatur. Sed & illud dogma catholicum eſt, Chr̄m Dñm pro oībus eſſe mortuum, in eoq; oēs homines fuiſſe reconciliatos. Tum ēt, oēm hominē egere gratia, & gloria Dei, vt ſalutem conſequatur. Non.n. ē aliud nomen ſub cęlo in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Ieſu. Ex ijs & illud dogma ſubſequitur, q̄ oēs eramus captiui, & mortui. Itaque ſicut in ſacra ſcriptura habetur, q̄ oēs in Adam peccauerunt; ſic habetur, q̄ mors in oēs pertranſijt, & q̄ eſt ſtatutum hominibus ſemel mori: ideoq; utrumq; eſt ęqualiter de fide. Fides ergo docet, q̄ eſt neceſſitas, & obligatio, vt oēs deſcendentes ab Adam contrahant pc̄t̄m originis; ſicut eſt lex impoſita, & neceſſitas moriendi. Sed qa non eſt abbreuiata manus Dñi, ſicut non ſpectat ad fidē aſſerere, q̄ Deus aliquos a morte ſeruarit, ita nec ſpectat ad fidem aſſeuerare Deum aliquos a peccato originali pſeruaſſe, ſicut al qui de ſanctiſſima eius matre arbitrantur, de quo agit D. Th. 3. p. q. 27. & hic Caie. Sed cõtra concluſionem articuli eſt argm̄, cuius meminit Aug. Nullus dat quod non hēt: ſed pater baptizatus non hēt pc̄t̄m originale: ergo non traducit illud in prolem. Ad hoc rñdet Aug. q̄ pater baptizatus non generat, quatenus Dei filius, ſed quatenus ſęculi filius, habens naturam, quam ab Adam uitiatam ſuſcepit: quamobrem ēt ſi careat originali peccato, transfundit tñ ipſum in prolē: ſicuti Iudæus circūciſus generabat filium incircumciſum, quia circūciſio erat pſonalis; incircūciſio vero totius naturæ. Eſt & aliud exēplum quo id apertius explicatur: triticū.n. excuſſum palea, & ariſtis, pducit triticū palea veſtitum. Itaq; aliquis dat qđ nō hēt. Aliam ſolutionem tribuit auctor huic argumento hic ad ſm.

Conci. Ari. Seſſ. 5. can. finali.

Dogmata certiſſima.

Concluſ.

Obiectio cõtra concluſionem.

Aug. li. 3. de peccatorum meritis. c. 8.

Solutio Auguſt.

ART. QVARTVS.

Vtrum ſi quis ex humana carne miraculoſe formaretur, contraheret peccatum originale.

SVMMA TEXTVS.

NEgat concluſio. Nam pc̄t̄m originale a primo parente traducitur in poſteros, prout mouētur ab ipſo per gn̄ationem, ſicut mēbra mouentur ab anima ad actuale peccatum: ſed non eſt motio ad generationem, niſi per uirtutem actiuā in generatione. Vnde illi ſoli pc̄t̄m originale contrahunt, qui deſcendunt per uirtutem actiuā in generatione originaliter ab Adam deriuatam; quod eſt deſcendere ab eo, ſm̄ ſeminalem rõnem, quæ nihil aliud eſt, quam vis actiua in generatione. Sed ſi q̄s virtute diuina ex humana carne formaretur, illa vis actiua non deriuaretur ab Adamo: vñ nec pc̄t̄m originale cõtraheret; ſicut nec actus manus attinet ad pc̄t̄m humanum, ſi ipſa non moueretur a voluntate hoīs, ſed ab aliquo extrinſeco mouente. Originale itaq; pc̄t̄m traducitur a primo parente, quatenus mouet ad gn̄ationē natorū: ſi enim q̄ſpiam materialiter ſolū ex humana carne naſcerēt, non contraheret pc̄t̄m originale.

EXPLICATIO ARTIC.

CONcluſio huiuſce articuli certa eſt & explorata. Nam talis ꝓprie non eſt filius Adæ: ergo non contrahit pc̄t̄m originale. Item, qa in diuina ſcriptura habetur ſolum, q̄ deſcendentes ab Adam pc̄t̄m originale cõtrahant: talis ab ſtirpe Adę non deſcendit. Rurſum: nam Chriſtus iſthac de cā pc̄t̄m originale nõ cõtraxit, eo q̄ de uirili ſemine nõ eſt cõceptus; ſed talis nõ eſſet cõcept⁹ de uiri ſemine: ergo, &c. Ex quo ſequitur, q̄ etſi Chriſtus Deus nõ fuiſſet, non tñ potuit concipi in peccato originali. Pro cuius declaratione nota primo, hanc q̄ſtionem non ſolū habere locū in formato ex humana carne a femina adminiſtrata, ſed & in formato ex brachio, aut lapide. verū eſt tñ, q̄ hēt maiorē difficultatē in homine formato ex carne humana a femina adminiſtrata; qa talis fuit ī Adamo ſm corporeā ſubſtātiā. Ob idq; auctor q̄rit peculiariter, An ne ſi q̄s ex humana carne miraculoſe formaretur, contraheret pc̄t̄m originis: qđ idem eſt ac ſi q̄ras, an fuiſſe iſtum in Adam ſm coporalē ſubſtātiam, inducat pc̄t̄m originale? Iudem obſerua ſecūdo, quid ſit fuiſſe ī Adam ſm ſeminalē rõnē, & ſm corporeā ſubſtātiā & fuiſſe ī lūbis Adę: q̄b ꝟbis utit D. Th. hic, & accepit ea ex Aug. Certe ille fuit in Adam ſm ſeminalem rõnem, q̄ producitur uirtute ſeminis mediate ab Adā ꝓcedentis, ſiue ēt immediate, ita q̄ virtute ſeminis anima corpori adiungatur. Ille vero fuit ī Adam ſm corporeā ſubſtantiam, qui format⁹ eſt ex carne ab Adam deriuata, ſed non eſt formatus in homine virtute ſeminis. Ille aūt in lumbis eſt Adæ, & Abrahæ, qui eſt in eis ſm ſeminalem rõnem, ut dicunt ſancti Patres ſuper illud Heb. 7. Qui decimatus eſt in lumbis Abrahæ: & auctor. 3. p. q. 31. a. 6. & 7. & 8. Tertio animaduertendū eſt, q̄ originalis iuſtitiæ donum tātum competebat eis, qui ab Adam ſm rõnem ſeminalem deſcenderent: acceperat.n. Adam hoc ſingulare priuilegium ꝓ ſe, ſuiſq; poſteris, & ijs, qui ab eo ſunt naturaliter progeniti. Vñ ſequitur primo, q̄ ſi homo miraculoſe ex humana carne eſſet formatus, haberet q̄dem originalis iuſtitiæ defectum negatiue, i. non haberet iuſtitiam originalem, veluti ſi in puris naturalibus eſſet conditus, nõ tñ defectus hic culpæ rõnem haberet, nec propterea a Deo odio haberetur. Sequitur ſecundo, pc̄t̄m originale non ſeq ad naturam humanā abſolute; ſed ab Adam deriuatam ſm ſeminalem rõnem. Sed contra dices, q̄, ſi q̄ diximus vera ſunt, ſeq̄tur cum rõnalis anima inficiatur ex coniunctione ad carnem infectam, caroq; tota ē infecta, ſiqdem ab Adam ē deriuata: ergo ex quacumq; carne formetur homo, originali culpæ erit obnoxius. Sed hoc nihil officit ad propoſitum: poſſumus namq; carnis nomine intelligere quattuor: primum, paternū corpus de cuius ſubſtātia homo generatur: ſm, ſemen ab ipſo deriuatum: tertium, carnē, vt eſt pars prolis ex coniunctione ad animam: quartum, carnem quæ in ꝓle perſeuerat. Caro, quæ perſeuerat in prole, inficit animam medio conſenſu, dum concupiſcit aduerſus ſpiritum. Illa uero caro, quæ eſt pars prolis ex coniunctione ad animam, inficit animam, qm̄ ipſi coniungitur virtute ſeminis: ideo .i. ſemen propriius, & uerius inficit animam: caro.n. inficit rõne ſeminis. Et eadem ratione paternum corpus inficit animam: nam ſaltem mediate generat filium Adæ. Et per hoc diluitur argumentum.

Not. 2.

Not. 2.

Aug. li. 10. de Gen. a c. 19. uſque ad 21.

Concluſ.

D. Thom. Not. 3.

Obiectio.

Solutio ō.

ART. QVINTVS.

Vtrum ſi Adam non peccaſſet, Eua peccante, filij originale peccatum contraherent.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt negatiua. Cuius rei demõſtratio

EXPLICATIO ARTICVLI.

COntra concluſionem propoſitā ſunt aliquot argumenta. Primo, Eccl. 25. dicitur, A muliere initium peccati, & per eā omnes moriuntur: ergo Eua peccante

Examinatur concluſio articuli.

Arg. primũ.

originale

ſecundum

originale pctm̃ contraheremus. Præterea, Ambroſius, Hieron. ſuper illud Rom. 5. Per vnum hominem pctm̃ intrauit in mundum, &c. intelligunt non Adam, ſed Euam, q̃ prior peccauit: ergo illa peccante, pctm̃ tranſiſſet in poſteros.

Tertium.

Amplius, pctm̃ primũ fuit inobedientiæ primi mandati: at primũ illud mandatũ fuit poſitum, & viro, & feminæ: ergo pctm̃ Euæ eiuſq; inobedientia etiã tranſijſſet in poſteros. Ad hæc,

Quartum.

Eua per ſuum peccatum, antequã Adam conſenſiſſet, amiſit iuſtitiã originalem, vt patet: ergo tranſmiſiſſet naturam iuſtitia originali deſtitutam in poſteros. Ad primum rñdetur, illum locum eſſe intelligẽdum per occaſionem; id eſt, mulier dedit occaſionem vt maritus peccaret, & genus humanum commaculatet.

ex pdictis manifeſte colligitur: dictum.n.fuit, quod traducitur pctm̃ originale a primo parẽte prout ipſe mouet ad generationem natorum. Vñ ſi aliquis materialiter tm̃ ex carne humana generaret, non contraheret pctm̃ originale. Cum itaque ſm̃ doctrinam Philoſophi actiuũ principiũ in generatione ſit a patre, mater aũt miniſtret ſolã materiam; tale pctm̃ non cõtraheretur a matre, ſed a patre. Iccirco ſi Adã nõ peccaſſet, Eua uero peccaſſet, filij pctm̃ originale non cõtraxiſſent; nec fuiſſet defectus originalis iuſtitiæ, nec poſſibilitas, vel moriẽdi neceſſitas.

Ad ſecundum dr̃, commentarium legitimum, & catholicum illius loci eſſe, quod intelligatur de Adã, & non Eua. Quod ſi de Eua intelligatur, intelligendum eſt, peccatum ipſius tranſijſſe in poſteros occaſionaliter; peccatum vero Adæ propagatione.

Ad tertium dicendum, illud præceptum viro fuiſſe impoſitũ, & etiam feminæ, ſed viro vt capiti naturæ vniuerſæ, a quo omne bonum, & malum noſtrum erat deriuandum.

Ad quartum dico, Euam ſtatim ac peccauit non amiſiſſe originis iuſtitiam, vñ non ſtatim ſenſit rebellẽ ſenſualitatem. Ordinatione namq; diuina factum eſt, q iuſtitia originalis non perderetur ex eã parte, quoaduſq; vir, qui erat caput naturæ, conſentiret. Vel dico, q cõfeſtim Eua iuſtitiam amiſit originalem, quatenus erat beneficium huius perſonæ, ſed non continuo ſenſit rebellem ſenſualitatem, eo q ſenſualitas ad breue tempus continẽri põt in officio, ſicut rami, abſciſſa radice, per breue tempus viriditatem conſeruant. Sed hic cauendus eſt quidam error cuiuſdam ſtulti concionatoris, q

Error cuiuſdam.

aſſeruit Euam ſolum peccaſſe uenialiter. Hic error eſt hæreticus, & contra diuinam ſcripturam, quia Gen. 3. narratur Euæ pctm̃ tamq̃ grauiſſimum, & grauiſſimo ſupplicio punitum. De quo vide D.Th. infra q. 89. ar. 3. & Caie. 1. p. q. 95. art. 1. Eſt aliud dubium: Vtrum ſi Cain peccaſſet, primo parente non peccante, filij eius in

Arg. q̃d ſic. Vtrũ ſi Cain peccaſſet, filij eius peccatores eſſẽt.

peccato naſcerẽtur? Vr̃ q ſic. Nam Cain per illud pctm̃ primum amiſiſſet iuſtitiam originalem: ergo trãsfudiſſet in prolem naturam vitiatam, iuſtitiaq; originali deſtitutam. In oppoſitum eſt, quia auctor definijt art. 2. q ſolum primi parentis pctm̃ tranſijt in poſteros; cetera uero minime, quia perſonalia erant. Ad hoc poſſet qs facile dicere, q ſi primus homo poſt tentationem in officio perſeueraſſet, confeſtim confirmatus fuiſſet in gratia, quod beneficio oĩs pꝓpago potiretur. Iſta tñ ſn̄ia inanis eſt, & friuola, ut dicit D.Th. 1. p. q. 100. art. 2. Scot.

D. Thomæ ſolutio auctoris.

2. d. 30. q. 1. art. duo. alterum eſt, q de facto ſolum primũ pctm̃ primi parentis traductum eſt in poſteros, alterum eſt, q facta hypotheſi filij Cain in originali peccato naſcerentur. Cui ſñiæ vr̃ aſtipulari auctor de malo, q. 5. ar. 4. ad ult. & Conrad. art. 2. huius q. Ego vero dico, q cũ de hoc peccato nihil conſtet, niſi ex ſancta ſcriptura, q̃ de alio caſu nihil loquitur, non poſſumus exacte diſcernere, quid in tali euentu ſit tenendum. Veroſimilius tñ vr̃, q non contraherent pctm̃ originale: qm̃ Adam ſuſcepit originalem iuſtitiam pro ſe, & ſuis poſteris: ergo ſi ipſe non peccauiſſet, in ſuos poſteros eam tranſfudiſſet. Præterea, pactum de iuſtitia originali in propagnẽ tranſfundenda, tm̃ pepigit Deus cum primo parẽte: ergo ſi ille non fuiſſet præuaricatus mandatum, poſteri in iuſtit. naſcerentur. Hinc ſequitur, q in illo caſu peccatores generarent iuſtos, ſicut & mõ iuſti baptizati generant peccatores. Ad argm̃ dico, q Cain amiſiſſet iuſtitiam originalem, vt erat donum perſonæ, quam filij eius acceptũ erant, qa erãt filij Adæ. Dubium illud eſt: Vtrum ſi primi parẽtes cõ ſenſirent ante pctm̃ carnaliter filij geniti pctm̃ contraherent originale? Vr̃ q ſic:

Primũ arg. Vtrũ ſi ante peccatũ Adã genuiſſet, filij eius contraxiſſẽt peccatum.

qa, vt ait auctor 1. p. q. 100. ar. 1. filij parentibus aſſimilarentur in iuſtitia originali. at parentes non haberent iuſtitiam originalem: ergo nec filij. Amplius, primus parens accepit originalem pꝓ ſe,

Secundum.

ſuiſq; poſteris: ſi ergo ille illam amitteret, & oẽs amitterent. Ad hæc, ſi filij, peccantibus primis parentibus,

tertium.

iuſtitiã originalẽ haberent, eam in ſuos poſteros tranſfunderent: qđ tñ falſum eſt: iuſtitia namq; originalis p ſolum primum parentem in poſteros erat deriuanda.

quartum.

Vlterius arguitur exẽplo ſerui, quem dñs hr̃dem cõſtituit ampliſſimæ ſubſtantiæ cũ oĩ ſua poſteritate, ita tñ, q pſiſteret in gratia dñi ſui: tunc ſi iſte peccaret, & ipſe, & oẽs eius poſteri iã nati, eſſent dño inuiſi: ergo idipſũ in nr̃o caſu. Ad hoc dico primo, cum de hac re ſcriptura nihil loquatur, non poſſum⁹, niſi coniecturis agere.

Solutio quæſtionis.

Dico ſecundo, filij adulti peccantibus primis parentibus poſtea non cõtraherent pctm̃: nã ij erant in gratia, & habentes pꝓpoſitum ſeruandi mãdata Dei: ergo peccato obnoxij non erant. Præterea erant amici Dei: ergo non erant in peccato originali: niſi dicas, q ab homine adulto, & inuito auferatur Dei amicitia. Dico tertio, pueri ante vſum rõnis poſtea peccantibus primis parẽtibus non contraherent pctm̃ originale: qa ij iam non dependẽt a parente primo, quantũ ad eſſe. Præterea fides docet, q pctm̃ originale tranſit in poſteros p actiuã gñationem: ij uero iam erant geniti: ergo. Dico quarto poſt congreſſum ſufficientẽ ad gñationem peccãtibus primis parẽtibus ante infuſione aĩæ, pueri nõ cõtraherent pctm̃ originale, ut patet ex dictis. Vltimo dico, pꝓbabile ualde eſſe, q filij iam nati originalẽ iuſtitiã amitterent: non vt don̄ pſonæ, ſed naturæ. Hac de cã non generarẽt filios iuſtos, & i originali iuſtitia cõſtitutos: hoc probãt argumẽta adducta, pcipue ſecũdũ & tertiũ.

Ad argum.

Ad primũ dico, q filij in iuſtitia originali parẽtibus aſſimilarentur, ſi pmanſiſſent in iuſtitia, & ſanctitate. Ad ſecundum & tertiũ ex modo dictis patet ſolutio. Ad quartum dcẽm, nõ eſſe omnimodã ſimilitudinẽ: Deus namq; neminem odio pꝓſequitur, ſi mõ bonus iuſtuſq; ſit: atqui in nr̃ę diſceptationis caſu, filij iam nati, iuſti, & ſancti erant. Et hæc de hac quæſt. dicta ſufficiant.

QVAEST. LXXXII.

De eſſentia peccati originalis, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum peccatum originale ſit habitus.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Si habitus accipiat pꝓ firma diſpoſitione qua ĩclinatur potentia ad agendũ, ſicut ſcientię, & uirtutes dicuntur habitus. hoc modo originale pctm̃ nõ eſt habitus. Hæc concluſio ſimul cũ ſequenti pꝓbabitur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

TErtia cõſideratio đ peccato originali ẽ inueſtigare qđ ſit: qđ cuiq; eſt difficillimũ ad explicãdũ. Et q̃dẽ eſſẽtia peccati actualis planiſſima eſt: nã (vt ait Aug.) ẽ dictũ, vel factũ, uel cõcupitũ cõtra lẽgẽ Dei: & ut ait Ambr. eſt inobedientia cæleſtiũ mãdatorũ. Itaq; eſt deuiatio, & obliquitas, ac diuerſio a regula rõnis; veluti Adã

tranſgreſſus

tranſgreſſus lineam diuini præcepti, peccauit comedendo de ligno uetito: at uero infans qui nondum eſt rõnis cõpos, quomodo põt ad normã legis agere, uel ab ea deuiare? quomodo ex peccato primi parentis ratio culpæ naturæ eſt impreſſa? In huius explicatione, ut certiori methodo pcedã, primo dicam, qđ non ſit peccatum originale, deinde eius ueram definitionem. Sit ergo prima concluſio.

Prim. conclu. Peccatum originale non fuit peccatum luxuriæ.

Peccatum illud originale, qđ origine cõtrahitur, non fuit peccatũ luxuriæ, vt Cornelius Agrippa hæretice docuit in quodam opuſculo de peccato originali. Et quidem primo patet hoc ex ſñia omnium Sanctorum, uno conſenſu definiẽtiũ, illud peccatũ fuiſſe inobedientiæ, & eſum ligni uetiti. Patet ẽt ex illo Gen. 3. ubi mod' tẽtationis, & peccati enarratur, diciturque fuiſſe eſum ligni uetiti ſcientiæ boni, & mali. Item, hæreſis eſt affirmare, cõgreſſum carnalem inter primos parentes fuiſſe peccatum, quando eis dixit Deus: Creſcite, & multiplicamini.

Gen. 3.

Secunda concluſio. Si habitus accipiatur pro diſpoſitione alicuius naturæ cõpoſitæ ex multis, ſecũdum quam bene vel male ſe habet ad actũ, maxime ſi talis diſpoſitio ſit in naturam verſa; vt patet de ægritudine, & ſalute; ſic peccatũ originale eſt habit'; qa eſt inordinata quædẽ diſpoſitio proueniens ex diſſolutione illius harmoniæ, in qua conſiſtebat ratio originalis iuſtitię: ſicut ẽt ęgritudo corporalis eſt quędã inordinata diſpoſitio corporis, ſecundũ quam ſoluitur æqualitas, in qua conſiſtit ratio ſanitatis. Quare peccatum originale, languor naturæ dicitur.

Tertia concluſio in ſolutione primi, Peccatũ originale non eſt pura priuatio, ſed quidam habitus corruptus. Namq; ſicut corporis ægritudo habet aliquid p priuationẽ, quaten' tollit ſanitatis ęqualitatem; & aliquid etiam habet poſitiue, vtpote humores ipſos inordinate diſpoſitos; ſic pctm̃ originale hẽt priuationẽ originalis iuſtitię, & cũ ea inordinatã diſpoſitionẽ partiũ aię. Quare non eſt priuatio pura, ſed habitus corruptus dicitur.

Quarta concluſio, in ſolutione vltimi. Peccatum originale non eſt habitus acquiſitus, nec infuſus, ſed per vitiatam originem innatus: vnde & origine traducitur.

Secũ. conclu. Peccatum originale non eſt concupiſcentia animæ.

Secunda concl. Peccatum originale non eſt aĩæ concupiſcentia qua homo ad appetendum inclinatur ꝓ rationem, hoc eſt, non eſt morbida qualitas aĩæ inhærens, ſicut docuit Gab. 2. d. 30. q. 2. & Arim. q. 1. & Magiſter inibi. Dicunt ij Doct. originale peccatum eſſe qualitatem noxiam aĩæ inhęrentem. Hocq; probant auctoritate Aug. dicentis, ꝙ hæc concupiſcentia non ſubſtantialiter manet; ſed eſt affectio malæ qualitatis, ſicut languor. Præterea, rõne ſic probant, quia hæc macula non fuit in primo parente ante peccatũ, nec fuit in Chriſto; alias habuiſſet peccatum originale. Eſt ergo aliquid naturæ ſuperadditum: ergo qualitas. Vlterius dicunt, hanc qualitatem aĩæ inhærere, non carni. & hoc probant primo ex Aug. aſſerente, ꝙ aĩa in carne, uelutí in uaſe uitiato corrumpitur. Secundo, rõne: nam hæc qualitas non concreatur a Deo, neque habetur per actus proprios, & non eſt in corpore; quia ſola anima eſt ſubiectum peccati. Tertio dicunt, ꝙ hæc qualitas cauſſatur ex morbida qualitate, quam ex libidinoſa concupiſcentia coeuntium caro prolis contrahit ex ipſa conceptione. Hoc probant ex Mag. 2. d. 30. & Ambr. & gloſſa Aug. Quarto dicunt, ꝙ iſta morbida qualitas contracta eſt in carne primorum parentum ex afflatu ueneuoſi ſerpentis, qui tentauit illos, & perſeuerauit in eis, permanetque in ſuis poſteris. Neque id eſt mirandum, ait Ariminenſis, quia ex ſibilo ſerpentis aliquos interiiſſe compertum eſt. Sic ergo qualitas iſta in ſemine eſt, & a ſemine producitur in carne generata; cui cum infunditur aĩa, ex morbida illa qualitate corporea cauſſatur in anima qualitas noxia, quæ ſola, & eſſẽtialiter eſt peccatũ originale. Hanc ſñiam dicit ſecunda concluſio falſiſſimam eſſe, multaq; abſurda continere. Primum eſt, ꝙ peccatũ primi parentis affixerit carni qualitatem quandam morbidam, quæ ſine rõne, & auctoritate aſſeritur. Secundum, ꝙ caro iam infecta adueniẽti aĩæ inſerat qualitatem quandã ſpiritualem: hoc.n. abſurdiſſime dr̃: nam qualitas in carne exiſtens corporea eſt: ergo nequit efficere qualitatem ſpiritualem. Tertium, ꝙ primum peccatũ primi hominis ingenerauerit in aĩas oĩum hoĩum qualitatem quandam ſpiritualem: namque edere de ligno uetito de ſe non habebat talem efficaciã; alias ex ſimilibus actibus conſimilis qualitas ſemp gñaretur. Dicere vero, ꝙ Deus illi peccato talem efficaciam tribuerit, maior abſurditas eſt. Vltimo iſthæc ſuſa, qua facilitate dr̃, eadem & confutatur, ut puta, quæ nullum in ſancta ſcriptura fundamentum hẽt, immo nec in ſanctis Patribus. Sed neq; Aug. umquã ſomniauit, ꝙ aĩæ cõcupiſcẽtia ſit peccatum originale; ſed ipſe ſemp loqtur de concupiſcentia carnis, ut mox uidebimus. Qñ uero ait Aug. hanc concupiſcẽtiam non manere ſubſtãtialiter; ſed eſſe malę qualitatis affectionẽ; loquitur cõtra Manichęos, dicentes peccatum, & malum, eſſe ſubſtantiam quãdam malam, a malo Deo creatã. Quod vero ait, ꝙ aĩa rõnalis in carne, uelutí in uaſe uitiato corrũpitur; ſignificat non contrahere peccatũ originale, qa migrat de corpore in corpus, prout Pythagorici uolebãt. Nec vero, qa traducitur de ſemine infecto; qa aĩa nõ traducit̃, ſed creatur, & uenit de foris. Itaq; ꝯhit pctm̃ originale, qa infunditur ĩ carne ab Adã ſeminata. Cõtrahere.n. pctm̃ originale hoĩes, nõ eſt aliud, q̃ eſſe filios Adæ p gñationẽ actiuam, ut diximus.

Aug. li. 1. de nuptiis. c. 25.

Aug. lib. 5. contra Iulia. ca. 9. & 12.

Mag. ſenten. Ambro. Gloſ. Ro. 7.

Tert. conc. Peccatum originale non eſt concupiſcentia carnis.

Tertia concl. Peccatum originale non eſt concupiſcẽtia carnis, quã dicimus fomitem, de qua dicit Paul. Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ. Et probatur, qa hæc concupiſcẽtia eſt nobis naturalis: de ſubſtantia.n. hominis eſt, ꝙ componatur ex aĩa, & corpore, & ex appetitu intellectiuo, & ſenſitiuo, qui eſt concupiſcẽtia carnis. Præterea, iſta concupiſcentia manet in hoĩe condito in puris naturalibus, & permanet, ſm̃ fidem in hoĩe baptizato, in quo aboletur peccatum, & quidquid hẽt rõnem culpæ, dicente Paul. Nihil damnationis eſt ijs, qui ſunt in Chriſto Ieſu. & id definitur in Conc. Trid. Vltimo, ꝙ hæc cõcupiſcentia ſit effręnis, & contradicat rõni, eſt effectus peccati originalis: non ergo eſt ipſum peccatũ. Antecedens ꝓbatur, qa ex peccato Adæ excluſi ſumus a regno cœlorũ, incidimuſq; in miſerias huius vitæ, ruptumq; ẽ uinculũ originalis iuſtitię, quod concupiſcentiã in officio detinebat. Sicut ergo excluſio a regno cęlorum, alięque miſeriæ ſunt peccati originalis effectus, non vero ipſum peccatũ; ita concupiſcentia erit effectus ipſius. Et confirmatur, qa peccatũ originale fuit primum peccatum primi parẽtis, quod origine nos contrahimus; ſed in Adam cõcupiſcentia carnis non fuit peccatum: ergo neq; in nobis.

Rom. 8. Conci. Trid. Seſſ. 5. can. 5.

Lutheri hæreſis. Argu. prim. Rom. 7.

Contra hanc concl. inuehuntur Lutherani, dicuntq; ꝙ negare carnis concupiſcentiã eſſe pctm̃, eſt negare Chriſtum, & Paul. qui ait, ꝙ concupiſcentiam neſciebat, niſi lex diceret, Non cõcupiſces: ergo concupiſcentia vere pctm̃ eſt lege diuina interdictum: & Rom. 6. Non regnet pctm̃ in ueſtro mortali corpore: explicantibus omnibus Sanctis; non regnet ꝯcupiſcentia, & Ro. 7. Iam non operor ego illud; ſed quod habitat in me pctm̃, ubi appellat concupiſcentiã, pctm̃ habitans in carne. Et inibi appellat legem membrorũ repugnantem legi mentis ſuæ. Adducunt ẽt in ſuum patrocinium D. Aug. qui in multis locis ſuorum operũ appellat concupiſcentiã iſtam peccatum eſſe. Adducũt ſimiliter D. Th. q præcedenti ar. 3. ad 2. vbi ait ex Aug. ꝙ peccatum in baptiſmo remittitur quoad reatum; ſed manet actu, & (vt utar uerbis D. Tho.) tranſit reatu; ſed manet actu: ergo peccatum originale in actu

Rom. 6. Rom. 7. Secundum. Aug. li. 1. de peccatorum meriti. c. 16. & li. 2. c. 4. li. 2. de nuptiis c. 28. & li. 5. contra Iulia. c. 3. li. 1. Retra. ca. 15.

manet in puero recenter baptizato; quod nihil aliud eſt, quàm carnis cõcupiſcentia. Amplius, concupiſcentia carnis, quæ ſpiritui cõdicit, legiq; mentis noſtræ repugnat, improba eſt, ſi quidem ad pctm̃ ſolicitat: at non eſt mala, malitia actuali: ergo malitia originali. Ad hęc, materiale peccati, verum peccatum eſt, ut patet in furto, & percuſſione; ſed concupiſcentia (ſecundum Aug. & D. Th.) eſt materiale in peccato originali: ergo uerum peccatum eſt.

Tertium. D. Thom. Quartum. Quintum.

Ad primum Roffenſis argumenta diſſoluit. Concil. Trid. ſeſſ. 5. ca. 5. 1. Cor. 5.

Ad hæc argumenta rñdet Roff. artic. 2. cõ. Lutheranos; nos uero breuius agemus. Vnde ad primum rñdetur ex Conc. Trid. quòd quã Pau. concupiſcentiã appellat pctm̃, declarat Sancta ſynodus, Eccleſiã nũquam intellexiſſe appellare pctm̃, quòd uere, & ꝓprie in renatis ſit pctm̃; ſed quòd ſit ex peccato, & quòd inclinat ad pctm̃. Certe Apoſt. nuncupat Chrm̃ pctm̃, quem uocare ꝓprie pctm̃, impium dogma eſt. Vltimo dico, aſſerere, quòd in illo pcepto, Non ꝯcupiſces: interdicatur naturalis ꝯcupiſcẽtia nobis, ſumma amẽtia eſt: interdicitur ergo ibi motus ſenſualitatis voluntarius, cui voluntas ꝯſentit. Itaq; idem eſt dicere, Nõ ꝯcupiſces: &, Poſt ꝯcupiſcẽtias nõ ibis, ut hr̃ Eccleſ. 18. & Nõ regnet pctm̃ in veſtro mortali corpore, ad Ro. 6. Vide aliã explicatiõnẽ huius pręcepti pulcerrimã apud Aug.

Rom. 6. Aug. ep. 200. & lib. de pfectione iuſtitię ad fin. & lib. 1. de nuptiis c. 23.

Ad ſecundũ dico, eſſe impudentiſſimum allegare Auguſ. in ſuum errorẽ, qui ſe praeclare expoſuit, quo in ſenſu dixerit concupiſcentiã eſſe pctm̃ in locis allegatis, & in li. 1. contra duas epiſtolas Pelag. c. 13. & li. 1. de nuptiis c. 23. & alibi ſępe dicit, concupiſcentiam eſſe peccatum, quia de peccato eſt, & ad peccatum inclinat.

Ad ſecundum. Ad tertium.

Ad tertium dico, quòd nuſquam Aug. aſſeruit peccatum originale in baptiſmatę manere actu; ſed tñ dicit, quòd cõcupiſcentia in baptiſmo tranſit reatu, hoc eſt, non imputatur ad pctm̃, neq; hẽt aliquid damnationis annexum: manet tñ actu ad pugnam. Quodq; is ſit Aug. animus, vel ex ipſo lib. 1. cõ. duas epiſt. Pelagian. c. 13. & li. 6. cõtra Iul. c. 5. & 8 compertum eſt. Et ſi nonnũquam in ipſo legatur aut ẽt in D. Tho. originale peccatum in baptiſmo tranſire reatu, & manere actu, loquuntur de peccato per figurã improprie, qua forma locutionis, ut Aug. ait ſcripturam manum; & locutionem, linguam appellamus.

Aug.

Ad quartum. Appetitus ſenſitiuus inclinatio.

Ad quartum dicendum, quòd appetitus ſenſitiuus, quę eſt carnis cõcupiſcentia, ſuapte natura ſenſibile bonum inclinat, quod de ſe bonum eſt; accidentarie tñ pręter rationis bonum inclinat. Vel dico, hunc appetitum de ſua natura inclinari, ut rationi obediat; at ex uſo abuſu, & ex voluntatis conſenſu tendit in malum noſtrum. de quo dixi ſupra q. 77. & ad finem huius ſpecialis erit quæſtio.

Ad vltimum.

Ad ultimum dr̃, aliter concupiſcentiam eſſe materiale in peccato originali, aliterq; actionem in peccato actuali: nã actio rectæ rõni difformis eſt, eſtq; deformitatis ſubiectũ: ꝯcupiſcentia non ſe hęt hoc mõ, non. n. originalis peccati formale in ꝯcupiſcentia eſt; ſed in eſſentia aĩæ cui originalis iuſtitia inhærebat, ſed cõcupiſcentia eſt materiale iſtiꝰ peccati, ex eo quòd formale huiꝰ peccati ẽ auerſio à Deo, & ſuperioris rõnis deordinatio, ex qua inferiorum virtũ deordinatio, veluti materialis effectꝰ ꝯſecuta eſt.

Quar. concl. Peccatum originale non eſt amor terrenorum.

Quarta concl. ſit Originale peccatũ non eſt amor terrenorum: ſi. n. amor hic actum amãdi ſignificat, eſt pctm̃ actuale, & non originale; ſi uero ſignificat potentiam ad ſenſibilia propenſam, & terrena, in idẽ redit; ſicut dicere, quòd eſt carnis concupiſcentia, ut reprobauimus ſupra.

Quinta concl. Non eſt priuatio originalis iuſtitiæ.

Quinta concl. Peccatum originale non eſt iuſtitię originalis priuatio, in quo plurimi fallũtur: nã priuatio originalis iuſtitiæ in Adam non fuit peccatũ: ſed peccati effectus: ergo nec in nobis. Pręterea in pueris baptizatis nõ remanet peccatum originale, ut habet orthodoxa fides; tñ in eis manet priuatio originalis iuſtitię. Vltimo, Deus effectiue abſtulit originalem iuſtitiã, eaq; uoluit homines priuare: ergo huiuſmodi priuatio peccatum non eſt; alioqui Deus fuiſſet cauſſa peccati, voluiſſetq; peccatũ.

Sexta conclu. Peccatum originale non eſt primum peccatũ Adę, formaliter. Pyghius lib. 1. contrauers.

Sexta concl. Peccatum originale non eſt primũ pctm̃ actuale Adæ, a quo homines extrinſeca denominatione peccatores dicimur, ſed unumquodq; hæret ſingulis formaliter. Vbi non eſt prætereundum, quod Pyghius annotauit, nempe originale peccatum fuiſſe illud primũ peccatũ eſus ligni vetiti, a quo oẽs denominatione extrinſeca peccatores nuncupamur, utpote qui in primo parẽte, ſicut membra corporis eramus. Dicitq; hoc pctm̃ vere in nobis eſſe pctm̃, quòd in baptiſmate condonatur. Probat ſuã ſnĩam ex illo; Per unum hoĩem peccatum introiuit in mundum, &c. in quo oẽs peccauerunt, in quo. ſ. delicto; ergo oẽs illud peccatum peccauimus, & non ſinguli ſingula habemus. Item, ibi dicit Paul. Iudicium ex vno ſ. delicto, in condemnationẽ; & iterum, Per unius inobedientiã peccatores conſtituti ſunt multi. Prǽterea adducit Aug. dicentẽ, manifeſtũ eſt eſſe alia cuiq; ꝓpria peccata, in qbus ſolũ peccant ij quorũ ſunt peccata: aliud illud peccatũ in quo oẽs peccauerunt. & iterum dicit, quòd peccatũ illud magnũ in loco tantę felicitatis cõmiſſum, oẽs reddit peccatores. Confirmatq; rõne iſta oĩa. Nam ſi hoc pacto dicatur, facile eſt intelligere, quid ſit peccatũ originale: ſin uero alio mõ, eſt oĩno inintelligibile. Sed (quod bona venia grauiſſimi viri dixerim) fallitur multum, quia etſi Aug. immo & Pau. aſſerant primũ illud peccatum tranſiſſe in oẽs poſteros; ſenſus tñ Catholicus eſt, quòd illud fuit radix, & cã meritoria, ob quã iræ filij naſcimur, contrahimusq; originale crimen; vnuſquiſq; tñ ꝓpriũ. Nã ſicut fides docet oẽs iuſtos iuſtificari p Chriſti iuſtitiã, de quo dicit Pau. Factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemtio, eademq; fides docet, quemlibet iuſtũ habere iuſtitiã ſibi inhærentem a Chriſto deriuatam. ita in ꝓpoſito ſentire oportet. Etenim fides docet, primũ peccatũ illud in oẽm propaginem pertranſiſſe: eadem tñ fides docet, quòd ſinguli ſingula peccata habemus ab illo peccato deriuata. Confirmaturq; ex illo; Ecce in iniquitatibus conceptus ſum. &, Quis põt facere mundum de immũdo conceptum ſemine? & rurſus: Nemo mundus a ſorde, nec infans vnius diei. Vñ colligitur, ſingulos habere ſordẽ, & maculam ſibi inhærentem. Cõfirmatur ſcdo ex baptiſmate infantum, quia in ipſo vere abluuntur, & vere eis remittitur peccatũ, quod in ſe habent. Præterea in Conc. Trid. dr̃, originale peccatum, quod origine unum eſt, & in oẽs transfuſum, oĩbus ineſſe; vnicuiq; proprium. & iterum dr̃, oẽs nos originale peccatum contrahere. Nota illud verbum, Cõtrahere: ſignificat. n. quod in nobis perſiſtat, atq; permaneat. Certe uerißimum eſt uniuerſa orbis loca ab uno Sole illuminari: ubique. n. ſuum diffundit lumen: ſic & veriſſime aſſeritur, primum illud peccatum omnes reddidiſſe peccatores, quia ab eo in omnem propaginem deriuatum eſt. Hactenus diſſertum eſt, quid non ſit peccatum originale: modo uero quid illud ſit, eſt diſſerendum. Sit ergo prima concluſio.

Rom. 5.

Aug. li. 1. de peccatorum meritis c. 10. In Enchiri. c. 48.

Impugnatur Pyghius.

1. Cor. 1.

Conci. Trid. ſeſſ. 5. can. 3.

Cano. 4.

Prim. conclu. Quidnam ſit originale peccatum. Rom. 5.

Peccatũ originale, ſi rem de nomine conſideres, eſt illud primum peccatũ in nos a primo parente origine trãſfuſum. Hæc uel ex ipſo nomine manifeſta eſt: immo & Paul. in omnes, ait, illud peccatum tranſiſſe.

Secun. conclu.

Scda concl. id quod in Adam habuit rõnem culpæ, & peccati, in nos origine transfuſum, eſt peccatũ originale; illud uero, quod fuit effectus peccati in Adam, ẽt in nobis eſt effectus peccati. Iſta concluſio ex pcedenti patet.

Tert. conclu.

Tertia concl. Inobedientia illa, & trãſgreſſio legis primi parentis, in nos origine transfuſa, ẽ peccatũ originale. Hæc ex ſecunda concluſione patet. Itaq; ſicut iuſtitia nr̃a non eſt, niſi participatio iuſtitiæ, quæ eſt in Chriſto: ita peccatũ originale nobis inhærens non eſt aliud, quã participatio quædam illius inobedientiæ primæ. Ex quo ſequitur, quòd ſi qs dixerit non alio reatu nos teneri, illeq; maculatos, quàm reatu primæ inobediẽtiæ, nihil dicit improbabile. dummodo admittat, quòd ſicut naturam a primo parẽte participamus, ita & maculã ab illo deriuatã habemus.

Quar. conclu.

Quarta cõcl. peccatũ originale eſt obliquitas, ac deuiatio a lege. & rectitudine debita ineſſe noſtræ naturæ, per modũ habitus affixa; ſicut tranſacto actu peccati in Adamo manſit. Probatur, quia in ipſo hæc fuit ratio culpæ.

Quin. concl.

Quinta concl. pctm̃ originale eſt priuatio ordinis, & ſubiectionis, quã mens nr̃a erga Deũ habebat in ſtatu originalis iuſtitiæ. Itaq; voluntatem nr̃am eſſe auerſam a Deo, minimeq; ſubiectã a natiuitate, eſt ꝯtrahere peccatũ originale. Sexta concl. Peccatum originale eſt priuatio originalis iuſtitiæ, pro formali. Vbi animaduertendũ eſt cum D. Tho 1 p. q. 95. ar. 1. quòd in iuſtitia originali tria inueniũtur. Primum, donum ipſum, & huius priuationem non eſſe peccatum originale, dictum fuit. Secundum,

Sexta concl. In iuſtitia originali tria inueniuntur.

ſubiectio

ſubiectio mẽtis ad Deum. Tertium, rectitudo viriũ inferiorũ ad rationem, & corporis ad animam. Prima rectitudo erat quaſi formalis, & primaria; ſecũda vero quaſi materialis, quę ex priori deriuabatur. Priuatio ergo primę rectitudinis, & ſubiectionis ad Deũ, nõ eſt effectus peccati in Adã, ſed rõ formalis ipſius. Priuatio uero aliarũ rectitudinũ fuit in Adã peccati effectus, ideq; prorſus in nobis: ob idq; auctor 2.d.32.q.1.ar.1. ad primũ dicit, ꝙ in baptiſmate reſtituitur nobis iuſtitia originalis, quo ad formale, i. quantum ad ſubiectionem animæ ad Deum. Atqui contra hanc definitionem ſunt optima argumenta. (D. Thom.)

Obiectio. Primo ergo arguitur. Supra diximus peccatũ eſſe aliqd poſitiuum, & non priuatiuum: ergo originale peccatũ nõ eſt priuatio originalis iuſtitiæ. Reſponſio tñ in promtu eſt, peccatum originale trãſgreſſionem eſſe primi hominis in nos origine transfuſam, cui annectitur priuatio ſubiectionis ad Deum: & hanc priuationẽ a ratione peccati non eſſe alienam, ſuperius oſtẽdimus. (Solutio.) Vel dico, maxime differre inter peccatum originale, & peccatum actuale: peccatũ.n. actuale ſemper aliquid poſitiuũ eſt, ſed originale priuatio eſt. Ratio diſcriminis eſt: quia peccatum originale eſt illud, quod remanet naturæ noſtræ affixum per modum habitus, tranſacto actu peccati: illud autem quod remanet in homine, tranſacto actu peccati, illud priuatio rectitudinis eſt. Tertio dico, quod peccatum originale non eſt pura priuatio, vt ſtatim uidebimus. (Differt inter originale peccatum & actuale.)

Secũd. obiect. Secundo arguitur. Peccatũ originale, eſt peccatũ primi parentis in nos origine trãſfuſum: at peccatũ Adæ eſſentialiter fuit conuerſio ad cõmutabile bonũ, & non priuatio: ergo. Et confirmatur: nã in omni peccato eſt cõuerſio ad bonum cõmutabile, & auerſio a bono incommutabili: ergo peccatũ originale eſt cõuerſio ad bonum commutabile, ex qua peccatum originale ſpeciem ſortitur. Hoc argumentum validum uidetur, ſed ſoluitur ut primum.

Ter. obiect. Tertio ſic. In pueris poſt baptiſma nõ remanet originale pctm̃, manet tñ priuatio originalis iuſtitiæ: ergo peccatũ originale nõ eſt priuatio iuſtitiæ originalis. Rñdetur, in infantibus manere priuationẽ doni originalis iuſtitię, non tamen rectitudinis ſubiectioniſq; animæ ad Deum.

Quarto. Quarto arguitur. In hoĩe qui poſt baptiſmũ peccauit, in quo nõ manet peccatũ originale; manet tñ priuatio rectitudinis ad Deũ. Dicendũ nihilominus, ꝙ peccatũ originale eſt priuatio rectitudinis, & ſubiectionis ad Deũ, videlicet eius quæ per originẽ in poſteros deriuãda erat.

Quinto. Quinto. Peccatũ originale non eſt priuatio doni iuſtitiæ originalis: nã huiuſmodi priuatio eſt effectus peccati originalis: ſed ex hac priuatione ſubſecuta fuit priuatio ſubiectionis aĩæ ad Deũ: ergo iſta priuatio multo magis eſt effectus peccati originalis, & nõ ipſum peccatum originale. Rñdetur ad hoc, ꝙ perinde ac contritio in genere cauſſæ materialis eſt prior ordine naturæ quã gratia, ſed in genere cauſſę formalis poſterior: ſic ſubiectio aĩæ in Adã in genere cauſſę materialis fuit prior natura, ꝗ̃ iuſtitia originalis; quia iuſtitia hæc data fuit primo parẽti per propriam diſpoſitionem liberi arbitrij, ut tradidit D. Th. 1.p.q.95 artic.1. (D. Thom.) in genere uero cauſſæ formalis poſterior eſt quam iuſtitia originalis: ſic priuatio ſubiectionis animæ ad Deum in genere cauſſæ materialis prior fuit, quã priuatio iuſtitiæ originalis; attamen in genere cauſſæ formalis, & efficientis, e diuerſo.

Vltimo. Vltimo ſic. Peccatum originale illud eſt, quod a primo parente origine accepimus: nos uero ab illo peccati actũ non accepimus: ſed nec priuationem quæ ad actum illũ ſubſecuta fuit: ergo non contrahimus peccatum originale. Reſpondeo, ꝙ nos ab Adam non accepimus actum peccati, ſed originalis iuſtitiæ priuationem, non eandem numero, ſed ſpecie: veluti qui iuſtificantur in Chriſto, ab ipſo accipiunt iuſtitiam, non eandem numero, ſed ſpecie, & aliam deriuatam, & participatam a Chriſto.

Sept. concl. Peccatũ originale non eſt pura priuatio. Cõcluſio ſeptima. Peccatũ originale nõ eſt pura priuatio. Hãc docet auctor hic ad primũ. Ratio eſt: nã peccatũ originale, præter priuationẽ iuſtitiæ, dicit cõcupiſcentiã rõni diſſonam, potentiarumq; diſcordiam, tãquã fundamentũ, & defectũ, ſine quo peccatum originale nõ conſtat; quã potentiarũ diſcordiã uocant Theologi materiale in peccato originali. Vnde ſubinfertur primo, in bono ſenſu poſſe cõcedi, peccatũ originale eſſe cõcupiſcentiã, & potẽtiarũ diſcordiã, ſicut cõcedit Aug. Magiſter, aliiq; Doctores. (D. Auguſt. cõcedit peccatum eſſe concupiſcẽtiam.) nomen.n. aliqñ capitur pro materiali, ut cũ dr: Ira eſt accẽſio ſanguinis ad cor; cũ tñ formaliter ſit appetitio vindictę. Solent et cõcedere D.Th. & Aug. ꝙ beatitudo fruitio ſit: & aliqui cõcedũt, ꝙ gratia eſt acceptatio ad gloriam. Nec eſt nouũ, ꝙ immediatus effectus nomen ſumat cauſſæ, ſicuti ſcripturã, manũ, & locutionẽ, linguã dicere ſolemus. Sic ergo hic dicit D.Th. peccatum originale eſſe habitum, non ꝙ ſit habitus ſuperadditus potẽtiæ, ſed quia materiale, ut dictum fuit, eſt inordinatio potentiarum, quæ eſt quaſi habitus quidã naturæ, ueluti ægritudo. In eodẽ ſenſu docet auctor ar.3. ꝙ concupiſcentia eſt materiale in peccato originali, quod uerũ eſt ad ſenſum expoſitum, præcipue ſi concupiſcentia dicat totã inordinationẽ, tum uoluntatis, tũ ſenſitiui appetitus. (D. Tho.) Sequitur deinde, ꝙ cõcupiſcentiam, fomes, languor naturæ, & ſimilia, non dicunt aliquã qualitatẽ, nec plures qualitates ſuperadditas eſſentiæ, potẽtiiſue naturalibus: hoc nãq; aſſerere, eſt Sanctæ Scripturæ fabulas addere. Quapropter ipſas potentias diſcordes dicunt, & inter ſeſe repugnantes: hæc uero repugnãtia non tñ capitur priuatiue, ſed & cõtrarie, cum potentiarum inclinatio non ſolum habeat, ut non ſubdatur rationi, ſed & quod ei contrarietur.

Vt ergo uni docti nõnulli ſummatim unica definitione cõprehendant oĩa, quæ ad originale peccatum attinẽt, ſic definiũt: originale peccatũ, ꝙ ſit humanæ naturæ habitualis, & inordinata cõuerſio ad bonũ commutabile, a protoparẽtis primo peccato deriuata. (Definitio originalis peccati.) In qua definitione primo ponitur, ꝙ ſit habitualis cõuerſio, & nõ ꝙ ſit priuatio: quod.n. in Adã fuit rõ peccati actualis, illud in nobis fuit rõ originalis culpę, quę origine in poſteros traducitur. at in Adam rõ peccati actualis fuit cõuerſio inordinata ad commutabile bonum. nam fuit peccatum cõmiſſionis, quod nunquã ex auerſione, aut priuatione definitur, ſed ex cõuerſione ad aliquod obiectũ. Et cõfirmatur, quia primum peccatũ primi parentis eſt uoluntarium in nobis uoluntate protoparẽtis, quæ totius naturæ uolũtas extitit. ergo praue definietis, ꝙ ſit priuatio: nã priuatio Adæ nõ fuit per ſe uoluntaria, ſed rõne alicuius cõmutabilis boni, ad quod cõuertebatur. Præterea, D.Th. diligẽter indagãs quid eſſet originale peccatum, definiuit ꝙ ſit habitus, ut ægritudo, quodq; non ſit pura priuatio. Recte ergo in eius definitione nõ ſtatuitur, ꝙ ſit priuatio; ſed ꝙ ſit habitualis, inordinataq; cõuerſio. Quia tñ cõmune eſt alijs oĩbus peccatis, ut poſtquam actus ipſe pertrãſijt, maneat homo habitualiter conuerſus ad bonum cõmutabile, ideo eſt neceſſum aliquid in definitione peccati originalis aſtruere, per quod a reliquis peccatis ſeiũgatur, ob idq; dr in eius definitione, ꝙ ſit peccatum humanæ naturæ; nõ quod humana natura peccarit, ſed quod ſit ipſius ſubiectũ, prout ex peccato actuali Adæ ipſa infecta fuit, atq; inordinate conuerſa ad bonum cõmutabile. In quo differt peccatum originale a conuerſione habituali, quæ ex quouis alio peccato actuali mortali relinquitur.

Sed contra iſtã definitionẽ ſunt ualidiſſima argumẽta, quæ cõuincũt illam maximã præ ſe ferre falſitatẽ. (Probatur prædictã definitionẽ nõ eſſe bonam.) Primo quidem iſta ſententia ſtatuit, quod originale peccatũ ſit amor, & terrenorũ inordinatus affectus, quę ſententia ab omnibus ſacris Theologis reprobatur, & condemnatur.

Scdo ſtatuit, ꝙ aĩæ noſtræ potentiæ poſt peccatũ originale ad cõmutabile bonũ cõuerſæ manent magis, ꝗ̃ ſi homo in puris naturalibus conditus eſſet. qd oẽs Theologi deteſtãtur, dicẽtes, ꝙ homo in puris naturalibus cõſtitutus nihilo differt, quo ad uires aĩæ, ab hoĩe lapſo in pctm̃ originale, niſi ſicut homo nudus, & nudatus. Itaque ſana doctrina id atteſtãte, uires aĩæ nõ ſunt magis affectæ modo ad cõmutabile bonũ, quam ſi homo eſſet in puris naturalibus. Præterea, in baptiſmo, in quo quiſq; ab originali culpa abluitur, remanet cõcupiſcentia ita propenſa ad cõmutabile bonũ, ſicut prius, quia iſthæc propẽſio ad ſenſilia bona naturalis eſt, & a natura exorta, unde per baptiſmũ nõ tollitur. Ad hæc, ad expugnãdũ hãc opinationẽ, ſtatuamus duos hoĩes, quorũ alter cõſtitutus ſit in puris naturalibus, alterq; in peccato originali: tunc ſic, qui eſt in peccato originali, non eſt propenſior ad bonum cõmu-

& eius effectu. Inſuper, oēs æqualiter peccauimus in Adam, quia in eo oēs ex æquo eramus. Ad primū dico, ꝙ æqualitas cauſſæ ꝑ ſe inducit ęqualitatē effectus: at vero æqualitas cauſſæ remouentis prohibēs nō inducit æquale effectū, vt ſi quis æquali impulſu duas colūnas dimoueat, nō facit ꝙ lapides ſuppoſiti æqualiter deſcēdant, ſed velocius deſcēdit, q̄ grauior eſt ſm̄ ꝓprietate ſuæ naturæ, cui relinquitur amoto impedimēto: ſic ergo amota iuſtitia originali, natura humani corporis ſuæ naturæ relicta ē, ob idq; ſm̄ diuerſitatē cōplexiōis naturalis: quorūdā corpora ſunt ſubiecta plurib. deſectibus, aliorū vero paucioribus, peccato originali æquali exiſtente. Aliā ſolutionē tribuit huic argumēto auctor, 2. 2. q. 164. art. 1. ad 4.

Ad primum.

D. Tho. *Ad ſecundū.*

Ad ſm̄ pertnde rndetur; cōcupiſcētia, ſ. non eſt peccatū originale, ſed ipſius effectus, nō ꝑ ſe, ſed tāquā remouētis ꝓhibes; peccatū namq; originale amouet iuſtitiam originalē, qua amota, cōcupiſcētia vehementius, vel remiſſius in ſenſibilia fertur, ſm̄ naturalē cuiuſq; proprietatē & cōditionē. Vel dico, ꝙ ex parte peccati oēs ſumus ęq; proni ad cōcupiſcendū ex cōplexione naturali & indiuiduali. Vnde optime pōt cōcedi, ꝙ peccatū originale in oībus eſt æquale, etiā quoad materiale; quod veriſſime cōcedit auctor, art. 4. ad vltimū. Ad tertiū dico, nō conſiſtere ſimilitudinē de ægritudine corporali, q̄ non hēt in oībus æqualē cām, licet ſit eiuſdē ſpeciei, ut febris ex cholera putrefacta maior eſt vel minor: peccatū vero originale in oībus hēt æqualē cām. Itē, drīa eſt, qa peccatū originale tollit iuſtitiam originalē ex oī parte, idcirco iſthæc priuatio non ſuſcipit magis, & minus: ægritudo vero nō tollit ex oī parte principium vitę, vnde & ſuſcipit magis, & minus. Et hęc de iſta quæſtione.

D. Th. *Ad Tertiū.*

QVAES. LXXXIII.

De ſubiecto peccati originalis, in quatuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum peccatum originale magis ſit in carne, quam in anima.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio prima. Peccatum originale fuit in Adam, ſicut in prima cauſa principali, ſecūdum illud; In quo omnes peccauerunt.

Secunda Concluſio. In ſemine corporali eſt veluti in cauſſa inſtrumētaria; quia ꝑ virtutem actiuā ſeminis traducitur peccatū originale in ꝓlē ſimul cū natura humana.

Tertia conclu. Peccatum originale tamquam in ſubiecto nullo modo eſt in carne ſed ſolū in anima; qa ex volūtate primi parentis peccatū originale traducitur in poſteros ꝑ quandā generatiuā motionem, ſicut a voluntate hominis deriuatꝰ peccatū actuale ad alias partes eiꝰ. In qua deriuatione poteſt attēdi, ꝙ quidquid prouenit ex motione uolūtatis peccati ad quācunq; partē hominis, quæ poteſt eſſe particeps peccati, uel ꝑ modū ſubiecti, uel per modum inſtrumēti, habet rationem culpæ. Sed quod deriuatur ad ea quæ non ſunt nata moueri a uolūtate, ut eſt uis nutritiua, nō habet rationem culpæ. Cū ergo anima culpæ poſſit eſſe ſubiectū, nō autē caro, ſequitur ꝙ quidquid ꝓuenit de corruptione primi peccati ad animā, habeat rōnē culpæ; quod autē peruenit ad carnem, nō habet rationē culpæ, ſed pœnæ. Anima ergo eſt primū ſubiectum peccati originalis ſecundum ſuam eſſentiam: nā per originē cauſſatur tale peccatum.

Quarta concl. in ſolutione ad quartum. Non poteſt dici ꝙ rationalis anima ex ſua creatione inquinatur: uere tn̄ pōt concedi, ꝙ ex infuſione in corpus coinquinatur, habito reſpectu ad corpus cui infunditur, non ad Deum infundentem; Deus ſiquidem peccati cauſſa nequaquā extat.

EXPLICATIO ARTICVLI I.

Vtrū in primo parente fuerit originale peccatum.

Primū argu. *Secundum.* *Tertium.*

Dubitatur primo; Vtrū in primo parēte fuerit peccatū originale. Probatur ꝙ ſic; tum qa in ipſo fuit infectio naturæ, & priuatio originalis iuſtitiæ, & cōcupiſcētia, quæ eſt materiale huius peccati. Tū ſecundo, qa in eo fuit originalis iuſtitia: ergo & peccatū originale: oppoſita. n. habent fieri circa idē. Itē tertio, qa hoc peccatū primo parēti fuit remiſſū, quatenus erat ꝑſonale: ergo fuit in eo.

Dubii reſolutio.

Reſpondeo dubitationē de ſolo nōie eſſe: ſed ſi proprie loquendū eſt, mihi videtur ꝙ nō fuit in primo parente. Peccatū n. originale eſt ab alio transfuſum, & hæreditarium, cuiuſmodi peccatū primi parētis non fuit. Ad hæc, peccato originali nō debetur pęna ſenſus, ſed dāni, vt inferius dicetur, & deſinitur c. maiores: at vero peccatū primi parētis meruit pęnā ſenſus: ergo ꝓprie nō eſt peccatū originale. Et cōfirmaꝛ qa auctor hic notanter dixit, ꝙ peccatū originale fuit in primo parēte, vt in principio; vbi ſignificat, ꝙ ī illo ꝓprie, & vere nō fuit. Ad primū dico, ꝙ illud peccatū ꝙ fuit in primo parēte, multis cōuenit cum pcō originali: ſed differt qa nō fuit ab alio transfuſū, ob idq; non fuit pctm̄ originale.

Ad primū.

Ad ſm̄ dico, ꝙ ī Adā fuit iuſtitia originalis, in iſto ſenſu, ꝙ in ꝓpaginē erat deriuāda talis iuſtitia, et in eodē ſenſu ēt fuit pctm̄ originale, ideſt origine trāſfundēdū, ſed nō hoc in ſenſu ꝙ ab alio fuerit hēditariū & trāſfuſum. Vnde dicūt Theologi antiq, ꝙ in Adā fuit peccatum originale originās, nō vero originatū. Et per hæc patet ad tertiū argumētum.

Ad ſecundū.

Ad tertium.

Sed circa ſolutionē ad quintū aliud ſuborit dubiū: An ne meliꝰ ſit humanæ naturæ nō eſſe, q̄ eſſe in peccato originali. Suadeturq; affirmatiua pars. Primo ex illo: Bonū ei ſi natus nō fuiſſet homo ille. & Iob 3. Pereat dies in qua natus ſū. & Hier. 20. Maledicta dies in qua natus ſum. vbi ait Hier. melius eſt nō eſſe q̄ male eſſe. Anſelmus ēt in li. Cur Deus homo c. 21. Fateri neceſſe eſt, ꝙ ꝓ vniuerſa natura cōſeruāda peccatū vel minimū faciendū nō eſt. Amplius, peius eſt malū culpæ, quā pęnæ: vt de ſe liquet: pctm̄ originale eſt malū culpæ, qd tollit eſſe grē: non eſſe eſt malū pęnæ, qd tollit eſſe naturæ: ergo melius eſt nō eſſe, q̄ eſſe in peccato. Ad hęc, ſi ꝓponereꝛ alicui ad eligedū, mallet ſubire mille mortes, imo & annihilari, q̄ peccare vel minimū peccatū. Cōfirmaꝛ, & explicatur: ſi. n. alæ rōnali daretur optio, potius eligeret in nihilū redigi, q̄ cōtrahere pctm̄ originale: ergo melius eſt ei nō eſſe, q̄ ſic eſſe. Pro elucidatione dico primo, antequā homo labatur in pctm̄ potius debet ſubire mille mortes, & ipſam ſui annihilationē, q̄ vel minimū peccatū admittere. Hoc ꝓbāt rōnes adductæ: qd vel ipſa rō ſecundū ēs cōuincit. Eſt. n. cōtradictio, ꝙ ꝓ ſeruāda vniuerſa natura liceat peccare; nā ſi licet, peccatū nō eſt, ſi eſt peccatū, non licet. Inſup dico, ꝙ ſi fiat ſermo de hoīe habēte peccatū originale, melius eſt ſic eſſe, quā nō eſſe, ſic ait auctor hic ad quintū & probo: quia talis habet facile remediū, quo culpā, & dānationē caueat, & fugiat. Dico tertio, ſi fiat ſermo de hoīe habente peccatū poſt hanc vitā, melius eſt adhuc ſic eſſe, q̄ nō eſſe: nā illi qui cū ſolo originali peccato diſcedunt, nō habēt penā ſenſus, neq; triſtitiā, ſed tm̄ pęna damni, immo ſcdm probabilem opinionē Theologorū, tales habebunt fęlicitatē naturalē, quę vita deſiderabilis

Anima melius eſſet homini nō eſſe, quā eſſe in peccato.

Prim. argu. *Math. 26.* *Iob. 3.* *Hier. 20.* *Hiero.* *Anſel.*

Secundum.

Tertium.

Confir.

Dubii reſolutio.

rabilis eſt Quarto dico, exiſtētib. in inferno melius eſt nō eſſe, q̄ eſſe. Hāc ſniam hēnt multi Theologi.4.d.50.

Obiectiōes Chryſoſt. Sed certe vr̄ tertium, & quartum dictum non recte conuenire; quia ex ſententia D.Chryſ.& omniū Theologorum, pęna damni, & carentia diuinæ viſionis maior eſt q̄ cruciatus ignis ęterni, ſed iſtis qui igne æterno cruciant, melius eſt nō eſſe, q̄ ſic eſſe: ergo illis, qui carent diuina viſione, melius eſt nō eſſe, quam ſic eſſe; contra tertiā conclusionem.

Concluſio Et cōfirmatur quia q cū peccato originali diſcedunt, ſunt damnati, & infelices: quibus ꝓinde eſt melius non eſſe, q̄ eſſe miſeri.

Solutio. Reſpondetur tamen ꝙ forſan qui in peccato originali diſcedunt, nō intelligunt ſe eſſe priuatos diuina viſione, de quo ſuſta. Vel dico, eſſe diſcrimē maximū; quia qui ſunt in inferno, habent miſeriam, & infelicitatem ex omni parte, nulli bono, lętitiæve cōiunctam; at qui diſcedunt in ſolo originali peccato, nō habent triſtitiā; immo, vt Theologis placet, habēt naturalē fœlicitatē, & ob id melius eſt eis ſic eſſe, quam omnino non eſſe.

Ad argumenta in principio dr̄, ꝙ ſi aliquid probant, probant ſubinde, ꝙ melius eſt nō eſſe q̄ eſſe in peccato mortali. Vel dico, ſolum ꝓbare, ꝙ anteqū homo in pctm̄ labatur, potius dēt ipſam annihilationē ſuſtinere q̄ vel minimū pctm̄ aggredi: qđ docemus in prima cōcluſiōe.

ARTIC. SECUNDUS.

Vtrum peccatum originale ſit prius in animæ eſſentia quam in potentijs.

SUMMA TEXTUS.

Affirmat concluſio. Nam tale peccatum per originem cauſſatur. Quare illud animę, quod primo attingitur ab origine hominis, eſt primum ſubiectū peccati originalis. Attingitur autem anima ſecundum ſuam eſſentiam, ut terminus generationis, & forma corporis: ergo anima ſecundum eſſentiam eſt primum ſubiectum peccati originalis. Sic etiam originalis juſtitia immediate concernebat eſſentiam animæ, tāquam ſubiectum quod directe perficiebat; potentiæ vero magis ad perſonā attinere videnī, prout sūt principiū actuum perſonalium. Vnde ſunt propria ſubiecta peccatorum actualium, quæ ſunt peccata perſonalia.

EXPLICATIO ARTICULI.

Scoti ſententia. Pri. argum. Scot. Secundum. Tertium. De concluſione huius articuli ſunt variæ doctorum ſententiæ. Sco.2.d 32.q.1.tenet, quod eſt in voluntate, qđ ſic probat. Nō.n.in anima poteſt eſſe peccatum, niſi ratione voluntatis: ſi enim non accedat cōſenſus voluntatis, nō eſt peccatū: ergo ꝑcipue eſt in volūtate. Amplius, peccatū eſſentialiter eſt voluntariū: ſed voluntariū collocatur in voluntate. Ad hæc, id qđ fuit peccatū in Adā, in origine trāſfuſum in nobis eſt peccatū, vt dictū eſt: ſed in Adā fuit peccatū, velle comedere de ligno: qđ ſine dubio fuit in volūtate.

Quartum. Præterea, inclinare ad actū, potius reſpicit potentias, q̄ eſſentiā animæ: at peccatū originale inclinat ad actū: ergo eſt in potētijs, & nō in eſſentia animę.

Durādi opinio. Argum. Durandi. Duran. vero. 2.d.31.q.3.tenet ꝙ eſt in appetitu ſenſitiuo, probat 1. Nā ꝑimus effectus iuſtitiæ originalis fuit cōponere appetitū ſenſitiuū cū rōne, & illū in officio cōtinere: ergo ꝑcipuus defectus originalis peccati eſt deordinatio appetitus ſenſitiui.

D.Thom. & auctoris ſententia. Attamē D.Tho. hic tenet, ꝙ peccatū originale eſt in eſſentia aīę. Et iſta ſnīa eſt valde ꝓbabilis. Nā naſci in peccato originali, nihil eſt aliud, q̄ naſci filiū Adæ per actiuā gñationē: at filiatio ad potētias nō refertur, ſed ad eſſentiā. Itē, peccatū originale eſt peccatū naturæ, vt oēs dicūt: ſed aīa rōnalis cōſtituit eſſentiā, & naturā. Ad hæc originalis iuſtitia eſt idē cū grā grati ſaciente, vt ait D.Th. hæc vero eſt in eſſentia aīæ: ergo peccatū originale, qđ eſt iuſtitiæ iſtius priuatio, eſt in eſſentia aīæ. Et cōfirmatur: vt hō Deo ſit grat⁹, & acceptus, nō ē neceſſarius actus potētiarū, vt patet in paruulis baptizatis; & adulti grati Deo efficiuntur per gratiam, quæ eſt in eſſentia aīę: ergo & natura humana poteſt eſſe Deo inuiſa ꝑ peccatū, qđ ſit in eſſentia aīæ, ſine actu potentiarum. Pręterea, prius natura nrā coniungitur corpori, quā habeat potentias infectas ex carne: ſed mox vt carni infunditur, intelligitur humana natura filia Adæ, & inimica Dei: ergo peccatū originale, primo & per ſe reſpicit naturā, & non potentias.

Sed dices, his argumentis probari, peccatū originale eſſe in toto hoīe, & nō in anima. Reſpondeo, id verū eſſe ꝙ eſt in toto homine, ſed in ratione animæ rationalis: ſicut totus homo intelligit ratione aīæ rationalis.

Ad argum. Scoti. Ad primum & ſecundū, Quamobrē ad primū & ſcđm Scoti dico, ꝙ pctm̄ originale nō eſt actuale, nec noſtra volūtate cōmiſſum: ob id nec in voluntate, nec in potētijs eſt. Rō eſt, quia aīa rationalis nequit eſſe culpę ſubiectū actualis: nā eā, mediāte potentia, actū hēt. Vnde ſi fuerit aliqua culpa, quā nō habeat mediāte potentia, poterit eſſe in eſſentia animæ: huiōi eſt peccatū originale, qđ nō habet actū propriū, ſed per origine naturæ.

Ad tertium. D.Thom. Ad tertiū, qđ ē difficile, dico ex D.Th. q.4.de malo, ar.4.ad 5.ꝙ in Adā, pſona infecit naturā; vnde peccatū illud prius infecit potentias, quā naturā: in eo vero q ab Adā deſcendit, natura infecit perſonā: ob id peccatū hoc prius inficit naturā quā pſonā, & potentias. Vel dico, ꝙ peccatū in Adā fuit actuale, & non originale: vnde nō eſt æqua ratio.

Ad quartū. Ad quartū dico, ꝙ ſicut gratia eſt in eſſentia animæ, ex qua manant virtutes ad recta opera exequēda, ita ſane peccatū originale primo, & ꝑ ſe infecit naturā, ex qua ſequitur inclinatio potentiarū in malū.

Ad argum. Durandi. Ad arg Dur. falſum eſſe dico ꝙ præcipuus effectus iuſtitiæ originalis fuerit cōponere appetitū ſenſitiuū: immo potiſſimus effectus, & affectus fuit animā cū Deo cōponere, & illā ei ſubdere pfectiſſime. Et iſta doctrina certiſſima eſt: nā in baptiſmo tollitur pctm̄ originale, & nō deordinatio appetitus ſenſitiui: ergo peccatū originale nō eſt in appetitu ſenſitiuo.

ARTIC. TERTIUS.

Vtrum peccatū originale prius inficiat voluntatem quam ceteras potentias.

SUMMA TEXTUS.

Concluſio eſt affirmatiua. Nā ſi in infectione peccati originalis conſideretur primo inhærentia eius ad ſubiectum; ſecundum hoc primo reſpicit eſſentiam animæ; ſi poſtea conſideretur inclinatio eius ad actum; reſpicit animæ potentias; ſed illam potentiam prius, quæ primam habet inclinationē ad peccandum quæ eſt uoluntas. ex quo ſequitur quod uoluntas prius inficiatur, tāquam radix merendi, & demerendi.

EXPLICATIO ARTICULI.

Tria in iuſtitia originali. Pro elucidatione notandū eſt, ꝙ in iuſtitia originali tria inueniebantur. Primū, ipſum donū originalis iuſtitiæ. Secundū, ſubiectio mentis ad Deū. Tertium, rectitudo volūtatis, & aliarum potētiarū. Primū locū ſibi obtinuit rectitudo volūtatis, ſcđm vero, aliæ potētiæ inferiores. Sic dicimus in pctō originali: priuatio n. iuſtitiæ originalis ꝓ formali, eſt pctm̄ originale eſſentialiter, ꝓut ſupra habitū eſt: primus vero defectus inde ſecutus, fuit defectus ſubiectio-

ſubiectionis uolũtatis ad Deum: ſecundus fuit defectus ſubiectionis appetitus ſenſitiui, & aliarum potentiarum. Quomodo autem inter potentias inferiores ſit magis infecta potentia generatiua, concupiſcibilis, & ſenſus tactus, explicat auctor artic. 4. huius quæſtionis.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum præfatæ potentiæ ſint magis infectæ quam aliæ.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Potentia generatiua, & vis concupiſcibilis, & ſenſus tactus, ſunt magis infectæ, quã aliæ potentiæ animæ. Nam corruptio originalis transfunditur per actum generationis: potẽtia uero generatiua continet tactus delectationẽ, & maximam habet cõcupiſcentiã. ideo in ijs trib. magis apparet, videlicet in tactu, in vi cõcupiſcibili, & ĩ ui generatiua.

Secunda Concluſio in ſolutione primi. Peccatum originale ex ea parte, qua inclinat ad peccandum, præcipue attinet ad uoluntatẽ, ut diximus articulo præcedẽti: ſed ex eã parte qua traducitur in prolem, proxime pertinet ad prę dictas potentias; remote vero ad voluntatem.

EXPLICATIO ARTIC.

Doctores Scholaſtici.

HActenus de ſubiecto peccati originalis dictum eſt; nunc uero de pœna illius differendũ eſt. De hac materia diſſeritur a Theologis 2.d.33. & a D.Th. q.5. de malo. Sed de pęna pcti originalis ſunt uariæ ſentẽtiæ inter doctores. Prima dicit, ꝙ non tantum punitur pœna dãni, quæ eſt carẽtia diuinę viſiõis, ſed etiam pœna ſenſus poſitiua. Itaq; dicit hęc opinio, infantes decedentes abſq; baptiſmate, igne æterno eſſe puniẽdos. Hæc eſt ſententia Aug. ſub ijs uerbis; Firmiſſime tene, & nullatenus dubites, oẽs homines, non ſolum rõne utentes, ſed & infantes ſine baptiſmate decedẽtes, ignis æterni ſempiterno ſupplicio eſſe puniendos. & alibi hãc ſententiam ex Euangelio comprobãs, ſic ait; Sicut Euãgelium loquitur, duas partes facturus eſt Chriſtus, dextrã, & ſiniſtrã: ſiniſtris dicturus eſt; Ite maledicti &c. dextris vero; Venite benedicti &c. nullus hic eſt relictus locus medius, in quo infantes ponere queas. Et in vltima ſentẽtia dicit Dominus. Ibunt iſti in cõbuſtionem æternam; iuſti uero in uitã ęternam. & iterum; Oſtendit eodẽ genere pœnæ, infantes non baptizatos, adultoſq;, & dæmones affligi: oſtenditque poſt diem Iudicij duo ſolum loca vitæ æternę ſupereſſe, videlicet regnum cęlorum, & ignẽ æternum; at paruuli non baptizati non admittuntur in regnũ cęlorum, ut habet ſana doctrina: ergo. Adducit etiã Aug. D.Pau. Rom.5. dicentem iudicium ex vno in codẽnationem: ergo illud delictum meretur condemnationem. & Ephe.2. dicitur, ꝙ propter peccatũ originale ſumus filij iræ: ergo illud peccatum meretur iram, & cruciatũ. Temperat tamen Auguſtinus ſuam ſententiam, dicitq;, hanc pœnam infantium eſſe mitiſſimam omnium. Gregorius ſequitur omnino Auguſtinum. Et probatur hæc ſentẽtia.

D. Thom.

De pœna originalis peccati, variæ ſententiæ. Prima.

Prim. argu. pro prima ſententia.

Aug. li. de fide ad Petrũ c.3. Sermone de baptiſmo paruulorũ

Lib.5. hypognoſticon.

Rom.5

Ephe.2

Aug. li.1. de peccatorum meritis ca. 16. & in Enchiri. ca. 93. & lib.5. contra Iulian. Greg. lib.9. mora. c.12.

Prima ratio pro hac ſententia.

Primo, ſequeretur, ſi iſta ſententia uera non eſt, ꝙ inæqualia peccata, æquali ſupplicio puniantur in iudicio diuino. Patet hoc in duobus hominibus, quorum alter diſcedat in peccato uno mortali, cum originali; alter uero in uno peccato mortali, alteri æquali: in tali caſu uterq; punietur carentia diuinæ uiſionis; & quod attinet ad ſenſus cruciatum, æquales erunt, quandoquidem originale peccatum non meretur pœnam ſenſus.

Secun. ratio.

Amplius ſequitur, quod ij paruuli non perſoluerent alias pœnas, quam illas quas perſoluere debebant, ſi eſſent conditi in puris naturalibus: nam etiam tunc priuarentur uiſione diuina.

Terti. ratio.

Ad hæc, ſi quis moriatur cũ peccato originali, & ſimul cũ ueniali, punietur pœna æterna; & non rõne peccati venialis, punitur pœna æterna ſenſibili, vtpote quia pctõ ueniali non debetur pęna æterna: ergo rõne pcti originalis.

Quar. ratio.

Amplius, hi paruuli in Iudicij die debent comparere, ſuamque ſuam cauſam audituri: ſed tunc ſolum duo ſitus iudicandorum erunt; alteri quidem admittendi in gloriam; alteri in ignem æternum: at uero paruuli non admittentur in regnum celorum.

Quin. ratio.

Præterea maiori culpæ maior pęna debetur: ſed pctm̃ originale maius eſt, quã ueniale. tũ, quia ſubtrahit gratiã quã nõ tollit peccatũ ueniale; tũ, qa punitur pœna æterna, & nõ peccatũ ueniale: ergo ſi pctõ ueniali correſpõdeat pœna ſenſibilis, multo magis correſpondebit originali.

Sexta ratio.

Inſuper, peccata grauius puniuntur in futura uita, q̃ in præſenti: eſt.n. hic miſericordiæ locus: at peccatũ originale in hac uita habet pœnã ſenſus; quia paruuli, qui tm̃ habẽt pctm̃ originale, patiuntur graues pęnas, & non iniuſte: ergo in futura uita habebũt pœnam ſenſibilẽ.

Septi. ratio.

Vltimo, animæ obeuntium abſq; baptiſmate ducũtur in Limbum, i. in tertium ſinum ſuper Purgatoriũ apud inferos, ut habet ſana doctrina: ibiq; incluſæ detinẽtur, nec exire pmittuntur, & aĩæ ſeparatæ apte cognoſcunt, ꝙ locus iſte ſibi naturaliter nõ debet, quodque datus ſit eis in carcerẽ: ergo propterea ſenſus pœnã neceſſario habent.

Secunda opinio Magiſtri & D. Thom.

Secunda opinio dicit, hoc peccatum puniri ſola pœna damni, quæ eſt diuinæ gloriæ, & viſionis carentia. Sic docẽt, Magiſter, & D. Tho. & oẽs Theologi, dempto Ariminenſi. Probatur iſthæc opinio. Nam in c. Maiores. de baptiſmo, & eius effectu, definitur, ꝙ pœna peccati originalis eſt diuinæ viſionis carentia; actualis vero peccati pęna eſt tormentũ ignis æterni. Inſuper Auguſtinus dicit, paruulorum pęnã eſſe mitiſſimam: ergo ſolum eſt priuati diuina gloria. Ad hæc, adducitur in huius confirmationẽ illud; Quantũ glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tm̃ date illi tormentum: at illi paruuli non ſe glorificarunt in illo antiquo delicto: ergo non habent tormentum ſenſus. Præterea, ante baptiſmũ, ut dicũt Theologi, requiritur aliquis dolor de peccato actuali: ad peccatum vero originale nullus dolor eſt neceſſarius, utpote; quod uoluntate propria non eſt cõmiſſum: ergo hoc peccatum in futura vita, non meretur cruciatũ, qđ in hac uita nõ meruit dolorẽ. Vltimo, ſi infantes puniuntur eodẽ tormento in inferno, quo adulti, ſequitur ꝙ Deum odio haberent; & cõtra eius iuſtitiam, & potentiã blaſphemarent: quod nullus cõcedit. Sed huius opinionis auctores dicũt, ꝙ infantes Deũ diligẽt, vt bonorum naturaliũ principium, ea dilectione quæ per naturam haberi põt: ſicq; habebunt felicitatẽ naturalem. Sic ait auctor 2.d.33.q.2.art.2.& q.5.de malo, art.3.

Auguſt.

Apoc.18

D. Thom.

ter. opinio

Alij dicũt, ꝙ peccatum originale, ſi proprie loquendũ eſt, proprie nec damni, nec ſenſus pœna punitur: nã de ratione pœnæ eſt, ꝙ ſit contraria voluntati, & afferat triſtitiam: ſed paruuli diſcedentes ſine baptiſmate carentes diuina viſione, non ob id triſtantur, nec aliquid ſuæ voluntati contrarium patiuntur: ergo non eſt proprie pœna. Et confirmatur: nam, ſi proprie loquendum eſt, pœna, & triſtitia eſt de ijs, quæ nobis nolentibus accidunt: at paruulis illis nihil contingit eis nolentibus: ergo proprie pœna non eſt. Amplius, illi non magis triſtantur de diuinæ gloriæ priuatione, quam ſi eſſent conditi in puris naturalibus: ergo proprie non habent pœnam.

Quarta ſententia.

Argumenta quartæ ſententiæ.

Chryſoſt. hom. 24. In Mat, & ho. 47. ad populũ, & epiſt. 5. ad Theodorum.

Sed & alij dicunt, ꝙ pęna infantium, diſcedentiũ cũ ſolo originali peccato, eſt ualde magna: ſuſtinẽt.n. carentiã uiſionis diuinæ, & gloriæ, quam eſſe maius ſupplicium, quam oĩa gehennæ tormenta, teſtatur Chryſoſtomus: ergo non habent mitiſſimam pęnam, ſed grauiſſimam. Vltima ſententia eſt, ꝙ infantes igne nõ cruciantur, ſed triſtantur ualde: uident.n. ſe excluſos a cæleſti regno, diuinaq; gloria priuatos propter peccatum originale: omnis tamen iſta triſtitia refertur ad pœnam damni, ob idq; vere dicitur, ꝙ puniuntur ſola pœna damni. Et probatur.

Vltima ſententia.

Argum. quintæ ſententiæ.

Triſtitia enim eſt de ijs, quæ nobis nolẽtibus accidũt: ſed infantes vidẽt ſe eſſe priuatos diuina gloria ob pecca

tum originale, nolletque in tantū detrimenti ſe eſſe prolapſos: ergo triſtantur. Ad hæc, ij uident ſe ad naturalem beatitudinem deſtinatos eſſe, & hanc nō habere: ergo. Et iſtud argumentum eſt maximi momenti, ſi te[n]eamus noſtram beatitudinem naturalem eſſe, uidere Deum facie ad faciem. Inſuper, ij paruuli ſunt in loco horrido circa damnatos, ſuntque in carcere, unde eis egredi non licet, ſunt in perpetuis tenebris, ut habetur ca. Nulla de conſecratione. diſt. 4. ſunt etiam in morte perpetua, ut dicitur c. Ad limina 30. quæſt. 1. ergo triſtantur magnopere. Sed quod de originali peccato triſtētur, manifeſtatur primo: quia uident ſe diuina gloria priuatos propter peccatum originale. Secundo, illud peccatum diuinæ diſplicet uoluntati: ergo meretur de iuſtitia diſplicentiam humanæ uoluntatis. Tertio, ſequitur alias quod adultus habens originale peccatum, & cognoſcens illud per fidem ſupernaturalem, poſſet habere hunc actum; non mihi diſplicet peccatum originale.

Conclusio

Doctoris ſententia. Inter has opiniones uerisſime cenſere, difficillimum eſt. Et certe prima opinio dura eſt, quam qui ſequuntur, paruulorum tortores dicuntur, eſtq; iam ab omnibus exploſa. Vnde ad primum eius argumentum ex Diuo Auguſtino, & D. Gregorio, dicit Diuus Thomas eos per ignem, gehennam, tormēta, nihil aliud ſignificare, quam diuinæ gloriæ priuationem, quam per exceſſum, & hyperbolice tam duris uocabulis ſignificarunt, ut magis execrabilem efficerent Pelagianorum errorem, aſſerētium nullum in paruulis eſſe peccatū. Vel dicatur, ꝙ Auguſtinus ita ſenſit. Et ad Paulū dico, ꝙ expulſio a regno cęlorū, & diuinę gloriæ priuatio, eſt uera dānatio, effectus iræ, & ſupplicij. Ex ijs reſpondetur ad illud de die Iudicij. Nam qui mittuntur in ignem æternum, patentiſſime audiant cauſſam ſuæ damnationis eſſe peccata actualia. Eſuriui, dicit Dominus, & non dediſtis mihi manducare, &c. At paruuli tantum illa ſententia mitiſſima damnabuntur. Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto, non poteſt intrare in regnum Dei.

Ad auctoritates primæ ſententiæ.

Ad primam rationem. Abulenſ. Matth. 25. q. 676. Et ad rationes in confirmationem allatas, ad primam dico, concedendum eſſe non grauius puniri, qui diſcedit cum peccato originali, & uno actuali, quam qui diſcedit cum uno actuali: & ita admittit Abulenſis. Nec aduerſatur diuinæ iuſtitiæ, quod peccato originali, quod propria uoluntate non eſt cōmiſſum, pœna ſenſus non correſpondeat. Vel dico, quod qui diſcedit cum peccato originali, & mortali, maiorem habet pœnam damni: priuatur namque diuina gloria duplici titulo.

Ad ſecundam. Ad ſecundam dicitur, ꝙ ſi homo eſſet cōſtitutus in puris naturalibus, careret certe diuina uiſione: hæc tamen carentia nō eſſet pœna, ſed defectus, & excluſio a regno, eſſet mera negotio naturalis. Quia tamen in exordio humani generis natura humana eſt conſtituta in iuſtitia originali, & in gratia, & cum iure ad regnū cælorum, expulſio ab eo eſt uera condemnatio, & ſupplicium.

Ad tertiam. Ad tertiam nō admitto caſum eſſe poſſibilem, de quo infra. Sed ſi poſſibile eſt, ꝙ quis cum originali, & ueniali peccato diſcedat, dico, ꝙ tale peccatū punietur pœna ſenſus æterna: æternitas.n. pœnæ conſequitur ad priuationē gratiæ, ex qua prouenit, ꝙ perpetua ſit culpa: & hinc uerisſime dicitur, ꝙ peccatum ueniale, in eo qui diſcedit cū peccato mortali, punitur pœna æterna, qa hæc culpa nūquam dimittitur ob carentiam gratiæ.

Ad quartam. Durād. falſa exiſtimatio. Act. 10. Matt. 25. Rom. 14. Apoc. 1. Ad quartam, Dur. 2. d. 33. q. 3. uidetur dicere, ꝙ paruuli non debent cōparere in die Iudicij. Hæc tamē ſententia ab uniuerſis Theologis deſeritur 4. d. 47. nam Acto. 10. dicitur ꝙ Chriſtus conſtitutus eſt iudex mortuorum, & uiuorum, in quorum nes homines comprehenduntur. & Matt. 25. Congregabūtur ante eum omnes gentes. & Rom. 14. Omnes ſtabimus ante tribunal Chriſti. & Apoc. 1. Veniet & uidebit eū omnis oculus, &c. Dicendum ergo, ꝙ paruuli in die Iudicii comparere debent, ut uideāt gloriā Dei, & Chriſti, condēnabūturq; illa ſentētia: Niſi quis renatus fuerit ex aqua, & Spiritu ſancto &c.

Ad quintam. Ad quintā dicitur, ꝙ peccatū originale, & ueniale habent ſe ſicut excedens, & exceſſum: excedit ueniale, ꝙ propriā uoluntate commiſſum eſt, ob idq; ſenſibilem promeretur pœnā: excedit uero originale, qa priuat diuina gratia, & amicitia; unde & punitur carentia diuinæ uiſionis, ad quā non niſi per gratiam peruenitur.

Ad ſextam. Ad ſextam dico, non eſſe eandem rationē de pœna peccati originalis ante mortem, & poſt mortem: nam pœna huius uitæ oritur ex principijs naturæ, & ſimiliter ex peccato originali, ut a remouente prohibens, ut diximus: pęna uero poſt obitum oritur, ex inordinatione diuinæ iuſtitiæ, quæ exigit, peccato propria uoluntate non contracto, ſolam pœnam damni correſpondere, ac priuationem diuinæ iuſtitiæ, ut dictum fuit.

Ad ſeptimā. Ad ſeptimam dico, eſſe uerisſimum, animas paruulorū detineri in limbo ſubtus terram, ſed inde nulla afficiūtur triſtitia: tum, quia ille locus illis non eſt datus in pęnam, ſed qa illis melior non debetur, ſicut & Patres ibi erāt ante Chriſti aduentū: tū, quia ex illo loco non impediuntur animæ ſeparatæ a ſuis intellectualibus operationib⁹.

Quid ſit de ſententia D. Thom. dicendum. Innocentius tertius. De opinione ſecunda dico, quod eſt ualde probabilis, & approbatur ab omnibus Theologis, ſecundo, diſt. 33. rationibus adductis, ſed tamē non eſt de fide: etſi Innocētius tertius, c. Maiores. dicat pœnā peccati originalis eſſe carentiam diuinæ uiſionis, actualis uero pœnam ſenſibilem: hoc quidem non dicit definiendo, dicit tamen arguēdo pro altera concluſione.

Hæreticum eſt dicere paruulos nō futuros in uera pœna. Rom. 5. Ephe. 2. De tertia uero opinione dico, eſſe cōtra fidem dicere, ꝙ paruuli non ſunt futuri in uera pœna, & damnatione: unde Ro. 5. dicitur. Iudicium quidem ex uno in condemnationē. & Eph. 2. dicitur, ꝙ ob hoc deijciū naſcimur filij iræ; i. digni ira, & damnatione. Certe idem eſt dicere, ꝙ peccatum originale nō punitur aliqua pęna, & ꝙ proprie peccatum non ſit: nam omne peccatum meretur ſupplicium coram Deo, nec Deus ullum relinquit inultum: ergo ſi proprie non punitur, proprie peccatum non eſt. Ad hæc, oēs Patres, & doctores dicunt peccatum originale puniri aliqua pęna: ergo oppoſitum dicere hæreticū eſt.

Quartam itidem, ſententiam maximam præ ſe ferre falſitatem dico, & contra omnes Theologos dicentes, infantes mitiſſima pœna plectendos.

Ad argum. quartæ ſententiæ. Grauitas pęnæ. Ob id ad argumentum dico, ꝙ grauitas pœnæ pōt conſiderari, uel ex parte boni, quo priuatur homo per maiū pœnæ, ſicq; diuinæ uiſionis carentia eſt omnium pęnarū maxima, uel etiam cōſideratur per comparationē ad eū, qui punitur: & ſic tanto grauior eſt pœna, quanto magis eſt cōnaturale bonū, quod ſubtrahitur, & magis propriū; ſicut ſi auferatur ei patrimoniū proprium, maior pœna eſt quā ſi impediatur ne perueniat ad regnū, quod ei nō debetur: Sic ſola diuinæ uiſionis carentia mitiſſima pœna eſt: eſt.n. diuina uiſio beneficium ſupernaturale, quod naturæ noſtrę nō debetur. Aliqui dicunt ad hoc, ſententiam D. Chryſoſtomi eſſe uerisſimam de adultis, non uero de paruulis: nam adulti uident, ſe propria uoluntate, & nequitia, diuina gloria eſſe priuatos, non autem infantes.

Abulenſ. Matt. 25. q. 666. De quinta opinione, dico eſſe ualde probabilem, argumētaq; quibus nititur eſſe optima, quæ amplificat magnopere Abulenſis. Sed aduertito hāc ſententiam eſſe contra D. Thomam, & oēs Theologos 2. d. 33. & impugnatur argumentis adductis pro ſecunda opinione. Præterea, ſi paruuli triſtārentur, talis triſtitia parua eſſe nequit, cū ſit de tāti boni amiſſione, ſicque non erit mitiſſima. Ruſſus, nō uidetur eſſe rōni cōſonum, ꝙ ſubtrahatur ab eis pœna ſenſibilis, tribuaturque eis afflictio interior, quæ magis pęnalis eſt, cōtrariaq; pęnæ mitiſſimæ, quā ponit Auguſtinus.

Ad argumē. quintæ ſententiæ. Paruuli nō cognoſcūt ſe eſſe priuatos gloria ob peccatū Adæ. Ad argumenta aūt dico primo, ꝙ paruuli nō agnoſcūt ſe eſſe priuatos diuina gloria propter peccatum primorū parentū: talis.n. cognitio attinet ad fidē, diuinamq; reuelationem: paruuli uero ſolam habent cognitionē naturalem: quare nō triſtantur de carentia uiſionis diuinæ, quā non nouerunt. Secundo, dato ꝙ id optime cognoſcerent, non ob id triſtitia afficiuntur: cognoſcunt enim ſe numquam aptitudinē habuiſſe ad gloriam cæleſtem obtinendam. Cognoſcunt itaq; infantes illam pœnam eſſe iuſtiſſimā, ſciūtq; optime nullo proprio demerito fuiſſe inductam, nulloq; ratione eos potuiſſe carere, ſciunt omnem diſplicentiam eſſe illis penitus inutilem: quamobrem ſapienter ſuſtinent, & ab omni dolore, & triſtitia abſtinēt, maxime cum habeant felicitatem naturalem, ſecundum multorum Theologorum probabilem opinionem. Et ad pro hac quæſtione ſufficit notaſſe.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

1. Tim. ult.

Conclusionem huiuſce articuli docet Pau. 1. Timoth. vltimo; dum ait, Radix omnium malorum eſt cupiditas. Quodq; loquatur de appetitu diuitiarum, patet: præmiſerat enim, quod qui volunt diuites fieri, incidunt in tẽtationẽ, laqueũque diaboli, & in multa deſideria nociua: tandẽ cũ omnium malorũ eſt cupiditas. Idq; patet: nam Græce ibidẽ dicitur, philargiria, quã Ambr. uertit, id eſt, auaritia, & pecuniæ ſtudium: dum.n. auarus ſuam inſatiabilem cupiditatem explere ſtudet, furta, ſacrilegia, homicidiaq; aggredi non ceſſat, vt uerisſime exclamat Poeta: Quid non mortalia pectora cogis, Auri ſacra fames? Sed multo uerius Eccleſia. 10. dicitur, Auaro nihil eſt ſceleſtius: hẽt enim animã ſuam venalem, & in uita ſua proiecit intima ſua & procul dubio Apoſt. loco dudum citato optime explicat vl huiuſ peccati. Quã quidam appetẽtes (ait ipſe) errauerũt a fide. Vide quam deteſtabile ſit ſtudium pecuniæ, quod a uera fide, & religione abducit, hominesq; quãmaximis atterit doloribus, & ad modũ ſpinarum cor hominis ex omni parte cruentat. Et nota, quod Hebræi accipiũt dolores, pro ſcelerib. & malis culpæ: nam in Hebræa, Amal, ſignificat defatigationẽ, dolorem, peccatum. Cum ergo ait Pau. Et inſerũt ſe dolorib. multis hebraizat, ſignificatq; auaritiã non quam eſſe ſolam, ſed multitudinẽ peccatorũ ſibi habere annexam. Hanc ob rem cupiditas duplici de cauſſa radix eſt omnium malorum. Prima, quia cupidus paratus eſt obedire omni ſibi offerenti pecunias, ad omne malum admittendum, bonumq; fugiendum: quod dicit Sapiens, quod habet animam ſuam venalem. Secũda, quia per pecunias nanciſcitur facultatem perpetrãdi omnia facinora. ob idque ait Sapiens, Pecuniæ obediunt omnia.

Ambr. *Concl.* *Eccl. 10* *Cupiditas duplici ex cã eſt radix peccatorum.*

Hinc ſequitur, quam male errat Duran. 2. diſtin. 42. q. 4. ubi reprehendit D. Thomã, quod explicat Apoſtolum loco citato, de pecuniarum appetitu: arguitque contra hoc, quia cupiditas pecuniarum potius eſt ad retinendum, quam diſtribuendum: ergo potius impedit malorum conſecutionem deſideriorum, quæ per pecuniæ elargitionem adimpleri ſolẽt; quam adiuuet. Et confirmatur: nam auari, vt experimur, a multis peccatis abſtinent, ne pecuniam expendant. Reſpondetur ad hoc, quod cupiditas pecuniarum comprehendit ſub ſe omnes particulares differentias, ſ. cupiditatem congregãdi, & retinẽdi, & cupiditatem habendi ad diſtribuẽdum, ut patet in iis, qui coaceruãt ad diſtribuendum: militib. vel meretricibus. Itaq; cupiditas non tantũ ex retentione expẽdi dẽt, vt imaginatur Dur. Et licet auaritia in aliquibus impediat multa peccata, de ſe tamẽ nata eſt nutrire omnigena peccata, ob idq; radix & pabulum omnium peccatorũ merito nuncupatur. In ſolutione ad primum notari poteſt, quod forſan paupertas ſpiritus dici poteſt omniũ bonorum radix, ſicut & cupiditas radix eſt omniũ malorũ: & ita Dominus ponit primã beatitudinẽ, paupertatem ſpiritus.

Dur. male D. Th. impugnat *Concl.* *Matt. 5*

QVAES. LXXXIIII

De peccato, vt cauſſa alterius peccati, in quattuor articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum cupiditas ſit radix omniũ malorum.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Si cupiditas accipiatur pro appetitu inordinato diuitiarũ, veriſſime dicitur quod eſt radix omniũ malorum. Pro cuius explicatione obſeruandum, quod cupiditas ſecundum nonnullos tripliciter dicitur. Vno modo, prout eſt diuitiarũ inordinatus appetitus; ſicque eſt peccatum ſpeciale. Alio mõ, prout ſignificat inordinatum appetitum cuiuſcumq; boni temporalis; ſicque eſt genus omnis peccati. Alio modo ſumitũr, quatenus ſignificat inclinationẽ quandã naturæ corruptæ ad appetẽda bona corruptibilia inordinate; & ſic dicunt cupiditatẽ radicem eſſe omniũ peccatorũ: nã ex amore rerum temporalium omne peccatum procedit. Et quãuis hæc uera ſint, Apoſtolus tamẽ loquitur de cupiditate, ſecundum quod eſt inordinatus diuitiarũ appetitus, quę etſi ſit ſpeciale peccatũ; eſt nihilominus radix omniũ peccatorum, ad ſimilitudinẽ radicis arboris, quæ alimentum præſtat toti arbori; quia per diuitias homo acquirit facultatẽ perpetrãdi quodlibet peccatum, & adhibendi deſideriũ cuiuſcumq; peccati: quia ad habenda temporalia bona, poteſt homo per pecuniã iuuari, cum pecuniæ omnia obediant.

ART. SECVNDVS.

Vtrum ſuperbia ſit initium omnis peccati.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Superbia, prout dicit appetitum inordinatum propriæ excellentiæ, eſt initium omnis peccati. Probatio D. Th. ſic procedit. Aliqui dicunt, ſuperbiam uno modo ſignificare appetitum propriæ excellẽtiæ; & ſic eſſe ſpeciale peccatum: alio modo importare quendam Dei cõtemtum, & eius præcepto nõ ſubdi; & ſic eſſe peccatum generale: alio modo importare quandam inclinationem ad huiuſmodi cõtemtum ex inclinatione corruptæ naturæ; & ſic eſſe initium omnis peccati: atque in hoc differre a cupiditate; quia cupiditas reſpicit peccatum ex parte conuerſionis ad bonum commutabile, ex quo peccatum quodammodo nutritur, & fouetur; vnde & dicitur radix. Sed ſuperbia reſpicit peccatũ ex parte auerſionis a Deo, cuius præcepto homo ſubdi recuſat; ob idque initium nũcupatur: nam ex parte auerſionis incipit malum. Licet autem hæc vera ſint, tamen Sapiens Eccleſia. 10. loquitur de ſuperbia, prout eſt inordinatus appetitus propriæ excellentię. Quapropter dicendum eſt, ſuperbiam, prout eſt peccatum ſpeciale, eſſe

EXPLICATIO ART.

Concluſio huius articuli docetur Eccleſiaſti. 10. vbi Sapiens dicit; Initium oĩs peccati ſuperbia. Sed quod ſit ſermo de appetitu excellẽtię, patet ex illis quæ ſubdit: dicit enim; Sedes ſuperborũ Deus deſtruxit: & multa alia inibi interſerit cõtra hoc uitium. Idẽ patet rõne euidenti; quia in actib. voluntariis, cuiuſmodi ſunt peccata, duplex ordo inuenitur, intẽtionis ſ. & executionis. In primo, finis hẽt rõnẽ primi principii; finis uero in reb. acquirẽdis eſt, ut homo per illas habeat perfectionẽ ſuã ſingularẽ, & excellentiam. Vnde veriſſime dicitur, quod initium omnium peccatorum ſit appetitus propriæ excellentiæ. In ſecũdo uero, primum quod offert facultatẽ ad omnia ſcelera perpetranda, ſunt diuitię; ideo

ideo recte dicitur, ꝙ omnium malorum radix eſt cupiditas.

Duran. argu. Dur. contra conc. art.

Sed animaduertito, ꝙ Duran. 2. diſ. 42. q. 4. reprehendit definitionem huius articuli, arguitq; ſic. Multa peccata oriuntur ex puſillanimitate, luxuriaq; quæ ad ſuperbiam reduci nequeunt. Icirco ipſe illud Eccli. 10. explicat dupliciter. Primo ſic, ꝙ initium peccati, ſit omnis ſuperbia, id eſt, de omni ſuperbia nota ſunt ſequi alia quædã peccata: neceſſe enim eſt, ut ſuperbus inuideat, ut ait Aug. (Aug.) Sed iſta explicatio temeraria eſt; q̃a noſtrã lectionem approbat Hier. (Hiero.) & approbant Septuaginta; immo & quod maius eſt, cõprobat Conc. Tri. a cuius definitione diſcedere, temerarium eſt. Secundo explicat ſic, ꝙ a ſuperbia initiũ ſumſerit omnis noſtra perditio: & iſte ſẽſus nõ eſt omnino diſſentaneus, ſed congruentior multo eſt expoſitio D. Th. ea eſt (Concl.), ꝙ ſuperbia ſit omnium facinorum initiũ, ſicut per oppoſitũ humilitas omniũ virtutũ radix eſt. Cui conſonat illud; Ante cõtritionẽ præcedit ſuperbia, & ante ruinã exſaltabitur ſpiritus. (Pro. 16. Pſal. 33.) Cõtritio iſthic ſumitur in malã partẽ; ſicut & in illo, Cõtritio, & infelicitas in vijs eorum, &c. Hanc ob rem ad argumẽtũ Dur. (ad argum. Duran.) dico, ꝙ timiditas, & intẽperantia ex ſuperbia oriuntur: nã tã bonum delectabile, ad quod conuertitur intẽperans, q̃ bonum euaſionis, ad quod cõuertitur timidus, cum ſit bonũ, poteſt apparere, vt aliq̃d cõducens ad propriam excellentiam, &c. (Concl.) Hinc ſequitur primo, primum concupitum, propriam eſſe excellentiam, ſicut & finis omnium aliorum eſt. Sequitur ſecundo, primũ peccatum eſſe ſuperbiam. Sequitur tertio, primum Angelorũ peccatum fuiſſe ſuperbiam. Immo ait auctor 1. pa. q. 63. art. 2. ꝙ non potuit eſſe niſi ſuperbia. Sequitur quarto, primorum parentum peccatum fuiſſe ſuperbiam: & ob id Euæ dictum fuit a diabolo, Eritis ſicut dij, de quo inquirit D. Th. (D. Th.) 2. 2. q. 163.

initium omnis peccati; quia finis in omnibus temporalibus bonis acquirendis, eſt, vt homo per illa habeat quãdam perfectionem ſingularem, & excellentiam. Et ſic ex parte intentionis ſuperbia eſt peccati initium; ex parte executionis, cupiditas, quæ adimplendi omnia peccati deſideria opportunitatẽ præbet. Quare auaritia radix malorum appellatur.

ART. TERTIVS.

Vtrum præter auaritiam, & ſuperbiam ſint alia peccata ſpecialia quæ dici debeant capitalia.

SVMMA TEXTVS.

Affirmat concluſio. Nam, præter illa peccata ſupra cõmemorata, quædam dicuntur vitia capitalia, ex quibus alia vitia oriuntur; præcipue ſecundum originem cauſſæ finalis, quæ eſt origo: vnde vitium capitale non ſolum eſt aliorum principium, ſed & directiuum, & quodammodo aliorum ductiuum: ſemper enim ars, vel habitus ad quem finis ſpectat, principatur, & imperat circa ea, quæ ſunt ad finem, &c.

ART. QVARTVS.

Vtrum conuenienter dicantur ſeptem vitia capitalia.

SVMMA TEXTVS.

Affirmat concluſio. Dicuntur namq; illa capitalia vitia, quorum fines habẽt quaſdam primarias rationes mouendi appetitum; & ſecundum diſtinctionem harum, capitalia vitia diſtinguũtur. Aliquid enim appetitum directe, & per ſe mouet; vt bonum ad proſequẽdum, & malum ad fugiendũ. Alio modo indirecte, & per aliud; vt aliquis proſequitur aliquod malum, ob aliquod bonum adiunctum, vel fugit aliquod bonum propter aliquod malum annexum. Sed bonum hominis triplex eſt. Primo, eſt quoddam bonum animæ, quod ex ſola apprehenſione habet rationem appetibilis: vt excellentia laudis & honoris, quod inordinate proſequitur inanis gloria. Secundo, quoddam bonum corporis, quod vel attinet ad cõſeruationem indiuidui, vt cibus, & potus, quod inordinate proſequitur gula: aut ſpectat ad ſpeciei conſeruationem, ſicut coitus; & ad hoc ordinatur luxuria. Tertio, quoddam bonum eſt exterius, vt diuitiæ; & ad hoc auaritia ordinatur. Quæ quattuor vitia inordinate fugiũt quattuor mala contraria. Vt autem quis bonum fugiat, ob aliquod malum coniunctum, dupliciter accidit: nam aut eſt reſpectu proprij boni; ſicque eſt accidia, quæ de bono ſpiritali triſtatur ob laborem corporalem adiunctum; aut eſt de alieno bono, quod ſi ſit ſine inſurrectione, inuidia eſt, q̃ de alieno bono triſtatur, quatenus excellentiæ propriæ impeditiuum eſt: ſi uero eſt quadam cum inſurrectione ad vindictã, attinet ad iram: & ad eadẽ vitia ẽt ꝑtinet ꝓſecutio mali oppoſiti.

EXPLICATIO ARTIC.

In ijs articulis, tertio, & quarto, agit D. Th. de vitijs, ſeu peccatis capitalibus, quæ ſunt ſeptem; nempe, inanis gloria, inuidia, ira, auaritia, accidia, gula, & luxuria, quæ ſic numerat D. Gregor. (Greg. li. 31. mora. c. 31.) Atque ex doctrina horum articulorum tria ſunt breuiter memoriæ commendanda. (Quidnã ſit capitale vitium.) Primum, ꝙ vitiũ capitale dicitur, ex quo alia vitia frequẽter oriũtur, maxime ſecũdum rationẽ cauſſæ finalis; non quidem ſecũdum, ꝙ peccans poteſt ad finẽ vnius peccati alia peccata ordinare: hoc enim nõ cadit ſub ſciẽtia, & arte, ſed ſecundum naturalẽ habitudinẽ ipſorum finiũ peccatorũ in ordine ad obiecta aliorũ peccatorũ. Et ita dicũtur quædam vitia capitalia, quorum fines habent quaſdam primarias rationes mouẽdi appetitum. Secundo nota, ꝙ auaritia (Auaritia qua ratione vitium capitale dicatur) non ponitur vitiũ capitale, ſolũ ſecundum rationẽ cauſſæ finalis, ſed potius prout præſtat executionem ad alia peccata: & ſic dicitur radix omniũ malorũ. Et propterea non dixit auctor, ꝙ capitalia peccata cõſiderantur ſecũdũ ꝙ habent rationẽ finalis cauſſæ, ſed præcipue ſecũdũ ꝙ habent rationẽ cauſſæ finalis. Ex quo ſequitur, ꝙ auaritia ex hac parte eſt vitiũ capitale minus, ex proprio obiecto; quia verſatur circa vtile, quod ſe habet, vt medium ad alios fines. Tertio nota, ꝙ ſuperbia non numeratur inter uitia capitalia a D. Greg. quia potius habet locum reginæ omnium capitalium uitiorũ; quoniam finis ipſius eſt uniuerſaliſſimus inter omnia vitia; ſed ponitur vanagloria primum peccatum capitale, quia eſt potiſſima, primaque ſuperbiæ filia.

QVAES. LXXXV.

De effectibus peccati, in ſex articulos diuiſa.

ARTI. PRIMVS.

Vtrum peccatum diminuat bonum naturæ.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Bonum naturæ, ex quo natura ipſa conſtituitur, vt ſunt principia naturæ, & proprietates ex iis cauſſatæ, vt ſunt potētiæ animæ, nec tollitur nec minuitur per peccatum: anima enim rationalis tam ſecundum ſe, quā ſecundū ſuas potentias, immortalis eſt, & ſēpiterna. Rurſū, rationalis anima, & eius proprietates non ſuſcipiunt magis & minus, ut conſtat ex Ariſt. Hoc igitur bonū naturæ, nec tollitur, nec minuitur per peccatū.

Secunda Concluſio. Bonū naturæ humanæ conceſſū, uidelicet, donū iuſtitiæ originalis, per peccatum primi parētis totaliter fuit ablatū: ſiquidem per peccatum primi parentis peccatum originale in omnes homines pertranſiit: peccatum uero originale, priuatio iuſtitiæ originalis eſt, ut prius fuit demonſtratum.

Tertia Concluſio. Bonū naturæ, quod eſt inclinatio hominis ad uirtutem, per peccatum diminuitur: ex hoc.n. ꝙ aliquis ad unum contrariorū inclinatur, diminuitur eius inclinatio ad aliud; per actū uero peccati fit quædam inclinatio ad ſimiles actus: unde per peccatum diminuitur inclinatio ad uirtutem.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum totum bonum naturæ poſſit auferri per peccatum.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio eſt negatiua. Nam bonū naturæ, quod per peccatū diminuitur, eſt inclinatio ad uirtutem, quæ homini cōuenit ex hoc ipſo, ꝙ rationalis eſt: at per peccatum non poteſt tolli ab homine quod rationalis ſit: alioqui peccati capax non eſſet, non ergo totum bonum naturę tollitur per peccatum.

Secūda concluſio. Inclinatio naturalis ad uirtutem nō diminuitur ꝑ peccatum per alicuius rei ablationem, ſed per impedimenti & obſtaculi poſitionem. Pro cuius rei dilucidatione obſeruandum eſt, ꝙ diminutio iſta dupliciter intelligi pōt; uno modo ex parte aīæ, aut ꝓprietatis; alio modo ex parte termini. Primo modo nō diminuitur, quia peccatum non diminuit ipſam naturam, nec eius proprietatem, ſed ſecūdo modo diminuitur, in quātum ponitur impedimentum pergendi ad terminum. Et quia in infinitū homo poteſt addere peccatum peccato, in infinitū diminui poteſt; ſed non poteſt totaliter conſumi: nam ſēper manet radix inclinationis; ut patet in corpore diaphano, quod habet inclinationē ad ſuſceptionē lucis, cuius rei habilitas minuitur ex parte nebularum ſuperueniētium, cū tamen ſemper maneat habilitas ex parte corporis ad lucem ſuſcipiendam. Hæc Diuus Tho.

EXPLICATIO ARTICVLI.

QVæſtionem in his duobus articulis propoſitā elucidant Doctores in 2.d.34.& D.Tho. q.2. de malo, ar.11.& 12.1.par. q.48. art.4. Pro cuius maiori explicatione nōnullæ dubitationes ſūt exponendæ. Prima eſt, utrum hoc bonū naturæ, qd eſt inclinatio naturalis ad uirtutē, ſit in oībus æquale. Hęc dubitatio oritur ex alia, utrum vna rōnalis aīa ſit pfectior alia, tū in ſeipſa, tū in proprietatibus naturalibus. Cuius qōnis affirmationē magnis argumentis confirmauimus, cū ī 1.par. de aīarū inæqualitate ageremus, cōtra doctiſſimū Soto & alios Doctores q cōtrarium, nō ſine magno errore, defendere uehementer laborarūt. Ex qua ſnia, ſi uera eſt; liquido cōſtat, ꝙ una aīa ſit nobilior altera, tum in ſe, tum in potentiis, & ꝓprietatibus naturalibus, q̄ ex ea cōſequuntur. Rurſū cōſequitur, ꝙ habitus naturalis, puta ſynderefis, q̄ docet hæc primaria principia; qd tibi nō uis, alteri ne feceris; bonū eſt faciēdū, malū fugiendū; & alij habitus primorū principiorum ſūt pfectiores in una aīa, q̄ in altera: neque hæc dīa, ꝙ unus intelligat pfectius q̄ alius, uel habeat maiorē ſolertiā, & pſpicacitatem, ſiue magis ad uirtutē inclinat⁹; ꝓuenit ſolū uel a corpore, uel a ſēſibus, ſed præcipue ab ipſa rationali anima: cuius ſententiæ, omni dubio procul, auctor eſt D.Tho.1. p.q.85. artic.7. ad quem locum huius rei fuſior tractatio referenda eſt.

Vtrum inclinatio naturalis ad uirtutem ſit in omnibus æqualis.

Concl.

D. Tho.

Vtrum inclinatio naturalis ad uirtutē per bona opera augeatur.

Secunda dubitatio, Vtrum hæc naturalis inclinatio ad uirtutem per bona opera augeatur. Cauſa huius dubitationis eſt: nam inclinatio naturalis ad uirtute eſt proprietas, quæ conſequitur rationalem animam: at proprietas nō ſuſcipit magis & minus, ſicut nec ipſa eſſentia animæ. Idē confirmatur. Nam intellectus, aut uolūtas, propter rationem dudum demonſtratam, numquam augeſcunt. idem igitur erit iudicium de inclinatione naturali ad uirtutem. Contrariū probant hæc argumenta. Primum; Bonū efficacius eſt ad agendum, quam malum: ſed malum diminuit bonum naturæ, ut auctor eſt D.Th. in ar.1.& 2. ergo bona opera bonum naturæ augent. Deinde, nulla ratione negari poteſt, hominē ex bonorum operum exercitio magis promtum, & habilē ad ſimilia opera reddi. Sed & hoc ipſum hæc ratio demonſtrat: nā qn̄ aliquid eſt magis album, plus ad albedinis effectum inclinatur, & ad cōtrariū opus pl⁹ diminuitur: ergo ꝑ bona opera augeſcit inclinatio ad virtutem, & ad vitium diminuitur.

D. Tho.

Concl.

Reſolutio dubij.

Solutio huius dubitationis eſt: inclinationē naturalē ad uirtutē ꝑ ſe nec creſcere, nec minui, ut argumēta in principio adducta liquido ꝓbant. augent nihilominus ex bonorū operū exercitio, & cōſuetudine habit⁹ acquiſiti, q ſunt perfectiones ſuperadditę potētiis natura ſua ad uirtutē inclinatis, quibus perficitur naturalis inclinatio, pfectione accidentaria. Nec tū īclinatio ipſa naturalis in ſeipſa creſcit, aut diminuitur per maiorem intenſionem quam in ſe habeat, ſed dicitur creſcere ꝑ aduentum nouæ formæ, quę illam adiuuat, & perficit ad opus. Sic ſane ſe habet lumen gloriæ ad intellectum creatum: nam illo diuinitus infuſo creſcit uirtus intellectus, non ꝙ in ſeipſo intellectus augeatur, ſed quia additur noua forma, qua informatus poteſt efficere quod antea non ualebat.

Sed hic obſeruandum eſt diſcrimen inter habitum ſtudioſum, & uitioſum. Siquidem habitus ſtudioſus, cum homini competat quatenus rationalis eſt, quodam modo ab intrinſeco ipſam naturam, & eius inclinationem naturalem iuuat & perficit, illam propēſiorem ad bonū efficiēs,

Diſcrimen inter habitum ſtudioſum & uitioſum.

non

non ſolum impedimenta remouendo, ſed etiam determinando, & inclinando ad bonū; ut ſupra docuimus contra Durandum. Habitus uero uitioſus, cum ſit contra naturā hominis, quatenus rationalis eſt, non ſic ab intrinſeco inclinat hominis naturam in malum, ſed eſt ueluti impedimentū, & obſtaculū, ne natura, & eius recta inclinatio ſe exerát in opa bona, & hac rõne dr̃ diminuere bonū naturæ, quod in ſequentibus accuratius exponendum eſt.

Num peccata bonū naturæ minuant, aut lædant.

Tertia dubitatio, Nū uerum ſit, peccata bonum naturæ diminuere, aut in aliquo lædere? A parte negatiua ſic argumentor. In primis, D. Dionyſius ait; naturalia manſiſſe in integra poſt peccatum in dæmonibus: ergo etiam in nobis integra permanent.

Primū arg. pro parte negatiua. Dion., ca. 4. de diuinis nomi.

Deinde, rationalis anima tam ſecundum ſe, quam ſecundum ſuas potentias naturales, immortalis eſt & incorruptibilis: ergo in ea per peccatum, nullum bonum naturæ aut ablatum fuit, aut diminutum.

Secundum. Tertium. Ari. 1. Phy. tex. 37.

Tertio inclinatio naturalis ad uirtutē finita eſt, & limitata, quemadmodū rationalis animæ eſſentia ad quā cõſequitur, ſi igitur per peccatum huiuſmodi inclinatio diminuitur, tot poſſunt ſuperaddi peccata, ut prorſus tollatur, & funditus pereat: omne enim finitum (ut habet axioma Ariſt.) per ablationem ſiuti tandem conſumitur.

Præterea, inclinatio ad uirtutem gemina eſt; Vna, quæ conſiſtit in iis primis principiis, quod tibi non uis, alteri ne feceris, bonū eſt faciendū, malum eſt fugiendū; & hæc inclinatio immortalis eſt, & incorruptibilis, ſicut ipſa eſſentia aīæ, ad quam conſequitur: unde in iniuſtis hominibus, & ſceleratiſſimis integra permanet: atqui hęc inclinatio ſicuti nō tollitur per peccatum, ita nec diminuitur. Alia eſt inclinatio ad uirtutem propinqua, quæ in habitibus ſtudioſis conſiſtit, & hęc ſicuti per peccatum diminuitur, ita prorſus tollitur. Perperam ergo, docet D. Th. in articulis propoſitis, eſſe inclinationē naturalem ad uirtutē, quæ diminuitur per peccatum, & non prorſus tollitur.

Vltimum. Ari. 2. Ethi.

Iam uero (auctore Ariſt.) in anima tria tantū modo exiſtunt; paſſio, habitus, & potentia. Paſſio quidem non diminuitur per peccatum, quin potius augeſcit. Habitus uero ſtudioſus & diminuitur, & tollitur prorſus. Potentia uero ſemper manet integra, & immortalis: ergo ſi qua inclinatio hominis ad uirtutē per peccatū diminuitur, certe eadē per conſuetudinē peccandi tandem aufertur, quod D. Th. in præſenti loco uehementer inficiatur.

Quinq; bonorum genera in anima noſtra.

Explicatio huius dubitationis hæc eſt. In aīa noſtra bonorum quinque genera exiſtunt, de quibus diligenter inueſtigandum eſt, nū per peccatum diminuantur, tollanē, aut aliqua rõne lædantur. In primis eſt actus ſtudioſus, rationi conſentaneus, & hoc bonum per actum peccati contrarium prorſus tollitur, quod adeo manifeſtum eſt, ut nō ſit oſtendendum. Deinde in ſecundo genere ſunt habitus ſtudioſi, noſtris operibus acquiſiti: atqui de hoc genere bonum certiſſimum eſt, ꝙ per peccatum diminuitur, & ꝑ conſuetudinem peccati penitus aufertur; ueluti per unū contrariū deſtruitur alterum. Quomodo autem habitus diminuantur, & corrumpantur, diſputat præclare D. Th. ſupra q. 53. In tertio gñe ſunt habitus diuini, quos Theologi infuſos appellant, de quo genere bonorum exploratum eſt cuique Theologo, ꝙ per quodlibet peccatū mortale prorſus tollitur, exceptis fide, & ſpe, quæ in peccatore permanent; non tñ habent rationem uirtutis, nec talē appellationem merentur. Verum quõ habitus infuſi nō diminuantur, ſed prorſus tollantur per quodlibet peccatum mortale, docet optime D. Th. 2. 2. q. 24 art. 10. Ad quartū genus pertinet potentia obedientialis, & habilitas ad recipiendā gratiā ex Deo; cuiuſmodi bonum nō poteſt totaliter auferri: eſt. n. in eſſentia animæ rationalis, & ad eā neceſſario conſequitur, eſt ergo prorſus incorruptibile. Certe nulla hominis peccata põt Dei miſericordiā, & clementiā exhaurire ad ſaluandū hoīem: ceterum hæc habilitas per peccatum diminui poteſt, & quo magis ꝑgit peccandi conſuetudo, magis minuitur: quo. n. magis peccandi conſuetudo pergit, tanto magis homo elõgatur a Deo, qui eſt gratiæ principium. ergo tanto fit magis ineptus ad gratiā recipiendam. Sane quod plus calidum eſt, plus ineptum eſt & inhabile, ut frigus recipiat: ad eundem modū qui pluribus peccatis irretitus eſt, plus ineptus eſt, ut recipiat gratiam. Sed hæc ſatis ſint ad noſtram aſſertionem comprobandam, nam in alio loco tractatum eſt diligentius, quemadmodum peccandi conſuetudo difficilē reddat aditum ad uirtutis uiam, & quemadmodum nemo facile abducitur a uitiis, in quibus natus & educatus eſt. Intelligat tñ Theologus, ꝙ hæc habilitas non minuitur per ablationem alicuius partis, alioqui poſſet aliquando totaliter auferri, & corrumpi; ſed diminuitur, quia ponitur impedimentum ex parte termini, uel quia ponitur in ſubiecto contraria diſpoſitio ad formam, quam agens introducturus erat. Sed his omiſſis pergamus ad cetera.

Habitus ſtudioſus. D. Th.

Habitus infuſi. D. Th. Potētia obedientialis.

Inclinatio ad uirtutem per ſe non minuitur ꝑ peccatum. bene tamen ex parte termini.

Quintum genus, quod ad bonum naturæ pertinet, eſt inclinatio ad uirtutem, & hæc ſecundum ſe, nec diminuitur, nec tollitur per peccatum: eſt enim immortalis, & incorruptibilis, ſicuti ipſa eſſentia ad quam cõſequitur. Qd idem demonſtratur hac euidenti ratione. Nā intellectus, quamlibet magnos errores habeat, nō deſtruitur, nec corrumpitur: ergo neque iſta inclinatio ad uirtutem. Verum iſta inclinatio diminuitur, & impeditur per peccatum ex parte termini, & operationis: inclinatio. n. ad aliquā operationem impeditur per id quod in contrarium inclinat: ſed peccatum inclinat ad malam operationem: ergo diminuit inclinationem ad bonum. Præterea, calor diminuit inclinationem ad frigus, error ad ueritatem, & uniuerſum contrarium ad aliud contrarium: ergo peccatum diminuit inclinationem ad uirtutem. Quod etiam conſtat rerum experientia, uidemus enim homines conſuetudini peccandi addictos difficile ad uirtutem conuerti.

Nota

Sed eſt obſeruandum, bifariam poſſe intelligi inclinationem hominis ad uirtutem per peccatum diminui, tū, per ablationem alicuius rei, tum per appoſitionem impedimenti. Priori modo certum eſt peccatum non minuere inclinationem ad uirtutem; quia eſt incorruptibilis, ut dictum eſt. Poſteriori uero modo exploratum eſt, quod diminuat per modum impedimenti & obſtaculi: ſiquidem per peccatum elongatur homo a Deo in regionem diſſimilitudinis: & peccata ipſa diuidunt inter nos, & Deum, ſicuti ſi inter Solem, & iſtū aerē ponas impedimentū, aer inhabilis fit ad recipiendam lucem: & quo plura poſueris impedimenta, magis efficitur inhabilis: & ſicuti materia prima ſub forma aquæ magis inhabilis eſt ad recipiendam formam aquæ, magis inhabilis eſt ad recipiendā formam ignis, quam ſub forma ligni, quanquam ſuapte natura ad omnes formas inclinationem habeat; ſic de anima ſub peccato exiſtenti diiudicandum eſt.

Corollariū.

Ex dictis conſequitur, inclinationem hominis ad uirtutem non poſſe prorſus tolli per peccata, & ſi in infinitū multiplicentur; non enim diminuitur inclinatio per ablationem alicuius rei, ſed per appoſitionem impedimenti, ut dictum eſt. Cuius rei alia extat demonſtratio, nimirū, qa iſthæc inclinatio eſt infinita ſyncathegorematice (ut utar uerbis ſcholæ) ſicut intellectus & uoluntas. Intellectus. n. quacumque ueritate apprehenſa poteſt aliā apprehendere; & uoluntas, quocumque bono amato põt aliud præterea amare. Ex alio etiam capite eadem ueritas demōſtratur, quoniam hæc impedimenta recipiunt in potentia libera, quæ poteſt uti, & non uti pro ſua libertate.

Obiectio.

Sed aduerſus hanc ſententiam eſt una obiectio. Nā eadem ratione ſequitur, quod caritas diminuatur per peccata venialia; ſiquidem ſunt impedimenta caritati, uel eius feruori. Idem confirmatur: nam præcipuum argumētum quo Theologi conuincuntur ad demonſtrandum peccata venialia non imminuere caritatem, eſt, quoniam ſi minuerent, per eorum multiplicationem tandem caritas tolleretur. Hoc autem argumentum eſſe prorſus inualidum, ex dictis conſtat: ſiquidem peccata diminuunt inclinationem naturalem, quam penitus tollunt. Ad hoc argumentum dicendum eſt; non eſſe incõueniens aliquod cõcedere, quod peccata uenialia diminuunt caritatem per impedimenti appoſitionē: dum tamen numquā cõcedat Theologus, ꝙ diminuant caritatem in ſe. Sed & illud dici poteſt, diſcrimen eſſe inter inclinationem naturalem, & caritatem, quod inclinatio naturalis quodammodo eſt infinita, modo ſuperius expoſito: ſecus eſt de charitate: ſiquidem qualibet caritas finita eſt, & limitata. Eſt & alia differentia: nam peccata ideo minuunt inclinationem ad bonum,

Solutio.

bonum, quia inclinant ad aliquid cõtrarium termino ipſius inclinationis, ſ. bono uirtutis, ſicut ſupra dictum eſt: ponunt enim impedimentum ex parte termini, ne illum pertingat: peccata uero uenialia non contrariantur termino ipſius caritatis, ſed tantum feruori actus. Vnde communi ſententia dicitur, quod peccata uenialia non deordinant caritatẽ, ſed eius feruorem impediũt. Ex ijs quæ fuſius diſputata ſunt, ſoluuntur oĩa argumenta propoſita. Veriſſime enim concludũt, ꝙ peccata nõ diminuũt bonum naturæ p ablationem alicuius rei, falſo tamẽ concludũt nõ diminuere per impedimenti appoſitionem.

Concl.

Vtrum per multiplicationem peccatorum, bonum naturæ penitus auferatur.

Sequitur alia dubitatio: Vtrum per peccatorum multiplicationem, & conſuetudinem, bonum naturæ penitus auferatur? Affirmatio quæſtionis ijs argumẽtis ſuadetur.

Primum arg.

Principio, damnati in inferno nullam inclinationem nullamve habilitatem habent ad virtutem; ſiquidem ad virtutem reparari non valent, ſicuti nec cæcus ad viſum.

Secundum.

Deinde, dæmones (in quibus hæc res fit manifeſtior) habent liberum arbitrium inflexibile in malo: ergo non põt in bonũ deflecti. qđ ita eſſe affirmat vniuerſa Theologia.

Tertium.

Præterea, ſine libero arbitrio non poteſt eſſe inclinatio ad virtutem: ſed D. Aug. aſſerit aperte ꝙ grãditate peccati liberum arbitrium perdidimus: ex quo conſequens eſt, ꝙ omnem inclinationem ad virtutem perdiderimus.

Aug. in Enc. c. 30. & lib. de ſpiritu & littera. c. 30.

Quartum.

Aug. lib. 6. de Gen. ad litteram c. 27. & 28.

Orig. hom. 1. in Gen.

Item, quod homo ſit conditus ad imaginem, & ſimilitudinem Dei, ad ſubſtantiam rationalis animæ refertur: at D. Aug. dicit, hominem peccando imaginem Dei perdere: & idem habet Origenes: igitur homo per peccatum aliquod principium naturæ perdidit, & amiſit.

Vlt.

Paul.

Vltimo in homine eſt duplex inclinatio; altera in bonum, altera in malum: de quibus loquitur Paulus, cum inquit, Sentio aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ: & iterum; Caro cõcupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpũs aduerſus carnẽ. Cũ igitur iſtæ inclinationes inuicẽ aduerſentur; poterit vna alterã euincere, & oĩno deſtruere.

Reſolutio dubij.

Nihilominus veritas eſt, peccata, quãtumcumque in conſuetudinem ducantur, & inueterata ſint, non poſſe omnino tollere bonum naturæ; nec eius inclinationẽ ad virtutẽ. quod in ſuperiorib. ſatis demõſtratũ eſt. Idque vel ſola experiẽtia conſtat: nũquã. n. hõ ſic peſſimus eſt, quin aliquando bonum affectum habeat ſtudioſum deſiderium, aut opus aliqđ bonum faciat: vnde dicit D. Augũ. Nõ adeo imago Dei peccatis eſt addicta, quin ẽt in impietate vitæ poſſint hoĩes facere aliqua legis opera, de qb. forte dicere poſſumus, ꝙ habent opus legis ſcriptũ in cordib. eorũ, id eſt, nõ oĩno deletũ. Et addit, ꝙ in impijs ſunt qđã bona opera, ſine quib. difficillime vita hoĩs peſſimi trãſigitur.

Aug. lib. de ſpiritu & littera c. 27. & 28.

Solutio argumenta. ad pri argu.

His cõſtitutis, ad argumẽta ꝓpoſita dicendum eſt. Ad primũ, ꝙ in dãnatis omni dubio procul manet inclinatio, & aptitudo ad uirtutẽ: uñ ẽt dæmones in inferno habent remorſum conſciẽtiæ. Sed ꝙ hęc aptitudo ad actũ nõ reducatur, eſt, qa deeſt diuina grã, ꝑ ordinẽ diuinæ iuſtitiæ, quẽadmodũ in hoĩe cæco eſt aptitudo naturalis ad uidẽdũ, ſiquidẽ hõ eſt animal aptũ natũ ad vidẽdũ: ꝙ ſi hæc aptitudo ad actum reduci nequit, ex eo eſt, quia nõ eſt cã q̃ poſſit efficere organũ ad videndũ neceſſariũ. Sed rõ uera eſt quare dęmones nõ poſſunt bene operari (quã ſæpe pſequitur D. Th. pcipue 4. cõtra gent. c. 95.) quia omnia ordinãt in malũ finẽ, ꝑ peruerſam intentionem finis quam habent: quæ ab eis remoueri non poteſt, quia tranſlata eſt ad ſtatum immutabilitatis.

D. Thõ

ad ſecundũ

Ad ſecundum argum. eadem ſolutio adhibenda eſt. Ad tertium arg. confutandũ ſciẽdũ eſt, ꝙ D. Aug. ubi cũ Pelagianis diſſerit, qui libero arbitrio omnẽ facultatẽ tribuebant ad promerẽdã iuſtitiam coram Deo, ipſum liberum arbitriũ maxime deijcit, veluti in alterũ extremum inclinãs. Vera igitur expoſitio D. Aug. eſt, ꝙ poſt peccatũ, liberũ arbitrium eſt adeo captiuũ (ut ſic dixerim) & venditũ ſub peccato, vt abſq; gratia Dei Saluatoris nr̃i ab eo exſurgere ñ ualeat: cæterũ nõ eſt ſenſus, ꝙ liberum arbitriũ poſt peccatũ hẽat neceſſitatẽ operãdi. Qđ vt exactius intelligatur, ſciendũ eſt, ꝙ D. Bern. in opuſculo de libero arbitrio, diſtinguit triplicẽ libertatẽ, a peccato, a miſeria, a neceſſitate operãdi. Hãc tertiã dicit eſſe inamiſſibilẽ. Dicit rurſus, a neceſſitate operandi hominẽ liberatore non indigere; a peccato uero, & a miſeria maxime indigere: a quo utroq; malo nemo umquã liberatur, niſi p eũ qui eſt inter mortuos liber.

argu. & ad tertium, Aug.

Bernar.

ad quartum

Aug.

Ad quartũ arg. depellẽdũ ſciẽdũ eſt, illã ſnĩam hõ p peccatum pdit imaginẽ Dei, eſſe expoſitã, & retractatã a D. Aug. li. 2. retractationũ. c. 24. Non ſic (inquit) intelligendum eſt, quaſi nulla in hoĩe peccatore imago Dei pmaneat, ſed qa ita deformis maneat, ut reformatione op' hẽat. Et Epip. refert pdictã ſnĩam inter errores Origenis pcipuos. Sed certe nõ meretur tã grauẽ cenſurã. Nã ſi imago Dei referatur ad ſubſtantiã rõnalis animæ, imago Dei per peccatum numquã pditur: manent. n. naturalia poſt peccatũ integra: ſi uero imago Dei ad dona grẽ referatur, ad q̃ pleriq; Sanctorũ referunt, vt Ambr. uetiſſime dr̃, ꝙ per peccatũ mortale pditur.

Epip. Epiſt. ad Ioan. epĩſcopũ Hieroſoly.

Ambro. Coloſſ. 3. in illud qui renouatur, &c. & 1. Corin. 15. portemus imaginẽ &c.

ad vltimum

Ad vlt. arg. negatur conſequẽtia: oſtenſum nãq; eſt in ſuperiorib. ex multis cauſſis nõ poſſe bonũ naturæ a malo totaliter uinci, aut ſeparari. Sed & alia rõ idẽ demõſtrat. Etenim rõ nr̃a ſemp põt uerũ uidere, & cõſpicere, ſp a malo cogitationẽ auertere: neq; .n. põt in oĩb. errare, & ſic a malo deſtrui oĩno nõ põt, maxime ꝙ malũ fundatur in bono; & ideo ſi bonũ nõ eſſet, malũ non eſſet, ut demõſtrat D. Th. 1. p. q. 48. ar. 3. & 4.

D. Thõ.

Vtrũ quodcumque peccatum minuat bonum naturæ.

Sequitur aliud dubiũ; Vtrũ quodcumq; peccatũ, bonũ naturæ diminuat. Rõ ꝓpoſitæ dubitationis eſt ꝑ peccatũ omiſſionis, q̃ cũ priuatio ſit, nihil põt efficere, neq; diminuere. Idẽ cõfirmatur. nã peccatũ diminuit bonũ naturæ, qua rõne generat habitũ vitioſum inclinãtẽ cõtra uirtutẽ: ſed omiſſio cũ ſit priuatio, nõ gñat habitũ vitioſum: habitus eñ non generatur niſi ex actib. vt conſtat ex philoſophia morali. ergo peccatũ omiſſionis nõ diminuit bonũ naturæ.

Reſolutio dubij.

In hac dubitatione exponẽda illud ꝓ certo ſtatuendũ eſt, virtutes, & habitus ſtudioſos p omiſſiones uolũtarias totaliter auferri. nã p ſolã ceſſationẽ ab opere auferũtur, & deſtruuntur, ut oſtendit D. Tho. ſupra q. 55. ar. 3. multo ergo magis p omiſſiones voluntarias corrũpi neceſſe eſt. Sed & illud uetiſſimũ iudico p omiſſiones uolũtarias habitũ vitioſum in aĩs nr̃is ꝓduci: ſiquidẽ in omiſſionib. uolũtarijs virtualiter, & interpretatiue includitur volitio omittẽdi pcepta uirtutis, ex qua volitione, ſi ſæpius repetatur, & in cõſuetudinẽ ducatur, paruũ habitũ gigni tandẽ neceſſariũ eſt: ex quo cõſequẽs eſt, ꝙ peccata omiſſionis bonũ naturæ vtcũq; diminuant.

Vtrum per actus indifferentes naturæ bonum diminuatur. D. Th.

Vltima dubitatio: Vtrũ p actus idifferẽtes; cuiuſmodi ſũt comedere carnes, ſic. vel aliter ueſtiri, &c. bonũ naturæ diminuatur? Sed hęc dubitatio i doctr. D. Th. locũ nõ hẽt: docet nãq; D. Th. ſup. q. 18. art. 8. & 9. ꝙ nõ dãtur act' indifferẽtes i idiuiduo exercitij quã doctrinã in loco cõmemorato dil. gẽti' examinauim'.

ART. TERTIVS.

Vtrum conuenienter ponantur quattuor uulnera naturæ ex primo peccato deriuata; uidelicet ignorantia, malitia, infirmitas, concupiſcentia carnis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmatiua, quam probat D. Thom. in primis auctoritate Bedæ, qui Lucæ cap. 10. dicit in hunc modum; Homo deſcendens a Hieruſalem in Ierico, id eſt, in defectum peccati, exſpoliatur gratuitis, & vulneratur in naturalibus; & numerat prædicta quattuor vulnera. Habetur hæc ſentẽtia Bedæ in gloſſa ordinaria Lucæ. 10. Deinde probat eleganti ratione. Cum enim per iuſtitiam originalem ratio contineret in officio omnes uires inferiores, ſuperueniente peccato primi parẽtis, ſubtracta tali iuſtitia

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN explicatione huius articuli exponendum eſt, quem ſenſum habeat illa ſentẽtia Bedæ ab omnibus ſcriptoribus

Sententia Bedæ exponitur.

amiſit inſuper pacem illam, & tranquillitatem inter rationem, & appetitum ſentientem, quam vtique haberet in puris naturalibus.

Arguitur pro hac ſententia. Aug. libr. de correptione, & gratia cap. 11.

Porro, ꝙ hanc facultatẽ haberet in puris naturalibus, probant primo ex auctoritate D. Aug. dicẽtis; Si Deus homini adiutoriũ non dediſſet, quo permaneret ſi uoluiſſet, non vtiq; ſua culpa cecidiſſet. ex quo efficaciter ſibi uidentur cõcludere, ꝙ ſi Deus homini in puris naturalibus conſtituto non dediſſet adiutorium, & facultatẽ qua permaneret, ſi uoluiſſet, non utique ſua culpa cecidiſſet. Idem proſequitur Aug. lib. 3. Hypognoſticon fuſiſſime. dicit.n. ex hoc peccaſſe primum hominem, qm̃ potuit permanere ſi uoluiſſet: & ſubdit hanc poteſtatem permanẽdi in bono, & cauendi oẽ malum, a libero arbitrio in pœnã peccati fuiſſe ablatam. Hæc oĩa confirmãtur maximo argumento. Nã ſi homo in puris naturalibus conſtitutus ex auxilio Dei generali non poterat uniuerſum bonũ naturæ proportionatum perficere, & uniuerſam legem naturalem adimplere; conſequens eſt, ut ex neceſſitate aliquando in pctm̃ mortale laberetur; Sicut ſentiunt Theologi de homine poſt lapſum: ſed peccato mortali, ẽm ordinem iuſtitię diuinæ, debetur ſupplicium æternũ: ergo ex neceſſitate miſer, & damnationi obnoxius erit homo in puris naturalibus conſtitutus; ſiquidem in tali ſtatu nõ hẽt auxilium gratiæ, quo a peccato exſurgere ualeat, (diſputamus.n. de homine in puris naturalibus, qui nec ad grãm ſupernaturalem, nec ad gloriam ſit deſtinatus:)

Difficile argumentũ pro hac ſentẽtia.

Aſſerere uero, ꝙ hõ in puris naturalibus conditus ex neceſſitate debeat eſſe miſer, & infelix, abſurdiſſimum dogma eſt, ſiquidem natura humana, ſi in ſuis naturalibus cõderetur, futura eſſet oĩum miſerrima, & infeliciſſima, quæ numquam ſuum finẽ adipiſci poſſet. Hæc ſententia, ſuperius commemorata, falſiſſima eſt.

Refellitur prædicta ſententia.

Nam ex ſnĩa omnium Theologorũ naturalia manſerunt integra poſt peccatum tum in Angelis, tũ in hominibus: at natura humana poſt lapſum non habet iſtam integritatem, & perfectionem, ut experientia demonſtrat, & doctrina diuina oſtẽdit: ergo hęc præſtãtiſſima perfectio non inueniretur in homine, ſi in puris naturalibus conderetur. Deinde, homo, ut ex philoſophia naturali euidens eſt, cõſtituitur ex corpore, & aĩa; ex carne & ſpiritu: caro uero de ſe contradicit ſpũi: homo igitur in puris naturalibus cõſtitutus ex neceſſitate haberet pugnam inter carnẽ & ſpũm, quæ illũ ad peccandum pertraheret. Præterea, ſi hæc facultas, & hoc Dei adiutorium, ſanans naturam, deberetur homini conſtituto in puris naturalibus, cõſequens eſt, ꝙ homo poſt lapſũ eſſet monſtrum, & mancam & deficientem haberet naturam; ſiquidem careret principio ſuæ naturæ debito, ſicuti ſi careret intellectu aut auxilio Dei generali.

Explicatur D. Aug.

Auguſtinus vero, qui contrariæ ſententiæ fauere uidetur, ſic explicandus eſt; nimirum hominem conditum in puris naturalibus neceſſario habiturum ſufficiens adiutorium ad cauẽda ſingula peccata, & ad ſingula pręcepta ſeruanda, nõ tñ ad oĩa ſimul, & per totã uitã: quemadmodũ põt quiſque, Grãmaticam, Rhetoricã, Phyſicam, & ceteras ſciẽtias addiſcere, nemo aũt hominũ licet ingenio ualeat, põt oĩum ſciẽtiarum ſimul peritiam habere.

Hier. in dialog. cõtra Pelag.

Exemplũ eſt quo utitur D. Hiero. ad hanc ueritatẽ confirmandã. Sed & illud dici põt, D. Aug. loqui de illo magno crimine, qđ primus parens admiſit: qđ certe non adeo magnum fuiſſet, ſi iuſtitiam originalem a Deo non ſuſcepiſſet, qua facile tantum facinus cauere potuit, & in bono perſiſtere.

Ad aliud argumentum.

Argumẽtum vero quo hæc ſententia confirmabatur, certe ualidum eſt (quid enim manifeſta negemus?) ſed eius explicatio & confutatio in alio loco, infra in materia de gratia adhibenda eſt.

Vulnera quæ ex peccato. Adæ prouenerunt.

Sed proximum eſt, ut explicemus, quæ ſint vulnera noſtræ naturæ ex illo peccato inflicta, in particulari, & ſigillatim. Certe vulnera, & defectus, qui ex peccato originali in nos tranſierunt, ſermone idoneo explicari nõ pñt: nulla.n. uox humana ſatis dicere queat, quanta ſit egeſtas, quanta nuditas, & pauperies, quantæ calamitates, & ærũnæ, q̃ ex hoc peccato ſubſecutæ fuere, q̃ deſtructa; & diſſipata noſtra natura permãſerit, q̃ inhabilis, & inepta ad bonum. Inter has aũt miſerias quatuor tantũ commemorare uolo, quæ omnium aliarum fontes ſunt, & principia.

Homo in peccatis conceptus.

Prima eſt, ꝙ homo in peccatis fuerit conceptus: quam miſeriam, in ſuum patrocinium, & ut ſuum peccatũ extenuet, adducit Dauid, cum dicit; Ecce in iniquitatibus conceptus ſum: appellat iniquitates, & peccata, ipſum peccatum originale. Nam (ut præclare quidam Doctores obſeruant) tametſi peccatum originale vnum ſit, in uirtute & in energia continet omnia. Ex eo namque, ueluti ex radice, & ex mortis uena, omnia naſcuntur: ex quo nimirum fit, ꝙ difficillima nobis uia uirtutis ſit. quod aperte ſignificat Iob cum dicit, Quis põt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Sicut.n. lana, quæ prius tincta eſt, difficillime, & ægerrime ab illo colore eluitur: ſic ſane malitia peccati originalis nobis natiua, & a primordio uitæ noſtræ inſita, quo uinci poterit? Quod ſi teſta odorem, quem a principio imbibit, ſeruat diu; ſi ea, quæ cum lacte percipimus, difficillimo labore ſuperamus, quid obſecro erit de uitijs, quæ lacte ipſo antiquiora ſunt, quæ in matris utero iam erant, & inde nobiſcum prodierunt?

Omnes animæ potentiæ poſt peccatũ ſunt diſcordes & deordinatæ.

Ex hac miſeria oritur alia non parua deordinatio, & diſcordia oĩum potẽtiarum aĩæ, & earũ diſſipatio, & deſtructio. Quemadmodum.n. paruum fermentũ totam cõſperſionem corrumpit, & acidã reddit; & ſicuti venenũ epotũ per vniuerſa membra diffuſum, ea oĩa inficit: ſic ſane fermentũ illius peccati, & venenũ per uniuerſas potentias aĩę noſtræ diffuſũ, eas deſtruxit, & cõmaculauit. Intellectus, q̃ prima & præcipua aĩę potentia eſt, obſcuratus eſt, ne intelligat ea, q̃ Dei ſunt, euaneſcit in ſuis cogitationibus, ad Deũ numquam attollitur, acumen ſuum, & oẽm mentis aciem in terrã deflectit. Memoria uero q̃ diſſipata eſt, q̃ diuiſa in multa, q̃ numquam Dei, & ſuorũ iudiciorũ recordatur. Verũ inter oẽs uires aĩæ, quæ ad cognoſcendum ualent, quam inquieta manſit Imaginatio, q̃ inobediens rationi, quę per tpis momentum in Dei cogitatu detineri non ualet; diſcurrit per orbem uniuerſum inquieta, ac ueluti foliũ arboris, qđ ad omnem uentũ circũfertur. Sed quid dicam de deſtructione, & perditione appetitus noſtri? qđ ſterquilinium tã fędũ, & horrẽdũ, quæ (rogo) lacuna tam lutulẽta, & cœno plena, quæ tales uapores de ſe emittat? ꝓp quod præclare dixit Eccleſiaſticus; Quid nequius, quam quod excogitauit caro & ſanguis? quis.n. poteſt explanare multitudinem ſpurcitiarum tã variam? delectationum & uoluptatum turpium inuẽtiones? cauſſa horum defectuum eſt perdidiſſe iuſtitiam originalem.

Amor proprius primogenitus peccati originalis.

Nam ſicuti caro ſale a corruptione præſeruatur, quo deficiente, continuo in corruptionem pergit; ſic ſane natura humana hoc dono cæleſti a morte & interitu pręſeruabatur, quo deperdito (miſera res) omnes potentiæ, & uires hominis deſtructæ, & diſſipatę fuere. Ex hac eadem radice naſcitur, & aliud malum, nimirum amor ꝓprius, filius primogenitus peccati originalis: peccatum.n. originale in cauſſa eſt, vt homo auertat oculos ſuos a Deo, & in amorem ſui conuertat, faciatq; ut homo ſe, & omnia ſua plus amet, quam Deum. De hoc amore ueriſſime dixit D. Aug. quod eſt radix, & fomes omnium peccatorum: nemo enim peccat niſi propter aliquod bonum, quod ſibi inordinate amat: quod quidem præ Deo, & pre cæleſtium mandatorum obedientia eligit.

Ex peccato origin. homo ignobilis, & degener factus.

Ex hac commemorata miſeria ſumſit initium alia nõ minor, cuiuſmodi eſt, hominem degenerem eſſe, & a nobilitate ſui generis abhorrere, & fieri beſtiã, & in beſtiarum tranſire conſortium. Hanc calamitatem deplorabat Vates ille regius, cum dicebat; Homo cum in honore eſſet, non intellexit: comparatus eſt iumẽtis, & ſimilis factus eſt illis. Nam, ut prætermittam multa in quibus homo beſtijs ſit comparatus, certe quemadmodum beſtiæ nihil amant, nihil quęrunt, nihil deſiderãt, niſi bona hæc ſenſibilia, quia aliorum bonorum capaces non ſunt: ſic homines culpa ſua, & magno errore ſuo, in conditionem, & ingenium beſtiarum tranſierunt: ſiquidem nihil cogitant, nihil expetunt, nihil curant, nihil docent, nihil ſapiunt, niſi bona terrena; non recolunt ſe homines natos, non, quod uſum rationis a Deo acceperint, non quod lumen diuinæ ſapientiæ illis effulſerit, non diuinę legis pcepta conſiderant, ſine ſpe alterius uitæ viuentes, ueluti pecudes, omnia bona & mala ex vtilitate, & detrimento corporis metientes. Qui tametſi rationem habeant, & intel-

364. ar 1. hac excogitata ratione. Quicumque enim priuatur propter culpā ſuā aliquo beneficio ſibi dato, illa priuatio, & carētia illius beneficij eſt pœna illius culpæ: ſed hoī fuit a principio datū hoc beneficiū, vt quamdiu mēs eius eſſet Deo ſubiecta, vires inferiores rationali menti ſubderētur, & corpus animæ; at quia mens a ſubiectione Dei receſſit, ſecutum eſt, vt nec vires ſubijcerētur rōni, nec corpus animæ: ergo. Eandem rōnem perſequitur D. Thomas in hoc articulo. Præterea ſerendum eſt, ꝙ quidam Auguſtinus Chiſamenſis Epiſcopus, in annotationibus in Pentateucum, affirmat hominem per peccatum non incurriſſe corporis mortem, ſed tantum animæ; Ioſephus etiam ſcribit, hominem per peccatum non incurriſſe corporis mortem, ſed ſenectutis, & mortis accelerationem. Idem tenet Philo Iudæus, & Lucherius. Sed horum ſententia hæretica eſt, & contra Scripturam, & Eccleſiæ definitionem. De ſolutione primi argumenti videndus eſt Diuus Thomas de malo, quæſtione quinta, articulo quarto, vbi oſtendit eleganter, quod eſt, quod cum peccatum originale ſit in omnibus æquale, miſeriæ & calamitates huius vitæ non ſint in hominibus æquales? De ſolutione ad ſecundum, lege D. Auguſ. 13. de ciuitate, ca. 4. & 5.

Pri. conc.

Augu. Chiſamenſis Epiſ.

Secun. cō. Ioſeph li. 1. antiqui. in illud. puluis es Geneſ. 3. Philo li. 2. Allegoria. ad finem. Eucherius lib. 2. in Geneſ. in illud in quacūque die comederis.

ARTICVL. SEXTVS.

Vtrum mors, & alij defectus ſint homini naturales.

SVMMA TEXTVS.

PRima Conclu. Mors, & alij defectus non ſunt naturales homini ex parte animę rōnalis, eſt .n. aīa rōnalis ſuapte natura immortalis, & incorruptibilis, ꝓportionata ſuo fini, qui eſt beatitudo perpetua, vt ſuperius dictum eſt.

Secunda Concluſio. Mors, & alij defectus ſunt homini naturales ex inclinatione materiæ: habet enim materiam ex contrarijs compoſitam; ſiquidem ab auctore naturæ electa eſt materia temperatæ complexionis, vt poſſit eſſe conueniens organum tactus, & aliarum potentiarum ſenſitiuarum, & motiuarum.

Tertia concluſio. Mors, & alij defectus, ſunt pęna peccati: nam Deus, cui ſubiacet omnis natura, in ipſa hominis inſtitutione ſuppleuit defectum naturæ, & dono iuſtitiæ originalis quandam incorruptibilitatē corpori donauit, ſecundum quod dicitur, Deum mortem non feciſſe, ſed eſſe pœnam peccati.

Ter. cōc. Geneſ. 3.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Eoſdem defectus pateretur homo in puris naturalibus, & poſt peccatum.

DE quæſtione huius articuli diſputant Doctores in 2 diſt 30 & Diuus Th. ibidem, & 2. 2. quæſ. 164. art. 1. Vt igitur hæc quæſtio plenius exponatur, intelligēdum eſt, ꝙ homo in puris naturalib. creatus pateretur oēs defectus, quos patitur hō poſt peccatum originale; & ſic naturaliter eſſet corruptibilis, paſſibilis, mortalis: & cōſequenter ex ſua natura ē: haberet contrarietatem, & repugnantiam potētiarum, & reliquos defectus. Eius rei rationem clariſſimam, & optimam demōſtrat D. Th. in locis adductis. Oportebat enim corpus humanum eſſe organum tactus; indigebat namq; ſenſib. & ſic neceſſariū fuit, vt eſſet mediū inter tangibilia, & ex conſequenti, vt eſſet compoſitum ex contrarijs, vt patet 2. de anima. Ex quo conſequens eſt, quod eſſet corruptibilis ab intrinſeco. Et eadem eſt ratio de alijs defectibus.

De contrarietate appetitus ſenſitiui ad rationem ſic probat: quia obiectum appetitus ſenſitiui eſt bonum delectabile ſecundum ſenſum, & naturaliter mouetur ad hæc ſenſibilia; atqui ex hoc cauſſatur pugna inferiorum virium ad rationem: illa igitur eſt naturalis. Diſtinguit tamen de natura, quæ poteſt dupliciter conſiderari, vt in puris naturalibus conſtituta, & ſic hi defectus ſunt illi naturales: alio modo, vt inſtituta eſt a Deo, & hoc modo hi defectus non ſunt in pœnam peccati: poteſt enim homo ex priuatione eius, quod gratis accepit, veriſſime puniri, & ſic punitur homo priuatione iuſtitiæ, per quam impediebantur illi defectus.

Oppoſitam concluſionis tenet Gregorius in ſecundo quæſtione, diſtinctione 30. diſtinctionē, & duas ſequentes Tenet enim, quod defectus ſpiritualis, ſcilicet pronitas ad malum, & rebellio carnis ad rationem, vel ex toto, vel ex minori parte, non eſt naturalis; ſed ex infectione quadam, & morbida qualitate, quam non habuiſſet, niſi per peccatum: ſecus autē de alijs defectibus naturalibus, puta de morte, ægritudine, &c. Sed hanc morbidam qualitatem in ſuperioribus ſatis meo iudicio expugnauimus, & plane ſubuertimus. Sed Marſil. in 2. q. 19. ar. 2. ponit omnino concluſionē D. Tho. & de morte quidem probat egregie. Quia ſi Adam in Paradiſo fuiſſet mortuus, niſi comediſſet tū de lignis reliquis, tum de ligno vitæ. Quod clare patet ex eo quod poſtea dictū eſt; Ne forte comedat de ligno vitæ, & viuat in æternū. Item probat rōne D. Tho. quia erat compoſitus ex cōtrarijs. Et primo loco ſic arguitur. Nā materia illa (loquor de homine cōſtituto in puris naturalibus) appeteret aliam formam, vt patet, quia relicta humana forma naturaliter acciperet aliam; & dato ꝙ non naturaliter, ſed per peccatum perderet rationalem animam, nullum agens poſſet inducere aliam formam in illam, niſi naturaliter appeteret illam formam: immo hoc eſt appetere formam, ꝙ poſſit per agens naturale illam recipere. De alijs vero defectibus probat eam D. Th. quia appetitus ſenſitiuus appeteret naturaliter cōtrariū rationis, vt cum fit ęger, appeteret aquam frigidam, ſuadente ratione cōtrarium, quia morbo obeſſet. Duran. concedens concluſionem S. Thomæ impugnat vnum quod adducit D. Thomas; nempe, omne mixtum eſſe compoſitum ex contrarijs, ac ſubinde ſ contrarijs in ſe inuicem agentibus corruptioni expoſitum.

Grego. Arimin.

Num omne mixtum ſit cōpoſitum ex cōtrarijs & corruptibile.

Argumentum Durandi pro parte negatiua.

Hanc probationem impugnat primo, quia non poteſt intelligi, ꝙ in mixto vnum elementum agat in aliud: quia non manent in mixto formaliter, vt conſtat ex tota philoſophia: neq. ē ꝙ qualitates contrariæ agant in ſe inuicē; quia (inquit) vel illæ qualitates eſſent in eadem parte mixti, vel in diuerſis: ſi in diuerſis, ergo non qlibet pars eſſet mixta, & ex contrarijs compoſita: ſi in eadē parte, conſequēs eſt, ꝙ cōtraria poſſint eſſe in eodem; quod ab oī philoſophia alienū eſt. Dicit ergo ipſe, ꝙ in mixto nō ſunt formaliter qualitates cōtrariæ, ſed mediæ, quæ virtualiter continent vtraſq; ſicut colores medij diſtinguūtur ab extremis. Has, & ſimiles rōnes, q̄ ſibi acutę vīr, adducit Dur. quibus perſuaſus concludit in mixto non eſſe principium actiuum ſuæ corruptionis, ſed ſolum paſſiuum: actiuum aūt eſt corpus continens, & ambiens, qd alienat a ſua naturali diſpoſitione contentum. Et hæc (inquit) eſt ratio generalis, quare aliquod corpus eſt corruptibile, & etiam corpus humanum. Infert corollarium; ꝙ ſi eſſet aliud corpus omnino homogeneum, & non eſſet aliquod corpus contrariæ qualitatis ei præſens, non poſſet vmquā corrumpi: addit tñ, ꝙ forte aliud eſſet de mixto heterogeneo, cuius partes non ſunt eiuſdem cōplexionis. Sed certe homo alioqui philoſophiæ non ignarus, lapſus eſt hoc loco pudenter. Si enim eſſet verum quod dicit, partes ignis, quæ ſunt iuxta cęlum, omnino eſſent incorruptibiles, & eē partes ignis ad quas non poſſet peruenire actio actis, & multa alia incōuenientia poſſent inferri, de quibus non eſt pſentis inſtituti diſputare. Nec argū ei magnū eſt; arbitror, n. eſſe errorē dicere, non manere qualitates elementorum formaliter in mixto, & ſic poteſt frigiditas agere in calorem, in partem ſibi cōtinuam, vel ē. in eandē partē, ſicut frigiditas aquæ agit in calorem exiſtentem in eadem aqua. Nec eſt

Refellitur. Durandus.

Ad argum. Duran.

verum qđ ipſe putat, contraria non ſe compati in eodem ſubiecto in gradu remiſſo. Item mixtum non dicitur, hoc modo homogeneum, ꝙ neceſſariū ſit omnes partes eſſe omnino ſimiles: conſtat enim vnam partem eſſe humidiorem, aliam ſicciorem; ſed ꝙ quælibet pars habeat denominationem totius. Doctus ergo Marſilius, qui illa ꝓbatione cōtētus eſt ad probādum mixta eſſe corruptibilia, qa cōponuntur ex contrarijs. Sed ex hoc nō parua naſcitur q̄ſtio, Verum potuerit Deus facere hominem natura ſua incorruptibilem? Cuius rei controuerſia pendet ex alia; Num Deus naturas rerum poſſit mutare & inuertere? quam elucidat doctiſſimus Victoria in relectione de homicidio, adeo plane, vt alia explicatione non ſit opus. Videre eo in loco. Sed dubiū eſt; Verū ſuppoſito ꝙ virgo Maria fuerit ꝯcepta ſine peccato, mors in illa, & alij defect⁹ erant pœna peccati? Videtur ꝙ nō: quia productus in naturalibus habet eoſdem defectus, & tamen nō rōne peccati: idē igitur erit dicendum de beatiſs. Maria, dato ꝙ nullum habuerit peccatum. Certe erant pœna peccati, quia ſi nō fuiſſet peccatum, habuiſſet iuſtitiam originalem, quæ omnes iſtos defectus, & miſerias impediret. Sed Vtrum in Chriſto, mors fuerit pœna peccati? Profecto non fuit pœna peccati ipſius, ſed aliorum hominum, ſicuti & puniuntur filij pro parentibus. Nec fuit idem ſicuti de Virgine Maria: nam Chriſtus non deſcendit ab Adam per rationem ſeminalem: & ideo idem eſt de illo, quantum ad hoc, ac ſi eſſet productus in puris naturalibus. Quid autem ſit deſcendere ab Adam per rationem ſeminalem, ſuperius expoſitum eſt.

Mors & alij defectus in beatiſſima Maria num fuerint pœna peccati.

Concl.

Mors in Chriſto non fuit pœna peccati.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRæter illum effectum peccati, quem in ſuperiori quæſtione commemorauimus, eſt alius effectus qui contaminat, & cōmaculat animam. de quo effectu frequēs eſt in ſacro eloquio cōmemoratio. Propheta dicit; Beati immaculati in via. Rurſus interrogans, Dñe quis habitabit in tabernaculo tuo? rñdet, Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiā. & Sapiēs, Beatus diues, inquit, qui inuētus eſt ſine macula. & Chriſtus exhibebit (inquit Apoſtolus) Eccleſiam ſuam ſine macula, & ruga. Quibus ſi adiungas illud, Purgationē faciēs veterum delictorū; & illud, Sed abluti eſtis, dubitari non poteſt, quin peccatum polluat, & contaminet peccantis animam. Cui doctrinæ correſpondent Scripturę loquētes de purgatione, ablutione, mūdatione, lauacro renouationis, aqua munda, quam promittit Ezechiel, & ſimiles, vt eſt videre in varijs locis Scripturarum: quorū omnium Theologum meminiſſe oportet; alioqui numquā perſpectum habebit, quomodo fiat remiſſio peccatorum. Nā vt offenſa, & reatus tolli poſſunt per non imputationē, ita macula nō poteſt tolli ab anima, niſi gratia abluēte, prout plenius in materia de gratia examinat. Ex hac enī doctrina colligunt efficaciter Theologi, nō poſſe peccata remitti, neq; peccatorē iuſtificari, niſi per gratiā animæ inhærentē, & viuificantē, & maculas peccatorū abluentem. Sed dicet Theologus ſolet qdē macula in ſignis ex contactu terrū ſpurcarum, vt linteū nitēs, ac candidū maculatur ex ſuperpoſito luto; at quō maculetur anima, quæ eſt ſpiritus, non peccans in ſordidis ac turpib. ſed magis nitidiſſimis, ac p̄tioſis rebus mūdi huius, plane non intelligo. Iam tō explicat in primis eleganter D. Tho in ſolutionib. argu. huius articuli in hunc modum. Non quia res in qua peccatur turpis eſt, ideo maculatur anima: non enī poſſunt quæ foris ſunt, ſua naturali qualitate diffundere in animam vllas maculas; verum quod intus eſt maculat animam, videlicet hominis affectio, amor, & complacentia, quibus in peccando deliciatur anima in re vetita, bono incommutabili deſerto. Hoc certe indecorum eſt, & indecens, faciens in anima pollutionem, ſiue dehoneſtamentum quoddam: non quidem noſtris oculis viſibile, ſed Deo, diuiniſque ſpiritibus conſpicuum. Hinc Saluator Matthæi decimoquinto: Quæ autem procedunt de ore, de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. De corde autem exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. hæc ſunt quæ coinquinant hominem; non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. Vides quam conformiter loquitur nobis Saluator? Sordes enim manuum, aut fœtor, vel putredo eius quod foris eſt, & in ventrem mittitur, deindeque per ſeceſſum eijcitur, non maculat animam; ſed affectiones, ſecundum quas de corde procedunt opera, quæ non conueniunt ſecundum Dei, vel naturæ inſtitutum. Tantum de maculis peccatorum ſecundum diuinas litteras.

Macula peccati in ſcripturis eandem ter expreſſa.

Concl.

Quomodo maculetur anima ex peccati.

Sed inter Theologos magna naſcitur quæſtio, Quid ſit hæc peccati macula? Scotus in 4. di. 14. quæſ. 1. dicit ꝙ macula q̄ manet in peccatore poſt actū peccati, nihil aliud

Scotus. Quid ſit macula peccat.

QVAES. LXXXVI.
De macula peccati, in duos articulos diſtincta.

ART. PRIMVS.

Vtrum peccatum cauſſet aliquam maculam in anima?

SVMMA TEXTVS.

AFfirmatiua eſt Cōcluſio. Pro cuius declaratione animaduertendum eſt, ꝙ in rebus ſpiritualibus macula dicitur ad ſimilitudinem corporaliū, quæ ex contactu aliorum corporum, nitorē ſuum amittunt. Deinde obſeruandum eſt, animam hominis duplicem habere nitorem: vnum ex refulgētia luminis naturalis rationis, per quam in ſuis actibus dirigitur; aliū ex diuino lumine ſapientiæ, & gratiæ, per quam homo perficitur ad bene agendum. Ex his principiis conſequens eſt ꝙ cum homo peccat, maculetur quidem: adhæret enim aliquibus rebus contra lumē rationis, & diuinæ legis. eſt enim quaſi quidam animæ tactus, quando inhęret aliquibus rebus per inordinatū amorē: vnde ipſum detrimentum nitoris ex tali contactu proueniens, macula animę metaphorice appellatur.

ART. SECVNDVS.

Vtrum macula maneat in anima poſt actum peccati.

SVMMA TEXT.

AFfirmatiua eſt concluſio. Macula enī importat defectū nitoris ex receſſu a lumine rationis, & legis diuinæ. Vnde quandiu manet extra tale lumē, viget in ea macula peccati; ſed poſtquam redit ad lumen, quod fit per gratiam; tum macula ceſſat. Sed hic aduertendum eſt, quod licet ceſſet actus peccati, quo homo diſceſſit a lumine, non tamen ſtatim redit ad illud in quo fuerat; ſed requiritur aliquis actus voluntatis contrarius primo motui: ſicut ſi aliquis ſit diſtans alicui per aliquem motum, non ſtatim ceſſante motu fit ei propinquus; ſed oportet quod appropinquet rediens per motum contrarium.

aliud eſt, quam relatio rõnis, qua intelligitur peccator ad pœnam deputatus, ſecundum ordinem diuinæ iuſtitiæ: non.n. poteſt intelligere in peccato, niſi actum ipſum, & reatum pœnæ. & multa profert argumenta, quibus hanc ſn̄iam perſuadet; & alia nos ſubiungemus, ex quibus reddetur hæc opinio, utcumque probabilis.

Primum arg. Aug.

In primis D. Auguſt. ſuper illud, Beati immaculati, ſiue potius ſuper illud; Beatus vir cui non imputabit dominus pctm̄; dicit, quod peccatum uideri a Deo, eſt imputari ad pœnam; tegi vero, eſt non imputari. Ex quo patet, nihil aliud eſſe hominem remanere peccatorem, quam non ordinari ad pœnam.

Secundum.

Rurſus idem confirmatur exemplo. In offendente.n. principem nihil aliud remanet, niſi reatus ad pœnam.

Tertium.

Deinde probat Scotus maculam peccati non eſſe priuationem nitoris, & decoris gratiæ, ut arbitratur D. Thō. Macula.n. peccati ſuſcipit magis & minus.i. vna macula peccati maior eſt altera, & magis contaminat animam; priuatio uero nitoris, aut gratiæ non ſuſcipit magis, & minus: neque enim una priuatio eſt maior priuatio, quã altera: etenim unus cæcus non eſt magis cæcus, quam alter; neque unus mortuus plus eſt mortuus, quam alter. macula igitur priuatio nitoris non eſt.

Quartum.

Præterea, macula odij, & amoris inordinati erga proximum oppoſita ſunt, & ſibi inuicem aduerſaria: ſi igitur macula priuatio eſt, una alteram expelleret, & in eadem anima ſimul non morarentur. quod ex diuina Theologia conſtat eſſe falſum.

Vltimum.

Vltimo, ſi macula peccati eſt in anima inhærens, ſic vt animam commaculet, & uere polluat, conſequens eſt, ꝙ ſi Deus ex ſua omnipotentia non poſſit animam lauare, & eam mundam, & pulcram efficere, niſi gratia abluente, & aliqua qualitate inhærente in anima, q̃ ipſam pulcram efficiat. quod ab vniuerſis Theologis falſum eſſe demonſtratur. Quod uero ita ſequatur, demonſtratur efficaci ratione. Nã ſi macula, & deformitas eſt animæ noſtræ inhærens, intelligi non poteſt, & inuoluit manifeſtã contradictionem, quod anima efficiatur pulcra, niſi pulcritudo ei inhæreat.

Gabriel.

Gabriel in 4. diſ. 14. quæſ. 1. dicit, quod tranſeunte actu peccati, non dicitur homo peccator ab aliqua entitate poſitiua manente in peccatore. Deinde dicit, quod homo dr̄ peccator poſt actum peccati ab ordinatione diuina, qua homo ordinatur ad pœnam ratione peccati præteriti: eſt enim (inquit) peccator ordinatus a Deo ad pœnam ꝓpter pctm̄ mortale. Ex quo infert, ꝙ peccatũ dr̄ deleri ex hoc, ꝙ homo qui prius erat ordinatus ad pœnam, poſtmodum ordinatur ad vitam. Conſequenter dicit, ꝙ macula, offenſa, reatus, oĩno idem ſunt, ut ẽt Scotus arbitratus eſt. Durandus in eadem diſtinctione q̃ſt. 5. vr̄ dicere, ꝙ mortale peccatum remitti, nihil aliud eſt, q̃ non ordinari ad pœnã æternam. Tandem Almaynus, Holchot, & ceteri huius claſſis ſentiunt, hominem poſt actum peccati appellari peccatorem ab actu præterito, ratione cuius manet obligatus ad pœnam, propter quod, ſm̄ iſtorum ſn̄iam, ſic definitur: Peccator eſt, qui ratione peccati, quod commiſit, eſt ordinatus ad pœnam. Tantum de aliorum opinionibus. Nunc ueritas definienda eſt.

Almaynus. Holchot.

Authoris cenſura: macula peccati nõ eſt obligatio ad pœnam.

In primis hæc opinio Scoti falſa eſt, & plus, quam falſa. nã macula peccati a Deo non eſt, ſed obligatio ad pœnam a Deo eſt: macula igitur non eſt obligatio, neque ordinatio ad pœnã. Rurſus, macula peccati turpis eſt, & vituperatione digna, obligatio ad pœnam vituperatione digna non eſt. præterea, ſi Deus ſtatuiſſet nullas contra peccatum inferre pœnas, adhuc pctm̄ commacularet animã, & eam pollueret: igitur macula nõ eſt reatus ad pœnam. Ad hæc, poſt remiſſam culpam, & ablutam maculam adhuc manet obligatio ad pœnam Purgatorij, vt docet fides Catholica. Hoc ẽt hac argumẽtatione fit planius. Nam q̃ ſunt in inferno damnati, ſunt peccatores, & inimici Dei & habent maculam, non ſolum rõne peccatorum ꝑpetratorum in uita, ſed ẽt in inferno: at eis nõ imputantur peccata, q̃ in inferno admittunt, ad nouam pœnam. Vltimo, idem probatur ex ſanctis ſcripturis: nam peccatores dicũtur inimici Dei & abominabiles, ut patet ex illo Oſeæ 9. capite; Facti ſunt abominabiles ſicut ea, quæ dilexerunt. Sed non ſunt abominabiles ex eo, ꝙ ad pœnam ſunt deputati; ſed potius ex eo deputantur ad pœnam, quia ſunt abominabiles. & ad Rom. cap 9. Si Deus volens oſtendere iram, & notam facere potentiam ſuam, ſuſtinuit in multa patiẽtia uaſa iræ apta in interitum; ſane iſta aptitudo ad interitum non eſt ex deputatione ad pœnam, ſed ex macula peccati: ob id.n. deputãtur ad interitum, & pœnam, quia ſunt digni ira, & interitu. Hactenus contra Scotum.

Gregorius Ariminenſis.

Gregorius Arimi. in ſecundo diſ. 33. dicit, maculam peccati eſſe habitum vitioſum, & morbidam qualitatem ex peccato ꝓductam: cuius ſn̄ia firmiſſimis rationibus confutata eſt, cum de peccato originali ageremus. D. Thom. in hac quæſtione, & in alijs multis locis, docet maculã peccati eſſe priuationem decoris gratiæ, & pulcritudinis ſpũalis, quemadmodum macula corporalis eſt priuatio pulcritudinis corporalis. Itaq; macula eſt indignitas aĩæ, & aĩam eſſe maculatam nihil aliud eſt, q̃ eſſe Deo ingratam, & inuiſam. Sic hẽt D. Th. infra q. 109. art. 7. Idẽ patet rõne. Nam in peccatore non eſt, niſi actus peccati, & effectus peccati: macula nõ eſt actus peccati, manet.n. in anima poſt actum peccati; nec uero eſt reatus ad pœnam, ut retro demõſtratum eſt, & non eſt alius effectus peccati, niſi facere hominẽ Deo ingratum, & inuiſum, & decore gratiæ priuatum: hæc igitur eſt peccati macula. Sed & D. Th. explicat optime, quomodo macula ſit priuatio decoris gratiæ in ordine ad ſuam cãm, exemplo vmbræ, q̃ eſt priuatio luminis ex obiectio alicuius corporis: & ſm̄ diuerſitatem corporum obiectorum diuerſificantur vmbræ; ad eũdem modum macula eſt priuatio decoris gratiæ, ex actu peccati interpoſito. & ſic ſm̄ diuerſitatem peccatorũ ſunt maiores, uel minores maculæ. Dñs Caietanus diſputat fuſius, quid ſit illa macula; an ſit auerſio a Deo? & rurſus inquirit, ꝓp quid dicatur homo formaliter peccator, poſtquam peccauit, an per auerſionem, an potius per maculã? Caiet. tenet, ꝙ potius per maculam: dicit.n. S. Tho. quod effectus peccati eſt macula, per quam homo eſt peccator; ſed parũ refert, ſic, uel aliter dicere. Hoc tamen exploratum eſt, eandem eſſe priuationem, qua homo elongatur a Deo, & priuatur nitore, & gratia; ſicuti per vnam qualitatem gratiæ homo unitur Deo, & habet nitorem gratiæ. His conſtitutis, ad argumenta propoſita ſatisfaciendum eſt.

Argumentorum ſolutiones.

Ad primum. Auguſt. lib. 1. de nuptijs.

Ad primum argumentum dicendum eſt, quod D Aug. explicat optime quid ſit macula peccati: dicit enim, quod non eſſe in peccato, eſt non eſſe reum peccati, & eſſe in peccato, eſt eſſe reum peccati: ſicut qui adulterium admiſit, licet amplius illud non faciat, reus adulterij eſt donec per indulgentiam condonetur. Itaque D. Aug. in loco citato, cum propoſitum fuit argũ, explicat grauitatem peccati ab effectu, & a poſteriori (quod dicunt Dialectici); ceterum ſi ex propria cauſſa, & ex proprijs principijs hoc explicandum eſt, Deum uidere peccatum, eſt odio habere peccatum, & peccatum eſſe illi ingratum, & inuiſum.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum argumentum nego antecedens: nam in offenſore Principis, præter quam, quod eſt pœnæ obnoxius, eſt Principi inimicus, & inuiſus. Sed quidquid ſit de principe terreno, non poteſt negari quin in homine peccatore maneat eius uoluntas auerſa a Deo, & conuerſa ad bonum commutabile: & cõtrarium aſſerere, fidei Catholicæ aduerſatur.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum dicendum eſt, maculam non dicere ſolam, & meram priuationem; ſed priuationẽ decoris, & nitoris in ordine ad ſuam cauſſam, quæ eſt peccatum, & ſicuti unum peccatũ eſt grauius altero, ſic macula una, altera turpior eſt.

Ad quartum.

Ad quartum dicendum, quod mille maculæ peccatorum nõ ſibi aduerſantur, neque ex eodem ſubiecto ſe expellunt; ſiquidem tenent ſe ex parte auerſionis, & priuationis decoris gratiæ, quæ ex diuerſis cauſſis, & peccatis oriri poteſt.

Ad ultimum.

Ad ultimum quidam Theologi dicunt, Deum etiam de ſua omnipotentia non poſſe maculam peccati ab anima tollere, niſi per gratiam, & pulcritudinem ſpiritualem animæ inhærentem, & conuincuntur argumento ſuperius adducto, quorum ſententiam in præſentia non reprobo; ſcribemus de ea in ma-

teria de gratia. Ego uero dico, quod cum macula peccati nihil aliud ſit quam animam eſſe ingratam, & inuiſam Deo, planum eſt, Deum (quæ ſua eſt omnipotentia) poſſe hanc maculam abluere, abſque aliqua qualitate inhærente, per hoc ſolum, quod fiat obiectum dilectionis diuinæ, & efficiatur illi grata, & dilecta: veluti homo ē homini gratus, & dilectus abſq; aliqua qualitate inhærente. Itaque quemadmodũ anima eſt Deo ingrata, & inuiſa, non per aliquam qualitatem, aut entitatem poſitam in anima, ſed ex hoc ſolum, quod eſt obiectum diuini odij: ad eundem modum poteſt peccati macula tolli per hoc tantum, quod ſit obiectum diuinæ dilectionis; hoc, loquendo de Dei omnipotentia. Ex his ſatis mihi videor quid ſit peccati macula expoſuiſſe. Ex qua re efficaciter videtur colligi maculam peccati eſſe in eſſentia animæ, & non in potentijs: anima enim eſt, quæ eſt inuiſa Deo, & ingrata, & decore gratiæ & eius nitore priuata.

QVAES. LXXXVII.

De reatu pœnę, in octo articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum reatus pœnæ ſit effectus peccati.

Concluſio eſt affirmatiua.

EXPLICATIO ART.

VT hic articulus exponatur, tres Concluſiones ſunt conſiderandæ. Prima eſt, quã hic ſtatuit D. Thom. patet ex illo; Tribulatio & anguſtia in omnẽ animam operantis malum. & Matth. 25. Ite maledicti in ignem æternum. Item Pſalm. 118. Maledicti, qui declinant a mandatis tuis Domine, Contritio & infelicitas in vijs eorum. & Pſalm. 13. Et ſpes eorum tanquam lanugo, quæ a vento tollitur, & tamquam ſpuma gracilis, quæ a procella diſpergitur, Sapien. quinto. ſed in Deuteronomio maledictiones contra tranſgreſſores mandatorum Dei, & peccatores copioſe deſcribuntur in hunc modum. Quod ſi nolueris (inquit) audire vocem Domini Dei tui, ut cuſtodias, & facias omnia mandata eius, & cęremonias, quas ego præcipio tibi hodie, uenient ſuper te omnes maledictiones iſtæ, & apprehendẽt te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro, maledictum horreum tuum, & maledictæ reliquiæ tuæ, & maledictus fructus uentris tui, & fructus terræ tuæ, armẽta bouum tuorum, & greges ouium tuarum. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediẽs. Ne quis autem parui faciat maledictiones Dei pronũtiatas p̃ Moyſem famulum ſuum, addit Propheta dicens; Quoniam q̃ malignantur, exterminabuntur; ſuſtinentes autem Dominum ipſi hæreditabũt terram. Exterminare uero eſt extra terminos excludere: ſunt autem fines, & termini diuinæ maieſtatis, diuinæ gloriæ, diuinæ dulcedinis, conſolationis, propitiationis, diuinæque bonitatis ac influentiæ, extra quos protrudentur malignantes, & præuaricatores mandatorum, quantum exiſtentia naturæ patitur: quam utique naturam Deus in eis conſeruabit, magis ſane ad ſuæ iuſtitiæ manifeſtationem, quam ad ſolatium illorum adeo, q̃ non attingent ultima, neque extrema quidem diuinæ maieſtatis, aut gloriæ, aut dulcedinis, aut conſolationis, aut propitiationis; ſed clauſæ eis erunt portæ uitæ, mœniaq; cæleſtis Hieruſalem inacceſſa, quia exterminator Angelus gladio flammeo cuſtodit ea. & tunc erit, quod ſupra diximus; Mors depaſcet eos. Tũc quoque accipiet armaturam zelus Altiſſimi, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum ſuorum: pugnabit cum Deo orbis terrarum contra inſenſatos, poſitos iam extra terminos gloriæ ſuæ, propitiationis ſuæ, ac ſaluationis ſuæ. Vt aũt ſummatim dicam, pars illorum qui non obediunt mãdatis Dei, erit maledictio, plaga, anathema, exterminiũ, mors prima, mors ſecunda, ſupplicium æternum, deſolatio extrema, deplantatio ſub oẽm creaturã. Si quæris quo ſ loco? Rũdet Ioan. Apoſtolus; In ſtagno ignis, & ſulphuris. Rũdet ſſuper Iob; In terra tenebroſa & opertã mortis caligine, ubi nullus ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat. Rũdet denique Euangelium. In gehenna ignis, in igne inextinguibili, in igne æterno, in tenebris exterioribus, ubi erit fletus, & ſtridor dentium, ubi vermis eorũ non morietur. Addit Propheta; Vbi nulla eſt redemtio. Iis enim epithetis explicat ſcriptura magnitudinem damnationis uenturæ in omnẽ animam præuaricantis mandatum omnipotẽtis Dei. Hæc oia tam horrenda infligit miſericors Deus in peccatorum pœnam.

Ad Rom. 2. Matth. 25. Pſal. 118. Pſal. 13.

Sapien. 5. Deuter. 27.

Pſal. 36.

Ioan.

Iob.

ARTICVL. SECVNDVS.

Vtrum peccatum poſſit eſſe pœna peccati?

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Peccatũ per ſe non poteſt eſſe pœna peccati: nam cum pœna omnis ſit contraria voluntati, non poteſt fieri, ut

Prima concl.

Rõnem uero huius hanc meditatur D. Tho. in articulo. Nam quiſquis contra ordinem inſurgit, ab eo ordine, & principe ordinis, deprimi debet: cum ergo peccatum ſit actus inordinatus, quicũque peccat, agit contra ordinem: iuſtum igitur eſt, ut a principe ordinis deprimatur, & puniatur. Nunc ad ſecundam concluſionem pergamus, quæ talis eſt. Peccator triplicem pœnam incurrere poteſt: tres enim ordines ſunt, quibus ſubditur humana uoluntas. Primo, ſubditur ordini p̃priæ rationis: ſecundo, ordini hominis ſpiritualiter, uel temporaliter gubernantis: tertio ſubditur uniuerſali ordini diuini regiminis: quare triplicem pœnam incurrit, unã quidem a ſeipſo, quæ eſt conſcientiæ remorſus, de qua D. Aug. Iuſſiſti Dñe, & ſic ē, ut oĩs animus inordinatus pęna ſit ſibi. Aliam uero ab hoĩe; tertiam a Deo. Tertia cõcluſio quam hẽt D. Tho. in ſolutione ad 3m. Reatus pęnę non eſt ipſa pœna, neq; deputatio ad pœnã; ſiquidem utrumque horũ bonũ eſt, & a Deo eſt: eſſe uero reum pęnæ, malum eſt, ſicut eſſe dignũ pœna. Et in hoc ſenſu reatus pœnæ eſt effectus peccati. Atqui notandum eſt, hanc phraſim locutionis eſſe antiquiſſimam, appellare dignitatem, & meritum pęnæ, reatum pęnæ. de quo patet Deuter. 21. & 31.

Secunda con.

Auguſt. 5. confeſſ. cap. 12. Tertia concl.

Deuter. 21. et 31.

EXPLICATIO ART.

DE prima concluſione dubitatio eſt: uam vr̃ eſſe falſa. In primis D. Pau. ad Rom. 1. dicit pp̃ quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum. Ex quo loco Aug. efficaciter docet, q̃dam ſic eſſe peccata, vt ẽt ſint pęnæ peccatorum. & alibi; Iuſſiſti Dñe, & ſic eſt, vt omnis animus inordinatus pœna ſit ſibi. igitur auctore Auguſt. actus ipſe inordinatus ſecundum ſe pœna eſt. Ad hæc peccatum non ſolum eſt actus uoluntarius inordinatus; ſed etiam eſt priuatio boni & ordinis; at hæc priuatio inuoluntaria eſt, quam nollet peccator incurrere, & eſt præter eius intentionem: ergo peccatum proprie pœna eſt.

Prior concluſio examinatur. Prim. argum. Rom. 1. Aug. libro 5. contra Iul. c. 3. et de natura & gra. c. 22 Aug. libro 1. confe. c. 12. Secundum. Tertium.

Rurſus priuatio boni delectabilis aut vtilis inuoluntaria propriiſſime pęna eſt; ſed peccatum eſt priuatio boni honeſti inuoluntaria, quam peccator patitur inuitus, nollet enim, quod ex peccato conſequeretur: ergo peccatum in ſe pœna eſt. Præterea D. Thom q. 1. de malo. artic. 4. ad ſecundum dicit aperte, quod peccator patitur deordinationem rationis inuoluntarie, ex quo ueriſſime dicitur unum peccatum eſſe pœnam alterius peccati. ſimile docet in 2. d. 33. artic. 3. Idem demonſtratur: nam cõtritio, ieiunium, diſciplina, & cetera id genus ſunt opera pęnalia, ac proinde coram Deo ſatisfactoria; at ſunt opera uoluntarie ſuſcepta: ergo nõ ſibi inuicem aduerſantur uoluntarium, & pœna.

Quartum.

Vltimo non eſt neceſſarium, ut pœna ſit inuoluntaria: ergo licet peccatum ſit uoluntarium, non inde ſequitur non habere rõnem pęnæ. Antecedens oſtenditur eſſe uerum: nam pœna puerorum decedentium ſine baptiſmate eſt uera, & propriiſſima pœna: docet. n. ſana doctrina eos veriſſime puniri pro peccato originis, quod ex primo parente contraxere. At huiuſmodi pœna inuoluntaria non eſt, ſiquidem nullam triſtitiam ſecum affert, ut ſuperius

Vltimum.

Secun. conc. D. Tho. concluſio conuertitur.

plane demonſtratum eſt: non eſt igitur neceſſarium ad pęnam, vt inuoluntaria ſit; Ex quo ſit rationem D. Thq. qua ſibi perſuaſit primam concluſionem articuli, non eſſe firmiſſimam: ſed & ſecūdam labefactare poterit Theologus dicens, omnem pęnam iuſtam, & quæ non ſit peccatum, a Deo eſſe; pœnam uero, quæ ſimul ſit peccatū, ex Deo non eſſe.

Scoti ſēt.

De propoſita dubitatione diuerſæ ſentētię Doctorum verſantur. Sco. in 2. diſ. 36. q. unica, arbitratur peccatū p ſe ſumtum eſſe pęnam alterius peccati.

Mag. ſenten. Conrad.

Ad idē reſpondet Magiſter Sententiarū in eadem diſtinct. Conradus in Commentarijs ſuper iſtum articulū docet, peccatum quatenus a libera uoluntate progreditur, non habere rationem pęnæ (eſt enim voluntariū) uerum ſi conſideretur quatenus recipitur in uoluntate, & habet coniunctam boni, & ordinis priuationem, pōt eſſe pœna peccati: diſtinctio eſt D. Th. in ſecundo ubi ſupra. Porro iſtæ conſiderationes diſtinctæ ſunt: nam primum conſideratur, vt actio, deinde vt paſſio. quod patet in paſſione Domini noſtri: ſi enim hoc opus conſideretur, vt a Iudæis progreditur, eſt immaniſſimum peccatum; ſi uero conſideretur, vt in Chriſto ſuſcipitur, eſt opus patientię inſignis. Caie. hic tenet peccatum, ſiue vt actio, ſiue vt paſſio conſideretur, per ſe non habere rationē pęnæ: omnis enim pęna inuoluntaria eſt; peccatum vero ſecundum vtramque conſiderationem voluntarium eſt: ergo pœna non eſt. Deinde, pęna iuſta a Deo eſt; at peccatum iuxta vtramq; conſiderationem a Deo non eſt: igitur pœna nō eſt. Ad ultimum ex hoc ꝙ voluntas recipit in ſe peccatū, deterior fit, vt plane cōſtat; ſed Deo auctore nemo fit deterior, vt habet omnium Theologorum prouerbium, deſumtum ex Aug. lib. 83. q. quæſt. 3. peccatum ergo ſecundum illā conſideratione pęna non eſt. Sic hoc in loco Caieta. ſubuertit opinionē Conradi. At uero idem Caietan. in illud 2. Regum. 12. Ecce ego ſuſcitabo ſuper te malū de domo tua, in eandem ſentētiam deſcendiſſe videtur: dicit enim Deū non eſſe auctorē peccati, vt ſic, ſed quatenus eſt pęna peccantis. Idem conſtanter docet 2. Regū. c. 16. in illud uerbum, Dñs præcepit ei, vt malediceret Dauid: cuius ſententiā improbat vehementer doctiſſimus Pater Cano lib. 2. de locis c. 4. & nos eam ſubuertimus retro, cū de cauſſis peccati ageremus.

Quomodo vnum peccatum ſit alterius pœna.

Illa igitur doctrina, ꝙ vnū peccatum ſit pęna alterius peccati, ſic explicanda eſt, ſicut habet Aug. li. de prædeſ. Sanctorum c. 10. ut Deo tribuatur iudicium, i. iuſta uindicta, non autem peccatū. Porro qūo id fieri poſſit, dupliciter explicant Doctores. Magiſter enim explicat peccatū eſſe pęnam peccati, non qdē ſecundū ſuam naturā, quatenus habet rōnem culpæ a voluntate libere admiſſæ, ſed ſecundū effectum, puta corruptionē naturæ, & reatum æternæ mortis. Verum ſecundum hanc explicationem omne peccatum, etiam peccatum primi hominis, dici poſſet pęna. quod alienum eſt a ſententia Pauli, & Auguſtini, aperte aſſerentis quædam peccata eſſe, quæ non ſunt pęnæ.

Augu. lib. 1. retra. ca. 15. & Pſal. 57 in illud ſupercecidit ignis

Quare aliter explicat D. Th. dicens, peccatū habere rōnem pęnæ, non quidem ſecundum ſuam formam, & naturam, (nam ſic conſideratū ex electione proficiſcitur libere a voluntate) ſed ſecū dum ſuam cauſſam, ex qua oritur; puta ſubtractionem diuini beneficij, quo ſeruatur homo ne ruat in peccatum:

Explicatio D. Th.

hoc enim occulto, & ſeueriſſimo Dei iudicio (quēadmodum Aug. ait) vindicatur peccatum, dum Deus offenſus peccatis præcedentibus, ſubtrahit beneficium ſuę gratię, quo ſubtracto partim impulſu dæmonis, partim ſua īfirmitate labitur in oē genus peccati. Propter hanc autem ſubtractionem gratuitę preſeruationis, quam & efficit Deus, & quæ pęna quædā eſt, & ſupplicium peccatorum, peccatum quod ex ea committitur, non ſolū peccatū eſt, ſed & ſupplicium. Hunc modum dicēdi calumniatus Scotus in ſecundo diſt. 30 nō ſolum, vt falſum, ſed vt durum, & oīno omittendū: nam vī ſeq, quod ſequēs peccatum non ſit in poteſtate hominis, neq; uoluntariū, ſi eſt ex defectu auxilij diuini, quod ad operandum perneceſſariū eſt.

Inanis eſt Scoti obiectio.

Sed hæc obiectio friuola eſt: nam ſuperius dictum eſt, ꝙ numquam Deus ſic denegat peccatori auxilium ſuæ gratiæ, vt non habeat ſufficiens adiutorium ad cauendū peccatum, & ad perſiſtendum in bono.

Arg. ſolu.

His conſtitutis, ad argumenta in contrarium propoſita ſatisfaciēdam eſt. Ad primū copioſe dictum eſt, quēadmodum intelligatur D. Pau. quando dicit, Deum tradere peccatores in deſideria cordis eorum, ꝙ ſi quis vim faciat in eo quod dicit, Deum tradere peccatores, iam huic in ſuperioribus abunde ſatisfactum eſt, cū de cauſſis peccatorum tractaremus.

ad ſecundū

Ad ſecundum arg. dicendum eſt, ꝙ actus inordinatus pęna eſt peccantis cauſſaliter, id eſt, cauſſat amaritudinem, & afflictionem in anima peccantis. ſic intellige D. Thomam vbi ſupra, quæſtione de malo, cum dicit peccatum quodammodo, id eſt, cauſſaliter habere rationem pęnæ.

ad tertium.

Ad tertium argumētum dicendum eſt, quod malitia & priuatio boni eſt uoluntaria etiam formaliter, licet non intenta: nemo enim intendens ad malum operatur, vt habet D. Dionyſius: & ſatis eſſet, quod eſſet uoluntaria concomitanter, & indirecte. Non enim laſſitudo, quæ ſequitur ex ludo voluntario, vocatur pœna; neq; potus amaræ uoluntarie ſumtus ab ægrotante.

ad quartum

Ad quartum dicendum, quod latius ſumendo uocabulum, omne afflictiuum pęna appellatur; ſed proprie id quod patimur inuoluntarie pro culpa, pęna & ſuppliciū eſt. de qua re diſſerit optime D. Thomas articulo 7. huius quæſtionis.

ad vlti.

Ad vltimum argumentum dicendum eſt, euidenter oſtendere, vt uidetur, non eſſe de ratione pœnæ quod ſit inuoluntaria, vel quod triſtitiam inferat. Verum ad rationem pęnæ perneceſſarium videtur, vt non ſit uoluntaria, & a voluntate approbetur. Peccatum uero non ſolum non eſt contra voluntatem, uerum etiam uolūtarium eſt, & lubenti animo admittitur. Deinde dicendum eſt pœnam, quam patiuntur paruuli in Limbo, eſſe contra eorū voluntatem habitualem: ſi enim ſcirent, dolerent & mœrore afficerentur; peccatum uero ex omni parte voluntarium eſt. Tantum de hoc articulo dictum ſit.

peccatum, quod uoluntariū eſt, habet rationem pœnæ. Deinde, omnis iuſta peccati pęna irrogatur a Deo vindicante peccatum: ſi igitur peccatum eſſet pœna peccati, conſequens eſt, quod Deus ſit auctor peccati.

Secunda concluſio. Peccatum poteſt eſſe pęna peccati tripliciter: primo, ex parte cauſſæ, quæ eſt remotio prohibentis: quia cauſſæ inclinātes ad peccatum ſunt paſſiones, tentatio diaboli, & ſimilia, quæ per auxilium diuinę gratiæ impediuntur: gratia autem ſubtrahitur per peccatum: unde cum ipſa ſubtractio ſit quædam pœna, ſequitur quod per accidens etiam peccatū, quod ex hoc ſequitur, dicatur pęna: quia deſerti homines ab auxilio diuinæ gratiæ, uincūtur a paſſionibus. Secundo poteſt eſſe pęna ex parte ſubſtantiæ actus, quę afflictionem inducit; ſiue actus ſit interior, vt patet in ira, & inuidia; ſiue actus ſit exterior, ſicut cū aliqui graui labore opprimuntur, & dāno, vt expleant actum peccati, ſicut dicitur; Laſſati ſumus in uia iniquitatis. Tertio modo ex parte effectus, ut ſi aliquod peccatum dicatur pœna reſpectu effectus conſequentis. Quoniam ſecū affert pudorem ignominiam &c. ſed in his duobus modis ultimis non ſolum vnum peccatum eſt pęna præcedentis, ſed etiam ſui.

ART. TERTIVS.

Vtrum aliquod peccatum inducat reatum æternæ pęnæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Omne peccatum mortale inducit reatum æternæ pęnæ. Matthæi 25. Ibunt ij in ſupplicium ęternum. & Marci 3. qui autem blaſphemauerit in Spiritum ſanctū; non habebit remiſſionem in æternum; ſed erit reus æterni delicti. Ex his auctoritatibus cōſtat eſſe aliquod peccatum quod inducat reatum æternę pęnæ. Sed & ratione firmiſſima idem oſtenditur de quouis peccato mortali. Quandiu enim manet peruerſitas ordinis, remanet reatus pęnæ; irreparabiliter autem peruertitur ordo, cum uoluntas hominis, quæ Deo debet eſſe ſubiecta, ab ipſo auertitur per peccatum mortale: nam corrumpitur principium, quo homo debet ſubdi Deo, & ſine uirtute diuina reparari non poteſt. Omne igitur peccatum mortale quod caritatem aufert, quantum eſt de ſe, inducit reatum æternę pœnæ.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Concluſio huius articuli eſt de fide Catholica, conſtatque, tum ex diuinis reuelationib. ſuperius adductis, tum ex alijs multis q̄ ſparſim in ſanctis ſcripturis habentur contra errorem Origenis, q dicebat pœnā inferni aliquādo eſſe finiendam. Sed eſt notandum, ꝙ Origenes non negabat eſſe aliquod peccatū, quod de ſe pęnam æternā mereretur, ſed dicebat, ex Dei miſericordia, & clementia, ad æternū ſuppliciū non imputari. Illud etiā obſeruandum eſt, eſſe multos Patres antiquos, qui Origenem ab hoc crimine liberant, dicuntq; hanc doctrinam non ab ipſo Origene, ſed ab eius æmulis operibus Origenis fuiſſe inſertam. Hanc doctrinā aſſerere uidetur Homilia octaua, in libr. Ioſue. In eandem ſententiam loquitur lib. 1. Periarchon, cap 6. Item tomo 18. in Ioannem, exponens illud Ioannis octauo. Quo ego uado, uos non poteſtis uenire. Hoc idē apertius prodidiſſe eſt in expoſitione primi, & 2. capituli epiſtolæ ad Epheſios, teſtis eſt Hieronymus in commētarijs eiuſdem epiſtolæ. Theophilus et Alexandrinus li. 2. Paſchalis, & Auguſt. in lib. de hæreſibus, hæreſi 43. Hieronymus in epiſtola ad Auitum, & in alijs pleriſq; locis huiuſmodi errorem in Origene deteſtantur. Ruffinus tū lib. 1. inuectiuarum aſſeuerat, Hieronymum in commentationibus epiſtolæ ad Epheſios comprobaſſe hoc dogma: cui etiā, q dā auctor in aduocationib. Origenicis, indicat ſubſcripſiſſe Ambroſiū in expoſitione tertij capitis eiuſdē epiſtolæ, de quo infra dicimus. Nunc apponere libet teſtimonia quędam Origenis ſuperioribus locis ex diametro pugnantia, ex quibus hanc doctrinam a falſarijs fuiſſe impoſitam aperte liquet: nam ſuper Ezechielem Homilia decimaquarta, inquit; Angelos malos in iudicio magnæ diei vinculis ſempiternis ſub tenebris eſſe ſeruandos. Homilia decimaquarta in Ioſue idem conſtanter affirmat. Idem aſſerit Homilia 14. Numerorū. & Homilia decimaoctaua, in eundem librum. Item Homilia prima, ſuper Ezechielem, & in expoſitione Pſalmi. 37. hortatur peccatorem, vt hoc in ſęculo ſe preparet ad flagella, ne ignibus æternis reſeruetur. Ex his locis apertum fit, Origenem affirmare inferni ſupplicia numquā finienda. Sed antequā hinc diſcedamus, animaduertat Theologus neceſſe eſſe, ne in Sanctorū lectione pernicioſe fallatur, qđ Diuus Hieronymus ad finem libri decimioctaui in Eſaiam aſſerere uidetur, ignem inferni, & damnatorum incendia aliquando eſſe finienda: cuius uerba ſic habent. Porro qui nolunt ſupplicia aliquando finiri, & licet poſt multa tempora, tamen terminum habere tormenta, his vtuntur teſtimonijs. Cum intrauerit plenitudo gentium, tunc omnis Iſrael ſaluus fiet. & iterum; Concluſit Deus omnia ſub peccato, vt omnium miſereatur. & in alio loco Sanctus loquitur; Iram Domini ſuſtinebo, quia peccaui ei, donec iuſtificet cauſſam meā, & auferat iudicium meum, & educat me in lucē & rurſus; Benedicam te Domine, quoniam iratus es mihi, auertiſti faciem tuam a me, & miſertus es mei. Dominus quoq; loquitur ad peccatorem: Cum ita furoris mei fuerit, rurſum ſanabo. & hoc eſt quod in alio loco dicitur; Quam grandis multitudo bonitatis tuæ Domine, quam abſcondiſti timentibus te. Quæ omnia replicant, aſſeuerare cupiētes poſt cruciatus atque tormenta futura refrigeria, quæ nunc abſcondenda ſunt ab his quibus timor vtilis eſt, vt dum ſupplicia reformidant, peccare deſiſtant. quod nos Dei ſolius debemus ſcientiæ derelinquere; cuius nō ſolum miſericordiæ, ſed & tormenta in pondere ſűt: & nouit quē, quomodo, aut quamdiu debeat iudicare. ſolumq; dicamus, quod humanæ cōuenit fragilitati: Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me. Et ſicut diaboli, & omnium negantium atque impiorum qui dixerunt in corde ſuo, Non eſt Deus; credimus æterna tormenta: ſic peccatorum atque impiorum, & tamen Chriſtianorū, quorum opera in igne probanda ſunt atque purganda, moderatam arbitramur, & miſtā clementiæ ſentētiā iudicis.

Origenis error quod pęna inferni erit aliquādo finienda.

Ruffinus.

Origenes excuſatur.

Hieron.

Teſtimonia quibus uidetur fulciri error falſo Origeni impoſitus.

Ex his ſententijs D. Hierō. affirmant nonnulli Diuum Hier. partim in hac re Origeni conſenſiſſe, partim abnuiſſe: abnuiſſe quidem, quia crediderit tam dæmonum quā infidelium æterna fore tormenta; conſenſiſſe autē, quia putauerit damnatorū fidelium peccata non fore æternis ſupplicijs punienda. Quod cōfirmāt tum ex ſuperiorib. tum uero ex alio teſtimonio D. Hiero. ex lib. 1. aduerſus Pelagianos, ubi ita ſcriptum eſt, ſi Origenes omnes rationabiles creaturas dicit non eſſe perdendas, quid ad nos? qui & diabolum, & ſatellites eius, omneſq; impios dicimus perire perpetuo; Chriſtianos uero, ſi in peccato præuenti fuerint, ſaluandos eſſe poſt pœnas.

Quidam D. Hiero. errorem Origenis adſcribunt.

Sed quod hæc non fuerit Hieronymi ſententia, uerisſime conſtat ex Apologia aduerſus Ruffinum, & in pleriſque alijs ſcriptis. Certe opinionem eorum qui fatentur damnatos, etiam Chriſtianos ab inferni ſupplicijs tandē liberandos, omnino deteſtandam eſſe probat multis argumentis in Commento tertij capitis Ionę Prophetæ, q̄ in ſummam redacta ſic habent. Primo, quia opinionem hanc de finiendis damnatorum ſupplicijs nuſquam diuina ſcriptura doceat. Secundo, quia in Euangelio ignis æternus dicitur, & ſupplicium æternum; & apud Eſaiā. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Tertio, quia hæc ſententia euertit penitus timorem Dei, dum facile homines labuntur ad uitia, putantes omnes improbos aliquando poſt pœnas fore ſaluandos. Quarto, ſi poſt longum ſæculorum circuitum omnium rerum reſtitutio fiat, vt una ſit dignitas animarum, nulla diſtantia erit inter virginem, & proſtibulum; inter matrem Domini, & inter uictimas libidinum publicatum; idem erit Gabriel, & diabolus; Apoſtoli, & dæmones; idem prophetæ, & Pſeudoprophetæ; idem martyres & perſecutores. Quinto, ſi finis omnium ſimilis eſt, finge infinitas ætates cruciatuum: præteritum omne pro nihilo eſt: quia non quærimus quod aliquando fuerimus, ſed quod ſemper futuri ſumus. Ex his igitur apparet Hieronymum huius dogmatis hoſtem, & ea quæ in commentario ad Epheſios ſcripſit, non ex ſua, ſed ex aliorum ſententia retuliſſe. Quod autem in fine Commētariorum Eſaiæ, & aduerſus Pelagianos aſſeuerat, Chriſtianos poſt pœnas, & ignis tormenta ſaluandos, referendum eſt non ad ignem æternum inferni, ſed ad ignem temporalem purgatorij, in quo cum animæ fuerint ad tēpus purgatæ, ſaluabuntur.

Præfato errore D. Hiero. caruiſſe probatur.

Qũo pro delicto momẽtaneo æterna pœna reddatur. Ro.2.

Sed in præſenti dubitatur, cum Deus æquitate ſumma iuſto reddat vnicuique, ſecundum opera ſua, ut dicit Paulus ad Romanos ſecundo, quomodo ob temporalem, immo ſæpe momẽtaneum lapſum perpetuas exigit pœnas? vbi æqui & iuſti ponderatio: vbi (quod dici ſolet) miſericordia Domini plena eſt terra? & illud Deuteronomij vigeſimoquinto; Secũdum quantitatem delicti, erit & plagarũ modus? Nam ſi vera ſunt, quę diximus, delictum eſt vnum; at plagæ ſunt multæ: delictum eſt momentaneum; punitio aũt delicti ẽ æterna: delictũ cũ modica delectatione cõmittitur; ſtipendiũ vero delicti, dãnatio mortis citra modum ac finẽ. Huius rei difficultatẽ explicat ĩ primis eleganter D. Auguſt. 21. de ciuitate, cap. 2. & oſtendit, quemadmodum diuinæ iuſtitiæ & æquitati maxime ſit conſentaneum, ꝙ pro breui peccato perpetuum exigat ſupplicium. In eadem re explicanda laborauit optime D. Tho. hoc in loco: ſed præcipue tertio contra gentes, cap. 144. D. Auguſt. inquit, in retributione iuſtitiæ non ſemper conſiderari æqualitatẽ temporis inter culpam & pœnam: nam etiam in ciuili Republica pro breuiſſima adulterij culpa, capite plectitur adulter, atque adeo perpetuo priuatur uiuentium ſocietate. Hæc Diuus Auguſt. Diuus Greg. lib. 4. Dialogorum cap. 44. huius rei aliam egregiam rationem perſequitur dicens, quod qui in ſuo æterno peccauit contra Deum, in æterno Dei puniatur. Dicitur autem aliquis in ſuo æterno peccaſſe, non ſolum ſecundum actus continuationem in tota hominis vita durantis; ſed quia hoc ipſo, quod finem in peccato conſtituit, voluntatem habet in ęternum peccandi. Quod explicat idem Gregorius loco citato his uerbis: Voluiſſent iniqui ſine fine viuere, vt potuiſſent ſine fine peccare: oſtendunt, quod in peccatis ſemper uiuere cupiunt, qui nũquam deſinunt peccare dum viuunt. Ad magnam ergo iudicantis iuſtitiam pertinet, vt numquam careant ſupplicio, qui dum viuerent, nũquam uoluerunt carere peccato. Huius rationis efficaciam ſic exponit Diuus Tho. in Summa contra gẽtes, in loco ſuperius citato. Etenim apud diuinum iudicium voluntas pro facto computatur: qui autem propter temporale bonum auerſus eſt ab vltimo fine, qui in ęternum poſſidetur, præpoſuit illius fruitionem fruitioni vltimi finis: ex quo conſequens eſt, quod multo magis uoluiſſet in æternum illo bono temporali frui. Mortaliter igitur peccans ſic puniri debet, ac ſi æternaliter peccaſſet. Certe diuinæ retributioni æquiſſime conſentaneum eſt, quod qui duas creaturas uitæ perpetuę, Angelum, ſcilicet, & hominem, in hoc condiderit, ut ſuæ ipſius eſſent, (quod ait Petrus prima Canonica cap. 1.) conſortes naturæ, quibus gratiæ ſubſidia, & uires ſupernaturales tribuerit, eiſdem ſi in officio, ut filij, perſeuerent, ad ſuã ſecum ſempiternam felicitatem admittat: ſin uero aliqs uiolata fide, ueluti transfuga in hoſtilibus caſtris, ſuas fouerit uſque ad mortem inimicitias, perpetuis cruciatibus addicat, ut tam hoſtes, quam filij, iuxta ſua cuiuſq; merita, æterna ſempiterni Dei ſui, uel perfruantur miſericordia, uel perferant iuſtitiam. Hoc magis fiet perſpicuum, ſi cõſideres grauitatem cuiuſque, uel minimi peccati mortalis, quæ certe eſt contumacia in Principem infinitæ potentiæ, cui audet negare obedientiam, & tranſfugere ad hoſtem illius, & quaſi abiurato uero Deo, & patre beneficentiſſimo, atque proprio & naturali Rege, quem ſuper ſe regnare non vult, in obſequium ſe dæmoni tradit, quem colere pro Deo eligit, & tamquam Regi obtemperare, & ſeruire. Nulla igitur eſt iniuſtitia, etiam ſi punitio ſit infinitæ durationis: qui immo certo certius apparet ex ordine rerum, eũ qui fontem deſerit uitæ ſuæ, mox pabulũ fieri mortis: mortis uero æternæ, ſi in æternum exiſtit deſertor. Deſerit autem omnis præuaricator legis. Nec quidquam poteſt eſſe conſonius rationi, quam ut procul fiat & elõgetur ab omni miſericordia, qui miſericordiarũ benigniſſimo patri, & domino rebellẽ ſe facit: eſt autem rebellis omnis ille qui ſuam uoluntatem diuinæ uoluntati antepo-nit.

Peccator ſeipſum in obſequium dæmoni tradit.

Ad hæc, nihil æquius, quam vt exſulet tandem a curia cæleſti, qui edicta cæleſtis curiæ ſuſtinere non uoluit, & extrudatur uirtute omnipotentis in locũ horroris, mortis, & ſempiternæ caliginis, qui dum uiueret, perturbator fuit legum, pacis & uitæ. Denique nihil æquius iuſtiuſque eſt, quam ut omnis creatura conuertat ſe in vindictam illius, qui omnium creaturarum contemſit auctorem, prout ſummam pronunciauit Scriptura, Sapiẽtiæ quinto, dicens: Accipiet armaturam zelus illius, & armabit creaturam ad ultionem inimicorum, induet pro thorace iuſtitiam, & accipiet pro galea iudicium certum. Sumet ſcutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem diram iram in lanceam, & pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Iſtæ probationes uiſæ ſunt mihi aptæ & idoneæ ad oſtendendam legis diuinæ æquitatem. Qui his non fuerit cõtentus, conſulat Diuum Thomam in locis adductis, & ſedabitur eius animus: nos ad ſequentem articulum properamus.

Anteponere humanã uoluntatem diuinæ, rebellio quædam eſt.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum peccato debeatur pœna infinita, ſecundum quantitatem.

SVMMA TEXTVS.

Prima concluſio.

PRima Concluſio. Peccato mortali ex parte auerſionis debetur pœna infinita, quæ eſt pęna damni, uidelicet infinita amiſsio infiniti boni, ſ. Dei.

Secunda Concluſio. Ex parte conuerſionis rñdet peccato mortali pœna ſenſus finita. Probatio utriuſq; concluſionis hæc eſt: quia in peccato mortali duo conſiderantur: quorum unũ eſt auerſio ab incõmutabili bono, quod eſt infinitum, & ex hac parte pctm̃ quodammodo infinitũ eſt: aliud quod ẽ in peccato, eſt inordinata conuerſio ad commutabile bonum, & ex hac parte pctm̃ eſt finitum; tum, quia ipſum cõmutabile bonum eſt finitum; tum ẽt, qa ipſa conuerſio eſt finita, act⁹ n. creaturæ non pñt eſſe infiniti. Ex ijs conſequens eſt, ut peccato ex parte auerſionis correſpondeat pœna ĩfinita, vez; pœna damni, q̃ eſt amiſſio infiniti boni, ſ. Dei; ex parte aũt inordinatæ conuerſionis correſpõdeat pœna ſenſus, quæ eſt finita.

EXPLICATIO ARTIC.

Mortalis peccati eſt duplex pœna.

VT hic articulus diligentius exponatur, ſciẽdum eſt, eſſe duplicem peccati mortalis pœnam, ſcilicet, pœnam damni, & pœnam ſenſus. Vtraque ſignificatur illis in uerbis; Ite maledicti in ignem æternum. in illo uerbo, diſcedite, pœna damni intelligitur, nempe carentia uiſionis Diuinæ, & eius præſentia: peccator namque, qui in peccato mortali ex hac uita demigrat, a regno cęleſti in perpetuum relegatur, diuinoque priuatur conſpectu. Pœna ſenſus in ſequentibus uerbis declaratur; Ite in ignem æternum. Vocatur a Theologis pœna ſenſus, quæcumque ſenſibilis læſio, & quæcumque triſtitia & afflictio uoluntatis, quæ ex apprehenſione rei nociuæ, uel intellectuali, uel ſentiente proficiſcitur. Quapropter & in anima ſeparata, eſt etiam ſine corporeo ſenſu pœna ſenſus, id eſt, pœna affligens, & mœrore afficiens.

Matth. 25.

An pœna damni in omnibus damnatis ſit æqualis.

Primũ arg.

His ad hunc modum breuiter expoſitis, in primis inueſtigandum eſt; Verum pœna damni ſit in omnibus qui damnantur æqualis? Partem affirmantem quæſtionis hęc argumenta probant. Principio, priuatio non ſuſcipit magis & minus: neque enim una cæcitas eſt maior altera; neque una mors plus priuat uita, quam altera: at pœna

damni, quæ eſt carentia diuinæ viſionis & gloriæ, priuatio eſt, ſicut uiſu carere: erit igitur in omnibus æqualis. Deinde, pœna damni eſt non videre Deum: at non videre Deum, non ſuſcipit magis & minus. Rurſus, pœna damni eſt infinita: eſt enim amiſſio infiniti boni; vnum uero infinitum non eſt maius altero: igitur hæc pœna in omnibus qui damnantur æqualis eſt. Propter hæc argumenta quidam Theologi parum acute arbitrantur hanc pœnam in omnibus eſſe æqualem: ſed eorum ſententiam eſſe falſiſſimam, his rationibus, quas ſubiungam, animaduertiſ, cuique Theologo erit perſpicuum.

Secundum. Tertium.

Cũ non ſint æquales peccatoru omnium auerſiones, nec ſubinde pœna dãni eis correſpõdes eſt æqualis.

In primis ex ſacra & diuina Theologia facile conſtat non omnia peccata eſſe æqualia; ſed quædam alijs eſſe grauiora. Ex hoc principio aliud enaſcitur manifeſtum, auerſiones peccatorum non eſſe in omnibus peccatis æquales: magis enim auertit, & ſeparat a Deo infidelitatis peccatum, quam furti. Ex his conſequens eſt, maculas peccatorum non eſſe in omnibus æquales. Vnde videtur efficaciter concludi, pœnam damni, quæ correſpondet auerſioni, non eſſe in omnibus æqualem. Deinde, ſi pœna damni in omnibus æqualis eſſet, id eſſet præcipue, quoniam quodammodo infinita eſt. Sed hæc ratio videtur inanis, ſiquidem auerſio etiam infinita eſt, cum auertat, & ſeparet hominem a bono infinito, at non eſt in omnibus æqualis, quamquam etiam priuatio eſt. Iam vero ſi hæc pœna damni in omnibus æqualis exſiſtit, conſequens eſt, quod tantam pœnam damni habeat paruulus in Limbo, quantam Iudas in Inferno: quod aſſerere, a Theologia diuina alienum eſt. Crediderim ergo cum Abulenſi, ſuper Matthæum capitulo vigeſimoquinto, quæſtione 640. quod eos, qui ob grauiora crimina in maiori ſunt inimicitia Dei, relegatio ab eius regno, & carentia diuinæ gloriæ acrius excruciet: vehementius etenim indignantur, qui a maiori hoſte in exſilium mittuntur, patriaque & ſuis bonis ſpoliantur, quam qui ab hoſte, qui non eſt eis tam inimicus, priuationem illam patiuntur: quamuis enim priuatio, quando in ſe pura eſt, maior, minorve eſſe nequeat, ut ſummæ tenebræ, ſumma cæcitas; tamen in ratione cauſæ augeri poteſt, vt magis ac magis extorqueat: nec enim pœna damni carentia diuinæ viſionis & gloriæ utcumque eſt; ſed carentia & priuatio diuinæ gloriæ propter peccatum; ubi igitur peccatum grauius fuerit, exſilium illud grauius erit: ſicuti quando in exſilium mittuntur homines grauius erit exſilium, quo cauſſa exſilij turpior & magis abominabilis eſt. Certe iniquo animo tulit Abſalon ſe damnari, ut non videret faciem Dauid patris ſui, tuliſſetque iniquiori animo, & maiorem confuſionem habuiſſet, ſi cauſſa huius exſilij turpior fuiſſet. Alias rationes proſequitur Abulenſis in loco citato, ad oſtendendam, quemadmodum pœna damni maior ſit in vno, quam in alio damnatorum in inferno, quas legendas omnino cenſeo.

Abulenſis in Matthæum.

Abſalon.

Nunc argumenta in contrarium refellenda ſunt. Ad primum dicendum eſt, in primis eſſe quaſdam priuationes, quæ ſuſcipiunt magis & minus, vt ignorantia, ægritudo, peccatũ: falſum itaque eſt illud axioma, quod priuatio non ſuſcipit magis & minus, præcipue cum priuatio non tollat omnino habitum contrarium. Vel dicendũ eſt, quod quãquam priuatio in ſe maior aut minor eſſe nequeat, at ratione cauſſæ magis aut minus torquere poterit, ſicut ſupra expoſitum eſt. Si quis enim propter Dei amorem eligeret in perpetuum Dei viſione carere, ut fratres multos lucraretur (ſicut quidam Doctores in primis graues explicãt illud Diui Pauli, Optabam ego eſſe anathema a Chriſto pro fratribus meis) certe hæc nõ eſt pœna damni, quãquam eſt carentia diuinæ viſionis, & gloriæ. Pœna igitur damni eſt priuari diuina gloria, & ſummi Patris conſpectu propter peccatum. Vnde quo grauius & pudentius fuerit peccatum, turpior erit pœna damni, & maiori triſtitia, & pudore afficiet. Ex his patet, quid dicẽdum ſit ad ſecundum argumentum.

Soluuntur argumenta in contrarium. Ad pri. arg. Aliquando priuatio recipit magis & minus.

ad ſecũdum & tertium.

Ad ultimum dicendum eſt, pœnam damni eſſe infinitam, quia eſt amiſſio boni infiniti; uerum cauſſa propter quã hoc bonum infinitum amittitur, quæ peccatum eſt, non in omnibus eſt æqualis; & idcirco hæc amiſſio non ex æquo omnes excruciat. Hæc ſatis de dubitatione propoſita: ad reliqua veniamus.

De pœna ſenſus, certum eſt atque exploratum eſſe finitam, & diuerſam pro criminum diuerſitate: patet ex illo Pſalmi vigeſimiſeptimi; Da illis ſecundum opera manuum ſuarum; & Pſalmi ſexageſimiprimi; Quia tu reddes unicuique iuxta opera ſua. Ratio huius euidens eſt; nam ſicuti ratio iuſtitiæ expoſtulat, ut diuerſum præmium pro diuerſitate meritorum correſpondeat bonis; ſic ratio iuſtitiæ expoſcit, ut diuerſum ſupplicium pro diuerſitate criminum mali patiantur. Sed quamquam hæc veritas ſit certiſſima, in contrarium pugnant optima argumenta.

Pœna ſenſus. Pſal. 27. Pſal. 61.

In primis, peccatum mortale, quod aduerſus Deum committitur, eſt infinitum: ergo meretur pœnam infinitam. Antecedens autem eſſe oſtenditur in hunc modũ. Nam peccatum tanto grauius eſt, quanto perſona, contra quam eſt peccatum, maior eſt; ſicut grauius eſt percutere perſonam principis, quam hominis plebei: ſed qui dedit mandatum Deus, eſt bonum immenſum, immenſaque eius maieſtas habens in nos infinitam poteſtatem: omnis igitur contemptus, omniſque rebellio, quam committimus contra ipſum, infinitæ malitiæ eſt, & iniquitatis: at malitia infinita iuſtiſſime infinito ſupplicio punitur. Nec ſatis expedit difficultatem huius argumenti Diuus Tho. ſolutione ad ſecundum dicens; procedere ex parte auerſionis, cui proinde merito reſpondet pœna damni quodammodo infinita, ad modum ſuperius expoſitum. Hæc (inquam) ſolutio non omnino ualet: nam odium Dei etiam ex parte conuerſionis eſt contra bonũ infinitum, & contra Deum. Ex quo patet, non eſſe in vniuerſum uerum, quod conuerſio in omni peccato ſit conuerſio ad bonum commutabile. Idem confirmatur, quia ſupra quæſtione ſeptuageſimaſecunda Sanctus Thomas dixit, quod diuiſio peccati contra Deum, contra proximum, & contra ſeipſum, eſt diuiſio ex parte obiectorum: odium igitur Dei eſt contra bonum infinitum, & contra Deum.

Argumenta. Primũ arg.

Deinde ſic argumentor; Quanto is, qui meretur dignior & melior eſt, eo magis creſcit meritum. Ex quo argumẽto efficaci concludunt Theologi, meritum Chriſti Domini fuiſſe infinitum; igitur quo perſona, quæ offenditur dignior & melior eſt, tanto maior erit offenſa. Vnde ſi perſona offenſa eſt infinita, cui infinitis titulis obſtricti ſumus, peccatum in illam admiſſum erit infinitum.

Secundum.

Ad hæc, occidere infinitos homines, infinita malitia eſt: occidere enim unum hominem, aliqua malitia eſt, occidere duos, in duplo maior malitia eſt: ergo uelle occidere infinitos homines, infinita malitia eſt: ſed odium Dei multo grauius peccatum eſt, quam uelle occidere infinitos homines: ergo infinita malitia eſt.

Tertium.

Præterea conſtituamus, quod perſeueret & continuetur odium Dei per integram horam, in qua ſunt infinita inſtantia, in quolibet inſtanti eſt maior odij malitia: ergo ad finem horæ erit infinita malitia.

Quartum.

Vltimo, ſi peccatum mortale non meretur pœnam infinitam, ſecundum acerbitatem, & dolorem, ſequitur, quod ueniale peccatum puniatur tanto dolore, & cum æquali acerbitate. Patet: nam utrique debetur pœna finita: ergo eſt proportio inter pœnas; finiti enim ad finitũ ſemper proportio eſt. Sit ergo pœna mortalis peccati ut octo, & uenialis ut duo, & ſit aliud mortale peccatum in duplo minus, erit pœna eius, ut quattuor. Sit rurſus aliud in duplo minus, & ſic erit pœna eius, ut duo, & creſcat peccatum ueniale, uel ducatur in conſuetudinem: tunc ergo euidenti argumento concluditur peccatum veniale acerbiori pœna puniri, quam mortale.

Vltimum.

Hiſce argumentis, quamquam ualida uideantur, ſententia noſtra non labefactatur; eſt enim fidei ſententia, cui non poteſt ſubeſſe falſum. Argumenta itaq; hoc modo ſunt confutanda.

Solutio argumentorũ.

Ad primum argumentum optime reſpondet D. Tho. ſolutione ad ſecundũ. & ad confirmationem huius argumenti dicit Caietanus, oportere omnino operante habere al-

Ad primũ Caietani ſolu. ad cõfi. argumenti.

re aliquem ultimum finẽ, & impoſſibile eſt habere duos ultimos fines: cum igitur qui odio habet Deum, non habeat Deum pro ultimo fine, oportet ut habeat aliquod bonum cõmutabile, & ſic in omni peccato uirtualiter ſaltẽ eſt conuerſio ad bonum commutabile: cum igitur hæc cõuerſio finita ſit, finitã pœnam promeret. Sed certe hęc ſolutio quãquã acuta eſt, nõ õino ſatisfacit.

Improbatur Gre. Solu.

Nam licet odio ne peccatum oriatur tamquã ex radice, ex conuerſione ad bonum cõmutabile; nihilominus, qui odit Deum de ſe & ex parte obiecti, grauius peccat, quam ſi odiſſet hominem, aut Angelum ſupremum, uel alium perfectiorem, & ſic in infinitum. Item reddit illud argumẽtum ſæpiſſime repertum, quod eſt huiuſmodi: Odium boni malitia eſt; & maioris boni odium maior malitia eſt, & ſic in infinitum. ergo infiniti boni odium, infinita malitia eſt. Propter quod alij Theologi alio modo propoſitum argumẽtum diſſoluunt: dicunt namq; peccatum mortale ex Dei miſericordia & clementia ad infinitam pœnam non imputari, quamuis peccatores de rigore iuſtitiæ infinitam pœnã fuerint promeriti: de cuius reſpõſionis abſurditate cõſebimus quæſtione ſequenti contra quoſdam Theologos, qui arbitrantur, peccatũ ueniale de rigore iuſtitiæ mereri infinitam pœnam; ſed ex Dei miſericordia & clementia ad pœnam tantum temporalem & finitam imputari. Quapropter melius ſtandum eſt in alia ſolutione, quam habet D. Th. in articulo. Dicendum enim eſt, quod in peccato mortali ſemper eſt conuerſio finita, ideſt, licet offendat bonũ infinitum, offendit tamẽ finite. Pro cuius declaratione ſciendum eſt, φ operatio circa obiectum infinitum non eſt infinita: unde amor, & uiſio Dei, quam habent beati in patria cœleſti, non ſunt actus infiniti. Ratio eſt, quoniã obiectum non dat totam ſuam nobilitatem & perfectionem actui humano. Illud etiam intelligendum eſt, quod operatio de meliori obiecto ſemper melior eſt, ſi cetera ſunt paria; ceterum non eſt tanto melior, quanto obiectũ melius eſt, ueluti cognoſcere Angelum ut duo, perfectio eſt ut duo, licet Angelus ſit perfectus ut centum: & cognoſcere Deum erit perfectio ut quattuor, licet Deus ſit infinite perfectus. & ſic actus melioris obiecti ſemper melior eſt; ſed non tanto melior, quanto obiectum melius eſt. Quibus animaduerſis, confutatur facillime argumentum primo loco propoſitum.

Albertus Solu [illegible]

Operatio circa obiectum infinitum nõ ſuberde eſt infinita.

Ad ſecundum

Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, non eſſe eandem rationem: nam meritum Chriſti Domini ex parte perſonæ operantis infinitatem quandam habebat ex coniunctione cum ad Deum, & ad diuinam uoluntatẽ, quæ opera humana a Chriſto Domino effecta Deo Patri offerebat, infinitum habebat ualorem. Ex quo efficaciter docent Theologi, meritum Chriſti fuiſſe infinitum. Neque eſt eadem ratio de peccato, quod licet offendat bonum infinitum, offendit tamen finite.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum dicendum eſt, quod nunquam eſt uoluntas efficax occidendi infinitos homines, & dato φ eſſet, non eſſet infinita malitia ſimpliciter, ſed in certo genere: quemadmodũ cognitio aĩæ Chriſti, qua uidet infinita in uerbo, non eſt infinita modis oĩbus; tũ, quoniam uidet infinita per modum unius; tum, quoniam non uidet infinita ſimpliciter, ſed in certo genere. quod copioſius tractatur in tertia parte Diui Thomæ.

Ad quartum.

Ad quartum idem dicendũ eſt, ſicuti de intenſione, & augmento qualitatis continuo, quæ in quolibet inſtanti maior eſt, & ad finem horæ infinita non eſt.

Ad ultimum.

Ad ultimum dicendum eſt, φ pœnæ non ſunt proportionabiles, ſicuti perfectio hominis, & equi: quamquam utraque finita eſt, nunquam exæquari poſſunt, quoniam ſunt diuerſarum rationũ. Rurſus, caritas uiæ, & caritas patriæ cæleſtis, lumen matutinum, & lumen meridianum nunquam exæquari poſſunt, quoniam habent diuerſos eſſendi ſtatus.

ARTICVL. QVINTVS.

Vtrum omne peccatum inducat reatum æternæ pœnæ.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Solũ peccatũ mortale inducit reatũ æternæ pœnæ. Hanc concluſionem probat tũ auctoritate Diui Gregorij, tum firmiſsima ratione adeo dilucide, ut alia confirmatione, aut explicatione nõ ſit opus.

Secunda concluſio, quæ habetur ſolutione ad tertium. Peccatum ueniale in inferno punitur pœna nunquam finienda: & id quidem ratione ſtatus; nã in illo ſtatu nulla erit remiſsio, aut indulgẽtia.

Itaque pœna peccati uenialis eſt in infinitum minor pœna peccati mortalis, etiam quantum ad cruciatũ, & nullum peccatũ mortale poteſt deſcendere ut puniatur tã leui cruciatu ſicuti peccatum ueniale. Almaynus in tractatu de peccato ueniali c. 23. reſpondet, pœnã uenialis peccati eſſe in infinitum minorẽ pœna peccati mortalis, quia in infinitum minus malũ eſt puniri pro ueniali, & per accidens, quam puniri pro peccato mortali, & per ſe, tamquam inimicum: ſed falſa eſt hæc ſolutio. nam ſtatuit, quod peccatum ueniale tãto cruciatu puniatur, quanto mortale, licet ex modo puniendi ſit differentia. Caietanus in quæſtione ſequenti art. 4. concedit, non ſolum, φ ſint proportionabiles pœnę, ſed φ poſſint eſſe tot peccata uenialia, ut pœna ignis ſit maior, φ pro peccato mortali. Durandus in 4. d. 21. q. 2. ad primum dicit, φ pœna debita peccato ueniali proportionem habet cum pœna debita peccato mortali, quantum ad cruciatum, cum quælibet ſit finita, & finiti ad finitum ſemper ſit aliqua proportio. non eſt igitur (inquit) inconueniens, ſi multa peccata uenialia in damnatis æqualiter puniantur, ſicut unum peccatum mortale.

Pœna uenialis pœna in infinitum [illegible]

Almayn.

Caiet.

Durand.

Tria ergo ſunt quibus cruciantur in inferno. Primum, priuatio uiſionis. Secundum, pœna ueniali, & iſta eſt improportionabilis pœnæ Purgatorij, & pœnæ debitæ pro peccato ueniali. Tertium eſt pœna ignis; & iſta, ſecundũ Caietanum & Durandum, eſt proportionabilis. Sed ego puto, quod eſt falſiſſima doctrina: nam eadẽ ratione oporteret concedere, quod plus pro multis uenialibus punitur quis, quam pro uno mortali: & mirum eſt, quod pro grauiori peccato non detur grauior pœna ignis. Nec ſatis eſt dicere, φ pœna damni eſt maior, quæ correſpondet peccato mortali: non enim adhuc certum eſt inter Theologos, pœnam damni in uno damnato eſſe maiorem, quam in alio, de quo ſupra diſputauimus.

Tria ſunt quibus cruciantur.

Auctoris ſolutio.

EXPLICATIO ARTIC.

QVæſtio huius articuli in magnas nos conijciebat quæſtiones. In primis, Verũ ſit aliquod peccatum, quod pœnam tẽporalem mereatur. Rurſus, Verum peccatum mortale & ueniale hoc ipſo diſtinguantur, φ peccatum mortale pœnam æternam mereatur; peccatum uero ueniale temporariam. Sed & illud in quæſtionem uerti poterat, Verum ne peccatum ueniale & mortale in hoc diſcernantur, ut peccatum mortale ſit contra finem; ueniale uero contra media. Sed de his õnibus commodiſsime diſputabitur quæſtione ſequenti; Illa uero magna controuerſia, Verum uenialia peccata in purgatorio remittantur, & quomodo remittantur, & utrũ Purgatorij locus ex Scripturis, & Patribus demõſtrari poſſit, & alia ad hanc materiam ſpectantia, in materia de clauibus diligentiſſime inueſtigantur. Quapropter his prætermiſſis, ad examen ſecundæ concluſionis deueniamus.

De ſecunda concluſione eſt dubitatio inter Theologos: nam eam inficiatur Scotus in 4. diſt. uigeſimaprima, & mouetur his argumentis. In primis, Deus punit citra condignum, ut habet uetus doctrina Theologorum omnium, at ſi puniret peccatum ueniale in inferno pœnã nunquam finienda, puniret certe ultra condignum; ſiquidem peccatum ueniale non meretur ſupplicium æternum, ſed tantum temporale.

Secun. concl. examinatur Scotus. Primum arg.

Deinde,

Secundum. Deinde, hoc de rigore uidetur iniquum, cum peccato ueniali non debeatur per ſe niſi temporalis pœna: neque enim quod peccato mortali coniungatur, facit ipſum in infinitum grauius.

Tertium. Tertio. poſt pœnitentiam a confeſſario iniunctam, ſi ante peractam pęnitentiam incidat homo ille in mortale, rōne cuius condemnetur, talis punietur ſolū temporaliter pro peccato in ſacramento pœnitentiæ remiſſo, quia illa pœnitentia, & pœna temporalis erat. Idē ergo eſt dicendum de pœna debita pro peccato ueniali.

Durand. Durandus in 4.d.21.q.2 affirmat, ueniale, quod nō eſt remiſſum quo ad culpam, non remitti in inferno; ſed ſi ſit remiſſa culpa in uia, expiabitur pœna inferni. Hęc ſententia ab his auctoribus aſſerta, facillimis argumentis confutatur, ſed breui ſermone: nam exactior huius rei tractatio non eſt huius inſtituti, ſed ſpectat ad materiam de pœnitentia.

Pœna debita etiam peccatis remiſſis numquam in inferno finitur. Dico itaque, pœnam debitam pro peccatis uenialibus, atq; etiam pro mortalibus iam remiſſis, in inferno numquā eſſe finiendā rōne ſtatus, ut uerum ſit illud; In inferno nulla eſt redemtio: omnis namq; remiſſio, & ſatisfactio pro peccato, innititur gratiæ, & acceptationi diuinæ: ſed opera damnatorum non ſunt Deo accepta: ergo per illa non poteſt fieri ſatisfactio. Prima propoſitio huius argumenti ſic demonſtratur: nam Gen. c. 4. habetur; Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; quo ſignificatur, Deum hominum munera nō reſpicere, niſi homines ipſi ſint grati, & accepti Deo. Cui conſonat illud Eccl. 34. Dona iniquorum non probat Altiſſimus. loquitur in eandem ſententiam Eſaias Propheta c. 1 & D. Paulus primæ ad Corinthios c. 13. Deinde, ſatisfactio, & remiſſio nō fit, niſi quando meritum paſſionis Dominicæ applicatur, ut conſtat apertiſſime ex ſanctis ſcripturis; at damnatis in inferno non applicatur meritum paſsionis Dominicæ: ergo nulla eſt redemtio, aut ſatisfactio. Præterea, peccata ſemper placent damnatis: ergo peccata uenialia puniuntur in inferno, pœna numquam finienda; ſiquidem numquam remittuntur; aut tolluntur, ueluti ſi quis detrudatur in carcerem propter æs alienum quod debet, ſi nūquā erit ſoluendo, iuſtum & ęquum eſt, ut numquam ex carcere exeat. Hæc omnia confirmantur euidentiſſimo argumento. Nam ſi in inferno eſt ſatisfactio pro peccato, aut pro pœna; igitur pro his, qui ſunt in inferno, eſſet orandum, ſacrificandum, & pro illis indulgentiæ accipiendæ, quod prædicauit quidam Pariſiis, ſed coactus eſt retractare ſententiam. Hæc ſatis uidentur eſſe ad ſententię Diui Thomæ defenſionem, & demonſtrationem.

Solutio argumentorum. Argumenta uero in oppoſitum adducta facillimam habent ſolutionem. Æternitas enim pœnæ non reſpondet peccato ueniali in inferno ratione grauitatis peccati, ſed quoniam non eſt locus remiſſioni, aut indulgentiæ.

Quomodo Deus punit & præmiet citra condignū. Eſt alia dubitatio; Quomodo Deus retribuat ultra, & puniat citra cōdignum, quod eſt paradoxum Theologorum, ſi reddit unicuique iuxta opera ſua. Reſpōdetur, ex eo, quod merita noſtra eius ſunt dona, neq; ex parte obiecti adęquant dignitatē gloriæ, ſed ſolum ratione ſuæ gratiæ; quidquid nobis glorię, quod quātocumq; merito rependat, confert vltra condignum, ſane quod non per noſtram ſufficientiā, ſed per eius gratiā obtinemus. in quo

Paulus. ſenſu ait Apoſtolus, non eſſe condignas paſsiones, &c. At uero quō citra condignū puniat, non eſt ita intellectu facile. Ideo citra condignum ab aliquibus Deus punire dr̄, ex eo, ꝙ cum iuſte nos eodem temporis articulo quo delinquimus, poſſet in tartara conijcere, indulget nihilominus nobis pro ſua miſericordia tempus uitæ, quo poſſumus reſipiſcere. At uero hęc expoſitio non cōſtaret in Angelis, qui ſimul & in culpā lapſi ſunt, & ſupplicio traditi. Ob idq; ſecunda poteſt adhiberi expoſitio, ꝙ quāuis in inferno ex lege iam poſita ad iuſtū Deus agat cum reprobis; nihilominus quia merito potuiſſet acerbiora in illos ſupplicia ſtatuere, dr̄ citra condignum punire. Tertia explicatio eſt, ꝙ cum Deus de iuſtitia poſſit peccatores in nihilū redigere (qd eſſe uerū demonſtrat Caietanus in art. præcedenti) & tamen Deus non eos in nihilū redigit, dicitur punire citra cōdignū. Caiet.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum reatus pœnę maneat poſt peccatum.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Poſt actum peccati, manēte macula & auerſione a Deo, manet reatus pęnæ.

Secunda Concluſio. Poſt ablatam maculam per uerā pęnitentiam aliquando manet reatus ad pęnam.

Tertia concluſio. Hæc pęna, quæ manet poſt ablatam culpam, non eſt proprie pęna, ſed appellatur pęna ſatisfactoria.

EXPLICATIO ARTIC.

De ſecūda cōcluſione eſt nobis concertatio cum Lutheranis. Lutherani.n. negant poſt remiſſā culpā, & peccatoris iuſtificationē, manere reatū ad pœnā. Lutherani negant ſatisfactionem. Negat hoc Lutherus art. 5. apud Roffenſem, & probat ex illo Rom. 8. Nihil dānationis eſt his, qui ſunt in Chrō Ieſu. i. iuſtificatis per Chriſtum Ieſum. Sed reatus ad pœnā eſt aliquid damnationis: non ergo manet poſt remiſſā culpam. Rom. 8. Deinde, adducit illud ad Rom. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, & redemtionem, quæ eſt in Chriſto Ieſu; quem propoſuit propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius: ſed ſanguis Chriſti eſt ſufficientiſſimū pretium, tum pro culpa, tum pro uniuerſa pœna: ergo iniuria irrogatur Chriſto, ſi alia pœna inſuper exigatur. Rom. 3. Secundum argum.

Quæſtio hæc diſputatur copioſius tertia parte, q. 86. artic. 4. & in additionibus in tertiam partem, quæſt 13. Nunc breui ſermone demonſtrandum eſt, aliquando poſt remiſſam culpam, & peccatoris iuſtificationem manere reatum ad pœnam. In primis hoc definit Concilium Tridentinum Seſſione ſexta, capit. decimoquarto. & adducit in huius rei confirmationem illud; Memor eſto unde excideris, & age pęnitentiam, & prima opera fac. & illud; Quæ ſecundum Deum triſtitia eſt, pœnitentiam in ſalutem ſtabilem operatur; & rurſus, Pœnitentiam agite, & facite fructus dignos pœnitentiæ. In quibus ſententijs, & his ſimilibus, non eſt ſermo de pœna ęterna, quæ una cum culpa remittitur, ſed de pœna temporali, quæ non tota ſemper cum culpa dimittitur. quod plane aſſerunt diuinæ litteræ. Nam ſecundo Regum capit. 12. poſtquam Nathan dixerat Dauid; Dominus tranſtulit peccatum tuum, continuo ſubiungit; Verumtamen filius tuus morte morietur. Ecce poſt remiſſam culpam exigitur pœna. Moyſi & Aaron dimiſſum eſſe peccatum diffidentiæ in Scripturis legimus, Numerorum decimo, & 14. at propter illud peccatum non ſunt ingreſſi in terram promiſſionis, quam uehementer deſiderabant. Idem accidiſſe conſtat Mariæ ſorori Moyſis, Dauidi, & Niniuitis, & alijs quos in cilicio, cinere, gemitu, luctu, ieiunijs, alijsque afflictionibus poſt remiſſam culpam pœnituiſſe conſtat. Certe Dauid poſt ueniam obtentam dicebat; Amplius laua me Domine ab iniuſtitia mea. & poſtquam Manaſſes ab impietate ſua conuerſus eſt ad Dominum, & obtinuit ueniam peccatorum, ut patet 2. Paralipomenon trigeſimotertio, punitur tamen in populo ſuo propter peccata iam dimiſſa, ut patet Ier. 15. Gladium ad occiſionem, &c. propter Manaſſem, &c. Concil. Trid. Apoc. 2. 2. Cor. 7. Act. 2. Luc. 3. 2. Reg. 12.

Soluuntur Lutheri argumenta. Ad primum. Ad argumenta Lutheri, ad primum dicendum eſt, ꝙ loquitur Paulus de baptizatis, qui baptiſmalem innocentiā conſeruant & retinent: nam in baptiſmo deletur tum culpa, tum uniuerſa pœna. Ruſus poteſt explicari ſententia Pauli de uniuerſis iuſtificatis per Chriſtum. Reatus enim pœnæ in homine iuſto nihil habet damnabile: nam poſt remiſſam culpam dæmon nihil aduerſus nos habet. quod ſignificat Paulus in uerbis, quæ paulo poſt ſubiungit; Si Deus pro nobis, quis contra nos?

Ad ſecundum. Ad ſecundum argumentum negatur conſequentia. nā quamquam pretium ſanguinis Chriſti ſufficientiſſimum & exuberantiſſimum ſit, quantum uero ad efficaciam, uoluit Chriſtus Dominus nobis applicari per ſacramenta, &

per

per noſtra opera, quibus Dei gratiæ cooperamur, quæ ex merito Chriſti nobis donantur. Hęc autem ſatisfactio, beneficium atque ſatisfactionem redemtoris Chriſti adeo non obſcurat, vt magis etiam cōmendet, illuſtretque: illa enim præeunte, ac pręcipue operante iuxta diuinam ſcripturam, iudicium ſum'& iuſtitiā, delicta noſtra cōtra nos ipſos vindicātes, pœnā ꝓ ipſis debitā perſoluētes, denique hac ratione teſtantes, nos Chriſti crucē lubēter amplecti, abnegare nos ipſos, mortificare carnem. Sed eſt notandū, quod iſte error Lutheranorū ſumſit initiū ex alio errore: docet nāq; paſſionem Domini eſſe noſtrā iuſtitiam, & homines non eſſe iuſtos per iuſtitiam inhærentem nobis, ſed per iuſtitiā Chriſti nobis imputatam. Ex quo eliciunt tertium errorem, quod omnes ſumus ęque iuſti, atque beatiſſima Virgo Maria. contra quos errores alio in loco dimicabimus.

Luth. errores ex alij erroribus naſcitur.

Verum manente peccato tollatur reatus ad pœnam in hac vita.

Eſt alia dubitatio, verū manente peccato tollatur reatus ad pœnā in uita hac præſenti? Videtur ꝙ fieri poſſit in illo qui ieiunat in gratia, & nō habet niſi venialia, de quib' nullo modo pœnituit, ſed habitualiter pſeuerat in illis, tale ſiquidē ieiuniū eſt ſatisfactoriū pro aliis. quare nō pro ipſo? vel ſaltē poſtquā doluerit de venialibus, quare non acceptabitur pœnitentia, uel ſatisfactio præterita? vel ſi ſic ageret, ego offero pro craſtina die pro peccatis meis? uidetur.n.ꝙ poſſit: ſicut aliquis celebrat pro eo qui primus dederit eleemoſynā, uel ꝓ anima, quæ hodie uenerit ad Purgatoriū.

Rationes dubitandi.

Reſponſio.

Certe non magis poteſt quis ſatisfacere pro peccatis non remiſſis, quam pro peccatis quæ non habet, ſed habebit: non autem poteſt quis hodie ſatisfacere pro peccatis quæ cōmittet; alias ſtatuatur, ꝙ Petrus hodie ieiunet, ita ut ſatisfaciat pro pœna ut quattuor, & craſtina die mētiatur, & fiat reus pœnæ ut duo; tunc ſequitur quod erit in culpa & nō erit reus pœnæ, ſiquidē iam ſatisfecit. Quod ſi dicas ſatisfeciſſe pro tempore quo educitur de peccato: cōtra, ſaltem alle ſi diſcedat ſine pœnitentia mendacij, numquam erit in purgatorio, iam enim ſatisfecit in uita. Argumenta in contrarium oppoſita perſpicuam habent ſolutionem, & ideo ad ſequentem articulū deueniamus.

ART. SEPTIMVS.

Vtrum omnis pœna ſit propter culpam.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Pœna ſatisfactoria non ſemp eſt pro culpa: interdū enim qui non peccanit, pœnam voluntarius pro alio ſuſtinet, ſicut eiam in rebus humanis uidemus, quod aliquis in ſe transfert alterius debitum.

Secunda Concluſio. Pœna proprie dicta, quam inuiti veluti ſupplicium patimur, ſemper eſt propter culpam.

Tertia Concluſio. Pœna medicinalis ad exercitium uirtutum non eſt ſemper pro culpa, ut patet in Iob; quamuis hec habeat fundamentum ex originali peccato.

EXPLICATIO ART.

Verum afflictiones huius vitæ ſemper ſint pænę peccatorū Iob.

Iob 38.

Argumentū libri Iob.

Hic articulus magnam & difficilem excitat quæſtionem; Vtrum afflictiones quæ in hac uita eueniunt hominibus, propter impietatem & ſcelera eueniāt, an propter aliā cauſſam. quod fuit caput diſputationis inter Iob & eius amicos. Arbitrabantur namque amici Iob, eum afflictū fuiſſe a Deo propter impietatem & ſcelera, contra uero Iob diſputabat, pœnas & aduerſitates huiuſmodi nō ſemper aduenire ꝓpter hominū peccata & ſcelera. quā controuerſiam Deus ipſe arbiter dirimit c.38. ſed de argumento libri Iob accuratior explicatio ex ſanctis Patribus petenda eſt, pręſertī ex Diuo Thoma, Titelmano, Franciſco Vatablo, Iſidoro Claro: neque enim inter omnes conuenit, caput diſputationis inter Iob & amicos fuiſſe, utrum Iob ſit a Deo afflictus propter impietatem & ſcelera, an propter aliam cauſſam. Sed utcumq; res iſta ſe habeat, manifeſtum eſt afflictiones, et aduerſitates huius uitæ nō ſemper obuenire ꝓpter impietatem & ſcelera. Item perſpicuum eſt, ꝙ ex diuina ꝓuidentia aliquando malis bona cōcedantur, & iuſtis aduerſa inferātur quod potiſſime explicant ſancti Patres ex afflictionibus, & calamitatibus quibus per omnia malorum genera Iob iactatus fuerit abſq; culpa præcedente. Afflictionū .n. ut probe hic diſtinguit Diuus Thomas, alia eſt qua percutitur impius ut puniatur; alia ut corrigatur; alia ne futura cōmittat; alia ut dū ſalus obtinetur, ſaluator amplius ametur. Bono, ſi percutitur, merita cumulantur, tum patientiæ, tum humilitatis & animi moderationis, & deſiderium futuræ uitæ amplius exardeſcit. Sed [illegible] alio in loco commodius differetur.

ART. OCTAVVS.

Vtrum aliquis puniatur pro peccato alterius.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Pœna ſatisfactoria vnus punitur pro peccato alterius.

Secunda Concluſio. Pœna proprie dicta nullus punitur pro peccato alterius.

Tertia Concluſio. Pœna medicinali vnus punitur pro peccato alterius, populus pro Rege, filius pro patre.

Quarta Concluſio. In bonis ſpiritualibus nullus punitur pro peccato alterius: in hoc enim bonorum genere verum habet illud paradoxum Chriſtianum, Quod nemo læditur, niſi a ſeipſo.

EXPLICATIO ART.

Examinatur ſecunda cōc articuli.

Exho. 20.

Exod. 34. Deute. 5.

De ſecūda cōcluſione huius articuli magna cōtrouerſia eſt: uidetur.n. aduerſari ſāctis & diuinis litteris: nā Exhodi uigeſimo dicitur; Ego Dominus zelotes uiſitās iniquitatē patrū in tertiā & quartā generationē eorum qui oderūt me. Idē habetur capitulo trigeſimoquarto, & Deuteronomij 5. & ut ſupra ad. [illegible] ꝓpter peccata Manaſſe punitur populus. Hieremiæ decimoquinto, & Matthæi uigeſimotertio. & Lucæ duodecimo dicitur; Vt ueniat ſup uos omnis ſanguis iuſtus, &c. & Ioannis capitulo nono habetur; Neq; hic peccauit, nec parētes eius, ſed ut manifeſtetur gloria Dei ī eo. quo in loco ſignificatur peccatū parentū interdū eſſe cauſsā punitionis filiorū, ſed in cōtrariū [illegible] cōfirmationē ſententiæ Diui Thomæ adducitur [illegible] Ezech. c. 18. & Hie. 31. [illegible] Prouerbiū ī terra Iſrael dicētes, patres comederunt vuā acerbā, & dentes filiorū obſtupuerūt: viuo ego, dicit Domin' Deus, ſi erit vltra vobis parabola hæc ī ꝓuerbiū in Iſrael. Ecce omnes animę meæ ſūt, ut anima patris, ita & anima filij mea eſt: anima quæ peccauerit ipſa morietur. hic locus hunc ſenſum habet ſecūdū D. Hier. Quemadmodū ſiqs uelit dicere, patres vuā acerbam comederunt, & dentes filiorū obſtupuerūt, ridiculū eſt, & nullam habens conſequentiā: ſic iniquum eſt atque peruerſū, peccare patres, & filios nepoteſq; cruciari; ſed anima quæ peccauerit, ipſa morietur, &c. Certe ſancti Patres & Theologi recentiores maxime laborauerūt, vt hæc loca diuinarū ſcripturarū exponerent, & ad cōcordiā reducerent; videntur nāque pugnantiam inter ſe habere. Nodū huius difficultatis varie explicant ſancti Patres.

Ezech. 18. Hier. 31.

Hierony.

Aug. lib. quæſtionū ſuper Ioſue ad 7.c.q 8.

tres, Aug. ſi [illegible] hāc quæſtionē, quō iuſte pro alterius peccatis in alijs vindicetur: nā pro peccato Achā triginta ſex viri fuerunt interfecti ex tribus millibus, qui miſſi fuerant ad expugnandā ciuitatē. Hanc quæſt. propoſitæ tandē reſpōdet, ſed ſub interrogationis forma; An aliud inquit, iudicantibus hominib' eſt præceptū, ne quemquā pro altero puniant: & Dei iudicia non ſunt eiuſmodi, qui alto & inuiſibili conſilio ſuo nouit, quatenus extendat & temporalē hominum pœnā ſalubrē q; terrorem? Viſibiles igitur (vt deinde ſubiungit) afflictiones hominū, ſiue mortes, quoniā his quibus ingeruntur, & obeſſe & prodeſſe poſſunt, nouit Dñs in occulto prouidētiæ ſuæ, quēadmodū quibuſq; iuſte diſpēſet, & cum aliorū peccata in alijs uidetur ulciſci: pœnas uero inuiſibiles quæ nō niſi nocēt, & prodeſſe nō poſſunt, ita nullus Deo iudice pro alienis peccatis luit, ſicut hominis iudice null' niſi pro ſua culpa iſtas uiſibiles luere debet: & in Deut. q. 42. proſequens ꝙ dicit Dñs per Moysē, Nō morietur patres pro filijs, & filij nō morientur ꝑ patribus, unuſquiſque in ſuo peccato morietur, dicit; Ecce nō ſolū Prophetæ hac dixerunt, uerū & lex dicit, ſua culpa quēq; interimēdū: nō aūt patris ſui, aut filij ſui. Quid eſt ergo, qd alibi dicitur, Deus reddens peccata patrū in filios in tertiā & quartā generationē? An de filijs nondū natis illud intelligitur, ꝓpter peccatū originale, qd ēt ex Adā traxit genus humanū: hic autē de filijs iam natis facta eſt diſtinctio, ut unuſquiſq; in peccato ſuo moriatur? Non. n. trahit aliquid ex patre, qui iā natus erat, qñ pater eius peccauit. Ex ſacris igitur ſcripturis & ex his quæ paulo antea adduxim' ex D. Aug colliges, filiū non eſſe a iudice humano puniendum & occidendū pro crimine ſui patris, licet a Deo puniri poſſit pœna tēporaria, & quæ prodeſſe poteſt ſaltem alijs; pœna tū inferni ſiue gehenna nunquā a Deo punitur ꝓ ſcelere ſuorū parentū. Hanc explicationē ſequitur hic D. Th. & eā explicat ꝓ inſtituti breuitate. Ex hac doctrina colligunt diuini Theologi, parentū ſcelera filijs in ſpiritualibus nunquā obeſſe. Vnde ſi quis a ſceleratiſſimis & contaminatiſſimis originē trahat, dummodo ipſe ſanctis præditus ſit moribus, nihil ei nocebit parentū iniquitas, aut ignobilitas generis; apud Deū quippe nec præputiū, neq; circuncīſio aliquid valet, ſed noua creatura: atque ideo Chriſti generatio ab illaudatis aliquot tū mulieribus quā viris deducitur. & forte hac laude nō caruit Abrahā, qui cū a ſcelerato Thare genitus ſit, relicta patria & cognitione & domo patris ſui, Domino adhæſerit. teſtis huius rei eſt Epiph. li. 1. aduerſus hereſes tom. 1. Theophilactus, Matth. 1 Contrariū huius docet D. Aug. Sed ꝙ ſcelera parentū nihil obſint filijs, aſſeuerant uniuerſi ſancti Patres Aug libro de bono coniug. c. 16. Chryſ. hom. 3 in Matth. & homil. 9. in eundē. Ambroſius de Paradiſo cap. 4 Hier. in Epiſtola ad Pammachium contra errores Ioannis Hieroſolymitani. Qui plura deſiderat Sāctorum teſtimonia, legat Gratianū. 56. diſtin. decreti. Sed videamus quid D. Hierony. de propoſita difficultate ſentiat: is namque exponens illud Hieremiæ; Patres noſtri peccauerunt & nō ſunt, & nos iniquitates eorum portauimus: dicit, illā ſententiā Exho. 20. Ego ſum Dominus Deus tuus, Deus æmulator, viſitans iniquitatem patrum in filios in tertiam & quartam generationem, & aliā ſimilē Exhod. 34. accipi debere quaſi Prouerbium; & parabolā, vt aliud in verbis ſonet, aliud in ſenſu teneat, id eſt, ꝙ illud Prouerbiū nō ſit verum, niſi filij æmulatores ſint parentum & fatetur ſuper Ezechiel. 18. ſe diu deceptum fuiſſe, hæc duo teſtimonia Exhod. nō eſſe parabolā, ſed ſimplicē explicare ſententiam, & paſſum eſſe ſcandalum occultū, quod iniuſtitia videatur alium pro alio puniri. Itē Auguſt. ex eo inquit, quod addidit, Qui me oderunt, intelligitur eos puniri pro peccatis parentum, qui in eadem peruerſitate parentum perſeuerare voluerunt. ad eundem modum explicat D. Gregor. libr. 15. morali. cap. 22. in vna expoſitione, nā in altera exponit de peccato originali. Item Chryſoſtomus in Pſalmo. 84. gratus, inquit, tibi Deus, quia addidiſti, in his qui te non cognouerunt; ceterum ſi taceres, omnes condemnares. Rabanus ſuperiores ſequitur. Ceterū pauci ſunt, qui hūc locum intelligant de pœna temporali, in quibus eſt Hugo de Sancto Victore, & Achacius, quos optime ſequitur Diuus Thomas hoc in loco: nam Hier. quem hic citat nuſquā apparet: & re uera hic videtur germanus ſenſus, maxime ſi addas illud Hierem. 2. Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinā nō recepiſtis: ſic. n. legit Achacius, ubi noſtra editio habet, Nō receperūt.

Quomodo intelligatur quod Deus reddat peccata patrum in filios.

De quo latius. 2. 2. q. 63. art 2.

D. Tho.

Epiphan. Theophil. Aug. 16. de ciuit. c. [illegible] Chryſoſt. Ambroſ. Hieron. Gratianus. Hiere. 5.

Exo. 20.

Exo. 34.

Aug. cōtra Adaman. c. 7 & de quæſtionibus noui & vet. teſta. c. 18. Gregor. Chryſoſt. Rabanus. Hugo de S. Vict. Achacius.

D. Tho. Hier. 2.

Tertiam explicationem huius difficultatis adhibet D. Gregorius loco dudū citato: ſcribit enim quod ille locus Ezechiel. 18. intelligendus eſt & elucidandus de peccato primi parentis; filius n. poſt aduentum Chriſti, & baptiſmi ſuſceptionem non portabit iniquitatem patris, quia continuo lauatur per baptiſmi ſacramentum. Ceterum alia ſentētia, in qua dicitur Deum uiſitare iniquitates patrum in filios in tertiam & quartam generationē, intelligenda eſt in ueteri lege. Quod ſi quis argumentetur contra hoc ex diuina Theologia: nam etiam in veteri lege inſtitutum erat remedium ad peccatum originale tollendum, ex quo conſequens eſt, quod in omni ætate filius non portabat iniquitatem patris: [illegible]

Gregor.

Reſpondeat Theologus in fauorem Gregor. quod etſi in omni ætate fuerit antidotum, & remedium ad peccati originalis remiſſionem & condonationem; ceterum non fuit remedium ad aperiēdam ianuam regni cælorum vſque ad Chriſti aduētum: & icirco in illa ætate veteris legis filius portabat iniquitatem patris in Limbo, etiam ſi peccatum originale iam non haberet. Ad hunc etiam modum conciliat hæc duo loca quę videtur inter ſe pugnare Gloſſa ordinaria. Sed certe explicatio uidetur violenta: præſtat autem ſcripturas adductas diſtincte & per partes explicare. In primis illa ſententia Exhodi. 20. Ego Dominus zelotes uiſitans iniquitatem patrū in filios in tertiā & quartam generationem, & alia cōſimilis Exhodi. 34. duplicem habet commentariū, prior eſt, vt intelligatur de filijs & poſteris qui imitantur vitia parentum, ut textus ipſe indicat ſubdens, ijs qui oderunt me. Alter commentarius eſt, quem ſequitur hic Diuus Thomas, ut ſit ſenſus de pœna tēporali, & quæ rationem medicinæ quæ poſſit prodeſſe habeat: quo genere pœnæ nihil prohibet aliquē puniri ꝓ peccato alterius, vel a Deo, uel ab homine, ut filios pro patribus, & ſubditos pro dominis, in quantum ſunt quædam res eorum. Hunc commentarium amplectitur hic Diuus Thomas. Illa vero ſententia; Anima quæ peccauerit, ipſa morietur; & Filius non portabit iniquitatem patris; hunc habet ſenſum, id eſt, non dabit pœnas filius pro iniquitate paterna, neq; pater iuſtus luet pœnas rationē ſcelerū filij iniuſti: ſed iuſtus referet fructum iuſtitię ſuæ, hoc eſt, viuet propter iuſtitiam ſuam; & impius dabit pœnas propter iniquitatem propriam, nō alienam; & iuſtus uita viuet & non morietur, neque in hoc ſęculo neque in futuro: ſenſus apertus eſt, quod ſcelera parentū nihil obſunt filijs in bonis ſpiritualibus, neque ſcelera filiorum patribus in eiſdem bonis. Illud vero; Non dicent vltra, patres comederūt vuam acerbā & dentes filiorum obſtupuerunt, ſed unuſquiſque in iniquitate ſua morietur; duplicem habet explicationē: altera eſt Diui Hieronymi, quæ in initio dubitationis fuit propoſita; altera eſt quæ mihi maxime probatur, vt ſit ſenſus, futurum eſt tempore Chriſti, vt veri Iſraelitæ nō reijciant cauſſas pœnarum ſuarum in aliena ſcelera, nempe in ſcelera auorū ſuorū, ſed agnoſcent ſe eſſe peccatores, & fatebuntur ſe dignos morte ſempiterna ob delicta ſua, a qua tamē ſe ꝑ Chriſtum aſſeruādos eſſe credent. Hæc de iſta quæſtione.

Reſponſ.

Gloſſ. ord.

Exhod. 20.

Exhod. 34.

Ezech. 18.

Hier. 31.

Hierony.

Sed quæſtio eſt inter Scholaſticos non parua, Nū innocens abſque culpa poſſit pœna æterna inferni ſiue gehennæ puniri.

Vtrum innocens poſſit pœna æterna puniri.

Parte affirmante ſic arguitur. Nam Deus eſt Dominus vitæ & mortis: poterit ergo abſque iniuſtitiæ crimine beatos in infernum præcipites dare ad mortem ſempiternā, & homines improbos in cælum euehere: certe ſi beatos ex cęlo deijceret (ex concordi omnium Theologorū ſententia) nulli irrogaret iniuriam.

Primū arg.

Deinde Deus ſtatuit firmo decreto, ꝙ homines cōtrahant peccatum originale ex primis parentib', ac ſubinde mortē, calamitates, & exilium perpetuū: poterit ergo ſtatuere, ut filius puniatur in inferno pro patris ſceleribus.

Secundum.

Tertio ſic, nam Deus poteſt innocentem hominem, & alioqui iuſtum annihilare, ut eſt in confeſſo apud omnes

Tertium.

Theo-

Sap. 12.

Theologos: poterit ergo innocentem mittere in gehẽnã ignis. & non tñ hoc, ſed etiam probatur, ꝙ ſæpenumero Deus innocentem, qui non debet puniri condẽnet, quod apertè & ſine contentione aliqua ſcriptum eſt Sap. 12. his uerbis. Quis dicet tibi quid feciſti, aut quis ſtabit contra iudicium tuũ, aut quis in conſpectu tuo ueniet, uindex iniquorũ hominũ, aut quis tibi imputabit, ſi perierint nationes, quas tu feciſti? & paulo poſt ſubdit admirabilẽ ſententiã. Cũ ergo ſis iuſtus, iuſte omnia diſponis, ipſum quoque qui non debet puniri condẽnas. ex quo teſtimonio liquido colligitur Deum ſæpenumero cõdẽnare innocẽtẽ, q non debet puniri.

In contrariũ.

In contrarium proponuntur grauiſſima argumenta. In primis, alienũ vr̃ ab omni iuſtitia & rõne, innocentem condemnare, & grauiſsimis inferni cruciatibus torquere: ſane vr̃ ab oĩ bonitate & miſericordia eſſe prorſus abhorrens & exterum, eum qui non debet puniri, condemnare: non ergo Deus id poterit efficere. Mentiri n. ideo Deus non poteſt, qm̃ mentiri imperfectio eſt, quæ hominem bonũ non decet, nedũ Deum Opt. Max. Sed condemnare innocentem, & diſſonum eſt rectæ rationi, & crudeliſsimũ ab omnibus exiſtimatur: non ergo poterit Deo competere, ut cõdemnet innocentem. Hæc argumẽta utrimque adducta Theologos in uarias trahunt ſententias. Quidam affirmationẽ quæſtionis amplectuntur, ut Gregorius Ariminenſis in 1. d. 40. q. 5. art. 3. Quidam uero negatiuam partem ſuſtinẽt ut Scot. in 1. d. 41. Echius centuria. 3. Marſilius in 1. q. 46.

Greg. Ari. Scotus. Echius. Marſil.

Ad huius rei expoſitionẽ eſt prima concl. Pœna temporaria, q̃ medicina eſt, & prodeſſe põt, innocens in hac uita affligi & caſtigari põt: hæc n. proprie pœna nõ eſt, ſed medicina. de qua re dictum eſt diligentius in artic. præced.

Deus poteſt ſtatuere, ut innocẽs careat gloria.

Secunda concl. Deus põt ſtatuere, ut innocens careat perpetuo uiſione beatifica. patet hoc euidenti ratione in homine condito in puris meriſque naturalibus, & ad uiſionem beatificam nullo modo deſtinato: hic enim homo, licet innocens exiſteret & ſine culpa, ad uiſionem beatificam non admitteretur.

Deus poteſt innocentes pro alienis peccatis occidere. Ioſ. 7. Iud. 20. Iud. 21. D. Tho.

Tertia concl. Deus põt ſuo iure occidere innocentes pro peccatis aliorum: qđ ſæpe iam fecit, ut in Diluuio, & in Pentapoli, & in primogenitis Aegyptiorũ, & in exterminio Amalech & Chananæorum ad introitum Iſrael, & in filijs Achã, quod creditur præcepiſſe Ioſue. 7. & in paruulis Beniamin, Iudi. 20. & in Iabes Galaath, Iud. 21. hoc fecit Dñs iure ſuo, quia hẽt dñium uitæ & mortis, ſine diſpenſatione in pcepto de nõ occidendo innocentem. de qua re ediſſerit eleganter D. Th. 1. 2. q. 81. art. 1. ad primũ. & ar. 2. ad ſecundũ & q. 87. art. 7. & 8. & 2. 2. q. 108. art. 4. & 164. art. 1. ad 4. & in 3. p. q. 14 art. 1. ad tertium.

Deus poteſt innocentem mittere in gehennam.

Quarta concl. Deus poteſt, (quæ ſua eſt potentia abſoluta) innocentem hominem mittere in gehẽnam ignis: hoc confirmant eſſe uerum argumenta; quæ inducta fuerunt pro affirmatione quæſt.

Sed aduertat Theologus, ꝙ ſi ea res accideret, innocẽs non proprie diceretur damnatus, neq; proprie eſſet damnatio, aut punitio: nam ubi culpa non eſt, damnatio proprie aut punitio non eſt, ſecundum quem modum etiam argumenta partis negatiuæ apertiſsime confutantur.

Exponitur locus Sap. 12.

Sed ſupereſt explicare illam ſententiã adductã Sap. 12. quæ in hunc modũ habet: Ipſum quoq; qui non debet puniri, condemnas, quæ certe niſi apte exponatur, in animis hominum ſcãdalũ generat: uerum tripliciter explicatur. Prima explicatio: qui iudicio hominũ non vr̃ puniẽdus, ſi tu eum punis, iuſte id facis. Secũda explicatio eſt, id eſt, ipſũ qui non recipit correctionem, condemnas in perpetuum. Tertia explicatio eſt, ipſum qui non debet puniri conſiderando ſuam innocentiam, condemnas, id eſt, punis aliquando ad ſuæ patiẽtiæ probationẽ, ſicut patet in ſancto Iob. Inueni quendam Theologũ nouitiũ, qui aliter hũc locũ elucidat, dicens in noſtra editione vulgata eſſe mendum, corrigẽdumq; ex Græco hoc modo, eũ qui non debet puniri condemnare, exterũ exiſtimas a tua uirtute, id eſt, alienum eſt a uirtute & bonitate diuina. Sed ualeant iſti nouatores, qui ſuo ingenio Scripturarum intelligentiam mentiri audent.

An peccatum aliquando ſit remedium.

Sequitur alia parua qõ, An pctm̃ aliqñ ſit medicina & antidotum ac remedium. hæc quæſtio faciliime explicatur: namq; dicendum eſt, ꝙ pctm̃ ex Dei miſericordia aliquando cedit in bonũ, hoc intelligunt ſancti Patres ex illo, Diligẽtibus Deum omnia cooperantur in bonum, oĩa etiam peccata, ut habet gl. Vſq; adeo, inquit Aug. omnia cooperatur Deus in bonũ diligẽtibus ſe, ut & ſi qui eorũ deuient & exorbitent, & hoc ipſum faciat proficere in bonũ, dum humiliores reddunt & doctiores. Hoc ipſum confirmant ſancti Patres ex Pſ. 1. Folium eius non defluet, & oĩa quæcumq; faciet ſemper proſperabũtur. Sed aduertat Theologus, hoc ex diuina bonitatis clemẽtia prouenire: nam peccatum de ſe mortem affert & dãnum ſalutis ſpiritualis; uenenũ itaq; eſt non medicina; ex quo conſequens eſt, ꝙ nõ ſit appetendum: ſed Deus adeo eſt bonus, ut nõ ſineret mala fieri, niſi ut bene faceret nobis, etiã de malo.

Rom. 8. Auguſt. lib. de correct. & gratia. c. 9.

Pſal. 1.

Num quis in ſpiritualibus puniri poſsit pro peccato alterius.

Illud & uertũt Theologi in dubium, Nũ poſſit aliquis puniri in bonis ſpiritualibus, & uitæ ſanctitate pro peccato alterius. Ad huius rei expoſitionem eſt prima concl. In gratia, caritate, & gloria, & in earum rerum detrimento & iactura nemo poteſt puniri ꝓ peccato alieno: nã Scripturæ clamitant, in his bonis quemquam recepturum ꝓ ſuis operibus. Secunda concl. in bonis alijs ſpiritualibus, unde licet in prædicatione & doctrina, poteſt unus puniri pro altero: Deus namq; ut conſtat ex Scripturis, crebro comminatur ſe nõ miſſurum prædicatores propter ſcelera populi, Regis, aut ſacerdotis. hoc paſſim legitur in ſacra Scriptura, ut Ezech. 3. Ecce data ſunt ſuper te uincula, &c. & Eſa. 5 mandatur nubibus. i. prædicatoribus, ne pluant ſuper uineam pp peccata populi. Vnde Deut, 17. pp peccata populi minatur Deus cœlos illos, de quibus dicitur; Cœli enarrant, &c id eſt, prædicatores futuros æneos, ne pluant imbrem doctrinæ ſuper eum. Tertia concl. Iuſtũ & rõnabile vr̃, ꝙ homo interdum patiatur detrimentũ in bonis ſpiritualibus exiguis & minoris momẽti, ut benũ ſpirituale præſtãtius acquirat. ſic eſſe faciendũ ſcribit D. Greg. li. 3. Dial. ſic docet euidens ratio: nã iuſtũ & rõnabile eſt interdũ omittere orationis ſuauitatẽ, & oris ſancti quietem propter officia caritatis præcipua. Tantum de hoc articulo. Ad ſequentem quæſtionem tranſeamus.

Prima concl. Secunda conc. Tertia concl.

Q. LXXXVIII.

De peccato ueniali per comparationem ad mortale, in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum peccatum ueniale conueniẽter diuidatur contra mortale.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio. Nam peccatũ mortale & ueniale opponũtur, ſicut reparabile & irreparabile. Peccatũ enim mortale dr̃ ad ſimilitudinẽ morbi mortalis, qui ita uocatur ex eo, ꝙ inducit defectũ irreparabilem, per deſtitutionem principij uitalis. Sic principium uitæ ſpiritualis, quæ eſt ſecundũ uirtutem, eſt ordo ad ultimum finem, qui ſi deſtitutus fuerit reparari nõ poteſt per aliquod principium intrinſecum, ſed ſolum per uirtutem diuinam: quia inordinatio eorum, quæ ſunt ad finem, ex fine reparatur. Sed defectus ultimi fi-

EXPLICATIO ART.

De differentia inter ueniale & mortale peccatum.

In huius articuli expoſitionẽ prima quæſtio examinãda eſt, Vtrũ diſtinctio inter pctm̃ ueniale & mortale authẽtica ſit, & ex diuinis litteris habeatur? An ne Scholaſtici doctores noĩa huius diſtinctionis ſibi confinxerint? Certe VVicleph hæreticus irridet iſtam Theologorũ diſtinctionẽ, dicitq; ꝙ quãquã frequens ſit in ore populariũ, & Prælatorũ, qui melius ſciunt extorquere

VVicleph error.

quere

quere pecunias ꝓ peccatis, q̃ ab illis mũdare, & licet balbutiāt ſæpe in iſta diſtinctione, eſt tñ petridicula, ut ipſe exiſtimat. Inſuper arbitratur hæreticus, pctm̃ mortale & ueniale in hoc potiſſime diſtingui, ꝙ oẽ pctm̃ hominis reprobi & præſciti ſit peccatũ mortale; & oẽ peccatum prædeſtinati (quamlibet graue ſit) ſit ueniale. Hunc errorẽ confutat diligenter & elegāter in primis Thom. VValdenſis, libro de ſacramentis c. 154. & 155.

VV:Menſis

> finis nõ poteſt per aliquid aliud, qđ ſit intrinſecũ reparari, ſicuti nec error, q eſt circa prima principia: & hmõi peccata dicũtur irreparabilia; illa uero, quæ habent inordinationẽ circa ea, q̃ sũt ad finem, conſeruato ordine ad ultimũ finem, reparabilia ſunt, & uenialia denominãtur a uenia.

Lutherus.

Lutherus uero diſſimili ratione iſtā Theologorũ diſtinctionẽ ſubuertit, & labefactat: dicit. n. oĩa opera, et hominis iuſti, eſſe peccata mortalia, ſed nõ imputari per Dei miſericordiā, ei qui credit in Chriſtum, qui iuſtificat impiũ. Rurſus dicit, idẽ opus eſſe peccatũ mortale, & opus iuſtũ & rectũ. Eſt pctm̃ mortale, quatenus a libero arbitrio proficiſcitur; & eſt opus rectũ & iuſtũ, quatenus a gr̃a procedit, ſicq; elucidat illum locũ Diui Pauli Rom. 7. Mente ſeruio legi Dei; carne aũt legi peccati. Ex qua taĩa ex conſequenti concedit, ꝙ ſimul, & in eodẽ tpe idem homo ſit iuſtus, & peccator; immo ꝙ eadem actio ſimul ſit bona, & mala.

Rom. 7.

Concluſio catholica.

Nihilominus ueritas Catholicæ fidei eſt, ꝙ huius diſtinctionis noĩa non ſunt in ſcholis cõficta; ſed Patres ex Scripturis illa tradiderunt, & ea a multis ſęculis ad nos deducta, perpetua obſeruatione cuſtodimus. Ex peccatis igitur aliud appellatur mortale, ſumta appellatione ex ſcripturis Iacobi primo; Peccatũ uero cũ conſumatũ fuerit, generat mortẽ; & primæ ad Cor. 15. Stimulus uero mortis peccatum feriens ad interiora aĩæ, ut ſeparet gratiā uiuificātẽ ab aĩa. & iccirco appellatur mortale, hoc eſt mortiferũ, faciens animam mori. Dr̃ nihilominus & mortale, quia æterna morte eſt dignũ, & damnatione perpetua, quæ appellatur mors ſecũda, Apoc. 21.

Peccati mortalis appellatio a diuina Scriptura ſumitur.
Iac. 1.
1. Cor. 15.

Apo. 21.
Quomodo qui eſt in peccato mortali dicatur mortuus.

Sed explicandum eſt diligentius, quõ qui peccatum mortale cõmittit, mortuus dicatur, cum interim ſpiret, reſpiret, ac ſingula officia uitæ exerceat? & quõ peccatũ mortale uitā ſpiritualẽ eripiat, ac mortẽ afferat aĩæ peccantis? Certẽ ſicut anima eſt uita corporis, ſic uita animæ eſt ſpũs Dei, dans ei eſſe quoddā diuinum, ſuoq; uigore intus ingenerans uitā ſpiritualem, & diuinæ naturę cõſortem: de quo latius dicemus in materia de gratia. Et quẽadmodũ aĩa uitā corpori non tribuit, niſi quamdiu in ipſo manet debita humorũ & qualitatum ꝓportio: ſic & Spiritus ſanctus nõ uiuificat ſpiritum hominis, niſi quamdiu conſiſtit rectus in ordine ad legem æternam, & obedientiam mandatorũ Dei. Tolle corporis temperaturā per uulnus, aut morbũ, ſtatim aĩa e corpore migrat, & corpus emortuũ relinquitur: tolle per inobedientiam ſubiectionẽ hominis ad legẽ Dei, ſtatim ſe recipit in ſuum principium ſpũs Chriſti cũ oĩbus cariſmatibus uiuificantis gratiæ, nec manet ultrà in homine peccatore, niſi corporea quædā uita, ſine ordine cõfuſa, ſubiecta legi mortis. Ex hĩs, ni fallor, utcũmq; explicatur, quõ peccatum mortale eripiat uitam gratiæ. Veniale aũt peccatum ſic uocarunt Patres, eo ꝙ uenia dignum exiſtat ꝓp exiguitatẽ offenſæ: non. n. prorſus auertit hominem a Deo, neq; ponit inimicitiam inter Deũ, & hominem: de quibus ſcribit Ioannes; Si dixerimus, ꝙ peccatum non habemus, ipſi nos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt; & Iacobi 3. In multis offendimus oẽs: & Prouer. 24. Septies in die cadit iuſtus: in quibus uerbis ſignificatur, eſſe quædā peccata leuia, q̃ hominem iniuſtum, & Dei inimicũ nõ efficiũt. Hæc ueritas definita eſt in Cõcilijs cõtra Pelagiũ, qui exiſtimabat hoĩem ex facultate liberi arbitrij poſſe oĩa peccata uenialia cauere. De hac re diſputat copioſe D. Aug. lib. 4. de natu. & grat. c. 36. & 38.

Veniale peccatum quare ita dictũ ſit.
1. Io. 1.
Iac. 3.
Prou. 24.
Pelagius.
Concil. Mileuit. c. 6. 7. et 8.
Concil. Trid. ſeſ. 6. c. 11. et can. 23.
D. Aug.
Verũ in Scripturis [illegible] differentia inter ueniale et mortale.
[illegible]
[illegible]

Sed ur̃ certe, ꝙ hæc dr̃ia peccati venialis & mortalis in Nouo teſtamento nõ inueniatur. Vna. n. ſola aduerſus oĩa peccata denũcta eſt, dicente Dño; Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati: & rurſum; Sermo quem locutus ſũ, is iudicabit eum in nouiſſimo die: & Ioannes clamat. Qui nõ obtemperat filio, nõ uidebit uitam; ſed ira Dei manet ſuper eũ. Hæc ſunt argumenta D. Baſilij loquentis de his, quæ maiora tñ peccata uitabant, ꝓp quæ ſubiũgit. Primũ quidẽ ſciendũ eſt, in Nouo teſtamento dr̃iam hāc nõ inueniri. Loquitur de peccato mortali & ueniali, ut ur̃. Idem docet Chryſoſt. Vide multa digna lectu, q̃ Hieron. ſcribit in huius rei cõfirmationẽ in epiſtola ad Cteſyphontem, ubi probat non eſſe leuẽ culpā in exiguo cõtẽnere Deũ: & ponit exemplũ in Adā, in uxore Loth, in Semmeia uiro Dei, occiſo a leone, 3. Reg. 13. & in Anania, & Saphira. His oĩbus intẽdẽdũ eſt, id tñ docere, ꝙ quædā peccata, q̃ hominibus leuia uñr, coram Deo ſint mortalia, & grauiſſima qdẽ.

Chryſoſtom. ſerm. de leuium peccatorum periculis.
Hieron.

3. Reg. 13.

Illud et dicat Theologus pro argumenti cõfutatione, ꝙ plerumq; in ſcripturis ſãctis, dum uox, Peccatum, ꝑ ſe ponitur, accipitur pro his, q̃ deliberato aĩo contra legem Dei fiunt, efficiuntq; hominem Dei inimicum, q̃ proprie peccata appellantur, ut Io. 20. Quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis. Hinc et ſñ D. Thomam in hoc articulo, cum peccatũ ueniale committitur, non tam cõtra legem Dei agitur, quā præter legem. quod in ſequentibus diligentius explicabitur.

Ioan. 20.
D. Thom.

Iam eſt ſecunda quæſtio, quõ peccatum ueniale & mortale inter ſe opponantur, & qua rõne diſtinguantur: non. n. de hac re eſt una ſententia Doctorum, ſed uariant in infinitum opiniones. Sed ut ueritas euidentiſſime demõſtretur, cõcluſiones, quę ſequuntur, ſunt obſeruandæ.

Quomodo ueniale et mortale peccatũ differant.

Prima concl. Peccatũ mortale & ueniale non ex eo diſtinguuntur, ꝙ mortale obligat ad pœnam æternā; ueniale uero ad temporalem. nā licet Deus non ſtatuiſſet pœnam ꝓ peccatis, peccatum mortale & ueniale inter ſe diſtinguerentur. v. g. adulterium, & mendacium officioſum. Deinde, qui ſunt in inferno dānati, ꝓlabuntur quotidie in nouas culpas, & nõ in nouas pœnas: ergo peccatũ, ſiue mortale, ſiue ueniale, nõ eſt obligatio ad pęnā. Tertio ſic. Quando quis per ueram contritionem dolet de peccatis, remittitur ei oĩs culpa, ut habet ſana doctrina; ſed nõ remittitur ei omnis pęna, ut omnis Scriptura teſtatur: itaq; poſt remiſſionem peccati manet obligatio ad pœnam: ergo peccatum aliud eſt, quam obligatio ad pœnam.

Prim. concl. ueniale et mortale non diſtinguũtur eſſentialiter ratione obligationis ad pœnam.

Secunda concl. Peccatum mortale & ueniale nõ diſtinguuntur eſſentialiter: quia peccatum mortale æterna pœna ſit dignum; ueniale uero temporali: ſiquidem prius eſt, quod committamus peccata, quam quod ſimus digni ſupplicio, aut pœna. Hac enim de cauſſa pœna & ſupplicio digni ſumus, quia peccamus, ſicuti ſumus digni præmio; quia ſtudioſa opera facimus. Deinde, de ſe notum eſt & perſpicuum, actum inordinatum eſſe peccatum; at non eſt per ſe notũ, quod peccatum ſit dignum ſupplicio, aut præmio apud Deum, & ideo, quod ſit peccatum, nõ recte definitur per hoc, quod ſit dignum pœna, aut ſupplicio.

Secunda conc.

Tertia concl. Peccatum mortale & ueniale non in hoc diſcernũtur, ꝙ peccatum mortale ſit contra finẽ; veniale uero cõtra medium. quod male colligunt quidā Theologi ex littera huius articuli, quā nõ recte intelligunt. Probatur ſic: nā peccata mortalia ſunt cõtra finẽ, & cõtra media. Rurſus, peccata uenialia & contra finẽ, & cõtra media cõmittuntur: ergo ex hoc nõ diſtinguuntur. Antecedens ſic oſtendo. Nā adulterium, quod eſt peccatum mortale, eſt contra medium. ſ. contra caſtitatem, & iuſtitiam. Rurſus, magnum infidelitatis peccatum eſt cõtra finem. Hoc ipſum de peccato ueniali comprobatur: nā mendacium, quod eſt ueniale peccatum, eſt contra medium, uidelicet contra fidelitatem, & ueracitatem; ceterum motus nõ plene deliberatus infidelitatis eſt peccatum contra finem, cum tñ, ut liquido conſtat, ſit peccatum ueniale. Quando ergo docet ſãctus Doctor, ꝙ peccatum mortale eſt cõtra finem; ueniale uero contra medium, ſic explicandus eſt, ꝙ peccatum mortale auertit hominẽ ab ultimo fine, & facit hominem Dei inimicum, eripitq; uitam ſpiritualem, quæ eſt caritas; ueniale uero non eſt contra caritatem, neque auertit hominem ab ultimo fine. & iuxta hanc explicationem ceſſant omnes calumniæ Scoti. in 2. diſt. 21.

Tertia conc.

Quarta concl. Hæc peccata non diſtinguuntur ex eo, ꝙ mortale ſit contra præceptum; ueniale contra conſilium;

Quar. concl.

Scot. 1. Cor. 7.

in quo errat turpiter Scotus in 2. di. 21. q. 1. nã ducere vxoré eſt cõtra cõſiliũ Dñi cõſulentis hoĩbus uirginitaté, & uitã cęlibẽ, dicente Paulo; De virginibus pręceptũ Dñi nõ habeo; cõſiliũ autẽ dotat ducere uxoré, nullũ peccatũ eſt: ergo agere ꝯ cõſiliũ, peccatũ ueniale nõ eſt. Sed argumentabitur fortaſſis aliqs in fauorẽ Scoti.

Obiectio. Argu. primũ.

In primis, hic actus Nolo eſſe religioſus; eſt malus, ſiqdẽ bonus nõ eſt; & ĩ indiuiduo & in exercitio nõ datur actus indifferens, ut ſupra habitũ eſt: at nõ eſt ꝯ pręceptũ, ſed ꝯ ꝯſiliũ. ergo agere ꝯ cõſiliũ, peccatũ eſt. Hoc ipſũ ꝯfirmatur ualido argumẽto. Nã iſte actus, Nolo nũc pœnitere malꝰ eſt, & uitupabilis, nã ĩcludit in ſe hũc actũ, Volo nũc in peccato pmanere. ſed hmõi actus non eſt ꝯ pręceptũ, ſed ꝯ ꝯſiliũ: ſtatum.n. diſputationis cã, ꝙ tunc pręceptũ de ꝯtritione habenda nõ obligat. cũ.n. ſit pręceptũ affirmãs, ꝓ oĩ tpe non obligat: iã uero ducere vxoré, eſt ponere obicem Spũi ſctõ, q̃ ſemp ſollicitat & mouet ad meliorẽ ſtatũ: eſt igitur malus actus, cũ tñ nõ ſit niſi ꝯtra ꝯſiliũ. Hoc idẽ cõfirmatur.

Tertium.

Nã q uouit, aut ꝓmiſit ſe facturũ ꝯ Dei conſilium, ex oĩum Theologorũ ſuffragio peccat, qa ponit obicẽ Spũi ſctõ, & ſe obſtringit ut conſiliũ Dei ſequi nõ poſſit: ergo ducere uxoré, peccatũ eſt, ſiqdẽ ducere vxoré, eſt ponere obicẽ Spũi ſctõ, & ſe veluti obſtringere ad ſtatũ, in quo ꝯſilium Dei de uirginitate ſectanda ſequi ſit impoſſibile. Sed hęc argumẽta facilime ꝯfutãtur.

Solutio. Ad primum.

Nã ad primũ dicendũ eſt, ꝙ ille actus ex obiecto indifferẽs eſt, ſed ex circumſtãtijs in exercitio opis, põt eſſe ſtudioſus. ut ſi qs dicat; Nolo eſſe religioſus, nec ſectari vitã cælibẽ, qa imbecillus ſum, & infirmus, labores religionis ferre nõ potẽs.

Ad ſecundũ.

Ad ſm arg. viri doctiſſimi dicũt, illũ actũ eſſe peccatũ ueniale. vẽ.n. ꝙ obiectũ huius actus, qđ eſt non pœnitere, nullã habeat bonitatẽ: ſed certe argm̃ ꝓpoſitũ nõ ſoluunt. Nã cum in illo tpe nõ ſit obligatio ad pęnitentiã habendã, neq; ulla lege id ſit pręceptũ, nõ apparet qũo obiectũ illud malũ ſit. Propter qđ dicendũ eſt ꝓ cõfutatione argumẽti, ꝙ ille actus quãq̃ ex obiecto uideatur indifferens, aut in malũ ſonare ex circũſtãtiis põt eſſe ſtudioſus, ut ſi qs pdicaturus, aut lecturus dicat inter ſe ſe, Nunc tẽpus eſt legẽdi, aut pdicãdi; pęnitentia uero peccatorum in aliud tẽpus differatur: certe in hoc opere nihil eſt culpabile, aut uitupatione dignũ.

Ad tertium.

Ad tertiũ arg. dicendũ eſt, nõ eſſe peccatum ponere obicẽ ad altiorẽ ſtatũ, in his ad q̃ nõ tenemur ex pręcepto, aut lege. Ad cõfirmationẽ dicendũ, ꝙ q uouit facere ꝯ cõſiliũ, nõ ex eo peccat, qa interponit obicẽ ad altiorem ſtatũ, ſed qa ꝓmittit Deo ut rem acceptã & gratam, illud qđ Deo nõ placet, neq; gratum eſſe põt: q̃q̃.n. non diſpliceat Deo ꝙ nõ ſequaris eiꝰ ꝯſiliũ, diſplicet tñ ꝙ ꝓmittas ei nũq̃ ſecuturũ eius cõſilium.

Quinta concl.

Quinta concl. Peccatũ mortale & ueniale nõ ex eo differunt, ꝙ oẽ peccatum pſciti & reprobi ſit peccatũ mortale; & oẽ peccatum pdeſtinati ſit ueniale. ſic intelligunt iſtã diſtinctionẽ hæretici, VVicleph & Lutherus, ſed hæretico falluntur ſpũ: nã cõſtat ex Scripturis, reprobos feciſſe peccata uenialia, & prædeſtinatos multa peccata mortalia, ut patet in Paulo, in Magdalena, & reprobis aliqñ sũt dimiſſa peccata, ut uidere licet ĩ Saul, & Iuda.

Lutherus. VVicleph.

Sexta concl. Gerſon. Almayn.

Sexta ꝯcl. Peccatũ mortale & ueniale ex ſeſe differunt, & nõ tm̃ ex Dei grã & mĩa. Hæc ꝯcluſio ſtatuitur ꝯtra Gerſonem, qui in 3. p. ſuæ Theologiæ, titulo de vita ſpũali, lect. 1. quem ſeqtur Almain tit. 3. c. 20. opinatus eſt, ꝙ oẽ peccatũ veniale, ẽt uerbũ otioſum, de ſe eſt peccatũ mortale, & meretur ſupplic. ũ ęternũ; ſed ex miſericordia Dei & clemẽtia ſunt qdã peccata leuia, q̃ ad pęnã tpalem nobis imputãtur. Sed iſtorũ ſnĩa eſt abſurdiſſima, & fauet hęreſi Lutheranę: nã ſi oẽ peccatum eſt mortale, cũ ex diuina reuelatione nõ cõſtet aliqđ genus peccati ex Dei clementia factum fuiſſe ueniale, ꝯſequens eſt oẽ peccatũ eſſe mortale. Qđ eſt hæreticũ. Deinde, eſt ꝓrſus impoſſibile, ꝙ peccatũ Deo nõ diſpliceat: eſt.n. euidẽs ꝯtradictio ꝙ ſit peccatũ, & odio nõ habeatur a Deo: ergo eſt ꝓrſus impoſſibile ꝙ Deo nõ diſpliceat peccatũ, q̃tũ ipſũ peccatũ meretur. Præterea ſi peccatũ mortale ex Dei mĩa põt fieri ueniale. ergo peccatum mortale ex Dei grã & mĩa poterit ad culpã nõ imputari. qđ ẽ fauere hæreſi Lutheranę: aiũt.n. Lutherani, oẽ opus iuſti eſſe peccatũ mortale, ſed nõ imputari in peccatũ credẽti in Chrm, q iuſtificat impiũ.

Argum. Gerſonis.

Sed uideamus quibus argumentis hãc opin. pdicti auctores ſibi pſuaſerũt.

Prim. argu.

Primũ arg. ſic hẽt. Peccatum ueniale põt puniri a Deo pęna ęterna, ĩmo annihilationis pęna, ut cõſtat: ergo oĩs offenſa ẽ mortifera ſm̃ rigorẽ iuſtitiæ. Antecedens ſic ꝓbatur: qa nulla pœna eſt tã mala, ſicut culpa, & offenſa Dei uel minima, ꝓpter qđ potius eſt tolerãda ab hoĩe vniuerſa pœna, etiã annihilationis, quã vt pctũ uel minimũ cõmittat.

Secundum.

Secũdo ſic. Peccatũ ueniale de facto in inferno punitur pœna æterna, ut antea dictũ eſt: & Deus nõ eſt iniuſtus: ergo meretur illã.

Tertium.

Tertio ſic, q̃libet offenſa Dei uel exigua niſi remittatur, expelleret & excluderet hoĩem a gloria Dei in ꝑpetuũ, alias maneret culpæ dedecus ſine decore iuſtitiæ: ſed ꝙ culpa remittatur, eſt ex pura liberalitate Dei remittentis & condonãtis: ergo de ſe oĩs offenſa mortifera eſt.

Quartum.

Deĩde, ꝓ infinito bono nõ dẽt cõmitti offenſa uel minima, ſic adeo ut ſi qs bonũ infinitũ poſſideret, iuſtiſſime illo bono ꝓ offẽſa cõmiſſa ſpoliaretur: ergo infinite eſt demeritoria oĩs offenſa.

Confir.

Idẽ cõfirmatur. Nã maius damnũ mihi infert, q eſt in cã ut peccẽ venialiter, q̃ q furatur rẽ familiarẽ meã: ſed q furatur rẽ familiarẽ, peccatũ mortale cõmittit: ergo q eſt auctor vt peccẽ venialiter, peccatũ mortale ꝯmittit.

Quintum.

Pręterea, cõſtituamus hoĩem in puris naturalibus, id eſt, neq; ad gratiã, neq; ad gloriã deſtinatum: rurſus cõſtituamus hunc hoĩem peccare uenialiter, & mori in peccato ueniali, certe tale peccatũ punietur pœna æternaſi hẽc hõ vñ ſoluat. ſ. grãm: peccatũ ergo veniale de ſe meretur pœnã ſẽpiternã.

Vltim.

Vltimo, peccatũ veniale nõ eſt remiſſibile, niſi ꝑ gratiã & acceptationem diuinã: ergo de ſe irremiſſibile eſt. Ex hac doctrina deducit Gerſon nõnulla dogmata. In primis, ꝙ nulla offenſa Dei eſt venialis de ſe, ſed ſolũ ex diuina grã & mĩa; & ꝙ diſtĩctio peccati mortalis & venialis nõ ẽ eſſẽtialis, ſʒ ſolũ ꝑ reſpectũ ad diuinã mĩam. Deĩnd, ꝙ nullũ peccatũ mortale cõſidrãdo Dei offenſã ẽ minus alto, niſi vnũ infinitũ poſſit eſſe minus alio: qa oẽ peccatũ eſt de ſe infinita offenſa Dei. Tertio infert, ꝙ nõ minus obligamur ad grãrũ actionẽ, ex eo ꝙ venialia nõ imputat ad mortẽ & dãnationẽ ęternã, q̃ ex eo, ꝙ remittit & cõdonat mortalia. Quæ oĩa ſunt falſiſs. & periculoſiſs. in vera doctrina. Et qñ aliud argm̃ nõ ſuppeteret ad huius auctoris opinionẽ cõfutãdam, hoc ſatis ꝓ magno arg. eſt, ꝙ ex ea opinione talia dogmata cõficiãtur.

Soluuntur argumẽta Gerſonis. Ad primum.

Sed argumẽtis obiectis reſpõdeamus. Ad primũ argm̃ rñdetur, ꝙ licet Deus poſſit iuſte punire peccatũ vel minimũ pœna æterna, qñ cõiũgitur cũ mortali, cuius cãm in ſeq. explicabimus; at vero nõ eſſet punitio iuſta, ſi ꝓ ſolo peccato veniali qs puniretur pœna ſẽpiterna, ex quo ſeqtur, ꝙ licet Deus q eſt Dñs vitæ & mortis, poſſit hoĩem hñtem peccatum ſolũ veniale cruciare pœna ſempiterna & annihilationis; hæc tñ ꝓprie pœna nõ eſt, q̃ correſpõdeat peccato: nã ẽt hoĩem iuſtũ, & alioq innocentẽ põt mittere in gehẽnã ignis, vt ſupra indicatũ eſt. Ad ꝓbationem uero qua ꝓbatur antecedens, dicẽdũ eſt, ꝙ malũ culpæ maius eſt q̃ malũ pœnæ: pœna nãq; eſt ꝓpter culpã. cęterũ cum peccatum veniale ſit leuis culpa, æquũ eſt ut leuiſſima pęna puniatur. Deĩde dico, ꝙ punire pęna æterna in gñe mali pœnæ, maius malũ eſt, q̃ peccatũ veniale in gñe culpæ: culpa.n. venialis in ſuo gñe ẽ leuis & exigua: punire vero pœna æterna in gñe mali pęnę eſt ſũmũ malũ, & ideo nõ eſt iuſtũ, vt tã illa culpa, tã graui pœna puniatur. Sed & illud dicendũ eſt, ꝙ malũ culpæ, & malũ pęnę sũt diuerſarũ rõnũ, & iõ cõparari nõ poſſũt.

Ad ſecundũ.

Ad ſm arg. dicendũ eſt, ꝙ peccatũ veniale punitur ĩ inferno pęna ęterna rõne ſtatus, qa hõ eſt extra ſtatũ merẽdi & ſatisfaciẽdi.

Ad tertium.

Ad tertiũ arg. dicẽdũ, ꝙ ſi peccatũ ueniale nõ eſt cõiũctũ cũ mortali, falſum eſt qđ dicit Gerſõ, ꝙ excludat & expellat a vita gloriæ. nã ipſe Deus ex lege quã ſtatuit, tenet dare glorię regnũ amicis ſuis, nõ obſtãte peccato veniali: qđ qdẽ ex ipſa lege grãæ quã ſtatuit Deus ſuis amicis, ẽt ſi ĩ hac vita pn̄iam nõ agãt, ſtatĩ remittitur ex natura ſtatus, cũ aĩa emigrat a corpore, q̃uis ꝓ pœna in Purgatorio detineant. Vel dicẽdũ, ꝙ q̃q̃ peccatũ ueniale a conſecutione gloriæ nõ nihil impediat, nõ inde ẽ cõſequẽs ꝙ mereatur excluſionẽ a regno, ſʒ dũtaxat ſeqtur, ꝙ ſit defectus & imꝑfectio, quãlis oĩs a vita beata procul abeſſe dẽt. Sane obligatio ad pſoluẽdã pęnã in Purgatorio nõ eſt peccatum, nec mortale, nec veniale; at niſi pęna pſoluta ſit, ad regnũ cælorũ nũq̃ puenitur.

Ad quartum.

Ad quartũ dicẽdũ eſt, peccatũ veniale nõ eſſe cõmittẽdum ꝓ quocumq; bono tpali, nõ ꝙ ſit

grauius,

grauius, aut minus graue detrimentũ; ſed qm̃ de ſe malũ eſt, & rõni diſſentaneũ, & ob id nulla rõne cõmittẽdum, nec ꝓ ſeruãda qdem oĩum hoĩum ſalute. Illud vero, qđ addit Gerſon ex merito peccati venialis promereri hominẽ, vt ſpolietur bono quocũq;, ẽt infinito, qđ poſſidet, falſiſſimũ eſt nõ.n.qui peccat venialiter, meretur pdere caritate Dei, & vitam grãæ. qđ et ex humanis cõijcere licet; nã ſi amicus pcra amicũ leuẽ offenſã cõmittat, nõ ꝓinde meretur, vt amicitiã & amorẽ amittat, ẽtſi amicũ offendere ꝓ vlla re mũdi nunq̃ liceat. ſic ſane peccatum veniale ꝓ quocunq; bono nõ eſt admittendũ; ſed ſi cõmittatur, non meretur tã graue pœnã, vt oĩbus bonis, q peccauit, ſpolietur.
Ad confir. Ad cõfirmatione rñdetur, ꝙ licet q inducit me ad pctũ veniale, maius detrimentũ inferat, q̃ q a me furatur rẽ familia.ẽ, non ſeqtur ꝙ peccet mortaliter nã eſt detrimentũ alterius ordinis, ſicut ſupra expoſitũ eſt.
Ad quintum. Ad qntũ rñdetur, ꝙ ſi hõ cõditus ĩ puris naturalibus peccaret venialiter, & moreret̃ in illo, puniretur pœna æternaĩ nõ haberet vnde ſolueret. Vel dicẽdũ, ꝙ hoĩ pdito in puris naturalibus Deus ꝓuideret de remedio tũ peccati mortalis, tũ peccati venialis, ne eſſet in ſẽpiternũ miſer.
Ad vltimum. Ad vltimũ arg. dicẽdũ eſt ꝙ nullũ peccatũ de ſe ẽ remiſſibile poſitiue, qa nullũ pcm̃ ponit grãm, & caritatẽ, q ẽ remiſſionis pricipiũ: pcm̃ vero veniale ẽ remiſſibile negatiue i. de ſe nõ hẽt, quare nõ poſſit remitti, qa d ſe nõ priuatur caritati, ſed pcm̃ mortale eſt irremiſſibile poſitiue, qm̃ caritati & amicitiæ aduerſatur. Hactenus docuimus, q̃uo pcm̃ mortale & veniale inter ſe nõ diſtiguãtur: ſupeſt exponere veras rõnes drĩæ inter pcm̃ mortale & veniale, quas hic pſeqtur D. Th. Vna ẽ, ꝙ pcm̃ veniale nõ tã eſt ꝯ legẽ, q̃ pter lege. Hãc rõnẽ ẽt ĩ æ ptituit hic D. Thõ ĩ ſolõne primi, quã ẽt cõſtituit i 2. d. 42. idẽ ſẽtit Magiſter in d. 35. Dur. vero in 2. diſt. 42. tenet pcra vniuerſos Theolog. ꝙ pctũ veniale ꝓprie ſit ꝯ legẽ & q peccat venialiter, ꝓprie agat ꝯ lege. Idq; oſtẽdit eſſe verũ his argugumẽtis.
Peccatum veniale eſt præter legem. D. Thom. Mag. ſenten. Durandi opinio. Argum. Durandi.
Primũ argum. 1. Ioan. 1. Eccl. 7. In primis pctũ veniale in diuinis ſcripturis abſolute vocatur pctũ, Si dixerimus, qa pctũ nõ hemus &c. & Nõ ẽ hõ q nõ peccet. ergo ſm̃ Scripturę ſtylũ & phraſi pcm̃ veniale eſt ꝯ legẽ Dei.
Secundum. Deĩde, mẽdaciũ eſt ꝯ dictamen legis naturalis, & furari rẽ minimã ẽ ꝯ pceptũ legis negatiuũ, Nõ furaberis.
Tertium. Vltim. diuiſio peccati in mortale & veniale, eſt diuiſio gñris in ſuas ſpẽs, ſicut diuiditur animal in hoĩem & equũ. ergo definitio pcti in gñe ꝯpetit pctũ veniali. Definitio aũt pcti ſic hẽt. Eſt dictũ, vel factũ, vel cõcupitũ ꝯ legẽ Dei. Sed certe Dur. ſine rõe deſerit modũ loquẽdi antiquorũ, q verissim' eſt, & diuinis lr̃is pſẽtaneus: nã Matt. 19 dr̃. Si vis ad vitã ingredi, ſerua mãdata.
Mat. 19. At q tñ peccat venialiter, nõ ſolũ ad vitã grãæ ingreditur, ſed eã hẽt. ergo ſeruat mandata, vnde nõ agit ꝯ mãdatũ.
1. Ioan. 2. Scribitur ẽt. Si quis dixerit, qm̃ diligo Deũ, & mãdata eius nõ ſeruat, mendax eſt. ſed q tm̃ peccat venialiter, & pctõ veniali tm̃ tenetur, diligit Deũ ſup oĩa. ergo ſeruat mandata, nõ ergo agit ꝯ mãdatũ.
Rom. 13. Sed & Paulus dicit, q diligit ꝓximũ legẽ impleuit; & rurſus, Plenitudo legis ẽ dilectio. Sed q tenetur tm̃ pctõ veniali, diligit ꝓximum & Deũ. ergo implet legẽ, ac ſubinde ꝯ legẽ nõ agit.
1. Tim. 1. Vltimo, q tenetur tm̃ pctõ veniali non agit ꝯ caritatẽ, q eſt finis legis, dicẽte Paulo; Finis pcepti eſt caritas, igitur non agit ꝯ legem. Sed inſtat Dur. ſi hęc ita ſe hñt, ſeqtur, ꝙ veniale pctũ nõ ſit vere & ꝓprie pcm̃.
Caie. Ad hoc Caie. hoc in loco libere cõcedit, nõ eſſe ſimpliciter & ꝓprie pcm̃, ſed ſm̃ qd. & Dur. in loco dudũ citato idẽ cõcedit de pctõ veniali, qđ cõmittitur p actũ impfectæ deliberatiõis: qđ & ꝓbat optima rõne. nã nõ pcti pſiſtit in volũtate, & deliberatione, vt. ſ. q agit, plene ſecũ deliberet prius q̃ exeat in actũ. ergo vbi eſt impfecta deliberatio, impfectũ pctũ eſt.
Tripliciter aliquid dicitur peccatum ſecundum quid. Sed multo elegãtius Dñs Caie. nobis tradit, ꝙ tribus modis pcm̃ aliqđ dr̃ ſm̃ qđ pctũ, & impfecte; tũ ex impfectione deliberationis, vt motus nõ plene deliberatus infidelitatis; tũ ex parte obiecti & materiæ; tum vero ex parte præcepti, qñ præceptũ non eſt neceſſarium ad amicitiã cũ Deo habendã, vel cõſeruandam, ut uerbum otioſum. Itaq; auctore Caie. oẽ pctũ veniale vndecunq; prouenerit, eſt pcm̃ ſm̃ quid & impfecte. & hæc eſt ſñia D. Thomæ aperta in ſolutione primi. Sed vt hæc euidentius explicentur, mihi videtur dicẽdũ, ꝙ hæc quæſt. Vtrũ peccatũ veniale ſimpliciter, & ſine addito ſit appellãdũ pctũ eſt cõtrouerſia de noĩe; certum tñ eſt exploratũ, quod in ſacra pagina ſimpliciter, & ſine addito appellatur pcm̃ illud ẽt ꝓ certo habendũ eſt, ꝙ pcm̃ veniale cõparatũ mortali, eſt imperfectũ pcm̃, & ſm̃ quid. Iterumq; ẽt in Scripturis, dũ vox, Pcm̃, per ſe ponitur, accipitur pro peccato mortali, qđ efficit hoĩem Dei inimicum: vt
Ioan. 20. Io. 20. Quorũ remiſeritis peccata, remittũtur eis. & Io. 8. Qui facit pcm̃ ſeruus eſt pcti. Nihilominus mihi vr̃ ꝙ abſolute & ſine addito, pcm̃ veniale ſit appellãdũ pcm̃. Nec tñ ſequitur, vt argumentatur Dur. ꝙ abſolute & ſine addito ſit ꝯ legem: nam cum D. Aug. definit pcm̃ eſſe dictũ vel factũ, vel concupitũ cõtra legem Dei, definit pctũ, qđ eſt potiſſime peccatũ, cuiuſmodi eſt peccatum mortale vel dicendũ (& hæc eſt exactior huius rei explicatio) ꝙ dupliciter pctũ aliquod eſt contra legem, tum quia eſt contra intentionẽ legis, & contra caritatem, quæ finis legis exiſtit, ſm̃ quem modũ ſolũ pctũ mortale eſt contra legem; tum vero, quia eſt ꝯ virtutẽ, & cõtra rõnem, atq; adeo contra dictamen rectæ prudentiæ, & iuxta hunc ſenſum pcm̃ veniale eſt ꝯ legẽ, mendaciũ n. officioſum eſt contra veritatem, & ꝯ dictamen rectę rationis.
Aug. definit. peccati mortale.
Solutio argu. Durandi. Ad primum. Ex his, ni fallor argumẽta Durandi, ſolutionem hñt. Nam ad primũ dicendũ, dũtaxat oſtẽdere, ꝙ peccatum veniale ſit ſimpliciter pcm̃, qđ nos libere cõcedimus.
Ad ſecundũ. Ad ſm̃ dicẽdũ eſt: iam eſſe liquidum ex dictis quẽadmodũ pcm̃ veniale vno in ſenſu ſit ꝯ legẽ, in alio vero minime.
Ad tertium. Peccati diuiſio analogica. Ad tertiũ ẽt ex dictis facile ſatiſfieri põt. ſed ſciẽdũ, ꝙ auctore D. Th. in ſolutione primi, pcm̃ analogice dr̃ de pcm̃ mortali, & pcm̃ veniali quapp cum diuiditur pcm̃ in pcm̃ mortale & veniale non eſt diuiſio generis in ſuas ſpecies, ſed analogi in ſua ſignificata diſplicet hęc Dur. in loco citato. Sed qm̃ res eſt minimi momẽti, ab eius rei defenſione ſuperſedendũ eſt, vt ad difficiliora traſeamus. Habemus ergo ex D. Th. primã rõnẽ differentiæ inter pcm̃ mortale & veniale, ſed potiſſima rõ diſtinctionis apud D. Th. eſt, ꝙ pcm̃ mortale eſt ꝯ finẽ, veniale uero ꝯ mediũ ordinatũ ad finem. hũc modũ dicẽdi calumniatur Scotus, vt antea dictum eſt in ſcđo, diſt. 21. ſed defendit illum Caie. & certe defenſio, & Apologia minime eſt difficilis: nam ſñia D. Thomæ eſt, ꝙ pctũ mortale auertit ab vltimo fine, & facit hoĩem Dei inimicum, eripitq; vitã ſpiritualẽ, quæ eſt caritas; pctũ vero veniale non eſt contra caritatẽ, neq; auertit hoĩem ab vltimo fine & hoc eſt dicere, ꝙ pcm̃ mortale ſit contra finẽ, veniale vero non ſit contra finẽ.
Potiſſima differentia inter peccatum mortale & veniale. Scot. Caiet.
Tertiã rõnem differentiæ perſequitur D. Tho. in ſolutionibus argumentorum, quæ, vt verum fatear, obſcuriſſima eſt. Scribit.n.D. Tho. peccatum mortale & veniale in hoc diſcriminari, ꝙ in pctõ mortali conſtituitur vltimus finis in creatura, & q peccat mortaliter fruitur creatura; at qui peccat venialiter, nõ cõſtituit vltimũ fine in creatura, neq; fruitur ea, ex qua ſequitur alia drĩa ꝙ qui peccat mortaliter, conuertit ſe ad bonũ cõmutabile, & auertitur a bono incõmutabili, q vero peccat venialiter, licet ſe cõuertat inordinate ad bonũ cõmutabile, nõ auertitur a bono incõmutabili. Iſtæ duæ drĩæ in magnũ diſputationis cãpũ nos cõijcerẽt ad ediſſerẽdũ; quẽadmodũ qui peccat mortaliter, cõſtituat vltimũ finẽ in creatura, itẽ ad explicandũ, quẽ finẽ hẽat pcm̃ veniale, Deũ, an creaturã? niſi iſtæ quæſtiones magno agmine argumentorũ & defenſionũ fuiſſent a nobis explicatæ, ſupra q. 1. Quapropter, his prætermiſſis, ad aliã dubitationẽ accedamus.
Verum omnis qui agit contra præcepta peccet mortaliter. Caiet. Alia q̃ſtio ſolet moueri: Vtrũ oẽ pceptũ obliget ad pctũ mortale, ita, vt ſit cõſequens, Agit ꝯtra pceptũ, ergo peccat mortaliter. Quæſtionẽ iſtã eleganter tractat Caie. in opuſculo 17. quæſtionũ q. 11. in hunc modum. In primis ſtatuendum eſt pro certo, hoc differre inter præceptũ & conſilium, ꝙ cõſilium eſt de his bonis, quorũ oppoſita mala nõ ſunt: datur enim conſiliũ de virginitate, quã ſi quis noluerit ſeruare, non peccat: pceptũ aũt eſt de his bonis, quorũ omiſſio mala eſt: ſciẽ.n. illi actus virtutũ cadunt ſub præcepto, quorũ omiſſio eſt peccatũ, vt patet inducẽdo ſingula & propterea Apoſtolus dicit: De
1. Cor. 7. virginibus præceptũ non habeo, cõſiliũ aũt do & ſubdit, Si nupſerit virgo, non peccat. hẽt ergo præceptũ pro materia præcepta, actum bonum, cuius oppoſitum eſt pcm̃, & vice verſa omne peccatum opponitur alicui præ-

cepto

cepto Dei n... ita ue..dũ eſt pro certo, ꝙ actus trifariã diſt... untur, ... ſunt indifferentes, aut cadunt ſub conſilio, aut uero ſub pcep° certũ autẽ eſt ꝙ indiffe... ... uel ea quæ cadunt ſub conſilio, agendo, uel omittendo pctm̃ non eſt. reſtat igitur ut quod pctm̃ eſt, opponatur cõmiſſioni, uel omiſſioni præcepti. Ex quibus principiis ... ſequitur, non quidquid cadit ſub præcepto, unicuiq; hẽc mortale, niſi q putet oẽ peccatum eſſe mortale. Itaq; cõſentit hoc argũ, oẽ peccatũ opponitur præcepto, & non omne pctm̃ eſt mortale: ergo al quod peccatũ quod nõ eſt mortale, eſt contra pceptũ, ex quo cõſeques eſt, ꝙ non oe præceptũ obligat ad mortale. Sed ut hoc euidẽtius pateat, intelligẽdũ eſt, ꝙ præceptorũ duplex eſt genus. In primo genere ſunt præcepta, quæ præcipiũt actus bonos, qui ſunt neceſſarii ad habendam uel conſeruãdam caritatẽ Dei uel proximi, & quorũ contrarii aduerſãtur caritati, cuiuſmodi eſt pceptũ de credendis articulis fidei, de reddẽdo unicuiq; qđ ſuum eſt: quorũ contraria ut infidelitas, & iniuſtitia, caritati & iuſtitiæ maniſeſtẽ aduerſantur. In ſecundo genere exiſtunt quorũ act° non ſunt neceſſarii ad caritatẽ, uel habẽdã, uel conſeruãdã, & quorũ contrarii non diſſipant caritatem, ut ſunt præcepta quæ præcipiũt affabilitate, urbanitate, ueritatem in dictis & factis: ex eo, n. ꝙ quis mentiatur iocoſe, aut paululum ſit triſtis, nõ propterea lædit amicitiam Dei neq; hoĩum. & hæc pcepta nõ obligãt ad mortale. Ex hac doctrina ſequitur, ꝙ qñ ſupra dictũ ẽ, cũ qui peccat uenialiter, nõn agere contra mãdatũ, ſed præter mandatum, eſſe intelligendum de mãdato præcipuo, quale eſt illud quod iubet neceſſaria ad caritatem. Ex eadem doctrina deducit Caiet. multa eſſe & innumera præcepta iuris poſitiui moralia, quæ non obligant ad mortale, ut eſt præceptum de ieiunio, quod ex ui ſua (ut exiſtimat Caieta.) non obligat ad mortale, ſed tantum ex conſuetudine, & iterpretatiõe Doctorũ. Hæc doctrina Caie. uera eſt: ſed quod pducit in exemplũ, ue. ſi. nõ eſt: nã lex ieiunii eſt lex grauis; & oĩs lex in materia graui obligat ad peccatum mortale, ut dicetũ eſt ĩ materia de legibus: ſed hoc non pertinet ad præſens inſtitutum.

Præceptorũ duplex genus.

ART. SECVNDVS.

Vtrum peccatum mortale & ueniale differant genere.

SVMMA TEXTVS.

Pri. conc. PRima concluſio. Peccatum ueniale ex euentu non differt genere a peccato mortali. dicitur peccatum ueniale ex euentu, quod iam conſecutum eſt ueniam, & ſic dicit Ambroſius, ꝙ omne peccatum per pœnitentiam fit ueniale. *Secũ. cõc.* Secunda concluſio. Peccatũ ueniale ex cauſſa nõ diſtat genere a peccato mortali. vocatur ueniale ex cauſſa qđ habet aliquid diminuẽs culpã, vt pctm̃ ex ignorantia vel ex animi perturbatione. *Ter. conc.* Tertia cõcluſio. Peccatum ueniale ex gñe ſuo diſtat genere & ſpecie a peccato ꝙ eſt mortale ex gñe ſuo, ita quod aliquod peccatũ dicitũ veniale ex genere ſuo, & aliqđ mortale ex gñe ſuo, ſecũdũ quod genus vel ſpecies determinantur ex obiecto: nã ſi voluntas fertur in aliquid qđ ſecundũ ſe repugnet caritati, per quã homo ordinatur in vltimũ finem, illud peccatum habet ex ſuo obiecto ꝙ ſit mortale. & ſic appellatur mortale ex genere ſuo, ſiue ſit cõtra Dei dilectionẽ vt blaſphemia & periuriũ; ſiue cõtra dilectionẽ proximi vt homicidium & adulterium. quando vero volũtas fertur in id qđ ĩ ſe cõtinet quãdã inordinationem, non tamen contrariatur dilectioni Dei & proximi, ſicut verbum otioſum, riſus ſuperfluus, & ſimilia, talia ex ſuo genere ſũt peccata venialia. *Vlt. conc.* Vltima concluſio. Peccatum veniale ex genere ſuo poteſt fieri mortale ex parte operantis, vel qa in eo cõſtituit vltimum finẽ, vel quia ordinat ipſum ad aliquid qđ de ſuo genere eſt pctm̃ mortale vt ſi aliquis ordinat verbum iocoſum ad adulterium committendum: ſimiliter etiã ex parte agentis cõtingit aliquod peccatũ ex genere ſuo mortale, fieri veniale: qa act° eſt imperfectus, & non plene deliberatus, vt patet in ſubitis motibus infidelitatis.

ART. TERTIVS.

Vtrum peccatum veniale diſponat ad mortale.

SVMMA TEXTVS.

Pri. conc. PRima concluſio. Duplex eſt diſpoſitionis genus: quædam diſponit directe; alia uero indirecte: diſpoſitio. n. eſt quodammodo cauſſa eius ad qđ diſponit: vnde ſecundum duplicem modum cauſſæ, erit duplex diſpoſitionis genus: eſt. n. cauſſa quædam mouens directe ac effectum, ſicut calidum calefacit: eſt ẽt cã indirecte mouens remouẽdo prohibens, ſicut remouens colũnam, dicitur mouere lapidẽ ſuper impoſitum: iuxta quẽ modum actus peccati dupliciter ad aliquid diſponit. Ad cuius rei expoſitionẽ ſtatuitur. *Secũ. con.* Secunda concluſio. Peccatũ ueniale ex genere nõ diſponit directe ad mortale ex genere: nã actus diſponit directe ad actum ſimilem ſecũdum ſpeciẽ; peccatum uero mortale ex genere, differt ſpecie a peccato ueniali ex gñe.

Ter. conc. Tertia cõcluſio. Peccatum veniale poteſt diſponere per quandam conſequẽtiam ad mortale qđ ẽ mortale ex parte agẽtis, quia augmẽtata diſpoſitione uel habitu p actus peccatorũ uenialium, libido peccãdi pt in tãtũ creſcere, ꝙ ille q peccat finem ſuũ cõſtituat in peccato ueniali. Vnicuique. n. habenti habitũ inquantum huiuſmodi, finis eſt operatio ſm̃ habitum: vñ multoties peccãdo venialiter ad pctm̃ mortale diſponetur.

EXPLICATIO ART.

EX doctrina huius art. duo ſunt obſeruanda. Alterũ eſt, ꝙ ẽ aliqđ peccatũ mortale. qđ non differat ſpecie a peccato ueniali, ſicut furtũ paruũ, & magnũ: furtũ. n. paruũ ex ſuo genere ẽ pctm̃ mortale, ſed ex leuitate & exiguitate materiæ eſt pctm̃ ueniale. Alterũ eſt, ꝙ pctm̃ illud dicitur mortale ex ſuo gñe quod hẽt obiectũ repugnãs de ſe caritati Dei uel pximi; peccatum uero ueniale ex genere eſt qđ hẽt obiectum caritati non repugnãs: quæ ẽ uera & genuina differẽtia inter pctm̃ mortale & ueniale quã hic paucis ỹbis cõprehẽdit diuinus Doctor.

EXPLICATIO ARTIC.

DE peccatorũ uenialiu periculis, & quo modo ſint cauenda, diligenter loq... ... optime & chriſtianiſſime Dñs Cai. admonetq; uiros Chriſtianos vt magnopere caueãt le-

G g uium

uiam peccatorum pericula, & de illis confiteantur ſigillatim, quippe quæ multis modis diſponant ad mortale, & multa licet non afferant incommoda: impediunt .n. feruorē caritatis, faciunt homines tepidos, quos Deus ſolet euomere. De eadem re D.Aug. & D.Hieron. habent multa lecta digna: utinam. (inqt Hierony.) creatorem non in cælo tantum miramur, & terra, Sole, Oceano, elephātis, equis, bobus, pardis, urſis, leonibus, ſed ēt in minutis quoq; animalib. formica, culice, muſcis, vermiculis, & iſtiuſmodi genere, quorū magis ſcimus corpora quā nomina, eādemq; in cūctis uenetamur ſolertiam: ita mēs Chriſto dedita, æque & in maioribus, & in minoribus intēta ē, ſciēs ēt pro otioſo uerbo reddēdam eſſe rationem: unde ēt, ſermonē Chriſoſ. de leuiū peccatorū periculis optimum. Sed & D.Baſiliū lege loquētē de his qui maiora tātū peccata uitabāt. Sed & philoſophi d hac re mirum in modū philoſophantur. Plutarch' ſic ſcribit: Vt qui deſperat ſe fore diuitē largi' impendit; at q iā ſpe uicinus ē opulento, is nec puſillum cōtemnit lucellum, nec minimis parcit: ita qui cōfidit ſe fore bonū uirū; & minima uitia ſtudet corrigere, & nihil negligit, quod aliquo mō conducat ad bonā mētē. Seneca ait: Vt initia morborū, quis leuia, ſerpūt, ita ſi uitia & affectus uel leuiſſimos ſemel admittas, creſcunt & augeſcūt. Celebratur & Mimus Publianus (ait q̄ la au⁴tor) admodū, pueib ali ſpecie: Etiā capil'vn' het umbrā ſuā .i. quātumuis puſillum commodum iuuat, quātumuis exiguum delictum nocet. Itē prouerbiū, Etiā minutula pluuia imbrem parit: quoties res initio puſilla creſcit in maius, quemadmodum apud Plautum, nunc inte cadunt folia, poſt cadent arbores. Quare in minutis uigilandum, ne paulatim incidamus in maxima incōmoda, admonēte Prouerbio: Maiora perdes, parua ni ſeruaueris. Cui ſimile ē illud, Aſſidua ſtilla ſaxū cauat, qd admōet nihil eſſe tā durum qd nō emolliatur, nihil tā arduū qd nō efficiat aſſiduitas. Plinius tradit Iuenirī ſilices formicarū pedibus atritas, idq; grauiſſimum exemplum eſſe putat quantam uim habeat aſſiduitas, etiam in minimis. Vnde Aug. Dicis peccatum quidem eſt, ſed tñ paruum eſt, nec nos dicimus quia capitale peccatum eſt, ſed tñ ſi frequentius exerceat, & ieiunijs, uel eleemoſynis nō redimatur, nimis immundā animā facit. Noli deſpicere peccata tua quia parua ſunt: nā & pluuiarum guttæ paruæ ſunt, ſed flumina implent, & moles trahunt, & arbores cū ſuis radicibus tollunt. Tu qui dicis quia paruum peccatum eſt, nolum ſcire, quoties tale peccatum admittis, ſi tot paruulas plagas i corpore, & tot maculas aut ſciſſuras in ueſtibus tuis fieri uelis? cū ergo in corpore plagas, nec ī ueſte tua ſciſſuras, uel maculas fieri acqeſcis, quā cōſcietia hoc facere ī anima tua nō metuis? ac ſic quicūq; hoc fecerit, plus amat ueſtem & carnem ſuam, quam animā; cū enim ad imaginē Dei facti ſimus, quoties aliqd turpe, aut loquimur, aut facimus, toties Dei imaginē ſordidamus

Aug. ſermo. 4. de igne purgato. & 21. de ciui. c. 27. Hier. epi. ad Theſiphont' & in epitaphio. Nepot.

Quar. co. Quarta concluſio. Indirecte tamquā remouendo prohibens peccatum veniale ex gūe pōt diſponere ad mortale ex genere: nam qui peccat uenialiter ꝑtermittit aliquē ordinem, & ex hoc ꝙ conſueſcit voluntatem ſuam in minoribus debito ordini non ſubijcere, diſponitur ad hoc ꝙ etiam uoluntatem ſuam non ſubijciat ordini vltimi finis, eligendo id quod eſt peccatum mortale ex genere.

Vlt. conc. Vltima concluſio in ſolutione ultimi argumēti. Alio modo diſponunt opera bona & ſtudioſa ad peccatum mortale; alio mō uenialia peccata: nam opera bona diſponunt multū remote, & occaſione ſumta, ſed pecata uenialia multum propinque & ueluti per ſe, tum per quandam cōſequentiam & redundantiā, tum remouendo prohibēs, ut dudum explicatum eſt.

ART. QVARTVS.

Vtrum peccatum veniale poßit fieri mortale.

SVMMA TEXTVS.

Pri. conc. PRima concluſio. Veniale non poteſt fieri mortale, ſic ut idē actus numero primo ſit peccatum ueniale, & poſtea mortale; quia peccatum conſiſtit principaliter in actu uoluntatis, ſicut & quilibet actus moralis; unde non dicitur unus actus moralis ſi uoluntas mutetur, quāuis ēt actio ſecundum naturam ſit continua. ſi autem uoluntas non mutetur, non poteſt eſſe quod de ueniali fiat mortale. Secun. cō. Secunda concluſio. Quod eſt peccatum ueniale ex genere poteſt fieri mortale dupliciter, tum ſi in ueniali conſtituatur finis, tum in quātū refertur ad mortale, vt dictum eſt. Tert. con. Tertia concluſio. Multa peccata uenialia quantumcumque in infinitū multiplicentur, non efficiunt unum peccatum mortale, neque omnia peccata uenialia poſſunt habere tantū de reatu, quantum vnum peccatum mortale: quod patet ex parte durationis, quia mortale habet reatum pęnæ æternæ; veniale reatum pęnæ temporalis: patet etiam ex parte dāni, quia mortale meretur carentiam diuinæ viſionis, cui nulla alia pæna comparatur: patet etiā ex parte pænę ſenſus quantum ad vermem conſcientiæ, quamuis forte quantum ad pęnam ignis nō ſunt improportionabiles pęnæ. Vlti. conc. Vltima concluſio. Diſpoſitiue multa peccata uenialia faciunt unum peccatum mortale, ſecundum duos modos diſpoſitionis, ſicut ſupra traditum eſt.

Peccata Dei imaginē in nobis inficiunt.

EXPLICATIO ARTIC.

IN hoc articulo quæſtiones variæ ſeſe offerebāt explicandæ, niſi ī alijs locis eſſent a me cōmodius elucidatæ. illa eſt princeps; Vtrū idē actus uoluntatis numero ſucceſſiue poſſit eſſe bonus, & malus. ex quo oriebatur alia qſtio; utrū idē actus numero uolūtatis, q prius fuit peccatum ueniale, poſtea poſſit fieri mortale. Sed de hoc copioſe diſputatum eſt retro, cū de actuū humanorū bonitate, uel malitia diſputatū eſt: ſed & illud pōt reuocari in dubiū, qd aſſerit D.Th. pęnam damni .ſ. carentiam diuinæ uiſionis eſſe oīum pęnarum grauiſſimam: ueruntamen & hoc ſuperius explicatum dedimus. Sequitur ergo cōtrouerſia huic artic. propria: Verum ne multa peccata uenialia efficiāt unum mortale? A parte affirmatiua ſic arguitur, malitia peccati mortalis finita ē: ergo p multa peccata uenialia exæquari pt. Deinde, D.Aug. dicit expreſſe, ꝙ multa peccata uenialia aggrauant animā, ſicut unum grāde peccatū, quē locum tractans gloſſa dicit, ꝙ multa peccata uenialia efficiunt unū mortale. Tertio, ſi famulꝰ furetur a dño ſuo ſingulis diebus triētē, in centum diebus efficitur peccatū mortale: nam infert graue dānū dño ſuo: ſed hæc furta minutiſſima nō ſunt niſi peccata uenialia: ergo multa peccata uenialia efficiūt unū mortale. Quarto, ſi quis promiſit Deo per uotū ſe daturum hoſpitali ſingulis diebus unū triētē, ſi p annum integrū nō ſoluat, peccat mortaliter: nā infert graue dānum hoſpitali; at fructiones huiuſ uoti ſingulis dieb ſūt peccata uenialia. Sed hæc argumēta nō ſunt tā ualida, ut de uera ſnīa D.Thomæ dubitēt.

An pluralitas peccatorum uenialium efficiat unum mortale.

Prim. argu. Secundum. Augu. habetur de pœnitentia d. 1. can. tres ſūt. Tertium, Quartum a.

Augustin. ſermo. 244.

Dicen-

Concluſio negans.

Dicendum eſt ergo, eſſe dogma certum, peccata venialia licet in infinitũ multiplicentur, non efficere vnũ peccatũ mortale, neq; æquare reatum peccati mortalis. Qđ oſtendo eſſe verum his argumentis: nam peccatum mortale & veniale differunt in infinitum: ergo in inuicem tranſire non poſſunt. Patet antecedens: nã peccatũ mortale meretur pęnam æternam; veniale temporalẽ. rurſus peccatum mortale auertit a Deo, & meretur priuationẽ grẽ: peccatum vero veniale non auertit a Deo, neque meretur priuationẽ grẽ. Secũdo, ea quę differunt ſpecie in inuicẽ tranſire non pñt: ſed peccatũ mortale, & veniale differunt ſpecie, vt ſupra dictũ eſt: ergo. Tertio, priuationes diuerſæ nõ poſſunt in inuicẽ trãſire, vt ſurditas nõ põt tranſire in cęcitatem, ſed peccatum mortale, & veniale ſunt diuerſæ priuationes: ergo Præterea, peccatum mortale, & veniale habẽt magnitudinem diuerſarum rationum: ergo peccata venialia numq̃ poſſunt efficere peccatum mortale, ſicut numerus numq̃ põt facere lineã, neq; linea corpus. Antecedens vero patet: nam magnitudo peccati mortalis cõſiſtit ĩ auerſione a Deo vltimo fine; magnitudo vero peccati venialis cõſiſtit in deordinatione a medijs, nõ ĩ auerſione ab vlti. fine. Vltimo, peccata venialia nõ diminuũt caritatẽ: ergo nõ efficiũt peccatũ mortale. Antecedẽs demõſtratur a D. Th. 2. 2. q. 24. ar. 10. Ad arg. in oppoſitũ.

ad argum. in oppoſitu ad primum

Ad primum dicendum, ꝙ malitia peccati mortalis quodammodo eſt infinita: nã auertit a Deo infinito bono. Deinde dico, ꝙ nõ ſunt eiuſdẽ rationis & ideo licet peccata venialia multiplicentũr in infinitum, non poſſunt æquare vnũ peccatum mortalẽ. Sed hic obſeruandum eſt, quod D. Th. hoc in loco dicit, ꝙ fortaſſis pęna debita pro peccato mortali hẽt proportionem cum pęna debita ꝓ peccato veniali, quia vtraq; finita eſt, & pęna ignis, ex quo concludit Caie. ꝙ tot poſſent eſſe peccata venialia, vt ſit maior pęna ignis, quam ꝓ vno mortali: ſed hęc ſnĩa mihi non probatur, & ideo dicendum, ꝙ iſtæ pęnæ ſunt proportionabiles, quantum ad detentionẽ peccati. n. veniale iñ inferno punitur, & pęna quidem ſempiterna, vt ſupra dictũ eſt verũ quantũ ad dolorem, nõ ſunt ꝓportionabiles: cum. n. maior dolor maiori peccato dẽat correſpondere. & inter peccatũ veniale & mortale nulla ſit ꝓportio, cõſequẽs eſt ꝙ dolores nõ ſunt proportionabiles.

Pęna peccati mortalis & venialis ex parte detentionis in ĩferno æqualis eſt, non uero ex parte doloris.

ad ſecundũ.

Ad ſecundum arg. dicendũ eſt, ꝙ peccata venialia aggrauant multũ, qñ diſponunt ad mortale. gloſſa vero ſtulta eſt, & non meretur rñſionem.

ad tertium

Ad tertium dicendum, ꝙ iſte famulus tenetur reſtituere illã ſummã pecuniæ, alioq peccabit mortaliter, licet in furtis non peccauerit niſi venialiter: & tenebitur excõicationis cenſura, ſi non reſtituat, ſi hoc illi ꝑceptum eſt ſub ſnĩa excõicationiſ: non tenebitur quidẽ ad ſnĩam excõicationis ratione peccati venialis, ſed ratione dãni notabilis quod intulit, ſicut q vindemiauerunt vineã, tenentur reſtituere, quamquam ſinguli nõ peccauerint niſi venialiter. Deinde dicendum eſt, ꝙ ſi hic famulus in principio ſtatuit apud ſeſe his furtis minutiſſimis furari magnã pecuniæ ſummã, in principio peccatũ mortale admiſit: nã ſtatuit graue dãnũ inferre domino ſuo. Vltimo dicendũ, ꝙ licet in furtis minutiſſimis non peccet famulus, niſi venialiter, nihilominus peccat mortaliter, qñ incipit damnũ notabile, qđ per ſe ſufficiat ad peccatum mortale furti. v. g. ſi his furtis minutiſſimis accedatur ad ſummam duorum argenteorum, furtum illud, licet non ſit vnius aſſis, eſt peccatum mortale: non qa peccata venialia efficiãt vnũ mortale, ſed rõne dãni illati: nã ĩ illo furto illatum eſt graue damnũ qđ antea datũ non fuerat. Ad quartũ idẽ dicendũ eſt.

ad quartũ

Quot modis peccatũ ueniale ſiat mortale.

Sed ad finẽ hui' art. obſeruãdum eſt, ꝙ peccatũ veniale poteſt fieri mortale multis modis, primo, qñ conſtituitur ĩ eo finis. deinde, qñ ordinatur ad peccatũ mortale. Tertio, qñ diſponit ad mortale, & paratur periculũ ad committẽdũ peccatum mortale. Quarto, qñ ſit peccatũ veniale contra cõſcientiã diffinitiue iudicãtẽ eſſe peccatũ mortale, vel vehementer dubitantem, & habentem plura argumenta ſuadentia eſſe peccatũ mortale. Vltimo, qñ ſit ex contemtu. Ad cuius rei explicationẽ obſeruandũ eſt, ꝙ peccare venialiter ex contemtu infra limites venialis non eſt peccatũ mortale: hoc. n. eſt ex contemtu ſm quid peccare venialiter: ceterum ſi qs ſimpliciter & abſolute peccet ex contemtu, non addens iſtam modificationem in minimo, & exiguo peccato, talis contemtus, eſt peccatũ mortale, verum cum qs prætererit ꝑceptum prælati, vt faciat cõtra mandatum illius in minimo, hoc certe minuit rationem cõtemtus, vt tamquam imperfectus actus non ſit contemtus ſimpliciter, ac per hoc, nec peccatum mortale. Tantum de hoc arti. Alij duo artic. ex dictis poſſunt facile intelligi.

Peccare venialiter ex contemtu intra limites peccati uenialis nõ eſt peccatum mortale.

QVAES. LXXXIX.

De peccato veniali ſecundum ſe, in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum peccatum veniale cauſſet maculam in anima.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans. Quia non excludit, nec diminuit caritatẽ, neq; alias virtutes, ſed ſolũ actum earũ impedit: macula aũt importat aliquid manẽs ĩ re maculata, & ſic macula magis videtur pertingere ad detrimentũ habitualis nitoris quam actualis. Quare proprie loquendo nõ cauſſat maculam. & ſi alicubi cauſſare dicitur, hoc eſt, prout impedit nitorem qui eſt ex actibus virtutum, & non ſimpliciter.

ART. SECVNDVS.

Vtrum conuenienter deſignentur peccata venialia. 1. ad Corint. 3. per lignum, fœnum, & ſtipulam.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio: nam ſicut hęc congregãtur in domo, & nõ pertinent ad ſubſtantiam ędificij, vnde comburi poſſunt

EXPLICATIO ARTICVLI.

Obſeruandum eſt, ꝙ ẽt ſolet dici veniale peccatum impedire feruorẽ caritatis, qđ pulcre exponit S. Doct. dicẽs, ꝙ feruor caritatis accipitur dupliciter. vno modo ſm ꝙ importat intenſionẽ inclinationis amãtis in amatũ, & talis feruor eſt caritatis eſſentialis, & nõ diminuitur per veniale peccatũ. Alio modo dr̃ feruor caritatis, ſm ꝙ redundat in motus dilectionis, atq; adeo ĩ vires ĩferiores, vt quodãmõ nõ ſolũ cor, ſed ẽt caro exultet ĩ De': & talis feruor diminuit̃ p peccatũ veniale. De hac re ſcribit opt. D. Th. 2. 2. q. 24. art. 10. & q. 7. de malo, ar. 2. Obſeruãdũ eſt et, reuocari ĩ dubiũ ĩter Theo. Vtrũ peccatũ veniale inducat Dei offensã, & diſpliceat Deo? cui' rei expoſitionẽ ĩ primis elegãter ꝓſeq̃t D. Th. in 4. d. 16. q. 2. ar. 1 q̃ 2. ad 3. dicitq, peccatu mortale ita diſplicere, ꝙ faciat ẽt ipſum peccãtẽ Deo diſplicere, ĩquã tũ pulcritudinẽ grẽ quã De' ĩ ipſo amat, aufert: ſed peccatũ veniale q̃uis Deo diſpliceat, ſiqdẽ eſt inordinatũ, nõ tñ facit peccãtẽ Deo diſplicere, qa nõ priuat̃ caritas grę, ſed quodãmõ obnubilatur, ĩquãtũ eius ꝓceſſus ad exteriora ĩpedit̃. Et iõ Gre dicit ꝙ peccatũ veniale obſcurat, ſed mortale obtenebrat, ex quo patet, ꝙ veniale nõ facit peccãtẽ venialiter tñ, eſſe ĩ offenſa Dei, licet De' ſit offẽſ' peccato veniali. Seq̃t̃ ẽt ex dictis qũo peccatũ veniale tollat actualẽ nitorẽ extrĩſecũ, qa obſcurat, ſed ñ ĩtrĩſecũ, qa ñ obtenebrat. De quo fuſi' Capr. ĩ 4. d. 16. ad quartũ.

Veniale impedit feruorem caritatis qui eſt duplex.

Quomodo peccatum ueniale diſpliceat Deo & quem nitorem tollat.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vniuerſa huius articuli explicatio in eo cõſiſtit, vt diligẽter & accurate explicetur ſnĩa D. Pau. 1. Corint. 3. quæ ſic habet. Si quis autem ſuperædificat ſuper

ædificio remanēte, ita etiam peccata venialia multiplicantur in homine, ædificio ſpirituali manēte, & pro iſtis patitur ignem, vel temporalis tribulationis in hac vita, vel purgatorij poſt mortem; & tamē ſalutem conſequitur æternā: reducunturq; omnes gradus ad hæc tria, videlicet, ad lignum, qđ diutius manet in igne; ad ſtipulam quæ citiſſime cōburitur; & ad fœnū, qđ medio modo ſe habet, ſecundū ꝙ venialia ſūt maioris vel minoris grauitatis, & citius & tardius ꝑ ignē purgantur.

ART. TERTIVS.

Vtrum veniale peccatum potuerit eſſe in ſtatu innocentiæ.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio

Conclusio eſt. Homo in ſtatu innocentiæ nō potuit peccare venialiter: quia veniale in nobis cōtingit, vel ꝓp imperfectionē actus, ſicut ſunt ſubiti motus in genere mortalium; & non plene deliberati; vel propter inordinationē exſiſtentē circa ea quæ ſunt ad finē, ſeruato debito ordine ad finē vltimum. Sed vtrumq; horum cōtingit propter quendā defectū ordinis, ex eo ꝙ inferius non continetur firmiter ſub ſuperiori: nam inſurgunt in nobis ſubiti motus, quia ſenſualitas nō eſt omnino ſubdita rationi. Quod autem ſubiti motus inſurgant in ipſa ratione, prouenit in nobis ex hoc, ꝙ ipſa executio actus rationis non ſubditur deliberationi. Quod vero animus humanus inordinetur circa ea, quæ ſunt ad finem, ſeruato debito ordine ad finem, ꝓuenit ex hoc, quia ea quæ ſunt ad finem, non ordinantur infallibiliter ſub fine, qui tenet ſummum locum, quaſi principium in appetibilibus.

fundamentum hoc, aurum, argētum, lapides pretioſos, ligna, fœnum, ſtipulam, vniuſcuiuſq; opus manifeſtum erit: dies n. Domini declarabit, qa in igne reuelabitur, & vniuſcuiuſq; opus quale ſit, ignis probabit. ſi cuius opus manſerit qđ ſuperædificauit, mercedē accipiet; ſi cuius opus arſerit, detrimētū patietur, ipſe aūt ſaluus erit, ſic tamē quaſi per ignem.

Quæſtio de intelligentia loci D. Pau.

Ex iſta nāq; memorabili ſententia grādis qō naſcitur ꝙ ab oīb. inquiritur: Vtrum ꝑ lignum, fœnū, & ſtipulam peccata venialia intelligantur, & ante finem habeat gehennā ignis, an vero hic ſit ſermo de igne purgatorij, q terminū habet, & finē, & qui peccata venialia purgat. Reſpōſio Varias explicatiōes hēt iſte locus apud ſāctos Patres, ſed mea ſnīa non cōmode explicatur, n ſi de peccatis leuib. & de loco purgatorij, quē aſſerit eccleſia catholica, & negant ſolū hæretici: quod ex eo liquet: nā ſermo ē planus de pęna aliqua purgatoria poſt hanc vitam, quæ finienda eſt. Loquitur n. Paulus de tempore, & die illo quo manifeſtanda ſunt opera cuiuſq;: dies aūt ille poſt hanc vitam erit, & pro eo die dr̄, ꝙ non ſolum opus examinabitur, ſed ꝙ ꝑſona non ſuſtinens ignem ſalua erit, ſic tū, quaſi ꝑ ignē, tranſiens ad ſalutem: qđ ſub proprietate verborū diceretur, ſic tū vt purgetur, & expietur prius. Dicant qſo negātes pęnam purgatoriā ſignificari his verbis, qđ ꝑ ignē probantem opera, cōmunem perfectis, & imperfectis, intendit Paulus? ꝑ ignē, quo perſona, combuſto opere ſuo, ſalua erit: alioqui ſi rōne ignis probantis iſte locus intelligitur, ēt de primis q ædificant aurum, argentum, dici potuit, ipſi tū ſalui erunt, ſic tū quaſi per ignē: omnium ſiqdē opera igne probari deſcribitur: quorſum ergo Paulus inter opera & perſonas tā ſubtiliter diſtinxit? quorſum ignem non ad perſonas, ſed ad opera tm̄ priori applicauit, in alijs aūt ignē, & operib. & perſonis, cū diuerſis effectib. applicauit? nam deſcribit ignē afficere detrimento opera horū, ipſos aūt ſaluare, & hæc oīa in illa die, qua manifeſtū fiet cuiuſcumq. opus quale ſit. Fateamur ergo ex hac vltima particula haberi alīq in altera vita pęna purgatorij pro leuib. culpis, quę ꝑ lignū, fęnū, & ſtipulam ſignificantur, de qua re loquitur optime D. Greg. Sed ſciendum eſt ꝙ D. Th. in lib. aduerſus errores Græcorum, & Armeniorum, allegat teſtimonium Theodoreti ex expoſitione epiſtolæ ad Cor. his verbis, dicit Apoſt. ꝙ ſaluabitur ſic tamq̄ per conflatoriū ignē purgandum quidquid interuenit per incautelam ꝑteritæ vitæ, ex puluere ſaltem pedum terreni ſenſus, in quo tādiu manet, quamdiu quidquid corpulentię & terreni affectus inhæſit, purgetur, ꝓ quo mater Eccleſia hoſtias, & dona pacifica deuote offert. Hæc quidem verba nuſq̄ neeſtū Latinus, neq; in Græcis Theodoreti cōmenta ijs extāt: credo põt ea vel a Gręcis qbuſdā purgatorio īſenſis eſſe ſubtracta, vel ex alio opere Theodoreti, quod fortaſſis excidit, eſſe deſumta. Illud ēt aduertendū eſt, qđ

Greg. 4. lib. dialo. c. 39. & habetur, c. qualis, 25. diſt.

ex hoc loco Pauli perperam intellecto. & ex Chryſo. expoſitione tentarunt Gręci in Conci. Baſilienſi, ſidē Eccleſiæ Romanæ labeſactare, quæ ſtatuit locum purgatorij poſt hanc vitam eſſe. ſed genuina & germana huius loci expoſitio ſuperius indicata eſt, ſed & nūc diſtinctius & accuratius explicabitē, ſi prius videamus Neothericorū explicationes, & Patrū antiquorū. Magnus Baſilius, & Chry. ſic interpretātur, quaſi dicat Paul. id feci qđ ꝓpriū dēt eſſe periti architecti: ieci tutiſſimum fundamētū Chriſtū: videāt nūc, q ſe magiſtros veſtros eſſe ꝓfitētur, quo pacto ſuperexſtruāt digna ne, an indigna tā nobili fundamēto: nā apparebit cuius ſit virtutis illa exſtructio; igne n. examinabitur. Nā q fuerit malæ ſtructuræ cā, reſeruabitur ad perpetuā pęnam, & hoc eſt qđ dicit: Ipſe aūt ſaluus erit, ſi tū quaſi per ignē: vt ſit ſenſus: cum ille dies venerit, ædificatio quidē, & ſtructura inanis apparebit, at ipſe ſeruabitur, vt igni ꝑpetuo comburatur. nec n. Græcum verbū, ſed non noſtrum quidem Latinū, Seruo, tantū ſalutem dare ſignificat, ſed ēt efficere ne aliqd corrūpatur. etenim nobis conſuetudo dicendi eſt, in igne ſalua eſſe q non pereunt, nec in cinerē cōuertūtur. Noli igit, cū ignem audis, in nihilū redire ardentes arbitrari. Hāc expoſitionem mirifice amplectūtur Neotherici Theologi. Sed plures ſunt qui de igne purgatorio, & de peccatis venialib. hūc locū explicant. Certe huius loci germanam expoſitionem apud Aug. ſæpiſſime leges. Explicatio D Aug. huc tendit, vt per aurū, argētū, & lapides pretioſos, opera bona intelligat; lignū vero, fęnū & ſtipulam, ad peccata venialia referat, q vel igne tribulationis præſentis vitæ, vel igne purgatorio poſt hanc vitam expianda ſunt. Hanc expoſitionem amplectitur, & explicat hic D. Th. & qđ D. Aug. multis & ſutiliſſimis verbis explicauit, D. Th. tribus (qđ aiunt) verbis concluſit, & loco difficillimo ſcripturarū lucē dedit ampliſſimā. D. Hie. lib. 1. contra Iouin. aūt, & li. 2. cōtra eūdem, & in Apolog. contra eūdem, ſemper intelligit, aurū & argētū, & lapidē pretioſum pertinere ad opera bona, lignū vero, fœnū, & ſtipulā, ad opera mala, cū multi id exponant nō de bonis, & prauis, ſed de gradib. bonorū. Origenes eſt a ſnīa Hiero. ho. 14. de Leuit. Ambr. illud, ligna, fęnū, ſtipulam, exponit de doctrina curioſa, & ſuperflua. Solus D. Augu. ligna, fęnum, ſtipulā, interpretatur peccata eſſe venialia, q admiſcent ſe ꝓcurātib. terrena. & ꝓ his patiētur ignē, vel tēporalis tribulationis, vel purgatorij in alia vita. Hinc collige cōtra Lutherū, & ꝙ ſint peccata venialia, & ꝙ ſit purgatorij loc⁹. nā ꝓfecto Paulina ſnīa aliū in modū cōmode & apte explicari non poteſt. Et hæc de iſto articulo dixiſſe ſufficiat.

Concil. Baſilienſe.

Aug. li. de fide & operi. c. 15 & 16. & 21. de ciui. c. 25. & 26. de octo dulcitij quæſ. q. 1.

Purgatorij locus colligitur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

An in ſtatu innocentiæ potuit eſſe peccatum veniale.

SCotus in 2. d. 21. q. 5. mouet calumniam contra ſententiam D. Th. & ipſe vehementer ſentit contrariū: quod eſſe verum, his argumentis ſuadet.

Nam

Et quia in ſtatu innocétiæ erat infallibilis firmitas ordinis, ut ſemper inferius contineretur ſub ſuperiore, quádiu ratio hominis contineretur ſub Deo, ideo neceſſe erat inordinationem incipere ab eo, ꝙ ſummũ hominis, id eſt, mens, Deo non ſubderetur: id autem peccatú mortale eſt, non veniale Ex quib. liquido conſtat, ꝙ homo in ſtatu innocentiæ nó prius potuit peccare venialiter, q̃ mortaliter.

ARTI. QVARTVS.

Vtrum peccatum ueniale potuit eſſe in Angelis.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt negans. Nam maior eſt perfectio intellectus eorum, quam hominis in ſtatu innocentiæ. Intellectus. n. angelicus nó eſt diſcurſiuus, procedens a principijs in cóclusiones, & vtrumq; horum intelligens ſeorſum prout in nobis occurrit: quia cóclusiones cóſiderat, ut in principiis ſunt. Cum ergo in appetibilibus fines ſint ſicut principia, & ea quæ ſunt ad finem ſicut cóclusiones; mens Angeli nó fertur in ea quæ ſunt ad finẽ, niſi ut ſunt ſub ordine finis. Quare ex ſua natura habent, ut non poſſit in eis eſſe deordinatio circa ea quę ſunt ad finem, niſi ſit ẽt circa ipſum finem, quod eſt per peccatum mortale. Et boni Angeli mouentur in ea quę ſunt ad finẽ in ordine ad debitũ finẽ, qui eſt Deus: & ꝑpter hoc actus eorum ſunt actus caritatis: & ſic in eis non eſt ueniale. Sed mali ſemper mouentur ad finem peccati ſuperbię, & ideo in omnib. quę propria uoluntate agunt, mortaliter peccát & omnia quæ uenialia uidentur, procurát, ut homines ad ſui familiaritatem trahant, & eos in peccatum mortale deducant.

Prim. arg. Nam iuſtitia originalis non perfectius coniungebat hominem Deo quam gratia iuſtificans, & gratũ faciés: ſed cum gratia iuſtificáte poteſt eſſe peccatum veniale, vt conſtat ex illo, Si dixeremus, quia peccatum nó habemus, ipſi nos ſeducemus: ergo in ſtatu innocẽtiæ potuit eſſe peccatum ueniale. (Secundum.) Deinde, hõ in ſtatu innocentiæ cóſtitutus potuit dicere verbũ otioſum: quis ꝓhibet? Iuſtitia, n. originalis erat donũ Dei ad ſedandas paſſiones cóſtituta: verbũ aũt otioſũ ſine aĩæ ꝑturbatione, aut paſſione dici poterat. (Tertium.) Tertio, ab extremo ad extremũ ſic natura cóparatũ eſt, ut non fiat tranſitus niſi ꝑ mediũ: ſed peccatum veniale eſt mediũ quoddã inter peccat: mortale, & iuſtitiã originalẽ: ergo ab ſtatu iuſtitię originalis ad peccatum mortale trãſitur ꝑ peccatũ veniale. Ex quo cóſequẽs eſt, ꝙ in illo ſtatu pri' potuit hõ peccare uenialiter. (Gab. arg.) Gabr in eadẽ diſ. fauẽs Sco arguit ſic. Nã homo in ſtatu innocentiæ plenã habuit libertatem: ergo potuit operari, & nó operari, ſic vel aliter operari: potuit ergo ſuo arbitrio prius eligere peccatum ueniale quam mortale. Hoc ipſum confirmat. Nam alioqui nó merebatur primus homo in peccatis venialibus cauendis, ſiquidẽ (Almay. arg.) non poterat peccare venialiter. Sed & Almay. cóſentiẽs Sco. in ſuis moralib. tract. 3. c 21. ad hunc modum argumentatur. Deus potuit interdicere primo parenti eſum ligni vetiti, ſub pęna debita peccato veniali, ſicuti ĩterdixit, ſtatuens pęnam grauiſſimã peccato mortali: ſed illo præcepto conſtituto, potuit Adam illud tranſgredi, ſicut fuit tranſgreſſus præceptum illud grauiſſimũ: potuit ergo in ſtatu innocentiæ peccare venialiter. (Concluſio.) Sed ꝓdicti auctores inuehuntur in ſniam D. Th. ſpiritu diſſenſionis, & non vident ſe impugnare doctrinã D. Aug. cum doctrinam D. Th. ſubuertere admituntur. Concluſio. n. D. Tho. eſt clariſſima ſnĩa D. Aug. 14. de ciuitate Dei, c. 10. & 26. ex quibus locis D. Th. cópoſuit ꝑſentẽ art. Scribit D. Aug. ꝙ in illo ſtatu fuiſſet deuitatio peccati tranquilla: qua manente, nullum omnino aliunde malum qđ contriſtaret, irruebat, nullis agitabantur primi parentes perturbationib. animorum; nullis corporũ lædebantur incommodis: multaq; dicit D. Aug. in huius ſnĩæ confirmationem, quẽ omnino legendum cenſeo. Hoc ipſum confirmatur euidentibus argumentis. Nã ſi potuit eſſe peccatum veniale, durante illo felicitatis ſtatu, potuit ergo eſſe aliquod pœnale & acerbũ: maius. n. damnum eſt peccare venialiter, quam pęnę, & acerbitati eſſe ſubiectũ. Rurſus, ſi potuit eſſe peccatũ veniale: ergo potuit eſſe pęna, ſiquidẽ pęna debetur peccato veniali. Præterea ex alio principio idem demóſtratur. Nã ſi potuit eſſe in illo ſtatu peccatũ ueniale, cóſequẽs eſt ꝙ potuerit eſſe error: Errant enim qui operãtur malũ: immo conſequens eſt, ꝙ potuerint eſſe habitus vitioſi: nam ex actibus malis generantur habitus vitioſi. Profecto eadẽ ratione potuiſſet primus homo de tali peccato nõ pęnitere, & ſic fuiſſet trãſlatus cũ illo, ſicq; ꝓ eo in purgatorio punitus fuiſſet. Hæc argumenta ex diuina Theologia eruta, manifeſte cóclusionẽ D. Tho. demonſtrant. (Ad rationes in oppoſitũ.) Sed ſupereſt argumẽtis in cótrariũ adductis ſatiſfacere (Ad pri. arg.) Ad primũ argu: dicendũ eſt, ꝙ iuſtitia originalis, (Quomodo originalis iuſtitia Adæ hominẽ Deo cóiungebat.) qua homo in ſtatu innocentię erat ꝑditus, pluribus modis cóiũgebat hominem Deo, quã gratia iuſtificans: nam ſubdebat vires ĩferiores rationi, & rationem ipſi Deo, pręſtabatq; rectitudinẽ integram, quæ peccato veniali aduerſatur; atq; adeo compeſcebat appetitum ſenſitiuum, ſic, ut nullũ haberet inordinatum motum. Et quemadmodum illo felicitatis ſtatu non potuit eſſe opus intempęrantiæ, ex qua infirmitas corporis ſequeretur, ſic ſane non potuit eſſe peccatum ueniale, ex quo ſequeretur animæ infirmitas. (ad ſecundũ) Ad ſecundũ dicendũ, ꝙ Adam in ſtatu felicitatis perſeuerans non potuit dicere uerbũ otioſum: tũ ratione ſtatus feliciſſimi, cui aduerſabatur oẽ peccatum ueniale, & oẽ malum tũ uero rõne iuſtitiæ originalis, q̃ faciebat hominẽ rectũ, & ex oĩ parte ꝑfectũ; tum deniq; ꝑꝑ prouidentiam diuinã, quæ non ſinebat hominẽ in illo ſtatu in aliquod incommodũ labi. (ad tertium) Ad tertium dicendum, ꝙ peccatũ veniale non eſt medium neceſſariũ ad peccatum mortale: & quamquã peccatum veniale minus repugnat ſtatui innocentiæ; nihiloſecius tñ, qa peccatũ mortale eſt illius ſtatus deſtructiuum, potuit primus hõ peccare mortaliter. Porro cũ peccatum ueniale non deſtruat illũ ſtatũ, cumq; oĩs defectus & culpa aduerſetur illi feliciſſimo ſtatui, cóſequẽs eſt, ꝙ in eo nõ potuit eſſe peccatum ueniale. (ad quartum) Ad quartũ dicendũ, ꝙ licet homo in ſtatu innocentiæ ꝑfectã libertatem habuerit: at illo ſtatu permanẽte non potuit in aliqđ incõmodũ incidere, ſicut confirmatus in gr̃a, & in bono nõ põt peccare mortaliter, ſtante illo dono. Ad cóſir. dicẽdũ, ꝙ hõ in illo ſtatu merebatur per actũ quo deteſtabatur peccata venialia, ſicut hõ cóſirmatus in gr̃a meretur ꝑ actũ quo deteſtatur peccata mortalia, q̃ nũq̃ cõmittet ſtãte illo dono. (ad vltim.) Ad ult. dicendum, ꝙ ſi præceptum fuiſſet poſitum ſub pęna peccati uenialis, tunc per peccatum veniale deſtrueretur ille felicitatis ſtatus: & ſic numquam potuit eſſe peccatũ ueniale in illo ſtatu. Ex his quæ diximus (ſi uera ſunt) ſequitur, ꝙ in ſtatu innocentiæ nõ potuerunt eſſe motus ſubiti. & inordinati. qđ probant aperte rationes adductæ in confirmationem concluſionis D. Thom.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quæſtio hui' articuli nõ eſt magnopere controuerſa ĩter Theol. ſed certe uĩ difficile ad ĩtelligẽdũ, ꝙ Angel' nõ poſſit peccare venialiter: nã põt mẽtiri ſine pnicie alterius, (an angeli poſſint peccare venialiter.) nec vĩ quid obſtet: rurſus põt uelle nocere ĩ paruis. Sed & Angelus malus prouocat hoĩes ad riſum, & ad alias hui' generis leuitates, ĩ qb. nõ eſt niſi peccatũ veniale.

In triplici ſtatu angelos conſideratur.

Ex hac huius dubitationis hæc eſt. Tripliciter loqui poſſumus de Angelo tum in ſuis naturalibus, tum in ſtatu gloriæ, uel damnationis, tum denique in ſtatu in quo creatus eſt. De tertio dubitari pōt: ſed nō vř veroſimile q̄ fuerit creatus in tā excellenti ſtatu ſicut homo: plura. n. leguntur apud Sanctos de perfectione Angeli ī ſua creatione q̄ de primo homine; vñ ſi primus homo non poterat peccare venialiter, conſequens ē q̄ neq; Angelus potuit ſic peccare.

Concluſ. Hoc ipſum cōfirmatur. Nam ſi loquamur de lege cōi, & conſtituta, qd ſi peccaſſet venialiter, ubi fuiſſet punitus? ſi diſſi ficii potuit, nō ē veroſimile ex tāta angelorū multitudine q̄ aliqs nō peccauerit venialiter ſolū. Neq; aliquis Doctorū hoc reuocat ī dubium, nec quiſquā putat, q̄ aliqs angelorū fuerit in purgatorio, imo demōſtratur hoc eſſe prorſus impoſſibile.

Via Angelorum tribus inſtantibus fuit abſoluta. Nā via angelorū (vt hēt vera ſnīa) tribus inſtātibus fuit abſoluta. In primo inſtanti nō potuere peccare ī ſecūdo inſtāti fuere viatores pfecti in quo ſi cōceſſeris, q̄ bonus angelus peccauerit ſolū venialiter, euidēter ſequitur, q̄ tale pctm̄ non fuerit punitū, ſiquidem in tertio inſtanti cōtinuo angelos ē beatificatus; vñ in tertio inſtanti puniri nō potuit.

Concluſ. De ſecundo ēt nō vř dubitandū. Nā beatos angelos explorarum eſt non poſſe peccare venialiter, cū in vita beata nō poſſit eſſe pctm̄. De damnatis vero æque certum eſt, cum oīa opera ſua dirigant in finē ſupbiæ, & in Dei odium. De primo aūt. i. ſi angeli ſint relicti in puris naturalibus, tō D. Tho. vř probare non eſſe veroſimile, q̄ peccarint venialiter: qīa angelus oīno pfecte deliberat, & refert actum vſque ad vltimum finem, q̄ ſoli efficacius perſuadebitur, ſi ſentiamus cum D. Th. angelos fuiſſe conditos in beatitudine naturali.

Ad argu. in propoſitum. Ad argūm in contrarium rñdetur, q̄ qīn dæmon prouocat hominem ad hæc leuia committenda, hæc prætendit, ut pertrahat hominem in ſuam familiaritatem, & vt inducat illum in pctm̄ mortale, vel ſaltem oīa opera ſua ordinat in finē ſuperbiæ, & in odium Dei. Sed de hoc fuſius in materia de angelis.

ARTIC. QVINTVS

Vtrum primi motus ſenſualitatis in infidelibus ſint peccata mortalia.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negās, niſi ei conſentiatur per rationem, quia ſenſualitas non poteſt eſſe ſubiectum peccati mortalis, cum eadem natura ſit ſenſualitatis in infidelibus, & fidelibus. Quare ſicut non eſt mortale in fidelibus neq; etiā eſt in infidelibus. Neq; etiā ex ſtatu ipſius peccātis: qa dignitas perſonę nūquā diminuit peccatū, ſed magis auget. Vnde peccata infideliū magis merentur veniam, propter ignorantiam; & fideliū peccata magis aggrauantur propter gratiæ ſacramētum, ſecundū Apoſt. Heb. 10.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum veniale poſſit eſſe cum ſolo peccato originali ſine mortali.

SVMMA TEXTVS

Concluſio eſt. Impoſſibile eſt, quod veniale peccatum ſit cum ſolo originali ſine mortali. Probationes quas adducit Diuus Thomas in huius rei confirmationem, ſunt maxime obſeruandæ. Prima probatio eſt; quia pro peccato originali puniuntur homines in limbo puerorum, vbi nō eſt pœna ſenſus, vt infra dicetur; in infernum autem detrudūtur homines propter ſolum peccatū mortale: ergo non erit locus in quo poſſit puniri ille q̄ habet peccatū veniale cū originali ſolo. Neq; enim poteſt dici q̄ in purgatorio puniatur: nā in purgatorio tātū purgātur, & expiantur, q̄ vitā æternam ſunt conſecuturi. Altera probatio D. Th. ſic habet. Nam antequā perueniat homo ad ānos diſcretionis, defectus ætatis prohibens vſū rationis excuſat eū a peccato mortali; vnde multo magis excuſat a veniali: ſed cū vſū rationis habere inceperit, primū qd tunc homini cogitandū occurrit, eſt de ſeipſo deliberare: & quidē ſi ſeipſum ordinauerit ad debitum finem, per gratiam conſequetur remiſſionem originalis peccati: ſed ſi non ordinat ſeipſum ad debitum finē, ſecundum q̄ in illa ætate eſt capax diſcretionis, mortaliter peccabit non faciens qđ in ſe eſt; & tunc nō erit in eo peccatū veniale ſine mortali. Itaq; vt argumentatio D. Th. breuius cōprehēdatur, ſic arguitur. Vel homo cū peruenit ad vſum rationis, quādo eſt capax virtutis & vitii, cōuertit ſe in Deū, & ad debitū finē; vel nō ſe conuertit. Si ſe conuertit, conſequitur remiſſionē peccati originalis per gratiam, ſi non ſe conuertit, peccat mortaliter: & ſic nūquā poteſt eſſe peccatum veniale cū ſolo originali.

EXPLICATIO ARTICVLI.

An primi motus ſen ſualitatis in infidelibus ſint peccata mortalia.

Quæſtio huius articuli non hēt magnas dubitationis cauſas: ſed oēs Theologi oīa diſputant, & re uocant in dubium, nonnullas rōnes in medium adducam. Præcipua rō dubitādi hæc eſſe vř; quia ſicut dicimus, q̄ actus ebrioſorū ſunt peccata, & mortalia qdem, qa ſunt liberi in ſua cā, ita motus ſenſualitatis ſunt liberi in ſua cā, puta in primo parente; q̄ ſi ille nō peccaſſet, nō inſurgerēt tales motus: ſaltem hoc procedit maxime ī infidelibus, q̄ ſunt in originali peccato. Hoc ipſum cōfirmatur; qa ut ſupra diſputauimus, motus ſēſualitatis, quos volūtas, uel ratio pōt impedire, etſi nunc non poſſit, ſūt peccata. Deinde, q̄ ante imputatur nobis pctm̄ Adæ ad culpam, & non ea quę ſecuta ſunt ex peccato Adæ. f. motus ſenſualitatis? & dato q̄ nō imputētur ad mortale, vř certe, q̄ ſaltem imputentur ad veniale. Propter hæc argumenta Altiſiodorenſis in 2. lib. tract. 28. cōtenet q̄ iſti motus ſunt peccata, ſaltem in infidelibus, cuius ſnīam vehementer impugnauimus in ſuperioribus; nūc uero duobus argumentis illam refello euidenter. Tum, quia in ipſo Adam illi motus nō erāt mortales, nec veniales, quippe q̄ erant mere naturales. Deinde arguitur oīno inuincibiliter, quia ſequitur, q̄ & ante vſum rōnis imputarentur. Quod recte ſequatur, patet: quia ſolum imputantur pp pctm̄ Adæ: ergo æque imputantur pueris, ſicut adultis, ſicut & pctm̄ originale. Hæc ſufficiant pro hoc articulo: nam argumenta alio in loco ſunt confutata.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Doctrina huius articuli occaſio fuit uarie errandi.

Ex doctrina huius articuli magnę & innumerę q̄ſt. emergere ſolēt, & magna cōcertatione inter Theologos diſputari: fuitq; doctrina huius articuli occaſio errādi viris doctiſſimis, & acutiſſimis. Nā dū explicāt, quo modō pueri peruenientes ad annos diſcretionis de[illegible] ī Deū, & in debitū finē cōuertere, inciderunt in [illegible] opiniones, & poteſt quis gratiā & remiſſionē peccati

obtinere

obtinere abſque fidei lumine ſupernaturali: ꝙ poterat ſe
homo diſponere ad gratiam, & ad bona ſupernaturalia ſi-
ne aliqua Dei cognitione. hæc, & alia errata ex doctrina
huius articuli viri acutiſſimi colligebant.

An homo Vt ergo doctrina huius articuli diligentius examine-
perueniens ad rationis tur, eſt quæſtio principalis; Ad quid teneatur homo cum
vſum teneatur primum peruenit ad vſum rationis, vtrum teneatur ſe cō-
ſe in Deum cōuer uertere in Deum, & in debitum finem? Et ad partem nega-
tere. tiuam arguitur. Primo; tum, quia nullus Theologorum
Pri arg. meminit huius præcepti; niſi ſolus D. Tho. Tum deinde,
Secundum. quī tale præceptum non extat in ſanctis literis, neq; in
Tertium. ſanctis Patrib. Tum tertio, q̄a nullus, etiā de numero co-
rum qui timent Deum, & ſunt ſoliciti de ſalute ſua, ſe ac-
cuſat, aut confitetur de tali tranſgreſſione, cum tn̄ nemo
Quartum ſit qui audeat affirmare ſe impleuiſſe tale p̄ceptum. Ergo
non eſt ponendum tale p̄ceptum. Tum quarto, q̄a nemo
poteſt certe cognoſcere quando primo peruenit ad uſum
rationis: quis.n.umquam notauit; Ego nūc primū habeo
vſum rationis? Non pōt itaq; cōſtare; quī obligat hoc præ-
ceptum: ergo non extat tale præceptum. Præterea, cū ho-
Quintum mo peruenit ad uſum rōnis, non poteſt certo cognoſcere
Deum eſſe: nā cognitio Dei eſt difficillima, & aduenit ho
mini poſt longum tempus, & diutinam inquiſitionem: er-
go non tenetur, cū primum peruenit ad uſum rōnis ſe in
Sextum Deum cōuertere. Itē, in primo inſtanti quando homo p-
uenit ad vſum rōnis, nō poteſt cognoſcere legem eſſe: er-
go non tenetur lege. Conſequentia argumenti nota eſt,
ſed antecedens probatur. Nā non poteſt cognoſcere Deū
legislatorem, ſicut ſupra oſtenſum eſt; & hoc eſt pręam-
bulum ad cognoſcendam legem: ergo non poteſt cogno-
ſcere legem eſſe. Præterea, hoc præceptum non eſt per ſe
notum: ergo neceſſarium eſt tempus ut cognoſcatur.
Septimum Iam uero contraria ſententia, ꝙ nullum tale præceptū
extet, eſt probabilis inter viros ſapientes: Ergo qui pue-
nit ad vſum rationis, poteſt eam inculpabiliter ignorare,
& ſic poterit peccare venialiter, & ꝙ non fiat reus tranſ-
greſſionis illius præcepti, quod D. Th. introducit.
VIII. Sed dato ꝙ eſſet tale præceptum (quod non ſatis proba
tur) unde conſtat ꝙ obliget ſtatim atque homo peruenit
ad uſum rationis? Contrarium.n. uidetur uerum his argu-
mentis. Tum, quoniam qui eſt in peccato mortali, non te
netur ſtatim ſe conuertere in Deum ut habet ſana doctri-
na; & multo minus qui eſt baptizatus, cum iam ſit in grā:
ergo nec ille qui eſt in originali peccato. Tū deinde, q̄a
tranſacto illo primo inſtanti, nō tenetur ſtatim: ergo neq;
in primo inſtanti erat talis obligatio. Tum ēt, quī hoc p̄-
ceptum eſt affirmatiuum, & tunc non eſt neceſſitatis tem
pus: ergo nō obligat. Vltimo, primus homo a Deo cōditus
atque Angelus in prima ſui conditione, & in primordio
ſuæ creationis non habuit tale præceptum: ergo nec ho-
mo, cum primum peruenit ad uſum rationis.
Pars affir In contrarium eſt; quia ſi pro illo inſtanti non obligat,
matiua. cum non ſit maior ratio de alio tempore, eadem ratione
numquam obligabit: quod non eſt dicendum. Nec uide-
tur ſufficiens ſolutio communis, ꝙ tenetur ſemel in uita:
hoc enim eſt abſurdum dicere, ꝙ Adam, & Mathuſalem,
qui millenos annos vixerunt, poſſent nongentos annos
licite tranſigere, abſq; eo ꝙ conuerterentur in Deum, &
in debitum finem. Neq; ſatisfacit alia ſolutio, ꝙ dantur
induciæ: nam de iure naturali non poſſunt determinari
tales induciæ; iure autem poſitiuo multo minus.
Prima con. Ad huius rei expoſitionem eſt prima propoſitio. Ho-
mo cum peruenit ad uſum rationis, non tenetur ſe cōuer
tere in Deum explicite, & diſtincte. Hæc eſt expreſſa ſen-
Homo non tentia Caiet. in 1.2. q. 10 art. 4. ubi dicit expreſſe, ꝙ ad dili
tenetur ſem gendum Deum explicite, ut finem naturæ, & uniuerſi, nō
per diligere tenetur homo ſemper, cum ſit præceptum affirmatiuum;
Deum expli nec ſtatim, quia non tenetur prius diligere, quam cogno-
cite, vt eſt ſcere: conſtat autem, ꝙ poſt multum temporis ſpatium
finis vniuer aduenit homini iſta cognitio, naturaliter loquēdo. Idem
ſi, & naturæ. docet hoc in loco: & probatur efficaciter ex ratione Caie.
& ex alijs rationibus ſupra poſitis, quibus probatum eſt,
ꝙ homo ſtatim poſtquam peruenit ad uſum rationis, non
poteſt Deum cognoſcere, naturaliter loquēdo: nemo aūt
obligatur ad impoſſibile, ut ait D. Hier. & certū eſt. Item
procedit argumentum dudū factū; quia non oēs ſciunt,
nec poſſunt ſcire tale præceptum ſtatim. Item nuſquam le
gitur hoc præceptum: ergo temere aſſeritur. Aſſumptum p̄
batur: quia uel eſſet illud, Conuertimini ad me; quod ha-
betur apud Hieremiam, Oſeam, Ezechielem, & Ioelem,
& alios Prophetas; vel illud, Diliges Dominum Deū tuū
ex toto corde tuo: qd̄ habetur Deut. 6. & Matt. 22. & Luc.
10. Sed illud præceptum, Conuertimini ad me, ut patet ex
proprijs locis, fit ad peccatores, peccatis actualibus irreti
tos, nec fit mentio de alijs. Item illud præceptum expreſ-
ſe eſt de pœnitentia: q̄a in omnib. locis ubi ponitur, agit
de pœnitentia. Sed ad pœnitentiam (vt eſt communis ſen-
tentia) non tenemur ſtatim. Aliud uero præceptum, de di-
lectione Dei, refellitur eiuſdem argumentis. Item, non te Rom. 10.
netur quis ſtatim credere: ergo neque ad Deum cōuerti.
Antecedens patet ex Paulo, Quomodo credent ei quem
non audierunt? quō aūt audient ſine prædicante? ſed non
quilibet ſtatim pōt habere p̄dicatorem: ergo nec pōt cre-
dere. Denią; confirmatur noſtra ſnīa, ex ſententia D. Th.
de ueritate, q. 14. art. 11. ad primū, ubi docet expreſſe, ꝙ
homo ſatis abunde ſatisfacit huic p̄cepto, ſi ordinat ſe in
debitū finem, & ſi proponat ſequi bonū, & fugere malū.
Oppoſitum huius partis tenet Capr. in 2. d. 40. q. 1. ad ar
gumenta Scoti contra ſecundam concluſionē, ubi dicit,
ꝙ ſtatim atq; aliquis peruenit ad uſum rationis, tenetur
ſe in Deum referre. Et probatur, ꝙ ita ſit his argumentis.
In primis D. Tho. tum in hoc articulo, tum uero in illa Prim. arg.
quæſtione citata, de ueritate, apertiſſime docet ꝙ homo
perueniēs ad vſum rōnis tenetur ſe in Deum cōuertere.
Deinde, regula eſt Theologorum celebris, ꝙ facienti Secundum.
quod in ſe eſt, Deus non denegat gratiam, neq; deficit in
neceſſarijs: ſed credere Deum eſſe, eſt neceſſarium ad ſa
lutem, dicente Apoſt. Accedentem ad Deum oportet cre- Heb. 11.
dere quia eſt: ergo ſi homo, cum peruenit ad uſum rōnis,
faciat quod in ſe eſt, Deus illuminabit illū, vt cognoſcat
Deum eſſe.
Præterea, ſi homo in primo inſtanti vſus rationis non Tertium.
poteſt Deum cognoſcere, conſequens eſt, ꝙ ſit extra ſtatū
ſalutis, & ꝙ non habeat remedium ad ſalutem æternam
conſequendam: quod aſſerere, abſurdum eſt, & ab omni Heb. 11.
Theologia alienum. Quod uero recte ſequatur, patet. Nā
ſine Dei cognitione non poteſt eſſe ſalus, dicente Apoſt.
Sine fide impoſſibile eſt placere Deo; & Accedentem ad
Deum oportet credere, quia eſt, &c.
Ad hæc, D. Th. in art. docet, ꝙ qui hoc p̄ceptum adim- Quartum
plet, & ſe conuertit in Deū, iuſtificatur, & obtinet remiſ-
ſionem peccati originalis: ergo neceſſum eſt dicere, ꝙ lo-
quatur de conuerſione in Deum, explicite, & diſtincte: im
mo ꝙ loquatur de cognitione in Deum ſupernaturali, niſi
ſi uelis dicere cū Pelagio, ꝙ homo ex uirib. naturæ remiſ
ſionē peccatorū poſſit cōſequi, & ſine cognitione Dei ſu-
pernaturali. Argumenta hæc magna ſunt, & quæ require-
bant accuratam diſputationē, niſi breuitatis ſtudio coge-
remur rē paucis expedire. Dicebant ergo viri doctiſſimi Pri. opinio
ad hæc argumenta multa, quę poſtmodum recantare ſunt
coacti. In primis aiebant, ꝙ homo perueniens ad vſum
rationis poterat habere gratiā, cū primū peruenit ad vſū
rationis. Patet; quia facienti qd̄ in ſe eſt, Deus non dene-
gat gratiā, ut eſt in Theologorū prouerbio. Itē, ille eſt in
ſtatu peccādi: at ſi nō eſſet quo poſſet ſaluari, eſſet iniquiſ
ſima cōditio, cū Deus ſit pronior ad miſerendum, q̄ ad pu
niendū. Itē eſt viator: ergo eſt in ſtatu ſalutis. Hæc.n. eſt
cōditio damnatorū, vt nō poſſint ſaluari. Hoc ipſum cō-
firmatur ex illo; Qui uult oēs homines ſaluos fieri: &, An 1. Tim. 2.
te hominē vita & mors, bonū & malū, qd̄ placuerit ei, da- Eccl. 15.
bitur illi. Ex quo loco vr̄, ꝙ oī homini, ſi p illū non ſtat,
ſit data facultas perueniēdi ad uitā æternam. Quid ui? nā
ſi ille poſſit peccare, vt dictū eſt, cū nō poſſet habere gra-
tiā, nō poſſet cōſeq̄ remiſſionē peccatorū, & ſic eſſet ī ma
lo obſtinatus, & certe ſequeretur illud incommodū: qd̄
ab uniuerſis Theologis cenſetur maximum, ꝙ poſſit eſſe
peccatum ueniale cū ſolo originali: ſiquidem ſi nō poteſt
dari gratia in primo inſtāti, deinceps certū eſt poſſe pec-
care uenialiter, & ſic eſſet peccatū veniale cū ſolo origina
li. Sed qd̄ multa cōfero ī huius rei cōfirmationē? explora-
tū nāq; eſt ex uera Theologia, ꝙ in quocūq; tēporis mo-
mento pōt homo ſaluari, & gratiā iuſtificationis habere.

Deinde aiebant uiri doctiſſimi, ꝙ talis poſſet habere gra-
tiã, uirtutes, & dona, priuſquã cognoſcat Deũ. Probatur;
quia faciens pro primo inſtanti totum quod poteſt, habe
bit grãm: ſed non poteſt (ut ſtatuitur pro certo) ꝓ illo in-
ſtanti cognoſcere Deum: ergo poterit conſequi gratiam
priuſquã Deũ cognoſcat. Item ſi non poſſet habere grãm
antequam cognoſceret Deum, ſequeretur ꝙ neq; per to-
tam uitam. Cõſtituamus.n. quod numquam de uero Deo
aliquid audiat, quia uiuit inter Barbaros. Deinde, talis ꝓ
illo inſtanti primo hẽt ignorantiam inuincibilẽ de Deo:
ergo talis ignorantia nõ impedit quin habeat gratiam, ſi
faciat quod in ſe eſt. Præterea, in puero baptizato, & poſt
modũ nutrito inter Barbaros, manet gratia in hoĩe adul-
to, & ſine cognitione Dei: ergo hoc non uidetur impoſſi-
bile. Nec ualet dicere, ꝙ ſi faciat quod in ſe eſt, Deus illu
minabit eũ; quia ad minus oportet, ꝙ prius faciat quod
in ſe eſt: & ſic ſemper eſt uerum, ꝙ antequam Deũ cogno
ſcat, merebitur illuminari, & ex conſequenti gratiam, &
remiſſionem peccatorum. His addebant uiri doctiſſimi,
ꝙ omnis talis in primo inſtanti põt ſaluari: nã Deus vult
omnes homines ſaluos fieri. Deinde, omnis talis poteſt
habere gratiam, ut oſtenſum eſt, & nõ neceſſario perdet:
ergo ſaluari poteſt. Certe ſi eo temporis momento relin-
queret Deus hominem ſine remedio, non eſſet prouiſor
uniuerſalis, & ſufficiens; nec Chriſtus eſſet redemptor uni
uerſorum. Præterea arguitur ex illo verbo Domini, Si uis
ad uitam ingredi, ſerua mandata: ſed talis qui peruenit
ad uſum rationis, poteſt ſeruare omnia mandata; quia ne-
mo obligatur ad impoſſibile: ergo poteſt ſaluari.

Ex his principiis ratiocinantes colligebãt uiri ſapien-
tiſſimi, ꝙ aliquis poſſet ſaluari ſine cognitione Dei, atq;
ẽt ſine fide Chriſti. Nam fieri poteſt (inquiunt) ꝙ primo
tpe uſus rationis puer non modo Chrm̃, ſed ne Deũ qui-
dem agnoſcat, utpote apud Barbaros ſine ulla religione,
notitiave diuinitatis educatus. Is ergo ut faciat quod in
ſe eſt, ſatis eſt ſi conuertat ſe in honeſtũ finem, & ꝓponat
bonum ſequi, & fugere malum. Sed faciẽti quod in ſe eſt,
Deus numquam denegat gratiã. Ergo habebit grãm ſine
cognitione Dei, aut Chriſti. Hoc ipſum confirmatur ex
auctoritate D. Thomæ: nam aperte docet, ꝙ ſi ſe conuer-
tat in debitum finem, conſequetur gratiam, & remiſſionẽ
peccati originalis. Nam ſi detur oppoſitum, euidenter ſe-
quitur poſſe eum hominem habere peccatum ueniale cũ
ſolo originali: ſi enim ſe conuertat in debitum finẽ, certe
non peccat mortaliter; cum bene faciat pro ætate, & inſti-
tutione quam habet. Nec eſt in ſolo originali peccato,
quod auctore D. Th. numquam datur in homine adulto:
uel ſi datur, profecto tunc poterit peccare uenialiter, etſi
peccatum ueniale erit cum ſolo originali. Hæc dicebant
uiri doctiſſimi ad confutanda argumenta ſuperius poſi-
ta, & ad explicandum, quemadmodum homo cum perue
nit ad uſum rationis non teneatur ſe in Deum conuerte-
re explicite, & diſtincte. Sed iſtæ opiniones iam ſunt om-
nino damnatæ, & ab ipſis auctoribus reprobatæ: de quarũ
confutatione non eſt neceſſe edisſeri a nobis in præſẽti:
Ad rationes Capreoli. nam huius rei exacta inueſtigatio non eſt huius loci, nec
inſtituti; ſed pertinet ad materiam de fide.

ad primum. Nos uero aliter diſſoluemus argumenta propoſita in
fauorem Capreoli. Nam ad primum dicendum eſt, quod
ſi homo, cum primum peruenit ad uſum rõnis, referat ſe
in debitum finem naturæ humanæ conſentaneũ, propo-
natq; ſequi bonũ, & fugere malum, implicite, & uirtuali-
ter (quod aiunt Theologi) ſe conuertit in Deum auctorẽ
ad ſecund. naturæ, proponitque eum ſequi, & mandata eius ſeruare.
Ad ſecundum argm̃ rñdetur, ꝙ nõ eſt Theologorum re-
gula, ꝙ facienti quod in ſe eſt ex facultate naturæ, Deus
Quomodo intelligatur quod facienti quod in ſe eſt. Deus nõ deneget gratiam. numquã denegat grãm; eſt tñ certa & explorata bonorũ
Theologorum regula, ꝙ facienti quod in ſe eſt ex diuino
auxilio, Deus numquam denegat gratiam. Deinde dicen-
dum eſt, ꝙ puero recte deliberanti de ſalute ſua in primo
inſtanti vſus rationis ſtatim infundetur lumen ſuperna-
turale fidei, per quod cognoſcet illud primum principiũ
religionis, ꝙ Deus ſit, & ꝙ inquirẽtibus ſe remunerator
ſit. Neq; hæc illuminatio erit miraculoſa, ſed erit regula-
ris diuinæ prouidentiæ, ad quam ſpectat, neminem dimit
tere ſine ſufficienti remedio, & auxilio neceſſario ad ſalu
tẽ. Quod ſi obiicias, cognitionem Dei hominibus adue-
nire poſt longum tempus, & diuturnam inquiſitionem:
Dico illud eſſe uerum, ſi de cognitione, quam noſtris ui-
ribus cõparamus, fiat ſermo: iam ad cognitionem ſuper-
naturalem, quã Deus docet hominem, non eſt tẽpus ne-
ceſſarium: ſubito.n. Deus poteſt omnes homines docere
ſcientiam, & doctrinã ad ſalutem neceſſariam. His addẽ
dum eſt, quod dicunt uiri doctiſſimi, Durand. in 4. d. 4.
q. 7. & doctiſſimus Victoria in relectione, de perueniente
ad uſum rõnis; & ſapiẽtiſſimus Cano in relectione de ſa-
cramentis, non oportere ſtatim ut puer recte de ſe delibe
rat, infundi ei lumen ſupernaturale, aut iuſtificari ꝑ gra-
tiã; ſed ſat eſſe, ſi proxime, uel ẽt poſt aliquam morã tem-
Non eſt neceſſarium ut puer recte de ſe deliberat, lumine ſupernaturali perfundi, ſed ſat eſt poſt aliquã moram prout deſtinabit diuina prouidentia. poris, ſm diuinæ prouidẽtię moderationem, iuſtificetur,
quo quidem interuallo egregie poterit de rebus ſuperna
turalibus erudiri, eaſque tenere per fidem. Quod ſi argu-
mentetur Theologus, ꝙ tunc poterit peccare uenialiter,
quod reprobat D. Th. in articulo; dicendum eſt, ad proui-
dentiam Dei ſpectare, tueri & conſeruare illum hominẽ,
ne interim committat ueniale peccatum: ſicut ad proui-
dentiam Dei pertinebat, ut primus homo in ſtatu inno-
centiæ nõ prius peccaret uenialiter, quam mortaliter: qđ
antea explicatum eſt. Vltimo dicendum, quod ſicut po-
teſt eſſe ignorantia inuincibilis fidei in his qui nihil au-
dierunt de Euangelio; ſic poteſt eſſe ignorantia inuinci-
bilis Dei in homine, cum primum peruenit ad uſum ra-
tionis: & quemadmodum ſi illi faciant quod in ſe eſt, ſta-
tim illuminantur a Deo; ſic de puero iſto ſentiendum, ſi
faciat quod in ſe eſt pro illa ætate, & inſtitutione.

Ad tertiũ argm̃ iam explicatum eſt, quemadmodũ ho ad tertium.
mo cum peruenit ad uſum rõnis non ſit extra ſtatũ ſalu-
tis, & quodnã remedium habeat, quãquã ex uiribus na-
turæ non poſſit Deũ cognoſcere pro illo primo inſtanti.

Ad ultimum argumentum negandum eſt omnino (nã ad ultimũ.
eſt damnata opinio) quod quis poſſit aut gratiã, aut ſalu
tem conſequi ſine cognitione Dei ſupernaturali. Quomo
do autem homo cũ primũ peruenit ad uſum rationis, poſ
ſit habere cognitionem Dei ſupernaturalem, ſatis proli-
xe in ſuperioribus explicatum eſt. Nunc uero maneat fi-
xa & immota illa ſententia, quod homo per facultatẽ na
turæ ſuæ non poteſt in primo inſtanti uſus rationis Deũ
cognoſcere. Ex quo fit, eum non teneri præcepto legis na
turæ ſeſe in Deum conuertere explicite, & diſtincte: qđ
aſſertum eſt in prima concluſione. qua probata & demon
ſtrata, ſequitur ſecunda concluſio.

Homo perueniens ad uſum rationis tenetur ſe cõuer-
tere in Deum, eo modo quo poteſt conformiter ad cogni Secũda cõcl.
tionem, quam habet. Si cognoſcit Deum, tenetur habere
Quos actus teneatur habere perueniens ad vſũ rationis. hunc actum; uolo colere Deum; uel uolo, aut propono
ſeruare legem Dei. Sin autem non cognoſcat, ſatis eſt, ut
proponat bene uiuere, conformiter ad dictamen rectæ ra
tionis; ut, uolo honeſte uiuere; nolo male agere: hoc ex-
preſſe dicit Sanctus Th. de ueritate, q. 14. artic. 11. ad 1. &
hoc in loco in ſolutione tertij. Et ſic explicata hæc ſentẽ-
tia de homine cum primũ peruenit ad uſum rationis, eſt
Rationes ſecunda concluſionis. uero ſimilis, & ualde probabilis: cuius ueriſimilitudinẽ
hæc argumenta ſuadent. in primis, quilibet tenetur acci-
pere fidem, & legem Chriſti, cum primum ei fuerit ſuffi-
cienter promulgata: nec liceret alicui differre in certũ tẽ-
pus, neque ſatis eſſet accipere ſemel in uita, ſed tenetur
ꝓponere uiuere in lege Chriſti, & ipſum colere. Ergo etiã
cum primũ ei eſt promulgata lex naturalis, tenetur eam
recipere: ſed non recipit, niſi propoſito ſeruandi illam, &
uiuendi cõformiter ad legẽ: ergo tenetur habere tale ꝓpo
ſitum. Conſequẽtia uidetur nota; quia non minus obligat
lex naturalis quam Chriſtiana, cum ſit æque diuina. Pro-
mulgatur autem lex naturalis, cũ homo peruenit ad an-
nos diſcretionis, & cognoſcit quod uiuendum eſt confor
miter ad rectam rationem, & quod non eſt nocendum ꝓ-
ximo, uel aliquid ſimile. Deinde, tunc uidetur quod in-
ſtet tempus ut homo de ſua ſalute cogitet, & ei operam
det. & omnino eſt grauiſſima negligentia, quod aliquis
non diſponat de rõne uitæ ſuę, ex qua dependet ſalus,
& damnatio eius. Et cum ſtatim oporteat bene aut male
agere, uidetur certe; ꝙ ſtatim oporteat diſponere de ſum
ma uitæ: alias uideretur grauiſſima negligentia. Hoc ipſũ
confirmatur.

confirmatur. Nam ſi quis haberet curam alterius quo'ad oẽs actiones eius, & dependeret ex eo ſalus, uel perditio illius, vr̃ ꝙ peccaret mortaliter, ſi non ſtatim prouideret de ſalute alterius, ſi ſtatim poſſet alius periclitari: ergo multo plus obligatur de ſeipſo. Itẽ alias ſequitur, ꝙ aliquis habens uſum rõnis, facit totum quod debuit in uita ſua, & tñ damnabitur. Conſequẽs nõ vr̃ credendũ. Quod recte ſequatur, patet manifeſte de illo, qui peruenit ad uſum rationis, qui facit totum quod debuit in tota uita ſua: qui ſi nullũ actũ tenetur habere ſtatim, conſequens eſt, ꝙ ſi ſe haberet mere negatiue, & moriatur, iã facit totum ad quod tenebatur, & tñ damnabitur, ſiquidem hẽt peccatum originale, quod numquam eſt remiſſum. Et cõfirmatur. Nam ille ſeruat oĩa mandata, & tamen non ſaluabitur: & ſic non eſt uniuerſaliter uerum quod Dñs dicit: Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. Item, ſi nõ tenetur ſtatim, ergo poterit tunc ſolum peccare uenialiter: & tunc ſi ille ſit in peccato originali, erit peccatũ ueniale cũ ſolo originali, quod vr̃ inconueniens; quia tale peccatũ ueniale non habet locum ubi puniatur: quia non punietur in Limbo, cum ibi non ſit pœna ſenſus; nec in Purgatorio; quia eſt uia ad gloriam, nec in Inferno damnatorum: nam in eo tñ puniuntur qui ſunt in peccato mortali. Certe ꝙ non poſſit eſſe ueniale cum ſolo originali ſupponunt pro certo Innocentius III. & Concilium Florentinum. Ad hunc ergo ſenſum intelligẽda eſt celebrata opinio Diui Thomæ de conuerſione in Deum in primo inſtanti uſus rationis. Et hæc eſt doctrina non ſolum Theologorum, ſed Philoſophorũ, de qua nobilem illam fabulã ueteres prodiderunt de Hercule; cui peruenienti ad uſũ rationis, & de æquo & bono deliberanti, occurrerũt duæ matronæ pulcherrimæ. ſ. Virtus & Voluptas; & utraq; ſuis allectamentis puerũ ad ſe trahere conata eſt, ſed uiciſſe tandem Virtutem. Sed & Pythagoras hoc ipſum docuit ſub inuolucris quibuſdam, & tegumentis. Nam uitæ humanæ ſpeciẽ unius litteræ ſimilitudine ſic adumbrauit, ut totum eius curſum facile deprehẽdere liceat. Cum. n. in pueritiam nec uirtus, nec uitium, neque alicuius uitæ generis inſtituendi deliberatio incidat, ꝙ electionis compos non ſit, nec ſuo regatur arbitrio, eam nimirũ ob cãm hic unam, cõemq; facit uiã. Ineunte uero adoleſcentia, ꝙ hoc tp̃s a natura ad eligendum, quam quiſq; uiuendi uiã ſit ingreſſurus, datum eſt, eam diuidit, uirtutis alteram, alteram uitiorum faciens. quod eleganter in primis deſcripſit Maro in opuſculo, cui titulus eſt de littera Y.

Innoc. III. c. maiores. de baptiſ. Conc. Flor. decreto de unione Græcorum. Herculis fabula.

Virgilius.

Littera Pythagoræ diſcrimine ſecta bicorni,
Humanæ uitæ ſpeciem præferre uidetur.
Nam uia uirtutis dextrum petit ardua callem,
Difficilemq; aditum primum ſpectantibus offert:
Sed requiem præbet feſſis in uertice ſummo.
Molle oſtentat iter uia lata; ſed ultima meta
Præcipitat captos, uoluitq; per ardua ſaxa.

Ad rationes in principio oppoſitas reſpõdetur. ad primum ad ſecundũ

Nunc ſupereſt argumentis in principio adductis ſatiſfacere. Ad primum argumentum dicendum, quod hæc D. Thomæ ſententia non habet niſi paucos aſſertores, & paucas rationes numero, ſed pondere, & momẽto graues.

Ad ſecundum argumentum dicẽdum eſt, quod quamuis expreſſe hoc præceptum in ſanctis litteris nõ inueniatur, oſtenditur ex lumine rationis naturalis; ſicuti cetera præcepta quæ naturali lege mandantur ex ſanctis Patribus. D. Baſilius in commẽtario ſuper Pſalmum primum, ſententiam D. Th. aperte docuit.

ad tertium

Ad tertium argumentum dicendum, quod homines probi ſe accuſant de tranſgreſſione huius mandati, quando de rebus dubiis in communi, & in genere ſe accuſant: & hoc ſatis eſſe ait Caietanus, neq; oportere quemquam hominum de hac re amplius ſolicitum eſſe, & ſcrupulis torqueri. Mihi uero uidetur neceſſarium, quod qui cognouit hoc præceptum, ſe accuſet ſigillatim, & determinate, tamquam de re dubia. Nam quando quis cognoſcit aliquod præceptum, & dubitat an forte fuerit illud trãſgreſſus, certe tenetur in particulari dubitationem hanc confeſſario patefacere, & non ſat fuerit in genere dubitationem indicare.

Sententia auctoris.

ad quartum

Ad quartum argumentum dicendum, quod per coniecturas poteſt homo cognoſcere, quando peruenit ad uſũ rationis; ſicuti per coniecturas cognoſcimus, quando homo tenetur ad præceptum confeſſionis, vel Euchariſtiæ ſumendæ.

ad quintum & ſextum.

Ad quintum & ſextum dicendum, quod confirmãt euidenter primam concluſionem; & dico, quod ſi ſermo ſit de homine in ſyluis nutrito, uel de homine ſecundum facultatem naturæ, non tenetur ſe in Deum conuertere explicite, ſed ſatis eſt proponere ſequi bonum, & fugere malum, & ad deliberãdum de bono ſatis eſt ad annos diſcretionis perueniſſe. Immo hoc eſt ad annos diſcretionis p̄ueniſſe, ſcire, ſcilicet, diſcernere inter bonum, & malum.

ad ſeptimũ

Ad ſeptimum dicendum, ꝙ tempus, quo homo poteſt de bono & æquo deliberare, eſt, quõ ad annos diſcretionis peruenit. Vel dicendum, quod cum dicimus, hominẽ cũ primũ peruenit ad uſũ rationis teneri in Deum ſe cõuertere, non eſt ſenſus, ꝙ in primo inſtanti ſtatim teneatur ſe conuertere: homo enim de ſua natura eſt rationalis, & diſcurſiuus, & in ſua deliberatione indiget tempore, & diſcurſu. Senſus ergo præcepti eſt, quod poſt deliberationem ſtatim tenetur ſe in Deum conuertere.

ad octauum

Ad octauum dicendum, quod nos loquimur ſecluſa ignorantia: nam ex ignorantia a præceptis legis naturæ ſepiſſime homo excuſatur: illa uero ſtante, ad prouidentiam Dei pertinebit, ꝙ non peccet prius uenialiter, quam mortaliter, ne ſequantur inconuenientia, quæ ſupra ſunt commemorata. Deinde dico, hoc præceptum eſſe per ſe notum: ſiquidem per ſe notum eſt, quod cum homo ad annos diſcretionis peruenit, inter bonum & malum debeat diſcernere, ac deliberare.

Ad alia argumenta, quibus cõprobatur, ꝙ non ſtatim obligat hoc præceptum, iam dictum eſt; & demonſtratæ ſunt rationes, ob quas hoc præceptum obliget ſtatim, & quemadmodum obliget oẽs hoĩes, tum baptizatos, tum infideles. Et hæc dicta ſint in defenſionem huius præcepti: nã de puero perueniente ad uſum rationis, aliæ innumeræ quæſtiones ſolent moueri. In primis, quid ſit hominem peruenire ad uſum rationis? Deinde, utrum poſſit quis peruenire ad uſum rationis circa unam materiã, & non circa aliam? Tertia quæſtio; utrum poſſit quis peruenire ad uſum rationis ſufficientem ad peccatum ueniale, & non ad mortale? Quarta quæſtio; utrum poſſit puer in primo inſtanti vſus rationis peccare? quæ habet potiſſimam dubitationem de puero baptizato exiſtente in gratia. Quinta quæſtio; vtrum puero peruenienti ad uſum rationis, & facienti quod in ſe eſt, & proponenti ſequi bonum, & fugere malum, detur continuo gratia, & remiſſio peccati originalis? Eſt etiam alia quæſtio: vtrum huic puero ſufficiat ad gratiam habendam lumen naturale ex parte intellectus? Has, & alias quæſtiones explicat Victoria in relectione, de eo qui peruenit ad uſum rationis; Cano in relectione de ſacramentis, in communi Par. 2. Durandus in quarto, diſtinctione quarta, quæſtione ſeptima. Altiſiodorenſis libro tertio, quæſtione ultima ad finem. Et hic ſit finis materiæ de peccatis.

Quæſtiones quæ de puero perueniẽte ad uſum rationis agitari ſolent.

Mag. Vict.

QVAESTIO XC.

De legibus, in quattuor articulos diuiſa.

Introductio ad materiam de legibus.

Theologis, & iuriſperiti diuerſimode de legibus tractant.

THeologis, & iuriſprudentibus communis eſt diſputatio hæc de legibus, ſed diuerſa ratione. Nam iuriſprudentes de legibus conſiderant, quatenus ordinant nos in cõmunem pacem reipublicæ: at uero Theologi tractant de illis, inquantum ordinant nos ad æternã illã felicitatẽ, q̃ in Dei uiſione ſita eſt. Sed nõ ſolum in fine, ſed & in principio differentia eſt. Nam Iuriſperitus conſiderat leges, quæ ab hominibus ſunt cõſtitutæ, ut habetur. ff. de conſtitutionibus Principum. l. 1. Theologus uero conſiderat precipue legem diuinã, quæ Deum hẽt auctorem; ſecundum illud; Dñs iudex noſter, Dñs legifer noſter. Hinc ſubſequitur alia differentia.

Eſa. 33.

Nam

Nā rō & methodus diſputādi de legibus in ſacra Theologia altior eſt, & ſublimior, ꝑpea ꝙ de oībus legibus vna rōne conſiderat, ſ. quatenus in Deum nos ordinant, & dirigunt Iuriſprudentes ſm peculiares fines diuiſi ſunt, ut ſcientiæ ipſę ſunt diuiſæ. Itaq; Cæſareum ius cōponit pacē in exteriori republica. Ius Pōtificium in republica Chriſtiana, & eccleſiaſtica. Ius uero Theologorū docet bene & feliciter uiuere in ordine ad rempublicā cœleſtē.

Diſtributio huius tractatus.

Illud ēt aīaduertendū eſt, ꝙ D. Th. tractatum de legibus in quattuor diſtribuit partes Principio agit de definitione legis. Deinde, q̄ uarie diuidatur oſtendit. Proximo loco de legis effectibus inueſtigat. Quarto, de legibus in particulari. ſ. de lege æterna, de lege naturali, de lege humana, de lege Moſaica, & demum de lege Euāgelica. Sed & illud conſideratione dignum eſt, ꝙ D. Th. in initio huius tractatus ſtatuit pro certo, & pro euidēti, legem eſſe & vñ aggreditur continuo ad explicandum, quid ſit lex. Nō enim exiſtimauit uir ſanctus eſſe neceſſarium ediſſeri a nobis, an ſit lex: cū res ipſa de ſe ſatis ſit comperta, atq; explorata ſine argumentorum confirmatione.

Vtrū ſit lex Lutherani,

Sed heretici Lutherani cogunt nos hāc primam diſputare quæſtionem: Num lex ſit. Exiſtimant enim, Chriſtianum hominē tantummodo teneri ad credendum, & reliqua omnia eſſe libera, & indifferentia. Deinde aiunt, hominem iuſtum non teneri ad alicuius legis obſeruationem, ſed eſſe liberum ab omni lege & mandato. Præterea aſſerūt, Chriſtum Dñm non eſſe datum hominibus in legiſlatorē cui obediant, ſed in redemtorem cui confidant. Probant hęc dogmata uariis teſtimoniis diuinæ ſcripturæ. In primis eſt illud ad Gal. 5. Quod ſi ſpiritu ducimini, non eſtis ſub lege.

Greg. 1. dia: cap. 1.

Cui conſonat illud Diui Gregorij; Lege non cōſtringitur Spiritus Sancti donum. Deinde in eodem capitulo dicit Paulus; Fructus aūt Spiritus eſt caritas, gaudiū, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, māſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas: aduerſus hmōi non eſt lex: & c. 3. eiuſdem Epiſtolæ dicit Paulus; Lex propter tranſgreſsionem poſita eſt: & 1. ad Timo. cap. 1. Lex iuſto non eſt poſita: & ad Roman. c. 13. Plenitudo legis eſt dilectio, & iterum; Qui diligit proximum, legem impleuit: & 1. ad Timoth. c. 1. Finis præcepti eſt caritas. Habito aūt & acquiſito fine, ceſſat ſolicitudo de mediis. Vnde dicit Aug. tract. 7. in primam epiſtolam Ioannis. Dilige, & fac quod uis. Et Chryſoſtomus homilia 2. in prima epiſtola ad Timotheū explicans illud; Finis præcepti eſt caritas; dicit, ꝙ caritas eſt finis præcepti, ſicut Chriſtus eſt finis legis. Sed adueniente Chriſto ceſſauit omnis obligatio legis Moſaicæ: ergo adueniente caritate ceſſat obligatio cuiuſcumq; legis, & mādati. Ex his teſtimoniis vr̄ ſequi, hominem iuſtum ab omni lege & mandato eſſe liberum. Ad idem confirmandū adducunt diuinas litteras, in quibus Diuus Paulus prædicat libertatem Chriſtianā; ut eſt illud ad Gal. 3. Chriſtus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum; & illud ex c. 5. State, & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri: & in eodem capitulo: Vos in libertatem uocati eſtis fratres: & 2. Corinth. 3. Vbi ſpiritus Dñi, ibi libertas. Quibus teſtimoniis abutūtur Lutherani, ut dicant, hominem Chriſtianum ab omni lege & mandato eſſe liberum. Hęc ſunt argumenta hæreticorum. Sed alij homines curioſi admittunt quidem legēs eſſe, ſed negant eas eſſe neceſſarias. Exiſtimant enim, ꝙ felicius eſſet actum cum genere humano, ſi nulla foret lex, nullūmq; mandatum: nam ablato mandato, aufertur occaſio peccandi, & cōdemnatio ad mortem. Dicit enim

Rom. 4
1. Cor. 15

Paulus; Vbi non eſt lex, nec præuaricatio: & iterum; Virtus peccati lex. Tolle igitur mandatum, & ſublata erit oīs illaqueatio mortis. Hoc ipſum confirmat hæc rō. Nā in uita beata, ubi regnant oēs feliciſſime, nullum eſt mādatum: ergo magna eſſet facilitas, ſi nullum foret mandatum. Ad huius rei expoſitionem eſt prima concluſio.

Prim. conc. Non poteſt ſine lege cōſtare reſpublica.

Reſpublica ſine lege conſtare non poteſt. Nam ſi reſpublica eſſet ſine lege, & liceret cuiq; uiuere ꝓ ſuo arbitratu, licita eſſent latrocinia, adulteria. Rurſus, ubi nō eſt lex quæ decernat prēmiū bonis, & ſupplicium ſceleratis, non eſt reſpublica, ſed perditio, & confuſio reipublicæ. Certe ubi non eſt lex, non eſt iuſtitia: quæ enim eſt iuſtitia proprio arbitratu uiuere? ſine iudice, ſine lege, ſine mandato? Iam uero ubi non eſt lex, non eſt obediētia, neque ordinis cognitio. Et qd obſecro his ſublatis erimus? nonne irregulares? ſine Deo, ſine lege, in hoc mundo? nōne bruta animantia magis quam homines? Inſuper per legem cognitio peccati. Nam concupiſcentiam neſciebam (inquit Paulus) niſi lex diceret, Non concupiſces. Qui autem ignorat, ignorabitur, ut idem teſtatur Apoſtolus. Rom. 7
Itaque per legem cognitio peccati; per legem teſtificatio 1. Cor. 14.
diuinæ circa nos uolūtatis; per legem directio naturæ in Deum; pedagoga quoq; & diſciplina uirtutis. Denique, per legem demonſtratio ordinis: nam lex, ſiue mandatū ſuapte natura cōuincit & dominij poteſtatem eſſe in mādante, & obediendi neceſſitatem his qui mandatum accepērunt; illum maiorem, iſtos minores; illum dominum, iſtos ſubditos. Propter quod in Paradiſo, cum natura eſſet adhuc incorrupta, bene per omnia conſentiens, & in ſe, & cum ſuo conditore, opus erat legis mandato, & hoc ſub pœna mortis: ſic enim habet ſcriptura; Ex omni ligno Paradiſi comede, de ligno autem ſcientię boni & mali ne Gen. 2.
comedas: in quocumque enim die comederis ex eo, morte morieris: non ob aliam cauſſam mandatum adhibuit, quam ut immobili decreto mandati euidenter cōſtaret, plenitudinem dominij rerum omnium, etiam ad pomū uſque, idque in medio Paradiſi, cunctaque etiā minima, quale eſt pomum, uenire in uſum hominis ſola Dei beneficentia gratuitaque uoluntate. Tum tertio, ut hinc cōſtaret, hominem tanta neceſſitate ſubiectum eſſe legiſlatori Deo, ut in omnibus, ne pomo quidem excepto, parere teneatur. Sed finio: nam res, quam perſuadet admitor confirmatione non indiget: adeo exploratum eſt rempublicam ſine mandato & lege conſtare non poſſe.

Quare Deus primis parētibus eſu m pomi paradiſi uetuerit

Secun. conc. Chriſtus legiſlator cui obediendum. Conc. Trid. ſeſſ. 6. ca. 21.

Secunda concluſio. Chriſtus Dominus eſt legiſlator, cui Chriſtiani obedire tenentur, & cōtrariū eſt dogma hæreticum Sic definit Concilium Tridentinum; Qui dixerit, Chriſtum Dominum datum eſſe a Deo hominibus in redemtorē cui cōfidant, & non in legiſlatorem cui obediant, anathema ſit. Idem patet ex illo Eſaię 33. Dominus iudex noſter, Dominus legifer noſter: & Io. 13. Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem: & cap. 14. Qui habet mandata mea, & ſeruat ea, ille eſt qui diligit me: & iterum; Hoc eſt præceptū meū, ut diligatis inuicē. Sed ſupra omnia eſt illud Matthæi ultimo; Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in noīe Patris, &c docentes eos ſeruare omnia, quæ mandaui uobis. & Diuus Paulus ad Rom. 3. Legem deſtruimus per fidem? abſit. ſed legem ſtatuimus. Nam (ut ait Aug.) per fidem impetratur gratia, qua lex impletur & ad Hebræos. c. 7. Tranſlato ſacerdotio, neceſſe eſt ut legis tranſlatio fiat. In quo ſignificat, ſic Chriſtum ueterem legem abrogaſſe, ut nouā inſtituerit; quoniam tranſlatio legis non eſt, ubi una alteri nō ſuccedit. Propter quod quando Diuus Paulus ad Eph. 2. dicit, Chriſtum euacuaſſe legem mandatorum in decretis; non utcumq; dicit euacuaſſe, ſed in decretis; quæ Diuus Auguſtinus, Chryſoſtomus, Theophilactus referunt ad mandata Euangelica, quæ Chriſtus in monte propoſuit. Ex his manifeſte conſtat, quomodo regnum Chriſti non ſit ſine lege: inferius uero demonſtrabitur, quomodo uir iuſtus teneatur legibus, in q. 96.

Soluuntur hæreticorū captiones. Ad primum teſtimoniu ſacræ ſcripturæ.

Ad argumenta hæreticorum, ad primū teſtimonium dicendum eſt, ꝙ qui ducuntur Spiritu Sācto, nō ſunt ſub lege; ideſt, lex non eſt illis moleſta, tales non coguntur lege, ſed ſunt ſupra legem; quia etiam ſi lex non eſſet, præſtarent ea, quæ legis ſunt: nō, inquam, ſunt ſub lege, tamquam ſub pedagogo cogente, & ſeruiliter reſtringente.

In quo ſenſu iuſti ſub lege nō ſint

Alij interpretantur hoc modo. Nō eſtis ſub lege, accuſante, & damnante: lex enim non tenet uos reos & obſtrictos pœnis ſuis; quia adiuti ſpiritu, quo ducimur in uita quotidiana, præſtatis legem. Communis explicatio Sanctorum eſt, referre hanc ſententiam ad legem ueterem. Cum uero dicit Gregorius, lege non conſtringitur Spūs Sancti donum; duplex eſt ſenſus. Prior eſt, quod aduerſus dona Spiritus Sancti lex non militat: Poſterior ſenſus eſt; quod qui ducitur Spiritu Sancto, non ſequitur communē legem, & communem curſum. Ex hoc tamen non ſequitur, uirum iuſtum nulla lege teneri.

Ad ſecundū teſtimoniū.

Ad ſecundum teſtimonium dicendum, quod aduerſus dona

dona Spiritus Sancti non eſt lex cogens, neque accuſans, nec damnans. Propter quod dicit Chryſoſt. Sicut equi freno morigeri, non indigent ſcutica, ſic qui habet carita tem, non indiget lege minante. Chryſoſt. uerbum illud, Huiuſmodi, refert ad perſonas. Quid enim præcipias illi (inquit) qui ita ſe habet? Aug. in principio uidetur referre ad perſonas, poſtea aperte ad res refert: ſed quocunque referatur, explicatio germana huius teſtimonij iam dicta eſt.

Concl.

Ad tertium teſtimoniũ. Ad tertium teſtimonium reſpõdetur, nõ eſſe ſen ſum, ꝙ iuſtus amplius non teneatur lege, ſed ꝙ lex pædagogus ſit, hoc eſt, poſita non propter iuſtos, ſed propter iniuſtos, id eſt, ad coercendas tranſgreſſiones, & cuſtodiendos homines in eam fidem, quæ reuelanda erat. Vide firmum huius loci commentarium Aug. lib. de ſpiritu & litera c. 9. & 10. Planiſſimus commentarius eſt, ꝙ lex iuſto non eſt poſita, id eſt, impoſita tamquam iugum incomportabile: lex namque uiro iuſto iugum eſt ſuauiſſimum. Propter quod dicit Dominus; Tollite iugum meum ſuper uos: iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

Chriſtus:

Ad illud; Plenitudo legis eſt dilectio; Reſpõdetur, eſſe veriſſimum, ꝙ qui habet caritatem Dei, & proximi, legẽ impleuit: ſed numquam erit caritas, niſi ſit uoluntas parata ad obediendum Deo, & legibus, & maiorum manda tis. Quare Diuus Paulus deſcribẽs officia caritatis ſic ait; Caritas patiens eſt, benigna eſt, non æmulatur, non agit perperam: quemadmodum uere dicimus, quod ad ſalutem ſufficit caritatem habere: ex quo nõ eſt conſequens, quod non ſit neceſſaria pœnitentia, ſiquidem ad habendam caritatem requiritur pœnitentia.

1. Cor. 13.

Ad quartũ teſtimoniũ. Ad aliud teſtimonium, Finis præcepti eſt caritas (ex quo conficiebatur tale argumentum; Adueniẽte fine ceſſat operatio de medijs: ſed omnia mandata ordinantur ad caritatẽ; vñ qui hẽt caritatem, non tenetur ſeruare mãdata) dicendũ eſt, ueriſſimũ eſſe axioma quod aſſumitur in argumento, ſi in illud qui ita habet: ſed non ceſſat operatio ordinata ad permanẽdũ in fine iã adepto, & ad illũ cuſtodiendum, & ut magis ac magis habeatur, & ideo habẽ tibus caritatẽ præcipitur, ut uigilent, pugnent, & reſiſtãt. Sed & illud dicendũ eſt pro confutatione argumenti, nõ omne quod ordinatur ad finem, ceſſare adueniente fine, ſed id tm̃, quod dicit imperfectionem; ut motus, & tendentia in finẽ: at parere Deo, & eius mandata ſeruare, im perfectio nõ eſt. Solutio eſt D. Th. ſupra q. 4. art. 4. ad ult.

Ad cætera teſtimonia. Ad alia teſtimonia D. Pauli, quibus prædicat libertatẽ Chriſtianam, dicendum eſt, ꝙ loquitur de libertate a cærimonialis, & præceptis legis Moyſi, ut patebit textum intuenti. Inde uero concludere, hominem Chriſtianum eſſe liberum ab omni lege, tum humana, tũ diuina, eſt conculcare ueritatem D. Paul. Nam D. Paul. fuſiſſime loquitur de obedientia præſtanda poteſtatibus ſublimioribus, & de damnatione quam ſibi acquirũt qui eis reſiſtent. & ad Heb. 13. Obedite præpoſitis ueſtris, & eis ſubiacete.

Rom. 13.

Iam uero rõ poſtulat, ut reſpondeamus illis, qui admittunt legum obſeruationem, ſed dicunt, multo melius & felicius nobiſcũ fuiſſet actum, ſi nulla lex foret. Certe ſi nulla eſſet lex, ſicut nullum eſſet pctũ, ita nulla eſſet uirtus, ſed uiuerent homines, ut bruta animalia, exleges, ſine ratione, & ordine. Præterea dicendum eſt, ꝙ ſi nulla lex eſſet, quæ homicidiũ, & adulterium nobis prohiberet, ſane homicidium, & adulterium peccata eſſent, ſiquidem ſecundum ſe mala ſunt, & nõ mala, quia prohibita. Item, peccata eſſent; quia a Deo odio haberentur ſi fierent. Ex alia parte peccata non eſſent, quia ubi non eſt lex, non eſt præuaricatio, nec peccatum. Volo igitur dicere, quod ſi nulla eſſet lex, ſequeretur euidens contradictio. & ſic impoſſibile eſt nullam legem eſſe. De hoc in alio loco uberius diſſertum eſt.

Si non eſſet lex, ſequeretur euidens cõtradictio.

Quod uero obijcitur, in beatorum republica, & in uita beata nullam eſſe legem, in queſtionem nos inducit, ad inueſtigandũ, utrum hoc uerũ ſit. Nam pro parte negatiua ſic arguitur. In primis, beati neceſſario diligunt Deum, ut habet ſana doctrina: ſed de actibus neceſſarijs præcepta & leges non dantur: ergo in uita beata leges nõ ſunt.

Vtrum in uita beata ſit lex aliqua. Prim. argu.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum lex ſit aliquid pertinens ad rationem.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs, quã in argumẽto, ſed cõtra, probat Diuus Thomas quod imperare ad rationem pertinet; imperare autem, & prohibere, legi conuenit. In articulo autem ita probatur. In vnoquoque genere id quod eſt principium, eſt menſura, & regula illius generis: ſed ratio eſt principiũ actuum humanorum: ergo ipſa eſt menſura actuum humanorum. At lex nihil eſt aliud quam regula, & menſura actuum, ſecundum quam quis ad agendum inducitur, vel ab agendo retrahitur: ergo lex ad rationem pertinet.

Deinde, in uita beata non poteſt eſſe peccatum: ergo non poteſt eſſe inobedientia. Ex quo conſequens eſt, non eſſe opus lege, aut mandato.

Secundum.

Iam uero lex diuina, ſecundum Auguſtinum, eſt, qua mali, miſeriam, & boni, uitã æternam merentur: at in beata uita non eſt ſtatus merendi: ergo in uita beata non eſt lex. Sic docet Driedo. Contrarium docet D. Thom. infra q. 93. art. 6. quæ ſententia ſine dubio ueriſſima eſt. Nam lex diuina eſt æterna: ergo in æternum perſeuerat. Deinde ſi in uita beata non eſt lex, inde eſt, quia in ea pctm̃ eſſe non poteſt. Sed hæc ratio non conuincit: nam Chriſtus Dominus, ſecundum ueram Theologiam, habuit præceptum moriendi, cum tamen peccare non potuerit. Ad ultimum, beati in uita beata quamquam neceſſario amant diuinam eſſentiam, libere tamen ſe habent in exequendis alijs miniſterijs, & diuinis iuſſis ſibi iniunctis, ut plane conſtat de Angelorum miniſterio: ergo uita beata non eſt ſine præcepto & lege.

Tertium: Aug. lib. 1. de lib. arb. c. 6. Driedo li. de libertate Chriſtiana, cap. 5.

Sed obſeruandum eſt, ꝙ ſicut grauia, eadem grauitate deſcendunt in locum ſuum, & in eo iam adepto conquieſcunt; ſic homines eadem lege æterna diriguntur in finem, & in eius adeptione feliciter conquieſcũt: & ſicuti uirtutes morales, temperantia, & fortitudo, manent ũt quidem in uita beata, ſed non ut pugnẽt cõtra paſſiones, neq; ut eas moderentur, ſed ut ſuo fine fruantur in ſempiternũ; ſic in uita beata manet lex, non ut dirigat nos in finem, ſed ut in fine iã adepto conquieſcamus. Ex dictis patet, quo modo ſine lege nullum regnum conſiſtat. His conſtitutis, quæ ad exordium huius tractatus ſpectãt, ſequitur, ut inueſtigemus, quid ſit lex. Hæc de exordio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quibuſdam uidetur, quod lex ſit uoluntatis, & non intellectus. Huius ſententiæ eſt. Almaynus in ſuis moralibus c. 2. & ſuadetur ſic eſſe. Quoniam lex in ſanctis ſcripturis Dei uoluntas appellatur: ut Matth. 7. & 12. Qui fecerit uoluntatem Patris mei, id eſt, qui paruerit præceptis Patris cęleſtis. & 2. Machabęorum 1. ſcribitur, Deus det uobis ut faciatis eius uoluntatem, id eſt, ut obſeruetis eius legem.

Vtrum lex ſit uoluntatis. Prim. argu.

Deinde, ad eam potentiam pertinet ordinare in finem quæ principaliter illum reſpicit, ſed uoluntas principaliter reſpicit finem, ſiquidem obiectum uoluntatis eſt finis: ergo ad uoluntatem pertinet ordinare, & ſtatuere, & per conſequens condere leges: ergo lex non eſt rationis, ſed uoluntatis.

Secundum.

Præterea, lex eſt quæ mouet ſubditos ad aliquid faciendum, uel non faciendum: at proprium officium uoluntatis eſt mouere uniuerſas potentias ad operandum: unde uidetur, quod lex ſit uoluntatis, & non rationis.

Tertium.

Durandus in diſtinctione ultima, 1. ſententiarum, q. 2. affirmare uidetur, ꝙ uoluntas diuina ſit regula noſtrarum actionum. Ex quo prætendit probare, quod teneamus

tenemur conformare noſtram uoluntatem uoluntati diuinæ, ſiquidem uoluntas diuina eſt norma, & regula noſtrarum actionum. Hoc ipſum confirmat. Nam lex naturalis, & uniuerſa lex habet, quod ſit lex a uoluntate diuina: ergo uoluntas diuina præcipue lex eſt. Et hoc docere uidetur, quod id, quod immediate obligat homines, eſt id quod Deus uult nos uelle: per legem uero exterius explicatam innoteſcit nobis diuina uoluntas.

Aug. 22. lib. contra Fauſt. cap. 27.

Gregorius Ariminenſis in ultima diſt. 1. ſnſarum, in hac vi eſſe ſententia, legem ex æquo ad uoluntatem, & rõnem pertinere: probatq; ex D. Aug. definiente peccatũ, quod ſit dictum, uel factum, vel concupitum contra legẽ Dei æternam: & ſubiungit; lex æterna eſt ratio, uel uoluntas diuina. Ex eodem principio comprobat prædictus auctor, quod tenemur nos conformare uoluntati diuinæ: nã non minus diuina voluntas eſt lex, quam ratio diuina. Et certe D. Tho. in ſolutione tertii non uidetur negare, quin uoluntas ſit lex. ſed tantum affirmat, quod ratio, primario & præcipue ſit lex. Et in ſuperioribus q. 19 art. 9. aperte docet, quod diuina uoluntas eſt regula noſtræ uoluntatis.

Ad huius rei expoſitionem obſeruandum eſt, quod lex habet uarias conditiones, & effectus, & ſic habet diuerſa nomina. A latinis uocatur lex; a Græcis uocatur, νόμος ab Hæbræis, thora; quæ quidem nomina licet idem ſignificent, non tamen habent eandem nominis etymologiam. Lex, latine ab eligendo dicitur, ut docet Cicero lib. 1. de legib. Leges namque præcipiendo quid faciendum ſit, quid uero fugiendum, docent nos recte eligere. D. Th. in hoc articulo exiſtimat deduci hoc uocabulum a ligando, eo quod ueluti uinculo alligat homines. Hæc nominis etymologia conſonat ſacræ ſcripturæ Hieremiæ c. 2. A ſæculo confregiſti iugum, rupiſti uincula, dixiſti, non ſeruiam. & in Pſal. 2. Dirumpamus uincula eorum, & proiiciamus a nobis iugum ipſorum. Iſidorus arbitratur deriuari hoc uocabulum a legendo, eo quod leges publico ſcripto mandantur, & leguntur. Hinc eſt quod Dominus daturus legem populo Exho. 19. ut omnibus eſſet nota, fulgure & tonitruo & clangore buccinæ manifeſtauit lege ferendã. Græci uero uocant nomon, a uerbo νέμειν quod eſt, tribuere, leges enim tribuunt unicuiq; quod ſuum eſt. Hæbræi uocant thora, a uerbo quodam quod ſignificat, doceo, ſiue diſpono. leges enim continent doctrinam rerum agendarum, iuxta illud; Præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Certe lex in Pſalmo 118. uariis nominibus appellatur: dicitur enim, lex, præcepta, teſtimonia, mandata, iudicia, iuſtificationes, iuſtitia, via, veritas, uerbum; ut mirum ſit eandem pene rem toties uariis modis repetitam eſſe.

Logis nomina.

Vis directiua & coactiua legis.

Illud etiam eſt obſeruandum, quod lex uniuerſa habet duplicem uim, directiuam, & coactiuam. Directiua eſt, quæ oſtendit quid faciendum, quid uero fugiendum, & obligat ſubditos in conſcientia, etiam ſi nullus adſit, qui ſupplicia inferat. Alia eſt uis coactiua per illationem pœnarum. & utraq; eſt neceſſaria generi humano. Nam

Oderunt peccare boni uirtutis amore;
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

Hoc ſignificatur Deuteronomij 33. vbi legitur, quod lex diuina ignea ſit. Nam ſicut in igne eſt claritas, & uirtus comburendi, ſic ſane in lege eſt lux illuminans ad dirigendum, & uirtus ad mouendum & coercendum. His conſtitutis, eſt prima concluſio.

Prim. conc. Lex eſſentialiter eſt in ratione. Lex quid.

Lex ſecundum ſubſtantiam, & eſſentiam in ratione cõſiſtit. Lex enim eſt imperium faciendi, uel non faciendi, ut de ſe patet. Sed imperium eſt actus intellectus, ut definitum eſt ſupra q. 17 & aſſerit Ariſtoteles 6. Eth. c. 10. vnde lex in ratione conſiſtit. Deinde, lex eſt regula praui & recti: ſed ratio eſt regula humanarum actionum: ea. n. eſt, quæ dirigit, & regulat uoluntatem, alioqui cæcã: igitur in ratione conſiſtit. Præterea, uoluntas noſtra, ut recta ſit, oportet ut rectæ rationi ſit conſentanea: in hoc enim eſt peruerſitas noſtræ uoluntatis, quod rationi rectæ nõ pareat: ergo ratio regula eſt, non uoluntas.

Efficatiores rationes.

Sed efficacioribus argumentis oſtendendum eſt, quod lex non ſit uoluntatis, ſed rationis. Nam in uoluntate tantum inueniuntur uolitio, & nolitio, qui actus nullum præ ſe ferunt imperium, nec præceptum. Nam licet ego intelligam euidenter, Prælatum meum uelle optatiſſime ut prædicem, aut legam, non teneor parere, donec id loquens mihi præcipiat: loqui uero intellectus eſt, & non uoluntatis.

Deinde, nos hoĩes tenemur nos conformare, & obedientes eſſe diuinæ legi: quod ſic manifeſtum eſt, ut probatione nõ ſit opus. At non tenemur nos conformare uoluntati diuini beneplaciti: nam quamuis ego intelligam Deum uelle patrem meũ occidere; licet tñ mihi, & honeſtum eſt de hac re contriſtari. Ruſus, Deus præcepit Abrahæ, ut filium ſuum interficeret; at nolebat illud fieri: præcepit homini ſanato (Marci primo) ut taceret; at nolebat, ut taceret.

Deinde, ſi lex eſt uoluntatis, maxime eſt actus quãdo vult Petrum Deũ diligere, ſed hic actus nõ eſt lex. Quod ſic oſtendo. Nam eadem ratione eſſet lex, uoluntas qua Petrum vult condemnare; quod eſt falſum, & aduerſatur ſanæ doctrinæ: nam tunc Petrus non poſſet ſaluari ſecundum legem, & eſſet contra legem, ut ſaluus fieret.

Sed dicet Theologus, quod lex non eſt omnis actus uoluntatis, ſed tantum eſt actus uoluntatis quando Princeps vult ſubditos ſuos obligare. Sed hoc falſiſſimum eſt: nam ſi Princeps præcipit, & vult præcipere, licet nunquã de obligatione cogitet, eſt uera lex: immo uero ſi Princeps uelit ponere leges, licet non uelit ſubditos obligare, oritur uera obligatio in ſubditis ad obediendum: quia ex legis poſitione, neceſſario conſequio ſequitur obligatio, quemadmodum ſi aliquis uelit iurare, licet nõ ſe uelit obligare, ex religione iuramẽti manet obligatus. ſicut in ſimili caſu docẽt Theologi, quod qui uouet aliquid Deo, licet non uelit ſe obligare, naſcitur obligatio ut adimpleat uotum. Etenim obligatio ſeruandi uotum non naſcitur ex uoluntate hominis uolentis ſe obligare, ſed ex uinculo uoti, quod Deo nuncupatur. Idem demonſtratur auctoritate maiorum. Ariſtoteles decimo Ethicorum, capitulo nono dicit, quod lex eſt ſermo ab aliqua prudentia, & mente profectus, quæ omnia ad intellectum pertinent, non ad voluntatem. Cicero uariis definitionibus definit legem, quæ euidenter demonſtrant eſſe rationis, & non uolũtatis. Lex, inquit, eſt ratio inſita in natura, quæ iubet ea quæ facienda ſunt, prohibetque contraria. Et iterum; Lex eſt recta, & a numine Deorum tracta ratio, imperans honeſta, prohibensq; contraria. Et alio modo; Lex eſt recta ratio imperandi, atque prohibendi. Præterea, lex eſt recta ratio in iubendo, & uetando. Lex eſt naturæ uis, mens, & ratio prudentis, iuris atque iniuriæ regula. Lex eſt ratio, menſque ſapientis, ad iubendum, & ad uetandum idonea. Et alio in loco, Cum legem dico, nihil aliud intelligi volo, quam imperium, ſine quo nec domus ulla, nec ciuitas, nec gens, neq; hominum vniuerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Iſidorus quoque diſtinctione prima, capitulo, Conſuetudo, dicit; Conſuetudo quæ ratione conſtat, lex eſt.

Secunda concluſio. Lex in ratione practica conſiſtit; non in ſpeculatiua. Officium namque practicæ rationis eſt dirigere ad ſtudioſas operationes; non cognoſcere ueritates: at uero officiũ legis eſt dirigere ad ſtudioſas operationes, ergo in practica conſiſtit. Deinde potiſſimum officium prudentiæ, quæ maxime uirtus practica eſt, eſt recte præcipere. ſed officium legis eſt præcipere: ergo in ratione practica conſiſtit. Iam uero lex pertinet ad prudentiam gubernatiuam, cuius officium eſt legibus multitudinem regere, ut ſcribit D. Th. ſecunda ſecundæ; quæſtione 47 articulo 11. Prudentia uero gubernatiua non ſpeculationem, ſed praxim dirigit, & docet quid agendum ſit, quid uero fugiendum.

Secun. conc. Lex cõſiſtit in ratione practica.

Tertia concluſio. Lex etiam includit actum uoluntatis. Pro quo obſeruandum eſt, quod ut Princeps ferat aliquã legem, non ſolum requiritur ut iudicet fieri oportere, nec uero, quod uelit ſic fieri, ſed præterea requiritur, quod id quod iudicat fieri oportere, & id quod vult fieri; ſtatuat non ſolum conſulendo, & exhortando, ſed etiam præcipiendo. Ex quo euidens eſt, quod utraque potentia, tum intellectus, tum uoluntatis, concurrat ad legem conſtituendam. Nã intellectus fieri oportere iudicat, & uoluntas approbat, quod fiat, & tandem ſequitur imperium legis.

Tertia conc. Lex includit actum uolũtatis. Quid ad legem ſtatuẽdam requiratur.

Illud

Illud etiam obſeruandum eſt, quod quando duæ potētiæ concurrunt ad aliquem actum, illi potentiæ tribuendus eſt actus, ad quam pertinet ſecundū ſubſtantiā ſuā, & ſecundum id quod perfectiſſimum eſt. Et quoniam lex ſecundum ſubſtantiam eſt imperium, regula, lux; & hoc eſt potiſſimum in lege, qđ manifeſte in ratione cōſiſtit, ideo lex rōnis eſt, & non uoluntatis. De qua re uide D. Tho. ſupra q. 17. ubi agit de imperio.

ART. SECVNDVS.

Vtrum lex ſemper ordinetur in bonum commune.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās quæ nō ſolū intelligitur d facto, ſed ēt de iure. Itaque intelligendū eſt, quod ſi ceſſat ratio boni communis, & eius vtilitas, ſtatim lex ceſſat, & vim obligandi non habet. Rurſus ex eadem concluſione intelligitur, quod lex, quæ inſtituitur in priuatum commodū, lex nō eſt, ſed iniquitas.

Arg. ſolut. Ad primū.

Ad argumenta in principio poſita ſatisfaciēdum eſt. Ad primū dicendū eſt, ꝙ licet lex ſecundum ſubſtantiam in ratione conſiſtat, habet tamen uim mouendi, & dirigendi a uoluntate, quemadmodum expoſitum eſt in tertia concluſione; & ideo uolūtas appellatur. Vel dicatur (& hæc eſt uera ſolutio, quā accepi ex Magiſtro in 1. diſtinctione 45.) quod uoluntas diuina ſecundum proprietatem, tantum eſt uoluntas diuina beneplaciti, de qua dicitur; Omnia quæ uoluit Dominus fecit. & iterum; Voluntati eius quis reſiſtit? Ceterum ſecūdum figuratam locutionem dicitur Dei uoluntas, quod propie uoluntas non eſt, ut prohibitio, præceptum, conſilium, quæ ſunt ſigna diuinæ uoluntatis, ſicut litteras Principis appellamus eius uoluntatem.

Ad ſecundū.

Ad ſīn dicendū, ꝙ utraq; potentia, tum intellectus, tū uoluntas, tendit in finē, ſed diuerſa ratione: uoluntas appetēdo, deſiderando, intellectus oſtēdēdo, illuminando, & ordinando quid faciendum ſit, quid uero fugiendum.

Ad tertium

Ad tertium dicendū, ꝙ lex ea parte qua includit actū uoluntatis, habet uim & energiam mouendi: propter qđ conceſſum eſt in tertia concluſione, ꝙ includit actum uoluntatis. Vel dicendū, ꝙ uoluntas mouet uniuerſas alias potentias efficienter, applicando eas ad proprias operationes; lex uero mouet illuminando, præcipiendo, uetando, quæ motio in ratione conſiſtit.

Ad alia argumenta dicendum, falſiſſimum eſſe nos teneri ad conformandam noſtram uoluntatem diuinę uolūtati in uolitis; de quo inueſtigatum eſt copioſe ſupra q. 19. art 9. Præterea dicendum, ꝙ uoluntas diuina appellatur regula, & lex, propter rationes commemoratas. Hæc de iſto artic. dixiſſe ſufficiat.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Concluſio propoſita ſic probatur a D. Tho. Rō eſt principium humanorum actuū, & ideo in ipſa aliquid eſſe debet quod rōnē principij habeat, reſpectu oīum aliorum; hoc autē principium in rebus operabilibus eſt finis ultimus, qui reſpectu hominis eſt felicitas, aut æterna beatitudo: ergo lex maxime reſpicit ordinem ad felicitatem cōem, & cōe bonum.

Argumenta contra concluſionem. Arg primū.

Sed uidetur profecto ꝙ hæc aſſertio D. Thom. falſa ſit. Nam lex naturalis, de tuenda propria uita, uera lex eſt, at hæc lex non habet pro fine bonum commune, ſed propriam cuiuſque utilitatem.

Secundum.

Rurſus, lex quæ præcipit ut eleemoſynæ pauperibus tribuantur, uera lex eſt; at non reſpicit utilitatem publicam, ſed utilitatem pauperum.

Tertium.

Tertio, lex de correctione fraterna, uera lex eſt, & iuſta; at non ordinatur in bonum commune, ſed in fratris particularem emendationem; cuius iudicium manifeſtarium eſt, quod ſi ex mea admonitione nō exſpectatur fratris emendatio, non teneor ex lege correctionis fraternæ illum admonere, aut corrigere.

Quartum.

Quarto, ſi lex debet ſemper inſtitui in bonum cōmune, conſequens eſt, ꝙ ſi ceſſaret commune bonū, & publica utilitas, lex amplius non obligaret; quod aperte falſum eſt. Nam ſi lex prohibeat, ne quis habeat cum Saracenis commercium; hac de cauſſa, quoniā ſolent huiuſmodi homines corrumpere eos qui cum illis uerſantur; certe tametſi ego intelligam ex meo commercio nullum periculū nec mihi, nec reipublicæ parari, nihiloſecius teneor ſeruare legē. Hoc ipſum explicatur alio exemplo. Si lex prohibet, ne ſcolares ſerico ueſtiātur, quoniam hac de cā exhauriūtur opes reipublicæ, quis ſcholarū aliquis euidēter cognoſcat, ꝙ ex eo parentum opes nihilo extēnuantur, tenetur nihilominus lege. Sed & tertium huius rei adhibeamus exemplum. Si lex uetet ne noctu arma deferantur, ne ſequatur reipublicæ perturbatio, tametſi ego intelligā nullam ſubſecuturam perturbationem ex eo ꝙ arma deferā, nihilominus teneor legem obſeruare, & iuſſa principum parere.

Vltim.

Vltimo, leges regię q̄ exigūt tributa, & uectigalia, uerę leges ſunt, & ad rēpublicā conſtituendā neceſſarię; uerū non reſpiciūt bonū cōe, ſed priuatam Regis utilitatem.

An reges bona ſubditorum in proprios vſus conuertere valeant pro ſuo arbitratu. 1. Reg. 8.

Sed efficacioribus argumentis oſtendendum eſt, quod Reges & Principes poſſint conuertere omnia bona ſubditorum, & reipublicæ, in proprios uſus pro ſua uoluntate. Id oſtenditur eſſe uerum ex illo 1. Regum. 8. Populo n. Iudæorum petenti Regem, Samuel ex perſona Dei ſic loquitur: Hoc eſt ius Regis. Filios ueſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietq; ſibi currus & equites, & præcurſores quadrigarū ſuarum, & conſtituet aratores agrorū ſuorum, & meſſores ſegetum, ac fabros armorū ſuorum. Filias quoq, ueſtras faciet ſibi focarias, unguentarias, ac panificas: & ſic de alijs cōditionibus ad ſeruitutem pertinētibus; In qua ſententia uidetur Dominus Regi tribuiſſe facultatem conuertendi omnia bona ſubditorū in priuatum commodum, immo cogendi illos ad ſeruitutē: ſic enim dicit textus ſacer; Et faciet uos ſeruos &c. Cui ſimile eſt illud, Reges gentium dominātur eorū, & poteſtatē exercent inter illos, non aūt ſic inter uos. quibus uerbis apertiſſimum diſcrimen conſtituiſſe uidetur inter poteſtatem regiam, & inter poteſtatem quam ipſe erat inſtituturus, tribueretq. poteſtati ciuili hanc auctoritatē, ut dominentur ſubditis, & poteſtatem exerceant in illos. Luc. 22

Secundum

Deinde, Reges, & Principes appellantur Domini, ut conſtat ex uſu loquendi: ex quo cōſequens eſt, ꝙ ſubditi ſunt ſerui. Inſuper ſequitur, ꝙ poſſint bona ſubditorū in proprium commodum conuertere: Dominus. n. poteſt bona ſeruorum ſuorum in propriam utilitatem referre.

Vltim.

Vltimo, Reges & Principes, multa regna, & multas ꝓuincias bello ſibi ſubegerunt; ſed bona eorū q̄ uictā ſunt in bello, iure gentiū ſunt uictorum: ergo Reges & principes habent dominiū in uniuerſis bonis ſuorum ſubditorum, ſic ut poſſint ea in proprios uſus cōuertere. Hęc oīa confirmantur. Nā Ariſtoteles ſummus philoſophus li. 1. polit. & lib. 3. c. 10. ubi regna diſtinguit, dicit aperte eſſe quaſdā gentes adeo barbaras, & feras, ut nō poſſint regi niſi principatu deſpotico. i. ad uoluntatem, & ad nutū Regis. Et hanc ſententiam, ut ueram approbat D. Tho. 3. de regimine principum c. 11. Ad huius rei expoſitionē eſt prima concluſio.

Prim. concl. Lex non eſt inſtituenda in bonū priuatum

Lex non in priuatū commodū debet inſtitui; ꝙ ſi ſecus fiat, lex non eſt. Concluſio hæc eſt ueluti communis animi ſenſus, & cōceptus oīum ſapiētū. Plato. n. dicit legiſlatores, coīs pacis grā, leges condere debere. Ariſt. ait. Leges ad oēm reipublicæ ſalutē ſunt accōmodandæ. Cicero; Conſtat, inquit, leges pro ſalute reipublicæ tuenda eſſe inſtituēdas. Iſidorus (& habetur eius ſententia diſt. 4 Cano.) Erit, ſic ſcribit, lex non pro priuato cōmodo, ſed pro omnium ciuium utilitate conſcripta. Huic conſonat ſacra ſcriptura. Eſaię 51. Lex a me exibit, & iudicium in lucem populorum requieſcet: & Sapiē. 6. Cum eſſetis miniſtri regni eius, non recte iudicaſtis. Ecce

Plato 11. dialo. de legi. Ariſ. 4. Polit. c. 1. Cic. li. 1. & 2. de legibus

Reges miniſtri regni appellantur.

in hoc loco diuina ſcriptura oẽs Principes & Reges appellat miniſtros regni, non dominos. Ex qua diuina ſnĩa in confirmationem noſtræ concluſionis duo argumẽta educuntur. Primum ſic. Nam lex eſt proprium opus publicæ poteſtatis; ſed poteſtas publica de ſe in bonum publicum ordinata eſt: ergo lex in bonum commune & publicum inſtitui debet. Secundo ſic. Nam Reges & principes non ſunt domini, ſed adminiſtri & diſpenſatores reipublicę, ut liquet ex prædicto teſtimonio. & D.Paul. hoc nomine eos appellat dicens; Miniſtri enim Dei ſunt in hoc ipſum ſeruientes: ergo non poſſunt inſtituere leges ad priuatum commodũ & utilitatem. Certe ſicut potẽtiæ naturales de ſua natura inſtitutæ ſunt, ut tueantur bonum totius ſuppoſiti; ſic poteſtas publica in commune bonũ inſtituta eſt. Itaq; quemadmodum potentia uiſiua data eſt animanti, ut conſpecto bono proſequatur illud; & inſpecto malo fugiat illud, ſic poteſtas publica inſtituta eſt ut bonũ cõe procuret, & detrimentum reipublicæ caueat.

Rom.13.

Secund. con.

Secunda concluſio. Aſſerere q principes & Reges habeant dominiũ in bonis ſubditorũ ſuorum, ita ut poſſint conuertere ea in propriã utilitatem, & inſtituere leges in propriũ cõmodum, dogma eſt peſtiferum, & omnibus modis execrandũ. Hanc concluſionem probat diligenter D. Tho.3. de regimine Principum. c.11.& 3. libro de eruditione Principum.c.3. In primis ex illo Deut.17. ubi præſcribitur forma regni, & iuris dicendi; Cũ (inquit) cõſtitutus fuerit Rex, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero ſubleuatus; nõ habebit uxores plurimas quæ alliciant animam eius, nec argenti aut auri immenſa pondera: deſcribetque ſibi Deuter. legis huius, & habebit ſecũ, legetq; illud omnib. diebus uitæ ſuæ, ut diſcat timere Dñm Deum ſuũ, & cuſtodire verba eius, & ceremonias, ut uidelicet poſſit populum dirigere ſecundum legem diuinam; nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neque declinet ad dextram, neq; ad ſiniſtram. In quo teſtimonio obſeruandum eſt in primis, quod ſubditos Regũ appellat fratres, non ſeruos. Deinde obſeruãdũ eſt, q illa phraſi Hebræa; Non declinet ad dextram, neq; ad ſiniſtrã; admonetur, ut in omnib. ſequatur æquitatem, & iuſtitiæ rectitudinẽ. Sed & illud animaduertẽdũ qđ dicit textus ſacer; Vt longo tpe regnet ipſe, & filij eius ſuper Iſrael, quaſi dicat, ſi ſecus faciat nõ regnabit longo tpe ſuper Iſrael. Idẽ oſtenditur ex illo Ezech.46. Non accipiet Princeps de hæreditate populi, nec de poſſeſſione eorũ, ſed đ hæreditate ſua dabit filijs ſuis. Et in 34. inuehitur in Principes & Reges, qui bona ſubditorũ in propriũ commodũ retorquẽt, dicens; Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcunt ſemetipſos: nõne greges paſcuntur a paſtoribus? Lac comedebatis, & lanis operiebamini, & quod craſſum erat, occidebatis; gregem aũt meum non paſcebatis; quod infirmum fuit, non conſolidaſtis; & quod ægrotũ non ſanaſtis, quod confractũ, nõ alligaſtis; quod obiectũ, nõ reduxiſtis; & quod perierat nõ quæſiſtis, ſed cũ auſteritate imperabatis eis, & cũ potentia. Tertiũ teſtimoniũ eſt 3. Regum.21. ubi legitur, q Achab, & Iezabel uxor eius, infeliciſſima morte perierunt, eo q uineã Naboth ſubditi ſui per uiolentiam uſurparunt. Et in Concilio 8. Toletan. cap.10. Reges Gothorum Chriſtiani, quando principatum inſtituebant, ad hunc modum iurabant. Erunt actibus iudices, uita modeſti, non reſpicientes proprij iura commodi, ſed conſulentes patriæ & genti. Huic ueritati conſonat omnis doctrina Ariſtotelica, Platonica, & Chriſtiana. Ariſtoteles dicit octauo Ethicorum cap.10. & 11. quod ille eſt legitimus Rex, qui bona ſubditorũ præcipue intendit, & procurat, & qui in bonis ſuis maxime abundat, ne uidelicet ſubditos grauet, & qui in primis laborat, ut ſubditi ſtudioſe operentur, ſicut paſtor ouiũ. & in 3. libro Politicorum in principio ſcribit, q regnũ non eſt propter Regẽ, ſed Rex propter regnum. Ad hunc.n. finem Deus auctor naturæ inſtituit Reges, ut bonum reipublicæ tueantur ac defendant. q ſi omnia in priuatũ commodũ conuertant, tyranni ſunt, non Reges. Vnde Bernardus ait; Parui deiectiq; animi eſt, de ſubditis non profectũ quærere ſubditorũ, ſed quæſtum proprium. Non mediocris gloriæ eſt uox illa Apoſtoli, Non requiro datum, ſed fructum. Indecens

Dogma peſtiferum confutatur.

Rex propter regnum non econuerſo.

Ber. li de cõſidera. ad Eugen.

eſt ualde Principi, uoluntate, pro lege vti. Non eſt maior domino ſuo qui ait: Non ueni facere uoluntatem meam: non minus deiecti, quam elati animi eſt, ueluti rõnis expertis, nõ pro rõne, ſed pro libito agere, nec iudicio agi, ſed appetitu. Quid tã beſtiale, & tã indignum cuiuis utẽti ratione, quam uiuere ut pecus? quis in te, rectore omnium, tantã contumeliam naturæ, honoris iniuriã ferat, ſic degenerando, generale opprobriũ feciſti tibi propriũ. Pſal.48. Homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipiẽtibus &c. Quid tam indignũ tibi, quam ut totum tenens, non ſis contentus toto, niſi minutias quaſdam atq; exiguas portiones ipſi & tibi creditæ uniuerſitatis, tamquam non ſint tuæ, ſatagas, neſcio quomodo adhuc facere tuas. Vbi etiam meminiſſe uolo te parabolæ Nathan, de homine qui centum oues habes, unam quæ erat pauperis, concupiuit. Huc quoq; ueniat factũ, imo facinus Regis Achab qui rerum ſummam tenebat, & unam uineam affectauit: auertat Deus a te, qđ ille audiuit; occidiſti & poſſediſti. Aug. de uerbis Domini exponens illud Matthæi; Reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari, Igitur, inquit, quod Cæſar præcipit, ferendum eſt; qđ imperat, tolerandum. Sed fit intolerabile, dum prædam exactores accumulant. Et poſtea exponens uerbum Ioannis Baptiſtæ; quod militibus dixit; Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis; ſed eſtote contenti ſtipendijs ueſtris, Hoc, inquit, ſumi poteſt de militibus, prætoribus, cunctiſq; rectoribus: quicũque enim ſibi ſtipendia publice decreta cõſequitur; ſi amplius quærit, tãquã calumniator, & concuſſor, ſententia Ioannis condẽnatur.

Argu. veritatem oſtendentia.

Sed iam ordo diſputationis expoſtulat, ut argumentis ex rõne deductis, idẽ confirmemus. Certe hac una rõne præcipue diſtinguitur poteſtas Regia a Tyrannica, q poteſtas Regia commune bonum, & ſubditorũ ſuorũ cõmoda proſequitur, & procurat: Tyrannica uero priuatũ cõmodum, & quo ciues ſuos ſpoliet. Hoc ipſum euidenter cõfirmatur. Nã Reges, ſi legitimi ſunt, habent auctoritatem & ius dominandi a republica: nec.n. Reges ex ſua natura hẽnt q alijs imperent; at rõ ipſa demonſtrat, rempublicã non inſtituere Regẽ in utilitatem & commodũ Regis, ſed in utilitatẽ reipublicæ quã defendat, & cõſeruet. Iam uero regnum cõſtat ex hominibus, ueluti corpus ex membris, & ſicut domus ex parietibus. Ex quo conſequẽs eſt, finẽ regum eſſe, homines & rempublicam tueri, & propugnare: ut ſicut Deus, qui eſt Rex Regum, & Dñs dominantium, cuius uirtute Principes imperant, nos regit, & gubernat, nõ propter ſuam utilitatem, ſed propter noſtram ſalutem; ita & Reges faciant, & alij dominatores in orbe. Olim regni Iudices, Cambuſæ Regi Perſarum dixerunt quandam inueniri legem, qua liceret Regi facere quidquid libeat. Iulia quoque nouerca Antonij Caracallæ, priuigno dicenti; Vellem te ducere uxorem ſi liceret, reſpondiſſe fertur: Si libet, licet: an neſcis te Imperatorẽ eſſe, & leges dare, non accipere? Quo audito, furor incõditus ad effectum criminis roboratus eſt, nuptiaſq; cum nouerca celebrauit. In hanc ſententiam a Liuio ſcite & uere dictum eſt, Reges, domini rerum temporum, quia trahunt cuncta, non ſequuntur. Abſit hæc doctrina peruerſa a republica Chriſtiana, & ab animis Regum fideliũ. Ex quo haud immerito laudatur Antigonus, qui, dicente quodã, omnia Regibus eſſe honeſta & iuſta, ita per Iouem, inquit, Barbarorum Regibus, nobis autem ea dumtaxat honeſta ſunt, quæ honeſta; & ea iuſta ſunt, q iuſta.

Vltimo probatur noſtra ſententia exemplis adductis; quia omnes Principes & Reges, qui bonis reipublicæ in proprios uſus abuſi ſunt, infeliciter perierunt. Primo quidem Reges Romani propter eorum ſuperbiam & uiolentiam quam exercebant, eiecti ſunt a regno: ut Tarquinius Superbus cum filio, ſicut hiſtoriæ tradunt. Item Achab & Iezabel infelici morte perierunt, pro uiolentia quam fecerunt Naboth de uinea ſua, ut 3. Regum ſcribitur. Traditur etiam ibidem, q canes linxerunt ſanguinem ſuorũ cadauerum, in prædicta uinea, in argumentum ſceleris admiſſi contra Naboth.

Soluun. arg. ad primum, ſecundum, & tertium.

Sed iam tempus eſt ut argumentis in contrarium ſatisfaciamus. Ad primum, ſecundum, & tertium dicendũ eſt, eſſe commune omnibus legibus, quod inſtituantur in

com-

commune bonum, quod ex priuatis ciuium bonis dependet. Prodeſt. n. maxime reipublicæ ꝙ quiſq; ciuium conſeruetur, alioquin extingueretur reſpublica, & funditus periret. Rurſus prodeſt reipublicæ ꝙ ciues non egeant, & eis ſuppetant neceſſaria: atq; adeo maxime prodeſt reipublicæ ꝙ uitia extirpentur: ad qd, præceptum correctionis fraternę deſtinatur. Et ſicuti omnia membra in ſalutem capitis ordinantur (ſiquidē ab eo eorum ſalus depēdet) ſic ſane omnia ciuium commoda (licet priuata uideantur) ad ſalutem reipublicæ referuntur. Vel dicendū eſt, ꝙ legislator cum inſtituit leges, ſemper intendit commune bonum, quamquā ciues, quādo eas executioni mādant, non ſemper ad commune bonum reſpiciant.

Ad quartum Ad quartum argu. dicendum eſt, ꝙ ratio legis aliquando ceſſare uidetur, reſpectu alicuius particularis, & non reſpectu reipublicæ, & tunc lex non ceſſat, nec eius obligatio emortua manet. Exempli gratia. Prohibet lex & uetat ingreſſum alicuius oppidi ſub ſnia excommunicationis: & rō legis quæ reſpicit cōe bonum, hæc eſt, ne eo in loco occultetur crimina; aut uero ne ex commercio oppidanorum incommodum aliquod ſubſequatur hominib. Chriſtianis. Certe lege ſic ſtatuta, licet ego intelligā me non interfuturum, neq; communicaturū criminib. lege teneor. Ceterum ſi lex deſinat eſſe utilis aut commoda reipublicæ, tunc omnino lex ceſſat, & obligatoria nō eſt: ut ſi eſſet lex inſtituta, quę tempore pacis dumtaxat eſſet opportuna, tempore belli iā ceſſat, & minime obſeruāda eſt.

Ex hac doctrina aperitur via ad multas rerum difficultates elucidādas, quarum rerum explicatio exemplis euidentius illuſtrabitur. Præcipit lex, ꝙ teſtamentum minus ſolēne, id eſt, ſine certo numero teſtium, & ſine tabellione, pro infecto habeatur, & nihil valeat: & finis & ſcopus legis eſt, ut eatur obuiam fraudibus, & dolis, cū mortuus homo pro ſeipſo reſpondere non ualeat. Si ſe offerat caſus, in quo quis inſtituit teſtamentum minus ſolemne ſine fraude, & dolo, quippe qui nō habeat teſtes, neq; tabellionem, coram quibus ſuam uoluntatem patefaciat, profecto tale teſtamentū inualidum eſt, & pro infecto habendum: nam ratio legis, propter quam inſtituta eſt, ceſſat in particulari, non autem in communi: & lex (ut eſt in prouerbio) non reſpicit caſus particulares, ſed id quod cōmuniter, & ut plurimum accidit, ut habetur in l. iura. & duabus ſequentib. ff. de legibus, & ſenatuſconſultis, & ff. de regulis iuris. l. ea quæ raro. Sed & aliud exemplum huius rei producere libet. Nam lex inſtituit grauiſſime, ut matrimoniū clandeſtinum de cetero non ualeat: nectebantur enim uariæ fraudes in matrimonij clandeſtini celebratione: & finis legis inſtituendæ fuit, his fraudib. obuiam ire. Offerat ſe caſus, in quo qs contrahit matrimonium clandeſtinum, bona fide, & ſine dolo, ꝓfecto matrimonium nō ualet. nam ratio legis ceſſat in particulari euentu, non autem in cōi. Sed argumentabitur aliquis contra hoc. Nam lex correctionis fraternę eſt inſtituta in commune bonū: at ceſſante ratione legis in particulari, ceſſat legis obligatio. nam ſi ſciem ꝙ mea admonitio non tibi proderit, nō te debeo admonere, lex enim diuina non obligat ad inutile, & ſuperuacaneum. Ergo hæc doctrina falſa eſt. Dicendum tamen, ꝙ quamuis hęc lex inſtituatur in commune bonum, effectus tamen huius legis ſemper ad particulare hominis commodum dirigitur, & refertur. & ideo ceſſante effectu in particulari, ceſſat legis obligatio. ceterum effectus legum, quæ ſuperius commemoratæ ſunt, in cōmuni bono conſiſtunt. Vel dicendum, ꝙ lex de correctione fraterna numquā ceſſat, nec eius obligatio extinguitur; ſed eſt lex affirmans, cuius proprietas eſt, ut obliget quando oportet, & ſicuti oportet: at quando non eſt ſpes emendationis, non oportet admonere; & ideo non obligat.

Lex peculiares caſus nō reſpicit.

Solutio.

Ad quintum. Ad quintum argumentum dicendum, ꝙ leges in argumento propoſitæ reſpiciunt, & habent pro ſcopo & fine, commune bonum, & reipublicæ ſalutem. nam bonum commune eſt & reipublicæ ſalus, ꝙ regi ſuppetant neceſſaria ad tuendam rempublicam.

Sed ſupereſt reſpondere ad argumenta propoſita, ad ꝓbandum, principes poſſe conuertere bona ſubditorum in proprios uſus pro ſua uoluntate. Nam ad primum argumentum dicendū eſt, ꝙ ea quæ commemorantur a Samuele in loco citato, nō ſunt ea q̄ reges ſecundū iuſtitiam debent facere, ſed ea q̄ ſolent facere ꝑ violentiam, & inſolentiam; quæ Samuel enumerauit diligentiſſime, ut populum a petitione regis deterreret. Hæc eſt explicatio ſanctorum Patrum, Hieronymi, & Cypriani.

Ad argum. quod principes bona ciuium in propria commoda conuertere valeant ad primum.

Ad ſecundum teſtimonium dicendum eſt, ꝙ in eo teſtimonio potius condemnatur ratio dominandi & imperandi gentilium, quam approbetur; a qua uoluit Chriſtus ſuos maxime abhorrere. *ad ſecundū*

Ad tertium dicendum, ꝙ reges non eo ſenſu uocantur dñi, ut ſubditi ſint ſerui, Reges. n. non imperant ſeruis, ſed liberis; ſed uocantur domini, q̄a imperant dominatione politica, & ciuili; nō deſpotica, qua dominamur ſeruis. *ad tertium*

Ad ultimum dicendum, ꝙ quamuis principes haberent plenum dominium in eos quos bello ceperunt, non eſt conſequens ꝙ habeant plenū dominiū in populos, quos bello non ſubegerunt, ex quorum potius conſenſū & electione reges imperant, & principatum tenent. *ad ultim.*

Ad confirmationem, & ad auctoritatem Ariſt. dicendū ꝙ loquitur de hominib. barbaris, qui more ferarum oberrant, & nulla fœdera ſeruant, ſed rapiunt aliena: & huiuſmodi quidem principes poſſunt vi armata in ordinem redigere, & in ſeruitutem cogere. Sed hæc ſolutio in magnā nos induceret quæſtionem: Vtrum reges noſtri poſſint bona Indorum in ꝓprios vſus conuertere pro ſua uoluntate. Ratio quærendi eſt duplex; tum, quia ſunt bello capti; tū; quia ſunt barbari, & indomiti. ſed de hac quæſtione alio in loco commodius inueſtigabitur. *ad confir.*

ART. TERTIVS.

Vtrum cuiuslibet ratio ſit factiua legis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Condere legem uel pertinet ad totam multitudinem, uel ad perſonam publicam quæ totius multitudinis curam habet.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Probatio concluſionis eſt huiuſmodi. Lex præcipue reſpicit bonum cōmune ut dictum eſt, & ad illud tamq̄ ad finem ordinatur: ſed ordinare aliquid in commune bonum, ſpectat ad totam multitudinem, uel ad eum q totius multitudinis curam gerit. ergo condere legem pertinet ad multitudinem, uel ad eum qui multitudinis curam gerit.

Nihilominus contra prædictam concluſionem opponimus. Principio, Chriſtus Dñs, & Sūmus Pontifex eius Vicarius omni dubio procul habent auctoritatem condendi leges: at non ſunt reſpublicæ, neq; habent vicem reipublicæ, Chriſtus. n. a Deo habet auctoritatem condendi leges, & Summus Pontifex a Chriſto Domino: ergo falſa D. Th falſum dicit. *arg primum* Deinde, patresfamilias habent auctoritatem condendi leges, quib qui ſunt ex familia, parere tenētur. *Secundum* Inſuper, magnates regni habent auctoritatem leges inſtituendi, atque adeo ſenatus ciuitatum condūt leges. ſed & Abbatiſſæ in ſuis monaſterijs præcepta inſtituere poſſunt. & uota præcedentium in populis obligant ſucceſſores, ut uotum de ſeruando aliquo die feſto, quod populus Deo nuncupauit, haud dubie obligat ſucceſſores. Porro uniuerſæ perſonæ prædictæ nec ſunt reſpublicæ, neque habent auctoritatem reipublicæ.

Tertio, par in parem non habet auctoritatem, ut eſt in prouerbio. ſed reſpublica non eſt ſuperior ſeipſa. ergo non poteſt leges ſibi inſtituere. *Tertium.*

Poſtremo, ſi ex conſenſu multitudinis dependet legis obligatio, conſequens eſt, quod ſi reſpublica legem non acceptaret, vim obligandi non haberet. hoc autem aſſerere, eſt inuertere uniuerſam rempublicam, & perturbare, & introducerē popularem, & uulgi gubernationem. *Quartum.*

Ad huius rei expoſitionem, & argumentorum confutationem ſciendum eſt, quod condere leges contingit dupliciter. Vno modo, pro eo quod eſt ordinare, & dictare ſubſtantiam legis: atqui hoc modo ad viros prudentes ſpectat, quorum conſilio, & opera principes utuntur ad deliberandum, an lex ſit inſtituenda, & quo modo, & quo ordine promulganda. Altero modo ſumitur pro eo quod eſt publice proponere leges obſeruandas, & eas edicere. & hoc eſt officium publicæ poteſtatis. Illud etiam eſt animaduertendum, quod dirigere, & ordinare in cõe bonũ, poteſt fieri bifariam. Tum ex intentione operantis, conſulẽdo, admonendo; & hoc pacto dirigere in commune bonũ, cuiq; priuatæ perſonæ conuenire põt: nam cuiq; eſt inſitus naturalis amor patriæ, ut dicit Cicero lib. 1. de legib. vt plus uelit commune bonum, quam proprium. Alio modo, contingit dirigere in cõe bonum efficaciter, ſic ut poſſit efficaciter ordinare omnia media quæ ad cuſtodiam communis boni ſunt neceſſaria: & hoc pacto ordinare in bonum commune, dumtaxat eſt officium publicæ auctoritatis. Vltimo aduertendum eſt, quod habere curam reipublicæ duobus modis euenire põt. Primo, quando quis commiſſam, & iniũctã ab ipſa republica curã hẽt; ſicuti reſpublicæ gubernationis cauſſa ſe regibus tradiderunt. Alio modo euenit quod habeat curam reipublicæ ab altiori poteſtate commiſſam, ſicuti Chriſtus Dominus, inquantum homo, habet a Deo auctoritatem in omnem Eccleſiam, ut patet ex Pſal. 2. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Sion, &c. Chriſtus uero hac auctoritate fungens inſtituit Petrum, & Romanum Pontificem in Vicarium; non quod ſit Vicarius reipublicæ, aut Eccleſiæ, ſed Vicarius Chriſti & Dei. Quando ergo dicit D. Th. quod condere leges pertinet ad eũ qui habet curam reipublicæ, intelligendus eſt altero iſtorũ modorũ. Et ſic confutatur primum argumentum.

Condere leges bifariã contingit.

Concl.

ART. QVARTVS.

Vtrum promulgatio ſit de ratione legis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans, quæ probatur in primis.

Soluuntur argumenta. Ad ſecund.

Ad ſecundum argumentum de præceptis parentum dicendum eſt primo, quod præcepta parentum eo modo obligant, ſicuti leges: nam ſicut præcipitur obedire præpoſitis, ſic iubetur obedire parentib. ut patet ex illo, Filii obedite parentib. ueſtris ad Ephe c. 6. & ad Coloſſ. 3. Si igitur culpa eſt non obedire præpoſitis, & culpa erit non obedire parentibus. Vñ inter ſcelera in quæ Deus permiſit gẽtes incidere, numeratur parentib. non obedire. Sed obſeruandũ eſt, quod non ſemper ſunt inobedientes filij, ſi non faciãt parentum uoluntatem, ſicut religioſi non ſunt inobedientes continuo atq; non faciunt prælati uoluntatem ſed dũtaxat quando non obſeruãt prælati præceptum. Ex hoc ſequitur, quod ut filij dicantur inobedientes, oportet quod parentes iniũgant per modum præcepti, exigendo debitũ obedientiæ paternæ. Vltimo dicendum eſt, quod præcepta parentũ nõ ſunt veræ leges: tum ex eo, quia nõ diriguntur in cõe bonum, ſed in bonum familiæ particulare: tum vero & potiſſime, quia parentes non habent uim coactiuam, & coercitiuam: licet enim parentes poſſint infligere leues pœnas, non tñ poſſunt ſeuere & grauiter animaduertere in familiam. Ex his intelligitur facile, quomodo obligent præcepta virorum uxores proprias. Et idem iudicium eſt de præceptis Magnatum in ſuis oppidis, & de ſtatutis Senatorum in ciuitate, & de mandatis Abbatiſſarum in ſuis monaſterijs. Dicendum namq; eſt, quod omnia hæc præcepta obligant coram Deo; at leges non ſunt, propter rationes cõmemoratas. Vtrum uero Abbatiſſæ habeant iuriſdictionem, & officiũ ſpirituale, cuius ratione & poteſtate poſſint ponere præcepta more prælatorum in religionibus, alia quæſtio eſt, quam explicant Doctores in quarto in materia de cenſuris; & Pater Soto in diſt. 20. q. 1. art. 4. Ad illud uero quod inquiritur, Vtrum quando populus facit uotum ſeruandi feſtum, obligatio tranſeat ad poſteros, reſpondent Theologi, ſummo conſenſu ſentientes non tranſire, quoniam obligatio voti eſt onus perſonale, ſicut obligatio perſoluendi officium horarum, & ſuſcipiendi ſacramenta. & ideo non tranſit in tertiam perſonam. Tum deinde, quoniam votũ eſt actus uoluntatis, quo homo ſe, & omnia ſua in Deum refert & dicat. ſicut matrimonium ſine conſenſu propriæ voluntatis inſtitui non poteſt, ſic nec uotum nuncupari ualet. & ideo quando pater uoto promiſit ſe præſentaturum filium in templo, ex uinculo uoti tenetur illud adimplere; filius tamen modo ex obedientia paterna: itaque illa obligatio non tranſit in poſteros ratione uoti: poteſt tamen tranſire ratione ſtatuti, uel conſuetudinis. de quo diligentius in materia de uoto diſſerẽdum eſt. Sed iam operæpretium eſt diſſoluere alia duo argumẽta inducta ad probandum, quod reſpublica non poſſit leges ſtatuere. Ad primum dicendum, quod poteſtas gubernatiua, & legiſlatiua a Domino Deo eſt, ſecundum illud: Non eſt poteſtas niſi a Deo. &, Per me Reges regnãt, &c. Atqui hac auctoritate reſp. poteſt leges inſtituere, quæ omnem multitudinem obligent. hæc enim auctoritas ſuperior eſt, & plane diuina.

Vxores qualiter obedire ... viris.

Vt filij inobedientes dicantur quid requiratur.

Rom. 1.

Obligatio uoti non tranſit in tertiam perſonam nõ ſtatuti.

Nam dicitur in decret. diſtinctione. 4 quod leges inſtituũtur, cum promulgantur. Deinde, lex eſt regula humanarũ operationum: ſed regula, niſi applicetur ad menſurandum, vana eſt & inutilis: applicatur autẽ per promulgationẽ, ...

Ad alia duo argumenta.

Ad primum Rom. 13. Prouer. 8. ad ſecundũ.

Ad ſecundum dicendum, quod lex diuina non requirit cõſenſum multitudinis & populorum ut obliget. nam lex diuina obligat uniuerſos homines, etiam inuitos. Deinde dicendum eſt, quod lex Eccleſiaſtica non requirit cõſenſum reipublicæ, ut habeat uim obligandi. nam poteſtas Eccleſiaſtica non eſt a republica, nec pendet ex ea. Certe ſi multitudo populi Chriſtiani poſſet acceptare, & non acceptare leges Eccleſiaſticas, ſuperior eſſet Summo Pontifice. Ex quo intelligitur, in quanto errore uerſantur qui affirmãt leges Pontificias non obligare, donec a populo acceptentur. Illud etiam dicendum eſt pro argumenti confutatione, quod quando reſpublica tranſtulit omnem ſuã poteſtatẽ in Principem, tum ad leges condendas, tum ad omnẽ rationem gubernandi: ſi multitudo non acceptet leges ab eo inſtitutas, iniquo animo illi graues iniuria: nã princeps habet auctoritatem ſupra rempublicam coercitiuam, & punitiuam: & ideo poteſt obligare populum, etiam inuitũ. Verum tamen eſt, quod ſi in principio, ſiue iure, ſiue iniuria, lex non eſt acceptata, deinceps uim legis non hẽt. ſcribit. n. Augu. Leges inſtituuntur, cum promulgantur: firmantur, cum moribus utentium comprobantur. unde firmæ non ſunt, niſi more confirmentur. Aliam huius rei rationem adhibet Gratianus in eodem loco. Nam ſi conſuetudo habet tantam uim, ut antiquam legem abrogare ualeat, multo magis poterit in principio obſtare ne vim habeat obligandi: ſed eſt neceſſarium, ut obſiſtatur ab omnibus, uel a pluribus, & non ſatis eſt quod a paucioribus. Vltimo dicendum eſt, quod ſi legiſlatores diſſimulant videntes legis præuaricationem, & inobedientiam, iam non habet uim legis. Huius generis eſt lex pronunciata in Concilio Latheranenſi, Seſſione nona, decret. 9 quod clerici non perſoluentes diuinum officium, teneantur pro rata fructus iam perceptos reſtituere hæc lex non fuit in Eccleſia acceptata, neque in conſuetudinem ducta; & ideo non habet uim obligandi. ſic docet Soto libro decimo de Iuſtitia, quæſtione quinta, articulo ſexto. Tenentur tamen reſtituere de fructibus iam perceptis ad arbitrium uiri prudentis, & ſapientis.

Aug. & habetur cã. in iſtis diſt. 4.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Arg. contra concluſionẽ.

Concluſio huius articuli non habet paruam dubitationem. Nam certe uidetur quod lex non requirat promulgationẽ, ut habeat uim obligandi. itaque oſtendamus de lege diuina, & deinceps de lege humana. In primis lex diuina, quæ præcipit baptiſmi neceſſitatem, obligat omnes homines, cum tamen non omnibus ſit promulgata. ſunt enim multi infideles qui nihil prorſus

Primo arguit de lege diuina.

audierunt de Euangelio,qui lege baptiſmi tenentur; excuſantur tamen ex ignorantia inuincibili.

Deinde, lex quæ uetat ne repudium fiat uxoris legitimæ, obligat uniuerſos: vnde repudium ſi inter gētes fuit celebratum, pro inualido habetur. Cuius rei argumētum euidentiſſimū eſt, quod, ſi ad noſtrā religionē conuertātur, ad primam uxorem iam repudiatam redire coguntur.

& communē notitiam: ergo ut lex obliget, requiritur promulgatio. Et ſic ex doctrina huius articuli, & pręcedentium colligitur legis definitio, quæ ſic habet. Lex eſt quędā rationis ordinatio ad bonum commune, ab eo qui curam communitatis habet, promulgata.

Præterea, lex de unica uxore habenda, obligat oēs hoīes, etiam eos quib. non eſt promulgata. Quod patet eodem prorſus argumēto, quod ſuperius eſt commemoratum: nam ſi infideles, qui nihil audierunt de Euangelio, conuertantur ad religionem nřam, ad unam & primā uxorem redire iubētur.

Iam uero lex diuina reuocatoria habet uim obligandi prius quam promulgaretur. Quod oſtendo eſſe uerum argumento deducto ex fide noſtra irrefragabili. Nam lex uetus, & omnia legalia mortua ſunt, & reuocata ſtatim poſt mortem Chriſti; & obligatio circūciſionis, & uniuerſæ legis Moſaicæ ceſſauit, antequam diſcipuli Chriſti Euangelium promulgauerint.

Hieron. & Auguſtini diſſidia.

Vt uero momentum, & pondus huius argumenti elucideretur, ſciendum eſt, quod inter Diuum Hieronymū, & Auguſt. ingens olim concertatio fuit de ceſſatione legalium, ut teſtantur Epiſtolæ aliquot vltro citroque miſſæ. D. Auguſt. diſtinxit triplicem temporis differentiam, ut legalia ante Euangelium fuerint uiua, mox a morte Chriſti mortua quidem; ſed non mortifera. Demum Euangelio diuulgato, eadem oībus fuerint mortifera, tā Iudęis, quam Gentibus. D. Hierony. duplicem tantum faciens temporis differentiam, alteram, ante mortem Chriſti; alteram, poſt mortem Chriſti, prorſus contendit a morte Chriſti, per quam facta eſt legis impletio, legis cęremonias non ſolum mortuas; ſed & mortiferas fuiſſe. Ex quibus facile intelligitur, quod licet prædicti Patres, & proceres Eccleſiæ in aliquo differant, in hoc tamen rectiſſime conſentiunt, quod ſtatim poſt mortem Chriſti lex uetus & mortua fuerit, & reuocata. Et hęc eſt ueritas fidei diuinæ, & irrefragabilis. de qua ediſſeretur copioſius in ſequentibus, cum de ceſſatione legalium actum fuerit.

Lex uetus poſt mortem Chriſti abrogata.

Ex hac ueritate ſic eruitur argumentum. Lex diuina reuocatoria habuit uim obligandi ſtatim a morte Chriſti, priuſquam Euangelium promulgaretur: ergo lex, ut habeat effectum ſuum, & uim obligandi, non requirit promulgationem.

Hoc idem oſtenditur eſſe uerum de lege humana. Nā ſi Romæ reuocaretur iſta lex, quæ uetat ne quis percutiat clericum ſub ſnīa excommunicationis, & in populis reipublicæ Chriſtianæ non promulgaretur; percutiens clericum non eſſet excommunicatus: quod ſi celebraret, nō efficeretur irregularis, quamuis ipſe ex ignorantia exiſtimaret ſe eſſe excommunicatum. Hæc argumenta probant, promulgationem non eſſe neceſſariam, ut lex habeat uim obligandi.

Secundum argumentum de lege humana.

Sed alia argumenta non omnino inualida, probare videntur, non ſatis eſſe, quod lex publice proponatur; ſed eſſe neceſſarium, quod ſingulis promulgetur, & nota fiat. Nam lex eſt regula quædam; regula uero ſi ignota ſit, uana eſt, & inutilis: ergo ut ſit regula vniuerſalis, oportet ut omnibus nota ſit.

Alia argumenta quod lex ſingulis promulgari debeat. Primū arg.

Secundum.

Deinde exemplum legum humanarum ex lege naturali ſumēdum eſſe vř, quæ eſt lex ueriſſima, & præcipua; ſed lex naturalis oīb. & ſingulis innoteſcit per lumen rōnis naturalis (de quo quidam interpretantur illud; Illuminat omnem hominem uenientem in hunc mūdum, & illud; Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Dñe) vnde vř, quod ut leges humanæ habeant uim obligandi, oportet omnino, quod omnibus & ſingulis innoteſcant.

Ioan. 1. Pſal. 4.

Præter hæc argumenta, quæ fiunt contra concluſionē D. Tho. eſt alia obiectio. Nam non vř plane explicare D. Thom. num promulgatio ſit de ratione legis: nam licet percontatus fuerit in articulo hoc ipſum, rńdendo tñ ſolum dicit, quod lex ſine promulgatione non hēt uim obligandi. Et ſuadetur, quod promulgatio non ſit de rōne legis. Nam promulgatio legis tantum eſt applicatio regulæ ad menſurandum, ut docet D. Tho. in art. ſed applicatio regulæ non eſt de ratione regulæ; ſed eſt tantum conditio requiſita ad menſurandum. Certe promulgatio nihil aliud videtur eſſe quā notitia legis; ſed quod lex innoteſcat, non eſt de rōne legis: ergo promulgatio non eſt de ratione legis. Ad huius rei expoſitionem ſequentes concluſiones ſunt obſeruandæ.

Alia obiectio contra cōcluſionem.

Vtrum promulgatio ſit de ratione legis.

Prima concl. Niſi lex ſit ſufficienter promulgata, non habet uim legis. Hæc cōcluſio patet in primis in lege naturali, quæ oīb. hominibus eſt ſufficienter promulgata per lumen rōnis naturalis, de quo ſcriptum eſt, Signatum eſt ſuper nos lumen uultus tui Domine. Secundo hoc manifeſtatur ex lege diuina ueteri. Nam poſt illa generalia decem verba, quæ ſunt mādata Decalogi, ſubdit Scriptura; Populus videbat voces & flammas, montemque fumantē: ad inſinuandam legis manifeſtationem. Item probatur ex lege noua: nam qñ lex Euangelica cępit promulgari, Factus eſt repente de cęlo ſonus; & rurſus; Cōuenit multitudo, & mente confuſa eſt, & erant ibi de omni natione gentium; ut inſinuaret maximam manifeſtationem, quę in huius legis promulgatione inuenta eſt. Eadem ueritas declaratur exemplo auctoris naturę, qui fecit luminaria in firmamento cęli, non ſolum hominibus; ſed brutis, in ſigna & tempora. & ideo adeo manifeſta illa oīb. propoſuit. Hoc idem docet Iuſtinianus dicens; Leges ſacratiſſimæ, quæ conſtringunt hominum uitas, intelligi ab hominibus debent, & ratio eſt eadē, quia cū lex ſit regula, & habeat uim directiuam, ſi in ſecreto poneretur, eſſet laqueus impoſitus hoībus, & non regula ad operandum. Deinde; lex (ut antea dictum eſt) eſt quoddam præceptū. Præceptum uero intelligi nequit, niſi is qui præcipit manifeſtet, & intimet: Dñs n. nō præcipit ex eo, quod apud ſeſe ſtatuit aliquid faciendū, uel non faciendum, ſed oportet, quod intimando, & iubendo præcipiat. Euidens ergo eſt eſſe neceſſariā promulgationē, ut lex habeat uim obligādi. Sed quę, & quanta ſit neceſſaria, explicare difficile eſt.

Prima concl. Si lex nō ſufficienter promulgatur, non habet rationem legis. Pſal. 4. Exhod. 20. Actu. 2. Iuſtinia. l. leges ſacratiſſimæ C. de legibus & conſti. & c. 1. de poſtula. prælatorum. etca. cognoſcere de conſtitu.

Secunda concl. Vt lex habeat uim obligandi, non eſt ſufficiens promulgatio, ut in curia, aut in ciuitate regia promulgetur. Hæc concl. eſt de conſenſu omnium Theologorum, & probatur ex authentico, quod incipit, Vt factæ nouæ conſtitutiones: ubi cauetur, quod conſtitutiones nouæ factæ nō ualeant, niſi poſt duos menſes elapſos a die quo ſunt pronuntiatæ. Et rō ſuffragatur: Nam lex, ut eſt regula quædam uniuerſalis ad oēs pertinens, ita oportet, quod generaliter proponatur, & non in aliquo certo loco: nam ſi in aliquo certo loco proponitur, nō eſt credibile, quod poſſit ad notitiam eorum, qui in abditiſſimis regnis commorantur, peruenire.

Secūda conc. Quæ promulgatio requiritur ad legem.

Sed quæritur, Vtrum ſit idē iudicium de legib. a Romano Pontifice conſtitutis? erit ne ſatis ad legis Pontificiæ promulgationem, ut Romæ publice proponatur? Sylueſter, & Panormitanus tenent hoc ſufficere. Caiet. in hoc art. tenet prium, cui ſubſcribit Soto lib 1. de iuſtitia q. 1. art 4. & mouentur iſta rōne. Nam Imperium Summi Pōtificis tam late patet, ſicut Imperium Regis, & multo amplius, & leges eius non ſunt minus vniuerſales: non eſt ergo cauſſa quare leges Regis non ſatis ſit, ut promulgētur in curia tantum; & leges Pontificiæ habeant uim obligandi, ſi in curia Romana proponantur.

De lege Pontificia. Sylue. uerbo lex. q. 6. Pan. c. nouerit de ſententia ex. com. Caiet. Soto.

Tertia concl. Vt lex ſufficienter promulgata cēſeatur, nō eſt neceſſe, ut ad ſingulorū notitiā perueniat. Hæc cōc. definita eſt in authentico ſupra commemorato, & in c. 1. de poſtula. prælat. ubi ſic hř; Qñ lex publice edicitur, non eſt neceſſarium, quod per ſpeciale mandatū ſingulorū auribus inculcetur. & rō eſt apta. Nā ſi hæc promulgatio eſſet neceſſaria, ut lex haberet uim obligandi, nulla lex obligaret; ſiquidem effici non pōt, quod in tot regnis, & prouincijs, & millibus hoīum aliquis legē non ignoret. Idē cōprobatur ex

Tertia concl.

vſu reipub. Nuſquam.n.cōſuetum eſt in repub. ꝙ ex ſingulis hominibus promulgetur. Sed vt hoc melius intelligatur, obſeruandum eſt, ꝙ qñ ſubditi ignorant inuincibiliter legem ꝓmulgatam, excuſantur a culpa tranſgreſſionis. Hoc uerum eſt in uniuerſum; ſiue quãtum ad tps, ſiue quantum ad perſonas, ſiue quantum ad leges. Quantum ad tps, ſiue præceſſerit ꝓmulgatio ante multos dies ſiue ante multos annos. Quantum ad pſonas, ſiue ruſtica perſona, ſiue litterata, ſi ignorat inuincibiliter legem, ab eius tranſgreſſione excuſatur, quantum ad leges, ſiue ſit lex naturalis, ſiue diuina, ſiue humana. Sed eſt differẽtia, ꝙ lex diuina naturalis perq̃ raro ignoratur inuincibiliter; lex uero humana frequentiſſime. Hoc aũt intelligẽdum eſt cum duplici limitatione. Prior eſt, quantum ad forũ aĩæ; ſecus eſt quantũ ad forũ externum, & ꝯtentioſum, ex iuris pſumptione. Poſterior limitatio eſt, ut hoc ſit intelligendum, quantum ad obligationem culpæ, non quantum ad alios effectus legis. Vnde ſi aliquis ꝯtraxiſſet matrimonium cum ꝯſanguinea in gradu prohibito, ignorans inuincibiliter legem; immunis eſt a culpa; uerum quãtum ad alios effectus liber non eſt: etenim matrimonium illud eſt irritum, & inualidum, & ſeparandi ſunt.

Duplex limitatio.

Illud ẽt obſeruandum eſt, ꝙ ſubditi qui ignorant inuincibiliter legem, lege tenentur, & obligantur. Vñ ſeqtur, non eſſe idem excuſari a legis ĩpletione, & per legẽ non obligari. Nã ſi qs ignoret inuincibiliter, res inuẽtas dño non eſſe reſtituendas, excuſatur a culpa per ignorãtiam inuincibilem; ceterum lege naturali, & diuina tenetur reſtituere. Idem eſt iudicium de lege baptiſmi. Certe hæc lex obligat oẽs, quamuis qui nihil audierunt de Euãgelio, excuſentur ignorãtia inuincibili. Rõ huius eſt: nã virtus obligandi ab ipſa lege dependet; nõ a notitia ſubditi: ergo ſi eſt ſufficienter ꝓpoſita, obligat oẽs, licet quidam ciuium ignorent. Iuriſconſulti aliqui non indocti oppoſitum habent, ut Panorm. Ioan. Andreas, & Baldus: arbitrantur .n. idem eſſe oĩno excuſari a tranſgreſſionis culpa, & per legem non obligari. Quibus vr̃ conſentire Caiet. in hoc articulo ad fin dicens, ꝙ lex tñ obligat, qñ peruenit ad notitiam eorum ad quos lex pertinet, uel per eos ſteterit quo minus perueniat; ſed certe nr̃a ſnĩa eſt veriſſima, & irrefragabilis, quę ſatis euidenter probatur ex argumentis ſuperius adductis. Sed adhuc demonſtratur euidentius. Nam illi qui ignorãt inuincibiliter legẽ poſt eius publicam ꝓmulgationem, excuſantur a legis tranſgreſſione: ergo lege tenentur: nemo enim excuſatur ab eo ad quod non tenetur. Deinde, ſi poſt legis ſufficientẽ ꝓmulgationẽ homo fide dignus efficiat alium certiorẽ, q ignorat inuincibiliter, certe talis ſua aſſeueratione nullam legẽ imponit: at tunc lege tenetur, poſtquam legem cognouit: ergo antea tenebatur. Sed dices, quem effectũ hẽt hæc obligatio legis in illis, qui ignorant eam inuincibiliter, ſiquidem liberantur a culpa, & a pœna, atq; ſi legem non haberent? Rñdetur, licet hæc obligatio non inducat culpam, nec pœnam; inducit tñ multos alios effectus: nam ſi eſt lex irritans & reſcindens aliquos contractus, ſi poſt ſufficiẽtem legis ꝓmulgationem aliqs ignorans legem inuincibiliter celebret & inſtituat hmõi contractus, excuſatur quidem a legis tranſgreſſione ꝓpter inculpabilem ignorantiam, ſed contractus non ualuit. Sit in exemplum lex, quæ uetat matrimonia clandeſtina, & ea celebrata nulla eſſe decernit. ſi quis poſt legem iſtam ſatis ꝓmulgatam contrahat matrimonium clandeſtinũ, ignorans inuincibiliter legem, excuſatur a culpa, ſed matrimonium non ualuit. Idem iudicium eſt de donatione facta a nouitio in religione ante duos mẽſes ꝓfeſſionis: nã ſi quis exiſtimaret bona fide & ꝑ ignorãtia inculpabili donationẽ fuiſſe ualidam, nõ peccaret eam acceptando; ceterum donatio irrita fuit, & inualida. quapropter cõtinuo atq; reſciuerit, tenetur id quod donatum ẽ, domino uero reſtituere. Item ſint in exemplum leges, quæ decernunt, & taxant rerũ uenalium ꝓtia: ſi quiſpiam ignorans leges inuincibiliter, uẽdat res auctiori & maiori ꝓtio, liberatur a culpa propter ignorantiam inculpabilem; ſed tenetur reſtituere illud, qd plus iuſto accepit. Huius generis ſunt leges, quæ reuocant cõſuetudines, & leges antiquas, & priuilegia, ſi qs poſt ſufficiẽtem promulgationẽ utitur priuilegijs antiquis ex ignorantia inculpabili, nõ peccat, ſed effectus nõ ſubſequitur v.g. in Conc. Trid. reuocatum eſt priuilegium, & conſuetudo, ut clericus alteri poſſit confiteri ſacerdoti, tametſi nõ eſſet expoſitus: certe ſi quis clericus ignorans inuincibiliter huius legis promulgationem, & reuocationẽ, audit confeſſiones alterius, a culpa qdem excuſatur; ſed confeſſio inualida eſt, & ideo iteranda. Ex his duo patent. Vnum eſt, non eſſe idẽ excuſari a legis tranſgreſſione, & per legem non obligari. Alterum eſt, ꝙ ut lex habeat uim obligandi non eſt neceſſe, ꝙ ueniat in notitiam omnium & ſingulorum.

Panorm. & Ioannes Andreas in c. cognoſcentes, & conſtitu. Bal. in lege, leges ſacratiſ. n. 2. C. de legibus. Caiet.

Exempla notanda.

Concil. Trid.

Quarta concl. Sufficiens promulgatio, ut ſubditi peccent eſt, ꝙ ueniat in eorũ notitiam, uel ꝑ eos ſteterit quo minus deueniat. & ita eſt intelligẽdus Caie. hic. Nã ſi nõ eſt notitia legis ad hunc modũ explicata, non eſt uoluntaria trãgreſſio legis: ignorantia.n. cauſſat inuoluntarium: ergo non eſt pctm̃. Peccatum.n. adeo eſt voluntarium, ꝙ ſi non eſt uoluntarium, peccatum non eſt.

Quarta conc.

Caiet.

Quinta concl. Leges tunc & non ante ſunt ſufficienter promulgatæ, qñ ſic propoſitæ ſunt, ut moraliter loquendo in oĩum notitiam deuenire ualeant. Quod tunc ſint ſufficienter promulgatæ, patet ſine ꝓbatione; ꝙ uero nõ antea, patet. Nam abſurdum vr̃, ut lex aliqua cenſeatur ꝓ ſufficienter promulgata, qñ eius notitia haberi non põt moraliter. Secundo, qñ lex eſt ſatis promulgata, ſi quis alleget in ſuum patrocinium ſe neſcire legem, ius non admittit eius excuſationem: nã nõ pſumit legem ab aliquo ignorari. Ergo ſm ius, hæc eſt ſufficiens ꝓmulgatio, qñ ſic proponitur, ut moraliter loquendo ad notitiam peruenire ualeat; alioqui non pſumeret ius a nemine poſſe ignorari. Quod ſi quis dicat; Quid oportet fieri, ut moraliter loquendo ad notitiã oĩum peruenire ualeat? Rñdetur, ꝙ de hoc una certa regula conſtitui non poteſt; ſed pro rõne legis, & pro amplitudine regnorum, & prouinciarum det proponi ad arbitrium uiri prudentis. In lege ciuili vr̃ eſſe neceſſarium, ꝙ proponatur in inſignioribus regni locis, & iuxta hanc formam præcipitur in illo authẽtico ſupra dicto, ꝙ lex Imperatoria ꝓponatur in oĩb. ꝓuincijs, & ꝙ poſt iſtam promulgationem non valeat vſq; ad duos menſes elapſos, ut in hoc temporis ſpatio ad notitiam oĩum peruenire ualeat. In lege uero Pontificia neceſſarium vr̃, ꝙ proponatur per uniuerſas diœceſes; & ſi lex fuerit multũ neceſſaria, & utilitãs ꝓ̃ctus quæ in republica ſolent celebrari, maior adhibenda eſt diligentia. Quod conſultiſſime fecerunt Patres in Conc. Trid. in lege irritante matrimonia clandeſtina. præceptum namq; eſt, ꝙ hæc lex non ſolum per diœceſes vniuerſas, ſed ẽt ꝑ parochias uniuerſas proponeretur, & ꝙ non ualeret, niſi poſt triginta dies a promulgatione.

Quinta conc. Quãdo leges ſint ſufficienter promulgatæ.

Quid oportet fieri, ut lex ad omniũ notitiam perueniat.

Concl. Trid. Seſ. 24. c. 1. de reform.

Ex his ſequuntur quædam documenta maxime obſeruanda. Primo ſequitur, promulgationem legis ſufficientẽ non fieri in inſtanti, aut in paruo tempore; ſed in temporis ſpatio quo poſſit ad notitiam omnium deuenire. Secũdo ſequitur, poſſe accidere, ꝙ lex ſit ſufficienter ꝓmulgata reſpectu quorũdam; & reſpectu aliorum non ſit ſatis propoſita. Tertio ſequitur, poſſe accidere, ꝙ lex ſit ſufficienter promulgata, & ꝙ aliquis ignoret eã, uel quia non adhibuit diligentiam, uel ex ignorantia inculpabili. Sequitur vltimo, quod licet ego ſciam euidenter ſanctiones Regias eſſe Matriti promulgatas, non teneor donec fiat promulgatio per ciuitates, & oppida, ſicut habet conſuetudo. Et idem iudicium eſt de lege, quæ reuocat priuilegia. Nam ſi ego ſcio Matriti eſſe legem ꝓmulgatam, uel Bullam, quæ reuocat priuilegium de ouis comedendis, & de confeſſore eligendo, ſi ego Salmanticæ habito, poſſum uti antiquis priuilegijs, donec ſit promulgata mihi per ciuitates, aut oppida, etiam paruas, ſicut habet conſuetudo. Ex his patet, quomodo ut lex habeat uim obligandi, requiratur promulgatio, & quæ, & quanta ſit neceſſaria.

Documenta notanda.

Ad argumenta in contrarium, ad primum dicendum, quod lex diuina, tum de baptiſmo, tum de repudio non faciendo, tum etiam de unica uxore, obligat omnes: nam de ſe ſatis eſt promulgata. Cum hoc tamen recte coniungitur, quod aliqui, qui nihil audierunt de Euangelio, excuſentur ab eo ignorantia inuincibili, ſicut

Solutio arg. Ad primum.

ſunt

Obſeruãda ſolutio.

ſupra dictum eſt. Secundo dico, & eſt notanda ſolutio, ꝙ aliud eſt iudicium de lege reuocatoria, & aliud de lege pceptoria. Exiſtimo.n. ꝙ ad legem reuocatoriam non requiritur promulgatio: immo credo, ꝙ põt fieri per ſolum actum animi interiorẽ. Nam ſi Pontifex dicat apud ſe, nolo amplius meos ſubditos lege humana obligare; certe deinceps nõ peccarent, neque agerent contra legem, uerum eſt tamen, ꝙ ex cõſciẽtia erronea exiſtimarent ſe contra legẽ operari.

Vtrum poſt mortẽ Chriſti ſtatim fuerit lex uetus mortua;

Ad illud uero quod in eodem argumento quæritur; utrũ lex uetus fuerit mortua & reuocata ſtatim poſt mortem Chriſti, antequam lex Euangelica promulgaretur? Reſpondetur, ꝙ inducit nos in magnam concertationem de ceſſatione legalium, quæ uſque ad quæſtionem 103. definiri non poteſt, nunc quod attinet ad noſtrum inſtitutum, hic nodus diſſoluẽdus eſt. Nam ſi lex uetus ſtatim poſt mortẽ Chriſti reuocata fuit, prius, quam lex Euangelica obligaret, & eſſet ſufficienter promulgata, conſequens eſt, ꝙ in illo tempore mũdus relictus ſit ſine lege aliqua diuina; uel ꝙ promulgatio non ſit de ratione legis. Hoc argumentum uarie diſſoluunt Doctores. Certe uidetur eſſe abſurdum concedere, ꝙ orbis ſine lege diuina relictus ſit: nã & ſi lex vetus mortua erat, iam præceſſerat nouæ inſtitutio, quam Chriſtus prædicauerat, dum viuebat. Non autem uidetur abſurdũ cõcedere, ꝙ orbis ex magna parte ad legem diuinam non obligaretur propter ignorantiam inuincibilẽ. Soto lib. 2. de iuſt. q. 5. art. 4. vt hoc inconueniens euaderet, in aliud maius incidit; dicit enim legem ueterem non fuiſſe mortuam, neque extinctam vſque ad Domini reſurrectionẽ: ſed hoc maius inconueniẽs eſt, quam admittere ꝙ orbis in paruo temporis ſpatio ſine lege diuina relinqueretur.

Soto.

Secundo dico, quod orbis neque paruo quidem tempore ſine lege diuina eſt relictus: nam ſtatim poſt mortẽ Chriſti Apoſtoli tenebantur ſtrictiſſime ad legem Euangelicã; qui protinus eam ſuſceperunt vt populus diuulgarẽt, iuxta illud; Suſcipiant montes pacem populi, & colles iuſtitiam: ſicuti Senatores in comitijs generalibus primitus leges ſuſcipiunt. Tertio dico, ꝙ gentes non tenebãtur ad legem Euangelicam, uſque ad ſolemnem promulgationem. Nam vſque ad diem Aſcenſionis non fuit reuocatũ illud præceptum; In uiam gentium ne abieritis; reuocatum autem fuit cum dictum eſt diſcipulis, Prædicate Euãgelium omni creaturæ, & in gentibus nulla fuit lex abolita in paſſione Chriſti: nam præcepta moralia & ſupernaturalia immota perſtiterunt. Vltimo, ut hic ſcrupulus penitus depellatur, dicẽdum eſt ſine dubio, quod lex uetus fuit mortua in paſſione Chriſti, etiam ſi nulla præceſſiſſet promulgatio, nam eſt lex reuocatoria, & lex reuocatoria promulgationem non requirit, ut ſupra dictum eſt. Item eſt ratio euidens; nã lex uetus ex primæua ſua inſtitutione fuit temporaria, & conditionata, ſic enim dicit Paulus; Lex propter tranſgreſſionem poſita eſt donec ueniret ſemen cui repromiſſum eſt. ergo ſtante redemptione continuo euanuit, & emortua eſt: ſicuti ſi eſſet lex regni propoſita uſq; ad præfinitum tempus, elapſo illo tempore ceſſat abſque alia promulgatione. Sed de hoc diligentius, cum de ceſſatione legalium diſputatum fuerit.

Gal. 3.

Ad aliud argumentum de lege humana reſpondetur, ꝙ illa lex eſt reuocatoria, & lex reuocatoria, nõ requirit promulgationem, ſecus eſt de præceptoria. Ratio diſcriminis eſt; nam lex præceptoria inducit obligationem, & eſt regula ad menſurandos actus humanos: Reuocatoria autem tantum abrogat. Certum autem eſt, quod legiſlator ſua uoluntate, aut ſuo dicto dici poteſt legẽ tollere: ſecus eſt de lege reuocatoria, quæ irritat cõtractus, & inhabiles reddit perſonas: nam iſta lex promulgationem etiã requirit.

Ad alia arg. ad primũ.

Ad alia argumenta, quibus probabatur eſſe neceſſariũ, quod lex omnibus & ſingulis promulgaretur, ad primũ reſpondetur, quod lex, ut eſt quædam regula moralis, ita oportet, ꝙ proponatur moraliter, ſic ut moraliter in notitiam omnium deuenire ualeat, non autem eſt neceſſe, ꝙ in ſingulorum notitiam deueniat.

ad ſecundũ,

Ad ſecundum reſpondetur, eſſe diſcrimẽ inter legẽ naturalẽ, & humanam; nam lex naturalis continet prima principia rerũ agendarum uniuerſaliſſima, ſine quorum notione nemo hominum valet aliquid ſtudioſe operari, & ideo eſt nota omnibus & perſpicua.

ad ultimũ

Ad ultimum, in quo quærebatur, utrum promulgatio ſit de ratione legis, reſpondetur: quod D. Thomas, non plane declarauit, an ſit de ratione legis, ut argumentum probat. Mihi tamen videtur, quod ſit de ratione legis, & de ſubſtantia; nam ſi non eſt intimatio, certe præceptum non eſt: intimatio ergo eſt de ratione legis, & hæc intimatio non eſt applicatio; ſicut quando ignis applicatur ad comburendum, ſed eſt intimatio, applicatio legis, ueluti præſeferens imperium legis. Præterea, hæc intimatio non eſt notitia legis, quæ non eſt de eſſentia legis, ſed eſt intimatio præcipientis & mandantis. Ex his patet definitio vera & perfecta legis. Lex eſt ordinatio rationis, in commune bonum inſtituta, ab habente auctoritatem promulgata. Hactenus de prima parte huius tractatus, ſequitur de legis diuiſione, & uarietate.

Legis definitio

QVAEST. XCI.

De diuerſitate legum; in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum ſit aliqua lex æterna.

Concluſio eſt aiens.

ART. SECVNDVS.

Vtrum in nobis ſit aliqua lex naturalis.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Datur lex aliqua naturalis, quæ nihil aliud eſt, quam participatio legis æternæ in rationali creatura.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum ſit ex aliqua lex humana.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Hæc concluſio in hunc modũ probatur, quoniam Lex nihil aliud eſt, quam dictamen practicæ rationis in Principe, q gubernat aliquam communitatem perfectam, mundus autem iſte diuina gubernatur prudẽtia, unde ratio gubernationis in Deo, ſicut in quodam uniuerſitatis principe, legis rationem habet. Quoniam uero diuina ratio nihil ex tempore concipit, ſed ab æterno ſolum habet conceptũ, lex illa æterna erit.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Propoſitæ concluſionis probatio ſic procedit. Cum lex ſit regula, uel menſura, duobus modis in aliquo eſſe poteſt: Vno modo tanquam in regulante, & menſurante. Alio modo, ut in regulato, & menſurato: regulatur enim unumquodque, ſecundũ rationem menſuræ, quam participat. Cum igitur omnia quæ diuinæ prouidentiæ ſubduntur, a lege æterna menſurentur, ac regulentur, omnia illa participabunt aliqua ratione ipſam æternam legem, quatenus ſcilicet ex illius impreſſione habent inclinationes in proprios actus, & fines. Sed tamen quoniam inter ceteras, creatura rationalis excellentiori quodam modo talis impreſſionis participium habet, ſibi enim & alijs prouidet ad debitum actũ & finem; ideo participatio æternæ legis in rationalibus creaturis lex naturalis appellatur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Iſta aſſertio ita probatur. Quoniam ſicut in ſpeculatiuo intellectu ex cognitione primorum principiorum

medio diſcurſu cognoſcuntur uariæ concluſiones, ita etiam ex præceptis naturalis legis, ueluti ex quibuſdam communibus principiis, & indemonſtrabilibus, oportet rõnem humanam procedere ad alia quædam peculiariter diſponenda: quæ quidem particulares diſpoſitiones, ſm humanam rõnem adinuentæ, leges humanæ dicũtur; obſeruatis aliis conditionibus, quas ad legis rationem pertinere dictum eſt.

A R T. Q V A R T V S

Vtrum neceſſarium fuerit eſſe legem diuinam.

Concluſio aiens eſt.

EXPLICATIO ARTIC.

QVattuor rõnibus demonſtrat D. Thom. huius articuli cõcluſionem. Prior eſt, quoniã homo ordinatus eſt ad beatitudinẽ, ad quã, quoniam excedit ꝓportionẽ facultatis humanę, per legem ſupernaturalem & diuinam dirigi debet. *Prima con.* Deinde, quia humanũ iudicium incertũ eſt, maxime quo ad contingentia & ſingularia. *Secun. cõ.* Vt ergo in particulari homo agnoſcere poſſet, quid ſibi agendum eſſet, quidq; uitandum, oportuit eũ per legẽ diuinã inſtrui, quæ non poteſt errorem admittere. Præterea, homo tam in motibus interioribus, quam in exterioribus, rectitudinem habere debet; & homo, cui competit legem humanam condere, nõ poteſt de motibus internis iudicium ferre: dãda eſt ergo lex diuina, quæ circa tales actus hominẽ ordinet, & rectificet. Tandem id manifeſtum eſt, qm̃ ex D. Aug. ſentẽtia, lex humana non poteſt omnia, quæ male aguntur, prohibere, quin ſimul bona tollãtur multa: neceſſaria ergo lex diuina fuit, quæ omnia peccata prohiberet, quandoquidẽ commode per ſolam legem humanam auferri non poterant. *Auguſt.* Has quattuor rationes deſignat Proph. dum ait. Lex Domini immaculata, id eſt, nullam peccati turpitudinem admittens. *Pſal. 18.* Conuertens animas; quoniam nõ ſolum actus exteriores, ſed interiores dirigit. Teſtimonium Domini fidele; quoniam certiſſimum & infallibile. Sapientiam præſtans paruulis; quia ſcilicet hominem ad ſupernaturalem finem & diuinum ordinat.

A R T I C. Q V I N T V S.

Vtrum lex diuina ſit una tantum.

S V M M A T E X T V S.

PRima concluſio. Lex diuina non eſt una, ſed diſtinguitur in nouam, & ueterem.

Secunda Concluſio. Hæ duæ leges non diſtinguuntur ueluti duæ ſpecies eiuſdem generis, ſicuti homo, & bos diſcriminantur, ſed differunt ſicut perfectum & imperfectum in eodem genere.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRiorem concluſionem ita probat D. Tho. in argumento, ſed contra. Nam (ut dicitur ad Heb. 7.) tranſlato ſacerdotio, neceſſum eſt ut legis trãſlatio fiat. *Heb. 7.* Sed eſt duplex ſacerdotium; ut ibidem dicit Paulus, ſ. Leuiticũ, & ſacerdotiũ Chri: ergo & erit duplex lex. Secunda aũt concluſio probatur ex illo ad Gal. 3. *Gala. 3.* vbi ſtatus ueteris legis comparatur ſtatui puerili ſub pædagogo; ſtatus uero legis nouæ, ſtatui uiri perfecti. Et manifeſta fit concluſio ex tribus, quæ ad legem pertinent. ſ. ut ordinetur ad commune bonum; ut dirigat actus humanos, ſecundum ordinẽ iuſtitiæ; & ut inducat homines ad mandatorum obſeruantiam: quæ tria perfectius multo inueniuntur in lege noua, quam in ueteri. Hæc namque ordinabat ad bonum commune ſenſibile, atque terrenũ, & illud proponebatur ſtatim populo, ut patet Exho. 3. vbi inuitatur ad regnum Chananæorum. *Exhod. 3.* At lex noua ordinat ad bonum intelligibile, & cæleſte: qua de cauſſa Chriſtus Dñs, eius auctor, a regno cælorum incepit, ut patet Matt. 4. *Matth. 4.* Deinde lex uetus, ut in plurimum actus externos ordinabat; at lex noua præcipue actibus internis ordinandis incumbit. Tandem illa ad mandata obſeruanda timore pœnæ inducebat; at hæc amore procedit infuſo a Spiritu ſancto, qui datus eſt nobis. Quare optime dixit Aug. *Aug. contra Adamam.* Breuis eſt differentia legis & Euangelij, timor & amor.

A R T I C. S E X T V S.

Vtrum detur aliqua lex fomitis.

S V M M A T E X T V S.

PRima Concluſio. Senſualitatis inclinatio, quæ fomes dicitur, in aliis animalibus ſimpliciter habet rationem legis, eo pacto quo in talibus lex dici poteſt.

Secunda Concluſio. Fomes in hominibus non habet rationem legis, ſed potius eſt deuiatio a rationis lege.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRior cõcluſio ad hunc modum probatur. In aliis aïalibus inuenit ſenſualitatis inclinatio directe. ergo ſimpliciter hẽt uim legis, qm̃ omnis ordinatio, & inclinatio inuenta in his, q̃ legi ſubiiciuntur, lex participatione dicitur. *Prima con.* Secunda uero concluſio probatur. Talis ſẽſualitatis inclinatio cõuenit homini, ſecundũ q̃ a diuina iuſtitia deſtituitur originali iuſtitiæ dono, & uigore rõnis: ergo non cõpetit ei ex ſua prima inſtitutione, ĩ qua tãquam legẽ, ſortitus ẽ diuinã ordinationẽ, ut ſecundum rationem operaretur: *Secũ. con.* habet ergo uim legis talis impetus, prout eſt pœnalis ex diuina lege, conſequens hominem propria dignitate deſtitutum.

L A T I O R E X P L I C A T I O Q V Æ S T I O N I S.

HAec quæſtio breuis eſt, & facilis. Vt igitur ſententiam D. Thom. breuiter habeamus, notandum, quod quattuor in uniuerſum ſunt leges tantum. *Quattuor leges, Aeterna.* Lex æterna, naturalis, humana, & diuina. Lex æterna eſt ratio diuinæ prouidentiæ, qua cuncta gubernantur, & reguntur: quæ quoniam in Deo ab æterno eſt, lex æterna nominatur, quam Platonici Numen appellant, cuius arbitrio omnia reguntur. *Naturalis.* Secunda eſt Lex Naturalis, quæ eſt impreſſio legis æternæ, noſtris animis indita, & inſcripta Et appellatur Lex Naturalis; tum, quoniam a natura indita eſt, tum uero, quoniam in finem naturalem dirigit. quam Paulus appellat legem mentis, aliquãdo internum hominem. *Paulus. Humana.* Tertia eſt Lex Humana, quæ ex hac naturali, & indita, per rationes & ſyllogiſmos collecta eſt. Et uocatur Humana, quia humano ingenio inuenta eſt. Ruſſus appellatur Ciuilis, quoniam inſtituta & deſtinata eſt in bonum ciuium. *Diuina.* Quarta eſt Lex Diuina, quæ eſt ordinatio rationis, a Deo excogitata, quæ in fine ſupernaturalem hominem dirigit. Quæ diuiditur in legem Veterem, & Nouam. Sed notandum, quod ſicut ex principiis ſuapte natura cognitis colligitur Lex Humana & Ciuilis per ratiocinationem & ſyllogiſmum; ita ex principiis reuelatis a Deo colligitur lex Eccleſiaſtica. *Lex fom in quid.* Prædictis addidit Diuus Thomas legem fomitis, quæ nihil aliud eſt, q̃ inclinatio potentiarum ſenſitiuarum in ſua obiecta, quæ poteſt reduci ad legem naturalem, & eſt a Deo directe, & indirecte. Directe, ſi conſideretur, quatenus eſt quædam inclinatio naturalis in propria obiecta: uniuerſa enim inclinatio naturalis a Deo eſt. Indirecte, quatenus anteuertit rationem, & illi repugnat, hoc pacto a Deo eſt, tamquã a remouente prohibens: nam Deus propter culpam primi parentis abſtulit iuſtitiam originalem, qua ablata, potentiæ ſenſitiuæ inclinant contra rationem ſæpenumero. Hæc eſt ſufficiens diuiſio legum, ita quod nec ſint plures, neque pauciores.

Obiectiones de lege æterna.

Sed uidetur, quod in hac diuiſione triplex uitiũ committatur:

mitatur. Primum eſt, quia numerantur multæ leges, quæ leges non ſunt. Secundum eſt, ꝙ prætermittuntur multæ leges, quæ ueræ leges ſunt. Tertium eſt, ꝙ numerantur plures, quam opus ſit.

prim. argum.

Quod in hac diuiſione numerentur leges, quæ ueræ leges non ſunt, probatur. Primo, lex æterna, nõ eſt uera lex: nam omnis lex aliquibus imponitur; ſed ab æterno non fuit aliquis cui lex imponeretur: ſolus enim Deus fuit ab æterno: ergo non eſt uera lex.

Secundum.

Secundo, promulgatio eſt de ratione legis, ut ſupra dictum eſt; ſed promulgatio non fuit ab æterno; non enim fuit cui promulgaretur: ergo non eſt lex æterna.

Tertium.

Vltimo, ſi lex ab æterno fuit, ergo ab æterno Deus fuit legiſlator: rurſus ergo ab æterno fuit creatura cui legem imponeret. Grauitate huius argumenti conuicti ſunt oẽs Theologi, ꝙ Deus ab æterno non fuit Dñs; ſed ex tẽpe: nã ſi ab æterno fuit Dñs, ab æterno fuit creatura cui dominaretur: ita aſſerit Auguſt. & Origenes, ut faceret Deum Dominum ab æterno, fecit creaturas æternas.

Auguſt. 5. de Trini. c. 16. et 12. de ci. c. 15. Origen. lib. 1. periar.

De lege naturali.

Præterea, ꝙ nulla ſit lex naturalis, probatur. Nã id qđ eſt per naturã, immobile eſt oĩno, & eandem uim habet apud oẽs: ignis qm̃ ſuapte natura calidus eſt, ubiq; călidus eſt. Sed nulla lex eſt immobilis, neq; hẽt eãdem uim apud omnes: ergo nulla lex ẽ naturalis. Probatur minor. Nam ſi aliqua lex eſt ſ̃m naturam, maxime, reddendum eſt depoſitum, ſed hęc eſt uariabilis: nam homini furioſo non eſt reddendus gladius, quem habeo in depoſito.

Primum arg. Secundum.

Secundo, lex diuina & ſupernaturalis eſt ꝯ legem naturalem: ergo lex naturalis bona non eſt, quia contrariatur legi diuinæ: rurſus ergo lex nõ eſt: nam quæ bona lex non eſt, lex non eſt. Probatur antecedens: nam lex diuina præcipit, ꝙ diligat homo Deum pluſquam ſeipſum; lex uero naturalis inclinat magis in bonum proprium. Rurſus, lex diuina præcipit, ꝙ uitã pro Chriſto ponamus; lex vero naturalis inclinat, vt quiſque uitam ſuam tueatur.

Tertium.

Vltimo, lex diuina dictat, ut innocens occidatur: lex naturalis, ut innocens non occidatur.

De lege humana. Matt. 15.

Præterea de lege humana ꝓbatur, ꝙ non ſit lex. Nã ex illo; Sine cã colunt me, docentes doctrinas, & mandata hoĩum, manifeſte vr̃ colligi, populũ Chriſtianũ deobligatum eſſe ab oĩ lege, & ſtatuto quorumcũque hominum.

De lege diuina.

De lege diuina probatur, ꝙ non ſit neceſſaria. Nam in ſtatu legis naturæ poterat eſſe ſalus, ut patet: ergo nõ eſt neceſſaria lex diuina ſupnaturalis. Quod ĩ ſtatu legis naturæ poterat eſſe ſalus, affirmat D. Paulus cũ ait; Gentes, q̃ legem non habent, naturaliter ea, q̃ legis ſunt, faciunt.

Rom. 2. De lege fomitis. primum arg. Secundum.

De lege fomitis, ꝙ non ſit uera lex, euidentius demõſtratur. Nã lex ĩclinat ad ſtudioſam, & rectam operationem: lex fomitis inclinat ad peccandum, & ideo a D. Paulo appellatur lex peccati, & in alio loco appellatur uirtus peccati. Secundo, qui ſeruat legem, & illi præſtat obediẽtiam, non peccat; ſed qui præſtat obedientiam legi fomitis, peccat: ergo. Ex omnibus his patet, quõ in iſta diuiſione, & legum partitione numerantur multæ leges, quæ ueræ leges non ſunt.

probat, quod multę leges prętermittantur. Rom. 8.

Habet ẽt aliud uitium hęc diuiſio, ꝙ prętermittuntur multæ leges. Primo, in ea nõ ſit mentio de lege ſpiritus, de qua ſit ſermo a Paulo ad Ro. 8. Rurſus non ſit mẽtio de lege permiſſiua, de qua Iuriſprudentes multa dicũt; atque adeo non ſit ſermo de lege iniuſta, quæ uera lex ẽ, & uere obligat. quod ſic probatur. Nam iniuſta ſnĩa uere obligat in conſcientia: ergo iniuſta lex uere obligat. Cõſequentia inde probatur. Nam ſnĩa nil aliud eſt, q̃ lex q̃dam particularis. Probatur antecedens: nam ſnĩa qua cõdemnatur innocens, probatus nocens ſ̃m allegata & ꝓbata, coram Deo eſt iniuſta ſnĩa: nam fundatur in falſa pſumptione, [& allegatione: at innocens tenetur illi obedire, ut demonſtrat D. Th. in 2. 2. q. 67. art. 2.] Deinde, excõicatio iniuſta obligat in conſcientia, ut vr̃ docere D. Tho. in addit. q. 21. art. vlt. Et in hoc caſu uera eſt illa ſnĩa Gregorij; Sententia Paſtoris, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, ſemper timenda eſt. Vltimo id probatur euidẽtius: nam ſi Epiſcopus per magnam iniuſtitiam priuet aliquem ſuo beneficio, & illud conferat alteri, collatio tenet, & ualida eſt. Ex his argumentis conſtat, quomodo in iſta diuiſione multæ leges prætermittantur.

D. Tho. D. Tho. Gregorius.

Tertium uitium habet hęc diuiſio. Nam numerantur plures, quã opus ſit. Oĩs. n. lex, ęterna eſt, ergo ſuperfiue aliæ leges numerantur. Probatur antecedẽs: nam D. Aug. deſinit pc̃m ſic, ꝙ ſit dictum, uel factum, uel concupitũ ꝯ legem Dei æternam. Vniuerſum ergo pc̃m, quod ſit ꝯ legem, eſt contra legem Dei æternam, & ſic oĩs lex eſt æterna. Vltimo, lex diuina ſupernaturalis ſine dubio æterna eſt: nam lex diuina eſt iudicium, ſiue dictamen diuinum. Sed iudicium diuinum non mutatur, nec eſt de nouo quidquid. n. Deus iudicat, ab æterno iudicauit. Ergo male diuiditur contra legem æternam.

prob. quod numerentur plures leges, quã opus. Aug. 22. contra Fauſtum ca. 27.

Leges tantum quatuor.

His argumentis non obſtantibus, ueritas eſt, ꝙ tantũ ſunt quatuor leges, æterna, naturalis, humana, & diuina. Et ꝙ ita ſit, probatur. Primo, ex ſacra ſcriptura: nam đ lege æterna, quæ eſt diuina ſapiẽtia, dicitur; Dominus poſſedit me ab initio uiarum ſuarum, & antequam quidquã faceret, ab æterno ordinata ſum. & paulo poſt; Quando ponebat legem aquis, cum ipſo eram cuncta componens. De lege naturali dr̃; Gentes quæ legem non habent, naturaliter, q̃ legis ſunt faciunt. De lege humana habetur; Oĩs anima poteſtatibus ſublimiorib. ſubdita ſit; &, Qui uos audit, me audit. De lege diuina ſcribitur; Dabo legẽ meam in uiſceribus eorum, & in cordibus eorum ſcribã eam. Idem patet optima ratione: nam lex eſt forma, & regula qua dirigitur homo ad ſtudioſas operationes: Vel ergo dirigitur in finem ſupernaturalem, & ſic erit lex diuina; uel dirigitur in finem naturalem, & hoc poteſt accidere dupliciter; uel per legem inditam, & animis noſtris inſcriptam, & ſic erit lex naturalis; uel per legem humano ingenio excogitatam, & ſic erit lex humana. Quoniã vero omnes iſtæ leges a lege æterna deriuantur (ab illo, nãque perpetuo lumine, omne lumen, quod in nobis eſt deriuatum eſſe cognoſcitur) ſic ponitur lex æterna. Optima ergo eſt diuiſio legis in quattuor differentias.

Prou. 8. Rom. 2. Rom. 13. Luc. 10. Hier. 31.

Sed nota, ꝙ Ariſt. tñ diuidit ius, in naturale, & poſitiuum, & merito. Nam Ariſt. non cognouit legem ſupernaturalem, & finem ſupernaturalem. De lege vero æterna non fecit mentionem, quia inſtituebat tantum diſputare de legib. quibus homines gubernantur in republica.

Ariſt. 5. Eth. c. 7.

Præterea nota, ꝙ iuriſprudentes tñ diuidunt ius, in naturale, & poſitiuum: & poſitiuum diuidunt, in ius gentium, & ciuile. itaq; tria diſtinguũt iura, naturale, ius gentium, & ciuile. Iuriſperiti. n. tantum loquuntur, ut Ariſt. loqtur. Nos uero, qui in hac diuiſione vniuerſitatem legum uolumus complectendere, merito partiti ſumus leges in quattuor differentias. His ita conſtitutis ad argumenta in oppoſitum rñdetur. Et in primis ad illa argumẽta, quibus probabatur, magnum uitium in hac diuiſione eſſe commiſſum, eo ꝙ numerẽtur leges, quæ ueræ leges non ſunt. Ad quod primo dico, legem æternam, eſſe uerã legem, & primariam inter omnes. Et ad primum, quod fiebat in contrarium, reſpondetur ꝙ lex imponitur illis, qui exiſtunt in ſe, uel in eſſe cognito. Ea enim, quæ in ſeipſis non exiſtunt, apud Deum exiſtunt ſecundũ eſſe cognitum, ſ̃m illud; Qui uocat ea, quæ non ſunt, tãquã ea, quæ ſunt. Conceptus igitur legis æternus qui in Deo exiſtit quatenus ordinatur ad gubernationem creaturarum cognitarum, habet rõnem legis. Secũdo dico, quod omnes creaturę ſunt Deo præſentes in æternitate, nõ tm̃ ſecũdum eſſe cognitum; ſed etiam ſ̃m ueras exiſtẽtias, & naturas reales. Hoc affirmat D. Tho. 1. p. q. 14. artic. 13. Quare non vr̃ mirum, quod Deus præcipiat aliquid in æternitate. Tertio dico, ꝙ lex æterna dicitur, quia eſt cõceptus Dei æternus; non quod ab æterno præcipiat.

Diuiſio iuris, a iuriſperitis facta. Soluuntur argumenta, de lege æterna. Lex æterna quid. Ad primum. Rom. 4. D. Tho. Ad ſecundum.

Ad ſm̃ reſpondetur, ꝙ lex promulgatur tum uerbo, tũ ſcripto, & lex æterna utroq; modo habuit promulgationem ex parte Dei: nã Verbum diuinum æternum eſt, & liber uitæ æternus eſt; cæterum ex parte creaturæ audiẽtis, & inſpicientis non fuit promulgatio ab æterno. Vel dicendum, lex æterna cum ſit tam perfecta, non eget ꝓmulgatione ſicut leges humanæ, qa in ſe habet uim maximam, ſicut ſi tantæ eſſet uirtutis lex Regis, quod ſine promulgatione poſſet regere, non eſſet neceſſaria promulgatio. Vnde ad omnia hęc argumenta rñdetur, & optime ꝙ cum lex æterna ſit ipſe Dei cõceptus, lex dicitur analogice de lege æterna, & alijs, ſicut ens de Deo, &

creaturis; vñ eminentiori modo conuenit illi ratio legis. Ad hoc autem, quod iſta ſit vera lex, nõ requiritur, quod acceptetur; ſed ſat eſt ſecum ferre imperium ab æterno. Vnde optime dicit Soto. q. 2. primi de iuſtitia, ꝙ eſt lex ferens, non lata: non impreſſa, ſed imprimens.

Soto.

Ad tertium.

Ad tertium dicendum mihi vr̄, quod poteſt concedi, quod eſt legiſlator ab æterno. Et dico non eſſe eãdem rõnem de dño, & creatore: nam dñs dicit actualem gubernationem: creator dicit actionem trãſeuntem in exteriorem materiam, & ideo ſine creatura intelligi nõ poſſunt: legiſlatio vero dicit tm̄ præceptum mẽtis diuinæ internum, & ideo ſine creatura exiſtẽte intelligi poteſt. Scdo dico, quod licet lex æterna ſit, non eſt conſequens, quod legiſlator æternus ſit (nam licet volitio creandi æterna ſit, creatio uero æterna non eſt) qm̄ legiſlatio dicit, quod actu præcipiat, & promulget legem.

Obiectio. Solutio.

Contra concluſionem aīs: Si eſt legiſlator ab æterno: ergo ſuperior: ergo habet inferiores: ergo Dñs. Rñdetur primo, ꝙ non erat ſuperior formaliter. Secundo dico, ꝙ erat ſuperior, quia ſibi debebatur ſuperioritas ſuper oẽs creaturas venturas: ſicut Adam qũ ſolus erat, poterat dici ſuperior oĩb. qui erant vẽturi, quia illud ſibi debebatur. Rõ horum eſt, quia hæc relatiua ſunt ſm dici; vnde non requiritur, ꝙ extrema actualiter exiſtant; ſed ꝙ dicant ordinem ad ipſa: ſicut ego modo dicor prior Antichriſto, licet ipſe nondum fuerit.

Ad argumenta de lege naturali. Ad primum.

Ad alia argumenta contra legem naturalem, ad primũ reſpondent quidam Theologi, ꝙ præcepta legis naturalis ſunt in triplici differẽtia. Quædam ſunt adeo immutabilia, vt etiam auctoritate diuina immutari non poſſint; ut præcepta Decalogi, Nõ mentiendum, Non furãdum, &c. Alia ſunt præcepta, quæ licet auctoritate humana immutari nequeant; auctoritate tamẽ diuina mutari poſſunt, ut præceptum de inſolubilitate matrimonij, & præceptum de unica vxore habenda. Alia ſunt præcepta legis naturalis, quæ immutari ualent auctoritate humana, uel per diſpẽſationem, uel per ἐπιείκειαν, id eſt, iuſti & æqui interpretationem, & in hoc numero ponitur pceptum de reddendo depoſito. Sed Ariſt. alio modo pergit ad ſoluendam dubitationem, dicens, ꝙ naturale ius in habente naturam penitus immutabilem, immutabile eſt, & ſemper habet eandem uim apud omnes: ceterum natura humana mutabilis eſt, & ideo, quod eſt naturale homini mutationem hẽt. Certe æquitas naturalis poſtulat, ut reddatur depoſitum, & ſic ſemper ſeruandum erat, ſi recta ſemper eſſet natura: at quia aliquando praua eſt, non eſt reddendum depoſitum, ne eo abutatur ad ſuam prauitatem & malitiam.

Ariſt. 5. Eth. c. 7.

Ad ſecundum Bonau. Gabriel.

Ad ſecundum quidam Doctores, inter quos eſt Bonauentura, & Gabriel in 3. diſt. 27. & diſt. 29. ſentiunt, quod lex diuina eſt contra legem, & contra rationem, & inclinationem naturalem. Huius ſententiæ errorem non eſt præſentis loci demonſtrare. Dicendum ergo, quod ſicut fides non eſt contra naturam, ſed ſupra naturam: ita lex gratiæ non eſt contra, ſed ſupra naturam. Et ad argumẽtum in contrarium reſpondetur, quod lex naturalis inclinat hominem, ut diligat Deum pluſquam ſeipſum, ut optime dicit D. Tho. 2. 2. q. 26. art. 3.

D. Tho. Ad tertium.

Ad aliud argũ de occiſione innocentis, reſpondetur, eſſe aduerſarium legi naturali, quod ille qui non habet dominium uitæ & mortis, occidat innocentem; ceterum, ꝙ occidat innocentem Deus, qui habet dominium uitæ & mortis, non aduerſatur legi naturali.

Ad argumenta de lege humana.

Ad aliud argumentum de lege humana, reſpondetur, ꝙ Dominus in illa ſnīa tãtum reprobat mandata hominum, quæ diuinis mandatis repugnant, ut patet legenti textum: ceterum non reprobat omnia mandata hominũ; alioqui Chriſtus ſecum non conſtaret: alibi enim dicit; Quæcũque dixerint uobis, ſeruate, & facite: & in alio loco, Qui uos audit, me audit, &c. Ad aliud de lege diuina reſpondetur, quod ſtatus naturalis non ſic interpretandus eſt, quod tm̄ in eo obligaret lex naturalis: nam ab exordio mundi fuit præceptum de fide, ſpe, & caritate ſupernaturali, ſine quibus nulli vnquam cõtingit ſalus: ita dicitur in Conc. Trid. & Paulus, Sine fide, ait, impoſſibile eſt placere Deo. Appellatur autem ſtatus legis

Ad argumenta de lege diuina.

Conc. Trid. Seſ. 6. ca. 7. Heb. 11.

naturæ: tum, quoniam non continebat aliquod præceptũ iuris diuini poſitiuum; tum uero, quoniam non continebat aliquod præceptum ſcriptum: in illo namque ſtatu regebantur homines per inſpirationes internas: tũ tertio, quoniam non continebat, niſi præcepta moralia, non ceremonialia, nec iudicialia: præcepta enim ſupnaturalia enumerantur inter moralia, ut ait D. Tho. infra quæſ. 100. art. 1. ſupra quem locum adnotat optime Caietanus, quod ea præcepta nominantur moralia, quæ ſecluſa omni lege poſitiua obligarent, uel ex ratione humana, uel adiuta lumine fidei. v. g. Lex naturæ obligat, ut unũ Deũ colamus, non autem ſe extendit, ut credamus illum eſſe trinum; ceterum ſuppoſita diuina reuelatione, quæ bona ſupernaturalia nobis oſtendit, ipſa ratio dictat, quod credamus primæ ueritati reuelanti. Tum ultimo, quoniam non continebat, niſi præcepta, quæ præciſe erant neceſſaria ad ſalutem conſequendam.

D. Tho. Caiet.

Ad illud Diui Paul., Gentes quæ legẽ non habent, &c. reſpõdetur, quod gentes ex facultate naturæ poſſunt implere præcepta, quantum ad ſubſtantiam operis; ceterum non poſſunt implere præcepta meritorie coram Deo, qa hoc non poteſt fieri ſine gratia. Secundo, Diuus Paulus non dicit, quod omnia, ſed aliqua. Vel, gentes naturaliter quæ legis ſunt faciunt, natura ſanata per gratiam: ita explicat D. Aug.

Paulus.

Ad argumenta, de lege fomitis, dicendum, quod non eſt uera lex; tum, quoniam nõ ſubditur rationi; tum quia non conſiſtit in mente, ſed in membris; ſed dicitur tantũ lex metaphorice, quoniam incitat, & impellit deſideria carnis, uelimus, nolimus.

Aug. de ſpiritu, & litt. c. 26. 27. & 28.

Ad alia argumenta, quibus probabatur aliud uitium committi in hac diuiſione, quod prætermittantur leges, quæ ueræ leges ſunt, De lege ſpiritus reſpondetur, quod eſt lex quam Spiritus ſanctus inſcribit cordibus noſtris. & hæc eſt idem, quod gratia, & ſic non eſt proprie lex, ſed figurate; uel eſt lex caritatis, quæ diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum, & hæc idem eſt cum lege Euangelica. De lege uero permiſſiua, dico quod diffunditur per alias leges: nam lex aliqua humana permiſſiua eſt, & lex diuina permiſſiua eſt: permiſit namque libellũ repudij apud ueterem populum; ſolum lex æterna nullũ peccatum impunitum relinquit. De lege uero iniuſta dicendum, quod non eſt uera lex: ita ait D. Aug. & D. Iſidorus dicit, ꝙ ut ſit uera lex, oportet ꝙ ſit honeſta, iuſta, & poſſibilis: ita ait D. Tho. multis locis huius materiæ. Cõſonat illud, Væ qui condunt leges iniquas. Hæc ſententia eſt communis conſenſus omnium Theologorum, & iuris prudentium ſuper capit. Quam plerique, de immunitate Eccleſiarum, & 11, q. 3. cap. Epiſcopus. Et ratio euidens eſt. Nam lex eſt quædam regula: ergo agere ſecundũ regulam, rectum eſt, & non iniuſtum. Secundo, ſi lex iniuſta, eſt uera lex, ſequitur euidens cõtradictio: nam qui facit ſecundum eam, nõ peccat, ſed facit id, quod debet; ſi uero obligat ad iniuſtitiam, facit id quod non dẽt: ergo euidens eſt contradictio. Sed nota, ꝙ quando lex diuina eſt in cõtrarium, potius debet homo mori, quam obedire; ut ſi cogitur homo cognoſcere illam, quæ uere ſua uxor non eſt, potius debet mori, quam obedire. Ceterum, quãdo lex, uel ſententia iniuſta non aduerſatur legi diuinæ, ille qui innocens condẽnatus eſt, poteſt ſe a lege, uel ſententia eximere, ſi poteſt citra ſcandalum, & citra uim illatam contra iudicem, poteſt etiam obedire ſententiæ, ſicut contingit, quando innocens occiditur, ſecundum allegata, & probata: de quo tractat diligenter Soto lib. 1. de iuſtitia q. 6. artic. 4.

Ad alia arg. ꝙ prætermittantur leges, quæ ueræ leges ſunt. Ad primum. Ad ſecundum.

Ad tertium Aug. lib. 1. de lib. arb. c. 5. & 7. & epiſt. 50. ad Bonif. Iſid. lib. 5. Ethim. cap. 3. & 21. Eſa. 10.

Soto.

Ad alia argumenta ultima, quibus probatur, ꝙ leges plures numerentur, quam opus ſit, reſpondetur, quod oẽ peccatum dicitur eſſe contra legem æternam, quoniam omnis lex eſt participatio legis æternæ; non uero quoniam uniuerſa lex æterna ſit.

Ad arg. quib. probatur, ꝙ numerentur plures, quam ſit opus leges.

Ad ſecundum reſpondetur, quod lex æterna, diuina eſt, ſed differt a lege poſitiua diuina, ꝙ lex æterna ab æterno in Deo exiſtit; lex uero diuina poſitiua eſt inſcripta in cordibus noſtris, ut dicitur Hierem. 31.

Hier. 31.

EXPLI-

EXPLICATIO ART.

QVAEST. XCII.

De effectibus legis, duobus articulis comprehenſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum legis ſit homines bonos facere?

Conclusio huius articuli ex eo probatur, quoniã lex nihil aliud eſt, q̄ dictamen rationis in præſidente, quo ſubditi gubernantur. Virtus autem ſubditi eſt, ut bene ſubdatur ei a quo regitur, & gubernatur. Proprium ergo legis erit inducere ſubditos ad propriã ipſorũ uirtutem. Cũ aũt uirtus ſit, quæ bonos facit habentes, ex eo ꝙ homines ad propriã ordinat uirtutem, etiam eos bonos efficiet. Et quidem ſi intẽtio ferentis legem in uerum tendat bonũ, quod eſt bonum ſecundũ iuſtitiam, per talem legẽ hoĩes boni ſimpliciter efficiuntur; ſi autem feratur in id, quod non eſt uerũ bonũ, ſed utile, uel delectabile, aut uero diuinæ repugnans iuſtitiæ: tunc efficit tñ hoĩes bonos ſm quid, in ordine uidelicet ad tale regimẽ: nam hmõi bonũ inuenitur etiam in per ſe malis. Sicut bonus latro dicitur, eo quod ad illum finem recte & accommode operatur.

Vtrum lex humana, & ciuilis intẽdat facere homines bonos ſimpliciter.

Ceterum in hoc articulo eſt peculiare dubium de lege humana & ciuili, Vtrum intẽdant facere homines bonos & ſtudioſos ſimpliciter; an ſatis fuerit, quod ordinetur ad pacem, & ad humanam proſperitatem?

Primum arg.

Pro parte negatiua arguitur. Nam nemo hominum eſt ſimpliciter bonus ſine gratia & caritate, ut teſtatur omnis Theologia: ſed lex ciuilis nihil dictat de gratia & caritate: ergo non intendit ueram uirtutem.

Secundum.

Secundo, lex ciuilis tantum intendit facere bonum ciuem, & bonum ſubditum, ut patet ex diſcurſu D. Tho. in articulo; ſed alia eſt uirtus boni ciuis, & boni uiri; poteſt enim bonus ciuis, peſſimus eſſe: ergo.

Tertium.

Tertio, bonũ abſolute attenditur circa ueram aĩæ uirtutẽ interiorẽ: ſed lex ciuilis nõ intẽdit uirtutẽ aĩæ interioris; alioqui nõ differret a lege Eccleſiaſtica, & ipũ ali.

Quartum.

Quarto, quam plurimę leges ciuiles ordinantur in bonum utile, quales ſunt, ne aſportẽtur merces extra regna; ſed bonum utile differt a bono honeſto uirtutis: ergo lex ciuilis non quærit bonum virtutis.

Vltimum.

Vltimo, ſi lex ciuilis intendit ueram uirtutem, conſequens eſt, ꝙ nõ ſatisfacit legi, qui obſeruat eam per actũ malum. quod aſſerere, ſtultum eſt. Nã qui ſeruat ieiuniũ in Quadrageſima, & intemperate comedit, rectiſſime obſeruat ieiunium, vt aſſerunt omnes Theologi.

In contrarium.

In contrarium eſt, quoniam lex ordinatur in felicitatem reipublicę: felicitas uero reipublicæ in uirtute conſiſtit.

Ari.8.Eth.c.1 & 11.& 1.Pol. c.2.& 3.Polit. c.4.

Pro huius rei explicatione notandũ primo ex Ariſtotele, ꝙ homo ſuapte natura eſt animal ſociabile, & inclinatur a natura ut uitam agat cum alijs in ſocietate, quæ uita nominatur Politica & ciuilis. Accidit hoc homini ex eo, quoniam homo ſolitarius nõ poteſt tueri corpus ſuũ, neq; animum ſuum perficere virtute, & doctrina abſque aliorum adminiculo. Hãc neceſſitatem explicat Sapiens, cum ait; Væ ſoli, quoniam cum ceciderit, non habet ſubleuantem ſe. Rurſus, ſermo, qui eſt animi noſtri nuncius quo præcellimus omnia animantia, ut ait Ariſt. ad hunc uſum datus eſt hominibus, ut viuant in ſocietate, & inter ſe colloquantur. Certe ipſa ſapientia ſine ſermone ingrata eſſet, & inſuauis. Propter quod dicitur; Sapientia abſcondita, & theſaurus inuiſos, quæ vtilitas in utriſque? Tertio, ipſa uolũtas, cuius ornamentum ſunt ipſa iuſtitia & amicitia, ſine ſocietate imperfecta manet, & manca. Nã iuſtitia ſine multitudine exerceri non ualet; & amicitia ſine ſocietate prorſus interit: propter quod dicit Cicero, ꝙ nihil ſolitarium amat natura. Si (inquit) eſſet uir qui in cęlum aſcenderet, naturamque mundi, & ſiderum pulcritudinem inſpiceret, ſine amico ingrata eſſet conſideratio. Idem docet D. Auguſtinus.

Eccle.4. Ariſ. in præfation. rhetori. ad Alexan. Eccle.20.

Cicero lib. de amicitia.

Aug. opuſculo de amicitia.

Ex hoc principio ſequitur, ſocietatem, & uitam politicam non eſſe inuẽtum & artificiũ humanũ, ſed plane diuinum, & naturale, ad quod homo a natura inducitur, ſicut genus humanum naturaliter inclinatur ad ſobolem procreandam, ne pereat genus humanum.

Secundo nota, ꝙ ut homines recte uiuant uitam ciuilem, neceſſe eſt, ut inter ſe recte conſentiant, & concordent, ut unuſquiſq;, ut eſt pars multitudinis, recte ſe habeat erga alios; ſicut patet in membris corporis, quibus recte conſentientibus, conſeruatur corpus, diſſentientibus uero, continuo diſſipatur. Tertio eſt notandum, ꝙ ad iſtum conſenſum efficiẽdum neceſſaria eſt quædam virtus, q̄ nominatur Politica, cuius officium eſt perficere, ut ciues inter ſeſe recte ſe habeant.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt. Proprius effectus legis eſt facere bonos eos, quibus datur, vel ſimpliciter, uel ſecundum quid.

Quarto notandum, ꝙ ex his principijs ſtatim ſeqtur, eſſe neceſſariã poteſtatem aliquam ſuperioris ad inferiorẽ: nã ſocietas eſt neceſſaria ad incolumitatem hominũ; ſocietas uero ſine rectore conſiſtere non põt, dicente ſacra ſcriptura; Vbi nõ eſt gubernator, populus corruet: ergo neceſſaria eſt auctoritas publica gubernatoris. Prouer.11.

Vltimo nota, ꝙ licet nemo poſſit recte uitam ciuilem viuere, niſi honeſte & laudabiliter uiuat; ceterum nõ eſt neceſſarium ut quiſq; exerceat officiũ boni ciuis, ꝙ præſtet omnes partes uirtutis, nulla excepta; ſed ſatis eſt, ꝙ præſtet eas, quibus neglectis perturbatur reſpublica.

Prima concl. Lex intendit ſubditos bonos facere.

Sit ergo prima concl. Oĩs lex intendit facere ſubditos bonos, ea bonitate, q̄ ſuo fini conuenit. Nã ille q reſpicit aliquẽ finem, & impellit ad illum, dẽt efficaciter mouere ſubditos ad illius finis conſecutionẽ; alioq ſi non poſſet ducere ad ſtatutum finẽ, imperfecta, & inanis eſſet poteſtas. Ex hoc ſequitur, ꝙ lex diuina ꝯtendit facere ſubditos bonos, ea bonitate, q̄ cõpetit filijs Dei ꝑ adoptionẽ. nã hæc lex ducit nos in finem ſupnaturalem, qui in Dei viſione, & amore filiali conſiſtit. & hoc eſt, qđ dicit Dñs, Eſtote pfecti ſicut Pater ueſter, &c. & D. Paul. Eſtote imitatores Dei ſicut filij cariſſimi. Scđa concl. Lex humana & ciuilis ꝯtẽdit facere ſubditos bonos, bonitate politica. Nã munus & officiũ legiſlatoris eſt, perficere bonũ publicũ, & ſocietatẽ ciuilẽ, ut ſæpe dictum eſt; ſed hoc bonum conſiſtit in bonitate politica, ut ciues recte ſe habeant inter ſe: ergo lex ciuilis intẽdit bonitatẽ politicã.

Matt.5. Paulus Eph.5 Secunda con.

Tertia concl. Lex ciuilis intendit ueram uirtutem.

Tertia concl. Lex ciuilis intendit ueram & propriam virtutem: nã quærit virtutẽ politicã, quę uera uirtus eſt. Vltima concl. Lex ciuilis non habet finem propoſitum, facere ſubditos ex oĩ parte, & undique bonos, & pfectos: nam tñ quærit uirtutem politicam, & imperat omnia opera uirtutum, quæ neceſſaria ſunt ut ciues recte uiuãt uitam ciuilem; alia uero opera non requirit.

Solutio argu. Ad primum.

Ad primum argũ rñdetur, ꝙ lex ciuilis contendit facere ſubditos bonos, bonitate ciuili, & politica, q̄ in ſuo genere pfecta uirtus eſt: non tamen facit ſubditos ſimpliciter bonos in ordine ad finem ſupernaturalem. Ex qua ſolutione inferunt Theologi, in hoc demonſtrari celſitudinem Chriſtianæ religionis, ꝙ extra eam nulla ſit pfecta uirtus. Ex quo rurſus eliciunt quattuor documenta maxime obſeruanda. Primũ eſt, ꝙ ſine Dei cognitione, & relatione in ipſum Deum, nõ eſt pfecta uirtus. Scđm eſt, ꝙ nõ eſt perfecte actus moraliter bonus, niſi fiat propter Deum ſumme dilectum. Tertium eſt, ꝙ in homine infideli, uiuente ſecundum doctrinam moralem humanitus traditam, non eſt pfecta uirtus. Quartum eſt, ꝙ in ſolo populo fideli, uiuenti ſm legem ſupernaturalem, eſt pfecta uirtus. Hanc doctrinam docet S. Tho. ſæpe, nominatim. 2.2. q 23. art. 7. & D. Aug. in multis locis. Ex hoc uero non ſequitur, quod apud infideles, & gentes non fuerunt ueræ, & perfectæ uirtutes in ſuo genere, ſed tantum infertur, quod nõ fuerunt perfectæ uirtutes in ordine ad finem ſupernaturalem, & coram Deo.

Corollaria.

D. Thom. Aug. 4. lib. contra Iul. c. 3. li. 5 de ciui. d. c. 12 uſque ad 20. & 14. de Trini. c. 4

Ad ſecundum

Ad ſm rñdetur, ꝙ lex ciuilis intendit facere ciues bonos, bonitate politica, ut ſupra dictum eſt: ceterum qm̃ non facit ſubditos bonos ex oĩ parte, accidere poteſt, ꝙ

alia ſit uirtus boni ciuis, & uiri boni. Sed de hoc iterum redibit ſermo in ſequentibus.

Ad tertium. Ad tertium reſpondetur, quod lex ciuilis quærit ueram animi uirtutem in ſuo genere perfectam. ſed differt a lege Eccleſiaſtica, quod lex eccleſiaſtica intendit ueram uirtutem ad finem ſupernaturalem; lex ciuilis ad finem naturalem. Rurſus eſt alia differẽtia; lex Eccleſiaſtica hẽt uim punitiuã ſpiritualem, id eſt, ſententiam excõmunicationis; lex ciuilis habet tantum uim coactiuam temporalem.

Ad quartum. Ariſt. 2. politi. c. 2. Ad quartum rñdetur, ꝙ (ut ait Ariſt.) ciuitas conſtituta eſt propter ſufficientiam, & in bene uiuendi gratia cõſiſtit. In qua ſententia duo fines declarantur ciuitatis cõſtituendæ; unus eſt, ut uiuant ciues; alius eſt, ut beate uiuãt. & ideo neceſſe eſt, quod in ciuitate ſint leges de neceſſarijs ad uitam, atque adeo de bonis moribus, ut ciues beate uiuant: & leges quæ ſunt de neceſſarijs ad uitam, ſuapte natura ordinantur in bonum uirtutis, ne ciues ꝓpter indigentiam a bono uirtutis diſcedant.

Ad ultimum. Ad ultimum reſpondetur, ꝙ legiſlator ueram intẽdit virtutem, & ut ſubditi ex ueritate ſtudioſi ſint, & ad hoc præcipit actiones ſecundum ſubſtantiam bonas, & ſtudioſas. Quod ſi ſubditus faciat operationes ſm̃ ſubſtantiam bonas, licet malam circũſtantiam adhibeat, ſatisfacit legi, licet ab intentione legiſlatoris deficiat. Nam in hoc habet uetum illud prouerbium, quod finis legis nõ eſt ſub præcepto.

Obiectio. Quod ſi quis obijciat; Si ſubditus deficiat ab intentionem legiſlatoris, uiolat legem: ergo peccat. Probatur antecedens ex lege, Non dubium, C. de legi. & conſtitutionib. Non dubium (inqt) committere in legẽ, qui uerba legis amplectitur, & cõtra legis nititur voluntatem: ergo q uiolat intentionem legis, non ſatisfacit legi.

Solutio. Duplex intentio legis. Ad hoc rñdetur, quod duplex eſt intentio, uel uoluntas legis. Vna, incluſa in animo legiſlatoris, vt ſubditi ſtudioſi ſint, & hæc pertinet ad finem legis; & iſte finis legis non eſt in ꝑcepto. Alia eſt intẽtio incluſa in ipſa lege, q̃ ſubſtantia, & anima legis eſt, & uiolare hanc intentionem, eſt agere contra legem, licet uerbo tenus legem impleamus. v. g. ſi lege ſtatuente pretium frumenti, ſi quis vendat triticum taxato pretio; ſed ut augeat nõ uult vendere ſine ſaccis, agit in fraudem legis.

Nota. Præterea, ſtatuit lex, ne quis diues ingrediatur collegium: uir ditiſſimus, ut ingrediatur collegium, facit donationem oĩum bonorum ſuorum: iſte uere circumuenit mentem legis, & contra legis nititur voluntatẽ: nã re uera pauper nõ manet, & illa donatio ficta fuit.

Num finis ꝑcepti cadat ſub præcepto 1. Tim. 1. Sed vr̃, quod finis præcepti cadat ſub præcepto. Nã caritas eſt finis præcepti, ut ait Paulus, & eſt in ꝑcepto, ergo. Rñdetur, quod caritas põt comparari ad alia ꝑcepta, & poteſt cõparari ad Deum ipſum. Si referatur ad alia præcepta, eſt finis omnium præceptorum, & ſic non cadit ſub præcepto: propter quod qui adimplet alia præcepta ſine caritate, uere ſatisfacit præceptis. Si vero cõferatur ad Deum ipſum, eſt medium ad Deum poſſidendum, & ſic cadit ſub præcepto. Vel dico, quod caritas patriæ eſt finis omnium præceptorum, quæ non cadit ſub præcepto; caritas uiæ medium eſt, non finis.

Vtrum lex humana ꝑcipiat modum operis. Oratio ſine attentione oratio non eſt. Sed uidetur ulterius, quod lex humana non ſolum ꝑcipiat ſubſtantiam operis, ſed etiã modum, ut recte fiat. Nã lex eccleſiaſtica mandat clericis, ut dicant horas canonicas attente, quod ſi non faciunt, non ſatisfaciunt legi: ergo lex non ſolum præcipit ſubſtantiam operis; ſed etiam modum, ut recte fiat. Rñdetur, quod oratio quæ attenta non eſt, oratio non eſt, ſed dat ſine mente ſonũ, & ideo commemorata lex præcipit ſubſtantiam operis; non modum. ſed de hoc in materia de oratione.

Dub. Ratio dubitãdi. D. Tho. Ariſt. 3. pol. ca. 3. Dubium aliud eſt; Vtrum ſicut non eſt eadem uirtus, boni ciuis, & boni uiri, ita non ſit eadem uirtus boni uiri, & boni principis. Cã dubitandi eſt: nam D. Thom. expreſſe dicit hic, quod eſt eadem uirtus boni principis, & boni uiri, quam ſententiam accepit ex Ariſtotele.

In cõtrarium. In contrarium eſt: nam ſicut poteſt accidere, quod ſit bonus ciuis, & malus uir; ita poteſt accidere, quod aliqs ſit bonus uir, & ineptus ad imperandum; & e conuerſo, quod ſit bonus ad imperandum, & malus uir. Hoc dubium non eſt multum difficile. Vide expoſitionem apud Caietanum in comment. ſupra iſtum articulum.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum legis effectus, imperare, uetare, permittere, & punire, conuenienter enumerentur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Concluſio eſt affirmans.

SVfficientia diuiſionis I hoc articulo contẽtæ, ſic oſtenditur. Nam lex ordinatur ad actus humanos dirigendos. Ex his autem quidam ex genere ſuo boni ſũt, ut actus uirtutis; quorum reſpectu ponitur tãquam actus legis, præcipere, uel imperare. Alij uero ex genere ſuo mali ſunt, ut actus uitioſi, quorum reſpectu ponitur alius legis actus, qui eſt ꝓhibere. Alij legis actus indifferentes ſunt, qui uidelicet parum in ſe bonitatis habeat, aut malitiæ, & reſpectu illorum additur, tamquam legis actus, permittere. Quoniam autem lex ad ſui obſeruationem, & obedientiam, timorem pœnæ inducit, additur alius legis effectus, & actus, qui eſt punire. Hæc concluſio ſic explicata, eſt de conſenſu omnium Theologorum, & iuriſprudentium.

Vtrum obtemꝑare leg. ex metu ſit laudabile. D. Thom. Lutherus. Arg. pro Luthero. Rom. 8. Secundum. 1. Ioan. 4. Sed in eius explicationem eſt primum dubiũ; An obtemperare legi ex metu pœnæ laudabile ſit? Hoc dubium explicat hic D. Tho. ſolutione ad tertium. Et eſt aduertendum, ꝙ Lutherus tenet, metũ pœnæ eſſe malum: ex quo concludit duo dogmata. Alterum eſt, ꝙ obtemperare legi metu pœnæ, nõ eſt laudabile, ſed illicitum. Alterum eſt, quod iuſtus timendo pœnam, peccat. Adducit in patrocinium huius ſententiæ illud: Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore; ſed ſpiritum filiorum: ergo hominem Chriſtianũ non decet habere ſpiritum timoris.

Deinde allegat illud; Timor non eſt in caritate; ſed ꝑfecta caritas foras mittit timorem. Ex quo tale conficit argumentum: Caritas non excludit, niſi malum; ſed excludit timorem pœnæ: ergo timor pœnæ malus eſt.

Tertium. 1. Cor. 13. Tertio ſic arguit: omne id, qđ non prodijt ex ſpiritu caritatis, malum eſt, dicẽte Paulo; Si tradidero corpus meũ ita, ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Et iterum; Nihil ſum. & iterum; Factus ſum uelut æs ſonans, aut cymbalum tinniens; ſed timor pœnæ nõ ꝓdijt ex ſpiritu caritatis: igitur malus eſt.

Quartum. Quarto arguit, & eſt uiolentum argumentum: nam qui obtemperat legi metu pœnæ, magis timet pœnas, quam culpas contra legẽ: ergo peccat. Antecedẽs probatur manifeſte: timet culpas contra legem, & timet culpas propter pœnas: ergo magis timet pœnas. Probatur cõſequentia ex illo axiomate Ariſtotelis; Propter quod unumquodque tale, & illud magis.

Ariſt. 1. poſt. c. 2. Ex quo argumento uidetur eſſe conſequens euidentiſſimum, quod talis timor peruerſus ſit: nam timere magis pœnas, quam culpas, peruerſitas eſt.

Quintum. Matth. 10. Item adducit illud ex ſacris ſcripturis, Deum ſolũ eſſe timendum, quod videtur affirmari in illis uerbis; Nolite timere eos qui occidunt corpus, &c.

Sextum. 1. Corin. 13. 2. Timot. 3. Præterea, ſic arguit, quoniam metus pœnæ oritur ex amore proprio, qui ſemper uituperatur, dicente Paulo; Caritas non quærit, quæ ſua ſunt. &, Erunt homines ſeipſos amantes.

Vltim. Vltimo probat, quoniam timor pœnæ oritur ex diffidentia, iuxta illud, Confidite, nolite timere, ſed diffidentia eſt peccatum: ergo metus pœnæ ſemper eſt peccatum: ergo obtemperare legi metu pœnæ ſemper eſt peccatum. Hæc ſunt argumenti Lutheri.

Adrianus. In huius rei expoſitionem variant Doctores Catholici. Adrianus quodlib. quarta quæſt. ſecunda tenet, quod timor pœnæ ſecundum ſe non eſt bonus, niſi referatur in alium finem honeſtum, & rectum, ut ſi quis conſiderans pœnas inferni, & illas exhorrens, deteſtetur culpam, quia turpis, & contra diuinam amicitiam, hæc operatio ſtudioſa eſt, licet ex metu pœnæ originem traxerit: at uero ſi ſit finis euadere pœnas, ita quod timeat culpas, ut caueat pœnas tamquam propter finem, illa operatio ſtudioſa non eſt.

Almayn. Scoto. Idem ſentit Almaynus cap. 3. ſuorum moralium, & quod magis mouet, ſapientiſſimus Scoto in quarta diſtinctio. 14. quæſt. 2. artic. 5. dicit, quod

timere

timere culpã pp pœnas, laudabile ẽ, ſi illa dictio, Propter dicat cauſam motiuã; ſed ſi dicat cãm finalem, laudabile non eſt. Et probatur hæc ſententia. Nam obtẽperare legi pp honores, & uoluptates temporales, laudabile non eſt: ergo obtemperare legi pp metum pęnę, laudabile nõ eſt. Conſequentia inde probatur: nam effugere pœnas etiam eſt bonum proprium. Deinde probatur ex uarijs ſententiis; D. Auguſtini: tractatu 43. in Ioannem dicit in hũc modum; Non magnum eſt pœnas timere: nam hoc & ſeruus nequiſſimus, & crudeliſſimus latro facit, & in Pſ 32. in ſermone 1. Qui metuendo non facit male, male faceret ſi liceret: itaq; ſi facultas non datur, uolũtas rea tenetur. Hãc rem explicat eleganter D. Auguſt. ſuper Pſal. 118. ſermone 12. Aliter (inquit) mulier adultera timet uirum ſuum, aliter caſta. Adultera ne ueniat; caſta ne deſerat. Idem habet ſuper eundem Pſal. ſerm. 25. & in epiſtola ad Anaſtaſiũ expreſſis uerbis ſcribit, ꝙ abſtinere a peccato, & obtẽperare legi metu pœnæ, non eſt iuſtitia. Et infra; Qui metuit gehennam, non Deum metuit, ſed ardere. Ex his omnibus ſententijs colligitur tale argumentum. Qui metu pœnæ obtemperat legi, ſic affectus eſt, quod ſi non eſſet pœna, legem tranſgrederetur: ſed talis affectus peruerſus eſt: ergo peccat.

Sententia ue ra. Timor pœnæ laudabilis. Matth. 3. Matth. 10. Prouerb. 15. Eccl. 1.

Concil. Trid. Seſſ. 6. cap. 8. Tertull. lib. 2. Contra Marcionem. Baſilius. Pſal. 33. Chry. in libris de compunctione cordis. Aug. tracta. 9. in Primam cano nicam. Ioannis. Secunda con. Rom. 8. Pſal. 118. Concil. Trid. Tertia con.

Pro expoſitione Catholicæ ueritatis, eſt prima aſſertio. Timor pœnæ laudabilis eſt: & oppoſitum aſſerere, eſt hæreticum dogma. Probatur in primis ex illo; Progenies uiperarũ quis uobis demõſtrauit fugere a uentura ira? Item ex illo; Nolite timere eos, qui occidunt corpus, animã uero non poſſunt occidere; ſed timete eum, qui poteſt corpus & animam mittere in gehennam ignis. Quibus uerbis Dñs perſuadet metum gehenæ, & ex illo deterret homines a peccando. Sed quod Deus perſuadet, bonũ eſt: ergo metus gehennæ laudabilis eſt. Idem demonſtratur ex uarijs Scripturæ locis, in quibus iſte timor magnopere cõmẽdatur. Per timorem declinat omnis a malo, &, Timor Domini expellit peccatum: & iterum; Qui ſine timore eſt, non poterit iuſtificari: & illud; Initium ſapientiæ timor Domini. Plena eſt Scriptura hmõi teſtimonijs. Hæc ueritas definita eſt in Conc. Trid. contra impijſſimum Lutherum. Eandem ſententiam habent uniuerſi Patres, Tertullianus, D. Baſilius, D. Chryſoſt. D. Aug. conſentiunt ceteri Patres, quos numerat diligenter Roffenſis art. 6. contra Lutherum.

Secunda propoſitio. Non ſolum eſt laudabilis metus pœnę, ſed etiam eſt donum Dei. Patet ex illo Rom. 8. Nõ accepiſtis ſpiritum timoris iterum in ſeruitute. In qua ſententia manifeſte ſignificatur, ꝙ ſpiritus timoris ſit Donum Dei: quod optime intelligens Dauid, orabat dicens; Cõfige timore tuo carnes meas. Deinde, iſte timor eſt initium ſapiẽtiæ, & iuſtificationis, ut aſſerit ſacra Scriptura: ſed initium iuſtificationis donum Dei eſt. Vltimo, iſte timor eſt præparatio ad gratiam, & ad pænitentiam, ut definitur aperte in Concilio Tridentino: ſed pręparatio ad gratiam ex dono Dei eſt, ut habet fides Catholica.

Tertia propoſitio. Euidens eſt ratione naturali, quod metus hic laudabilis ſit. Pro cuius declaratione aduertendum eſt, quod tribus modis poteſt quis timere culpas pp pœnas. Vno modo, quod deſiſtat a peccato & obtemperet legi, timendo pœnam ex caritate, ut cum quis timet pœnam inferni ſempiternam, & ſeparationem a Deo, quam caritas ſummo modo deteſtatur. & hic timor, eſt timor filialis, & honeſtiſſimus. Alio modo poteſt quis cauere culpas propter pœnas, iſto affectu, quod ſi non eſſet pœna, offenderet Deum, & legi non obtemperaret: hic timor eſt ſeruilis, habens ſeruilitatem, coniunctam, & eſt peccatũ: quoniam qui ſic metuit, habet iſtam uolitionem cõditionatam; ſi pœna non eſſet, Deum offenderem. Malitiã huius timoris explicat optime D. Auguſtinus, adducẽs exẽplum de muliere adultera, quæ uellet adulterium cõmittere, ſed timet maritum ne ueniat. Tertio modo poteſt quis timere culpas propter pœnas, non referendo in finẽ caritatis, ſicut in primo caſu; neque habendo illum affectum conditionatum, ſicut in ſecundo caſu; ſed abſolute metuendo pęnas. Et dico, iſtum timorẽ eſſe laudabilem: nam cadit ſupra materiam debitam cum debitis circumſtantijs: ergo bonus eſt. Deinde, talis timor introducit

Triplicit er poteſt quis timere culpas propter pœnas.

Aug. tract. 9. in primam ca non. Joan.

nos ad caritatem: ergo bonus eſt. Certe Diuus Auguſtinus eleganter comparat iſtum timorem ſetæ introducenti filum amoris. Quemadmodum ſeta non ſufficit ad cõſuendum corium, ſufficit tamen ad introducendum filum; ſic metus pęnæ non ſufficit ad caritatem; ſed introducit caritatem. Pro cuius maiori explicatione notare oportet, quod timor, & dolor conueniunt in materia: utrumque námque eſt de malo pœnæ. Rurſus recte cõueniunt, quod utrumque eſt de his, quæ nobis nolentibus accidunt, ut aſſerit Auguſtinus. Differunt tamẽ, quia dolor eſt de malo pſenti; timor de malo futuro. Ex hoc ſtatim ſequitur, quod ſicut cõtingit recte, & nõ recte dolere de malo præſenti: ita contingit recte, & non recte timere malum futurũ. Sequitur ſecundo, quod ſicut dolor, quãtumcumq; magnus, malus non eſt, ſi non abducit nos a mandatorũ obſeruatione: ad eundẽ modum timor, quantumcumque magnus, malus non eſt, ſi ab obſeruatione mandatorum Dei nos non abducit. Vtrumque namque inuentum eſt in Chriſto Domino: aiebat enim, Triſtis eſt anima mea uſque ad mortem; & Marci 14. Cœpit pauere, & tædere. Sequitur tertio, quod ſi dolor, aut timor auertit nos a diuinis mandatis, malus eſt, ut patet in eo qui ex dolore, & timore negat fidem. Sequitur quarto, quod iuſtus timendo pœnam non peccat, niſi Chriſtus peccauit timendo: quod aſſerere blaſphemia eſt. Sequitur ultimo, quod obtemperare legi metu pęnæ, & timere pœnam abſolute, licet non referatur in alium finem, laudabile eſt. Probatur: nam timere alias miſerias & calamitates huius uitæ, laudabile eſt: ergo timere pęnam, laudabile eſt. Idem demonſtratur in homine peccatore, in quo metus inferni laudabilis eſt, ut docet fides Catholica: peccator uero cum timet pęnas, nõ hẽt alium finem, niſi effugere pęnas.

Aug. tract. 9. in primam ca noni. Ioan.

Timor & dolor in Chriſto Marci 14.

Solutio argu. Ad primum.

His conſtitutis, ad argumenta in oppoſitum reſpondetur. Ad primum, quod ex illo teſtimonio adducto potius confirmatur noſtra ſententia. Nam ſi Patres antiqui a Deo acceperunt ſpiritum timoris: ergo ſpiritus timoris bonus eſt.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum reſpondetur, quod caritas perfecta excludit timorem, non quod malus ſit; ſed quoniam minus bonus ſit; quemadmodum formæ ſubſtantiales aduenientes excludunt diſpoſitiones præcedentes, quæ alioq; bonæ erant & utiles. Secundo dico, quod caritas excludit metum ſeruilem, habentem ſeruilitatem coniunctã; id eſt, iſtum affectum; facerem male, ſi liceret impune.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum reſpondetur, eſſe omnino negandum, quod omne opus extra caritatem factũ, malum ſit: concedo tamen, quod omne opus extra caritatem meritorium non eſt. & hoc aperte ſignificat Apoſtolus cum dicit; Extra caritatem nihil ſum, &c.

Ad quartum.

Ad quartum argumentum reſpondetur, quod non ſequitur; iſte timet culpas propter pœnas: ergo magis timet pœnas: nam non timet culpas propter pęnas, tamquam propter pretium, & finem ultimum: ſicut non ſequitur; Deus uoluit incarnationem Filij ſui propter homines: ergo magis dilexit homines. Pro quo ſciendum eſt, quod metus pęnæ cum ſit ex inclinatione naturali, in Deum tandem referendus eſt. Inſuper, omnis operatio ſtudioſa in Deum ordinatur ſuapte natura: timor pęnæ eſt operatio ſtudioſa, ut ſupra demonſtratum eſt. ergo in Deum ſuapte natura deſtinatus eſt. Aliam ſolutionem ſolent adhibere Theologi prædicto argumento, dicentes, quod peccator qui metuit culpas propter pœnas, metuit plus pęnas intenſiue; ſed appretiatiue plus metuit Deum. Sed hæc ſolutio habet maximam difficultatem, ut patebit Theologo recte conſideranti. Alij uero dicunt, quod qui metuit pœnam, habet uolũtatem ſubiectam diuino iudici, & quamuis metuat pœnam, dicit; Non ſicut ego uolo, ſed ſicut tu; quemadmodum Chriſtus Dominus metuebat pœnam. & hic timor nulla ratione peruerſus eſt.

Solutio difficilis.

Ad quintum.

Ad quintum argumentum, reſpondetur, quod timor pœnę non eſt alterius timor, quam Dei infligentis pęnã. Nullum enim eſt malum pęnæ in ciuitate, quod non fecerit Dominus. Itaque timere ſolum Deum infligentem pœnam, non excludit timorem pęnæ.

Ad

Ad ſextum.

Ad ſextum argumentum reſpondetur, concedendo ꝙ timor pęnæ ex amore ſui oriatur, & habeat originem: ceterum amor ſui intra limites rationis conſiſtens, laudabilis eſt; qui ſi extra limites rationis conſiſtat, malus eſt, & omnium malorum origo, qui merito in Scriptura reprobatur.

Ad ſeptimum

Ad ſeptimum argumentum negatur, quod metus pœnæ ſemper oriatur ex diffidentia, vt patet ex Chriſto Domino, qui metuebat, nullam habens diffidentiam.

Vtrum ſit cuiuſq; legis officium mala permittere. Primum ar.

Eſt aliud dubium; Vtrum ſit officium cuiuſq; legis mala permittere. Pro parte negatiua ſic arguitur. Nam lex diuina, & æterna nullū malum permittit: ergo non cōuenit vniuerſæ legi mala permittere. Probatur antecedens: alioqui ſi lex æterna permitteret peccatum, eſſet aliquod peccatum, quod non eſſet contra legem diuinam.

Secundum.

Deinde, hoc differt inter legem diuinam, & humanā; ꝙ lex humana multa mala concedit, & impunita relinquit, quæ vniuerſa lege diuina uindicantur: ita eſſerit Diu. Auguſtin.

Aug. lib. 1. de lib. arb. c. 5. & 9.

Tertium.

Præterea, qui eſt cauſſa peccati, reus peccati tenetur, ut plane conſtat. ſed qui permittit peccata cum poſſit obſtare, eſt cauſſa peccati, ſaltē ſine qua non. ergo legiſlator qui permittit mala fieri cum poſſit obſtare, reus peccati tenebitur.

Quartum.

Item, lex amicitiæ poſtulat, vt caueamus offenſiones amici cū cauere poſſumus. ergo legiſlator qui ꝑmittit mala fieri cū poſſit obſtare, legē amicitiæ ſubuertit erga Deū.

Vtrum Deus mala permittat. Primum ar.

Iam uero quod Deus non debeat ꝑmittere mala fieri, ſic oſtendo. Primo, quando unum contrarium eſt infinitū, deſtruit prorſus alterum cōtrarium; ſed Deus eſt ſummū bonum, & infinitum. ergo deſtruit penitus omne malum, & ſic non permittit mala fieri.

Secundum.

Secundo, omnis ſapiens gubernator, & moderator excludit omne malum, & defectum ab his quorum gerit curam, quantum poteſt. ergo vel Deus non poteſt excludere malum, & ſic erit omnipotens; uel ſi non excludit, & permittit, iſtorum inferiorum curam non habet.

Tertium.

Tertio, quod Deus permittat mala fieri, idem eſt atq; eſſe auctorem omnium malorum, & neceſſitare nos ad peccandum. Nam cum Deus certo ſciat nos non poſſe abſque eius adiutorio mala cauere, perinde eſt permittere, & non dare adiutorium, atq; neceſſitare nos ad peccādū; ſicut ſi præciperet vt uideremus ſine lumine, neceſſitaret nos ad peccare.

Vltimum.

Vltimo, ſi Deus vellet peccatum, excuſationem haberemus in noſtris peccatis; Volūtati enim eius quis reſiſtit? Ad eundem modum, ſi Deus permittit peccata, excuſationem apertam habemus. uoluntati enim diuinæ, & Deo uolenti permittere quis reſiſtet? Idem confirmatur. nam mala fiunt non Deo inuito, & renuente. ſi enim nollet, nō fierent peccata, nec ulla mala. ergo fiunt, uel permittuntur Deo uolente, ſed Voluntati eius qui reſiſtit? ergo ſi Deus uult permittere mala, excuſationem habemus de peccatis noſtris.

Prima concl. Omnia peccata Deo permittēte fiunt. Aug. in Enc. c. 95.

Pro explicatione ſit prima concluſio. Omnia peccata quantumcumque enormia, fiunt Deo permittente, & uolente permittere. Nam ut ait Auguſtinus; Non poteſt aliquid fieri, niſi quod Deus omnipotens uelit fieri; uel ſinēdo fieri, ſicuti mala; uel ipſa faciendo, ut bona.

Secunda con. Cauſſæ ob quas Deus mala permittat. Eccl. 15. Baſil. Homilia 9. Deus nō eſt auctor malorum. Aug. in Enc. c. 11. & 96.

Secunda cōcluſio. Ex multis cauſſis permittit Deus mala fieri. prima, ut conſeruet liberum arbitrium noſtrum; ſiquidem in initio conſtituit Deus hominem in manu cōſilij ſui, &c. Hanc cauſſam explicat optime D. Baſilius. Quod ſi dicas: In cælis, ubi mala non fiunt, libertatem eſſe, Reſpondetur, quod in cælis eſt uoluntas, & libertas inflexibilis propter conſumatam beatitudinem, & propter æternum uitæ præmium; hic uero libertas eſt flexibilis in malum, ut pugna & uictoria ſit glorioſior, & etiam, quoniam hoc noſtra natura poſtulabat. Præterea, permittit Deus mala fieri, ut bona ſint. dicit eīm Auguſtinus; Deus omnipotens, cum ſit ſumme bonus, non permitteret mala fieri, niſi adeo eſſet omnipotens, ut bene faceret etiam de malo, ſecundum illud Pauli; Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Ex quo cōcludit Auguſtinus, Bonum eſt mala fieri. quam ſententiam explicat D. Tho. 1. p. q. 19 articu. 6. Præterea, Deus permittit mala fieri ꝓꝑ perfectionem uniuerſi, ſicut ait Dionyſius, & D. Aug. Pro quo nota, ꝙ ad particularem gubernatorem, & moderatorem ſpectat quidem excludere omne malū, & defectū ab his quorū curam gerit, quantum poteſt; ad uniuerſalē uero rectorem ſpectat permittere defectus aliquot, ne bonū commune impediatur. Diuina enim prouidentia diſpoſitum eſt, quod ſint corruptiones propter generationes; & ſit malum culpæ propter bonum uirtutis. Si enim nō fuiſſet tyrannorum perſecutio, non utique fuiſſet Martyrum patientia. Vide alias rationes, ꝓpter quas permittat Deus mala fieri in uniuerſo, quas habet D. Aug. lib. 3. de libero arbitrio, prope medium.

Dion. ca. 3. de diu. nomini. Aug. in Enc. c. 11.

Tertia conc.

Tertia Concluſio. Non uere dicitur, quod ea quæ fiunt in mundo, fiunt aut Deo uolente, aut nolente. Nam ſi primum dixeris, ſequitur quod peccata quæ fiunt in mūdo, fiunt Deo uolente, & ſic facis Deum auctorem, & cauſſam omnium malorū. Si uero dixeris quod peccata fiunt Deo nolente, conſequitur ut dicas, Deum non eſſe omnipotentem, ſiquidem multa fiunt Deo nolente, & renuente. Sequitur ruſus, ut dicas, quod uoluntas Dei non ſemper adimpletur. Item, ſi Deus uellet efficaci uolitione, ꝙ deſtrueretur omne peccatum, continuo aboleretur. igitur neutrum eſt dicendum; ſed quod fiunt mala Deo permittente. Præterea, fiunt mala Deo nolente, in hoc ſenſu, ꝙ Deus non uult operari, nec cooperari peccato. Item in alio ſenſu, quoniam Deus odio habet peccatum. Quod ſi dicas quod omnis qui peccat, facit contra uoluntatem Dei: ergo peccatum fit Deo nolente. Antecedens patet ex omnibus ſanctis. Reſpondetur, quod omnis qui peccat facit contra uoluntatem Dei, ad ſenſum iam dictum. Præterea, facit contra uoluntatem Dei, quoniam facit contra præceptum Dei, quod appellatur Dei uoluntas metaphorice, & appellatur a Theologis uoluntas ſigni; non autem facit cōtra uoluntatem beneplaciti, de qua dicitur in Scripturis. Omnia quæcumque uoluit fecit in cælo, & in terra. & præterea. Voluntati eius qui reſiſtit? De hac affirmat omnis Scriptura, quod ſemper adimpletur.

Quod ſi ruſus dicas, mala fieri, & mala non fieri, ſunt contradictoria: ſed Deus nō uult quod mala non fiant. cum enim ſint multa mala, uoluntas diuina non impleretur. ergo uult ꝙ mala fiant. Reſpondetur, quod licet ſint contradictoria; ceterū uelle mala fieri, & uelle mala non fieri, non ſunt contradictoria; quandoquidem utrumque eſt affirmatiuum: neutrum ergo debet cōcedi: ſed concedendum eſt, ꝙ fiunt mala Deo permittente.

Quarta conc. Deus non ꝑmittit malum quia relinquat illud impunitum. Eccl. 8. Rom. 2. Esa. 42.

Quarta propoſitio. Deus nullum malum permittit ad iſtum ſenſum, id eſt, Deus nullum malum impunitum relinquit, niſi fortaſſe dicatur impunitum, quia non ſtatim punitur; quemadmodum dicitur Eccleſ. 8. Quia non cito contra impios profertur ſententia, filij hominum ſine timore perpetrant mala, cum tamen ex eo plus deberent timere, dicente Paulo; Ignoras quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Cui ſimile eſt illud; Tacui, ſilui, patiens fui, tandem veluti parturiens loquar, diſſipabo, & abſorbebo ſimul.

Quinta conc.

Quinta concluſio. Deus permittit minora bona concedendo: in hoc ſenſu matrimonium dicitur eſſe permiſſū, non quod malum ſit, ſed quod minus bonum ſit, dicente Paulo; Si accepiſti uxorem, non peccaſti; ſi nupſerit uirgo, non peccauit: tribulationem autem carnis habebunt eiuſmodi: ego autem uobis parco. 1. Cor. 7.

Sexta concl. 1. Cor. 7.

Sexta concluſio. Deus permittit per indulgentiam minora mala, ad cauenda maiora peccata. Sic dicit D Paulus; Hoc autem dico ſecundum indulgentiam, & non ſecundum imperium, id eſt, non præcipio tamquam bonum neceſſarium, ſed indulgeo, vt minus malum. Hanc ſententiam explicat Auguſtinus de uſu coniugij, uitandæ fornicationis cauſſa. quē vſum definit D. Auguſtinus eſſe peccatum ueniale, & opus habere indulgentia, & uenia. Itaq; Deus permittit minus malum propter maiora damna cuitanda. De hoc genere permiſſionis intelligunt quidam Doctores illud uerbum; Iraſcimini, & nolite peccare. Hæc concluſio inducebat nos in maximam difficultatem, Verū ſit licitum conſulere minus malum ad euitandum maius malum. ſed de hoc diſputatum fuit ſupra in materia de conſilio.

Auguſ. lib. de bono coniug. c. 10. & 11.

Se-

Septima con. Matt. 19.

Septima concluſio. Deus poteſt permittere malum per ſubtractionem pœnæ in hac uita. Patet hoc Matthæi 19. dicente Domino, Moyſes ad duritiam cordis ueſtri permiſit uobis libellum repudij: atque non erat Iudæis licitum uxores repudiare: non tamen puniebatur, qui repudiabat, & dabat libellum repudij.

Vltima conc.

Vltima concluſio. Deus permittit quædam diſpenſando. Hoc genere permiſſionis pmiſit Deus Patribus antiquis uxorũ pluralitatẽ, ut populus fidelis augeretur ita diſpẽſauit in illo præcepto; Erunt duo in carne una; non quatuor, nõ ſex. Quõ aũt Deus in præceptis legis naturæ ualeat diſpẽſare, inferius exponendum eſt. Ex his facile eſt intelligere, quo unumquæque lex habet in officio præcipere, prohibere, punire, permittere. Lex æterna in primis phibet uniuerſa mala, punit oĩa ſcelera, ut dicit Augu. Præterea lex diuina æterna permittit mala fieri pp bonum uniuerſi. Rurſus tolerat malos, & exſpectat ad pœnitentiã ex ordine diuinæ ſapientiæ. Tertio permittit minora bona, ut antea dictum eſt. Quarto, permittit minora mala ad euitanda maiora mala; atque adeo permittit per ſubtractionem pœnæ in hac uita, ſicut ſupra oſtenſum eſt.

Aug. lib. 1. de lib. arbit. c. 1. & 7.

Sed ueniamus ad legem naturalẽ, & oſtẽdamus quemadmodum hæc officia legi naturali conueniant. Pro cuius declaratione oſtendendum eſt, ꝙ opera humana ſunt in triplici dĩa. Quædã ſunt turpia, quędã honeſta, alia indifferentia. Rurſus adnerendum, ꝙ honeſta, atq; turpia ſũt in duplici dĩa: quædã ſunt honeſta, uel turpia ex natura ſua, alia ex legis poſitione, quia ſunt præcepta, uel prohibita. & hinc habuit ortum illa diſtinctio Theologorũ, ꝙ quædã ſunt prohibita, quia mala; alia mala, quia prohibita. & hoc eſt, quod ſcribit Ariſtoteles, ꝙ iuſtum, aliud eſt naturale, aliud legale. His conſtitutis, lex naturalis phibet turpia, quæ ſuapte natura turpia ſunt. Rurſus pcipit honeſta, non oĩa; ſed quæ ſũt opportuna, & neceſſaria ad finẽ naturalem cõſequendũ. Punit uero tranſgreſſores legis naturalis teſtimonio propriæ conſcientiæ, qđ eſt grauiſſimum ſupplicium, dicente D. Paulo; Cogitationibus ſe inuicem accuſãtibus: & dicente Auguſtino, Iuſſiſti Domine, & ſic eſt, ut omnis aĩus inordinatus pœna ſit ſibi. Vltimo, lex naturalis permittit: permittit namque indifferentia, quæ non ſunt præcepta, neque prohibita. Rurſus permittit in hoc ſenſu, quoniam dictat, quod leges humanæ, & legiſlatores permittant minora mala, ut maiora uitentur. De lege diuina ſupernaturali certum eſt, ꝙ prohibet omnia peccata: hac.n. de cauſſa appellatur lex immaculata. Rurſus præcipit omnem actum ad ſalutem æternã neceſſarium. Ex quo eliciunt Theologi unum documentum inſigne, quod omnis actus neceſſarius ad ſalutem cadit ſub præcepto: ſed non dicunt Theologi, ꝙ omne mediũ neceſſariũ ad ſalutem cadit ſub præcepto: pœnitentia enim eſt mediũ neceſſarium ad ſalutem, & ſub præcepto non cadit. Rurſus, gratia eſt medium neceſſarium ad ſalutem, quæ tamen ſub præcepto non cadit: nam præcepta non dantur de habitibus, ſed de actibus. Præterea, lex diuina punit tranſgreſſores pœnis potiſſime ſpiritualibus, excommunicatione, ſuſpenſione. Vltimo permittit mala fieri ad tempus, ut patet de libello repudij. De lege humana, quod præcipiat, prohibeat, puniat, & permittat non ſolum indifferentia, ſed etiam minora mala ad euitanda maiora, notius eſt, quam ut ſit oſtendendum.

Triplicia ſũt humana opera.

Ariſt. 5. Ethi. cap. 7.

Rom. 2. Auguſt. lib. 1. confe.

Documentũ inſigne.

Matth. 19.

Ad argumenta in oppoſitum, & ad primum reſpondetur, quod lex æterna omne malum prohibet; permittit tamen mala fieri, propter cauſſas ſuperius commemoratas. Illud autem prouerbium Iuriſconſultorum; Qui auctoritate legis peccat, non peccat; intelligendum eſt de lege præceptiua, non de lege permiſſiua.

Ad primum argumentum

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, eſſe uerisſimum illud diſcrimen, cum hoc tamen recte cõiungitur, quod lex diuina & æterna permittit mala fieri ad tẽpus, ex ordinatione diuinæ ſapientiæ & iuſtitiæ.

Ad ſecundũ.

Ad tertium reſpondetur, quod legiſlator, qui permittit minora mala ad cauenda maiora, non eſt cã peccati, ſicut gubernator non eſt cauſſa ſubmerſionis nauis, ex eo, ꝙ nauim non gubernat; ſed quando nõ gubernat nauim, potens & debens gubernare: ſic gubernator reipublicæ quando permittit minora mala ad cauenda maiora, non eſt cauſſa peccati, quia non tenetur ea prohibere; immo ſi prohiberet, peccaret grande peccatum. Itaq; ut quis dicatur cauſſa peccati indirecta, neceſſe eſt, quod teneatur, & poſſit, & non faciat.

Ad tertium.

Ad quartum argumentum ex dictis patet quid dicendum ſit: nam qui permittit minora mala ad cauenda maiora damna ſui amici, in nullo lædit amicitiam.

Ad quartum.

Ad argumenta, quibus probatur Deum nõ permittere mala fieri, ſigillatim reſpondendum eſt. Ad primum reſpondetur, quod quando unum cõtrarium eſt infinitum, & agit per modum naturæ, deſtruit prorſus oppoſitũ; ceterum quando operatur libere per intellectum & uoluntatem, deſtruit de oppoſito quantum oportet, & ſicuti oportet: Deus autem in adminiſtratione rerum libere operatur. Alteram ſolutionem habet Caietanus 1. p. q. 2. ar. 3. ad primum.

Ad primum.

Caiet.

Ad ſecundum reſpondetur, eſſe latum diſcrimen inter rectorem particularem, & uniuerſalem, de quo ſupra dictum eſt.

Ad ſecundum

Ad tertium dicendum eſt, quod Deus nulli hominum denegat auxilium ſufficiens, quo poſſit conuerti, & ſaluari, de quo diligenter in materia de gratia diſputabitur.

Ad tertium.

Ad ultimum reſpondetur, quod ſi Deus uellet peccatum, haberemus excuſationem: non quidem quoniã peccatum infallibiliter ſequeretur; ſed quoniam illud opus eſſet conforme diuinæ uoluntati, & ſic bonum eſſet. Ex permiſſione uero Dei licet infallibiliter ſequatur peccatum, non habemus excuſationem; quoniam opus permiſſum non eſt conforme diuinæ uoluntati, & legi.

Ad ultimum.

Ex definitione huius dubij ſequitur alia quæſtio non parua; Vtrum non ſolum liceat legiſlatoribus permittere mala fieri, ſed etiam cooperari, & adiuuare, ut mala fiant? Quod utrumque liceat, probatur. Nam Deus ipſe [illegible] cooperatur ad malum: ergo legiſlatoribus licet cooperari ad malum. Conſequentia euidens eſt, & probatur antecedens. Nam actus peccati ex Deo eſt, iuxta illud, Nihil poteſtis facere ſine me. Et ratio euidens eſt: nam prima cauſſa plus influit in effectum, quam ſecunda.

Vtrum liceat legiſlatori cooperari.
Primum arg.

Secundo, lex permiſſiua eſt, quod ementes & uendentes ſe decipiant citra dimidium iuſti precij, ut habetur capitulo Cum dilecti, & capitulo, Cum cauſſa, de emptione & uenditione. Sed hoc malum nõ ſolum permittit legiſlator, ſed etiam adiuuat, & cooperatur ut fiat: præcipit enim, & cogit, quod illud exceſſiuum precium ſoluatur. Rurſus, lex permiſſiua eſt, quod uſuræ ſoluantur, & meretrices permittantur; hæc vero mala non ſolum permittit legiſlator, uerum etiam adiuuat ut fiant.

Secundum.

Tertio ſic arguitur: licitum eſt alijs cooperari ad malũ: ergo & legiſlatoribus. Conſequentia euidens eſt, & probatur antecedens. Nam ſi non liceret cooperari ad malũ, certe non liceret facere contractum cum uſurario. Rurſus, non liceret ſoluere uſuras: alius enim recipiendo peccat. Item, iuramentum de ſoluendo uſuras nõ obligaret: cuius contrarium habetur capitulo, Debitores, de iureiurando. Inſuper non liceret uiro reddere debitum uxori habenti uotum caſtitatis. Item, non liceret exigere iuramentum ab infideli, quem ſcio per falſos Deos iuraturũ: in his enim omnibus cooperamur ad peccatum alterius.

Tertium.

Vltimo, Lot non ſolum cooperatus eſt ad alterius peccatum, uerum etiam obtulit filias ſuas Sodomitis, ut eis abuterentur: & Aaron ſummus Sacerdos fecit uitulum cõflatilem, quem adorauerunt filij Iſrael, in quo cooperatus eſt ad malum illud, quod eſt commiſſum cõtra Deũ: & in iſto opere Aaron a crimine excuſatur á ſanctis Patribus: ergo cooperari ad malum illicitum non eſt.

Vltimum.
Gen. 19.
Exodi 32.

In contrarium eſt: nam peius eſt cooperari, quam conſentire: ſed cõſentire peccatum eſt, dicente Paulo; Digni ſunt morte non ſolum qui faciunt, ſed qui conſentiunt facientibus: ergo. Deinde, cooperari, eſt operari, ſed operatio eſt mala: ergo & cooperatio mala eſt. Hanc quæſtionẽ explicat, uel potius implicat, & cõfundit Adrianus quodlib. 3. artic. 2. Ego vero facile expediam in his aſſertionibus. In primis dico, quod qui inducit alterum ad peccandum, ſine dubio peccat: nam eſt cauſa directa peccati. Secundo dico, qui conſulit peccatum, ſine dubio peccat: nam mouet directe ad peccandum. Tertio dico, qui petit rem

Affirmatiua pars
Paulus.

Adrianus.
Adriani [illegible]

quam

quam alius ſine peccato præſtare non poteſt, ſine dubio peccat: nam petit rem illicitam. Quarto dico, qui operatur ad malum alterius, conſentiendo, adiuuando, præſtando fauorem, ſine dubio peccat: nam conſentit & adiuuat malum. Vltimo, qui cooperatur ad peccatum alterius, uel potius utitur peccato alterius parati ad peccandũ, ſic ꝙ nullũ detrimentum ſpiritale alteri pſtat, quin potius ipſe facit, qđ dēt, nihil peccat. Hoc ultimũ aſſertũ ꝓbat efficaciter eſſe uerum tertium argũ adductum. Itaq; quãdo ego ſoluo uſuras, mea operatio bona eſt, qua alius in ſuam perniciẽ abutitur. Rurſus, quando peto iuramentum ab infideli, rem optimam expoſco: at quod ille iuret per falſos Deos, ſua culpa eſt. Ex hac definitione ſequitur, quod ad iſtum modum cooperari, non eſt conſentire, nec adiuuare malum.

Solutio argumentorum. Ad primum.

His conſtitutis, ad primum argumentum reſpõdetur, quod Deus proprie non cooperatur ad malum: quando enim producit actum peccati, quantum in ſe eſt, bonum facit, & præſtat auxilium generale ad operandum, quo peccator abutitur ad ſuam perditionem. ſed de hac re plura dicta ſunt in materia de peccatis.

Ad ſecũdum.

Ad ſecundum reſpondetur, quod illæ leges permiſſiuę tantum permittunt mala fieri, & adiuuant, ut mala pmittantur; ſed non adiuuant, ut fiant mala. Et in deceptione citra dimidiũ iuſti pretij, dicendum eſt, ꝙ permittit fieri, & denegat actionem parti læſæ; ceterum nõ adiuuat, nec præſtat fauorem, ut alius, qui recipit, non reſtituat.

Ad tertium.

Ad tertium iam dictum eſt in ultima aſſertione, quomodo cooperari ad malum non ſemper ſit conſentire, & adiuuare malum.

Ad ultimum. Diſſidium inter Auguſt. & Ambr. de facto Lot. Aug. habetur ſententia 14. d. 1. quid ait. Ambr. 32. q. 7. capit. offerebat.

Ad ultimum argumentum reſpondetur, quod de facto Lot eſt quædam uarietas inter D. Auguſtinum, & D. Ambroſium. Nam D Auguſtinus aſcribit hoc perturbationi mentis illius: quapropter dicit, hoc non fore imitandum. D. Ambroſius uidetur hoc factum uirtuti aſcribere: habebat enim Lot pro certo, tantam eſſe filiarum conſtantiam, ut etiam ſi corpore uiolarentur, mente incorruptæ manerent. Item alia de cauſſa poteſt excuſari; quia conſuluit minus malum; & conſulere minus malum, non eſt peccatum, ſed licitum, ut antea dictum eſt.

Ad factum Aaron dicendum eſt, quod Dominus Caietanus ſuper Exhod. c. 23. efficaciter demõſtrat, quod nullam excuſationem mereri poteſt. Aliqui tamen Doctores illum excuſant, hac de cauſſa, quia petijt inaures aureas ab uxoribus & filiabus Iſrael, ut populum alioqui cupidum a tanto ſcelere deterreret, fabricauitque uitulum aureum, pro certo habens, non eo inſaniæ populum uenturum, ut adoraret uitulum pro Deo ſuo.

Bonum eſt permittere mala fieri.

Ex declaratione huius dubitationis ſequitur in primis, quod permittere mala fieri, bonum eſt; alioquin Deus nõ permitteret. Sequitur ſecũdo, quod duplici de cauſſa permittuntur mala fieri: tum, ut bona conſeruentur iuxta ſẽtentiam Domini; Sinite zizania creſcere, ne eradicetur ſimul & triticum: tum uero ad cauenda maiora dãna, iuxta ſententiam D. Auguſtini; Tolle meretrices, & omnia implebuntur libidinibus. Sed cauẽdum eſt maxime, ne permiſſio ſit adiuncta cooperationi, & participationi mali. Ex quo colligit Caiet. opuſc. 17 quæſtionum. q 13. quod nõ licet ædificare ſynagogas Iudæorum: nam ſynagoga de ſe ordinatur ad ſuperſtitionem Iudaicam, & ideo ædificare ſynagogam, eſt cooperari ad malum. Sed contra: nam ſequitur, quod non liceret ædificare domos meretricum. Patet, quia et illæ domus de ſe ordinantur ad peccãdũ, ut patet. Reſpondetur, falſum eſt, immo ſolum ædificantur, ut malæ mulieres ibi recludantur; ſed ſua culpa erit, ſi ibi poſitæ peccent.

Matth. 13.

QVAEST. XCIII.

De lege æterna, in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum lex æterna ſit ſumma ratio in Deo exſiſtente.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs. Oportet namque in quolibet gubernãte & rectore præexſiſtere rationem ordinis eorum, quæ agẽda ſunt ab his, qui gubernationi ſubdũtur: ſicut in quolibet artifice præexſiſtit rõ eorum, quæ per artem conſtituũtur. Deus autem conditor vniuerſorum per ſapiẽtiam ſuã dicitur, & omnium actuum ac motuum creaturarum gubernator. Quare ratio diuinæ ſapientiæ, quæ cũcta ad ſuos fines mouet, legis rationem obtinet.

EXPLICATIO ART.

Hactenus egit D. Tho de definitione legis, de eius partitione, & de legis effectibus. In hac quæſtione aggreditur diſputare de legibus in particulari, & primũ de lege æterna, de qua definit, ꝙ eſt ſumma rõ ĩ Deo exſiſtẽs ab æterno. Pro declaratione huius cõcluſionis aduertẽdũ eſt, ꝙ in intellectu diuino tria exſiſtũt. In primis eſt cognitio oĩum effectuum, et poſſibilium, iuxta illud; Qui uocat ea quæ non ſunt, tãquam ea, quæ ſunt. Secũdo eſt in intellectu diuino ars ad efficiendum omnia, quæ uoluerit in cælo & in terra: ſicut enim artifex per imaginem mentis ſuæ perficit opus; ita Deus perficit opus ſuum: unde eſt illud; Quod factũ eſt; in ipſo uita erat, id eſt, res creatæ non ſolum ſunt in Deo ſecundum eſſe naturale, ſed ſecundum eſſe intelligibile. Tertio, eſt ratio ſtatuta ad gubernandum, ſine qua effectus proprios non conſequentur fines: & de hac ratione dicit S. Doctor, quod eſt lex æterna. quod ſic oſtendit. Nam lex eſt regula efficaciter mouens & dirigens in finem: ſed ſumma ratio in Deo ab æterno exſiſtens efficaciter mouet & dirigit unamquamque rem in ſuum finem: ergo eſt lex æterna. D. Auguſtinus ponit duas definitiones legis æternæ. Vna eſt, quod eſt ſumma ratio in Deo exſiſtens, cui ſemper eſt obtemperãdum. Altera eſt, lex æterna eſt ſumma ratio, qua iuſtum eſt, ut omnia ſint ordinatiſſima. Aliam definitionem conſtituit lib 22. contra Fauſtum, cap. 27. dicens; Lex æterna eſt ratio, vel uoluntas Dei, ordinem naturæ conſeruari præcipiens, & diſſipari uetans. De lege æterna ſic ſcribit Cicero; Lex æterna non eſt hominum ingenijs excogitata, nec ſcitum aliquod populorum; ſed æternum quoddam, quod uniuerſum mundum regeret, imperandi, prohibendique ſapientia. Et iterum, Lex princeps ac præcipua mens eſt, inquit, omnia ratione, aut cogentis, aut uetantis Dei: ex qua illa lex quam dij humano generi dederant, recte laudata eſt. Eſt enim ratio, menſque ſapientis, ad iubendum, & ad deterrendum idonea: quæ uis non modo ſenior eſt, quam ætas populorum, & ciuitatum, ſed æqualis illius, cælum ac terras tuentis, & regentis Dei. Nec enim eſſe mens diuina ſine ratione poteſt, nec ratio diuina, non hanc uim in rectis prauiſque ſanciendis habere. Nec ſi regnante Tarquino nulla erat Romæ ſcripta lex de ſtupris, idcirco non contra illam legem ſempiternã Sextus Tarquinius uim Lucretiæ intulit: erat enim ratio perfecta a rerum natura, & ad recte faciendum impellens & a delicto auocans; quæ non tunc demum incipit lex eſſe, cum ſcripta eſt; ſed tunc cum orta eſt: eſt autẽ orta ſimul cum mente diuina. Quamobrem lex uera, atque princeps, apta ad iubendum & ad uetandum, ratio eſt ſummi Dei.

Expoſitur concluſio. Rom. 4.

Ioan 1.

Auguſ. de lib. arb. c. 6.

Lex æterna quid.

Cicero lib. 2. de legib.

Ex definitione huius articuli habet Theologus duo Axiomata. Alterum eſt, quanto in errore uerſantur, qui dicunt legem eſſe actum uoluntatis, & non intellectus. Lex enim æterna, quæ præſtantiſſima legum eſt, ſumma ratio in Deo exſiſtens eſt: itaque lex in mente conſiſtit, non in uoluntate. Alterum eſt, quod lex, & ſumma ratio in Deo exſiſtens, quamquam ad eſſentiam diuinam pertineat, promulgat Verbo diuino, quod eſt perſonale in diuinis. Omnia enim, quæ pertinent ad eſſentiam & perſonas in Trinitate, atque etiam ad uniuerſitatem creaturarum, exprimuntur & declarantur Verbo diuino, quod eſt infinitum. ita

Axiomata duo.

aſſerit

aſſerit D. Tho. ſolutione ad 2. ex D. Auguſtino.

Sed videtur hoc eſſe falſum. Nam, vt affirmant Theologi conſtanter, eſſentialia ſunt priora perſonalibus noſtro modo intelligendi: ſed lex æterna, & ſumma ratio in Deo exiſtens dicitur eſſentialiter; ergo prior eſt lex æterna, quam quod Verbo diuino promulgetur, & explicetur. Ad hoc argumentum dicendum eſt in primis, quod non omnia eſſentialia ſunt priora perſonalibus noſtro modo intelligendi: nam actus primus intellectus quo producitur Verbum diuinum, noſtro modo intelligendi prius intelligitur quam amor in voluntate: primus enim actus intellectus non præuenitur a voluntate vt conſtat. Ex quo quidā Theologi colligunt, quod prius Pater, noſtro modo intelligēdi, produxit Verbum, quam quod voluerit producere Verbum. de qua re diligentius diſputatur in 1. p. q. 41. art. 2. Secunda ſolutio eſt, quod licet ſumma ratio, & ſumma ſapientia in Deo noſtro modo intelligendi, prius intelligatur quam Verbum diuinum; ceterum quatenus eſt promulgata, & explicatur Verbo diuino, poſterius intelligatur.

Prima cōcluſio.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum lex æterna ſit omnibus nota?

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Legem æternam nullus poteſt cognoſcere, prout in ſeipſa eſt, niſi ſolus Deus, & beati qui Deum ſecundum eſſentiam vident.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRima Concluſio articuli tamquam certa ſupponitur a D. Tho. ſecundam autem ita probat: quoniam veritatis cognitio, quædam participatio eſt legis æternæ, cum lex æterna ſit veritas quædam incommutabilis; veritatem autem omnes aliquali ratione cognoſcunt, & eius cognitionem alij alijs plenius participant: omnes ergo legem æternam ſecundum aliquam eius participationem agnoſcunt, & alij pleniorem habent illius cognitionem quā alteri.

Notandum tamen eſt circa prædictas aſſertiones, quod lex æterna in ſuis effectibus aliqua ex parte nota eſt omnibus creaturis rationalibus: tum, quoniam habēt impreſſam legem naturæ, quæ nil aliud eſt quam quædā participatio, & ſcintilla legis æternę: tum vero, quoniā cognoſcūt veritatē: cognitio vero veritatis nihil aliud eſt quam quædam irradiatio legis æternæ: tum vltimo, quoniam ex animalibus brutis cognoſcunt Dei ſapiētiam incomparabilem, ita vt dicat Iob: Interroga iumēta terræ, & docebunt te; interroga volatilia cœli, & dicent tibi. i. in inquiſitione diuinæ ſapientiæ non eſt opus recurrere ad ſublimitatem cęlorum, ad latitudinē maris, ad longitudinem terræ: nam ipſa animantia minutiſſima quæ inter nos verſantur, docent ſapientiam Dei incomparabilem.

Sed pro explicatione intelligendum eſt, quod hic nō inquiritur, vtrum ſit notum omnibus legem æternam eſſe, & ſummam ſapientiam, qua vniuerſa gubernātur: nam hoc notum eſſe cognoſcunt homines, ſicut notū eſt omnibus, quod mundus prouidentia gubernetur: ſed inquirimus, vtrum ſit notū omnibus, quæ, & qualis ſit iſta lex æterna. Et definit D. Th. quod hoc ex parte notum eſt omnibus, ſed non ex omni parte: nam ſolus Deus ex omni parte valet comprehendere ſuam ſapientiam incomparabilem, & ſummam.

EXPLICATIO ARTICVLI.

HVius cōcluſionis probatio ſic procedit. Sicut. n. motus mouētis ſecundi deriuatur a primo motore, & in artificibus ratio artificum artis inferiorum artificum a priori artifice procedit; ita etiam omnes rationes gubernationis quæ in inferioribus gubernatoribus inueniuntur, a ſupremi gubernatoris ratione oriri debent: rationes autem inferiorum rectorum ſunt leges inferiores, ſicut ratio ſuperioris agentis eſt lex æterna: oportebit igitur vniuerſas leges a lege æterna deriuari. Cuius ſententiæ veritatē videbit aperte Theologus, ſi vniuerſas leges annumerauerit. Nā dictamina mentibus noſtris a natura indita conſtituunt legē naturalē. Rurſus, dictamina illa quæ ſunt in ſacra ſcriptura, conſtituūt legem diuinam. Illa autem dictamina quæ nos deducimus, & colligimus per diſcurſum humanum, vel ex ratione naturali, vel ex ratione reuelata, conſtituunt legem humanam, Eccleſiaſticam, & ciuilem. Et iſtæ ſunt vniuerſæ leges, quæ omnes deriuantur a lege æterna, & a diuina ſapientiā: ergo vera eſt noſtra concluſio. Cui conſonat illud: Per me reges regnant, & legum conditores iuſta decernunt.

Secunda cōcluſio.

Secunda Concluſio. Omnis creatura rationalis poteſt talem legem agnoſcere ſecundum aliquam eius irradiationem, maiorem vel minorem.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum omnis lex a lege æterna deriuetur.

Concluſio eſt affirmans.

Prouer. 8.

Ex hac definitione ſequitur in primis, quod ſola lex æterna eſt formaliter in Deo, & eſt ipſa Dei ſubſtantia; ceteræ vero leges ſunt participationes, & effectus legis æternæ, & ſunt formaliter in ipſis creaturis. Sequitur ſecundo, quod lex æterna eſt quædam lex vniuerſalis, & regimen quoddam vniuerſale, cuius nutu omnia reguntur; ceteræ vero leges ſunt particulares, quæ fines particulares reſpiciunt. Sequitur tertio, quod lex æterna eſt præſtantiſſima inter omnes.

Sola lex ęterna ē in Deo formaliter.

Obiectio.

Sed contra eſt argumentum. Nā lex diuina poſitiua eſt in Deo exiſtens: ergo falſum eſt quod ſola æterna ſit formaliter in Deo. Probatur antecedens: tum ex ipſo nomine: ea enim de cauſa nominatur lex diuina, quia eſt in Deo exiſtens: tum vero, quoniā hoc dictamen: Pueri ſunt baptizandi, Euchariſtia ſuſcipienda; credendū in Crucifixum; in mente diuina conſiſtit. Ad hoc argumentum reſpondet Caiet. quod lex diuina eſt quædā participatio legis æternæ, & cōparata ad legem æternam eſt quædā lex particularis exiſtens in creaturis formaliter. Nā lex vetus reuelata fuit antiquis Patribus, & diſpoſita per Angelos in manu mediatoris, vt dicit Paulus. Lex vero Euangelica eſt ſcripta in cordibus noſtris: de hac enim dicit Hiere. Dabo legē meam in cordibus eorū, & in viſceribus eorū ſcribā eam: de quo infra, cum de lege Euangelica dictum fuerit. Itaq; illud dictamen legis diuinæ, ſuperius commemoratum, in mente diuina conſiſtens, ad legem æternam ſpectat, & ad diuinam ſapientiam, cuius diſpoſitione omnia gubernantur.

Galat. 3. Hieremias

Sed ad finem articuli aduertat Theologus, quod in illo, tribus uerbis (vt aiunt) D. Tho. omnium legum procemium, & principium demōſtrat. quod pluribus verbis Cicero ex Platone acceptis, perſuadet, nimirum, legē ęternam, & diuinam ſapientiam omnium legum eſſe originem, & primarium principium, a quo oēs leges deriuātur. Sed ſatius eſt uerba Ciceronis hic proponere: Sit igitur hoc iam a principio perſuaſum ciuibus, dños eſſe ac moderatores omnium rerum Deos, ea quæ gerantur, eorum geri iudicio atq; numine, eoſq; optime de genere hominū mereri, & qualis quiſq; ſit, quid agat, quid in ſe admittat, qua mente, qua pietate colat religiones, intueri, piorumq; & impiorū habere rationem. His. n. rebus imbutæ mentes haud ſane abhorrebunt ab vtili, & a uera ſententia. Quid eſt. n. verius quā neminem eſſe oportere tam ſtulte arrogantem, vt in ſe rationem & mentem putet eſſe, in cęlo, mundoq; non putet? aut ut eam, quæ vix ſumma ingenij ratione comprehendat, nulla ratione moueri putet? Quē vero aſtrorum ordines, quem dierum noctiumq; viciſſitudines,

Cicero lib. 2 de legibus. Plato.

quem

quem recenſium temperatio, quemq; ea quæ gignuntur nobis ad fruendum, non grati esse cogant, hunc hoīem oīno numerari qui decet? Cumq; omnia quæ rationem habent præſtent ijs quæ ſunt rationis expertia, nefasq; ſit dicere vllam rem præſtare naturæ omnium rerum, rationem inesse in ea conſitendum eſt. Vtiles autē eſſe opiniones has quis neget cū intelligat, q̄ multa firmentur iureiurando, quātæ ſalutis ſint fœdera religioni, quam multos diuini ſupplicij metus a ſcelere reuocarit, quāq; ſancta ſit ſocietas ciuium, inter ipſos dijs immortalibus interpoſitis tum iudicibus, tum teſtibus; habes legis proœmium: ſic enim hoc appellat Plato.

Concluſio

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum tam naturalia quam cōtingentia legi æternæ ſubdantur.

Primum ar.

Circa hos articulos ē dubium, vtrum omnia tā neceſſaria quam contingentia ſubdātur legi æternæ, ſic vt nihil agatur in rerū vniuerſitate præter ordinē a Deo conſtitutū. Quæſtionem hāc tractat D. Tho. art. 4. 5. & 6. huius quæſtionis.

A parte negante arguitur. Primo. Id qđ lege, & ratione regitur, fortuitum, & a caſu nō eſt: ergo ſi oīa ſubijciuntur legi æternæ, & prouidentiæ, ſequitur q̄ nihil ſit fortuitum & a caſu: quod aſſerere, aduerſatur omnium hominum opinioni, & veræ Philoſophiæ.

Concluſio

Secundum.

Deinde illa, q̄ ſunt neceſſaria, nō regūtur lege, & prouidē tia: nā (teſte Ariſtotele) prudentia eſt recta ratio contingentiū de quibus conſiliū eſt, & electio: ergo neceſſaria nō ſubduntur legi æternæ.

Ariſt. 6 Eth.

Tertium.

Tertio hæc veritas, homo eſt animal rationale: eſt neceſſaria, & æter

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum neceſſaria & æterna ſubijciantur legi æternæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Omnia quæ ſunt in rebus creatis, ſiue contingentia ſint, ſiue neceſſaria, legi æternæ ſubduntur: ea vero quæ ad naturam pertinent diuinam, nequaquā legi æternæ ſubduntur, ſed ſunt ſecundum rem ipſa lex æterna. Probatur: nam ſicut in hominis gubernatione legi humanæ ſubduntur ea quæ per homines fieri poſſunt; ea vero quæ ad naturam hominis pertinent, vt, quod homo animam habeat, aut manus, & pedes, tali gubernationi, vt legi, minime ſubiecta ſunt; eadem ratione de lege æterna dicendum eſt, illi tantum res creatas ſubditas eſſe, nō autem naturam diuinam.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum naturalia contingentia legi æternæ ſubdantur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmās, quæ ex diſcrimine inter legem diuinā, & humanam, manifeſta eſt. Lex namq; hominis tantum ad rationales extēditur creaturas, quæ ſibi ſubiectæ ſunt, non autem ad irrationales: at Deus imprimit toti naturę principia propriorū actuū ſicut homo imprimit ſubdito, denunciando quoddam principium actuum humanorum: quare dicitur Prouer. 8. Deum poſuiſſe legem aquis. Irrationales ergo creaturæ legi æternæ ſubditę ſunt, quatenus ſcilicet a diuina prouidētia in fines ſuos mouentur.

na, at nō ſubijcitur legi æternæ, nec diuinæ gubernationi: Deus namq; circa illam nihil immutare poteſt.

Quarto, illa reguntur lege & ratione, quæ cognoſcūt finem: ſed res naturales non cognoſcunt fines: ergo lege non reguntur.

Quartum.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum omnes res humanæ ſubijciantur legi æternæ?

SVMMA TEXTVS.

Concluſio prima. Rationales creaturæ non ſolum legi æternę ſubduntur per naturalem inclinationem, ſicut aliæ res naturales, ſed etiam per cognitionem. Nam præterquā quod nati ſumus ad habendas virtutes, vt dicitur. 2. Ethicorum etiam homo legis æternæ aliqualem habet cognitionem, vt art. 2. dictum eſt.

Secunda Concluſio. In malis vterque modus imperfectus, & quodammodo corruptus inuenitur: in bonis autem vterq; modus inuenitur perfectus. Probatur: quoniā primus modus, qui eſt naturalis inclinatio per habitum vitioſum, in malis corrumpitur, & deprauatur; & ſecundus modus, qui eſt cognitio per paſſiones, quibus ſubiecti ſunt mali, obtenebratur, & offuſcatur. In bonis autem ſuper naturalem inclinationem quam ad bonum habēt, additur motiuū interius gratiæ, & virtutis: & cognitioni naturali boni cōiūngitur cognitio fidei & ſapientiæ: vnde in eis inclinatio & cognitio perficitur.

Tertia Concluſio. Quamuis hoc ita ſit, tam boni, quā mali legi æternæ ſubduntur: illi quidem perfecte; iſti vero imperfecte: boni namque ſecundū legem æternam agūt, & operantur; mali autē ſubdūtur quo ad ſuas actiones, prout imperfecte cognoſcūt, & imperfecte ordinantur ad bonum: ſed tamē mali perfecte ſubdūtur ei ex parte paſſionis, & quod actioni deeſt, a paſſione ſuppletur, inquantū in tantum patiuntur, inquantum, quod legi æternæ conuenit, facere omittunt.

Argumenta quod cōtingentia legi æternæ non ſubdantur.

Sed probatur maioribus argumentis, q̄ cōtingentia, legi æternæ non ſubduntur: Ille n. q̄ relinquitur ſuo arbitrio, lege nō regitur: ſed homo dimittitur ſuo arbitrio, dicente ſcriptura: Conſtituit Deus hoīem ab initio, & reliquit eū in manu cōſilij ſui: & de peccatorib. aſſerit Paulus: Tradidit illos Deus in deſideria cordis eorū. Hęc oīa cōfirmātur eſt D. Pau. dicēte: Nūquid de bobus cura eſt Deo? & Eccle. 9. Vidi ſub Sole, nec velociū eſſe cursū; nec ſapientiū panē, nec artificum gratiā, ſed in oībus tps, & casū.

Eccle. 5. Rom. 1.

Prima cōcluſio.

1. Corin. 1 Eccleſ. 9.

Secunda cōcl.

Argumenta quod multa fiant præter ordinem diuinæ prouidentiæ.

Primum ar.

Probatur etiā multa fieri in rerū vniuerſitate p̄ter ordinē a Deo inſtitutū. Nā Deus pōt facere contra ſuā p̄ſciētiā: Imo ego poſſum facere cōtra Dei præſciētiam: poſſum peccare, poſſum mereri, & Antichriſtus pōt ſaluari, licet Deus oppoſitū p̄ſciuerit, alioq; p̄ſciētia imponeret reb. neceſſitatē, & tolleret liberum arbitrium, quod eſt hæreticum.

Secundum.

Tertia cōcluſio.

Deinde, miracula q̄ fiūt; ſunt præter ordinē a Deo īſtitutū imo ſupra oēm ordinē & cursū naturę.

Tertium. Eſa. 3.

Præterea peccator operatur cōtra Dñm, iuxta illud: Lingua eorū, & adinuētiones eorum cōtra Dñm. Itē cōtra Dei voluntatem agit, & contra legē æternam. Peccatū n. eſt factum, vel dictum, vel concupitum cōtra legē æternā Dei. ergo non omnia ſunt ſubiecta

Vltimum.

ſubiecta legi æternæ. Vltimo, quod peccata fiant, uel eſt conſentaneum legi æternæ, uel non. Si primum: ergo bonum eſt peccata fieri, ſiquidem eſt diſpoſitum ſecundum legem æternam, & diuinæ ſapientiæ ordinem. Si ſecundum: ergo non omnia ſunt ſubiecta legi æternæ.

In contrariũ Sapien. 14.

In contrarium eſt illud; *Tua pater prouidentia omnia gubernas.* Reſpondetur, non ſolum eſt certum ſecundum fidem, ſed etiam eſt manifeſtum lumine naturę, omnia eſſe ſubiecta legi æternæ. Et ratio eſt clara: nam oĩa reguntur, & adminiſtrantur diuina prouidẽtia quod patet teſtimonio Scripturæ ſupra adducto, & ex illo; Cũcta ſunt poſita in ditione tua, & nemo eſt, qui poſſit reſiſtere uoluntati tuæ: & illud; Attingit a fine uſque in finẽ, & diſponit omnia ſuauiter. D. Aug. dicit; Nihil ſummis legibus Creatoris, & eius ordinationi ſubtrahitur, & alibi ſcribit; Deus contra curſum naturæ conſuetum facit; ſed contra ſummam legem non facit, alioqui contra ſeipſum faceret. Ex quo pro noſtra ſentẽtia, altera colligitur ratio. Nã ſi Deus faceret contra legem æternam, faceret contra ſuam diſpoſitionem, at Dei diſpoſitio immutabilis eſt: ergo. Vltima ratio eſt euidens. nam nihil poteſt fieri præter ordinem cauſſæ uniuerſalis, ſed lex æterna eſt cauſſa vniuerſalis. ergo nihil poteſt fieri pręter ordinem legis ęternæ. Certe hæc eſt differentia inter cauſſam particularem & uniuerſalem, quod præter cauſſam particularem poteſt eſſe alia cauſſa particularis illi non ſubiecta, quæ eius effectum impediat; ceterum præter cauſſam uniuerſalem non poteſt eſſe alia cauſſa particularis: uniuerſa enim cauſſa particularis operatur uirtute cauſſę uniuerſalis, & ideo omnes cauſſæ particulares in uniuerſales reducendæ ſunt.

Omnia legi æternæ ſubduntur. Heſter. c. 13. Sapien. 8. Augu. lib. 9. de ciui. c. 22. 26. contra Fauſt. c. 3.

Sed dubitatur, vtrum uoluntas diuina ſit ſubiecta legi æternæ? Ratio dubitandi eſt. Nam diuina uoluntas iuſta eſt, & diuinæ ſapientiæ cõſentanea. Ergo ſubdita eſt legi æternæ. Reſpondetur, quod uoluntatis diuinæ actiones ſunt in duplici differentia. Quædam ſunt ad intra, ut cũ Deus amando ſe ſpirat Spiritum ſanctum. & huiuſmodi actiones non menſurantur lege æterna; ſunt enim naturales, & neceſſariæ, & ipſa Dei ſubſtantia. Aliæ ſunt actiones & uolitiones ad extra, quales ſunt uolitiones quibus Deus uult mundum creare, conſtituere creaturas: & huiuſmodi actiones non tã improprie menſurãtur lege æterna, ideo enim Deus uoluit creare cælum tot ſideribus diſtinctum, quia ita iudicauit per ſuam ſapientiã fieri oportere. & hoc eſt, quod dicitur Prou. 3. Sapiẽtia firmauit terram, & ſtabiliuit cælos prudentia. Secundo dicẽdum eſt, quod proprie loquendo diuina uoluntas eſt infinitæ perfectionis, & de ſe rectiſſima; immo ipſa rectitudo: non ergo eget alia menſura, nec rectore, ut ad finem ſuum perducatur. Nihiloſecius tamen ſciendum eſt, quod licet in attributis diuinis unum non ſit cauſſa alterius; unum tamen eſt ratio alterius, ſicuti Deus eſt æternus, quia eſt immutabilis, & eſt immutabilis, quia eſt actus purus. Ad eũdem modum non abſurde concedet Theologus, quod diuina ſapientia eſt ratio diuinæ uoluntatis.

Verum diuina voluntas legi æternæ ſubdatur.

Actiones diuinæ in dupli ci ſunt differentia.

Solutio argumentorum. Ad primum.

His conſtitutis, ad argumenta in principio poſita reſpondetur. Ad primum, quod multa ſunt fortuita, & quæ eueniunt a caſu, ſi referantur ad cauſſas particulares, extra quarum ordinem fiunt, at ſi referantur ad diuinam prouidentiam, & gubernationem, nihil eſt a Deo non præuiſum, non præordinatum ab æterno, ſicuti concurſus duorum ſeruorum caſualis eſt quãtum ad eos, ceterum a Domino præuiſus fuit, qui ideo miſit illos ſcienter in hunc locum, ut unus de altero neſciat. de qua re videndus eſt D. Th. 3. contra gent. c. 74.

Ad ſecundum

Ad ſecundum reſpondetur, quod homo non eſt inſtitutor naturæ, & ideo in operibus uirtutis, & artis utitur rebus naturalibus ad ſuum finem. propter quod prouidentia humana non ſe extendit ad res neceſſarias, quæ ex natura prodeunt, ad quas ſe extendit Dei adminiſtratio, & gubernatio, qui eſt auctor & conſeruator naturæ.

Ad tertium

Ad tertium quidam dicunt, quod hominẽ eſſe animal rationale, eſt ens rationis, & quoddã complexum propoſitionale. Hęc ſolutio confutatur. nam hominem eſſe animal, eſt magna perfectio: ergo non eſt ens rationis. Rurſus, hominem eſſe animal rationale, eſt hominẽ eſſe ſubſtantiam. ergo non eſt ens rationis. Alij dicunt, quod hæc ueritas, Homo eſt animal rationale, æterna eſt, & immutabilis: ſed quoniam ueritas nõ eſt niſi in intellectu, auctore Ariſtotele, iõ hæc ueritas eſt æterna in intellectu diuino, qui Deus eſt, pp quod extra Deũ nihil eſt æternũ: & quẽadmodũ Deus non ſubditur legi æternæ, hæc ueritas nõ ſubditur legi æternæ. Hæc ſolutio mihi non placet: nã hoĩem eſſe aĩal rõnale, eſt ens reale, ut ſupra demõſtratũ eſt, & non increatum: ergo creatum. Rurſus, eſſe aĩal rationale, vel eſt Deus, uel aliquid a Deo diſtinctum. nõ primũ. ergo ſcđm: ergo aliquid diſtinctum a Deo æternũ eſt, & legi diuinæ non ſubiectum. Vltimo, eſſe animal rationale, vel eſt aliquid in Deo, uel extra Deum: non primũ: ergo ſecundum: ergo aliquid extra Deum æternum eſt.

Ariſt. 6. meta. tex 3.

Igitur ad argumentum, quod attinet ad noſtram cãm, dicendum eſt, hominem eſſe animal rationale, eſſe æternum, & eſſe ſubiectum legi æternæ: nam quod naturæ humanæ debeatur, ꝙ ſit rationalis, ex diuina ſapientia & ordinatione diſpoſitum eſt. & hunc ſenſum habet hæc ueritas, Hõ eſt animal rationale. Quod uero Deus circa hanc ueritatem nihil ualeat immutare, non demonſtrat, ꝙ diuinæ ſapientiæ nõ ſit ſubiecta, ſed quod ſit de eſſentia naturæ humanæ, quod ſit rationalis: Deus namque eſſentias rerum non poteſt immutare. Item dicendum eſt pro confutatione argumenti, quod hominem eſſe animal rationale, non eſt Deus, nec aliquid extra Deum: nam hæc diuiſio eſt rerum exiſtentium, id eſt, res exiſtẽs aut eſt Deus aut aliquid extra Deum. itaque hominem eſſe animal rationale, priuſquam producatur homo in rerum natura, nec eſt Deus, nec aliquid extra Deum. Vel dicatur hominem eſſe animal rationale, eſſe aliquid creatum, & extra Deum, ad hunc ſenſum, quod ſi ponatur in rerum uniuerſitate, debetur illi, quod ſit creatura.

Solutio auctoris.

Ad quartum argũ rñdetur, ꝙ aliquid dupliciter operatur, & mouetur in finẽ. Vno modo, ꝙ ſe agat, & moueat in finem per conſilium, & deliberationem, & ſic ſolæ creaturæ rationales ſe mouent in finẽ, & aliud eſt cognoſcere finem, & media in finẽ. Alio modo, ut directum, & motum in finẽ, ſicut ſagitta mouetur in ſcopũ a ſagittatore, quem ſcopũ non cognoſcit ſagitta, ſed ſagittator, & ſicut certus ictus & motus ſagittæ in ſcopum demonſtrat, ꝙ dirigitur a ſapiente ſagittatore, ſic certus rerum ordo & curſus demonſtrat, quod mundus ſapientia & ratione regatur.

Ad quartum.

Ad alia argumenta, quibus probatur, quod contingentia non ſubdantur legi ęternæ. Reſpondetur ad primum, quod homo relinquitur in manu cõſilij ſui, ad iſtum ſenſum, quod conſtituitur liberi arbitrij, & moderator, & rector ſuorum operum: hæc uero moderatio non excludit diuinam gubernationem, & legem æternam; ſicuti, quod res naturales habeant uirtutem operandi non excludit diuinam uirtutem.

Ad argumenta quod contingentia nõ ſubdantur legi æternæ.

Ad auctoritates ſacræ Scripturæ, ad illã; Numquid de bobus, &c. Reſpondetur, certe de bobus cura eſt Deo, ſed non præcipua. & hoc ſignificat Paulus. Ad aliam Eccleſ. reſpondetur, eſſe familiare, quod in illo libro referantur dogmata ex perſona impiorum; quale eſt illud; Vnus eſt interitus hominum, & iumentorum, & æqua vtriuſque conditio.

Ad alia argumenta, quibus probatur multa fieri in rerum uniuerſitate præter ordinem a Deo inſtitutũ, & præter legem æternam. Ad primum eſt duplex ſolutio: Vna eſt, quod cõcluſio loquitur in ſenſu compoſito, id eſt, ſuppoſito, quod Deus lege æterna aliquid ordinauerit, impoſſibile eſt, ꝙ aliter eueniat in ſenſu compoſito, id eſt, conſtat ex repugnantibus, quod Deus aliquid ordinauerit, & aliter eueniat. Secunda eſt, quod concluſio non dicit, ꝙ non poſſit fieri aliquid contra Dei præſcientiam, ſed ꝙ non poteſt fieri contra legem, & ordinationem diuinam efficaciter diſponentem. Certe lex diuina eſt diſpoſitio efficax; quod damnati iam non habeant remedia aliqua, & quod beati iam non mereantur; contra iſtas leges nihil poteſt fieri.

Ad argumenta ꝙ multa fiant præter ordinẽ a Deo inſtitutum. Ad primum.

Ad ſecundum reſpondetur, quod licet Deus inſtituerit curſum naturæ ordinarium, ſibi tamen reſeruauit ut aliquando faceret ſupra curſum naturæ ordinarium. & tunc quando facit, non facit contra legem Dei æternam, ſed ſecundum diuinæ ſapientiæ diſpoſitionem.

Ad

Ad tertium. Caiet. Ad tertium Caiet. 1. p. q. 103. art. vlt. dicit, ꝙ peccatores, qui peccant mortaliter, duo inſpiciunt; alterũ eſt intẽtũ, & hoc conſtat eſſe bonũ, & ſic adimplens ordinem legis æternæ, & diuinæ gubernationis: alterum eſt præter intẽtionẽ, & hæc eſt deformitas actus, quæ in priuatione boni cõſiſtit: in hoc peccator declinat a bono determinato, & nititur cõtra illud. ex quo ſequitur, ꝙ peccator nulla ratione agit cõtra diuinã gubernationẽ in generali, ſed I ſpeciali. *Victoria.* Magiſter Victoria aiebat, ꝙ Deus poteſt conſiderari, ut cã particularis cõſulens, & præcipiens; & huius conſilijs, & pceptis reſiſtens, dr̃ reſiſtere diuinæ gubernationi: alio modo conſideratur, ut cã uniuerſalis, & ſic nullus reſiſtit diuinę gubernationi. Vel dicatur, ꝙ oĩa, quæ exſiſtunt, uere ſunt ſubiecta legi æternæ: peccatum non exſiſtit, ſed nihil eſt: non ergo eſt ſubiectum legi æternę. D. Aug. tract. 1. in Ioannem dicit, ꝙ qui peccat, non facit, ſed deficit. Vera ſolutio eſt, quod peccator dũ peccat, aliquo in ſenſu facit contra uoluntatem Dei, & legem, & in alio ſenſu non. Facit certe contra uoluntatem ſigni, & cõtra præcepta, & ꝓhibitiones, quæ figurata locutione Dei uoluntas appellantur: ceterum non facit contra uoluntatem beneplaciti, nec contra Dei efficacem ordinationẽ: de hac enim dictum eſt; Omnia quæcumque uoluit Dominus fecit in cęlo & in terra: & iterum; Voluntati eius quis reſiſtet? & de iſta aſſeritur, ꝙ eſt cauſa omnium uniuerſalis, & quod ei omnia ſunt ſubiecta. Certe de peccatoribus omnia fiunt, quæ Deus fieri ordinauit: ordinauit autem Deus permittere peccata fieri, & ita fit; diſpoſuit parcere peccatori, & ita euenit; & punire peccatorem in peccato perſiſtentem, & ita contingit. Quemadmodum cum peccator dimittit Deum, incidat in Deum, & in legem æternam, & in eius pœnam, oſtendit multis in locis D. Aug. Ex dictis patet, quid dicendum ſit ad quartum argumentum. Hactenus de lege æterna.

Aug. in Enchi. c. 100. li. 4. confe. c. 9. lib. 5. ca. 2. 3. lib. de liber. arb. c. 12. et 13. uſque in fin. lib.

QVAES. XCIIII.

De lege naturali, in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum lex naturalis ſit habitus.

SVMMA TEXTVS.

Pri. conc. Prima Concluſio. Lex naturalis ꝓprie, & eſſentialiter non eſt habitus. Probatur: quoniam habitus ſecundum ſuam eſſentiam eſt id quo ratio aliquid agit: veluti grammatica dicitur habitus, quoniã ipſa intercedẽte, ĩtellect⁹ orationẽ congruã conſtituit: at lex naturalis nõ eſt quo ratio agit, ſed potius eſt quid per rationẽ conſtitutũ: vnde nõ poteſt ꝓprie habitus dici.

Secunda. Secunda Concluſio. Lex naturalis poteſt dici habitus improprie, & ea ratione, qua habitus id dicitur, quod habitu tenetur; ſicut fides dicitur id qđ fide tenetur. Probatur: nã præcepta legis naturalis quandoq; actu a ratione cõſiderantur; quandoq; vero in ea ſunt ſecundũ habitũ, quando non actu conſiderantur.

EXPLICATIO ART.

Examinatur prior concluſio. Prim. arg. Pſal. 4. Rom. 2.

Videtur certe, ꝙ concluſio D. Tho. falſa ſit: idq; ſuadetur his argumentis. In primis Lex naturalis eſt impreſſa mentibus noſtris, iuxta illud; Signatum eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: & iuxta illud; Gentes, quæ legem non habent, naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt, & oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus eorum. Sed quidquid eſt in animis noſtris, uel eſt potentia, uel paſſio, uel actus, uel habitus. Sed lex naturalis nõ eſt potentia, ut per ſe notum eſt, nec paſſio, nec actus: alioqui cum nihil agimus, non maneret in nobis lex naturalis. Ergo eſt habitus. Conſequentia ualida eſt a ſufficienti enumeratione.

Secundum. Rurſus, Lex naturalis impreſſa eſt mentibus noſtris, ut oſtenſum eſt: ſed nihil eſt impreſſum in mentibus noſtris præter eſſentiam, potentiam, & habitum primorum principiorum: ſed lex naturalis non eſt eſſentia, nec potentia: ergo eſt habitus primorum principiorum.

Tertium. Tertio, Lex naturalis, quæ eſt impreſſa mentibus noſtris, uel eſt facultas ad iudicandum, ꝙ malum eſt fugiendum, bonum ſectandum; uel eſt dictamen, & iudiciũ intellectus impreſſum mentibus noſtris; ſed tamen non eſt dictamen impreſſum a natura: dictamen enim dicit iudicium, prout progreditur ab operante: ergo eſt illa facultas aſſentiendi prædictis iudicijs, & dictaminibus.

Vltimum. Vltimo, Lex naturalis manet in pueris, amentibus, dãnatis, in quibus non eſt actus: ergo lex naturalis habitus eſt. In contrarium eſt ſententia Diui Thomæ.

Lex naturalis quid. Pro explicatione ueritatis ſciendum eſt, quod lex naturalis nihil aliud eſt, ꝙ propoſitiones & iudicia per ſe nota, vel ex per ſe notis euidẽter deducta; ut malum eſt fugiẽdũ, bonum amplectẽdum, mẽdacium fugiẽdum, ueritas ſectanda. Secũdo notandum eſt, ꝙ ſicut in intellectu ſpeculante ponimus habitum primorũ principiorũ, quo aſſentimur primis principijs ſpeculabilibus: ita I intellectu practico cõſtituimus habitum primorum principiorum, quo aſſentimur primis principijs practicis, Bonum eſt ſequendum; malum fugiendum: & hunc habitum nominamus ſynderesim, de quo agit D. Thom. 1. par. quæſt. 79. art. 12. *D. Tho.* Tertio ſciendum eſt, quod lex naturalis non ſic intelligenda eſt, quod omnibus immediate nota ſit, & per ſe nota: nam primaria illa principia generaliſſima ſunt omnibus nota, alia uero particularia, & ſequentia requirunt induſtriam, & inſtructionem: de qua re infra dicendum eſt. Vltimo aduertendum eſt, quod lex naturalis non dicitur eo in ſenſu, quoniam impetu naturali homines, ſicut bruta feruntur: ſed quoniam per lumen naturæ inſitum ducat homines in finem honeſtum, ſicut decet ingenuam & liberam creaturam: hoc eſt, quod dicitur, Quis poſuit in uiſceribus hominum ſapientiam, & dedit gallo intelligentiam? *Iob 38.* His conſtitutis, eſt prima propoſitio.

Prima conc. Lex naturalis non eſt habitus: nam lex naturalis eſt iudicium euidens, & dictamen: iudicium uero actus eſt, nõ habitus: habitus uero iudicat, ſed non eſt iudicium.

Secunda conc. Secunda propoſitio. Lex naturalis ineſt nobis per modum habitus: nam licet ceſſet actus, non continuo aboletur in nobis lex naturalis: tranſeunte enim actu, manent illa iudicia, & dictamina in uirtute, & in ſynderesi, quam diximus in ſuperioribus habere uirtutem ad hæc iudicia efficienda. Ex his ſtatim ſequitur, quod lex naturalis non eſt ſynderesis: hanc enim D. Tho. 1. p. q. 79. docuit habitũ eſſe, nempe uirtutem mentis, quæ nos inclinat ad aſſentiendum principijs practicis, ſicut habitus intellectus, eſt propenſio, & appulſio ad aſſentiendum principijs ſpeculatiuis. *D. Tho.* atq; hac ratione ſynderesis dicitur inſtigare ad bonum, & murmurare de malo. In ſumma, ſicut habitus intellectus nõ eſt principiorũ collectio, ſed uirtus aſſẽtiẽdi illis: ſic neq; ſynderesis eſt lex naturalis, ſed uirtus aſſentiendi illis principijs ac dictaminibus practicis, quæ ſunt lex naturalis. Vnde ubicumq; legatur ſynderesis eſſe lex intellectus noſtri, ut eſt apud Baſilium, intelligendum eſt, non per eſſentiam, ſed quod ſynderesis eſt habitus cõtinens legem naturæ, quippe cuius uirtute principia illa iudicamus. *Baſi.* Sequitur ſecundo ſolutio omnium argumentorum, quæ in principio adducta ſunt: omnia enim illa argumenta efficaciter probant, quod lex naturæ non ſemper manet in nobis per modum actus, ſed per modum habitus, quod eſt uerum.

Vtrum pueri et amẽtes teneantur lege naturali. Sed dubium eſt, Vtrum pueri, & amentes teneantur lege naturali? Ratio dubij eſt. Nam ignorantia non tollit legis obligationem, & uinculum, ut ſupra dictum eſt, cũ de promulgatione legis ageremus. In contrarium eſt, qm̃

eadem

eadem ratione tenerentur pueri lege diuina, & humana; quod aſſerere, falſum eſt. Rurſus, iudicium de rebus agendi ſumendum eſt de his quæ per ſe cõtingunt rebus: ſed pueri per ſe ſunt inhabiles, & inepti ad cognoſcendum legem: ergo nulla lege tenentur. Secus eſt de abſentibus, qui ignorant legem: hoc enim eſt per accidens, & ideo lege tenentur. Sed antequam hinc diſcedamus, operæpretium erit, & diligentius, & vberius quid ſit lex naturalis ex ſanctis Patribus elucidare.

Quid ſit lex naturalis.

Lex naturalis eſt lumẽ rationis humanæ, qđ Deus naturæ conditor, vna cum natura inſeruit mentibus hominum ad aliquid faciendum, vel non faciendum. de qua Paulus; Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea q̃ legis ſunt faciunt: & D. Augu. Lex tua, Dñe, in cordibus hominum ſcripta eſt, quam nec vlla vnquã delet iniquitas. Certe quemadmodum Deus omnium rerum cõditor & gubernator, rebus inanimatis, atque etiã ipſis animãtibus, ratione carẽtibus, impreſſit vires, & inclinationes, ſecundum quas aguntur, & diriguntur in ſuos fines, debitiſq; ſuis funguntur officijs, a quibus, quia nõ ſeipſa agunt, ſed ab auctore naturæ infallibiliter agẽte agũtur, ſecundum ſuarum inclinationũ neceſſitates deuiare nõ poſſunt: ita & ipſe idem Deus, qui rationalem creaturã condidit ad imaginem, & ſimilitudinem ſuam, impreſſit eidem rationali creaturæ quædam ſuorum actuum principia, ceu leges communes, ſecundum quas non ſic inclinationis neceſſitate moueretur, ſed ſecũdum quas ex libera actiõe ſeipſam dirigeret, habẽs in poteſtate ẽt aliter facere, propter vim liberi ex rõne arbitrij, per quam poteſt, & legis conditorem, vt ſibi præfectum, ac ſuperiorẽ apprehendere, & rationem, ſeu finem operũ legis cognoſcere, & conferendo vnum ad alterum examinare, atque diſcernere. Vnde ſecundum Chriſti, & Pauli Apoſtoli doctrinam, voluntas hominis eſt tãquã vis media inter legẽ mentis, & legẽ carnis, inter conſilium Dei, & cõſiliũ diaboli cõſtituta, potẽs vel cohibere mẽbra ſua in opus ſecundũ huius, vel illius cõſilium. Nemo, ut inquit Chriſtus, poteſt duobus dominis ſeruire, &c. Nõ poteſtis Deo ſeruire, & Mammonæ: quibus uerbis aperte inſinuatur hominẽ nunc huius, nunc illius cõſilio poſſe acquieſcere. Ceterum, quẽadmodum Deus imprimendo toti humanæ naturæ huiuſcemodi principia communia ſuorũ actuum, dicitur præcepta quædam illi dediſſe; ſiqdẽ inclinationes, & pondera a Deo cõditore naturæ impreſſa, quibus dictat ratio aliquid debere fieri, aut nõ fieri, sũt quædam Dei leges, quæ etſi p Adæ peccatum, aliaq; crimina voluntarie ſuperaddita, ſint obtenebrata, nõ tamẽ prſus sũt extincta. de quo latius dicemus inferius. Hoc ipſum dilucide ſatis explicat Auguſtinus Pſal. 57. Cum manu Formatoris noſtri in ipſis cordibus noſtris ueritas ſcripſerit, Quod tibi non vis fieri, ne facias alteri; hoc antequã lex daretur, nemo ignorare pmiſſus eſt, ut eſſet unde iudicaretur, & quibus lex non eſſet data: ſed ne ſibi homines aliquid defuiſſe quererẽtur, ſcriptũ eſt & in tabulis, quod in cordibus non legebant. Non enim & ſcriptũ non habebant, ſed legere nolebant, oppoſitum eſt oculis eorum, quod in conſcientia videre cogerẽtur, & quaſi foriſecus admota voce Dei, ad interiora ſua homo cõpulſus eſt, dicente Scriptura; In cogitationibus enim impij interrogatio erit. Vbi interrogatio, ibi lex. Sed quia homines appetentes ea quæ foris ſunt, etiam a ſeipſis exſules facti ſunt, data eſt ẽt ſcripta lex; non qa in cordibus ſcripta non erat, ſed quia tu fugitiuus eras cordis tui: ab illo vbique es cõprehenderis, & ad teipſum intro reuocaris. Præterea ſcripta lex quid clamat eis qui deſeruerũt legẽ ſcriptam in cordibus ſuis? Redite præuaricatores ad cor: qs enim te docuit nolle accedi ab altero ad vxorẽ tuam? quis te docuit, nolle tibi furtum fieri? quis te docuit, nolle iniuriã pati; vel quidquid aliud vniuerſaliter, aut particulariter accidere poteſt? multa n. ſunt de quibus ſingulis interrogati homines clara voce reſpondeãt, nolle ſe pati. Age, ſi nõ vis pati iſta, nũquid ſolus es hõ? non ne in ſocietate uiuis generis humani? Qui tecũ factus eſt, ſocius tuus eſt, & omnes facti ad imaginẽ, & ſimilitudinem Dei, niſi terrenis cupiditatibus conterat qđ ille formauit. Quod ergo tibi non uis fieri, noli alteri facere: tu dicas eñ malum eſſe in eo quod pati non uis, & hoc te cogit noſſe lex intima in ipſo tuo corde conſcripta: faciebas, & clamabatur inter manus tuas; Quomodo cogeris redire ad cor tuũ cum hoc pateris inter manus alienas? furtũ bonũ eſt? non: interrogo, adulteriũ bonũ eſt? & omnes clamant, nõ: homicidium bonũ eſt? omnes clamant, deteſtari ſe. Concupiſcere rẽ proximi bonũ eſt? non, vox omnium eſt. Aut ſi adhuc non confiteris, accedit qui cõcupiſcat rem tuam, placeat tibi, & reſpõde quid vis. Omnes ergo de his rebus interrogati, clamant hæc bona nõ eſſe. Rurſus, de beneficijs non ſolum de non nocẽdo, uerum etiam de non præſtando, atque tribuendo: interrogatur oĩs anima eſuriens, famem pateris? alius habet panem & redundat ei ultra ſufficientiã, nouit te egere, nõ dat, diſplicet tibi eſurienti: diſplicebat, & ſaciato cum alterum eſurire cognoueris. Peregrinus tecto indigẽs venit in patriam tuam, nõ ſuſcipitur: ille tunc clamat inhumanum eſſe illam ciuitatem, facile apud Barbaros eſſe ſibi potuiſſe refugiũ: ſentit iniquitatem, quia patitur: tu forte non ſẽtis, ſed oportet, vt te cogites peregrinũ, & uideas quõ tibi poſſit diſplicere, qui tibi nõ præſtiterit, quod tu in patria tua non uis peregrino præſtare. Interrogo oẽs: uera ſunt hæc? uera: iuſta ſunt hæc? iuſta. Sed & Caſſianus de hac re excellentiſſime loquitur; Deus hoĩem creãs oẽm naturaliter ei ſcientiã legis inſeruit, q̃ ſi fuiſſet ab hoĩe ſecundũ ꝓpoſitũ Domini, vt cœperat, cuſtodita, nõ vtiq; neceſſarium fuiſſet aliam dari, quæ per litterã poſtea ꝓmulgata eſt: erat enim ſuperfluum, extrinſecus offerri remedium, quod adhuc intrinſecus tenebatur inſertũ. Sed quia hæc, ut diximus, corrumpi cœpit libertate, vſuque peccandi, velut huius exactor, & executor, ac uindex, & vt ipſius Scripturę uerbis eloquar, adiutrix, appoſita eſt Moſaycæ legis ſeueriſſima, diraq; diſtrictio, vt vel metu pęnæ pſentis nõ penitus bonũ ſcientiæ naturalis extingueret ſecũdũ Prophetæ ſententiam; Legẽ dans in adiutoriũ: q̃ ẽt ſecundũ Apoſtolũ; Pædagogus velut paruulis data fuiſſe deſcribitur, erudiens Eos, atq; cuſtodiẽs ne ab illa diſciplina, in qua naturaliter fuerãt inſtituti, quadam obliuione diſcederent. Nam ꝙ ſit homini omnis ſcientia legis ab initio creationis infuſa, hinc manifeſte probatur, quod mandata legis abſq; litteræ lectione ante legem, immo ante diluuium omnes Sanctos obſeruaſſe cognoſcimus. Quemadmodũ enim ſcire potuiſſet Abel, necdum lege mandante, ꝙ offerre Deo de primitijs ouiũ ſuarum, & de adipe ipſarum ad ſacrificium debuiſſet, niſi per inſitam ſibi legẽ naturaliter fuiſſet edoctus? Quemadmodum Noe, quod mundum, vel quod immundũ eſſet animal, decreuiſſet, nõdum hæc legali diſtinguẽte mandato, niſi ſciẽtia naturali fuiſſet inſtructus? Vnde Enoch didicit ambulare cum Deo, nullã legis illuminationem ab aliquo conſecutus? Vbi legerant Sem & Iapheth legem; Turpitudinem patris tui non reuelabis, vt incedentes retrorſum patris uerenda uelarent? Vnde monitus Abraham deuictis hoſtibus nihil accipere de eorũ ſpolijs acquieſcit, ne retributionẽ laboris ſui acciperet, vel decimas ſacerdoti Melchiſedech, quæ Moſ. ycalege pcipiuntur, exſoluit? Vnde ipſe Abraham; vnde Lot tranſeuntibus peregrinis humanitatis obſequia, & ablutionem pedum, necdum Euangelico coruſcante mandato, ſuppliciter obtulerunt? Vnde Iob tantã deuotionẽ fidei, tantam caſtimoniæ puritatem, tantam humilitatis, manſuetudinis, miſericordiæ, humanitatis ſcientiã, conſecutus eſt, quantam nunc ne ab illis quidem, qui Euãgelia memoriter tenent, videmus impleri? Quem Sanctorum legimus, ante legem, vllum legis violaſſe mandatum? quis illorum nõ cuſtodiuit, Audi Iſrael, Dominus Deus tuus vnus eſt? Non facies tibi ſculptile, nec vllam ſimilitudinẽ eorum quæ in cęlo ſunt, ſiue quæ in terra, vel eorum quæ ſunt in aquis ſub terra? quis eorum non obſeruauit; Honora patrẽ tuũ, vel illa quæ in Decalogo ſubſequuntur: Non occides, Non adulterabis; Nõ facies furtũ; Nõ falſum, &c. Non cõcupiſces vxorem proximi tui; aliaq; his multo maiora, quibus non ſolum legis, ſed ẽt Euangelij præuenere mandata? Deinde ſequitur in eadẽ collatione cap. 24. Ita ergo intelligimus ab initio Deum oĩa creaſſe perfecta, nec fuiſſe quid ordinationi eius principali velut improuidæ, & impfectæ, neceſſe eſſet ſuperinduci, vel qđ ei addi poſt hæc oporteret, ſi in illo ſtatu atq; diſpo-

Margin notes: Rom. 2. — Auguſ. 2. confeſ. c. 4. — Matth. 6. — Matth. 7. — Sapien. 1. — Hiere. — Caſſianus collatione. 8. ca. 23. — Gala. 3. — Geneſ. 4. — Geneſ. 7. — Geneſ. 9. — Leuit. 18. — Gene. 9. — Geneſ. 14. — Geneſ. 18. — Deut. 5. — Exhod. 20.

diſpoſitione, quâ ab ipſo creata ſunt vniuerſa, mãſiſſent. Et iccirco in eos, qui ante legẽ, immo ante diluuiũ peccauerunt, iuſto iudicio Deum omnia animaduertiſſe ꝓbabimus; quia tranſgreſſi naturalem legem ſine vlla meruerũt excuſatione puniri. Nec in illorũ incidemus blaſphemiam, calumniamq́, qui ignorantes hanc rationem derogant veteris teſtamẽti veritati; ac detrahentes noſtræ fidei, ſubſannãteſq; dicunt, Quid ergo placuit Deo nõſo, vt poſt tot annorum millia legem voluerit promulgare, tanta ſæcula paſſo hominem ſine lege trãſire? q̃ ſi poſtea melius aliquid adinuenit, apparet eũ in primordio mundi inferiora, vel deteriora ſapuiſſe, & poſt hæc velut experimentis edoctũ, cœpiſſe rectiora proſpicere, ac principales ordinationes ſuas in melius emendaſſe: quod immẽſæ præſcientiæ Dei conuenire non poterit, nec ſine ingẽti blaſphemia, hæc de ipſa hæretica inſania proferentur, dicente Eccleſiaſt. Cognoui q̃m oĩa quæ fecit Deus ab initio ipſa erunt in æternum, ſup illa non eſt quid addatur, & ab illis non eſt quid auferatur, & iccirco iuſtis nõ eſt lex poſita; iniuſtis aũt, & non ſubditis, impijs, & peccatorib. ſceleratis, & contaminatis: illi namq; habentes naturalis illius atq; inſitæ legis ſanam atq; integrã diſciplinam, nequaquã lege hac extrinſecus adhibita, litteris deſcripta, neq; in adiutoriũ illi naturali data, indigebãt. Ex quibus apertiſſima ratione colligitur, nec legem iſtã perſcriptam litteris ab initio dari debuiſſe: erat n. hoc ſuperfluũ fieri, ſtante adhuc naturali lege, & integra permanente, nec Euangelicam perfectionẽ tradi ante legis potuiſſe cuſtodiã: non n. poterant audire; Qui te percuſſerit in dextera maxilla tua, præbe illi & alterã; qui contenti non erant talionis æqualitate iniurias vlciſci proprias, ſed lethales calces ac telorũ vulnera pro alapa leuiſſima rependebant, & pro minimo dente, percutientium aĩas expetebant. Sed nec illis poterat dici; Diligite inimicos veſtros; in quib. magnus fructus, & vtilitas ducebatur, vt amicos ſuos diligerent, declinarent vero inimicos, & ſolo ab eis odio deſinerent, nec opprimere illos, & interficere feſtinarent. Hactenus Caſſianus.

Eccl. 3.

Matth. 5.

ART. SECVNDVS:

An lex naturalis plura præcepta contineat?

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio eſt affirmans.

Secunda Concl. Præcepta legis naturæ ordinem quendam inter ſe habent, & alia aliis priora ſunt.

EXPLICATIO ARTIC.

Primam concluſionem probat D. Thom. q̃m præcepta legis naturalis in hoĩe ita ſe habent reſpectu operabiliũ, ſicut principia prima in rebus demonſtrabilibus. Prima aũt principia in demõſtrationib. multa ſunt. multa ergo erunt legis naturæ ꝓcepta. Secunda cõcl. ſic probatur: q̃m ſcd̃m ordinẽ inclinationũ naturaliũ eſt ordo ꝓceptorum naturæ, & hoĩ primo inſita eſt inclinatio ad bonũ ſcd̃m naturã, in qua cũ ceteris ſubſtantijs cõmerciũ hẽt; quia oẽs bonũ ſuũ appetunt: vnde primum præceptum illud erit, quod, bonum eſſe faciendum & ſequendum, malum autem vitandum ac fugiendum, docet.

Poſt hæc, peculiaris q̃dam alia inclinatio ad bonũ magis particulare in hoĩe ſita eſt, in qua tm̃ cũ viuẽtib. cõmunicat, ſcd̃m quã id naturale dr̃, qd̃ natura edocẽre oĩb. aĩalib. cõe eſt, vt cõmiſtio maris, & feminæ, ac liberorũ educatio. Præterea ineſt hoĩ q̃dam alia inclinatio ſibi ꝓpria, quã ad bonũ ſcd̃m rõne inclinatur, vt veritatem, cognoſcat, vt in ſocietate vitã agat & rõne huius ĩclinationis ꝓpriæ, hoĩ p legẽ naturalẽ ꝓcipitur ignorãtiã vitare, alios cum quib. cõuerſari dẽt, nõ offendere ex qb. ẽt plura eſſe legis naturalis ꝓcepta comprobatur. Pro huius doctrinæ expoſitione aduertendũ eſt primo, q̃ quẽadmodũ in motu neceſſariũ eſt cõſtituere vnũ primũ motorẽ penitus immobilẽ, rõne cuius oĩa mouẽtur, ita ĩ diſcurſu rõnis, q eſt qdã motus, neceſſariũ eſt conſtituere vnũ primũ principiũ p ſe notũ, rõne cuius oĩa innoteſcãt: hoc principiũ ĩ rõne ſpeculatiua eſt: De eodẽ idẽ affirmari, & negari eſt impoſſibile, cuius meminit Ariſto. In cognitione uero practica eſt illud principium primũ; Bonum eſt ſequendũ, malũ fugiendũ; in cuius uirtute oĩa alia principia practica continẽtur, cuius ẽt meminit Ariſtoteles.

Ariſto. 3. met. tex. 9.

Ariſto. 2. Eth. cap. 1.

Secundo aduertendũ eſt, q̃ ꝓter hoc principium vniuerſaliſſimũ, qd̃ eſt præceptum vniuerſaliſſimũ legis naturæ, ſunt alia ꝓcepta magis particularia: q̃ circa alias materias particulares verſantur. q̃ vt certo ordine cõprehendantur, adnotat optime D. Th. in art. q̃ id, ad quod hẽt homo inclinationẽ naturalẽ, honeſtũ eſt, & rectũ ſcd̃m inclinationẽ naturalẽ; cõtrariũ vero malũ eſt. Hoc axioma eſſe uerũ, uel hæc vna rõ conuincit. Nã inclinatio naturalis naturæ humanæ a Deo eſt immediate: ergo nec mala eſt, nec ad malũ inclinans. Cõſequentia argumẽti ex eo patet: nã Deus ad malũ nõ inclinat, nec ſolicitat. Antecedens uero ꝓbatur: nam ſolus Deus eſt auctor naturæ humanæ, & oĩum cõſequentiũ ad naturã humanã; inter q̃ præcipua eſt inclinatio naturalis: qui. n. dat formam, dat conſequentia ad formã, vt vtamur uerbis Ariſtotelis. Ex hoc principio, quod eſt ueriſſimũ, colligit D. Thomas ꝓcepta, ſeu officia legis naturalis. Eſt namq; in homine inclinatio naturalis conſeruãdi ſeipſum: Eſt deinde inclinatio generandi ſibi ſimile, ſpeciem ꝓpriã cõſeruando. Rurſus, eſt inclinatio homini naturalis quatenus homo eſt, vt viuat vitam ſociabilem, & politicã ſine alio rum offenſione. Itaq; tria ſunt officia legis naturalis: primum, ad ſemetipſum decenter viuere ſecundum inclinationẽ naturæ inſitam ad cõſeruationẽ ſui eſſe in cibo & potu. Secundum, decenter viuere in cõmunicando naturã ſuam alteri ad conſeruationẽ ſpeciei ſecũdũ inſitã inclinationẽ generãdi ſibi ſimile, & ad educandã illã. Tertiũ, ad Deũ, & ad oẽm hoĩem iuſte uiuere, ad parentes, ad filios, ad ſuperiores, ad æquales, ad inferiores, ſecũdũ inclinationẽ qua quiſq; appetit bonũ honeſtũ, & ſcd̃m rationem iuſte ac recte agere. Et hæc oĩa inerant naturæ humanæ ſub innocentiæ ſtatu. In tribus iſtis pẽdẽt principia naturalis legis, q̃ tam ſerena, tã valida erat ſub innocentiæ ſtatu, vt ſecundũ triplicia huiuſcemodi officia nihil huic legi eſſet impedimentum, nihilq; vel præter rõnem, vel contra rationem poſſet homini ſubrepere: ſed dum homo ex liberi ſui arbitrij ratione a Deo ſeſe auertit ad inferiora, ad carnalia, ad ſemetipſum ſeſe deflectens, iam iuſto Dei iudicio deſtitutus eſt gratia originalis iuſtitiæ, qua perdita, caro ſecundum uires ſenſuales ſuos cœpit habere impetus ſtimulos, ac inclinationes ẽt contra, aut præter legem naturalem. Atque ita homo, cũ in honore eſſet, conſtitutus eſt in deliciarum Paradiſo, vt ſolo Deo frueretur, per peccatum comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis, ab adoleſcentia ſua pronus ſecundũ carnales ſenſus viuere, magis, quam ſecundum rationem. hinc factum eſt, vt natura humana iam vitiata ſecũdum uim generatiuam plus appetat coire, quam lex naturæ ad conſeruatione ſpeciei decernit; ſecundum guſtum quoque, guſtato fructu vetito, plus appetat comedere, & bibere quam lex naturę dictat ad decentem conſeruationem naturalis eſſe. Vnde venter dicitur exactor, Iob. 39. Clamorem exactoris non audit: atque ita iam in coitu, in cibo item, & in potu ad opus voluptatis trahit hominem frequentius quam naturæ conſeruandæ neceſſitas, aut generandi voluntas exigat.

Legis naturalis officia.

Quid ex gratiæ originalis deſtructione ſecutũ ſit.

Secundum inclinationem inſuper prauam animæ, derelictã ex Adæ ſuperbia, qua cupiuit ſicut Deus eſſe, iã factus hõ cordis elati, magis pronus eſt diligere creaturas carnalibus ſenſibus perceptibiles, quam creatorem; magiſq; ſeipſum quam proximum. & hinc natæ ſunt iræ, diſſenſiones, omneque genus vitiorum, de quibus Paulus. Vnde bella, & lites (inquit Iacobus) in vobis? nonne ex concupiſcentijs quę militãt in mẽbris veſtris? Ex hoc ſtatim ſequitur, eſſe plura præcepta legis naturalis.

Ad Gal. 5. Iacobi 4.

Lex naturalis una.

ralis: cum hoc tamen recte coniungitur, quod eſt tantum una lex naturalis; tum propter unitatem illius primi principij a quo omnia dependent; tum vero propter unitatem luminis naturalis quo omnia illuſtrātur; præcipue uero propter unitatem finis; finis autem eſt conſtituere hominem rectum, ſecundum inclinationem naturalē; quemadmodū lex diuina una ē, quā quam habeat plura præcepta propter unitatem finis. Sed ex hac doctrina magna oritur controuerſia; Verum detur inclinatio naturalis in malū? de qua quæſtione ſatis copioſe actū eſt ſupra in materia de paſſionib. & ideo ad aliū articulū progrediendum eſt.

ART. TERTIVS.

Vtrum omnes actus virtutum ſint de lege naturali?

SVMMA TEXTVS.

Prim. cōc.

PRima Concluſio. Si loquamur de actibus virtutum quatenus ſtudioſi ſunt, omnes ſunt de lege naturali. Probatur: quoniam ad legem naturalem id omne ſpectat, ad quod homo ſecundum naturam ſuam inclinatur: at homo naturaliter inclinatur, vt ſecundum virtutem agat; nā vnumquodque inclinationē habet naturalem ſecundum quod ſua propria exigit forma; ſicuti ignis ad calefaciendum naturaliter inclinatur: propria autem hominis forma, quæ eſt anima rationalis, exigit, vt homo ſecundum virtutem operetur: qua de cauſſa dixit D. Damaſcenus, virtutes eſſe homini naturales.

Secunda Conclu. Si loquamur de ſtudioſis actibus ſecundum ſe, prout ſcilicet in propria conſtituuntur ſpecie, nō omnes tales actus ſunt de lege naturæ. Probatur: quoniam multa ab homine efficiuntur ſecundum virtutem, ad quæ natura non primo inclinat, ſed ea homines per rationis inquiſitionem inuenerunt, quaſi ad bene & quiete viuendum accommodata.

EXPLICATIO ART.

Argumenta contra priorem concluſionem.

Primum arg.

VT hic articulus clarius elucidetur, in primis contra primam cōcluſionem arguitur. Aliqui actus honeſti & ſtudioſi ſunt, qui ēt inquantum honeſti, non ſunt de lege naturæ: ergo prima concluſio falſa eſt. Antecedens probatur in actibus ſupererogationis, ut abſtinere a vino, & a carnib. & dare eleemoſynam qū nō eſt grauis neceſſitas: oēs iſti actus ſunt honeſti; & tamen non ſunt de lege naturali, ſiquidem non ſunt in pcepto. Secundo, actus uirtutū ſupnaturaliū fidei, ſpei, & caritatis, ſunt actus honeſti, & tamen non ſunt de lege naturali: natura n. nihil dictat de operib. ſupernaturalib. Vltimo, ſi prima concluſio dicit verū, nō poſſumus conſtituere diſcrimen inter ea q̄ ſunt de lege naturali, & de lege humana: continuo eñ atq; aliqd eſt præceptū lege humana, ptinet ad genus uirtutis, & ſic cōtinetur in pceptis legis naturæ: ergo oēs actus uirtutis in ſpeciali ſunt de lege naturæ. Sed contra ſecundā cōcluſionem arguitur uehementius. Nā lex naturæ præcipit, ut obediam' Superiorib. ergo dato quod Chriſtus eſt Superior, lex naturæ præcipit, ut ei obediamus: ergo oīa pcepta inſtituta a Chriſto, ſunt de lege naturæ. Secundo, lex naturæ pcipit quod obediamus mādatis Superiorum: ergo ſi conſtat hoc eſſe Superioris mādatū, lex naturæ pcipit quod illud obſeruemus. Probatur cōſequentia argumenti: nam id quod inclinat ad antecedens bonæ conſequētiæ, inclinat ſimiliter ad conſequēs, quod inde ſubſequitur. Vltimo, potētia viſiua, qm̄ eſt perceptiua oīum colorū, inclinatur ad uidēdos oēs colores, ſiue ſint a natura, ſiue ab arte, ſiue a ſupnaturali facultate producti. Rurſus, iuſtitia, qm̄ eius officiū eſt conſtituere æqualitatē, conſtituit æqualitatē inter oē æquale, & iuſtū, ſiue naturale ſit, ſiue ſupnaturale; propter quod definiunt univerſi Theologi, quod uendere chariſmata ſpiritualia, eſt contra iuſtitiam, & cōtra legem naturalē, licet ſupnaturalia ſint. ergo lex naturalis inclinat in oē honeſtū, ſiue naturale, ſiue ſupnaturale ſit. Pro explicatione huius difficultatis ſciendū eſt, in multis differre inter legē naturalem, & humanam, de quo ſuo loco dicemus, cū de lege humana actū fuerit, nūc ſat eſt intelligere diſcrimen qd conſtituit Ariſtoteles. Ius (inquit) naturale eandē uim apud oēs hēt, & non qa uī, uel non uī, i. nōn qa rōne humana inuentū fuerit, ius poſitiuum eſt, qd a principio nihil refert, ſic, uel aliter fieri; poſtquam uero ſtatutum eſt, multum refert. Itaque oēm uim habet ex impoſitione. Et iterum dicit, Ius naturale eſt qd oēs uaticinantur, licet nulla ſit pactio. & alibi ſcribit in hunc modum; Ius naturale eſt cōſuetudo non ſcripta, nec rōne humana adinuenta, ſed nobiſcum nata, ut honorare parentes. Ius uero poſitiuum eſt ſimile menſuris uini, & olei, quæ pro qualitate regionum uariantur. Scdo aduertendū eſt, quod lex naturalis in primis ſtatuit bonū eſſe faciendū, malū fugiēdū. Bonū uero hoīs eſt illud propter qd cōſeqtur ultimū finē ſuum; ultimus vero finis hominis in pfect one intellect', & volūtatis cōſiſtit. Tertio e aduertēdū, quod ad huius finis cōſecut onē qdā ſunt adeo neceſſaria, ut eorū neceſſitas oīb. ſit euidens, ut nō eſſe mētiendū, nō eſſe adulterādū. Alia uero ſunt neceſſaria q̄dē, ſed eorum neceſſitas nō eſt omnib. euidēs, ſed īdiget declaratione, & accurata īduſtria, vt talē cōtractū eſſe uſurarium, & uniuerſa hęc ſūt de lege nāli. Alia ſūt q̄ cōducunt ad legē nālē, & finē eius, ſed non ſunt neceſſaria, q̄ pro diuerſitate tporū, & regionū uariantur, & in his diſcernēdis lex humana uniuerſa negotiatur. Ex his patere poteſt, quemadmodū non oīa pcepta ſunt de lege naturali.

Diſfert lex naturalis ab humana.

Ariſto. 5. Ethic. c. 7.

Ariſt. 1. Rhetoric. cap. 13. Lib. rhetor. Alex. c. 1.

Solutio argumentorum cōtra primā cōcluſionem.

Ad primum.

Ad ſecundū.

Vltim.

Ad argumenta contra primā concluſionē, ad primū rūdetur, quod opera honeſta ſupererogationis, q̄ cōnumerantur in argumento, ſunt de lege naturæ, quāuis nō ſint de pcepto; quia ducunt, & pficiunt hoīem ad id qd lex naturalis intendit, ſicuti conſilia Euangelica ſunt de lege Euangelica. Ad ſcdm reſpondetur, quod gratia non oritur ex natura, ſed perficit naturā, & ſupra oēm naturā exiſtit; ſic pcepta ſupernaturalia nō oriūtur ex inclinatione naturali, ſed eā pficiunt. Quapropter qū dicit D. Th. quod oē honeſtū ut tale, eſt de lege naturali, explicādus eſt de bono honeſto, qd rōni naturali eſt cōſentaneū, nō de bono honeſto qd oēm rōnem ſuperat. Ad tertiū arg. ex dictis patet, nēpe ex diſcrimine inter pcepta naturalia, & legis humanę. Ad argumenta contra ſecūdā cōcluſionē, ad primū, & ſecundū reſpondetur, quod dictamina legis naturalis ſunt illa, q̄ ſunt per ſe nota, uel ex per ſe notis per euidentē conſequentiā deducuntur. dictamina uero legis humanæ ſunt illa, q̄ inferuntur ex principijs legis naturæ, mediante arbitramento, & iudicio humano; ueluti ex hoc principio, Malefactores puniendi ſunt, infert legiſlator prudentia humana. ergo fures ſunt ſuſpendēdi. Conſequētia argumenti euidēs nō eſt: ſed conſentanea ſecūdum prudentiam humanā. Itaq; licet mandatū humanū ex lege naturali originē habeat, quia tamen uenit ad hoīes medio iudicio humano, lex humana appellāda eſt, ſicuti Chriſtus Dñs pcepit, quod platis Eccleſiæ obediamus. ceterū qm̄ pcepta platorū deſcendunt ad nos medio, iudicio humano, pcepta humana ſunt, nō diuina. Ad tertium argumentum negatur conſequentia. nā colores quicumque continentur in genere entium naturalium. Rurſus, ſuapte natura iniuſtum eſt, quod quis uendat ea quorum non habet dominium, ſiue ſint naturalia, ſiue ſupernaturalia. Ceterum opera uirtutum ſupernaturalium non continentur in genere naturalium, neque ratione naturali comprehenduntur; & ideo præcepta de operib. ſupernaturalibus omnino ſupernaturalia ſunt. Ex hoc ſequitur, quod non omne præceptum eſt de lege naturali. Rurſus ſequitur, quod non omne peccatum eſt cōtra legem naturalem. Vltimo ſequitur, quod non omnis qui peccat contra finem ſupernaturalem, peccet cōtra finem naturalem, alioqui omne peccatum eſſet contra legem naturalem.

Ad tertium.

Solutio argumentorum cōtra ſecundam concluſionem.

Ad primum et ſecundum.

Ad tertium.

EXPLICATIO ART.

PRima concluſio articuli inde probatur: quoniam ſicut in ſpeculatiuis prima principia ſunt nota quibus nemo poteſt diſſentire; ita in practicis, quo ad communia, eſt eadem veritas, & rectitudo in omnibus. Hoc docuit D. Iſidorus, dũ in libro etymolo. docuit, jus naturale eſſe omni nationi cõmune. Secunda autem concluſio ſic probatur: quia ratio practica verſatur circa cõtingentia, in quib. actiones humanæ reperiuntur. & quanto magis ad particularia deſcẽditur, tãto amplius defectus inueniuntur. Et in hoc ratio eſt diuerſa in operabilibus a ſpeculabilibus: nam in his eadem eſt in principijs, & concluſionibus apud omnes veritas, etſi veritas cõcluſionum non ab omnib. percipiatur; in operabilib. non eſt eadẽ ueritas, vel rectitudo practica apud oẽs, quo ad propria, ſed ſolum quo ad communia. Quo fit, vt communia principia operabilium in particularibus euentibus poſſint inſtantiam admittere; ſicut ſecundum legem naturalem iuſtũ eſt, vt depoſita reddantur: ſed in aliquo caſu id obſeruãdum non eſt, nec expedit; quin potius damnum ſecundum ſe tunc affert, ut ſi quis vellet depoſito adepto patriam impugnare. Eſt inſuſuper alia ratio Diui Thomæ: quoniam quanto plura ad rem vnam conſtituendam requiruntur, tanto magis ibi defectus admiſcetur; & quoniam plura præexiguntur, ſæpius aliquid deficit. In particularibus autem euentib. plura requirũtur, quam requirantur ad commune iudicium: vnde quanto magis ad particularia deſcenditur, tanto eſt magis incerta lex, & inter homines diuerſa.

Concluſio

Pro harum concluſionum maiori expoſitione aduertẽdum eſt, ꝙ præcepta legis naturæ quędam ſunt generalia, & omnibus nota, vt: Bonum eſt faciẽdum, & Quod tibi nõ vis, alteri ne feceris. & hęc principia omnibus hominibus nota ſunt, & ſemper in omni euentu ſunt recta & iuſta. Alia ſunt quæ ex his principijs deducuntur, & inter hæc eſt diſcrimen: nam quædam facili negotio deducuntur, alia magna adhibita diligentia. Secundo eſt aduertendum, ꝙ cum quærimus an lex naturæ vna ſit, poteſt habere duplicem ſenſum: primus eſt, vtrum omnia præcepta legis naturæ ſint eadem apud omnes homines, ſecundus ſenſus eſt, vtrum ius naturale in omni loco, & euentu eandẽ vim habeat, & ſit penitus inuariabile. Tertio notandum eſt, ꝙ iſtæ concluſiones, quamuis neceſſariæ ſint, & vt in plurimum rectæ, & iuſtæ, aliquando tamen deficiunt. Probatur hac ratione, & manifeſtatur exemplo. Nam talia iudicia ſunt de rebus particularibus, quæ habent varias circumſtantias: ergo eorum rectitudo ex circumſtãtijs ſumenda eſt, ſed accidit ſæpenumero quod circumſtantia variatur: ergo id quod prius erat rectum, & iuſtum, deſinit eſſe iuſtum ex mutatione circumſtantiæ. Explicatur hoc exemplo: nam ex hoc principio; Quod tibi non vis, alteri ne feceris, ſtatim ſequitur, ergo alienum non eſt accipiendũ, neque detinendum inuito domino: ex qua cõcluſione ſtatim ſequitur: ergo depoſitum eſt reddendum; quod vt in plurimum rectum eſt, & iuſtum: ſed ſi dominus depoſiti velit eo abuti in ſuam perniciem, aut reipublicæ, ex mutatione circumſtantiæ bonum non eſt quod depoſitum reddatur; & quod videtur deficere ex vna parte a lege naturali, ex alia parte incidit in legem naturalem. Nam ſicut lex naturæ præcipit quod reddantur depoſita, ita præcipit, quod non reddantur depoſita in perniciem reipublicæ. Vltimo notandum eſt, ꝙ iſtæ concluſiones non ſunt notę omnibus: multi enim ſunt qui eas non intelligũt propter ingenij imbecillitatẽ; alij vero, quia oportet multas circumſtantias aduertere, non poſſunt conſequi quod rectum, aut iuſtũ ſit; alij autem propter paſſiones, & cupiditates deprauatas, quibus omne fas atque nefas confundunt.

Explicatur titulus quæſtionis.

Ex hac doctrina ſequitur, quædam eſſe præcepta legis naturæ, q̃ nulla ratione ignorari valent, vt illud, Quod tibi nõ vis, alteri ne feceris. Alia vero ſunt quæ ignorantia inculpabili ignorari valẽt: vt apud imperitam multitudinem poteſt eſſe ignorantia inuincibilis, an ſit licitum mentiri pro ſeruanda uita hominis. Alia uero ſunt de quibus merito poteſt dubitari inter Theologos, an poſſint ignorari inuincibiliter, vt de fornicatione ſimplici. Ratio huius doctrinæ eſt a priori: nam quanto concluſio diſtat magis a principijs, tanto minus euidens eſt. Ex illo principio, Quod tibi non uis, alteri ne feceris; continuo ſequitur: ergo aduerſus alterum non eſt dicendum falſum teſtimonium; ceterum non palã ſequitur: ergo non eſt dicendum mendacium pro ſalute hominis ſeruanda. Item ex eodem principio ſtatim ſequitur: ergo non eſt adulterandum. nam adulterium ſine iniuria alterius committi non poteſt; verum non tam aperte ſequitur: ergo non eſt fornicandum: nam fornicatio nemini videtur eſſe iniurioſa.

Concluſio.

ART. QVARTVS.

Vtrum lex naturalis ſit una apud omnes.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio prima. Lex naturalis eſt vna apud omnes quo ad ſua principia communia.

Secunda concluſio, quo ad particularia iura, quæ veluti concluſiones inferuntur ex illis communibus, vt in plurimum ſunt etiam eadem apud omnes: poſſunt tamẽ aliquãdo deficere, & quo ad rectitudinem, & etiam quo ad cognitionem.

ART. QVINTVS

Vtrum lex natura mutari poſſit.

SVMMA TEXTVS.

Pri. conc.

PRima concluſio. Lex naturalis mutari poteſt, ex eo quod ſibi aliqd additur. Probatur; quoniam lege diuina, & humana aduenientib. multa legi naturæ addita ſunt ad hominum vitam, & ſalutem vtiliſſima.

Secunda.

Secunda concluſio. Lex naturalis non poteſt mutari per modum ſubtractionis, ita vt modo aliquid de lege naturali eſſe deſinat, quod prius non fuerit: eſt enim, quo ad ſua prima principia, penitus immutabilis; & quo ad ſecunda principia, primis proxima, quæ ex illis deducuntur, nunquam mutãtur: verum eſt tamen, poſſe mutari in aliquo particulari, propter ea quæ interuenire poſſunt, vt ſuperiori articulo dictum eſt.

EXPLICATIO ART.

Argum. contra priorem concluſionẽ.
Prim. arg. Gen. 22.
Secundum.

PRo articuli huius expoſitione clariori, in primis contra primam concluſionem arguitur. Nam, Non occides, eſt præceptũ ex illis primarijs: ſed hæc lex mutata eſt: nam præcepit Dominus Abraham, vt occideret filiũ ſuum primogenitum inſontem. Rurſus, lex naturæ præcipit ne furtum cõmittamus, nec uero fornicationem; ſed hæc mutata inueniuntur a Deo, vt cum præcepit filijs Iſrael, vt mutuata Aegyptiorum vaſa ſubriperent; & cum præcepit Oſeæ, ut acciperet mulierem fornicariam.

Exod. 12.
Oſee 1.
Tertium.

Tertio, lex naturæ præcipit, vt aliena reſtituantur: hoc vero per legem humanam mutatum eſt: ſancitum namq; eſt lege humana, ut qui certo tẽpore bona aliena poſſedit bona fide titulo præſcriptionis, nõ teneatur ea reſtituere.

Quarto, libertas eſt de iure naturali, ut habetur in Inſtitutis, de iure naturali &c. §. ius gẽtium. ſed lex iſta mutata eſt nam iure gentium, & conſuetudine populorum ſeruitus introducta eſt.

Quinto, matrimonium clandeſtinum iure naturæ erat ualidum, & hoc mutatum eſt per Concilium Tridentinum,

tinum, & decretum eſt deinde eſſe nullum, & irritum.

Conc. Trid. Argu. ſolut.

Vltimo, iex naturali ea ſunt communia, ſed hoc ius iam eſt reuocatum, ac mutatum: ergo ius naturæ mutari poteſt. Maior huius argumenti eſt ueluti proloquium inter Theologos. Ad hæc argumenta dicendum eſt, & ad

Ad primum

primum r̃ndetur, ꝙ in facto Abrahã pręceptum naturæ non eſt mutatũ: nam lex naturæ tantum pręcipit, ne quis occidat priuata autoritate; Abraham vero ex mandato Dei, qui vitæ, & mortis hēt imperium, occidebat filiũ ſuum. Ex hac ſolutione ſequitur, ꝙ occidere innocentem, nõ eſt intrinſece malum; alioq; Deus non mandaret illud.

Ad ſecundum

Ad ſm argm̃ reſpondetur, ꝙ furtum eſt acceptio rei inuito domino, ex quo ꝯſequens eſt, ꝙ ſi quis accipiat rem aliquam ex mandato Dei, qui eſt Dominus vniuerſorum, furtum non committit. Idem dicitur de fornicatione: nam fornicatio, & adulteriũ eſt acceſſus ad non ſuam. Ex quo ſequitur, ꝙ ſi quis ex mandato Domini accedat ad mulierem hoc copulatam autoritate diuina, fornicatius, aut adulter non eſt.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum r̃detur, quod lex naturalis ſtatuit, vt ſuum cuiq; reſtituatur, quomodo uero, & q̃n acquirantur dominia rerum, lex humana decreuit: ſtatuit itaque lex præſcriptionis, ut poſt certum temporis ſpatium aliena in dominium poſſeſſorum ſcederent, ita quod iam non poſſideant alienum.

Ad quartum.

Ad 4m alia argumẽta dicendum eſt, dupliciter aliquid eſſe de iure naturali. Primo, quia ius naturale ſtatuit, & decreuit quid ſit faciẽdum, uel non faciendum. & hoc non mutatur, nec uariatur ſtatutis humanis. Alio modo dicitur aliquid de iure naturali, quia ius naturale cõtrarium non ſtatuit, ſicuti poſſumus dicere, hominem eſſe nudum de iure naturali, natura non dedit illi veſtitum: ſed ars inuenit, & excogitauit ueſtes. In eodem ſenſu libertas eſt de iure naturali, id eſt, natura nemo ſeruus natus eſt. Idem commentarius eſt cum dicimus matrimonium clandeſtinum eſſe ualidum de iure naturali, ius naturæ non decreuit illud eſſe inualidum.

ARTICVLI SEXTVS.

Vtrum lex naturæ a cordibus hominum deleri poſsit.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Lex naturalis, quo ad ſua prima principia, nulla ratione põt a cordibus hominũ deleri. Probatur in argumento; ſed contra, ex D. Aug. dicente; Lex tua ſcripta eſt i cordibus hoĩum, quam nec ulla q̃dẽ delet iniquitas. Verum eſt tñ, poſſe deleri in particulari operatione, ſm̃ quod ratio a concupiſcentia, uel paſsione ĩpeditur, ne, ut par eſt, communia principia ad particulares applicet actus.

Secunda concluſ. Quo ad particularia p̃cepta, & ſecũdaria põt lex naturalis e cordibus hominum deleri. Probatur: q̃m perſuaſionib' peſſimis, conſuetudinibus prauis, atque corruptis habitib' poteſt, quo ad talia pręcepta deleri, ſicut i ſpeculatiuis varij circa concluſiones errores contingere pñt. Qua de cã quidam non reputabant latrociniũ pct̃m eſſe, ut de Germanis refert Iulius Cæſar in libro de bello Gallico; alij vero uitia contra naturam, non ut peccata fugiebãt, ut Paulus ad Rom. 1. docet.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Homo quamlibet præter naturę legem agat non tamen eſt proſſus abolitam.

Homo certe a ſua concupiſcentia abſtract', & illectus agit multa contra naturalẽ legem, ſed non inde ſequitur, legem naturæ, uel a mente illius protius eſſe abolitam, uel nõ ſatile illi ſcripta. Nam homo, ſicuti iam dictum eſt, per uim liberi arbitrij victus aut metu, aut concupiſcentia carnali, aut ſuaſione diaboli, agere poteſt contra dictamen, & iuditium legis naturæ. Deinde, poteſt homo ſuperſtitione, & perſuaſione falſa, aut conſuetudine, & doctrina praua corruptus, credere vera eſſe multa particularia legi naturę oppoſita, atque contraria; ſed non inde ſequitur, in eo extinctas eſſe leges naturæ illis particularibus oppoſitas. Poteſt namque homo praua ſuaſione corruptus credere verum eſſe id, quod contrariatur alicui naturali legi particulari, etiam actu intus ſuggerenti. Quemadmodum. n. in ſpeculatiuis non omnia principia ſunt omnib. euidẽtia, & per ſe nota, ſed ſolum communiſſima, qualia ſunt illa, De quolibet affirmatio, uel negatio vera eſt, de nullo uero ſimul: Quodlibet eſt, uel non eſt: ita non omnia principia naturalis legis in moralibus ſunt omnibus euidẽtia, & per ſe nota, ſed ea ſolum, quæ ſunt communiſſima, qualia ſunt bonum, & iuſtum eſt faciendum, malum & iniuſtum eſt fugiendum, atque ita nõ poteſt pers particularium principiorum aſſentire, & dictare adulterium & homicidium eſſe licitũ, & faciendum, nõ obſtante, ꝙ intus naturalis legis ſtimulus in contrariũ ſuggerat. Ceterum dicemus ĩ homine ullo aliquod dictamẽ naturalis legis prorſus ĩ ſua ſpecie eſſe extinctũ, atq; ſopitum: non tñ inde ſequitur, in eo eſſe prius extinctam legẽ naturę cõem, ex qua tãquam ex principio cõi, illa particulare, tanquã concluſio, natum eſt conſequi. v. g. Olim apud Germanos latrocinium non reputabatur iniquum, ut refert Iulius Cæſar. Secundum ſniam quoque Pauli Apoſt. Gentes Romanorũ, uel Ægyptiorum adeo erant mentibus obtenebratæ, ut pro Deo uero, & immortali colerent imaginem corruptibilis hominis, & quod deterius eſt, reptãtia aĩalia, imaginesq; volucrum, quadrupedũ, & ſerpentum: quamobrẽ & De' tradidit illos in reprobum ſenſum, quo facerent contra naturę leges, & ſm concupiſcentiam cordium ſuorum contumelijs afficerent corpora ſua, mutantes naturalem uſum in eum qui eſt contra naturam, maſculi in maſculos, & feminæ in feminas fœditatem operantes: conſuetudineq; praua adeo fuerunt corrupti, ut reputarent abominanda ꝓ naturam uitia non eſſe peccata: in quibus tñ lex naturalis, ſm principia communiſſima non prorſus erat extincta, cum & Apoſtolus in eodem capite dicat de eiſdem, ꝙ iuſtitiam Dei, ſempiternam quoq; uirtutem, ac diuinitatem nouerant, ita ut ſint inexcuſabiles. Item, immolare filios ſuos, & filias ſuas dæmonijs a multis gentibus putabatur licitum & honeſtum, ac faciendum eſſe: quod tñ ab eidẽ in uniuerſali ſciebatur eſſe illicitum. Vniuerſale principium legis naturæ eſt, bonum eſſe proſequendum, malum aũt eſſe uitandum, & ſuper hoc principio fundantur oĩa alia legis naturæ pręcepta: multa aũt ſunt præter communiſſimi illius principij p̃ceptũ, quæ deriuantur ex illo, in quo nõ errare non poteſt. Nec enim gens ulla eſt, quæ neſciat declinandum eſſe a malo, & bonum eſſe faciendum, nihilq; iniuſte eſſe perpetrandũ, ſed error accidit in particularibus, an hoc ſit bonum, iuſtum, & æquum, an potius illud; an Chriſto, quem Chriſtiani colunt, ſit ſacrificandum, cultuſq; latriæ exhibendus, an potius ei quem gẽtes falſo credunt Deum eſſe. Nemo dubitat, an oporteat Deum honorare, colere, & diligere; ſed ſuper hoc, an hunc oporteat, an alterum colere errãt multi. Nemo dubitat, an rectum, & honeſtũ ſit ꝓ iuſtitiæ regulam agere, ſed dubitatur, an hoc, uel illud ſit agere ꝓ iuſtitiæ regulã, an nõ. Nemo eſt, q neſciat, nõ eſſe fas cuiquã, ut interimat aut ſemetipſum, aut alium ꝓ iuſtitiã, aut ꝓ naturale legẽ, ſ; an ex tali, uel tali cã ſe metipſũ occidere ſit agere ꝓ iuſtitiã, aut naturalẽ legẽ, ignoratur a multis. Vñ & Plato in libro Menonis, Nemo, inquit, ambigit, nemo uel in iudicijs, uel alibi diſceptat, an iuſtitia Deo placeat, an iniuſtitia diſpliceat; an is, q iniuſte uiuit ſit pœna dignus: uerũ de hoc potius homines inter ſe diſceptant, quis iuſte fecerit, & quid agendo, & q̃n agendo agit iniuſte. Hactenus de naturali lege.

Cęſar de bello Gallico lib. 6.

Rom. 1.

EXPLICATIO ART.

Hanc concluſionem optime probat D. Tho. Nam humano generi maxime eſt neceſſarium, vt aliquorum coerceatur audacia, & tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrænetur nocendi facultas: hęc aũt oĩa legibus exhibitis obtinēda ſũt vt ait Diu' Iſidorus: ergo leges cōſtituendæ ſunt ab hominibus.

Iſidor.

QVAEST. XCV.

De lege humana ſecundum ſe, in quattuor articulos diuiſa.

Hanc rōnem amplius oſtendit D. Thom. quamuis n. homo naturalem habeat ad virtutem inclinationem, virtutis tñ perfectionem homo adipiſci non pōt, niſi media aliqua diſciplina: ſicuti quãuis homini ſit naturalis inclinatio qua ſuis neceſſitatib. ſubueniendis inſiſtat; non tñ eis complete poterit ſatiſfacere, niſi media aliqua diſciplina, & arte: non. n. a natura hēt tegumenta, neque alia oĩa neceſſaria, niſi per artem ea quærat. Hanc uero diſciplinam, qua homo perfici debet, non pōt quiuis a ſe habere ſufficienter: qm̃ virtutis perfectio in eo ſita eſt, vt hoĩes ab indebitis retrahat delectationibus, ad quas cum homines ſint proni maxime, ac præcipue iuuenes, oportet huiuſmodi diſciplinam ab alio ſortiri. Et quidem eorum reſpectu, qui ad uirtutē proni ſunt, ex bona naturæ diſpoſitione, aut ex diuino munere, & beneficio ſufficit diſciplina quædã, monitionibus, exhortationibuſq; tradita: qm̃ tñ ſunt quidam proterui, & impij, & ad vitia proni, a qbus nullatenus auerti pñt, oportuit vi, ac metu eos a malignitate cohibere, vt id, quod hominibus neceſſariũ diximus, acquiratur. Huiuſmodi aũt diſciplina metu pœnæ cogens, eſt legum diſciplina: neceſſarium ergo fuit leges ab hominibus ſtatui, quibus pax haberetur, virtutes quærerentur, uitia fugarentur, & omnibus viris probis innocentia tuta eſſet.

Lutherus. Primum arg. Mat. 15.

Hic tamen adnotandum eſt, quod Lutherus hæreticus negat leges humanas eſſe vtiles, aut neceſſarias, & citat in huius rei confirmationem illud; Sine cã colunt me, docentes doctrinas, & mãdata hominum, quod teſtimonium ita explicant Lutherani, ut dicãt, Chriſtum Dominum deobligare homines Chriſtianos ab obſeruatione ſtatutorum quorumcũque hominum.

Secundum. Deut. 4.

Secundo, citat illud; Non addetis ad verbum, quod ego uobis loquor, neque auferetis ex eo; ſed leges humanæ ſunt additiones ad legē diuinã: ergo prohibitæ ſunt.

Tertium. Gal. 5.

Tertio allegat illud; Spiritu ducimini, ſub lege non eſtis; ſed omnes Chriſtiani ducuntur ſpiritu: ergo ſub lege non ſunt.

Quartum.

Quarto adducit teſtimonia Diui Pauli, in quibus prędicat libertatem Chriſtianam: quibus abutuntur iſti hæretici, vt dicant, populum Chriſtianum eſſe liberum ad faciendum quoduis, quod iuſtitiæ, & caritati non aduerſatur, ut v.g. ad ducendum uxorem, ad comedendum qbuſcũque cibis ſine delectu, & quocũque tempore, & alia id genus: quo uno principio ſubuertunt placita Eccleſiæ, & decreta Pontificum uniuerſa.

Quintum.

Quinto, Prælati ſunt ſucceſſores Apoſtolorum; Apoſtoli vero ipſo nomine ſuam poteſtatem pręſe ferũt: dicuntur enim legati, & miſſi: ex quo conſtat, non fuiſſe Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus aliam poteſtatem, quã enunciandi, quod habebant in mandatis: ergo non habēt auctoritatem noua præcepta inſtituendi.

Sextum.

Præterea, lex Euangelica eſt perfectiſſima, & eſt ſufficiens ad omne opus: ergo ſuperfluum eſt leges humanas conſtituere. Probatur ex illo, Omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docendum, arguendum, ad corripiendum, & erudiendũ in iuſtitia, ut perfectus ſit homo Dei, & ad oẽ opus bonum inſtitutus. Idem probatur ex illo; Vnctio docebit uos de oĩbus. Diuus Chryſoſtomus dicit, Euangelium oĩa cōtinet, præſentia, & futura, & oĩa quæ ad pietatem ſunt neceſſaria. & D. Aug. Cum Dominus Ieſus multa feciſſet, non omnia ſcripta ſunt, ut ipſe Ioannes Euangeliſta teſtatur; electa tamẽ ſunt, quę ſcriberentur, quæ ad populi Chriſtiani ſalutem neceſſaria

2. Tim. 3. 1. Ioan. 2. Chryſ. hom. 1. in epiſt. ad Titum. Aug. tract. 49. in Ioan.

eſſe videbantur. Sed ex alio capite Lutherani vltimo argumentãtur. Lex Euangelica, ſecundum doctrinam Apoſtolorum, ex inſtitutione Chriſti eſt lex libertatis, reſpectu ueteris legis, quæ reſpectu nouæ legis fuit lex ſeruitutis: Apoſtoli enim definierunt legem Euangelij, eſſe

Vltim.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum utile fuerit aliquas leges ab hominibus poni.

Concluſio eſt affirmans.

Concluſ.

legem libertatis; non ex eo ſolum, quod a dominio peccati liberat, ſed & quia minus onerat, præceptaque pauciora, ac leuiora habet, quã olim habuit lex Moyſi: Chriſtus nempe appellat iugum ſuum ſuaue, & onus leue. Vnde & Apoſtoli in Concilio congregati, definierunt, hominibus non eſſe imponendũ iugũ præceptorum ueteris legis, propter ipſorum præceptorum, & grauitatem, & multitudinem. Quid tentatis Deũ, (inquit Petrus) imponere iugum ſuper ceruices diſcipulorum, quod neque nos, neque Patres noſtri portare potuimus? ſed per gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti credimus ſaluari, quemadmodum & illi. & adijcitur in Cōcilio Apoſtolorum; Viſum eſt Spiritui ſancto & nobis, nihil ultra imponere uobis oneris, quam hęc neceſſaria, vt abſtineatis uos ab immolatis, &c. Si nihil oneris ultra noluerunt imponere, noluerunt igitur apponere ſeruitutem neque maiorem, neque tantam, quanta fuerit veteris legis ſeruitus. Cum ergo canones, & decreta Pontificum, leges & conſtitutiones humanæ ſint multo grauiores, & plures, quam pręcepta ueteris legis, conſequēs vr̃, prælatos Eccleſiæ non bene agere adijcientes legi Euangelicæ tantam humanarum legum, & conſtitutionũ multitudinem. Sic & uenerabilis Auguſtinus, ſuo ſeculo attendens graue onus humanarum traditionum, eos q̃ huiuſmodi traditionibus comprimebant populum, arguit. Ipſam (inquit) religionem noſtram, quam Dei miſericordia manifeſtiſſimis, & pauciſſimis celebrationum ſacramentis noluit eſſe liberam, ſeruilibus quidam premunt oneribus, ut tolerabilior ſit conditio Iudæorum, q̃ legalibus ſacramentis, non humanis pręſumtionibus ſubijciuntur. Si ſuo tempore dolebat Auguſtinus, quid hac noſtra tempeſtate (inquit Gerſon) dixiſſet, ubi per varietatem temporum incredibilis acceſſit humanarum pręſumtionum uarietas. Hic error Lutheranorum confutatur efficaciter ex teſtimonijs ſacræ ſcripturæ, & ex traditionib. Eccleſiæ, a tēporibus Apoſtolorum vſque ad nr̃a tempora deductis. Certe D. Paul. vindicauit ſibi auctoritatē excōicandi, & condendi leges. Item pōt ꝯfirmari rōnibus euidentibus, quas hēt D. Th. in articulo: ſed qm̃ iſti hæretici rōnes deſpiciunt, & traditiones contēnunt, teſtimonijs diuinæ ſcripturæ ſunt conuincendi. Chriſtus Dñs ſic dicit, Super cathedram Moyſi ſederunt principes & ſacerdotes, quæcũque dixerint vobis ſeruate, & facite. & iterum; Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tanquam ethnicus, & publicanus. &, Qui uos audit, me audit; qui uos ſpernit, me ſpernit. Sed vnus D. Paul. ſufficit ad ſubuertēdum hoc dogma impijſſimum: dicit enim; Oĩs aĩa ſublimioribus poteſtatibus ſubdita ſit: & iterũ, Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit: & rurſus, Obedite ꝓlatis, inquit, & eis ſubiacete. Sed eſt inſigne teſtimoniũ, Actorum 15. & 16. ſcribitur. n. q̃ Paulus perambulabat Syriam & Ciliciam, ꝯfirmans Eccleſias, præcipiens cuſtodiri mãdata Dñi, & Apoſtolorum, ac ſeniorũ. Et hæc ſatis ſunt ad confutationem huius erroris. Vnde ad primum argũm rñdetur, q̃ in illis verbis non reprobant Dñs oĩa mãdata, & doctrinas hoĩum; ſed carnalia, & q̃ illis mãdatis derogabãt, cuiuſmodi erant illæ traditiones Phariſæorũ, qbus pceptũ de honorandis parentibus, uacuũ, & ridiculũ reddebatur: im ꝓbat ſuꝑſtitioſa lauacra, & ceremonias, quas ꝓ pceptis diuinis populo ingerebant; imo diuinis ſanctionibus anteponebant. Et quod hic ſit legitimus commentarius, patet intuenti litteram.

Act. 15. Auguſt. Confutatur error Lutheri. 1. Cor. 5. 1. Cor. 7. Mat. 23. Mat. 18. Luc. 10. Rom. 13. Heb. ult. Act. 15. & 16. Solutio. arg. Lutheri. Ad primum.

Ad ſecundum.

Ad ſecundum argumentum, ut reſpondeatur, ſciendum eſt, quod hęretici Lutherani ex teſtimonio adducto in argumento, & ex alio teſtimonio, quod habetur Deuteronomij 12. quod hēt in hunc modum, Quod ego præcipio

Deut. 12.

cipio

cipio vobis, hoc tantum facite; & non addetis, neq; minuetis ex eo. item ex illo, Si nos, aut Angelus de cęlo aliud vobis euangelizauerit, præter id quod euangelizatum eſt anathema ſit. Ex his teſtimonijs Lutherani omnes reijciunt omnia decreta Pontificum, & omnes leges humanas, quia (inquiunt) habent aliud Euangelium, & aliud præter id quod Euāgelizatum eſt. Sed cum Catholici quærūt ab hæreticis, vtrum Prophetæ qui ſecuti ſunt Moyſen, & Chriſtus Dominus, & Apoſtoli, multa addiderint ad ea q̄ lege Moſaica ſcripta ſunt; certe muti ſunt, & neſciunt reſpondere. Dicendum eſt ergo, ꝙ nihil eſt addendum diuinis ſcripturis, quod auctoritatem earū labefactet, aut ſubuertat. Vel dicendum eſt, nihil eſſe addendū, aut auferendum ex diuinis literis; id eſt, verbum, quod non eſt diuinum, non eſt inſerēdum pro verbo diuino: & id quod eſt verbum diuinū, tamquā verbum hominum nō reijciatur.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum reſpondetur, verum eſſe, & manifeſtū, Diuū Paulum agere de abrogatione antiquę legis: nam de hac erat controuerſia inter Galatas, utrum ex neceſſitate obſeruanda eſſet. Quod ſi quis contendat facere ſermonem de vniuerſa lege, habet huius ſententiæ varias explicationes in principio huius materiæ de legibus.

Ad quartum.

Ad quartum argumentum rñdetur, ꝙ D. Paulus loquitur de libertate Chriſtiana, non carnali, quæ in hoc ſubſtātialiter conſiſtit, vt homo a ſeruitute peccati liber, vni Deo adhæreat, ſemper ex amore faciens quæ ei placita ſunt: ad hanc vero libertatem maxime conducunt ſtatuta humana, vt omnia ex ordine fiant, quamuis libertatem carnis diminuant.

Ad quintum.

Ad quintum argumentum reſpondetur, ꝙ Apoſtoli, & eorum ſucceſſores non ſolum ſunt Apoſtoli, ſed Epiſcopi, & paſtores, quib. proinde competunt officia paſtorū, paſcere & gubernare. Attendite, inquit Paulus, uobis & vniuerſo gregi, in quo Spiritus ſanctus uos poſuit regere Eccleſiam Dei.

Act. 20.

Item dico argumentum ex etymologia nominis eſſe inualidum: ſicut non valet; eſt conſul: ergo tantum habet in officio conſulere: eſt dictator: ergo habet tantum in officio dictare: eſt Epiſcopus: ergo habet tantum ſuperintendere.

Ad ſextum.

Ad ſextum argumentum reſpondetur, ꝙ in lege Euangelica continentur omnia neceſſaria ad ſalutē in cōi, & in genere, & inter ea continetur vnum, ꝙ obediamus prælatis noſtris: item continetur illud, State, & tenete traditiones, quas didiciſtis, ſiue per epiſtolam, ſiue per ſermonē. Sed de traditionibus diſputare, alterius negotij eſt.

2. Theſ. 2.

Ad vltimum.

Ad vltimum arg. quod aſſumit, legem Euangelij eſſe legem libertatis, non ſolum ea ratione ꝙ ab omni peccato liberat, ſed etiam quia minus aggrauat, præceptaq; pauciora, & leuiora q̄ lex vetus habeat. Reſpondetur, hoc vtique verum eſſe, quia per legem Euangelij efficiuntur homines liberi a iugo præceptorum legis Moyſi, quod magis onerabat; tum ex difficultate oneris illius legis; tum ex multitudine præceptorum legis illius; tum ex infirmitate hominum quibus lex illa erat data, quorum erat ferre, ſeu portare legis onera. Grauitas oneris legis illius pēſatur ex difficultate externorum operum, quorum plurima in lege illa ex ſeipſis erant grauia, ac difficilia. Infirmitas autem ſeu imbecillitas hominum ſub lege illa patet, quia datio legis illius ex ſe gratiam non conferebat adiuuantem. Lex per Moyſen data eſt (inquit Ioānes) gratia, & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Ioan. 1.
Rabbi Moyſes.
Præcepta veteris legis quot.

Multitudo pceptorum manifeſta eſt: nam, vt inquit Rabbi Moyſes, ducenta, & octodecim ſunt præcepta affirmatiua ſecundum numerum membrorum hominis, trecenta autem, & ſexagintaquinq; præcepta negatiua ſecundum numerum dierum anni, in quibus vniuerſis cuſtodiēdis, ſingulisq; pollutionum generibus cauendis, tanta (inquit) erat difficultas, vt vix vnum ex mille inueneris mundum. Inter hæc omnia præcepta erant pauciſſima moralia: ceteris omnibus igitur iudicijs, cęremonijs, & obſeruātijs Chriſti morte ſublatis, remanent in lege Euangelica ſola moralia pręcepta, ſuperadditis præſtantiſſimis quibuſdam ſacramentis, numero pauciſſimis, & obſeruatione faciliimis.

Obiectio.
Num conuenienter lex vetus grauis & oneroſa fuerit.

Hic iam dixerit fortaſſis quiſpiam; lex Moyſi, iuxta Pauli Apoſtoli doctrinā, fuit impoſita hominibus adhuc imperfectis, tamquam adhuc paruulis & ſub pædagogo degentib. paruulis autem, atq; infirmis imponenda ſunt non onera grauia, ſed leuia, ac facilia, perfectioribus adijciuntur altiora: vr̄ igitur ꝙ lex Moyſi debuerit ꝓ illo populo minus oneroſa eſſe, & præcepta continere faciliora. Et hāc quoq; ſniam vr̄ corroborare doctrina Chriſti, adijcientis legi antiquorū præcepta quædam perfectionis obſeruatione difficillima.

Solutio.

Rñdetur iuxta Pauli Apoſtoli doctrinam, paruulus adhuc rudis ac petulans nondum eſt amans iuſtitiam, ſuarumq; ſequax eſt paſſionum, & idō ſua libertate vti non poteſt, neq; ſuis viuere legib. quaſi hæres: ſed ſub tutorib. ac ſub pædagogo elementis quibuſdā ætati illi congruis ad tempus inſtituendus, ac manu ducēdus eſt, coercenduſq; monitis, præceptis, & externis operib. quibus laſciuiens refrænetur ætas, donec venerit tempus perfectæ diſcretionis, adeundæ hæreditatis, vt iam non amplius ſolo timore ducatur, neq; ſub ſolis viuat tēporalibus elementis, ſed ex ſe ea quæ recta, & iuſta ſunt, faciat: & tunc illi ſunt intimanda, declaranda, expreſſeq; vetanda, quæ dum paruulus erat, capere non poterat: huiuſmodi ſunt interni motus animi cōcupiſcentiarum, & cupiditatum, q̄ in ueteri lege, populo adhuc carnali, non ſic expreſſe erant vetitę ſub comminationib. mortis corporalis, aut temporalis pœnæ infligendæ: quemadmodū neq; motus interni caritatis, humilitatis, patientiæ, manſuetudinis illis proponebantur ſub ſpe cęleſtis, & æterni regni. Atq; ita ſane mādatis veteris legis Moſaicæ in Euāgelio ſunt ſuperaddita mandata quædam moralia, difficillima his q nondum ſpiritū habent Euāgelij.

Matth. 5. & alijs locis.

Huiuſmodi ſunt, non aſpicere mulierē ad concupiſcendum; pro perſequentib. & inimicis orare, eoſq; diligere, & non reſiſtere illis, ſed patiēter ferre iniurias illatas, animamq; pro fratrib. ponere: relinquere oīa ꝑ Chriſtum, crucifigere carnem cū vitijs & cōcupiſcentijs ſuis: hæc, & id genus alia perfectionis opera populis carnalib. nondum ſuaui iugo Chriſti deductis difficilia, lege Moyſi non ſic expreſſa, pcipiuntur in Euangelio. Sed non inde ſequitur, onus Euāgelij hominib. ſub Euangelio eſſe grauius, q̄ onus legis veteris erat hominib. ſub lege Moyſi degētib. Nam ſpiritus Euangelij, qui legem caritatis ſcribit in viſcerib. hominum, facit huiuſmodi pcepta eſſe leuia, & ſuauia, ſic animas intus afficiens, vt regnum mundi, & omnem ornatū ſęculi contemnant propter amorē Dñi noſtri Ieſu Chriſti: ſpiritus aūt legis Moyſi ſolū indicans, quidnā eſſet faciendum, & non adiuuans ad implendū, timorem incutiebat populo illi, q̄ diu adhuc manebat carnalis.

Onus Chriſti leuius.
Lex Moyſi grauis.

Sed nō inde ſequitur, ꝑ legem Euangelij Chriſtianos eſſe liberos a præceptis, & obedientia ſuorū parentum, Prælatorum, & ſuperiorum poteſtatum: Nam & ſupra pcepta legis Moyſi et oportuit veterē populum ſuis parētib. & ſuperiorib. obedire in multis operib. ad q̄ alioqui non obligabatur populus ille iure diuino. Vnde Pau. Apoſto. Spiritu ſancto Apoſtolico ſuo præuidens quoſdam hoīes reprobos futuros, qui praue eſſent intellecturi libertatē Euangelicā ꝑ Chriſtū nobis impēſā, toties, totq; reiteratis vicib. inculcat, & exaggerat, nos iā factos Chriſtianos oportere ſubditos eſſe parentib. ppoſitis, principib. & ſublimiorib. poteſtatib.

Obiectio.

Iā ſi quis dixerit qui liberatur ab una ſeruitute, & denuo premitur alia, vel æquali, vel maiori, nō magis eſt liber q̄ prius extiterat, veluti q liberatus ab vno vinculo corporali, ruſſus aſtringitur alio æquali, aut fortiori. Sed canones, & decreta Pontificum, legeſq; ſuperiorum poteſtatū ſunt multo grauiores, & plures q̄ olim veteris legis pcepta: ergo ꝑ legē Euangelij non efficiuntur hoīes magis liberi q̄ erat veteris legis populus.

Solutio.
Superiorum leges & præcepta qualiter imponi debeant.

Reſpondetur, ſecundam propoſitionem antecedentis falſam eſſe, ſicuti ex ſuperiorib. manifeſtum eſt. Nā huiuſmodi leges poſitiuæ adiectę pceptis Euāgelij cōgruunt ad lucrum fidei, & Chriſtianæ caritatis, ad fouendam tranquillitatem, & pacem reipublicæ, & ita non ſunt onus grauās, ſed alleuiās, neq; Papa, neq; Imperator poteſt imperare hominibus ſibi ſubiectis, veluti ſeruis, & mancipijs, neq; pro ſuis itē lucris ac cōmodis canones, aut leges imponere, ſed ꝑ lucro, cōmodo, & ſalute ſubditorū, quib. ceu filijs, tamquā pr̄ & paſtor præeſſe dēt, non tamquā dñs gubernans libidine dominandi. Ex his igitur manifeſtū eſt, quo nā modo, qua inſuper ratione ſuper veteris legis populū fuerit

iugum aſperum, atque amarum, & onus graue: nempe ſeruilis ille timor, quo populus ille, legi varius Dei cęli & terræ coagulabatur; pœnam habebat, atq; animi amaritudinem. Onus inſuper mandatorũ graue erat, cũ ꝑp multa difficilia opera extranea illic iuſſi, & vetita, tũ ꝑp imbecillitatem virium populi illius adhuc rudis, qui quatenus manebat in lege Moyſi, nondũ tranſiens in Chriſtum, nõ habebat ſpiritum dulcedinis adiuuantem. Inſuper ex ſuperiorib. liquidum eſt, quonam modo, & qua rõne iugũ Chriſti ſit ſuaue, & onus pręceptorum eius leue: quantũlibet enim ipſe Chriſtus iuſſerit, aut ꝓhibuerit internos animi motus, onus tñ leue eſt ꝑp iugum Chriſti ſuaue, ceruicis humeris animarum noſtrarum immiſſum. Vnde iugum (de quo Chriſtus) imungere appellatum, eſt Euangelica caritas, ex fide in Ieſum mediatorem, qua ad inuicem iungimur, tamquam vnius corporis membra, mirabili quodam nexu Spiritus ſancti adhærentia Chriſto, vt capiti noſtro: nobis aũt nunc adinuicem tali iugo copulatis Chriſto, mandata eius non ſunt grauia, id eſt, moleſta, nobis quaſi inuitis impoſita, ſed iucunda & delectabilia ſuper aurum, & topazion. Quod ſi per iugum Chriſti, velis intelligere legem euangelicam, & per onus, laborem in cuſtodiendis mandatis, in eandem recurris ſententiam.

Lex vetus grauis.

Iugum Chriſti ſuaue.

Iugũ Chriſti quare iugum appellatur.

Nam caritas facit omnia eſſe voluntaria, & ita leuia, & ſuauia. Iugũ caritatis, quamuis ſit via arcta tumidis, elatis, ſuperbis, camelis, ſeu gibboſis, id eſt, ſarcinis cupiditatũ oneratis, cęteriſq; omnib. qui nondum intrauerunt anguſtam fidei portã, quam & pauci inueniunt currentes in campos licentiæ ſecundum viã amplam, id eſt, ſecundum ꝓpriam concupiſcentiam, ſeu ſecundum amorem ſui, ſecũdum amorem mũdi huius, aut carnis ſuæ, qui ſane amor ſui ducit animam ad ꝑditionem: attamen larga, & ſuauis omnibus iam factis paruulis, & humiliatis, ambulantib. in ea dilatato corde, id eſt, amantib. & diligentib. docente Propheta: Viam mandatorum tuorum cucurri, cum dilataſti cor meũ. Ex huiuſmodi ergo Saluatoris teſtimonio non recte concluditur, parentes, & Eccleſiæ Prælatos non poſſe dare mandata, aut ordinationes, qb. teneamur obedire: nã & caritas, qua & nos inuicem ſuperiores arbitramur, facit nos lubenter, ac ſpontanee obedientes eſſe parentib. & ſenioribus, omnib. reddit debitum: cui honorem, honorẽ; cui tributũ, tributũ; cui obedientiam, obedientiã.

Caritas onera leuia facit.

Pro intelligentia aũt doctrinæ Petri, cęterorũq; Apoſtolorum, & ſeniorum definientium, præcepta veteris legis, propter eorum grauitatẽ & multitudinem, non eſſe imponenda populo Chriſtiano, iam per Chriſtũ in libertatem vocato, ſciendũ eſt, ꝙ Petrus coarguit Iudæos, qui confiſi in operib. legis Moyſi putabant ſe non poſſe iuſtificari ſine carnis circũciſione, & obſeruatione legaliũ ſacramentorum. Vnde in principio eiuſdem capitis ſic recitat Lucas. Quidam deſcendentes de Iudæa docebant fratres, dicentes eis, Quod niſi circumcidamini ſecũdum morem Moyſi, non poteſtis ſaluari: atq; ita facta ſeditione nõ modica aduerſus Paulum & Barnabam, ordinatũ eſt, vt ipſe Pau. & Barnabas, & quidam alij ex ipſis ſuper hac quæſtione aſcenderent in Hieruſalem. Ex quibus manifeſtũ eſt, quoſdã male docuiſſe fratres, tradentes neminẽ poſſe ſaluari ſine operib. legis Moyſi, iugumq; legis Moyſi, quæ & lex Dei erat, adhuc poſt Chriſtũ datum habere vim obligandi ex rõne voluntatis diuinæ, quaſi ꝑcipientis, ac definientis, ſine illis ſalutem eſſe non poſſe. Hoc aũt falſum eſſe, in Conc. Apoſtolorum, & ſeniorum Hieroſolymis ſolenniter celebrato, & conuocato declarauit Pet. ap̃ꝓbauerunt Barnabas, & Pau. iudicauit Iacobus Hieroſolymorum Eps: ad eum. n. tamquam ad iudicẽ ordinariũ in propria diœceſi reſidentẽ pertinebat pronũciare Apoſtolorum ſententiam, etiam in præſentia Petri, vniuerſæ Eccleſiæ Epiſcopi. Poſtquam tacuerunt Paul. & Barnabas, reſpõdit Iacobus: inquit ſcriptura, Viri fratres &c. Priuſquam tamẽ Iacobus definiret, magna inquiſitione, & examinatione facta de qõne illa, vtrum de circũciſione lex Moyſi eſſet ad ſalutem neceſſaria: ſurgens Pet. in Cõcilio primus, commoſtrans primum ſe diuinitus electum ad prędicandũ gentib. diuinituſq; edoctum, explicat Deũ purificare corda gentium ex fide, abſque circumciſione & obſeruatione veteris legis, & concludens ait: Nunc ergo vos quid tentatis Deum, imponentes eis iugũ legis Moyſi, qd neq; nos, neq; Patres noſtri portare potuimus: ſed credimus vnumquemque, tam gentilem, q̃ Iudæum ſaluari gratis per fidem in Ieſum: ſine fide non eſt circumciſus Iudæus melior gentili incircumciſo. Fuit quidem populo Iudæorum ad tps lex impoſita, ſed ex operib. legis ſine fide non potuit iuſtificari: lex. n. ſpiritualis erat, continens cęremonias, vmbras, figuras, ſigna Chriſti tunc futuri, quo adueniente, tranſierũt vmbræ, & figuræ. In vtriuſque igitur quamuis ad ſalutem neceſſaria eſt fides grã, neutris tñ imponenda ſunt legis Moyſi ſacramenta. Hãc Petri ſnĩam approbauerunt Paulus & Barnabas narrãtes quanta Deus per eos prodigia, & ſigna oſtendiſſet inter gentes: atq; ita tandem iudicio ſuo eandem ſnĩam confirmat Iacobus. Poſtremum placuit Apoſtolis & ſenioribus cum tota Eccleſia, viros mittere ad Antiochiam &c.

Exponitur præceptum Apoſtolorũ Act. 15.

Sed videamus iam conſequenter, ẽt ex doctrina Apoſtolorũ in eodem loco, conſequens eſſe, eum qui iam per gratiam Chriſti ſalutem eſt aſſecutus, oportere obedire non ſolũ præceptis diuinæ legis, ſed & Eccleſiæ prælatorum mandatis ac ordinationib. ad lucrum, & cuſtodiam caritatis in plebe. Cum omnes cęremoniæ veteris legis, publicato iam Chriſti Euangelio, forent extinctæ, tñ & ibidẽ Apoſtoli ad lucrum, & cuſtodiam puſillorum iuſſerunt ad tẽpus ſeruari quædam cęremoniarum pręcepta; veluti abſtinere a ſanguine animantis, & a beſtia ſuffocata, a carne idolis immolata, & a fornicatione, quã gentes cõmuniter ſibi licere exiſtimabant; quamobrem neceſſariũ fuit eam ſimul cum alijs illicitis prohibere. Hęc ad litterã fuerunt in exordio fidei prohibita, non ad obſeruandũ cæremonias legis, ſed ꝑp neceſſitatem, ſeu vtilitatem illi tempore congruentem, vt videlicet expeditius, atq; ſolidius Iudæi & gentes ſimul habitantes coaleſcerent. Iudæi nẽpe propter veterem conſuetudinem abominabantur ſanguinem, & ſuffocatum: eſus aũt cibi idolis immolati ſi gẽtibus fuiſſet admiſſus, potuiſſet dare Iudæis occaſionem ſuſpicãdi de reditu earũ ad idololatriã. Ad coagulandum igitur Iudæos ſimul, & Gẽtes in vnitatẽ fidei, & Chriſtianæ pacis, q̃dam in principio vetuerunt Apoſtoli, quæ trãſeunte tpe, & ceſſante prohibitionis cã, facta ſunt licita. Fornicatio aũt ſimplex, quæ eſt naturali iure illicita, & illic prohibetur ꝑp gentes, qui putabant eam non eſſe peccatum. En vides, candide lector, Apoſtolos in generali ſynodo, docente Spiritu Sancto, ex cã prohibuiſſe q̃dã, quæ neq; diuino iure, neq; naturali erant illicita, aut vetita.

Quod oporteat eũ qui iuſtificatus eſt ſub legibus ſuperiorũ eſſe oſtenditur ex doctrina Apoſtolorum.

Demum in fine eiuſdẽ capitis dr̃; Perambulabat Pau. Syriam, & Ciliciã, confirmans eccleſias, præcipiens cuſtodiri præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum. Vides igitur ex Apoſtolica doctrina obediendum eſſe ꝑceptis ſeniorũ. Nec obſtat, ſi qui ſint, qui legib. poſitiuis ſubeſſe contẽnunt: nam præfectus eccleſiæ non tam ad ſingula mẽbra, q̃ ad vniuerſum corpus, ne pereat, habet attendere. Ad ea q̃ ex doctrina Aug. ad inquiſitiones Ianuarij aſſumuntur in eodem argumento, reſpondetur, ꝙ Aug. ibidem reſpondẽs quæſtionib. Ianuarij, in fine libri contra illos loquitur, q̃ religionem Chriſtianã onerib. & cõſtitutionib. humanis imprudenter onerare præſumunt, non habentes conſiderationem, an ita præcipi debeat communitati Eccleſiæ ad ædificationem aut pacis, aut fidei, aut bonorũ morũ. Vñ Aug. ibi nihil facit obſeruationes illas, q̃ neq; ſanctarum ſcripturarũ auctoritatib. continentur, neq; in Concilijs Epiſcoporum ſtatutę inueniuntur, neq; cõſuetudine vniuerſæ Eccleſiæ ſunt roboratæ, neq; habent aliquid ad exhortationem melioris vitæ. Sub talib. aũt non continẽtur leges ieiuniorum, aut feſtorũ ſolemniũ, aut continentiæ, & cælibatus miniſtrorũ eccleſię, quæ & in Concilijs Epiſcoporũ ſtatuta ſunt, & vniuerſalis Eccleſiæ conſuetudine roborata ad lucrũ fidei, caritatiſq;, & pacis cõmunis, cęterarũq; virtutum cuſtodiã, aut ad pacem, & tranquillitatem in republicã fouendã adminicula: de quib. & Hier. loquitur in epiſtola ad Licinium; Vnaquæq; ꝓuincia (inquit) in ſuo ſenſu abundet, & pręcepta maiorum, leges arbitretur apoſtolicas. Apoſtoli quidẽ diuinitus informati docuerunt, Dei populũ non debere grauari multiplicib. cęremonijs veteris legis, vmbris ſolũ, & figuris Chr̃i tũc futuri, declarãt hoĩem ꝑ fidẽ in Ieſũ iuſtificari gratis ſine

Præfectus non tam ad membra quã ad totum corpus attẽdere debet.

preuiis operibus, ſed non iñ conſequens eſt, quin Pontifices, et Apoſtolorum temporibus, potuerunt Eccleſiis iã in unam rempublicam congregatis dare præcepta, ſeu ſtatuta ad Chriſtianæ fidei cuſtodiam: nam & Apoſtoli ab exordio tẽps ſanctificandi Sabbathum in diem Dñicam tranſtulerunt: itẽ ſolemnitatem Paſchalem, & Pentecoſtes ſtatuerunt celebrandas: quarum meminit Lucas in Actibus, & Ioannes in Apocalypſi. Item, a ſuffocato, & ſãguine, & a cibo ſimulacris immolato iuſſerũt abſtinere, quæ tñ neq; naturali, neq; diuino iure erant uetita. Vñ & Apoſtolus uiro contentioſo, & molienti contradicere, obiicit conſuetudinẽ, tamquã pondus, & documẽtũ in his, q̃ agenda ſunt, & ſeruanda in Eccleſia Chriſti: Si quis (inquit) vĩ contentioſus, nos talem conſuetudinem non habemus, neq; Eccleſia Dei. Quia fuerunt hæretici, q ex Auguſtini doctrina in eode libro conati ſunt oſtẽdere, Eccleſiam nihil poſſe præcipere, qđ alias nõ ſit a Deo præceptũ & idcirco nullam Eccleſiæ conſtitutionẽ obligare tran[illegible]ſſorẽ ad culpã; aĩaduertendum eſt, Auguſtinum i[illegible]dem multas recitare obſeruantias celeberrimas a populo Chriſtiano cuſtodiendas, quas non reperimus, aut Chriſtũ, aut Apoſtolos iuſſiſſe in ſacris litteris, ſicuti anniuerſaria celebratio Dñicæ paſſionis, Reſurrectionis, Aſcenſionis, diei Dominicæ poſt Sabbathũ, & Quadrageſimę obſeruatio, ieiuno ſtomacho ſumere corpus & ſãguinẽ Dñi; ceteraq; id genus alia multa: de quibus cum per vniuerſam Eccleſiam cuſtodiantur, inſaniæ atq; demẽtiæ (inquit) eſt dubitare an ea ſeruare oporteat. Ex ſcriptis ſãctorum Patrum, etiam eorũ qui fuerunt viciniſſimi Apoſtolorum temporibus, reperis plura eſſe ſeruata & cuſtodita in ritibus ſacramentorum, in modis exorcizandi, baptizandi, conſecrandi, & ordinandi ſacerdotes, ac Epiſcopos, quæ in Euangelij codice non reperiuntur. Ipſe quoque Paulus coarguit eos, qui men[illegible]s ſuis Euchariſtiæ ſacramentũ miſcebant, addens etiam, ſeſe ad Corint. venire de hoc nonnulla ordinaturum. Vnde Chriſtus tribuẽs ſucceſſoribus poteſtatem gubernandi ſuam Eccleſiam, ſimul dedit eis poteſtatẽ diſponendi quæ ad Eccleſiæ ædificationem, exſaltationem, & caritatis cuſtodiã pertinerent, quemadmodũ Paulus pręcipit Epiſcopis a ſe ordinatis, vt conſtituerent per loca, & ciuitates presbyteros atque Epiſcopos imponens eiſdem; ne ulli hominum cito manus imponerent. Rurſus, in exordio naſcentis Eccleſię, cũ nondũ poteſtates ſæculares erant Chriſtianæ, multa non expediebant ſtatuta, quæ iam expediunt Eccleſię, cum reges & principes ſunt fidei Chriſtianæ defenſores.

Apoſtoli Dominicã dié, Paſchalem feſtiuitatem & Pẽtecoſtem celebrari ſtatuerunt.

Paulus Auguſt.

Eſt dubiũ graue, Vtrum ſit utilius, reipublicæ, gubernari optimis legibus, an uero optimo Pricipe, ſine aliqua legũ poſitione: quam quæſtionẽ diſputat Ariſtoteles. Vĩ certe, rẽpublicã gubernari optimo principe eſſe utilius: nã in primordio generis humani reſpublica ſine aliqua legũ poſitione gubernabatur, & gubernatio optima erat.

Vtrũ utilius ſit reipublicæ legibus gubernari. Ariſt. 3 pol. c. 11. & 12. & 5. eth. c 6.

Primo argu.

ſecundum

Secundo, utraq; uirtus legum. ſ. directiua, & coactiua præſtantiori ratione inuenitur in principe, quam in legibus ſcriptis: quod ſic oſtendo. Nam uis directiua multo efficacior inuenitur in principe: optimus .n. princeps, quoniam eſt regula uiua, animaduertit omnes circũſtantias particulares, & ſtatuit quid hic, & nunc faciendũ eſt; lex uero ſcripta, quoniam eſt regula uniuerſalis, omnes caſus particulares cauere non poteſt. Quod uero uis coactiua præcipue inueniatur in principe, liquet. Nam lex mortua iacet; princeps uero non ſine cã gladium portat.

Vltim.

Vltimo, conſultius eſt ſaluti ægroti, q̃ medicus ſua prudentia, quam ex litterarum peritia ei medeatur. Et ratio eſt euidens: quoniam medicus omnes circumſtantias particulares conſiderat ſua prudentia: ergo idem eſt dicendum in reipublicæ gubernatione.

In oppoſitum eſt, quod dicit Ariſtoteles loco ſuperius adducto, Qui dicit, leges imperare debere, dicit Deũ pęſſe debere, qui uero dicit rege imperare debere, dicit belluam imperare debere. Talis eſt enim natura libidinis, vt optimos etiam uiros contorqueat, & incuruet. Et ratio eſt euidens: nam leges ſcriptæ definiunt quid ſit faciendum, quid uero fugiendum, ſecluſa omni cupiditate, amore, & odio & omni affectione: princeps uero qm̃ homo mortalis eſt, ſæpenumero perturbatur paſſionibus, quæ illum a recto deflectunt. Secunda rõ, quia facilius eſt inuenire unũ, aut paucos legiſlatores prudentes, quã multitudinem. Tertia rõ eſt, qm̃ de quibus leges promulgantur, longi tẽporis conſideratione inſtituuntur, iudicia uero, quæ iudices pronunciant, breuiſſime excogitãtur. Quarta rõ eſt, qm̃ leges amplectuntur omnes, & ad oẽs pertinent: propter quod ſi aliquid arduum & difficile præcipiunt, nemo ægre fert: princeps uero facile uenit in ſuſpicionem, q̃ ex odio, uel amore aliquid præcipiat.

Pro explicatione eſt prima concluſio. Si poſſet inueniri unus hõ, cuius uirtus eſſet longe maior, q̃ ceterorum hoĩum, eſſetq; perfectæ & conſumatę uirtutis, utile eſſet, & iuſtum q̃ hic unus hõ cum ſumma poteſtate adminiſtraret rempublicã. Hoc aſſerit expreſſe Ariſtoteles loco adducto, & hoc efficaciter probant argumenta primo loco poſita. Ex hoc poteſt inferre Theologus, q̃ Chr̃s Dominus, quamuis non eſſet Deus, propter excellentem uirtutem illius ſanctiſſimæ humanitatis merito eſſet rex & caput generis humani; qm̃ in eo longe maior erat uirtus, quam ceterorum hominum in unum collecta. *Prim. conc.* *Ariſ.*

Secunda propoſitio. Habita ratione naturæ, & conditionis humanæ, utile eſt, immo neceſſarium, rempublicam legibus ſcriptis gubernari. Hoc probant efficaciter argumenta in ſecundo loco propoſita. *Secun. cõc.*

Tertia propoſitio. Vtile reipublicę eſt, ut q̃pauciſſima arbitrio principis cõmittantur; immo omnia quamtumcumque poſſibile eſt, legibus debeat præſcribi. Hoc aſſerit D. Thomas ſolutione ad ſecundum ex Ariſtotele, & adducit in confirmationem huius rei omnes rõnes, quæ ad probandam ſecundam concluſionem ſunt allatæ. Ex hac doctrina colligunt Theologi, q̃ iudex ſecundum allegata & probata debet occidere innocentem, contra propriam ſententiã. De qua re diſputat D. Th. 2. 2. q. 67. ar. 2. Colligũt rurſus, q̃ iudex nihil debet definire ex proprio arbitrio, ſed ſecundum leges, & iura. Colligunt tertio, q̃ etiam ſi principi, ut priuatę perſonæ, conſtet talem hominem mereri mille mortes, non poteſt illum condemnare inaudita parte, & ſine ſcientia publica: nam quemadmodum auctoritas regis publica eſt, ſic ſcientia publica eſſe debet. Nec hoc eſt de iure humano, quod princeps ſolutis legibus ſeruare non poſſit, ſed de iure naturali: nam lex naturæ poſtulat, ut actus publicus, cuiuſmodi eſt occidere hominem, publicam requirat ſcientiam, & auctoritatem. Publica autem ſcientia tripliciter eſſe poteſt: uel ex propria confeſſione iudiciali, uel ex probatione legitima, uel ex notorio facto. Ex quo ſequitur, q̃ quando non fuit actus iudicialis, nec notorium factum, cooperari ad necem alterius, etiam ex mandato principis, eſt peccatũ homicidij: Nec excuſat ſubditos obedientia in dubiis: nam hæc obedientia habet locum, quando dubium eſt: exploratum autem eſt, occidere hominem inaudita cauſſa, homicidium eſſe. Loquitur de hac re optime Caietanus in ſumma, in uerbo, homicidium. *tertia conc.* *Ariſ. 5. rethor. c. 1.* *D. Th.* *Sciencia publica.* *Caiet.*

ART. SECVNDVS.

Vtrum omnis lex humanitus poſita a lege naturali deriuetur.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Hæc concluſio ſic probatur: quoniã (ut docet D. Aug.) ea quæ iuſta non eſt, lex non eſt; iuſtitia autem ex rationis regula eſt; quoniam aliquid eo iuſtum eſt, quo ſecũdum rationis regulam producitur: ergo lex deriuatur, & pendet a regula rationis: at regula rationis eſt lex naturæ: ergo omnis lex humana intantum legis rationem participat, inquantum a naturali lege deriuatur: quapropter ſi a lege naturæ diſcedat, non lex, ſed legis corruptio dicenda eſt. Exponit tñ Diuus Thomas concluſionem, ac docet, eam eſſe intelligendam *Aug. lib. de lib. arb.*

gendam de his quæ a lege naturali pendent, tamquã concluſiones ex principiis: huiuſmodi namq; a lege naturali vim habent, vt hoc præceptum; non eſt occidendum; vigorem habet ex illo, quo lege naturali præcipimur, ne malum alicui inferamus. Quæ tamen a lege naturali procedunt per modum cuiuſdam determinationis, ex ſola humana lege vim habent, ſicuti lex naturæ hẽt, vt qui peccat, puniatur; at quod tali, vel tali puniatur pœna, id eſt quædã legis naturæ determinatio, & diſpoſitio, quæ a ſola humana lege vim, & robur obtinet.

ART. TERTIVS.

Vtrum Iſidorus conuenienter qualitatem poſitiuæ legis deſcribat.

Concluſio eſt affirmans.

Duplicites lex humana a naturali deriuari poteſt.

Sed tamen vt ſententia D. Th. in hoc articulo amplius explicetur, ſciendum eſt ex eodem D. Th. duobus modis poſſe fieri, vt lex humana a lege naturali deriuetur. Vno modo, vt concluſio ex primis principijs deducta: Altero modo, quia determinat, & præſcribit in particulari, quod in communi, & quadam generali ratione lex alia præcipiebat. Hoc ſtatuto principio, eſt prima concl.

Pri. conc.

Vniuerſa lex humana catenus eſt lex, quatenus deriuatur a lege naturali. Probatur aperte: nam omnis lex humana eatenus eſt lex, quatenus iuſta eſt: ſed eſt iuſta, quia cõſonat rectæ rationi: & recta ratio eſt lex naturalis: ergo eatenus eſt lex, quatenus conſonat legi naturali.

Secunda co.

Secunda concluſio. Leges humanæ dupliciter deriuantur ex lege naturali. Quædam deriuantur, vt cõcluſiones ex primis principijs deductę, veluti ex illo principio; nulli malum eſt faciendum; colligit legiſlator: ergo nõ eſt occidendum. Aliæ vero leges deriuantur ex lege naturali, quia determinant in particulari præcepta naturæ cõmunia, vt. v. g. præcipit lex naturæ malefactores eſſe puniendos, ſed quo genere ſupplicij, non determinat, ſed illud definit lex humana.

Obiectio.

Contra ſecundam concluſionem eſt vnum argumẽtũ. Nam concluſiones quæ deducuntur ex principijs naturę, ſunt ius naturale, & pertinent ad legem naturalem, vt antea dictum eſt: ergo non pertinent ad legem humanam.

Solutio.

Hæc obiectio facillime diſſoluitur, nam dicendum eſt, ꝙ lex humana, quædam pcipit, quæ etiam lege naturali præcepta ſunt: idq; facit pp duas cauſſas, vel ad cõſtituẽdas maiores pœnas in tali negotio; vel quoniam cõcluſiones tales deducuntur ex primis principijs p multas cõſequẽtias, & ideo non ſunt omnibus manifeſtæ; ne igitur aliquis poſſet cauſſari, & prætexere huius rei ignorantiam, lege humana ſtatuta eſt. Secundo dico, ꝙ concluſiones quæ deducuntur ex primis principijs per conſequentiã euidẽtẽ, & neceſſariam, ſunt certe de lege naturali, cæterũ concluſiones quæ deducuntur ex primis principijs ratione pbabili ſecundum prudentiam, tales ſunt de lege humana. v. g. ex hoc principio; malefactores ſunt puniẽdi, infertur neceſſario: ergo latrones ſunt puniendi, & hoc dictamen eſt de lege naturæ: cæterum non euidenter ſequitur: ergo latrones ſunt ſuſpẽdẽdi; ſeqtur tñ rõne probabili ſecundũ hominũ prudentiã. Itẽ eſt alia differentia: nã cõcluſiones q̃ ſunt de iure naturali, ſunt neceſſariæ ad finis naturalis conſecutionẽ; concluſiones uero quæ ſunt de lege humana, ſunt tñ vtiles, non neceſſariæ. Verũ eſt tñ ꝙ poſtquã ſtatutæ ſunt, iã neceſſariæ ſunt. Vltimo dico, ꝙ lex humana pcipue ĩ hoc uerſatur, ꝙ determinat pcepta naturæ cõmunia, vt verbi gratia, pcipit lex naturę malefactores puniẽdos, ſed nõ determinat quo genere ſuppliciorũ, id lex humana determinat, & definit. Habet enim ſe legiſlator humanus ſicut artifex, qui formã communem domus applicat ad hanc formam, vel illam pro ſua voluntate. Itaq; differt inter concluſiones de lege naturę, & de lege humana: nam concluſiones de lege naturæ continẽtur in principijs primis virtualiter, ſed tamẽ cõcluſiones de lege humana continẽtur ſicut ſpecies ſub genere reſpectu cõcluſionũ, & principiorum legis naturalis. Itaq; recte ſequitur, malefactores puniendi: ergo latrones puniẽdi, ſed nõ ſequitur, malefactores puniendi: ergo latrones ſuſpẽdendi: ſequitur tamen ratione probabili & congruenti, quoniam non apparet aliud genus ſupplicij eſſe conuenientius; ſicut non ſequitur, eſt animal: ergo homo.

Quare lex humana ea quæ ſunt de lege naturæ præcipiat. Quid interſit inter concluſiones humanę legis & naturalis ex eiſdẽ principijs deductas.

Lex humana præcepta legis naturæ determinat.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Iſta concluſio probatur in primis auctoritate ipſius Diui Iſidori dicentis; Erit lex honeſta, iuſta, poſſibilis, ſecundũ naturã, ſecundum cõſuetudinem patriæ, loco, temporiq; conueniens, neceſſaria, utilis, manifeſta quoque. Exponitur, & probatur. Lex. n. humana & eſt proportionata legi diuinæ, & legi naturæ, & utilitati humanæ: rõne quorum dixit idẽ Iſidorus, legẽ eſſe id quod religioni congruit, qd diſciplinæ conuenit, & ſaluti proficit. Religioni. n. congruere, habet ex eo, quod proportionatur diuinę legi. Rationi conuenit, quia naturali legi ſubordinatur. Saluti proficit ex eo, quod ad humanã utilitatem ordinem habet. Legem autem eſſe honeſtam, habet ex eo, ꝙ religioni congruit. Eſſe uero iuſtam, poſſibilem, ſecundum naturam, ſecundum conſuetudinem patriæ, loco, & tempori conuenientem, habet ex eo, quia diſciplinæ conuenit. Quod uero ſit neceſſaria, utilis, & manifeſta, refertur ad illud, quod dixit legem ſaluti conuenire, & expedire, atq; nimis proficere.

Iſidorus

Probatio cõcluſionis.

ART. QVARTVS.

Vtrum conuenienter Iſidorus diuiſionem legum humanarum, ſiue iuris humani ponat.

Concluſio eſt affirmatiua.

Obſeruandum tamen eſt, ꝙ quantum ex Iſidoro colligere licet, tres conditiones ſunt neceſſariæ, ut aliqua humana conſtitutio ſit lex humana. Prima, ut ſit honeſta, & iuſta: honeſta ad Deum, iuſta ad proximũ: honeſta, ideſt, ueræ religioni congruens. & iõ iniquæ ſunt omnes paganorum, & infidelium leges contra religionem, & fidem Chriſti inſtitutæ. Deinde adijcitur, ꝙ lex ſit poſſibilis, ſecundũ naturam, ſecundum conſuetudinem patriæ, loco, & tempori congruens: quibus omnibus ſignificatur, humanam legem oportere eſſe congruam æquitati naturali ſecundum conſuetudinem patriæ, & populi illius. Si. n. lex promulganda, eſſet congrua religioni, ſed adeo difficilis, ut uerisimiliter non poſſet ſeruari a populo, uel populus ſic eſſet diſpoſitus, ut legem illam tamquã nimis oneroſam recipere nollet; tunc lex illa uim obligandi nõ haberet: & ideo principes cum uelint condere leges, ſi populus contradicat, & dicat, lex iſta non conuenit conſuetudini patriæ noſtræ, ſuſpenditur legis obligatio: hoc enim caſu princeps ſi uelit legem ſuã imponere, & uim habere obligandi in foro conſcientiæ, non eſſet rationabilis uoluntas eius. Atque ita una ex conditionibus ſine quibus lex non meretur nomen legis, eſt, ꝙ ſit loco, & tẽpori, & patriæ conueniens, neque diſſona conſuetudini, quæ tolli non poteſt ſine diſpendio reipublicæ maiori, q̃ ſit utilitas ex poſitione legis emerſura. Tertia conditio eſt, ꝙ lex ſit neceſſaria, utilis, manifeſta, nulli priuato cõmodo, ſed pro communi ciuium utilitate conſcripta: quibus omnibus ſignificatur, legem in foro conſcientiæ obligantem oportere eſſe neceſſariam maleuolis coercendis; bonis fouendis, atque protegendis.

Tres conditiones requiruntur ad legem humanam.

EXPLICATIO ARTICVLI.

COncluſio huius articuli ita probatur. Vnumquodque diuidi poteſt ratione eorũ ex quibus conſtat: ſed lex humana includit in ſua ratione, ut deriuetur a lege diuina, ut ad commune bonum ordinetur, ut a communi rectore inſtituatur, & ut actus humanos dirigat: ergo ratione horum diuidi poteſt lex humana. Quia enim deriuatur a lege diuina, diuiditur in ius gentium, quod a lege naturę deriuatur, tamquam concluſiones ex principijs; & in ius ciuile, qd a lege naturæ ad modum particularis determinationis procedit. Quia uero ad bonum commune ordinatur, ideo diuerſę ſunt leges, ſecundum diuerſitatem eorum qui tali bono dant operam: unde aliæ ſunt ſacerdotum leges, aliæ populi, &c. Quoniam autem inſtituitur a communi

Probatio cõcluſionis.

muni rectore, iõ ſecundum cõitatem eorum erit legis diuiſio. Primum cõe regimẽ eſt Regnum, quando.ſ.ciuitas ab uno gubernatur; & ratione huius accipiuntur conſtitutiones Principum. Aliud regimẽ eſt Ariſtocratia, ideſt, principatus optimorum, uel optimatũ; ratione cuius ſumuntur reſponſa prudentum, & Senatuſconſulta. Aliud regimẽ eſt Oligarchia, ideſt, prĩcipatus paucorum diuitum, & potẽtum: rõne cuius ſumitur ius Prætorium, quod & Honorariũ dr̃. Aliud regimẽ eſt populi, quod denominatur Democratia, ſecundum qđ ſumuntur plebiſcita. Aliud tãdem eſt Tyrannicum, a quo, quia oĩno corruptum eſt, nulla lex ſumitur. Tandem, quia lex humana directiua eſt humanorum actuum, diſtinguuntur leges ratione eorum de quibus feruntur, ut lex Iulia de adulterijs, lex Cornelia de ſicariis.

QVAES. XCVI.

De poteſtate legis humanæ, in ſex articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum humana lex debeat poni in communi.

SVMMA. TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio. Probatur quoniam lex cũ ſit pro cõi ciuiũ utilitate inſtituta, bonum cõe reſpicere dẽt: bonum aũt cõe ex multis cõſtat, & varijs, ac multiplicibus actionibus procuratur: debet ergo lex ad multa reſpicere, rõne perſonarũ, tẽporũ, & locorum. & ita, ut optima ſit, lõgoq; tempore duret, ea quæ cõmunia ſunt, reſpicere dẽt.

Verum ius gẽtium ſub humano continetur. D. Tho.

Verum in hoc articulo dubium maximum eſt; Verũ ius gentium contineatur ſub iure humano, an potius ſub iure naturali. D. Th. in huius rei expoſitione uarius vr̃: nam in hoc articulo plane definit, ꝙ ius gentium ad ius humanum pertineat; & in ſolutione ad primũ aperte dicit, ꝙ ius gentium diſtinguitur a iure naturali, qđ eſt cõe oĩbus animantibus; & in ſecundo articulo huius quæſtionis, a nobis iam expoſito, dicit aperte, ꝙ concluſiones, quæ deducũtur ex primis principijs, ad legẽ humanã pertineãt: ſed in hoc articulo ſcribit, ꝙ ſunt de iure gentium cõcluſiones, quæ ex primis principijs deducuntur: ex quo conſequens eſt, ꝙ ius gentium pertineat ad ius humanũ: idẽ habet expreſſe 2.2. q 57. art. 3. Sed in alijs locis minime paucis dicit cõtrarium, ut vr̃. Nam ſupra q 94. ar. 2. dicit, ꝙ præcepta legis naturæ ſunt illa, quæ ſequuntur inclinationem naturalem humanæ naturæ: ſed præcepta, q̃ ſunt de iure gentium maxime ſequuntur inclinationem naturę humanæ: ergo ſunt de iure naturali. Præterea, in q. 100. art. 1. ſcribit D. Th. ꝙ præcepta Decalogi ſunt de iure naturali: at præcepta Decalogi ſunt maxime de iure gentiũ, ſiquidem ſunt cõia omnibus nationibus: ergo ius gentiũ ad ius naturale debet reduci: itaq. D. Th. hac in re uidetur eſſe uarius. Sed philoſophi, & iuriſprudentes non recte conſentiunt: nam Ariſtoteles dicit, quod ius naturale eſt idem ubiq; & apud oẽs: & Cicero multis in locis dicit, ꝙ id, quod cõi hominum conſenſu approbatur, lex naturæ reputanda eſt. Ceterũ iuriſprudentes, ut eſt uidere in Inſtitutionibus de iure naturali, & ciuili, appellãt ius gẽtium, quod eſt cõe omnium nationum: itaq; confundunt ius gentium cum iure naturali. Soto lib. 1. de iuſt. & iur. q. 5. art. 4. hac ratione diuidit inter ius naturale, & ius gentium. Prima (inquit) principia, quæ ſunt nota omnibus ſine diſcurſu, hæc pertinent ad ius naturale; concluſiones uero, quæ inde deriuantur, ad ius gentium ſpectant. Sed hæc ratio diuiſionis ſtare non poteſt: nã ex ea ſequitur, ꝙ pręcepta Decalogi nõ ſint de lege naturali, ſed de iure gẽtium: quod aſſerere, ab omni ueritate alienũ eſt, ut infra patebit. His igitur prætermiſſis, uera & breuis explanatio D. Th. hęc eſt, ꝙ quædam deducuntur ex principiis naturæ neceſſario, neceſſitate abſoluta; quædã vero facta quadam ſuppoſitione. Prima illa pertinent ad legem naturæ; poſtrema uero ad ius gentiũ ſpectant. Adhibitis exemplis illuſtremus rem. Ad conſeruãdũ genus humanum neceſſaria eſt ſimpliciter & abſolute coniunctio maris & feminæ, quæ matrimoniũ eſt, uinculũ perpetuum, & indiſſolubile, neceſſariũ oĩno, vt proles humana ſuſcipiatur, & commode educari poſſit. & ideo hæc coniunctio eſt de iure naturali; ceterum conſiderando, ꝙ hoĩes ut in plurimum ſunt perfidi, & abutuntur bonis matrimonij, introductæ ſunt iure gentiũ leges nuptiarũ, quibus celebretur cõtractus teſtibus adhibitis. Eſt aliud exemplũ. Neceſſarium eſt, ſ.n naturã humanã, ut pecora alantur; & ut ſuppetat uictus hominibus, ꝙ agri colantur; ceterum ꝑſuppoſita imbecillitate naturæ humanæ, quę poſt peccatũ mãſit infecta & magis inclinata ad bonum propriũ, q̃ ad bonum cõe, neceſſarium fuit ex iure gentiũ introducere diuiſionẽ agrorum, & poſſeſſionũ, & oĩbus rebus diuiſis neceſſariũ fuit, ꝙ quædã pro alijs commutarentur: & ſic iure gentium introductus fuit nummus;

Soto.

Vera dubii explicatio.

Dupliciter quædam ex principiis naturæ deducuntur.

Ariſt. 5. eth. c. 7.

Cicero.

ART. SECVNDVS.

Vtrum lex humana debeat omnia uitia cohibere.

Concluſio eſt negans.

Pri. corola.

Ex hoc ſequitur, ꝙ ius gentium mediũ eſt inter ius naturale, & ius ciuile, & qm̃ medium participat naturã extremorũ, partim conuenit cũ iure naturali, & partim cum iure ciuili. Conuenit cũ iure naturali; quia eſt cõe omnibus nationibus; cum iure ciuili, quia fit conſenſu oĩum populorum expreſſo, uel tacito, & non ex inſtinctu naturæ. Sequitur ſecundo, ꝙ ius gentium ſimpliciter pertinet ad ius humanum, pp rationem modo aſſignatam. Sequitur tertio, ꝙ ius gentium põt aboleri auctoritate reipublicæ: nã diuiſio rerũ, ut antea dictum eſt, introducta fuit iure gentiũ: conſtat autem, ꝙ in primordio Eccleſiæ tota fidelium multitudo habebat oĩa in cõi. Rurſus, ius gentiũ introduxit, ꝙ uicti ſeruiant uictori; at lege Eccleſiaſtica ſtatutum eſt, ꝙ Chriſtiani capti in bello ſerui non ſint. Vltimo ſequitur, ꝙ ius gentiũ in nullo iuri naturali derogare põt. quapropter in extrema neceſſitate omnia ſunt cõmunia: in tali.n.caſu quiſq; tenetur iure naturali uitam tueri: ideo diuiſio rerũ iuregentium introducta, huic iuri derogare nõ potuit. Eſt aliud breue dubium; Quid eſt, qđ dicit D. Th. in art. ꝙ regimen miſtum eſt optimum inter omnes principatus, cum in alijs multis locis idem cõtendat, principatum vnius eſſe optimum? Ex hoc principio colligit D. Th. 1. p. q. 103. art. 3. ꝙ mundus ab uno gubernatur. Ex eodem principio colligit, 4. contra gentes, c. 76. ꝙ Eccleſia ab uno Summo Pontifice debeat gubernari idem demonſtrat latius primo de regimine Principum a cap. 2. uſque ad 8. Idem docet Ariſt. multis in locis, & 12. met. text. vlt. ſic concludit. Principum pluralitas mala eſt: ergo in orbe unus Princeps. Hoc dubium exponit Caiet. in hoc art. Principatus vnius optimus eſt inter ſimplices principatus, non tamen comparando ad miſtum regimẽ; ſicuti dicimus, aurum metallorum eſſe optimum: ſed nõ comparamus ad aurum, & argentum ſimul. Secunda explicatio eſt, quod Monarchia ex ui regiminis inter principatus primatum tenet; ſed ex imperfectione, & imbecillitate hominum miſtum imperium vtilius eſt; quoniam uolunt homines imperij eſſe participes. Tertia explicatio eſt, quod Monarchia primatum tenet, quando unus, qui præeſt, eſt præſtantior uirtute, non ſolum ſingulis, ſed omnibus. ita teſtatur Ariſtot. Ex quo colligunt vniuerſi Theologi, quod Summus Pontifex debet eligi non ſolummodo optimus Cardinalium, ſed optimus inter omnes Chriſtianos. Sed de hac re inferius erit abundantior ſermo.

Secundum.

Tertium.

Dubium de miſto regimine. D. Tho.

Ariſt. 3. eth. c. 10. Poli. c. 4. I. explicatio. Caiet.

Ariſt. 3. pol. text. 9. apud D. Tho.

EXPLICATIO ART.

Concluſio articuli ſic probatur. quoniam humanæ leges imponi debent hominibus iuxta eorum conditiones, & capacitatem. eſt namque menſura quædam humanorũ actuũ. menſura autem (ut ex 10. Metaph. conſtat) menſurato debet

Probatio concluſionis.

bet eſſe homogænea, & ꝓportionata. hac de cã dictum eſt rõne ſuperiori, legẽ debere eſſe poſſibilẽ, ſm naturã, ſm patriæ cõſuetudinẽ. Hac eadem rõne, non eadem pcepta perfectis uiris, & pueris imponuntur, quippe qui nõ ſunt in uirtute æquales. Qm ergo lex humana imponitur homini cõitati, debet illi ꝓportionari: cõitas aũt hominũ aliquos admittit defectus: eſt n. maior pars cõitatis hominũ imperfectorum.

Concl.

Lex ergo humana non dẽt oĩa uitia cohibere, ſed ea ſolũ, quæ grauiora ſũt, & à quibus maior pars communitatis abſtinere poterit.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum lex humana præcipiat omnium uirtutum actus.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Lex humana non præcipit omnium uirtutum actus, niſi eos, qui ad bonum cõe ordinantur immediate, uel mediate. Probatur. Lex ad bonum cõe ordinatur: ergo tñ debet eos actus uirtutum præcipere, qui ad tale bonũ ordinẽ habẽt. Quare optime dixit Ariſtoteles, legẽ præcipere opera fortis, & tẽperati, & manſueti, & his ſimilia.

EXPLICATIO ART.

Ariſtot. 5. Eth.

Ex his articulis hoc dogma colligat Theologus in primis, q lex humana dẽt eſſe rõnalis, ac reipublicæ utilis. q ſi præceptũ fuerit ſine rõne, neq; attulerit aliquã utilitatem, neq; remouerit damnũ, plus mali afferens, q̃ boni, iniquũ eſt. Sed hic, ne quis ad ſola quorundã hominũ ſingularia quædã dãna ſpectãs, putet legem aliquam hinc eſſe damnoſam, q multis ſit peccandi occaſio, cõſideranda nobis eſt hæc ſnĩa ſecũda. Rationabilis legiſlatoris legẽ dantis eſt, conſiderare cõe reipublicæ bonum, & nõ ſpectare ad illud, quod in raris, aut paucioribus, aut per accidens fit, neq; ad damnũ, qđ euenit alicui, aut paucioribus ex tali lege, aut regimine tali. Et ideo ſi legis intentio non perficiatur in quolibet ſingulorum, non icirco mutanda eſt lex: nam iura conſtituuntur in his, quæ frequenter accidunt; non in his, quæ raro, aut in uno, aut altero caſu accidere poſſunt. Neq; leges item ſic ſcribi poſſunt, ut omnes caſus, qui quandoque acciderint, comprehendantur, ſed ſufficit ea, quæ plerumque accidunt, continere: & ideo cum in aliquo caſu ſententia legis manifeſta eſt, is qui iuriſdictioni præeſt, ad manifeſtiſſima debet procedere ſimilia, conſiderata legis ratione, & utilitate, ſm ipſius legiſlatoris uoluntatem: ſuntq; in caſibus pleriſq. leges benignius interpretandæ, q̃ ſonant earum uerba, quemadmodũ docet Imperator. ff. de legib. & ſenatuſconſ. Nulla (inquit) iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, ut quæ ſalubriter pro utilitate hominum introducuntur, ea nos duriori interpretatione contra commodum eorundem hominum producamus ad ſeueritatem. In fraudem legis facit, qui ſaluis uerbis legis, ſententiam legis circumuenit. Vnde opera, ſola lege humana, aut præcepta, aut prohibita, non ſunt ſm ſe bona, aut mala, ſed in medio conſtituta, ſic bona & utilia, ut interdum etiam ꝓp locum, tempus, & perſonam fiãt mala. Et ideo lex humana non poteſt ſic uniuerſaliter accipi, quin interdum liceat cõtra tenorẽ legis facere, ad conſeruandam fortiorẽ æquitatẽ quandã naturalem tunc emergentem. Opera uero lege naturali iuſſa, aut prohibita, ſm ſe ſunt bona, aut mala: ut diligere Deũ, odiſſe Deum, mentiri, falſum teſtimoniũ dicere, adulterari, blaſphemare Deũ & ideo lex naturalis, & diuina uniuerſaliter ſuper hæc opera fertur: at non eſt lex pure humana, quæ ſuper vllum genus operum uniuerſaliter lata eſt. Et ideo lex humana non poteſt eſſe omnino immutabilis. Neq; tñ legiſlator debet legem ſuam poſitiuã mutare ſecundum diuerſitatem uariationis ſingulorum hominũ, & temporũ, ſicuti peritus medicus, qui medicinã præparat, & uariat prout opus eſt unicuiq; ſingulari ſecũdum diſpoſitionem cõplexionis ipſius in ſtatu quo hẽt: ſed neceſſarium eſt, ut regimen legis cõis ſit definitum ad eſſe bonum totius gentis; licet ſit quibuſdam conuenieus, quibuſdam uero nequaquam. Proinde oportet rectores, & legiſlatores eſſe ſapientes, atq; prudentes, & tales eſſe, qui tm̃ illuminationis ſint aſſecuti, quantum ſufficit non ſolum ad regendum ſeipſos ſolos, ſed quantum ſufficit ad dirigẽdum, & regendũ alios, ut conſiderent, quid in condenda lege, aut in dãdo pcepto liceat, deceat, & expediat utilitati, aut directioni eorũ; quib. lex, aut præceptũ imponitur, ne incidant in dãnationem, quã cõminatur Eſa c. 10. Væ qui condunt leges iniquas, & ſcribẽtes iniuſtitias ſcripſerũt, ut opprimerẽt in iudicio pauperes, & uim facerent cãæ humilium populi, ut eſſent uiduæ præda eorũ, & pupillos diriperent. Quid facietis in die uiſitationis, & calamitatis de longe uenientis? ad cuius fugietis auxilium, & ubi derelinquetis gloriam ueſtram?

Pecuniæ ſinu ne conſiderã dum à legiſlatore.

Fraus legis quid.

Lex humana non omnino immutabilis.

Eſa. 10.

Aliud eſt legem aliquam humanam eſſe iniuſtam, aut iniquam; aliud eſt eam eſſe inutilem. Lex iniuſta ſeu iniqua, ſicut iam mox dicemus, contrariatur bono humano, aut diuino. Inutilis uero eſt, quæ non ſic contrariatur bono humano, ſed tamen nullam affert communitati utilitatem. Verum hic (ne mox pro arbitrio noſtro reijciamus omnem legem, quæ nobis non uidetur continere utilitatem aliquam) ſciendum eſt, multa eſſe præcepta, ſtatutaque humana pure poſitiua, quorum utilitates & rationes non mox omnibus ſunt manifeſtæ; ſed nõ ideo mox putandum eſt, conſtitutiones illas non deriuari à lege æterna, aut non fundari in quadam naturali æquitate: quemadmodum in ueteri lege multa erant præcepta pure poſitiua, habentia præter rationem figuralem in Chriſtum, etiam rationem quandam moralem naturalis cuiuſdam occultæ æquitatis. v. g. præcepta de occiſione, & immolatione ouium, vaccarum, ſeu uitulorum, & hircorum, de non induenda ueſte contexta ex lana & lino, de non arando in boue & aſino; de non miſcenda carne cum lacte, & de non edendo ſanguine, & id genus alia multa, nullam uidentur habere utilitatem, neq. ad mores bonos, ut populus bene ſeſe habeat inter ſeſe, neque ad Deum creatorem ſuum; uerum ſi conſideres conditiones loci, temporis; & reipublicæ Iudæorum, patebunt in huiuſmodi præceptis etiam rationes quædam, & cauſſæ æquitatis moralis, de quibus latius infra dicemus.

Aliud lex iniuſta, aliud inutilis.

ART. QVARTVS.

Vtrum lex humana imponat homini neceſſitatẽ in foro conſciẽtiæ.

SVMMA TEXTVS.

Prima cõcluſio. Leges humanæ iuſtæ habẽt uim obligandi in foro conſcientiæ. Probatur: qm̃ oĩs lex iuſta deriuatur à lege æterna, iuxta illud. Per me Reges regnãt, & legũ cõditores iuſta decernunt. Cũ ergo ab illa deriuetur, quæ oẽs ligat, etiam hæc obligare poterit.

Secunda concluſio. Leges iniuſtæ per contrarietatẽ ad bonum humanũ non obligãt.

EXPLICATIO ART.

Quæſtio huius articuli non ſimplex eſt, ſed multiplex, & habet plura capita. Nam in primis diſſerendum eſt de lege ciuili, & deinde de Eccleſiaſtica. tertio, de lege pœnali, & denique de multitudine legũ, quomodo obligent in conſcientia.

Eſt igitur prima quæſtio: Vtrum lex humana obliget in foro conſcientiæ. Pro parte negatiua ſic arguitur. Nam ſi lex humana obligat in foro conſcientiæ, poterit obligare ad culpam mortalem; ſed non poteſt: quod ſic oſtendo. Nam ſicut inducere gratiam nemo hominum poteſt, ita priuare gratia nemo hominum poteſt: hoc autem facit culpa mortalis: ergo lex humana non obligat ad culpam mortalem.

Vtrũ lex humana obliget in conſcientia.

Arg. primum.

Secundum.

Secundo ſic arguitur, & hoc argumentum præcipue ꝓcedit de lege ciuili. Nam poteſtas ciuilis, & ſecularis nõ habet poteſtatem ligandi, & abſoluendi in foro conſciẽtiæ: hanc enim poteſtatẽ Dominus tribuit ſoli Petro, & Eccleſiæ: ergo poteſtas ciuilis nõ habet auctoritatẽ ligãdi in conſcientia.

Tertium.

Tertio, ſicuti ſubditi tenẽtur obedire principibus, ſic filij parentib. vxores maritis; ſerui Dñis: ſed ꝓdictæ perſonæ nõ habent auctoritatem obligandi in conſcientia ergo neque principes.

Quartum.

Vltimo, ſi leges humanæ obligarent ad culpam in foro conſcientiæ, conſequens eſt, ꝙ eſſent obſeruandæ cum periculo vitę: quod aſſerere, duriſſimũ eſt. Quod recte ſequatur, patet: nam obligant ad culpam, & potius eſt moriendum, quam peccandum vel minimũ peccatũ.

Adhuc probatur alijs argumentis. Prim. arg. Secundum.

Sed probatur maioribus argumentis, ꝙ lex ciuilis nõ oblige ad culpam in foro animæ. Nam poteſtas ciuilis non eſt ſpiritalis, vt plane conſtat: ergo non pertinet ad forum animæ ſpiritale. Deinde, finis poteſtatis ciuilis eſt bonũ aliquod temporale, nimirum ſalus reipublicæ, tranquillitas, & conuictus ciuium: ſed hoc nihil ad forũ animæ ſpirituale: ergo.

Tertium. Quartum.

Tertio, poteſtas ciuilis non põt ponere pœnam ſpiritualem, vt aperte conſtat: ergo non poteſt obligare in foro animæ ſpirituali. Quarto, ſi poſſet obligare ad culpã, eſſet omnino manca, & imperfecta: nã poſſet obligare, & nõ poſſet ſoluere.

Vlt.

Vlt. ſi princeps ſecularis poteſt obligare ad culpã ſuis legibus, vel eſſet in poteſtate ſua obligare, vel non: hoc tñ dici nõ põt: nã & ꝓlati Eccleſiaſtici ſuis legib. aliquãdo nõ obligant ad culpã. neq; vero primũ põt dici: nã ſemꝑ eſſet dubiũ an obligent ad culpã in foro conſcientiæ: numquã. n. illud in ſuis legibus declarant.

In contrariũ Rom. 13.

In cõtrarium eſt illud; Omnis anima poteſtatibus ſublimiorib. ſubdita ſit. & iterũ, Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. & paulo poſt; Qui poteſtati reſiſtunt, condẽnationẽ ſibi acquirunt; condẽnatio vero nõ incurritur niſi ꝑ culpã. & iterũ; Subditi eſtote non ſolũ propter irã, ſed ꝑ conſcientiã: id eſt

Ambr.

(explicante D. Ambr.) non ſolum propter ultionẽ pſentem, ſed propter judicium futurum, in quo, teſtificante conſcientia, ipſa punietur. Similem ſnĩam habet D. Pet.

1. Pet. 2.

cum inquit, Subditi eſtote omni creaturæ propter Deũ; ſiue regi quaſi præcellenti, ſiue ducib. ab eo miſſis. Certe in his duobus locis adductis D. Aug. & D. Chryſ. & oẽs

Aug. epiſt. 54. ad Macedonium. Chryſ. ſuper Paulum.

fere veteres interpretantur Apoſtolos de poteſtate ciuili, quod textus plane indicat. Sed eſt aduertendũ, ꝙ licet D. Pau. tñ agat in hoc loco de lege ciuili; rõ vero qua parẽdũ ſtatuit, cõis ẽ & poteſtati Eccleſiæ. In poteſtate. n. Eccleſiaſtica in primis conuenit illud, Non eſt poteſtas niſi a Deo. Quare ſicut tranſgreſſores legũ ciuiliũ rei ſunt

Mat. 18. Luc. 10.

apud Deũ, ſic tranſgreſſores legum Eccleſiaſticarum. De lege Eccleſiaſtica ſunt aperta teſtimonia, vt illud; Si Eccleſiam non audierit, ſit tibi tamquã ethnicus, & publicanus: &, Qui vos audit, me audit; qui vos ſpernit, me ſpernit & Paulus; Obedite ꝓpoſitis veſtris, & eis ſubiacete.

Heb. 13. Concil. Conſtantien. ſeſſ. & et 15. Prob. concl. prima.

Hæc veritas definita eſt in Conci. Conſtantienſi cõtra Ioannẽ VViclephum, & in bulla Leonis cõtra Lutherũ arti. 27. Ad iſtã veritatẽ demonſtrandã ſunt euidẽtes rõnes. Prima eſt. Nã lex humana a Deo ęſt: ergo obligat in conſcientia ſicut lex diuina. Cõſequẽtia eſt nota, & ꝓbatur antecedens: nã non ſolũ dr̃ opus Dei, qd ipſe ſolus ꝓducit; ſed & qđ medijs cauſſis ſecundis efficit. ergo nõ ſolũ dr̃ lex diuina, quã ipſe ſolus Deus ſãcit, ſed & lex quã homines auctoritate diuina ꝓmulgant, & ſtatuunt, quẽadmodũ lex Põtificia nõ ſolũ eſt qua Papa ꝑ ſe inſtituit, ſed & quam alij inferiores auctores Pontificia auctoritate inſtituunt.

Prob. ſecun.

Secunda rõ eſt, quoniã poteſtas, tũ ciuilis, tum Eccleſiaſtica neceſſaria eſt, vt homines bene & feliciter viuant. Poteſtas ciuilis conſtituit, & conſeruat pacẽ publicam. Poteſtas Eccleſiaſtica dirigit hominem in finẽ ſupernaturalem. Sed vtraque poteſtas eſt vana, & finem ſuum non conſequetur, ſi careat poteſtate obligãdi in cõſcientia: nã ſi ſubditi nõ tenentur obedire, vana eſt poteſtas imperãdi. Videte alias rationes apud Roffenſem, Caſtro, & Driedone.

in conſciẽtia, niſi ratione ſcãdali vitandi. Probatur: quoniã tales magis ſunt violentiæ, quam leges, dicente D. Aug. Legem non eſſe eam, quæ lex juſta non fuerit. ſed ne detur alijs occaſio turbationis, ſeruanda eſt, iuxta illud; Qui te angariauerit mille paſſus, vade cum illo duo alia; & qui abſtulerit tibi tunicam, da ei pallium.

Tertia concluſio. Leges inſtitutæ per cõtrarietatem ad bonum diuinum, vt leges tyrannorum idolatriam præcipiẽtes, nulla rõne obſeruãdæ ſunt. Obedire namq; oportet magis Deo, quam hominib. vt dicitur Actor. 4.

Roffenſ. art. 27. Caſtro verbo Lex, hæreſ. 3. Driedo de libertate Chriſtiana ca. 8. & 9. Quomodo humana poteſtas in conſcientia poſſit obligare.

Sed dubitabit aliquis; Qua rõne poteſt humana poteſt inducere obligationem in conſcientia? Ad hoc reſpondetur, ꝙ poteſtas humana hẽt iſtam vim obligandi, quatenus ſubditur legi ęternæ, & diuinę: quẽadmodũ cauſſæ ſecundæ naturales producũt ſuos effectus, nõ abſolute & ꝑ ſe, ſed quatenus ſubduntur efficaciæ primæ cauſſæ. Sic in ꝓpoſito dicendũ eſt, ꝙ hæc vis obligandi ex duplici voluntate dimanat; ex voluntate poteſtatis humanæ inſtituẽtis, & ꝓcipientis aliqd in particulari, tamquã ex cã ſecunda. & ex voluntate diuinæ, & æternæ poteſtatis ordinantis, ꝙ illud, quod auctoritate humana fuerit inſtitutum, ratũ ſit, & firmũ.

Vtrũ lex humana poſſit aliquid præcipere quod non præceptũ a Deo. Gerſonis ſententia. Almay. lib. de poteſt. Eccl. c. 10. et 12. Probatur hæc ſententia. Sentẽtia Gerſon. reprobatur.

Sed ex hoc magna naſcitur qõ; Vtrũ per legem humanã poſſit aliquid præcipi, quod nõ ſit ꝓceptũ iure naturali aut diuino? Gerſõ tenet, ꝙ poteſtas humana nõ põt noua pręcepta inſtituere, præter ea quę Deus ꝓcipit. Eãdẽ ſnĩam habet Almay. Itaq; dicunt ꝓdicti auctores, ꝙ quãdo Eccleſia tulit legẽ de ieiunio, nõ nouã inſtituit legẽ, ſed declarauit, de lege diuina ieiuniũ eſſe ꝓceptum. Secundo dicunt, ꝙ vniuerſæ leges, tã ciuiles, q̃ Eccleſiaſticæ, nihil aliud ſunt, q̃ declarationes earũ legũ, de qb. poterat dubitari, an eſſent cõſtitutæ lege naturali, aut diuina. Tertio dicunt, ꝙ ſi conſtaret aliquid eſſe præceptũ ab Eccleſia, quod nõ eſſet cõſtitutũ lege naturali, aut diuina, nõ obligaret in conſcientia. Probatur hoc. nã oẽs leges humanæ, vt ante dictũ eſt, non habent vim obligãdi, niſi quatenus ex lege naturali, & diuina deriuãtur. ergo oẽs leges humanæ, q̃ habent vim obligandi, iure naturali, & diuino ſancitæ ſunt. Hoc argumento nõ obſtãte, hæc ſnĩa falſiſſima eſt, & nihil differt ab hæreſi Lutherana. Aſſerunt. n. Lutherani, nihil eſſe credendũ aut perpiendũ, quod expreſſo Dei verbo non cõtineatur. Cõfutatur hoc dogma. Primo, lex humana eſt, ꝙ ſemel in anno confiteamur peccata noſtra. Rurſus, lex humana eſt, ꝙ abſtineamus a carnibus die Veneris. atq; etiam ne inſtituatur matrimoniũ in ſecundo, tertio, & quarto gradu conſanguinitatis: ſed iſtæ leges non ſunt de iure naturali, aut diuino. quod ſic probatur. Nam poteſt Eccleſia in eis diſpenſare, & eas abrogare pro ſua voluntate.

1. Cor. 7.

Secundo, D. Pau. expreſſe dicit, Præcipio ego, nõ Dñs. ergo ſcđm D. Paulũ, aliquid eſt ꝓceptũ, qđ iure naturali, & diuino Dñs nõ ꝓcepit. Præterea, ſicut Deus ꝓcipit, vt obediamus poteſtatib. ſublimiorib. ita præcipit filijs obedire parentib. ſed abſurdũ dogma eſt, ꝙ parentes nõ poſſint mandare filijs ſuis, niſi quod iure naturali, & diuino præceptũ eſt. ergo abſurdũ dogma eſt aſſerere, ꝙ ꝓlati nõ poſſunt mandare ſubditis, niſi illud quod alioqui iure diuino mandatũ eſt. Vltimo, ſi ita eſt, vt iſti dicũt, ſequitur ꝙ reſpublica nõ poſſit abrogare legẽ, quã ſemel ſtatuit. qđ falſum eſt. Sequela probatur. nã ſecundum iſtorũ ſnĩam, iſta lex eſt de iure naturali, aut diuino.

Ariſt. 5. Ethic. c. 7. Solu. arg.

Hæc omnia confirmantur. nã vt ait Ariſtoteles, Iuſtum humanũ eſt, qđ a principio nihil differt, ſic, vel aliter fieri; poſt legis vero poſitionẽ multũ refert. ergo ea q̃ præcipiuntur legib. humanis, indifferentia erant, & non lege diuina prohibita.

Differentia inter diuinam et humanam legem quo ad vim obligandi.

Ad argumenta reſpondetur, ꝙ lex humana deriuatur a lege diuina, mediate auctoritate, & poteſtate humana; & ideo humana eſt, non diuina. Itaq; differt inter legem humanã, & diuinam, ꝙ lex diuina ſicut a ſolo Deo fertur, ita a ſolo Deo abrogari poteſt, lex vero humana ſicut per hominem inſtituitur, ita per hominem annullari poteſt. Secundo differunt, nam lex diuina, vt iuſta ſit, & proinde

inde obligatoria, ſatis eſt voluntas legiſlatoris: verũ lex humana vt iuſta ſit, & vim obligandi habeat, nõ ſatis eſt voluntas legiſlatoris, ſed requiritur ꝙ ſit vtilis reipublicæ, & de bono honeſto. Vltimo differunt; quod lex diuina habet immediate auctoritatem ex determinatione & definitione diuina, lex vero humana deriuatur a diuina, mediante voluntate, & determinatione poteſtatis humanæ. Conueniunt tamen in hoc lex diuina, & humana; ꝙ lex diuina cõſtituit aliquid in eſſe, & in genere virtutis, aut vitij. Nam eo ipſo ꝙ lex diuina aliqd ſtatuit, ſtudioſum eſt, & neceſſarium, quod alioqui non erat, & eo ipſo ꝙ prohibet aliquid, malum eſt, quia prohibitũ: ſic lex humana conſtituit aliquid in eſſe, & in genere virtutis, aut vitij, ſic ꝙ poſt ſtatutũ, peccatũ eſt ſecus facere. Hoc ita poſito, & probato ꝙ lex humana obligat ad culpã, reſtat exponere, quibus regulis cognoſcamus q̃n obligat ad peccatũ mortale, q̃n vero ad veniale. De hac re diſſerit Syluester verbo Lex, q. 8 & 17 & verbo Præceptũ, & verb. Inobedientia, & dicit ſe de hac re nihil exploratum potuiſſe habere. Tandem ponit duas regulas Canoniſtarum.

Conueniẽtia inter humanam & diuinam legem.

Regulæ ad dignoſcendum quando lex humana ad peccatũ mortale obligat, aut vero ad veniale.

Prima regula Syluest.

Prima regula eſt. Ex voluntate legiſlatoris pendet vis obligãdi ad peccatum mortale, aut veniale. Itaq; ſi vult obligare ad mortale, obligat; ſin minus, nõ obligat. Hæc regula falſum dicit nam ſi legiſlator ſerio, & vere pcipit rem alioqui grauem, & maxime ad bonum commune cõducentem, non eſt poſitum in eius poteſtate, ꝙ non obliget ad peccatum mortale. Rurſus, ſi legiſlator præcipiat rem alioqui leuem, & minimi momenti, non eſt poſitũ in eius poteſtate, ꝙ lex illa obliget ad mortale.

Secunda regula Syluest.

Secunda regula. Ex verbis (inquit) legis inueſtigandũ eſt, quando lex obliget ad peccatum mortale; quando vero ſolum ad veniale. Nã ſi præcipit ſub anathematis ſententia: vt ſi dicat hoc pacto præcipimus, mandamus, ſtricte prohibemus; obligat ad peccatum mortale; ſi uero dicat, ſtatuimus ordinamus, obligat ad veniale. Hanc regulam eſſe falſam oſtendit optime Caie. in opuſculo 27. quæſ. q. 21. Nam lex ieiunij Quadrageſimæ vere obligat ad peccatum mortale, vt patet ex conſenſu omniũ Chriſtianorum, at non præcipitur ſub ſententia excommunicationis, neq; habet iſtum tenorem, pcipio, mando. Deinde, lex diuina præcipit ne quis mentiatur, ſub iſto tenore, præcipit Dominus, ſed non obligat ad mortale: ergo illa regula falſum dicit: oportet ergo declarare veras regulas quib. hoc intelligatur. Et ideo prima regula ſit.

Caie.

Quinque regulæ ad dignoſcendum quando humana lex mortale indicat peccatum aut ſolum veniale.

Prima reg.

Q̃n lex humana obligat ad peccatum mortale, aut veniale, talis obligatio ex leuitate, vel grauitate materiæ inueſtiganda eſt. Si n. res q̃ pcipitur, grauis eſt, & ad bonũ cõe maxime cõducẽs, obligat ad peccatũ mortale: alioq non. Secunda regula. Q̃ado tranſgreſſio legis humanæ contrariatur caritati, aut iuſtitiæ, talis lex obligat ad peccatum mortale ſin aliter, ad veniale. v. g. eſt in Hiſpania penuria tritici, præcipit lex ne deferatur extra regnũ triticũ, obligat ad peccatum mortale: nã contrarium facere, eſt in graue detrimentum reipublicæ, aut pximi. Item, tempore belli lex quæ mandat ne efferantur arma extra regnum, obligat ad peccatum mortale; ceterum lex quæ ſtatuit quo genere veſtiũ cuiq; ſit vtendum, cõiter non obligat ad mortale, niſi eſſet in graue detrimentum reipublicæ: nam tunc obligaret ad peccatum mortale.

Secun. regu.

Tert. regu.

Tertia regula. Quando lex humana minatur pœnam capitis, aut exilij ppetui tráſgreſſoribus, obligat ad peccatum mortale: nam ſeueritas pœnæ eſt argumentum, ꝙ res quæ præcipitur, grauiſſima eſt.

Quar. regu.

Quarta regula. Quando lex præcipit aliquid ſub anathematis ſententia, euidens eſt ꝙ obligat ad mortale: nã ſeueritas pœnæ hoc manifeſte oſtendit.

Quin. regu.

Quinta regula. Tranſgredi legem humanã ex contemtu: peccatum mortale eſt. nã contemnere Superiorẽ, peccatum mortale eſt. Sed hæc regula non eſt adeo certa, vt oſtẽdit Dominus Caie. in ſua Summa, verbo, Cõtemtus. Nam contemnere legem intra limites legis, leuis & non maximi momenti, peccatum veniale ſolum eſt.

Caiet.

Obiectiones contra iſtas regulas.

Prima.

Sed contra iſtas regulas exiſtunt aliquot argumenta. In primis, prælati ſæpe præcipiunt res leues ſub ſententia excommunicationis, vt experientia docet; & tamen vere obligant ad culpam grauem. ergo regulæ noſtræ vere nõ ſunt. Rñdetur, ſnia excommunicationis, ſiue iuſta, ſiue iniuſta, timenda eſt: ceterum quando conſtat rem præceptam eſſe leuiſſimam, non obligat in conſcientia.

Reſponſio.

Secunda.

Secundo, nam prælati interdum obligant ad res minoris momẽti, vt ne ingrediatur ſubditus in talem domũ, neque tranſeat per talem vicum; & obligant ad mortale: ergo regulæ ſupra poſitæ non ſunt veræ. Reſpondetur, ꝙ res minoris momenti comparata ad honeſtatem, & bonum nomen religioſorum, aut clericorum, efficitur res maximi momenti: & ideo obligat ad mortale.

Reſponſio.

Tertia.

Tertium argumentum. Nam conſtitutiones religioſorum interdum non obligant ad culpam ex voluntate legiſlatoris, vt patet in conſtitutionib. D. Dominici: ergo leges ex voluntate legiſlatoris nõ obligabunt ad culpã: tota ergo uis obligandi in legibus erit ex uoluntate legiſlatoris. Reſpondetur negando conſequentiam. nam conſtitutiones quæ non obligant ad culpam non ſunt veræ leges, neq; prælatus proprie imperat, neq; exigit obediẽtiam, ſed potius habent modum admonitionis, & conſilij, quam legis. proprietas enim legis eſt obligare ad culpam: nam ſi lex eſt, ergo regula eſt. ergo obedientia eſt: ergo deficere ab ea, obliquum eſt, & peccatum.

Reſponſio. Conſtitutiones quæ non obligant ad culpam, non ſunt veræ leges.

Ad argumenta propoſita in principio qõnis rñdetur. Ad primũ dicendũ ꝙ legiſlatores humani nõ inducunt obligationẽ ad culpã, vt agẽtia principalia, ſed quatenus fruuntur vi, & efficacia ſuperioris cãe, vt antea dictũ eſt. Secũdo rñdetur, hominẽ, plus poſſe in malũ, quã in bonũ, iuxta illud; Perditio tua ex te tantũmodo, auxiliũ tuũ in me. Ad ſecundũ reſpõdetur, ꝙ ligare, & abſoluere, vt ſũt actus clauium, important remittere, & detinere peccata iudiciaria poteſtate. Quod vero hic diſputamus, longe diuerſum eſt. nam obligare ad culpam, eſt tantum conſtituere lege, & conſtituere aliquid in genere virtutis, cuius proinde contrarium, vitium erit proprietas namque legis eſt obligare ad obedientiam. Ad tertiũ reſpõdetur, ꝙ præcepta parentum, & aliorũ Superiorũ ſine dubio obligant ad culpam, pro qualitate præcepti, & materiæ.

Ad argu. in contrariũ adducta in initio.

Ad primum Oſeæ 13.

Ad ſecundum

Ad tertium

Ad quartum reſpõdetur, ꝙ de difficultate huius argumenti in ſequentibus diligentiſſime pertractandum eſt.

Ad quartum

Ad omnia alia argumenta reſpondetur, ꝙ poteſtas ciuilis, vt obliget in conſcientia, nõ opus eſt, vt ſit poteſtas ſpiritualis, ſed ſat eſt, ꝙ cõſtituat aliquid in genere virtutis, & obedientiæ, cuius proinde contrariũ, uitium erit.

Ad omnia alia arg.

Sequitur grauiſſimum dubium; Vtrum leges humanæ obligent ad ſui obſeruationẽ cum periculo vitæ. De hoc verſantur tres opiniones inter Doctores. Prima dicit ꝙ nulla lex humana obligat cum diſcrimine vitæ. Et pbatur ſic. Nã quiſq; iure naturali tenetur vitã ſuã tueri, & conſeruare: huic aũt iuri naturali ius humanũ derogare non poteſt. Hanc ſententiam improbat hic dñs Caie. magnis argumẽtis. Secunda eſt Caietani, ꝙ vniuerſa lex humana q obligat ad peccatũ mortale, obligat ad ſui obſeruationem cum diſcrimine vitæ. Et probat in hunc modum. Nam quilibet homo, quidquid habet, & quidquid eſt, eſt reipublicæ, ſicuti pars, qdquid eſt, totius eſt. ergo lex humana q̃ reſpicit bonũ cõmune, poteſt diſponere, & ordinare de uita hominis in ordine ad bonu commune. Secundo, potius debet hõ mori, quam celebrare matrimonium cum conſobrina ſua in gradu prohibito, ut plane conſtat, at hoc eſt probibitum de iure poſitiuo tm̃. Tertio, Sacerdos potius debet mori, quam celebrare ſine corporali extra altare, & ſine veſtib. ſacerdotalibus, & ceteris de iure humano requiſitis. Vltimo in capitulo, ſacris, de his quæ vi fiunt: definitur ꝙ ſacerdos potius debet mori, quam cõmunicare cũ excõicatis: communicare vero cũ excommunicatis tantum eſt prohibitum iure humano. Hæc ſententia Caietani falſiſſima eſt. nam lex naturalis præcipit, vt ſubueniamus pauperi in extrema neceſſitate conſtituto, ſed non obligat cum diſcrimine pprie vitæ. ergo lex naturalis non obligat ad ſui obſeruationem cum diſcrimine vitæ. ergo multo minus lex humana. Deinde, lex diuina obligans ad peccatũ mortale, non obligat cum diſcrimine vitæ, ergo nec humana. Antecedens probatur. Nã Dauid in extrema neceſſitate comedit de panibus propoſitionis, qui ſolis ſacerdotibus erãt dedicati & in ea re nõ peccauit, vt dicit Dñs. Rurſus, Mathathias pugnauit in die ſabbathorũ, exiſtimãs ſe nõ teneri ab obſeruatione ſabbathi in tanta neceſſitate.

An humanæ leges cum vitæ diſcrimine obligent ad ſui conſeruationem.

Prima opi. Caie. opinio.

Prim. arg. Caiet.

Secundum

Tertium

Vlt.

Quod non obliget humana lex cum vitæ periculo.

1. Reg. 21. Match. 12. 1. Mach. 2.

Soto.

Soto lib. 1. de iuſtitia & iure, q. 6 art. 4. tenet mediā opinionem, & ſtatuit hanc regulam. Quando leges humanæ præcipiunt aliquid ſub pœna capitis, obligant ad ſui obſeruationem cum diſcrimine vitæ. Sed diligentius tractat hanc quæſtionem in 4. d. 21 q. 1. art. 4.

Pro huius rei expoſitione aduertendum eſt primo, ꝙ hic non quærimus, an pro vitanda morte, culpa vel mortalis, vel venialis ſit cōmittenda: nā certiſſimum eſt apud omnes Theologos, nullam culpam, vel minimam, ꝓ quocumq; periculo vitando eſſe committendam. Sed tantum quærimus, vtrum ſuperueniente periculo vitæ, & diſcrimine, ceſſet legum humanarum obligatio. Secundo notādum eſt, ꝙ diſcrimen vitæ aliquando ſequitur ad obſeruationem legis humanæ, quod a legiſlatore optime præuiſū eſt: aliquādo uero ſequitur per accidēs ab extrinſeco. Qd̄ poteſt accidere dupliciter, tum in odium, & in contemtū legum humanarum, tum vero in periculum perſonę. Quibus poſitis, ſit prima propoſitio

Lex humana poteſt obligare ad ſui obſeruationem cū diſcrimine vitæ. Probatur. Nā homo non ſolum quantum ad ea quæ poſſidet, ſed quantum ad ſeipſum eſt pars reipublicæ: ergo reſpublica poteſt uitam eius diſcrimini exponere pro conſeruando, & tuendo bono publico.

Secunda propoſitio. Quando periculum mortis ſequitur ex actu præcepto, quod a legiſlatore ꝓuideri potuit, leges humanæ obligant ad ſui obſeruationem cum diſcrimine uitæ. Probatur hoc, & illuſtratur exemplis. Si Epiſcopus tempore peſtis præcipiat parochis, ut in parœcia ꝑmaneant, ut adminiſtrent ſacramenta, tenentur obedire non obſtante periculo uitæ. Item, præcipit Ep̄s uiſitatoribus, ut ſuum officium exerceant, quando hæretici graſſantur: tenentur obſeruare præceptum cum diſcrimine uitæ. Itē, præcipit Dux militibus, & dat ſignū aggrediendi ꝯ hoſtes: tenentur parere, non obſtante periculo uitæ.

Tertia concl. In ceteris caſibus lex humana nunquam obligat ad ſui obſeruationem cū diſcrimine uitæ, niſi quādo agit de defenſione fidei, & uirtutum. Pro explicatione huius cōcluſionis meminiſſe oportet illius diſtinctionis celebris, eſſe quædā prohibita, quia mala, puta, qa habent intrinſecā malitiā, ut mendaciū, adulteriū: alia uero ſunt mala, qa prohibita, ſ. quia non habent in ſe intrinſecā malitiā, ut comedere carnes in die Veneris. In illis q̄ ſunt primi generis, potius d̄z hō ſubire mortē, q̄ legē frāgere, licet ſolū ſit peccatū ueniale: potius nāq; debet hō mori, q̄ adulterari, aut mentiri; licet mendaciū leue ſit. Quoniā illa q̄ ſunt intrinſece mala, nulla rōne recte fieri poſſunt. In illis uero quæ in ſecundo genere dicuntur eſſe ad inueſtigandū qn̄ obligant cū diſcrimine uitæ, attendēda eſt grauitas materiæ q̄ præcipitur. u. g. lex Pontificia ꝑcipit Quadrageſimale ieiuniū, aut Feſtorū obſeruationē; ceterum q̄ infirmatur, nō tenetur ieiunare, ſed excuſatur: qm̄ Eccleſiæ non tanti refert ieiunium, quanti ſalus hoīs. Si igitur alicui incutiatur metus mortis, ſi ieiunet, aut feſtū obſeruet, ſi illud ſit in odiū, & contemtū legū Eccleſiaſticarū, ad oſtendendū legē, & fidē noſtram eſſe falſam, & nullius ualoris, potius d̄z hō oppetere mortē, quā legē humanā frangere, ꝓp ius diuinum, quo tenetur hō fidē ſuā confiteri: ceterum ſi incutiatur metus mortis alia de cauſſa. u. g. ex nequitia hominis ſcelerati, nō tenetur legē ſeruare cū tanto diſcrimine. Similiter ſi quis tyrannus incutiat metū mortis ſacerdoti, niſi celebret corā excōicatis, ſi id fiat in contemtū legū Eccleſiaſticarum, tenetur potius mori, ꝓp rationē ſuperius commemoratā: ceterū ſi fiat alia de cauſſa, ad oſtendendam ſe nō eſſe excōicatum, optime poteſt celebrare coram excōicatis: nam Eccleſiæ non tāti refert in hoc caſu prohibere excōicatorum commercium, quā ſeruare uitam hoīs. Hæc eſt uera explicatio huius dubij.

Ad arg. primæ opinionis r̄ndetur, non ſemper obligari hominē uitā ſuam ſeruare, ſed aliquando eā exponere periculo tum pro amico, tum pro republica honeſtum eſt.

Ad arg. primū ſecundæ opinionis r̄ndetur, tm̄ probare ꝙ reſpublica id poſſit efficere; ſed ꝙ id faciat in uniuerſis legib. quæ obligant ad peccatū mortale, certe non ꝓbat.

Ad ſ. n arg. r̄ndetur, ꝙ licet prohibitio matrimonij decernens irritū eſſe matrimoniū inter cōſanguineos, ſit de iure Eccleſiaſtico; nihilominus ſtatuto ꝙ non eſt uerū matrimoniū accedere ad conſanguineos ſine diſpenſatione, eſt ꝓmittere fornicationē, quæ iure diuino prohibita eſt.

Ad tertium & quartum. — Ad tertium & quartū arg r̄ndetur, ꝙ ſacerdos nō tenetur potius mori, quā celebrare ſine corporali, aut lumine. Itē dico, nō teneri ſacerdotē potius mori, quam celebrare corā excōicatis: nā capitulū, Sacris, ſuperius adductū, hēt duas ueras expoſitiones. Prior eſt, qn̄ offertur periculū in contemtū legū Eccleſiaſticarū. Poſterior eſt. qn̄ cogitur, ſacerdos cōmunicare in crimine criminoſo: de qua re uidendus eſt Syluester, uerbo, Excōicatio. 5. §. 6. in fine, & Soto loco ſupra citato. Ex his ſoluitur facile argm̄ qd̄ maxime exaggerat Caiet. Nā peccatū mortale nō eſt admittēdū ꝓ quocūq; periculo uitādo: ſed lex humana obligat ad peccatū mortale aliquādo, ut antea dictū eſt: ergo ꝓ quocūq; ꝑiculo cauēdo nō eſt frāgēda. R̄ndetur, q̄ hoc arg. ē̄t de lege obligāte ad peccatū ueniale ꝓbat. R̄ndetur ſecūdo, ꝙ nihil ꝓbat: nā ſuperueniente periculo ceſſat obligatio legis humanę; & iō nō cōmittitur peccatū, nec mortale, nec ueniale. Eſt aliud dubiū, Vtrū leges pęnales obligēt in cōſciētia. Hæc qō pōt uerſari in duplici ſenſu. Prior eſt, utrū ad id ꝙ ꝑcipitur, obliget in foro cōſciētię. Poſterior eſt, Vtrū hō q̄ trāſgreditur legē pęnalē, teneatur in cōſcientia pœnā ꝑſoluere. De priori ſenſu nūc agēdū eſt, & ꝓ parte negatiua ſic arguitur. In primis, leges q̄ ſtatuūt irregularitatis pęnā, nō obligant ad culpā. Quod ſic oſtēdo. Iudex enī q̄ occidit iuſte malefactores, irregularis eſt. Rurſus, bigamus irregularis ē, cui nulla ſubeſt culpa, ut hēt ſana doctrina. Secundo, notū, aut iuſtm̄ pœnale nō obligat in cōſciētia: ergo neq; lex pęnalis. Cōſequētia optima eſt, & ꝓbatur antecedēs. Nā ſi qs ꝓmittat Deo ſe nūqā luſurū, aut ſi luſerit, ſe ieiunaturū; certe ſi ludit, nō peccat, ſed tenetur ieiunare. Tertio, leges populorum, quib. cauetur ne oppidani cædant ſyluā cōem, ꝙ ſi aliq inueniātur cædentes, ſoluāt ſtatutā pęnā; ſine dubio nō obligāt ad peccatū, ſed tm̄ ad pęnam, ut cōſtat ex cōſenſu oīum populorum. Quarto, cōſtitutiones in qbuſdā religionib. nō obligant ad culpā, ſed tm̄ ad pęnā: ergo eo ipſo ꝙ legiſlator ſtatuit pęnā in trāſgreſſores, uiſus eſt eſſe ꝯtentus exigere pęnā, & nō obligare ad culpā. Vlti. leges ſunt innumeræ, tā in in lege diuina, q̄ in lege humana, quę nullā formā ꝑcepti, aut ꝓhibitionis ꝑ ſe ferunt, ſed tm̄ pęnā ſtatuūt. Hm̄ ōi eſt illa, Qui furatus fuerit bouē, quinq; boues pro uno reſtituet; & 2. q. 3. c. Qui non ꝓbauerit, eādē pęnā, quā inicerit, patiatur, & l. capitalium ff. de pœnis, ſic habetur, Incendiarij capite plectantur. Ergo hmōi leges nō obligant in cōſcientia, ſiquidē nihil ꝑcipiunt. In cōtrarium eſt: nā ꝓprietas legis inſeparabilis eſt obligare ad culpā, ut antea dictū eſt. Sed leges pęnales ſunt uere, & ꝑcipuę leges: ergo obligant ad culpā. Hanc qōnē tractat Syluest. uerbo, Inobediētia, ad finē, & adducit opinionē Iuriſperitorū, ꝙ leges pęnales nō obligāt in cōſciētia. Deinde, Summa Angelica ut refert Sylue. ibidem, approbat diſtinctionē quādā, quā accepit ex Hērico Gandau quodli. 3. q. 22. ꝙ qn̄ leges pęnales præcipiunt, aut prohibēt aliquid, & pęnā adhibent in tranſgreſſores, obligant in conſciētia: ceterum quando nihil præcipiunt, ſed tm̄ adhibent pœnam, nō obligant ad culpam. Exempla huius rei adducta ſunt, in ultimo argumento. Contraria ſnīa ſine dubio uera eſt. Dicendum eſt. n. ex diuina Theologia, ꝙ omnis lex pęnalis obligat ad culpam. Hæc eſt ſententia D. Th. expreſſa ſupra q. 87. ar. 7. & in 2. 2. q. 108. ar. 4. & hæc eſt nota lumine rationis naturalis. Ad quod explicandum, aduertendum eſt, ꝙ pęna, & ſupplicium dicit reſpectum ad culpā. Primo, quoniam habuit ortum ex culpa, ſecundum illud; Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatū mors: nomine, mortis, omne genus pęnę intelligitur. Secundo, quoniam pęna eſt, ut medicina culpæ: id. n. quod per culpam labefactatum eſt, per pęnam ad æqualitatem reducitur. In quo admiranda eſt diuina clementia: nā uoluit ex peccato pęnam naſci, quæ pęna uires peccati debiliter, & confringat. ſic dicebat D. Aug Iuſſiſti Domine, & ſic eſt, ut omnis animus inordinatus pęna ſit ſibi & iterū; Soles ualentibus tuis legibus miſcere ſalubres amaritudines in uitiorum ſuauitate.

Ex hoc principio ſic concludo argumentum: Pœna, & ſupplicium, culpę debet correſpondere, ſi proprie loquendum

Margin notes (right): Syluest. Soto. Argumentum Caiet. Solutio. — An leges pœnales in conſcientia obligent. — Prim. arg. — Secundum. — Tertium. — Quartum. — Quintum. — Exho. 22. — In contrariū. — Sylue. Summa Angelica. Gandau. — Omnis lex pęnalis obligat ad culpam. D. Tho. Rom. 5. — Aug. 1. li. conf. c. 12.

dum eſt: ergo eo ipſo ꝙ legiſlator ſtatuit pœnas in tranſgreſſores, demonſtrat euidenter ad culpã obligare. Huic conſonat Augu. cum inquit, Omnis pœna iuſta eſt, & pro peccato impenditur: & Iob dicit; Quis umquam innocēs periit? aut recti quando deleti ſunt?

Augu. li. 1. retrac. c. 9. Iob. 4.

Secundo, ſi legiſlator ſtatuit leges abſolute abſq; pœnæ adhibitione, cōſtitutum eſt apud oēs, quod obligat ad culpam: ergo ſi ſtatuit pœnam in tranſgreſſores, euidens eſt, ꝙ obligat ad culpam: nam ꝙ ſtatuit, ſignum eſt ꝙ ardentius uult fieri quod præcipit.

Tertio, legiſlatores ſtatuunt inæquales pœnas in tranſgreſſores: hoc autem faciunt, quia exiſtimant, inæquales eos committere culpas, ut ſeruetur illud; Iuxta menſurã delicti erit & plagarum modus.

Quarto, legiſlatores qũ præcipiunt aliquid ſub pœna ſtatuta, conſtituunt illud in genere uirtutis, & obediētiæ: ergo contrarium facere, uitium erit. Hæc ſententia confirmatur ex diuina ſcriptura: nam lex, quæ fuit poſita primis parentibus, pœnalis fuit, & habuit iſtum tenorem; In quocumq; die comederis ex eo &c. Sed hæc lex maxime obligauit ad culpam, ut conſtat ex fide.

Denique, indubitatum eſt, ꝙ ſi princeps præcipiat militi ſub pœna capitis ne deſerat locum ſuum, ſi deſeruerit, peccatum mortale committit. Immo eſt regula generalis, quotieſcumq; lex præcipit ſub pœna capitis, aut priuationis omnium bonorum, aut exilij perpetui, obligat ad peccatum mortale.

Ad argu. in aduerſum. Ad primum.

Ad primum argu. reſpondetur, ꝙ irregularitas in iudice, aut in bigamo, pœna non eſt nec n. arcentur a ſacris ordinib. ſuſcipiendis, ut afficiantur pœna, aut ſupplicio, ſed ꝓpter decentiam: non. n. decet, vt qui ſanguine cōtaminatus eſt, ſacramenta innocentiſſimi Agni diſpenſet. Rurſus, bigamus non eſt irregularis propter pœnam, ſed propter ſignificationem: Chriſtus. n. unam Eccleſiã ſibi deſponſauit. Ex hoc ſequitur, ꝙ irregularitas duplex eſt. Altera eſt uera pœna, quæ incurritur ratione delicti; ut cum excommunicatus celebrat, aut ſuſcipit ſacros ordines. Altera eſt, quę nō eſt uera pœna, ſed incurritur propter decentiam, & ſignificationem, ut in caſibus commemoratis. Sequitur ſecũdo, ꝙ quando in Bulla cruciatæ datur facultas abſoluend. ab omnibus cenſuris Eccleſiaſticis, noīe iſto intelligitur irregularitas ex delicto contracta, ceterum non intelligitur illa quæ contrahitur propter decentiã, & ſignificationē. de qua re uidendus eſt Soto in 4. d. 22. q. 3. ar. 1. Ad ſcdm arg. reſpondetur, ꝙ uotũ pœnale poteſt fieri dupliciter. Vno modo, ſub diſiunctione, ut ſi qs ꝓmittat ſe nō luſurũ, aut ſi luſerit, ieiunaturu. certe ſi luſit, nō eſt reus uoti, ſed tenetur ieiunare. Alio modo poteſt fieri abſolute, ut ſi quis ꝓmittat ſe non acceſſurũ ad talē mulierē, ꝙ ſi fecerit, tamen ſubiturũ pœnã ſi faciat acceſſum, reus eſt uoti, & inſuper tenetur ſubire pœnã. Ex hac ſolutione facile eſt intelligere, quid dicendum ſit de legibus quib. Canonici tenentur intereſſe ſacris, aut mulctam perſoluere. Certe ſi non interſunt, non peccãt, ſed teneatur mulctã pſoluere. Idē dicendũ eſt de legib. quib. ꝓlectores cathedræ tenentur legere, aut mulctã perſoluere: certe, per ſe loquendo, nō peccant, ſi non legãt, ſed tenentur mulctã pſoluere. Secus eſt, ſi ex hoc ſeq̃tur detrimentũ doctrinæ, aut cultus diuini. Ad tertiũ reſpondetur, ꝙ ſtatuta dicta in argũ, ꝓprie nō ſunt leges pœnales, ſed ſunt cōuentiones populorum, ne communis ſylua deſtruatur, uel ſunt ſtatuta ſub diſiunctione, ne qs cædat, aut ſi cædat, ſoluat certã pœnã de qua re iterũ in ſequentib. redibit ſermo. In hoc ꝑdicamento collocanda ſunt ſtatuta confraternitatum quæ ſtatuunt aliquid faciendum, uel non faciendũ ſub certis pœnis tranſgreſſores non ſunt rei culpæ: nam non ſunt leges proprie pœnales, & pœnę quas ſtatuunt, non ſunt proprie pœnæ: nã eas ſuſcipiunt uoluntarie. Ad quartũ reſpōdetur, ꝙ ſtatuta religionũ quæ nō obligant ad culpã, non ſunt proprie leges, ſed potius habēt modũ admonitionis, & conſilij, quam legum. Vel dicendum eſt, ꝙ quãdo legiſlator exprimit in lege pœnali, ſe nō velle obligare ad culpam, ſed tantum ad pœnã, certe non obligat ad culpã. Sed quod hactenus docuimus, eſt, ꝙ quando ſtatuit legem pœnalem, & id non explicat, certe obligat ad culpam.

Irregularitas duplex eſt. In Bulla nunc datur facultas abſoluendi ab irregularitate quæ ex delicto contracta incurritur. Ad ſecundum Soto. Votum pœnale fieri ſub diſiunctione, & abſolute, non conſtituit ſacto. cum uouet, ſecus eſt ſi fia. abſolute. Legi quod canonici, ſi ſacris nō interſunt, tenentur perſoluere mulctam, & non ob id peccant.

Ad tertium.

Ad quartum.

Ad quintum.

Ad quintum argumentum reſpondetur, ꝙ leges humanæ interdum ſtatuunt pœnas in tranſgreſſores legis naturalis, aut diuinæ, vt quando ſtatuunt homicidas, & adulteros eſſe occidendos. & in his caſibus leges humanę nō inducunt nouam obligationem ad culpam, ſed p̃ exiſtentem confirmant. Quando uero eſt pura conſtitutio humana, ſi qũ ponitur ſine adhibitione pœnæ, obligat ad culpã, euidens eſt ꝙ additio pœnę non diminuit culpam. Itaq; ſiue lex pœnalis præſeferat præceptum, ſiue non, ſi tamen eſt uera lex, obligat ad culpam.

Sed ex hoc naſcitur parua dubitatio; Vtrum qui tranſgreditur legem pœnalem, cuius tranſgreſſioni impoſita eſt pœna mortis, peccet duplex peccatum; alterum, quia tranſgreditur legem pœnalem; alterum, quia ſe exponit periculo mortis? Videtur ꝙ peccet duplex peccatum: Nam qui ſe exponit periculo mortis, homicida eſt: hic ſe exponit periculo mortis: ergo homicida eſt. Reſpondetur, ꝙ non peccat duplex peccatum: nam qui furatur, non peccat duplex peccatum; alterum, quo furatur; alterum, quo ſe exponit periculo ſuſpendij. Et ratio euidens eſt: nam periculum non ſequitur ex natura rei, ſed ex legis pœnalis tranſgreſſione. & ideo totum peccatum fuit tranſgredi legem, cuius tranſgreſſioni ſtatuta erat pœna mortis.

Sequitur iã, ut diſputemus quæſtionē in ſecũdo ſenſu; Vtrum tranſgreſſores legis pœnalis obligentur in cōſcientia ad pœnas ſubeundas? Hæc qõ poteſt intelligi dupliciter. Primo, utrũ teneantur ſoluere pœnas ante iudicis condemnationem. Deinde, utrũ teneantur poſt iudicis condēnationem ſoluere pœnas. De priori ſenſu agendum eſt.

An tranſgreſſores legis pœnalis obligentur in conſcientia ad pœnas ſoluendas.

Pro parte affirmatiua ſic arguitur. Nam prælati Eccleſiaſtici poſſunt efficere, ut tranſgreſſor legis incidat in pœnã excōicationis ante iudicis condemnationem, ut eſt in confeſſo apud oēs Doctores: ergo legiſlatores humani poſſunt obligare ad ſubeundas pœnas ante iudicis condemnationē. Probatur conſequentia: nam pœna excōicationis nō eſt minus acerba, immo eſt multo grauior ceteris.

Argu. prim.

Secundo, ſi legiſlatores non poſſunt obligare trãſgreſſores ad pœnas ſoluendas ante iudicis ſententiã, ſequitur ꝙ uane, & abſq; ullo effectu adhibentur in legibus pœnalibus hæc uerba, Ipſo iure, Ipſo facto.

Secundum.

Tertio arguitur ex capitulo, Cũ ſecundũ leges, de hæreticis, li. 6. ibi. n. ſtatuitur, ꝙ hæretici ab ipſo die cōmiſſi criminis priuētur bonis ſuis, & teneãtur ea fiſco conſignare: ergo legiſlator pōt obligare ad ſoluendas pœnas ante iudicis ſententiam. Antecedēs ꝓbatur: nã in illo capitulo ſtatuitur, ꝙ hæretici a die cōmiſſi criminis ſpolientur bonis ſuis, & ꝙ fiſcus petat oĩa bona ſua: ergo argũ eſt, ꝙ a die cōmiſſi criminis eſt priuatus dominio bonorũ ſuorũ. Rurſus ex eodē principio colligitur, ꝙ ſtatim tenentur ea reſtituere fiſco; alioqui retinerent alienum inuito domino.

Tertium.

Quartum.

Quarto, aliæ ſunt leges quamplurimæ, quæ obligant ad ſoluendam pœnam ante iudicis ſniam, quas oportet diligēter enumerare. In primis, in Collegijs ſunt ſtatuta decernentia, ut qui hoc, vel illud fecerit, ſtatim teneatur reſtituere ea bona quæ a collegio recipit: & nemini dubium eſt, quin tranſgreſſores iſtorum ſtatutorum ſtatim teneantur ea reſtituere ante iudicis declarationem.

Rurſus, in nřa Vniuerſitate ſunt ſtatuta, vt qui ambierint, vel aliquid ab oppoſitorib. receperint, ipſo facto ſint priuati iure ferēdi ſuffragiũ, & certiſſimũ eſt, ꝙ ſtatim abſq; alia ꝑuia declaratione incidunt in inhabilitatē, & ſtatutã pœnã. Item, ſunt leges regiæ, q̃ præcipiunt, ut iudices qui munera ſuſcipiunt a litigantibus, continuo ea teneantur reſtituere abſq; alia iudicis declaratione, aut ſententia.

Quintum.

Sextum.

Præterea qui uendunt frumentum ultra taxatum pretium a republica, continuo tenentur reſtituere, vt eſt in confeſſo apud uniuerſos Theologos.

Septimum.

Item, qui deinceps non reſident in ſuis beneficijs, tenētur ſtatim fructus reſtituere, nec opus eſt iudicis declaratione: ita enim ſtatutum eſt in Conc. Trid.

Octauum.

Præterea, q̃ habet duo beneficia curata poſt promulgationē Conc. Trid. ipſo facto eſt priuatus oribus beneficijs, ut definitũ eſt in Cōc. Trid. Seſſ. 7. c. 4. Itē, qui habet titulũ Eccleſiæ parochialis, ſi intra annum nō promouetur ad ſacerdotij ordinē, abſq; alia præuia admonitione, ꝓbēda priuatus eſt. ſic definitum eſt capitulo, Licet, de elec̃tio. lib. 6. Præterea, pōt defunctus legare uxori ſuæ bona ſua hac cōditione,

Conci. Trid. ſeſſ. 24. c. 2. Nonum. Decimum.

dit.onc,

cõditione, ſi caſte uixerit, uel ſi non tranſierit ad ſecũdas nuptias: qua cõdõne nõ ſeruata, ꝯtinuo tenetur bona illa reſtituere ante iudicis ſnĩam. Deniq; hęc oĩa cõfirmãtur ex ſacra ſcriptura. Nã certe in diuina ſcriptura ſunt q̃dã ꝑcepta pęnalia, q̃ obligant ad ſubeundã pœnã ante iudicis ſnĩam, uti illud, Qui tetigerit mulierẽ ſ uxu ſãguinis pollutã, immũdus erit vſq; ad veſperã: hæc aũt immũdities ꝯtinuo incurrebatur abſq; alia iudicis cõdẽnatione.

Vltim.

Leuit. 15.

Queſtionẽ hãc diſputat optime Soto li. 1. de iuſtitia q. 6. ar. 6. In huius expoſitionẽ ſunt duæ opiniones ꝯriæ. Vna dicit, ꝙ tranſgreſſores legũ pœnaliũ tenentur ad pœnas ſubeũdas ante iudicis ꝯdẽnationẽ. Hæc opinio ẽ Alfonſi de Caſtro, li. 2. de iuſta hæreticorũ punitione, c. 6. & in libro quẽ cõpoſuit de lege pœnali. Hæc opinio eſt quorundã Iuriſperitorũ, nominati Panormitani. Alia ſnĩa dicit, ꝙ tranſgreſſores legũ pœnaliũ peccãt q̃dã, ſed ad pęnam ſubeundã nõ tenẽtur ante iudicis cõdẽnationẽ. Hãc doctrinã docet D. Th. in 2. 2. q. 62. ar. 3. Caiet. eodẽ loco, & in ſua Sũma, verbo Pęna: Syluester, verbo Aſſaſinus: & Adr. q̃dli. 7. ar. 1. Cõra. 1. li. de ꝯtrib. q. 7. & alij innumeri, quos citat Soto loco citato.

Soto.
Duæ opiniones circa ꝓpoſitam q̃ſtionem.
Caſtro.
Panor. c. canonum de conſtitu. et ca. dilecti de arbitris.

Scđo aduertẽdũ eſt, ꝙ uniuerſæ pęnæ, quæ legibus decernuntur, ad tria genera reduci pñt. Primũ genus eſt earũ pęnarũ, q̃ nullã requirunt actionem, nec ex parte iudicis, nec miniſtri, nec ex parte delinquẽtis; ſed ꝯſiſtũt in priuatione, vt excõicatio, irregularitas. Scđm genus eſt earũ, ĩ q̃b. actio delinquẽtis miſcetur paſſioni, ut pœna exſilij, & pœna pecuniaria: nã ĩ pœna exſilij neceſſaria ẽ actio delinquẽtis, ut ꝓficiſcatur ĩ exſiliũ. Tertiũ genus pœnarũ ẽ, in q̃b. actio requiritur exequentis iuſtitiã; ſed ex parte delinquẽtis tm̃ paſſio requiritur, ut pœna mortis, uel abſciſſionis membrorũ.

Triplex pœnarum genus.

His ꝯſtitutis, ẽ prima ꝓpoſitio. Tranſgreſſores legũ pœnaliũ, q̃ dicunt, Ipſo iure, uel Ipſo facto, ante iudicis ſnĩam incurrunt pęnas, q̃ in priuatione ꝯſiſtunt; cuiuſmodi ſunt, excõicatio, irregularitas, &c. Hæc cõcl. ab oĩb. tãquã certa conceditur, & cõſtat ex Eccleſiæ traditione. Sed ĩ aſſignãda rõne eſt q̃dã diuerſitas Doct. Caie. exiſtimat ita eſſe, qm̃ pdictę pęnæ in priuatione ꝯſiſtunt: ergo abſq; alia puia actione, & admonitione incurruntur. Soto alia uia pgit: exiſtimat .n. ita eſſe, qm̃ excõicatio nõ eſt priuatio alicuius boni ꝓprij, qđ trãſgreſſor legis prius poſſederat; ſed ẽ priuatio bonorũ cõium, q̃ ab eccleſia erat recepturus, vt priuatio cõionis ſpiritualis, & receptionis ſacramentorũ, & iđ eccleſia eo ipſo, ꝙ q̃ſpiã eſt uiolator ſuæ legis, ꝑt illũ facere inhabilẽ ad bona cõia ſuſcipiẽda. Vtraq; rõ ꝓbabilis vr̃; ſed rõ Caie. vniuerſalior eſt.

Prima concl. Tranſgreſſor legis pœnalis quæ dicit, ipſo facto, ante iudicis ſententiã incurrit pœnã in priuatione conſiſtentem.

Seqtur ex his, ꝙ ſi lex priuat aliquẽ voce actiua, & paſſiua, ſi cõmiſerit tale crimẽ, ꝯtinuo ac cõmittit crimẽ, abſq; alia iudicis declaratione priuatus eſt uoce actiua, & paſſiua. De voce paſſiua eſt ſumma cõſenſio Theologorum oĩum, & eſt aperte definitũ ĩ capitulo, Cũ ſingula, đ pbẽndis, li. 6. De uoce uero actiua Soto vr̃ docere, ꝙ priuatio uocis actiuæ nõ ĩcurritur ante iudicis declarationẽ. Sed ego đ hac re plurimũ dubito; tũ qm̃ pęnæ, q̃ conſiſtunt in priuatione, continuo incurruntur, ſi uera sũt, q̃ ſupra diximus; priuatio uero uocis actiuæ, pęna priuata eſt: tũ ũeto, qm̃ excõicatio cõtinuo incurritur ante iudicis declarationẽ; at excõicatio includit priuationẽ vocis actiuæ, & paſſiuę.

De punitione uocis actiuæ.

Hęc nr̃a concl, ut uera ſit, tres condõnes reqrit. Prima eſt, ꝙ dicat lex, Ipſo iure, vel Ipſo facto: nã leges pœnales, cũ ſint odioſæ, in mitiorẽ partẽ sũt interptãdæ: pp qđ, ſi dicat, ſub ſnĩa excõicationis, intelligendũ eſt, ferendæ, nõ latæ. Scđa condõ eſt, ꝙ ſit actus exterior: nã actus interiores non ſunt ſubditi cẽſuris Eccleſiaſticis: pp qđ ſi q̃s mẽte cõcepit hæreſim, & nõ ore protulit, nõ eſt excõicatus. Tertia condõ eſt, ꝙ ſit actus pfectus: nã ſi q̃s emiſit ſagittã ĩo interficiendi clericũ, & ictũ errauit, nõ eſt excõicatus: ſimiliter ſi quis ꝓpinauit uenenũ, & inde mors nõ fuit ſubſecuta, nõ eſt irregularis.

Conditiones requiſitæ ad ueritatem cõcluſionis.

Scđa concl. Trãſgreſſores legũ pęnaliũ ante iudicis ſnĩam nõ tenẽtur ſubire eas pęnas, quæ ĩ actione & paſſione conſiſtunt, & multo minus eas, q̃ in ſola paſſione cõſiſtunt. Hãc concl. ſatis copioſe demonſtrat Soto citato loco, & oſtendo eã eſſe uerã his argumentis. Nam infligere pęnã ꝓ delicto, ẽ officiũ iudicis, & magiſtratꝰ: ergo nõ eſt obligatio ab ſubeundã pęnã ante iudicis cõdẽnationẽ. Probatur antecedẽs: nã lex eſt regula mortua nr̃arum operationũ: oportet ergo, ꝙ a iudice, & magiſtratu applicetur in trãſgreſſores: pp qđ dicit Ariſ. Iudicem eſſe iuſtitiã uiuã. Ex quo ſeqtur, ꝙ leges pęnales in duobus mẽbris ad diuerſos loquũtur. Nã cũ dicunt, ne quis hoc faciat, ad ſubditos loquũtur. Qñ uero dicunt, ſub pęna confiſcationis bonorũ, ad iudices loquũtur, q̃ habent in officio pœnas a uiolatorib. exigere.

Secun. concl. De pœnis, quę in actione, et paſſione conſiſtunt, quę nõ ſunt ſoluendę ante iudicis ſententiam. Soto li. 1. de iuſti. q. 6. art. 6. ſeu 6. ſech. cap. 4.

Et ꝯfirmatur. Nam ab oĩ humanitate alienũ eſt, ꝙ reus ipſe, q̃ in occulto crimẽ cõmittit, ipſe ſe cõdemnet ad iacturã bonorũ ſuorũ, ad exſiliũ, ad mortẽ, & ꝙ ipſe ſe ꝓdat: inſup, ꝙ ipſe ſit iudex, teſtis, accuſator, & executor iuſtitiæ. Vltimo, leges debẽt eſſe tolerabiles, & q̃ cõmode a ſubditis obſeruari ualeãt: nã leges difficiles, & q̃ uix obſeruari pñt, non ſolũ ſunt inutiles, ſed pniocioſæ, & iniquæ ĩ laqueũ animarũ: pp qđ D. Th. in hoc 4. art. inter condõnes legis iuſtæ cõſtituit hanc pcipuã, ꝙ tolerabilis ſit. Sed eſt ꝓrſus intolerabile, ꝙ homo, q̃ cõmiſit crimẽ in occulto, antequã deferatur in iudiciũ, & antequã a iudice condẽnetur, ipſe ſe cõdẽnet ad iacturã oĩum bonorũ ſuorũ, ad exſiliũ, ad mortẽ. Ergo ad hoc obligare, iniquũ eſt. Vide alias demõſtrationes apud Sotũ, ubi ſupra: ꝓbat. n. ſatis copioſe, ꝙ lex pęnalis non obliget ad pęnas ſoluendas ante iudicis cõdẽnationẽ.

Sed oportet Theologũ eſſe attẽtiſſimũ, ad diſcernendũ id qđ in lege ptinet ad legẽ iuſtitię, & id qđ ad pœnã ſpectat. v. g. eſt lex frumẽtaria, & ſtatuit ne vendatur triticũ ultra taxatũ ptiũ ſub pœna quadrupli: ſi q̃s uendat ultra taxatũ ptiũ, illũ exceſſum iuſti ptij continuo tenetur reſtituere: nã hẽt plus quã dẽt hẽre ꝑ iuſtitiã; ſed pœnã quadrupli nõ tenetur reſtituere ante iudicis ſnĩam.

Not.

Idẽ dicendũ eſt de legib. q̃ pcipiũt tabellionib. ne aliquid accipiãt ultra taxatũ ptiũ ſub pęna quadrupli. Itẽ, eſt lex, q̃ pcipit ne efferãtur merces extra regnũ: ꝙ ſi q̃s extulerit, eas pdet, & qui hãc legẽ uiolat, peccat mortaliter, ut ſupra dictũ eſt; ſed ad iacturã ſuarũ mercium nõ tenentur ante iudicis ſnĩam.

De legibus tabellionib. impoſitis.

Sed q̃d dicendũ eſt đ tributis, q̃ imponuntur ſupra merces; tenentur ne ea pſoluere hoĩes ante iudicis cõdemnationẽ, ſeu declarationẽ, aut petitionẽ? Rñdeꝰ, ſuppoſito ꝙ iſtę leges ſint iuſtæ (đ quib. mõ diſputo) oportet in primis notare modũ ſoluẽdi hęc tributa, qui eſt in uſu patriæ, videntib. iudicib. & cõſentientib.

De tributis ſuper merces impoſitis.

Ex hoc principio ſequitur primũ, ꝙ ſęculares tenẽtur ſoluere decimas ante iudicis declarationẽ. nã ſic hẽt cõſuetudo populi Chriſtiani, & merito. Nã nõ minus debẽtur clericis decimæ, quã famulo, & militi ſtipendiũ.

De decimis.

Ex eodẽ principio ſequitur, ꝙ non tenemur ſoluere tributa, q̃ ſoluuntur rõne tranſitus p portã, uel pontẽ, niſi petantur. Nam duriſſimũ eſt obligare aduenas ad ſciendũ ſtatuta, q̃ ſunt in portis, aut in pontib. Ex eodem principio ſequitur tertio, ꝙ non tenemur ſoluere tributa, quæ ſoluũtur rõne tranſitus p ſaltus, i. los puertos ſecos niſi petãtur.

Tributa rõne tranſitus, quãdo ſoluenda.

Sequitur quarto, ꝙ non tenetur q̃s ſoluere tributũ, qđ uocatur collecta, vulgo, Pecho, antequã petatur: nã hoc tributũ ſolũ pendũt ignobiles: nemo aũt hominũ tenetur prodere ſuã ignobilitatẽ, antequã petatur.

collecta, uel Pecha. Sisa.

Sequitur pterea, ꝙ nemo tenetur ſoluere tributũ, qđ uocatur, Siſa antequã petatur. Sed totũ põdus q̃ōnis huc ꝑpẽditur, de tributo regis, qđ uocatur, alcavala: an teneãtur ſubditi pẽdere ẽt ſi nõ petatur? De hac re referã fideliter ſnĩam Soto li. 3. de iuſti. q. 6. art. 7. dicit. n. primo, ꝙ hoc tributũ eſt exuberãtiſſimũ. Scđo dicit, ꝑ ſe ferre ſpeciẽ quãdã iniuſtitiæ, tũ, qm̃ ſoluitur đ reb. neceſſarijs ad uitã, đ quib. pẽdi nõ debebat, ut eſt ſtatutũ, l. vniuerſi. C. de uectigalib. tũ uero, qm̃ grauat magis pauperes, q̃ diuites: qui. n. pauperiores ſunt, uẽdũt res ſuas, & plus exſoluunt. Ceterũ ſi moderetur hoc tributũ, iuſtiſſimũ eſt, & æquale. Moderatio eſt duplex, uel ꝙ nõ petatur decima; ſed triceſima, uel uigeſima, uel ſi petatur decima, ꝙ non reddatur, niſi petatur. Hæc ſnĩa mihi placet maxime.

De alcavala.

Ad primũ Argũ rñdetur, ꝙ excõicatio, & irregularitas ſunt pęnæ, q̃ conſiſtunt in priuatione, & ideo ipſo facto obligãt ante iudicis declarationẽ, ut dictũ eſt 1. concl. Ad ſcđm rñdetur, ꝙ hæc uerba; Ipſo iure; Ipſo facto; aliqñ hñt vĩ obligãdi ante iudicis ſnĩam, ſicut in pęna excõicationis, & irregularitatis: aliqñ uero hoc tm̃ efficiũt, ꝙ iudex nõ dẽt ferre ſnĩam ſupra pœnam; ſed ſupra crimen cõmiſſũ, & ideo pdictæ leges appellantur facti declaratiuę. Sed ſi dicas: ergo ſi factum eſt publicum, non eſt neceſſaria iudicis declaratio; rñdetur, eſſe neceſſariã declarationem

Ad primum. Arg. ſolut.

Ad ſecundum

Ad tertium. Soto. An hæreticus amittat dominium rerum an e condemnationem, uel &c.

judicis, ēt condemnatoriā. Ad tertiū varie rñdent Doct. Soto tenet, ꝙ hæretici ante iudicis ſnīam non amittunt nec dominiū, nec poſſeſſionē bonorū ſuorū. Et ꝓbat᷑, ꝙ ita ſit: qm̄ in dicto c. ſtatuitur, ꝙ fiſcus nō poſſit ſpoliare hæreticos bonis ſuis ante iudicis ſnīam. Alij dicūt, ꝙ hęretici ante iudicis ſnīam priuati ſunt dominio bonorum ſuorū; nihilominus hn̄t eorū legitimā poſſeſſionē ante iudicis declarationē. Hoc ultimū ꝓbāt rōne ſupradicta: nā in dicto c. ſtatuitur, ꝙ fiſcus nō ſpoliet hęreticū bonis ſuis ante iudicis ſnīam. Pro huius ſcdæ rñſionis declaratione notandū eſt primo, ꝙ iſta duo, dn̄ium, & legitima rerū poſſeſſio, re ipſa diſtinguuntur, & ſeparantur, ſicut uidere eſt in fratrib. D. Franciſci, q hn̄t rerum legitimam poſſeſſionē, dn̄ium vero non hn̄t. Scdo notandū, ꝙ in illo c. Cum ſcdm leges; ut hēt iſta opinio, tria ſtatuunt. Primū ſtatuitur, ꝙ hæreticus continuo amittat dn̄ium bonorum ſuorū, & ea cedāt fiſco. Scdm ſtatuitur, ꝙ fiſcus nō poſſit ſpoliare hæreticū bonis ſuis ante iudicis ſnīam. Tertiū ſtatuitur, ꝙ facta condēnatione, confiſcatio retro agatur a die commiſſi criminis, & ꝙ oēs donationes, & ꝯctus ab hæretico factæ, ab illa die ſint nullæ. Ex his principijs ſeqtur primo, ꝙ hæreticus ante iudicis ſnīam amittit dominiū bonorū ſuorū: tū, qm̄ pęnæ priuatiuæ ipſo facto inducūtur ante iudicis ſnīam, ut dictū eſt; ſed priuatio dominij eſt pœna priuatiua: ergo ipſo facto inducitur: tum uero, qm̄ in d. c. expreſſe definitur, ꝙ facta cōdēnatione, cōfiſcatio retro agatur in oīa bona, q̄ poſſidebat a die cōmiſſi criminis: ergo euidens argm̄ apparet, ꝙ a die commiſſi criminis bonorū ſuorū dn̄ium iā amiſerat, ſiquidē de illis nō potuit diſponere. Scdo ſequitur, ꝙ hæreticus ante iudicis ſnīam habet legitimam bonorum ſuorum poſſeſſionem. Sequitur tertio, ꝙ fiſcus non poteſt ſpoliare hæreticum bonis ſuis ante iudicis declarationem.

Dominium a poſſeſſione rei diſtinguitur.

Hæreticus ante iudicis ſententiā amittit dominium rerum ſuarum.

Prima. Obiectio.

Contra hanc reſponſionem ſic expoſitam, ſunt optima argumenta. Nam ſi hæreticus ante iudicis ſnīam amittit bonorum ſuorū dn̄ium, ſequitur ꝙ retineat alienum inuito dño. Rñdetur, ꝙ non retinet alienū inuito dño rōnabiliter: nam eſt legitimus oīum bonorū poſſeſſor, mādante lege. Quod ſi rurſus dicas; Si hæreticus cōtinuo eſt priuatus dn̄io bonorum ſuorum ante iudicis ſnīam, conſequens eſt, ꝙ oēs contractus ab illo hæretico celebrati đ bonis ſuis ante iudicis ſnīam, irriti ſint, & nullius ualoris; ſiquidem non hēt uerum dn̄ium bonorū ſuorum; Rñdetur ita eſſe: & ita hēt practica Inquiſitorum: reſcindunt enim oēs contractus a die commiſſi criminis celebratos.

Secunda.

Tertio arguitur; Sequitur, ꝙ hæreticus occultus, de cuius hæreſi, moraliter loquēdo, in iudicio conſtare non pt, nō poſſit cōficere contractus, & donationes đ bonis ſuis. Conſequēs aſſeritur ab oīb. Theologis eſſe falſiſſimum. Quod recte ſequatur, ꝓbatur. Nā iſte nō hēt dominium bonorum ſuorum: ergo non poteſt donare, aut uendere.

Tertia.

Item, ſi priuatio dn̄ij continuo incurritur, quia eſt pęna priuatiua; ſequitur, ꝙ continuo incurratur priuatio poſſeſſionis legitimæ, quia pœna priuatiua eſt.

Quarta.

Vltimo, hæc priuatio dn̄ij otioſe aſſeritur, & ſine effectu: nā hæreticus ille occultus, de quo inſtituimus diſputationem, pōt de bonis ſuis diſponere, diſtrahere, & mutare, ſicut prius: ergo hęc priuatio dn̄ij inutilis eſt. Rñdetur ergo cum Soto, ꝙ hæreticus non amittit dn̄ium, nec legitimam poſſeſſionē bonorū ſuorū ante iudicis ſnīam: ꝙ uero confiſcatio retro agatur a die commiſſi criminis facta condemnatione, non eſt argm̄, ꝙ nō habeat dn̄ium bonorum ſuorum; ſed ꝙ hēt illud impeditum, ſicut pupillus ante legitimam ætatem. Ad quartum rñdetur, aliud eſſe priuare aliquem bonis proprijs, q̄ prius poſſidebat; aliud eſt impedire, & prohibere ne acquirat dominium bonorum ſuorum, q̄ ab alio ſuſcepturus erat. Verūque pōt lex facere. Primum, poſt iudicis cōdemnationē; alterum uero ēt ante iudicis condēnationē. Hoc ſuppoſito dicendum eſt de ſtatutis Collegiorum, ꝙ ſtatuta non ſpoliāt tranſgreſſores bonis proprijs, ſed efficiunt illos ī habiles ad ſuſcipiendum bona, q̄ ex Collegio ſuſcepturi erant, & idō ea bona continuo reſtituere tenētur: nā is qui fundauit Collegiū, noluit aliquē ſuis bonis frui, niſi ſub iſta condōne. Ad id quod adducitur de ſtatutis nr̄æ Vniuerſitatis, Soto tenet, ꝙ uiolatores ſtatutorū non ſunt ipſo facto inhabiles ante iudicis declarationē. Alij uero dicunt, ꝙ ipſo facto ſunt inhabiles. quorū ſnīa ſemp mihi placuit. Pro cuius declaratione dico primū, ꝙ q non eſt aſcriptus albo ſcholariū, & fert ſuffragiū, & periurus eſt, & tenetur reſtituere cathedrā, ſi ꝑp eius ſuffragiū obtineatur. ꝙ ſit periurus, patet. Nā iurat ſe ſuffragaturum ſcdm ſtatuta Vniuerſitatis, qđ non facit. ꝙ teneatur reſtituere, patet. Nā iſte non eſt elector, nec eſt pars huius Vniuerſitatis: ergo non hēt ius ſuffragandi. Scdo dico, qui eſt aſcriptus catalogo iuriſprudentiū, & fert ſuffragium in diuina Theologia, periurus eſt, & tenetur reſtituere, ſi cathedra ꝑp eius ſuffragiū obtineatur. Hæc aſſertio patet ex argumētis ſupra adductis. Et idē iudiciū eſt de eo, q ſemel, & iterū ſuffragatur, & đ eo, qui ponit plures cur ſus, q̄ habeat; atq; adeo de eo, qui non hēt approbationis ſchedulā. Tertio dico, ſcholares, q ambiunt, uel aliqd ab oppoſitorib. recipiunt contra huius Vniuerſitatis ſtatuta, ipſo facto ſunt īhabiles ante iudicis declarationē. Quod ſi ferat ſuffragia, periuri ſunt; & ſi cathedra ꝑp eorū ſuffragia obtineatur, tenētur reſtituere. Probatur hæc ſnīa. Nā pœna priuatiua ipſo facto īducitur, ut patet in excōicatione, & irregularitate; ſed ꝙ iſte ſit inhabilis ad ſuffragandū, eſt pœna priuatiua: ergo ipſo facto inducitur. Deinde, pœna priuatiua uocis actiuæ ipſo facto incurritur, ut antea diximꝰ, ſed ꝙ iſte careat uoce ſuffragādi, ē priuatio uocis actiuæ: ergo ipſo facto incurritur. Tertio, qm̄ reſpublica ſtatuit, ꝙ aliq ſint inhabiles ad bona aliqua ſuſcipiēda, ſtatim ſunt inhabiles ante iudicis declarationē, ut uidere eſt ī filijs clericorū, & religioſorū, q ſunt inhabiles ad paternā hæreditatē ſuſcipiendā: ergo ſi Vniuerſitas hæc ſtatuit, eſſe inhabiles eos, qui ambiūt, uel recipiūt aliquid ab oppoſitorib. ſtatim ſunt inhabiles ante iudicis declaratione. Præterea reſpublica pōt priuare uiolatores ſuarū legū bonis cōibus ante iudicis declarationē; ſed ꝙ ſcholares ſint priuati iure ſuffragandi, eſt priuatio bonorū cōium: ergo cōtinuo hæc pœna inducitur. Maior argumenti nota eſt in excōicatione & irregularitate. Vltimo, inſinuādū, qđ petitur, qn̄ cathedrę ꝓuidentur, mea ſnīa, oēm adimit huius rei dubitationē: nā in eo iurō numerātur oīa, ꝑp quæ ſuffragatores efficiuntur inhabiles, vt reſpublica oſtendat eos eſſe iure ſuffragandi priuatos. Ad id, quod adducitur de iudicib. dicendum eſt, ꝙ iudices ſtatī tenētur reſtituere munera ſuſcepta ante iudicis declarationē: nā pdictæ leges nō ſpoliant uiolatores bonis ſuis, q̄ antea poſſedebant; ſed impediunt ne acquirāt dn̄ium munerum: quapropter ea continuo tenentur reſtituere, ſunt. n. aliena. Item, alia de cā tenentur iudices reſtituere. Nā hæc lex ꝓprie non eſt pœnalis, ſed conuentionalis: iurant nāq; iudices, cū ſuſcipiūt officiū iudicādi, ꝙ ſi munera acceperint, cōtinuo teneantur reſtituere. Ad aliud, de lege frumentaria, dicendū eſt, ꝙ lex frumētaria duo ſtatuit. & ſtatuit ne quis uēdat frumentū ultra taxatū ꝑtiū, & ſtatuit pœnā uiolatorib. Si qs igitur uēdat ultra taxatum ꝑtium, ſtatim exceſſum iuſti ꝑtii tenetur reſtituere: nam hēt illum contra iuſtitiā; pœnā uero quadrupli nō tenetur reſtituere ante iudicis ſnīam. Ad aliud uero, ꝙ adducitur de clericis non reſidentib. dicendū eſt, ꝙ tenētur reſtituere fructus pceptos, ante iudicis ſnīam, iuxta Conc. Trid. diffinitionem: tum qm̄ Eccleſia pōt ſtatuere hanc condōnem cum confert beneficia, ut qui non reſederit, fructus teneatur reſtituere; ſicut diximus de fundatore Collegiorum; tum uero, qm̄ hæc lex in eo iudicio non eſt pęnalis, ſed eſt lex iuſtitię. Nam lex iuſtitiæ expoſtulat, ut qui non facit officium ſuum, ſtipendium ꝓ officio deſtinatum non percipiat; ſed clericus qui non reſidet, non facit officium ſuum: ergo.

Ad quartum.

Ad quintum.

Violatores ſtatutorum uniuerſitatis quando ſint inhabiles.

Pri. Dictum.

Secundum.

Tertium.

Ad ſextum. Iudices munera ſuſcepta reſtituere tenentur.

Ad ſeptimum.

Ad octauum. De clericis non reſidentibus.

Conc. Triden.

Ad aliud, de clerico, qui hēt plura beneficia curata poſt Conc. Trid. ſufficientē ꝓmulgationē, rñdetur, ꝙ ſtatim ante iudicis declarationem priuatus eſt uniuerſis beneficijs ſuis, propter rōnes commemoratas. De clerico uero, qui hēt titulū beneficij curati, & intra annū ad ſacerdotij ordinem non eſt ꝓmotus, idē eſt iudicium: nā hæc lex non eſt pęnalis; ſed conuentionalis: confert namque Eccleſia beneficiū curatum hac lege, ꝙ ſi intra annum ad ſacerdotij ordinem non fuerit promotus, non habeat beneficium. ſic docet Soto lib. 10. de iuſtitia q. 5. art. 6.

Ad nonum. De eo qui habet plura beneficia curata.

Soto.

Ad illud, de uidua, cui maritus legauit hæreditatem, ſi non tranſit ad ſecundas nuptias, reſpondetur, quod cōtinuo

Ad decimum.

tinuo ſe tranſit ad ſecundas nuptias, tenetur hæreditatē reſtituere: nam illa donatio fuit conditionalis, & ideo nō ſtante conditione, non tenet talis donatio.

Ad ultimum.

Ad ultimum reſpondetur, quod illæ pœnæ commemoratæ in argumento, conſiſtunt in priuatione, ſicut excommunicatio, & irregularitas, & ideo ſtatim incurruntur.

De mandatis ... ſub pœna præſtiti iuramenti.

Ex his documentis, quæ de lege pœnali ſtatuta ſunt, & decreta, facile eſt intelligere, quid ſit cenſendū de mādatis Rectorum in Vniuerſitatibus, ſub iuramento, & ſub pœna pſtiti iuramenti. Exempli gratia: Præcepta Rectorum in Vniuerſitatibus, & Magiſtratuum in ciuitatibus, ſunt hmōdi; Vnumquemque generalibus concilijs, congregationibus, & Miſſarum ſolēnijs debere adeſſe, ſub pœna trium ducatorum, aut alterius mulctæ pecuniariæ, aut uero ſub pœna pſtiti iuramenti. Verum in huiuſmodi mandatis, & ſtatutis pœnalibus conſiderandi ſunt ſingulorū ſermonum ſenſus. Nam mandata, & ſtatuta obligantia ſub reatu peccati mortalis, debēt eſſe in ſermonibus, nō ambigua, nec captioſa, ſed manifeſtos habere ſenſus. Qn̄ mandata, ſeu ſtatuta dantur ſub pœna corporalis laboris, aut exſoluendi certam pecuniæ quantitatem, aut confiſcationis bonorum, aut ſub pœna mortis, aut ſub pœna excōicationis, aut ſuſpenſionis, hmōi locutiones manifeſtum habent ſenſum; intelliguntur.n. intranſitiue.i. ſub pœna, quæ eſt excōicatio, aut perditio vitæ, uel membri corporalis. Cum uero mandatur ſub pœna iuramenti pſtiti, locutio non poteſt habere talem ſenſum: nā iurm̄ præſtitum non eſt pœna eius qui iurauit. Senſus itaque locutionis illius eſt accipiendus ſub pœna iur̄.i. ſub pœna, quæ debetur ei, qui violat, aut frangit iurm̄. Verū utrum hæc ſtatuta, & mādata obligent ſub peccato mortali, in dubium reuocatur a pleriſque. Tum, qm̄ grauiſſima pœna, quæ infligitur cōtra iuriſiurandi uiolatorem, liquido coarguit inobedientiam eſſe graue peccatum: tū vero, qm̄ ſcholares iureiurando ſe obſtringunt obedire rectori in licitis, & honeſtis: ergo ſi non obediant, periuri ſunt, & iuramenti uiolatores: Tum tertio, qm̄ rector id vl̄ intendere, cum percipit ſub pœna præſtiti iuramenti, ut non obedientes ſint rei periurij, & digni qui puniantur, tāquam iuramenti præſtiti uiolatores.

Tertium.

Veritatis expoſitio.

Verū ut ueritas intelligatur, dicendū eſt, oīa huiuſcemodi mandata ſic generaliter expreſſa, ſub pœna iuramenti, ad intereſſendum congregationi, aut miſſæ, non dure, & inciuiliter ſunt accipienda, tamquā ipſe mandās per iurm̄ uoluerit ſic uocatos, & iuratos obligare ad mortale periurium, ſi omiſerint, ſed pſumendum eſt de pia intentione mādantis, quod in cōibus mandatis, pro cōibus cauſis, & nō magni pōderis, ſolum uelit ipſis iurm̄ præſtitum ad memoriam reuocare, ne mandatum ipſius habeatur contemtui, intendens ad pœnalitates quaſdā temporales ab ipſo imponendas, quas tenebuntur ſoluere poſt cōdemnationem. Quod ſi rector quiſpiā intendat ita percipere, ut non cōparētes ſint rei periurij, & uiolatores iur̄i, dicendum eſt, quod intentiones temerariæ mandantiū pro quibuslibet rebus parui ponderis, non obligant ſubditos, ut teneantur obedire ſub pœna criminis illius, quod ipſi volūt trāsgreſſores ſubditos incurrere; ſed rōnabilis intentio, qualē hīc mādantes habere ꝯſueuerūt in rebus de ſe indifferentibus, ad tale, uel talē finē conducētibus, eſt quæ obligationem ꝯſtituit. Atq; ita mandans p iurm̄, uel ſub iur̄o, ut oēs adſint congregationi, intelligitur mandare ciuiliter, ut videlicet, ſub pœna uiolatori iur̄i debita, intimata, & cōminata, quæ & digna eſt inferri permanentibus, oēs compareant: quemadmodum mandata quędā, & ſtatuta ſub excōicationis pœna, non ipſo facto illata; ſed cōminata, & intimata, ut inferenda, non ſemp obligant trāſgreſſores illorū ſtatutorū ſub reatu criminis ſeu peccati mortalis Ius decreuit, clericum, q comā nutrit, eſſe excōicandū, ſed non ob hoc mox iudicandus eſt clericus peccare mortaliter, ſi comam habeat laxiorem: qui ſi monitus, contumax manſerit, iam pp contumaciam, & contemtū excōicatur. Sic & in materia ꝓpoſita, Rector ipſe mandans, ut Doct. uel ſcholares interſint conuocationi ſuę generali, pleriúque adijcit hmōi clauſulas generales, per iurm̄, ut ipſi ſint memores iur̄i præſtiti, ut nō ꝯtemnant, nec ipſum pcipientē, nec pceptū, interim occupati aliquo exercitio laudabili, ut ſciant ſe abſq; graui culpa nō poſſe hmōi mādata cōtēnere, neq; poſſe abeſſe p qualibet cā, quātūuis leui. Hmōi.n. ꝯgregationes gñales ſunt iſtitutæ ad orandū p ꝓſpero ſucceſſu Vniuerſitatū, aut p fautoribus, & fundatoribus earū, & ad terminādū cās ꝯcernētes honorē, & pͥuilegia vniuerſitatis, ad corrigendū exceſſus, & defect⁹ ſuppoſitorū, ac miniſtrorū, īſup ad ferēdū honorē rectori, & decorē uniuerſitati: Ad huiuſcemodi aūt fines, ſeu utilitates maxime promouentur uniuerſitates, dū oēs, ſaltē pſonæ nobiles, ad gñale rectoris mādatū ſeſe pſentes exhibere ſtudēt; ideo tales ſine cā ſubtrahentes ſuas pſentias, regulariter non ſunt ab oī culpa īmunes, ſaltem veniali. Secus aūt, dum rector ſigillatim ſingulos vocari facit p cauſis, & negotijs arduis, q merito exigunt pſentiās, ꝯſenſus, conſilia, & deliberationes ſingulorū, non habentium legitimam abeſſendi cām; qa tunc poſſet contingere mortalis culpa, & in eo, qui ſine contemtu mandatum præteriret.

Ad argum.

Ex his patet ad argumēta ꝓpoſita, q ut exactius diſſoluātur, aduertere oportet, quod qm̄ qs iurat ſe obtēperaturū rectori ī licitis, & honeſtis, Itelligit iurm̄, ſm̄ pcepti qualitatē, & reipublicæ ꝯſtitutiones. Itaq; ſi ꝯſtitutio fuerit leuis, & nō magni pōderis, erit pc̄tm̄ veniale, eā ꝓterire ſine cā; ſi uero fuerit grauis, erit pc̄tm̄ mortale: quemadmodū religioſi vouēt ſe ſeruaturos ordinis cōſtitutiones ex quo nō eſt ꝯſequēs, quod cōtinuo ac uiolāt ꝯſtitutionē aliquā, ſint uiolatores voti. Idē iudiciū eſt de cōfratrib., q iurāt ſe obſeruaturos regulā fraternitatis. His addēdū, quod fortaſſis hæc mādata, & ſtatuta, nō ſūt ꝓprie leges pœnales, ſed qdā cōuentiones, & cōſtitutiones, q tm̄ obligāt, vt pœnas pſoluant, ſicut dictum eſt de legib⁹, q ꝓhibent venationem, aut ſyluæ ceſiones ſub grauibus pœnis. Sed dubiū eſt de ſecūdo ſenſu qōnis, Verū uiolator legis pœnalis teneatur ſubire pœnā poſt iudicis declarationem? In huius rei expoſitionē dico primū. Violator legis pœnalis poſt iudicis ꝯdemnationē tenetur pati pœnā in lege ſtatutā.i. tenetur non reſiſtere iudici, aut eius miniſtris. Patet euidenter: nā hic locum hēt illud D. Pauli; Qui poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Itē, iudex iure infligit pœnā, ergo nocēs tenetur eā pati: alioq dareteur bellū iuſtum ex utraq; parte: qđ nulla rōne admittendum eſt.

Verum uiolator legis pœnalis teneatur ſubire pœnam poſt iudicis declarationem.

Prim. dictum

Secundum.

Secundo dicendū eſt, quod in ſubeūdis pœnis, q in actione, & paſſione cōſiſtunt, de qbus antea diximus, nocens, poſt iudicis ſnīam, tenetur exercere eas actiones, q ſunt neceſſariæ ad ſubeundam pœnā, q ab alio, q a nocente cōmode exerceri non ualēt. v.g. tenetur pgredi in locū vbi pœna afficiendus eſt, tenetur ire in exiliū, ſoluere pecuniā ī ſnīa decretam, atq; adeo tenetur ſubire gradus ſcalæ, ſi ſuſpendio perire dēt. Patet hoc: nam nocens tenetur pati, & ſubire pœnam; ſed ad ſubeundam pœnam ſūt neceſſariæ tales actiones: tenebitur ergo eas exercere.

Tertium.

Tertio dico, quod in pœnis, q in paſſione cōſiſtunt, vt eſt pœna mortis, pœna abſciſionis mēbrorū, ſatis eſt, quod nocēs patiatur, & nō ꝯdicat. Nā leges humanæ eātenus habēt uim obligādi, quatenus expedit cōi bono; ſed ad cōe bonum cōſeruandū ſat eſt, quod reus patiatur, & non ꝯtradicat: ergo nō obligatur, ut ipſe ſibi pœnā inferat. Verū verò poſſit qs damnati, ut bibat lethale venenū, aut pereat fame, ēt ſi ei cibus offeratur, quæſtiones ſunt, quę in 2.2. diligentius tractantur, quæſt. 69. articul. ult.

Verum ſit tyrannorum legibus obediendum.

Eſt aliud dubiū; Vtrum obediendum ſit Tyrannorum legibus? Pro cuius rei expoſitione ſciendum eſt, quod Tyrānus duplex eſt. Vnus eſt Princeps, & Rex legitimus, qui tyrannice adminiſtrat rēpublicā. Alius eſt, q per tyrannidem occupauit rempublicam. Et hoc pōt accidere dupliciter: primum, ex voluntate ciuium, ad ulciſcendum ſe de rege proprio. Deinde uero, inuitis, & repugnantibus ciuibus. His conſtitutis, ſit prima propoſitio.

Prim. concluſ.

Regi proprio, & legitimo, qñ iuſta pręcipit, obtemperandum eſt, licet rempublicam tyrannice adminiſtret. Hæc propoſitio ſuadetur ex illo, Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & ſacerdotes, quæcūque dixerint vobis, facite, & ſeruate. item ex illo; Obedite dominis veſtris, non ſolum bonis: ſed etiam diſcolis. Et eſt euidens ratio. Nam princeps legitimus habet ueram auctoritatem ſtatuendi leges: ergo ſubditi obtemperare tenentur.

Matt. 23.

Secund. cõcl.

Secunda propoſitio. Legibus tyrannorum, qui occupant rempublicã ex voluntate ciuiũ, tenẽtur parere, ſi iuſta ꝓcipiunt. Hæc qdem obligatio nõ naſcitur ex auctoritate humana; ſed diuina, & lege naturali. Nã iſti ciues tenentur acceptare leges, ſine qb. reſpublica ſine dubio periret; ſed ī tali caſu reſpublica periret ſine talibus: ergo reſpublica tenetur acceptare tales leges. Deinde iure naturali malefactores ſũt puniendi, & debita aliena ſunt reſtituenda; ſed in tali republica, ad hæc officia virtutum nõ pateret aditus, niſi tales leges ſeruarentur: ergo tenẽtur eas ſeruare. Tertia concl. Legibus tyrannorum, q inuitis ciuibus opprimunt rempublicã, ſi iuſta ꝓcipiant, tenentur obtẽperare ciues. Hæc concluſio patet ex argumentis ſupra adductis in ſecundæ concluſionis ꝯfirmationẽ, & patet ẽt hoc argumento. Nam Romani per violentiam occuparunt Iudæorum regnum: at dicit Dñs in Euangelio; Reddite, q̃ ſũt Cæſaris, Cæſari, & quæ ſunt Dei, Deo.

Tert. concl.

Aug.

Sed contra ſecundã, & tertiã concluſionẽ eſt argũ optimum. Nã iſti tyranni peccant mortaliter, iudicando, & vſurpando iudicium: ergo ciues, q petunt iudicium, peccant mortaliter. Antecedens argumenti euidens eſt. Cõſequentia inde probatur. Nã quod ipſe ſine peccato præſtare non põt, non licet petere ab illo. Hoc argũ male hẽt Caiet. in ſua Summa, verbo, Tyrannus. Dicendum tñ eſt pro eius cõfutatione, ꝙ ſicut licitum eſt homini luxurioſo conſulere, & pſuadere, vt nõ adulterium cõmittat, ſed fornicetur; hoc eſt, vt committat minus malum: ſubintelligitur.n. ꝙ eſt paratus uti luxuriæ uitio; ſic licitum eſt tyranno occupatori reipublicæ conſulere, & pſuadere, vt cõmittat minus malũ: conſtat aũt eſſe minus malum, q exerceat iuſta iudicia, reddendo unicuiq; qd ſuum eſt. Secunda confutatio eſt, ꝙ ciues, qñ concurrunt ad tyrãnum, ut ex æquo & iuſto iudicet, conſtituunt illũ iudicẽ, & arbitrum, ut ſuas controuerſias definiat, & ſic non eſt vſurpatum iudicium: eligunt.n. minus malum, vt caueãt maius, hoc eſt, reipublicæ deſtructionem. Vel dicendum eſt, quod non petunt vſurpatum iudicium; ſed qualitatem iuſtam vſurpati iudicij: hoc eſt, iã quod vſurpat iudicium iuſte, & ſancte iudicet.

Caiet.
Solutio.

Secunda cõc.

ARTIC. QVINTVS.

Vtrum omnes legi ſubijciantur.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Omnes qui poteſtati alicui ſubiecti ſunt, ſubduntur ẽt legibus illius: qui autem tali poteſtati non ſubduntur, neque illi' legibus ſubiecti ſunt.

Secunda concluſio. Quantum ad uim coactiuam, non ſubduntur legi uiri iuſti, nec legum conditores.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Prima cõcluſio articuli probatur ex illo Roma. 13. Oīs aĩa poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit: q aũt poteſtati ſubditus eſt, ideo ſubditus illi dr̃, qa illius legibus paret. Duobus tñ modis põt qs poteſtati nõ ſubdi. Primo, qa abſolutus eſt ab eius ſubiectione; qua rõne qui in uno ſunt regno, alteri regno non dicuntur ſubiecti. Alio mõ, quia ſuperiori lege regitur, vt in his, in qbus alicui ab Imperatore diſpenſatio traditur, vt non ſit ſubiectus Proconſuli, & hic non tenetur lege. Scd̃a concluſio diuerſo ex capite probatur. Nam iuſti nõ ſubduntur coactioni legis, qm̃ non egent coactione ad obſeruandã lege: plus.n. ſponte ſua pſtant, q̃ lege pſcribatur. Principes uero non ſubduntur, quantum ad uim coactiuam; qm̃ non habent ſuperiorẽ, a quo cõpellãtur, & nemo cogitur a ſeipſo. At uero circa ſcdam concluſionẽ, de modo quo iuſti a legibus humanis eximuntur, magna controuerſia eſt. Lutherus hæreticus ex qbuſdã locis D. Pauli, indocte, & male intellectis, colligit, oẽs iuſtos eſſe liberos a qbuſlibet ſuperiorũ legibus. In primis ex illo, Vbi ſpus Dñi, ibi libertas; & Si ſpu ducimini, ſub lege nõ eſtis, & iterũ, Lex iuſto nõ eſt poſita. Et põt confirmari hæc ſnīa his argumentis. Nã iuſti non ſubijciuntur legi, quantũ ad uim coactiua, qa non egent coactione ad lege obſeruandã, ut pclare docet D. Th. in ar. & nõ ſubduntur legi quantũ ad vim directiuã, ſiqdẽ nõ indiget directione legis: diriguntur namq; a Spiritu ſancto. & hoc eſt, qd aperte ſignificat Paulus, cum inquit. Si ſpiritu ducimini, ſub lege nõ eſtis. Deinde, ſi oes eſſent iuſti ī republica, nõ eſſet neceſſariũ leges humanas cõſtituere: ergo nõ indiget iuſtus ui directiua, nec coactiua legis: hoc eſt, qd oſtendit D. Pau. cũ inqt; Lex ꝑ tranſgreſſores poſita eſt. Pro explicatione ſit prima cõcl. Iuſti hoĩes tenentur ſeruare leges poſitas. Hæc concl. ſtatuitur ꝯ. Begardos, & contra Lutherũ, q tenent, oẽs iuſtos a qbuſlib. ſuperiorum legibus eſſe liberos & definita ē d fide Catholica ī Cõci. Trid. & ꝓbatur. Nam de parentibus Ioãnis Baptiſtæ dr̃, ꝙ erant iuſti ambo, incedẽtes in oĩb. mãdatis, & iuſtificationibus Dñi ſine q̃rela. & D. Paul. ad oẽs dicebat; Oĩs aĩa poteſtatibus ſublimiorib. ſubdita ſit. Et rõ eſt euidẽs: nã ſi iuſti ſunt exemti a iugo humanarũ legũ, ſequitur, ꝙ oẽs eſſent exemti: nã qlibet diceret ſe eſſe iuſtũ, & ſic ſequeretur perturbatio reipublicæ, & leges a nemine obſeruarentur. Scd̃a concl. Iuſti abſolute, & ſimpliciter ſubijciuntur legib, & quantũ ad uim directiuã, & quantũ ad vim coactiuã. Quantũ ad uim directiuã, ex ſuperiorib. clarũ eſt. Quantũ ad uim coactiuã, ſic oſtendo. Nã iuſti, donec in hac uita manẽt, pñt peccare, & deficere; & ſic a legiſlatore põt, & debent puniri. Sed dicet Theologus, Quid ē ergo, qd dicit D. Th. in art. eſſe exemtos iuſtos a coactione legis? Rñdetur, ſenſum eſſe, ꝙ iuſtus non metu legis; ſed amore virtutis ſeruat legẽ. Ruſſus, cũ dr̃, ꝙ iuſtus non eſt ſub lege; ſenſus eſt, non eſt ſub lege minante, cogente, dãnante: nã adiutus diuina gratia pſtat legẽ. In eodẽ ſenſu dicit Paulus, Iuſto nõ eſt lex poſita. i. nõ eſt impoſita tãquã iugũ importabile: iuſto.n. facillimũ eſt, & ſuaue implere legẽ. Videte huius ſnīæ cõmẽtariũ in D. Aug. Ad argumẽta in ꝯtrium, & ad auctoritates D. Pauli, ex dictis patet qd dicendũ ſit. Ad primã rõnem propoſitã dicendũ eſt, ꝙ licet iuſtus ſit ſatis inclinatus, & propenſus ex ductu Spiritus ſancti ad bonũ uirtutis; nihilominus ī particulari in oĩb negotijs non ſatis videt, qd facto opus ſit, & ideo indiget demonſtratione, & legis directione. Scd̃o dico, ꝙ inter ea, q̃ docet Spiritus ſanctus; hoc præcipue docet, ꝙ maioribus obediamus, eorũ legibus obtẽperemus. Ad ſecundã confirmationẽ rñdetur, ꝙ ſi oẽs eſſent iuſti, nõ egeremus lege minãte, aut cogente, at indigeremus lege mõſtrante, & dirigẽte. Secundo dubitatur; Vtrũ principes, & legũ conditores obligentur in cõſcientia ſeruare ſuas leges. Pro parte negatiua hæc ſunt argumẽta. In primis, ſi principes tenẽtur ſuis legib. ergo coguntur; & obligãtur ſuis legib. ex quo ꝯſequẽs eſt, ꝙ ſubijciuntur legibus ſuis, quantũ ad uim coactiuã: qd eſſe falſum, demõſtrat D. Th. in ar. Secundo, lex ſine vi coactiua lex nõ eſt, ſed ꝯſiliũ, & qdã admonitio, ſed principes nõ ſubijciunt legibus, quantũ ad uim coactiuã, vt dictũ eſt: ergo lex, reſpectu principis, lex non eſt. ergo nõ obligat in ꝯſcientia. Tertio, lex humana obligat auctoritate ſuperioris; ſed nullus obligatur, aut cogitur a ꝓpria poteſtate: ergo principes ſuis legib. nõ tenẽtur. Quarto, ſi obligãtur principes ſeruare ſuas leges, uel obligantur a Deo immediate, & hoc dici nõ põt: nã, ut ſupponimus, & ſtatuim', nulla ē hac re extat lex diuina immediata; aut uero obligantur a tota republica, & hoc dici nõ põt: nam hic loqmur de republica, q̃ principi ſubiecta eſt. aut uero obligãtur a ꝓpria uoluntate, & hoc aſſerere nõ põt: nã qs obligatur a ꝓpria volũtate, uel uoto, uel iuramento, uel pactione quorum nihil inuenitur in ꝓpoſito: ergo nõ obligantur ſuis legibus. Vltimo, & vĩ argũ euidens, Princeps poteſt diſpenſare, & eximere quẽ voluerit a legum obſeruatione. ergo ut primum legem cõdidit, poteſt eum diſpenſare, & ſe eximere a legum obſeruatione, & ſic nũquam obligabitur in conſcientia leges ſuas ſeruare. Ad hoc dubiũ explicandum dico primũ legiſlatores particulares tenetur ſuis legibus, & quantum ad uim directiuã, & quantũ ad uim coactiuã. v.g. canonici, qui in ſuo capitulo conſtituunt legem, aut ſtatutum; Doctores uniuerſitatis in ſuo clauſtro, Epiſcopus in ſuo concilio, ſiue uniuerſali ſiue particulari; omnes iſti tenentur ſuis legi-

Prim. argum.
3. Cor. 3.
Gal. 5.
1. Tim. 1.

Secundum.

Tertium.

Prim. conc.
Iuſti tenẽtur leges poſitas obſeruare.

Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 10.

Rom. 13.

Secunda con.

Obiectio.

Solutio.

Auguſt. de gra. & lib. ar. c. 9 & 10.
A primũ arg.
Ad ſecundũ.

Ad tertium.

Vtrum legiſlator tenentur legẽ ſeruare.
Prim. argum.

Secundum.

Tertium.

Quartum.

Vltim.

Prim. conclu.
Legiſlatores particulares ſuis legibus tenentur.

legib. & quantũ ad vim directiuã, & ẽt coactiuam. Rõ eſt clara: nã cõſtas, & cœtus Doct. ſpiritualium & corporalium, in tulit, eſt ſuperior ad unumquẽq; in particulari, & ideo a quolibet ſuarũ legũ violatore põt pœnas expetere. Scdo dico, principes ſupremi, q non hñt ſuperiorem, nõ tenentur ſuis legib. quæ ex æquo ad oẽs nõ ptineãt v. g. leges q pſcribũt modũ cõuiuiorũ, veſtib. & ſumptib. & leges q ꝓhibent ne noctu deferantur arma, nõ obligant pricipes: nã ęqualiter capitis, & mẽbrorũ in eiuſmodi eſt ſumma iniq̃tas. Tertio dico, principes ſummi, & legiſlatores tenentur ſuis legib. q ex æquo ad oẽs ptinent, vt eſt lex ieiunij, lex frumẽtaria. Patet hoc: nã in lege, q̃ incipit, Digna, C. d legib. & cõſtitutionib. ſic hr̃, Digna uox maieſtate regnãtis, legibus alligatũ eſſe principem ꝓfiteri. Idẽ hr̃ c. cũ oẽs, de cõſtitutionibus; ubi allegatur, ueluti cõis naturæ vox, illa ſnia. Patere legẽ, quã tu ipſe tuleris. Et rõ eſt clara: nã eõ eſt ea quare eximamus principẽ, & caput nr̃m a iure cõi ſeruando. Nã leges humanæ ordinãtur ad bonum cõe, & ut efficiant ciues bonos, & ſtudioſos; utrumq; in tuendo ꝓmouere bonum cõe, & cõparare ſibi uirtutem, non minus ptinet ad principe, quam ad ſubditos: itaq; princeps tenetur ſuis legib. quantum ad uim directiuam; ſed non tenetur quãtũ ad uim coactiuam. Propter qd ſi Papa pcutiat clericum, non eſt excõicatus, & ſi rex uiolet ſuam legem, non incidit in infamiam, nec in pœnam periurij. Huc alludere vĩ illud, Cor Regis i manu Dñi, ſicut inũdationes aquarum, quocũque uoluerit, uertet illud. Senſus eſt, q cor regis in ſolis manibus diuinis poſitum eſt, & ſicut ipſe ſolus põt ingentem fluuium, & rapidũ aliorſum conuertere, ſic cor Regis ſua deſideria ſectantis, ſolus Deus pt remorari, & aliorſum cõuertere. Sed ex hoc q Deus ipſum Regem liberiorem fecit, & a lege coactiua immunem, ipſe vigilantius diuinis mandatis auſcultare dẽt, & ſuas leges ſeruare, ne incidat in illud improperiũ Chriſti; Dicunt, & non faciunt, & alligant onera grauia, & digito ſuo nolunt ea contingere. Rñdetur ad argumẽta in ꝑrium. ad primũ negatur cõſequentia: nam cogi lege, eſt poſſe coerceri, & puniri pœna legis. Itaq; neganda eſt conſequentia argumenti. Ad ſcdm rñdetur, q ſi lex in vniuerſum careret vi coactiua, lex nõ eſſet: at q reſpectu principis, qui non hẽt ſuperiorem, careat ui coactiua, nõ amittit uim legis. Scdo rñdetur (& hanc ſolutionem nota) q fortaſſis lex lata a principe, reſpectu principis, non hẽt uim legis proprie loquendo: nam non eſt cã immediata, & ꝓxima a qua princeps in conſcientia obligatur, ſua lex, ſed eſt conditio regia, qua poſita, emanat iure naturali obligatio ad ſeruãdum ſuã legem. Nam lex naturæ pcipit, ut caput ſe cõformet corpori, & membris, & q patiatur legem, quã ipſe tulerit. Ad tertium, & quartum argũ ex ſecundo patet ſolutio. Nam dicẽdum eſt, q princeps obligatur ſuis legib. & ex uoluntate diuina, & ex propria. Ex uoluntate diuina, quã eſt lex naturalis, vt patiatur legẽ, quam ipſe tulerit. Ex uoluntate ꝓpria, q.ñ ferendo legem humanam conſtituit ſe vnũ, cum quo lex illa loquatur. Ad ultimum argũ diſſoluendum hic Dñs Caie. inuit: dicit, & optime, ſed breuiter neganda eſt cõſequentia. Nã eximere hoĩem priuatum, non eſt in perniciem reipublicæ; eximere uero principem eſt in ſummã reipublicæ pniciem: nam in principem, tanquam in exemplar, oĩm oculi ſunt conuerſi. Scdo, q.ñ eximere ſe ſine cã eſt contra illam naturalem legẽ. Patere legẽ, quã tu ipſe tuleris. Dubitatur tertio, an peregrini, & q incertas ñ hẽt ſedes, teneantur legib. regionis ad quã declinant? Ad hoc reſpondendum, ſecundũ eſt opinio q̃ uni ſunt i concertatione. licet q ii ſunt q in alienã regione hñt iam domicilium, aliqui ei, q vagantur, & de pruincia i ꝓuinciã demigrant, ut qui pleriq; ſemper i D. Iacobũ. Primi tenentur legib. ſuæ regionis, in qua iam nũc domicilium hũnt, ſi ſunt incolæ, & tãquã ciues reputantur. Secundi uero nõ tenentur legib. eius urbis, uel oppidi ad qd forte declinãt. Patet: nã nullo iure lex illa ſpecialis obligat peregrinum pperpdi i tranſeuntem; ceterum tenentur legib. regni cõib. alioqui reipub. non bene eſſet cõſultum. Dubitatur ultimo, utrũ clerici ſint exempti a legibus ciuilibus? Hanc qõnem adeo delucide explicat Victoria in relect. de pot. Eccl. q. vlt. & Soto in 4. d. 25. q. 2. art. 2. vt maioris explicationis non egeat. quos legite. Hoc aũt certiſſimum eſt, q licet clerici ex priuilegio eximãtur a legib ciuilib. nõ eximũtur tñ a legibus, q ordinãtur ad bonũ cõe, quæ non dedecent clericos: vt q certo tpe a uenatione abſtineatur, q non induantur ſerico, q non uendant triticum ultra taxatum ptium. Ceterum non tenentur ſeruare leges, quæ dedecent clericum, ut nemo uehatur mula: non enim decet clericũ uehi equo; atq. ẽt non tenentur ſeruare leges, q ſunt inſtitutæ in clericorum odium. Hactenus de art. 5.

Secun. concl. Princeps ſupremus.

Pri. concl.

Tert. concl.

Sup. cum oẽs.

Quomodo princeps ſuis legibus tenea tur. Prou. 21.

Mat. 23.

Arg ſolut.

Ad primum.

Ad ſecundum.

Ad tertium, & quartum.

Ad ultim. Caiet.

Sec. conc.

An clerici teneantur legibus ciuilibus.

ARTICVL. SEXTVS.

Vtrum ei qui ſubditur legi, liceat præter uerba legis agere.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Si accidat legis obſeruationẽ eſſe nocumento cõi ſaluti, nõ eſt obſeruanda. Lex namque ordinatur ad cõem hoĩum ſalutẽ, & ea rõne obtinet uim legis, & obligat, qua cõe bonũ reſpicit. Cõtingere aũt põt (qa legiſlator oẽs, & ſingulos euentus particulares intueri non põt) vt aliqñ legis obſeruatio ĩ detrimentũ vergat ſalutis reipublicę: ſicuti ſi lex ſtatuat, ut tpe belli portæ ciuitatis maneãt clauſæ, lex ẽ vtilis cõitati, ut in ꝑlurib. cẽterũ ſi hoſtes eos ĩſequantur ciues, p quos ciuitas conſeruat, aperiẽdę eſſent portæ cõtra v̄ba legis, qa tũc ſeruare legẽ, detrimẽtũ eſſet cõitatis.

Scda Concl. Si obſeruatio legis, ſcdm v̄ba non habeat ſubitũ periculũ, cui oporteat ſtatĩ occurri, nõ ptinet ad quẽlibet iterptari, qd utile, q dve noxium ſit ciuitati; ſed id ad prĩcipes ptinet: ipſi nãq; pp huiuſcemodi caus facultatẽ habẽt diſpẽſandi. Si uero ſit ſubitũ periculũ, quod tãtam morã nõ patiatur, ipſa neceſſitas diſpenſationẽ hẽt annexam, quia neceſsitas nequaquam legi ſubdita eſt.

EXPLICATIO ARTIC.

RAtio propoſitæ qõnis eſt. Nam lex, regula eſt ſubditorũ, ſed non licet agere ꝓ regulam: ergo non licet agere ꝓ verba legis. Deinde, ei competit eſſe legũ interptem, qui eſt earum conditor, ſed ſolus princeps põt leges cõdere: ergo nemini aliorum fas eſt leges interptari, ſed tenẽtur ſcdm eas agere. Qõ huius art. materiam epicheię ĩ diſputationem ꝓducit, utrum ſubditis licitum ſit ea uti: nam de principe nemo ambigit iuxta doctrinam Ariſt. 5. Eth. 10. Pro huius rei expoſitione ſciendum eſt, q ſicut iuſtitia legalis in legibus ſtatuendis reſpicit caſus cões, & cõſuetos, & ex magna parte incidentes, ſic eſt altera virtus particularis, quã Græci uocãt, epicheiã, Latini æquitatem. De hac uirtute dr̃; Tu aũt dominator uirtutis cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia diſponis nos: Græce hr̃ ἐπιείκεια iudicas ex æquo & iuſto, & cũ multa indulgentia diſponis nos, hoc eſt, non ſeuere, non crudeliter iudicas. Scdo notandũ, q hæc uirtus, q̃ uocatur ęqtas, dirigit, & moderatur legem poſitã, pp defectus quos hẽt, qa poſita eſt in uniuerſali, & caſus uniuerſos particulares non potuit comprehendere itaq; reſpicit caſus particulares extraordinarios, q p legem cõem. puniri non potuere. Tertio notandũ eſt, q huic virtuti a lateribus ſunt duo uitia extrema: ex una parte ei aduerſatur legũ ſuperſtitioſa obſeruatio, qñ quis eſt nimis iuſtus in legũ obſeruatione, ẽt ꝓ legiſlatoris intentionẽ. Hoc uitio peccauit Ieplite, q ut ani iis ſeuere ſeruaret uotũ, occidit filiã ſuã. Idẽ ſcribitur de Saule rege, q uoluit occidere Ionathã filium ſuum, q ſumma tate virgæ pauim fauum mellis degnſtaſſet, ꝓ præceptum Saulis, qui præceperat, vt nemo mãducarit ante Solis occaſum aliquid cib degustaret.

De epicheia.

Eth. 10.

Sap. 12.

Secundo not.

Tertio not.

Iudicum 11.

1. Reg 14.

De hoc uitio dicitur hęc prouerbia; Nimium ius, nimia iniuria eſt, & iterum; Noli eſſe iuſtus multum, & iterum; Ne quid nimis. Ex altera parte aduerſatur huic uirtuti, fraudulenta obſeruatio legis verborum contra mentem legis. De hoc vitio dr̃, lege, Non dubium. C. de legibus; Non dubium eſt eum in legem cõmittere, qui verba legis amplectens, contra legis uitiitur uoluntatẽ. & in lege; Contra, ff. de legib. ſic habetur: fraudem facit legi, q ſaluis verbis legis mentem eius circumuenit. *Concluſio* Hoc uitio ſæpe in republica peccatur. v.g. præcipit lex, ne filij clericorum paternam hæreditatem obtineāt; concredere amico illā, vt det filio, eſt ſaluis uerbis legis mentẽ eius circumuenire. Itẽ eſt lex Eccleſiaſtica, ut ſacerdos in fauorem filij ſacerdotū non renūciet, pueniūt duo patres presbyteri, vt alter in alterius filiū pferat beneficium, & mutuo. iſti amplectuntur verba legis; ſed ꝯ eius uitiūtur uoluntatẽ, & ideo legū tranſgreſſores ſunt.

Dupliciter contingit legem in particulari deficere.

Quarto notandum eſt, ꝙ lex ẽ deficere in particulari, pp caſus particulares incidentes, contingit dupliciter; negatiue, & contrarie. Negatiue deficit lex, quando deficit rō legis in particulari; ſed non eſt incommodum ſeruare legem. v.g. lata eſt lex, vt qlibet ſacerdos tali die celebret in ſatisfactionem ſuorum peccatorū; cognoſcit qs certo ſe pro ſuis delictis abūde ſatisfeciſſe, ceſſat lex negatiue. Contrarie ceſſat lex, qñ obſeruare legem, eſt ꝯ legiſlatoris intentionem, & inique agit, ut patet in lege de depoſitis reddendis, ſi expoſcātur ad deſtructionẽ reipublicæ.

prim. conclu. His conſtitutis prima ſit concluſio. Qñ deficit lex in particulari negatiue tm̃, non ceſſat obligatio legis, nec ſubdito licet ꝯ uerba legis agere. Notiſſimum eſt exẽplū in lege ieiunij, cuius finis eſt extenuare corpus, & habere pacatas paſſiones; at ſi quis habet iā pacatas paſſiones tenetur nihiloſecius lege ieiunij; nam deficit rō legis in particulari; & ceſſante rõne legis in particulari, non ceſſat obligatio legis, vt antea dictum eſt. Deinde, lex humana ordinatur in bonū publicū, & bonum publicū obſeruatur per publicam legum obſeruationem, qñ commode ſeruari poſſunt; alioqui pp iſtas exceptiones leges humanæ numquam ſeruarentur.

Secunda cõcl. Secunda propoſitio. Quādo lex defic. ẽ in particulari contrarie, & ſubditus certo hoc cognoſcit, poteſt agere contra uerba legis, & vti ἐπιείκεια, & nō tenetur ad Superiorem recurrere ꝓ legis interpretatione: *Epicheia.* Explicatur hoc exemplis. Dicit lex, quod depoſitum reddatur: expoſcit quis depoſitum ad deſtruendam rempublicam; ex æqui & iuſti interpretatione non teneor reddere. Itẽ ẽ lex, ut ieiunemus ĩ Quadrageſima, & a carnibus abſtineamus: ſi non habeam alios cibos ꝓter carnem, non teneor legem ſeruare. Et id euidens eſt: nam quod eſt pro caritate inſtitutum, contra caritatem militare non dẽt.

Tertia concl. Tertia propoſitio. Qñ eſt dubium an lex in tali caſu obliget, nec ne; & eſt opportunitas conſulendi Superiorem, teneor ſuperiorem conſulere, qui eſt legitimus legum interpres; ſi uero nō eſt opportunitas, teneor ſeruare legem. Nam in dubijs tutior pars eſt eligenda, & tutior pars eſt, quod obſeruemus legem. Itẽ, hic hẽt locum illud quod dici ſolet de rerum dominio, ꝙ in dubijs melior eſt conditio poſſidentis, & lex eſt ueluti in poſſeſſione, ut obſeruetur.

Quarta conc. Quarta propoſitio. Quando eſt res dubia, utrū lex in tali caſu obliget, & ex alia parte ſit uerisimile uiro prudenti, ꝙ ſi legiſlator adeſſet, non obligaret illū, certe non obligabit: nam licet ſit dubium ſpeculatiuum, eſt tñ certitudo moralis, & prudentialis: *Epicheia.* quod in eo caſu licitum eſt uti ἐπιείκεια. Sic ſentit Dominus Caiet. hic, cuius ſententiam amplector libenter.

Quinta concl. Quinta propoſitio. Quando eſt dubiū ex una parte an lex obliget, & ex alia parte dubium eſt, an ex legis obſeruatione periculum ſalutis immineat, non tenemur legē obſeruare. Nam recta ratio dictat, ꝙ quādo res dubia eſt, & utrinque imminet periculum, minus periculum eligēdum eſt, ſed minus periculum eſt nō ſeruare legem, quā ſubire uitæ diſcrimen: ergo hoc obſeruandum eſt.

QVAES. XCVII.

De legum mutatione, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum lex humana debeat aliquo modo mutari.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt huiuſmodi. Lex humana duplici ex capite mutari poteſt, & ex parte ipſius rationis, & ex parte hominum.

ARTICVL. SECVNDVS.

Vtrum lex humana ſemper ſit mutanda, quando occurrit aliquid melius.

Concluſio eſt negans.

EXPLICATIO ARTIC.

Hvius articuli concluſionem probat D. Tho. auctoritate Aug. qui aſſerit legem temporalẽ commutari p tẽpora diuerſa iuſte poſſe. *Aug. lib. 1. de libero arb. c. 6.* Deinde ſic explicat cõcluſionem, Lex humana eſt quoddā dictamẽ rõnis, quo diriguntur actus humani. põt ergo & ex parte rõnis, & ex parte hominum mutari. Ex parte quidem rõnis, quia humanę rõni naturale e, vt ab imperfecto ad perfectū proficiſcatur, ut tam in ſcientijs ſpeculatricibus, quā in practicis videre licet. Ex parte vero hoĩum põt lex mutari, pp mutationem conditionum. Recte namq; fertur lex, ut populus moderatus, grauis, communiſque utilitatis diligentiſſimus cuſtos creet ſibi magiſtratus, per quos reſpublica adminiſtretur; ceterum recte adimitur populo talis poteſtas, ſi paulatim deprauat' habeat uenale ſuffragium, & regimen flagitioſis, ſceleratiſque committat.

Leges humanæ quare interdum mutādæ ſint.

Qvod autem leges humanæ interdum mutandæ ſint, & nouę inſtituendæ, patet duplici de cauſa; tum, quoniā res humanæ, quas leges humanæ moderātur, mutationibus ſunt expoſitæ: oportet ergo, ut rebus mutatis leges de nouo inſtituantur: propter quod Deus optimus, q inſtituit legem ueterem, rebus mutatis eam aboleuit: tum uero, qm̃ natura cõparatū eſt, ut res humanę in principio ſint rudes, & imperfectæ, & ſenſim acquirant perfectionem, quod non ſolum deprehenditur eſſe uerum in mechanicis artibus; ſed ẽtm uniuerſis legibus. Oportet ergo abolitis legibus imperfectis pfectiores inducere. His adde pro maiori declaratione, quod lex humana bifariā eſt mutabilis; aut videlicet propter imperfectionem legis; aut propter mutationem communitatis, cui lex imponitur. Imperfectio humanæ legis cõtingit, quia primū legum inuentores intendentes aliquid inuenire reipublicæ utile, non ualentes oīa ex ſeipſis conſiderare, inſtituerunt qdam ſtatuta imperfecta, in multis deficientia, q ſucceſſores longis experimentis gubernandi rempublicā magis facti occulati mutauerunt, inſtituētes talia, q in paucioribus poſſent deficere a cõmuni utilitate. Propter mutationem item communitatis plerumq; lex eſt mutanda, quatenus cõmunitati aliter atque aliter diſpoſitæ, aliæ atq; aliæ congruunt leges, quemadmodum ſupra patuit, & in ſequentibus latius manifeſtabitur: uelut, cõis populus ſi ſit bene morigeratus, communiſq; utilitatis diligentiſſimus cuſtos, utilis eſt ei lex ſtatuens facultatem eligendi magiſtratum eſſe apud cõem populū; quod ſi paulatim populus iſte prauis moribus aſſueſcat, habenſq; uenale ſuffragium cõmittat magiſtratum, per quem reſpublica eſt gubernanda, ſceleratis atq; flagitioſis hominibus, recte tollitur populo talis poteſtas, & ſublata lege illa, recte cõſtituitur noua, qua poteſtas eligēdi magiſtratum ad paucorū bonorū hoĩum redeat arbitrium; quemadmodum eleganter declarat Auguſtinus. *Auguſt. l. de libero arb. c. 6.*

EXPLICATIO ART.

Concluſionem huius artic. D. Th. ita exponit. Lex humana tunc recte mutatur, cum communi utilitati conſulitur Mutatio aūt legis, quantum eſt de ſe, potius eſt in detrimentū reipublicæ, & communis utilitatis. Etenim ad legis obſeruationem plurimum confert conſuetudo q per mutationem legis tollitur. vnde qñ mutatur lex, minuitur vis conſtrictiua

Aſſuetudo ad obſeruandum legem multum iuuat.

conſtructiua legis, inquantum per talem mutationem tollitur conſuetudo. Vnde non debet mutari lex, niſi ex alia parte tantum recompenſetur communi ſaluti, quantum ex iſta derogatur. & ita niſi maxima, & euidentiſſima vtilitas ex nouo ſtatuto proueniat, vel niſi ſit maxima neceſſitas, lex ſtatuta mutari nō debet: vnde in Decretis di. 12. c. ridiculū, dr; Ridiculum eſt, & ſatis abominabile dedecus, vt traditiones, quas antiquitus a Patrib. ſuſcepimus, infringi patiamur. Certe homines aſſuefacti ad legis alicuius obſeruationem, facile, iuste & prompte legem obſeruant; nouas vero legum mutationes, & inſtitutiones ægre & iniquo animo ferunt. & hoc eſt quod dicitur. Noli tranſgredi terminos antiquos, quos Patres tui conſtituerunt. & ff. de conſtitutionibus Principum, lege 2. ſic habetur in ſententia, In nouis rebus ſtatuendis, niſi euidens ſit utilitas, nō recedatur 'quod diu æquum viſum eſt.

Prou. 22.

ART. TERTIVS.

Vtrum conſuetudo poſſit obtinere vim legis?

CONcluſio eſt. Cōſuetudo & habet vim legis, & legem abolet, & eſt legum interpretatrix.

EXPLICATIO ART.

PRopoſita concluſio ſic probatur: quoniam lex a ratione, & voluntate legiſlatoris proficiſcitur; ratio autem & voluntas hoīs nō ſolum manifeſtatur verbo, ſed etiam facto: id enim vnuſquiſque eligere videtur, quod opere complet. Sicut ergo lex verbo poteſt mutari, & exponi, quatenus verba ſunt ſigna conceptus, ita per exteriores actus multiplicatos, qui conſuetudinem efficiunt, mutari poteſt lex, & exponi, immo cauſſari aliquid quod vim legis obtineat, quatenus per tales interior voluntatis motus, & rationis conceptus declaratur. Vnde Auguſtinus, Mos, inquit, populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenēda ſunt: & ſicut præuaricatores legum diuinarum, ita & contemtores conſuetudinum Eccleſiaſticarum coercendi ſunt.

Augu. epiſto. 86. ad Caſulanum.

Examinantur quædam propoſitiones ac tituli.

Notandum tamen eſt, ꝙ in prædicta aſſertione tria dicit D. Th. Primo, ꝙ conſuetudo publica interpretatur leges. Secundo dicit, ꝙ conſuetudo poteſt abrogare leges. Vltimo dicit, ꝙ conſuetudo talis, ipſa ſola abſq; alio præcepto ſcripto, poteſt obtinere vim legis. Hæc omnia diligenter ſunt examinanda. Circa primum notandum, ꝙ legitima huius ratio eſt, quia leges ſicuti a Principe habent auctoritatem, ita ab illo habent expoſitionē: Princeps vero interpretatur leges non ſolum verbis, ſed ēt factis, nēpe ex tacita permiſſione & voluntate; cuius voluntatis argumentum efficax eſt conſuetudo, publicis moribus recepta, vidente principe, & conſentiente. Secūdo notandum, ꝙ vt conſuetudo ſit fida legum interpres, duæ conditiones requiruntur. Vna eſt, ꝙ ſit publica, & neminem lateat: nam ſi a multis aliquid ſeruatur, ſed in occulto, ſic vt ad notitiam principis peruenire non valeat, hæc conſuetudo non eſt fida legum interpres. Secunda conditio eſt, ꝙ princeps formaliter, vel interpretatiue approbet talē conſuetudinem: id eſt, ꝙ ſciat, & non puniat, etiam ſi delictū in iudicium feratur. Ex hoc colligitur primo, ꝙ conſuetudo optime interpretata eſt legem ieiunij: nā licet antiqua lex fuerit, ꝙ non comedamus niſi ſemel in die, & id quidem hora nona, id eſt, a las tres, conſuetudine introductū eſt, ꝙ noctu aliquid ſumamus. Secundo ſequitur, ꝙ cōſuetudo introducta a tabellionibus exigendi vltra taxatum pretium, non eſt legitima legum interpres, nec deobligat in conſcientia. Idem dicendum eſt de ſtabularijs, qui exigunt vltra taxatum pretium: nam licet id frequentiſſime fiat, & ita fieri princeps cognoſcat; nihiloſecius tñ ſemper quando hoc crimen in iudicium defertur, punitur grauiter. Quod eſt argumentum efficax, principem velle ſeruari ſuam legem optime. Circa ſecundum, quomodo cōſuetudo abroget, & vincat, duo ſunt certiſſima. Vnum eſt, ꝙ qui in principio obſiſtit legib. & illas frangit, peccat, & legū violator eſt. Propter qđ qui modo obſiſtunt legib. Cōc. Trid. aut Pij Quinti, vt poſſint allegare leges illas numquam fuiſſe ſeruatas, grauiter delinquunt. Secundo certiſſimū eſt, ꝙ ſi hæc cōſuetudo ita inualuit, vt nullum veſtigium legis ſuperſit, & nemo iā puniatur pp eius tráſgreſſionem, certe talis conſuetudo vincit legem, ſiue iuſte, ſiue iniuſte introducta fuerit. Exemplum habemus de obſeruatione ſabbathi circa cibos; fuit enim antiqua lex, ꝙ die ſabbathi carnibus nō veſceremur; contraria cōſuetudine īntroductum eſt, vt veſcamur inteſtinis, & capitib. animaliū.

Quæ requiruntur, vt conſuetudo legem interpretetur.

Concluſio

Sed dubitatur, Quando conſuetudo incipit præualere, vt legem vincat? Ad hoc dubium Syluester, verbo, Cōſuetudo, dicit, ꝙ inter præſentes requiruntur decem anni, inter abſentes viginti. Sed iſta opinione prætermiſſa, veritas eſt, tunc conſuetudinem vincere, & eſſe ſufficienter introductam, qñ viri probi, & prudentes cenſent eſſe introductam, nec alia euidentior regula ſtatui poteſt. Sed quid ſi lex dicat expreſſis verbis; Non obſtante quacumq; cōſuetudine in contrarium; in tali caſu conſuetudo abrogabit legem? Syluester verbo, Cōſuetudo, in partem negatiuam flecti uidetur. Idem facit Soto 1. de iuſtitia, q. 7. ar. 2. & ratio iſtorū hęc eſt. Quoniā conſuetudo eatenus habet uim abrogandi legē, quatenus declarat uoluntatē principis uolentis abrogare legem: ſed uoluntas principis ſatis explicata eſt, quod non abrogetur conſuetudine in contrariū. Hæc ſententia mihi non placet: nam quibuſcumq; uerbis lex ſtatuta ſit, poteſt a principe per uerba derogari; ſed cōſuetudo approbata a principe habet uerborum uim, ut ante dictum eſt: ergo talis cōſuetudo uincit legē, quibuſcūque uerbis lata ſit. Idem cōfirmatur. Nā in c. ſi Epiſcopus, de pœnitentijs & remiſſ. lib. 6. dicit Papa, ꝙ nulla cōſuetudine introduci poſſit, vt quilibet ſibi eligat cōfeſſariū; nihiloſecius ſacerdotes ſęculares ex conſuetudine eligebāt confeſſarium quem malebant, donec hæc conſuetudo improbata fuit in Conc. Trid.

Quando incipiat conſuetudo in legem præualere.

Concil. Trid. ſeſſ. 23. c. 15.

Quæ requiruntur ut conſuetudo habeat vim legis. Prima conditio.

Circa tertium, qūo conſuetudo uim legis obtineat, notandum eſt, quattuor eſſe neceſſaria ut conſuetudo legis uim obtineat. In primis requiritur, ꝙ id, de quo inducitur conſuetudo, ſit actus bonus, & poſſit eſſe materia legis iuſtæ: nā conſuetudo habet uim legis: ergo debet eſſe de ea re, de qua lex ſtatui poſſit. Quare de re illicita, & indifferenti numquam præualet conſuetudo, ut uim legis obtineat. Secundo requiritur, quod conſuetudo ſit uniuerſalis, & non paucorum. Quare feſta quę ſeruantur a quibuſdam, & ab alijs non obſeruantur, interim dum hæc cōſuetudo permiſſa eſt, non habet vim legis. Tertia conditio eſt, ꝙ id, quod ducitur in conſuetudinē, iudicetur ab omnibus obſeruatu neceſſariū, & non tamquam faciendum ex populi deuotione, & affectu pio. Propter qđ in uigilijs feſtorum Diuæ Virginis, quamuis conſuetum eſt, vt populus a carnibus abſtineat, & ieiunet, talis conſuetudo non habet uim legis, excepta Vigilia Aſſumtionis ſanctiſſimæ Virginis.

Secunda conditio.

Tertia conditio.

Quarta conditio, requiritur approbatio Superioris expreſſa, vel interpretatiua. Cuius euidens argumentum erit, ſi Superior puniat tranſgreſſores conſuetudinis, ac ſi eſſent legis uiolatores. Hæc de conſuetudine in genere dicta ſint. De conſuetudinibus in particulari, quomodo obligant ad peccatum mortale, diſputat optime Caietanus in ſua Summa, verbo, Hora canonica, & verbo, Ieiunium; & Ioannes Driedo lib. 1. de libertate Christiana, ca. 10. & 11. & ſequentibus.

Quarta conditio.

De particularibus conſuetudinibus.

Sed vt inſpiciat Theologus, quam conſentanea uero ſint, quæ diximus, duo ſunt conſideranda ex definitione Iuriſconſultorum. Primum ſciendum eſt, quod conſuetudinem habere vim legis, indicat deſcriptio conſuetudinis, quæ ſecundum eam ſignificationem, de qua nunc loquimur, eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur. Rationem autem quare habeat uim legis, aſſignat Imperator: Conſuetudo, iudicio & conſenſu populi pro lege (inquit) ſuſcepta, vim habet legis. Nam cum ipſæ leges nulla alia ex cauſſa nos teneant, quam quod iudicio populi pro lege ſuſceptæ ſunt, merito ēt ea quæ ſine ullo ſcripto populus

Conſuetudo quid.

probauit, ab omnibus tenenda ſunt. Neq; enim intereſt, an ſuffragio, ſeu conſenſu populus ſuam voluntatem declaret, an rebus ipſis, & factis. Et ideo leges non ſolo conſenſu legiſlatoris, ſed etiam tacito conſenſu totius populi per deſuetudinem abrogantur. Quamobrem & conſuetudo ē optima legum interpres. habes hæc omnia, ff. de legib. & ſenatuſconſultis.

Secundo, ad intelligendum quonã pacto cõſuetudo vincit legem, conſideranda eſt ſententia Iuriſconſulti: Conſuetudo (inquit) & ratio quæ conſuetudinem ſuaſit, ſeruanda eſt: quæ ſi ſit generalis, quam Princeps ſcit, & tolerat, legem tollit: conſuetudo vero ſpecialis non adeo eſt valida, vt legem generaliter, aut rationem legis generaliter vincat, C. quæ ſit longa cõſuetudo, lege ſecunda.

ART. QVARTVS.

Vtrum rectores multitudinis poſſint in legibus humanis diſpenſare.

SVMMA TEXTVS.

PRima concl. eſt affirmãs. Secunda concl. Si abſq; ratione, pro ſola voluntate diſpenſatio fiat, infidelis erit ille qui diſpenſat, & imprudens.

Pri. concl.
Secun. cõ.

EXPLICATIO ART.

PRima concluſio probatur ſic. Quia contingit quandoque, vt præceptum multitudini vtile, huic particulari perſonæ, vel in hoc caſu ſingulari vtile non ſit: & quia periculoſum eſſet cuilibet committere iudicium an vtile ſit præceptum, necne, data eſt poteſtas diſpenſandi illi, cuius intereſt multitudinem regere: diſpenſatio ſiquidem importat commenſurationẽ alicuius communis ad ſingulare: & ita aliqs diſpenſare dicitur, quia ordinat, qua rõne quodlibet præceptum a ſingulis adimplendũ ſit. Secunda concluſio probatur: quoniam ille eſt infidelis, qui non habet intẽtionẽ ad bonum commune: imprudens vero, qui rationẽ diſpenſandi ignorat; vnde Dominus dicit, Quis putas eſt fidelis ſeruus, & prudens, quem conſtituit Dominus ſuper familiam ſuã?

Luc. 12.

Irritare, commutare, abrogare, interpretari, & diſpenſare legem.

Ceterum pro explicatione doctrinæ huius articuli notandum eſt, eſſe latum diſcrimen inter irritare, commutare, abrogare, interpretari, & diſpenſare legem. Irritare, eſt ex poteſtate dominij legem tollere: pater enĩ hac poteſtate poteſt irritare vota filiorũ vſq; ad certam ætatẽ, & maritus, vxoris vota. Abrogare vero eſt legẽ oĩno tollere, ſiue ex poteſtate dominij, ſiue ex poteſtate gubernatiua. Cõmutare, eſt mutare obligationẽ in æquale, aut melius. Interpretari vero requirit ingenij acumen, & eruditionẽ, & non poteſtatem gubernatiuã, & pertinet ad *Epiikeiam.* Diſpenſare vero eſt auctoritate ſuperioris ſoluere, vel relaxare ĩ aliquo particulari legis obligationẽ, qñ deficit negatiue lex. Quid aũt ſit legẽ deficere negatiue, in articulo 3, ſupra dictum eſt. Secundo notandũ eſt, eſſe certũ ſecundum fidẽ Catholicã, Prælatos, & ſuperiores habere poteſtatẽ diſpẽſandi in ſuis legib. quod patet ex illo; Diſpẽſatio mihi credita eſt: ſed potiſſime traditione ipſa Eccleſiæ liquet, a tẽporibus Apoſtolorum vſq; ad noſtra tẽpora deducta. Tertio notandum eſt, ꝙ ad legitimã ſuperioris diſpenſationẽ (de hac enim inſtituimus diſputare) tria ſunt neceſſaria; auctoritas, cauſſa, & prudentia. Hęc ſunt diligentiſſime examinanda circa auctoritatem diſpẽſatoris.

Prælati poſſunt in ſuis legibus diſpenſare.
1. Cor. 9.
Quæ requiruntur ad legitimam diſpenſationem.

Prima propoſitio. Ille qui condidit leges, poteſt diſpẽſare in lege quam condidit: atque etiam in omnibus alijs ab æquali poteſtate ſtatutis. v. g. Rex noſter poteſt diſpenſare in lege ſua, & in omnibus legibus a ſuis prædeceſſoribus ſtatutis, qui in æquali fuerunt poteſtate. Ex eodẽ principio ſequitur, ꝙ Papa poſſit diſpenſare in omnibus legibus Conciliorum. Concilium enim non habet maiorem auctoritatem: quod definitum eſt in Concilio Tridentino Seſſione vltima, can. vltimo. Vtrum vero Concilium poſſit prohibere alicuius legis diſpenſationem, irritans ſuo decreto quidquid ſecus factũ fuerit, diſputat optime Victoria in relectione, de auctoritate Papæ, & Cõcilij; & reddit iſtam ſententiam probabilem ſatis, quod poſſit Cõcilium irretire manus Pontificis, vt in aliqua lege non valeat diſpenſare.

Secunda concluſio. Inferior poteſtas non poteſt diſpenſare in legibus latis a ſuperiore poteſtate, niſi quatenus ei commiſſum fuerit expreſſe, vel interpretatiue. Hæc concluſio definita eſt in lege 1 C. de legib. & patet euidenti ratione. Nã inferior poteſtas non habet auctoritatem in his quæ ſuperior poteſtas decernit. Sed eſt notãdum, ꝙ aliud eſt in lege diſpenſare, aliud eſt abſoluere a culpa, vel a pœna pp culpam cõtracta. Eſt enĩ generale documentum in iure, quod quando eſt excommunicatio lata in canone, licet ſit lata a Summo Pontifice, ſi nominatim non eſt reſeruata Summo Pontifici, Epiſcopus, vel Parochus poteſt abſoluere; at legem tollere nõ poſſunt. Secundo notandum eſt, ꝙ ad cauendos hominum ſcrupulos data eſt Epiſcopis auctoritas abſoluendi ab omni culpa, & ab omni cenſura Eccleſiaſtica pp crimen occultum contracta; & diſpenſandi in oĩb. irregularitatib. excepta irregularitate contracta propter homicidium voluntarium, vt habetur in Conc. Trid. Seſſione 24 c. 16. de reformatione.

Tertia concluſio. Poteſtates inferiores poſſunt diſpenſare in legibus latis a Superioribus, in aliquibus caſibus. Primum, ex conſuetudine, quæ eſt optima legum interpres. Qua ratione Epiſcopi poſſunt diſpenſare in vniuerſis votis, exceptis tribus, religionis, caſtitatis, & p regrinationis Hieroſolymitanæ. Secundo, in cauſſis leuibus, in quibus recurrere ad Summum Pontificẽ eſſet prorſus intolerabile. Tertio, in legibus ſtatutis in commodũ particularis oppidi v. g. eſt lex ne vinum venale aliunde vehatur: Prætor in hac lege poteſt diſpenſare, maxime conſentiente populo: nam populus poteſt cedere iuri ſuo. Vltimo. (qd maxime aduertendum eſt) poteſt Epiſcopus diſpenſare in legibus latis a Summo Pontifice, in caſib qui frequẽtiſſime accidũt. v. g. põt diſpẽſare in lege ieiunij, & abſtinẽtię, nã cã diſpẽſandi ĩ hac lege frequẽtiſſime occurrit, in qua recurrere ad Summum Põtificẽ omnino intolerabile eſt. Ex hoc principio Syluester colligit, ꝙ ſi duo contraxerint matrimonium in gradib prohibitis, & nõ facile poſſint adire Summum Pontificẽ, & ſine ſcandalo nõ poſſunt ſeparari, poteſt Epũs diſpenſare, vt de nouo cõtrahant. Sed hæc ſententia mihi non placet, nec vero probatur Soto in vltimo artic. 1. de iuſtitia & iure. Nam ſi ſemel ianua hæc aperiatur, ſæpenumero in republica daretur occaſio fingendi huiuſmodi neceſſitates. Verum eſt tamen, quod impedimento ſuperueniente matrimonio, poteſt Epiſcopus diſpenſare. v. g. ſunt duo legitime coniuncti, & maritus cognouit conſanguineam vxoris ſuę, iſte talis nõ poteſt petere debitum, ſed tenetur reddere: in hac re põt Epiſcopus diſpenſare. ſic ſentiunt viri doctiſſimi, Soto, & Syluester locis adductis, Dom. Caiet. in commenta. ſuper iſtum articulum.

Caſus in quibus inferior diſpẽſare valeat in legib ſuperioris.

Ieiunij lex diſpenſab. a ſolo Epiſcopo. Syl. verbo diſpenſatio, dubio. 9.

De cauſſa neceſſaria ad legitimam diſpenſationẽ quatuor ſententiæ ſunt notandæ. Prima eſt, ſi prælatus ſine cauſſa diſpenſat, peccatum committit: nam ſicut dicit D. Pau. 1. Corinth. 10. Facultas diſpenſandi data eſt in ædificationem, & non in deſtructionem Eccleſiæ. Item diſpenſare cum aliquo particulari, eſt illum eximere ab obligatione, & vinculo, quo alij vniuerſi tenentur: hoc autem ſi fiat ſine cauſſa, in iniuriam vergit aliorum.

Cauſſa neceſſaria ad diſpẽſationem.

Secunda ſententia. In his, in quibus admiſcetur obligatio iuris naturalis, aut diuini, ſi diſpenſatio ſit obtenta ſine legitima cauſſa, inualida eſt: vt ſi Papa diſpẽſet in voto ſine legitima cauſſa; ſi diſpenſet cum aliquo, vt habeat plura beneficia curata; aut vero vt non reſideat. Item, ſi diſpenſet cum Epiſcopo, vt habeat poteſtatem teſtãdi de bonis eccleſiaſticis, quæ pauperibus erant diſtribuenda: dico, vniuerſas iſtas diſpenſationes, ſi fiant ſine cauſſa legitima, eſſe pſus inualidas corã Deo. Ratio euidẽs eſt: nam Summus Pontifex non habet auctoritatem ſupra ius diuinum, & naturale, vt illud pro ſua voluntate abroget: hæc autem de quibus diximus ad ius naturale, & diuinũ pertinent.

pertinent. Ab iſta ſententia excipitur vnus caſus tantū. Nam ſi Summus Pontifex diſtribuat ſacerdotium homini indigno, aut minus digno, certe collatio valida eſt, licet contra ius naturale. & diuinum conferat; alioqui nihil eſſet tutum aut ſecurum in Eccleſia Chriſti.

Tertia ſententia. In his quæ tantummodo ex iure poſitiuo depēdēt, ſi diſpēſatio fiat, rata eſt: vt ſi diſpēſetur cum aliquo vt contrahat in ſecundo gradu, aut

QVAES. XCVIII.

De lege veteri, in ſex articulos diſtributa.

ART. PRIMVS.

Vtrum lex vetus bona fuerit?

vero, vt non dicat officium horarium, etiam ſi fiat ſine cauſa, valida eſt diſpenſatio: nam hæc obligatio dependet a iure humano, quod legislator pro ſua voluntate abrogare poteſt.

Quarta ſententia. Si cauſſa allegata ad petendā diſpenſationē falſo conficta fuit, diſpenſatio inualida eſt, & ſubreptitia: nam hæc diſpenſatio innititur cauſſæ allegatæ, tamquam fundamento: quod ſi fundamentum non ſtat, ædificium ruit.

De diſpenſatoris prudentia.

De prudentia vero diſpenſatoris duo notanda ſunt: vnum eſt, ne præbeat occaſionē ſuſpicandi, ꝙ leges ſunt ſtatutæ propter turpe lucrum. Quapropter conſuetudo illa, quod non diſpenſetur in tali lege, niſi pro pecunia, abolenda eſt, ſicut aboleuit eam Conc. Trid Seſſione vi. Secundo notandum eſt, ꝙ legislator ſemper dēt habere præ oculis illud axioma D. Pau. habere auctoritatem nō in deſtructionem reipublicæ, ſed in ædificationem Eccleſiæ.

EXPLICATIO ART.

PRima pars concluſionis, videlicet, ꝙ lex vetus bona fuerit, patet: quia concupiſcentiam reprimebat, quæ rationi aduerſatur; & peccata prohibebat, quæ ſunt contra rationem. quare dicit Apoſt. Condelector legi Dei, qm̄ bona eſt. Sed aliquod eſt bonum perfectum, quod per ſe eſt ſufficiens perducere ad finem, & aliquod imperfectum, quod operatur, vt ad finem perueniatur, non tamen per ſe eſt ſufficiens perducere ad ipſum finem. Finis autem legis diuinæ eſt perducere hominem ad felicitatem æternam: qui finis impeditur per quodcumq; peccatum, & nō ſolum per actus interiores, ſed etiam per actus exteriores: vnde oportet vt totaliter faciat hominem idoneum, vt perueniat ad felicitatem æternam: quod fieri non poteſt, niſi per gratiam Ieſu Chriſti, per quam diffunditur caritas in cordib. noſtris, quæ legem adimplet. Sed hanc gratiā lex vetus non conferebat, quia reſeruabatur Chriſto, ſecundum illud; Lex per Moyſem data eſt; gratia per Ieſum Chriſtū. (Ioan. 1. Hebr. 7.) Vnde lex vetus bona fuit, ſed imperfecta. quare dicitur: Nihil ad perfectum adduxit lex.

Argumenta contra concluſionem. Arg. primum Heb. 8.

Sed contra primam partem propoſitæ concluſionis ſunt aliquot argumenta. Primum eſt. Nam D. Paul. ſic dicit: Si illud prius teſtamentum culpa vacaſſet, non vtique ſecundi locus inquireretur: ergo ſi illa lex culpa non vacauit, mala fuit.

Secundum.

Secundo, Ezech. c. 20. dicit Dominus; Dedi eis legem non bonam, & præcepta in quibus non viuent.

Tertium.

Præterea lex iuſta facit ſubditos bonos, & confert illi iuſtitiam; ſed lex vetus non conferebat iuſtitiam, quin potius præbebat occaſiones multas peccandi: dicit enim D. Pau. Lex iram operatur. & iterum; Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum. & rurſus; Peccatum ſine lege mortuum erat: cum autem superuenit mandatum, peccatum reuixit, & ego mortuus ſum. (Rom. 4. Rom. 5. Rom. 7.)

Quartum.

Præterea, in lege veteri habetur illud memorabile, Nō concupiſces; quod non ſolum concupiſcentiā frenauit, ſed illam mirum in modum auxit, dicente Paulo ad Ro. 7. Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces: peccatum autem per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam: ergo lex illa bona non fuit.

Quintum.

Præterea, in illa lege ſcriptum eſt; Oculum pro oculo, dētem pro dente. quod præceptum, veluti durū, & inhumanum, reprobauit Dominus, Matt. 5. dicens; Audiſtis quia dictum eſt antiquis, oculum pro oculo, &c. ego autem dico vobis, non reſiſtere malo, &c.

Sextum.

Item, in lege Moſayca cōcedebatur vſura, & etiam libellus repudij, vt aperte cōſtat Deuteronomij 23. & 24. Hæc vero præcepta rationi naturali manifeſte aduerſātur. ergo.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt. Lex vetus bona fuit, ſed nō perfecta.

Vltim.

Item, ſacrificia veteris legis erāt Deo ingrata, & inuiſa: ergo lex, q̄ talia ſacrificia inſtituebat, bona non erat, ſed Deo ingrata, & inuiſa. Antecedēs probatur ex innumeris ſacræ ſcripturæ locis. In primis Eſaiæ c. 1. Quo mihi multitudo victimarum veſtrarum? plenus ſum & paulo poſt; Incenſum abominatio eſt mihi. & iterum, Calendas veſtras, & ſolemnitates veſtras odiuit anima mea, laboraui ſuſtinens: & in Pſ. 50 Si voluiſſes ſacrificiū, dediſſem vtiq; holocauſtis nō delectaberis. & pſal. 39. Sacrificium & oblationem noluiſti, corpus autem aptaſti mihi. quem locum explicans D. Pau. ad Hebræos. 10. dicit in hunc modū: Oblationes, ſacrificia, & holocauſtomata pro peccato noluiſti, nec tibi cōplacita ſunt, quæ ſecundum legē offerebātur. De hac re exſtat inſigne teſtimonium Hier. 7. Non locutus ſum cū Patrib. veſtris, nec p̄cepi eis, cū eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum, & victimarum. Vltimo, dicit Paulus in ſuis epiſtolis ſæpenumero improbans veterem legē, mortis legem, miniſtrationem mortis, litteris deformatā in lapidib. virtutē peccati, litterā occidentē, illā eſſe legē. Propter hæc argumenta Manichæi hæretici fuerunt in iſto errore, ꝙ lex vetus mala fuerit. & a Deo malo excogitata. Eūdē errorem ſecuti ſunt Marcioniſtæ, vt refert D. Aug. Epiphanius, & Alfonſus de Caſt.

Auguſ. lib. de hære. c. 21. & 45.
Epip. lib. 2. to mo. 2. hæreſ. 66.
[illegible] Marcioniſtis lib. 1. [illegible] hæreſi 42.
Caſtro, [illegible] lex hæreſi. 2.

Pro explicatione Catholicæ veritatis ſit prima concluſio. Lex vetus, bona fuit. Hæc eſt veritas diuina, & irrefragabilis: dicit enim Paulus; Lex quidem ſancta, mādatum ſanctum, iuſtum & bonum. & 1. ad Tim. c. 1. Lex quidē bona eſt, ſi quis ea legitime vtatur: & ad Gal. 3. & Actorū. 16. Diuus Paulus obſeruauit legalia, & p̄cepit circumcidi Timotheū. & Dn̄s dicit. Nō veni ſoluere legē, ſed adimplere. Secūda cōcl. Lex illa Moſayca imperfecta fuit: dicit enim Pau. Ad Heb. 7. Nihil ad p̄fectū adduxit lex: & in eodem c. reprobatio fit p̄cedentis mandati, id eſt, Moſayci mandati, propter eius infirmitatem. & ibidem vocat p̄cepta infirma, & egena elementa. & ad Gala. 2. dicit: Si ex lege iuſtitia: ergo gratis Chriſtus mortuus ē. Rō vero ex diuina Theologia euidens eſt. Nam finis, & perfectio legis humanæ eſt efficere ſubditos bonos bonitate quadam ciuili. & politica, & deducere illos in tranquillitatem, & pace reipublicæ; finis vero legis diuinæ eſt efficere homines ſimpliciter iuſtos coram Deo, & deducere illos in ſempiternā felicitatem, quæ in viſione Dei ſita eſt. Ergo lex cenſetur perfecta, quæ vſque ad illum finē homines perducit. Illa ergo bona quidē, ſed imperfecta, quæ illum finem demonſtrat, ſed vſque ad illum finē nō perducit. Huiuſmodi fuit lex Moſayca: nam huiuſmodi lex non conferebat gratiam, non iuſtificationem, nō reconciliationem cum Deo. Omnis enim iuſtitia & gratia quæ antiquis Patribus collata fuit, non fuit collata ex efficacia veteris legis, ſed ex fide, & amore in Chriſtum. A primordio namq. generis humani fuit ſtatutum p̄ceptū de fide in Chriſtum collocanda, vniuerſis hominibus, ſi modo ſalutē vellent cōſequi. Hoc aſſerit D. Petrus aperte Actorū 4. Non eſt aliud nomen ſub cælo, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. & Ioan. 1. Gratia & veritas per Ieſum Chriſtum facta eſt. Ex quo ſtatim ſequitur. quod lex fidei diſtinguitur a lege Moſayca proprie ſumta. ſic diſtinguit enim Paulus in ſuis epiſtolis ſignanter Romanorum, 3. Arbitramur hominem iuſtificari per fidem, & non ex operibus legis & ad Romanos 4. Non enim per legem promiſſio facta eſt Abrahæ, vt hæres fieret mundi, ſed per iuſtitiā fidei.

Lex vetus imperfecta.

Ratio euidēs

Obiectiones.

Sed dicet Theologus; Si lex vetus imperfecta fuit, & inutilis, quorſum poſita eſt? Deinde. Patriarchæ, & Prophetæ in ſtatu veteris legis fuerũt iuſti, & perfectiſſimi: ergo in lege veteri erat perfecta iuſtitia. Vltimo, in circũciſione, vt habet ſana doctrina, conferebatur gratia, & remittebatur peccatum originale. Ad iſtam quæſtionem explicandam dicendum eſt ꝙ lex illa fuit poſita ad cauſſas idoneas, & vtilitates. Prima vtilitas eſt, vt cognoſcerent homines ſe eſſe peccatores: vnde dicit Paulus; Per legem cognitio peccati. Cum enim per legem Moſaycã innoteſceret quid eſſet faciendum, & id homines pp ſuã infirmitatem non poſſent perficere, & complere, neceſſarium erat, vt ſua peccata cognoſcerent, quæ cognitio erat uia ad ſuſcipiendum Chriſtum. Cum enim in Euangelio prædiceretur, Chriſtum Dominum ad delenda peccata veniſſe, ſi homines non cognoſcerent ſe eſſe peccatores, non vtiq. Chriſtum ſuſciperẽt. Et hoc eſt argumẽtum totius epiſtolæ ad Romanos, & ad Galatas. Nam vt Paulus doceret, fidem in Chriſtum eſſe neceſſariã, in primis ſtatuit, omnes homines eſſe peccatores, Gentiles, & Iudæos, & per philoſophiam moralem, & legem Moſaycam iuſtificari non poſſe. Secundo, fuit inſtituta lex, vt populum Iudaicum alioqui rudem, & imperfectum, metu pœnarum in officio contineret, & paulatim erudiret ad altiorem doctrinam, & ad ſuſcipiendũ Chriſtum: vnde D. Paulus, Lex pædagogus, ait, noſter in Chriſto fuit. Tertio, poſita fuit, vt eſſet vmbra Chriſti Domini, & legis Euangelicæ: vnde dicit Paulus, Vmbram habens lex futurorum bonorum. Idque factum eſt, vt populus Iudæorum aſſueſactus in vmbra colere Chriſtum, patefacta veritate melius illum ſuſciperet. Quarta vtilitas eſt, data eſt lex vt gratia quæreretur gratia data eſt vt lex impleretur, ſic dicit Auguſt. Vltima vtilitas eſt, vt terrendo mitteret ad fidem, & ad Chriſtum, vt optime dicit Auguſ.

Prima vtilitas legis veteris. Rom. 3.

Argumentũ epiſtolarum D. Pau. ad Roma. & ad Galat. Secunda.

Gala. 3. Tertia. Heb. 10.

Quarta. Aug. li. de ſpiritu & litt. c. 21. et lib. 22. contra Fauſtum c. 6. Vltim. Aug. lib. 4. contra duas epiſ. Pelag. c. 5.

Ex his patet ad argumentum primum poſitum cõtra ſecundam concluſionem. Ex iiſdem principijs patet qd dicendum ſit ad ſecundum argumentum. Nam Patriarchæ & Prophetæ fuerunt iuſti ex fide, & amore in Chriſtum, non ex efficacia legis antiquæ, vt dictum eſt. Ad tertium argumentum dicetur in ſubſequentib. cum de efficacia ſacramentorum veteris legis, & de differentia veteris, & noui teſtamenti actum fuerit.

Solutio argu. Ad ſecundum. Ad tertium. Argumenta in principio facta ſoluuntur. Ad primum. Cyril. li. 1. de adoratione.

His poſitis, ad argumenta in principio poſita, & ad primum dicendum eſt, ꝙ ille locus habet duplicem commentarium. Prior eſt, ꝙ cum Paulus dicit; Si prius illud culpa non vacaſſet, non loquitur de lege ipſa, ſed de cultoribus legis: quod patet ex ſequentibus. Nam cõtinuo ſubdit vituperans eos; Dicit Scriptura, &c. Poſterior commentarius eſt, ꝙ loquatur Paulus de lege ipſa: ſic interpretatur Cyrillus, Theodoretus, D. Th. & Caie. in illum locum. Itaq; dicit Paulus, ꝙ vetus teſtamentum culpam habuit, non qa malum, ſed quia imperfectũ. Vnde culpam in eo loco nõ pro peccato, ſed ꝓ defectu vſurpauit.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod præcepta veteris legis dicuntur non bona, non quia mala fuerunt, ſed quia gratiã non conferebant: quapropter ſignãter dicit præcepta, & iudicia in quibus non viuẽt: ideſt, iudicia quæ vitam non præſtant. Secunda explicatio eſt, quod Iudæi diſperſi propter ſuas iniquitates tradebantur legibus nationum iniquis. ita interpretatur Hieronymus, & Vatablus. Gregorius uero, Hos, inquit, pãnos infantiæ, quos in ſuaui...tibus dedit, ipſe per Prophetam Dominus reprehendit dicens, Ego dedi eis præcepta nõ bona: mala enim quaſi mala eſſe definiit comparatione peiorum; & bona non ſunt quaſi bona comparatione meliorum: nam ſicut peius delinqueti Iudæ de Sodoma atq; Samaria dicitur ſupra cap. 16. Iuſtificaſti ſorores in omnibus abominationibus tuis, quas operata eſt. Itaq; melioribus nou. teſtamenti præceptis ſubſequentibus, præcepta bona, quæ rudibus data ſunt, non bona eſſe memorantur.

Ad ſecundum

Grego. lib. 28. mora. c. 17.

Ezech. 16.

Ad tertium, & quartum argumẽtum, vt ſatisfaciamus ſciendum eſt, quod Paulus innumeris locis ſuæ doctrinæ, ꝓcipue in epiſtola ad Rom. durius in legem viſus eſt aliquid dicere; vt, Lex irã operatur; Lex ſubintrauit, vt abundaret delictum, & iterum Per mandatum, peccatũ occidit me, & operatum eſt in me omnem concupiſcentiam quæ omnia mitigat Pau. ad Ro. cum inquit; Quid dicemus ad hæc? numquid lex peccatum eſt? abſit: ſed occaſione accepta peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Hæc eſt mitigatio omnium, quæ ſuperius dixerat Paulus, & ſenſus eſt, lex mihi pernicioſa eſt, & occaſione non data, ſed accepta ex noſtra imbecillitate, operata eſt in me omnẽ cõcupiſcentiam; id eſt, vehementiſſimam concupiſcentiam. Hæc enim ſunt ingenia mortalium, vt prohibitio inflammet peccandi libidinem & exaugeat; iuxta illud Poetæ;

Ad tertium, et quartum. Ro. 4. et 5.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimuſque negata.

Donec deſiderium illiciti operis uincat dilectio iuſtitiæ per ſpiritum gratiæ, qui datus eſt nobis.

Ad quintum argumentum, de illis legibus, Dentem pro dente, oculum pro oculo, dicendum eſt, ꝙ Chriſtus Dominus non improbauit illas leges: erant enim optimæ pro ſuo tempore; ſed diſcipulos ſuos ad mitiorem, & perfectiorem iuſtitiam perduxit dicens, Ego autem dico vobis, non reſiſtere malo. Illud vero quod additur de vſura, & libello repudij, facilem habet explicationem: non enim pertinet ad præcepta; ſed erat quadam ratione permiſſum, prout in ſuis locis explicabitur.

Ad quintum.

Ad ſextum.

Ad vltimum argumentum, & ad vniuerſa illa teſtimonia, in quibus ſacrificia veteris legis improbari videtur, multiplex explicatio adhiberi ſolet. Prima eſt, ꝙ Prophetæ in illis verbis, & vaticinijs prædicebant ſacrificia illa ceſſatura tempore legis Euangelicæ, ſicut & factum eſt. Ex hoc uero non eſt conſequens, ꝙ fuerint mala interim dum lex Moyſi vigorem habuit. Secunda explicatio eſt, ꝙ prophetæ illis in verbis non improbant ſacrificia, ſed peruerſam offerentium religionem. quippe qui cum eſſẽt grauiſſimis delictis coinquinati, exiſtimabãt ſe Deo placere ſuis ſacrificijs. quorũ vitium taxat Eſaias dicẽs, Cum multiplicaueritis orationes veſtras non exaudiam e... manus enim ueſtræ ſanguine plenæ ſunt. Nonnne, ſanguinis, in ſacro eloquio omne genus inquinamenti ſignificatur: & in c. 58 In die ieiunij ueſtri inuenitur voluntas veſtra, & debitores veſtros repetitis & ad lites & contentiones ieiunatis, dicit Dominus. Tertia explicatio eſt, ꝙ ſacrificia externa ſecundũ ſe, & ſine rõne ad aliud, non fuere grata Deo, neq; a Deo præcepta. hoc eſt quod dicit Dominus; Spiritus eſt Deus, & eos q adorãt eum, in ſpiritu & veritate oportet adorare: & in pſal. 49. Nũquid manducabo carnes taurorũ, aut ſanguine hircorũ potabo? Itaq. præcipit Dominus ſacrificia, tum vt Chriſtũ ſignificarent; tũ uero, ut per ſacrificia exteriora ſuus uere pius, & religioſus innoteſceret; tum etiã, vt ſic Deus ſapienter, & clementer imbecillitati illius populi conſuleret, qui ad ſacrificia erat vehementer procliuis.

Ad vlti. Prima explicatio locorũ in quibus lex veteris improbari videtur. Secunda.

Eſa. 1.

Pſa. 58.

Tertia.

Ioan. 4.

Sed & quædam diſcordia, & diſſonantia videtur eſſe in ſacris litteris: nam Hier. 7. ſcribitur aperte in loco citato, quod Dominus non præcepit de holocauſtomatis, aut ſacrificijs offerẽdis. Exhodi uero. 20. ſic habetur; Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſup eo holocauſta & pacifica ueſtra: q videtur euidens contradictio. Sed ſi qs recte perpendat, nulla eſt in dictis diſcordia. Nã Hieremias loquitur de præcepto Domini ore proprio ad populum, & propterea dicit: Cum Patribus ueſtris de holocauſtomatis non ſum locutus. Decem enim præcepta dedit eis Dominus, colloquendo cũ populo p ſeipſum immediate, hæc uero de altari, & de ſacrificijs mãdauit Deꝰ populo per Moyſem. Sic conciliat hæc loca Caietanus. Aloyſius vero alia incedit uia dicit enim, quod Deus nõ eſt locutus cum Patribus principaliter, & ex ꝓpoſito deſtinato, de victimis, & ſacrificijs: nã hæc propter aliud ſuerunt inſtituta. Quid enim ſacrificia illorum animalium, niſi vnigeniti Dei Filij mortem deſignabant? quid ſacrificia illorum animalium, niſi extinctionem carnalis noſtræ vitæ ſignificabant? Qui ergo umbras futurorum holocauſta eſſe voluit, tantummodo recte dicere põt, non ꝓcepiſſe uictimas, & holocauſta. Quod. n. non propter ſe, ſed propter aliud inſtitutum eſt, quodãmodo dici poteſt non fuiſſe præceptum. Hieronymus, Manifeſte, inquit, intelligitur quod primum Decalogũ dederit in tabulis lapideis ſcriptũ digito Dei, & poſt offenſam idolatriæ, capitiq. vituli, poſtea iuſſerit ſibi magis fieri quã dæmonib. ſacrificia, auferes putam religionem mandatorũ

Explicatur quomodo ſcripturæ appareant contradictio.

Concil. Illiberita. habetur. 31. q. 1. c. ſi qua fœminæ.

Dei, & poſt offenſã idolatriæ cõcedens ſanguinem uictimarum, carniumq́, deſiderium. Item ex Concilio Illiberitano, quædam permittebantur cauſſa infirmitatis, & ſacramenti futurorum; ſicut Dominus permiſit filiis Iſrael offerri animalia ſibi in ſacrificiũ, quæ in Aegypto cõſueuerant immolare dæmonibus, malens ea ſibi offerri, quam idolis, & ut eſſent illis ſacramenta futurorum. Hieron. ſic ſcribit; Hoc quaſi paruulis fuerat lege conceſſum, ut quõ uictimas immolabant Deo, ne eas immolarent idolis. Idem docet, Burgen. Et hæc de huius argumenti confutatione dixiſſe ſufficiat: nam alias Scripturas, in quibus D. Paul. veterem legem improbare uidebatur, ſatis ſuperque in ſuperioribus elucidauimus: nunc ſequẽtem articulum uideamus.

Matt. 5.

Matth. 15. in additio. 1.

ART. SECVNDVS.

Vtrũ lex vetus a Deo data fuerit.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Lex uetus a bono Deo data eſt, qui eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti.

EXPLICATIO ART.

Luc. ult.

Ioan. 5.

Hæc concluſio probatur: quoniã lex uetus hoĩes ordinabat ad Chrm̃; tum de ipſo teſtimoniũ perhibẽs; vnde ipſe dicit; Oportet impleri oĩa, quæ ſcripta ſũt in lege, & in Pſalmis, & in Prophetis de me: & iterũ; Si crederetis Moyſi, crederetis forſitã & mihi: de me n. ille ſcripſit, tum uero per modum cuiuſdam diſpoſitionis, dũ retrahebat hoĩes a cultu idolatriæ, concludens eos ſub cultu vnius Dei, a quo ſaluandũ erat genus humanum. Et quãuis lex uetus non ſufficeret ad ſaluandum, tñ aderat aliud auxilium a Deo hoĩbus ſimul cũ lege, per qđ ſaluari poterant, uidelicet fides Mediatoris, per quã iuſtificati ſunt antiqui Patres, & nos iuſtificamur. Hæc concluſio eſt certa ſecundum fidem Catholicam, & eſt definita in Conc. Toletano primo, in aſſertione fidei, & in Concilio Tridẽtino Seſſ. 4. vbi in hæc uerba inquit; Si quis dixerit, alium eſſe auctorem ueteris teſtamenti, & alium noui, anathema ſit. Sed & ſacra Scriptura noui teſtamenti apertiſſime teſtatur ueterem legẽ a Deo bono eſſe: nam Chriſtus Dominus, loquens de lege Moſaica, appellat illam mandatum Dei, dicens; Irritum feciſtis mandatum Dei propter traditiones ueſtras. & Diuus Paulus pleniſſime docet, Patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti fuiſſe auctorem ueteris teſtamenti, cum ait; Paulus uocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangelium Dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de Filio ſuo: & iterum; Multifarie, multiſque modis olim Deus loquens Patribus in Prophetis, nouiſſime autem locutus eſt nobis in Filio. & rurſus; Habentes eundem ſpiritum fidei credimus ſicut ſcriptum eſt, Credidi, propter quod locutus ſum: inſinuans per hoc, ab eodem ſpiritu utrumque teſtamentum fuiſſe inſpiratum; & Zacharias teſtatur eundem eſſe Deum Iſrael, qui locutus eſt in ueteri teſtamento per os ſanctorum Prophetarum, & qui in nouo teſtamento uiſitauit, & fecit redemtionem plebis ſuæ: cui beatiſſima Virgo Maria aſſentiens in Cãtico ait; Suſcepit Iſrael puerum ſuũ, recordatus miſericordiæ ſuæ. Sicut locutus eſt ad Patres noſtros, Abraham & ſemini eius in ſæcula. Et ne quem forte crederemus fuiſſe Prophetam, in quo Deus non eſſet locutus, ideo Petrus addidit; Deus, qui prænunciauit per os omnium Prophetarum pati Chriſtum ſuum, ſic & impleuit. Quibus teſtimonijs hæc etiam demonſtratio adiũgitur. Cum lex Moſaica, in qua totum uetus teſtamentum pẽdet, ideo ab auctore eius condita ſit, ut cultores eius deducat ad Chriſtum, tamquam ad finem legis, dicente Paulo, Finis legis eſt Chriſtus: &, Lex nobis fuit pædagogus in Chriſto; qui fieri poteſt, ut malus ille Manichæorum Deus, ꝑpetuus Domini noſtri Ieſu Chriſti, Deique omnipotentis acerrimus hoſtis, legem, ac teſtamentum promulgauerit, cuius ductu ſectatores ſui ducerentur ad cultum Chriſti, per quem ipſe de regno eiiciendus erat, dicẽte Chriſto; Princeps huius mundi eiicietur foras. Vnicus eſt igitur auctor utriuſque teſtamenti, Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti. Ex hac concluſione confutatur error Manichæorum, aſſerentium legem ueterem a Deo malo eſſe excogitatã, contra quos diſputat optime Auguſtinus. Commemorant etiá ſancti Patres execrabilem hãc hæreſim, Epiphanius, Hieron. & Plotinus.

Confirmatur concluſio articuli Concil. Tolet. 1.

Matt. 15.

Rom. 1.

Heb. 1.

2. Corinth. 4.

Luc. 1.

Act. 3.

Aug. li. cõtra Fauſt. et contra Adaman. et contra aduerſarium legis et prophetarum. Epiphan. in Anacephalæoſi. Hiero. in præfatione ad Titum. Plotin. lib. 2. Panopliæ tit. 23.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum lex uetus data fuerit per Angelos.

Concluſio eſt affirmans.

Vtrũ omnia ueteris legis præcepta fuerint a Deo.

Orig. homil. 16. in Iesum. Baſil. li. 5. contra Eunom. c. pen.

Sed utrum oĩa mandata, quæ ſũt in ueteri lege, fuerunt a Deo tradita, ſic ut nullum fuerit datũ a Moyſe tamquam a præcipuo legiſlatore, controuertunt ſancti Patres. Origenes, & Baſilius dicunt aperte, multa Deum per Moyſem fuiſſe locutum, ſed aliqua Moyſes propria auctoritate mandauit, quod Dominus in Euangelio aperte deſignare uidetur, cum dicit de libello repudij: Moyſes ad duritiam cordis ueſtri permiſit vobis libellum repudij, ab initio autem nõ ſic. Sed ueritas eſt, quod omnia mandata, quæ ſunt in lege ueteri, fuerunt a Deo inſtituta: dicitur enim Exhod. 24. quod Moyſes legit populo uolumen fœderis, & dixit populus; Omnia quæcumque locutus eſt nobis Dominus, faciemus. idẽ habetur Hebræorum 9. Et eſt ratio euidens: nam ſi Moyſes aliqua propria auctoritate mandauit, quomodo diſcernere poterimus, quid ex Spiritu ſancto, quid ex propria auctoritate mandauerit? & ſic erit rerum omnium confuſio. Loquitur de hoc optime Magiſter Cano.

Matt. 19.

Cano, li. 2. de locis c. 16.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Ratio huius concluſionis deſumitur, non ſolum quia diuina debent deferri ad homines per Angelos: ſed etiam quia imperfecta erat, & diſponebat ad perfectam ſalutem generis humani, quæ futura erat per Chriſtum: vnde conueniens fuit legem perfectam dari immediate per Deum hominem factum; & legem ueterem per miniſtros, ut probat Apoſtolus ad Hebræos. 2. Et ita fit etiam in artibus ordinatis, in quibus ſuperior principalem & perfectum actum operatur per ſeipſum, & ea quæ diſponunt ad perfectionem ultimam, per ſuos miniſtros: & Moyſes non uidebat Deum facie ad faciem, niſi ſecundum opinionem populi: uel per uiſionem faciei intelligitur quædam eminens contemplatio, & familiaris infra diuinæ eſſentiæ uiſionem. Ex quo ſequitur, quod Moyſes non immediate accepit legem a Deo.

Galat. 3. Heb. 2. Actor. 7.

Hæc concluſio Diui Thomæ adeo certa eſt, ut ſine temeritate negari non poſſit: dicit enim Paulus; Lex ordinata eſt per Angelos in manu Mediatoris: item, Si Sermo, q per Angelos dictus eſt (loquitur de lege ueteri) factus eſt firmus, &c. idem ait D. Stephanus. Vnde quotieſcumque in ueteri teſtamento dicitur, Deum dediſſe legem, intelligendum eſt per Angelum, qui in perſona Dei loquebatur: ſic habet D. Auguſtinus. Propter quod ubi nos legimus in Exhodo, Apparuit Dominus Moyſi in rubo, D. Auguſt. cum Septuaginta legit, Apparuit Angelus Moyſi. Nihilominus Angelus dicebat, Ego ſũ Deus Abrahã, &c. quoniam in perſona Dei loquebatur, ſicut Sacerdos in perſona Chriſti dicit in miſſa. Hoc eſt corpus meũ. Hæc habet D. Th. in 3. art. huius quæſtionis. Sed in ſolutione ad ſecundum dicit, quod Moyſes non uidit diuinam eſſentiam, ſic certe habet D. Aug. & D. Greg. Contrarium huius docet D. Th. 2. 2. q. 174. art. 4. nempe, quod Paulus uidit diuinam eſſentiam, & Moyſes: ſed concordari poteſt. Nam D. Th. ſolum dicit hic, quod Moyſes non uidit diuinam eſſentiam in datione legis: quod confirmat efficaci argumento: nam poſtea dicit Moyſes, Oſtende mihi gloriam tuam. quibus uerbis ſignificat, nondum uidiſſe diuinam eſſentiam: quod uero poſtea uiderit, huic ueritati non aduerſatur.

Aug. libr. de Trin. c. 13. et 3. li. c. 11.

Vtrum Moyſes uiderit diuinam eſſentiam.

Augu. lib. 12. de ciui. c. 4. et lib. 12. de Gen. ad lit. c. 27. Greg. in præfatione in Iob. c. 2.

ART. QVARTVS.

Utrum lex uetus dari debuerit ſoli populo Iudæorum?

PRima Concluſio eſt affirmans.

Secunda Concluſio. Nullū meritum poteſt demonſtrari ex parte populi Iudaici, ut legem acciperet; ſed totū hoc referendum eſt in Dei miſericordiam, prædeſtinationem, & electionem.

EXPLICATIO ART.

PRima concluſio huius articuli probatur; quoniā Deus dedit legem & alia beneficia illi populo; propter promiſſionem eorum Patribus factam, ut ex eis Chriſtus naſceretur; decebat enim, ut ille populus ex hoc quadā ſpeciali ſanctificatione polleret. Secunda concluſio probatur. nā expreſſe dr̄ Deut. 9. Scito, φ nō pp iuſtitias tuas Dñs Deus tuus dedit tibi terram hanc in poſſeſſionem, cū duriſſimæ ceruicis ſis populus; ſed (ſiō ibi præmittitur) ut cōpleret uerbū ſuū Dñs, quod ſub iurō pollicitus eſt Patribus tuis Abrahā, Iſaac, Iacob. q̄ autē promiſſio eis ſit facta, oſtendit Apoſtolus dicens, Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius: non dicit, ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Deus igitur & legem, & alia beneficia ſpecialia illi populo exhibuit pp promiſſionem eorum Patribus factam, ut ex eis Chriſtus naſceretur. Decebat.n. ut ille populus, ex quo Chr̄s naſciturus erat, quadam ſpeciali ſactificatione polleret, ſecundum illud, Sancti eritis, quia ego ſanctus ſum. Neque.n. fuit pp meritum ipſius Abrahæ, ut talis ꝓmiſſio ei fieret, ut.ſ. Chriſtus ex eius ſemine naſceretur; ſed ex gratuita Dei electione, & uocatione: vñ dr̄; Qui ſuſcitauit ab oriente iuſtum, uocauit eum, ut ſequeretur ſe. Sic ergo patet, φ ex ſola gratuita electione Patres promiſſiones acceperunt, & populus ex eis progenitus legem accepit, ſecundum illud; Audiſtis uerba eius de medio ignis; quia dilexit Patres, & elegit ſemen eorum poſt illos. Hanc ueritatem, nimirum, φ lex uetus tm̄ data fuerit populo Iudaico, plane teſtatur Paulus dicens; Quid amplius Iudæo? multum per oēm modum: primo, quia credita ſunt eis eloquia Dei. Deinde dr̄; Non fecit taliter oī nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis. Quare uero hunc populum elegerit, de quo naſceretur Chriſtus, & cui legem particularem tribueret, & non alium, noli iudicare, ſi non uis errare: referendum namq; hoc eſt in gratuitā Dei electionem, & prædeſtinationem, prout luce clarius demonſtrat D. Tho. in articulo. Nec per hoc dici poteſt, in Deo fuiſſe acceptionē perſonarū: nā qui ex gratia, & liberalitate ſua dat uni, & non alteri, non eſt perſonarum acceptor.

Deut. 9. Galat. 3. Leuit. 19. Eſai. 41. Deut. 4. Rom. 3. Pſal. 147.

Illud tamen obſeruet Theologus, quod quamquā ſit ueritas irrefragabilis, legem ueterem ſoli populo Iudæorum eſſe datam, ut illam obſeruaret, & cuſtodiret, aduertat tn̄ eſſe execrabilem ſententiam Manichæorum, uetus teſtamentum non ad Chriſtianos, ſed ad ſolos Iudæos pertinere: cuius ſententiæ abſurditatem demonſtrat D. Aug. Sane huius abſurditas ex hoc deprehenditur, quod teſtamentum ad eos pertinet, ad quos teſtamenti dona, ac ꝓmiſſiones pertinent, & qui teſtamenti conditiones exequuntur. Certum eſt autem nec ueteris teſtamenti conditiones ab his, qui ſecundum carnem tantum Iudæi ſunt, ſeruari, nec propter tales eiuſdem teſtamenti promiſſiones factas eſſe, ſed pp ueros Iſraelitas in promiſſione ſeminis Abrahæ contentos, hoc eſt, propter eos, qui credūt in Chriſtum, qui eſt ſumma, & finis omnium promiſſionum ueteris teſtamenti, dicente Paulo; Quotquot.n. promiſſiones Dei, in ipſo ſunt. & iterū, Dico Chriſtū Ieſum miniſtrum fuiſſe circūciſionis ad cōfirmandas ꝓmiſſiones Patrum: quæ quidem non ad eos pertineat, qui tm̄ de ſemine Abrahæ ſunt ſecundum carnem, ſed ad eos (ut Paulus ait) qui filij ſunt promiſſionis Abrahæ. & computantur in ſemine Iſaac, de quo dictum eſt; In Iſaac uocabitur tibi ſemen, qui eſt Chriſtus: Abrahæ.n. (ut idem Apoſt. ad Galat. ſcribit) dictæ ſunt promiſſiones, & ſemini eius; non dicit, & ſeminibus, quaſi in multis, ſed quaſi in uno, & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus, de cuius ſalute (ut Petrus ait) exquiſierunt, & ſcrutati ſunt omnes prophetæ, qui de uentura in nos gratia uaticinati ſunt. Quod autem nō ſolum ueteris teſtamenti promiſſiones, ſed & cunctæ alia eius miniſteria propter nos, harum promiſſionum hæredes, factæ ſint, ut ad eas conſequēdas redderemur idonei, Paulus ad Corint. aperte his uerbis expreſſit; Nolo uos ignorare fratres, quoniam Patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt in nube, & in mari; & omnes eandem eſcā ſpiritalem mãducauerunt, & eundem potū ſpiritalem biberunt, bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra; petra autem erat Chriſtus: hæc in figura facta ſunt noſtri. & paulo poſt; Omnia in figura cōtingebant illis; ſcripta ſunt autem propter nos, in quos fines ſęculorum deuenerunt. & ad Rom. iterum, Quæcūque ſcripta ſunt ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, ut p patientiam & conſolationem ſpem habeamus. Quod & uera ueteris teſtamenti intelligentia a Iudæis ablata, ad nos tranſierit, idem teſtatur Apoſtolus dicens: Vſque in hodiernum diem idipſum uelamen in lectione ueteris teſtamenti manet non reuelatum, quod in Chriſto euacuatur, ſed uſque in hodiernum diem, cum legitur, uelamē poſitū eſt ſuper cor eorum. Quare cum ipſius teſtatoris uoluntatem, & conditiones in teſtamento traditas, neq; intelligant, neque ſeruent, manifeſtum eſt, teſtamentum illud ad nos pertinere, qui Chriſtum, eius promiſſionum finem, tenemus, teſtatoris uoluntatem cognoſcimus, & propoſitas ab eo mandatorum conditiones ſeruamus.

Manichæorum error. Teſtamentum uetus quomodo ad Chriſtianos pertineat. Aug. lib. 12. contra Fauſtum. Credentes in Chriſtum Iſaac ſunt. 2. Cor. 1. Rom. 15. Rom. 9. Gala. 3. 1. Pet. 1. 1. Corint. 10. Rom. 15. 2. Corint. 3.

Sed uideamus hæreticorum argumenta, quibus probare nituntur, uetus teſtamentum ad Chriſtianos nulla ratione pertinere. In primis ſic argumentatur Fauſtus. Hæreditas (inquit) in teſtamento ueteri relicta adeo miſera eſt, corporalis, ac longe ab animæ commodis, ut poſt beatam illam noui teſtamenti pollicitationem, quæ cęlorum nobis regnum, & uitam æternam repromittit, ſit omnino faſtidienda.

Hæreticorum argumenta. Primum argu. Fauſti apud Auguſt. lib. 4. contra Fauſtum. c. 1. & lib. 10. c. 1.

Secundum.

Deinde, illi accipere debent teſtamentum, quibus una cum teſtamento hæreditas conſignatur; ſed uetus teſtamē tum non ſolum non conſtituit Chriſtianos hæredes, ſed potius exhæredat: quis enim ignorat teſtamentum uetus Chananæorum terram repromittere, eamque ſolis Iudæis, id eſt, circumciſis, & ſacrificantibus, & abſtinentibus a carnibus, quas Moyſes immundas appellat, ſabbatha obſeruantibus, ac huiuſmodi reliqua, datam fuiſſe? igitur teſtamentum uetus ad Chriſtianos pertinere non poteſt.

Tertium.

Præterea, fruſtra teſtamentum ab illis accipitur, qui teſtatoris uoluntatem, & conditiones ſeruare nolunt, teſtamenti autem conditiones ſunt, ut teſtamenti hæredes circumcidantur, ſacrificent, & ab illicitis cibis abſtineant: quas conditiones Chriſtiani non obſeruant. ergo a teſtamento ueteri alieni eſſe probantur.

Quartum.

Ad hæc, ſi quę eſt cauſſa, ob quam uetus teſtamentum recipiendum ſit, hæc ſane erit, propter teſtimonia, quæ de Chriſto in lege, & prophetis habentur, quæ cum nulla in eis inueniantur, iure ſcripturæ ipſorum contemnendæ uidentur. Quod uero in eis nulla ſint de Chriſto uaticinia, apparet ex his teſtimonijs, quæ ad cōfirmationem fidei ex ueteri teſtamento adhiberi ſolent, ex quibus vulgatiſsimum illud teſtimonium ex Deuteron. prolatum; Prophetam, ſcilicet, ſuſcitabo eius, ſimilem tibi; minime ſpectat ad Chriſtum. Idem prorſus exiſtimandum eſt de alijs teſtimonijs, quæ ad hoc propoſitum citari ſolent. Quod uero prædictum teſtimonium de Chriſto intelligi nequeat, ex his deprehendi poterit, quia non propheta Chriſtus, nec Moyſi ſimilis, ſiquidem ille fuerit homo, hic Deus; ille peccator, hic ſanctus; ille ex coitu natus, hic ex uirgine procreatus; ille offenſor Deo ſuo in monte occiditur, hic Patri perplacens propria patitur uoluntate.

Deut. 18.

Quintum.

Inſuper, ueteris teſtamenti lectio nihil iuuat ad mores componendos: quomodo enim ad eruditionem bene uiuendi prodeſſe nobis poſſunt peſsima illa exempla, omni odio, & faſtidio digna, quæ nobis ubique in illis Patriarcharum,

tarum, & Prophetarum uetus teſtamentum proponit? videlicet ſoceros dormire cum nuribus, ut Iudas; patres cũ filiabus, tamquam Loth: Prophetas cum fornicibus, tamquam Oſeas; Nazaræos Dei cum ſcortis, tamquã Sãſon; maritos uxorum ſuarum noctes amatoribus uendere, tamquam Abraham; duabus germanis ſororibus unum miſceri maritum, tamquam Iacob; rectores populorum, tamquam Dauid & Salomon, millenis & centenis uolutari cum ſcortis: & alia multa conſimilis fœditatis exempla, quæ enumerare longum eſſet.

Sextum. Hortantur inſuper nos ad ueteris teſtamenti reprobationem non minus Euãgelicæ, & Apoſtolicæ exhortationes, q̃ exempla: præſertim uero Apoſtolorum exemplũ, qui ne intolerabili ueteris teſtamenti ſeruitute diutius premerentur, quamquam Iudæi eſſent, ac ſub ueteri teſtamento nati, illius tamen iugũ excuſſerunt. Nos uero econtra naturæ beneficio conſecuti, ut ſub ſeruitutis lege nõ naſceremur, Chriſto nobis protinus occurrente cum pleno munere libertatis, q̃ miſeri & ſtulti erimus, & inſuper ingrati, ſi noſmetipſos ultro addixerimus in ſeruitutem? Quippe Paulus inde Galatas arguit, quod in circumciſionem relabentes, ad infirma repedarent, & egena elementa, quibus denuo ſeruire uellent. Quomodo ergo nos id admittemus, in quo uideamus alios reprehendi? Turpe eſt certe in ſeruitutem ire; ſed turpius redire.

Vltim. Frequentes deniq; Chriſti, & Apoſtolorũ eius admonitiones idem nos admonent; Nemo, inquit Chriſtus, pannũ nouum ueſtimento ueteri aſſuit, alioquin maior ſciſſura fiet: neq; uinũ nouum ueternoſis utribus credit; innuens, Chriſtianã nouitatem Hebraicæ uetuſtati nõ eſſe miſcendam. Cum n. ſordidum ſit nouis ueſtibus indutis, non donare inferioribus ueteres ueſtes; iccirco monuit nos ueſtimentũ uetus, hoc eſt, uetus teſtm̃, Iudæis, tãquã infimis ſeruis relinquere: idemque legem & Prophetas, exſiccatis & inueteratis arboribus cõparauit, dicens, Lex & Prophetæ uſq; ad Ioannem: ut videlicet, iuxta Paulum, oſtenderet nobis, oẽ qđ ueteraſcit, & ſeneſcit, interitui propinquum eſſe: & Paulus iccirco uetus teſtm̃, mortis miniſtrationẽ appellauit, cum dixit; Miniſtratio mortis, ſeu teſtamentum mortis in litteris formatũ lapideis; ut illud non aliter, quam ab auctore mortis proditum uitaremus, ſcientes, quod lex illa (vt idem alio loco dicit) iuſto non eſt poſita, ſed patricidis, matricidis, & periuris; non autem his, qui iuſte uiuunt in Chriſto.

Arg. ſolut. Ad primum. Ad iſtas obiectiones rñdendum eſt: ad primũ dicẽdũ, nos non iõ recipere uetus teſtm̃, quia ſpes noſtra in temporaliũ rerum promiſſione defixa ſit, quinquidẽ, nec ipſos illius tp̃is ſanctos, & ſpiritales uiros Patriarchas, & Prophetas his terrenis rebus fuiſſe deditos credimus: audiuimus. n. prophetã abijcientẽ talẽ felicitatem, & ad unũ Dñm cõfugiendum eſſe, cantantem, Erue me de manu filiorũ alienorum, quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua, filiæ eorum circumcõpoſitæ, & ornatæ vt ſimilitudo templi: cellaria eorum plena eructantia ex hoc in illud: oues eorum fœcundæ, boues eorũ craſſæ. Nõ eſt ruina ſepis, nec exitus; nec clamor in plateis eorum: Beatum dixerunt populũ cui hæc ſunt. Quã felicitatẽ Dauid irridens, protinus e cõtrario addidit: Beatus populus cuius Dominus Deus eius. Sed ſicut Patres illi ueteres in his promiſſis intelligebant, reuelante illis ſpiritu, quæ p ipſa futura prænunciabantur, & ob hoc ad noui teſtamenti deſiderium accendebantur; ita & nos cognoſcentes ea, quæ per illa figurabantur, in nobis fuiſſe completa, hac de cauſa ueteris teſtamenti memoriam, ueluti præſentis noſtræ felicitatis promiſſionem, ueneramur, & accipimus.

Pſal. 143.

Ad ſecundum Aug. lib. 5. contra Fauſtum. c. 2. Ad ſecundum dicendum ex D. Auguſtino, nos non tenere ſcripturas ueteris teſtamenti ad conſequendam terrenam illã hæreditatem, ſed ad intelligendã in eis noui teſtamẽti promiſſiones: ueteris quippe teſtificatio, fidem nouo cõciliat. Scimus. n. temporalium rerum promiſſiones teſtamento ueteri contineri, & ideo uetus teſtamentum appellari, & quod æternæ uitæ promiſſio, regnũque cœlorum ad nouum pertineat, ſed in illis temporalibus figuras fuiſſe futurorum. Atqui hoc modo accipiendam eſſe a nobis uetus teſtamentum Paulus docuit, cum ait;

1. Corin. 10. Omnia in figura contingebant illis: ſcripta ſunt autem propter nos, in quos fines ſæculorum deuenerunt.

Ad tertium dicendum, nos tenere ſcripturas ueteris teſtamenti, non ut earum præcepta ſeruemus: nam poſtquã lux uenit Chriſtus, ſuperflue a nobis umbræ illæ obſeruarentur; ſed ad teſtificationem, & ad fidei noſtræ confirmationem. Sic reſpondet Auguſtinus. Ad tertium.

Ad quartam obiectionem rñdet Aug. lib. 16. cõtra Fauſtum. c. 15. q illud teſtimonium ex Deuteronomio adductum, ad Chrm̃ maxime ptinet: nã quod ſimile dr̃, nõ ex omni parte & modo, ſimile eſſe intelligitur. Non. n. ea tm̃, quæ unius & eiuſdem oĩno naturæ ſunt, ſimilia dicuntur, ut olea, oleæ; ſed ẽt, quæ naturæ diſparis ſũt, ut olea, oleaſtro, & far, tritico: ſic & filius Dei, qui tam longe a rebus mortalibus abeſt, agnus, & leo in ſacris ſcripturis appellatur, ut in Ioanne legitur; Ecce agnus Dei; & in Paulo; Petra erat Chriſtus: quæ ipſi nullo modo dixiſſent, niſi Chriſtus cum eis aliquam ſimilitudinem acciperet. Cũ igitur Chriſtus factus ſit ſimilis oui, quid mirum, ſi nõ dedignatus ſit fieri ſimilis Moyſi, qui Moyſi diſſimilis erat. Similis quippe, quia homo; diſſimilis, quia Deus: ſimilis, quia factus in ſimilitudinem carnis peccati; diſſimilis, quia ſãctus, & ſine peccato: ſimilis: quia natus de muliere; diſſimilis, quia de Spiritu ſancto natus: ſimilis, quia uera morte in mõte mortuus eſt; diſſimilis, quia non pp ſua peccata, ſed propria poteſtate mortuus eſt: ſimilis, quia offenſo Deo propter ſcelera hominum, offenſas humani generis pertulit moriens in corpore ſuo; diſſimilis, quia non offenſo Deo propter ſuam culpam mortuus eſt. Aug. li. 16. contra Fauſtum. c. 2. Ad quartum.

Ad quintam obiectionem dicendum ex D. Auguſtino, quod in ueteri teſtamento grauia crimina narrantur de Patribus noſtris: & id quidem ſapienter, nempe ut eorum conſideratione, quattuor hæc, ſcilicet, fidem, eruditionẽ, timorem, ac ſpem conſequamur. Ad quintum. Aug. li. 22. contra Fauſtum. c. 65. Quare ſanctorum ſcelera, in ſcriptura narrentur.

Primo, fidem; vt nihil de ueritate illius hiſtoriæ dubitemus, uidentes, q ipſa, tamquam fidelis ſpeculi nitor, admotarum ſibi perſonarũ non ſolũ, quæ pulcra, atque integra, uerum ẽt, quæ deformia, uitioſaq; ſunt, indicat, nulliuſq; accipit adulandam perſonam, ſed tam laudanda, q̃ uituperanda hominum facta, uel ipſa iudicat, uel iudicanda legentibus proponit: nec ſolũ homines ipſos, uel laudabiles, uel uituperabiles intimans; uerum etiã, quædam in uituperabilibus laudanda, & in laudabilibus uituperanda non tacens. Primo. Secundo, ad eruditionem noſtrã uitia Patrũ refert; nõ quidem ut illa imitemur, & ſequamur; ſed ut ſciamus illa uitanda eſſe, & fugienda, quæ Scriptura uituperat. Secundo. Tertio, ad timorem, ut caſus maiorũ ſit timor minoribus. Si. n. illos tã ſanctos uiros perniciosa huius mundi blandimenta uicerunt, quanto magis imbecillioribus nobis timendum eſt? Tertio. Quarto, ad ſpei conſolationem, ut diſcamus in talibus lapſibus non deſperandã ſalutẽ. Quidam. n. in peccata prolapſi, deſperatione plus peccant, nec ſolũ pœnitendi negligunt medicinam, ſed ad explenda inhoneſta, & nefaria deſideria, ſerui libidinum, & ſcelerum, ac cupiditatum fiunt, quaſi perdant ſi non fecerint, quod ueſtigat libido, cum eos iam maneat certa dãnatio. Aduerſus hunc modũ nimis periculoſum, & execrabilem, ualet hæc commemoratio peccatorum. Quarto.

Ad ſextum dicẽdum ex D. Auguſtino; De exẽplo Apoſtolorum legalibus præceptis renunciantium, dicimus illos non defeciſſe a præceptis illis ut ſignificabant uitam, quæ eſt in Chriſto Ieſu, ut ea non crederent fuiſſe futurorum figuras; ſed a ſola eorũ obſeruatione deſtitiſſe, quorum umbræ, coruſcãte iam Euangelica luce, aufugerant: neq; nos iſta credentes iterum in ſeruitutem relabimur, quia non obſeruamus; quæ olim Patribus iuſſa fuerũt ad nos prænunciandos; ſed in libertate legimus, quæ ſcripta ſunt ad nos confirmandos. Paulus autem Galatas arguit, non tamquam religioſe ſcripturam circumciſionis legentes; ſed tamquam ſuperſtitioſe circumcidi uolentes. Ad ſextum. Aug. lib. 19. contra Fauſtum. c. 2.

Ad ultimam obiectionem dicendum eſt ex D. Aug. q teſtimonia illa Chriſti; & Pauli nullum habent momentum. Pannum ſiquidem nouum, & ueſtimentum uetus, & uinum nouum, & utres ueteres, nõ duo teſtamenta ſignificant, ſed duas uitas, & duas ſpes. Duas enim ſpes ſi quis habẽdas putauerit, ut & propter felicitatem terrenam, & propter regnum cœlorum Deo ſeruiat, hæc illam non capit: Ad ultimum. Lib. 19. contra Fauſtum c. 2. Pannum nouum, & ueſtimentum uetus, uinum nouũ, & utres ueteres quid.

pit: cum n. hæc aliqua tribulatione fuerit perturbata, defi ciens homo amittet etiam illam: inde eſt illud; Nemo po teſt duobus dominis ſeruire. quod Chriſtus expoſuit di cens; Nemo poteſt ſeruire Deo & Mammonę. Miſcet ita- Malach. 6. que pannum nouum ueteri teſtamento, nõ qui uetus te- ſtamentum nouo miſcet, ſed qui cõ tinẽtiam uult habere ſpiritualem, & nondum ſpem depoſuit carnalẽ. Quod aũt addũt; Lex & prophetæ uſq; ad Ioannem pdurãt; nõ ita intelligendũ eſt, ꝙ lex & prophetæ uſq; ad Ioannem ſunt; poſt Ioãnẽ uero oĩa abijcienda ſint: ſed quod lex & ꝓphetę uſque ad Ioannem ſũt preparatores, & ꝓnũcij aduẽtus Chri, quo adueniente, ꝑparatio, & prænunciatio eorum ceſſat. Verumque tamen permanet ad prænunciatorum confirmationem, ut ſciamus, aduentũ Chriſti ab eis diuina diſpoſitione prænunciatum longe antequam aduenilſet. Remanent & ad conſeruandã animi noſtri gratitudinem, ut eis gratiam habeamus, qui nobis tã felicẽ Chriſti aduentũ prænunciarunt. Quemadmodũ n. ſiquis pædagogum haberet (uelut etiam Apoſtolus dicit. Legẽ nobis fuiſſe pædagogum ad Chriſti aduentum) ubi peruenerit ad ætatẽ, & acceperit præceptorẽ, non omnino reijcit pædagogum, tanquam inimicum; ſic nos cum deducti ſimus in lege & prophetis uſq; ad aduentum præceptoris Chriſti, reperto præceptore, non reprobamus pędagogum, ſed gratiam ipſi confitemur, ꝙ pueritiam noſtrã deduxit, & ad perfectiores diſciplinas demiſit. Manet igitur lex; quam ideo dicit Paulus iuſto non eſſe poſitam, quia non eſt contra iuſtum, eo ꝙ iuſtus iam anticipauerit perficere, quæ ſunt legis; ſed poſita eſt iniuſto, hoc eſt, cõtra iniuſtum ad condemnationem. Et ob hoc teſtamẽtũ mortis dicta; nõ quia ab auctore mortis data ſit, ſed quia mortem dari iubeat homicidis, adulteris, & præceptorum eius tranſgreſſoribus. Sic enim decebat mortiꝗ pactũ teſtamentum, ut primum mortui peccatis, iuſtitiæ uiueremus. Lege de hac re D. Auguſtinum.

Prima concl.

Secund. concl.

Aug. lib. 3. contra duas epiſt Pelagia. c. 4.

ART. QVINTVS.

Utrum omnes homines obligabantur ad legem veterem?

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Lex vetus, inquantum manifeſtat legem naturæ, omnes obligabat: non quia eius præcepta erãt de lege veteri, ſed quia erãt de lege naturæ, quæ omnes mortales ad ſui obſeruationem obſtringunt.

Secunda Concluſio. Quantum ad illa, quæ lex uetus ſuperaddebat, non tenebantur aliqui ad obſeruationem legis veteris, niſi ſolus populus Iudæorum, cui lex vetus data eſt, vt quandã prærogatiuã ſanctitatis obtineret propter reuerentiã Chriſti, q ex illo populo naſciturus erat. Quęcumque autẽ ſtatuuntur ad aliquorum ſpecialem ſanctificationem, non obligant, niſi illos; vt de religioſis patet, qui ad quædã perfectionis opera obligãtur, ad quæ ſæculares non obſtringuntur.

EXPLICATIO ARTIC.

COncluſio ſecunda certiſſima eſt, tũ ex auctoritate Scripturæ; Annũciãs uerbũ ſuũ Iacob, & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter oĩ nationi: & Paulus; Quid amplius Iudęo? multũ per omnẽ modum. primũ, quia credita ſũt eis eloquia Dei. Tũ ex auctoritate D. Dionyſij dicentis; ꝙ multi gentiles per Angelos ſunt reducti in Deum: cõſtat aũt, ꝙ gentiles nõ ſeruabant legẽ ueterem. Hoc ipſum cõprobat nõ D. Th. in art. Ex hoc ſequitur, ꝙ in ſtatu ueteris legis aliæ nationes poterant ſaluari in lege naturæ. Non dico, in ſolo lumine naturæ: nam etiã in ſtatu legis naturæ erat neceſſaria fides, & ſpes rerum ſupernaturalium: ſicut enim beata beatitudo & ſalus erat ſupernaturalis; ſic & media quibus obtineri debebat: vnde ſi Socrates, & Plato ad unguem ſeruaſſent legis naturę ſtatum, poterant ſaluari, non tamen ſine fide diuinitus infuſa. Ex iiſdem principijs ſequitur, quod magis tenebantur Iudæi ſeruare legem naturæ, quam gẽtiles: quia duplici titulo prohibita erat illis uiolatio præceptorum naturalium, tum lege naturæ, tum lege diuina poſitiua. Præſtabat etiam hoc illis lex ſcripta, ꝙ non poterant laborare tanta ignorancia, nec tanto tempore circa aliqua iuris naturalis pręcepta. v. g. num furãdum eſſet in graui neceſſitate, uel, an liceret fornicari? vel ſeipſũ interficere? in quarũ rerũ ignoratione gentiles uerſati ſunt.

Pſal. 147.

Roma. 3.

Diony. c. 9. cæleſtis hierar.

Fides in lege naturæ neceſſaria.

Sed dubium eſt, Vtrum gentiles potuerint recipere legẽ ueterẽ? Et cũ, pſtet ex ſacra Scriptura, ꝙ potuerint, Si quis (inquit Dominus) in ueſtrã voluerit trãſire coloniam; dubitatio eſt, an potuerint recipere partẽ legis, & partẽ repudiare? Nõ dubitandũ eſt: nã ꝑcepta, & iudicia ueteris legis iuſta erant, & ad reip. gubernationẽ ualde accommoda; potuit ergo quælibet reſpublica ſibi aſſumere ex eis, q̃ magis apta & accommoda uiderẽtur. Ad huius rei expoſitionem dicendum eſt primo, ꝙ quẽadmodũ una natio & reſpublica poteſt accipere cæremonias, uel leges ab alia natione, ſeu republica, ſicuti nos accepimus legẽ de decimis ſoluendis exemplo ueteris legis; ſic quælibet reſpublica potuit accipere quædam ſtatuta ueteris legis, ſed hæc ſtatuta haberent uim obligandi humanam. ueiũ ut circumciſio, & lex uetus erant præcepta de iure diuino; non poterat gentilis recipere partem legis illius, & partem repudiare, dicente Paulo, Teſtificor circumcidenti ſe, quod debitor eſt uniuerſę legis faciendæ. Sic. n. ſe habebat in legę ueteri circumciſio, ſicut modo apud nos baptiſmus; ſed qui baptizatur, tenetur ad omnia præcepta legis Euangelicę: ergo qui accipiebat circumciſionem, tenebatur ad omnia præcepta legis ueteris. Demum dicendũ eſt, ꝙ gentiles non poterant aliqua ſtatuta ueteris legis recipere, & illa ſtatuere ut humana præcepta, ut erat ſtatutũ de pluralitate uxorum, atq; repudio, & ſimilibus; quia Deus põt ſuper his diſpenſare; licet eſſent matrimonij indiſſolubilitas, uxoriſque unitas de iure naturali: reſpublica uero non poteſt diſpenſare in lege naturæ.

Vtrum gentiles legem ueterem recipere potuerint. Exod. 12.

Solutio.

Galat. 5.

ART. SEXTVS.

Utrum lex vetus conuenienter data fuerit tempore Moyſi?

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ART.

ARticuli huius concluſio in hũc modũ probatur. Quia lex imponitur duris, & ſuperbis, ut p legẽ cõpeſcãtur, & domentur; & bonis, ut p legẽ inſtructi adiuuẽtur ad implendum, qđ intendunt. Sed hõ ſuperbiebat de ſcientia, & potẽtia. De ſciẽtia, quaſi rõ ſua naturalis ſufficeret ad ſalutẽ; vñ permiſſus hõ regimini ſuæ rõnis abſq; adminiculo legis ſcriptæ, expertus eſt ſuum defectum, ex hoc, ꝙ uſq; ad idolatriã, & turpiſſima uitia circa tempora Abraham eſt prolapſus, & ideo poſt hæc tempora fuit neceſſarium dari legem in remedium humanæ ignorantiæ, quia per legẽ cognitio peccati: ſed poſtquam homo conuictus eſt per legem de ignorantia, conuictus eſt etiam de ſuperbia, pp eius infirmitatem, dum implere nõ poterat, quod cognoſcebat. Sed ex parte bonorum lex data eſt in auxilium: qđ quidem tunc populo fuit maxime neceſſarium, quando pp exuberantiam peccatorum lex naturalis obtenebrari incipiebat: oportebat enim hmõi auxilium quodam ordine dari, ut per imperfecta ad perfectionem manu ducerentur. Vnde inter legem naturæ, & legem gratię oportuit legem ueterem dari. Stabilita iam & pbata concluſione D. Th. quatuor ſunt in præſentia elucidanda. In primis, quando incepit uetus teſtamentum; proximo loco, quãdo lex Moyſis exordium habuit; deinde quando circumciſio, & uerũ

circumciſio ad legem pertineat: ad ultimum, Vtrum per legem tantum cognitio peccati, & propriæ infirmitatis.

Quando uetus teſtamentum cœperit. Galat. 3.

Teſtamentum uetus exordium habuit in Abraham. quod aperte teſtatur D. Paulus cum inquit; Fratres (ſecundum hominem dico) tamen hominis confirmatum teſtamentum nemo ſpernit, aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius: non dicit, In ſeminibus quaſi in multis, ſed quaſi in uno; & ſemini tuo, qui eſt Chriſtus. Hoc autem dico teſtamentum confirmatum a Deo: quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt lex, non irritum facit ad euacuandam promiſſionem. Nã ſi ex lege hęreditas, iam non ex promiſſione: hoc eſt, exẽplum nobis ad omnes homines tritum adducam. Nemo reijcit teſtamẽtum hominis, quod ſit comprobatum; Dei uero teſtamentum audebit quis reijcere? At teſtamentum hoc Dei cum Abrahã fuit, ut in ſemine eius, qui eſt Chriſtus, benedicerentur omnes gentes: ad hoc contingit annis ante legem datam plus, quam quadringentis. Quod ſi lex, ut uos uelle uidemini, benedictionem hanc largitur, fœdus illud Dei, cum Abraham reijcitur, atque irritum ſit. Teſtamenti itaque ueteris initium fuit Abrahæ uocatio.

Gen. 12.

Huius autem uocationis ſeries hæc eſt. Dixit autem Dominus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui; & ueni in terram, quam monſtrauero tibi. Faciamque te in gentem magnam, & benedicam tibi, & magnificabo nomen tuum, eriſque benedictus. Benedicam benedicentibus tibi; maledicam maledicentibus tibi & iterum, Per memetipſum iuraui, In ſemine tuo benedicentur omnes gentes. Sed de nomine teſtamenti, quod commemorat Paulus, magnas mouent

Hieron. in cõmenta. ſuper epiſt. ad Galatas.

queſtiones sãcti Patres D. Hieronymus ſic ſcribit; Si quis diligenter Hebraica uolumina, & ceteras editiones cum Septuaginta contulerit, inueniet, vbi teſtamentum ſcriptum eſt; non teſtamentum ſonare, ſed pactum, quod Hebræo ſermone dicitur Berith: ſed nomen teſtameti, quod Hebræo ſermone uocãt berith, & Græco Diatichi, quam uocem noſter interpres uertit in teſtamentum, uariæ ſignificationis eſt: nam ſignificat pactum, conuẽtum, pollicitationem, fœdus, quod declarat Budæus, adductis idoneis teſtimonijs ex Demoſthene, & Ariſtophane.

Budæus.

Sed & Septuaginta interpretes, pro pacto iſta uoce vſos fuiſſe, manifeſtum euadit ex locis Scripturæ, in quibus illa uſi ſunt.

Pſal. 82.

Pſal. 82. Simul aduerſum te teſtamentum diſpoſuerunt: conſtat autem eos ſignificare uoluiſſe pactum. Senſus enim eſt; inierunt omnes uicinæ regiones contra te fœdus. Rurſus c. 26. Geneſ. Videntes uidimus, quod Dominus eſt tecum, & diſponemus tecum teſtamentum: ſic enim uertit interpres, quo uſus eſt Auguſtinus; & hic Septuaginta habent uocem græcam, quæ teſtamẽtum ſignificat.

Aug. 1. lib. locutionum de Geneſ.

Nec tamen hoc in loco ſignificat teſtamentum morituri, ſed pactum, quod Aug aduertit, ſcribit enim ſic, citans hunc locum; Amant Scripturæ, pro pacto ponere teſtamentum.

Actor. 3.

Sed & Lucas, linguæ Græcę peritiſſimus, in hac ſignificatione utitur hac uoce Actorum. 3. Vos eſtis filij Prophetarum, & teſtamenti: ſimiliter c. 1. ſui Euangelij, Memorare teſtamenti ſui ſancti: quo in loco nõ ſignificat teſtamẽtum morituri, ſed pactum, quod Deus pactus eſt cum maioribus de Saluatore ex ipſorum ſemine naſcituro. Dicendum eſt ergo, quod cum Scriptura commemorat vetus teſtamentum, ut commemorat Paulus ad Galatas. 3. non diſtinguit inter teſtamentum morituri, & inter pactum: ſed uſurpat pro pacto, & fœdere inter Abraham, & Deum: uocaturque teſtamentum (quantum ego conijcio) quod in eo fœdere, quid ex utraque parte ſit faciendum, teſtatum relinquat.

Lex Moyſi quando incœperit. Galat. 3.

Sed ueniamus iam ad ſecundam quæſtionem, & conſideremus, quãdo lex Moyſi exordium ſumſerit. Hoc explicat D. Paulus cum inquit, quod lex data fuit quadringentis & triginta annis poſt teſtamentum cum Abrahamo conſtitutum: de quorum numero annorum acute diſſerit Auguſtinus.

Aug. lib. 16. de ciuit. c. 24. Ioannes Lucidus lib. 2. c. 7.

Sed breuius & diſtinctius nos rem expediemus ex Ioanne Lucido. Ab ortu (inquit) Abrahæ uſque ad Legem datam Moyſi fluxerunt anni. 505. quod ſic patet. Abraham cum genuit Iſaac, erat annorum 100. ex Geneſi c. 21., Iſaac cum genuit Eſau & Iacob, annorũ. 60. Geneſ. 25. Iacob cum genuit Ioſeph 91. ex Euſebio & ex Geneſ. 37. & 41. Ioſeph autem uixit annos. 110. ex Geneſi. 50. & ſecuta eſt inde ſeruitus in Aegypto annis. 64. Deinde natus eſt Moyſes, qui ſtetit coram Pharaone, & eduxit populum de Aegypto, & accepit legem cum eſſet 80. annorum, ut patet Exhod 7 Ex his conſurgunt anni ſimul. 505. qui computantur ab Abraham uſque ad legem datam Moyſi: a quibus ſi ſubtrahas ætatis Abrahæ annos 75. quando ipſe accepit repromiſſionem a Deo; nam dicitur Geneſ. 12. Septuaginta quinque annorum erat Abraham cum egrederetur de Haram; utiq; conſequens erit, ut anno. 430. poſt repromiſſionem data ſit lex Moſaica. Sed de hac quæſtione ſatis dictum eſt.

Num circumciſio ad legẽ pertineat.

Ad tertiam ergo quæſtionem tranſeamus, quæ facillimam habet explicationem. Nam exploratum eſt ex ſcriptura Geneſis, quod circumciſio ſecundum rei ueritatem non pertinet ad legem; & quod multo ante tempore data fuerit, & inſtituta, quam lex. Paulus tamen in epiſtola ad Romanos, & in epiſtola ad Galat. pro eodem habet, circumciſionem, & legem, & ſic de ea agit, ac ſi eſſet pars legis: erat enim ueluti præambulum, & introductio ad legem. Quapropter demonſtrato & probato, quod ex lege non erat iuſtitia, ſatis probatum eſt, quod ex circumciſione iuſtitia non erat, & uice uerſa.

Vtrum per legem cognitio peccati. Vtilitas legis multiplex. Galat. 3.

Sed iam diſcutiamus queſtionem, quæ ultimo loco poſita eſt. Lutherus quidem, cum dicat Paulus, Per legem cognitio peccati, malitioſa additione textum corrumpit, dicens, Per legem non niſi cognitio peccati: cum tamen ex lege diuina multæ aliæ utilitates generi humano prouenerint, quas commemorat Paulus dicens. Quid igitur lex? id eſt, quid officij & utilitatis habet lex? Reſpondet Apoſtolus. Propter tranſgreſſionem poſita eſt, id eſt, ad tranſgreſſiones coercendas. Sic Chryſoſtomus, & Hieronimus. Faciebat autem id lex partim præſcriptione ritus multiplicis colendi Deum, partim terrore, & minis. Eſt alia expoſitio, quam tradit Auguſtinus, nempe, legem datam eſſe ad tranſgreſſiones aperiendas, ſeu detegendas. Hoc legis officium explicat aliquoties Apoſtolus dicens. Rom. 3. Rom. 7.

Per legem cognitio peccati: & , Peccatum non cognoui niſi per legem. Data eſt igitur lex, ut populus ſuperbus cognoſceret tranſgreſſiones ſuas, & cogeretur de ſe ſentire humiliter, & agnoſceret gratia ſibi opus eſſe. Sed & aliam vtilitatem commemorat Paulus ipſius legis. Sub lege, inquit, cuſtodiebamur in eam fidem, quæ reuelanda erat. itaque lex pædagogus fuit in Chriſto, ita ut antequã Chriſtus prædicaretur natus, mortuus, ſub lege cuſtodiebamur: illa enim, timore, ueluti muro quodam, continebat nos ne offenderemus: illa pœnis a ſe ſtatutis aduerſus trãſgreſſores, ueluti carceribus, cancellis, uel ſeptis quibuſdam arcebat nos, ne pręcipites iremus in omne malum, arcebat inquam, nos, & continebat ad eam fidem recipiẽdam, quæ reuelanda erat, ſcilicet, per Chriſtum, & Apoſtolos. Itaque lex pædagogus noſter fuit in Chriſto. Alij uertunt ad Chriſtum; ſenſus eſt. Itaque legem recte ſimilẽ fecerimus pędagogo: nã ſicut pædagogus aſſignatur paruulis, ut ætatem laſciuientem, & ad uitia pronam refrænet, & metu ſaltem pœnæ a malis coerceat: ſimulque ac præparet diſciplinis maioris ætatis ad officia exequenda: ita lex nos paruulos, & ad omne uitium procliues coactione ſua cohibuit a uitijs, & onere multiplicium mandatorum; formauit, ac præparauit ad credendum in Chriſtum, ut ex fide iuſtificemur: uel (ut Ambroſius legit) iuſtificaremur ex fide, id eſt, per fidem, & gratiam in Chriſto promiſſam. Sed & aliam utilitatem admirabilẽ præbuit lex, quod demonſtrabat nobis Chriſtum, per quem ſaluamur, & iuſtificamur. Alias utilitates innumeras, & per gratas habemus ex lege, quas commemorat Dauid Pſal. 118. Mentitur ergo Lutherus dicens, quod per legem non eſt niſi cognitio peccati.

QVAEST. XCIX.

De præceptis ueteris legis; in ſex articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum in lege ueteri contineatur ſolum unum præceptum.

SVMMA TEXTVS.

Conclusio eſt. Omnia præcepta ueteris legis ſunt unũ, ſecundum ordinē ad vnum finem: ſunt tamen multa, ſecundum diuerſitatem eorum, quæ ordinantur ad illum finem. Contingit enim ad vnum finē multa eſſe neceſſaria, uel expedientia; & ſecundum hoc poſſunt de diuerſis rebus dari diuerſa præcepta, etiam quę ordinentur ad unum finem.

ART. SECVNDVS.

Vtrum lex uetus contineat præcepta moralia.

Concluſio eſt affirmans.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum lex uetus contineat præcepta cæremonialia, præter moralia.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ART.

In huius articuli expoſitionem obſeruandum eſt, ꝙ ſicut in ſcientijs, unitas ſcientiæ ſumitur ex unitate
Vnitas legis. obiecti ad quod referuntur omnia, quæ in ſcientia cõſiderantur; ſic unitas legis ſumitur ex ordine ad unum finem, ad quem omnia, quæ in lege ſunt, deſtinantur præcepta. Hoc ita ſtatuto, dicendum eſt, ꝙ in lege ueteri erant diuerſa præcepta, ſecundum diuerſas materias in quibus uerſabantur; ſed erat una lex, &
Concl. vnum præceptum ex vnitate finis. Quare in ſancta Scriptura, lex antiqua uocatur unũ præceptũ in illo; Finis præcepti caritas: omnis enim lex ordinabat ad dilectionem Dei, & proximi.

Sed dices, quot nam fuerunt præcepta in lege ueteri? Certe multa. Burgenſis dicit, quod fuere tot præcepta,
1. Timot. 1. Burgen. lib. 1. ſcrutinij d. 8. cap. 9. Guilel. Pariſien. lib. de fide & legibus. Galatinus li. 11. de arcanis Catholicæ fidei. c. 4. Actor. 15. quot dies in anno. Guilelmus Pariſienſis dicit, fuiſſe multo plura, ſcilicet, 613. Idem docet Galatinus; ut merito dixerit Petrus; Quid tentatis imponere iugum ſuper caput diſcipulorum, quod nec nos, nec Patres noſtri portare potuimus?

EXPLICATIO ART.

Concluſio huius articuli probatur in primis ex illo; Addidit illis diſciplinam, & legem uitæ hæreditauit eos. Diſciplina
Eccl. 17. autem pertinet ad mores, dicit.n. Gloſſa ad Hebræos. 12. ſuper illud; Omnis diſciplina, &c. Diſciplina eſt eruditio morum per difficilia; ergo lex a Deo data præcepta moralia continebat. Hoc ipſum probat D. Th. optima rõne. Nã ſicut principalis intentio legis humanæ eſt facere amicitiã hominum ad inuicem; ita intentio legis diuinæ eſt cõſtituere amicitiã hominis ad Deum, ſed impoſſibile eſt hoĩem eſſe amicum Deo, qui eſt optimus, niſi homines boni efficiantur; bonitas aũt hominis eſt uirtus, quæ facit bonũ habentem; vnde de ipſa neceſſe erat dari præcepta: nam obſcurata erat ratio propter conſuetudinem peccandi.

Caiet. Quę ſit differentia inter legẽ diuinã, & humanam. Ceterum in hoc articulo dubium eſt a Domino Caiet. de differentia inter legem diuinam, & humanam; in hoc, quod diuina intendit principaliter amicitiam ad Deum;
Argum. humana intendit principaliter amicitiam hominum inter ſe. Ex qua differentia, ſi uera eſt, videtur euidenter
Solutio dubij. ſequi, legem humanam ex fine ſuo peruerſam eſſe, & iniquam. Nam lex humana de actu religionis quo Deus colitur, diſponit, ac præcipit, ſicut de ceteris uirtutum actibus. & cum omnia diſponat in ordine ad principalem finem; quoniam omnia alia ſunt propter illum; ſequitur, quod cultum Dei, in quo conſiſtit amicitia hominis ad Deum, ordinet ad amicitiam hominũ inter ſeſe, quæ eſt magna peruerſitas. Ad huius rei expoſitionem ſciendum eſt, quod quemadmodum ars aliqua, puta, domificatiua, habet pro præcipuo fine opus ſuum, uidelicet domum, neque aliud ad ipſam pertinet, cum quo tamen recte conuenit, quod artifex ipſe, ut mouetur a iuſtitia legali, ordinet opus artis ad bonum commune: huiuſmodi namque ordinatio non pertinet ad artem ſecundũ ſe, ſed ut ſubditur iuſtitiæ legali, cuius officium eſt, bonum commune conſpicere: non diſſimiliter lex humana pro præcipuo fine & ſcopo habet amicitiam & pacem hominum inter ſeſe, nec ad ipſam ſpectat ordinare hoc in amicitiam & pacem hominis ad Deum, ſed hoc ſpectat ad legem diuinã, quæ eſt ſuperior. Propter quod lex humana non ſecundũ ſe, ſed ut ſubſtat diuinæ legi, dirigit amicitiam hominũ in amicitiam Dei. Amicitia autem hominis ad Deum dupliciter ſumi poteſt: tũ ea, quæ eſt per gratiã, & caritatem: tũ ea, quæ põt eſſe inter hominem, & Deum in puris naturalibus. Et utraq; põt ſumi dupliciter .ſ. ex parte Dei amati, & ex parte hominis amantis. Si ex parte Dei ſumitur, non põt recte ordinari in bonum humanum: eſſet .n. peruerſitas magna uti fruendis. Si autẽ ſumatur ex parte hominis, põt recte ordinari ad bonũ commune humanum: tũ, quia homo, ſecundum id quod eſt, & ſua eſt pars ciuitatis: tum uero, quia utile honeſto tali coniunctum, ad augmentum & cõſeruationem boni cõis ſpectat. Ad obiectionem igitur in oppoſitum dicendum eſt, quod ſi lex humana diſponeret de cultu diuino ex parte Dei, ordinando, & deſtinando illum ad pacem hominum, uidelicet, ut propterea præcipue colatur Deus, peruerſa eſſet: ſed hoc non facit lex humana: quamuis forſan multi legiſlatores impij hoc prætenderint, & adinuenerint multas fabulas propter hoc, ut inſinuatur ſecundo Metaphyſicę. Sed lex humana multis exiſtẽtibus rationibus cultus Dei, de illis, quæ ſpectant, ad ipſam, diſponit ad ſuum finem .ſ. ad bonum cõe reipublicæ, abſtrahens ab illis, quæ ad ſe non pertinent: abſtrahentium uero non eſt mendacium, neq; peruerſitas. Vñ quia gratia perficit, nõ deſtruit naturã: lex humana ſic habet pro fine præcipuo bonum cõe hominũ inter ſeſe, ut non repugnet illi ſubordinatio ad ulteriorẽ finẽ ex altiori principio, prout eſt expoſitũ exemplo de arte adducto. Amicitia hominis ad Deum dupliciter ſumi poteſt.
Ad argum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Aſſertio præſentis articuli ſic probatur. Quia lex diuina ordinauit hoĩem ad Deũ, quæ ordinatio ſolũ eſt per actus interiores mẽtis, ut eſt credere, ſperare, amare; ſed ẽt p quædã exteriora opera quibus homo diuinã ſeruitutẽ profitetur: iſthæc uero opera ad cultum Dei dicuntur pertinere, qui cultus, cæremonia uocatur, quaſi munia. i. bona Cereris; eo quod primũ Deo ex frugibus oblationes offerebantur; ſeu a Cęrere oppido prope Romã; eo ꝙ Vrbe capta a Gallis, illuc ſacra Romanorũ oblata ſunt, & reuerenter habita. Et quamuis colere Deum ſit actus uirtutis, & ſic ad morale præceptum pertineat, determinatio tamen huius præcepti, ut colatur talibus hoſtijs, uel talibus muneribus, pertinet ad præcepta cæremonialia. Sed pro huius rei maiori explicatione notandum eſt, quod præcepta cęremonialia præſcribunt, quemadmodum Deus ſit colendus, determinantq; opera quædam exteriora, quibus homo profitetur, ſeruitutem diuinã honorem eẽ ſoli Deo debitũ, q latria a diuinis Theologis nuncupatur. Nihilominus Caluinus non tñ irridet cęremonias exteriores, quibus colitur Deus; uerum ẽt omnes Theologos, nec Gręce, nec Latine doctos, in ius uocat, ꝙ ex ignorantia linguæ Græcæ Caluinus. diſtinguãt inter latriam, & duliam, ut latria ſignificet cultũ, qui proprie debetur Deo; Dulia uero cultum & obſeruãtiã, q creaturæ exhibetur. Sed ꝗ recte Theologi noſtri, Latria & dulia. & docte hoc diſcrimẽ ſtatuerĩt, uel ex his facile patet. In primis Patres ĩ Cõc. Nic. 2. ſic ſcribũt, Cultus ille latrię in Concil. Nice. ſpiritu

ſpiritu, & ueritate beatæ Trinitati tribuitur ab Orthodoxis; ſanctis autem imaginibus non latriæ omnino, ſed adoratio, exoſculatio, & honor. Nam tametſi honor imaginis in prototypum, & primigenium tranſit; tamē latria ſolius eſt beatæ Trinitatis, non etiam uenerandarum imaginum, ne creaturarum cultores, & materiarum eſſe uideamur. Damaſcenus uero, & ipſe Græcus, in eandem ſententiam ſcribit, cuius uerba Latine ita redduntur. Solum rerum omnium creatorem, & opificem adoramus, & latriæ cultu ueneramur: Vides ergo latriam dici cultum, ſiue honorē ſoli Deo debitum: quæ uox, licet ſignificet ſeruitutem, quemadmodum, & dulia, hoc tamen diſcrimine, ut uſus ex conſenſu Theologorū antiquorum obtinuit, quod illa ad eam, quæ ſoli Deo; hæc ad eam, quæ creaturæ debetur, ſeruitutē referantur. Cuius rei locupletiſſimus eſt D. Aug. teſtis, qui hanc differentiā his uerbis explicat: Latria, quod uerbum Græcū eſt, & interpretatur ſeruitus, non quæcumq; ſed illa qua tantummodo Deo ſeruitur, hic eſt (inquit) diuinitati, uel ſi expreſſius dicendum eſt, deitati debitus cultus: propter quem uno uerbo ſignificandum, quoniam ſatis idoneum nō occurrit Latinū, Græco, ubi neceſſe eſt, inſinuo quid uelim dicere. Latriam quippe noſtri, ubicumque ſanctarum ſcripturarum poſitum eſt, interpretati ſunt ſeruitutem: ſed ea ſeruitus, quæ debetur hominib. ſecundum quam præcipit Apoſtolus ſeruos dominis ſuis ſubditos eſſe debere, alio nomine Græce nuncupari ſolet; id uero dulia eſt. Sed Beda diligentius idem perſequitur his uerbis: Sed quæret forte aliquis, quomodo conueniat quod præcipitur Domino ſoli ſeruiendum, Apoſtoli uerbo, qui dicit: Sed per caritatem ſeruite inuicem. Sed huic facile Græcæ linguę, ex qua ſcriptura tranſlata eſt, origo ſatisfacit; in qua ſeruitus duobus modis, ac diuerſa ſignificatione ſolet appellari. Dicitur enim latria; dicitur etiā & dulia; ſed dulia intelligitur ſeruitus communis, hoc eſt, ſiue Deo, ſiue cuilibet rerum naturæ exhibita, a qua etiam ſeruus, id eſt, dulos Græce nomen accepit. Latria autem uocatur ſeruitus illa, quæ ſoli diuinitatis cultui eſt debita, nec ulli eſt participanda creaturæ: unde & idolatriæ nuncupantur hi, qui uota, preceſq; & ſacrificia, quæ uni Deo debentur, impendunt idolis. Iubemur ergo per caritatem ſeruire inuicē, quod ad duliæ ſeruitutem pertinet. Iubemur uni Deo ſeruire ſeruitute latriæ, unde dicitur, Et illi ſoli ſerues: quo in loco Græce ponitur uerbum latreuſis. & iterum: Nos enim ſumus circumciſio ſpiritui Dei ſeruientes, quod eſt in Græco, latreuondes. Ex his patet, quam indigna ſit reprehenſio Caluini aduerſus Doctores Theologos.

Dama. lib. 1. Apologet.

Aug. lib. 15. contra Fauſtum ca. 9. & lib. 10. de ci. c. 1.

Beda in c. 4. Lucæ. Soli Domino ſeruiendum quomodo intelligatur.

Idolatria quis.

ART. QVARTVS.

Vtrum præter præcepta moralis, & cæremonialia ſint etiam præcepta iudicialia.

Conclusio eſt affirmans.

ART. QVINTVS.

Vtrum aliqua alia præcepta contineantur in lege ueteri, præter moralia, cæremonialia, & iudicialia.

SVMMA TEXTVS.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Deut. 6.

Articuli huius concluſio inde patet: quoniam Deuter. 6. ſic habetur; Hæc ſunt præcepta, ſcilicet ſtatuta moralia, cæremoniæ, atque iudicia. Sane ad legem diuinam pertinet, ut ordinet, & inſtruat homines, quēadmodum ſe debeant habere in ordine ad Deum, & inter ſeſe. Vtrumque autem horum in communi, pertinet ad dictamen legis naturæ, ad quod referuntur moralia præcepta; ſed oportet ꝙ determinetur utrumque per legem diuinam. Sicut igitur determinatio communis præcepti, de cultu diuino, fit per præcepta cæremonialia; ſic determinatio communis præcepti, de iuſtitia ſeruanda inter homines, determinatur per præcepta iudicialia. Sic ergo actus iuſtitiæ in generali pertinet ad ꝑcepta moralia: ſed determinatio eius in ſpeciali pertinet ad præcepta iudicialia. Vnde tria præcepta ueteris legis ponere oportet; uidelicet moralia, quæ ſunt de dictamine legis naturæ; cæremonialia, ꝗ ſunt determinationes cultus diuini; & iudicialia, ꝗ ſunt determinationes iuſtitiæ inter homines ſeruandæ.

Conclusio ſic habet, Omnia legis præcepta continētur ſub moralibus, cęremonialibus, & iudicialibus: alia uero non habent rationem præceptorum, ſed ordinantur ad præceptorum obſeruationem.

ART. SEXTVS.

Vtrum lex uetus debuerit inducere ad obſeruationem præceptorum per temporales promiſſiones, & comminationes.

Conclusio eſt affirmans.

Sed pro ampliori huius doctrinę expoſitione obſeruandum eſt, quod omnia præcepta legis Moſaicæ ī tria genera diſtribuuntur, in moralia, cæremonialia, & iudicialia: ſic enim habetur Deute. 6. Hæc ſunt præcepta, cæremoniæ, atque iudicia, quę Dominus Deus mādauit nobis. Ratio huius diuiſionis hæc eſt. Nam quidquid præcipitur in lege, aut eſt bonum ſecundū ſe; aut eſt utile, quia lege poſitiua mandatum eſt. Si eſt bonum ſecūdum ſe, pertinet ad præcepta, & leges morales, quæ legem naturalem in ſe continent. Si uero utile eſt, quia lege poſitiua præceptum eſt; uel ordinat, & componit hominem immediate, & in ordine ad Deum, & ad eius cultum, & ſic pertinet ad præcepta cæremonialia; uel componit hominem in ordine ad proximum, & ſic pertinet ad præcepta iudicialia.

Præcepta Moſaica ad tria genera reducuntur.

Deut. 6.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Contra hanc concluſionem poteſt quis obijcere. Nā præcepta de fide, ſpe, & caritate, in lege antiqua non pertinent, nec reduci poſſunt ad aliquod iſtorū trium generū: quod ſic probatur. Nam hæc præcepta maxime reducuntur ad pręcepta moralia; ad hæc uero non reducuntur; ꝑcepta n. moralia ſunt de lege naturali; hæc uero ſupernaturalia ſunt. Reſpondetur, ꝙ ꝓceptum fidei ad præcepta cæremonialia reduci debet: ꝑſcribebat namq; cæremonias, & cultum externum. Sed ſolutio hæc friuola eſt: nam eadem ratione præceptum de ſanctificatione ſabbathi, & omnis actus latriæ pertineret ad præcepta cæremonialia, quod falſum eſt: ſunt enim de lege naturæ præcepta. Caie. infra, q. 100. art. 1. dicit, quod præceptum fidei, uel ſpei, erat præceptū morale ſupernaturale: credere n. uel ſperare in Deū, ſecundum ſe bonum eſt: & illa ꝑcepta moralia dicuntur, quæ præcipiūt de his quæ ſecundum ſe bona ſunt, licet nulla lege poſitiua mandarentur, uel ſola ratione naturali docente, uel adiuta lumine fidei. Tertia ſolutio multo uerior eſt, quod ꝑcepta fidei non pertinent præcipue ad legem Moſaicam, ſed ad legem Euangelicam: quare Paulus ſæpe diſtinguit fidem a lege Moſaica, ut multis argumentis ſupra eſt oſtēſum.

Obiectio.

Solutio.

Refutatur ſolutio.

Caiet. altera ſolutio.

Verior ſolutio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Iſta concluſio inde probatur: quoniam lex uetus diſponebat ad Chriſtum, ſicut imperfectum ad perfectum: unde dabatur populo adhuc imperfecto, ad comparationem perfectionis quæ erat futura p Chriſtum; unde comparatur puero ſub pædagogo exiſtenti: pueri autem mouentur ad aliquid faciendum ex puerilibus munuſculis, aut etiam minis. Sed perfectio hominis eſt, ut contemnis temporalibus, ſpiritualibus

Galat. 3.

libus inhæreat, ut dicit Apoſtolus. Imperfectorum uero eſt, quod temporalia deſiderent, in ordine tamen ad Deũ: ſed peruerſorum eſt in temporalibus bonis conſtituere finem. Quare legi ueteri conueniebat manu ducere homines ad Deum per temporalia bona, quæ erant in affectu hominum imperfectorum.

Philip.3

QVAESTIO. C.

De præceptis moralibus veteris legis; in duodecim articulos diuiſa.

Sed pro huius concluſionis maiori elucidatione oportet animaduertere, ꝙ conuenienter ſatis lex Moſaica mouebat homines ad ſui obſeruationem, per comminationes, & ꝓmiſſiones rerum temporaliũ: dicitur enim Eſaiæ.1. Si uolueritis, & audieritis me, bona terræ comederitis; & Deuter. 4. Cuſtodi mandata mea, ut bene ſit tibi, & filijs tuis poſt te, & permaneas multo tempore ſuper terram, quam Dominus daturus eſt tibi: & Leuit. 26. Si ambulaueritis in lege mea, dabo tibi pluuias in tempore ſuo, & terra dabit tibi fructus ſuos: & Deute. 28. ponuntur maledictiones temporales aduerſus præuaricatores mandatorum Dei. Et ratio huius eſt: nam cultores huius legis erant paruuli, & in uirtute imperfecti: quare Paulus comparat illam legem pædagogo: fuit ergo congruum illa præmia inſtituere, quæ tali ætati conuenirent. Præterea, alia de cauſſa inſtituta ſunt præmia temporalia, ut ex uiſibilium rerum experientia edocerentur, Deũ eſſe fidelem in ſuis promiſſis; & ex hoc confirmarentur in fide, & indubie, & ſine hæſitatione ſperarent bona ſpiritualia, quæ iuſtis erant promiſſa.

Eſa.1
Deut.4
Leui. 26
Deut. 28
Gala.iij

Ex hoc uero non inferat aliquis, non fuiſſe in teſtamento ueteri promiſſionem uitæ æternæ, & bonorum ſpiritualium: eſt enim maximus error, & qui maxime aduerſatur noſtræ fidei. Demonſtratur hoc eſſe uerum. Primum, in lege ueteri erat expreſſa mẽtio de immortalitate animarũ, vt in illo; Deſcendam in infernum lugens filiũ meũ, &c. & illud, Deus Abraham, Iacob, & Iſaac, non eſt Deus mortuorum, ſed uiuorum, ut ait Dominus in Euangelio: iterũ ex illo in lege ueteri ſæpe repetito; Appoſitus eſt ad patres ſuos: & 1. Regum. 28. narratur uera apparitio Samuelis, in quo ſignificatur animam uiuere poſt hanc lucem. Deinde, in teſtamento ueteri erat expreſſa mentio de reſurrectione mortuorum: Iob. 19. Scio ꝙ in nouiſſimo die de terra ſurrecturus ſum & Eze. c. 37. deſcribitur optime mortuorũ reſurrectio. Tertio, in ueteri teſtamento promittitur Chriſtus, in quo erant benedicendæ omnes gentes benedictionibus ſpiritualibus in cæleſtibus: ita ait Paul. ad Gala. 3. & ad Eph. 1. Quarto, Patriarchæ, & Prophetæ, & viri iuſti in ueteri teſtamento exſpectabant uitam æternam a Deo illis promiſſam, quod aperte teſtatur Paulus cũ de Patrib. antiquis inquit, Exſpectabant fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex, & conditor Deus eſt: & paulo poſt, A longe illas ſalutantes, dicebant ſe aduenas eſſe ſuper terram. Et ſiquidem eius meminiſſent de qua exierant, habebant utique tempus reuertendi; nunc autem meliorem appetunt, id eſt, cæleſtem. Idem confirmat multis exemplis de Abrahã, Moyſe, Noe, &c. Quod uerũ eſſe rurſus confirmatur, & clare oſtenditur. Nã ſancti Prophetæ, ab ipſa lege edocti, optime cognoſcebant, & ita alios docebant, ꝓmia iuſtis in hac uita non eſſe propoſita. Quapropter Pſal. 72. & Hie. 12. & Iob. 2. Abac. 1. proponitur illa memorabilis quæſtio, quare uia impiorum proſperatur, bene eſt omnib. qui operantur iniquitatem; quam quæſtionem ſic diſſoluunt ſancti Prophetæ, ut dicant præmia æterna ꝓpoſita eſſe iuſtis in alia uita. Itẽ, fideles in ueteri lege tenebantur credere in Chriſtũ, & ſperare promiſſa æterna: quod aperte teſtatur Pau. Heb. 11. cum ait; Sine fide impoſſibile eſt placere Deo &c. Oportet. n. inquit, accedentem ad Deũ credere quia eſt, & ꝙ inquirentib. ſe remunerator ſit: loquitur de remuneratione æterna, & ſpirituali, vt patebit intuenti. Sed ꝓbatur idẽ euidẽtiorib. teſtimoniis. Eſa. 64. Oculus non uidit, &c. quæ ꝑparaſti diligentibus te. Dani. 12. Multi ex his qui dormiũt in terræ puluere, euigilabunt, alij in uitam æternam, alij in opprobrium ſempiternũ. & Sap. 2. Hæc dixerunt impij, &c. Nec ſperauerunt mercedẽ iuſtitiæ, neq; iudicarunt honorẽ animarum ſanctarum: Deus. n. inexterminabilem fecit hominẽ, ſ. quantum ad rationalem animã: in quo teſtimonio aperte aſſeritur, & immortalitas animarum, & præmium æternum uitæ futuræ. Sed notandum, ꝙ aliud eſt dicere, vitã æternam, & bona ſpiritualia eſſe ꝓmiſſa obſeruatoribus legis Moſaicæ, propter eius obſeruationem; & aliud eſt dicere; viuentibus in lege Moſaica ex ſpiritu fidei, & amore in Chriſtum eſſe promiſſam uitam æternam. Primum enim eſt hæreticorum dogma, quod improbat B. Paulus in ſuis epiſtolis. & ſignanter Rom. 3. Arbitramur, ait, hominem iuſtificari per fidem, & non ex operib. legis: & c. 4 Non enim per legem promiſſio Abrahæ, & ſemini eius, ſed per iuſtitiam fidei, & clarius ad Galat. 3. Si ex lege iuſtitia ergo gratis Chriſtus mortuus eſt. Secundum dogma eſt fidei: ut ſupra dictum eſt. De hac ueritate lege Diuum Auguſtinum: dicit enim. Ne quis exiſtimet in ſolis noui teſtamenti libris bona temporalia eſſe contemta, audiat Prophetam abijcientem talem felicitatem; & ad vnum Dominum Deum eſſe confugiendum, cantantem: ſic enim dicit; De gladio maligno eripe me, & exime me de manu filiorum alienorum, quorum os locutũ eſt uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis, quorum filij ſicut nouellæ plantationes in iuuẽtute ſua; filiæ eorum compoſitæ, & ornatæ uelut ſimilitudo templi. Promtuaria eorum plena, eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtoſæ, abundantes ingreſſibus ſuis: boues eorum craſſæ. Non eſt ruina materiæ, neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt; beatus populus cuius Dominus Deus eius. Attendant ergo quomodo irrideatur iſta felicitas in hominibus impijs, & tota beatitudo in Deo ſolo inconcuſſa figatur. Illi enim dicunt beatũ populũ cui hæc ſunt; ſed potius, inquit, propheta, Beatus ille populus, cuius Dominus Deus ipſius.

In teſtamento ueteri & vita æterna erat promiſſa.
Gen.37
Mat. 22
1.Reg. 28
Iob.19
Ezec. xxxvij
Gal. iiij
Hebr. 11
Pſa.72
Hier. 12
Iob.2
Habac.1
Heb.11
Eſa.64
Dan. xij
Sap.ij
Rom. 3.
Roma.4.
Gala.3.
Aug. lib. 4. contra Fauſtum ca 2 & lib. contra Adamã. c. 13 & 25. Pſ 143.

ART. PRIMVS.

Vtrum præcepta moralia ad legem naturæ pertineant.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Articuli huius concluſio ſic probatur: quoniam præcepta moralia ſunt, quæ ſecundum ſe ad bonos mores pertinent. mores autem humani dicuntur in ordine ad rõnem, quæ eſt principium, & regula humanorum actuum: & boni ſunt ſecundum ſe; quia ſecundum ſe rationi conueniunt, & congruunt. Procedit enim iudicium rationis practicæ ex quibuſdã principijs naturaliter cognitis, ex quibus diuerſimode procedi poteſt ad iudicandum diuerſa. Nam quædam ſunt in actibus humanis adeo explicita, quod ſtatim cum modica conſideratione poſſunt approbari, uel reprobari, vt nõ facere homicidium, furtum, & ſimilia. In quibuſdam uero requiritur nimia conſideratio diuerſarum circumſtantiarum, vt coram cano capite eſt ſurgendum: & hæc a ſapientibus iudicantur, & ab ipſis minores inſtruuntur. Sed alia ſunt, ad quæ iudicanda indiget homo adiuuari ꝑ inſtructionem diuinam, ut eſt circa credenda, ut Non facias tibi ſculptilẽ.

Verum in hoc articulo duo obſeruanda ſunt. alterum eſt, quod præcepta moralia ea ſunt, quæ ſecundum ſe pertinent ad bonos mores. Vnde tametſi numquam eſſent lege aliqua ſtatuta, ſeruanda ſunt ex naturali ratione & ideo dicuntur pertinere ad legem naturæ. Sed & illud obſeruet Theologus, quod ex definitione articuli euadit manifeſtum, quomodo cum lex Moſaica mortua ſit, immo mortifera omnibus obſeruatorib. ſuis, vt optime docet Paulus, præcipue in epiſtola ad Galatas; quomodo, inquam, adhuc laboramus in præceptis Decalogi? Nam Decalogus pars eſt legis ueteris. Certe Decalogus in lege veteri continetur. ſed nihil continet præter præcepta moralia. Porro præcepta moralia, quæ mores componunt ſecundum uirtutem, ad ius pertinent naturæ: ius autem

Quæ ſint moralia præcepta.

autem naturæ idem eſt apud omnes homines; quia natura eadem eſt apud omnes: Chriſtus autem uenit, ut gratia Euangelica ditaret naturam, nō ut immutaret, ſicut nec immutauit: nam eadem natura eſt hominum qui nunc uiuunt, & qui fuerunt tam ſub lege, quam ante legem. Naturā ergo reliquit Deus integram, & tantum ritum gentis carnalis commutauit, & ueritate quidquid in figuram, uel typum futuri mediatoris inſtitutum erat.

Lex ſi gur. Chri. ſti. Et quoniam tota lex uetus ſignificatiua erat Chriſti, nuſquam non admiſcens ritum aliquē populo illi peculiarē, ideo totam legem interiſſe p Chriſtum certum eſt quantum ad obligationem: nam ēt nunc ſuis typis, & figuris inſtituit, uti palam conſtat ex ſcr. pturis Apoſtolicis. Verum nihil in lege eſt quod obliget hominem, inquantum eſt ueteris legis, ne Decalogus quidem; ſed ſi quid nunc eſt quod obliget eorum q in libris Moſaicæ legis inueniuntur, obligat ad aut rōne iuris naturalis, ex cuius principijs profluit, aut quia in nouo teſtamento per Chriſtum, aut Apoſtolos eius renouatū eſt, ueluti pertinens ad populum nouæ legis, ſicuti dicendū eſt de præceptis caritatis, & mandatis Decalogi.

ART. SECVNDVS.

Vtrum præcepta moralia ueteris legis ſint de omnibus actib. uirtutum.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRæſens concluſio tali ratione probatur. Etenim cum præcepta legis ordinentur ad bonum commune, ſicut ſupra habitū eſt, neceſſum eſt q̄ pcepta legis diuerſificentur ſecundum diuerſos modos cōmunitatum. Eſt autem alius modus communitatis, ad quā ordinatur lex humana, & ad q̄ iam ordinatur lex diuina. Lex enim humana ordinatur ad communitatem ciuilem, q̄ eſt hominum ad inuicem: hoīes autē ordinantur ad inuicem p actus exteriores, quib. homines ſibi inuicē communicant: huiuſmodi autem cōmunicatio pertinet ad rationem iuſtitiæ, q̄ eſt proprie directiua communicationis humanæ: & ideo lex humana non proponit præcepta, niſi de actib. iuſtitiæ. & ſi pręcip t actus aliarum uirtutum, hoc eſt inquantū aſſumunt rōnem iuſtitiæ Sed lex diuina ordinat homines ad Deum, vel in præſenti, uel in futura vita, unde proponit pręcepta de omnibus illis, per quæ homines bene ordinātur ad communicationem cum Deo, ut meus ei uacatur: quod p actus omnium uirtutum contingit. Nam uirtutes intellectuales bene ordinant actus rationis in ſeipſis: morales autē bene ordinant actus rōnis circa interiores paſſiones, & exteriores operationes. Ex huius articuli doctrina obſeruādæ

Diſcrimen inter humanam legem, & diuinam.

ſunt duæ differentiæ inter legem humanā, ac diuinā, circa diſpoſitionē, & ordinationē de omniū uirtutū actibus. Prima eſt, q lex humana diſponit de ſola iuſtitia ex principali deſtinato, de alijs uero virtutib. ut ordinātur ad iuſtitiam. Lex aūt diuina diſponit de omnib. uirtutib. ut pfectus ſit hō Dei, & ad omne opus bonū inſtructus. Lex enī diuina attendit coniunctionē hoīs ad Deū, cōiunctio aūt hoīs ad Deū, integrā & abſolutam uirtutē requirit.

Secundum diſcrimen.

Secunda differentia eſt, q lex humana reſpicit rationem debiti ex uinculo iuſtitiæ: lex diuina reſpicit pterea rōnē debiti obedientiæ. Pro cuius declaratione oportet intelligere, q ratio debiti obedientiæ eſt communis omni legi, & conſurgit ex ratione præcipientis, & ſubditi. Sed eſt alia ratio debiti, qua debitū eſt, ut creatura ſuo creatori ſubdatur, quod ius ad iuſtitiam reduci auctor eſt Ariſt.

Ariſ. 5. Eth.

ſed eſt debitū proprie dictum vnius hominis ad alterū, quod ad commune bonum, & ad iuſtitiam, ꝓprie dictam ſpectat Sed aduerte, q ſecundum illud ius, ſeu debitum, non dicitur improprie debitum, q non ſit potiſſime debitum: ſed quoniā nō poſſumus exſoluere illud ad æqualitatem, non pertinet ad iuſtitiam proprie dictam, cuius officium eſt æqualitatem in rebus conſtituere.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRobatio huius concluſionis ea eſt. Nam præcepta Decalogi ab alijs differunt, q illa Deus per ſeipſum dicitur populo propoſuiſſe, alia uero per Moyſem. Iſta ergo ad Decalogum pertinent, quorum notitiam homo p ſeipſum hēt a Deo: huiuſmodi autem ſunt ea quæ ſtatim ex primis communibus principijs cognoſci poſſūt modica conſideratione, & quæ ſtatim ex fide diuinitus infuſa innoteſcunt Inter præcepta ergo Decalogi non computantur duo genera præceptorū, illa. ſ. quæ ſunt prima, & communia, quorum non oportet aliquam editionem eſſe, niſi q ſunt ſcripta in ratione naturali, tamquam per ſe nota, ſicut q homo nulli debet maleſacere, & alia huiuſmodi. Et iterum illa quæ per diligentem inquiſitionem ſapientium inueniuntur. hæc enim proueniūt a Deo ad populum, mediante diſciplina ſapientium Atq; prima, & communia continentur in præceptis Decalogi, ſicut principia in concluſionib. proximis: ea uero q̄ per ſapientes cilciuntur, cōtinentur in eis econuerſo, ſicuti cōcluſiones in principijs.

ART. TERTIVS.

Vtrum omnia præcepta moralia ueteris legis reducantur ad decem præcepta Decalogi.

Concluſio eſt affirmans.

Decalogus quid.

In hoc articulo aggreditur D. Th. ad explicandum Decalogum Vt uero eius explicatio melius intelligatur, ex diuinis ſcripturis ſtatuendum eſt, quid ſit Decalogus, & de mō quo datus eſt, ac de tabulis lapideis. Hæc uero omnia Exhodi 24. Deut 9 & 10. inueniuntur. Nam in ca 10.

Deut. 9 Deu. 10.

Deute. ſic dicitur. In tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in montem: faciesq; arcam ligneā, & ſcribam in tabulis uerba, quæ fuerunt in his quas ante confregiſti. Feci igitur arcam de lignis ſetim. Cumq. dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorum, aſcendi in mōtem, habens eas in manib. Scripſitque in tabulis iuxta id quod prius ſcripſerat, uerba decem, quæ locutus eſt Dñs ad uos in monte, de medio ignis, quando populus cōgregatus eſt, & dedit eas mihi. Reuerſuſq, de monte deſcendi, & poſui tabulas in arcam quam feceram, quæ hucuſq; ibi ſunt, ſicut mihi præcepit Dominus Hucuſque uerba textus Deuteron Decem autem uerba hæc, quæ dicitur Dominus digito ſuo hic inſcripſiſſe tabulis lapideis, ipſemet prius proprio ſuo ore promulgauerat ad uniuerſū

Exho. xxvij

populum, de medio ignis, dicens, Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Ægypti, de domo ſerui

Decalogi mandata.

tutis. Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, neque omnem ſimilitudinem quæ eſt in cælo deſuper, neque in terra deorſum, neque eorum quæ ſunt in aquis ſub terra. Non adorabis ea, neque coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis, zelotes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quartam generationem eorum qui oderunt me, & faciens miſericordiam in millia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta mea. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in uanum, neque enim habebit inſontem Dominus eum qui aſſumſerit nomen Dei ſui fruſtra. Memento vt diem ſabbathi ſanctifices. Sed diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Septimo autem die ſabbathum Domini Dei tui eſt: non facies omne opus in eo, tu & filius tuus, & ancilla tua, iumentum tuum, & aduena qui eſt intra portas tuas. Sex enim diebus fecit Deus cælum, & terram, & mare, & omnia quæ in eis ſunt, & requieuit in die ſeptimo: iccirco benedixit Dominus diei ſabbathi, & ſanctificauit eum Honora patrem tuum & matrem tuam, vt ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occides. Non mæchaberis. Non furtum facies. Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium Non concupiſces domū proximi, nec aſinū, neq; omnia quæ illius ſunt. Cunctus autem populus uidebat uoces, & lāpades, & ſonitū buccinę, montemq; fumantē: & perterriti, ac pauore con

cuiſſ ſteterunt procul, ac dixerunt Moyſi, Loquere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur. Et ait Moyſes ad populum, Nolite timere: ut enim probaret uos uenit Deus, & ut terror illius eſſet in uobis, & non peccaretis. Stetitque populus de longe. Moyſes autem acceſſit ad caliginē in qua erat Deus. Dixit præterea Dominus ad Moyſem, Hæc dices filijs Iſrael. Vos vidiſtis quod de cælo locutus ſū uobis. Hucuſque ſunt uerba textus. Porro hæc diligentia Dei, qua non ſolū promulgauit iſta decem uerba per modum edicti, ſed & proprio digito inſcripſit tabulis lapideis, & ipſas demū quæ tabulas recludi fecit in arca fœderis ad perpetuā rei memoriam, merito nos diligentes efficere debet circa propoſitam materiā. Sed dicet Theologus, Non ſatis intelligo quorſum dicat textus, Decem uerba. ſunt enim plura quam quinquaginta, aut centum uerba eorum quæ hic præcipit Dominus. Reſpondetur, iuxta phraſim noſtri ſermonis, & etiam Hebræorum, per uerbum, intelligimus ſententiam, ſeu dictum ſententioſum, quod licet uocabulis pauciſſimis, uelut uerbum unum prolatum, diuitem nihilominus, & copioſam habet ſententiam. Qua phraſi, hæc ſententia, Plus ultra, dicitur uerbum Inuictiſſimi Imperatoris noſtri Caroli Quinti; Saluatoris uero Chriſti verbum erat, Beatius eſt dare quam accipere. Verbum quoque tuum, vel meum eſſe poteſt, Sine onere nihil: Mors oſtium uitæ; Vitus ludibrium diaboli, In paruis quies. &c. Eademq; phraſi & de ſuis ſententijs dixit Salomon: Fili, audi uerba mea æterna. Itaque Sapientia uolens epitomen dare eorum quæ pertinent ad mores bene inſtituendos, fecit Decalogum, hoc eſt, ſermonem breuem decem uerborum, id eſt, decem ſententiarum, quæ adeo ſuccinctè, & uocabulis paucis tradunt capita, & fontes, immo uero plenitudinē legis naturalis, vt iure uerba uocari poſſint, debeatque merito vnumquemque pudere, ſi uiā ſalutis propriæ nolit, vel decem uerba diſcere. Haud diſſimiliter quidquid de fide ſparſim in ſacris ſcripturis, aut alias per reuelationem Dei traditum eſt, id diligentia Apoſtolorum contractum videmus in XII. articulos, uelut duodecim uerba vnius Symboli. Sic, quidquid rectè orando peti poteſt, id ſimiliter per Chriſtum redactum legimus in ſeptem breuiſſimas petitiones: prout etiam prudentiſſimi Iuriſconſulti ſummam iuris redegerunt ad tria capita, uidelicet, honeſte uiuere, alterum non lædere, ius ſuum unicuique reddere. Tātum de tabulis lapideis, & decem uerbis ſcriptis in eiſdem.

Quomodo in Decalogo ſint decē uerba. Reſpondetur.

Quot præcepta primæ tabulæ, & quot ſecundæ.

Nunc uero reſtat difficultas, ſed modica, quot ſint præcepta primæ tabulæ, & quot ſecundæ. Pro cuius expoſitione, hæc accipe. Origenes, quē Hieronymus ſequitur, quatuor præcepta primæ tabulæ tribuit, ex primo duo faciēs, in quorum primo, ſpiritualem, in altero, corporalem illam, & externam idolatriam prohiberi dicit, ut primum ſit, Non habebis Deos alienos coram me: alterum, Nō facies tibi ſculptile. In ſecundam uero tabulam ſex retulit, duo ultima præcepta, de non concupiſcendo uxorem, & non concupiſcendo rem proximi, connectens. At D. Auguſt. & fere quotquot Diuum Auguſtinum ſecuti ſunt, primæ tabulæ tria præcepta, ſecundæ uero ſeptem tribuerunt: qui primū mandatum, de uitanda idolatria, ſiue ſpirituali, ſiue corporali, unum faciunt. poſtrema uero præcepta, q̄ ſunt de non concupiſcendo, uel uxorē. uel rem proximi, in duo ſecant. Quorum ſententia Eccleſiæ magis placuiſſe conſtat, uel ob id, quod magis ad myſterium ſanctæ Trinitatis reſpiciat, ut primum mandatum referatur ad Patrem, ſecundum ad Filium, cui proprium nomen eſt, Verbū Dei, non creatura, tertiū ad Spiritum ſanctum, quo in nobis ſabbathizamus, id eſt, ab omnibus quæ caro ſine ſpiritu gignit, quieſcimus, noſque continemus.

Origenes, Hiero.

Aug.

ART. QVARTVS.

Vtrum præcepta Decalogi conuenienter diſtinguantur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Conuenienter diſtinguuntur ſecundum expoſitionem D. Auguſtini; qui ponit tria præcepta in ordine ad Deum, & ſeptem in ordine ad proximum; & pro uno accipit, Non facies tibi ſculptile; & , Non habebis Deos alienos: ſed de concupiſcentia duo, unum uidelicet de concupiſcentia uxoris, quæ reducitur ad concupiſcentiam carnis; aliud de rebus alienis, quæ deſiderantur ad poſſidendum, quod pertinet ad concupiſcentiā oculorum.

ART. QVINTVS.

Vtrum præcepta Decalogi conuenienter numerentur.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ART.

Decem uerba, quæ primū per Moyſem Iudæis tradita, deinde per Chriſtū, & Apoſtolos Chriſtianis omnibus commēdata, quæ & Decalogi nomen obtinuerūt, ſic diſtinguuntur ſecundum expoſitionem Auguſtini. Ego ſum Dominus Deus tuus. hæc uerba uicem exordij obtinent.

1 Non habebis Deos alienos coram me. Non facies tibi ſculptile, ut adores illud.
2 Non aſſumes nomen Dei tui in uanum.
3 Memento ut diem Sabbathi ſanctifices.
4 Honora patrem tuum, & matrem tuam, ut ſis longæuus ſuper terram, quam Dominus Deus tuus dabit tibi.
5 Non occides.
6 Non mœchaberis.
7 Non furtum facies.
8 Non loqueris contra proximum tuum falſum teſtimonium.
9 Non concupiſces uxorem proximi tui.
10 Non domum, non agrum, non ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinū, & uniuerſa quæ illius ſunt.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Veritas huius concluſionis hac ratione oſtenditur. Nam hæc præcepta legis diuinę ita ordinant hominem ad quandam communitatem hominum ſub Deo, ſicut pręcepta legis humanæ ordinant hominem ad quandam communitatem humanam. Sed ad hoc quod aliquis bene cōmoretur in communitate, requiritur, ut bene ſe habeat ad eum qui præeſt communitati, & etiā bene ſe habeat ad alios ſocios cōmunitatis. Oportet ergo quod in lege diuina primo ferantur præcepta ordinantia hominem in Deum, & poſtea ordinātia homines ad alios proximos ſimul cōuenientes ſub Deo. Principi autem communitatis tria debet homo. Primo, fidelitatem, quæ conſiſtit, ut honorem principatus ad alium non deferat, ideo dicitur, Non habebis Deos alienos. Secūdo, debet reuerētiā, vt nihil iniurioſum in eum cōmittatur: vnde dicitur, Nō aſſumes nomē Dei tui in uanū. Tertio, famulatū in cōpenſationē beneficiorum quæ ab ipſo recipiunt ſubditi. & ad hoc ptinet pceptū de ſanctificatione ſabbathi in memoriā creationis rerū. Sed ad pximos bene ſe habet aliquis, generaliter, & ſpecialiter. ſpecialiter, prout aliorum eſt debitor, eis reddendo debitum, & ſic ponitur præceptum de honorandis parentib. Generaliter uero, ut nulli inferatur nocumentum, corde, uerbo, uel opere, nec quantum ad ſubſiſtentiam perſonæ, ppter quod dicitur, Non occides; nec quantum ad perſonam cōiunctam propter propagationem prolis, unde dicitur, Nō mœchaberis: & propter rem poſſeſſam ponit, Non facies furtum. Quantum autem ad nocumentum cordis, Non concupiſces. & ad nocumentum oris, Non loqueris contra proximum falſum teſtimonium.

Probatio cōcluſionis.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

ARticuli huius concluſio ſic probatur. Nam cum præcepta Decalogi dentur de his, q̄ ſtatim in promtu mens ſuſcipit hominis, primo poſita ſunt quę ordinant mentē in Deū, quorum contrarium eſt grauiſſimum: ideo primo poſuit, vt fideliter ei ſubdatur, nullā habens conuerſationē cum inimicis: Secundo reuerentiam: Tertio, famulatum. Et in proximis magis repugnat rationi, & grauius eſt peccatū, ſi homo non ſeruet ordinem ad perſonas debitum, quibus magis eſt homo debitor, ideo primo ponitur præceptum pertinens ad parentes, & ſic ſeruatur ordo in aliis. Grauius eſt enim opere peccare, quam ore; & ore, quam corde. Et inter peccata operis grauius eſt homicidium, per quod tollitur vita hominis exiſtentis, quam adulterium, per quod tollitur certitudo prolis naſciturę; & adulterium grauius eſt furto, quod pertinet ad bona exteriora.

ART. SEXTVS.

Vtrum præcepta Decalogi conuenienter ordinentur.

Concluſio eſt affirmans.

ART. SEPTIMVS.

Vtrum præcepta Decalogi conuenienter tradantur.

Concluſio eſt affirmans.

ART. OCTAVVS.

Vtrum præcepta Decalogi ſint diſpenſabilia.

Concluſio eſt negans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRæſens concluſio ſic probatur. Nam conuenienter traduntur duo præcepta affirmatiua, de honore parentum, & ſanctificatione ſabbathi, quia Deo, & patri homo eſt magis debitor. Et in illis præceptis rō aſſignatur, quæ non habent manifeſtam rationem, ſicut cæremonialia: nam moralia habent rationem manifeſtam. Et promiſſionem appoſuit in p̄ceptis, in quibus nulla utilitas uidebatur ſequi, aut aliqua utilitas impediri: quia credunt homines poſſe recipere utilitatem ex pactis cum dęmonib. & a patribus, tamquam receſſuris, non exſpectatur utilitas. Sed & pęnæ apponuntur in his quæ prona ſunt ad malum, prout in idolatria, propter gentium conuerſationem, & in periurio, propter frequentiam iuramenti.

EXPLICATIO ARTICVLI.

PRo huius concluſionis oſtenſione, ſtatuit D. Th. in primis, q̄d ex ſuperioribus manifeſtum eſt, tunc in præceptis debere fieri diſpenſationem, q̄n occurrit aliquis particularis caſus, in quo, ſi verbū legis obſeruaretur, contrarietur intentioni legiſlatoris. Deinde ſtatuit D. Tho. ꝙ intentio legiſlatoris ordinatur primo quidem, & præcipue ad bonum commune: ſecūdo ad ordinē iuſtitię, & uirtutis, ſecundum quem bonum cōmune conſeruatur, & ad ipſum peruenitur. Ex his principiis deducit S. Th. ꝙ ſi quæ ſunt præcepta quæ contineāt ipſam obſeruationem boni communis, vel ipſum ordinē iuſtitię, & virtutis, huiuſmodi præcepta quę continēt intentionem legiſlatoris, & ideo indiſpenſabilia ſunt, puta, ſi poneretur hoc præceptum in aliqua cōmunitate, ꝙ nullus deſtrueret remp. neque proderet ciuitatem hoſtibus; ſiue ꝙ nullus faceret aliquid iniuſte, vel male; talia præcepta eſſent indiſpenſabilia. Ex iiſdem documētis infertur, præcepta Decalogi eſſe indiſpenſabilia: continent. n. intētionem legiſlatoris, & ipſum ordinem iuſtitię, & uirtutis. Nam præcepta primæ tabulæ ordinant ad Deum, & ſic ad bonum commune, & finale, quod eſt Deus: & præcepta ſecundæ tabulæ continent ordinem iuſtitiæ obſeruandę inter homines, vt ſcilicet nulli fiat indebitū, & cuilibet debitum reddatur. Verum ſi aliqua alia præcepta traderētur ordinata ad illa præcepta quibus determinantur aliqui ſpeciales modi, in talibus præceptis poſſet fieri diſpenſatio, ſic tamen, ꝙ in iſtorum præceptorum diſpenſatione non fiat præiudicium primis præceptis, quæ continent intentionem ipſius legiſlatoris; puta, ſi ad conſeruationē reipublicæ ſtatueretur in aliqua ciuitate, quod de ſingulis uicis aliqui uigilarent ad cuſtodiam ciuitatis obſeſſæ, poſſet cum aliquibus diſpenſari, propter aliquam maiorē vtilitatem.

Præcepta quæ indiſpēſabilia.

Sed circa hanc doctrinam eſt grauis ac perdifficilis quæſtio. Vtrum p̄cepta moralia, maxime quę in Decalogo continētur, ſint diſpenſabilia. A parte affirmante hæc ſunt argumenta. In primis, ſi hæc p̄cepta non ſunt diſpēſabilia; maxime ē, q̄a ſūt de lege naturali: ſed ea quæ ſunt de lege naturali (auctore Ariſtotele) uariari poſſunt: ergo diſpenſari poſſunt.

Vtrum præcepta moralia Decalogi ſint diſpenſabilia. Primum ar.

Ariſt. 5. Ethica 7.

Secundo, de lege naturali, & diuina tenemur reddere vota noſtra, quæ Deo promiſimus, atq; etiam tenemur iuramenta obſeruare: ſed in his omnibus diſpenſat non ſolum Deus, ſed etiam Summus Pontifex: quod conſtat manifeſte ex traditione Eccleſiæ temporibus Apoſtolorū. Idem confirmatur. Nam cum Papa in uoto diſpenſat in lege humana, vel diſpenſat in lege diuina, uel naturali. Si detur primum, ſequitur ꝙ Summus Pontifex poſſit pro libito ſuo, & ſine cauſſa legitima in uotis diſpenſare: q̄d aſſerere, a ſana doctrina alienum eſt. Si uero detur ſecūdū, habeo quod deſidero; nempe, Summum Pontificem in lege naturali, & diuina poſſe diſpenſare.

Secundum. Confir.

Tertio, diſpenſare cum aliquo, nihil aliud eſt, quam auctoritate ſuperioris ſoluere, uel relaxare in aliquo particulari legis obligationem: ſed Deus ſua auctoritate poteſt deobligare aliquem a furto, uel homicidio, ut cōſtat, ergo poteſt in lege naturali diſpenſare.

Tertium.

Quarto, homicidium in Decalogo prohibitum eſt: at in hoc diſpenſat iudex, cum occidit malefactores. Rurſum, diſpenſauit Deus cum Abraham, quando præcepit vt occideret filium ſuum Iſaac. Atque etiam diſpenſauit cum Samſone, ut ſeipſum occideret cum Philiſthæis, ut habetur Iudic. 16. item cum Eleazaro qui (ut narratur. 1. Machabæorum ſexto,) interfecit elephantum, a quo oppreſſus ſtatim occubuit. Deinde, diſpenſauit in furto, quā do præcepit filiis Iſrael, ut bona Ægyptiorum ſecum auferrent. Item diſpenſauit in fornicatione, quando præcepit Oſeæ Prophetæ, ut acciperet mulierem fornicariam, & ſuſciperet filios fornicationis.

Quartum. Iudic. 16. 1. Mach. 6.

Item, coniugium inter fratres iure naturali prohibitū eſt, ut habet ſana doctrina: ſed in hoc diſpenſatum eſt in primordio generis humani; nam certū eſt, ꝙ inter filios Adæ fuit uerum matrimonium; & inter Abraham, & Saram, quos fuiſſe fratres, ualde probabile eſt.

Quintum.

Vltimo, obſeruatio ſabbathi eſt de lege naturali, cuius præceptum in Decalogo continetur. ſed in hoc fuit diſpēſatum tempore Machabæorum: dicitur enim, 1. Machabæorum. 2. Cogitauerunt inter ſe dicentes, Quicumq; uenerit ad nos in die ſabbathorum pugnare, pugnemus aduerſus illum.

Sextum. 1. Mach. 2.

De hac quæſtione uerſantur quattuor opiniones inter Doctores. Scotus in tertio, diſtinctione trigeſimaſeptima quæſtione unica, tenet, quod duo priora mandata primæ tabulæ non ſunt diſpenſabilia; tertium uero de ſanctificatione ſabbathi, & omnia præcepta ſecundę tabulæ ſunt a Deo diſpenſabilia. Durandus in primo, diſtinctione 47. quæſtio. 4. tenet omnia præcepta Decalogi eſſe prorſus indiſpenſabilia. excipit tamen præceptum de honorandis parentibus, & non occidendo. Ocham in 2 quæſt. 19. tenet, nihil adeo eſſe peruerſum, & iniquum, quin diſpenſatione diuina poſſit fieri licitum, atq, laudabile, ēt odium Dei. Et probat ſic. nam quidquid non implicat contradictionē Deus poteſt facere, vt patet ex illo; Quia nō erit impoſſibile apud Deum omne uerbum. ſed hoc non

Scotus. Duran. Ocham. Lucæ. 1.

 impli-

implicat contradictionẽ:ergo Deus poteſt efficere. Deinde, ſi nulla eſſet lex, odium Dei non eſſet peccatum, ſicut ſupra traditum eſt in principio huius materiæ: ſed Deus poteſt deobligare hominem ab uniuerſa lege, tum naturali, tum poſitiua: ergo tunc odium Dei non eſſet peccatum. D.Th. hoc in loco intendit, præcepta Decalogi eſſe omnino indiſpenſabilia: quia continẽt in ſe ipſam rationem recti, & iuſti: quapropter ab eis deficere, ſemper illicitum, & iniuſtum eſt.

D. Th.

Diſpenſare quid.

Pro explicatione ſententiæ D.Th. ſciendum eſt, ꝙ diſpenſare, eſt auctoritate ſuperiori, ratione legis manente inuariata, & in eodem ſenſu, aliquem eximere ab obſeruatione, & legis obligatione. Nam ſi uariatur ratio legis, vel mutatur eius ſenſus, non diſpenſatur lex, ſed ceſſat, & fit interpretatio per epicheiam ſicut ſupra dictum eſt. Secundo notandum eſt, ꝙ licet ratio boni, & recti poſſit præcipi ſub quadam generali ratione, ſ. Non eſt iniuſte operandum; Iuſtitia eſt ſeruanda: nihilominus tamen a parte rei ſemper præcipitur in quibuſdam actionibus particularibus; Non occides; Non furtum facies. Tertio notandum eſt, ꝙ quibuſdam actionibus humanis adeo eſt coniuncta ratio recti, & iuſti, ut ſit propterea ab illis omnino inſeparabilis. Contrario uero quibuſdam actionib. humanis adeo eſt coniuncta ipſa ratio praui, ut ſit ab illis prorſus inſeparabilis, ut eſt uidere in Dei odio, atque deſpectu.

Præcepta Decalogi indiſpenſabilia.

Ex his principijs concludo primum, quod illud præceptum uniuerſale, Non eſt iniuſte operandum, eſt prorſus indiſpenſabile. Nam ſi liceret iniuſte operari (& hoc poteſt diſpenſatio efficere) iam ſequitur, quod licitum, eſſet illicitum; & iuſtum, eſſet iniuſtum; & ꝙ conſentaneum rationi, eſſet contra rationem. Denique; ſequitur euidens contradictio. Nam ſi licet operari iniuſtum; ergo licitum eſt, & iuſtum: & ex alia parte operamur iniuſte: ergo iniuſtum, eſt iuſtum. Secundo ſequitur, ꝙ præcepta particularia earum rationum quæ continent rationem iuſti & boni, prorſus ſunt indiſpenſabilia: nã in his diſpenſare, perinde eſt ac diſpenſare in illo præcepto generaliſſimo, Iniuſte non eſt operandum. Præterea, hæc operatio intrinſece eſt mala, ſic adeo ꝙ eius prauitas ab ea ſeparari nõ poteſt: ergo implicat contradictionem, ꝙ licite, & iuſte exerceri ualeat: nã ſi licite exercetur: ergo licita eſt. & ex alia parte intrinſece illicita eſt: ergo eſt licita, & illicita. Denique ſequitur, præcepta Decalogi eſſe omnino indiſpenſabilia; nam continent in ſe ipſam rationem iuſti, tum in ordine ad Deum, tũ in ordine ad proximum: ergo indiſpenſabilia ſunt. Conſequentia argumenti euidens eſt, & probatur antecedens. Nam in Decalogo non pręcipitur, vt reddamus Deo debitum, & proximo quomodocumque, ſed quãdo recta rõ dictauerit eſſe reddendum. Rurſus, præceptũ de non furando, non præcipit, ut aliena non accipiamus, ſed ne iniuſte aliena accipiamus: atque adeo præceptum de non occidendo, non præcipit ꝙ numquam occidamus, ſed ne iniuſte occidamus. Sed implicat contradictionem, ꝙ non liceat reddere debitum, quando recta ratio naturalis dictat eſſe reddendum, & ꝙ liceat iniuſte accipere alienum, aut iniuſte hominem occidere. Præterea, præcepta Decalogi affirmatiua præcipiunt id quod ſecundum ſe iuſtum eſt, & rectum, & præcepta negatiua prohibent id quod ſecundum ſe iniuſtum eſt, & iniquum; quo maxime diſtinguuntur a præceptis legis poſitiuæ: ergo eſt implicatio contradictionis, ꝙ diſpenſabilia ſint: nam ſi diſpenſabilia ſunt: ergo licet facere id quod ſecundum ſe iniquum, & iniuſtum eſt. Vltimo, præceptum illud generale, Iniuſte non eſt operandum, prorſus eſt indiſpenſabile, vt ex dictis manifeſtum eſt: ſed ex illo principio colliguntur præcepta Decalogi, vt concluſiones euidentes: ergo ſi illud principium eſt indiſpenſabile, & immutabile, præcepta Decalogi indiſpenſabilia ſunt.

Solu arg. ad primum.

Ad argumenta in contrarium, & ad primum argumentum reſpondetur, ꝙ Ariſtoteles non loquitur de iuſto naturali, quod continet in ſe rationem iuſtitiæ, & rectitudinis ſ. iuſtitiam eſſe ſeruandam, iniuſtum non eſſe operandum: ſed loquitur quantum ad modos particulares obſeruationis iuſtitiæ, qui ſæpenumero fallunt: ut quãdo depoſitum eſt reddendum, quando ſit ſeruandum iuramentum. Secundo reſpondetur, ꝙ quando lex variatur, non eſt diſpenſatio, ſed epicheia, ut dictum eſt.

Ad ſecund. D. Th.

Ad ſecundum eſt multiplex dicendi modus. D. Tho. 2.2.q. 88. artic. decimo, ad ſecundum, uidetur docere, ꝙ cum Papa diſpenſat in voto, non diſpenſat in iure naturali, aut diuino, ſed tantum in iure humano; nam uotum eſt uinculum quoddam humanum, quod quiſque ſua voluntate inſtituit. Sed in hac ratione diſpenſandi multæ inuoluuntur difficultates, quas examinare non eſt præſentis ſpeculationis. Doctiſſimus Magiſter Cano, in relectione de pœnitentia, parum ante finem dicit, quod Papa auctoritate diuina a Chriſto Domino tradita diſpenſat in uotis. & quod habeat hanc auctoritatem, patet ex illo, Quodcumque ſolueritis ſuper terram, &c. Patet etiam ex perpetua traditione Eccleſiæ. Doctiſſimus Victoria ſolebat dicere, ꝙ Papa poteſt diſpenſare in votis, abſque eo ꝙ diſpenſet in lege naturali, aut humana; ſicut magnus œconomus Principis poteſt ex legitima cauſſa diſpenſare in debitis domini ſui, abſque diſpenſatione legis naturalis: ſic ſe habet Summus Pontifex Vicarius Chriſti Domini, cum in votis diſpenſat.

Cano.

Victoria.

D. Th.

Diuus Thomas in hoc articulo dicit, quod in principijs ſecundarijs legis naturæ, quæ non ſunt præcepta Decalogi, cuiuſmodi eſt præceptum de reddendo depoſito, de uoto ſeruando, poteſt cadere diſpenſatio; non autem in præceptis primarijs. Ratio differentiæ eſt: nam præcepta primaria, quæ ſunt in Decalogo, ſunt concluſiones, q̃ infallibiliter inferuntur ex illo generaliſſimo principio, Iniuſte non eſt operandum: ceterum principia ſecũdaria non inferuntur infallibiliter; & ideo contra ea operari non eſt ſimpliciter intrinſece malum. Hanc concluſionẽ approbat, defenditque Pater Soto lib. 2. de iuſtitia, quæſtione tertia, artic. 8.

Soto.

Ad tertium.

Ad tertium argumentum reſpondetur, quod Deus nõ poteſt deobligare hominẽ a lege naturali: ſed dato quod poteſt, diſputationis gratia; tunc adulterium & eſſet peccatum, & non eſſet peccatum, ſicut demonſtratum fuit ſupra in materia de legibus in principio. Deinde dico, quod etiam ſi Deus tolleret legem naturalem, & id poſſet efficere, non eſt conſequens, quod in lege naturali ſemel ſtatuta poſſit diſpenſare: nam ex eo ꝙ tollat legem naturalem, nulla ſequitur contradictio; ex eo uero quod diſpenſet in lege naturali, eſt euidens contradictio, quæ ſupra a nobis demonſtrata eſt.

Obiectio.

Sed dicet Theologus, Si præcepta Decalogi ſunt indiſpenſabilia, ſequitur ꝙ Deus aliquid extra ſe uelit neceſſario; ſequitur etiam, quod Deus neceſſario uelit mendacium eſſe malum, adulterium eſſe iniuſtum: quod aſſerere, uidetur aduerſari diuinæ Theologiæ. Vniuerſi enim Theologi defendunt, ꝙ Deus nihil neceſſario amat, niſi ſolam diuinam bonitatem.

Solu.

Ad hoc dicendum eſt, quod licet Deus nihil eorum quæ extra ſe ſunt neceſſario uelit, ſed libere; nihilominus neceſſario uult, ut ſi homo ſit, animal rationale ſit, propter neceſſariam connexionem terminorum. ſic Deus neceſſario vult, ut ſi mendacium ſit, malum ſit, quoniam intrinſece malum eſt. itaque Deus non uult vt ſit mẽdacium; ſed ſi ſit, neceſſario diſplicet illi, & execratur illud.

Ad quartum

Ad quartum argumentum reſpondetur, ꝙ illud non fuit diſpenſare, ſed uti auctoritate dominij plena, quam habet Deus in res omnes. itaque non fecit quatenus legiſlator, ſed quatenus Dominus. Si enim Deus feciſſet, ut res alienas, inuitis dominis, rationabiliter filij Iſrael auferrent, furtum eſſet licitum, & eſſet diſpenſare in lege furtiua: uero non ſic fecit Dominus, ſed res quarum habebat dominium, ſua iuſtiſſima uoluntate ademit Ægyptijs, & tradidit filijs Iſrael. Eadem uſus eſt poteſtate in uita filij Abrahæ, & in uxore Oſeæ, &c.

ad quintum

Sed ad quintum argumentum reſpondetur, ꝙ præceptum prohibens connubium inter fratres, non eſt pceptũ primarium legis naturæ, continens in ſe rationẽ iuſtitiæ, aut iniuſtitiæ. & ideo in primordio generis humani propter eius propagationem diſpenſatum fuit.

ad ſextum.

Ad ſextum reſpõdetur, quod illa cogitatio Machabæorum non fuit legis diſpenſatio, ſed epicheia: non enim tenemur ſeruare diem feſtum cum periculo mortis: & Dominus dicit, ꝙ opera caritatis diem feſtum non violant.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

HActenus dictum ſit de firmitate præceptorũ moralium. reſtat exponere, quomodo ſit obſeruandum præceptum ipſum: ſatis ne fuerit opus præcepti feciſſe, an vero modus virtutis cadat ſub præcepto?

ARTIC. NONVS,

Vtrum modus virtutis cadat ſub præcepto?

SVMMA TEXTVS.

PRima Cõcluſio. Aliquis modus virtutis, puta quod fiat ex ſciẽtia, cadit ſub præcepto legis humanę, ac diuinę. Quod enim aliquis facit ignorans, per accidens facit: vnde ſecundum ignorantiam aliqui iudicantur ad pęnam, uel ueniam, tum ſecundum legem humanã, tum ſecundum legem diuinam.

Secunda Cõcluſio. Aliquis modus uirtutis, puta quod operetur aliquis uolens, & eligens, cadit ſub præcepto legis diuinæ, non autem ſub lege humana. Nam in hoc importatur duplex motus interior, ſcilicet uoluntatis, & intentionis; quæ duo non iudicat lex humana; ſed diuina.

Tertia Concluſio. Modus ille uirtutis, ut quis operetur ex habitu, non cadit ſub præcepto aut legis diuinæ, aut humanæ. Nam operari ex habitu, eſt operari firmiter, & immobiliter, prompte, ac delectabiliter; & quantum ad hoc, modus uirtutis non cadit ſub præcepto legis diuinæ aut humanæ. Non enim ab homine, nec a Deo punitur ut legis tranſgreſſor, qui parentibus debitum honorem impendit, etſi habitum pietatis non habeat.

Triplex eſt modus virtutis.

Pro huius rei expoſitione notãdũ eſt, ꝙ modus virtutis triplex eſt. Vnus eſt, ꝙ fiat ex caritate, & affectu amoris diuini. Secũdus eſt, ꝙ fiat ex habitu virtutis, prompte, ac delectabiliter. Tertius eſt, vt fiat opus bonum ſecũdum debitas circũſtãtias. De primo modo infra diligentius inueſtigandum eſt. De ſecũdo modo certum eſt, ꝙ non cadit ſub præcepto: nam præcepta nõ dantur de habitibus, ſed de actibus. De tertio modo eſt maior difficultas, an ſit neceſſarium ad implẽdam legem, ꝙ opus ſit bonum ſecundum omnes circumſtantias; uel potius poſſimus per opus, alioqui malum, ſatisfacere legibus. uerbi gratia teneor dare eleemoſynam; confero illam propter inanem gloriam, numquid adimpleo præceptum? Ruſſus, tenetur quis audiſſe Miſſam, audit propter feminam quã turpiter amat, adimplet ne legem? De hac re diſſerit Diuus Thomas in hoc articulo, & ſequenti. Sit tamen prima propoſitio in huius rei expoſitione.

Legibus nõ ſit ſatis. niſi per deliberatũ opus.

Nemo poteſt ſatisfacere legibus, nec diuinis, nec humanis, niſi per opus humanum. (Voco opus humanum, opus liberum) Probatur hoc: nam facilius eſt uiolare legem, quam illam obſeruare: ſed nemo uiolat legem niſi per opus humanum: ea enim quæ non ſunt voluntaria, vel libera, non ſunt contra legem, neque imputantur ad peccatum: ergo non poſſumus obſeruare legem, niſi per opus humanum. Et confirmatur: nam pueri ante vſum rationis non adimplent legem, ea de cauſſa, quia non habent opus humanum, aut liberum. Ex quo ſequitur, quod qui dormiẽdo, aut ebrius recitauit officium diuinum, tenetur iterum vigilans recitare.

Obiectio.

Sed contra hanc ſententiam ſunt aliquot argumenta. In primis, ſi quis per uim cogitur ſoluere decimas, aut tributum, uere ſatisfacit legi, & debito. Ruſſus, ſi cui iniunctus eſt dies ieiunij in pęnitentiam, & ui, ut adimpleat pęnitentiam, priuatur cibo; ſine dubio ſatisfacit pęnitentiæ ſibi iniunctæ. Item confirmatur: nam ſi tale præceptum eſſet poſitum ſub pœna excommunicationis, certe non maneret excommunicatus: nam Eccleſia non iudicat de interioribus: ergo ad ſatisfaciendum legi non eſt neceſſarium opus humanum, & liberum. Ad hoc dicendum eſt in primis, quod non eſt eadem ratio de debitore pecuniæ: nam quomodocumque pecunia ueniat in manus creditoris, liber eſt a vinculo debiti: ceterum impletio pęnitentiæ, & cuiuſcũque præcepti, debet eſſe voluntaria. & ideo ſimilitudo non conſiſtit. Secundo dico, quod quando quis per vim ſoluit debitum, non implet præceptum coram Deo, quo tenetur alienum reſtituere, ſed peccat peccatum mortale.

Solutio.

Ad vltimum argumentum reſpondetur, quod ſine dubio ille maneret excommunicatus: nam licet Eccleſia non præcipiat de actibus interioribus ſecundum ſe, poteſt tamen præcipere ut ſunt principia, & circumſtantiæ actuum exteriorum. Eccleſia enim quæ præcipit vt ſingulis annis confiteamur peccata noſtra, præcipit ſubinde vt illa recogitemus. Ruſſus, Eccleſia quæ præcipit ut dicamus officium diuinum, præcipit ſubinde ut attente dicamus. & in Clementina multorum. de hæreticis. excommunicantur Inquiſitores, qui odio, uel amore inquirunt in quam cenſuram non incidunt, niſi iſtis affectibus delinquant.

Per opus malũ ex circumſtantia lex poteſt impleri.

Secunda propoſitio. Poſſumus ſatisfacere legibus humanis, atq; diuinis per opus malum ex circumſtãtia; dummodo ſit opus bonum ex obiecto. Quod ſit neceſſarium vt ſit opus bonum ex obiecto, patet. Nam ut ſatisfaciamus legi, neceſſum eſt ut faciamus opus præcepti; ſed præceptum non poteſt eſſe niſi de actibus bonis, ut ſupra demonſtratum fuit: ergo. Quod uero non ſit neceſſarium ut ſit ornatum omni circumſtantia, probatur. Nam licet intentio legiſlatoris ſit facere homines ſtudioſos, & ut operentur bene ex omni parte; intentio tamen legiſlatoris non cadit ſub præcepto: & ideo licet aliquis deficiat in aliqua circumſtantia, niſi ſit expreſſa in præcepto, legem nõ violat, nec præceptum præuaricatur.

Obiectio.

Sed contra hanc ſententiam ſic arguitur. Nam ſi illo opere ſatisfacimus legi: ergo illud opus bonum eſt. Probatur conſequentia: nam lex tantum datur de actibus bonis. Deinde, ſi illo opere ſatisfacimus legi: ergo eſt opus conſentaneum legi, & regulæ: ergo rectum eſt. Tertio, præceptum opus inducit nos ad uirtutem; ſed prauum opus non inducit nos ad uirtutem: ergo non ſatisfacit legi. Ad hæc argumenta dicendum eſt breuiter, quod opus, quod ex obiecto ſuo bonum eſt, & ex circumſtantia prauum, eſt commenſuratum legi ſecundum id quod præcipitur in lege, licet aliunde ex mala circumſtantia inficiatur. Secundo reſpondetur, quod eleemoſyna data propter vanam gloriam, ſi referatur ad legem eleemoſynæ, commenſurata eſt legi eleemoſynæ; ſi vero referatur ad legem de humilitate, & modeſtia ſeruanda, non eſt commenſurata tali legi: & ideo peccatum eſt.

Solutio.

Tertia concluſio. Vt obſeruatio præcepti ſit Deo grata, oportet ut ſit ab Spiritu amoris, & dilectionis diuinæ: quamdiu enim perſona diſplicet Deo, nullum eius obſequium eſt Deo gratum; dicitur enim Geneſis quarto. Reſpexit Deus ad Abel, & ad munera eius: prius reſpexit ad Abel, deinde ad eius munera: & in alio loco dicitur; Dona impiorum non probat Altiſſimus.

Geneſ. 4. Eccleſ. 34.

ART. DECIMUS.

Vtrum modus caritatis cadat ſub præcepto legis.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Modus caritatis eſt in præcepto, quando diuina lex præcipit actum dilectionis, & caritatis, ut cum diuina lex præcipit, Diliges Dominum Deũ tuũ ex toto corde tuo, & proximum ſicut teipſum.

Secunda Cõcluſio. Modus caritatis non cadit ſub alijs præceptis: nam præceptũ de honorandis parentibus non includit, quod honoretur pater ex caritate, ſed ſolũ quod honoretur: unde qui honoré tribuit, licet caritatem non habeat, non ſit huius præcepti tranſgreſſor, quamuis ſit tranſgreſſor præcepti, quod de actu caritatis, propter quam tranſgreſsionem pœnam meretur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Exponitur titulus articuli.

QVæſtio hæc; Vtrum modus caritatis cadat ſub præcepto; habet iſtum ſenſum, utrum teneamur obſeruare præcepta ex Spiritu amoris, & caritatis ut legibus ſatisfaciamus.

Argumẽta. Primũ argu.

Pro parte affirmatiua ſic arguitur. Nam uia recta, & certa ad cõſequẽdam ſalutẽ, eſt ſeruare diuina mandata, iuxta illud; Si uis ad uitã ingredi, ſerua mãdata: ergo ſi peccator ſeruat mandata, ſalutem conſequitur; ſed nõ poteſt ſalutem cõſequi ſine caritate: ergo non ſeruat mandata ſine caritate.

Secundum. Deinde, præcepto diuino tenemur habere Deum pro vltimo fine: quod patet ex illo; Oĩa in gloriam Dei facite; ergo tenemur referre vniuerſas operationes noſtras in Deum, ut ultimum finem ſuper omnia dilectum: de ratione enim ultimi finis eſt, ut diligatur ſuper omnia, & cetera propter ipſum. *1.Cor.10.*

Tertium. Tertio, ſi poſſumus adimplere diuina mandata ſine caritate, conſequens eſt quod poſſimus ea adimplere ſine gratia Dei. Conſequens eſt dogma Pelagianum, ut teſtatur D. Auguſtinus.

Aug. lib. de hære c. 88. Quartum. Quarto, qñ peccator adimplet diuina mandata, uel refert ſuas operationes in Deum, ut ultimum finem, uel non refert: ſi non refert, præuaricator eſt præcepti diuini, quo tenetur habere Deũ pro ultimo fine: ſi uero refert, ergo diligit Deum ſuper omnia: nam de ratione ultimi ſinis eſt, ut antea dictum eſt, ut diligatur propter ſe, & oĩa propter ipſum. Huic ſententiæ uidentur eſſe conſentanea ſanctæ Scripturæ teſtimonia, ut illud; Qui diligit Deũ, legem impleuit, & illud; Plenitudo legis eſt dilectio; & illud; Qui non diligit, manet in morte: & 1. Cor. 13. Si diſtribuero oẽs facultates meas in cibos pauperum, & ſi tradidero corpus meum: ita ut ardeam, nihil mihi prodeſt, ſi non habuero caritatem. Ex quibus teſtimonijs uidetur ſequi, ꝙ ſine caritate legi non ſatisfacimus. Huic ſententiæ uidetur fauere D. Th. articulo hoc, ubi hanc quæſtionem inueſtigat: dicit namq;, ꝙ quando quis honorat parentes, non habens caritate Dei ſuper oĩa, non eſt præuaricator præcepti de honorandis parentibus; eſt tñ præuaricator præcepti de dilectione Dei ſuper omnia: ergo tenemur ſeruare præcepta ex dilectione Dei ſuper oĩa. Propter hæc argumenta Dionyſius Ciſtercienſis in 1. d. 17. q. 1. artic. 3. tenet partem affirmatiuam huius quæſtionis, & Capreolus fauere uidetur in 2. diſt. 28. q. 1. a. 3. ad argumenta contra quartam concluſionem. *Probatur ex ſcripturis. 1.Cor.13. D. Thom. Dionys. Ciſt. Capre.*

Pro explicatione ueritatis ſciendũ eſt, ꝙ in actu dilectionis quo diligimus Deum, duo ſunt cõſideranda: vnũ eſt ipſa dilectio, quæ eſt operis ſubſtantia; aliud uero eſt diligere iſto modo, ex toto corde, ex tota aĩa, ſuper oĩa: & de iſto modo diſputatur, utrum cadat ſub præcepto diuinæ legis. Secundo ſciendum eſt, ꝙ caritas eſt finis oĩum præceptorũ: ſic. n. dicit Paulus. 1. ad Tim. 1. Finis præcepti eſt caritas: oĩa. n. præcepta referuntur ad caritatem Dei ſuper omnia. Tertio notandum eſt, ꝙ ipſamet caritas cadit ſub præcepto particulari, & illo quidẽ maximo, Diliges Dñm Deum tuũ ex toto corde tuo, &c. Ex quo ſequitur, ꝙ caritas, ſi referatur ad alia præcepta, eſt finis illorum præceptorũ; ſi aũt referatur ad præceptũ de dilectione, eſt eius ſubſtantia, & forma. Propoſita igitur quæſtio poteſt uerſari in duplici ſenſu. Primus eſt, utrum poſſimus implere præceptum caritatis ſine modo caritatis. Poſterior eſt, utrum poſſimus implere cetera diuina mandata ſine caritate, & eius modo. De priori ſenſu agendũ eſt prius, & dicendum, ꝙ qñ inſtat obligatio de dilectione Dei, non poſſumus ſatisfacere huic præcepto ſine modo caritatis, ſcilicet ex toto corde, ex tota aĩa, ſuper omnia. Patet clare ex illo; Diliges Dñm ex toto corde, ex tota aĩa, &c. in quibus uerbis nõ ſolum præcipitur ſubſtantia, ſed & modus dilectionis. Præterea, qui implet hoc præceptum, amicus Dei conſtituitur: at nemo põt eſſe amicus Dei ſine dilectione Dei ſuper oĩa. Ruſus, qui implet hoc præceptũ, diligit Deũ, ut plane conſtat: ſed qui diligit Deum, diligitur a Deo, ut apparet ex illo Ioãnis. 14. Sed nemo diligitur a Deo niſi ſit in gratia, & dilectione Dei ſuper oĩa: ergo nemo adimplet hoc præceptum ſine dilectione Dei ſuper oĩa. Vltimo, dilectio commenſurari debet rei amabili: ſed obiectum huius dilectionis eſt Deus, qui eſt bonũ infinitum: ergo dilectio cõmẽſurata huic præcepto ea eſt, quæ ſuper oĩa eſt: Deus namq; præ oĩbus diligendus eſt. Verum eſt tñ, ꝙ quadam ex parte põt adimpleri hoc præceptum ab hoĩe exiſtẽte in peccato mortali ſine gratia, & Dei dilectione. Nam homo exiſtens in peccato mortali põt reſpõdere ꝓ diuino honore, qñ nomen eius blaſphematur: & hoc eſt quadam ex parte implere præceptum dilectionis: ceterũ qñ inſtat obligatio de dilectione Dei interiori, nemo põt huic præcepto ſatisfacere, niſi in gratia, & dilectione Dei ſuper oĩa conſiſtat. Hactenus de primo rei ſenſu. De ſecundo ſenſu breuiter agendum eſt: cuius rei ueritas in tribus punctis conſiſtit. Primum eſt, ut obſeruatio præcepti ſit grata Deo, neceſſarium eſt ut procedat a perſona grata, & a gratia, & dilectione Dei ſuper omnia. Hoc eſſe uerum, ſupra demonſtratum eſt efficacibus argumentis. Secundo dico, ut adimpleamus præcepta diuina perfecte, tum quantum ad intentionem legiſlatoris, tum quantũ ad ſubſtãtiam operis, neceſſum eſt ut eius impletio procedat ex gratia, & dilectione Dei ſuper oĩa. Nam intentio legiſlatoris eſt, ut noſtra opera ſint meritoria vitæ æternæ: ſed non poſſunt eſſe meritoria ſine gratia, & dilectione Dei ſuper oĩa: ergo. Tertio dico, bene poſſumus ſatisfacere alijs præceptis diuinis, atq; humanis ſine gratia, & caritate Dei ſuper oĩa, ita ut non contrahamus nouam culpam. Probatur hoc: tñ finis præcepti nõ cadit ſub præcepto, ut patet ex dictis. ſed caritas eſt finis omnium aliorum præceptorũ, ut dicit Paulus. ergo non cadit ſub ꝑcepto. Deinde, ſi tenemur vnumquodque præceptum adimplere in gratia, & caritate, uel hæc obligatio oritur ex ui aliorum præceptorum, uel ex ui ꝑcepti de caritate. Nõ naſcitur ex ui aliorum præceptorũ: nam alia præcepta, cum ſint naturalia, non excedunt modum naturæ. ergo non obligant ut adhibeamus modum caritatis, qui eſt ſupernaturalis. Quod uero non oriatur ex ui præcepti de caritate, ſic demonſtro. Præceptũ caritatis eſt affirmatiuum, quod obligat certo tempore, quod tẽpus eſt neceſſario cõiunctum alijs temporibus in quibus alia præcepta obſtringunt. Hæc omnia confirmantur ex conſenſu proborum hominum, qui exiſtimant, ſatis impleſſe præcepta, ſi exequantur operum ſubſtantiam, licet actu in Deum non referant. De hac re diſputat locupletiſſime Soto lib. 1. de natura & gratia cap. 22. *Matt. 22. Ioan. 14. Prima aſſertio. Secunda. Tertia. 1. Timoth. 1. Soto.*

Solutio argumentorũ. Ad primũ. Ad primum argumentum in contrarium reſpõdetur, uerissimum eſſe, quod ille qui ſeruat diuina mandata, ſaluus erit: ſed peccator, licet ſeruet aliqua diuina mandata, nõ tamen omnia. nam eſt tranſgreſſor illius præcepti, ratione cuius eſt in peccato. de quo ſi non pœniteat, ſaluus non erit. Secundo reſpondemus, quod inter omnia

præce-

præcepta eſt unum de caritate, quod ſine gratia, & dilectione Dei ſuper omnia impleri non poteſt.

ad ſecundū Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, eſſe præceptum affirmatiuum, quo tenemur habere Deum pro vltimo fine, in hoc ſenſu, quod aliquo tempore determinato tenemur nos, noſtraque in Deum referre, & illū p̄ ceteris diligere. Negatiue uero ſemper tenemur nullam rem Deo anteferre: huic autē præcepto ſufficiēter ſatisfacimus, ſi faciamus opera in Deum referibilia, licet actu in Deum non referamus, ſicut traditū eſt contra Gregorium de Arimi. q.18.art.9.

ad tertium Pri. conc. Ad tertium argumentum reſpōdetur, quod nemo poteſt implere diuina mandata, niſi adimpleat p̄ceptum magnū de caritate, quod ſine gratia adimpleri non poteſt: & ideo ſine gratia omnia diuina mandata adimpleri non poſſunt. Secūdo reſpondetur, ꝙ etiam omnia alia ſine adiutorio diuinæ gratiæ impleri non poſſunt poſt naturam lapſam: nam poſt naturam lapſam homo eſt velut infirmus, qui aliquos paſſus progredi poteſt, ſed nō multos: non aliter homo poſt naturam lapſam vnum aut alterum præceptum adimplere poteſt, omnia tamen non poteſt ſine adiutorio diuinæ gratiæ.

ad quartum Ad quartum iam dictum eſt, quemadmodum teneamur habere Deum pro vltimo fine.

ad auctoritates ſcripturæ. Ad auctoritates ſanctæ Scripturæ reſpondetur, ꝙ qui diligit Deum, ſine dubio adimplet perfecte, & conſumate vniuerſam legem: ex hoc tamen non ſequitur, ꝙ ſine caritate diuina mandata impleri non valeant.

ad D. Tho. Ad auctoritatem Angelici Doctoris Thomæ reſpondetur, ꝙ quando tempore quo aliquis tenetur honorare parentes, ſimul concurrit tempus quo tenetur diligere Deū ſuper omnia, ſi non habeat caritatem, & honoret parētes, eſt quidem præuaricator, non præcepti de honorandis parentibus, ſed præcepti de dilectione Dei ſuper omnia: nō tamen ſemper cōcurrit tempus quo tenetur diligere Deū ſuper omnia cum alijs temporibus aliorum præceptorū, Atque de præceptis moralibus hactenus.

ART. VNDECIMVS.

Vtrum conuenienter diſtinguantur alia moralia præcepta legis præter Decalogum.

Concluſio eſt affirmans.

ART. DVODECIMVS.

Vtrum præcepta moralia ueteris legis iuſtificarent.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Præcepta moralia ueteris legis iuſtificabāt ſecundum quod iuſtificatio importat ſignificationem, vel diſpoſitionem iuſtitię. Diſponebāt enim homines ad gratiam Chriſti iuſtificantem, quam etiam ſignificabant.

Secunda Secunda Concluſio. Si accipiatur iuſtificatio pro executione iuſtitię, & ſic pręcepta moralia iuſtificabant, in quantum continebant id quod ſecundum ſe iuſtum eſt.

Tertia Tertia cōcluſio. Si accipiatur iuſtificatio pro executione iuſtitiæ, ſic omnia præcepta legis iuſtificabant; aliter tamē & aliter. Nam præcepta cæremonialia continebāt quidem iuſtitiam ſecundum ſe in generali, prout ſcilicet exhibebātur in cultu Dei: in ſpeciali vero non cōtinebant ſecundum ſe iuſtitiam, niſi ex

per Moyſem, & Aaron. Et qa manifeſta ſunt principia cognoſcendi ea q̄ non ſunt manifeſta, p̄cepta moralia ſuperaddita Decalogo reducuntur ad præcepta Decalogi p̄ modum cuiuſdā additionis ad ipſa: quia in primo præcepto ꝓhibetur cultus alienorum Deorum, cui ſuperadduntur præcepta prohibētia cultum idolorū; & ſub p̄cepto periurij ꝓhibetur blaſphemia; p̄cepto de honore parentum ſuperadditur p̄ceptum de honore ſenum; & ſub prohibitione homicidij ꝓhibetur quodlibet odium; & ſub p̄cepto adulterij qdlibet meretricium, & ſic de ſingulis.

Hæc doctrina a D. Th. in hoc articulo tradita, eſt Theologis valde neceſſaria. Primū; quia ſicut ad res naturales cognoſcendas, plurimū retulit, omnia entia ad decem p̄dicamenta reduci; ita ad cognoſcenda omnia genera vitiorum, & reponēdos actus virtutū in ſuo ordine, plurimū expedit ad decē p̄cepta referri. Deinde, & cōfeſſoribus magnā vtilitatē affert, vt ſciant ordinare peccatorū conſcientias diſcutere. Denique vtilis eſt ēt p̄dicatoribus, ſi quando voluerint legem diuinam populis interpretari: hinc .n. diſcent quid circa quodque præceptum ſit tractandum. Illud etiam conſiderabit Theologus, ꝙ ordo quē D. Th. hic ſequitur, aliquāto diuerſus eſt ab eo quē art. 1. huius q̄nis propoſuerat: nā ibi cōmuniſſima principia extra ordinē poſuit, & tres gradus recenſuit ſecundum ordinem noſtræ cognitionis; hic uero rerum ipſarum ordinem attendēs triplicem gradū ſtatuit; in primo ordine ponit cōmuniſſima principia. Demum aduertat Theologus, ꝙ ea quæ in p̄ceptis Decalogi continentur, habēt duo; & ꝙ ſunt cognitione facillima, & ꝙ ſunt vſu frequētiſſima. Quare illa q̄ his ſuperadduntur, aut nō ſunt tā facilia cognitu, aut nō ita frequenter in communi uſu eueniunt. Et p̄ hoc ſoluuntur dubia multa q̄ ex hoc articulo ſuboriri poterant, nempe, quare blaſphemia ſit ſuperaddita ſecundo p̄cepto, cum ſit magis nota quam periuriū, & quare rapina ſuperaddatur furto; aut vitia contra naturā ſuperaddātur ſexto præcepto, cum hæc omnia ſint magis nota quantum ad culpam. Rō eſt, quia licet hęc ratione naturali facilius cognoſcantur, quam ea quæ continentur in ipſis præceptis; tamen raro eueniunt, & non ſunt humano more, frequenter occurrētia.

EXPLICATIO ARTICVLI.

ASſertio p̄ſentis articuli ita probatur: quoniam præcepta iudicialia, & cæremoniæ, uim habēt ex ſola iſtitutione; qa antequā inſtituerentur, non differebat, vtrum ſic, vel aliter fierent: ſed pręcepta moralia habēt efficaciam ex ipſo dictamine rationis, & ſi in lege numquā ſtatuerētur. Triplex aūt horū eſt gradus: Nā qdā ſunt communiſſima, & tā manifeſta ꝙ non indigeant editione, ſicut mandata de dilectione Dei, & ꝓximi, quæ ſunt fines præceptorū; & in his nemo errare poteſt ſecundū iudiciū rationis. Quędā uero ſunt magis determinata, quorū rōnē ſtatim qlibet ēt popularis pōt de facili uidere: & tū quia in paucioribus circa huiuſmodi cōtingit iudiciū humanū peruerti, talia editione indigent; & hæc ſunt p̄cepta Decalogi. Sed q̄dā ſunt quorū ratio adeo manifeſta non eſt, ſed ſolū ſapientib.: & iſta ſunt p̄cepta moralia ſuperaddita Decalogo, tradita populo a Deo

EXPLICATIO ART.

NOn eſt neceſſe demōſtrari a nobis, quomodo lex uetus cum uniuerſis ſuis pręceptis non iuſtificabat homines coram Deo: ſcimus enim ex Diuo Paulo; Quia ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Rom. 8 Cuius ſententię duplex eſt expoſitio. Prior eſt, ex operibus legis non iuſtificabitur omnis caro; quia nemo eſt qui faciat legem, ſed omnes ſunt tranſgreſſores legis. Altera eſt, ex operibus legis, & ſi ipſa præſtētur, nō poterit aliquis iuſtificari apud Deū. Cum enim iuſtificatio, de qua hic ſermo eſt, ſit gratuita, æque ad efficiendam eam inualida ſunt moralia atque cæremonialia p̄cepta. Quare omittere potuiſſet Apoſtolus genitiuum, Legis, & abſolute dicere, Ex operib. nō iuſtificatur

catur omnis caro coram Deo: verũ adiecit illam particulã, vt magis urgeret Iudæos, qui in lege ſibi data acquieſcebant, quaſi illa uim haberet iuſtificandi. Sed & D. Aug. docet aperte, quod ex merito operum legis, non tantum cæremonialis, verum etiam Decalogi, & legis naturalis, nullus homo iuſtificabitur apud Deum. Hoc modo intellecta ſententia videndum eſt, quomodo non pugnet cum illa, quę eſt ad Rom. 2. Factores legis iuſtificabuntur. Auguſtinus exponẽs hũc locum, Iuſtificabũtur, inquit, Ita dictum eſt, ac ſi diceretur, iuſti habebũtur, aut deputabũtur. & affert locũ ſimilem ex ca. 10. Lucæ, Ille uolens iuſtificare ſeipsũ id eſt, pronũciare ſeu declarare ſe iuſtũ: in qua ſignificatione etiam accipitur illud Matthæi 11. Iuſtificata eſt ſapiẽtia a filijs ſuis; id eſt, pronunciata eſt eſſe iuſta, calumniantibus eã interim Iudæis. Alijs item locis tum noui, tum veteris teſtamenti frequẽter in hac ſignificatione obuiũ eſt, iuſtificare. Atq; ſecundũ hãc ſignificationẽ uocabuli facile eſt intelligere cõciliationẽ iſtarum ſententiarũ: quia altera, quæ habet; Ex operibus legis neminem iuſtificari, accipiẽda eſt de iuſtificatione, qua ex impio quiſpiam fit iuſtus: altera, quæ hoc loco habetur. Factores legis iuſtificabuntur, de acceptatione diuina, qua eũ qui iã iuſtus eſt, propter obſeruationẽ legis acceptat ad uitam. Poteſt difficultas hæc aliter expediri, vt dicamus, apud Paulum obſeruationem legis, ſiue opera legis bifariam accipi. altero modo; vt fiunt citra fidem ab eo qui nondum credit. & iuxta hunc modum pronunciat Apoſtolus de operib. legis, ꝙ ex eis nemo iuſtificabitur apud Deum. Altero modo, ut ſunt ex fide facta ab eo qui credit, & iuxta hunc modum pronunciat de eis Paulus, ꝙ qui ea fecerint, iuſtificabuntur apud Deũ. quod & D. Iac. aſtruit, diſputationem ex operibus ex fide factis, ita concludens; Videtis (inquit) quoniam ex operib. iuſtificatur homo, & non ex fide tantum. Deinde propoſito nouo exẽplo eandem rem inculcãs, Similiter, inquit, & Rahab meretrix ſuſcipiens nuncios, &c. Quod autem Ambroſius interpretatur, factores legis eſſe, qui credunt in Chriſtum non eſt plena interpretatio, neque uult ille ſua interpretatione nullam eſſe operum iuſtitiam, ſed hoc tantũ vult, quod nemo uere præſtet legem, niſi qui credit in Chriſtũ. Diuus Thomas in hoc articulo in ſolutione primi dicit, quod factores legis iuſtificabuntur, id eſt, exercebunt opus iuſtitiæ.

Augu. lib. de ſpir. & lit. c. 8. — Roma. 2. — Aug. lib. de ſpiri. & lite. c. 26. — Luc. 10 — Matth. 11. — Iacobi 2. — Ambr.

ſola determinatione legis diuinæ; & ideo de huiuſmodi præceptis dicitur, quod non iuſtificabant niſi ex deuotione, & obedientia faciẽtiũ. Præcepta uero moralia, & iudicialia continebant id quod ſecundum ſe iuſtum erat, vel in generali, vel etiã in ſpeciali. Sed moralia præcepta continebant id quod ſecundum ſe eſt iuſtum ſecũdum iuſtitiam generalẽ, quæ eſt omnis virtus, vt dicitur 5. Ethic. Præcepta uero iudicialia pertinebant ad iuſtitiam ſpecialem, quæ conſiſtit circa contractus humanæ uitæ, qui ſunt inter homines ad inuicem.

Quarta cõcluſio. Si loquamur de iuſtificatione proprie dicta, qua homo iuſtus eſt apud Deum, non iuſtificabant: quia præcepta & ſacramenta veteris legis non continebant gratiam, nec eam conferebant, ſicut ea quę in noua ſunt lege.

EXPLICATIO ARTICVLI.

HAec cõcluſio probatur. Nã cæremonialia præcepta determinant præcepta moralia in ordine ad Deũ, ſicut iudicialia determinant moralia in ordine ad proximum. ſed homo ordinatur ad Deum per debitum cultũ. Quare cæremonialia dicuntur, quæ ad cultum Dei pertinent immediate ſeu præparatiue.

Hic tantum obſeruandum eſt, quod D. Tho. in ſolutionibus argumẽtorum varias huius nominis, Cæremonia, interpretationes & etymologias colligit, ſed nõ oportet in nominibus immorari, cũ res ſit apertiſſima. Nã cęremonia nihil aliud eſt, quam religio ſacrorum, quę ad Dei cultum pertinent: ſic uſurpat Cicero hoc vocabulum ſępiſſime in ſuis operibus.

QVAESTIO CI.

De præceptis cæremonialibus ſecundum ſe, in quattuor articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum ratio præceptorum cæremonialium in hoc conſiſtat quod pertinent ad cultum Dei.

Concluſio eſt affirmatiua.

ART. SECVNDVS.

Vtrum præcepta cæremonialia ſint figuralia.

Concluſio eſt affirmatiua.

ART. TERTIVS.

Vtrum debuerint eſſe multa cæremonialia præcepta.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ART.

PRo huius concluſionis elucidatione obſeruandum eſt, quod duplex eſt cult' Dei; vnus interior, qui conſiſtit in hoc, ꝙ anima cõiungitur Deo ꝑ intellectũ & affectũ; & alius exterior, qui ad interiorem ordinatur. Homo enim compoſitus eſt ex anima, & corpore & ſecundum ꝙ diuerſimode intellectus, & affectus colentis Deum recte coniũgitur ipſi Deo, ſecundum hoc diuerſimode exteriores actus hominis ad cultũ Dei applicantur. Nã in ſtatu futuræ beatitudinis intellectus humanus diuinã ueritatem in ſeipſa intuebitur. Quare exterior cultus nõ cõſiſtit in aliqua figura, ſed ſolum in laude Dei, quæ conſiſtit in exteriori cognitione, & affectione. Sed in ſtatu pſentis vitæ nõ poſſumus diuinã veritatem in ſeipſa intueri, ſed oportet radium diuinæ veritatis nobis illueſcere ſub aliquibus ſenſibilibus figuris; diuerſimode tamẽ ſecundum diuerſum ſtatum cognitionis humanę. In ueteri enim lege nec ipſa diuina ueritas erat manifeſta, nec adhuc propalata erat uia ad hoc perueniendi: unde neceſſe erat exteriorẽ cultum veteris legis nõ ſolum eſſe figuratiuum futurę ueritatis manifeſtandę in patria, ſed ẽt eſſe figuratiuũ Chriſti, qui eſt uia ducens ad illam patriæ ueritatem. In ſtatu autem nouæ legis hæc uia iam eſt reuelata. quare hanc non oportet præfigurari ſicut futuram, ſed per modum præteriti, vel præſentis commemorari. Oportet autem ſolum præfigurari futuram ueritatem gloriæ nondum reuelatam, vt dicit Apoſtolus; Vmbram habens lex futurorum bonorum, non ipſam imaginem rerum. vmbra enim minus eſt, quam imago: tamquam imago pertineat ad legẽ nouam, umbra uero ad ueterem. Heb. 10.

EXPLICATIO ARTICVLI.

COncluſio iſta in primis probatur ex illo Oſeæ 8. Scribã eis multiplices leges meas. & Iob. 11. Vt oſtenderẽ tibi ſecreta ſapiẽtiæ, ꝙ multiplex ſit lex eius. Deinde ex eo, ꝙ inter hoies sũt alii qui proni ad malũ, & alij ex natura, aut cõſuetudine, ſiue ex grã ad bonũ. & quantũ ad omnes expediens fuit pręcepta cæremonialia multiplicari, ne in idolatriam inciderent

rent, ſed ex parte bonorum ex multiplicibus præceptis aſſidue mens in Deum referebatur, & myſterium Chriſti quod figurabatur, magis propalabatur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

ART. QVARTVS.

Vtrum cæremoniæ ueteris legis conuenienter diuidantur in ſacrificia, ſacramenta, ſacra, & obſeruantias.

Concluſio eſt affirmans.

QVAEST. CIII.

Præſens concluſio ſic probatur. Nã in ueteri lege ſingula prædicta cęremoniæ uocantur. Sacrificia n. dicũtur cęremonię, Num. 15. Offeret uitulum, & ſacrificia eius ad libamenta, ut cęremoniæ eius poſtulãt. De ſacramẽtis etiam orat. dr, Hęc eſt unctio Aaron, & filiorum eius in cęremoniis. De ſacris etiam dicitur; Hæc ſunt inſtrumenta tabernaculi teſtimonij in cęremoniis Leuitarum. De obſeruantiis etiam dicitur; Si auerſi fueritis non ſequentes me, neque obſeruantes cęremonias quas propoſui uobis. Probatur deinde, quia, ſicut ſupra dictum eſt, cęremonialia præcepta ordinantur ad cultum Dei, in quo quidẽ cultu conſiderari põt & ipſe cultus, & colentes, & inſtrumẽta colendi. Ipſe aũt cultus ſpecialiter conſiſtit in ſacrificiis, quæ in Dei reuerentiam offeruntur. Inſtrũ autem colendi pertinent ad ſacra, ſicut eſt tabernaculum, & uaſa, & alia huiõi. Ex parte autem colentium duo põt conſiderari. ſ. eorum inſtitutio ad cultum diuinum. quod fit per quandam conſecrationem uel populi, uel miniſtrorũ; & ad hoc pertinent ſacrã; & iterum eorum ſingularis cõuerſatio, per quam diſtinguuntur ab his, qui Deum non colunt, & ad hoc pertinent obſeruantiæ, puta, in cibis, & ueſtimentis, & aliis huiuſ modi. Hic ñ obſeruandum eſt, ꝙ cęremoniarum legis antiquæ fuere quattuor ſpecies. Prima, ſacrorum: Sacra n. dicuntur ea, quæ ad cultum diuinũ tamquam inſtrumẽta peculiaria deputantur; ſicut ueſtes ſacerdotales, templa, & altaria. Circa templum nota, ꝙ tẽpore legis antiquæ fuit mobile tabernaculum, quo Deus colebatur. Fuit & templum firmum & immobile, a Salomone conſtructum, a Zorobabele reædificatum, & hoc nõ uacat myſterio. Status tabernaculi mobilis ſignificat trãſlationem antiquæ legis: at uero ſtatus templi firmi ſignificat firmitatem legis Euangelicę, de qua firmitate ſcriptũ eſt; Oculi tui uidebunt habitationem opulentã, tabernaculũ quod non transferri poterit. Secunda ſpecies fuit ſacrificiorum, quæ erant in triplici differentia: erat enim ſacrificium pro peccatis in remiſſionem ſceleris admiſſi; erãt hoſtiæ pacificorum pro gratiarum actione, & pro beneficiis impetratis; & erat holocauſtum, quod totum ardebat in reuerentiam diuinæ maieſtatis. At in Euangelio Chriſtus Dominus uno expleuit ſacrificio uarietatem dictarum uictimarum. Tertia ſpecies fuit ſacramentorum, quæ erant cęremoniæ ad ſanctificationem hominũ inſtitutæ, ſiue omnium, ut circumciſio, ſiue ſingularium, ut ordinatio ſacerdotum, & conſecratio pontificum. Quarta ſpecies & ultima erat obſeruantiarum, & dicebãtur ritus quidam, qui obſeruabantur ab illo populo in ueſtibus exterioribus, cultu, ac ciborum delectu. Hæc omnia & ſingula Diuus Thomas proſequitur adeo copioſe, ut nihil poſſit & addi, atque adeo præclare, ut nihil demi poſſit.

Num. 15.

Leuit. 9

Exhod. 38. 3. Reg. 9

Sacra.

Templum

Eſa. 33

Sacrificia.

Sacramenta

QVAESTIO CII.

De cauſsis ceremonialium præceptorum.

In hac quæſtione, pro explicatione fere totius ueteris legis, eiuſq; itelligẽtia, libet ponere ob oculos tuũ litteram D. Tho. in qua uniuerſã legem ſic erudite, ſapiẽter, acute, dilucide interpretatur, ut plane in huius rei expoſitione ſcriptum, & oẽs Doctores longo interuallo ſuperet. Dr enim, & inter uiros doctores celebratur, Burgenſem ex Hebraiſmo ad Chriſtianiſmũ, lecta hac quæſtione, & ſuæ legis interpretatione, uictum trãſiiſſe, admirando doctrinã Diui Thomæ ſecũdũ, & plane diuinã. Fatebatur enim, nuſquã ſe intellexiſſe ſuæ Moſaicæ legis ſpũm, & ueritatem, uſque dum ſingulari Dei beneficio ex Diuo Thoma didicit. Sed in 4. articulo in ſolutione ad ſextũ, inuenit ca'ũniator quod ſugillet, & reprehendat. Dicit. n. D Th. ꝙ propitiatoriũ erat quædã tabula lapidea, cũ ius cõtrarium dicit expreſſe ſãcta ſcriptura, Exhod. 25. dicit. n. ꝙ propitiatoriũ erat tabula, uel inſtar tabulæ de auro puriſſimo: ſic. n docet textus ſacer, & ſic uniuerſi ſancti Patres, quos ego legerim, aperte tenent; nec unum inueni, qui dicat, ꝙ erat lapidea tabula, & in partibus Diui Thomæ, quæ manu ſcriptæ ſunt in Bibliotheca Salmantina, ſic habet textus Diui Thomæ in ſolutione ſexti. Et ſuper arcam erat quædam tabula, quæ dicebatur propitiatorium. Itaque uetus textus Diui Thomæ, & integra lectio non habet, quod propitiatorium erat tabula lapidea, ſed quod erat tabula ſuper alas Cherubim; & illa dictio, Lapidea, ex errore librariorum adiecta eſt; deleatur ergo de textu, & uera lectio reſtituatur. Sed legatur prorſus littera Diui Thomæ, quæ nulla expoſitione, ſed attenta tantum lectione indiget.

Propitiatoriũ utrũ fuerit lapidea tabula.

Exhod. 25.

De duratione præceptorum cęremonialium, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMS.

Vtrum cæremoniæ legis fuerint ante legem.

Concluſio eſt negans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Propoſitã cõcluſionẽ probat D Th. in primis ex illo Deut. 6. Hæc sũt præcepta & cęremonię, quæ mandauit Dñs Deus noſter ut docerem uos: non aũt indiguiſſẽt ſuper his doceri, ſi prius prædictæ cęremoniæ fuiſſent: ergo cęremoniæ legis non fuerunt ante legem. Aliã probationẽ ſubnectit D. Th. pro cuius elucidatione ſtatuit nonnulla principia. Primũ eſt, ꝙ cęremoniæ legis ad duo ordinabantur, ſ. ad Dei cultũ, & ad figurandum Chriſtum, quod quidem liquidum eſt ex prædictis. Subiungit autem ſecundum principium, ꝙ quicumq; colit Deũ, oportet, ut per aliqua determinata eum colat, quæ ad exteriorem cultum pertinent. Determinatio aũt eorum, quæ pertinent ad diuinũ cultũ, ad cæremonias ſpectat; ſicut & determinatio eorum per quæ ordinamur ad proximum, pertinet ad præcepta iudicialia, ſicut ſupra habitum eſt. Illud & principium obſeruandũ eſt, ꝙ quemadmodum inter homines erant aliqua iudicialia, non ex auctoritate legis diuinæ inſtituta, ſed rõne hominum ordinata; ita & erant quædam cęremoniæ non ex auctoritate alicuius legis determinatæ, ſed ſolum ſecundum uoluntatem, & deuotionem hominum Deũ colentium. Ex his principiis efficaciter colligitur, fuiſſe ante legem cęremonias quaſdam; uerum non cęremonias legis: quia non erant lege inſtitutæ, & determinatæ. Verũ eſt tñ, ꝙ ante legem fuerunt quidam uiri præcipue prophetico ſpiritu pollentes, qui ex inſtinctu diuino, quaſi ex quadam priuata lege inducebantur ad aliquem certum modum colendi Deum, qui & conueniens eſſet interiori cultui, & etiam congrueret ad ſignificanda Chriſti myſteria, quæ figurabantur per eorum geſta, ſecundum illud 1. Corint. 10 Omnia in figura contingebant illis.

Hæc doctrina de ſe magnam mouebat quæſtionem; Vtrum ante legem fuerint uera ſacramenta a Deo inſtituta in peccatorum remediũ & antidotum; ſed hæc quæſtio a nobis prætermittenda eſt, & in alium locum referẽda. nam explicatur fuſiſſime 3. p. in materia de ſacramentis. Illud tñ aduertat Theologus, ꝙ ſacramentum circumciſionis fuit inſtitutum ante legem, ut habetur. Gen. 17. unde non poteſt dici ſacramentũ legis, quaſi in lege inſtitutum, ſed ſolũ quia in lege obſeruatum: & hoc eſt quod dicit Dominus, Circumciſio non ex Moyſe eſt, ſed ex Patribus,

Circũciſio ante legem inſtituta.

Ioan. 7

tribus. Illud ẽt conſiderandũ eſt, ꝙ diſcretio mũdorum aĩalium ab immundis, quæ commemoratur Gen. 7. cum dr̃: Ex omnibus mundis animalibus tolle ſepte na, & ſeptena, de animalibus uero immũdis duo & duo: hæc, inquam, diſcretio non fuit ante legem, quantũ ad eſũ, cum dicatur Genef. 9.

Gen. 9 Ante legem quoaim a lia quæda munda dice bantur.

Omne qđ mouetur, & uiuit, erit uobis in cibum: ſed ſolũ fuit quã

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum cæremoniæ ueteris legis haberent uirtutem iuſtificandi tempore legis.

tum ad ſacrificiorum oblationem, quia de quibuſdã determinatis animalibus ſacrificia offerebantur. Si tñ, quantum ad eſum, erat aliqua animalium differentia, hoc non erat, quia eſus illorum reputaretur illicitus, cum nulla lege eſſet prohibitus, ſed propter abominationem, uel conſuetudinem: ſicut & nunc uidemus, quod aliqua cibaria ſunt in aliquibus terris abominabilia, quę in aliis comeduntur. Vel dicendum eſt ad explicationem ſanctarum ſcripturarum, quod animalia munda uel immunda, de quibus fit mentio in ſacris ſcripturis, ante legem ſcriptã dicebantur munda, aut immunda, per præoccupationem: quæ figura locutionis non eſt infrequens in diuinis eloquiis. Dicebantur itaque immunda, quoniam in lege prohibenda erant, & eorum eſus uitandus.

EXPLICATIO ARTICVLI.

VT explicet D. Th. prædictam quæſtionem, ſtatuit principium certum & exploratum: nēpe, ꝙ in ueteri, & antiqua lege duplex immunditia obſeruabatur: una quidē ſpiritualis, quæ eſt immũditia culpæ; alia uero corporalis, quæ tollebat idoneitatē ad cultum diuinum: ſicut leproſus dicebatur immũdus, uel ille qui tangebat aliquod morticinum; & ſic immunditia nihil aliud erat, quam quædam irregularitas. Hoc conſtituto, eſt prima concluſio.

Prim. conc.

Ab immunditia ſecundi generis cæremoniæ ueteris legis habebant uirtutem emundandi, quia huiuſmodi cæremoniæ erant quædam remedia adhibita ex ordinatione legis, ad tollendas huiuſmodi immunditias ex ſtatuto legis inductas: & ideo Apoſtolus inquit, quod ſanguis hircorum, & taurorũ, & uitulæ aſperſę cinis, inquinatos ſanctificat ad emundationem carnis. Et ſicut eſt immunditia, quæ per huiuſmodi cæremonias emũdabatur, erat magis carnis, q̃ mentis: ita etiam ipſæ cæremoniæ, iuſtitiæ carnis dicuntur ab Apoſtolo parum ſupra. Iuſtitia, inquit, carnis uſque ad tempus correctionis impoſitis.

Hebr. 9

Secun. not.

Secunda concluſio. Ab immunditia uero mentis, quæ eſt immunditia culpæ, non habebant uirtutem expiādi, & hoc ideo, quia expiatio, a peccatis numquã fieri potuit niſi per Chriſtũ, qui tollit peccata mundi, ut dicitur Io. 1. Et quia myſterium incarnationis, & paſſionis Chriſti nōdum erat realiter peractum, ueteris legis cæremoniæ nō poterant in ſe continere realiter uirtutem profluentem a Chriſto incarnato, & paſſo, ſicut cōtinent ſacramenta nouæ legis; & ideo non poterant a peccato mundare, ſicut Apoſtolus dicit, quod impoſſibile eſt ſanguine taurorũ, aut hircorum auferri peccata. Et hoc eſt quod Apoſt. uocat ea egena, & infirma elementa. Infirma quidē, quia nō pñt a peccato mundare: ſed hæc infirmitas prouenit ex eo, ꝙ ſunt egena, ideſt, eo ꝙ non continent in ſe gratiam. Poterat tñ mẽs fidelium tpe legis per fidē coniungi Chriſto incarnato, & paſſo; & ita ex fide Chriſti iuſtificabātur; cuius fidei proteſtatio erat huiuſmodi cæremoniarũ obſeruatio, inquantum erant figura Chriſti; & ideo pro peccatis offerebantur ſacrificia quædam in ueteri lege, non quia ipſa ſacrificia a peccato mundarent, ſed quia erant quædam proteſtationes fidei, quę a peccato mundabat; & hoc etiam ipſa lex innuit ex modo loquēdi: dicitur enim Leuit. 4. & 5. quod oblatione hoſtiarum pro peccato orabit pro eo ſacerdos, & dimittetur ei; quaſi peccatum dimittatur non ex ui ſacrificiorum, ſed ex fide, & deuotione offerentium.

Hebr. 10

Gal. 4

Nihilominus quæſtio huius articuli, uidelicet, Vtrum cæremoniæ ueteris legis habuerint uim iuſtificādi, ſatis controuerſa eſt inter Theologos, & ꝓ parte affirmatiua, arguitur. In primis, Leui. 16. dr̃ ſacerdos aſperſione ſãguinis expiare præuaricationes, & peccata filiorum Iſrael.

Argumenta ... pugnatur aſ ... tio.

D. Th. Prim argu. ſecundum

Idem demonſtratur ex auctoritate maiorum. D. Gre. dicit in hunc modum. Quod apud nos ualet aqua baptiſmi, hoc egit apud ueteres; uel pro paruulis ſola fides: uel pro maioribus uirtus ſacrificij, uel pro his qui ex ſtirpe Abrahæ prodiere, myſterium circumciſionis. Innoc. III. conſtituit dr̃iam inter baptiſmũ, & circumciſionem: quod baptiſmus aperit ianuam cælorum; circumciſio uero minime: aſſerit tamen, ꝙ per utrumque ſacramentum peccatum originale dimittebatur. Illa dictio, Per, dicit cauſſam, ut in illo, Saluos nos facit per lauacrum regenerationis &c. Certe D. Aug. uariis in locis docet, quod circumciſio ualebat ad peccati originalis remiſſionem, & Mag. ſenten. 4. diſt. 1. citat uarias ſentētias Aug. Greg. Bedę, qui circumciſionem uidentur eximere a numero reliquorum ſacramentorum ueteris legis, & peculiariter tribuere ei uim iuſtificandi.

D. Greg. lib. 4. moral. c. 2. & habetur de conſecratione d. 4. c. quod apud nos Innoce. III. c. maiores de baptiſ.

Aug. lib. 4 cõtra Donatiſ. ca. 24. et li. de nuptiis cap. 11. & ſuper Pſal. 77 Paul. Magiſter Beda

Tertio, paruulis ſine aliquo merito cuiuſcumque operantis remittebatur pctm̃ originale, exhibito circũciſionis ſacramento: ergo ſacr̃m circumciſionis conferebat gratiam, & peccatũ remittebat. Id n. uocamus cãm, qua applicata, ſequitur effectus. Vltimo, hoĩes in ueteri teſtamento adhibentes ſacramenta, & ſacrificia, efficiebantur uere iuſti, & uere filij Dei. Quod aperte teſtatur Paul. cũ inquit; Quorum adoptio eſt filiorum. ergo cæremoniæ antiquæ conferebant ueram iuſtitiam, & ueram gratiam.

tertium. ultimo. Rom. 9

Pro explicatione huius quæſtionis ſciendũ eſt, ꝙ precepta cæremonialia ſunt illa, quæ ſunt inſtituta ad præfiguranda Chriſti uenturi myſteria, & ad ueros Dei cultus ſtatuendos. Secundo notandum, ꝙ triplex ſtatus humanæ uitæ conſiderandus eſt. Primus eſt ante aduentum Chriſti Domini. Secundus eſt poſt aduentum Saluatoris uſq; ad finem ſeculi. Tertius eſt ſtatus gloriæ, quo beati diuina uiſione, & ſempiterna fruuntur. Primus ille ſtatus ante Chriſtum fuit in umbra, & tenebris, quapropter nocti optime comparatur Lucæ 1. Illuminare his qui in tenebris, & in umbra mortis ſedent: & Rom. 13. Nox præceſſit, dies autē appropinquauit. Hic uero ſtatus præcipue in lege Moſaica fuit plenus umbris, & cæremoniis Chriſtũ deſignantibus, quæ cæremoniæ adeo ſapienter a Deo inſtitutæ ſunt ad continēdum illum populum in uero Dei cultu, atque ſi non eſſent ad Chriſtum deſignandum; & ita ſunt inſtitutæ ad Chriſtum Dominum præfigurandũ, atque ſi alia de cauſſa non fuiſſent inſtitutæ. Secundus ſtatus eſt ab aduentu Domini uſque ad finem ſeculi, & hic ſtatus partim continet ueritatem antiquis Patribus promiſſam, partim uero continet exſpectationem futurorum bonorum; & ideo quadam ex parte umbram cōtinet: propter quod Eccleſia comparatur Auroræ in libro Canticorum, qua tenebræ ſunt luci permixtæ: ſed hic ſtatus non deficit uſque ad lucidiſſimũ diem: unde Eccleſia appellatur Aurora conſurgens, ideſt, progrediens uſq; ad perfectum diem. Tertius ſtatus eſt gloriæ, in quo nullæ sũt umbræ, & per conſequens nullæ cæremoniæ, propter quod Apoc. 21. ſcribitur, quod in Hieruſalem cæleſti nullũ erit templum, ſed Dominus omnipotens erit illius templum: remoto autem templo, remouentur cæremoniæ. His poſitis ſit prima concluſio.

triplex hominis ſtatus

Cæremoniæ ueteris legis emundabant, & iuſtificabant ab immunditia carnis. Hanc concluſionem aſſerit D. Paulus dicens, Habuit prius illud tabernaculum ſanctũ ſeculare, & paulo inferius, Habuit iuſtificationes carnis. & iterum, Sanguis ſparſus inquinatos ſanctificat ad emũdationem carnis. His uerbis ſignificatur, uetus teſtamentum habuiſſe mundanam, & exteriorem ſanctitatem, & iuſtitiã. Pro cuius explicatione aduertendum eſt, quod immũditia eſt duplex. una ſpiritualis, hoc eſt immũditia peccati; altera eſt corporalis, quæ tollebat idoneitatē ad cultũ diuinum, & ad conuictum publicum cum aliis hominibus, & ſic leproſus erat immundus, & qui tāgebat aliquid morticinum; & hæc immunditia nihil aliud erat quam quædam irregularitas. Ab hac itaque immunditia carnis cæremoniæ ueteris legis populum expiabant, nam reddebant

Prim. conc. Heb. 9

hommes

homines idoneos ad cultum diuinū, & ad conuictum publicum cum aliis hominibus.

Secūda cōc. Secunda concluſio. Cęremoniæ veteris legis non emūdabant, nec iuſtificabāt ab immunditia peccati. Hęc concluſio eſt de fide catolica, quā docet D. Paul. Dicens, Si

Gal. 2. per legē iuſtitia: ergo gratis Chriſtus mortuus eſt;

Gal. 4. & c. 4. cęremonias veteris legis appellat infirma, & egena elementa;

ART. SEPTIMVS.

Vtrum cæremoniæ veteris legis ceſſauerint in aduentu Chriſti

infirma quidem, quoniam nō erant efficacia ad conferendā ſalutem: egena vero, quoniam nō continebant virtutē iuſtificādi: & ad Heb. 7. Nihil ad perfectum adduxit lex: & iterum, Reprobatio fit prioris mandati propter eius infirmitatem, & inutilitatem, & clarioribus verbis ad Heb. 10. dicit Paulus; Impoſſibile erat ſanguinem hircorum auferre peccata & ad Rom. 4. appellat Paulus circūciſionē, ſignum, & ſignaculum iuſtitiæ fidei. Ex quo loco colligūt ſancti Patres, circūciſionem non habuiſſe vim iuſtificandi, ſiue (vt ſcholæ loquuntur) efficiendi iuſtitiā ex opere operato, ſed tantum ſignum fuiſſe, quemadmodum reliqua veteris legis ſacramēta. ſic certe hoc loco Ambroſius, Non habet circūciſio aliquid, ſed eſt ſignum tantū. & Eucumenius; Data eſt circūciſio non vt iuſtitiam efficeret, ſed vt ſigillum eſſet, ac ſignum iuſtitiæ. Item & Tertullianus contra Iudæos multis rationibus probat, circūciſionem non habuiſſe vim iuſtificādi. Ratio vero ex diuina Theologia euidens eſt: nam nemo iuſtificari poterat a peccato niſi per Chriſtum, qui tollit peccatū mundi, vt dicitur Ioan 1. Chriſtus vero & eius paſſio tempore antiquæ legis nondum erat exhibita, vt conſtat: ergo cęremoniæ veteris legis nō habebant virtutem iuſtificādi a Chriſto incarnato & paſſo; de hac ratione videndus eſt Diuus Thomas quæſt. 103. ar. 2. Hæc ratio D. Thomæ inducebat nos in maximam diſputationem, de differentia ſacramentorum nouæ & veteris legis: ſed hæc quæſtio proprie pertinet ad quartum ſenten. in principio. Nunc ſatis eſt cognoſcere, eſſe certū ſecundum fidem catolicam, quod ſacramenta veteris legis non conferebant gratiam. definitum eſt hoc in Concilio Florētino in doctrina ſacramen-

Cōc. Flor. torū, tradita Armenis, & in Cōcilio Tridētino ſeſſ. 6. c. 2.

Conc. Trid. 7. & 8. de qua re diſſerit copioſe doctiſſimus Cano in Relectione de ſacramentis in communi 4. & quinta parte.

Tertia. cōc. Tertia concluſio. Homines illo tempore iuſtificabantur per fidem, & deuotionē in Chriſtum venturum. Hæc concluſio liquido colligitur ex præcedenti. De qua re loquitur optime D. Auguſt.

Agu. li. 1 cōtra duas epi. Pelagi. c. 7. & li. 3. c. 4. Quar. cōcl. Quarta concluſio. Cęremoniæ veteris legis erant figuræ iuſtitiæ efficiendæ per Chriſtum. Hanc rem in primis eleganter, & ſuper omnes explicat D. Thom. in quæſt. 102. pro concionatoribus.

Ad pri. arg. Ad argumenta in oppoſitum; & ad primum reſpondetur, quod cæremoniæ veteris legis præſtabant ſanctitatem exteriorem, ſicut copioſe explicatum eſt in prima concluſione.

Ad ſecundū. Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod in circūciſione remittebatur peccatum originale, & cōferebatur gratia ad eius remiſſionem, ſed non conferebatur virtute circumciſionis, quæ tamen erat ſignaculum iuſtitiæ

Rom. 4. fidei, vt teſtatur D. Pau. ſed conferebatur ex virtute fidei paſſionis Chriſti, quæ in illo ſacramento præfigurabatur.

Ad tertium. Ad tertium argumentum idem dicendum eſt. de qua re ſi qs plura deſiderat, legat Diu. Thom. 3. part. quæſt.

Ad vltimū. 70 articul. vltim.

Ad vltimum argumentum reſpondetur, quod Patres veteris teſtamēti erant vere amici Dei, & filij Dei adoptiui, prædeſtinati in adoptionem filiorum Dei per Chriſtū; cæterum non acceperunt ſpiritum adoptionis filiorum

Aug. libr. 3. contra duas epi. Pelagi. c. 4. ex legis obſeruātia, aut cęremoniis, ſed ex fide, & amore in Chriſtum Ieſum. quapropter pulcerrime dicit D. Auguſt. quod Patres veteris teſtamēti, qui iuſti fuere, pertinebant ad nouum teſtamentum. Sed hæc ſolutio inducebat nos in magnam diſputationem, verum Patres veteris teſtamenti fuerint vere & proprie filii Dei, an potius ſolum dicantur filii per figuram & typum. ſed hæc quæſtio alterius eſt ſpeculationis, & in alio loco commodius diſputabitur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Domini noſtri.

Concluſio eſt affirmans.

Col. 2. ARticuli huius aſſertionē probat D. Th. auctoritate diuinę ſcripturę: dicitur n. Nemo vos iudicet in cibo, & potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbathi quę ſunt vmbra futurorum. & ad Heb. 8. dicitur, quod nouum teſtamentum veterauit prius. His accedit optima ratio: nam cæremoniæ veteris legis ad cultum Dei ſunt deſtinatæ, vt ſupra dictum eſt: exterior autem cultus debet interiori cultui, qui in fide, ſpe, & caritate conſiſtit, eſſe conſentaneus: vnde ſecundum diuerſitatē interioris cultus debuit variari & immutari exterior cultus. cū igitur in aduentu Chriſti & aduenięte lege Euangelica, interior cultus fuerit immutatus, exterior etiā cultus immutatus fuit, ſic vt cæremonię veteris legis in aduentu Chriſti omnino ceſſauerint. Quod vt euidentius intelligatur, obſeruādum eſt, quod interioris cultus triplex ſtatus diſcerni poteſt. Vnus quidem, ſecundum quem habetur fides, & ſpes de bonis cæleſtibus, & de his per quæ in cæleſtia introducimur, de vtriuſque quidem, ſicut de quibuſdam futuris. & huiuſmodi ſtatus fuit fidei, & ſpei in veteri lege. Alius autem eſt ſtatus interioris cultus, in quo habetur fides, & ſpes de cæleſtib. bonis, ſicut de quibuſdā futuris; ſed de his per quæ introducimur in cæleſtia, ſicut de præſentib. vel præteritis. & iſte eſt ſtatus nouæ legis. Tertius autem ſtatus eſt, in quo vtraque habentur vt præſentia, & nihil creditur vt abſens; nec ſperatur vt futurū. & iſte eſt ſtatus beatorum, in quo nihil erit figurale ad diuinū cultum pertinens, ſed ſolum gratiarum actio, & vox laudis: vnde Apoc. 21. dictum eſt de beatorū republica: Templū non vidi in ea, ſed Dominus Deus omnipotens templum illius eſt, & agnus. Conſimili ergo ratione cęremoniæ primi ſtatus, per quas figurabatur & ſecundus, & tertius ſtatus, veniente ſecundo ſtatu, ceſſare debuerunt; & aliæ cęremoniæ induci, quæ conuenirent ſtatui cultus diuini pro tempore illo in quo bona cæleſtia ſunt futura; beneficia autē Dei, p quę ad cæleſtia introducimur, ſunt pręſentia.

Vt autem ea quę in hoc articulo adducit Diuus Tho. accurate explicentur, notandum, eſt quod quęſtio propoſita, nimirum, An lex vetus ceſſauerit in aduentu Chriſti; poteſt habere duplicem ſenſum. Prior eſt, vtrum ceſſauerit quantum ad vim obligandi. Poſterior, vtrum ceſſauerit quantum ad vim, & efficaciam. In vtroque ſenſu explicat fuſiſſime quæſtionem Soto libr. 2. de iuſtitia, quęſtion. quinta, articul. quarto. At vero veritas examinabitur argumentis quibuſdam, Senſus quæſtionis dupl.

Primum erit ad ſuadendum quod lex antiqua numquam ceſſauerit, & quod duret in ęternum. Nam in diuinis litteris ſæpenumero aſſerit eſſe teſtamētum ſempiternum legem veterem, ſignanter Exho. 30. & Leui. 26. & Baruch. 4. ſic habetur; Hic eſt liber mandatorum Dei, & lex in ęternum. Prim. argu. Vtrū lex antiqua ceſſauerit.

Secundo, Circumciſio inſtituta fuit in ſignum fidei Abrahę, vt apertę teſtatur Pau. Rom. 4. Rurſum, pręceptum de obſeruatione Sabbathi datum fuit populo ad recolendum creationis beneficium: ſed ſemper debemus eſſe imitatores fidei Abrahæ, ſemperque debemus recolere creationis beneficium: ergo ſaltem hæc præcepta in ſempiternum durant. Secundum

Deinde, lex vetus aut bona fuit, aut mala. Non mala, vt demonſtratum eſt: ergo bona. Si bona: ergo mutari non debuit. Tertium.

Quarto, oblatio mundati leproſi ad legis cęremonias pertinebat: ſed etiam in Euangelio præcipitur leproſo emundato, vt huiuſmodi oblationes offerat: ergo cęremoniæ veteris legis non ceſſauerunt, Chriſto adueniente. Quartum.

In contrarium eſt illud, Nouum teſtamentum veterauit prius: & illud, Legem mandatorū decretis euacuās. Heb. 8. Epheſ. 2.

In

In hac quæſtione explicanda eſt magna cõtrouerſia inter Catholicos, hæreticos, & Iudæos; immo inter ſanctos Patres, Hieronymum & Auguſt. non eſt eadem ſententia: & inter Diuum Thomam, & Scotum eſt magna diſſenſio. Pro cuius igitur expoſitione eſt prima concluſio.

Hieron. August. Scot. Pri. conclu.

Lex vetus ceſſauit in Aduentu Christi per legem Euãgelicam. Ad hanc veritatem definiendam congregatũ eſt Cõcilium Apoſtolorum, de quo fit mentio Actor. 15. Eãdem veritatem demonſtrat Diuus Paulus in ſuis epiſtolis potiſſime ad Galatas, in quibus c. 5. habetur illa inſignis ſẽtentia; Si circumcidimini, Chriſtus nihil proderit vobis. & paucis interpoſitis ſcribit; Euacuati eſtis a Chriſto qui in lege iuſtificamini: quibus verbis plane explicat, quo in ſenſu prius dixerit, Si circumcidimini, Chriſtus vobis nihil proderit. id eſt, ſi credatis circũciſionem ad ſalutẽ eſſe neceſſariam; nihil vobis proderit Chriſti gratia. Idem comprobat ex profeſſo ad Hebræos 7. & 8. in his locis habentur duæ inſignes ſententiæ; Tranſlato ſacerdotio (inquit) neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat. & iterum; Teſtamẽtum nouum veterauit prius. & ad Epheſ. 2. Legem mandatorum decretis euacuans. Lex mandatorũ, eſt lex Moyſi mandans, & non conferens gratiam, qua id quod mandatur, præſtari poteſt. hanc Chriſtus antiquauit, ſiue abrogauit per decreta. Præcepta legalia Euangelicis (ait Hieronymus) dogmatibus commutauit. Ad eundem modum exponit Chryſoſtomus. item Theophilactus & Eucumenius idem docet ad Coloſ. 2. cum inquit: Nemo ergo vos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei feſti, aut neomeniæ, aut Sabbathorum, quæ ſunt vmbra futurorum; Corpus autem Chriſti; id eſt, nemo vos iudicet, aut condemnet propter neglectũ Iudaiſmi; quia vmbrã corpore ipſo præſente nõ oportet tenere. Eadem veritas cõprobatur ex illo Saluatoris; Conſumatum eſt. vbi ſignificaſſe videtur, legem cũ omnibusq; quæ ad ipſam ptinent, per mortẽ ſuam eſſe terminatã. His, & alijs innumeris ſanctæ ſcripturę teſtimonijs cõcluſio propoſita demonſtratur. Oppoſitum huius veritatis eſt hæreſis Ebionis, & Cherinthi, vt auctor eſt Aug. Epiſ. 11. Rationes vero ad illã veritatẽ demonſtrandã duæ ſunt. Prior eſt, quoniã lex antiqua non data fuit in ſempiternũ, ſed donec veniret plenitudo tẽporis, vt dicit Paulus ad Galat. 4. ergo adueniente tẽporis plenitudine cõtinuò lex antiqua ceſſauit. Altera ratio eſt, quoniam ſtatus antiquæ legis totus erat in vmbris, & figuris præfigurantibus Chriſtum venturum, ergo Chriſto adueniente, & eius luce coruſcante ſtatim lex antiqua ceſſauit.

Concilium Apoſtolorũ Act. 15. Gal. 5. Heb. 7 et 8. Hieron. Chryſoſt. Theophil. Eucumen. Coloſ. 2. Ioan. 19. Ebion et Cherinthus hęretici. Auguſt. Gal. 4. Secũda conc.

Secunda concluſio. Lex ceſſauit per legem Euãgelicã, non ſolum quantum ad cęremonialia, & iudicialia, verũ & quantum ad pręcepta moralia. Nam D. Paulus abſolute, & abſq; ulla exceptione ſcribit, quod tranſlato ſacerdotio uniuerſa lex tranſlata fuit, & iterum dicit, nouũ teſtamentũ uetus ueteraſſe: & in Epiſt. ad Epheſ. c. 2. aperte teſtatur, quod Chriſtus legẽ mandatorũ euacuauit. Hæc concluſio ſtatuta fuit ad explicandum illud axioma Theologorũ, quod lex antiqua ceſſauit, quantũ ad cęremonialia, & iudicialia non uero quantum ad moralia præcepta. Si enim ſit ſenſus, quod ex uirtute legis antiquę teneamur ſeruare pręcepta moralia, falſum eſt, & contra fidem: ſi uero ſit ſenſus, quod tenemur ſeruare præcepta moralia ex lege naturali, quæ immutabilis permanet, & quia in lege Euangelica ſunt cõfirmata, verus & catholicus ſenſus eſt.

Ephes. 2. Omnia præcepta legis antiquæ ceſſauerunt. Tertia conc.

Tertia concluſio. Lex vetus non ceſſauit ſtatim poſt Chriſti natiuitatem, nam licet Chriſtus ſit veritas quam illę cęremonię præfigurabant, multa tamen in lege continebantur, quæ ſignificabant ea quæ Chriſtus in vita ſua geſſit, potiſſime ea, quæ in morte ſua Chriſtus paſſus eſt. & ideo non oportuit quod ſtatim nato Chriſto lex antiqua euanuerit. Probatur ita eſſe: nam Chriſtus dum vixit, diligenter obſeruauit legem, & vniuerſa legalia, & exhortabatur cęteros vt illa obſeruarent: ergo legalia nondum mortua erant. Præterea, Diuus Auguſtinus & Hieronym' conſtanter affirmant, quod lex vetus viua fuit vſque ad mortem Chriſti. Vltimo, Diuus Paulus ad Hebr. 7. & 8. manifeſte dicit, quod lex vetus non fuit tranſlata, niſi mutato ſacerdotio. ſed ſacerdotium Moſaicum non fuit mutatum quoadvſque Chriſtus, qui eſt ſacerdos in æternum ſecundum ordinem Melchiſedech, in ara crucis ſe obtulit in hoſtiam gratiſſimam Patri, cuius ſacerdotij functio finiuit, & extinxit ſacerdotium Moſaycum; ergo uſq; ad illud tempus lex antiqua uiua erat.

Aug. epi. 19. Hieron.

Quarta concluſio. Lex antiqua in morte Chriſti penitus extincta fuit, & mortua, tum quantum ad obligationẽ; tum quantum ad utilitatem, & efficaciam. Probatur: nam (vt dicit Paulus) tranſlato ſacerdotio neceſſe eſt, ut legis tranſlatio fiat: ſed in morte Chriſti tranſlatũ eſt ſacerdotium Moſaycum, & inſtitutum eſt ſacerdotiũ nouum: ergo tunc lex uetus extincta fuit. Deinde, Chriſtus in cõſecratione ſui ſanguinis ſic loquitur; Hic ſanguis noui & æterni teſtamenti; ſignificans ſe in effuſione ſui ſanguinis, & in morte ſua nouum inſtituere teſtamentum; teſtamentum autem nouum inueterauit prius, ut dicit Apoſtolus ad Hebr. 8. Vltimo, in morte Chriſti uelum templi ſciſſum eſt a ſummo uſque ad imum; quamdiu uero hoc uelum integrum erat, lex antiqua perſeuerabat: ita argumentatur D. Paulus ad Hebr. 9.

Quar. conc. Mat. xxvij.

Sed aduerſus hanc doctrinam ſunt argumenta quædã, quibus probari uidetur, legem ueterem ſtatim ab aduentũ Chriſti ceſſaſſe, & abolitam eſſe. Nam ſanctæ ſcripturæ partim teſtantur præcepta legalia eſſe figuras, & umbras eius gratiæ, quæ per Chriſtum exhibita eſt, iuxta illud; Vmbram habens lex futurorum bonorum; & Io. 1. Gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt, partim teſtantur, Chriſtum adimpleſſe legem, vt in illo; Non veni ſoluere legem, ſed adimplere: partim uero teſtantur, Chriſtũ eſſe finem legis; ad Ro. 10. Finis legis Chriſtus eſt ad ſalutem omni credẽti. Ex quib. uidetur colligi, quod aduenĩẽte Chriſto lex antiqua ſtatim euanuit, ſicut coruſcante luce umbræ ſtatim euaneſcunt. Hoc idem cõfirmatur ex illa ſententia Mat. 11. & Luc. 16. Lex & Prophetæ uſq; ad Ioãnẽ: ergo lex antiqua ante mortem Chriſti iam mortua erat. Ad hæc argumenta patet ſolutio ex tertia concluſione, præterquam ad ultimum, ex Luc. 16. ad quod reſpondetur, illam ſentẽtiam non ita intelligendam eſſe, ut poſt Ioannem utraq; omnia abijcienda ſint, ſed quod lex, & Prophetæ uſque ad Ioannem ſunt tamquam præparatores, & pręnuncij aduẽtus Chriſti, quo adueniente, præparatio & pronunciatio eorum ceſſat: utraque tamen remanent ad prænunciatorum confirmationem, vt ſciamus, aduentum Chriſti diuina diſpenſatione ab eis longe ante prænũciatum. Communis huius ſcripturæ explicatio eſt, quod qui Ioannẽ pręceſſerũt, prædicabãt Chriſtum uenturum, Ioannes uero Chriſtum iam natum digito oſtendebat.

Obiectiones contra prædicta. Heb. 10. Ioan. 1. Mat. 5. Solutio obiectionũ.

Sed iam tempus eſt, ut argumentis poſitis in principio ſatisfaciamus. Ad primum dicendum, quod ſempiternum, ſiue æternum, aliquãdo accipitur in ſacris ſcripturis pro duratione longa temporis, ut illud Pſal. 73. A mõtibus æternis. Secũdo rũdetur, quod lex illa uetus nõ fuit prorſus abolita, ſed potius explicata perfectius, & melius obſeruata, iuxta ſnĩam Chriſti; Non ueni ſoluere legẽ, ſed adimplere. Quanto ergo perfectior eſt ſpiritus, tãto & ipſa lex perfectior eſt effecta per aduentum Chriſti, & melius intellecta. Vel tertio dicitur, quod quantum ad præſignata, pſertim Chriſtum, perſeuerat lex: de qua re infra erit abundãtior ſermo.

argu. ſolut. ad prim. ar. Quid æternum ſignificet in ſcripturis. Mat. 5.

Ad ſecundum reſpondetur, quod fides Abrahæ fuit cõmendata, quia credidit promiſſioni factæ de ſemine uenturo, & ideo Iudæi antequam ueniret Chriſtus, profitebãtur per circumciſionem fidẽ Abrahæ: poſtquam autẽ uenit Chriſtus, qui eſt ſemen uerum, alio ſigno profitemur, & explicamus fidem, per baptiſmũ, in quo regeneramur. Sabbathum uero quod illi cuſtodiebant, recolẽtes beneficium creationis, mutatum eſt nunc in diem Dominicam, in qua reſurrexit Chriſtus. Et quidem dies Dominicus ipſius Chriſti, requietionis dictus eſt: ſicut enim Sabbathũ erat dies ĩ quo requieuit Deus ab omni opere quod patrarat; ita in hac noua mundi reformatione Chriſtus in die reſurrectionis ab omnibus laboribus ſuis quieuit: quare nos ueneramur, & colimus hunc diem, ipſi quoq; expectantes reformationem corporis noſtri, configurari claritati corporis eius, ut ad Phil. 3. dicitur.

Ad ſecundũ. Sabbathum in diem Dominicam mutatum. Phil. 3.

Ad tertium reſpondetur, quod lex uetus fuit bona ad præſignandum Chriſtum uenturum: at poſtquam Chriſtus

ad tertium

ſtus venit, & veritas eſt effecta, non licet obſeruaret nam contineret falſam ſignificationẽ. De qua re vide Aug. qui multis rationibus oſtendit, quare lex, cum bona fuerit, mutata ſit.

Aug. libr. de vera religion. c. 17. & 18.

ad quartũ. Ioan. 19.

Ad quartum reſpondetur, ꝙ myſterium redemtionis humani generis, cõpletum fuit in paſſione Chriſti; vnde tunc Dñs dixit; Conſumatum eſt. & ideo tunc totaliter debuerunt ceſſare legalia, quaſi iam veritate eorũ conſumata: in cuius ſignũ in paſſione Chriſti velum tẽpli legitur eſſe ſciſſum. Et ideo ante paſſionem Chriſti, Chriſto prædicãte, & miracula faciẽte, currebãt ſimul lex, & Euãgeliũ, quia iã myſteriũ Chriſti erat inchoatũ, ſed nondũ conſumatum: & propter hoc mãdauit Chriſtus Dominus ante paſſionẽ leproſo, vt legales cęremonias obſeruaret.

Math. 27.

Hæc ſolutio, quæ eſt expreſſa ſententia D. Th. in hoc articulo, ſolutione ad ſecundum, exhibet nobis tria diuinæ Theologiæ documenta. Primum eſt, ꝙ lex vetus vſq; ad mortem Chriſti permanebat in præcepto, & habebat vim obligandi. Secundum eſt, quod baptiſmus vſque ad Chriſti mortem erat in conſilio, non in præcepto: baptiſmus namque viuente Chriſto non ſolum inſtitutus fuit, verum & in uſu habitus, ut habetur Ioan. 3. & 4. Tertium aſſertum. Statim a morte Chriſti circumciſio, & tota lex extincta eſt, nec amplius habuit vim obligandi.

Scot. Pri. aſſertio Scot. ſecunda.

Hæc vniuerſa doctrinæ D. Thom. documenta conuellere, & labefactare nititur Scotus lib. 4. ſen. diſt. 3. quæſt. 4. & ſtatuit in contrarium alia tria documenta. In primis docet, ꝙ circumciſio, & uniuerſa lex poſt inſtitutionem baptiſmi extincta eſt, quãtum ad vim obligandi, & perſeuerauit tantum ſub conſilio. Deinde, de baptiſmo docet, ꝙ ab eius inſtitutione uſq; ad Chriſti paſſionem fuit in conſilio, in quo recte conuenit cum D. Thom. ſed addit, ꝙ a baptiſmi inſtitutione uſque ad promulgatum Euangeliũ manſit etiam ſub conſilio; in quo omnino diſcedit a ſententia D. Th. qui dicit, baptiſmum ſtatim a morte Chriſti in præcepto fuiſſe. Poſtremo docet Scotus, nec vim obligandi, nec utilitatem circumciſionis, & legis extinctam eſſe in morte Chriſti: immo ait obligaſſe uſque ad ſufficientem promulgationem Euangelij; quoad eos ſaltim, qui ignorabant in Euangelio baptiſmum eſſe inſtitutum, & legem circumciſionis reuocatam. Et ꝙ hæc aſſerta Scoti uera ſint, probatur in hunc modum. In primis, quod inſtituto baptiſmo circumciſio ſolum permanſerit ſub cõſilio, ſic oſtenditur, ſcilicet ꝙ licebat Iudæo indifferenter uti baptiſmo, & circumciſione Nam ſi Iudæus paruulum ſuum ante paſſionem poſt inſtitutũ baptiſmum ad prædicationem Chriſti, vel Petri baptizaſſet, & non circũcidiſſet, ſi paruulus ille fuiſſet mortuus, ſalutem fuiſſet conſecutus, recepiſſet ſiquidem gratiã ex baptiſmo: baptiſmus enim ex prima inſtitutione contulit gratiam: ergo circũciſio nõ erat neceſſaria, nec in præcepto. Deinde, pater Iudæus, in fide inſtructus, habebat remedium ſufficiens ad ſalutẽ ſui paruuli, nempe baptiſmum: nõ ergo tenebatur illum circumcidere. Ad hæc, præceptũ baptiſmi totaliter aufert circumciſionem, reddendo eã prorſus inutilem, ac pernicioſam. ergo & cõſilium huiuſmodi baptiſmi tollit eius neceſſitatem, relinquendo eam ſub conſilio. Conſequentia inde probatur: quia ſi alicuius rei præceptum eſt alterius prohibitio, eiuſdẽ conſilium tollit ſaltem neceſſitatem alterius rei; ſicuti cõſilium uirginitatis tollit nuptiarum præceptum, & cui præciperetur uirginitas, omnino interdicerẽtur nuptiæ. Sed iam probandũ eſt, quod baptiſmus ante paſſionem non tantum erat in conſilio, uerum etiam in præcepto; in quo etiam ſententia Diui Thomæ labefactari uidetur: & arguitur ſic. Nam Iudæus de doctrina Chriſti ſufficienter inſtructus, ad eius prædicationẽ tenebatur legẽ Chriſti ſuſcipere, & Chriſtianus effici non poterat niſi per baptiſmum: ergo baptizari tenebatur; ac ſubinde baptiſmus iam erat in præcepto. Hoc ipſum confirmatur. Nam ſi Gentiles ante paſſionem conuerterẽtur, tenebãtur baptizari, ut plane cõſtat: ergo etiã Iudæi. Quomodo ergo uerum eſt, quod baptiſmus ante paſſionem non erat in præcepto? Sed tertium aſſertũ Scoti confirmatur maioribus argumentis, ſcilicet, legẽ Euangelicam poſt paſſionem, ante promulgationem Euangelij nullam uim obtinuiſſe obligandi, ſaltem apud eos: qui

Tertia.

Argu. prim. Scot. Magna controuerſia de tẽpore quo præceptũ circumciſionis extinctũ eſt. Secundum.

Tertium.

Prob. ſecun. aſſertion. Scot.

Confir. Probat. tert. aſſertio. Scot.

prædicationem Euangelij ignorabant. Primo ſic: nullus aliter ſe habet ad aliquã legem, quam prius; niſi quia eſt illi aliter promulgata: ſed ante paſſionẽ non tenebantur homines ad baptiſmum: ergo nec tenebãtur quoaduſque eis fuerit promulgatus; quæ promulgatio nõ ſtatim a paſſione Chriſti fuit facta in uniuerſo orbe. Secũdo, poſt mortẽ Chriſti uſq; ad tempus promulgationis, Iudæi tenebãtur circũcidere paruulos ſuos, quia nullo modo cõſtabat eis circumciſionem eſſe reuocatã. certum aũt eſt Iudæũ eam conferre paruulo ſuo, ut utilẽ, & neceſſariam ad ſalutẽ: ergo uel tenebantur habere falſam opinionẽ de circũciſione, uel tenebantur eã paruulo adhibere. Quod uero tenerentur falſam opinionẽ de circumciſione habere, nullo modo dicendũ eſt; quia Deus nullum decipit, nec obligat ut neceſſario decipiatur. Tertio ſic nuſquã homo fuit relictus ſine certo remedio, de quo nõ eſſet certus, quod erat certũ remedium: ſed illo tẽpore medio poſt paſſionẽ Chriſti, ante publicationẽ Euangelij nullum fuit certum remediũ Iudæis datum de nouo; quia nec publicatũ: ergo remanſit idẽ, quod prius, & æque certum remedium ſicut prius. Et confirmatur hoc ipſum. Si enim circũciſio non habebat ſuã uim apud ignorantes Euangeliũ, conſequẽs eſt, ꝙ eſſet mundus ſine remedio pro paruulis, interim dũ promulgabatur Euangeliũ. Præterea, ſi Iudæus Euangelij ignarus filiũ circũcideret, fieret infans ille ſaluus; & remitteretur ei peccatũ originale: ergo circũciſio poſt paſſionẽ ante Euangelij promulgationẽ uim ſuam retinebat. Vltimo, ſi Iudæus, qui ignorabat inuincibili, & inculpabili ignorantia Euangelij legẽ, applicaret puero circũciſionem; puer, ut dudum dicebamus, ſalutẽ conſequeretur: ergo etiam ſi Iudæus, qui Euangelij prædicationẽ audiſſet, & miraculorũ eſſet intuitus uirtutem, quem iam inculpabilis ignorantia non excuſaret, ſi, inquam, hic Iudæus tunc temporis, circũcideret puerum, puer ille ſalutẽ cõſequeretur. Conſequentia probatur: nã iniquitas circũcidentis non eſt, cur miſero infanti noceat, & detrimẽtum afferat. Nã ſi quis modo baptizaret infidelis puerũ, intẽdens facere quod Chriſtiani faciunt, licet minime in baptiſmũ crederet, baptiſmus ille puero ꝓdeſſet. Ad hæc argumenta ſatiſfaciendum eſt, & in primis ad ea argumẽta, quæ primum documentum D. Th. ſubuertere uidebantur. Sed operæpretium erit prius illud Diui Thomæ documentum certis rationibus confirmare. Aiebat itaque Diuus Thomas, quod circumciſio, & uniuerſa lex ante paſſionem Chriſti erat in pręcepto; itaque uſque ad mortem Chriſti non eſt extincta quantum ad uim obligandi. Quod documentũ ex dictis vtcunque patere poterat, ſed euidentius demonſtratur. Certe baptiſmus non ſolũ ſucceſſit circũciſioni, ſed multis alijs cęremonijs, & lauacris quæ baptiſmum præfigurabant; ſed prædicta lauacra, & ceteræ cęremoniæ non ceſſauere uſque ad paſſionẽ Chriſti; nec Scotus ait illa ceſſaſſe: ergo nec circũciſio, donec paſſionis tempus aduenit, extincta eſt. Item, Euchariſtia ſucceſſit Agno Paſchali, & eſt inſtituta ante Chriſti paſſionẽ: at obligatio erat ut agnus immolaretur, & ſic Chriſtus fecit, ut patet ex hiſtoria cęnæ obligabat: ergo lex uetus uſque ad Chriſti paſſionẽ. Hoc ipſum docet Auguſtinus dicens: Venit fides quę prius illis obſeruationibus pronunciata eſt; poſt mortẽ uero, & reſurrectionẽ Domini reuelata, illa ſacramenta uetera amiſerunt uitam officij ſui: atque in hoc libenter fatetur ſe cõſentire D. Hieronymus. His accedit gloſſa ſuper illud ad Hebr. 10. Hoſtiam, & oblationem noluiſti, quæ ait, Noluiſti, ſcilicet a tempore paſſionis: nam tunc illa diſplicere cęperũt, quando eſt cõpleta ueritas, cuius erant figuræ, vt ſcribit Auguſtinus. Præterea, Chriſtus nemini dixit ſe abrogare, & reuocare ueterem legem uſq; ad paſſionis tẽpus; immo dixit, ſe non veniſſe ad ſoluendam legẽ, ſed ad implendã; quod ſi uinculum circũciſionis abſtuliſſet, & eius neceſſitatẽ reuocaſſet, quomodo quadrabat quod legẽ uere, & diligenter obſeruabat? Immo Apoſtoli Domini etiã poſt Pentecoſten dubitabant, utrum legalia eſſent obſeruãda, nec ne; unde Diuus Petrus, Abſit, inquit, Domine, quia nunquam mãducaui omne commune, & immundum: & de circũciſione, utrũ ſeruanda eſſet, magna fuit diſceptatio inter diſcipulos Domini. Item Dan. 9. dicitur, quod uſque

Prim. argu.

Secundum.

Tertium.

Confir.

Quartum.

Perſuaſio quod lex uetus ante paſſionem erat in præcepto.

Aug. epiſt. 19. ad Hieron.

Et gl. Pſ. 39.

Argu. ſuper Pſal. 39.

Act. 10. Act. 15. Dan. 9.

vſque ad dimidium hebdomadæ ſtabit pactum: cuã ſententiam e[illegible]dantes ſancti Patres dicunt, per aliud tempus ſignificari Chriſti Domini paſſionem, & mortem.

Hoc it. q. ſic probato, & conſtituto, ad primũ argumẽtum Scoti dicendũ eſt, conſequentiã argumenti eſſe inualidam: nã pater eo in caſu peccaret, non quidẽ propter neceſſitatem gratiæ filio cõferendæ, ſed propter neceſſitate legis adimplendæ. Circumciſio enim non ſolum data eſt in remediũ peccati originalis, ſed in ſignum quo populus ille ab alijs diſtingueretur. & ideo erat præceptum de circumciſione; tametſi paruulo ſufficienter erat prouiſum de ſalutis remedio: quẽadmodum de Cornelio Centurione ſcribitur, qui ſanctificatus per Spiritum ſanctum poſtea baptizatus eſt: & Zacharias tenebatur circũcidere Ioannem Baptiſtã, quamuis certo cognoſcebat Ioannem tanſe in vtero ſanctificatũ. Certe præceptum circũciſionis datum eſt a Deo poſt Abrahæ iam iuſtificato, ut palam teſtatur Paulus: nihilominus tenebatur [illegible] circũcidere. Ex hac doctrina cõfutatur ſecundum [illegible] neatum:

Ad tertium dico, conſequentiam nullam eſſe, ſolumq; cõcludere, ubi res illæ ſecũ pugnãt, & ſimul fieri nõ poſſunt, ut in uirginitate patet, & matrimonio: cui enim præcipitur uirginitas, omnino matrimonium interdicitur, & ideo cõſiliũ uirginitatis tollit matrimonij neceſſitatẽ, & præceptũ: uerum quã res una alterã ſecum patitur, argumenti conſequentia bona eſſe nequit: nec enim orationũ conſiliũ in quadrageſima tollit ieiunij præceptũ. Cũ ergo lex uſq. ad ueritate redemptionis eſſet poſita, non eſt cur peculiariter circũciſio dicatur per baptiſmi conſiliũ amiſiſſe uim obligandi. Hæc dicta ſint in defenſionem primi documẽti D. Thomæ, quod ut uerũ, & certum amplectuntur uniuerſi fere Theologi. Durandus in 4. diſtin. 1. q 9. Paludanus quæſtio. ultima. Ricardus diſtinct. 3. artic. 5. quæſt. 2. Maior diſtin. 3 quæſt. 1. Adrianus quæſt. 1.

Sed iã deueniamus ad argumẽta facta contra ſecundũ documentũ. Nam quamuis Diuus Thomas in hoc articulo, ſolutione ad ſecundũ, non aperte doceat, ꝙ baptiſmus uſque ad paſſionẽ Chriſti dumtaxat eſſet in conſilio; quia potius dicit, ꝙ lex & Euangeliũ currebant ſimul: nihilominus tñ 3. par. q 66. ar. 2. expreſſe id docet. Propter quod ad primum argumentũ in contrariũ dicendum eſt, ꝙ Iudæus quidẽ ad prædicationem Chriſti tenebatur legem Euãgelicã ſuſcipere, & Chriſtianus fieri; at eo tẽporis interſtitio ad ſuſcipiendã Euangelij legem, & Chriſtianiſmum, nõ erat neceſſarium baptiſmũ ſuſcipere; quandoquidẽ non erat præceptũ de baptiſmate, niſi pro tempore ſuccedere paſſioni. Ad confirmationẽ dicat Theologus, non eſſe eandẽ rationem de Iudæo, & Gẽtili: nã cũ Gentilis circũcidi nõ poſſet, illico baptizari tenebatur, quãuis indubie credẽdũ eſt, Iudæos, ante paſſionẽ Chriſti, in fide Chriſti inſtructos, ſtatim eſſe baptizatos; idq. aperte conſtat Ioannis 3 & 4. ubi habetur, Apoſtolos ante mortẽ Chriſti baptizaſſe. Atq; hactenus de ſecundo documẽto. Deinceps tertium documentũ D. Th. aſſerendum eſt, & defendendũ. Et profecto documentũ Scoti, ſcilicet, ꝙ lex & circũciſio non fuerit extincta, & mortua in paſſione Chriſti, ſed uſq; ad ſufficientem Euangelij promulgationẽ uiuam permanere, ut mihi uidetur, non ſolum pugnat cum ſanctis Patribus, Auguſtino & Hieronymo, & Doctoribus ſcholaſticis, quos ſupra cõmemorauimus; uerum etiam cum diuinis ſcripturis, quarum teſtimonia in ſuperioribus diligẽter cõmonſtrata ſunt. Vnde ad primũ argumentum Scoti reſpondetur, ꝙ illo tempore medio, quo nondũ erat Iudæis reuocatio legis prædicata, nõ obligabantur ad circũciſionẽ, ex aliqua ui circumciſionis, nec ex diuino præcepto, quod erat reuocatum in Chriſti paſſione; ſed obligabantur ex quadã erronea cõſcientia, qua exiſtimabant circumciſionẽ adhuc eſſe neceſſariam. Nam ut optime docet Diuus Thomas 1. 2. q. 19. conſcientia erronea obligat. Quod ſi quiſpiam contra hanc doctrinã argumentetur in hunc modũ; Præceptum de baptiſmo nõ habuit uim obligandi ante promulgationẽ Euangelij: ergo præceptum de circumciſionis obligatione non perdidit uim ſuam ante reuocationis ſufficientem promulgationem, & ita non ſtatim poſt mortem Chriſti: Reſpondeat Theologus, conſequentiam eſſe nullam, & ſimilitudinem non cõſiſtere: plura enim requirũtur ad conſtruendum, quam ad deſtruendum: & ad hoc quod lex Superioris obliget, plura requiruntur, quam ad hoc quod non obliget: quia ad ſecundum ſufficit ſola Superioris reuocatio; ad primum autem non ſufficit ſola inſtitutio, ſed requiritur promulgatio. Verum licet ſola reuocatio præcepti tollat eius uim obligandi, nihilominus tamen ſubditus, cui datum eſt illud præceptum, obligatur ad illud obſeruandum, donec ſibi innoteſcat reuocatio; non quidem uirtute præcepti, ſed propter dictamen conſcientiæ, ut ſupra dictum eſt. Hęc ſolutio ſatis confutat argumentum primum. Sed aduertat Theologus, Scotum grauiter errare in eo, quod exiſtimat, tunc legis obligationem incipere, quando in notitiam uenit ſubditorum: quod profecto falſum eſt: ſed tunc incipit obligare, cum primum publico edicto a Principe ponitur. Nam prædicatio Apoſtolorum non fuit poſitio legis; quia ipſi non erant legiſlatores Euangelij, ſed Chriſti promulgatores, licet particulares poſſent alias leges ponere. Vnde in feſto Pentecoſtes non fuit data lex orbi, ſed uirtus facultaſque Apoſtolis ad illam promulgandam. Nam antea dixerat Chriſtus; Ite, & promulgate Euangelium, docete omnes gentes, baptizantes eos &c. quod ſignum eſt, iam tunc obligaſſe Euangelium, ac baptiſmum. Item ad idem arguitur, ſi lex neminem obligaret quouſque legem audiret, improprie ignorantia diceretur excuſare. nam excuſatio non eſt niſi ab eo ad quod homo tenetur; ſi ergo ignorantia excuſat, ſignum eſt, uinculum legis de ſe ad omnes extendi: ſed ignorantia protegit ignorãtem a culpa. Tertio ad idem argumentor, ſequeretur, ſi qui nondum audiuit, non obligatur, quod neque dum ignorantia fieret uincibilis, ita ut ſua culpa non audiret, obligaretur. Nam quæro, quando cępit obligari? ad quod certe reſponderi non poteſt, niſi quando data eſt lex. Et quarto ex eodem modo opinandi ſequeretur, quod poſtquam quis liberatus eſſet a lege ueteri, & obligatus nouæ, contingere poſſet, ſine noua mutatione legis, ut rurſus abſolueretur a noua, & teneretur ueteri; quoniam ſi Iudęus a Hieroſolymis diſtans, poſt Pentecoſten audiſſet legem Chriſti obligare, qui antequam ſigna ſufficiẽtia uideret, fidem daret, non tamen leuiter, quod fieri poterat; iam tunc non obligaretur ad antiquam, & teneretur nouę: ſi uero poſtea pſeudoprophetę contrarium ei dicerent adhibendo ſigna, & teſtimonia falſa, ita ut citra culpam rediret ad priorem fidem, rurſus eximeretur a nouæ legis obligatione, & ſubditus fieret ueteri. Et per hoc diſſoluitur, etiam ſecunda ſolutione, hoc argumentum, quo ait, nullus aliter ſe habet ad aliquam legem, quam prius niſi quia eſt ſibi aliter promulgata: ſed ante paſſionem non tenebantur homines ad baptiſmum: ergo nec tenebantur quouſque eis fuerit promulgatus; quod uſu non uenit ſtatim a paſſione. Diſtinguitur namque prior præmiſſa: ſi enim intelligat nullum ante promulgationem aliter ſe habere ad legem, quantum ad uinculum obligandi, id abnuendum eſt; immo ſtatim quod a principe lex ſolẽniter edicitur, obligat. Si autem intelligat, quod nemo conſtituitur in culpa, antequam legem ſciat, libenter fateamur; cum temperamento tamen, niſi per ſe ſteterit quominus illam audierit.

Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, quod Iudæus tenebatur circũcidere paruulum, non quidẽ ex ui præcepti, ſed propter ignorantiam, & conſcientiam erroneam, ſicut ſupra expoſitum eſt. Profecto ſi lex præcipiẽs circũciſionem ſic haberet; omnes poſteri Abrahæ circũcidantur uſque ad punctum tẽporis quo Meſſias paſſus fuerit, nemo aſſeuerare poſſet, poſt illud tempus legẽ obligare, nihilominus tamen qui tempus ignoraret, teneretur poſtea circumcidi propter ignorantiam. Certum autem eſt, legem ueterem non fuiſſe inſtitutam niſi uſque ad illud tempus quo Chriſtus dixit, Conſumatum eſt. Ad id uero quod ponitur in argumẽto, quod Deus nullũ decipit, nec obligat ut decipiatur, dicit Adrianus quæſtione citata, ꝙ nullus obligatur de per ſe, & ex ſolo Dei præcepto credere aliquid falſum, ſed de per accidẽs, & ex aliquo adiũcto bene tenetur. v. g. nullus tenetur credere de hoſtia non cõſecrata, quod ſit conſecrata; tamẽ ſi credat

Margin notes: [illegible] argu. [illegible] Scotus [illegible] ad primum — Act. 10. — Rom. 3. & 4. — ad ſecundũ & tertium. — Ad arg. contra ſecundã aſſertionẽ. — Ad arg. contra tertiam aſſertionẽ. ad primum. — Errat Scot. — Ad ſecundũ.

dat ſacerdotem cum intentione conſecrandi, formā protuliſſe ſupra debitā materiā, tenetur credere eā eſſe cōſecratā. Vnde ſimili argumēto probaretur, ꝙ Chrs poſt partum Mariæ non erat incarnatus, uel genitus. & hoc ſic; Iudæus ante promulgationē ſibi factā, ꝙ Chriſtus uenit in carnē, tenebatur credere Chriſtū non incarnatū eſſe, ex quo nō conſtat de illius impletione, & Deus non obligat ad aliquē errorē: ergo poſt partū Mariæ Chriſtus nondū erat natus: ſed ſicut hic per accidens tenebatur ad hoc propter ignorantiam impletionis, ita ſimiliter in propoſito ad hoc obligatur propter ignorantiam reuocationis. Sed hæc ſolutio explicata eſt ſupra, cum de conſcientia erronea actum eſt.

ad tertium.

Ad tertium dicendum, ꝙ licet genus humanum nunquam fuerit relictum ſine certo remedio ſalutis, de quo ſatis conſtaret inter homines, non tñ oportet, ꝙ omni homini in particulari ſit ſemper paratum tale remedium, ut patet in paruulis infidelium, & in paruulis, qui moriūtur in utero matrū; de fatuis, & amentibus idē iudiciū eſt: nō ergo incommodum eſt de quibuſdā Iudæorum; quibus nondum Euangeliū ſatis promulgatum erat. Sed & illud addunt Theologi in confutatione huius argumenti, quod poſt paſſionē Chriſti ante Euangelij cōpletā ꝓmulgationē, non erant hoīes ſine certo remedio. Nā qui notitiā legis habebant Euangelicæ, poterant uti baptiſmo in remediū peccati. qui uero ignorabant, poterant uti circūciſione, non tāquā ſacrō ueteris legis, ſed quaſi remedio legis naturæ, quod non ceſſauit uſq; ad ſufficientem Euāgelij promulgationem, ut infra dicetur. Pręceptū enim illud, In uiam gentium non abieritis; non eſt reuocatum vſque ad Aſcenſionem, Matthæi ultimo; Docete omnes gentes, de quo uidendus eſt D. Th. in 4. d. 3. art. 5.

Matth. 10.

Matth. ult.

Obiectio diffi-cilis.

Contra hoc eſt difficillimum argumentum, Sacramenta legis naturæ abolita ſunt per mortē Chriſti, alias nunc etiam manerent: ergo neq; per modum legis naturæ poterat prodeſſe circumciſio. Confirmatur. nam ſacramēta legis naturę etiā præfigurabant Chriſtum. ergo falſa erat ſignificatio illa tunc. Pro ſolutione ſupponatur cum Doctoribus in 4. d. 3. eo tempore remāſiſſe remedia legis naturæ. Ita Capreolus q. 3. art. 3. Soto 2. de iuſtitia q. 5. art. 4.

Solutio.

Reſpondetur modo primo, quod remedium legis naturæ tunc exhibitum, prout erat legis naturæ, abſtrahebat a Chriſto aut uenturo, aut iam nato, ſicut dicit D. Th. 2. 2. q. 1. art. 3. de fide Iudæi Chriſto iam nato. Secundo reſpondetur, quod poſtquam Chriſti Euangeliū ſufficienter eſt promulgatum, nullum ſuperſtitit remedium præter Euāgelica ſacramenta; ante uero ideo erant remedia, quia ſacramenta illa duo continebant, nempe proteſtationē Chriſti uenturi; alterum uero erat proteſtatio fidei diuinę, & pro hac ſecunda parte, licita remedia erant ante claram Euangelij lucem. Ex hac doctrina euidenter confutatur confirmatio huius argumenti, atq; etiam quartum argumentum propoſitum.

ad quartum & ultimum.

Ad ultimum argumentum Doctores Theologi, inter quos eſt doctiſſimus Soto, loco citato negat conſequētiā argumenti. & ratio eſt: nam circumciſio de ſe nihil iam tunc proderat, niſi per fidem applicantis. Qui autem credebat Euangelio, uel tenebatur credere, inique, & peruerſe applicabat fidē adhibita circumciſione, quam ſciebat iā eſſe extinctā; alioquin concedendū eſſet, quod etiā in hac ætate Iudæi circumcidentes liberos ſuos, illi ad ſalutem proſunt; quod aſſerere, hæreſis eſt execranda: qui autem inuincibiliter illo ſacramento utebatur ignorans, recte ſuam fidem applicabat. Hæc eſt ſolutio doctiſſimorū hominū. Si quis uero dicat, ꝙ eo tpe interim dum promulgabatur lex Euangelij ſufficiēter, quādiu durabat circumciſio, ut remediū naturæ, ualebat ad remittendū peccatum originale in paruulis, a quocumq; explicaretur, ēt hæretico: dum uero haberet animū faciendi, qđ facerent ueri Fideles, non diceret (ut ego iudico) aliquid improbabile. Nam illud remedium adhibitū paruulis erat ueluti ſacrūm, quo adhibito, ex opere operato remittebatur pctm originale, & ideo ualebat in remedium, ēt ſi ab infideli applicaretur. Nec eſt idem iudicium de Iudæis, qui nunc tpis liberos ſuos circumcidunt; nam in hoc tpe non permanent naturæ remedia, ſiquidem Euangelium iam ſufficienter diuulgatum eſt.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum poſt paſſionem Chriſti legalia poſſint ſeruari ſine peccato mortali.

Concluſio eſt negans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

HÆc cōcluſio in primis probatur ex illo; Si circumcidimini, Chriſtus nihil vobis prodeſt. Sed nihil excludit fructum Chriſti, niſi pctm mortale. ergo circumcidi, & alias ceremonias legis obſeruare poſt paſſionem Chriſti, eſt pctm mortale. Huius rei altera demonſtratio eſt: nam cęremoniæ veteris legis, vt ſupra dictum eſt, proteſtationes q̄dā erant Meſſię venturi: confeſſio. n. fidei non modo verbis, ſed ēt factis fit: fides aūt quam nos de Chriſto cōfitemur, eadem eſt quā profitebantur antiqui; non ſolū, qa de eodē eſt Chriſto, verum, qa eaſdem veritates ambo populi confitemur, ſ. eius natiuitatem, paſſionem, & reſurrectionem: tñ p enunciationes diuerſi tpis fatebantur illi veritatem illā Eſaiæ, Ecce virgo concipiet, & pariet filiū; nos aūt, ꝙ cōcepit, & peperit. Sicut igitur qui modo aſſereret Chrm naſciturum, paſſurum, & reſurrecturum, impius eſſet, qm̄ falſum, & execrabile dogma aſtrueret: ſic & ille, q ceremonijs antiquæ legis idē proteſtaretur. Vn̄ contra Fauſtum ſcribit D. Aug. Iam non promittitur naſciturus, paſſurus, reſurrecturus, qđ illa ſacrā quodāmmō ꝓnūabāt; ſed annūciatur, ꝙ natus ſit, paſſus ſit, & reſurrexerit, qđ hæc ſacrā, q̄ a Chriſtianis aguntur, iā perſonant. Pro huius rei expoſitione notandū, ꝙ poſtq̄ iam probatū eſt, & demonſtratum in ſuperiori articulo, legalia vniuerſa a morte Chriſti antiquata eſſe, & abrogata, tū quantum ad vim obligādi: tū ēt quātum ad uirtutē iuſtificandi, reſtat examinandū in p̄ſentia, num aliqua rōne liceat ea obſeruare poſt paſſionē Chriſti. Et a parte affirmatiua ſic arguitur. Apoſtoli, quos poſt confirmationē Spūs ſancti nō eſt credendū peccaſſe mortaliter, poſt mortē Chri obſeruauerunt legalia. D. n. Paulus circumcidit Timotheum, & ſeipſum purificauit, ut ingrederetur in tēplum ſ. ritū Moſaicum; & D. Petrus obſeruauit legalia; & concilium Apoſtolorū præcepit gentibus ad fidem conuerſis, ut abſtinerēt a ſāguine ſuffocato, qđ erat obſeruatio legis Moſaicæ: ergo obſeruare legalia poſt mortem Chrī non fuit pctm mortale. Deinde arguitur ex auctoritate D. Aug. qui ait; Fateor ſane, ꝙ in eo, quod epiſtola mea continet, ꝙ ideo ſacramenta Iudæorum Paulus celebranda ſuſceperit, cum iā Chriſti eſſet Apoſtolus, vt doceret, non oīa eſſe pernicioſa his, qui ea vellent, ſicut a parentibus acceperunt, ꝑ legē cuſtodire; minus me poſuiſſe; ſed addere debuiſſem; Illo duntaxat tpe, quo primū fidei gratia reuelata eſt: tunc. n. non erat hoc pnicioſum; progreſſu vero tpis illæ obſeruationes ab oīb. Chriſtianis erant deſerēdę. & paulo poſt ſic ſcribit; Non impudenter flagito, ut nos intelligere ſinas Pauli dictū; Si circūcidimini, Chriſtus nihil vobis proderit; dictū eſſe contra eos, qui ꝓptea volebant circumcidi, ꝙ aliter putabant in Chriſto ſaluos eſſe non poſſe. Hoc ergo aīo, hac voluntate, hac intētione quiſq; tunc ſi circūcidebatur, Chriſtus ei oīno nihil ꝓderat; ſicut alibi aperte dicit. Nam ſi per legem eſt iuſtitia, Chriſtus gratis mortuus eſt. hoc declarat, & quod ipſe cōmemoraſti: Euacuati eſtis a Chriſto, qui in lege iuſtificamini, a gratia excidiſtis. Itaq; illos arguit, q ſe iuſtificari in lege credebant; non q legitima illa in eius honorē, a quo mandata ſunt, obſeruabant. ergo poſt paſſionē Chriſti poterāt obſeruari legalia ſine peccato mortali. Præterea, licitum eſt diſcernere cibos iudicādo alios mundos, alios immundos, & ad manducandum prohibitos. ergo licet poſt paſſionem Chriſti legis cęremonias obſeruare. Antecedens auctoritate D. Pau. ad Ro. 14. ꝓbatur, ubi vī ſignificare, ꝙ q diſcernit cibos, relinquendus eſt ſuæ cōſcientiæ: ſic. n. ait; Vnuſquiſq; in ſuo ſenſu abundet. i. (interpretante gloſſa) in ſuo conſilio dimittatur, ne ſcādalum paſſus, a caritate, q̄ eſt mr̄ oīum virtutum, recedat. ergo hæc obſeruatio cæremoniarum ſtat cum caritate; immo,

Gal. 5.

Aug. 19 contra Fauſt. c. 16.

An legalia aliqua ratione obſeruare liceat poſt Chriſti paſſionem.

Prim. argu.

Act. 16.

Act. 21.

Gal. 2.

Act. 15.

Secundum.

Augu. epiſt. 19. ad Hieronim.

Tertium.

vt poſtea aperte dicit, non licet coram tali, cibum, quem ille cõem, & immũdum exiſtimat, comedere cum offendiculo talis fratris: ſic.n.ait; Si pp cibum frater tuus cõtriſtatur, iã non ſm caritatem ambulas. Hoc idem confirmatur ex Concilio Bracar. & habetur 30. diſ. c. Si quis carnem mãducantem ex fide cũ religione ꝓter ſanguinẽ, & idolo immolatã, & ſuffocatã, crediderit condemnãdum, tãquam ſpem non habentẽ, q eã manducat, anathema ſit. Ex quo vř, illa non ſolum licere; ſed cadere ſub obligatione. Ad hæc, licet ſimulare cultum idololatriæ: licebit ergo poſt paſſionẽ Chři ſimulate & ficte ſeruare legis cæremonias, & circũciſionem. Antecedens patet in primis auctoritate D. Hieronymi, cõmẽdãtis Iehu de utili ſimulatione idololatriæ, qua ſe ſimulauit velle colere Baal, vt habetur 4. Reg. 10. quo in loco ſcribit Hieronymus; Vtilem ſimulationẽ, & in tpe aſſumendã Iehu Regis Iſrael nos docet exemplum, qui cum non potuiſſet interficere ſacerdotes Baal, niſi finxiſſet ſe idolũ velle adorare, id ſimulate fecit, de quo vř per Dñm cõmendari: ſequitur.n. paucis interpoſitis: Quia ſtudioſe feciſti, & quod rectum erat, & quod placebat in oculis meis, &c. Idẽ cõprobatur ex eo, quod habetur 4. Reg. 5. ubi Naaman Syro rogante Eliſeũ: Hoc ſolum eſt de quo depreceris Dñm pro ſeruo tuo. Quando ingredietur dñs meus templum Rẽmon, vt adoret, & illo innitente ſuper manum meã, ſi adorauero in templo Rẽmon, adorante eo in eodẽ loco, vt ignoſcat mihi Dñs ſeruo tuo pro hac re, &c. Rñdit Eliſeus ei: Vade in pace. Per quod vř Eliſeus ei intimaſſe, ꝙ hoc modo ſimulare adorationem idoli, licuit ipſi. Et ꝙ hoc ſimulare intendebat Naamã, patet: quia (ut dicit gloſſa) uoluit ibi cum dño adorare, ne offenderet dñm ſi pariter non adoraret: magis aũt diſplicuiſſet Dño idololatriæ alium Deũ adorare, ꝙ ſimpliciter non adorare. Item, quidam Chriſtiani in his, qui appellantur Presbyteri Ioannis, modo circũciduntur, ut conformentur Chriſto in ſua circũciſione. quorum hoſum ritus non reprobantur a Theologis; quin potius approbantur a Caietano 3. p q. 37. art. 1. ergo nunc licitum eſt ſeruare legalia. Vltimo, ſi non liceret, maxime, qa continent ſignificationem Chriſti venturi: ſed hoc non obſtat: nã in prophetijs continetur eadem ſignificatio, quibus nunc vtitur Eccleſia, ſuntque multa in uſu Eccleſiæ, q ex veteri lege ſunt deſumta, vt vſus lucernarum, & thuris, & vſus veſtium ſacratum, primitiæ, decimæ, &c. id genus. In contrariũ eſt illud; Si circũcidimini, Chriſtus uobis nihil proderit. De hac re fuit diſceptatio magna inter D. Aug. & Hieronymum, ut teſtantur epiſtolæ aliquę ultro citroq; miſſæ. Continebat.n. ea concertatio duplicẽ q̃ſtionem: alterã de ceſſatione legalium, ſ. utrum poſt mortem Chriſti licitum fuerit aliquando ſeruare legalia: alterã vero de intellectu illius, quod dicit Paulus, ſe in faciẽ reſtitiſſe Petro, quia obſeruabat legalia, utrũ uere, & ex aĩo fuerit a Paulo reꝑhenſus, uel totũ illud factũ fuerit ꝑ quandã cõpoſitionem, & ſimulationem. Iſtam concertationem uerboſiſſimẽ inter Auguſt. & Hieronymum habitã, redegit in cõpendium D. Th. ſumma diligentia, dicitq;, ſummã controuerſiæ in quattuor conſiſtere. Primum, D. Aug. diſtinguit triplicem tpis differẽtiã, ut legalia ante mortẽ Chriſti fuerint viua; ſtatim poſt mortẽ Chriſti fuerint mortua; ſed non mortifera. Mortua qdem, qa nullã habebant uim, nec efficaciã, neq; aliqs tenebatur illa obſeruare. Sed nõ mortifera, quia poterãt obſeruari, ut ſynagoga cũ honore ſepeliretur. Demũ poſt mortem Chři, & promulgationem Euangelij ſufficientẽ mortua erant, & mortifera. Confirmat hanc ſñiam D. Aug. partim ex eo, ꝙ ſanctæ ſcripturę paſſim teſtantur, D. Petrum & Paulũ poſt mortem Chriſti obſeruare legalia; partim uero ex eo, ut ſynagoga cum honore ſepeliretur, hoc eſt, ut conſuleretur dignitati, & honori ueteris legis. Si enim vſus cæremoniarum antiquæ legis ſtatim interdictus fuiſſet, ſicut uſus rituum gentilium, gentiles ad fidẽ conuerſi exiſtimarent legem antiquam fuiſſe malam, & omnino deteſtandam. Certe conceſſit hoc Deus optimus zelo, & affectioni, qua afficiebantur ad legem Moſaicam Iudæi ad fidem conuerſi: illã namq; natio erat tenaciſſima ſuę religionis. D. Hieronymus duplicẽ conſtituit tpis dřiam, alteram añ mortẽ Chriſti; alterã uero poſt mortẽ; cõtẽditq; cæremonias veteris legis ſtatim poſt mortẽ Chriſti nõ ſolũ fuiſſe mortuas, ſed & mortiferas. Scdo differunt D. Hieron. & Aug. Hier. enim exiſtimat Apoſtolos uere & ex aĩo nũquã ſeruaſſe legalia, ſed diſſimulaſſe ꝓ tpe, & occultaſſe ſuã ſẽtẽtiã, ad imbecillitatẽ Iudæorũ ſe accõmodãtes. Itaq; abſtinebant ab immũdis, ſed nõ pp legẽ ſeruandam, ſed pp alias cãs; uẽpe pp abominationẽ, uel aliquid hmoi: veluti ſi quis mõ quieſceret in Sabbatho, nõ pp legis obſeruationẽ, ſed pp animi quietẽ. D. Aug. exiſtimat Apoſtolos uere & ex aĩo ſeruaſſe legalia; non tñ ponentes ſpẽ ſalutis in illis, quaſi ad ſalutẽ eſſent neceſſaria. Tertio diſcrepant, ꝙ Hieron. liberat & Petrũ & Paulũ a peccato, quamuis Petrus à Paulo fuerit reprehẽſus. Exiſtimat.n. D. Hieron. ꝙ illa Pauli reprehenſio fuit facta ex cõuentione, & pactione inter Petrũ & Paulũ, ut tãdẽ legalia ſepelirẽtur. Itaq; neuter eſt onerandus peccato: uterq; namq; egit diligentiſſime negotiũ Euangelij. D. Aug. exiſtimat D. Petrũ peccaſſe venialiter, non quia obſeruabat Iudæorũ cõſuetudinẽ, ſed quia indiſcrete plus nimis adhęrebat parti Iudæorũ, ex quo ſcãdalũ gẽtibus ſubſequebatur. D. Aug. manifeſto argumẽto conuincit D. Petrũ peccaſſe: nã D. Paulus dicit, Petrũ fuiſſe reprehẽſibilẽ, & non recte ambulare ad ueritatẽ Euangelij, & cogere gentes Iudaizare. Vel ergo id uere dixit Paulus, uel falſo. Si uere: ergo peccauit Petrus. ſi falſo: ergo mẽtitus eſt Paulus. & ſuũ aſſertum confirmauit iureiurãdo dicẽns, Ecce corã Deo, ꝙ non mentior. Quarto diſcrepãt. Nam D. Hieron. exiſtimat, ꝙ Paulus non uere & ex aĩo reprehẽderit Petrũ, ſed per quandã diſſimulationẽ, & cõpoſitionem. D. uero Aug. exiſtimat, Paulum uere & ex aĩo reprehendiſſe Petrum, quia uere reprehenſibilis erat. Certe qõ eſt difficillima, quæ Doctores Eccleſiæ maxime torſit. Pro ſñia D. Hieron. ꝙ uera ſit, ſunt optima argumenta. In primis, hanc ſñiam amplectũtur multi Doctores Eccleſię, Origenes, Euſebius, Didimus, Apollinaris, Chryſoſtomus, Theopilactus, Eucumenius ſuper epiſtolã ad Galatas, Caſſianus libro collat. 17. Deinde Apoſtoli poſt mortẽ Chriſti credebant legem uel hr̃e uim aliquã, uel eſſe penitus extinctã. Si primũ, decipiebantur, qđ non eſt dicendũ: nã Spũs ſanctus docuit illos omnẽ ueritatẽ. Si uero ſm; ergo nõ uere & ex aĩo obſeruabant: nullus.n. uere obſeruat rẽ prorſus inutilẽ. Tertio, inter dogmata, quæ proponebantur fidelibus credẽda in initio naſcẽtis Eccleſiæ, unũ erat, legẽ ueterẽ ceſſaſſe iã, ut patet ad Galat. 3. c. Chřs nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictũ: & c. 5. Si circumcidimini, Chřs uobis nihil proderit: & iterum, Qui in lege iuſtificamini, a gr̃a excidiſtis. ergo obſeruare cęremonias legis, erat cõtrariũ huic dogmati: numquã ergo licitũ fuit. Quarto; uera eſt & catholica ſñia, ꝙ ſeruare legalia poſt ſufficiẽtẽ Euangelij promulgationẽ, mortiferum erat: ſed Paulus purificauit ſeipſũ, ſm ritũ legis Moſaicæ poſt ſufficiẽtẽ Euãgelij promulgationẽ. Nã ſi recte tpa ſupputemus, hoc factũ eſt poſt uiginti annos a paſſione Chři: ergo D. Paul. non uere & ex animo ſeruauit legalia; alioqui peccaſſet mortaliter. Quĩto arguit qdã auctor. Nam totũ illud, quod adducit Aug. de mortuis & mortiferis legalibus, de ſynagoga cum honore ſepelienda, potius ratione humana, quã diuinis ſcripturis ſubnixum eſt: ergo reprobandũ. Item arguit. Nã ſi ſñia D. Aug amplectenda eſt de illo medio tpe in quo legalia erant mortua, ſed nõ mortifera, quia nondũ Euãgeliũ ſatis euulgatũ; ſequitur ꝙ nũc tpis multæ nationes, ad quas non acceſſit rumor Euangelij, poſsẽt ſeruare legalia, & ſuos paruulos circũcidere: ſiquidẽ illis non eſt ſufficienter promulgatũ Euangelium.

Vltimo, idẽ eſt proteſtari fidem uerbis, & factis: ſed ſi quis uerbo affirmaret Chriſtũ naſciturum, aut paſſurum poſt eius mortem, falſa eſſet, & pnicioſa fidei proteſtatio. ergo qui poſt mortem Chriſti obſeruaret legalia, falſo, & pernicioſe proteſtaretur fidem; ſiquidem falſo proteſtatur fidem Chriſti uenturi, & paſſuri. Et confirmatur. Nam hoc argumento probat Diuus Thomas art. 4. huius quæſtionis, quod legalia poſt Euangelij promulgationẽ ſunt mortifera. Secundo confirmatur: Nam legalia poſt mortem Chriſti, uel amiſerunt officium ſignificandi, uel non. ſi ſecundum: ergo continent falſam ſignificationem. ſi ve-

Marginal notes (left): Bracarenſ. concilium. — Quartum. — Hieron. — Quintum. — Sextum. — Gal. 5. — Auguſtini & Hiero. de ceſſatione legalium magna concertatio. Gal. 2. — Aug. ſñia. — Hie. decretũ.

Marginal notes (right): Gal. 2. — Hieron. de tertia opinionis argumẽtis ſuadetur. Prim. argu. Orig. Euſeb. Didimus. Apolin. Chryſ. lib. 1. de ſacerdotio. Theophila. Eucumeni. Caſſianus. Secundum. Tertium. — Quartum. — Quintum. — Sextum. — Vltimum.

ſi uero amiſerunt, ſequitur quod Apoſtoli nunquam ſeruarent legalia: nam ſeruare legalia amiſſo officio ſignificandi, non eſt ſeruare legalia.

Sententia Diui Auguſtini habet pauciora, ſed maiora argumenta. In primis eius ſententia approbata eſt in Concilio Florentino, ubi poſtquam Concilium definiuit legalia ceſſaſſe in aduentu Chriſti; ſubditur, Non tamen negat ſancta Synodus a Chriſti paſſione uſque ad promulgatum Euangelium, illa potuiſſe ſeruari; dum tamen minime ad ſalutem neceſſaria crederentur. Huius definitionis meminit Caie. in hac quæſtione art. 4. & Soto lib. 2. de iuſtit. & iu. q. 5. ar. 4. Sed ego hãc definitionem in Conci. Florentino non inuenio. D. Augu. allegat Diuum Cyprianum in eius patrocinium, & Diuum Ambroſium idem ſentiẽtes. Tertio allegat Diuum Paulum, qui aperte dicit, quod Petrus fuit reprehenſibilis, & quod non recte ambularet ad ueritatem Euangelij. Nefas autem eſt dicere, quod in ſancta ſcriptura eſt aliquod mẽdacium. Quarto, citat ſcripturas diuinas, quæ paſſim teſtantur, Paulum uere circumcidiſſe Timotheum, & ſeipſum purificaſſe. Cum D. Aug ſentiunt omnes Doctores ſcholaſtici (excipio unum Adrianum, qui ſententiam D. Hier. defendit in 4. q. 1.) Vltimo, ſi reprehẽſio D. Pauli contra Petrum de ceſſatione legalium fuit facta ficte, & nõ ex animo, ſequitur quod D. Pau. facit infirmũ argumentum ad confirmandos Galatas in ueritate de ceſſatione legalium: ſiquidẽ illa reprehenſio ficta fuit, & nõ uera. Ad primum argumentum D. Hieronymi reſpondetur, quod pleriq; Doctores, quos allegat D. Hieronymus, ſunt ſuſpecti de hæreſi, ut auctor eſt D. Th. in commentarijs epiſtolæ ad Gala. c. 2.

Ad ſecundum argumentum reſpondetur, quod Apoſtolis ſtatim poſt mortem Chriſti, & aduentum Spiritus ſancti non eſt aperte reuelatum hoc myſterium de ceſſatione legalium; ſed poſtmodum procedente tempore eſt illi patefactum. Et quod ita ſit, probatur. Nam cum poſtmodum ſuborta eſſet controuerſia de hac re inter fideles, conuocatum eſt Concilium, de quo habetur Actor. 15. in quo reuelante Spiritu ſancto hæc ueritas definita eſt, magna inquiſitione facta, ut ibidem aſſeritur. Secũdo, & melius reſpondetur, quod Apoſtoli optime intelligebant non eſſe ſeruanda legalia, tamquam neceſſaria ad ſalutem: hoc ſignificat D. Paul. cum inquit, Qui in lege iuſtificamini a gratia excidiſtis: id eſt, illi quib. perſuaſum eſt, neceſſariam eſſe legem ad ſalutem, gratiam Chriſti perdiderunt. Rurſus, intelligebant optime eſſe licitum obſeruare legalia ad ſepeliendum ſynagogam cum honore, dum tamen in illis ſpem ſalutis non ponerent, ut recte admonet Diuus Augu. epiſtola 11. & 18. Ad tertium argumentum reſpondetur, quod ſi Apoſtoli ſeruaſſent legalia, ea cura, & ſolicitudine, quaſi eſſent neceſſaria ad ſalutem, ſine dubio pbuiſſent fidelibus offendiculũ, & illa obſeruatio fuiſſet dogmati Catholico contraria: ſed non ita obſeruabant: nã aliquando ſeruabant, aliquando non ſeruabant: in quo aperte ſignificabant, obſeruationem legalium non eſſe neceſſariam, ſed licitam, propter cauſſam ſuperius commemoratam.

Ad quartum reſpondetur cum Capr. in 4. diſ. 3. q. 3. art. 3. quod duplex fuit Euangelij promulgatio: altera, qua prædicatum eſt myſterium redemtionis noſtræ, & neceſſitas ſeruandi legem Euangelicam; altera, qua propoſitum eſt uniuerſo orbi, ſolũ Euangelium ſeruandũ, & ritus legis Moſaicæ abijciendos. Prior facta fuit per Apoſtolos; poſterior uero creditur facta poſt excidiũ Hieroſolymitanum. Deſtructo namq; templo, diſcipuli Dñi cœperũt pdicare, ritus legis Moſaycæ eſſe abijciendos; & poſt illud tps nemo fideliũ obſeruabat legalia. Hæc Capre. Mihi uero ſimilius uĩ qd dicit Soto q. 4. quod Apoſtoli habuerunt ſpecialem reuelationẽ, qñ inceperunt hãc doctrinã tradere populo. Ad quintũ rñdetur, quod quãuis ſnia D Augu. de permiſſione legaliũ non habeat pro ſe euidentes ſcripturas, hẽt tñ optima argumenta, quæ ſupra allata ſunt. De eo uero, quod fuerit Petrus uere reprehenſibilis, hẽt pro ſe euidentes ſcripturas. Ad ſextũ rñdetur, iã ſatis eſſe uulgatum Euangelium in toto mundo, & ideo oĩa ſigna interiora, & exteriora tum legis naturæ, tum legis ſcriptæ, quæ paruulis pficiebant, iam ſunt prorſus inutilia, & nullũ ſupereſt illis remedium, niſi remedium bapt'ſmi: p accidens. n. eſt quod aliquãdo ſeruent legem Euangelicã: Deus n. imo. ſufficientiſſime pridit de remedio neceſſario. Ad ultimũ rñdetur, quod ſeruare legalia aio pſtandi Chriſtũ uẽturũ, & paſſurũ, poſt mortem Chriſti ſemp fuit mortiferũ: ſed ſeruare legalia, ut ſynagoga ſepeliretur cũ honore, aliqñ licitũ fuit. Vel dicendũ eſt cũ Caie. ar. 4. ſupra, quod ſeruare legalia, ut uiua, poſt mortẽ Chriſti pnicioſum erit mendaciũ, & hæreticũ; obſeruare uero illa, ut mortua, ad ſepeliendũ illa cũ honore, aliquo tpe licitũ fuit. Pro cuius declaratione ſciẽdũ eſt, differẽtiam eſſe inter uerba, & facta, licet utraq; ſint ſignificatiua: quod uerba tñ ſunt ſignificatiua; facta uero & ſunt ſignificatiua, & res in cultũ Dei ordinatæ: & iõ omiſſo officio ſignificãdi poſſumus eis aliqñ uti. Ex hoc ſequitur, quod nũc nec licet ſeruare legalia, ut uiua, pp pnicioſum mẽdaciũ, nec licet ſeruare, ut mortua, qm cũ iã ſint ſepulta, ſunt Deo ingrata, & inuiſa. Sed iã ſupereſt, ut argumẽta, quæ in principio poſita ſunt, diſſoluamus. Ad primũ arg. iã ſatis dictũ eſt, quõ Apoſtoli ſeruabãt legalia, & quõ ſẽtentia D. Aug pferenda ſit in hac parte ſniæ D. Hiero. patetq; intellectus illius qd dicit Paulus, ſe in faciẽ reſtitiſſe Petro. quod quidã cõmentati fuerunt, Cephã hunc, cui in faciẽ reſtitit Paulus, non fuiſſe Petrũ Apoſtolũ; ſed alium quempiã ex Septuaginta diſcipulis, hoc noĩe uocatũ. Sed hanc opinionẽ, ut cõmentitiã, ac friuolã, reijcit Hierony. cũ ipſa res doceat, hunc ſermonẽ ad Petrũ, & ad illius collegas pertinere; negat aũt ullũ Cephã notum nobis pter Apoſtolum Petrũ, qui Syrorũ lingua, Cephas dr, quod illis Cephas idem ſonat qd nobis ac Græcis Petrus. Illud uero qd ex actis Apoſtolicis adducitur, nõ pugnat cũ nrã ſnia. Nã ea quæ cõmemorantur, non ſunt phibita ad obſeruandas ceremonias legis, ſed ad hoc quod poſſet coaleſcere unio gentiũ, & Iudæorũ ſimul habitantiũ. Iudæis. n. pp antiquã cõſuetudinẽ, ſanguis, & ſuffocatũ erãt abominabilia; comeſtio aũt immolatorũ ſimulacris poterat in Iudæis circa Gẽtiles ægenerare ſuſpicionẽ reditus ad idololatriã: & ideo iſtha exclucrũt phibita, pro tpe illo, i quo de nouo oportebat conuenire in unũ Gentiles, & Iudæos; pcedente aũt tpe, ceſſãte cã, ceſſauit effect', manifeſtata nimirũ Euãgelicæ doctrinæ ueritate. in qua Dñs docet, quod nihil qd pos intrat, inquinat hoiem; & quod nihil eſt reijciendũ, qd cũ gratiarũ actione pcipitur. Fornicatio aũt phibetur ſpãliter, quia Gẽtiles nõ reputabãt eã eſſe peccatũ. Ambr explicãs illud, Qui uidebãtur eſſe aliqd, admonet ab Apoſtolis in Actis Apoſtolorũ nõ fuiſſe pſcripta niſi tria; quartũ de ſuffocato, a Græcis additũ. & Irenæus aliquoties referẽs hũc locũ, non addit mentionẽ ſuffocatorũ. Sed quæ parum huic ſniæ ẽt tribuendũ, uel ex eo liquet, quod editio uulgata, quã legit uniuerſa Eccleſia, & approbat Conc. Trid ut authenticam, quattuor cõmemorat, nempe ut abſtinerent ab idolothitis, a fornicatione, a ſanguine, a ſuffocato: hæc igitur lectio amplectenda, & ſententia Ambroſij reijcienda eſt.

Sed dubitabit Theologus, quãdo ceſſauerit obligatio abſtinendi a ſanguine, & ſuffocato, & idolothitis, ſiquidẽ iam non tenemur abſtinere ab illis: Miror ſane, quod nullus hæreticorũ dixerit, quod tenemur abſtinere a ſuffocato, quia Apoſtoli pcepetũt, & reuocatũ nõ eſt: immo Cõci. Gãgr. (& hẽ eius definitio 30. d. c. ſi qs carnẽ) ſic ſtatuit; Si qs carnẽ comedentẽ dãnauerit, excepto ſuffocato, anathema ſit. Propter hoc argũ Gloſ. tenet, quod tenemur; & adducit in ſniæ ſuæ patrociniũ c. Presbyter. 50. d. & c. ſicut ſatius. 32. q. 4. & D. Aug. de bono cõiugali; & hẽ 32. q. 4. c. Sicut ſatius eſt fame mori, quã idolothitis ueſci; & in Cõci. Aurel. 2. c. 20. iubetur excõicari, qui ueſcitur beſtiarũ morſib. extincto, uel quolibet morbo, uel caſu ſuffocato: & in canone 62. Apoſtolorũ ſic habetur, Si quis Eps, aut Presbyter, aut Diaconus, aut omnino quicumq; ex ſacerdotali cõſortio comederit carnes in ſanguine animæ cæſas, aut a beſtijs arreptũ, aut ſuffocatũ, deponatur. hæc. n. lex phibuit: ſin uero laicus ſit, a cõione excluditur. Dicendũ eſt igitur, quod illa obſeruantia durauit uſq; ad tẽpora illorũ Cõciliorũ: nam & Tertullianus fecit mentionẽ, qd durauit 150. annis, in c. 9. Apologetici, poſt quæ tempora ex inſtinctu Spiritus ſancti ceſſauit obligatio. Ad ſecundum argumentum iam ſatis expoſitum eſt, quemadmodũ docuerit Augu. fuiſſe licitum

Ad ſententiam compro. Conci. Flor.

D. Hiero. argumen. reſponſio.

Ad ſecundũ.

Ad tertium.

Ad quartum. Capr. Duplex Euangelij promulgatio.

Ad quintum.

Ad ſextum.

Ad ultimum.

Solum arg. in principio facta.

Mat. 15. 1. Tim. iiij. Ambroſ. Aliter Irenæus li. 3. aduerſus hæreſes c. 12.

Quando ceſſauerit obligatio abſtinendi a ſanguine & ſuffocato. Conc. Gãgr. Gloſ.

Ad ſecundũ

tum ſeruare legem uſque ad ſufficientem Euangelij promulgationem.

Ad tertium. Ad tertium dicendum, quod nemo tenetur diſcernere cibos, iudicando alios mundos, alios immundos; niſi fortaſſis ex erronea conſcientia: vt ſi quis ex errore exiſtimaret nunc eſſe abſtinendum a ſanguine, & ſuffocato. Et quod hæc ſit ſententia Pauli in loco citato ex epiſtola ad Roman. euidentius eſt, quam vt ſit oſtendendum. Concilio Gangrenſi iam ſuperius reſponſum eſt.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod iuxta quorundam opinionem non ſolum idolatria, ſed etiam ſimulatio idolatriæ eſt per ſe mala; & quæ per ſe mala ſunt, indiſpenſabilia ſunt, nec poſſunt bene, nec abſq; peccato fieri: de quorum numero dicunt eſſe ſimulationem idolatriæ Lyra, & Paulus Burgenſis, ut patet 4. Regum c. 5. Sed iſtud ſolum ueritatem habet de ſimulatione, ut dicit mendacium facti; quo modo hypocrita dicitur ſimulare perſonam iuſti hominis, & ex hoc ipſo facto mentiri; non autem, ut ſimulatio ſe extendit ad omnem ſimulationem: qui enim in theatris perſonam idolatrantis agit, inuocando Iouē, aut ſacrificando, ut fieri ſolet, non peccat, nec mentitur facto. Nam ut dicit Auguſtinus, a ratione mendacij ſecludenda ſunt ioca, quæ numquam putanda ſunt eſſe mendacia: ſed habent enim euidentiſſimam ex pronunciatione, atq; ipſo iocantis affectu ſpeciem animi antiquam fallentis, etſi nō vera nunciantis. Hæc ille. Item, ſerio ſe ſimulando contingit uerum uelle occultare per ſignum, quo uetiſimiliter credimus alios decipiendos, quo modo Dauid coram Rege Achis ſimulauit ſe furere. & ſi quis hoc modo ſimulet idolatriam, dum non requiratur confiteri, cuius ſectæ ſit, aut talis apud alios habeatur, qui facto ſuo alios in errore confirmet, uel a ueritate deijciat, non videtur magis peccare idolatriam ſimulando, quam ſi metum, vt Ioſ. et aut furorem ſimularet, ut Dauid. & hoc uidetur cōceſſiſſe Eliſeus Naaman, & Hieronymus commendare in Iehu: & ſic licuit, maxime ex cauſſa, ſimulare ſeruare legalia: quo ſi quis coram ſortilego leuando nomina inſcriptorum dicat, ſi videbas furem, currebas cum eo, non animo inuocandi dæmonem, ſed ut ſciſcitetur an alius talis ſit, & cū ab errore reuocet, dicitur ſimulare ſuperſtitionem.

Lira. Burgenſ. — Aug. lib. de mendacio.

Ad quintum. Ad quintum reſpondet ſubtiliſſime Caiet. loco citato: nos breuiter reſpondemus, quod quemadmodum abſcindere carnem illam circumcidendo pro ſanitate, nullum eſt peccatum, ita illi Indi, ſi pro imitatione Chriſti circumciduntur, non cenſentur legis Moſaicæ obſeruatores; ſi uero uolūt imitari Chriſtum, ut circumciſum ſub lege Moſaica, culpabiliter circumciſionem obſeruant. Sed hoc eſt urgens argumentum aduerſus eos, quod admoniti ab Eccleſia Latina, nolunt dimittere talem ritum, & puniretur apud eos qui dimitteret: ergo exiſtimant circumciſionem eſſe neceſſariam, ſaltem exiſtimant ſe teneri. Fortaſſe conſuetudo habet uim legis circa hoc. Sed miror profecto, quod cum Chriſtianos uideāt nullibi facere, tam mordacius teneāt: forte excuſantur ignorantia inuincibili utinam ita ſit; qa in grauibus erroribus detinentur. Exſtat libellus auctore Damiano Gois Luſitano, illorum ritus referens, & defendens: & in eorum patrocinium eſt argumentum, quod Eccleſia Romana ſcit, & eos non damnat, quin potius admittit illos ad communionem, & habet illos, ut Chriſtianos.

De ritu & circumciſione apud Indos.

Ad ſextum. Ad ſextum argumentum dicendum, quod poſt ſufficientem Euangelij promulgationem, mortiferum eſt obſeruare legalia. Exſtat de hac re auctoritas Innocentij III. Abſit (inquit) vt illam hæreſim damnatam incidamus, quæ affirmat, legem ueterem cum Euangelio eſſe obſeruandam. & D. Auguſtinus teſtatur ſe conſentire cum Diuo Hieronymo, & in hoc, quod qui poſt Euangelij ſufficientem promulgationem ſeruat legalia, incidat in barathrum condemnationis. Et hæc eſt concors omnium Theologorum ſententia, uſu Inquiſitorum confirmata. nam qui probatur ſeruaſſe legalia, continuo punitur, ut hæreticus, & apoſtata. Huius rei rationem non eſt difficile demonſtrare. Nam ſeruare legalia, vt viua, continet pernicioſum, & hæreticum mendacium; obſeruare uero, vt mortua, cum iā ſint ſepulta, eſt Deo ualde ingratum, & inutile, & omnino ſuperſtitioſum. Sicut igitur ſi aliquis in Eccleſia modo caneret amatorio, ingratum opus eſſet Deo, ita illæ cæremoniæ, utpote mortuæ, & ſepultæ, iam Deo ingratæ ſunt, ut teſtatur Eſaias ſecundum expoſitionem D. Hier. dum dicit; Quo mihi multitudo uictimarum ueſtrarum? & Malach. primo. Non ſuſcipiam munus de manu ueſtra, nec eſt mihi uoluntas amplius in uobis. Ad argumentum ergo poſitum conceſſa ſequela, negatur minor. Et ad probationem, quia prophetiæ, etiam ſi præſignarent Chriſtum, recipiuntur tamen ab Eccleſia, & eis utimur: ergo & cæremonijs: negatur conſequentia. & ratio diſcriminis eſt, quia in cæremonijs legalibus nulla utilitas ſupereſt, ſed ex prophetijs, quibus utitur Eccleſia, maxima redundat utilitas. Primum ad confirmandam fidei doctrinam. Deinde ad confundendos Iudæos, quoties de aduentu Meſſiæ diſputare oportuerit. De quo uide Auguſtinum ſuper Pſal. 58. Præterea, ut illi qui extra Eccleſiam ſunt, uidentes antiquitatem noſtræ religionis, ipſi quoq; fidem noſtram profiteantur. Deinde dicendum, quod Eccleſia utitur modo quibuſdam rebus, quibus & antiqua utebatur: ſed tamen noſtra Eccleſia non utitur his rebus, quia in lege ueteri fuerunt præceptæ, nec quatenus præſignant Chriſtum uenturum, hoc enim iam abolitum eſt, & mendacium eſſet, ut ſupra oſtenſum eſt: ſed quoniam iudicat diuino cultui conuenientes eſſe huiuſmodi res, ideo lege humana de nouo inſtituit ad ſacrificia agenda.

Innoc. III. in c. maiores de baptiſmo. Aug. epiſt. 18 & 19.

QVAEST. CIIII.

De præceptis iudicialibus, in quattuor articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum ratio præceptorum iudicialium conſiſtat in hoc, quod ſint ordinata ad proximum.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Pro huius concluſionis elucidatione ſtatuit D. Th. diſcrimen non ſemel in ſuperioribus explicatum, inter moralia præcepta, ex una parte, & inter cæremonialia, & iudicialia ex alia. Moralia enim ſunt illa, quæ efficaciter ex principijs naturalibus concluduntur. Cæremonialia uero, & iudicialia non niſi arbitramento quodam, & uel aliqua inſtitutione diuina, uel humana inferuntur, vt ſi, exempli gratia, dicamus; Deus eſt colendus: ergo hoc, vel illo modo eſt colendus. Deinde ſtatuit D. Tho. rationem iudicialium præceptorum in duobus conſiſtere. Primo, vt non inferantur ex principijs naturæ tamquam eorum cōcluſio; & in hoc differunt a moralibus, conueniuntq; cum cæremonialibus. Secundo, vt ad conuictum hominum inter ſe inuicem ſpectent; & in hoc a cæremonialib. diſcernūtur. Etenim ſicut ex illo principio, quod Deus eſt colendus, arbitratu diuino inſtituta ſunt hæc, & illa ſacrificia, quæ natura ſua nihil ad mores referebant; ſic ex illo, quod pax eſt in republica pro uiribus cuſtodiē da, collecta ſunt iudicialia, ut qui unam furaretur ouem, quattuor ſolueret, & quod fur nocturnus in flagrāti delicto interficeretur, diurnus uero minime &c.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Iudicialiū & ceremonialium diſtinctio.

DIſcrimen in concluſione huius articuli conſtitutum ex præcedenti articulo originem ducit. Etenim cum cultus ille priſcorū Patrū ad populi ſanctitatem pertineret, quæ quidē ſanctitas ex mediatore Chriſto dependebat, condecens erat ac neceſſarium (quod ſupra expoſitum eſt) ut per eaſdem cęremonias eūdē venturum profiterentur. Attamē cū iudicialia non ad diuinū cultū, ſed ad iuſtitiā, & ęquitatem inter ciues conciliādam inſtituerentur, rō non poſtulabat, ut prognoſtica eſſent eiuſdē futuri Meſſiæ. Nihilominus quia totus ille ſtatus populi in expectatione erat eiuſdē vēturi Dei, ex conſequēti eadem iudicialia aliquam eius præferebant umbram, iuxta uerbū Pauli; Oīa in figura contingebant illis. Exempla: decimarum ſolutio ſignificabat perfectionem, quæ vltima denarij unitare deſignatur Chriſto tribuenda: atque illud Exhod. 21. quod ſeruus Hebræus poſt ſeruitia ſex annorum eſſet ſeptimo anno liber, figurabat poſt militiam huius mundi, ſubſecuturam eſſe libertatem cæleſtem, quæ erit perfectum Sabbathum. Quapropter Gētilium iudicia, ut puta Græcorum, & Romanorum, nullum recondebant myſterium, ſicut Hebræorum leges.

Concl.

1. Cor. 10.

Exhod. 21.

ART. SECVNDVS.

Vtrum præcepta iudicialia aliquid figurent.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio ſic hēt. Præcepta iudicialia ſecūdo a cęremonialibus hoc diſtinguuntur; ꝙ cęremonialia inſtituta erant in figuram, vmbramque futurorum; iudicialia uero non niſi ex conſequenti.

ART. TERTIVS.

Vtrum præcepta iudicialia ueteris legis perpetuam obligationem habeant.

EXPLICATIO ARTIC.

PRima pars concluſionis huius articuli iā ſatis ſupra demonſtrata eſt, ubi oſtendimus totā prorſus legē, quantū ad Moſaicā uim, ceſſaſſe. Secunda uero pars ex ſuperiori articulo colligitur. Ratio.n. quare cæremonialia reuiuiſicare modo nō licet, illa ſupra aſſignata eſt; quia cum ſigna fuiſſent prognoſtica futurorū, præſente ueritate facta ſunt falſa mendacia. Cum ergo hæc ratio in iudicialibus non reperiatur, quia non per ſe inſtituta ſunt ad ſignificandū, nihil periculi ineſt, ſi iterum conſtituantur in noua lege. Hac ergo ratione ab Eccleſia conſtitutæ ſunt decimæ, & primitiæ, & reliqua quæ ad iudicialia ſpectabant.

EXPLICATIO ARTICVLI.

COncluſio huius articuli ita patet; quoniā non inepte præcepta iudicialia ueteris legis in quattuor membra diſtinguuntur. Nam cum prudentia ferendarum legum ars quædam ſit illuſtriſſima, ars autem ordine ac diſpoſitione præluceat; condecēs fuit, ut iudicialium numerus, quibus reſpublica inſtituebatur, ſecundum inſignes eiuſdem reipublicæ partes, atque ordines diſponeretur. Ordines autem iſti quattuor ſunt numero; Principis, ſcilicet, ad ſubditos; ſubditorūque inter ſe, totiuſque reipublicæ ad cæteros; ac partium inter ſe unius familiæ. Igitur de Principibus latæ ſunt diuinitus leges, quemadmodum tum creandi eſſent, tum etiam, vt ſe erga populum gererent, ac ſubinde quemadmodum uiciſſim a populo colerentur. Mox circa ciues latæ ſunt leges emtionum & uenditionum, aliorumq; cōtractuum, qui libere inter homines fiunt. Decretaq; proinde iudicia in malefactores, qui iura uiolarent. Deinde leges adhibitæ, quemadmodum ſe populus tum in bellis gerendis, tum in ſuſcipiendis peregrinis erga exteras gētes deberet conuerſari. Ac demum circa domeſticam familiā ſuperadditæ ſunt & aliæ de ſeruis, de uxoribus, & filijs.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio ſic habet. Tametſi iudicialia præcepta ſic prorſus fuerint euacuata, & extincta, ut poſt Chriſti reſurrectionē nullatenus ſint obligatoria; differunt tamē & in hoc tertio a cęremonialibus quod quamuis cęremonialia nullatenus iam ſeruare licuerit, nihilominus licet iudicialia iterato inſtituere.

ART. QVARTVS.

Vtrum iudicialia præcepta poſſint habere certam aliquam diuiſionem.

Concluſio eſt affirmans.

Concl.

Dubium circa totā quæſtionem. Nū Chriſtiani regendi ſint iudicialibus præceptis Moſaicis

Quæſtionē hanc de præceptis iudicialibus adeo dilucide diſſerit Diuus Thomas, ut fere nihil ſit neceſſariū addere. Illud tantum poteſt reuocari iā dubium; Num populus Chriſtianus regendus ſit præceptis iudicialibus in lege Moſaica præſcriptis. Ratio dubitandi eſt. Nā illæ leges ſūt optimæ, & a Deo inſtitutę, & licitum eſt eas reſtaurare: quo ergo non ſatius eſt his legib. populum Chriſtianum regere, quam alijs humana prudentia inuentis, quæ incertæ ſunt & infirmæ prouidentiæ? Ad huius rei expoſitionē dicēdū eſt, ex dictis ſatis eſſe liquidum, quemadmodum populus Chriſtianus per Chriſtum liberatus eſt ab obſeruantia legalium cæremoniarum, & iudiciorum; non autem ab obſeruantia moralium, quæ ſunt etiam de lege naturæ; nec ab obſeruantia diuini cultus, qui conſiſtit in dilectione, & honore vnius ſummi & ueri Dei. Et quoniam hæc omnia continētur diſtincte in præceptis Decalogi; de quibus ſcribitur Deut. 5. ideo ante omnia erudiendus eſt, & aſſuefaciendus populus Chriſtianus in obſeruantia decē præceptorum. De alijs uero præceptis iudicialibus hæc documenta ſunt ſeruāda. Primum, quod licitum eſt ea reſtaurare, & in uſum reducere, cuius documenti ueritas in 3. articulo demonſtrata eſt. Secundum documentum. Ex hoc; ꝙ in lege ueteri continentur, non habent uim obligandi; ſiquidem uniuerſa lex Moſaica extincta eſt. Tertium documentum. Leges a Principibus Chriſtianis inſtitutę præceptis iudicialibus veteris legis conſimiles, rectæ, & bonæ iudicantur: ut quod decimæ ſoluantur, quod non liceat ducere fratriam, rationabile uidetur; quia ita Deus olim ſtatuit, & ſtatui Chriſtianiſmi huiuſmodi leges incommodæ non uidentur. Quartum documentum. Vniuerſa præcepta iudicialia, nunc temporis reſtaurare non licet: ad hoc enim ualet illud Prouerbium; Diſtingue tempora, & concordabis iura. Et certum eſt, multa in illo tempore fuiſſe optima, quæ nunc expedientia non ſunt, & quamplurima uni populo, & regioni conueniunt, quæ alijs prouincijs incommodarent, ut quod poſt ſeptimum annum debitores non ſoluerent; & lex pręſcribens libellum repudij, & cetera id genus.

Deut. 5.

Sed ad finem aduertat Theologus, quoſdam ex Canoniſtis grauiter errare, exiſtimantes, decimas ſoluere eſſe de iure diuino; & ideo in noua lege huiuſmodi uinculum perduraſſe. Errant certe: nam ius diuinum naturale tantum præſcribit, ut dentur neceſſaria alēdis miniſtris; quod uero ſit decima, uel quarta pars, non præſcribit: ſed Eccleſia lege humana hoc inſtituit, quam legem poteſt mutare, & abrogare, atque inſtituere quomodo aliunde alantur miniſtri.

QVAESTIO CV.

De ratione iudicialium Præceptorum, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrũ conuenienter lex vetus de Principibus ordinauerit.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ARTIC.

CONcluſio præſens ſic probatur. Nam in bona ordinatione Principum duo attenduntur. Quorum unum eſt, ut omnes habeant partẽ in principatu: quia per hoc conſeruatur pax populi, & oẽs talem ordinationẽ amãt, & cuſtodiunt, ut dĩ in 2. Politicorum. Aliud eſt, quod cõſideratur ſm formam regiminis, uel principatus, cuius cum ſint diuerſæ ſpecies, ut Philoſophus tradit in 3. Politicorũ, præcipue tamen exiſtit regimen unius, in quo unus principatur, ſecundũ uirtutem, & Ariſtocratiã, ideſt, poteſtatem optimorũ, in qua aliqui pauci principãtur, ſm virtutem. Vnde optima ordinatio Principũ in aliqua ciuitate, uel regno eſt, in qua unus præficitur ſecundum virtutem, qui omnibus pręſit; & ſub ipſo ſunt aliqui principãtes, ſecundũ uirtutẽ. qui principatus ad oẽs quodãmodo pertinent, tum, quia ex omnibus eligi poſſunt, tũ, quia etiam ab oĩbus eliguntur. Talis .n. eſt optima Politia bene commixta ex regno, inquantum unus præeſt; & Ariſtocratia, inquantum multi principantur, ſecundum uirtutem, & Democratia, ideſt, poteſtas populi, inquantũ ex popularibus poſſũt eligi principes, & ad populũ pertinet electio Principum. Omnia hæc erant in lege ſtatuta. Nã Moyſes, & eius ſucceſſores gubernabant populum quaſi ſingulariter oĩbus principantes; quod eſt quędam ſpecies & forma regni, in qua imperat, & regit unus princeps. Aderat .n. Ariſtocratia, cum eligerentur Septuaginta duo ſeniores ſecundum uirtutem: dicitur ẽt Deuteronomij 1. Tuli de veſtris tribubus uiros ſapientes & nobiles, & conſtitui eos principes. Aderat ẽt Democratia, & ptãs populi, cum ex popularibus poterant eligi principes: dicitur .n. Exhod. 18. Prouide de omni plebe uiros ſapientes, &c. & ꝙ populus eos eligeret, habetur Deuteronomij 1. ſic .n. ſcribitur; Date ex uobis uiros ſapiẽtes, &c. Patet ergo, ꝙ de principib. lex antiqua recte ordinauerit.

Triplex gubernandi ratio ex Ariſt. 8. eth. c. 10. & 3 polit. a medio uſq; ad finem.

Sed pro ampliori huius rei intelligentia notandũ eſt, ꝙ Ariſtoteles triplicem diſtinguit gubernandi rationem. Cum .n. vnus ad utilitatem cõem reſpiciẽs gubernat, Regiam poteſtatem uocamus; cũ uero pauci gubernant, plures tamen uno) Optimatum gubernationem, uel ex eo, quia optimi præſunt; vel ex eo, quia ad optimum publicũ adminiſtrãt. Cum autem multitudo gubernat ad cõem vtilitatem, uocatur cõi nomine omnium Reſpublica. His autem gubernandi rationibus, quæ rectæ ſunt, & probę, aduerſantur aliæ improbæ, & minime rectæ. Regiæ gubernationi opponitur Tyrannis. Tyrannidem eſſe dicimus dñatum unius ad proprium commodũ intendentis. Optimatum gubernationi aduerſatur paucorum potentia per tyrannidem, cum ad opulẽtorum commodũ gubernatio dirigitur. Reipublicæ uero gubernationi aduerſatur popularis Status. Statum uero popularem appello, cum ad commodum egenorum gubernatur, & ad cõem utilitatem non reſpicitur. Inter rectas & probas gubernãdi rationes optimam eſſe Regiã poteſtatem & gubernationẽ aſſeuerat Ariſtoteles in locis dudum citatis: conſentit D. Th. 3. Politicorum, & opuſculo de regimine principum, a c. 2. uſq; ad 8. & 1. p. q. 103. art. 3 & 4. contra gentes, cap. 76. Ex quo efficaciter probat Diu. Thomas, quod in Eccleſia unus Paſtor pręeſt, quia Chriſtus Dominus optimam gubernandi rationem in Eccleſia conſtituit.

Huius autem ſententiæ, quę certa eſt, quatuor ſunt demõſtrationes. Prima deſumitur ab unitate, & pace, quę in republica recte inſtituta præcipue intenditur. Finis .n. regentis & gubernantis eſt unitas, & pax; unitatis aũt & pacis congruentior cauſſa eſt unus, quam multi. Certe ſi plures gubernant, & imperãt, vt recta ſit gubernatio, neceſſum eſt conueniant in unum, gerantq; vicẽ unius gubernãtis: alioqui populus diſſenſionibus eſcluditur. Multo ergo melius & congruentius gubernatur reſpublica, ſi unus pñceps imperat, & leges præſcribit. Si .n. plures gubernantes ſeruant pacem in republica, eſt, quia imitatur unum principem: ergo multo melius unus princeps in reipublicæ adminiſtratione pacem ſeruabit, & tuebitur.

Vnitas ad gubernationem neceſſaria.

Secunda demonſtratio ſumitur ex ptãte gubernandi, & uirtute. Ita namq; comparatum eſt, ut uirtus unita fortior ſit, q̃ diuiſa, & ſparſa. Ex quo principio tale conficitur argumentum. Si uniuerſa ptãs gubernandi, quæ eſt in multis, ad unum ducem & pñcipẽ deuoluitur (ſi uerum eſt principium commemoratũ) efficacior eſt: ergo melior & congruentior eſt rõ gubernandi, quã unus princeps rẽpublicã adminiſtrat.

Tertia demonſtratio ex regimine naturali, quod in rerum uniuerſitate cernitur, deſumitur. Sane omnia rerum terreſtrium & cæleſtium exempla ad unum principatum nos deducunt. In homine certe, quem μικρόκοσμον appellant, cũcta corporis membra ad unũ capitis imperiũ reguntur. Idem conſtat in aĩalibus, quæ gregatim uiuunt: inter quæ datur unus rector, ad cuius motũ mouentur; & eo quieſcente, requieſcunt: ut aĩaduertere licet in apibus, & gruibus. Si inferiora iſta nihil nos mouent, quid dicemus ad primũ illud, quod philoſophi appellant, Mobile, quod ſuo curſu Solẽ, Lunã, Stellaſq; ſecũ trahit. Sed altius adhuc erigamur, & quartã adducamus demonſtrationẽ. Ex auctoritate diuinæ gubernationis, ſi ueterẽ Iudæorum rempublicam a Deo inſtitutã eſſe conſideremus, quæ ſine cõtrouerſiã typus noſtrę fuit; vnus Pontifex ceteris oĩbus ſacerdotibus præerat, cui nõ paruiſſe, capitale erat. In republica Chriſtiana a Chriſto Dño inſtituta, atq; fundata, unus Paſtor præficitur. Item tot Angelorum millia, ſinguli, ſuos ordines, & ſinguli ordines, ſuos principes habent. Atq; ita tandem oĩa, & cæleſtia, & terreſtria ad unum in cælis principem, & ducem, & Deum, & Dñm reuocantur. Conſtat ergo euidenter, eã rationẽ gubernandi præſtantiſſimã eſſe, in qua unus rẽpublicam adminiſtrat. Verum D. Th. hoc in loco, & ſup. q. 95. art. 4. contrariũ uidetur docere. Nã in his locis exiſtimant, gubernationẽ mixtã eſſe oĩbus anteponendam: qua in re videtur D. Th. doctrina euidentem habere contradictionem. Quã obiectionẽ Dñs Caiet. amouere, & labefactare conatur: ſed neſcio utrũ legitimam adhibuerit explicationẽ. Dicit .n. Caiet. ꝙ Monarchia & principatus unius, eſt optimum regimẽ, comparando ſimplices principatus inter ſe; & quia talis comparatio ſimpliciter eſt formalis, ita abſolute loquendum eſt, & cõcedendum, ꝙ optimus principatus eſt Monarchia: ſicut ſi dicatur, ꝙ optimũ metallorum eſt aurum, non cõparamus aurũ, ad aurũ & argentũ ſimul. Sed melior ſolutio eſt, ꝙ ex rõne regiminis melior rõ gubernandi eſt Monarchia, principatu mixto: ſed ſm humanã infirmitatem mixtũ eſt melius, quia hoĩes uolunt principatus eſſe particeps. Profecto Ariſt. 3. Polit. ſic exiſtimat, principatũ unius eſſe optimum, ſi tñ unus ſit præſtantior uirtute, non modo ſingulis, ſed oĩbus alijs: iniquum .n. eſt aliquẽ dominari ſimilibus aut partẽ toti, niſi ſit pſtantior toto. Sed qs eſt hic, & laudabimus eum? Vñ quẽadmodũ, oratio de ſe melior eſt eleemoſyna: at ſm tps, melior eſt eleemoſyna, ſi oẽs fame perirent: ſic principatus unius melior eſt, ſi eſt unus qui uirtute & ſapiẽtia præſtet, & alioqui melior eſt principatus mixtus.

Solutio melior.

Sed & aliã adhibeamus ſolutionem, dicentes, ꝙ in principatu regio, ſi modo recte adminiſtratur, adeſt principatus mixtus: eligũtur .n. ſenatores, cõſiliarij, ꝓtores, qui ſimul rempublicã adminiſtrãt. Hæc dicta ſint de explicatione huius articuli: nã aliæ q̃ones, q̃ hic moueri ſolent de regia ptãte, Vtrũ ne ſit de rõne regni, ꝙ unus ſit ſup oẽs ſimul; uel ſatis ſit, ꝙ ſit ſupra ſingulos? & Vtrũ melius ſit Regem p electionem creari, q̃ p ſanguinis ſucceſſionẽ? & Vtrũ reſpublica pro libito poſſit mutare regimen, & repudiare Regẽ, & dare ptãtem gubernãdi multis, aut paucis, p ſua uoluntate? demũ, Num rex ſit dñs oĩum rerũ ſuorũ ſubditorũ, ſic ut in ꝓprios uſus poſſit eas conuertere? alio in loco cõmodius diſputãtur. Nũc ijs omiſſis ad aliũ articulum progrediamur.

Alia ſolutio.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

HÆc concluſio inde probatur, quoniã duplex eſt cõmunicatio hominum adinuicem: Vna quidem quæ fit auctoritate Principum, alia aũt fit ꝓpria uoluntate priuatarũ pſonarũ. Et qa uoluntate uniuſcuiuſque diſponi põt qd eius poteſtati ſubditur, iõ auctoritate prĩcipum quib. ſubiecti ſunt hoĩes, oportet ꝙ fiducia exerceantur, & pœnæ malefactorib. inferantur: ſed poteſtati priuatarum

ART. SECVNDVS.

Vtrum conuenienter fuerint tradita præcepta iudicialia quantum ad popularium conuictum.

Concluſio eſt affirmans.

perſonarum ſubduntur res poſſeſſæ: quare in his propria auctoritate communicare poſſunt emendo, & uendendo, & ſimilia faciendo. Circa vtrumq; lex ſufficienter ordinauit inſtituendo iudices, ordinem iudicij, numerũ teſtiũ, & certas pœnas pro diuerſis delictis. Sed & circa poſſeſſiones, & earum diuiſiones, nec non & earum ſucceſſionem, ſic etiam circa pauperes, de quibus omnibus ſunt certæ ordinationes. Ergo ſufficienter ordinauit.

In ſolutionibus argumentorum explicat D. Th. eleganter in primis omnia præcepta iudicialia, quæ in lege continentur, quæ ad popularium conuictum ſpectabãt: unde doctrina hæc maxime eſt obſeruanda his qui ſanctas ſcripturas intelligere cupiunt, quæ lectionem magis expoſtulant, quam explicationem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

ISta concluſio ſic probatur: qm̃ ſicut pacificis, ſiue habitare uolentibus, ſiue peregrinis tranſeuntibus, erat poſitus ordo, vt patet Exhodi 22. 23. ita ẽt hoſtiliter ſe gerentib. Nam antequã iniretur bellũ, offerebatur pax. Secundo; ꝓcipiebatur ut bellũ cœptum fortiter exequerentur. Tertio, vt impedimẽta remouerentur. Quarto, vt uictoria moderate uterentur, parcendo mulierib. & paruulis, & ligna fructifera regionis non incidendo. In ſolutione primi argumenti mouet D. Tho. grauem quæſtionẽ; Vtrum inconuenienter ꝓcipiatur, ꝙ Ammonites, & Moabites, & poſt decimam nationem, nõ intrarent in Eccleſiam Domini in æternũ. Rõ qõnis eſt.

Vtrum optimum fuerit præceptum de Ammonitis. & Moabitis.

Nam D. Petrus Actor. 10. dicit, In ueritate comperi, qm̃ non eſt acceptor perſonarũ Deus; ſed in omni gente q timet Deum, & operatur iuſtitiã, acceptus eſt illi. Sed illi q ſunt Deo accepti, non ſunt ab Eccleſia Dei excludendi: Illud ergo legis ꝓceptum inconueniens eſſe vr̃. Huic obiectioni ſic rñdet D. Th. ut dicat, ꝙ homines nullius gentis excludit lex a cultu Dei, & in his q̃ pertinent ad animę ſalutem: dr̃ enim Exh. 12. Si quis peregrinorum in ueſtram uoluerit ĩtrare coloniã, & facere Phaſe Dñi, circũcidetur prius omne maſculũ eius, & tunc rite celebrabit, eritq; ſimul ſicut indigena terræ. Sed in tẽporalib. quantũ ad ea q̃ pertinebant ad communitatẽ populi, non ſtatim quilibet admittebatur, rõne ſupradicta: ſed qdã ĩ tertia generatione, ſ. Ægyptij, & Idumæi; alij uero ꝑpetuo excludebantur in deteſtationem culpæ ꝓteritæ, ſicut Moabitę, & Ammonitæ, & Amalechitæ. Sicut. n. punitur unus homo pp peccatũ qđ cõmiſit, ut alij uidentes timeant, & peccare deſiſtãt; ita ẽt pp aliqđ peccatũ gens, vel ciuitas põt puniri, vt alij a ſimili peccato abſtineãt. Poterat tñ aliqs diſpenſatiue in collegiũ populi admitti, pp aliquẽ uirtutis actũ; ſicut Achior Dux filiorũ Ammõ appoſitus eſt ad populũ Iſrael, & oĩs ſucceſſio generis eius: & ſimiliter Ruth Moabitis, q̃ mulier uirtutis erat eximiæ, licet poſſit dici, ꝙ illa ꝓhibitio extendebatur ad uiros, nõ ad mulieres, qb. non cõpetit eſſe ciues. Hæc ſolutio ĩ magnã nos cõijcit qõnẽ, verũ ſtatuta, q̃ in qbuſdã Eccleſijs, & religionib. obſeruantur, vt q ex Iudæis, uel Sarracenis originẽ trahũt, ad Religionis, uel Eccleſiæ ingreſſũ nõ admittantur, licita ſint & cõuenientia. A parte negatiua hæc argumẽta ꝓponuntur. Primũ ex ſacra ſcriptura. Nã Paul. dicit, Quicũ q; in Chr̃o baptizati eſtis, Chriſtũ induiſtis: nõ eſt Iudæus, neq; Græ-

Exho. 12.

Iudith. 14.

Vtrum qui ex Iudæis originẽ ducũt, optime a religionibus excludantur. Gal. 3. Prim. arg.

cus, nõ eſt ſeruus, neq; liber; nõ eſt maſcul', neq; femina: hoc eſt, ĩ negotio iuſtificationis, & Chriſtianiſmi, De' non reſpicit neq; nationẽ, neq; cõditionẽ, neq, ſexũ, neq; vllã ꝑſ' qualitatẽ carnalẽ, ſed fidẽ q̃ p caritatẽ operatur. Huius ſimile eſt qđ hr̃ ad Coloſ. 3. In Chriſto, inq: Pau. nõ eſt gẽtilis, nec Iudę' circũciſio, & ꝑputium, barbarus & Scytha, ſeru' ac liber, ſed oĩa, & in oĩb. Chr̃s. i. in hoc negotio nõ refert an Iudæus qs ſit, an gẽtilis, circũciſus an ꝑputiatus, barbarus an Scytha. His ergo euidẽtib. ſcripturis cõdẽnari vñr ſtatuta Religionum, Collegiorũ, Vniuerſitatũ, ac Eccleſiarum, q̃ eos, q ab Hebræis, vel Sarracenis originẽ trahunt, excludũt, & ad participiũ dignitatũ, & graduũ nõ admittũt. Sed & alia ſcriptura euidẽtior ſolet ĩ hui' rei cõfirmationẽ adduci. Nã D. Pau. ad Ro. 11. multis demõſtrat, ĩ negotio ſalutis æternæ, & ĩ ſtatu religionis Chriſtianæ Iudæos eſſe gentib. ꝓferẽdos: ad hoc. n. ptinẽt iſtæ ſnīę; Si delictũ illorũ diuitiæ ſũt mũdi, & diminutio eorũ diuitiæ gẽtiũ; quãto magis plenitudo eorũ; & iterũ, Quod ſi delibatio ſãcta eſt, & maſſa; & ſi radix ſãcta, & rami: & poſt pauca cõparat Gẽtilẽ cõuerſũ oleaſtro; Iudæũ uero cõuerſũ ad Chriſtianiſmũ ramo naturali: & tãdẽ efficaci argumentatione cõcludit, Iſraelitas ceteris gẽtib. anteponẽdos; ſiqdẽ gẽtes introductæ ſunt in Chriſtianorũ cœtũ, & ſalutẽ ſunt cõſecutæ, ut Iſraelitę tãdẽ cõuerterẽtur. ergo ꝓcipue intẽdit Deus Iſraelitarũ ſalutẽ, & ꝙ introducãtur ĩ Chriſtianorũ Eccleſiã, uñ in Eccleſia primarias partes obtinere debẽt. Hoc ipſum cõprobatur altero argumẽto ex Cõcilijs ꝓducto. Nã ĩ Cõcilio Baſil. Seſſ. 9. dictũ eſt, ne ſint cõmercia Chriſtianorũ cum Iudæis; ſed ĩ fauorẽ Iudæorũ q ad fidẽ cõuerſi ſũt, ſic ſtatuit Synodus, ut q p gratiã baptiſmi ciues Sãctorũ, & domeſtici Dei efficiũtur, hac lege ſtatuimus, vt ciuitatũ, & locorũ in quib. ſacro baptiſmate regenerãtur, priuilegijs, libertatib. & immunitatib. gaudeãt, q̃ rõne dumtaxat natiuitatis, & originis alij cõſequũtur. Certe hoc ſtatutũ Cõcilij Baſil. ſãctũ, & oĩ æqtate plenũ eſſe uĩ, & cõtrariũ ed:te ſtatutũ uergit ĩ detrimẽtũ fidei Catholicę, atq; noĩs Chriſtiani, & ſalutis, & cõuerſionis plurimorũ, dũ ĩtelligũt, cõuerſorũ filios ĩ tertiã, & quartã gñationẽ excluſos eſſe a religionib. & Eccleſiæ dignitatib. Huic accedit pſonarum acceptio, quã repudiat D. Iac. inquiẽs; Nolite in acceptione pſonarũ accipere fidẽ Dñi nr̃i Ieſu Chr̃i: Peruertitur enĩ iuſtitia diſtributiua, dũ ꝓtermittũtur digniores, & ſapiẽtiores, ex qb. magnũ emolumẽtũ haberẽt Eccleſiæ, rõne cognitionis naturalis, q̃ nihil confert, aut refert ad dignitatẽ, & merita pſonarũ, & eliguntur alij ad Eccleſiarũ regimẽ, hoc titulo ꝓcipue qa ex gẽtilib. ſũt orti parẽtib. & caritatis ordo peſſundatur, dũ eos, q̃ de nouo cõuertũtur ad fidẽ, ꝑpetuo ignominiæ ſtẽmate inurim', q̃uis polleãt ſãctitate inſigni, & uitę puritatę admirabili excellãt. Sed partẽ affirmãtẽ qõnis ꝓbãt quattuor demõſtrationes irrefragabiles, qb. euidẽter oſtẽditur, eſſe dogma execrandũ, & plane hęreticũ, aſſerere, ꝙ hæc ſtatuta iuſta, & recta nõ ſint. Prima eruit ex ſacra ſcriptura ueteris teſtamẽti, ĩ qua aptiſſime ſtatuit, ꝙ Ammonites, & Moabites, ẽt poſt decimã gñationẽ, nõ intrabũt ĩ Eccleſiã Dñi in æternũ: hr̃ decretũ Deute. 23. idq, factũ eſt a Deo in deteſtationẽ culpæ ꝓteritę: ergo licitũ erit ſtatutũ, ĩ quo excludũtur Iudæi recẽter cõuerſi a dignitatib. Eccleſiæ, a Religionib. & Collegijs in deteſtationẽ culpæ ꝓteritæ, q̃ nõ minor eſt q̃ Ammonitarũ: pſecuti ſũt. n. Chriſtianos, & crucifixerunt Chr̃m. Scda demõſtratio educitur ex illo primæ ad Tim. 3. ubi admonet Pau. Epm Eccleſię Dei nõ eligẽdũ neophitũ, Græca uoce ſignificãs nup natũ, ſeu nup inſitũ; quem Apoſtolus recens baptizatũ uocat, ne in ſuperbiã elatus, ſ. occaſione noui honoris, incidat ĩ iudiciũ diaboli: cui definitioni maxime conſonat ſtatutum, quod defendere admittimur. Tertia demonſtratio colligitur ex definitione

ART. TERTIVS.

Vtrum iudicialia præcepta ſint conuenienter tradita quantum ad extraneos.

Concluſio eſt affirmans.

Rom. 11.

Secundum Cõcl. Baſil. tertium.

Iacobi. 2.

Probatur pars affirmatiua quæſtionis.

1. Timo. 3.

Con. Trid. Eccleſiæ catholicæ. Nam ſacrum Concilium Tridentinũ grauiter pręcipit, quod de ordinandis, & cõſecrandis pri⁹ fiat examen verũ de moribus, & genere, & natalibus. Extant etiam de hac re ſtatuta, auctoritate Eccleſiæ Romanę cõfirmata in Eccleſia Toletana, in collegijs Vniuerſitatũ in Religionibus Diui Iacobi, Sãcti Dominici, Diui Hieronymi. Aſſerere vero, ꝙ in re tã graui erret turpiter Eccleſia catholica, temerariũ dogma eſt, & execrandũ. Quid? ꝙ noſtra ętate contetit: ſunt quidã ab Inquiſitorib. recãtare palinodiam, ꝙ dixerãt, ſtatuta ſimilia licita non eſſe. His accedit

Conc. 4. Toleta. Cõcilium quartũ Toletanũ, c. 64. & refertur 17. q. 4. cap. conſtituit, vbi habetur: Iudęis, & qui ex Iudęis ſunt officiũ publicũ non cõmittatur. vbi Gloſſa, & Archidiaconus ſic loquuntur. i. de familia ipſorũ, vel loquitur de Iudęis nouiter ad fidem conuerſis. Ad quartam demonſtrationẽ pertinent hæc quæ ſequuntur. Nam certe ꝙ recenter conuerſus prædicet Euangeliũ Chriſti, uel Epiſcopatũ, aut dignitatẽ habeat, minime ſecurum, ac tutũ viſum eſt D. Paulo. Alia quæ ſequuntur ex hoc incommoda, non eſt meæ auctoritatis proferre, ne quẽ pudefaciam, aut ne cui grauis, & moleſtus ſim; hoc certe veriſſimum eſt, D.

Limitatio D. Th. obſeruanda. Thomam in ſolutione primi, ſimilia ſtatuta cõprobaſſe: additque D. Tho. vnã ſententiã memorabilẽ, ꝙ non obſtantibus prędictis ſtatutis poterat diſpenſatiue aliquis ad collegium, vel cœtum admitti, propter aliquẽ virtutis actum, ſicut Iudith 14. dicitur, ꝙ Achior dux filiorũ Ammon, appoſitus eſt ad populum Iſrael, & omnis ſucceſſio generis eius. Certe hoc documentum D. Thomæ, & hæc limitatio ſtatuti præ ſe fert magnam æquitatẽ, & ſpeciem iuſtitiæ, quæ poterat in noſtris ſtatutis obſeruari: ſed de hoc videant Patres Eccleſię. Deſino tandẽ in re minime

Arg. ſolut. Ad primum. grata tantũ verſari, & ad argumenta reſpondere aggredior. Ad primum ex ſanctis Scripturis aperte diſtinctéque reſpondet D. Tho. ſolutione ad primum, quæ iam cõ

Ad ſecundũ. memorata eſt in principio explicationis. Ad ſecundum ex Concilio Baſilienſi dicendũ eſt in primis, illud Conciliũ auctenticũ non eſſe. Deinde dicẽdum eſt, ꝙ loquitur de priuilegijs, & immunitatibus, quæ cõiter ſeruantur in populis in hominum conuictu: non. n. facit ſermonẽ de

Ad tertium. dignitatibus, collegijs, & gradibus, &c. Ad tertium argumentum, in quo cõmemorantur incõmoda ea quæ in prædictis ſtatutis apparent, illud breuiter dico, ꝙ cũ D. Paulus præſcribit non eligendum in Epm neophitũ, optime intelligit in tali præcepto non lædi iuſtitiam; non caritatem labefactari, non bonum fidei, & ſalutis præpediri, quin potius bonum diuinũ promoueri, periculũ Eccleſiarum caueri, fidem, & religionem ſtabiliri.

ART. QVARTVS.

Vtrum conuenienter fuerint tradita præcepta quantum ad domeſticos.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

COncluſio præſens hac rõne oſtẽditur. Nã circa domeſticas perſonas ſunt tres cõbinationes, videlicet domini ad ſeruũ, viri ad vxorem, & patris ad filium. Et quantũ ad omnia, lex vetus cõuenientia edidit ꝑcepta: nã circa ſeruos prouidit, & quantũ ad labores, & pœnas: ita e. iam circa vxores, vt ducerentur de ſua tribu, ne cõfunderentur, & ꝙ frater duceret vxorẽ fratris defuncti ſine liberis, ne periret memoria fratris; ꝓhibuit etiã quaſdã pſonas pp reuerentiã naturalẽ: pręſcri

Verũ uerit præceptũ in lege veteri de ducenda vxore ex eadem tribu. bit etiã qualiter vxores deberent tractari: & circa filios inſtituit, vt patres in diſciplinis & morib. eos inſtruerẽt, & ne vacent cõmeſſationib. & laſciuijs. Hæc oĩa eſſe ordinata in veteri lege probat D. Th. productis teſtimonijs ex ſacris eloquijs. Sed vt ea quæ hic ab auctore dicũtur, explicationem habeant, dubitatio eſt non parua, Vtrum in veteri lege fuerit præceptum, vt vxores ducerentur ex eadẽ tribu, ſicut aperte docet Diuus Thomas in littera. Pro cui⁹ rei intelligentia obſeruandum eſt, latiſſimum eſſe diſcrimen inter editionem vulgatam, & omnes alias circa hanc legem connubiorum. Editio vulgata ſic habet Nu. 36 Oẽs viri ducent vxores de tribu, & cognatione ſua, & cũctę feminę maritos de eadem tribu accipient, vt hęreditas permaneat in familijs, nec ſibi miſceantur trib⁹; ſed ita maneãt, vt a Dño ſeparatæ ſunt. Hacten⁹ vulgata: quib. verbis obligabantur omnes tam viri, quã feminæ contrahere matrimoniũ intra tribum ſuam. quibus verbis oppoſitũ ſæpe apparet factũ eſſe. Nã Aaron, de tribu Leui, accepit vxorẽ Eliſabeth de tribu Iuda: & Ioiade Pontifex de tribu Leui, duxit Ioſabeth de tribu Iuda, & Eliſabeth, mater Ioannis Baptiſtæ

Exho. 6. 4. Reg. 11 2. Paral. 22 Luc. 1. erat de filiabus Aaron, vt dicitur Lucæ 1. & erat cognata Beatæ Mariæ: qđ eſſe nõ poterat ſine tribuũ cõmixtione. Quod ſi dicas, vt ſolet dici, ꝙ fuit diſpenſatũ inter has duas tribus pp earũ dignitatem, & pp figurã Chriſti qui futurus erat Rex, & Sacerdos, hoc aſſeuerari non põt de Dauid, qui duxit Micholfiliã Saulis de tribu Beniamin. Certe ſi finis legis reſpiciatur, hæc lex debet intelligi de ſolis filiabus, quæ ex defectu maſculorũ ſortiuntur hæreditatẽ paternã, ne videlicet hæreditas trãſeat de tribu in tribũ, non de alijs nec viris, nec feminis: ſic intelligit Caiet. Simile quid inſinuat D. Th. in hac quæſt. art. 2. ad ſecundũ.

Caiet. D. Tho. Auguſt. Auguſt. etiam concedit, ꝙ mulieres nõ ſuccedentes in hęreditate poterãt ſucceſſiue nubere maritis tribuũ diuerſarum. Nã Iudicũ cap. 10. ſcriptũ eſt, ꝙ poſt Abimelech, ſurrexit dux in Iſrael Thola filius Phua patrui Abimelech, vir de Iſſachar, & ſic Phua fuit frater Gedeonis, qui fuit pater ipſius Abimelech de tribu Manaſſe. Idẽ defẽdit

Burgen. in additione, ſuper Nu. c. 36. Burgenſis, ꝙ liberũ erat connubium tã viri, quã feminæ inter diuerſas tribus, exceptis feminis in hæreditate paterna conſtitutas, quæ ſolę ꝑ hanc legẽ tenebãtur nubere intra ſuã tribũ; ſicut filiæ Salphaad, propter quas lata fuit hæc lex. Et quamquam Lyra explicans. 36. cap. Numerorũ ſiue aſſerendo, ſiue diſputando teneat, ꝙ nemini licebat extra ſuam tribũ matrimonium cõtrahere; tamen Iudicũ 10. aliter ſẽtit, & ſimiliter in tractatu de dr̃ia noſtræ trãſlationis, & Hebraicæ veritatis. Et Sanctus Thomas in quarto, diſtin. 30. q. 2. ar. 1. quæſtiuncula tertia ad quartũ, cõcedit liberũ matrimonium filiabus Aaron, in quibus deerat rõ huius legis. qđ ex conſequenti concedendũ vr̃ de ceteris omnibus, quibus deeſſet eadem rõ, i. nõ ſuccedentibus in hæreditate paterna. Certe Leu. tit. 2. 1. iubetur vt Pontifex ducat vxorẽ virginem de populo ſuo, & non arctatur ad tribũ, vel ſtirpem ſuam; nec opus fuit vnquã vlla diſpenſatione ad hoc, vt exiſtimat Lyranus. Similiter excuſatur Salmon, ꝙ duxerit Rahab, quę nõ ſolũ nõ erat de eadẽ tribu, ſed erat alienigena Chananitis. Et Abulẽſis Ioſue 6. q. 58. rñdet ad argm̃ huius legis, ꝙ hæc lex nõ obligabat ad ducendũ vxorẽ de tribu propria, ſed ad nõ ducendũ de aliena; ne cõfunderentur poſſeſſiones, & tranſirent de vna tribu in aliã. Et quamquã hæc ſolutio nimis cõtorta, & violenta videatur, ſatis eſt, ꝙ vbi deeſt rõ legis, oẽs cõcedunt, quod liberum erat cõnubiũ: & ita tenendum eſt, ſicque explicanda editio vulgata, & ſententia D. Thomæ interpretanda. Hactenus de lege veteri dictum ſit: nũc de Euangelica lege pauca diſſeramus.

QVAEST. CVI.

De lege Euangelica, in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum lex Euangelica ſit lex ſcripta.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt. Lex Euangelica principaliter eſt indita in corde, ſecundario vero eſt ſcripta.

EXPLICATIO ARTICVLI.

ISta concluſio ſic probatur. Nam potiſſimum in lege noui teſtamenti eſt gratia Spiritus ſancti, quæ datur

Chriſti

Chriſti fidelibus per fidem Chriſti: vnde Romanorum
Rom. 8. octauo, Lex ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu liberauit me a lege peccati, & mortis. Habet tamen lex noua quædam diſponentia ad gratiam Spiritus ſancti, & ad ipſius gratiæ vſum pertinentia, quæ ſunt quaſi ſecundaria in lege noua, de quibus oportuit fideles Chriſti inſtitui verbis, & ſcriptis, tam circa agenda, quam circa credenda. & ideo dicendum eſt, quod principaliter noua lex eſt indita ſecundario vero lex ſcripta.

Argumenta in concluſionem. Sed videbitur forſan alicui, quod gratia Spiritus ſancti diffuſa in cordibus noſtris non ſit principaliter lex
Prim. argu. Euangelica. Lex enim eſt actus rationis practicæ, præcipiens quid ſit faciendum, quidue cauendum. At gratia Spiritus ſancti eſt habitus in eſſentia animæ, vel in voluntate exiſtens: ergo lex Euangelica ſecundũ ſubſtantiam nequit eſſe gratia Spiritus ſancti.

Secundum. Amplius, Spiritus ſancti gratia etiam in cordibus antiquorum Patrum diffuſa fuit: at vero tunc temporis nõ erat lex Euangelica: ergo non poteſt intelligi quomodo lex Euangelica principaliter ſit gratia ipſa Spũs ſancti.

Tertium. Ad hæc, ſi lex Euangelica præcipue eſt lex indita in cordibus, ſequitur, quod Euangelium Ioãnis, primo, & principaliter ſit gratia Spiritus ſancti in hominum cordibus infuſa, & ſcriptum Euangelium, proprie non erit Euangelium, aut lex noua: quod aſſerere, catholica religione alienum eſt.

Quartum. Amplius ſequitur, quod Euangelium prædicatum, & annunciatum, proprie Euangelium non ſit, ſed ſecundario, & minus principaliter: at Dominus propriiſſime loquitur cum ait, Prædicate Euangelium omni creaturæ. Sed pro horum confutatione, & veritatis elucidatione
Duplex legis acceptio. eſt obſeruandum, quod lex vno modo appellatur practicæ rationis dictamen, dirigens intellectum quid faciendum, cauẽdumue ſit. alio modo dicitur inclinatio,
Rom. 7. & propenſio appetitus ad aliquid faciendum, aut fugiendum. in quo ſenſu Roman. ſeptimo, concupiſcentiæ inclinatio, propenſioque, lex membrorum nuncupatur. Et in iſto ſenſu, omnia, adhuc, & irrationabilia, inclinantur ad proſequendum, vel fugiendum quæ ſibi conueniunt quadam lege æterna participata, dictante diuino intellectu. Differt autem ſecunda legis acceptio a prima: quod prima intellectum duntaxat illuſtrat, ſecũda vero corroborat appetitum ad aliquid agendum, aut cauendum, ſuppeditatque vires, ut quæ per intellectum bona eſſe cognouimus, voluntate proſequamur. Certe inclinatio hæc efficacior eſt ad operandum, quam illa prima, tum ob rationem modo commemoratam, tum quia proficiſcitur ex amore voluntatis; illa vero ex metu: vnde dicitur 2. Corinth. 3. Vbi Spiritus Domini, ibi
2. Cor. 3. Rom. 8. libertas: & ad Roma. Non accepiſtis ſpiritum in timore. Hac de cauſa dicit Apoſtolus, iuſto legem non eſſe poſitam; non quod non teneatur ad legem, & ad legis præcepta, ſed quia ſponte operatur quæ lex præcipit, & ad pleraque alia ſe extendit, quæ lege ſcripta non ſunt. Illud etiam obſeruandum eſt, quod ex peccato originali tria homini mala præcipue ſubſecuta ſunt; cæcitas in intellectu; infirmitas, & ægritudo in voluntate; inimicitia cum Deo. Primum ſanauit Chriſtus cæleſti lumine fidei: Secundum vero gratia Spiritus ſancti diffuſa in cordibus noſtris, qua corroborantur noſtræ voluntates ad bona proſequenda: ſimiliter & tertium malum gratia ipſa ſanauit, per quam nos reconciliauit Deo. Senſus ergo concluſionis articuli eſt, quod Chriſtus nouã legem infudit animis noſtris, inclinando nos ad opera cæleſtia per gratiam Spiritus ſancti, quam effudit in nos abunde. Hanc ob rem lex noua principaliter indita eſt in corde. Inde enim ad bona opera inclinamur, vt ea opere compleamus: econtra vero lex vetus in lapidibus ſcripta extitit, & inde ad corda hominum transferebatur. Harum legum differentiam explicat Auguſtinus
D. Auguſt. tam accurate, quam diligenter lib. de ſpiritu, & littera; vbi potiſſime incumbit, vt explanet, quo pacto ſit legis Euangelicæ proprium, eſſe inditam in cordibus noſtris: ad quod adducit illud Hier. 31. Ecce dies venient (dicit
Hier. 31. Dominus) & conſumabo teſtamentum nouum ſuper domum Iſrael, & ſuper domũ Iuda, & dabo legem eam in viſceribus eorũ, & in cordibus eorum ſcribam eam: quã de lege Euãgelica interpretatur D. Paulus Heb. 8. Cui conſonat illud, Manifeſtati quod epiſtola Chriſti eſtis, miniſtrata per nos, non atramento ſcripta, ſed ſpiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, ſed in tabulis cordis carnalibus. Heb. 8. 2. Cor. 3.

Lex Euãgelica præcipue indita eſt cordibus hominum. Quod vero lex Euangelica præcipue ſit indita in cordibus, rationibus Theologicis comprobatur. Primo, quãdo Euangelica lex in primis fuit promulgata in die Pentecoſtes; erat lex noua, nec dum ſcripta, quouſque Matthæus ſcripſit primũ Euangelium: ergo indita erat in cordibus hominum, & infuſa diuinitus.

Ad hæc, illa quæ in lege veteri continebantur, præcipue attinebant ad obſeruationes factorum quæ ſcripto tradi poterant: at lex Euangelica, eſt lex fidei viua quæ maxime in cordibus hoĩum inſeritur. Certe lex vetus extrinſecus poſita eſt, vt iniuſti terrerẽtur, lex aũt noua intus poſita eſt, vt hoĩes iuſtificarẽtur, dicente Paulo, Littera occidit; ſpiritus aũt viuificat: id eſt, littera illa lapidibus impreſſa occidebat; lex vero Euãgelica viuificat. 2. Cor. 3.

Inſuper, Chriſtus fuit nouus legiſlator, qualis ab exordio mundi nullus vnquam fuit: oportuit ergo quod nouam, & inauditam legem ferret, ſingularique modo eam promulgaret, vt puta eam in cordibus hominum infundendo. Ex quo ſequitur, quod fuerit hominũ mentibus indita: in quo ſignificatur nouus quidam lapſus, & ſuauis, a ſuperiori cauſa, qui in penetralibus cordis recipitur, non violenter ſuperfuſa, non terribili clangore buccinæ, ſtrepoſi a, ſed molli oratione interius loquẽtis. Merito ergo noua lex indita dicitur.

Ad argumenta ergo in initio poſita dicamus. Ad primum patet ſolutio ex ſecunda acceptione legis.

Solut. argu ad primum & ſecundum. Ad ſecundum dico, quod Patres veteris teſtamẽti gratiam habebant, & caritatem: at gratia erat eo in ſtatu velut aduentitia, & per participationẽ accepta, quatenus attinebant ad nouum teſtamentum. nam, & illis, & nobis per Chriſtum gratia collata fuit: at in nobis eſt propria, & per ſe fructus, vnde & lex gratiæ dicitur. Sane ſi nihil lex Euangelica aliud haberet, niſi docere operãda, & fugienda, diceretur littera occidens, ut Aug. loco citato ſæpe dicit; ſed illa docet quid faciamus, præbetque auxilium quo faciamus.

Ad tertium & quartum. Ad tertium dico, quod etſi lex Euangelica præcipue ſit lex indita in cordibus, nullatenus tamen dicendũ, quod Euangelium ſcriptum, improprie ſit Euangelium, ſed quod ſit ſecũdario, & minus principaliter lex Euangelica, nõ tamen improprie. Quis enim audeat dicere, Euangeliũ Ioannis non eſſe proprie Euangelium? Profecto leges ſcriptæ, proprie leges ſunt. Item, quis non videt Euangelium eſſe bonam, & felicem annunciationem? at huiuſmodi enunciatio ſit Euangelio ſcripto. Vnde temerariũ dogma eſſe decerno, ſi quis dicat, Euangelium Ioannis, aut Matthæi, quia eſt ſcriptum, improprie eſſe Euangelium. Sed hinc parua quædam quæſtio ſuboritur, quę diu, multumque torſit Auguſtinum; verũ ſit legis Euãgelicæ proprium, quod ſit indita in cordibus: quod cum hoc competat legi naturali, planiſſime teſtatur Paulus cum ait: Gentes quæ legem non habent, naturaliter quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex; qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: id eſt, eiuſmodi non habentes pedagogiam legis ſcriptæ, ipſi ſunt vice legis, qui oſtendunt vita ſua opus legis ſcriptum in cordibus ſuis: eſt enim homini ingenita notitia de agendis, ad diſcernẽdum inter honeſtũ, & turpe. Itaque naturæ lex notitia eſt mentibus impreſſa de operibus legis. ergo illud non eſt proprium legis Euangelicæ, ſiquidem, & iſthæc prerogatiua legi competit naturali. Reſpondeo, nullo modo poſſe negari naturalem legem mentibus noſtris eſſe impreſſam, & inditam; ſed non ſicut lex vitæ, & ſpiritus, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Lex enim Euangelica non ſolum menti, & intellectui indita eſt, vt ſciamus diſcernere inter honeſtum, & inhoneſtum, ſed data in cordibus noſtris, & in illis ſcripta, vt quæ facienda nouimus, amemus, & diligamus. Rurſum, lex Euangelica ideo appellatur lex ſpiritus, & vitæ, quia ſuppeditat ſpiritum, & vitam ad ea, quæ præcepta ſunt adimplenda. Alio modo explanatur iſthæc difficultas hic ad ſecundum: lege D. Thomam.

Verum ſola lex Euangelica ſit in cordib⁹ ſcripta. Rom. 2.

Solutio dub.

E X P L I.

EXPLICATIO ARTICVLI.

1. Cor. 3

VTraque concluſio probatur. Nam 1. Cor 3, dicitur. Littera occidit, ſpiritus viuificat. & Auguſtinus per litterā ītelligit qualibet ſcripturā extra homines ſcriptā etiam moralium præceptorū, qualia in Euangelio cōtinētur: quare etiā litteræ Euangelij occiderēt, niſi intus adeſſet gratia fidei ſanās: & alibi dicit: In veteri teſtamento lex extrinſecus poſita eſt, vt iniuſti terrerentur: ſed in nouo intrinſecus data eſt, vt iuſtificarentur.

ART. SECVNDVS.

Vtrum noua lex iuſtificet.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Lex noua, ut eſt ipſa gratia Spiritus ſancti, iuſtificat.

Secunda concluſio. Quod ſecundario attinet ad legem nouam, vt ſunt documenta fidei, & præcepta humanum affectum ordinantia, & actus humanos, non iuſtificat.

Gratia iuſtificans varijs modis a Chriſto venit

Aduertendum tamen eſt in præſentia, ꝙ gratia iuſtificans, qua homines cū Deo reconciliantur, cuius ſolus Deus auctor eſt, per meritū Chriſti multipliciter ꝓuenit ab eo in homines. Primo, p ſigna a Deo conſtituta, quæ dicūtur ſacramēta, quib. appoſitis, homines iuſtificātur coram Deo. Secundo, per ꝓpria opera; cum, ſcilicet, aliquis gratiā aſſecutus, per opera propria meretur eius augmentū: verū hoc potius attinet ad gratiæ augmentū quam ad eius inchoationē, augmentum .n. præexigit rei exiſtentiam. Tertio, prouenit gratia a Deo etiā quo ad inchoationē, mediante ꝓpria diſpoſitione, in qua principem locū tenet Dei vocatio gratuita, auxiliūque diuinæ gratiæ; ſuus tamen locus relinquitur humanæ induſtriæ, vt homo cōſentiat vocanti, tū ex parte intellectus, tū ex parte affectus. Hi ſunt regulares modi, quibus gratia in homines ꝓuenit, præter quos adhuc eſt quartus, videlicet, miraculoſa cōuerſio. Vt enim in operib. naturæ quædā fiunt ſuprema Dei poteſtate; præter cōmunem curſū, vt ſubita illa germinatio virgę Aaron; ita in operibus gratiæ nonnulla exuberante poteſtate diuina proueniunt, præter regularem curſum, vt fuit Pauli conuerſio

Corollaria apprime notanda

Ex iis ſequitur primo, ꝙ gratia, & caritas tempore Euangelii vberius infunduntur, quam vnquam fuerint hominibus allata; quod liquet diſcurrēdo per illas quatuor vias, quibus in præcedentibus oſtendimus Deū cōferre gratiam. Et primo, qđ attinet ad ſacramenta, certū eſt quod noſtra nō ſolum ſunt ſigna præcedentis paſſionis, aut comitantis gratiæ, verum etiam ſunt eius efficaciſſima inſtrumenta: continent enim pretium ſanguinis Chriſti. Ob id ab Spiritu ſancto fontes appellantur, ex quibus gratia indeficienter profluit: vnde ait Eſaia. 12. Hauurietis aquas in gaudio de fontib. Saluatoris. De ijs ſacramentis dicitur in Concil. Tridentino, ſeſſione ſeptima in prologo, ꝙ per hæc ſacramenta, noſtra iuſtitia vel incipit, vel cœpta augetur, uel amiſſa reparatur. At omnia ſacramēta, quæcūque ante fuere, licet eis adhibitis paruuli iuſtificarentur, numquam tamen gratiā conferebant ex opere operato, ut aiunt Theologi. De ſecunda autem via diligenter conſiderandum eſt, quod cum per ſacramentū baptiſmi Chriſto crucifixo ſimus complantati, & ad idē corpus attinemus, & eodem ſpiritu viuimus vt ipſe dicit Ioannis decimoquinto. Ego ſum uitis, uos palmites; In qua ſimilitudine cōtinentur iſta duo: equidē vitis cū palmitibus pro eodem ſuppoſito computantur, & eadem anima viuunt. Attamen ſic eſt ſimilitudo iſta accipienda, vt in vnoquoque iuſtificato ſit formalis iuſticia inhærens, vt explicatur in Concilio Tridentino, ſeſſione ſexta, canone ſeptimo. Sicuti ergo cuiq; fideliū licet dicere cū Paulo, Viuo ego, iā non ego, viuit aūt in me Chriſtus, ita & iuſtificatis, & in Chriſto manentib. licet dicere. Operor ego, iam non ego, operatur vero in me Chriſtus, Ob id opera noſtra, prout virtutē, & influētiam mutuantur a capite, efficaciter, & de cōdigno ſunt meritoria gratiæ, & gloriæ. Caietanus ingenioſe id probat opuſculo de fide, & operib. c. 7. & deinceps. Hanc autē prærogatiuā non potuerunt habere opera præcedētium, quia nondum erat caput, quod per membra efficiētur operaretur. Sed ne Caietano tantam doctrinā tribuamus, in Trid. Concil. ſic dicitur; Ipſe Chriſtus Ieſus tamquā vitis in palmites, & tamquā caput in membra virtutē influit. Ex quo ſequitur, ꝙ, quo ad hanc viā noſtra lex multi excedit veterē. nam illi non erant Chriſto coniuncti niſi per fidē, tamquā fini iſta tamē nō erat Chriſti realis influentia, vt modo eſt; operari .n. ſupponit eſſe, tunc nō erat Chriſtus. De tertia via magnū argumentū ſuppeditat conuerſio mundi tā ſubita. Olim .n. notus ſolum ī Iudæa Deus, ſed poſteaquam orbi lux noua noui Euangelii illuxit, multa hominū millia, nō ſolū uocata, ſed & iuſtificata, & ad beatitudinem admiſſa ſunt. Et ſi cōſideremus diuinam liberalitatem, quid non eſt ſperandum de Deo? ſicut & dicitur; Qui proprio Filio ſuo nō pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illum, &c. Tunc demū illa pietatis viſcera ſuper nos effuſa ſunt. At motiua ex parte intellectus modo euidentiora ſunt quā antea: vnde & Hier. c. 31. in illa verba prorupit; Nō docebit uir ultra fratrem ſuū, dicens; Cognoſce Dominū. omnes .n. a minimo vſque ad maximum cognoſcēt me. quem locum Auguſtinus ubi ſupra cap. 24. dicit de ſtatu gloriæ eſſe intelligēdum; alij tamen id intelligunt de præſenti ſtatu, vbi tot ſunt argumenta diuinæ gratiæ, vt fere nō ſit opus doctore; exaggeratio eſt ſolita, & frequens in ſcriptura. Atqui ex parte affectus motiua talia ſunt, vt etiam rebelles ad Chriſtū trahant, in quo ſenſu intelligendū eſt illud, Ego cū exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum. id eſt, cum hominibus enunciatum fuerit pro illis me vitam poſuiſſe, motiuum hoc tantę erit efficaciæ, ut homines quaſi inuitos trahat. huius explicationem vide apud Diuum Leonem in ſermone de paſſione Domini, qui incipit, Decurſis. Sed & de quarta uia, uidelicet, de miraculoſa conuerſione non eſt opus uerba in hoc abſumere, cum in nouo teſtamento paſſim de hoc extēt exempla; in ueteri autem aut nulla aut rariſſima ſunt. Omnis vero Apoſtolorum conuerſio miraculoſa fuit, ex piſcatorib. uidelicet eos facere mundi principes. Deinde illud, qđ parabolice dicitur apud Luc. 14. Compelle intrare eos &c. indicat hoc, nouam quādam viam ſternendam fore, qua homines ad Deū vocarentur, immo & compellerentur. quę ſunt miraculoſæ conuerſiones.

Conci. Trid. ſeſſ. 6. c. 16. — Rom. 8 — Hier. 31 — Auguſt. — Ioan. 12. — Leo Papa — Luc. 14

Gratia & caritas fructus per ſe legis Euangelicæ

Sequitur ſecundo, ꝙ gratia, & caritas eſt proprius, & per ſe fructus legis Euangelicæ. Hoc patet ex dictis. Continet .n. Euangeliū, & exhibet Chriſtū, qui fons eſt gratiarum omnium. & ſicut habetur Sap 7. Venerunt mihi omnia bona pariter cum illa. Sic & in lege Euangelica conſtituti dicere poſſumus, quod omnia media, & inſtrumenta ad gloriam & gratiam aſſequendam cum Chriſto fuerimus conſecuti, quem lex antiqua oſtendebat quidem futurum; ſed non exhibebat præſentem. At uero de ijs gratiæ inſtrumentis qualiter a Chriſto pendeant, extat exemplum præclarum Zach. 4. vide ibi Hiero. certe eſt pulcerrimus locus.

Sap. 7 — Zach. 4 — Hieron.

Sequitur tertio. quod quicumque gratiā adepti ſunt ab origine mundi, ex hoc ipſo modo pertinēt ad nouū teſtamentum; ſic ait Diuus Thomas art. 1. ad. 3. & Aug. Sed & ex phyſicis conuenientiam inueniemus: quod n. competit alicui per accidens, reducitur ad id quod eſt p ſe. v. g ſi lignum, aut aqua eſt calida, id ei accidentaliter cōuenit: ignis .n. per ſe, & veluti eſſentialiter calidus eſt: quæcūque naturā calidi participant, eo ipſo reducūtur ad naturam ignis quaſi illam participantia: ergo cū gratia Spiritus ſanct p ſe ſi legis Euangelicæ fructus, quā fideles noui teſtamenti tāquā hæreditario iure ſib. vendicare poſſunt, quicūque autem gratiā antea conſecuti ſunt, hoc ipſo quodammodo attinent ad nouum teſtamentum. atque adeo quodammodo huc pertinet, qđ in cōfeſſione fidei ponitur, c. firmiter. de ſumma Trinitate vnam, ſc licet, eſſe fidelium vniuerſalem Eccleſiā, extra quam nullus omnino ſaluatur. nā iſthæc vnitas ex vnitate

D. Tho. — Aug. lib. de ſpiritu & litt. c. 24.

Conc. Trid. — Ioan. 15. — Conci. Trid. — Gal. 2. — Sacramēta. gratiæ fōtes appellantur — Eſa. 12. — Caiet.

tate capitis regentis, & ſpiritus viuificantis maxime attenditur. At uero hoc caput, & hic ſpiritus gratiæ, potiſſime attinent ad nouum teſtamentum.

Quarto ſequitur, quod iuſtificare, proprie Euangelicę legi cōpetit: quod legi veteri nullatenus conuenire antea oſtendimus.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum lex noua debuit dari ab initio mundi.

Conclusio negat.

Conclusio eſt D. Thomæ hic ar. 2. & Aug. Ratioque ſuffragatur: nam gratia Spiritus ſancti ē ueluti cauſſa formalis in iuſtificatione impij, de qua dicitur; Iuſtificati gratis per gratiā ipſius. Sicut. n. cum illuminatur aer, licet ſit tenebrarum expulſio, & infuſio lucis, materialiter expulſio illa eſt, & formaliter eſt infuſio luminis; ita in impij iuſtificatione eſt expulſio peccati, & illius remiſſio, & collatio gratiæ. & iſta eſt prior ĩ genere cāæ formalis; illa vero in genere cauſſæ materialis. Preterea, lex Euāgelica eſt, quę gratiam proprie continet, & illam confert: ergo iuſtificatio eſt proprius effectus nouæ legis: Propter quod Saluator mūdi ingrediens ait; Spiritus Domini ſuper me, vt mederet contritis corde, ut prædicarem &c.

Aug. ubi ſupra c. 17. — Rom. 3. — Eſa. 61.

EXPLICATIO ARTICVLI.

HÆc concluſio probatur: quoniam lex noua, principaliter eſt gratia Spiritus ſancti, quæ abundāter dari non debuit, antequā peccati impedimētum ab humano genere tolleretur, conſumata redemtione per Christum, vt dicitur Joannis ſeptimo. Quod etiam patet ex perfectione nouæ legis. Non. n. aliquid ſtatim ad perfectum deducitur a principio, ſed quodam tēporali ſucceſſionis ordine: ſicut aliquis prius eſt puer; poſtea uir. Quare lex pedagogus fuit in Chriſto, vt ex fide iuſtificemur. Item patet: nam lex noua eſt lex gratiæ; vn̄ oportuit hominem ſibi relinqui in ſtatu legis ueteris, quo in peccatum cadendo ſuā infirmitatē agnoſceret, & quantum gratia egeret. & hanc rationem aſſignat Apoſtolus Roman. 5.

Ioan. 7. — Rom. 5.

Quando habuerit uim obligandi oēs lex noua.

Ceterum in hoc articulo præcipue inueſtigandū eſt, quando noua lex habuerit uim obligandi quo ad oēs? Cuius quæſtionis definitio hæc eſt. Lex noua habuit vim obligandi quo ad omnes a feſto Pentecoſtes; etſi oppoſitum ſit probabile, ſcilicet, quod a morte, & reſurrectione Chriſti ſtatim obligatit.

Primu argu. Prior pars ſic probatur. De rōne cuiuſcūque legis eſt promulgatio, ut q. 90. art. 4. habuimus: at in die Penteco ſtes, & non ante fuit promulgatum Euangelium ergo ex tūc cœpit obligare. Et cōfirmatur, qa Act. 2 legitur, illos qui audiere Euangeliū, ad p̄dicationē Petri fuiſſe baptizatos: ergo ſignū eſt ex tunc incepiſſe legis obligationē.

Act. 2.

Secundum. Ad hæc, non Chriſtus diſcipulis ſilentium impoſuit, ne p̄dicarent; ſed præcepit, ut manerent, & quieſcerent in eodē loco, quouſque virtute ex alto induerentur: ergo, nec lex antea obligabat, q̄ uirtus eos firmaret. Patet conſequentia: quia qui prohibuit p̄dicationem Euangelij, viſus quoq; eſt tollere uim obligatoriā. Et dixi; Quo ad oēs: nam Apoſtolos ſtatim a morte, & reſurrectione Chriſti obligabat; ſed & oēs, quotquot Euangeliū ſciebant, ſecundum ſn̄iam Diui Thom. 3. parte, q. 66. art. 2. vbi dicit, præceptū baptiſmi, qui eſt ianua legis Euāgelicæ, obligare ſtatim a morte Chriſti. De Apoſtolis uero patet, Marci vltimo, ubi Dominus increpauit incredulitatem illorum, & duritiam cordis.

D. Thom. — Marc. ult.

Soto. Duran. Alia uero pars concluſionis eſt Soti lib. 2. de iuſtitia, q. 5. art. 4. & 4. diſtinct. 3. quæſt. unica, artic. 2. & Durandi diſtinct. 1. q. 9. & rō eſt: lex enim uetus ceſſauit in morte Chriſti. ergo ſtatim cœpit obligare noua; alias illud tp̄s a morte Chriſti uſque ad Pentecoſten ſine lege eſſet. Ad hæc, promulgatio nullam vim confert legi, ſed inſtitutio; atqui fuit inſtituta ante mortem Chriſti. ergo mox a morte eius obligat: nam cōſtituta fuit ut vim haberet poſt mortem. Et probo minorem ex Matt. 28. vbi dicitur Docete quæcūque uobis mādaui. Præterea nam a morte Chriſti uſque ad Pentecoſtē erat baptiſmus remediū ſufficiens ad tollendum pctm̄, & non erat aliud ſcientibus Euangelium: ergo obligabat eos ad ſuſcipiendū baptiſmum. Conſequentia patet; nā omne medium ad ſalutem neceſſarium cadit ſub p̄cepto; ſed tale erat tunç baptiſmus: ergo tunc baptiſmus obligabat: ergo & Euāgelica lex; qa per baptiſma p̄fitemur totam legem Euāgelicam. Et hinc exploditur ſententia Scoti dicentis, circūciſionem fuiſſe in conſilio ab aduentu Chriſti vſq; ad Euangelij promulgationem. Nam ſicut lex vetus fuit abolita per mortem Chriſti; ſic & circūciſio, quæ erat quaſi ianua veteris legis. Item falſum eſt, quod ipſe 4. diſ. 3. q. 4. aſſerit, nempe, quod circūciſio erat in cōſilio poſt inſtitutionem baptiſmi: nam Geneſis 17. ponit lex circūciſionis ſub hac forma, ut qui non circūciditur, deleatur de populo ſuo: ubi ſignificatur, pctm̄ mortale eſſe non circūcidi, ut ibi explicat Aug. in quo et Abulenſis deceptus eſt. Nec rō Scotica aliquam præ ſe fert energiam; Conſilium. ſ. de virginitate tollit matrimonij obligationem; at tunc erat conſilium de baptiſmo: ergo tollebat præceptum circūciſionis. Ad hāc enim dico, quod cum conſilium non ſecum patitur præceptū, verū dicit; qn̄ vero nulla eſt repugnantia, conſilium non tollit præceptum; veluti conſilium orationis non tollit præceptum ieiunij in Quadrageſima. Vnde etſi paruuli per baptiſmum tunc ſaluarentur, parentes tamen peccarent non circūcidendo illos, etiam iam baptizatos. Quare etiam ſi adulti baptiſmo iuſtificati eſſent, tenebantur ad circūciſionem, ſicut qui modo iuſtificantur, contritione ad confeſſionem tenentur.

Matt. 28. — Scotus. — Gen. 17. — Auguſt. Abulenſ. Exho. 12. & ſuper Matt. c. 26. q. 44.

Sed quia ſententia Soti in commentarij principio poſita probabilior videtur; ideo ad argumenta pro alia parte reſpondetur.

Ad primum. Ad primum ergo nego minorem; immo in ipſa morte Chriſti fuit facta promulgatio legis nouæ; nā tūc facto ipſo promulgauit, cum ea, quæ prædixerat, conſumauit. Deinde, ante ſuam mortem omnia ſacramenta inſtituit, mortem, & reſurrectionem ſuam reuelauit: nam quidam ex Phariſæis miſerunt ad ſepulchrum cuſtodes, quia dixerat, tertia die ſe reſurrecturum; & diſcipuli euntes in Emaus dixerunt Chriſto; Tu ſolus peregrinus in Hieruſalem, & hæc ignoras? ergo lex iam tūc ſatis erat promulgata. Pēna vero 3. parte, q. 66. art. 2. dicit, ꝙ diuina lex nō eget tanta promulgatione; ſed ſatis eſt ſi alicui vni reueletur, ut ille alijs dicat.

Mag. Peña.

ad ſecūdum. Ad ſecundū dico, ꝙ ſilentium illud erat, ut diſcederēt ab officio prædicationis ante confirmationem Spiritus ſancti; non tamen legis obligationem auferebat. Igitur ſecūdum hanc ſn̄iam a morte Chriſti erat obligatio, quo ad oēs, ſed excuſabantur a culpa per ignorantiā. Iſta ſententia eſt D. Tho. 3. parte. q. 66. art. 2. & Duran. 4. diſt. 1. q. 9. Ricardi diſt. 3. q. 3. Capreoli ibi maxime diſt. 3. q. 1. art. 3. Hinc ſequitur contra Scotum ubi ſupra, ꝙ baptiſma a morte Chriſti non fuit ſub conſilio, ſed ſub præcepto. quod probo. Nam uel erat ſub conſilio ignorantibus illud baptiſma, uel ijs, qui ſciebāt legem baptiſmi. Ignorantibus non erat in conſilio: nam ex ignorantia tenebātur ad præceptum de circūciſione. Ijs vero qui ſciebant legem baptiſmi, notum erat circūciſionem iam eſſe abolitam: ergo id tantum remedij neceſſarij ſupererat, ſcilicet, baptiſmus. ergo nō in conſilio; ſed in præcepto erat, ſicque ex conſequenti tota lex Euangelica obligabat.

D. Tho. Durand. Ricard. Capr.

ad tertium. Sot. 3. Qui oppoſitum tenet, poteſt rn̄dere ad primum Soti, ꝙ in eo tempore non eſſet orbis abſq; lege: habebant. n. Apoſtoli legem, & alij multi quibus innotuerat per prædicationem Chriſti: gentes vero lege tunc carebant ſcripta; ſed ſacramentis, & fide iuſtificabantur ante ſufficiētem promulgationem, ut ſupra diximus.

ad ſecundū. Ad ſecundum dicatur, promulgationem de ratione legis ſic adeo eſſe, ut ſine illa uim non obtineat.

ad tertium. Ad tertium, quod præceptum baptiſmi obligabat quidem ſcientes: nā ſacramenta cōfirmata ſunt morte Chriſti, ut docet Auguſtinus ſuper Ioannē 19. at reliqua Euāgelij præcepta nō obligabant, niſi pro tempore ſufficientis

Obiectio. cis promulgationis: Quod ſi quis inſurgat contra vtrãque concluſionis partem; Euangeliũ, & eius præcepta ante mortem Chriſti fuiſſe lata; nullum vero in morte: ergo antea obligabãt: Ad hoc dicit Cano ſuper tertiam partem vbi ſupra, quod poſt mortem indixit Chriſtus præcepta, vt patet de pęnitẽtia; Quorũ remiſeritis peccata, &c. Sed Soto. 4. d. 5. q. vnica. art. 2. dicit, omnia pręcepta fuiſſe a Chriſto data ante mortẽ, vel uiua uoce aliquib' reuelata, uel prædicatione publice ꝓmulgata, etſi poſtea fuerint explicata. Negatur ergo ante mortẽ obligare, qa dabantur, ut poſtea obligatura. Sed ad finem ſciendũ eſt, ꝙ lex Euangelica nõ debuit dari ab initio mundi: nam uel exhiberet Chriſtũ gratiarum fontẽ. & hoc non oportuit ab origine mundi, ne ſtatim poſt peccatum homines tãto munere donarentur: ſic enim exſpediebat dignitati uenientis ut ſic expectaretur; ſicq; exſpediebat humilitati ſuſcipientis. Neq; debuit eſſe lex Euangelica ad hoc ut daret gratiã alterius rationis; eſſet enim id contra diuinæ prædeſtinationis ordinẽ, qua præfinitum erat, ut omnes gratiam cõſequerentur mediante Chriſto. Ex quo poſſunt colligere fideles noui teſtamenti ſuam felicitatem, prout dicitur Luc. 10. Beati oculi qui uident quæ uos uidetis, &c. Et ſi poetarũ uerbis uti liceret, hoc eſt aureum ſęculum quod ipſi comminiſcuntur. De hoc tempore uaticinatus eſt Eſaias; Erit lux Lunæ, ſicut lux Solis, &c. Vide inibi D Hieronymum.

Cano. Solutio.

Ioan. 10. Soto.

Luc. 10.

Eſa. 30.

ART. QVARTVS.

Vtrum lex noua ſit duratura vſque ad finem ſęculi.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Statui legis novæ nullus alius ſtatus ſuccedet ſecundum diuerſitatem legis. Etenim ſtatus nouæ legis tamquam perfectior, ſucceſsit ſtatui ueteris legis, tamquam imperfectiori: ſed in hac vita nullus ſtatus poteſt eſſe perfectior quam ſtatus nouę legis; quia nihil poteſt eſſe propinquius vltimo fini, quã quod ad ipſum ĩmediate introducit, vt lex noua facit, ſecundum Apoſtolum ad Hebr. 10. Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu ſanctorum in ſanguine Chriſti, quã initiauit nobis uiam nouã, accedamus ad eum.

Secunda Concluſio. Si loquamur, prout perfectius, & minus perfecte ſe habent homines ad eandem legem, ſic variari poteſt. Sic enim frequenter ſtatus legis veteris fuit variatus: cũ quandoque leges optime cuſtodirẽtur; quandoque omnino prętermitterentur: ſic etiam ſecundum diuerſa tempora, & ꝑſonas diuerſificatur ſtatus nouæ legis; in quantum gratia Spiritus sãcti perfectius, uel minus perfecte habetur.

Tertia concluſio. Non eſt ſpectandus aliquis ſtatus in quo perfectius habeatur gratia Spiritus ſancti, quam hactenus habita fuerit: maxime ab Apoſtolis, qui primitias ſpiritus acceperũt, & tẽpore prius, & abũdantius cęteris.

EXPLICATIO ART.

IN hoc articulo duo ſunt inueſtiganda ex diuinis litteris. Alterum eſt, num lex vetus finẽ habuerit; an potius ſit duratura vſq; in finẽ ſęculi. Quod .n. ſit duratura uſq; in æternũ, probant Hebręi ex ſanctis ſcripturis, in quibus frequentiſſime dicitur; Legitimũ ſempiternũ erit uobis, & alia ſimilia uerba quæ indicant plane, legẽ in ſempiternum duraturã. Sed quæſtio hæc nõ eſt cur hoc loco nos detineat, cũ in ſuperioribus fuerit demonſtratũ, legẽ ueterẽ ceſſaſſe, & antiquatam eſſe. Certe Ier. 31. dicitur plane; Ecce dies ueniẽt, dicit Dominus, & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fędus nouum, non ſecundum pactum quod pepigi cum Patribus ueſtris, & cetera quæ ſequuntur. Vnde dicendum eſt, quod, Sempiternum, accipitur pro longo tempore, ſicut oſtendit D. Aug. Vel lex uetus dicitur duratura in ſempiternum, ſecundũ præcepta moralia, ſimpliciter & abſolute; ſecundum cęremonialia uero, quantum ad ueritatẽ per ea figuratam. ſic interpretatur D. Tho. ſupra q. 103. art. 3. ad primum. Vel dicitur inſtituta in ſempiternum, id eſt, tamdiu, quamdiu pactum cum Patribus erat initũ, donec ueniret ſemen quod repromiſſum eſt. Profecto, AEternũ, in ſanctis ſcripturis non ſemper ſignificat æternitatem, ſed continuitatem temporis uſque ad terminũ pręfixum. de qua re loquitur optime D. Aug. Sed & alia interpretatione uſurpatur paſſim, Legitimum ſempiternum, in diuinis eloquijs. Sane. ſempiternum dicitur, quod nullo die intermittẽdum eſt. ſic Exhod. 28. & Leuit. 16. Item ſecundum Gregorium; teſtamentum uetus appellatur æternum, quia intellectus illis nũquã mutatur. Ex his patet, quomodo teſtamentũ uetus ſit ſempiternũ fuerit duraturũ. Sed iam cõſideremus aliã quęſtionem; Nũ lex noua ſit duratura uſque in finem mũdi? de quæſtione hac uarij sũt exorti errores in Chriſtianorũ republica. Nam (vt ſcribit Aug.) Montanus, & Priſcilla poſuerunt, ꝙ promiſſio Domini de Spiritu ſancto dãdo, nõ fuit cõpleta ĩ Apoſtolis, ſed in eis. Sed & Manichęi poſuerũt, ꝙ fuit cõpleta in Manichæo, quẽ dicebant eſſe Spiritũ paracletũ. & ob id utriq; nõ recipiebãt Actus Apoſtolorum, in quib' aperte ſcribitur, ꝙ illa promiſſio fuit in Apoſtolis completa, ſicut Dominus iterato eis ꝓmiſit, Act. 1. Baptizabimini in Spiritu ſancto nõ poſt multos hos dies: qđ impletũ legitur Actuũ ſecundo. Prædicti ergo auctores dicebant, eſſe ſpectandũ aliud tẽpus & aliã legẽ Spiritus ſancti. Sed iſtæ uanitates & deliramẽta excludũtur ꝑ hoc qđ dicitur; Nondũ erat ſpiritus datus, qa nondũ Ieſus erat glorificatus: ex quo ſignificatur ꝙ ſtatĩ glorificato Chriſto in Reſurrectione, & Aſcẽſione fuit Spiritus ſanctus datus. Sed & quidẽ hæretici, q Flagellantes nominãtur, dixerũt, Euãgeliũ poſt aduentum ſuę ſectæ iã deſijſſe. Sed cõtra ſunt aperta teſtimonia, quę ꝓbant Euangeliũ duraturum vſq; ad finẽ ſęculi; Eccl. 17. Teſtamentũ æternũ conſtituit cũ illis, & iuſtitiã, & iudicia ſua oſtẽdit illis. Et cõſtat hic nõ fieri ſermone de ueteri teſtamento, quia illud antiquatũ eſt, & reuocatũ, ut ꝓbat Paulus ſæpe, præcipue in epiſtola ad Hebræos, & Baruch. 2. Et ſtatuã illis teſtamentũ alterũ ſempiternum; & Pſ. 110. Redemtionẽ miſit Dñs populo ſuo, mandauit in æternũ teſtamentũ ſuũ. Et ipſa veritas hoc idẽ confirmat, dicens, Amen dico uobis, ꝙ non pręteribit generatio hęc, donec omnia fiant. quę verba exponens Theophilactus ſuper Lucã, ait: Generationẽ vocat, nõ eos qui tũc aderãt, ſed omniũ fideliũ generationẽ: ſolet. n. Scriptura hoc nominare modo: vt, Hæc eſt generatio quærentium Dominũ. Quia autẽ turbationes, & bella, & alterationes dixit futuras tã elementorũ, quã rerum, nequis ſuſpicetur, ꝙ forte aliquando deſtruendus ſit Chriſtianiſmus, dicit: non enim præteribit hæc Chriſtianorum generatio: cælum quidem & terra immutabuntur; ſermones autem mei, & Euangelium meum non peribunt, ſed manebunt. Tametſi commoueantur omnia, fides tamen in me non deficiet. Apparet autẽ hoc loco, ꝙ Eccleſiam omni creaturæ præferat: Eccleſia enim eius, & Verbum, ac Euãgelium nequaquam peribunt. Hactenus Theophilactus. Pręterea, in uerbis, quibus quotidie uinum in ſanguinem Chriſti tranſubſtantiamus, ſic dicitur: Hic eſt calix ſanguinis

Vtrũ lex vetus prepetua fuerit.

Gen. 13. Exod. 28. Leui. 16. Hier. 31.

Aug. lib. 1. quæſtio in Gen. q. 13. & li. 16. de ciuit. ca. 21. et 26.

D. Thom.

Aug. lib. locutionum in Exod.

Greg. ho. 6. ſuper Ezech.

Num lex noua ſit duratura vſq. in finem.

Ang. lib. de hæreſi c. 26. & l. 19. contra Fauſt. c. 31. et de vtilitate credendi c. 3.

Act. 1.

Ioan. 7.

Eccl. 17.

Baruch. 2.

Theophil.

guinis mei, noui & æterni teſtamenti, quod pro vobis, & pro multis effundetur &c. quæ verba etſi non expreſſe inueniantur in Euangelio, certo tamen credendum eſt, hæc eleiam illa a Chriſto recepiſſe Idem patet ex Paulo dicente, Deus autem pacis, qui eduxit de mortuis paſtorem magnum ouium in ſanguine teſtamenti æterni Dominū noſtrum Ieſum Chriſtum.

Heb. 13.

Obiectio. Sed dices; ſi Euangelium vſq; in perpetuum duraturum eſt, quē ſenſum habet illa ſentētia Domini; Prædicabitur hoc Euāgelium regni in vniuerſo orbe. & tu c veniet cō ſumatio? Nam Euangelium Chriſti iam diu eſt prædicatū in uniuerſo orbe, nec tamē adhuc venit conſumatio: ergo Euangelium Chriſti, non eſt Euangelium regni, ſed futurum eſt aliud Euangelium Spiritus ſancti.

Matt. 24.

Reſpon. Certe cum Chriſtus ſtatim in principio prædicationis dixerit, Appropinquauit regnum cælorum, ſtultiſſimum eſt dicere, quod Euangelium Chriſti, non ſit Euangelium regni. Vnde prædicatio Euangelij Chriſti poteſt intelligi dupliciter: vno modo quantum ad diuulgationem notitiæ Chriſti; & ſic prædicatum fuit Euangelium in vniuerſo orbe, etiam tempore Apoſtolorum, vt Hieronymus & Chryſoſtomus affirmant; & iuxta hanc interpretationem, quod additur, Et tunc erit cōſummatio; intelligitur de deſtructione Hieruſalem, de qua ibi ad litteram ſermo erat. Alio modo poteſt intelligi prædicatio Euangelij in vniuerſo orbe, cū plena effectu, ita ſcilicet, quod in qualibet gente fundetur Eccleſia: & hoc modo tenendum eſt cum Auguſtino in epiſtola ad Eſycium, quod nondum fuerit Euangelium vniuerſo orbi diuulgatum, ſed hoc facto, veniet conſumatio mundi. de qua re videndus eſt doctiſſimus pater Victoria in Relectione de Indis, in 1. p.

Hieron. Chryſoſt. Auguſt. Victoria.

QVAEST. CVII.

De comparatione nouæ legis ad veterem, in quatuor articulos diuiſa.

ARTICVL. PRIMVS, *vtrum lex noua ſit alia a lege veteri.*

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Lex noua non eſt alia a lege veteri reſpectu finis: vtraque enim ordinat hominem, ut Deo ſubdatur. Eſt autem unus Deus, & noui, & ueteris teſtamenti: unde Apoſtolus; Vnus Deus qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidem. Sed differt noua a uetere ſecundum perfectum, & imperfectum: quia lex uetus eſt quaſi pædagogus paruulorū ſecundum Apoſtolum; lex autem noua, eſt lex perfectionis, quia eſt lex caritatis, de qua dicitur, quod eſt uinculum perfectionis.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Profecto lex vetus, & noua multis differūt: eam ſrem explicat Diuus Thomas eleganter in hac quæſtione per quatuor articulos; & Soto lib. 2. de iuſtitia q 8 art 1. & 2. nos breui ſermone explicabimus. Prima differentia ſumitur ex dignitate legiſlatoris. Vetus enim lex per Moyſem data eſt: Noua vero per Deum hominem factum promulgata eſt. Hanc prærogatiuam exaggerat multis D. Paulus dicens, Multifarie multiſque modis olim Deus loquens patribus in prophetis; nouiſſime diebus iſtis locutus eſt nobis in Filio, &c.

D. Tho. Soto. Legis veteris & nouæ multiplex differentia. Heb. 1.

Secunda differentia ſumitur ex ratione ſubiecti: nam lex antiqua fuit data extra hominē, & in tabulis lapideis ſcripta, lex vero noua diffuſa eſt in cordibus noſtris, & in viſceribus noſtris p Spiritū ſanctū De hoc diſcrimine diſſerit optime D. Aug. & inquirit, Vtrū ſit ꝓpriū legis nouæ, quod ſit diffuſa in cordibus noſtris: nā de lege naturali aſſerit D. Paulus, quod ſit lex ſcripta in cordibus noſtris: hanc difficultatē explicat optime D. Auguſt. quem lege.

Aug. lib. de ſpiritu & litte c. 25. Rom. 2.

Tertia differentia eſt ex parte vniuerſalitatis: nam lex illa data fuit populo peculiari Iudæorum; lex vero noua data fuit vniuerſo mundo, iuxta illud: Euntes in mundū vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ.

Quarta differētia ſumitur ex tempore: nā lex illa fuit tpalis, & ad tempus duratura, donec veniret plenitudo tpis, ut aſſerit Paulus; noua vero durabit vſq; ī finē ſæculi.

Gal. 4.

Quinta differentia attenditur ex parte vmbræ: nam lex vetus vniuerſa, vmbra erat, & figura; lex noua veritas eſt, iuxta illud; Gratia & ueritas per Ieſum Chriſtum facta eſt.

Ioan. 1.

Sexta differentia eſt, quod lex uetus non iuſtificabat coram Deo; lex uero noua præſtat ueram iuſtitiam apud Deum: de quo diſcrimine uide Soto in 4. diſt. 2. q. 1. art. 1. & 4. & Cano in Relectione de ſacramentis in commu ni, parte ultima.

Soto. Cano.

Septima differētia eſt, quod lex uetus non aperiebat ianuam regni cælorum; lex uero noua id efficaciſſime præſtat: de quo diſcrimine loquitur optime Innoc. III. & Soto loco dudum citato.

Innoc. III. cap. maiores de baptiſ. Soto.

Octaua differētia eſt, quod uetus teſtamentum ideo dicitur uetus, ꝙ præmia tantum tēporalia, caducaq; promittebat, quę ſeneſcunt; noſtra uero lex noua dicitur, eo quod ſempiterna pollicetur, quæ ſemper uireſcūt hoc diſcrimen perſequitur Auguſtinus: quod a nobis in ſuperioribus expoſitum eſt. Iſtæ ſunt notabiles differentiæ, ſed quæ ſequūtur, ſunt maxime notandæ. Breuiſſima (inquit Auguſtinus) differentia inter legem ueterem, & nouam eſt, timor, & amor. Lex illa fuit timoris; hæc uero amoris: proſequitur hoc diſcrimen Auguſtinus libro contra Adamantium c. decimoſeptimo. & libro tertio cōtra duas epiſtolas Pelagianorum c. 4. Ex hac differentia ſequitur alia, ꝙ illa lex fuit lex ſeruorum; hæc uero filiorum, & liberorum: iſtud diſcrimen ponit Paulus, dicens; Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum.

Aug. li. 4. cō tra Fauſt. Rom. 8

Ex hac doctrina naſcitur ingens controuerſia; Verum Patres ueteris legis, qui placuerūt Deo, & fuere iuſti, fuerint uere Filij Dei adoptiui: an per figurā & typice. Quidam auctores in primis graues tenent partem negatiuam huius quæſtionis, & cōprobant eam ex ſanctis ſcripturis.

Num patres antiqui iuſti fuerint uere Filij Dei adoptiui

Nam dicit Paulus, Non accepiſtis ſpiritum ſeruitutis in timore, ſed accepiſtis ſpiritum adoptionis filiorum: ergo (teſtante D. Paulo) Patres antiqui non habuerunt ſpiritum adoptionis filiorum.

Arg. ex ſcripturis. Rom. 8 Prim. arg. ex ſacris ſcripturis.

Deinde, inter nouum & uetus teſtamentum hoc conſtituitur diſcrimen; quod uetus teſtamentum in ſeruitutem generabat; nouum uero in libertatem filiorum: dicit enim Paulus, Quando uenit plenitudo temporis, miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege, ut adoptionem filiorum reciperemus; ergo ante Chriſti aduentum non erat filiorum adoptio. Præterea Ioannis 1. dicitur, quod Verbum caro factum dedit poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: ergo ante Chriſti aduentum in mundum non erat talis poteſtas: q̄d uidetur aperte ſignificari primæ, Ioan. 3. Videte qualem caritatem dedit nobis Pater, ut filij Dei nominemur, & ſimus.

Gal. 4. Ioan. 1 1. Ioan. 3.

Secundo, adducunt auctoritates Sanctorum Patrum, Ambroſij, Auguſtini, Cyrilli, Athanaſij, Chryſoſtomi, Theophilacti, Eucumenij, quos omnes diligenter recenſet Leo ſuper Eſaiam c. 1. in illud uerbum, Filios enutriui; hi omnes conſtanter affirmant, quod Iudæi non ſecundum ueritatem, ſed typice, & ſecūdum figuram filij Dei appellati ſunt.

arg. ex ſanctis patribus Ambroſ. Auguſt. Cyril. Athanaſ. Chryſo. Theoph. Eucumeni.

Idem confirmant optima ratione, (ut ipſi exiſtimant) Vbi non eſt regeneratio, non eſt filiatio: ſed in ueteri teſtamento non fuit regeneratio in filios Dei: quod ſic oſtēdo Nam baptiſmus in lege noua fuit inſtitutus, qui eſt ſacramentum regenerationis, & renouationis, iuxta illud: Niſi quis renatus fuerit ex aqua &c. & illud; Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis: ergo in ve-

Arg. a ratione. Ioan. 3

in veteri teſtamento filiatio non erat. His argumentis nõ obſtantibus, ueritas eſt diuina, & irrefragabilis, quod Patres ueteris teſtamenti, qui placuerunt Deo, erant uere & proprie filii Dei adoptiui. Hanc ſententiã in primis cõfirmo ex ſanctis Scripturis: dicit n. Paulus, loquens de Patribus antiquis; Quorum eſt adoptio filiorũ, i. ad quos pertinet adoptio filiorum: ipſos nãq; olim Deus in filios, & in populum peculiarẽ elegerat; idẽ teſtatur ad Gal. 4. illa cõparatione dicens; Quanto tpe hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit Dñs omnium, ſed ſub tutoribus eſt vſque ad præfinitum tempus a Patre: in quo manifeſte ſignificatur, ꝙ Patres ueteris teſtamenti erant uere filij & hæredes, licet tractarentur ut ſerui, & paruuli. Valent ad iſtam ueritatẽ confirmandã ſanctæ ſcripturæ, quæ paſſim teſtantur, Iudæos filios Dei eſſe appellandos: ut illud; Filios enutriui &c. & illud; Ego dixi dij eſtis, & filii Excelſi oẽs: & Filius meus primogenitus Iſrael. Præterea multi ex Patribus antiquis fuere prædeſtinati, ut plane cõſtat: ſed oẽs prædeſtinati, ſunt prædeſtinati in adoptionem filiorum Dei, ut aperte teſtatur Paulus: ergo erant uere filij Dei. Item Paulus dicit de uniuerſis prædeſtinatis; Quos præſciuit, & prædeſtinauit conformes fieri imagini Filij ſui, ut ſit ipſe primogenitus in multis fratribus. Ex quo teſtimonio liquido colligitur, omnes prædeſtinatos fuiſſe prædeſtinatos in filios Dei, & fratres Domini noſtri Ieſu Chriſti. Eadem ueritas oſtenditur argumentis. Primo, filiorum adoptio nihil aliud eſt, quam ius ad paternam hæreditatem ex gratia adoptantis: ſed Patres antiqui iuſti habuerũt ius ad paternam hæreditatẽ ex gratia Patris cæleſtis, ut docet fides Catholica; ergo filij adoptiui ueri fuerunt. Deinde, adoptio filiorum in gratia, & caritate conſiſtit: caritas autem (ut eſt in prouerbio Theologorum) diuidit inter filios regni, & filios perditionis; ſed Patres antiqui iuſti habuerunt gratiam, & caritatem. ergo erant ueri filii Dei adoptiui. Vltimo, Patres antiqui iuſti, qui modo regnant in cælo, ſunt uere filij Dei, & contrarium eſt dogma hæreticum: ergo dum uiuerent, erant uere filij Dei: nemo enim Sanctorum eſt filius Dei in cælo, qui dũ uixit, non habuit ſpiritum filiorum Dei. Sed uidere oportet quid de hac re ſentiat Aug. qui ex profeſſo tractat hãc quæſtionem lib. 3. contra duas epiſtolas Pelagianorum, capitulo quarto, quo in loco refellit obiectionem Pelagianorum. Pelagiani namque dicebant, Diuum Auguſtinũ aſſerere, Spiritum ſanctum adiutorem uirtutis in ueteri teſtamento non fuiſſe. Quis (inquit Auguſtinus) Catholicus hoc concedat? an uero negandum eſt, illum ad nouum teſtamentum pertinere, qui dixit; Cor mundum crea in me Deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis? uel illum qui dixit; Poſuit ſuper petram pedes meos, & direxit greſſus meos, & immiſit in os meum canticum nouum? & paucis interpoſitis dicit, omnes iuſtos ab exordio mundi uſque ad Ioannem Baptiſtam fuiſſe filios promiſsionis, & gratiæ, hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti. & tandem concludit: Abſit ut Noe iuſtũ, & prioris temporis iuſtos ad ſupernam Hieruſalem, quæ mater noſtra eſt, & libera, pertinere negemus: quod aperte teſtatur Paulus ad Galatas quarto. Hæc Diuus Auguſtinus. Ex hac doctrina ſequitur, quod quando conſtituitur diſcrimen inter ueterem, & nouam legem, quod illa ſit lex timoris, hæc amoris; illa ſeruorum, hæc filiorum; referendum eſt diſcrimen ad ſtatum utriuſq; legis, & non ad ſingulas perſonas. Nam in illa lege non defuere qui ducerentur amore, & eſſent Dei filij. nam illis & dictum eſt, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, Deuteronomij ſexto: & in noſtra Chriſtus comminatus eſt nobis ignem æternum. Itaq; ſumendũ eſt diſcrimen nõ ex conditione ſingularum perſonarum, ſed ex ſtatu utriuſque legis. Status. n. antiquæ legis erat ſtatus puerorum, & imperfectorum, qui potius timore, quam amore ducuntur, ſtatus uero nouæ legis, eſt ſtatus liberorum, & filiorum qui potius amore, quam timore ducuntur.

Patres veteris teſtamenti erant proprie filij adoptiui. — Rom. 9. — Gal. 4. — Eſai. — Ephe. 1. Roma. 8. — Auguſt. — Deut.

His conſtitutis, & probatis, ad argumenta, quibus probabatur Patres ueteris teſtamẽti nõ fuiſſe uere filios adoptiuos, reſpondendũ eſt. Et ad auctoritates ſanctarũ ſcripturarum dicendum eſt, ꝙ loquũtur de adoptione filiorũ perfecta, quam habemus poſt Chriſti aduẽtum: quæ multis differt ab adoptione filiorum, quæ erat in ueteri teſtamento. Nam illa dabat ius ad paternam hæreditatem, iſta uero præterea habet conſortium, & participium Filij Dei in natura humana, & communionem in carne & ſanguine, ut dicit Paulus, Hebræorum ſecũdo. Propter quod nõ confunditur uocare nos fratres. Præterea: iſta non ſolum dat ius ad paternam hæreditatẽ, ſed poſſeſſionem, quam non præſtabat illa antiqua, donec ueniret plenitudo temporis. Deinde, iſta liberat nos a ſeruitute legis, quã libertatem antiqua nõ præſtabat. Demum, iſta introducit nos ad Deum Patrem cum magna fiducia; propter quod dicit Paulus Rom. 5. Per Chriſtum acceſſum habemus in gratiam iſtam, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei. Secũdo reſpondetur cũ Diuo Auguſtino loco citato, ꝙ prædictæ ſententiæ tantum ſignificant, ꝙ Iudæi, qui pertinebant ad uetus teſtamentum, non habuerunt ſpiritum adoptionis filiorum; ſed ſpiritum ſeruitutis. Illi vero pertinebant ad vetus teſtamentum (auctore Auguſtino ibidem) qui ex metu pœnæ obſeruabant legem, & præmia terrena & caduca ſectabãtur, & qui exiſtimabant litteram legis ad vitã ſufficere. Illi vero qui in veteri teſtamẽto placuerunt Deo, pertinebant ad nouũ teſtamentũ: nam per fidẽ Chriſti iuſtificati ſunt, & hæredes Dei, cohæredes autem Chriſti cõſtituti ſunt. Tertio reſpondetur cum Diuo Thom. quæſtione 107. articulo primo ad ſecundum, quod ſanctæ ſcripturæ loquuntur de comparatione vtriuſque legis, & vtriuſque ætatis; non de ſingulis perſonis.

Ad argum. in contrariũ. Ad auctoritates ſcripturæ. — Heb. 2. — Rom. 5. — D. Thom.

Ad auctoritatem Sanctorum reſpondetur, ꝙ Iudæi qui pertinebant ad vetus teſtamentum, ſicut iam expoſitum eſt ex D. Auguſt. ſecundum ueritatem non erant filij Dei, ſed ſerui, habentes ſpiritum ſeruitutis: ſed nomine tenus erant filij, & eorum filiatio erat vmbra, & figura noſtræ filiationis. De his igitur veriſſime dicitur, ꝙ erant filij tantum typice: ceterum Patres veteris teſtamenti, qui erant iuſti apud Deum, & prædeſtinati, ſine dubio pertinebant ad nouum teſtamentum, & erant vere & proprie filij Dei adoptiui. Vel dicendum pro confutatione argumenti, ꝙ Patres qui fuere iuſti in ueteri teſtamento, erant vere & proprie filii Dei adoptiui; & ſimul erant filij ſecundum figuram, & typice: nam eorum vera filiatio præfigurabat noſtram filiationem longe perfectiorem, ſicut ea quę agũtur in nouo teſtamento, præfigurant, & delineant ea quæ geruntur in uita beata.

Ad auctoritates Sanctorum.

Ad rationem ex Theologia reſpondetur, ꝙ vera adoptio filiorũ Dei, in gratia, & caritate, & iure ad paternã hæreditatem conſiſtit, quæ proprie fuit in Patribus ueteris teſtamẽti, licet longe perfectior ſit in Patribus noui teſtamenti, qui regenerantur & incorporantur in Chriſto per lauacrum regenerationis, & renouationis Spiritus ſancti, quem effudit in nos abunde, ut dicit Paulus. Et quod hæc ſententia ſit amplectenda, ſic probatur. Nam Angeli ſunt uere filij Dei adoptiui; at nõ regenerantur per baptiſma. Rurſus, qui ſaluantur per baptiſmum ſanguinis, aut flaminis, ſunt uere & proprie filij Dei, at non regenerantur per baptiſmum aquæ. Sed ut hæc doctrina exactius intelligatur, animaduertendi ſunt tres ſtatus; ſub lege, ſub gratia, ſub gloria; quibus correſpondet triplex adoptio ſecũdum Apoſtolicam doctrinam. Status legis fuit quidem filiorũ, ſed qui tractabãtur ut ſerui, teſtante Paulo; Quanto tempore hæres paruulus eſt, nihil differt a ſeruo, cum ſit dominus omnium. Status Euangelij, eſt ſtatus filiorũ perfectorum, qui magna fiducia accedunt ad Patrem cæleſtem, quemadmodũ ſcribit Paulus, dicẽs, Non accepiſtis ſpiritũ ſeruitutis iterũ in timore, ſed ſpiritũ adoptionis filiorũ, in quo clamamus, Abba pater. Hanc ueritatẽ patefacit illa familiariſſima inuocatio, qua Deum, Patrẽ noſtrũ, inuocamus. Eandem veritatem docent ſancti Patres ſupra cõmemorati. Status beatitudinis eſt illorũ, qui plene ſunt conſecuti hæreditatem, & perfectiſsimam, adoptionẽ, de qua dicit Paulus, ꝙ filij Dei ingemiſcunt, adoptionẽ filiorum exſpectantes, &c. Ex quo ſequitur, ꝙ in omnibus his ſtatibus eſt uera adoptio filiorũ, ſed in perfectione eſt magna differentia. Et hæc de iſta quæſtione.

Ad rationẽ. — Ad Titũ 3. — Gal. 4. — Roma. 8. — Roma. 8.

Nunc autem aliam differentiam vtriuſque legis, quæ præcipua eſt, conſideremus, quã perſequitur D. Aug. Lex antiqua appellatur lex factorũ; noua uero lex fidei, ut pa-

Aug. lib. de ſpiritu & litte. c. 13.

tet

Rom. 4.
Lex factorū quæ dicatur

tet ex Paulo; Pro cuius elucidatione ſcire oportet, quod lex factorum non dicitur ea, quæ facta præcipit, alioqui lex Euangelica eſſet lex factorum: nam præcipit; Non cōcupiſces; Benefacite his qui oderunt vos; Hoc facite in meam commemorationem. Sed ea dicitur lex factorum, quæ præcipit facta, & opera, & nō largit adiutorium ſpiritus vt fiant opera. Lex vero fidei præſcribit fidem, qua impetratur Spiritus ſanctus, per quē opera fiunt ſuauiſſime. Ex quo ſequitur, quod lex Euāgelica non dicitur lex fidei, quoniam tantum præſcribit fidem, vt Lutherus arbitratur; ſed propter cauſſam commemoratam.

ART. SECVNDVS.

Vtrum lex noua veterem compleat.

Concluſio eſt affirmatiua.

ART. TERTIVS.

Vtrum lex noua in veteri contineatur.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Lex noua virtualiter continetur in lege veteri: nam quæ implicite, & ſub figura in ipſa continentur, explicite, & aperte traduntur in noua. Vnde Chryſoſtomus exponēs illud quod habetur Marci. 4. Vltro terra fructificat, primum herbam, deinde ſpicam, demum plenum frumentum in ſpica; dicit; Primo herbam fructificat in lege naturæ, poſtmodum ſpicas in lege Moyſi, poſtea plenum fructum in Euangelio. Eſt ergo lex noua in veteri, ſicut frumentum in ſpica.

EXPLICATIO ART.

Obiectio in cōcluſionem
Ephe. 2.

Videbit fortaſſis alicui, ꝙ hæc cōcluſio D. Thomæ falſa ſit. Nam implere, & euacuare, contraria ſunt: ſed lex noua euacuauit veterem, vt patet ad Epheſ. c. 2. Legē mandatorum decretis euacuans. In contrariū eſt illud; Non veni ſoluere legem, ſed adimplere. Nihilominus dicendū eſt, ꝙ lex noua veterem adimpleuit. Primū, quantū ad finē: cum n. finis vtriuſq; ſit hominem Deo coniungere, imperfecte illud factū eſt a veteri, perfectiſſime autē a noua, quæ non ſolū confert gratiam, verū & ad gloriam inducit. Secundo, quantū ad effectum: nā iuſtificatio, quā vetus figurabat, in noua pficitur. Tertio, quantū ad promiſſa prophetarū: propter qđ ſæpe in Euangelio repetitur; Hoc factū eſt, vt implerentur ſcripturæ prophetarum. Et antiqui Sancti in oratione petebant, Eſa. 25. Conſiliū tuū antiquum verū fiat. Nā qđ per prophetas ſuos Deus promiſerat, præſtitit in Euangelio. Quarto, quantū ad præcepta moralia, quæ explicatius, & copioſius in Euangelio traduntur, atq; adeo eis conſilia ſuperadduntur. Quinto, quantū ad iudicialia, eo ꝙ ad quandam tranquillitatē, & pacē propemodū cæleſtē homines inuehit, dū docet, nullis perturbationibus, aut aduerſitatibus cedendum eſſe. Vltimo, impleuit quantū ad cęremonialia, dum figuris ſucceſſit ueritas, & hæc cęremonialia implendo euacuauit. nam adueniente corpore, id quod vice corporis (tanquam vmbra) erat, merito excluſum fuit: ſic intelligitur illud; Non veni ſoluere legem, ſed adimplere: non enim legem, tanquam malam, penitus abrogauit. Quod ſi luce prodita cedunt vmbræ, ſi iam factis ipſis præſto eſt quod prophetæ prædixerant, nihil legi derogatur, ſed potius accedit perfectio. Habuit illa tempus ſuū, habuit honorē ſuum: illa typis quibuſdā adumbrauit qđ nunc orbi repræſentatur: illa cęremonijs & pręceptis carnalibus, ceu ancillis quibuſdā, circumſepſit cupiditates hominū, ne impune prolaberētur in omne flagitium, quo capaciores eſſent euangelicę doctrinæ; nunc quod perfectum eſt exprimitur. illa carnalis, & craſſa hactenus profuit, ut homines peccatum ſuū agnoſcerent; nunc abſque cęremonijs datur gratia, quæ peccata diluat. Non magis illa læditur, quam ſi pictę imagini regis rex ipſe uiuens ſuccedens omnium oculos in ſe deflectat; aut ſi puer imbecillus progreſſu temporis grandeſcat in virum adultum; aut ſi frondibus, & folijs ſuccedat fructus maturus; aut ſi Lunam & ſtellas Sol exoriens obſcuret. Quod illa promiſit, pręſtare conata eſt, nec potuit, nunc ad plenum præſtatur.

Matt. 5.
Lex noua in quo veterem compleuit.
Eſa. 25.
Matt. 5.

Lex mandatorum.

Sed oportet explicare illud; Legem mādatorum decretis euacuans. Lex mandatorum, eſt lex Moyſi, mādans, & non conferens gratiam, qua id quod mandatur pręſtari poteſt. Hanc Chriſtus antiquauit, ſiue abrogauit per eſſia decreta: præcepta legalia, Euangelicis (ait Hieronymus) dogmatibus cōmutauit. Ad eundē modū exponit Chryſoſtomus, item Theophilactus, & Œcumenius, niſi ꝙ hi & alium habent cōmentarij, per decreta intelligētes fidē; ut ſit enallage numeri. Eraſmus diuerſū plane tradit ſenſum, motus prępoſitione, In, q̄ eſt apud Gręcos. & meminit huius non ſolum in annotationibus, ſed ī tranſlatione ſua expreſſit: habet. n. ad hūc modum; Legem mādatorū in decretis ſitā abrogans. Verum cum certior ſit Senſus Hieronymi, & Gręcorū, merito reprehenditur Eraſmus, qui coniecturam ſuam miſcuit textui ſcripturæ.

Hieron.
Chryſoſt.
Theophil.
Œcumen.
Eraſmus.

EXPLICATIO ARTIC.

August. li. de cathechizandis rudibus.

Concluſio D. Thomæ eſt Diui Auguſtini; ſcribit enim quod lex noua occultabatur in veteri, & vetus lex manifeſtatur in noua; Eadem eſt ſententia D. Gregorij homil. 6. in Ezechielem elucidans illud; Quaſi ſit rota in medio rotæ. ſcilicet Euangelium in lege contentum. Sed adhuc explicandum eſt, quomodo lex noua contineatur in veteri: nam quod attinet ad figuram Ezechielis, tam lex noua continetur in veteri, ſicut vetus in noua. Deinde ex alio capite exſurgit dubium; quia ſi lex noua continetur in veteri, ſicut effectus ī cauſſa, ſequitur ꝙ lex vetus eſt perfectior noua. conſequens autem abſurdum eſt. ergo non ſatis explicatur quomodo lex noua contineatur in veteri. Explicatio huius dubij hęc eſt. Nam in primis dicendum eſt, ꝙ lex uetus continet nouam, poteſtate, & virtute; ſicut ſemen fructū. hæc eſt explicatio Concilij Florentini. Sed & illud intelligendum eſt, ꝙ genus continet ſpecies; & rurſus ſpecies cōtinent genus; at diuerſimode. nam genus continet ſpecies in potentia, & in cōfuſo; at uero ſpecies continent genus in actu, & formaliter. nam genus eſt de intrinſeca ratione ſpeciei. ſic igitur lex antiqua cōtinet nouam, ſicut imperfectum, quod dicit D. Th. & hoc eſt continere poteſtate, quod dixit Concilium. Ad hæc, lex noua continet ueterem in eminentia quadam & perfectione, ſicut rationale continet ſenſitiuum, & quadrangulus triangulum: vnde vtrumq; verum eſt, quod altera alteram continet.

Quomodo lex noua in veteri contineatur.
Concil. Florent. Seſſione 10.

Sed vt hæc clariora ſint, diſtingue tria præcipua, quæ continentur in lege Euāgelica; videlicet, fidem, moralia præcepta, & ſacramenta gratiæ. Et quidem fides noſtra cōtinebatur in antiqua lege implicite, quę progreſſu temporis fuit diſtincta, prout in Concilio ſupra citato fuit declaratum, quod fides de proceſſione Spiritus ſancti continebatur implicite in Symbolo Apoſtolorum, & poſtmodum Concilium Nicenum explicite, & diſtincte declarauit. At vero moralia præcepta diſtincte, & explicate ſatis in antiqua lege continebantur, ſed hominum abuſu obſcurata erant: luce autem Euāgelica manifeſtata ſunt. At ſacramēta gratiæ continebantur in antiqua lege, ſicut ſignatum in ſigno: quæ quidem non eſt realis continentia, ſicut continetur effectus in cauſſa efficienti. & ideo non ſequitur perfectiorem eſſe legem antiquam.

Tria in lege noua contenta.
Concil. Nicenum.

ART. QVARTVS.

Vtrum lex noua ſit grauior veteri.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Lex vetus ex parte operum exteriorum, quę in ſeipſis quandam difficultatem habent, eſt multo grauior lege noua.

Secunda Concluſio. Circa opera uirtutum in interioribus actibus, puta quod aliquis promte, & delectabiliter operatur, & opus uirtutis exercet, ratione cuius dicitur virtutem verſari circa difficile; quantum ad hoc, præcepta nouæ legis ſunt grauiora.

EXPLICATIO ARTIC.

Prima concluſio articuli probatur. Act. 15. IN huius articuli expoſitionem illud aſſerendum eſt, & comprobandum, legem veterem multo grauiorem fuiſſe quam nouam ſit: idque probatur ex illo: Cur tentatis imponere ſuper nos iugũ, qd nec nos, neque Patres noſtri portare potuimus? Sed Apoſtolus Pau. tradidit Gal. 4. id apertius ſub allegoria duorum fratrum filiorum Abrahę, ubi comparat ſtatũ legis Pri. Conc. antiquę, ſeruituti; & ſtatũ nouæ legis, libertati. Sed & Saluator Matt. 11 dicit; Matt. 11. Venite ad me omnes q laboratis, & oneraſti eſtis laboratis, laborib' Sec. concl. legis, & onerati eſtis oneribus legis antiq. & ſubdit, Tollite iugũ meum ſuper uos, qđ ſuaue eſt, et onus leue, & commutabo iugum antiquæ legis in iugum meum leue.

Obiectio. Matt. 5. Contra hanc veritatẽ videtur eſſe ipſe Chriſtus dicens; Niſi abũdauerit iuſtitia veſtra plus quam Scribarũ & Phariſæorum, nõ intrabitis in regnũ cælorũ: & illud; Arcta eſt uia quę ducit ad vitam; lata vero quæ ducit ad pditionẽ. Ex his teſtimonijs videt. ꝙ lex noua grauior eſt veteri cuius oppoſitũ S. Th. docuit in litera. Ad hoc dubiũ reſpondetur primo, ꝙ abſq; dubio Fideles in nouo Solutio. teſtamẽto nõ ſolu in eodẽ genere præcepti magis tenẽtur q̃ antiqui Sancti olĩ, vt diximus; verũ ad quędã opera præclara magis obligantur Sancti, ad fidẽ magis explicatã, atq; adeo ad caritatem feruentiorẽ, & vt omittã noua præcepta de ſacramentis, q̃ in lege Euãgelica poſita ſũt. Luc. 7. Et horũ ratio eſt manifeſta: quia ſicut Luc. 7. dicitur: Cui plus dimittitur, plus diligit; ita eſt rationi cõſentaneũ, ut cui plus donatũ eſt, plura reddat obſequia, & plus diligat.

Sed in præſentiarum, quantum ad grauitatem legis vtriuſque, tria diſcrimina ſunt cõſideranda. Primũ eſt, ꝙ lex antiqua plura, eaq; grauiſſima opera exteriora decernebat, præter moralia præcepta, quę omnib' gentibus erant communia: at vero lex noua moralibus pręceptis pauciſſima ſuperaddidit, eaq; actu facillima. Propter qđ Auguſt. D. Aug. admonet in epiſtola ad inquiſitiones Ianuarij, cauendũ eſſe, & id quidẽ maxime Prælatis Eccleſię, Cõcilijs, ſummis Pontificibus, ne multitudine pręceptorũ & legum, oneroſum reddant ſuaue iugum Euangelij, qđ Chriſtus impoſuit ſalubriter. Verũ neq; ex hoc occaſionem habent religioſi querelę, neq; hęretici detrahendi Eccleſiaſticis ſtatutis. Et qđ dico de religioſis, intelligo de Eccleſiaſticis: nã aliud eſt quod omnibus imponitur, velint nolint; aliud vero quod ſponte aſſumitur. Quicũque autem clericalem ſtatum, aut religioſum aſſumſit, ſua ſponte ſe addixit cultui diuino, cui annexa eſt perpetua continentia, & alia ſtatuta quę pertinent ad ſtatum.

Secundum diſcrimen eſt, quod in ueteri teſtamento erãt quidem perferenda opera grauia exterius; interius autẽ non conferebant auxilium quo homo efficeretur: at lex noua, multitudine & abundãtia gratiæ, & donorũ, tędiũ leuat Pri. Cõc. operantiũ. Optimum teſtimoniũ eſt apud Eſaiã de Eſa. 41. vtroq;. Egeni & pauperes quęrũt aquas, & nõ ſunt. Aperiã in ſupremis montib' flu- Sec. cõcl. mina, & terrã inuiam in riuos aquarum.

Tertiũ diſcrimen eſt, ꝙ ĩ veteri teſtamẽto præcipientẽ quidem Deum audiebãt, Tertia. ſed nõ videbant laborãtem: at vero de nouo teſtamento ſcriptum Eſa. 30. eſt. Oculi tui videbunt pręceptorẽ tuũ, & aures tuę audiẽt verbũ poſt tergum monentis. Et Act. 1. Cœpit Ieſus facere, & docere; Act. 1. atq; adeo ꝓpter hanc cauſã multitudo maxima hominum ſecuta eſt Chriſtum, ſicut prędictũ eſt Michez. 2. circa finẽ: Congregans Michæ. 2. cõgregabo te Iacob. Cauſa quare ſecuti ſunt eũ ſequitur; Aſcendit enim iter pandens ante eos.

Sed adhuc videtur argumentũ contra hãc veritatem: quoniã in nouo teſtamento multo grauiores pſecutiones ſunt cõtra Chriſti fideles, quã vnquã ante inſurrexerũt, ſicut ait Paulus, Omnes qui pie volunt viuere, pſe- 2. Tim. 3. cutiones patiẽtur. Reſpondetur, ꝙ huiuſmodi perſecutiones non oriuntur ex natura operũ, quæ præcipiuntur, vel ex legũ conſtitutio, ſed potius inuidia diaboli, & miniſtrorum eius, qui inuidit proſperis Eccleſiæ ſucceſſibus: & tamen hinc oritur magna fidelibus conſolatio, quam Saluator poſuit; Si mundus vos odit, ſcitote Ioan. 15. quoniam me priorem uobis odio habuit: & ſicut dicit Apoſt. 2. Cor. 1. Sicut in nobis abundãt paſſiones Chriſti, 2. Cor. 1. ita & per Chriſtum abundat conſolatio noſtra. Hinc habetur, multo leuiorem eſſe legem Euangelicam, quam fuerit antiqua. Et hæc dicta ſufficiant ꝓ hac quæſtione.

QVAEST. CVIII.

De his quæ continentur in lege noua; in quattuor articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum in lege noua aliqui actus exteriores debeant prohiberi, & præcipi.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Opera inducentia ad gratiam, cuiuſmodi ſunt ſacramentorum opera, in lege noua præcipiuntur.

Secunda Concluſio. Opera exteriora quæ prodeunt ex inſtinctu gratiæ, quæ habent neceſſariam connexionem cũ caritate, & gratia, in lege noua præcipiuntur, ac contraria prohibentur.

Tertia Concluſio. Opera quæ non habent neceſſariam connexionem, neque contrarietatem ad fidem, vel caritatem, non ſunt præcepta, neque prohibita ex prima legis inſtitutione, ſed relicta ſunt a Chriſto legiſlatore vnicuique ſecundum quod alicuius curam gerere debet. Vnde liberum eſt circa talia determinare quid ſibi expediat facere, vel uitare: & pręſidentibus ordinare ſuis ſubditis quid in talibus ſit faciendum, vel uitandum. Vnde quantum ad hoc, lex Euangelica dicitur lex libertatis: quia lex vetus multa determinabat, & pauca relinquebat libertati hominũ determinanda.

EXPLICATIO ARTIC.

CIrca primam concluſionẽ aduerte, nõ ſolũ inde ſequi, & intelligi neceſſitatẽ ſacramentorum, verum & conuenientia. Neceſſitas quidẽ, ut a cauſa vniuerſali, qualis eſt Chriſti humanitas, effect' gratiæ proueniant, mediãte inſtrumẽto particulari, qualia ſunt ſenſibilia ſacramẽta ſingulis applicata fidelibus. Nam ſicut Sol nullum corpus generat, niſi mediante cõcurſu particularis cauſę, per quã commu-

nis

niſi uirtus determinatur ad ſingularē effectum: ita uirtus Chriſti capitis noſtri neminem iuſtificat, niſi mediāte ſacramento, re, aut uoto ſuſcepto, per quod cōmunis influētia ad particularem effectum applicatur. Cōuenientia vero colligitur ex vtroq; Quemadmodum enim Verbum caro factum eſt, id eſt, quod erat inuiſibile, ſenſibilē formā accepit, ut animalis homo ad ſpiritualem vitam reuocaretur; ita oportuit, ut inſtrumenta uerbi ſenſibilia eſſent, vt fonti conſentanea. Et ſicut in Chriſto Domino eſt ſenſibilis forma humanitatis, & eſt latens diuinitas, cuius uirtute omnia operabatur; ita in ſacramētis eſt ſenſibilis forma, quæ foris apparet, & eſt diuina uirtus q̄ ſecretius operatur, ut habetur 1. q. 1. c. Multi, ex D. Gregorio.

Grego.

Circa ſecundam concluſionem occaſio ſeſe offerebat latiſſime diſputandi contra Lutheranos, de utilitate, & neceſſitate operum: uerum hunc laborem multi ante ſubierunt. D. Aug. Roffenſis. Caſtro, & Soto lib. de natura, & gratia. De operibus quæ præcedunt, decernit Concilium Tridēn. Vt autem aliquid dicamus, oportet duos extremos errores vitare, & media uia incedere. Primus eſt eorū, q exiſtimant, exteriora opera q̄ hominibus apparent, ſatis ſibi eſſe ad ſanctitatem interiorem, interiori munditia neglecta. Hic error in aduentu Saluatoris noſtri præualere incipiebat, atq; utinam hac noſtra tempeſtate penitus abſit. Propter quod Chriſtus Dominus in Euangelio frequēter arguit contra hypocritas, ſed potiſſimum ca. 23. Matthæi, ubi comparat homines eiuſmodi ſepulcris dealbatis, quæ extrinſecus hominibus pulcra apparent, intus autem plena ſunt uermibus, & fœtore. Tales ſunt homines, qui interiori munditia neglecta, exteriori contenti ſunt: de his etiā dicitur; Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam Borith, maculata es in iniquitate tua coram me. Alterum extremum eſt uitandum huic oppoſitum, quod interior ſanctitas ſola neceſſaria eſt, & ſufficiens: exteriora vero opera ſunt tanquam inutilia negligenda. Et in hac parte multo deterius quam alij prolapſi ſunt Lutherani: nā docent ſolam fidem ſufficere ad ſanctitatem internam, & exteriora opera non ſolum eſſe inutilia, uerum ex ſuo genere eſſe peccata, atque adeo mortalia: propterea q tranſgredimur ſemper duo præcepta, unum de concupiſcentia uitanda, quod numquam præſtare poſſumus; & alterum, a quo ſemper deficimus, de dilectione Dei ſuper omnia. D. Auguſtinus dicit, hunc errorem antiquiſſimum fuiſſe, vtpote qui Apoſtolorum temporibus exortus fuit. Quidā enim ex epiſtolis Pauli (quibus fidei doctrina magnificatur) hunc intellectum hauſerunt, quod ſola fides ſufficiebat ad ſalutem: & propter hanc cauſſam alij Apoſtoli occurrerunt, ſcribentes epiſtolas Canonicas; docentes, non ſolum fidem, ſed & alia opera exteriora eſſe ad ſalutem neceſſaria, ſicut Petrus, Iacobus, Ioannes, & Iudas: & dicit, q hunc errorem notauit Petrus, quando dixit, loquēs de epiſtolis Pauli, In quibus ſunt quædam difficilia intellectu, quæ indocti, & inſtabiles deprauant in ſui ipſorum perditionem.

Aug. lib. de fide & opera. 14. & 15. Roffen. art. 32. Caſtr. li. de hæreſ. titulo fides hæreſi, & uerbo opera, hæreſi 1. Soto Matt. xxiij

Hiere. 2

Aug. de fide & operibus c. xiiii

2. Pet. 3

Prima con.

Vt ſummam ergo colligamus eorum quæ neceſſaria ſunt, ſit prima concluſio.

Opera gratiā præcedētia meritoria nō ſunt

Opera exteriora, quæ gratiam præcedunt, nullatenus meritoria ſunt; uerumtamen non ſunt ſemper peccata. Prior pars huius concluſionis eſt de fide. Et ratio eſt: quoniam omnia opera exiſtentis extra gratiam, ſunt opera inimici; fundamentum autem meriti Chriſtiani eſt caritas. Hanc ueritatem Catholicam aſtruit Apoſtolus 1. Corinth. 13. Si linguis hominum loquar, & Angelorum, &c.

Conc. Trid.

Secunda pars concluſionis eſt doctrina fidei, quæ decernitur in Concilio Tridentino in Seſſ. illa ſexta. capi. 7. Et ratio ſuffragatur: quoniam opus naturale eleemoſynæ bonum eſt; confeſſio fidei informis donum eſt Spiritus ſancti: ſimiliter non eſt malum a flagitijs recedere: ergo impia hæreſis eſt dicere, quod omnia opera peccatoris ſint peccata.

Secunda co.

Secunda concluſio. Poſt iuſtificationis gratiam acceptam exteriora opera ſunt fidelibus neceſſaria, atque adeo meritoria. Et primum, quod ſit neceſſarium poſt adeptam gratiam, & ſanctitatem interiorem, cauere exteriora crimina omnibus hominibus (præterquam cęcis Lutheranis) manifeſtiſſimum eſt, dicente Paulo de operibus carnis quæ ſunt exteriora; Quoniam qui talia agunt; Regnum Dei non conſequentur. At vero quod exteriora opera bona ſint neceſſaria iuſtificatis, decernit Concilium Tridentinum in eadem Seſſ. ſexta canon. vigeſimaquarto, & vigeſimaquinto, & docet, per bona opera, & præcepta diuina impleri, & gratiam adeptam incrementa ſuſcipere. Sed utraque pars probatur ex ſententia Iudicis Matth. vigeſimoquinto; Ite maledicti in ignem æternum: ſitiui enim, & non dediſtis mihi bibere, & cetera. Item Venite benedicti Patris mei: ſitiui enim, & dediſtis mihi bibere. Ecce ergo ubi ratione operum exteriorum aut condemnantur a iudice Chriſto in fine ſęculi, aut illis beatitudinem confert.

Gala. 5

Conc. Trid.

tertia conc.

Tertia concluſio. Exteriora opera non ſolum incipientibus neceſſaria ſunt, ſed etiam uiris undique perfectis. Probatur primo ex illo; Si uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia quæ habes, & cetera. Ecce ad perfectionem requiruntur etiam exteriora opera. Et per ſententiam Chriſti non ſolum intelligunt Sancti interiora opera, ſed etiā exteriora exercitia.

Matth. 9.

Secundo probatur teſtimonio Pauli; Caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo: & tamen de perfectione Pauli nemo uſquam dubitauit. Hæc concluſio eſt definitio fidei, quæ habetur in Concilio Vienenſ. in Clemen. Ad noſtrum, de hæreticis, ubi ſecundus error, ſextus, & octauus ad hoc pertinent, quod exteriora erant tantum incipientium, & imperfectorum, & quod a uiris perfectis ſunt negligenda: habetur etiam Concil. Tridentino.

Seſſ. 6. can 20

Quarta cōc.

Pſa. xliiij

Quarta concluſio. Euangelicæ legis perfectio principaliter conſiſtit in interiori ornatu cordis; exteriora autem opera ad eius conſeruationem neceſſaria ſunt. Duas habet partes hæc concluſio, ut patet. Prior probatur ex illo; Omnis gloria eius filiæ regis ab intus; & hic ſenſus eſt proprius illius loci, & litteralis; ubi ſponſa Chriſti, ipſa ſcilicet Eccleſia, de interioribus potiſſimum ornatibus laudatur, ſed tamen non contemnuntur externi, vt patet ibidem, In fimbrijs aureis circumamicta, & cetera. Rationem autem huius concluſionis Saluator indicat in Euangelio; Spiritus eſt Deus, & ideo in ſpiritu, & ueritate illum adorare oportet.

Ioan. iiij

Tertio probatur. Potiſſima perfectio Chriſtianæ vitæ conſiſtit in actu præſtantiſſimarum virtutum: eiuſmodi autem ſunt Theologicæ uirtutes, quarum actus in corde tenus perficitur: ergo & cetera. Maior probatur: quoniam beatitudo (vt probat Ariſtotel.) conſiſtit in actibus perfectioris virtutis: ergo, & cetera. Prior itaque pars de fide eſt tenenda, & conſtat ratione: ſecunda autem pars probatur. Nam ſicut anima rationalis per ſe ſpiritualis eſt, ſed eius coniunctio cum corpore ſalua eſſe non poteſt ſine corporalibus auxilijs; ita licet ſanctitas Chriſtianæ uitæ principaliter ſit ſpiritualis, indiget tamen ad ſui conſeruationem corporalibus exercitijs. Quod adhuc amplius oſtenditur. Ita enim natura comparatum eſt, vt caritas langueſcat, niſi corporalium operum fomenta adhibeantur. Nam intelligere ipſum, quod ſpiritualiſſimum eſt, ſine phantaſmate non poſſumus. Item neceſſarium eſt ad conſeruationem internæ ſanctitatis fraternis neceſſitatibus ſubuenire; alioqui (ut ait Ioannes in ſua canonica) qui uiderit fratrem ſuum neceſſe habere, & clauſerit viſcera miſericordiæ in illum, quomodo caritas Patris manet in illo? ſed ad ſubueniendum proximis in neceſſitatibus neceſſaria ſunt opera exteriora: ergo & cetera. Tandem, Deus eſt auctor corporis, & animæ: ergo in eius obſequium, & interiores actus, & corporales impendere oportet. Ceterum quantum ſit inter vtraque opera diſcrimen, Saluator oſtendit, componens litem inter illas duas ſorores Lucæ decimo, ubi non reprehendit Martham; ſed præfert illi Mariam. Quamquam autem ſpirituales viri aliquando exterioribus implicentur, non propterea cenſendi ſunt ab ſpiritu deceſſiſſe, ſicut inſani Begardi fabulantur. Dicebant enim, uiris contemplationi deditis non eſſe adorandam Euchariſtiam, ne ab interiori contemplatione

Ari. 10. Eth.

impedirentur, &c. ſecundum illud quod Apoſtolus dicit, *Gala.5* Si ſpiritu viuimus, ſpiritu & ambulemus, ſecundum ſpiritum operantes. Vide ſolutionem ad primum.

Nota. Circa tertiam concluſionem notandum eſt, ꝙ licet conſiliorum opera relicta ſint libertati ſingulorum, & prælatorum Eccleſiæ, nõ tamen eſt una eademque menſura reſpectu omnium. Nam unuſquiſq; de operib.

ART. SECVNDVS.

Vtrum lex noua ſufficienter ordinauerit exteriores actus.

Concluſio eſt affirmans.

conſiliorum ſua ſpõte poteſt aſſumere id quod ſibi libuerit: ita ꝙ nullus terminus ſingularibus hominibus præfixus eſt, niſi quem præſcripſit lex naturæ. Non enim licet immoderatis ieiunijs, aut alijs exercitijs ſeipſum interficere. *Mat.3.* Extra hunc autem caſum unuſquiſq; poterit quamcumque afflictionem ſibi imponere, ſicut fecit Ioannes Baptiſta, de quo a Spiritu ſancto laudatur. Verumtamen Eccleſiæ prælati non poſſunt abſq; modo de conſiliorum operibus præcepta aut leges imponere, ſed quantum neceſſe fuerit ad obſeruandam legem diuinam, & ad eccleſiaſticum decorem; alioqui facerent contra euangelicam libertatem, & graui onere ſubditos præmerent, contra id *Mat.xxiij.* quod Saluator docet. Clauditis regnum cælorum, & alios non ſinitis intrare, neque uos intratis. At plati religionũ medio modo ſe habent: nam ſunt rectores eorum, q ſe, & omnia ſua ſponte obtulerunt, & iõ plura poſſunt pcipere; ſed tñ modus ſeruandus eſt, ut ea q̃ de nouo ſtatuunt, cõſentanea ſint ſingulorum profeſſioni, & regulæ profeſſæ.

Quæ requirantur ad libertatem ſpiritus. Circa ſolutionem ad ſecundum argumentum nota, ꝙ ad libertatem ſpiritus duo requiruntur neceſſaria. Primũ, ꝙ moueatur homo a principio intrinſeco. nam quod reb. naturalib. eſt naturale, hoc in rationalib. exigitur, ut liberum ſit. Secundum, ꝙ illud principium ſit naturæ principali conſentaneum: nam cum animal decidit ab eminẽti loco, non eſt ille motus ſimpliciter naturalis, quia non eſt conſentaneus principali naturæ, quamquam cõueniat graui, inquantum graue. Ad hunc modum, is qui operatur ex uehementia paſſionum, aut ex habitu vitioſo relicto in anima, nõ operatur libere plena libertate ſpiritus; quia licet ſit principium intrinſece mouens, non tamen *Cicero. in parado.* eſt cõſonum naturæ rationali, ſed ſenſitiuæ. Propter quã cauſſam contendit Cicero, ſolos ſapiẽtes eſſe liberos; ſtultos autem omnes eſſe ſeruos. Stultos appellat, qui ægritudine animi laborant: unde Iaco. 1. dicitur; Vnuſquiſq; tentatur a concupiſcentia ſua abſtractus, & illectus. Is qui cõcupiſcentiæ ſuæ non reſiſtit, ab ipſa concupiſcentia illectus abſtrahitur, & ueluti compellitur, ſed qui ſpiritu ducũtur, maxime liberi ſunt; quoniã principiũ illud intrinſecum non ſolum eſt naturæ rationali conſentaneum, uerum & cæleſti, & diuinæ.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Concluſio huius articuli ſic probatur. Nã lex noua nulla alia opa exteriora determinare debuit pcipiendo, & prohibendo, niſi ſacramẽta, & moralia præcepta, quæ de ſe pertinent ad ratiõnẽ uirtutis, vt non eſſe occidendum, furandũ, & ſimilia: quia in exterioribus illa ſolum debuit præcipere, vel prohibere, per quæ in gratiam introducimur, vel quæ ad rectum uſum gratiæ ex neceſſitate pertinent. Vnde ipſe Chriſtus ſacramenta inſtituit; quia gratiã ex nobis conſequi non poſſumus: ſed rectus uſus gratiæ eſt per opera caritatis, quæ quidem ſecundum quod ſunt de neceſſitate uirtutis pertinent ad præcepta moralia, quæ etiam in lege ueteri tradebantur. Quare quantum ad hoc, lex noua ſuper veterem addere non debuit circa exteriora agẽda, & determinatio prædictorum operum in ordine ad cultum Dei, pertinet ad præcepta cæremonialia legis; in ordine uero ad proximum, ad iudicialia. Et ideo quia iſtæ determinationes non ſunt ſecundum ſe ex neceſſitate interioris gratiæ, in qua lex conſiſtit; icirco non cadunt ſub præcepto nouæ legis, ſed relinquuntur humano arbitrio, quædam quidem, quantum ad ſubditos, prout pertinent, ſigillatim ad vnumquemq;; quædam ad prælatos tẽporales, uel ſpirituales, prout pertinent ad communem vtilitatem.

Sed circa hunc articulum conſiderandum eſt, ꝙ (ut antea aduertimus) in Euangelica lege tria ſunt potiſſima, ſ. ſacramẽta gratiæ, fides, & moralia pcepta. *tria ſunt potiſſima in lege noua.* Et ſacramẽta quidem de nouo inſtituta ſunt, eaq; immediate e Chriſto Domino. & ad ea pertinet gubernatiua poteſtas; quæ conſequitur ſacramẽtum ordinis. Nam quamuis poſſit aliqua poteſtas ſpiritualis eſſe in Eccleſia, quæ datur abſque conſecratione, cuiuſmodi eſt poteſtas, quã Theologi uocant, iuriſdictionis, ea tamen non ſemper in conſecratis miniſtris inuenitur, & de nouo a Chriſto inſtituta eſt, quemadmodum & ipſa ſacramenta: ſi quãdo ſors fuerit, de hac poteſtate erit nobis magnus ſermo; licet aliquãdo iſta poteſtas detur ſine conſecratione ſpirituali. Ratio horum eſt, quia cum ſacramenta ſint inſtrumenta gratiæ, a nullo alio quam a Deo auctore procedere debebant. Fides autem non eſt de nouo inſtituta in Euangelica lege; *Roma.1.* quoniam Apoſtolus loquens de Euangelio dicit, ꝙ iuſtitia Dei in eo ex fide in fidem reuelatur: cuius ſenſus eſt, ꝙ Euãgelica lex procedit ex fide præcedentium Patrum in fidem ſubſequentium; ſed quod implicitum erat in antiquis, hoc in fidelibus noui teſtamenti explicatum eſt. Vnde plura tenemur explicite credere, quam tenerentur antiqui, quoniam plura, eaq; maxima, demũ accepimus: ſcriptum eſt autem, Et nos non ſpiritũ huius ſeculi accepimus, ſed ſpiritum Dei, ut ſciamus quæ a Deo donata *1.Cor.2.* ſunt nobis. At circa præcepta moralia nihil nouum inſtitutum eſt: ſunt enim inſita naturæ; neque amplius extenſa, ſed elucidata a Chriſto Domino, & ab erroribus expurgata; quoniam propter malitiam hominum deciderant, & propter incuriam interpretum legis.

Quare in lege noua nulla ſint a Chriſto ſacramẽtalia inſtituta. Dubitatur tamen, quare in Euãgelica lege nulla ſacramentalia ſint inſtituta a Chriſto Domino, cum noſtra ſacramenta puriora ſint antiquis: tamen ueteres codices repleti ſint ſacramentalib. ad cultum Dei. Reſpondetur primo, id factum fuiſſe propter dignitatem, & excellentiam noſtrorum ſacramentorum, quæ tam præclara ſunt, vt et ſi nuda, & nullis ſacramentalib. ſuffulta proponerentur, omni eſſent veneratione digna; ſacramẽta uero antiqua, quia erant egena, indigebant ſacramentalibus. Secundo, *Luca.22.* propter commendandam celſitudinem Apoſtolicam, ut Apoſtolos non ſolum veneremur, ut prælatos, ſed ut legumlatores, quibus commiſit Chriſtus auctoritatem condendi ſacramentalia: unde Chriſtus diſceſſurus dixit eis; Ego diſpono uobis, ſicut diſpoſuit mihi Pater meus regnum. *1.Cori.11.* Quam dignitatem Paulus agnoſcens, dicebat, conſtitutis quibuſdam ſacramentalibus, Cetera cum uenero diſponam. Quare ſacramentalia non ſunt a Chriſto inſtituta. Tertia ratio fuit, propter abundantiam Spiritus ſancti, qui ſemper eſt futurus Eccleſiæ. *Ioan.14.* Eiuſmodi enim ſacramentalia pro diuerſis temporibus mutari oportuit. Loco igitur legis mortuæ uiuificantem ſpiritum reliquit Eccleſiæ: de quo Chriſtus dixit, Ego rogabo Patrem, & alium paracletum dabit uobis; non tantum uobis petentibus, vt maneat uobiſcum, ſed cum ueſtris ſucceſſoribus uſque in ęternum. Nota tertium arg. D.Tho.

EXPLI-

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum lex noua hominem circa interiores actus ſufficiẽter ordinauerit.

Concluſio eſt affirmans.

EXPLICATIO ART.

HAEc concluſio ſic explicatur. Primo, quantum ad ſeipſum ſecundum duos interiores motus, videlicet voluntatem hominis ordinauit ſm diuerſa præcepta legis, vt abſtineat aliqs non ſolum ab operibus exterioribus, quæ ſecundum ſe ſunt mala, ſed etiam ab interioribus, & occaſionibus malorum. Deinde ordinauit intẽtionem, vt in bonis, quæ agimus, nec quæramus gloriam humanam, nec humanas diuitias. Ordinauit poſtea interiorem hominis motum, quo ad ꝓximum, ut non temerarie, & iniuſte iudicemus. Vltimo, docet modum adimplendi euangelicam doctrinam, diuinu n aux lium implorando, & mandata ſeruando: non enim ſufficit ſola confeſſio fidei, uel ſolus auditus.

Ceterum diligenter oportet animaduertere, ꝙ in hoc articulo habemus compendiariam illius Dominici ſermonis in monte explicationem, de quo D. Aug. dicit, ꝙ ſummam cõtinet Chriſtianæ perfectionis. Cuius Dominici ſermonis præcipuum intentum eſt, docere non ſolum, quæ neceſſaria ſunt ad ſalutem, verum etiam, quæ cõueniunt ad perfectionis apicem aſſequendam; de quo intelligitur illud; Conſumatio abbreuiata inundabit iuſtitiam. quem locum intelligit Paulus de Euangelio. Circa ordinem contextus, primum in illo Dominico ſermone indicatur hominibus, quis ſit eorum finis, qm̃ ex eo regulæ morales ducuntur, excludẽdo errores, quibus olim Philoſophi decipiebantur circa humanam felicitatem, vt eſt videre apud Ariſtotelem, Ciceronem, & Plutarchum. Secundo, commẽdauit Apoſtolici officij dignitatem, vt viderent quanta attentione diſcenda erat ubi lex, quam alijs tradere tenerentur: propterea dixit, Vos eſtis lux mundi, &c. Tertio, qm̃ moralis uitæ fundamẽtum eſt lex naturæ, ueluti optimus doctor, hanc ſuppoſuit, excludendo falſum intellectum legis, & conſtituẽdo tale principium, uelut in confuſo, ꝙ interior ſanctitas eſt fidelibus ſumme recolenda: id. n. ſignificare uoluit cũ dixit, Niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam Scribarum & Phariſæorum, non intrabitis in regnum cælorum. Et ita explicauit tria præcepta, circa quæ maxime errabant, uidelicet, quintum, ſextum, & ſecundum: & ita cœpit ordinare actus interiores reuocãdo ab illicitis. Quarto loco Saluator excluſit errorẽ circa quædam iudicialia, qui error uergebat in detrimẽtum moralis vitæ. Occaſio aũt errandi illis fuit, ꝙ permiſſiones legis accipiebant, tãquam præcepta. Demum id quod ex iuſtitia exequendum erat, ex liuore animæ faciebant, exiſtimantes ita licere; & hucuſq; Saluator reuocauit animum. Quinto, cõtra appetitum honorum Saluator cõpoſuit animum hominis, docens, non eſſe flectendam intentionem hominis ad aliquod bonum tẽporale, ſed ad cæleſtia: duo potiſſimum bona excluſit, ſ. diuitias, & gloriam, pp rõnes D. Tho. ſolutione ad 4. At vero circa temporalium ſollicitudinem correxit Saluator exceſſum mentis humanæ, dum docuit cauenda illa quattuor, quæ D. Tho. aduertit ſolutione ad 5. & animum humanum circa proximum compoſuit, & docuit rectam exiſtimationẽ ſemp habendam de proximo, quantum fas eſt. Sed eam rõnem appoſuit huic rectæ exiſtimationi, uel ne eſſet in irreuerentiã ſacramentorũ, uel in detrimentũ Eccleſiæ, dicens; Nolite mittere margaritas ante porcos; & Attendite a falſis prophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, &c.

Aug. lib. de ſermone Domini in mõte.

Eſa. 10.

Ariſt. 1. Eth. ca. 1.
Cicero lib. de finibus.
Plutarc. lib. de placitis philoſo.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum conuenienter in lege noua ſint propoſita quædam conſilia.

Concluſio eſt affirmatiua.

EXPLICATIO ARTICVLI.

COncluſio articuli ita ꝓbatur. Nam præcepta data ſunt de his, q̃ ſunt neceſſaria ad conſequendum finem uitæ æternæ: conſilia uero ſunt de his, per quæ melius, & expeditius homo prædictum finẽ conſequitur. Eſt. n. homo conſtitutus inter res mundi huius; & ſpiritualia bona, ita ꝙ quanto plus uni eorum inhæret, tanto plus recedit ab altero. Qui ergo totaliter inhæret rebus mundi huius, conſtituens finem in eis, totaliter excedit a bonis ſpiritualibus, & talis inordinatio tollitur per ꝓcepta. Sed quod homo totaliter abijciat ea, quæ ſunt mundi, nõ eſt neceſſarium ad perueniendum ad ultimum finem; quia põt homo utens rebus mundi huius, dummodo in eis finem non cõſtituat, ad beatitudinem peruenire: ſed expeditius perueniret, totaliter abdicando a ſe res mundi; & ideo de hoc dantur conſilia Euangelij.

Sed pro huius doctrinæ expoſitione diligenter inueſtigandum eſt, q̃ nam dicantur conſilia Euangelica; rurſus, de quibus danda, quærendaq; ſunt conſilia euangelica; ꝓximo loco, quot ſint euang. cõſilia, & ultimo, de cõſilijs euangelicis in particulari determinandum eſt. Vt igitur a primo exordiamur, Conſilium definitur a Cicerone; aliquid faciendi, uel non faciendi excogitata ratio. Quoties. n. (teſte Ariſtotele) per plura aliquid fieri poteſt conſilio inquiritur, per quid facillime & optime fiat. Itaque non eſt aliud, ipſum conſilium, q̃ ratiocinatio, inquiſitio, rõ, ſiue ſententia conſequendi id inter plura, quod aptius, expeditiuſque ad præconceptum finem vr̃. Ex hoc facile eſt intelligere, quæ dicantur Euangelica cõſilia, ea videlicet, quæ cum ad ſalutem conſequendam neceſſaria non ſint; tñ vt parandæ ſalutis ratio expeditior habeatur, ac facilior, a Chriſto proponuntur, atque conſuluntur. Vñ diſcrimen, quod ſcriptura inter conſilia, & præcepta ſtatuit, conſiderandum eſt, quod præcepta tãquam obſeruatu neceſſaria præſcribuntur; conſilia uero in beneplaciti libertate relinquuntur, vt ſponte ſuſcipi intelligamus. Hinc Apoſtolus, cum cœlibatum perſuadere vellet, ita pronunciat; De uirginibus præceptum Dñi non habeo, conſilium aũt do, tãquam miſericordiã conſecutus a Deo, ut ſim fidelis. Quo ſpectat, quod Ambroſius perſpicue dixit: Conſilium inuitat voluntarios; præceptum vero aſtringit ẽt inuitos. Vbi præceptum eſt, ibi lex, vbi conſilium, ibi gratia: præceptum, ut ad naturam reuocet; conſilium, vt ad gratiam prouocet. Neque aliter ſenſit Hieronymus, ut eius uerba declarant: Vbi conſilium datur, offerentis arbitrium eſt; ubi præceptũ, neceſſitas ſeruientis: ſed maioris eſt mercedis, quod non cogitur, & offertur. Hactenus explicatum eſt, quæ nam dicantur conſilia Euangelica.

Conſilium Euãgelicum quid.

1. Cor. 7.

Ambr. epiſt. 83. & lib. de de Viduis.

Hiero. lib. 1. aduerſus Iouinia. & ad Euſtochiũ de cuſtodia uirgini.

Nunc conſideremus diligenter, de quibus dentur cõſilia Euangelica. In cuius rei explicationem ſcire oportet, quod cõſilium nũquam quæritur, neque datur de ipſo fine, ut finis eſt, eo quod finis principij rationem habeat: principiorum autem non fit inquiſitio, ſed uelut certa in mente agentis præconſtituta manent: at conſilium, inquiſitio quædam rationis eſt. Quis enim prudẽs umquam conſilio inquirit, num Deo ſit adhærendum, cũ is ſit finis ac ſcopus, quo certo tendimus omnes, dicente propheta in perſona Eccleſiæ, Mihi adhærere Deo bonũ eſt. Ceterum de medijs, quibus ad finem peruenitur, dat, accipitque conſilium vir prudens; non tamen de quibuſuis medijs: quia non de his, quæ certo determinata ſunt, aut natura, aut præcepto, aut neceſſitate. Quis enim conſilio inquirit, num cibo vti debeat, an potu, uel parentes colere, aut mortem euadere, cum primum, natura, ſecũdum, præcepto, tertium, neceſſitate certo determinatum exiſtat. Ad hæc, non dantur conſilia de his, quæ minuta ſunt, ſeu potius talia, ut nihil ref rat ſic uel aliter fieri. Sunt tamen quædam media ſalutis inueniendæ, quæ licet in neutram partem ſint definita, mirum in modum conducunt ad uitam æternam conſequendam, eo quod ſint incitamenta, ac ſubſidia quædam accommoda ad mundi, carniſque illecebras uincendas, hominemque expeditum faciunt, ut totus Deo, diuiniſque rebus inhæreat. Quis enim ad Chriſtum ſequendum eo eſt expeditior,

De quibus dentur euangelica conſilia.

tior, qui non ſolum oẽs corporis, mundique blandientis voluptates, nec facultates modo, ſed earum quoq; a ſe deſiderium, voluntatemque abdicarit, atq; præciderit, ſeque in Dei ſolius, & perfecti ſui poteſtatem tranſtulerit? quod quidem oẽs, qui conſilia euangelica paupertatis, & obedientiæ amplectuntur, profitentur. Certe qui conſilia euangelica amplectũtur, & ſuſcipiunt, uoluntaria quadam animi inductione, & uehementi quodam uitæ perfectionis ardore omnia reſecant, quæ cæleſtia meditanti impedimentum aliquod obijcere poſſunt, quæve meditationis huius propoſitũ frangere, aut debilitare, aut aliquo mõ interrũpere ualent. Et in his quidẽ cõſilia euangelica uerſantur: de qua re ſatis, ut arbitror, dictũ ẽ.

Quot ſint euangelica conſilia.

Deinceps ad tertiam quæſtionem tranſeamus: ea eſt, Quot ſint euangelica conſilia. Cui quæſtioni ſic rñdeo. Omnia enumerare euãgelica conſilia, non eſt operæpretium, neque ad tractatum præſentem attinet: principalia uero tria ſunt, de caſtitate, paupertate, & obedientia. Caſtitas eorum eſt, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum, & uti Tertullianus dixit, & Auguſtinus, qui ſe uoluntarios probant ſpadones. Paupertas ad eos ꝑtinet, qui ſemel oĩa reliquerunt, ut Chriſtum Dñm, exẽplo Petri & Apoſtolorum, perfecte ſequatur. Obedientiã uero præſtant, qui ut ſeipſos plene abnegent, non ſolum a cupiditatibus, uerum ẽt a uoluntate ſua (quod Scriptura admonet) prorſus auertitur, dum eius, quẽ in ſuperiorem, Chriſti loco, elegerunt, voluntati ſe totos ſubijciũt. De his nunc demonſtrationes ſingulatim auſpicabimur. Et primo quidem de uirginitate, & cælibatu; ſecũdo, de paupertate euangelica; tertio, de obedientia & abnegatione ſui ipſius diſſeremus.

Tertul. li. 1. ad uxorem. Aug. lib. uni co de uirginitate, cap. 23. & 24. Eccle. 18.

De uirginitate, & continentia: Matth. 19.

Quæritur ergo, Conſilia uirginitatis, & continentiæ q̃bus ſcripturis data ſint? Chriſtus Dñs laudat illud genus eunuchorum, qui propter regnum cælorum ſeipſos caſtrauerunt. & ne præceptum hoc magis, quam conſiliũ putaremus, cõtinuo ſubiunxit; Qui poteſt capere, capiat: quæ uox hortantis eſt Domini, ut ait Hieronymus: ac ſi dicat, qui poteſt pugnare, pugnet, ſuperet, ac triũphet: Id ille poteſt, cui datum eſt: datur autem oĩbus, qui, ut Hierony. ibidem teſtatur, petierint, qui uoluerint, qui vt accipiant, laborauerint. Omni enim petẽti dabitur, & quærens inueniet, & pulſanti aperietur. Apoſtolus autem planiſſime dixit, Bonum eſt homini mulierem non tangere; ac ruſus, De uirginibus præceptum Domini non habeo, conſilium autem do, tãquam miſericordiam conſecutus a Deo, ut ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonũ eſſe ꝑꝑ inſtantem neceſſitatem, qm̃ bonum eſt homini ſic eſſe. Atque iterum de uidua ſcribens, Cui vult, inquit, nubat, tantum in Domino: beatior aũt erit, ſi ſic permanear ſecundum meum conſilium. Puto aũt, quod ego ſpiritũ Dei habeam. Et iterum; Qui matrimonio iungit uirginẽ ſuam, bene facit; & qui nõ iungit, melius facit: hæc enim cogitat ea, quæ ſunt Dei; illa quæ mundi: illa coniugalibus uinculis alligata eſt; hæc libera uinculorum: illa ſub lege; iſta ſub gratia. Bonum coniugium, per quod eſt inuenta poſteritas ſucceſſionis humanæ; ſed melior uirginitas, per quam regni cæleſtis hæreditas acquiſita, & cæleſtium meritorum reperta ſucceſſio. Per mulierẽ cura ſucceſſit: per uirginẽ ſalus euenit, ut Ambroſius dicit.

Hiero. ſuper Matt. c. 19. & lib. 1. contra Iouini.

1. Cor. 7.

Ambr. epiſtola ad Syriciũ Papã, & li. de virginitate. & in exhortatione ad virgines.

Sed hic obſeruandum eſt, quod ratio potiſſima, quare uirginitas, aut continentia præfertur, non eſt carnis integritas, ſed libertas ad ſeruiẽdum Deo, & exemtio a ſolicitudine magna, quam ſecum fert matrimonij uinculũ. Nã (ut in commemoratis uerbis dicit Apoſtolus) qui ſine uxore eſt, ſolicitus eſt, quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo; qui autem cũ uxore, ſolicitus eſt, quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori, & diuiſus eſt: & mulier innupta & uirgo cogitat, quæ Dñi ſunt, vt ſit ſancta corpore & ſpiritu; quæ aũt nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi, quomodo placeat uiro.

Hæreticorũ argumenta. Geneſ. 2.

Sed uideamus argumenta, quibus hæretici continentiam, ac cælibem uitam impugnare, ac ſubuertere nituntur. In primis proferunt illud, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum, faciamus ei adiutorium ſimile ſibi: & paulo poſt; Creſcite, & multiplicamini, & replete terram. Ecce Dñs ſuis uerbis præceptum edixit. Huic autem quomodo quadrat, quod dicit Apoſtolus, Bonũ eſt homini mulierem non tangere? Deinde citant illud ex Paulo, Vnuſquiſque ſuam uxorem habeat, & unaquæq; ſuum uirum: non eſt ergo ſanum conſilium a matrimonio abſtinere. Sed & illud adijciunt argumentum, Paulum eius temporis, cũ conſilium hoc inculcabat, coniugem eſſe, & Deo ſub coniugali continentia militare: idque probant ex illo; Rogo te & germana compar, hoc eſt, coniux, adiuua illos. Hæc & alia ſimilia proferunt hæretici; ſed breuiter diluuntur.

Phili. 4.

Solutio.

Nam ad primum teſtimonium dicendum eſt, quod aliud conditor Deus, aliud prædicator Euangelij Paulus ſpectabat. Nam Deus cum dixit, Non eſt bonum hominem eſſe ſolum; tũc ſane replenda erat terra hominibus; cum uero ſic diceret Paulus, Bonum eſt homini mulierem non tangere; replendum reſtabat cælum animabus ſanctis. Deus in exordio humani generis uoluit, ut propagaretur natura; ſed poſtmodum genere humano multiplicato, & patefactis cœlis, uoluit (ut angelorum ruinã citius inſtauraretur) homines a congreſſibus carnis abſtinere, & ut hic inciperent Angelis ſimiles eſſe. Nec tñ id præcepit, ſed conſuluit, & quidem ijs dumtaxat, qui uoluntarij ſunt. Sed & uerba illa, Creſcite, & multiplicamini; non ſunt præcipientis, ſed dantis facultatem propagãdi naturam; ſicut & illa, Dominamini piſcibus maris, & uolatilibus cœli; ſunt donantis imperium ſuper oĩa animantia munda. Sed quamquam præcipiendo dixerit Dominus, Creſcite, & multiplicamini, id præceptum in eo ſenſu accipiendum eſt, ut detur opera generis humani propagationi, quando neceſſarium eſt propagare naturã: ubi autem illa ſufficienter eſt facta, & multi in eodem opere inſiſtunt; ceſſat obligatio legis naturæ, vt ſinguli rei uxoriæ dent operam. Quid vero mirum, ſi ſtatu rerum mutato, mutentur præcepta? Vnde Diuus Hieronymus contra Heluidium ſic ſcribit: Pro conditione (inquit) temporum, alij (illi, ſcilicet, patres ueteris legis) ſubiacuerunt ſententiæ; alij (nos, in quos fines ſæculorum deuenerunt) quamdiu lex illa permanſit, Creſcite & multiplicamini: & Maledicta ſterilis, quæ non parit; nubebant omnes, & nubebantur, & derelictis parentibus fiebat vna caro; quando vero vox illa pertonuit, Tempus breuiatum eſt, reliquum eſt, ut qui habent uxores, ſic ſint quaſi non habeant, & qui ſine uxore eſt, cogitet, quæ Dei ſunt, aliter ſcilicet, res ſe habet. Illud vero, quod obijcitur, Vnuſquiſque propter fornicationem vxorem ſuam habeat; non ſic intelligendum eſt, vt præcipiatur, ut unuſquiſque rei vxoriæ det operam: ſed loquitur Diuus Paulus quantum ad uſum, id eſt, vnuſquiſque vtatur uxore ſua, quæ iam per præcedentem contractum ſua facta eſt. Vel loquitur Diuus Paulus cum infirmis, & cum illis, qui libidine vruntur, & cum illis, quibus dixerat, Quod ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quam vri. Quod uero adducitur ex Diuo Paulo ad Philip. 4. Diuum Paulum uxoratum fuiſſe, difficilem habet explicationem: nam ex loco allegato male opinati ſunt nonnulli, Paulum habuiſſe vxorem. Clemẽs Alexãdrinus ſentit Paulum habuiſſe uxorem ex hoc loco, & Ignatius refert Paulum inter coniugatos. Origenes Roman. 1. ſuper illud, Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, inquit; Sicut quidam tradunt, cum uxore vocatus eſt, de qua dicitur in epiſtola ad Philip. Rogo te germana cõpar. Caietanus elucidans prædictam ſuſam ſentit Paulũ habuiſſe uxorẽ, quendã ſecutus auctorẽ, ut ſolet. Sed mirum eſt ex leuiſſima coniectura quẽquã hoc ſentire potuiſſe, cũ nuſquã alias huius rei ueſtigium appareat, ſed potius oppoſitum. Coniectura eſt, ꝙ dictio græca, quam noſter interpres uertit, Rogo te germana compar, ſit anceps ad utrũque ſexũ: vñ auctor ille vertit, Rogo te germana cõpar: ſed coniectura debilis eſt, & nullius momẽti. Quãuis.n. græca uox, quã interpres uertit, Cõpar, ſi ad verbũ eã interpreteris, ſonat, Qui idẽ ducis iugũ: nihil tñ neceſſe eſt, ut tale iugum accipiamus, quale eſt in matrimonio: nã commode admodum intelligitur iugũ, quale eſt in propagando Euangelio: & huiuſmõi iugum Paulum hoc loco intelligere veriſimile eſt, dũ reſpicimus ad ſimilia uocabula, quibus in hac epiſtola vtitur, item cõm ta

Verum Paulus uxoratus fuerit. Clemens lib. 3. Stromat. Ignatius epiſtola ad Philadelphienſes c. 3.

vocans

uocans cooperarium, commilitonem, ſiue coathletam. Sed & aliud argumentum conficitur ad confutandam prędictam coniecturam. Nam iam poſt Concilium Tridenti. non licet prouocare ad aliam tranſlationem, & in hac noſtra nihil eſt dubij; nam ſic habet; Rogo te germane compar. Quin & Hieronymus in epiſtola ad Euſtochium de cuſtodia uirginitatis, potius aſſerit Paulum uirginem: De uirginibus conſilium Domini propoſuit. Cur? quia & ipſe ut eſſet uirgo, non fuit imperij, ſed propriæ uoluntatis. Neque enim (inquit) audiendi ſunt, qui ipſum habuiſſe uxorem confingunt, cum de continentia diſſerens, & ſuadens perpetuam caſtitatem intulerit; Volo autem omnes eſſe ſicut me ipſum: & infra, Dico autem innuptis, & uiduis, bonum eſt illis ſi permanſerint ſicut ego Conſentiſit Chryſoſtomus, Theophilactus, & Ecumenius. Ac de conſilio uirginitatis ſatis dictum eſt, de cuius laudib. ſcripſere ſancti Patres, Martialis Chriſti diſcipulus in epiſtola ad Toloſanos; Clemēs Apoſtolorū comes; poſt hos Ignatius Martyr, poſt hunc Tertullia. deinde Euſebius, exinde Cyprianus, D. Athanaſius, Baſilius, Ambr. Aug. D. Hieronymus: accuratiſſime autem, D. Hier. cōtra latratus Heluidij, & Iouiniani, nihil præter imperitiā eructantiū.

Margin: Hiero. — Chryſ. Theophi. Ecume. — Martialis. Cyprianus. Athanaſi. Baſil. Ambro. Aug. Hiero. Ignatius. Tertul. Euſebius. — Matth. 19. habetur conſilium paupertatis.

Sequitur alia quæſtio; Vbi nam conſilium paupertatis euangelicæ a Chriſto doceatur? Apud Matt. c. 19. dicit Dominus, Si uis ad uitā ingredi, ſerua mandata. Ac deinde cōſilium de uoluntaria paupertate ſectanda proponitur, adiecta uerborum formula ſingulari, quæ illud capeſſentis arbitrio relinqueret: ait enim Dominus; Si uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cælo, & ueni ſequere me. Huiuſmodi paupertatis cultores ac profeſſores erāt Apoſtoli, quorum nomine fidenter dixit Petrus ad Chriſtum, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, Legimus Actor. 4. primos Chriſti diſcipulos poſſeſſiones ſuas uendidiſſe, & pretium ad Apoſtolos, ut pauperibus diſtribueretur, detuliſſe, nihilque fuiſſe inter eos proprium. Legimus Acto. 5. grauiſſimas pœnas Ananiæ, & Saphiræ ob huiuſmodi Deo deuotam pecuniam interceptam irrogatas. Sed dicet aduerſarius; Pauper ubique iacet; &,

Impiger extremos currit mercator ad Indos,
Per mare pauperiem fugiens, per ſaxa, per ignes:

Et hanc eligendam ſuadet Euangelium? Eſt magnum paupertas opprobrium, inquit quidam. Sed miſſa faciamus iſthæc prophanorum hominum dicta, nos filij Sanctorū ſumus, alumni traditionis diuinæ, quia erudimur in aliā uitam, quam ſimul cum felicitate æterna repoſitam habemus in cælis. Actionis quidem humanæ utiq; finis eſt felicitas. Omnis enim omnium hominum labor, ac ſtudium in eo eſt, ut ſit ſibi bene: nemo namq; reſpiciens ad malū, operatur. Iuxta finium autem diuerſitatem, diuerſa datur de medijs inſtitutio præceptio, aut conſultatio. Qui opinati ſunt finem hominis, hoc eſt felicitatem conſiſtere in diuitijs, contemtum docuerunt de paupertate. Qui uero in uoluptatibus eam conſiſtere uoluerunt, ſanctæ uirginitati, & cælibatui, & abſtinentiæ mirum in modum detraxerunt. Qui autem in uirtute eam collocauerunt, ut Stoici, ceteris paulo cordatius philoſophantes, ij laudibus ſhene celebrauerunt, quidquid uirtuti colendæ ſubſidio eſſe conſiderabant. Ceterum, quia ipſi uim, præcipuaq; membra ueræ uirtutis ignorabant, & qualis eſſet conſummatio eius per felicitatem, quæ ſaluum facit totum hominē intus & foris, & quaque uerſum in beatitudine æterna, ideo de paupertate, de humilitate, de pudicitijs, & de abſtinentijs, de dilectione, & pœnitudine, qua mentem in melius commutamus, & ut ſemel finiam de officiis hominis tendentis in Deū, ueræ pietatis felicitatiſq; principium ac finem, imperitius, ineptiuſq; diſſeruerunt, q̄ conueniebat, uibrātes enſes ſuarum diſputationum uelut in tenebris; & te uera uix melius iudicantes de prædictis q̄ cæci de coloribus. Itaque illis dimiſſis, inquiramus, quid filius Dei, quid Spiritus ueritatis, qui de cælis uenerūt, ubi uera poſſidetur felicitas, quid eorum Apoſtoli docuerunt de paupertate euangelica proſequenda, ſicut ſupra demonſtrauimus, quid per ipſos doctū ſit de uirginitate, ac cælibe uita. In primis autem obſeruare debes; uariam eſſe paupertatem. Eſt. n. paupertas, quam pateris, & quam eligis. Illā patit uel neceſſitas, uel rerum indigentia contra uoluntatis affectum; In iſtam te inducit uolentem ſpiritus fidei, religioſo quodam ardore commutādi caduca æternis, terrena cæleſtibus. Illa pœna peccati eſt, iſta uehiculū ad portum felicitatis: illa qui ſtringitur, miſer eſt; quia patitur, neq; eluctari poteſt, q̄q conetur; iſtam uel fugientem ſequitur homo pius ſpontanea deuotione, & dimittere nō uult, nec rogatus quidē, neq; impulſus: illa inter media, ſeu indifferentia; iſta uero inter eximia bona euangelica eſt collocanda; quam Baptiſta fortiter inchoauit, Chriſtus inſigniter uerbo factoque commendauit, Spiritus autem Dei mox poſt primum illapſum viſibilem in corda hominum conſumauit, ac ueluti politiam quandam digeſſit, ad ipſam millibus Chriſti fidelium conuerſis. Quam recte ſpontaneam, fidelem, ac euangelicam appellamus. Nam ſi uoluntaria non eſt, ut non ſunt communes indigentiū paupertates; pertractatio eius nō hoc loco fieri debet, ſed alio quopiam, ubi agitur de miſerijs, ceteriſq; mundi malis, dum ſic uiſum eſt ſuperis, fortiter perferendis.

Si tamen uoluntaria eſt, non tamen fidelis ac euangelica, hoc eſt, propter fidem Chriſti, & euangelij prædicationem, aut ſaltem ob ſpem Euangelicæ ſalutis præelecta ceteris, parum habet unde admodum commendari debeat. Quid enim paupertas Diogenis, aut Cratis Thebani, aut aliorum ſimilis propoſiti; quid, inquam, boni ipſis peperit, præter admirationem quandam inter homines, & philoſophandi commoditatem? At quam nos ſpiritu fidei apprehendimus, ſecundum formam quam duces religionis noſtræ præmonſtrarunt, ea demum, & uiam ueræ philoſophiæ colendæ ſtatuit, & centuplum pro dimiſſis rebus accipit, & omnia mundi bona poſſidet; inſuper & ius ad regnum Dei tribuit, eaque omnia in hoc ſeculo ſupperaddens; denique in futuro uitam æternam; cuius nūc demōſtrationem exordiemur. Sed & illud inter prima obſeruandum eſt, q̄ paupertas euangelica ſimul cum Euangelio mundo illata eſt. Ioannes præcurſor Domini, & prædicator Euāgelij primus, ipſe dimiſſis omnibus factus eſt incola deſerti, contentus locuſtis, & melle ſylueſtri, p̄ eſca, & cilicio de pilis camelorum pro ueſtimento, p̄dicans Regnū Dei, & dicens, Qui hēt duas tunicas, unā det non habenti. Poſt hunc uenit Filius Dei, dicens, Vulpes foueas habent, & uolucres cæli nidos; Filius autem hominis nō habet ubi caput ſuum reclinet: & ipſe prędicans Regnum Dei, dicit, Omnis ex vobis qui non renunciat omnino quæ poſſidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus: unde & adoleſcenti dixit, Si uis perfectus eſſe, uade, & uende omnia q̄ habes, & da pauperibus, & veni ſequere me. Poſt filium uero miſſus eſt Spiritus ſanctus viſibiliter in ſpecie flammarum, & ita igneſcere pectora credentium, ut dicat ſcriptura, Omnes etiam qui credebant, erant pauperes, & habebant omnia communia, poſſeſſiones & ſubſtantias uendebant, & diuidebant illa omnibus prout cuiq; opus erat. Rurſus; Multitudinis autem credentium erat cor unum, & anima una, neque quiſquam eorum quę poſſidebant, ſuum aliquid eſſe dicebant, ſed erant illis omnia communia: ſubiungit, Quotquot enim poſſeſſores agrorum, aut domorum erant, vendentes afferebant pretia eorum quæ uendebant, & apponebant ante pedes Apoſtolorum, & diuidebatur unicuique prout cuiq; opus erat. Et iſtud quidem tunc temporis, cum eſſet multitudo credentium aucta in millibus, ut ex eiſdem actis patet. Ad hæc, duces fidei intonant conſtanter, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te Chriſtum Dominū noſtrum nudum nudi, non tantum terra noſtra, & naniculas quas habemus, ſed etiam omnia quæ mundi ſunt, & acquiri a nobis poſſunt relinquentes. Potiſſimum autem filius accreſcens Paulus Apoſtolus, Exiſtimo, inquit, omnia detrimentum eſſe propter eminentem ſcientiam Ieſu Chriſti Domini mei, propter quem omnia detrimentum feci, & arbitror ut ſtercora, ut Chriſtum lucrifaciam. Neque eſt in Eccleſia hoc genus uitę ſine certa, eaque ampliſſima Dei promiſſione introductum. Enimuero Saluator ab Apoſtolis interrogatus, Ecce nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te, quid ergo erit nobis? Reſpondit Chriſtus, Amen dico nobis, q̄ uos qui reliquiſtis omnia, & ſecuti eſtis me, ſedebitis ſuper

Margin: Voluntaria paupertas. — D. Ioan. Baptiſta.

ſedes &c.& omnis (nõ ſolum uos) qui reliquerit domum, uel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrẽ, aut uxores, aut filios, aut agros (nota diſiunctam particulam: nam qui vel unum dimiſerit, quanto magis qui uniuerſas) propter nomẽ meum (& Marcus ait, Propter me, & Euangelium meum) centuplum accipiet. Marcus centies tantum, nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & ſorores, & matres, & filios, & agros, cum perſecutionibus, & in futuro ſeculo vitam æternam; quod ipſum Matthęus dixerat, Centuplũ accipiet, & vitam æternam poſſidebit.

Marc.10.

Matth.19.

Sed iam conſideremus aliam quæſtionem; Quomodo conſilium obedientiæ nobis proponatur? Certe Chriſtum Dominum præſtantiſſimum ducem, & exemplar obedientiæ habemus; uenit enim non ſuam facere uoluntatem, ſed Patris cæleſtis; & miniſtrare, & nõ miniſtrari; adeo ut humiliauerit ſemetipſum, factus obediens uſque ad mortem, mortem autem crucis. Quod ſi uerba magis quam facta mouent, audi Dominum dicentem, Si quis uult poſt me uenire, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me: quæ uerba, ut generaliter omnibus dicta recte quidem accipi poſſunt, ſed peculiariter ad eos pertinent, qui pro ſuo modo ſe Chriſto ita conformant, ut nulla in re ſui iuris eſſe uelint; & alieno potius arbitratu viuere ſatagunt, dum præfect. ſui, quem loco Chriſti ſibi elegerunt, uoluntatem & imperium ultro ſequuntur. Horum præfectus, uti Baſilius docet c. 22. in conſtitutionib. Chriſti perſonam obtinet: uude, quemadmodum oues, paſtori obediunt, ea pergentes uia, qua paſtor eas duxerit. Huiuſmod. autem fideles, & excellentes Chriſti imitatores Eccleſia ſemper habuit. cuius rei teſtes perquam idoneos habemus Baſilium, Auguſtinum, Hieronymum, Benedictum, Gregorium, Caſſianum, Bernardum, Dominicum, Franciſcum, alioſque innumeros euãgelicæ obediẽtiæ profeſſores. Alij uitulos, aut arietes, aut alia huiuſmodi rationis expertia Deo offerunt; ille uero qui uouet uotum obedientiæ, ſeipſum deuouet Deo. Hoc uotum obedientiæ ſuper omne uotum eſt. Nam filium offerre, aut filiam, aut pecus, aut prædium, hoc totum extra nos eſt, ſemetipſum autem Deo offerre, & uoluptatem, ac arbitriũ propriæ libertatis denegare, ut Deo ſeruiamus, & uoluntati Patris cæleſtis obſequamur, hoc eſt perfectius, & eminentius omnib. uotis, quæ Deo offerri ſolent. Vt uero rõnem huius conſilij euangelici, quod eſt obedire uſq; ad mortem, a fonte (quod aiunt) tibi aperiam, recolendum eſt illud, quod aſſerit D.Diony. Pauli diſcipulus; Diuinũ amorem ecſtaſim facere; hoc eſt, amatorem ſic extra ſe rapere, ut non ſinat eum ſui ipſius eſſe, ſed eius quẽ amat. Vnitiuus enim eſt amor, nec ceſſat, donec effecerit inter amantem, & amatum, unum uelle, & unum nolle, cor vnum, & animam vnam: quo tandem cum Apoſtolo dicat; Viuo ego, iam non ego, ſed uiuit in me Chriſtus; cuius affectu & arbitrio perinde feror, ac ſi ipſe non haberem affectum, aut arbitrium. Fons itaque huius obedientiæ eſt amor ecſtaticus, quo uelut liqueſcit anima in Deum. Diximus igitur de uoluptatibus carnis abdicandis per cõtinentiam, quoniam qui cum uxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat uxori, & diuiſus eſt. Diximus præterea de bonis externis poſthabendis per ſpontaneam paupertatem; quia facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quam diuitem intrare in Regnum cælorum. Nunc uero dicimus de abrenunciatione propriæ uoluntatis, quæ fit tum per obed. etiam fidei, & caritatis, tum per uotum obedientiæ uoluntarium, atque ſpontaneum. Et dictum eſt ſatis, quantum ego exiſtimo: nam laudes huius conſilij proſequi infiniti operis eſt.

Vo obedientia conſilio.

Ioan.6. Matt. 20. Philip. 2.

Baſil.

Dionyſ.

ratio obedientię.

Vt tamen explicationi huius articuli finem imponamus, quæritur; Vtrum in lege ueteri conſilia perfectioris uitæ proponerentur? D.Th. in hoc articulo reſpondet negatiue: cuius rei hæc eſt prima perſuaſio. Nam lex uetus non erat filiorum, nec lex perfectæ libertatis ſpiritus, ſicut lex Euangelica; ſed erat ueluti ſeruorum iugum: conſiliũ autem libertatem importat, non ſeruitutis iugum.

Vtrum in lege ueteri cõſilia fuerint D. Tho.

Secunda perſuaſio eſt. Nam lex antiqua terrenis promiſſionibus alliciebat homines ad obſeruantiam præceptorum, conſilia uero a terrenis auocant: at uero in lege Euangelica theſauri cæleſtes aperti ſunt, pro quibus comparandis facillimum eſt terrena deſpicere, ſicut ſignificatur in illa parabola de theſauro abſcondito in agro, quem qui inuenit hõ, abijt, & uendidit omnia quæ habuit, & emit illum. Tertia perſuaſio. Lex antiqua propter imperfectionẽ non adducebat homines ad perfectionis culmen, ut dicit Paulus: at in noua lege eſt tanta gratiæ abundantia, ut nõ ſolum uiri fortes ſed etiã infirmi perfectionem adipiſcãtur: Vnde Eſa. 60. de ſtatu nouæ legis tale habetur uaticiniũ, Minimus erit in mille, & paruulus in gentem fortiſſimã. Sed ex hoc non inferant Theologi, quod uiri iuſti, & ſancti in antiquæ legis ſtatu non haberent ex inſtinctu Spiritus ſancti conſilia a Deo, tum uirginitatis, tum obedientiæ, atque etiam paupertatis, quæ & animo lubenti, & fortiter amplectebantur. Quid in Nazaræi, quid Rechabitæ, quid prophetarum filij aliud erant, quam monachorum pura quædam ſimulacra, ſed pro temporis ratione non omnino conſumata, atq; abſoluta? Perfectio enim, ut in ceteris, ita & hæc Chriſto, & eius exuberanti gratiæ debebatur. De Ieſſæis etiam, & de Eſſenis ueteris teſtamenti monachis, mira & ſtupenda refert Philo in ſuis ſcriptis. Sed & D.Hieronymus, Heliam, Heliſeum, Danielem, & Ioannem Baptiſtam a matrimonio abſtinuiſſe, & uitam cælibem duxiſſe. Ioſephus. 18. antiquitatum, & Solinus aiunt ante aduentum Chriſti, Eſſenorum collegium, inſtar noſtrorum Anachoretarum, ſancte in deſerto Iudææ uiuendo ab uxoribus abſtinuiſſe. Atque de legibus ſatis dictũ eſt. Nunc de neceſſitate gratiæ ad legem adimplendam dicendum uidetur.

Hebr.7.

Eſa.60.

Nazaræi. Rechabitæ. Prophetarũ filij. Ieſſæi Eſſeni Hiero. lib. 1. contra Iouin. & in Zachariæ. li. 2. c. 10.

QVAESTIO CIX,

De exteriori principio humanorum actuum, ſcilicet de gratia Dei, in decem articulos diuiſa.

IN TRACTATVM de Gratia introductio.

Riuſquam explicationẽ literæ D.Tho. aggrediamur, operæpretium erit nonnulla præfari, quę diſcipulum Theologiæ præparẽt ad huius tractatus cognitionẽ, & intelligentiã. Eſt n. hæc diſputatio difficillima, & obſcuriſſima. Nam cum gra Dei aſſeritur; liberũ arbitriũ uř auferri: cũ uero liberũ arbitriũ in mediũ profertur, gr̃a Dei tolli apparet. Sed & alia difficultas, parua & magna cruciat ingenia. Nã occaſione huius, quidam non recte ſentientes, arbitrati ſunt, D.Pau. in hanc doctrinam nos inducere, ut faciamus mala, quibus poſitis, eueniant bona, ut ſic diuitiæ gratiæ Dei in nobis magnificentur, & abundent. Atqui ex eadẽ re alia naſcitur magna cõtrouerſia. Nã cum ſubſidiũ gratiæ Dei uni conferatur, & nõ alteri, vř eſſe iniquitas, & acceptio pſonarũ apud Deũ. Vrget inſuper maxime illud. Nã cum gratia diuina ſit neceſſaria, ut recte viuamus, & ſalutem conſequamur æternã, cum huius gratię adiutorium haudquaquã Deus omnib. conferat; vř profecto, q Deus in neceſſarijs deſit. ſiquidem vniuerſis hominib. non concedit adiutorium ſuæ gratiæ, ſine quo homo neq; ad Deum conuerti, neq; recte uitam inſtituere, aut vero ſalutem cõſequi aliquo modo poterit. His, & alijs difficultatib. D. Aug. olim tenebatur. Ne autem uocabuli ignorantia teneamur, gratiæ nomen quot modis in ſacris litteris accipiatur, exponẽdum eſt non enim unam tantum habet ſignificationem, ſed plures, illaſq, admodum inter ſe diſtinctas. Primo namq. gratia dr̃ id omne, quod gratioſe conceditur, ſiue naturale illud ſit, ſiue ſupra naturã. Qua ſignificatione nomẽ gratiæ uſurpat D.Th. 1.p.q. 2. art. 4. cum docet, in omni opere, ſiue naturale ſit, ſiue ſupernaturale, rationem gratiæ reperiri,

Difficilis hæc gratiæ diſputatio.

Aug. lib. 1. contra Pelag. & Celeſt. ca. 47. lib. 3. contra Iul. a ca. 10. epi. 56. & xlvij & lib. iiij. contra epiſtolas Pelagia. c. 6. de natura. & gratia. pro fumi.

Quot modis gratia ſumatur. D. Th.

Matt. 5.

reperiri, atque iuſtitiæ, ita ut ſemper illud uerum ſit, Vniuerſæ uiæ Domini miſericordia, & ueritas. Quod namq; Deus creaturam ex nihilo producat, gratia eſt, atq; beneficium ſingulare: ſed tamen poſtquam ſtatuit cõdere, atq; creare, quod condat iuxta conditiones, ac ꝓprietates cuique naturæ debitas, nonnullum iuſtitiæ præſefert ueſtigium atque imaginem. Hac eadem ratione utitur nomine gratiæ Concilium Conſtantinopolitanum VI cum definit, Angelos per gratiam eſſe immortales, qui quidem ſuapte natura immortales ſunt, ut prima parte demonſtratum eſt. Pelagius etiam hanc gratiæ ſignificantiam ſequitur. Cum etenim omnem gratiam diuinitus infuſam negaret, omneque auxilium ſupernaturale tolleret, aiebat, naturam hominis, ſecundum quam conditi ſumus, gratiã eſſe. Quod inſuper mentem, liberumq; arbitrium nobis conceſſerit Deus, gratiam dicebat: & quidem non inepta ratione: quia ingentes creatori noſtro gratias referre debemus, quoniam ipſe fecit nos, & non ipſi nos, & ꝙ ſuper omnia opera manuum ſuarum nos conſtituit. Hanc gratiæ acceptionem approbat ſæpe D. Aug. Condemnat tamẽ Pelagium, ꝙ eã gratiam, qua Chriſtiani ſumus, agnoſcere noluerit: quam Dominus prædicabat, cum dicebat; Si uos Filius liberauit, uere liberi eritis; & Paulus, Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum Chriſtum. Vide D. Auguſtinum lib. unico de natura & gratia, capit. 10. & 11. Sed tamen rariſſime huiuſmodi prima ſignificatione gratiæ utuntur ſacræ litteræ. Accipitur præterea gratiæ nomen pro miſericordia, & beneficientia: qua ratione loquitur Paulus, dũ inquit; Vt in hac gratia abundetis: vbi abſque dubio de eleemoſynę largitione loquitur: inſtruit enim epiſcopos circa eleemoſynas largiendas, quas gratiam appellat. Deinde vſurpatur nomen gratiæ, ad ſignificandam rei ſpeciem, & pulcritudinem; ſicuti fit in illo; Vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo: & iterum; Fallax gratia, & uana eſt pulcritudo. Mox accipitur gratiæ nomen, ut ſignificat donum ſupernaturale infuſum, ſiue habituale illud ſit, ſiue actuale, ſiue internum, aut externum, quod naturæ uirib. conſequi nõ valemus. & huiuſmodi donum, gratia appellatur, quia gratis conceditur, & donatur, non autem ex debito, ſicut dicitur Rom. 4 Merces non imputatur ſecundũ gratiam, ſed ſecundum debitum; itaq; gratia non eſt ex debito: & c. 11 habetur illa inſignis ſententia; Si gratia, nõ ex operib. alioqui gratia iã non eſſet gratia. Huius ſignificationis frequentiſſimus eſt uſus in ſanctis ſcripturis: qđ obſeruatione dignum eſt, ne quiſpiam arbitretur, gratiæ nomen in ſanctis ſcripturis ſemper pro gratia iuſtificante vſurpari. Poſtremo ſignificat gratiam ipſam iuſtificãtem, per quam ſumus diuinæ naturæ conſortes: quæ quidem non ideo ſolum gratia dicitur, quia gratis donatur, ſed etiam quia gratos Deo nos conſtituit, atque uitæ æternæ hæredes efficit: ad quam ſane gratiam, omnes aliæ gratię, tamquam ad finem, & ſcopum ordinantur. de hac gratia loquebatur Apoſtolus dicens; Per fidem acceſſum habemus in gratiam iſtam, in qua ſtamus, & gloriamur in ſpe gloriæ filiorum Dei; & c. 6. Gratia Dei, uita æterna, i. grã Dei radix eſt immortalitatis: & ad Hebr. 12. Itaq; regnũ immobile ſuſcipientes habemus gratiam per quam ſeruiamus placentes Deo, cũ metu, & reuerentia: & ad Ro. 7. Quis me liberabit, &c. gratia Dei per Ieſum Chriſtum: & c. 11. Reliquiæ Iſrael ſecundum electionem gratificauit nos in dilecto Filio ſuo. De hac ſignificatione gratiæ loquitur Pater Soto libro 1. de natura, & gratia capitu. 2. Circa quam illud aduertendum eſt, in Concilio Tridentino Seſſione 6. can. 11. condemnari erroris eum, qui dixerit, gratiam iuſtificantem eſſe fauorem Dei, & non potius inhærentem iuſtitiam. Atque hæc de nominis ſignificatione dicta ſufficiant.

Concil. Conſtantino. 6. actione. 11.

Aug. epiſto. 95. & Pſal. 144. in illud Memoriam abundantiæ &c.

Rom. 9

Aug.

2. Cor. 8.

Prou. 1. & 31.

Rom. iiij.

Rom. 5.

Rom. 7.

De quo ſtatu hominis ſermo fiat in hac diſputatione

Sed tamen, vt ad ea quæ altiora ſunt progrediamur, intelligendum eſt, quod cum de gratiæ neceſſitate diſputationem inſtituimus, ut homo recte viuat, præcipue loquimur de homine in ſtatu naturæ lapſæ, in quo quidem ſtatu non ſolum ipſe homo caret iuſtitia, & donis, quibus abundabat in ſtatu innocentiæ, & felicitatis, ſed etiam ſecundum corpus, & animam manet vulneratus, & a Deo auerſus, atq; a diuinis bonis, ita ut abhorreat illa ꝑ uolũtatem impiam, & intellectum ignorantia, & tenebris plenum. Quamquam etiam D. Tho. nonnunquam loquatur de homine abſolute in quo vis ſtatu, vt demonſtret, uniuerſum hominem in omni ſtatu, & ætate, ſubſidio diuinę gratiæ eſſe indigum. Vt autem melius, & exactius iſta intelligantur, obſeruet Theologus, ꝙ quamuis humana natura ſecundum rem non fuerit niſi in quadruplici ſtatu; in ſtatu ſ. originalis iuſtitiæ in Adam, & in ſtatu peccati originalis; in ſtatu gratiæ quæ datur nobis per Chriſtum, & in ſtatu gloriæ & beatitudinis: tamen vt communior atque copioſior ſit doctrina, in ſex ſtatibus eam contemplari poſſumus, vt probe & eleganter Caietanus in q. 109. art. 2. & Doctiſſimus Soto lib. 1. de natura & gratia in principio docent. Primus ſtatus eſt in puris meriſque naturalibus, vt ſi homo conderetur a Deo ſine gratia, & ſine iuſtitia originali, & ſine aliquo dono ſanante naturam, atq; etiam ſine peccato; ſed tantum compoſitus ex corpore, & anima rationali cum ſuis potẽtijs. In quo ſtatu arbitratur quidam Adam fuiſſe creatum: ſed falluntur grauiter, vt in prima parte demonſtratum eſt. Secundus ſtatus eſt naturæ integrę, per quem non intelligimus hominem in puris naturalibus conſtitutum, ſed hominem conditum in ſtatu conſono rationi naturali: hominem, inquam, in quo pars ſenſitiua eſt ſubiecta rationi, & ipſa ratio eſt bene affecta erga Deum, ut eſt finis naturę; eo pacto, ut in naturalibus eſſet omnino rectus, atque perfectus: de qua rectitudine nonnulli Theologi interpretantur illud, Fecit Deus hominem rectum, & ipſe ſe immiſcuit quęſtionibus multis. Tertius eſt ſtatus feliciſſimus iuſtitiæ originalis, in quo credimus primum hominem fuiſſe conditum. Quartus eſt ſtatus gratiæ, per quam iuſtificamur in Chriſto ſeruatore nr̃o. Quintus eſt ſtatus naturę lapſę, in quo homo conſideratur in peccatum iam prolapſus. Sextus eſt ſtatus glorię, & beatitudinis. In his omnibus ſtatibus inueſtigat D. Tho. qua rõne gratia Dei ſit neceſſaria. Sed ex his nonnullæ dubitationes emergũt, quarum expoſitio, & intelligentia magnam lucem, & utilitatem eſt allatura, ſine quarum obiectionũ cognitione Theologus in hac diſputatione tamquam cæcus ſæpe offendet.

Status in quibus natura humana poteſt conſiderari.

Dubitatur ergo; Quomodo differat homo conditus in puris meriſq; naturalibus, ab homine in ſtatu naturæ lapſæ conſtituto? Certe Caietano auctore, loco citato, atq; Magiſtro Soto conſentiente lib. 1. de natura, & gratia c. 2. & 3. inter hos duos ſtatus differt ea ratione, qua inter hominem nudum, qui propter peccatum fuit ueſtibus expoliatus, & inter hominem qui ſuapte natura conditus eſt ſine ueſte, numquamq; habuit illam. Vterq; enim ęque nudus incedit: ſed prioris nuditas, & ſpoliatio, pęna eſt propter delictum; poſterioris uero nuditas non eſt pęna, ſed naturæ conditio. Eadem ratione appetitus ſenſitiuus iuſtitia originali deſtitutus, rebellis erat rationi, quæ quidem rebellio pęna erat peccati, atq; eiuſdem effectus. Ceterũ ſi homo in puris naturalib. conderetur, hæc eadem rebellio in appetitu ſenſitiuo locum haberet, ſed tamen eo tẽpore pœna non eſſet, ſed q̃dam cõditio ipſius naturæ. Itaque donum iuſtitiæ originalis hanc rebellionem compeſcebat aduerſus ratione, quo ablato dono, ſubſecuta fuit rebellio; nihilominus ſubſecutura, ſi homo eſſet conditus in puris naturalib. ſicut lapis, qui ĩ loco ſupero detinetur, ablato impedimento tam uelociter, & naturaliter deſcendit, ſicut lapis ille qui numq̃ tali detentus fuit impedimẽto. Sequitur ex his primo, quod ſi Deus crearet Petrũ nõ deſcendentem ab Adam, & cõderet Paulum ab Adam deſcendentem, Paulus in naturalib. non haberet aliquẽ defectum, quo Petrus careret. Sequitur præterea, hominem ĩ ſtatu naturę corruptæ poſſe operari ex facultate naturæ, id omne quod operari poteſt homo in puris naturalibus conſtitutus. Deinde ſequitur, commentum eſſe quod quidam Theologi dicunt, in nobis eſſe quoſdam languores, & quaſdam morbidas qualitates poſt peccatum originis, propter priuationem originalis iuſtitiæ. Tãdem infertur, ꝙ quando dicunt Theologi, hominem in naturalibus uulneratum fuiſſe, non eſt ſenſus, quod homo ſit læſus in naturalibus; ſed id intelligendum eſt, quia homo amiſit donum ſupernaturale, quo mediante, continebatur in rectitudine naturali, & in officio virtutum erga finem

Differt homo cõditus in puris naturalib ab homine conſtituto in ſtatu naturæ lapſæ.

Corollariũ primum.

Corollariũ ſecundum.

Quis dicatur homo in ſtatu naturæ lapſę.

naturalem. Sed ne ambiguitate nominis decipiamur, obſeruãdum eſt, per hominem in natura lapſa conſtitutũ, intelligẽdum eſſe hominem cum ſolo peccato originali: nam ſi poſtea peccata admiſerit actualia, iam non inſtar hominis ſpoliati erit, ſed homini male ueſtito aſſimilabitur; quare tunc per malos habitus erit pronior ad malum, & ad bonum ineptior. Ratio autem horũ hæc eſt, q̃a deſtitutio grãæ, & iuſtitiæ originalis, quæ ſpoliationem ſequitur, non eſt per ſe effectus ſpoliationis, ſed p accidens, ſicut remouentis prohibens. Quare ſicut lapis non mouetur velocius aut tardius quando prohibens remouetur, q̃ã ſi inciperet moueri numquam impeditus: ita natura humana poſt peccatum originale, per quod iuſtitia originali fuit deſtituta, manet æque ad bonũ, & malum propenſa, ac ſi eſſet in puris naturalibus producta, atque creata.

Quomodo differat homo in natura integra, ab homine in puris naturalibus, & in iuſtitia originali.

Sequitur prærerea alia dubitatio; Quo pacto differat homo in natura integra cõſtitutus, ab hoĩe conſtituto in puris naturalibus, atque ab homine conſtituto in iuſtitia originali? In huius dubitationis elucidatione mirũ eſt q̃ varij, & diſſidentes ſint Doctores inter ſeſe: nos tñ breuiſſime hęc perſtringemus, qm̃ de hac re in ſequentib. copioſior futurus eſt ſermo. Differt itaq; inter naturam humanam in puris meriſq; naturalib. conſtitutam, & inter hominem in ſtatu naturæ integræ cõditum: qm̃ in puris meriſq; naturalibus contrariantur inter ſe appetitus ſenſitiuus, & rationalis: vnde ſequitur illa rebellio, & pugna inter carnem, & ſpiritũ, de qua loquitur Paulus cum dicit; Caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem: & alio in loco; Sentio aliã legem in mẽbris meis, repugnãtem legi mentis meæ. Quamquam enim Paulus de homine in natura lapſa loquatur; idem tamen iudiciũ ferendum eſt de homine in puris naturalib. conſtituto, ſicut demonſtratum eſt. Ceterum in ſtatu naturæ integræ nulla eſt rebellio inter carnem, & ſpiritũ, quia in tali ſtatu conſideratur homo ita bene compoſitus, & conſtitutus ad finem ſuæ naturæ proportionatum, vt ſine aliqua pugna, aut difficultate in bono virtutum perſeuerare poſſit: quamquam pro ſua libertate poſſit ab eo ſtatu rectitudinis deſiſtere. Intelligimus autem p hominem conſtitutũ in ſtatu naturæ integræ, hominem conſtitutũ in ſtatu rõni conſentaneo, cum dono ſanãte naturam, ad officia virtutum, & ad finem naturæ noſtræ conſentaneum. Verum per hominem conſtitutum in iuſtitia originali, intelligimus hominẽ rectum, tum in ordine ad finem naturæ ſuæ proportiõnatum; tum uero in ordine ad finem ſupernaturalẽ. Itaq; ſtatus iuſtitiæ originalis ſupra ſtatum naturæ integræ addit gratiã, quæ eſt in principium bonorum meritorum, & quæ facit homines gratos Deo, & conſortes diuinæ naturæ: additq; cetera chariſmata Spiritus ſanctu, q̃ ipſam gratiam conſequũtur in homine uiatore, nempe fidem, ſpem, & caritatem. Quo tamen hæc doctrina exactius intelligatur, animaduerſione dignũ eſt, & apprime conſiderandum, ꝙ licet donum originalis iuſtitiæ duo habeat officia, & rectificare hominem in ordine ad finem ſupernaturalem; & ſanare naturã in ordine ad finẽ naturalem; in hac diſputatione ſecernimus officiũ primũ, & hominem contemplamur, ac ſi tantummodo conditus eſſet cum dono ſanante naturam in ordine ad finem ſibi cõſentaneũ. Quod ſane donum, quamuis ſupernaturale eſſet, a D. Th. naturale vocatur, tum, qm̃ eſſet illius ſtatus conditio; ſicuti lumen gloriæ naturale eſſe beatis dicere ſolemus; tũ vero, qm̃ hoc donum perficiebat hominẽ in ordine ad finem ſuæ naturæ cõſentaneũ, & non amplius; tum tertio, qm̃ homo habens tale donũ, p facultatẽ naturæ poterat uniuerſum bonũ naturæ ꝓportionatũ perficere; qm̃ tale bonum facultatem naturæ humanæ non exſuperat, & ex alia parte natura perfecta erat, & integra: poterat ergo illa pręſtare. Addit inſuper Caiet. ſubtiliſſime, rationem humanam ex coniunctione ad donum iuſtitiæ originalis habere in ſe vigorem, quo poſſit concupiſcentiam frænare, & in officio detinere uirtutum. Itaque non tantũ hoc ex dono ſupernaturali habebat, ſed etiã in ſe ex reali quadam proprietate iſto fruebatur vigore. Nã unaqueq; res ex coniunctione ad aliam ſuperiorem, & nobiliorem hẽt in ſe maiorem pfectionem. Cogitatiua in homine ex coniunctione ad rationem eſt nobilior in ipſo, quam in brutis. Appetitus inſuper ſenſitiuus ex cõiunctione ad uoluntatem, qua in homine gaudet, perfectior eſt multo in illo quam in ceteris animantib. & eadem ratione potentia vegetatiua, quia in animalib. coniuncta eſt animæ ſentienti, qua coniunctione caret in plantis, perfectior reperitur in animantib. quam in plantis. Eodẽ ergo modo humana rõ ex coniunctione ad iuſtitiam originalẽ perfectior in ſe ipſa reperitur. Hactenus expoſitũ eſt, qd in hoc tractatu ſit intelligendum per hominem in puris naturalibus conſtitutum, ac per hominem cõſtitutum in natura integra; inſuper per hominem conſtitutum in iuſtitia originali; demum quid per hominem conſtitutum in natura lapſa. Non tamen eſt neceſſarium a nobis tractari, quid ſit intelligendum per hominem conſtitutum in gratia; neque uero per hominem conſtitutum in ſtatu felicitatis, & beatitudinis: nam hæc clariora ſunt, quam ut noſtra expoſitione indigeant.

Donum ſanans naturã quare naturale appelletur.

Caiet. opti. loquitur.

Extremi errores circa iuſtificationem noſtrã.

Illud etiam conſiderandum eſt, quod de ſalute noſtra duo extremi errores exorti fuere in Eccleſia. Alter eorũ, qui in gratiam Dei iniurij, libero arbitrio, & ſuis operib. plus iuſto tribuebant. horũ hæreſim, & pernicioſam opinionem D. Paul. acerrimus gratiæ Dei defenſor, manifeſtis argumentis falſitatis conuincit, oſtendens omnes eſſe peccatores, & egere gratia Dei. Hũc errorem poſt quadringentos annos ſuſcitauit Pelagius, qui auſus eſt Deo dicere; Tu feciſti nos hoĩes; nos uero iuſtos nos facimus. Alter error eſt eorum hominum, qui gratiæ Dei tantum tribuunt, vt liberum uoluntatis noſtræ arbitriũ auferant, dicentes, non eſſe liberum arbitrium, ſi gratiæ eget adiutorio, atq; ſubſidio: aſſerentes inſuper, Deum ſine nobis noſtrã iuſtitiã in nobis operari: ex quo colligũt, ſola fide opus eſſe ad Dei miſericordiã obtinẽdã, & opera nõ eſſe neceſſaria, dicente Paulo; Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operib. legis. Aduerſus hũc errorem ſcripſere Petrus, & alij Apoſtoli, appellãtes hos hęreticos, deprauatores epiſtolarũ D. Pau. Hanc hęreſim ſuſcitauit noſtra ętate M. Lutherus. Inter hos ſcopulos doctrina fidei mediũ tenet: neq; n. aufert liberũ arbitriũ, neq; ei tm̃ defert, vt ſine gratia aliqd poſſe, quod ad ſalutem æternam ſpectet, doceat. Hanc doctrinã tueri ac defendere ꝓ uirili in hoc tractatu conabimur. Pręterea obſeruandum eſt, ꝙ D. Th. uniuerſum tractatũ de gratia in quinq; diſtribuit partes in primis de gratiæ neceſſitate ediſſerit; deinde qd ſit gratia demonſtrat; ad hæc de gratię diuiſione diſputat; proximo loco de cauſſa gratiæ pertractat; & tandem de effectibus gratiæ ſermonem inſtituit. Hæc pro introductione dixiſſe ſufficiat; nunc ad rem ipſam proficiſcamur.

Paulus.

Diſtributio huius vltimæ partis in qua de gratia diſputat. D. Th.

ART. PRIMVS.

Vtrum homo ſine gratia poſſit cognoſcere aliquod uerum, id eſt, utrum gratia ſit neceſſaria ad cognoſcendum quodcumque verum.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Ad cognitionem cuiuſcumque

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quotuplex ſit ueritas, quæ a nobis cognoſci poteſt.

VT ea q̃ hic ab auctore dicuntur, melius intelligãtur, obſeruãdũ eſt, ꝙ veritates, q̃ poſsũt cognoſci, ſunt in duplici differẽtia. Quędã ſunt ſupnaturales, illæ. ſ. q̃ p fidẽ tradũtur, & diuinis oraculis nobis manifeſtantur, ut Deũ eſſe trinũ & unum; Deũ eſſe hominem. Aliæ ſunt naturales, quę. ſ. per lumen naturale cognoſci poſſunt. Atq; hę rurſus in duo genera diuiduntur: nam q̃dã illarũ pertinent ad ſpeculatiuam, & theoricam cognitionem; quædã uero ad practicã, & ad eã doctrinã q̃ de morib. pertractat, & inueſtigat, ut ſunt ea quæ diſputantur de virtutib. & uitijs. Et quidem de ueritatibus, quæ ad cognitionem ſpeculatiuam pertinent, non eſt neceſſe in præſentia diſputare: certum eſt enim

atque

atque exploratum, φ pñt cognoſci ſine Dei gratia ſpeciali. & ita quæſtio præſens ſolū intelligitur de ueritatibus naturalibus ad mores pertinentibus, atque etiam de ueritatibus ſupernaturalibus ad doctrinam fidei ſpectātibus.

An homo ſine gratia poſſit cognoſcere ueritates morales Greg.

Vt ergo diſputatio certiori methodo diſponatur, quæritur in primis; Vtrum homo ſine grā Dei ſpeciali poſſit cognoſcere veritates pertinētes ad mores? In qua re eſt opinio Greg. in 2. d. 26. q. 1. in concl. 1. φ ſine gratia ſpeciali, & ſuperaddita non poteſt homo in ſtatu naturæ lapſę cognoſcere aliquā ueritatē moralem, quæ ad uitæ rectam inſtitutionē aliquid ualeat. Idē tenet Capreolus in 2. d. 28 q. 1, con. 1. & exiſtimat eſſe opinionē D. Thomæ in hoc articulo. Argumenta quibus hæc opinio nititur ſunt hmōi.

Capreo:

> veri homo indiget diuino auxilio, ut intellectus a Deo moueatur ad ſuum actum. Ratio huius eſt; quoniam Deus eſt primum mouēs, & prima cā, ſine cuius motione, cauſſa ſecunda operari non ualet.
>
> *Secun. con.* Secunda Concluſio. In cognitione cuiuſcumq; ueri homo dependet a Deo dupliciter; tum, quoniam ab eo accipit facultatem, & formam per quam intelligit; tum uero, quoniam mouetur a Deo ad intelligendum.
>
> *Tertia concl.* Tertia Concluſio. Nō indiget homo ad cognoſcendam ueritatem in omnibus noua illuſtratione ſupaddita, ſed ſolum in quibuſdam, quæ naturalem excedunt cognitionem. Nam unaquæque forma indita rebus creatis a Deo habet efficaciam reſpectu alicuius actus determinati, in quē poteſt ſecundum ſuam proprietatem, & ultra quem non poteſt, niſi p aliquam formā ſuperadditam: ſic ergo intellectus humanus habet aliquā formam, ſ. lumen rationis naturalis, quod ex ſe eſt ſufficiens ad cognoſcenda quædam intelligibilia, ad quorū notitiam per ſenſibilia poteſt deuenire. Altiora uero non poteſt cognoſcere, niſi perficiatur fortiori lumine fidei, uel prophetiæ, quod lumen gratię dicitur, inquantum eſt naturæ ex dono Dei ſuperadditum.

Prim. argu.

In primis, homo ex primi parentis peccato, & in illius peccati pęnam contraxit rerum agendarum ignorantiam. ergo eget ſpeciali auxilio, quo id, quod fugiendū eſt, aut uero ſequendum, cognoſcat. Conſequētia euidens eſt: antecedens pbatur ex D. Auguſtino, qui ait; Ad miſeriā iuſtæ damnationis pertinet ignorantia, & difficultas quā homo patitur ab exordio natiuitatis ſuæ: neq; ab iſto malo quiſquā niſi per Dei gratiā liberatur. In quo Auguſtinus duo affirmat; & φ contraximus ex peccato primi parentis ignorantia, & φ non poſſumus liberari ab illa niſi per Dei gratiam. & idē expreſſe habet lib 6. contra Iulianum ubi ita ait, Ignorantia minuitur ueritate lucente: concupiſcentia corrigitur caritate magis ac magis feruente, & nihil boni horum duorū a nobis eſt. & 3. de Bapt. ſ. paruu. c. 4. dicit; Nolunt homines facere quod iuſtum eſt, uel quia latet, uel quia non delectat. Vt autem naſcatur id quod latebat, & ſuaue fiat quod nō delectabat, gratia eſt, quæ hominis adiuuat uoluntatem. Idem confirmat Hugo de S Victore lib. 1. de ſacram. p. 7. c. 25. immo & D. Th. ſupra q. 85 ar. 3. docet, hominem per peccatum incurriſſe uulnus ignorantiæ, per quod intellectus fuit ordine naturali, quem ad uerum cognoſcendum habebat, deſtitutus.

Augu. li. de nat. & gra. c. 7. 3. de lib. arbi c. 18. & in Enchi. ca. 86. & 1. retra. c. 9

S. Thom.

Secundum

Deinde, ſancti uiri a Deo inſtantiſſime petunt, ut eos illuminet ad hmōi ueritates morales cognoſcēdas. Igitur ipſi ex ſe non pñt tales ueritates cognoſcere; alioqui fruſtra id petiſſent, & oraſſent, ut docet D. Aug. in multis locis. Antecedens patet ex illo Pſ. 142. Notā fac mihi uiā in qua ambulem. & Pſ. 118. Da mihi intellectum, & ſcrutabor legem tuam. Hac ratione utitur ſæpe Diuus Auguſtinus ad probandam gratiam Dei contra Pelagium.

Auguſt.

Aug. epiſtola 89. 95. & 104.

Vltimum 2. Cor. 3. Rom. 8

Vltimo, hæc ſententia confirmatur teſtimonio ſanctarum litterarū. Nam D. Paulus inquit: Non ſumus ſufficiētes cogitare aliquid ex nobis, tamquam ex nobis, ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: vbi aperte docet, etiam ad bonam cogitationem habēdam neceſſariam eſſe Dei grām. & iterum, Spūs adiuuat infirmitatem noſtram. nam quid oremus, neſcimus. & Salomon orat iſto modo, dicēs, Da mihi ſedium tuarum aſſiſtricem ſapientiā, & ſtatim, Mitte illam de cælis ſanctis tuis, & a ſede magnitudinis tuæ, ut mecum ſit, & mecum laboret, ut ſciam quid acceptū ſit apud te. Fatetur igitur Salomon, hominem ſine ſapientia cognoſcere non poſſe quid acceptum ſit Deo & ex cōſequenti, neque illud quod in moribus fugiendum, proſequendumve ſit.

Sapien. 9

Contraria ſententia vera D. Tho.

Contrariam ſententiam tenent uniuerſi fere Theologi in 2. d. 28. & abſq; dubio ita ſenſit D. Thomas: dicit. n. expreſſe hoc in loco, hominem non indigere noua illuſtratione gratiæ ad ueritates naturales cognoſcēdas. Et cum oſtendiſſet Deum concurrere cum omni creatura ad proprium actum; quia Deus eſt primum mouens; poſtea concludit, hominem non egere lumine ſuperaddito ad cognoſcendum omne uerum: nam lumen naturale ſufficiēs eſt ad aliqua uera cognoſcēda. Ex quo plane colligitur, hoīem ex propriis uiribus, abſq; dono gratię ſuperaddito, poſſe ueritates naturales cognoſcere: alioqui lumen naturale nō eſſet ſufficiens: Oīs. n. forma naturalis ad illud tantum ſufficiens dr̄, ad quod non eſt opus auxilio gratiæ ſpeciali, ut forma ignis non diceretur ſufficiens ad generandum ignem, ſi ad talem actionem indigeret auxilio gratiæ ſuperaddito. Sed ut iſta clariora reddantur, obſeruandū eſt, aliud eſſe cognoſcere uniuerſa, q̄ ad uirtutes morales ptinent, quid. ſ. in quauis re nobis propoſitū, & oblata proſequendū, & fugiendum ſit: aliud uero cognoſcere unam, aut alterā ueritatē moralem. Deinde eſt conſiderandum, in hmōi ueritatibus moralibus duplicē poſſe haberi cognitionē; quarum una imperfecta eſt, multis admixta dubitationibus, quæ ſane ſufficiens nō eſt ad impellendam efficaciter uoluntatem erga ea, quæ honeſta ſunt, neq; ad eandem efficaciter ab inhoneſto auertendam. Altera perfecta eſt, & conſtans, nullam admittens dubitationem, atq; adeo certa, & firma, certo & firmiter de honeſto, & turpi iudicans. Quibus ita conſtitutis, ſit prima concluſio.

Diſtinctio notanda

Prima cōc.

Homo pro ſtatu naturæ lapſæ poteſt uiribus propriis cognoſcere aliquas ueritates morales & interdū iudicare quid ſequendum ſit, quid uero fugiēdum. Probatur: quia ſi oppoſitum aſſeratur, humanum uidelicet intellectum nullam poſſe huiuſmodi cognoſcere ueritatem ex peccato primi parentis, procul dubio dicēdum eſt, etiam intellectum non infirmitatem ex tali contraxiſſe peccato, ſed penitus exſtinctum remanſiſſe, quod quam ſit abſurdū, notiſſimum eſt. Conſequentia patet. nam qui ægrotant, quamuis laborent ægritudine, ſi aliquid uirę ſupereſt, poſſunt certe nonnulla operari. Id ipſum confirmatur. Nam homo propriis innixus uiribus abſq; ſpeciali aliquo adiutorio poteſt ueritates ſpeculatiuas cognoſcere, ut ipſimet qui contra ſentiunt concedunt, & Paulus teſtatur dicens; Inuiſibilia. n. ipſius a creatura mundi intellecta conſpiciuntur, &c. Nam quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis, ideſt, quod de Deo ratione naturali poteſt cognoſci, manifeſtum fuit in illis: Deus enim illis reuelauit, nempe per rationis lumen, de quo ſcriptum eſt; Signatū eſt ſuper nos lumen vultus tui Domine: ergo etiam per eandem ingenij uim, & facultatem, poterit homo aliquas ueritates practicas cognoſcere. Probatur conſequentia. nam practicæ ueritates nō minus ſunt perſpicuæ, & claræ, quam ſpeculatiuæ, ut illæ ſunt; Quod tibi non uis, alteri ne feceris; Bonum eſt ſequendum, malum autem fugiendum: quod ſane non obſcure Paulus aſtruit dicens; Gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt, faciunt: oſtendunt enim opus legis ſcriptū in cordibus

Iou. 1.

Rom. 2.

bus ſuis. Deinde unaquęque res per ſuam formam abſq; aliquo alio ſpeciali, Dei auxilio poteſt actum producere ſuæ naturæ proportionatũ gladius namq; abſq peculiari Dei auxilio ſcindit,& abſq; illo ignis comburit:ergo eadem rõne homo per lumen rationis poterit ueritates ſibi proportionatas agnoſcere abſq; alio auxilio ſuper addito, niſi hominẽ alijs cunctis rebus infeliciorẽ conſtituere uolumus. Præterea, homo ſuapte natura eſt aĩal rationale:ergo ex proprijs uiribus habet cognitionẽ ſufficientẽ, qua poſſit uitam ſm rationem inſtituere; ſicuti bruta ſufficienti cognitione prædita ſunt ut ſm ſenſum uiuant. Ad hæc, generale auxilium, & commune quo Deus cum omnibus rebus ad proprias cõcurrit operationes, haud quaquam peculiaris gratia,& ſpeciale donum nuncupari debet; qm̃ debetur ex pacto rerum naturis: debetur aũt naturæ humanæ iam productæ, ut Deus cõcurrat cum ea ad intelligendum,& uolendum, ſicuti ad uidendum concurrit:ergo non eget ſpeciali auxilio ad ueritates cognoſcendas. Tandem, homo uiribus proprijs abſque alio ſpeciali auxilio iudicare poteſt eleemoſynam eſſe dandam quando non oportet:ergo eiſdem adiutus uiribus iudicare poterit, eleemoſynam eſſe dandam quando oportet. Conſequentia ex eo nota eſt: quoniam intellectus noſter promior eſt ad uerum, q̃ ad falſum. Antecedens probatur. nã alioqui Deus auxilio ſuo ſpeciali concurreret ad iudiciũ practicum falſum; quod aſſerendũ non eſt. Hanc ueritatẽ oſtendit Cicero uarijs rationibus in lib. Academ. quæſt.

secun. conc. Secunda concluſio. Homo in ſtatu naturæ lapſæ non põt uiribus proprijs, ſine gratia,& Dei illuſtratione peculiari, habere certã cognitionẽ, atq; iudiciũ de eo qđ eſt faciendum, & fugiendum in omni re ad ueritates morales pertinente. Probatur ex illo; Cogitationes mortalium Sap. 9. timidæ,& incertæ prouidentiæ noſtræ: corpus.n. qđ corrumpitur, aggrauat aĩam,& terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem. Vbi manifeſte Sapiens affirmat, noſtra iudicia incerta eſſe, & fluctuantia,& cũ falſitate permixta,& huius incertitudinis cauſſam aſſignat cõmercium quod habet aĩus cum corpore,& ipſius ſenſualitatis uiolẽtiam,& rebellionem. Ex quibus educitur optimum argm̃. Nam cupiditates corporeę,& affectus uiolenti perturbãt rõnis iudicium, ut docet Ariſtoteles in Ethi Ariſt. cis: nam qualis quiſq; eſt, talis finis vr̃ ei: ſed homo poſt primi parentis pctm̃ effectus eſt pnus & procliuis ad oĩa mala,& oppugnatur affectibus uiolentiſſimis: igitur impoſſibile eſt, ut poſſit iudicare in omni euẽtu uere, & ſyncere, atque conſtanter, & ſine errore. Quod ẽt confirmatur: Nam in hoc diſtinguitur homo ſanus ab ægro; q ſanus poteſt per ſeipſum integre, & perfecte munus ſuum exercere; æger uero id aliqua ex parte poteſt, non tñ integre,& perfecte: ſed officium, atque opus humani intellectus integrũ & perfectum, eſt in unaquaque re propoſita uidere ſine errore quid ſit bonum, & quid malum; & ex alia parte intellectus noſter pro ſtatu iſto eſt ualde eger: ergo ſuis uiribus non põt integre,& perfecte hoc munus ſuum exequi: eget ergo ad id integre, & perfecte obtinendum peculiari quadã Dei illuſtratione, & particulari auxilio. Hanc ſane intellectus ægritudinem propoſuit Sapiens: Cunctæ res (inquit) difficiles; nõ poteſt eas homo Eccl. 1. explicare ſermone, non ſatiatur oculus uiſu, neq; auris auditu impletur. Certe ſi potentiæ iſtæ nequaquam ſaturari pñt, multo minus poterit intellectus, cui iſtæ potentię deſeruiunt, ſatiari. Eadẽ ueritas ita probatur. Nã non eſt homo qui non peccet, ut diuina tradit ſcriptura; quod etiã uerũ eſſe circa bonum naturale morale, infra demõſtrabimus. ergo non eſt homo, qui non erret: errant enim oẽs, qui operantur malum. Experientia id quod dicimus docet. Philoſophi namque illi, qui uiribus proprijs innixi, unam aut alteram ueritatem cognouerunt, in quãplurimos errores lapſi ſunt. Sola anima Chriſti hanc fuit dignitatem adepta, quod omnes cognouit ueritates naturales, ut expreſſe docet D. Th. 3. p q. 12. art. 1.

Ex his, argumentorum ſolutiones liquido cõſtare poſſent. Claritatis tñ gratia ad primum, quod ex D. Augustini, & ex D. Thomæ auctoritate deſumtum fuit; qm̃ aſſe- D. Th. ad argum. ad primum. q. 9. rũat ambo, ex primi parentis peccato in pœnam illius cõtractam fuiſſe ignorantiam rerum agendarum; Rñdetur, eos loqui iuxta ſecundæ concluſ. ſenſum; q uidelicet nõ põt homo uiribus proprijs, ſine gratia,& ſpeciali auxilio, habere certam cognitionem, atq; iudiciũ de eo quod faciendum eſt, uel fugiendum in omni euentu ad ueritates morales pertinente; nihilominus homo in ſtatu naturæ lapſæ poteſt aliquod uerum abſq; auxilio ſpeciali cognoſcere, ut plane teſtatur D. Aug. Vel dicendum eſt, eos lo- Aug. lib. 1. retract. c. 9. qui de intellectu practico, qui ſedes eſt prudentiæ. Virtus namque prudentiæ ſupponit in appetitu omnes uirtutes morales; quoniam ueritas huius prudentiæ eſt, conformiter ſe habere ad rectum appetitum. Quia ergo per peccatum primorum parentum appetitus factus eſt rebellis, iõ intellectus accepit in ſe vulnus ignorantiæ; non quidẽ in cognoſcendo, ſed in exequendo,& imperando. Reſpõdetur tertio, hominem per peccatum incurriſſe hoc vulnus in utroque intellectu, tam ſpeculatiuo, quam practico. Intellectus enim ſpeculatiuus in ſtatu iuſtitiæ originalis, aut naturæ integræ, habuit infallibilem ordinem ad uerum, ſic adeo, quod errare non poterat; in ſtatu uero naturæ corruptæ ſæpenumero errare poteſt.

Ad ſecundum argumentum dicendum eſt, eſſe donum ad ſecundũ. ſingulare, q Deus ſuo ſpeciali auxilio hominẽ adiuuet ad cognoſcendas ueritates naturales, ut certius, & expeditius, & abſque erroris conſortio homo veritatẽ cognoſcat. Quapropter D. Th. 1. p. q. 1. art. 1.& 1. contra gent. c. 4. S. Th. oſtendit, fuiſſe neceſſarium, vt aliqua, quæ ratione naturali poſſunt cognoſci, nobis proponerentur per fidem catholicam credenda,& diuinis reuelationibus nobis innoteſcerent, vt videlicet certius,& expeditius, & ſine errorum admixtione breuius ueritatem cognoſceremus. Deinde dicendum eſt, quod nos etiam a Deo bona naturalia petimus: vt panem, pluuiam, ualetudinẽ, &c. & his acceptis gratias Domino referimus, vt confiteamur, Deũ omnium bonorum eſſe auctorem,& fontem.

Ad tertium argm̃ rñdetur, ſanctas ſcripturas tm̃ defi- ad vltim. nire, hoĩem ex facultate naturæ nihil poſſe eorum reſpectu, q̃ ad uitã ęternam per Chr̃m Dñm nobis promiſſam pertinent. Cõmentarius iſte concilij Mileuitaui eſt, Arauſicani, & Tridentini. Non itaq; definiunt ſcripturæ ſan- Conc. Mile. can. 4. & 5. Araũc. 6. & 7. Trid. ſeſ. 6. ca. 2. & 3. 1. Cor. 13. ctæ, nos ex facultate naturæ viribus proprijs nõ poſſe aliquid verũ cognoſcere; ſed non poſſe verum, modo expoſito, cognoſcere. Illud etiam eſt obſeruandũ, in ſacro eloquio illã cogitationem in pretio haberi, & tãquã aliquid reputari, q̃ nos in beatitudinem ducit: quæ uero ad hunc finem non conducit, quantumuis acuta, tamquã nihilum æſtimatur. Hac loquendi formula uſus eſt D. Paulus; Si habuero (inquit) prophetiam,& nouero myſteria oĩa, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Vnde ueritatis cognitio, quæ ad beatitudinem non conducit, nihil iuxta hanc loquendi phraſim appellari poteſt.

Circa eandem D. Thomæ rationem, qua in hoc articu- An lumẽ intellectus poſ- ſit ad falſũ inclinare. Prim. arg. lo vtitur, eſt alia quæſtio; An lumen naturale noſtri intellectus poſſit inclinare ad falſum? Et quidem videtur pars affirmans vera. Nam in ſacro Trinitatis myſterio, dialecticæ ars,& ſyllogiſtica labefactatur, cũ tamen lumini naturali innitatur. Iſte enim ſyllogiſmus expoſitorius ad falſum inducit nos; Hęc eſſentia diuina eſt Pater: hæc eſſentia diuina eſt Filius: ergo Filius eſt Pater.

Deinde, in eodem myſterio illud commune princi- ſecundum. pium lumine naturali notum; De eodem idem affirmari, & negari eſt impoſſibile; falſum comprobatur, cum eadem penitus diuina eſſentia ſit pater, & non pater.

Præterea, primum principium naturali lumine co- tertium. gnitum docet; Deũ nõ poſſe facere id quod cõtradictionem implicat: hoc autem principium falſum eſt. ergo lumẽ naturale ad falſum inclinat. Minor probatur. nam id dicitur implicare, & inuoluere cõtradictionem, quod intellectui bene diſpoſito repugnat. at multa facit Deus quę repugnat intellectui bene diſpoſito, ſi intra rationis humanæ limites contineatur; vt quod Deus ſit homo; quod ſit mortuus. ergo illud principium falſum eſt. omnis ſiquidem philoſophorum ſchola unico conſenſu aſſereret, tales propoſitiones rationi rectæ eſſe contrarias. Nihilominus tamen, ut rem ipſam plane intelligamus, ſit prima concluſio. Prima con.

Lumen naturale intellectus noſtri, non poteſt ad falſum

ſum inclinare. Quæ cõcluſio probatur varijs rationibus. Principio: Tale lumen eſt a Deo immediate: ergo non poteſt inclinare ad falſum, alioqui Deus ipſe ad falſum induceret. Deinde, ſi ignis, ex eo quod aſcẽdit, peccaret, ideóque lapis, cum deſcendit, efficeretur, tale peccatũ procul dubio in auctorem naturæ referendum eſſet. Si ergo lumen naturale intellectus noſtri ad falſum inclinaret; hęc rationis peruerſitas in Deum auctorẽ naturæ referenda eſſet. Ad hæc, Deus non poteſt infundere intellectui noſtro habitum inclinantem ad falſum: ergo neque producere poterit lumen naturale quod ad falſum inclinet. Cõſequentia eſt euidens: antecedens probatur: quoniam hac de cauſa Theologi conuincũt, fidei non poſſe ſubeſſe falſum; quoniam eſt a prima veritate menti noſtræ infuſa, quæ fallere nequit. Tandem, Deus ipſe per lumen naturale loquitur nobis, vt patet ex illo: Deus enim illis manifeſtauit: & ſtatim ſubdit: Inuiſibilia enim ipſius a creatura mundi intellecta conſpiciuntur. Si ergo hoc lumen nos falleret, Deus nos falleret, & ita mentiretur.

Lumen naturale intellectus ad falſum inclinare nequit.

Tom. 14

Obiectio.

Sed poſſet aliquis obijcere; Si lumen naturale eſt immediate a veritate prima, vt in rationibus pro concluſione adductis dictum eſt: ergo erit tam infallibile, & certũ, ſicut lumen fidei. Ea enim de cauſſa lumen fidei infallibile dicitur, quoniam tale lumen eſt immediate a veritate prima, quæ fallere non poteſt, ſicut neque falli.

Solutio.

Reſpondetur, negandam eſſe conſequentiam propter diuerſam in vtroq; lumine rationem. De lumine etenim naturæ non ita certo nobis conſtat, cum multi arbitrentur, ſe ex illo concluſiones elicere, qui tamen ſæpe falluntur. at de lumine fidei certiſſime nobis conſtat, quippe cũ habeamus exteriorem regulam infallibilem, Eccleſiã ſcilicet, quæ eſt columna, & firmamentum veritatis, per quã certi de diuino lumine reddimur. Deinde, alia de cauſſa neganda eſt cõſequentia: quamuis enim vtrumq; lumen infallibile ſit, & certiſſimum, eſt tamen magis infallibile, & certum lumen fidei, lumine naturalis rationis; quoniã, vt cõſtat, vna veritas maior eſt, & certior altera. Poſtremo dici poteſt, non eſſe omnino certum in homine nullã eſſe naturalem inclinationem ad malum, & ad mẽdacium, cũ multi talem in homine aſſerant inclinationem, vt ſupra oſtenſum eſt: ceterum de lumine diuinitus infuſo certiſſimum eſt, illud ad mendacium, aut ad falſum inclinare non poſſe. Ex quo compertum eſt apud Theologos, fidei diuinæ falſum nulla ratione ſubeſſe poſſe.

Secunda cõ.

Secunda concluſio. Acumen humani ingenij, ſi ſit fide, & timore Dei deſtitutũ, ſæpe eſt vanum, immo & perniciosũ. Hoc clariſſime docent ſacræ litteræ, in quibus dicitur; Vani ſunt ſenſus hominum, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei: &, Euanuerunt in cogitationibus ſuis, & dicentes ſe eſſe ſapiẽtes, ſtulti facti ſunt. Quod vero perniciosum ſit, docet aperte D. Auguſtinus ſuper Pſal. 31. Quid valet (inquit) ſi quis nauem gubernare ſciat, & non in portum, ſed in ſaxa feſtinat? Quid valet virtus equi ſi fræno non regatur, niſi ad præcipitium?

Sapien, 13.

Roma. 1.

Auguſt.

ad argum.

ad primũ.

Ad argumenta initio poſita ſatisfaciendum eſt. Ad primum reſpõdetur, neque in myſterio ſacræ Trinitatis, neque in alijs noſtræ religionis arcanis labefactari artẽ ſyllogizandi, aut Dialecticam. In illo namque expoſitorio ſyllogiſmo, vel medium nõ eſt plene, & omnibus modis ſingulare, vel variatur appellatio. Simile vitium committitur in hoc ſyllogiſmo, qui expoſitorius videtur, Hic motus eſt actio: hic motus eſt paſſio: ergo actio eſt paſſio.

ad ſecũdũ.

Ad ſecundum negandum eſt illud commune principiũ falſum eſſe: forte namq; propoſitio negans falſa eſt, quæ ſi concedatur, dicendũ eſt, nullum eſſe inconueniẽs, duo cõtradictoria de eadẽ re ſimul affirmari, & negari, reſpectu diuerſarũ perſonarum. Sicuti de eodem Chriſto dicitur, eum eſſe immortalẽ, atq; mortalem, reſpectu tamẽ diuerſarum naturarũ, quas in ſeipſo habet. Illud namque principium primũ tantum dicit, non poſſe affirmationẽ, & negationem ſimul de eodem reſpectu eiuſdem eſſe veri.

ad tertiũ.

S. Thom.

Ad tertium reſpondetur, forte id ſolum implicare contradictionem, quo poſito, duo inferuntur contradictoria, ut plane docet D. Thomas 1. parte quæſt. 25. articul. 3. 4. & 5. Inſuper dicendum eſt, id, iuxta aliquorum Doctorũ ſententiam, implicare contradictionem, quod intellectui bene diſpoſito repugnat; attamen intellectus qui bene diſpoſitus eſt, & inſtitutus, tamquam certum habet, & exploratum, Deum poſſe plura facere, quam ratio humana poſſit comprehendere.

Verũ homo ſine ſpeciali auxilio poſſit doctrinæ fidei aſſentiri.

Sequitur iam aliud dubium, cuius explicatio apprime neceſſaria eſt litteræ D. Tho. intelligẽdæ, Verum ſcilicet homo ſine ſpeciali Dei auxilio poſſit ueritatibus ſupernaturalibus, aut doctrinæ fidei aſſentiri? Et quidem non reuocamus in quæſtionem, utrum per uires noſtras, & per lumen naturale poſſimus myſteria fidei aſſequi: certũ eſt enim, ea non poſſe cognoſci niſi Deo reuelãte, & edocente: ſed quod quærimus eſt, Verum ſuppoſita Dei reuelatione, poſſimus ei uiribus proprijs aſſentiri, abſque eo quod uoluntas noſtra, & intellectus aliquo ſpeciali auxilio gratiæ illuſtrentur? Quod autem poſſimus talibus ueritatibus aſſentiri ſine ſpeciali auxilio Dei, uidetur eſſe uerum uarijs argumentis.

Primũ argu.

Per uires namque noſtras naturales poſſumus aſſentiri rebus falſis, atque rebus fidei contrarijs: ergo multo magis per eaſdẽ uires poterimus rebus fidei aſſentiri. Antecedens uel experientia docente certum eſt: conſequentia autem probatur: quia intellectus noſter pronior eſt ad aſſentiendum his quæ uera ſunt, quam his quæ ſunt falſa.

Secundum.

Deinde; per uires noſtras poſſumus aſſentiri cuicũq; rei cui ineſt aliqua ſimilitudo, & ſpecies ueri, & quæ probabili teſtimonio confirmatur, & ratione apparẽti cõuincitur; ſicuti rebus a fide dignis traditis aſſenſum præbemus. Sed in fidei ueritatibus, quamplurima inueniuntur, quæ tales ueritates probabiles reddũt: poterit igitur illis intellectus aſſentiri, uiribus proprijs ſolũmodo adiutus.

Tertium.

Tertio, faciliimum eſt ea credere, de quibus euidenter conſtat talia eſſe credibilia: ſed tales ſunt res fidei: nam euidens eſt eas eſſe credibiles, ut docet D. Thomas 2. 2. q. 1. articul. 4. ad 2. & 3. ergo poſſumus illis fidem adhibere ex proprijs uiribus.

Quartum.

Confirmatur deinde; quoniam ratio naturalis docet euidenter myſteria religionis noſtræ eſſe credibilia: ergo etiã docet eſſe poſſibilia. Nã id quod eſt impoſſibile, incredibile eſt. Rurſus, ſi oſtẽdit eſſe poſſibilia; ergo oſtẽdit ea eſſe uera, quia in æternis nõ differunt eſſe, & poſſe: nõ ergo egemus lumine ſupernaturali, ut eas cognoſcamus.

Quintum.

Hoc ipſum confirmatur. Nã hæc conſequentia optima eſt. Hoc eſt euidenter impoſſibile: ergo hoc eſt euidenter incredibile: ergo optime etiam ex oppoſito conſequentis ad oppoſitũ antecedentis infertur: hoc eſt euidẽter credibile, ergo hoc eſt euidẽter poſſibile. Myſteria aũt fidei noſtrę eſſe credibilia, dudũ auctoritate D. Th. cõprobatũ eſt.

Sextum.

S. Thom.

Deinde, naturalis ratio oſtendit myſteria noſtræ religionis non eſſe impoſſibilia, ut docet D. Thom. 1. par. q. 32. ar. 1. & loco citato ex 2. 2. ergo demonſtrat euidenter eſſe poſſibilia. Sed in his quæ competunt Deo ad intra ea quæ poſſunt ineſſe, neceſſario inſunt (ſi namque Deus poteſt eſſe trinus & unus, neceſſario eſt trinus & unus; alioqui Deus mutationi obnoxius eſſet) ergo demõſtrat eſſe uera euidenter. Non igitur egemus auxilio ſupernaturali ut illis aſſentiamur.

Septimum.

Inſuper, miracula a Chriſto Domino effecta euidenter oſtendunt illum eſſe Deum: ergo demonſtrant etiam euidenter illũ non poſſe mẽtiri: at ille dixit, Deũ eſſe trinum & unum: ergo euidenter etiam demonſtrabunt hoc eſſe uerum: nõ igitur neceſſaria eſt peculiaris illuſtratio, ut huic, & ſimilibus ueritatibus aſſentiamur. Quod autẽ miracula a Chriſto Domino perpetrata euidenter oſtendant illum eſſe Deum, docet conſtantiſſime D. Tho. 3. p. q. 47. ar. 5. & 2. 2. q. 5. ar. 2. & de ueritate. quæſt. 14. ar. 9. ad quartum. Ad hæc, dæmones, & damnati, conuicti credunt ſic adeo, ut diſſentiri nõ poſſint articulis fidei, & hęc ſine lumine infuſo habent: ergo eadem ratione, & nos idẽ poterimus præſtare, etſi lumine deſuper infuſo careamus.

D. Thom.

Octauum.

Præterea, ueritas fidei noſtræ tandem in auctoritatem reſoluitur humanã: ergo fide humana poſſumus ei aſſentiri. Conſequentia nota eſt: antecedens probatur; quia ſi Chriſtianus aliquis rogetur, quare credat Deũ eſſe trinũ & unum: reſpondebit ſtatim, ſe ideo credere, quia habet teſtimonium Dei in ſe. Quod ſi eum roges, Vnde ſcis te habere teſtimoniũ Dei in te potius quã Lutherus hæreticus?

Reſpon-

Reſpondebit proculdubio;quia hoc mihi proponit Eccleſia credendum, quæ eſt columna, & firmamentū veritatis. Quod ſi tandem interroges, Vnde ſibi ſit exploratum hanc eſſe veram Chriſti Eccleſiam?Certe vel ei recurrendum eſt ad teſtimonium Dei internum, vel ad auctoritatem maiorum, quæ fide humana tenetur.

Vltimum. Poſtremo, infidelis, fide noſtra cognita, iudicare poteſt illam eſſe verā; immo poteſt credere, & velle baptizari, cum obice tamen voluntatis prauæ, ita videlicet, vt in baptiſmo gratiā non recipiat;quia voluntatē habet perſiſtēdi in aliquo actuali peccato. Huiuſmodi homo aſſentitur omni doctrinæ fidei, & non ex fide infuſa;quia illi in baptiſmo neq; eſt infuſa fides, neque gratia. Igitur aſſentitur per vires ſuas. Quod argumentum in hæreticis etiam firmū apparet:qui ex viribus proprijs, omni ſupernaturali auxilio deſtituti, maximæ parti fidei Chriſtianæ aſſentiuntur.Contrariū tamen ſuadent illę ſententiæ inſignes; Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis;& Nemo poteſt dicere, Dominus Ieſus, niſi in Spiritu ſancto.

In huius quæſtionis expoſitionem variæ ſunt Doctorum ſententiæ. Nā Durandus in 2.d.28.q.1. cenſet, nos proprijs viribus poſſe aſſentiri doctrinæ fidei: non quidē aſſenſu euidenti,ſed opinatiuo.Scotus in 3.d.23.q.1.aſſerit,hominem poſſe aſſentiri vniuerſæ fidei catholicæ, & prædicationi Chriſtianæ per fidem humanā. Caietan⁹ varius videtur:nam 1.2 q.109.art.4.aſſerere videtur, ſuppoſita diuina reuelatione poſſe hominem credere, omne fidei doctrinam eſſe verā, ſine aliquo peculiari auxilio diuinæ gratiæ. Sed tamen 2.2.q.6.art.1. tandem conuictus teſtimonio D. Thomæ, & veritate ipſa,tenet,aſſentiri rebus fidei ſecundū ſcripturas, & ſenſum Eccleſię eſſe actū eleuantē hominem ſupra naturam ſuā, & ex conſequenti eſſe ſupernaturalem, qui non poteſt haberi ſine ſpeciali Dei auxilio.Cęterum D.Thom.perpetuo hanc tuetur ſententiam, vt in hac q. patet. & 2.2.q.6.art.1.cuius opinionem cōmuniter omnes Doctores ſequuntur, de qua re videndus eſt Mag. Soto.2.de nat.& grat.c.8.& Vega lib.de iuſtific.q.9. Vt tamen eā exponamus, obſeruandum eſt, apud omnes Sanctos veritates fidei cognoſci non poſſe, niſi Deo illas tradente,& reuelante: quoniam nihil eſt in principijs naturæ,ex quo deduci poſſit aliquod argumentum firmum ad huiuſmodi res indagandas. Quapropter ſi gratiam vocamus hanc externam Dei reuelationē, vel certe internam, certū eſt neminem poſſe cognoſcere res fidei ſine gratia. Vnde & Pelagius dicebat,gratiā Dei neceſſariā eſſe ad credendū,quæ ſcilicet proponeret, & aperiret quidnam credendum eſſet, vt ex Conc. Mileuit. conſtat.

Conc. Mile. can.4

Illud etiā eſt obſeruādum,credere res fidei eſſe actū liberum, & voluntariū: quoniam rebus fidei non aſſentimur niſi volentes, & pie affecti erga illas; ita vt in noſtra facultate, & volūtate poſitum ſit illis diſſentire quotieſcūque libuerit. Quo fit,ut ad credendum utraq; potentia concurrat,intellectus,ſcilicet,& voluntas:ſed diuerſimode,& ex vtriuſq; optima diſpoſitione pendeat actus fidei.

Duplex quæſtionis ſenſ⁹

Quare cum quæritur, Vtrum ad credēdum rebus fidei ſit neceſſariū auxiliū gratiæ, duplicē ſenſum admittit quæſtio. Primus eſt;vtrum ad credendum ſit neceſſarium auxilium gratiæ ex parte uoluntatis,ad hoc,ſcilicet ut uolūtas pie afficiatur erga res fidei.Secūdus ſenſus eſt;utrū ad credēdū ſit neceſſariū ſpeciale auxiliū, ut intellectus rebus fidei poſſit aſſentiri. Vtrūq; autē ſenſum cōplectimur in hac quæſtio. Ad cuius reſolutionē ſit prima concluſio.

Prima cōc. Abſq; gratia veritates fidei cognoſcere nemo valet Aug. lib. de gratia Chriſti contra Pelag. & lib 1. cōtra duas epiſto. Pela c.3 & 10.lib.3 c.6. lib.de præſ. ſan. per multa capit. &

Credere uniuerſam Chriſti fidem,atq; doctrinā aſſenſu Chriſtiano, id eſt, aſſenſu certo,& ob eā cauſſam, quia ueritas prima dicit,nemo poteſt ſine ſpeciali auxilio gratiæ Dei, & contrarium aſſerere,Pelagianū eſt,& impiū.Dixi,aſſenſu certo, & indubitato, quia aſſenſu opinatiuo,id eſt, cū dubitatione permixto alterius partis, bene poſſumus aſſentiri ſine gratia Dei ſpeciali, ſicuti in hæreticis accidere uidemus. Hanc cōcluſionē affirmat D.Aug multis in locis ſuæ doctrinæ contra Pelagiū: & probat ex apertis ſanctarū litterarū teſtimonijs:Dicit enim Paulus, Vobis donatū eſt pro Chriſto,non ſolū ut in eū credatis,ſed etiam ut pro eo patiamini: ubi manifeſte utrumq; aſſerit eſſe donū Dei,& pati pro Chriſto,& in eum credere:& iterum,Miſericordiam conſecutus ſum,ut fidelis eſſem: Quem locū pertractans D. Auguſtinus ait. Ex hoc modo colligo,quod non poſſumus habere ipſam fidē,niſi Deo miſerante:& ad Rom. 12. Vnicuiq; diuiſit Deus menſurā fidei.Igitur fides ex Deo eſt & 1. Cor.12. Paulus ponit fidē inter dona Spiritus ſancti: & ad Epheſ. 2. Gratia eſtis ſaluati per fidē, & hoc non ex uobis: Dei enim donū eſt: & Ioan.6. eſt apertū teſtimonium, ubi Chriſtus ita dicit. Nemo poteſt uenire ad me, niſi Pater,qui miſit me traxerit eum. Sed uenire ad Chriſtum,eſt credere in illo, & illius doctrinę fidē habere,vt conſtat ex eodem capite;ubi Chriſtus dicit, Omnis qui audit a Patre, & didicit, uenit ad me:& paulo inferius: Sunt,inquit,quidā ex uobis, qui nō credunt:propterea dixi uobis,quia nemo poteſt uenire ad me,&c.Deinde Ioan.12.dicitur;Cum aūt tāta ſigna feciſſet,non credebāt in eū:& huius rei cauſſam reddēs, ſubdit; Propterea non poterāt credere, quia iterum dixit Eſaias; Excæca cor populi huius, & aures eius aggraua. Ex quo teſtimonio tale conficitur argumentū. Illi homines, cū Chriſtus prędicabat Euangeliū, credere nō poterant;quia excęcabantur a Deo:ſed Deum excęcare (omnibus Doctoribus conſentientibus) nihil aliud eſt,quam non illuminare:igitur ſine interiori,& ſpeciali illuminatione credere non poſſumus res fidei, neq; illis firmū aſſenſum prębere. Hęc ueritas diffinita eſt in Concilio Tridentino ubi dicitur, neminem poſſe ſine inſpiratione Spiritus ſancti credere,diligere,aut ſperare,ſicut oportet,ut illi iuſtificationis gratia cōferatur:& in Cōcilio Arauſicano ita dicitur, Si quis initium fidei, & ipſum credulitatis affectū non per inſpirationē Spiritus ſancti, ſed naturaliter nobis ineſſe dicit,Apoſtolicis dogmatibus contrarius probatur; dicente Paulo; Vobis donatū eſt,non ſolū ut in eū credatis,ſed etiā ut pro eo patiamini.& canone 6. idē diffinitur. & can.7.dicitur, Si quis dixerit, per naturę uigorem bonū aliquod,quod ad uitā ęternā pertineat,eligere ut expedit,aut cogitare, aut prędicato Euangelio cōſentire ſe poſſe affirmat ſine illuminatione Spiritus ſancti, hæretico fallitur ſpiritu,non intelligens vocē Domini, Sine me nihil poteſtis facere.& in Cōcil. Mileuit. diffinitur contra Pelagiū, vtrumq; eſſe donum Dei, & ſcire quid facere debeamus, & diligere vt faciamus. His ſimilia docet D.Auguſtinus dicens,Firmiſſime tene,& nullatenus dubites, poſſe quidem hominē verba Euangelij legere,aut audire, ſed diuinis præceptis obedire neminem poſſe, niſi quē Deus ſua gratia præuenerit, ut quod corpore audiuit fide percipiat.Neq; enim qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus.

Aug. lib. de gratia et lib. arb. c. 7 & 14. Phil. 1 1. Cor. 7 Aug. lib. de gratia &; li. arb.

Concl. Trident. Seſſ. de iuſtificatione cap. 3. Conc. Arauſicano ca 25. Phil. 1

Conc. Mileu. can.4

Aug lib. de fide ad Petrum c.32 & in 21 can.

Secūda cōc. Gratia ex parte voluntatis etiam exigitur

Secūda cōcluſio. Hæc peculiaris gratia,quæ requiritur ad Chriſtianę fidei aſſenſū modo in priori cōcluſione expoſito, neceſſaria eſt tā ex parte voluntatis,vt volūtas pie afficiatur erga res fidei, quā ex parte intellectus, vt eleuetur ad aſſenſum eorū, quæ captū, & naturā noſtrā ſuperant.Huius cōcluſionis prior pars,qua dicitur, gratiā neceſſariā eſſe ex parte voluntatis, probatur: quia pia affectio volūtatis,& uolitio efficax ad credendū,quæ neceſſaria eſt ad fidē,eſt actus ſupernaturalis,ergo haberi nō poteſt a nobis ſine auxilio ſpeciali gratiæ.Idē cōfirmatur ex illo Act. 16.de Lydia, quæ credidit, & baptizata eſt. de qua ibi dicitur: Et aperuit Dominus cor mulieris cuiuſdā.Et de illis qui nō credūt,dicitur Ioā.14. Indurauit Dominus cor illorū.In ſāctis enim litteris,cordis nomine voluntas, & affectus deſignatur. Neceſſariū igitur eſt ad credendum,vt voluntas, & affectus noſter Dei gratia pie afficiatur,& emolliatur.Quod ſane uidetur aperte diffinitū in Conc. Arauſicano can.5.ubi dr. Si quis ſicut augmētum, ita ipſum initium fidei, ſcilicet ipſum credulitatis affectum,quo in Deum creditur,non per gratiæ donū,id eſt,per inſpirationē Spiritus ſancti corrigendo uoluntatē noſtrā ab infidelitate ad fidē haberi dixerit, Apoſtolicis dogmatibus cōtrarius eſſe probatur & can 7. Si quis per naturæ uigorē bonum aliquod quod ad ſalutē uitæ æternæ pertineat, poſſe haberi dicat, abſq; illuminatione & inſpiratione Spiritus ſancti, qui dat oībus ſuauitatem in cōſentiēdo, & credēdo ueritati, hæretico fallitur ſpiritu.

Gratia neceſſaria ex parte intellectus

Quod autem ex parte intellectus ſit neceſſarium auxilium gratiæ ad credendum res fidei, probatur primo ex canone ſupra citato in hac concluſione, ubi Concilium

utrumque

neceſſarium oſtenditur. vtrumque dixit eſſe neceſſariū ad credendum, ſcilicet, illuminationem, & inſpirationem Spiritus ſancti. ex quibus inſpiratio ad voluntatem pertinet; illuminatio autē ad intellectum. Deinde idem probatur ex illo; Omnis qui audiuit a Patre, & didicit, venit ad me. Ex quo teſtimonio tale elici poteſt argumentum. Non veniunt ad Chriſtum, id eſt, non credunt in Chriſto, niſi qui audiunt, & diſcūt a Patre: ſed audire, & diſcere, ad intellectum pertinet: neceſſarium eſt igitur vt Pater illuſtret intellectum eorum qui credituri ſunt: quapropter dixit Chriſtus Petro; Beatus es Simon Bar. Iona. quia caro, & ſanguis non reuelauit tibi, ſed Pater meus, &c. Reuelare autē nihil eſt aliud quam intellectum illuminare: neceſſaria eſt ergo illuſtratio diuina ex parte intellectus ad credendum. quod non obſcure deſignatur Ioā. 12. vbi de illis, qui non crediderunt, duę aſſignantur rationes. quarum prima eſt, quia habebant oculos excęcatos, id eſt, intellectū non illuſtratum, neque illuminatum. Altera vero, quia habebant cor induratum, id eſt, voluntatem nequaquam pie affectā diuinis inſpirationibus. Vt ergo illi poſſent credere, non ſolum indigebant auxilio ex parte voluntatis, ſed etiam ex parte intellectus. Neque ad id probandum deeſt ratio Nā ſupra naturā & facultatem intellectus noſtri eſt, aſſentiri rebus, quarum cauſſas aſſequi nequaquam valemus, & quarum rationes inuenire nullatenus poſſumus: tales autem ſunt res fidei: non igitur illis aſſentiri poſſumus, niſi Itellectus noſter, Dei gratia, & peculiari auxilio illuſtretur. Sed tamen, antequam ad argumentorum ſolutiones veniamus, libet nonnulla obſeruare, quibus pleniorē huius quæſtionis habeamus reſolutionem. Primum eſt, ſacra Concilia definire, gratiam Dei eſſe neceſſariam omnino, non vt firmius, & facilius credamus, ſed vt ſimpliciter credamus. Non enim dicit Dominus, Sine me difficile poteritis aliquid efficere; ſed ſimpliciter ait, Sine me nihil poteſtis facere. Alterum eſt, hanc Domini ſententiā a quibuſdam recentioribus Theologis exponi de generali Dei auxilio, ceterum catholicus ſenſus eſt, ſi de auxilio Dei ſpeciali interpretetur: ita n. adducta interpretantur Concilia. Poſtremo eſt obſeruandum, quāquam prædicatio, & reuelatio Euangelij donum ſingulare ſit, ad credēdum tamē neceſſariam eſſe gratiam copioſiorem multo, ſubminiſtrationē, ſcilicet, ſpiritus, & luminis interioris. Quod verū eſſe; ſatis eſt manifeſtū ex teſtimonijs ſanctarum ſcripturarū, & Conciliorū adductis. Certe Pelagius hanc Dei gratiā agnoſcebat, ꝙ Deus nobis Euāgeliū ſuum reuelauerit; at ꝙ reuelato, & prędicato Euāgelio nos credamus, in liberū referebat arbitriū, aiebatque ad hoc nequaquā eſſe neceſſariū Dei adiutoriū, aut lumen deſuper infuſū: cuius error ſatis iā cōfutatus, & exploſus eſt.

Gratia Dei neceſſaria ad ſimpliciter credendū

Ioan. 6

Matt. 16

Ad argum. Ad primum

Reliquum eſt iam argumentis ſatisfacere. Ad primum dicendum eſt, ſi intellectum noſtrum propenſiorem quidē eſſe ad aſſentiendum veris quam falſis, ſi tamen ſermo ſit de veritatibus naturalibus. Nam ſi loquamur de veritatibus ſupernaturalibus, quæ proportionatę non ſunt intellectui noſtro, nō ita ſe res habet, q͂a veritates illę ex genere ſuo excedunt facultatē intellect⁹ noſtri, & ex cōſequēti ex ſua natura ineptior eſt ad aſſenſum illis præbēdū.

Ad ſecundū Ad ſecundum eadem ratione reſpondetur: ſi namque res ſupernaturales ſunt, & intellectui noſtro improportionatæ, quales ſunt res fidei, etiam ſi habeant aliquam veriſimilitudinem, & ſpeciem, nō poteſt intellectus, viribus tantū proprijs adiutus, illis aſſentiri, propter improportionem ipſarum rerum: quæ quidem ad aſſenſum ita neceſſaria eſt, ſicuti veri ſpecies, aut ſimilitudo. Vel dicēdum eſt, intellectum aſſentiri quidem poſſe rebus omnibus, in quibus aliquā veri ſpeciem cōtemplatur, aſſenſu tamen imperfecto, & opinatiuo; ceterum aſſenſu certo & conſtanti non poteſt credere viribus proprijs.

Ad tertium Simili ratione ad tertium reſpondere poſſumus: quāuis enim articulos fidei, ex eo quod credibiles eſſe euidēter cognoſcimus, credere poſſimus per vires noſtras aliquali aſſenſu, & imperfecto; quia tamen noſtri intellectus aciem ſubterfugiunt, & ei ſunt improportionati, non poſſunt a nobis abſque Dei ſpeciali adiutorio credi ea ratione qua oportet, & eo modo quo in concluſionibus poſitis traditum eſt.

Ad quartum argumentum neganda eſt conſequentia: multa enim ſunt credibilia, quę re ipſa impoſſibilia ſunt: nam vtraque opinio, quæ de diſtinctione quātitatis a ſubſtantia circumfertur, probabilis eſt, cum tamen vna earū a parte rei impoſſibilis ſit. Inſuper, tam pars aiens, quam negans, quæ in illa traduntur quæſtione; An Deus ſua potentia poſſit materiam ſine forma conſeruare; probabilis eſt, & credibilis; & tamen ſi rem ipſam ſpectemus, earum vna impoſſibilis eſt. Qua de cauſſa optime dixit Ariſtoteles in Topicis, multa falſa eſſe probabiliora veris: cuius phraſim ſequētes dicere etiam poſſumus, multa impoſſibilia, probabiliora poſſibilibus iudicari. Ad quartum

Ad quintum argumentum aliquibus reſpondere placet concedendo priorē conſequentiam, videlicet; hoc eſt mihi euidēter impoſſibile: ergo hoc eſt mihi euidēter incredibile: ſecundam tamen negant; hoc eſt mihi euidenter credibile: ergo eſt mihi euidenter poſſibile: quia hæc (inquiunt) argumentatio non procedit ex oppoſito cōtradictorio conſequentis, ſicut fit in hac; eſt homo: ergo eſt animal: non eſt animal: ergo non eſt homo. Ratio eſt, quoniam hæ duæ propoſitiones; hoc eſt mihi euidēter incredibile; & hoc eſt mihi euidēter credibile; nō opponūtur, cum ambæ ſint veræ. Attamen hæc ſolutio non eneruat vim argumenti: quamuis enim in argumentatione propoſita non procedamus ex oppoſito conſequentis, argumētamur tamē ex oppoſito prędicati cōſequētis, quę forma exacta eſt, & firma. Quemadmodū n. recte ſequitur; eſt homo: ergo eſt animal: recte etiā infertur; eſt non animal: ergo eſt nō homo: in qua ſane argumētatione tantum argumentamur ex oppoſito prędicati conſequentis. Ad quintum

Quapropter aliter reſpondetur, negando ſecundam conſequentiam optimam eſſe. & id quidem optima ratio ne variatur enim appellatio, neque ſeruatur eadem argumentandi forma, ratione illius aduerbij, Euidenter. Quando enim dico; hoc eſt mihi euidēter impoſſibile: ergo eſt mihi euidenter incredibile; numerantur, & traduntur in antecedente omnes cauſſæ, aut ſaltem præcipuæ, ob quas aliquid eſt incredibile. Si enim res mihi eſt euidenter impoſſibilis, nulla ratione adduci potero, vt eā tamquā credibilem apud me habeam. Ceterum cum ex oppoſito cōſequentis ita dicimus; hoc eſt euidenter credibile mihi: ergo eſt mihi euidēter poſſibile; in antecedēte nō numerantur, neque adducūtur omnes cauſſæ cōſequentis, quare, ſcilicet, aliquid ſit poſſibile: nō enim cauſſa poſſibilitatis eſt credulitas; quin potius ex poſſibilitate oritur, & efficitur res credibilis, & in antecedente credulitas ſola ponitur poſſibilitatis cauſſa. Quamobrē cū i priori argumētatione ita argumentamur; hoc eſt euidenter mihi impoſſibile: ergo eſt euidēter mihi incredibile, videmur argumentari a coniuncta ad ſuam partem: quippe cum omne quod eſt mihi euidenter impoſſibile, eſt mihi euidenter incredibile. non tamen e diuerſo, quidquid euidenter mihi eſt incredibile, eſt etiam mihi euidēter impoſſibile. multa enim ſunt ad quę credenda nullis argumētis adduci potero, quæ tamen non ſunt mihi euidenter impoſſibilia. Attamen cum ita dicimus; hoc eſt mihi euidenter credibile: ergo eſt mihi euidenter poſſibile; potius argumentari videmur a parte ad coniunctam: quoniam quædam pars poſſibilitatis, & minima quidem, eſt ipſa credulitas, & omne quod euidēter eſt mihi poſſibile, eſt mihi euidēter credibile; nō tamen omne qđ eſt euidēter mihi credibile, eſt mihi euidenter poſſibile. Simile vitiū cōmittitur in hac argumētatione: quamuis n. recte ſequatur; hoc eſt euidenter nō intelligibile: ergo hoc eſt euidēter incredibile; nō tamen recte infertur: hoc eſt euidē-ter credibile; ergo hoc eſt euidenter intelligibile: myſteria n. fidei ſunt euidenter credibilia, & nō ſunt euidenter intelligibilia. Notanda ſolutio.

Sed vt omnia quæ circa hoc argumentum dici poterant, percurramus, annotare oportet, illam priorem cōſequentiam; hoc eſt mihi euidenter impoſſibile: ergo hoc eſt mihi euidenter incredibile; poſſe alicui ineptā videri: quoniam procedit ab eo quod minus late patet, ad id qđ latius patet; vel (vt Dialectici dicunt) procedit ab amplo ad magis amplum, qui modus procedendi ineptus eſt: latius ſiquidem patet incredibile, quam impoſſibile, quippe cum incredibile, ex eo quod eſt terminatur intra animā Altera obiectio.

extendat ſignificatū ſuum ad id quod eſt, fuit, erit, poteſt eſſe, & poteſt imaginari: at impoſſibile cum ſit terminus extra animam, tantum extendit ſignificationem ſuam ad id quod nec fuit, nec erit, neque eſt, nec poteſt eſſe; non autem ad id quod imaginari poteſt, cum impoſſibilia imaginationi. & cogitationi noſtrę ſubdantur. Attamen re vera argumentum hoc nihil ꝓbat. Quomodo.n. mihi credibile erit, qđ impoſſibile eſſe video? poſſū certe credibile reſpectu aliorum iudicare, quod mihi euidens eſt eſſe impoſſibile; quod autem mihi credibile fiat, qui eius impoſſibilitatē intueor, qua ratione fieri poterit? Optima ergo eſt conſequentia, neque in eo ꝓcedit ab amplo ad magis amplum. Nam quāuis incredibile, & impoſſibile, ſi per ſe ſumātur, ita ſe habeāt, vt incredibile latius pateat quā impoſſibile; ratione tamen illius particulę, Euidenter, quę in argumēto additur, optima eſt conſequentia: quoniam in antecedēte, cū dico, hoc eſt mihi euidēter impoſſibile; numero omnes cauſſas, ꝓpter quas nulla ratione res mihi credibilis fieri poteſt. Atque hęc pro quinti argumenti ſolutione dicta ſint.

Solutio

Diſtinctio D. Thom.

Ad ſextum. Ad ſextū dicendū eſt, rationē naturalē euidēter oſtēdere, myſteria fidei nō habere euidentē impoſſibilitatē: ſi nāq; euidēter eſſent impoſſibilia, nulla ratione credibilia eſſe poſsēt. Hæc ſolutio vt intelligatur, obſeruādū eſt, ſuppoſita fide ī cordib' noſtris, rationē humanā demōſtrare ꝓprietates, quę inde ſubſequūtur, nequaquā euidēter impoſsibiles eſſe: ſicuti ſuppoſitis cētris & epicyclis, atq; etiā præſuppoſita terrę immobilitate, ita ſcilicet, vt terra circulariter circa cælū moueatur, Aſtrologus demoſtrat, planetarū effectus, & influxus optime ſe habere, atq, optime ordinateque ꝓcedere. de qua ſolutione videndus eſt D. Th. 1. p. queſt. 32. art. 1.

Ad ſeptimū. Ad ſeptimum reſpōdetur, miracula a Chriſto Domino effecta, euidentia ſigna diuinitatis extitiſſe, his quidē qui miracula cognoſcebant, & modū quo illa fiebāt: quæ ſane ſine fide infuſa cognoſci nequaquam poterant. Vel dicendum eſt, euidentiā in atteſtante nō eſſe fidei aduerſam; immo compatitur eam ſecum. quā rem copioſe tractat Caietanus. 2.2. quæſt. 5. artic. 1. Eſt autem euidentia in atteſtante, quando veritates reſoluimus in auctoritatem dicentis, quādo talis auctoritas eſt euidens, & infallibilis. Euidentia autem rei uocatur, cum res ex proprijs principijs, ſiue a priori, ſiue a poſteriori cognoſcimus.

Euidētia in atteſtante ſecum compatitur fidem.

Dæmonum credulitas. De dęmonibus autem dicendum eſt, eos inuitos quidem, atque ſignorū multitudine conuictos credere: ideo enim de eis dicitur; Dæmones credunt, & cōtremiſcunt: ſicuti nos auctoritate aſſerentium credimus, Romam eſſe, quam nunquā vidimus. Sed tamen hæc dæmonum fides vera non eſt; quippe qui eam non reſoluunt in veritatem primā, ſed in ſignorū magnitudinē, & multitudinem.

Ad octauū. Ad id vero quod de fidei reſolutione obijciebatur, cōmode reſpondere nō poſſumus, quo ad iſque, Domino cōcedente, ad quęſtionem primam. 2.2 perueniamus.

Ad vltimū. Ad vltimum reſpondetur, tali homini in baptiſmo fidē informē īfundi. Eſt autē fides informis ea, q̄ caritate, & gratia deſtituta eſt.

Fides poteſt infundi ſine caritate. Sicut enim manere poteſt, immo re vera manet in peccatoribus fides ſine caritate & gratia: ita etiā abſque eis aliquā fides infundi poterit in principio: ita docet M. Soto libr. 2. de nat. & gratia. c. 8. & eſt D. Tho, ſententia 2. 2. q. 6. art. 2. ad 3. Quarę ſi talis homo credit, per fidem infuſam credit. Vel dicēdum eſt, talem hominem, licet in baptiſmo nec fidē, nec gratiam ſuſcipiat, ſi credit articulis fidei aſſēſu quodā certo, & firmo, adiuuari auxilio peculiari ante baptiſmū, & in baptiſmo, & poſt baptiſmum, & quotieſcumq; credit modo expoſito. Atque hactenus de iſto articulo.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum homo poſſit uelle, & operari bonum abſq; gratia?

SVMMA TEXTVS.

Diuus Thomas ſuppoſita diſtinctione huic reſpōdet quæſtioni nonnullis aſſertionibus. Diſtinctio ita habet. Natura humana poteſt bifariam conſiderari. Primum quidem in ſtatu naturæ integræ: qua ratione in primo parente fuit abſq; peccato. Deinde, in ſtatu corruptionis, et diſſipationis; quo modo in nobis inuenitur. Et quidem tam in ſtatu naturæ integrę, quam in ſtatu naturæ corruptę, homo indiget diuino auxilio ad faciendum, vel volendum quodcūque bonum; diuino, inquam, auxilio generali, quo eget tāquā mouente primo. Sed tamen diſcrimen eſt; quod in ſtatu naturæ integræ poterat homo velle, & operari bonum ſuæ naturæ proportionatum, quale eſt bonum uirtutis acquiſitæ, & hoc quidem per ſua naturalia: quamuis non poſſet velle, & operari bonum, ſuā excedens facultatem, & naturam; quale eſt virtutis infuſæ, niſi ſpeciali quodā Dei auxilio. Attamen in naturæ corruptæ ſtatu non ſolum homo nō poteſt per ſua naturalia velle & operari bonum ſuam excedens naturam, ſed nec vniuerſum bonum ſibi proportionatum adimplere poteſt. Quia vero natura humana per peccatum omnino corrupta non eſt, ac proinde neq; toto naturæ bono priuatur, poteſt homo virib' ſuis aliquod peculiare bonū peragere; vt ędificare domos, plātare vineas: ſicuti infirm' quia non totaliter vita priuatus eſt, ſed ſanitate vitę, etſi non poſſit omnē motū exercere quem ſanus habet, poteſt tamen aliquem. Homo igitur in ſtatu naturę integrę tantū egebat virtute ſuperaddita virtuti ſuæ naturali ad operandum & volendum bonum ſupernaturale: ſed in ſtatu naturæ corruptæ etiam eſt neceſſaria talis virtus ſupaddita, vt ipſa natura ſanet, quo poſſit omne bonum ſibi ꝓportionatū velle, & operari.

EXPLICATIO ART.

Non eſt neceſſe ediſſeri a nobis in præſentia, quid intelligat D. Thom. per hominem conſtitutum in natura lapſa, quid vero per hominem conſtitutum in ſtatu naturæ integræ: ſiquidem in prologo huius materiæ hoc ſatis prolixe explicatum dedimus. Vt uero in explicatione huius artic. ob oculos habeatur, quid ſit ſtatus naturæ lapſæ; qd uero naturæ integræ, libet difinitiones huius rei hoc in loco rurſus proponere. Igitur per naturam integram non intelligimus hominem in puris naturalibus conſtitutum, ſed hominem conſtitutum in ſtatu conſono rationi naturali, id eſt, hominē, in quo pars ſenſitiua eſt ſubdita rationi, & ipſa ratio eſt bene affecta in ordine ad Deum, vt eſt finis naturalis. Porro in hoc ſtatu conſtituitur homo per vigorem rationis: qui vigor non eſt iuſtitia originalis, ſed eſt unus effectus ab illa dimanans. Nam iuſtitia originalis habuit plures effectus. conferebat namq, rectitudinem perfectam, tum in ordine ad ſupernaturalia, tū uero in ordine ad naturalia. Itaque quamquam donum iuſtitiæ originalis habuerit officia duo, & rectificare hominem in ordine ad finem ſupernaturalem; & ſanare naturam humanam in ordine ad finē naturalem; in hac diſputatione

Quid natura lapſa, qd etiam natura integra.

ſputatione ſecernimus primum officium, & munus, & contemplamur hominem, atque ſi eſſet ſolum conſtitutus cum dono ſanante naturam, ad finem ſuæ naturæ proportionatum, & conſentaneum. Hoc autem donum, quamuis non procedat a principijs naturalibus, computatur tamen inter bona naturæ; quia non confert homini aliquod bonum ſupernaturale, neque eleuat naturam humanam ad finem aliquem ſupernaturalem. Sed de hoc copioſius in allegato loco ſcriptum eſt. Per ſtatum naturæ lapſæ intelligimus eum ſtatum, quo homo non ſolum caret iuſtitia originali, & vigore illo naturæ, & illis donis quibus abundabat in ſtatu innocentiæ, ſed etiam ſecundũ corpus, & animam manet vulneratus, & auerſus a Deo, & a bonis diuinis; ita vt abhorreat illa per voluntatem, & intellectum, ignorantia & tenebris plenum.

Vtrũ homo ſine gratia poſſit aliqđ bonum operari.

Igitur de homine ſic conſiderato, quærimus; Vtrum ſine gratia ſpeciali poſſit facere aliquid boni operis? Quæſtio ſane grauiſſima eſt, ac difficilis propter argumẽta, quę in vtramque partem adduci poſſunt. Partem enim negantem confirmare videntur innumera argumenta, quæ vt facilius intelligantur, ac memoria retineri poſſint, in quatuor ordines, ac prædicamẽta diſtribui poterunt; ita, vt primum ex ſanctis ſcripturis ea quæ hanc videntur partem probare, afferamus: Deinde ſacrorum Conciliorum decreta; ad hæc Sanctorum, & Doctorum dicta: poſtremo & vltimo rationes, quæ præcipue hanc partem difficilem atque obſcuram reddunt, adducentur.

Arg. ex ſcriptura. Ioan. 15. 1. Corint. 4. 2. Corint. 3

In ſanctis quidem ſcripturis pars negans expreſſa videtur. Nam dicit Dominus; Sine me nihil poteſtis facere: & Paulus; Quid habes quod nõ accepiſti? & infra; Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: & iterum Deus eſt qui operatur in nobis velle & perficere pro bona voluntate. Igitur ſi nihil ſine Deo facere poſſumus, ipſa bona voluntas, & operatio bona, immo & cogitatio eſt a Deo.

Arg. ex concil. Conc. Arau.

In hanc partem videntur inclinare Concilia & Summorum Pontificum decreta, quæ ſecundum ordinem inter argumenta obtinent. In Concilio ſiquidem Arauſicano, can. 9 ita definitum eſt; Quoties bona agimus, Deus in nobis & nobiſcum operatur vt operemur: & can. 20. eſt illa inſignis ſententia, Multa bona fiunt in homine, quæ non facit homo: nulla vero bona facit homo, quæ non facit Deus vt faciat homo, vbi adducitur illud; Sine me nihil poteſtis facere: &, Non eſt volentis, neque currẽtis, ſed Dei miſerẽtis: quam ſententiam etiam habet Celeſtinus Papa in epiſt. ad Epiſcopos Galliæ. c. 7. 8. vbi dicit, neminem bene vti libero arbitrio, niſi per Chriſtum. Præparatur (inquit) voluntas a Domino, vt boni aliquid agat paternis inſpirationibus, vt ſingulis bonis motibus voluntatis humanę magis illius valeat auxilio: & c. 9. inqt; Deus in ipſo libero arbitrio operatur, vt ſancta cogitatio, pium conſilium, omniſque motus bonæ voluntatis ex Deo ſit, quia per illum aliquod bonum poſſumus, ſine quo nihil poſſumus. Eandem ſententiã habet Sozimus in alia epiſtola. Idem videtur ſentire Conc. Mileuitan. can. 4.

Celeſtinus.

Sozimus. Conc. Mile.

Arg. ex ſanctorũ autor. Aug. lib. de prę̃d. ſanct. c. 1. lib. de correctione, & gratia. lib. 3. contra duas epiſto. Pelagi. ad Bonifa. c. 8. ibidẽ lib. 4. c. 3. & li. 1. c. 7. Lib. de ſpiritu et litte. c. 4. Lib. de præ deſti. ſanct. cap. 3. D. Hieron.

Tertium prædicamentum continet argumenta deſumta ex Sanctorum & Doctorum auctoritatibus. Nam D. Auguſt. ait; neminem ſibi ſufficere ad incipiendum, vel perficiendum quodlibet opus bonum; ſed ſufficientia noſtra ex Deo eſt: & iterum; Liberum arbitrium ad malum ſufficit; ad bonum, parum, niſi adiuuetur ab omnipotenti Deo: & alibi dicit, liberum arbitrium captiuatum non valere, niſi ad peccandum: & rurſum; Non poteſt homo aliquid velle, niſi ab eo adiuuetur, qui malum nõ poteſt velle: hoc eſt, gratia Dei per Ieſum Chriſtum Saluatorem noſtrum: item inquit, Liberum arbitrium hominis ſine gratia non valet niſi ad peccandum: & alio loco, Liberum arbitrium pronum ad nequitiam lapſum fuit; & cum ad virtutis indolẽ, ſine Dei auxilio, nihil poſſit, ad omne peccati genus ſubſiſtit idonea prę̃ditum virtute. D. etiam Hieronymus idem videtur expreſſe dicere: ita aſſerit Roffenſis in art. 36. contra Lutherum: & docet, hanc eſſe Patrũ ſententiam, vt homo ſine auxilio ſpeciali non poſſit boni qdquam efficere. Idem tenet Arimin. in 2. d. 26. 27. 28. Capr. in 2 d. 28. q. 1. con. 2. Quin potius D. Th. cum dixit, hominem viribus ſuis aliquid poſſe, nõ auſus eſt ponere exẽpla, niſi in rebus indifferentibus: ſicut plantare uineam, colere agros, &c.

3 dialo contra Pelagi. Roffenſis. Greg. & Capreo. D. Th.

Superſunt etiam rationes quibus idipſum confirmetur, quæ in quarto ordine reponendæ ſunt; quæ fere omnes ex Auguſtino acceptæ ſunt: earum prima talis eſt. Error eſt dicere gratiam Dei non eſſe ad ſingulos actus neceſſariam, ut auctor eſt Aug. Non ergo poſſumus aliquem actum bonum ſine auxilio Dei ſpeciali efficere.

Prima ratio Epiſtola ad Paulinum Secunda rõ. Aug. ibidẽ.

Deinde, error eſt aſſerere, nos poſſe tentationem uincere abſq; Dei gratia ſpeciali, ut aſſerit Aug. Vrgente ergo tentatione non poſſumus in bono perſiſtere ſine gratia Dei ſpeciali: qđ ſane in quotidiana petitione, cũ dicimus, Et ne nos inducas in tentationem, deſignamus.

tertia con.

Tertio, ſi Deus in nobis ſine auxilio ſpeciali operatur opera bona moralia uirtutis acquiſitę, ſequitur Deum eodem auxilio concurrere in operib. bonis, & malis: quod ſane maximum eſt inconueniens. Probatur cõſequentia. Nam Deus etiam concurrit ad opera vitioſa auxilio generali, & communi. Argumentum hoc eſt D. Aug. quo ipſe utitur ad probandam gratiam Dei ſpecialem.

Aug. 1. lib. contra Pelagi. c. 7. Quarta rõ

Præterea, fideles ſæpe petimus a Deo adiuuari in bonis operibus exequendis: ergo non poſſumus bona opera efficere ſine auxilio Dei ſpeciali. Auxilium enim illud generale non petimus, cum ſit quodammodo cuicumque creaturæ debitum: ſicuti ea de cauſſa non petimus, ut ignis cõburat, aut ꝙ Sol illuminet hunc noſtrum hemiſphęrium. Argumentum eſt etiam D. Auguſtini.

Aug. epiſto. 207. & lib. de gratia & lib. arb ca. xiij. Quinta rõ.

Quinto, in philoſophis, & in alijs qui natura duce uiuebant, ueræ uirtutes eſſe nequaquam poterant, ut demõſtrat D Aug. ergo per facultatem naturę non poteſt bonũ uirtutis acquiſitæ perfici; alioqui illi ueras uirtutes habere poſſent.

Aug. 5 de ciuit. ca. xij. & 15. Sexta ratio. Augu. lib 4. contra Iuli. ca. ij. & iij

Ad hæc ad opus moraliter bonũ requiritur, ut tale opus referatur in ultimum finẽ, iuxta illud, Omnia in gloriam Dei facite: quod oſtendit D. Aug. ex illo ad Rom. 14. Omne quod non eſt ex fide, peccatum eſt. quod ita interpretatur, Quod non fit propter Deum, tamquam propter ultimum finem, peccatum eſt. Et ratio idem confirmat. Nam opus, cui deeſt circumſtantia vltimi finis, malũ eſt: ſed infideles, & qui Deum non cognoſcunt, non referunt opera ſua in ultimũ finẽ, qui eſt Deus: omnia ergo opera infidelium peccata ſunt. Confirmatur hoc ipſum. Nã Paganus iure naturæ tenetur oĩa opera ſua referre in Deum iure dominij, & creationis: ſed nõ refert: ergo in omni opere ſuo peccat. Quod ẽt ex eo ꝓbatur. Nã q talis eſt, hẽt idolũ pro Deo, in quẽ ſe, & ſua retulit. ergo oĩa opera illius parua erunt, cum circũſtantia peſſimi finis veſtiãtur.

Confir.

Septima rõ

Ad hæc (ut quidam optimi Theologi cenſent) omne opus bonum exiſtentis in gratia eſt meritorium æternę uitæ, quoniam relatum eſt in finem ſupernaturalẽ actu, vel habitu: at eadem ratione omne opus idolatræ relatum eſt in ſuum idolũ, habitu, vel uirtute. ergo omne opus illius malum eſt. Et confirmatur idem. Nã iſte infidelis, uel refert oĩa ſua in idolũ; vel non refert. Si refert, manifeſtũ eſt opus eius eſſe malum. Si non refert, ẽt erit opus malum, qa conſcientia erronea obligat; & conſcientia erronea dictat huic infideli, idolũ eſſe ultimũ finẽ ſuum, in quõ teneatur omnia referre. ergo ſi non refert, cũ operetur cõtra cõſcientiam, opus malũ perpetrabit. His annectitur aliud argumentum. Nã ſi homo poſſet p uires ſuas ſine Dei gratia operari bonum moraliter, poſſet etiam ex uirib. ſuis ſe diſponere ad gratiam, & ad eã ſe prę̃parare infallibiliter conſequẽdam. Quod falſum eſſe, ex eo patet; qa ſi ita eſſet, initiũ ſalutis noſtræ eſſet ex nobis, & non ex Deo. Cõſequentia ꝓbatur. Nã operanti bonum moraliter, & dictamẽ rationis ſequẽti, Deus infallibiliter cõfert gratiã.

Confir.

Octaua rõ.

Vltima rõ.

Tandem, non poſſumus adimplere diuina præcepta ſine ſpeciali auxilio gratiæ Dei. igitur neq, poſſumus ſine ea operari bonum moraliter. Conſequentia probatur; qa opus omne moraliter bonum, vel eſt adimpletio alicuius præcepti, uel eſt opus conſilij: & opera cõſilij difficiliora ſunt operibus præceptorum. Antecedẽs probatur ex Cõc. Mileu. & ex Celeſt. Papa, definientibus, ad quodcumque peccatum uitandum neceſſarium eſſe adiutorium, & auxilium gratiæ Dei.

Conc. Mile. c. xxiiij. Celeſtin. c. 10

Contrariam ſententiam tenet Mag. Sent. in 2. diſti. 26.

Mag. ſent.

& D. Th.

neq; Gregorium dixiſſe, neq; ex ſua ſnīa inferri, uniuerſa hoīs peccatoris opera eſſe mortalia peccata. Nam in quęſtione citata ad 9. cum ſibi obieciſſet, ex ſua opinione ſequi, oīa opera infidelium eſſe peccata, negat conſequentiam, & aperte affirmat, a peccatoribus, & infidelibus fieri multa bona opera ex ſpeciali Dei auxilio; maxime cū incipiūt ſe ad gratiam, & iuſtificationē diſponere: quod quidem auxiliū Deus illis nequaquā denegat. Quod aūt id non ſequatur ex ſnīa Gregorij, patet: quia peccatores, & infideles, quamuis careant gratia iuſtificante; tamen ſæpe adiuuantur a Deo auxilio ſpeciali ad bona opera faciēda.

Quinta conc. Quinta concl. Homo pro ſtatu naturæ lapſæ non poteſt ſine ſpeciali Dei auxilio bene moraliter operari ſemper, neq; ut in plurimum. Hæc propoſitio eſt D. Thom. in hoc art. & in art. 4. & in 8. Quæ concluſio ita mihi certa uī, ut contrarium ſine errore teneri non poſſe exiſtimem. Probatur: quia ſi peccator ſuis uiribus, ſine ſpeciali Dei auxilio, poſſet ſemper, vel diu, bene moraliter operari, ex cōſequenti poſſet ꝑ multum tempus uitare omne pctm̄ uiribus ꝓpriis, & adimplere oīa præcepta illi occurrentia ſine ſpeciali auxilio gratiæ: quod falſum eſt, & periculoſum. Sequela probatur, quia qui operatur bene moraliter, dum ita bene operatur, non peccat: igitur ſi poteſt diu bene operari moraliter, poterit ēt per multum tempus uitare pctm̄, & diuina mandata adimplere. Deinde, ſi homo eſſet ſanus, & integer, ac nullo modo infirmus, poſſet per totam uitam operari bonum moraliter ſuis uiribus, quia bonum morale eſt opus proportionatum homini ſano, & integro: at homo per pctm̄ infirmus eſt, non igitur poterit operari bonum moraliter perfecte, & ꝑ totam uitam; ſed raro, & cum multorum defectuum admixtione. quod Sancti dicere uoluerunt in locis oībus adductis, cum aſſerunt, hominem ex ſe non poſſe aliquid boni operari; quia uidelicet homo non poteſt perſeueranter bene moraliter operari, neq; per totam uitam, neque per multum tēpus.

Sexta conc. Sexta concluſio. Omnia illa opera, quibus peccator tēdit, & diſponitur ad iuſtitiam, & gratiam iuſtificantem, ſiue mediate, ſiue imediate, non pñt fieri ſine Dei ſpeciali auxilio. Probatur. Nam ſi homo ex ſe efficere poſſet aliquod opus, quod ad gratiam diſponeret, id eſt, ad quod mediate, uel immediate ſequeretur gratia, iam initium ſalutis ex nobis eſſet, & gratia iam non eſſet gratia, quia gratis nō daretur. Deinde omnis motus, quo homo incipit tendere ad iuſtitiam, quoadusque illam conſequatur, eſt motus ſupernaturalis; qm̄ terminus eſt ſupernaturalis, ipſa, uidelicet, gratiæ acquiſitio, & reconciliatio amicitiæ diuinæ: debet igitur habere initium ab aliquo agente ſupernaturali. Tertio, Deus ſtat ad oſtium, & pulſat, & uocat ad ſe omnes peccatores: pulſat autem ꝓp eum finē, ut peccatores a peccato excitet, & eos ad ſe reuocare poſſit: igitur quicūque relicto peccato ad iuſtitiam ſeipſos conferunt, inde primo cœperunt cōuerti, ex quo diuinæ gratiæ pulſanti corda non obtuſa habuerunt. Totius igitur motus ad iuſtificationem primum initium eſt gratia Dei, & ex conſequenti, nulla diſpoſitio ad iuſtitiam, ſiue mediate, ſiue immediate, ortum habet ex ſolis uiribus humanis. Quod etiam manifeſtum fit ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs. Nam 2. Petri. 1. dicitur, quod omnia, quę ad uitam, & pietatem pertinent, nobis donantur: ergo quicquid ad gratiam diſponit, ex Deo eſt. & Ioan. 6. dicit Dominus, Nemo pōt uenire ad me, &c. Venire aūt ad Chriſtum, ſignificat totū illum motum iuſtificationis, ex quo homo primum incipit ad iuſtitiam diſponi, quoadusque illam conſequatur. Idipſum Sancti docent. Nam B. Proſper inquit, Omnia quæ ad uitam & pietatem pertinent, non per naturam, quæ uitiata eſt, habemus, ſed per gratiam, qua reparata eſt, accepimus: & D. Auguſt. Quicqd, inquit, Cornelius, & antequam in Chriſtum crederet, & cum credidit, & cum crediſſet, operatus eſt, totū Deo dandum eſt. Hoc confirmatur apertiſſime Adami exemplo, in quo, qm̄ erat primus naturæ humanæ auctor, non ſolum eſt expreſſa imago naturæ; ſed etiam noſtrorum morum effigies, ita, ut ex eo, quod ille geſſit, quid nos facere, uel non facere poſſimus, inſpiciamus. Adam igitur poſtquā peccauit, nihil fecit, aut cogitauit, quod ad pctm̄ repellendum, & ad iuſtitiam amiſſam recuperandam pertineret; ſed (ut inquit Scriptura) cum ipſe, & uxor eius uideret ſe nudos, conſuerunt ſibi folia ficus, & fecerunt ſibi perizomata. Quę oīa, ut patet, ad ſtudium uitæ præſentis attinent, & ad hanc uitam tuendam, & ad cæli iniurias propulſandas ſunt accommoda. Nūquam uero Adam de ſalute animæ ſuæ cogitare cœpit, niſi poſtquā audiuit uocem Dñi deambulantis in Paradiſo: ſic n. dr̄, Cum audiſſet uocem Dñi deambulantis in paradiſo, abſcondit ſe Adam. & paulo infra. Ait Adam ad Deum, Cum audiſſem uocem tuam, timui, eo quod nudus eſſem, & abſcōdi me. Diuina igitur voce permotus Adam, timere cœpit (qui ſane timor eſt veluti primus gradus ad iuſtitiam) & cœpit ſuam nuditatem erubeſcere. Ex quo exemplo duo colligere licet. alterum eſt, hominis, dum extra gratiam Dei commoratur, maximum, quod præſtare bonū poteſt, eſſe de ſua ualetudine cogitare, bona præſentia curare, quod Auguſtinus appellat bonum naturæ, & ponit huius rei exempla, ut colere agros, ædificare domum, &c. Alterum eſt, peccatorem ſine Dei gratia non poſſe quidquam cogitare, quod ad aīæ ſalutem pertineat, niſi Deo excitāte, & interius mouente, ac loquente. Quod confirmatur ex Concilio Arauſicano, ubi dr̄; Si quis per naturæ uigorem bonum aliquod, quod pertineat ad ſalutem uitæ æternæ, cogitare, aut facere poſſe dixerit, hæretico fallitur ſpiritu.

Nota.

Conc. Arauſican. can. 7.

His conſtitutis, ad argumenta reſpondere oportet. Ad auctoritates ſacræ ſcripturæ, quæ primum ordinem inter argumenta habebant, reſpondendum eſt. In ſacris litteris, ut docet Roffenſis, id quod non eſt meritorium uitæ æternæ, ſæpe appellari nihil, ut conſtat ex Paulo 1. Corin. cap. 13. Si habuero prophetiam, & nouerim myſteria omnia, caritatem autem non habuero, nihil ſum. & c. 7. Circūciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt. Quod etiam docuerat D. Auguſtinus lib. de gratia Chriſti, cap. 26. Vel dicendum eſt, quod in ſancta ſcriptura illæ uoces diſtributiuę non ſunt uniuerſaliter accipiendæ, ut logici eas accipiunt; ſed ad eum modum, quo aſſumi ſolent in uulgari ſermone, ſcilicet, pro eo, quod frequenter, & maxima ex parte cōtingit. Quare illud, nihil, idem ualet, quod paruum, & exiguum, & rarum.

Ad argumenta. Ad autoritates ſcripturæ.

Roffenſis contra Luth. c. 36.

1. Cor. 13.

1. Cor. 7.

Eadem ratione ſatisfacere poſſumus ad argumenta ſecundi, & tertij prædicamēti, quæ ex Conciliorum dictis, & Sanctorum ſententijs accepta erant. Aut certe loquuntur de opere, quod ad noſtram iuſtificationem, & ſalutē æternam conducit, non autem de bono ciuili, & morali. Non enim miſit Deus filium ſuum, ut plantaremus uineas, aut ut haberemus amicos; ſed ut credētes in ipſum uita frueremus ſpirituali. Hanc autem legitimam, & propriam eſſe expoſitionem patet ex Auguſtino, & ex Concilio Mileuitano, Arauſicano, & Tridentino.

Ad argumenta ſecundo & tertio loco poſita.

Auguſt. lib. 3. hypogn. & lib. de ſpiritu & littera c. 27. & 28. Conc. Milev. can 6. & 7. Trid. Seſſ. 6.

Vt tamen apertior huius ſolutionis ſenſus ſit, obſeruandum eſt, bonum eſſe duplex, morale, & meritorium. Opus bonum morale (iuxta communem Theologorum ſententiam) eſt opus, quod rectæ rationi eſt conforme, opus videlicet, quod habet bonum obiectum, ac debitum finem, omnesque alias circumſtantias, ſine quibus nequaquam reperitur boni operis bonitas, & honeſtas. Bonum autem meritorium dicitur illud, quod præter ea, quæ dicta ſunt, eſt tanti ualoris propter ſuam excellentiam, id eſt, ex adiuncta forma ſupernaturali, ut ſit dignū uita æterna. Et ita bonum morale eſt tamquam medium inter peccatum, & meritum. Opus enim moraliter bonum, non eſt peccatum; quia in nulla re deficit a recta ratione. Neque etiam eſt meritum; quia caret illa excellentia ſupernaturali, quæ neceſſaria eſt ad conſtituendum meritum uitæ æternæ. Vnde bonum morale eſt quidem uirtus, ceterum non perfecte, & abſolute, quia cum bonum morale non ſit caritate informatum, & ex conſequenti non referatur in beatitudinem ſupernaturalem, non efficit hominem bonum in ordine ad optimum; id quod eſt proprium uere uirtutis. Virtus enim eſt diſpoſitio perfecti ad optimum. Sancti ergo Patres, & Concilia, loquuntur de bono meritorio, non de bono morali.

Reſtat tandem rationibus ſatisfacere. Ad primam earū dicendum eſt, gratiā Dei particularem, & ſpecialē neceſſariā eſſe ad ſingulos actus meritorios, & cōducentes ad

Ad primam.

D. Tho.

2. Pet. 1.

Ioan. 6.

Proſper lib. con. 11 Collatorem c. 29. Augu. lib. 1. de prædeſt. ſanct. c. 7.

Gen. 2. & 3.

Oo vitam

vitam æternam; ſed tñ eam neceſſariam non eſſe ad ſingulos actus moraliter bonos. Deinde dici poteſt, gratiam Dei, iuxta D August. eſſe neceſſariam ad ſingulos actus, id eſt, cogitare, uelle, & operari. Dicebat namque Pelagius, initium cogitationis ex nobis eſſe.

Ad ſecundũ.

Ad ſm rñdetur, non poſſe hominem ſine auxilio Dei ſpeciali vincere tẽtationes meritorie, neque uero omnes per totam uitam; unam uero aut alteram vincere moraliter bene poſſe. Et quidem, quamuis vrgente tentatione nõ poſſet homo eam vincere; poſſet tamen alia opera moralia exercere, circa quæ tentationes non militant.

Ad tertium.

Ad tertiam dicendum eſt, aliter concurrere Deum nobiſcum in bonis operibus, atque in malis. Nam in bonis concurrit, & ad materiale, & ad formale: at in malis operibus tm ad id, quod materiale eſt, concurrit. Quod ſi qs hinc inferre velit, argũ Auguſtini contra Pelagium ineptum eſſe, negandum id erit: nam Pelagius concedebat hanc nobis gratiam a Deo tributam, vt ſi poſſemus operari, quæ ſane poſſibilitas æque ad bonum, & ad malum ſe extendit: vnde aduerſus illum argumentum concludit, quod contra nos nequaquam militat.

Efficax argumentum D. Aug. contra Pelag.

Ad quartum.

Ad quartam rñdetur, fideles diuerſa ratione a Deo petere adiuuari in operibus moraliter bonis, atque in bonis ſupernaturalibus. In illis ſiquidem auxilium precantur, vt facilius, & melius, ac delectabilius operari poſſint; in iſtis uero, ut ſimpliciter poſſint: ſine ſpiritu enim Dei vitam ſpiritualem viuere nequaquam poſſumus.

Quare Aug. omnia opera infidelium uitia appelet.

Ad quintum.

Ad quintam rñdetur, virtutes infidelium ab Auguſt. vitia nuncupari; tum, qñ infideles ſunt in ſtatu peccati grauiſſimi, & oẽs eorum iuſtitiæ, tamquam pannus menſtruatæ; tũ uero, qñ tales uirtutes ſine caritate ſunt, qua ſublata, quodcũque bonum in ſanctis ſcripturis pro nihilo habetur, ut paulo ante dictum eſt; tum tertio, rõne infidelitatis, quæ quia per antonomaſiam peccatum vocatur, audet Aug. omnem infidelium vitam peccatũ appellare.

Aug. tract. 89. in Ioan. & lib. 3. contra duas epiſtolas Pelag. ca. 3.

Ad ſextum.

Ad ſextam reſpondetur, ad opus moraliter bonũ ſufficere ſi referatur in Deum, ut eſt auctor naturæ, quẽ ſane per ipſius naturæ vires cognoſcere poſſumus. Vel dicendum eſt, ut opus moraliter ſit bonum, nequaquam oportere, ut in Deum referatur explicite, virtute, aut actu: ſufficit namque, ſi implicite referatur. Et quidem omne opus bonum atq; honeſtum ſuapte natura in Deum refertur. Quapropter opus moraliter bonum, ſatis eſt ſi homo operari velit propter bonum, & honeſtum, licet Deũ non cognoſcat: quam rem ſupra contra Gregorium queſt. 18. artic. 9. diſcuſſimus.

Ad confir.

Ad confirmationem rñdetur, illam, ſi quid probat, tantum de idololatra probare. Deinde dicendum eſt, illam cõem atq; virtualem relationem, ſi multum temporis intercedat, interrumpi; neq; ſufficere ad inficienda omnia alia opera ſubſequentia: præſertim quando ſubſequentia opera ſuapte natura referuntur in Deum, & non in dolũ. Sicut enim ad lapidis deſcenſum ſufficit impetus a generante ſibi conceſſus, ut tñ aſcendat, requiritur impetus proijcientis perſeuerans: eadem ratio, ut opus moraliter bonum in idolũ referatur, requiritur intentio, q̃ perſeueret in tali relatione: ſicut & ſi quis ſtatueret ad D. Iacobũ ire peregrinationis gratia, qui oĩa laboris, & itineris accidentia in ipſum retulit, profecto oĩa, iſta virtute, ſunt in religioſum finem relata; attamen ſi aliqd impertinens in itinere eueniret, nequaquam cenſeretur relatum in illum finẽ; quin potius ſi multum tpis intercederet, interrumperetur intentio. Tandẽ dicendũ eſt, eum q ſtatuit dare eleemoſynã pietate quadã naturali, uirtute priorẽ intentionem interrumpiſſe. Repugnant n. hæc inter ſe, dare eleemoſynam propter pietatem naturalem, & propter idolũ.

Ad ſeptimũ.

Ad aliud argũ neganda eſt conſequentia. Triplex ſiquidem diſcrimen inter eos reperitur. Primum namq; opus bonum ſuapte natura refertur in Deum, & non in idolũ. Deinde, opus moraliter bonum in homine in gratia exiſtente eſt meritorium: non quia eſt relatum virtualiter, aut formaliter; ſed qñ ſubiectum eſt gratum, quod ſane a Deo reſpicitur, iuxta illud, Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius. Tandem homo in gratia exiſtens, nequaquam priorem intentionem interrumpit: at idolatra, qui dat eleemoſynam ob pietatem naturalem, virtute interrumpit intentionem ſeruiendi idolo in eo opere.

Geneſ. 4.

Ad confir.

Ad confirmationem reſpondetur, idolatram illum, qñ non refert opus in idolum, operari contra habitum erroneum quem habet; non uero contra conſcientiam erroneam: conſcientia namque erronea eſt, quæ dictat, hic, & nunc nos obligari, & teneri.

Ad octauum.

Ad argumentum de diſpoſitione ad gratiam, negatur ſequela: & ad probationem reſpondetur, non eſſe certum operanti bene moraliter, & facienti, quod in ſe eſt, ex ſolis uiribus naturæ, Deum conferre ſemper, & infallibiliter auxilia neceſſaria, vt ſe ultimate ad gratiam diſponat. Intelligendum eſt inſuper, quod operari bene moraliter, & ſequi rectum rõnem diu, & per multum tempus, atque in omnibus, quæ ſe offerunt, non poteſt homo abſq; peculiari Dei auxilio: & ita primum initium gratiæ ex Deo eſt. At uero homini, qui operatur bene moraliter vnũ aut alterum opus, raro tamen, & maxime ex parte male operatur, Deus non confert infallibiliter gratiam, neq; auxilium gratiæ, quo ſe ad iuſtificationem diſponat.

Ad vltimum.

Ad ultimum reſpondetur, omnia præcepta collectiue, & etiam quædam illorum, quæ nimis ardua ſunt, nequaquam poſſe hominem per vires proprias adimplere, neq; per eaſdem poſſe omnes tentationes ſuperare; aut vero quaſdam illarum uehementes. At uero ſeruare unum aut alterum præceptum in ſe leui, atque ſuperare leuiſſimas aliquas tentationes, idque raro; poteſt homo per ſuas vires: neque oppoſitum in Concilio Mileuitano definitum eſt.

Quænam opera præſtare poſſ. homo ſi cõderetur in puris naturalibus.

Alia ſe offert quæſtio exponenda, ut neceſſitas gratiæ, quam Diuus Thomas in hoc articulo inueſtigat, intelligatur; Quænam, ſcilicet, opera bona præſtare poſſet homo, ſi in puris naturalibus conderetur, id eſt, ſine peccato, aut gratia? Et quidem ſi ea, quæ articulo primo dicta ſunt, attendamus, facillima videtur ſolutio. Vt enim ex ſuperioribus conſtat, inter hominem in puris naturalibus conditum, ac inter hominem poſt lapſum, quod ad naturalia attinet, nullum eſt diſcrimen. Quod ſi uerum eſt, inferre inde poſſumus, poſſe id præſtare hominem in puris naturalibus cõſtitutum, quod efficere poteſt homo in natura lapſa uiribus proprijs adiutus. Infertur ſecundo, hominẽ in puris naturalibus poſſe ueritates aliquas cognoſcere naturales, non tamen omnes: ueritatem autem aliquam ſupernaturalem, abſque peculiari Dei auxilio, nequaquam poſſe; ſicuti homini poſt lapſum accidit, ut dictum eſt. Sequitur tertio, hominem in puris naturalib' conſtitutum poſſe uelle, & operari aliquod opus moraliter bonum; non tamẽ omne, neque aliquod quod meritorium ſit, ut expoſitum eſt in hoc articulo, quæſtione præcedenti. Tandem ex illo communi principio ſequitur, eſſe aliquam felicitatem naturalem, ad quã peruenire poſſet homo, ſi in puris naturalibus conderetur: quod etiam docet D. Th. 1. p. q. 23. art. 1. & q. 62. art. 1. & hic art. 5. Hęc ergo præſtare poſſet homo in illo ſtatu.

D. Tho.

Felicitas hominis in puris naturalibus conſtituti inueſtigatur. Prima ratio.

Sed tamen, quænam felicitas ſit ad quam peruenire poſſet, & quibus medijs illam adipiſci ualeret, explicatu difficile eſt. Videtur namque, quod homo in puris naturalibus conditus neceſſario miſer eſſet, & infelix, & nulla ratione felix.

Cum enim intellectus hominis ſuapte natura inclinetur ad omne uerum cognoſcendum, & per facultatem naturæ nequaquam poſſit conſequi totius ueri cognitionẽ, non poſſet habere naturalem beatitudinem, ad cuius ſtatum talis cognitio maxime conducit.

Secundum.

Deinde, uoluntas ſuapte natura inclinatur ad omne bonum rationi cõſentaneum, hoc autem in illo ſtatu adipiſci non poſſet: ergo in illo ſtatu beatitudinem cõſequi non ualeret.

Tertium.

Tertio, homo in puris naturalibus conditus neceſſario debet labi in aliquod peccatum mortale, quippe cum per uires naturæ non poſſit oẽm legem adimplere, neq; uero omne bonum rõni conſentaneum habere, ut ſupra diximus de homine i natura lapſa: at peccato mortali iure naturæ ſupplicium æternum debetur: ergo neceſſario homo in puris naturalibus conditus infelix eſſe debet, ſi dono gratiæ non liberetur a peccato.

Quartum.

Præterea, qui moraliter delinquit, offendit Deum, ut

eſt

eſt finis,& auctor naturæ:non ergo talis poteſt eſſe felix, niſi Deo per gratiam recõcilietur; hac autem caret homo in puris naturalibus.

[margin: ...pietum]

Quinto, ad naturalem beatitudinem neceſſaria eſt rectitudo quædam naturalis, ut omnes Doctores fatentur: at homo in puris naturalibus conſtitutus non poteſt talē rectitudinem habere;quia,vt dictum eſt, aliquando peccabit:non ergo poteſt eſſe beatus.

[margin: Vltim.]

Tandem, auctor naturæ præcepit nobis ſeruare totam legem:ergo homini in puris naturalib. conſtituto concedere & debet uirtutē ad obſeruandā legem uniuerſam.

[margin: Confir. D. Hier. Dialog contra luciferianos.]

Confirmatur argumento quodam D. Hieronymi. Aut enim poſſibilia dedit nobis auctor naturæ mandata; aut impoſſibilia. Si poſſibilia:ergo in facultate noſtra ſitum eſt totam legem adimplere.Si autem impoſſibilia, non erimus legum tranſgreſſores,ſi ea non obſeruemus: nemo enim peccat in eo quod uitare non ualet.

[margin: Aliquorum Doctorum opinio.]

Propter hæc argumenta quibuſdam Doctoribus noſtri temporis uiſum eſt,ꝙ uerſetur magna differētia inter hominem conſtitutum in puris meriſq; naturalibus,& inter hominem in natura lapſa,quod attinet ad uirtutem,& ſufficientiam operandi.Exiſtimant enim eſſe impoſſibile,ꝙ Deus crearet hominem in puris meriſq; naturalibus, ſic ut non conferret illi auxilium neceſſarium,& ſufficiens,ꝑ quod poſſet ex uiribus naturæ operari omne bonū rationi conſentaneum, & efficaciter conſequi ſuum finem, & beatitudinem naturalem. Itaq; per hominem conſtitutū in puris naturalibus ;intelligunt hominem conſtitutū in natura integra,cum dono,& vigore ſanante naturam, ſic adeo,ut in bono,& officio uirtutum poſſit permanere, & pſeuerare,ſi uellet. Quæ ſine dubio videtur eſſe D. Aug. ſententia:dicit enim; Si Deus adiutorium quo permaneret ſi uellet,homini non dediſſet, qa nō talis natura facta eſt,ut ſine diuino auxilio poſſet permanere ſi uellet;non utiq; ſua culpa cecidiſſet: ergo ſi in puris meriſq; naturalib.non talis facta natura humana eſt,ut poſſit permanere ſi uellet,non ſua culpa cadit,ſi non permanet:ſiquidē auxilium non eſt datum,quo poſſit permanere ſi uellet. Et alibi docet ex hoc peccaiſſe hominem,quia potuit permanere ſi uoluiſſet:& ſubdit,hanc poſſibilitatem permanendi,& non peccandi, a natura liberi arbitrij per peccatum fuiſſe ſublatam.Ex his ſententiis D. Aug efficaciter uř cōcludi,ꝙ homo in puris meriſq; naturalib.conſtitutus,habuiſſet auxilium neceſſarium, & ſufficiēs quo poſſet uniuerſum bonum rationi humanæ cōſentaneum perficere, & in eo permanere ſine crimine. Sed hæc ſuſa non placet noſtris doctoribus. Nam ex opinione Theologorum omnium,naturalia manſerunt integra poſt peccatum,tam in hominibus,ꝙ̃ in angelis:ſed hæc ſufficientia operandi, & hæc integritas,& rectitudo naturæ non manet poſt peccatum,& lapſum,ut docet ſana doctrina:ergo hæc ſufficientia,& integritas naturæ non pertinet ad pura meraq; naturalia.Deinde,homo ex natura ſua eſt cōpoſitus ex corpore,& anima rationali,ex ſpiritu & carne ; conſtatq; carnē concupiſcere aduerſus ſpiritū , & ſpiritū aduerſus carnē: ergo cōſtat euidēter,ꝙ ſi homo cōſtitueretur in puris naturalibus,conſtitueretur cum pugna inter carnē, & ſpiritū,quæ trahit hominē ad peccandum. Certe illud elogiū diuinæ ſapiētiæ;Cogitationes mortaliū timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animā: & terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantē ; et habet uerum in hoīe conſiderato in puris meriſq; naturalib.Iam uero ſi hoc auxilium, ſi, inquam,hic uigor ſanans naturā,eſſet proprietas homini naturalis,& naturæ humanæ debitus,conſequens eſt,ꝙ homo in natura lapſa ſit monſtrum;ſiquidē caret principio, & proprietate ſuæ naturæ debitis,ueluti ſi careret intellectu,aut voluntate,aut certe auxilio generali, & cōmuni. Maneat ergo fixa & certa illa ſententia Theologorum, ꝙ homo in puris naturalibus,& in ſtatu naturæ corruptę nō differunt,quantum ad ſufficientiam operandi opera rōni naturali conſentanea, quia in utroq; vires humanæ ſunt æqualiter diſpoſitæ,& affectæ;verum non ſunt illi homines æqualiter affecti, & diſpoſiti quantum ad meritum. Etenim homo in puris naturalibus conſtitutus nō eſt in peccato,neq; eſt auerſus a Deo,& a fine vltimo: at homo in natura lapſa eſt in peccato, & auerſus a fine ultimo. Quapropter ſi homo in puris naturalibus conſtitutus ꝑueniens ad uſum rationis haberet iſtum actum moraliter bonum;uolo ſequi bonum,& fugere malum;& continuo moreretur, reciperet a Deo huius boni operis præmium: a Deo,inquam,vt eſt auctor naturæ, qui nullum opus bonū irremuneratum relinquit,quādo perſona,quæ operatur,non eſt in peccato,& a Deo auerſa, & incapax pmij. Cum igitur homo in puris naturalibus recte, & ſtudioſe operatur,cum nō ſit a Deo auerſus,quin potius Deo gratus naturaliter, conſequens eſt ꝙ in eo caſu reciperet a Deo ſtudioſi operis præmium. Sed homo in ſtatu naturæ lapſæ,tametſi poſſet habere eundem actum, ſcilicet;volo ſtudioſe agere;ſi ſtatim moreretur,non reciperet pmium ab auctore naturæ,ſi quidē eſſet a Deo auerſus,& incapax præmij: homo enim Dei inimicus præmium ab eo nō ꝓmeretur.Ex hac autem differentia non habetur, quod homo in puris naturalibus poſſit aliquid boni operis efficere,quod nō poſſit homo,in ſtatu naturę lapſę. Hæc enim differentia,quantum ad meritum,tantum oritur ex conditione perſonæ operantis,non ex parte principij operatiui,nec ex parte uirium naturalium;quæ in vno magis ꝙ̃ in altero ſint ad operandum efficaciores. Neque D. Aug. huic noſtræ ſententiæ ullo modo aduerſatur.Nam homo in puris meriſq; naturalibus cōſtitutus, haberet indubie ſufficiens adiutorium,a Deo auctore naturæ collatum,ad cauenda ſingula pecata, & ad obſeruāda ſingula legis naturæ pcepta:non tamen ad omnia ſimul, & per totā vitā, quemadmodum poteſt quiſq; Grammaticam,Rhetoricā, Phyſicam,& ceteras bonas artes diſcere; nemo autem hominum,licet ſit ingenioſus, poteſt oēs comprehendere. Hoc eodē exemplo confirmat hanc veritatē D. Hier. Vel fortaſſis D. Auguſ. loquitur de illo magno crimine quod commiſit primus parens; quod profecto, tam graue non eſſet,ſi iuſtitiam originalem adhuc non ſuſcepiſſet. Denique obſeruandum eſt,quod Ariſ. & omnes Philoſophi recte ſentientes dicunt,eum hominē, qui per facultatem naturæ cognoſcit & colit Deum,eſſe curæ ipſi Deo,maxime qui proinde ſuppeditat illi non tm̃ bona temporalia, ſed & bona ſpiritualia, quātum expedit ad eius ſalutem, & vitam recte inſtituendam.Vnde auctore Ariſt. felicitas hominis naturalis non ſolum cōſiſtit in virtute,& ſtudioſa operatione, ſed pcipue in prouidentia diuina erga homines. Quapropter ad Deum non ſolum pertinet diſtribuere præmia pro bonis (quod et ratione naturali cōſtat) ſed ad Deū ſpectat vnicuiq; ſecundum ſtatum ſuū infundere cognitionē neceſſariā,qua Deum cognoſcat & colat. Inſuper pertinet ad ipſum condonare peccata hominib. quæ illorum vitam beatam impedire valent. Hæc autem condonatio criminum,ſi homo eſſet conditus in puris naturalib.id eſt,non deſtinatus ad gratiam,nec ad gloriam; fieret Deo diſponēte ſic,vel per dolorem ex facultate naturæ comparatum,vel per hoc ꝙ homo proponeret bonū ſequi,& malum fugere cum dolore peccatorum, vel alijs modis quib.diuina prouidentia hominib.prouideret.Sed hoc eſt diuinare per altiſſimas tenebras. oportet potius Deo gratias agere,& Chriſto liberatori, q vocauit nos in admirabile lumen ſuum,quo illuſtrante cognouimus, & peccata noſtra,& redemtorē noſtrū Ieſum Chriſtū, ꝑ quē a peccatis liberamur. Sed eſt dubiū pcedentib. affixum, Quid ſit auxiliū ſpeciale,quid vero generale?In cuius rei expoſitionem dicendum eſt,primo loco, Auxilium generale non eſſe habitum animabus noſtris vel inſitū,vel infuſum:nam quocumq; habitu poſito,adhuc egemus Deo primo mouente,& nobiſcū cooperante, vel potius nobis cum illo cooperantib.ſicut cauſſæ naturales, præter potētias & vires quas habent, indigent præterea motu cæli, vt poſſint operari. Hoc ita eſſe demonſtrauit D. Thom. artic. 1 huius quæſtionis. Proxime dicendum eſt, auxilium diuinæ gratiæ ſpeciale non eſſe habitum, aut qualitatem:nam quocumque habitu infuſo animis noſtris,indiget adhuc homo auxilio ſpeciali ad operādū: quod demonſtrat,vt dogma fidei Catholicæ,D. Auguſ. de quo copioſe agēdū eſt in art 9. huius quæſtionis. Itaq; quēadmodū oculus,licet ſit perfectiſſimus,niſi ſit cādore lucis illuſtratus,nō poteſt videre;ſic anima noſtra, licet ſit ſana ꝑ

[margins, left column: Aug lib. de correct. & gratia c. 11. — Aug. li. 3. hypognoſticon per totum. — Oppoſita ſententia verior. — Sap. 9 — Not.]

[margins, right column: Homo in puris naturalibus haberet auxilium ad ſingula cauenda peccata; non tamen ad omnia. — D. Hiero. 3. dialog. contra Pelag. — Ariſ. — Ariſ. 1. Eth. c. 8. & 9. — Quid ſit auxilium generale, quid item ſpeciale. — D. Th. — Aug. lib de natu. & gratia c. 26.]

uirtutes infuſas, ſine auxilio ſpeciali operari non poteſt. His addendum eſt, atq; dicendum, ꝙ auxilium generale eſt motio diuina, qua concurrit Deus cum omnibus creaturis, ueluti ex pacto, & fœdere cum illis inito ad operationes ſuas, ſibi q; connaturales. Sed docet Gregorius (ut refert Capreolus in 2.d.28.q.1.ad 11.) ꝙ Deus concurrit ad actũ bonũ, non ſolũ coefficiẽdo actum cũ ipſa uolũtate: hoc enim modo cum omnib. agentibus concurrit; uerum etiam applicãdo, & mouẽdo ipſam uolũtatem ad bonum, in qua applicatione uoluntas non neceſſitatur: eſt.n. inſtrumentũ liberum, & mouetur ſm naturam ſuã libere. Ceterũ ad actũ malũ tantũ concurrit cooperãdo ad actum illum naturalem, & ad ſubſtantiã illius actus, ſed nõ applicat uoluntatem ad malum actũ. Hanc ſniam, vt uerã, approbauit Capreol. in loco dudum citato. Sed mihi videtur, ꝙ hoc ultimum falſum ſit. Nã res certiſſima eſt, uoluntatem noſtrã nihil poſſe uelle boni, aut mali, niſi pri⁹ moueatur a Deo ad operandũ: ſicut penicillus nihil põt operari, niſi prius a principali agente ad operãdũ admoueatur. Ad extremũ dicendum eſt, auxilium ſpeciale eſſe gratuitã Dei motionem, & ſupernaturalem, qua cõcurrit Deus nobiſcum, ut operemur opera ſupernaturalia, & conducẽtia ad noſtrã ſalutem, & iuſtificationem. Vnde quamquam hæc motio nobiſcum quandoq; concurrat ad opera naturalia, ut ad cognoſcendum Deum eſſe, & remuneratorem eſſe; nihilominus cenſeo eſſe auxilium Dei ſpeciale; quoniam eſt gratuita Dei motio, ad noſtram iuſtificationem ſpectans.

Greg. Capr.

Pri conc.

Auctoris ſententia.

ART. TERTIVS.

Vtrum homo per ſua naturalia ſine auxilio gratiæ poſſit diligere Deum ſuper omnia.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Homo in ſtatu naturæ integræ non indigebat dono gratiæ ſuperadditæ naturalibus bonis ad diligendum Deum ſuper omnia, quamuis indigeret auxilio Dei ad hoc mouentis. Nam unaquæque res particularis amat bonum proprium propter bonum commune totius uniuerſi, quod eſt Deus. Quare homo in ſtatu naturæ integræ dilectionem ſui ipſius referebat ad amorem Dei, ſicut ad finem; & ſimiliter dilectionem omniũ aliarum rerum; & ita diligebat Deum plus quam ſeipſum, & ſuper omnia.

Secun. co.

Secunda concluſio. Homo in ſtatu naturæ corruptæ non poteſt per ſua naturalia Deum diligere ſuper omnia. Nam uoluntas hominis propter corruptionem naturæ ſequitur bonum priuatum, niſi ſanetur per gratiam Dei.

Ter. conc.

Tertia concluſio in ſolutione primi. Homo in quocumque ſtatu indiget auxilio gratiæ ſpeciali ad diligendũ Deum dilectione infuſa, & ſupernaturali: caritas enim infuſa diligit Deum eminentius quam natura; quia natura diligit Deum, prout eſt principium, & finis boni naturalis: ſed caritas, ſecundum ꝙ eſt obiectum beatitudinis; additque ſupra naturalem dilectionem quãdam promtitudinem, & delectationem, ſicut quilibet actus uirtutis ſupra actum qui fit ex naturali ratione hominis non habentis uirtutem.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quæſtio artatus ac fuſius controuertitur. Prim. arg.

QVæſtio huius articuli admodum difficilis eſt, & ualde utilis. Pro parte affirmatiua ſunt quædam argumenta non omnino inualida Primum. Homo põt lumine naturali cognoſcere, Deum eſſe dignum ſummo amore; & intellectus noſter hoc ipſũ qđ intelligit, poteſt proponere uoluntati: ergo uolũtas poteſt ſe conformare cum intellectu per ſuas uires, & ex cõſequenti poterit diligere Deum ſuper omnia. Conſequentia inde probatur: quia quãtam uim habet intellectus ad uerum cognoſcendum, tantã habet uoluntas ad amandũ.

Secundum.

Secundo ſic argument. Poteſt quis diligere ſuper omnia, delitias, & uoluptates; quemadmodum faciunt auari, & uoluptuoſi hoĩes: igitur multo magis poterit per ſuas vires diligere Deum ſuper omnia, in quo eſt multo maior cauſa, & ratio diligendi. Hoc ipſum confirmatur. Nã homines infideles, & ethnici ſuos falſos Deos diligunt interdum eo amore, ut oppetant mortem pro illis. quæ dilectio ſumma eſt, vt poſtea videbimus, & probaturi ſumus aperte: & hoc faciunt infideles per ſuas vires. igitur multo magis homines fideles poterunt per ſuas uires diligere Deum ſuper omnia.

tertium. D. Th.

Tertio ſic arguitur. Naturaliter inclinamur ad diligendum Deum plus quam nos ipſos, vt docet D. Th. in pluribus locis ſuæ doctrinæ, ſignanter 1.p.q.60.art.5. & hoc ipſum inſinuat in hoc art. dum inquit, ꝙ quælibet pars magis inclinatur in bonum totius, quam in bonum propriũ, & loquitur de inclinatiõe naturali: ergo poſſumus diligere Deum ſuper omnia per ſola naturalia. Patet conſequentia. Nã ſi poſſum⁹ diligere Deũ plus quã nos ipſos, & nos ipſos diligimus plus q̃ alia oĩa, aperte ſequitur, ꝙ poſſumus diligere Deũ ſup oĩa.

Quartum

Quarto ſic arguitur. Si non poſſumus diligere Deum ſuper omnia, ſine gratia, & auxilio Dei, ſequitur ꝙ poſſumus aliquido cognoſcere nos eſſe in gratia; quod eſt falſũ, & erroneum. Quod recte ſequatur, patet. Nã poſſumus eſſe certi ꝙ diligimus Deum ſuper omnia: igitur ꝙ ſumus in gratia; ſiquidẽ dilectio Dei ſuper omnia ſine gratia eſſe nõ poteſt. Antecedẽs ſic oſtenditur: tũ, quoniam homo habet euidentiam de ſuis actibus: tum uero, quoniam habet euidentiam ꝙ diligit uoluptatem ſuper omnia: habebit igitur euidentiam ꝙ diligit legem Dei ſuper omnia: tum tertio, quoniam uidet aperte, ꝙ oppetit mortem pro uero Deo, & eius amore.

Quintum

Quinto ſic. Quando hõ peruenit ad uſum rationis, & proponit per uires naturales, tum intellectus, tum uoluntatis, bonũ ſequi, & malum fugere (quod ſine dubio per ſua naturalia poteſt facere, prout demonſtratum eſt ſup. q.89.) diligit Deũ ſuper oĩa: diligit enim bonũ honeſtũ, & virtutẽ ſuper oĩa, ad quam ſe, & omnia ſua refert: ergo homo per uires naturæ poteſt diligere Deũ ſuper omnia.

Vltim. Adria. D. Th.

Vltimo; Homo in peccato mortali exiſtens diligit Deũ ſuper oĩa, vt ſupra demonſtratũ eſt ex Adri. quodli. 1.ar.5. & D.Th. 1.p.q.60.art.5 ad ult. ſcribit, ꝙ dæmones, & dãnati diligunt Deũ ſup omnia, quatenus eſt bonũ quoddam commune, & uniuerſale. Ad huius rei expoſitionem varijs vijs procedunt Theologi. Nã Scot. & alij in 2.d.28. & in 3.d.27. affirmare uidentur, ꝙ homo ex virib. naturalib. poteſt diligere Deum ſuper omnia. Capr. in 1.d.27.q.1. in reſponſione ad argumẽta Aureoli, docere vr̃, ꝙ volũtas humana per ſuas uires poteſt producere dilectionem eiuſdem ſpeciei, cum ea dilectione quæ producitur ex caritate infuſa, & ſupernaturali. Caiet. in huius artic. commentario hoc modo procedit. In primis ſtatuit, ꝙ diligere Deum ſuper omnia eſt actus elicitus voluntatis, quo homo ſe, & omnia ſua refert in Deum: unde non eſt idẽ operari propter vltimum finem, & diligere Deum ſuper omnia. Nam in quouis opere bono operatur homo pp vltimum finem, ſaltem implicite: opera enim bona ſuapte natura ſunt relata in vltimum finem: immo quando homo peccat operatur propter vltimum finem, prout ſupra expoſitum eſt. Deinde ſtatuit pro certo, quod dilectio Dei ſuper omnia eſt duplex. Vna eſt perfecta, quæ

Scot. Capr.

Caiet.

ſe; & omnia ſua homo refert in Deum, ſic adeo, ut nihil operetur, ꝙ non ſit in Deum referibile. Et huic perfectæ caritati aduerſantur peccata uenialia: nā hæc peccata nō ſunt referibilia in Deū, quæ perfectio caritatis de lege ordinaria, & ſecundum communem curſum ſolū inuenitur in vita beata. Alia eſt dilectio Dei ſup oīa imperfecta, ſecundum præſentem ſtatū, qua hō ſe, & oīa ſua refert in Deū, ſic adeo, ꝙ pro nulla re huius mundi pderet Deū, & eius amicitiā uellet: & huic dilectioni tñ aduerſantur peccata mortalia.

Caie. definitio.

Ex his principijs ſic decidit, & definit quæſtionem propoſitā. Nam homo in ſtatu naturæ integræ ex facultate naturæ poterat diligere Deū ſuper oīa dilectione naturali perfecta: nā poterat non peccare, ceterum in ſtatu naturæ lapſæ ab hac dilectione deficit, & non poteſt eā præſtare: nā ad minimū dēt peccare uenialiter.

Vera dicit Caie. ſed non plene euacuat quæſtionis difficultatē.

Ex hac ſnīa Caie. ſi uera eſt, facile patent cōcluſiones D. Th. Sed licet D. Caie. uera dicat, non tamen explicat qōnem a D. Th. ppoſitā. Nam D. Th. non loquitur de illa perfectiſſima dilectione quam habent beati, ſed de dilectione Dei ſuper omnia; quæ dum hic uiuimus, haberi pōt: quod patet ex eo qđ dicit, ꝙ ad habendā dilectionē Dei ſupernaturalē, indiget homo in ſtatu naturæ corruptę auxilio gratiæ: & certū eſt, ꝙ quamquam homo habeat caritatē Dei, & gratiam, ſæpenumero habet peccata uenialia: ergo non loquitur D. Th. de pfecta Dei dilectione, cui aduerſantur peccata uenialia. Præterea, falſum vř, ꝙ qui ſunt ī caritate, non diligant Deum ſup oīa ſimpliciter, quia habēt peccata uenialia: nā peccatum ueniale non eſt magis dilectū q̃ Deus ab eo qui eſt in caritate, ſed potius magis diligit Deū, q̃ mendaciū: paratus eſt. n. non dicere mendacium ſi repugnaret dilectioni Dei: quod certe eſt proprie & ſimpliciter diligere Deū ſuper omnia. Labefactata igitur hac explicatione Caie. ſcire oportet, quod ipſemet Caie. in 2. q. de cōtritione in opuſculo, alia uia pcedit, & dicit duo.

Caie. alio in loco diuerſa incedit uia.

Primū eſt, ꝙ homo poteſt ex uiribus naturæ, ſine aliquo ſpeciali auxilio gratię, diligere Deum ſup omnia, ēt vt eſt obiectum ſupernaturale. Et conuincitur ad hoc affirmandum illo argumento, quod a nobis factū eſt in initio quęſtionis, ꝙ homo poteſt conſtituere p ultimo fine ſuo uoluptates, aut diuitias: ergo & Deum. Secundum aſſertum eſt, ꝙ eiuſmodi dilectio Dei ſuper omnia pōt eſſe in hoīe qui eſt in peccato mortali, ſine caritate, & ſine gratia iuſtificante. quod probat. Nam homo pōt eſſe certus, ꝙ diligit Deū ſuper omnia; at non poteſt eſſe certus ꝙ habeat gratiam, & caritatē: igitur iſta dilectio Dei ſuper omnia non ſemper eſt coniuncta cū gratia iuſtificante, & ex conſequenti pōt eſſe in peccatore. Hæc ſententia Caiet. ut breuiſſime docemā, eſt erronea plane.

Sententia Caie. refellitur.

Nam primū quod affirmat, ꝙ ex uirib. naturæ poſſumus diligere Deū ſuper omnia, ut eſt obiectū ſupernaturale, eſt error Pelagianorū, ut in ſequentib. planum fiet. Alterum uero quod affirmat, ꝙ talis dilectio Dei ſuper omnia pōt eſſe in homine peccatore ſine gratia gratum faciente; nullo modo poteſt ſuſtineri, cum dicat apertiſſime Chriſtus, Qui diligit me, diligetur a Patre meo. & Prou. c. 8. Ego diligentes me diligo.

Ioan. 14. Pro. 8

Sed huiuſmodi homo, de quo loquimur, diligit Deū ſuper omnia, & conſtituit ſibi illū pro ultimo fine: ergo diligitur a Deo, & per conſequens eſt in gratia corā Deo. Deinde ſic arguitur: Qui diligit Deū ſup omnia (de quo dictum eſt) & cōſtituit ſibi Deū pro ultimo fine: uel eſt in peccato, uel in gratia. Si in gratia, uictus eſt Caie. Si dicas ꝙ in peccato mortali; contra: nā non eſt auerſus a bono incommutabili: ergo non eſt in peccato mortali. Conſequentia euidens eſt, & antecedens probatur: nā hēt Deū pro ultimo fine: ergo nō eſt auerſus ab ultimo fine, neq; a bono incōmutabili.

Aliorum Doctorum explicatio.

Alij uero in hac qōne explicanda diſtinguunt hoc mō. Nam dicunt, ꝙ Deus pōt conſiderari dupliciter. Vno mō ſecundum ꝙ per lumē naturæ cognoſci pōt, ut ꝙ ſit unus, bonus, iuſtus, omniū rerū optimus. Alio modo conſideratur, ſecūdū ꝙ cognoſcitur per lumē fidei, videlicet quatenus eſt trinus & unus, & quatenus eſt beatificator hominum per claram diuinitatis uiſionē. Dicunt igitur prædicti auctores, ꝙ Deum cognitum ex lumine rationis naturalis poteſt homo ex uiribus naturæ diligere ſuper omnia; at ut eſt obiectū ſupernaturale per lumen fidei præmonſtratum, non poteſt diligere ſuper omnia, ſine Dei gratia.

D. Th.

Et quidem ab hac ratione dicendi non abhorret D. Th. in hoc articulo ſolutione ad primū; loquens enim de homine conſtituto in natura integra, ſic definit, ꝙ poterat ex uiribus naturæ diligere Deū ſuper omnia, ut eſt principium, & finis rerum naturalium; ſed vt eſt finis ſupernaturalis, non poterat Deum diligere ſuper omnia, ſine auxilio diuinæ gratiæ.

Nimia quorundam diligentia Prim. arg.

Hanc diſtinctionem quidā Theologi nimiū acuti nihil ualere ad propoſitam quæſtionem definiendā uehementer probare contendunt his argumentis. In primis, hæc diſtinctio dilectionis Dei, ut eſt obiectū naturale, & quatenus eſt obiectū ſupernaturale, eſt diſtinctio nouitia, & penitus inaudita ſanctis Doctorib. & Concilijs, qui ſimpliciter, & ſine aliqua diſtinctione ſemper dixerūt, ꝙ nō poſſumus diligere Deū ſuper omnia ſine gratia Dei.

Secundum.

Deinde, nullo modo eſt probabile, neq; uerisimile ꝙ noſtra uoluntas, quādo proponitur illi Deus talis qualis cognoſcitur per lumen naturæ, ſ. ut bonus, iuſtus, tunc poſſit diligere Deum ſuper omnia: & quando idē Deus proponitur uoluntati non ſolum, ut bonus, iuſtus, ſed ut unus & trinus, & amicus hominum, & beatificator, tunc non poſſit diligere Deum ſuper omnia. Quod explicatur euidentius: nam certe ſi ego poſſum diligere Petrum, quia cognoſco illum uirum bonum, & honeſtum, ſi ulterius cognoſco illum non ſolum eſſe bonum, & honeſtum, ſed eſſe mihi uehementer amicum, multo facilius potero eū diligere: ergo pari modo, ſi poſſum ex uiribus naturæ diligere Deum ſuper omnia cognitum per lumen naturæ, multo facilius potero eum diligere cognitum per lumē fidei: nam fides docet de Deo, ꝙ non ſolum habet eas perfectiones, quas rō naturalis demonſtrat, ſed plures alias præſtantiſſimas, & amore digniſſimas.

Exponitur amplius argumenti difficultas.

Explicatur adhuc vberius. Nam in dilectione Dei duo poſſumus conſiderare. unum eſt ipſa rō diligendi, & obiectum formale dilectionis, ſ. bonitas diuina; alterum eſt modus diligendi, ſ. vt ſit ſuper omnia. Quod aūt facit difficilem dilectionē Dei, non eſt forma, & rō diligendi: nam ut dictum eſt, illa eſt ſumma bonitas, & nihil facilius, aut ſuauius eſt q̃ diligere bonitatem. quod ergo facit dilectionem Dei ſuper omnia difficilem, & arduā, eſt modus dilectionis, ut ſit ſup omnia. Quo ſtatuto, ſic arguitur. Nō eſt difficilius diligere Deū ſuper omnia qū eſt cognitus per lumen fidei, quā diligere eundē ſm ꝙ eſt cognitus per lumē naturæ: ergo ſi homo poteſt Deū diligere ſuper omnia, ut eſt obiectū naturale, poterit utiq; ut eſt obiectū ſupernaturale. Probatur antecedens: nā tota difficultas diligēdi Deū ſe tenet ex modo dilectionis, qui modus eſt idem in utraque dilectione: nam utraque dilectio eſt ſuper omnia.

Tertium.

Præterea ſic argu. Si homo poteſt per ſuas uires diligere Deum ſuper omnia, ut eſt obiectū naturale, idq; dilectione abſoluta, & efficaci, ſequitur ēt ꝙ poſſit per ſuas vires velle oppetere mortē pro Deo. hoc aūt eſt manifeſte falſum, vt poſtea uidebimus. Itē arguitur. Stante iſta uoluntate abſoluta, & efficaci; uolo placere Deo in omnib. per omnia; poſsū uitare quodcūq; peccatum qđ occurrerit. ergo ſi hō per uires ſuæ naturæ pōt habere eiuſmodi volūtatē, ſeqtur ꝙ poterit per ſuas uires vitare quodcūq; peccatū, & ex cōſequenti adimplere omnia pcepta legis, quod falſum eſt. nam qui diligunt Deū ſuper omnia, illo mō adimplendo præcepta uniuerſa, ſine dubio diligūtur a Deo, ex quo conſequens eſt, quod habent gratiam.

Vltimum. Conc. Arauſ. 2. can. 25

Ad extremū ſic arguitur ex Conc. Arauſ. ubi dř; Secundū ſanctarū ſcripturarū, & antiquorū Patrū definitiones hoc pdicare debemus, & credere, ꝙ per peccatū primi parentis ita inclinatū eſt, & attenuatum liberū arbitrium, vt nullus poſtea diligere, & credere ſicut oporteret, poſſit, niſi illū gratia diuina, & diuinū auxiliū puenerit. Ex quo teſtimonio, & definitione ſic arguitur. Nā (vt fatetur D. Th. in hoc articulo) homo in ſtatu naturæ integrę nō poterat diligere Deum ſuper omnia, ut eſt obiectū ſupernaturale ſine gratiæ auxilio: ſed Cōcilium loco citato definit, ꝙ in ſtatu naturæ lapſæ non pōt diligere Deum ſuper omnia, pp infirmitatē liberi arbitrij: ergo Concilium aperte loquitur de illa dilectione Dei, quam homo in ſtatu naturæ integræ ex uiribus naturæ præſtare poterat, quæ erat dilectio Dei, ut eſt principium, & finis naturæ.

Igitur Concilium definit, ꝙ homo hanc dilectionem non poteſt habere ꝓ hoc ſtatu ex uiribus ſuis. Hæc ſunt argumenta quibus homines bene docti ſubuertere conantur ꝓdictam diſtinctionem, de quorum ſententia, vt liberum definiam, ſic ſtatuo. Primum, in eo quod aſſerũt, ꝙ homo in ſtatu naturæ corruptæ non ualet ex uiribus liberi arbitrij diligere Deum ſuper omnia, etiam ut eſt principium, & finis naturæ, uerißime dicunt, prout infra demonſtrabimus. In eo uero quod dicunt, non eſſe neceſſariam gratiã Dei ſupernaturalem, ut is qui poteſt diligere Deũ ſuper omnia dilectione naturali, ut eſt principium, & finis naturæ, diligere ualeat, ut eſt principium ſupernaturale, erroneo fallũtur ſpiritu. Vnde dico, ꝙ primus parens in natura integra conſtitutus, qui potuit ex uiribus naturę diligere Deum ſuper omnia, ut eſt finis naturæ, ſine gratia diuina ſuperaddita, non potuit diligere Deum ſuper oĩa, ut finis ſupernaturalis eſt, & beatificator hominum, & Angelorum: quod argumentis irrefragabilibus conabor oſtendere. In primis, ſi argumenta adducta aliquid efficiunt, ꝓbant certe, ꝙ ad credendum articulis fidei ex parte intellectus, lumen deſuper infuſum non ſit neceſſariũ, ſed tantum quod nobis ſufficienter proponantur. Nam inquiunt prædicti auctores; homo ex uiribus ſuis poteſt aſſentiri quibuslibet hiſtorijs: poterit ergo multo facilius aſſentiri hiſtorijs quę ſufficienter a Deo nobis proponentur. Deinde ex eorum probationibus conſequens eſt, ꝙ primus parẽs in ſtatu naturæ integræ conſtitutus, nõ indiguit gratia ſuperaddita ad diligendum Deum ſuper omnia, ut eſt finis ſupernaturalis: quod erroneum, & plane hæreticum eſt. Quod hoc euidenter ſequatur, manifeſtius eſt, q̃ ut probatione ſit opus. Præterea ſequitur, ꝙ beati in patria non indigeant gratia ſuperaddita ex parte uoluntatis; ſiquidem proponitur illis Deus per viſionem beatificã, vt ſummũ, & perfectiſſimum bonum, omni amore digniſſimum, omnibus titulis colendum, adorãdumq;. Qui uero aſſereret, ĩ uita beata gratiã, & caritatẽ nõ eſſe neceſſarias, erroneũ doceret dogma cõtra Theologorũ omniũ ſanã doctrinã.

Horum dictorum ſententia diſcutitur.

Sed & alia dogmata peſtifera ſequũtur ex prædicta ſententia, videlicet, ꝙ non ſit neceſſaria virtus ſpei ſuperaddita ad ſperanda bona ſupernaturalia; ſiquidẽ ad ſperanda bona naturæ conſentanea, nõ eſt neceſſaria hæc virtus ſuperaddita: minus ergo erit neceſſaria ad ſperanda bona illa ineffabilia, q̃ in vita beata nos manent: maiora enim bona oſtenſa, & poſſibilia, magis, & uehementius animos in ſpe attollunt. Sed deſino: nã hæc una ſñia iſtorũ auctorum (ſi ego non ſum cæcus) labefactat, & conculcat gratię neceſſitatem, quam uniuerſa ſcriptura eſſe neceſſariam euidentiſſime teſtatur. Nam iuxta iſtorum opinionẽ tantum eſt neceſſarium ſanare naturã; ſiquidẽ ſanata natura ſicut põt diligere Deum ſuper omnia, ut eſt finis naturę; ſic poteſt diligere Deum, vt eſt finis ſupernaturalis: ſicq; habere gratiam, & caritatem ſine gratia Dei ſuperaddita. Et certe in Angelis ex hac ſententia dogma hæreticum ſequitur; uidelicet Angelos bonos non indiguiſſe gratia ſuperaddita, vt bonum ſupernaturale diligerent, ſiquidem in eis natura erat integra, & omni dubio procul poterant ex uiribus ſuis diligere Deum, ut eſt finis naturę: poterãt ergo (ſi iſti uera dicunt) diligere Deũ ſuper omnia, ut eſt finis ſupernaturalis. Maneat ergo certum, & exploratum, illam diſtinctionem amoris, ſiue dilectionis in bonũ naturale, & in bonum ſupernaturale, eſſe ex neceſſitate admittendam, amoremq. rei ſupernaturalis excedere omnes uires liberi arbitrij, eſſeq; neceſſariã in omni ſtatu, & in omni natura, tum humana, tum angelica gratiã ſuperadditam ad hanc dilectionem habendam, quia obiectum eſt ſupernaturale, excedens omnes uires liberi arbitrii.

Quid nam ex eorum dictis ſequatur.

Sed omiſſis iã aliorum opinionib. ad ueram explicationem accedamus. In cuius rei gratiam aduertendum eſt primo loco, ꝙ ex peccato primi parentis humana natura duo mala contraxit; Vnũ eſt, quoddã odium ſpiritualiũ, atq; cæleſtium; Alterũ malũ eſt, quædã propenſio, & ꝓnitas in bona ſenſibilia. Vtriuſq; mali extat exẽplum in primo parẽte. Nã Adã, qui ante peccatũ amabat miſcere colloquia cũ Deo, ſtatim cõmiſſo peccato ſermones diuinos fugiebat. Ex quo factum eſt, ut homines ad facinora perpetranda ſimus fortes, & ualentes; & ad opera uirtutũ infirmi, & imbecilles: vnde uerißima eſt illa ſententia; Cogitationes mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ noſtræ: corpus quod corrumpitur, aggrauat animam: & uerſime q; definiunt ſacra Concilia, liberum humanæ uoluntatis arbitrium per peccatum primi parentis attenuatum eſſe, & inclinatum.

Auctoris ſententia aperitur.

Mala ex peccato.

Sap.9

Deinde aduertendum eſt, duplicẽ eſſe dilectionẽ Dei ſuper oĩa; Vna naturalis, naturæ noſtræ conſentanea, qua diligimus Deum, ut eſt principium, & finis naturæ: Altera eſt ſupernaturalis, & quæ omnem naturã excedit, qua diligimus Deum ſuper omnia, ut eſt beatitudinis noſtræ obiectum, ut ꝙ ſit trinus & unus, redemtor & ſaluator; q̃ in participatione bonorũ gratiæ, & gloriæ conſiſtit, & in uera amicitiæ rõne. Sed & illud noniſſe oportet, ꝙ diligere Deum ſuper oĩa, uel (quod idẽ eſt) uelle placere Deo in omnib. & per oĩa, ẽt loquendo de dilectione Dei naturali, licet ſit unus actus ſimplex, in uirtute cõtinet plurimas, & difficillimas res. Nam non diligit Deum ſup omnia, qui uniuerſa diuinæ legis mãdata nõ obſeruat. Vnde cõtinet in ſe obſeruationẽ, & impletionẽ omniũ mãdatorũ Dei, & conſtituit Deũ ultimũ finem naturalẽ omniũ noſtrarũ operationũ, ſicut dilectio Dei ſupernaturalis cõtinet in uirtute omniũ mandatorum obſeruantiã, & cõſtituit Deum finẽ ultimũ ſupernaturalẽ omniũ noſtrarũ operationum. Et ꝙ hoc ita ſit, patet ex illo; Qui mandata mea ſeruat, is diligit me: & iterũ; Qui diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit; & Ro.6. Omnia ꝓcepta in hoc uno inſtaurantur, Diliges proximum &c. & qui diligit proximũ, legẽ impleuit: & plenitudo legis eſt dilectio. & 1. Io.2. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non ſeruat, mendax eſt: qui aũt ſeruat uerbũ eius, in hoc caritas Dei perfecta eſt. & c.6. Hæc eſt dilectio, ut mandata eius cuſtodiamus. Vnde ille diligit Deum ſuper oĩa, qui non ſolum antepo nit uitã, & honorẽ Dei, & bonũ diuinũ ſuis bonis, & uitę propriæ, ſed & ſingula mandata Dei anteponit ſibi, & ſuę uitæ, & eſt paratus potius obire mortẽ, q̃ tranſgredi unũ mandatũ Dei. Et ſic uera dilectio Dei ſuper oĩa continet abſolutam, & efficacem uoluntatem adimplendi uniuerſa mandata; quæ cum ſint plurima, & de reb. difficillimis, & quæ quotidie occurrunt in uita humana, ſequitur, implere hoc præceptũ, eſſe opus arduum, & difficillimum.

Duplex dilectio Dei ſuper omnia.

Ioan.14

Rom.6

1.Ioan.2

Sed & illud non prætereundum eſt, ꝙ dupliciter poteſt contingere, ut aliquis uelit placere Deo in omnib. & ſup omnia; Vno modo, uoluntate inefficaci & imbecilli, q̃ appellatur velleitas, & explicatur his uerbis; vellẽ in omnibus, & ſup omnia Deo placere. Alio mõ, uoluntate efficaci, & abſoluta. Hæc diſtinctio fundatur in illo uerbo; Qui aũt ſeruat uerbũ eius, in hoc caritas Dei ꝑfecta eſt: quaſi dicat, eſt alia caritas imperfecta, q̃ mandata Dei non ſeruat: & in illo, Non omnis qui dicit mihi, Domine, Domine intrabit ĩ regnũ cęlorũ: ſed q facit uolũtatẽ Patris mei qui in cęlis eſt: in quo ſignificatur, eſſe aliquos q affectãt Deo ſeruire, ſed nõ præſtãt effectũ. His cõſtitutis, eſt prima concluſio. Nemo hominum poteſt diligere Deum ſuper omnia caritate infuſa, ſine gra Dei ſpeciali: volo dicere, neminem poſſe diligere Deum ſuper oĩa, ut eſt obiectum ſupernaturale, niſi eius uoluntas eleuetur per gratiam Dei ſpecialem. Hęc eſt ueritas irrefragabilis, & de fide tenenda; & probatur teſtimonio Diui Pauli ad Roma. 5. Caritas Dei diffuſa eſt in cordibus noſtris, id eſt, dilectio, qua diligimus Deum, diffuſa eſt in cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis: ergo nõ ex naturæ viribus: & 1. Ioannis c.4. Caritas ex Deo eſt: & Eccle. 24. inter effectus diuinæ ſapientiæ ponitur pulcra dilectio; Mater, inquit, pulcræ dilectionis: & ad Galatas 5. numerat Paulus caritatem inter dona Spiritus ſancti & 1. Corinth. 12. poſtquam poſuit multa bona Spiritus ſancti, omnibus illis donis antepoſuit caritatem. Igitur ſine dubio caritas eſt donum Dei: Et 1. Corinth. 8. cum dicat Paulus, Sciẽtia inflat, caritas ædificat; quid inſanius q̃ dicere, eam quæ inflat, eſſe a Deo, eam quæ ædificat, nõ eſſe ex Deo? Hæc ueritas eſt definita in Concilio Mileuitano, Arauſic. & Tridentino. Sed & ſancti Patres uniuerſi idem conſtanter docent. In primis D. Aug. conuincit Pelagianos, quod caritas ſit donum Dei, & dicit; Liberum arbitrium ad diligendum Deum peccati granditate perdidimus;

1. Ioan.3

Mat.7

Pri. conc.

Rom.5

1. Ioan.4

Eccl.24

Gal.5

1. Cor.12

1. Cor.8

Conci. Mil. c.3.

Arauſic. & Trid. Seſſ. 6. can. 5

Aug. epiſt. 107. & lib. de grat. & lib. arb. c. 18. & 19.

Epiſt. ad Vitalem. Lib. 21. de ci. c. 25. li. de gratia & lib. arb. cap. 18. et 19. D. Ber. libello de diligendo Deum.

dimus: Idem in multis locis repetit, affirmans eſſe Pelagianum, dicere, ꝙ dilectio Dei ſit in nobis, & ex nobis. Idem dicit D. Bernardus. His accedunt efficaces rõnes ex diuina Theologia erutæ. Nam primo ſic arguit. Difficilius eſt diligere Deum ſuper oĩa, ꝙ̃ credere fidei rebus; ſed ad credendũ rebus fidei eſt neceſſariũ lumen ſupnaturale ex diuino auxilio ſpeciali: ergo ad diligẽdũ Deũ ſup oĩa e neceſſariũ diuinæ gratiæ ſubſidiũ ſupnaturale.

Deinde, ſi homo poſſet per ſuas vires diligere Deum ſuper omnia, conſequens eſt ꝙ poſſit adimplere oĩa mãdata ex viribus naturæ. Quod recte ſequatur, patet; tum, qm̃, qui diligit Deum ſuper oĩa dilectione ſupernaturali, omnem legem implet, & naturalem, & ſupernaturalẽ, vt ſupra ſatis probatum exiſtimo: tum etiam, qm̃ vt ſuperius dicebam, dilectio Dei ſuper oĩa continet voluntatem efficacem placendi Deo in omnibus, & ſuper omnia; ſed talis voluntas efficax, & abſoluta, eſt ſufficiens ad obſeruanda omnia præcepta: ſtante enim illa volũtate, nõ põt eſſe violatio alicuius præcepti: igitur ſi per vires naturæ põt quis diligere Deum ſuper oĩa, euidens eſt, ꝙ per eaſdem vires poterit vniuerſa legis mãdata adimplere; ſed hoc aſſerere, plane hæreticum eſt, ſicut patet ex Cõcilio Mileuitano, vbi dicitur: Placuit, vt quicumq; dixerit, iõ nobis dari gratiam, vt quod facere per liberũ arbitrium poteramus, facilius faciamus, tamq̃ etſi gratia nõ daretur, poſſemus ſine illa iplere præcepta diuina, anathema ſit. quam definitionẽ Concilij confirmat Inno. I. & Cel. Papa.

Conci. Mileu. can. 5.

Innocen. I. epiſt. ad idem Concil. Celeſtinus. epiſt. 1. cap. 10

Ex his patet, concluſionem 1. eſſe irrefragabilem veritatem. Sed ea conſtituta, dubitabit aliquis in hunc modũ.

prim. concl. Obiectio.

Nam certe videtur, ꝙ probationes poſitæ non legitime procedant: nam tantum probant, ꝙ homo ex liberi arbitrij viribus non poteſt diligere Deum ſuper omnia, qđ eſt certiſsimum; at non probant de dilectione Dei ſupernaturali, qua diligitur Deus, vt eſt obiectum ſupernaturale, de qua loquitur concluſio aſſerta. Idem confirmatur. Nam in Concilijs, & Patribus inaudita eſt hæc diſtinctio de dilectione Dei, vt eſt principium, & finis naturæ, & vt eſt principiũ, & finis ſupernaturalis, & beatificator ſpirituum, & hominum Reſpondetur, ꝙ qui ſic obijciunt, omnem Theologiam, & omnem Chriſti gratiam conculcãt, & ſubuertunt, vt paulo ante demonſtraui copioſius.

Solutio.

Secunda propoſitio. Homo ex natura lapſa atq; in peccato mortali exiſtens, poteſt ex parte implere hoc præceptum dilectionis Dei ſuper omnia, ſine gratia ſpeciali. Hæc concluſio probatur. Nam dum quis in mortali peccato exiſtens videt nomen Dei blaſphemari, poteſt pro honore diuino reſpondere, quod eſt legem amicitiæ ex parte implere.

Secunda con.

Tertia concluſio. Homo in natura lapſa, atq; etiam in mortali peccato exiſtens, poteſt habere actum voluntatis imperfectum, qui explicatur his verbis; vellem placere Deo in omnibus, & per omnia, & in nullo diſplicere. Hæc concluſio, patet ex argumentis factis, & ipſis rerum experientijs. Sane iſtũ actũ ſolent hẽre homines peccatores, & hæretici, q ꝓ ſuis erroribus patiũtur; vellẽ Deo placere. Sed eſt ſciendũ, ꝙ iſte motus voluntatis, cũ ſit impfectus, & inefficax, nõ eſt vera dilectio Dei ſuper omnia.

Tertia concl.

Quarta concluſio. Non poteſt homo in natura lapſa, neque vero in natura integra, viribus naturæ adimplere præceptum dilectionis Dei ſuper omnia, quãtum ad ſubſtantiã actus (loquor de dilectione Dei, & amicitia Chriſtiana) Hæc concluſio aſſeritur cõtra Patrẽ Soto, qui lib. 1. de natura & gratia c. 22. docet, ꝙ qñ occurrit neceſſitas reſpondendi pro Deo, & eius honore; tunc ſi hõ rñdeat, tametſi alias ſit in peccato mortali; adimplet pceptum dilectionis Dei, quantũ ad ſubſtantiã operis. Sed hæc ſnĩa falſa eſt, & reprobatur quarta cõcluſione nr̃a: nã ut docet D. Tho. ſupra q. 100. ar. 10. ad 2. ſub præcepto caritatis continetur modus, vt diligatur Deus ex toto corde; & iõ hoc pceptum non põt homo implere, niſi referat ſe, & omnia in ipſum, ſic ut nihil contrarium eius amicitiæ cõmittat. Ergo huius præcepti ſubſtantia eſt, ut diligatur Deus ex toto corde ſup oĩa, & p cõſequens exiſtẽs in peccato mortali nũq̃ adimplet hoc præceptũ, & quantũ ad ſubſtãtiã operis. Præterea ſic argumentor. Nã a vera doctrina alienum videtur, ſi quis dicat, ꝙ quis in peccato mortali exiſtens diligit Deum ſup oĩa. Adhæc, ſi tunc eſſet præceptũ dilectionis, & caritatis, ille peccaret mortaliter, niſi aliter diligeret Deũ: ergo non implet ſubſtantiam pcepti: ſi enim impleret caritatis pceptũ, non ageret ꝯ illud. Iam vero ex diuinis litteris cõſtat ſatis, ꝙ qui diligit D. ſup omnia, diligitur a Deo, eſtq; Deo acceptus, & gratus: ergo fieri non poteſt, ut quis diligat Deum ſuper oĩa, etiam quantum ad ſubſtantiã operis ex uiribus naturæ ſine gratia Dei ſpeciali. Vnde dicimus, ꝙ qñ aliquis rñdet ꝓ honore diuino in caſu cõmemorato, implet præceptum de cultu diuino, impletq; præceptum dilectionis ex parte; non tñ ſimpliciter implet præceptum dilectionis quantũ ad operis ſubſtantiam: ſubſtantia n. huius præcepti includit modum iſtum, vt diligatur Deus ex toto corde. Hæc dicta ſint de caritate infuſa, & amicitia Dei, quam in cordibus noſtris Spiritus Sanctus infundit.

Impugnatur doct. dium magiſter Sot.

D. Tho.

De dilectione Dei naturali eſt prima cõcluſio. Homo conditus in natura integra poteſt ex uiribus naturæ diligere Deum ſuper oĩa, dilectione naturali. Patet. Nam homo in ſtatu naturæ integræ, poterat operari virtute ſuæ naturæ bonum, quod eſt ſibi connaturale, abſq; ſuperadditione gratuiti doni, licet non abſq; auxilio Dei mouentis: diligere aũt Deum ſuper oĩa eſt opus homini cõnaturale: poterat ergo hoc opus ex uiribus naturæ perficere. Hæc concluſio confirmatione maiori non indiget, ſi documenta noſtræ doctrinę animaduerſa ſunt in ſuperioribus, vbi docuimus, quid bonorum operum poſſit efficere homo conditus in natura integra.

De naturali dilection., qđ ſit ſententiam. Prima concl.

Secunda concl. Homo conditus in puris naturalib. põt aliquo modo diligere Deum ſuper oĩa per ſola naturalia. Patet: nam in primo inſtanti vſus rõnis põt ſe conuertere in Deum, & ꝓponere ſtudioſe agere, & malum vitare: qđ eſt in confeſſo apud oẽs, & tunc ſane diligit Deum, & virtutem ſup oĩa. Deinde, in eodem inſtanti poteſt habere iſtum actũ efficacẽ; volo placere Deo, & in nullo diſplicere. Præterea, auctor naturæ pręcepit huic hoĩ, vt diligat Deũ ſuper oĩa dilectione naturali: ergo dat ſufficientiam vt hoc opere pręſtare poſſit; alioqui obligaret hoĩem ad rem ſuis viribus impoſſibilẽ. Deniq; homo ille põt facere totũ quod in ſe eſt, vt diligat Deum ſup oĩa. & hac dilectione nulla maior excogitari poteſt naturalis: ergo poteſt aliquo modo diligere Deum ſuper omnia.

Secunda concl.

Tertia concluſio. Homo conditus in puris meriſq; naturalibus non põt ex viribus naturæ diligere Deum ſup omnia dilectione perfecta. Patet. Nam homo in puris naturalibus conſtitutus, nõ põt operari totũ bonũ naturę ꝓportionatum naturæ rõnali, prout ſuperius fuit expoſitũ: at vero ſi poſſet habere dilectionem Dei ſuper oĩa perfectam, poſſet omne bonũ naturæ proportionatũ opari: ergo nõ põt habere talem dilectionem. Probatur minor: tum, qm̃ qui diligit Deum ſuper omnia, oĩa mandata legis naturalis adimplet: includit n. hæc dilectio Dei perfecta, vt nihil Deo, & eius præceptis præponamus: tũ vero, qm̃ voluntas efficax circa finem includit voluntatem efficacem mediorum, quæ ſunt neceſſaria ad finem: & ſic ſi homo diligit Deum ſuper omnia, conſequens eſt ꝙ poſſit omnia præcepta naturalia adimplere ſine gratia.

Tertia concl.

Quarta concluſio. Homo conſtitutus in peccato originali põt vtcũq; diligere Deum ſup oĩa. Hæc concluſio ꝓbatur ſufficienter ex argumentis adductis ꝓ tertia cõcluſione: inſuper docet eã D. Th. in 2. d. 33. q. 2. Siue eñ puer venit ad vſum rõnis, & conuertit ſe in bonũ, & ꝓponit ſtudioſe agere, quodãmodo diligit Deum ſup oĩa, ſed non pfecta dilectione. Præterea, D. Th. in loco dudum citato, inquit, ꝙ põt eſſe rectitudo naturalis in hoĩe cum auerſione a Deo, vt eſt finis ſupernãlis: idem tenet Caie. infra. q. 113. art. 2. Et cum diſputaretur de angelis in prima parte conceſſum eſt a nobis, ꝙ in dæmonibus manet rectitudo, Imo beatitudo naturalis: & ipſemet D. Tho. 1. p. q. 60. art. 5. ad ultimum ſcribit, ꝙ dæmones, & damnati diligũt Deum ſuper oĩa, quatenus eſt bonum vniuerſale.

Quarta conc.

D. Thom.

Caiet.

D. Thom.

Quinta concl. Abſolute & ſimpliciter dicendum eſt, hominem in natura lapſa non poſſe ex uiribus liberi arbitrij diligere Deum ſuper oĩa, dilectione naturali. Nam dilectio Dei ſuper oĩa perfecta cõtinet in ſe obſeruantiã uniuerſalem omnium mandatorum Dei: hanc autẽ ho-

Quinta conc.

mo in natura lapſa præſtare non pôt ſine auxilio Dei ſpeciali, ut probatum eſt ſufficienter ex Conc. Mileuitano, Arauſicano, probabiturq; euidentius in articulo ſequẽti. & de hac perfecta Dei dilectione loquitur D.Th. in articulo. Nos uero in ſuperioribus cõcluſionibus tñ docuimus, ꝙ qñ ſe offert ſpeciale præceptum dilectionis naturalis, pôt aliquando homo illud implere ex uiribus naturæ, ut ſi homo eſſet conditus in puris naturalibus, in primo inſtanti uſus rõnis pôt ſe in Deum cõuertere, & poſt illud inſtans poteſt per breue tp̃s in bono perſeuerare, & abſq; peccato eſſe: uerum oĩa mandata legis naturalis implere ꝑ totam vitam, & pfectam Dei dilectionẽ habere ex viribus ſuis non poterit. Ex hac definitione diſces, quam mendaciter, & impudenter Lutherus ꝯ Eccleſiam loquatur: dicit. n. Papiſtæ docent, ꝙ rõ ſine ſpiritu Dei poſſit diligere Deum ſuper oĩa: ergo nõ opus eſt vllo Chriſti beneficio; ſed ſepeliunt Chriſtum, & fruſtra mortuum eſſe ptendunt. Mẽtitur certe hic hæreticus: nam Eccleſia nũquam tale docuit: q̃n potius docet, nos egere gratia Dei, ut diligamus Deum caritate infuſa, atq; adeo docet, nos nõ poſſe per facultatem naturæ diligere Deum dilectione naturali perfecta, ut abundanter demonſtratum eſt.

D.Thom.

Inuehitur in Lutherum.

Argum. ſolut. Ad pri. argu. in principio.

Ad argumenta in principio poſita, ad primum argũ, conceſſo antecedenti, neganda eſt cõſequentia, quia per pc̃m primi parentis natura nr̃a eſt reddita ualde infirma ad diligenda bona ſpiritualia, pp̃ repugnantiã partis ſenſitiuæ, & ẽt pp deprauationem ipſius uoluntatis, ex qua efficitur, vt ſit ualde prona ad bona ſenſibilia. Altera confutatio huius argumenti eſt, ſi dicamus, ꝙ probat voluntatem nr̃am poſſe uoluntate inefficaci diligere Deum, & velle illi placere; nõ aũt competenter probat, ꝙ poſſit diligere Deum ſuper oĩa, dilectione efficaci, & abſoluta.

Ad ſecundum. Quare poſſit quis uiribus proprijs diligere creaturã ſuper omnia, non tamen ꝑ ſuum Deum.

Ad ſecundum neganda eſt argumenti conſecutio: nam tametſi appareant plures rõnes bonitatis in Deo, quã in uoluptatibus, aut diuitijs; nihiloſecius tñ uoluptatũ, aut diuitiarum bonitas eſt magis ſenſibilis, & eſt obiectũ magis pſens, & ideo facilius fertur homo in hæc ſenſibilia. Item eſt alia rõ. Nam quamuis cognoſcamus plures rõnes bonitatis in Deo, q̃ in creatura, & ex hac parte volũtas alliciatur, & excitetur ad amandum Deum; cum tñ plurima, & difficillima opera ſint neceſſaria ad diligendum Deum ſuper oĩa, ideo non ſequitur, ꝙ ſi poſſumus diligere creaturam ſuper oĩa, ualeamus & diligere Deũ ſuper oĩa. Nam ut dicatur aliquis diligere uoluptates, aut diuitias plus quam oĩa, ſatis eſt, ut anteponat illas alicui pcepto diuino: ceterum ad hoc, ut uere dicamur diligere Deum ſuper oĩa, neceſſum eſt, ut obedientia, & obſeruãtia ſingulorum mandatorũ non ſolum anteponatur diuitijs, aut uoluptatibus, ſed & propriæ uitæ. Sed & aliam cãm diſcriminis poſſumus demonſtrare, quia in natura lapſa ſumus auerſi a Deo per pc̃m. ex quo fit, ut totus noſter conatus ex uiribus naturæ non ſit ſufficiens, vt voluntas ꝯuertatur in Deũ a prauitate peccati, niſi adſit gratia Dei, ꝑ quam natura ſaneratur, & peccatum condonetur.

Ad confir. Infidelis an mortem oppetat pro uero Deo

Ad confirmationem, de ethnicis, & infidelibus, qui interdum oppetunt mortem ꝑ ſua religione tuenda, dicendum eſt, non inde eſſe conſequens, ꝙ poſſit homo fidelis ex uirib. oppetere mortem ꝑ uero Deo ſine ſpeciali gratia Dei. Cuius rei variæ aſſignantur demõſtrationes. Prima eſt, qm̃ poſt pc̃m primi parẽtis proniores ſumus ad malum, quã ad bonũ; & oppetere mortem pro falſa religione, malum eſt. Sc̃da eſt, ꝙ hmõi infideles cum oppetunt mortẽ pro ſua religione, id faciunt adiuti ab ipſis dęmonibus, q tacite, & occulte ſuggerunt illis uires, & animum maiorem, q̃ ſit animus humanus. Tertia eſt, qm̃ ut quis oppetat mortem pro uero Deo, & pro eius dilectione, oportet, ut pura ſit uita, & immaculata; nullumq; habeat peccatum mortale; alioqui non moritur ꝑ Deo ſumme dilecto, quem ſuis peccatis mortalibus hẽt offenſum. & hæc eſt uera huius difficultatis explicatio. Quarta eſt, qm̃ licet uir fortis poſſit ex uiribus libe ri arbitrij oppetere mortem pro republica tuenda; at non pôt ſine diuino auxilio pro Deo, & eius dilectione mortem ſubire. Ratio diſcriminis eſt, quia uiro forti poteſt conſtare euidenter, ꝙ ſalus, & incolumitas ſuæ reipublicæ eſt poſita in ſua morte; at uero homini Chriſtiano non pôt euidenter cõſtare, ꝙ ſua mors ſit neceſſaria ad cõſeruandum bonũ diuinum. Sed & aliam cõfutationem huius argumẽti audiui a uiro doctiſſimo, q̃ licet mihi non probetur, fortaſſis alijs non diſplicebit. ea eſt, ꝙ pôt homo ex uiribus naturæ oppetere mortẽ pro Deo, & pro Chriſto; ſed ex hoc nõ eſt conſequens, ꝙ ualeat diligere Deum ſuper oĩa. Nam ad dilectionem Dei ſuper oĩa eſt neceſſaria obſeruatio oĩum mandatorum Dei, & propoſitum nũquam diuinam legem ꝑuaricandi, quæ oĩa ſine munere Dei haberi non pñt. Sed quõ hæc ſnĩa quadret cum illo Euangelij; Maiorem caritatem nemo hẽt, q̃ ut animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis; iudicent doctiores; mihi non probatur, ꝙ quis diligat Deum plus quam uitam propriam, quam pro illo profundit, & non diligat plus quam omnia.

Confutatio alia ſecundæ expoſitionis.

Ad tertium.

Ad tertium argum. conceſſo antecedenti, negatur cõſequentia, quia quãuis naturaliter inclinemur ad diligẽdum Deum plus quam nos; ſi iſta inclinatio eſt multum debilitata, & extenuata poſt pc̃m, quia exſiſtit in nobis in parte ſenſitiua alia inclinatio, qua trahimur ad bona ſenſibilia, q̃ inclinatio eſt multo uehementior, neq; poteſt uinci ſine auxilio Dei. Vel dicatur, ꝙ illa inclinatio naturalis, de qua loquitur D.Th. loco ſuperius citato, eſt quædam generalis inclinatio, quæ oĩbus rebus, etiam inſenſibilibus, inſita eſt, qua inclinantur uniuerſæ res ad cõſeruationem boni uniuerſalis, quod eſt Deus: ita ut ſi in periculum adduceretur uita, & eſſe diuinũ, omnes res mallent Deum cõſeruari, quam uiuere, aut eſſe, & ex qua inclinatione fit ut graue aſcendat ſurſum ad uitandũ uacuum. At uero hæc inclinatio ad Deum longe differt a dilectione Dei ſuper omnia, de qua modo diſputatur. Nam ut ſupra dictũ eſt, dilectio Dei ſuper oĩa non ſolum conſiſtit in hoc, ꝙ uitã diuinã anteponamus propriæ ſed ẽt includit uoluntatẽ anteponendi ſingula pcepta diuina ꝑpriæ uitæ, & ſaluti. His accedit, ꝙ homo in natura lapſa per pc̃m a Deo, & ab ultimo fine auerſus eſt, a qua auerſione liberari non pôt, niſi per gratiam Dei, quia pc̃m in homine deſtruxit principium uitæ, quod eſt ultimus finis. & ideo ſicut homo mortuus non pôt ſeſe uiuificare; ſic nec impius ſe iuſtificare, & in Dei amicitiam redire.

Ad quartũ.

Ad quartũ negatur cõſequẽtia, qa nemo pôt eſſe certus nũ ſeruauerit uniuerſa legis mandata; neq; uero, utrũ ab oĩ peccato liber ſit: non ergo poterit eſſe certus, nũ diligat Deum ſuper omnia uoluntate efficaci, & abſoluta.

Ad quintum. De co... ad uſum ra... perueniẽte.

Ad quintum rñdetur, ꝙ de perueniẽte ad uſum rõnis poſſumus triplici ſenſu diſputare. Primus ſenſus, ſi eſſet conditus in puris naturalibus. Secundus, ſi eſſet in peccato originali. Vltimus, ſi eſſet baptizatus, uel in gratia cõſtitutus. Si eſſet homo cõditus in puris naturalibus, certe non poſſet diligere Deũ ſup oĩa, dilectione pfecta: tũ pp̃ repugnantiam appetitus ſenſitiui ꝯ rõnem: tum pp corporis corruptionem: tũ non poterit operari totum bonum naturæ rõnali conſentaneum, & proportionatum. Ex quo conſequens eſt, ꝙ non poterit diligere Deum ſuper oĩa, dilectione pfecta, & per totam uitam, & in his oĩbus quæ occurrunt agenda. Verum eſt tamen, ꝙ ſi quis in naturalibus conſtitutus, perueniens ad uſum rõnis, haberet illum actum dilectionis conuertendi ſe in Deum, quantũ in ſe erat, & ſtatim moreretur, ſuſciperet aliquod præmiũ ab auctore naturæ, quia operatio erat moraliter bona, & quodammodo dilectio Dei ſup oĩa, & operans a Deo per pc̃m non erat auerſus; nec Deo inimicus. Hinc facile eſt intelligere, qd dicẽdum ſit de homine conſtituto in peccato originali, q̃ dum peruenit ad uſum rõnis, conuertit ſe in Deum, ꝑponitq; ſtudioſe agere. Dicendũ nãq; eſt, ꝙ per illam conuerſionẽ, & dilectionem uirtutis, non reciperet pmium aliquod a Deo, quia eſt auerſus a Deo, & ei inimicus. quapropter oĩa eius opera, quãlibet ſtudioſa, non ſunt meritoria corã Deo, donec ad Deũ ꝯuertatur ꝑ ſpecialem gratiam, & iuſtificetur. Inſuper dicendum eſt, ꝙ talis, dum proponit ſtudioſe agere per uires liberi arbitrij, quodammodo diligit Deum ſuper omnia, ut argumẽtum ꝓbat; at non perfecta dilectione: tum, quia eſt Dei inimicus: tum maxime, quia dilectio ſuper omnia perfecta includit obſeruantiam omnium mãdatorum Dei, quam per totam uitam præſtare non poteſt, ſine auxilio diuinæ gratiæ: tum denique, quoniam includit propoſitum efficax

numquam

numquam tranſgrediendi diuina mandata, quod ſine diuinæ gratiæ munere nemini contingit.

De baptizato perueniente ad uſum rationis.

Sed iam exponamus, quid dicendum ſit de eo, qui peruenit ad uſum rationis baptizatus, & proponit ſtatim ſtudioſe agere. De hoc ſic diſcerno, ut dicam illum implere ꝑcep'ũ dilectionis Dei ſuper oĩa in illo ſtatu; ſed hoc ex munere gratiæ: ſiquidem iam habet gratiã iuſtificantẽ. Dico deinde, ꝙ non poterit diu, & per totam uitam in ea dilectione perſiſtere, niſi diuinitus adiuuetur.

Prim. cõ. Optima diffinitio.

Sed ex dictis emergit q̃dã dubitatio non parua. Nam ſi hõ in puris naturalibus cõſtitutus nõ poteſt implere pręceptũ dilectionis Dei ſuper oĩa, quod obligat ex lege naturæ: cõſequẽs eſt, ꝙ obligat hominem ad id, quod ratione naturali conſtat eſſe impoſſibile per uires naturę. Dicere autem, quod auctor naturæ obliget ad impoſſibile, aut quod imputet homini id, quod facto impoſſibile eſt, dogma exectandũ eſt. Ad hanc dubitationem elucidandam multi multa dicunt; nos breui rem expediemus. Sunt qui dicant, quod Deus prouidebit de auxilio diuino gratiæ, ut poſſit tale præceptum implere. Sed iſtorum explicatio non probatur: nam loquitur de homine conſtituto in puris merisq; naturalibus ſine dono ſanante naturam, aut illam ſupernaturaliter adiuuante, ſed relicto ſuæ naturæ. de quo conſtitutum eſt, quod non poteſt ex uiribus naturæ hoc præceptum implere. Aliorũ reſponſio eſt, ꝙ ratio naturalis dictat, ut homo faciat, quod in ſe eſt, ut diligat Deum ſuper omnia. quod ſi non facit, peccat contra rationem naturalem: ceterum ratio naturalis nõ obligat ad aliquid, quod ipſa ratio demonſtret per naturam eſſe impoſſibile. & ita ratione naturali nõ obligatur homo in puris naturalibus ad habendum amorem, qui ſit efficax ad omnia media neceſſaria ad finẽ; ſed obligatur vt ſe cõuertat in Deũ, quantum in ſe eſt. qđ ſi fecerit, pie credimus, ꝙ Deus illuminabit illũ. Vel dicatur, ꝙ lex naturæ certe obligat, ut diligamus Deum ſuper omnia, & non obliget ad impoſſibile: nã poſſibile eſt, ꝙ in primo inſtanti uſus rationis homo diligat Deum ſuper omnia, dum proponit ſtudioſe agere; poteritq; in eo propoſito per aliquod tempus perſeuerare. Rurſus poteſt omnia mandata diuinæ legis implere diuiſiue: nullum enim eſt præceptum, quod implere non ualeat, licet omnia collectiue obſeruare nequeat.

Ad ultimum.

Ad ultimum argumentum dicendũ, ꝙ homo exiſtens in peccato mortali, abſolute & ſimpliciter diligat creaturam plus, quam Deum, prout in prima quæſtione huius partis expoſitum eſt. Ille uero locus, qui ex prima parte obiectus eſt, ex ſuperioribus facillimam habet ſolutionem. Atqui de hac quæſtione ſatis dictum exiſtimo. Aliæ quæſtiones innumeræ ſolent tractari in hoc articulo, quę ex alijs locis diuinæ Theologiæ hic tranſportantur; Nũ ſit ſpeciale præceptum de dilectione Dei, & quãdo, & ad quid obliget? Rurſus; Vtrum præceptum dilectionis ex toto corde, & ex oĩbus viribus, in hac vita expleri poſſit? Sed prædictæ quæſtiones habẽt ſuam ſedem apud. D. Th. 2. 2. q. 44. Præterea Caietanus in hoc loco inſinuat aliam quæſtionem, & ſoluit illam; An dilectio Dei ſuper omnia, quæ ex uiribus naturæ haberi poteſt, pertineat ad ſpecialem uirtutem. Legite apud auctorem: neque enim eſt tanti momenti, ut operępretium ſit in eius explicatione amplius immorari.

Supra. q. 1. art. 5.

ART. QVARTVS.

Vtrum homo ſine gratia Dei per ſua naturalia poſsit præcepta legis implere.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Homo in ſtatu naturæ integræ per ſuas uires præcepta legis implere poterat quantum ad ſubſtantiam operum, prout homo operatur iuſta, & fortia, & alia uirtutis opera; alioqui non potuiſſet in ſtatu illo non peccare, & totũ bonum naturæ rationali proportionatum perficere, cũ nihil aliud ſit peccare, q̃ trãſgredi diuina ꝑcepta.

Secunda cõcluſio. In ſtatu naturæ corruptę non poteſt implere omnia mãdata diuina ſine gratia ſanãte, propter imbecillitatem naturæ.

Tertia concluſio. Quãtum ad modum agendi, ut ex caritate fiant, non poterant diuina mandata in utroq; ſtatu impleri ſine gratia adiuuãte. Vnde D. Aug. cum dixiſſet, ꝙ ſine gratia nullũ prorſus bonum homines faciũt, ſubdit; non ſolum, ut mõſtrante ipſa quid faciendũ ſit, ſciant, uerũ etiã, ut præſtante ipſa faciant cum dilectione, quod ſciunt.

Secunda.

Tertia.

EXPLICATIO ART.

Prima concl. D. Tho. Diſcutitur. Prim. arg.

COntra primam concluſionem argumenta fiunt non omnino inualida, quæ alioqui Theologũ minime attentum decipere poſſunt. In primis; Si homo in ſtatu naturæ integræ poteſt perficere oẽ bonũ, habet hoc ex dono ſanãte naturam; uidelicet ex iuſtitia originali: ergo non poterat ſeruare omnia mãdata diuina per ſua naturalia.

Secundum.

Deinde, homo nõ poterat in illo ſtatu felicitatis, & integritatis per uires naturales liberi arbitrij ſeruare præcepta fidei, ſpei, & caritatis: hæc enim opera de ſua natura ſũt ſupernaturalia: ergo non poterat implere omnia diuina mandata.

Tertium.

Præterea, non poterat implere præceptum de habenda gratia Dei, etiam quantum ad ſubſtantiam operis. Quod uero ſit præceptum de habenda gratia Dei, ſic oſtenditur: tum, quoniam eſt præceptum de habenda caritate, quę ſine gratia haberi non poteſt: tum deinde, quoniam tenemur præcepto diuino non perdere gratiam, ſiquidem tenemur præcepto non perdere nummos: ergo tenemur habere gratiam: tum tertio, quoniam, qui perdit gratiam, occidit ſe ſpiritualiter: ergo tenemur non perdere gratiam: tum denique ſi non exſtat præceptum de habenda gratia, conſequens eſt poſſe fieri, ut quis ſeruet omnia mandata, & non conſequatur uitam æternam. Demus enim quod quis adimpleat cetera præcepta, & non habeat gratiam, certe regnum non poſſidebit.

Quartum.

Quarto arguitur, & ſtatuo pro certo, quod homo peccauit primum peccatum ſuperbiæ, quod eſt contra legem naturæ: tunc conficitur hoc argumentum. Homo non poterat in ſtatu naturæ integræ in bono perſeuerare ſine peccato, niſi per auxilium gratiæ ſupernaturalis, vt habet ſana doctrina: ergo per uires ſuę naturæ non poterat non peccare; alias potuiſſet perſeuerare. Explicatur hoc apertius. Nam ſi primus parens obſeruaſſet illud præceptum de non comedendo de ligno uetito, perſeueraſſet in æternum in gratia confirmatus: ergo non poterat illud ſeruare uiribus naturæ; alioqui ſequitur euidenter, quod potuiſſet in bono perſeuerare ſine auxilio gratię.

Vltimum. Aug. libr. de correct. & gratia. c. 11. Lib. de natura & gratia c. 44.

Vltimo arguitur ex teſtimonijs Patrum. Diuus Auguſtinus docet expreſſe, primum parentem indiguiſſe auxilio diuinæ gratiæ, ut perſeueraret in bono; & alibi, quod homo in illo ſtatu indigebat diuino auxilio ad cuſtodienda diuina mandata. Et ſacra Concilia definiunt, hominem ſine auxilio Dei ſpeciali non poſſe ſeruare uniuerſa legis diuinæ mandata; & non diſtinguunt de homine in ſtatu naturæ integrę, aut corruptæ.

Quis ſit conclusionis ſenſus.

In huius rei expoſitionem dicendum eſt, quod Diuus Thomas in prima concluſione intelligendus eſt de præceptis naturalibus, & non ſupernaturalibus, in quo ſenſu veriſſima eſt concluſio Diui Thomę, quam omnes Theologi ſumma concluſione docent. Nam homo in tali ſtatu habet perfectam, & integram naturam, neq; habet pugnã qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem; neque deprauationẽ uoluntatis, nec corporis corruptio-

corruptionẽ, & ex alia parte pcepta legis naturæ ſũt nobis proportionata: poterat igitur homo vniuerſa legis naturalis mandata obſeruare; & id quidem per liberi arbitrij uires. quæ ſententia ex definitionibus Conciliorum manifeſte colligitur. Nam cum Concilia definiunt, hominẽ per facultatem naturæ uniuerſa præcepta non poſſe implere, inducunt pro cauſſa, quoniam liberum arbitriũ eſt extenuatum, & inclinatum per peccatum: ergo ſi eſſet integrum, utique poterat uniuerſa mandata ſeruare.

Ad argum. Ad primum. His poſitis, ad argumenta rñdendum, & ad primum dicendũ, ꝙ iuſtitia originalis, ut faciebat ſtatũ naturæ integrum, & rectum, ſanabat naturam, non quod eleuaret illã ad aliquid ſupernaturale, ſed perficiebat animę uires ad actus naturæ proportionatos: unde ad hmõi operationes non indigebat homo auxilio ſupernaturali ex influentia gratiæ, quam habebat inquantum gratia eleuabat hominem ad finem ſupernaturalem. Dicendum itaque, ꝙ donum iuſtitiæ originalis, quatenus rectificabat hominem in ordinę ad opera noſtræ naturæ conſentanea, inter dona naturalia numerandum eſt, prout expoſitum eſt in principio huius quæſtionis, & in ſecundo articulo.

Ad ſecundũ. Ad ſecundum negatur conſequentia, quia Diuus Thomás loquebatur de præceptis naturalibus, non de ſupernaturalibus, de quibus, vtrum poſſint ſeruari ſine gratia, in ſequentibus diſputabitur.

Ad tertium. Non eſt præceptum de habenda gratia. Ad tertiũ dicendũ, ꝙ non habemus præceptum de habenda gratia: nam de habitibus non dantur præcepta. de qua rè erit ſpecialis quæſtio ad finem huius articuli.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod peccatum primi hominis fuit ſuperbia contra præceptum ſupernaturale poſitiuum, eo quod quæſiuit propriam excellentiam frangẽdo illud pręceptum. Oportuit.n. hominem humiliari ſub manu Dei potentis, & præcipientis ne comederet de fructu illius arboris. cuius præcepti ratio non eſt cognita lumine naturali, ſed lumine fidei; & ſic primi parentes potuerunt tentari a dæmone inquirente, Cur præcepit uobis Deus? Vnde concedi poteſt, quod ex uiribus naturę non potuit ſeruari illud præceptum, præſertim prǽſuppoſita dæmonis tentatione; ſed opus erat fide ſupernaturali, & humilitate ſupernaturali ad illud præceptum ſeruandũ. Vnde dicimus, quod poteſtas ad non peccandum, quæ erat in primo parente, erat reſpectu præceptorum naturalium; reſpectu uero præceptorum ſupernaturalium indigebat auxilio gratię ſupernaturalis. Vel dicatur ad argumenti confutationem, quod cum aſſerunt Theologi, indiguiſſe primum hominem dono gratiæ ad perſeuerandũ in bono, loquuntur de perſeuerantia in bono, ſiue naturali, ſiue ſupernaturali.

Ad ultimum. Ad ultimum argumentum & teſtimonia Auguſtini ex nunc dictis patet quid dicendum ſit. Vel loquitur de dono perſeuerantiæ efficaci, quod Deus dediſſet homini ſi non peccaſſet: dedit enim donum, quo perſeuerare potuit, ſed non dedit donum, ut actu perſeueraret.

Ad Concil. Ad Conciliorum definitiones dicendum, quod loquuntur de homine vulnerato, & conſtituto in natura corrupta. Vel loquuntur de uniuerſali mandatorum Dei obſeruatione, ut oportet ad uitam ęternam conſequendam.

Secunda c&c. D. Th. expoſitum. Durand. Scot. D. Th. Abulenſ. Rom. 2. Arg. prim. Aduerſus ſecundam concluſionem inſurgunt uiri doctiſſimi, & eam vt falſam reprobant. In primis Durand. in 2. d. 28. q. 4 Scotus quoque in eadem d. q. 1. & Diu. Th. q. 1. art. 2. Abulenſis ſuper Matth. c. 19. q. 177. & 178. Argumenta pro ſententia Durandi ſunt huiuſmodi. Primo, ad Rom. c. 2. inquit Paulus; Gentes, quæ legem non habent, naturaliter, quæ legis ſunt faciunt: ergo ex uiribus naturæ poſſunt ſeruari oĩa pręcepta legis. Quod ſi quis dicat, ꝙ D. Paulus loquitur nõ de omnibus, ſed de quibuſdam; in contrarium eſt ſententia Chryſoſtomi, qui elucidans prædictam ſententiam, dicit, quod omnia legis naturalis præcepta præſtiterunt: & Diu. Thom. in ſolutione primi intelligit prædictum teſtimonium de omnibus operibus.

Secundum. Secundo ſic arguitur. Homo in puris naturalibus conſtitutus per ſua naturalia poterat ſeruare totam legem: ergo etiam in natura lapſa. Conſequentia inde probatur: Nam, ut ex præcedentibus documẽtis conſtat, quidquid bonorum operum poteſt efficere homo in puris naturalibus, poteſt etiam in natura lapſa: non enim differunt, niſi ſicut homo nudus, & homo nudatus. Antecedens probatur: nam ſi homo eſſet conditus in puris naturalibus non deſtinatus ad gratiam, neque ad remiſſionem peccatorum, neque ad aliquod bonum ſupernaturale, ſi non poſſet ex facultate naturæ ſeruare totam legem, & non peccare, ſequitur euidenter, quod homo in puris naturalibus conſtitutus ex neceſſitate debebat eſſe miſer, & condemnari ſine remedio: nam non poterat omnia mandata legis ſeruare: unde neceſſum erat, ut aliquando in peccatum mortale prolaberetur: peccato autem mortali ſupplicium æternum debetur. Nec poteſt res expediri, ſi dicamus, quod Deus remittet, & condonabit peccatum: nam hoc eſt contra hypotheſim: ſtatutum eſt enim, quod ſit cõditus in puris naturalibus, non deſtinatus ad donum aliquod ſupernaturale.

Tertium. Tertio ſic. Homo in ſtatu naturæ integræ potuit ſeruare omnia præcepta diuina ad legem naturæ ſpectantia: ergo etiam in natura lapſa. Antecedens patet ex dictis. Cõſequentia inde probatur: nam peccatum non deſtruxit bonum naturale, neque ex parte intellectus, neque ex parte uoluntatis. Quod ſi dicas, quod impeditur ex parte appetitus ſenſitiui, qui factus eſt rebellis, & pugnat contra rationem; hoc tantum probat, quod non poſſumus facile omnia præcepta ſeruare; non tamen perſuadet, quod omnino non poſſumus.

Quartum. Quarto. Homo poteſt per ſpatium vnius diei implere præcepta, quæ illi occurrunt, idque per ſuas uires, & ex iſta obſeruantia efficitur potentior ad idem faciendũ die ſequenti: ergo poterit per ſuas uires die ſequenti præcepta ſeruare, & pari ratione alia atque alia die, & ſic per totam uitam. Explicatur uis & pondus huius argumenti. Nam ſi homo, antequam acquireret habitum uirtutis, potuit ſemel & iterum ſeruare mandata, multo melius poterit ſeruare poſt uirtutem comparatam. Certe homo adimplendo vnum præceptum, fit habilior, & potentior ad ſeruanda alia, & ita conſequenter per totam uitam.

Quintum. Quinto, Deus nihil præcipit impoſſibile, ſed pręcipit, non tantum ut ſeruemus ſingula præcepta, ſed etiam omnia, & ut non peccemus: ergo poſſumus ſeruare omnia præcepta. Certe tenemur non peccare, at ſi nõ peccamus, ſeruamus totã legem: ergo tenemur ſeruare totam legẽ. Hoc idem confirmatur; quia alioqui homo non peccaret, habens iſtum actum uoluntatis, Volo non ſeruare omnia præcepta legis: nemo enim peccat in eo, quod ſeruit, & non vult aliquod impoſſibile. Immo uidetur, quod ſi homo nõ poteſt ſeruare totam legem, eſſet temeraria, ſiquidem eſſet uoluntas rei impoſſibilis.

Vltim. Argumentum Pelagianorum. Vltimo ſic argumẽtabantur Pelagiani. Vel poſſibilia dedit nobis mandata Deus, uel impoſſibilia. Si poſſibilia, ſeruari poſſunt. Si impoſſibilia: ergo non peccamus, ſi nõ ſeruamus; nemo enim peccat in eo, quod uitare non poteſt. Vel alio modo conficitur hæc argumentatio. Vel in nobis eſt poſſibilitas non peccandi, uel neceſſitas. Si primum, ergo poſſumus ſeruare totam legem. Si ſecundum dederis, ergo non peccamus. Similia argumenta conficiebat Pelagius, quæ commemorat Diu. Auguſtinus libro de perfectione iuſtitiæ. Profecto ſi natura noſtra non poſſet ſeruare totam legẽ naturæ, ſed ex neceſſitate aliquando deficeret, nõ ſolũ, ſed merito quereretur genus humanum de ſua natura, quippe qui ſit miſerior cunctis rebus, & hanc inuidiam poſſet reducere in ſuum auctorem, qui cõdiderit hominem, qui ſine peccato eſſe non poteſt. Si n. Deus condidiſſet ignem, qui ſuapte natura ſine defectu eſſe non poſſet, talis defectus in auctorem naturæ eſſet referendus: quemadmodum ſi infudiſſet habitum, qui de ſua natura inclinaret ad falſitatem; talis falſitas in auctorem naturę eſſet referenda. In huius quæſtionis expoſitionem eſt prima concluſio.

prima conc. Homo in natura lapſa per vires ſuas poteſt aliqua præcepta legis naturę obſeruare, ut honorare parentes; ſubuenire pauperi, & ſimilia. Hæc concluſio ex dictis ſatis liquida eſt, neque habet contradictorem, niſi unum Gregorium Ariminenſem, cuius ſententiam in ſuperioribus fuſiſſime impugnauimus.

Secunda con. Secunda concluſio. Ad breue tempus poteſt homo ex

viribus

uiribus naturæ oĩa pcepta legis naturę, q̃ occurrunt, ſeruare. Nam præcepta affirmatiua non obligant pro ſẽper, neq; oĩa occurrunt ſimul implenda: negatiua uero ſine actu ſeruantur; ut nõ occides. Et certũ eſt, ꝙ homo ad tpꝰ poteſt ſe negatiue habere, atq; etiam ſi opus fuerit reſiſtere iræ, quæ ad homicidium ſolicitat, & prouocat.

tertia conc.

Tertia concluſio. Nemo hominum in ſtatu naturæ lapſæ ſine gratia Dei põt implere oĩa præcepta legis naturalis, quantũ ad ſubſtantiã operũ: & contrariũ dogma eſt hæreſis Pelagianorum. Sic docet Magiſter Soto lib. 1. de natura & gratia c. 22. ſic & D. Th. ſcribit in præſenti articulo. Pelagius n. habuit duos errores: Vnus erat, ꝙ poterat homo ex uiribus naturæ iuſtificari coram Deo, credẽdo, ſperando, & amando, quæ opera poterat præſtare ex uiribus liberi arbitrij ſuppoſita lege diuina, & Euangelij prædicatione, quam ille appellabat gratiam. Secundus error erat, ꝙ homo poterat ex uiribus naturæ uniuerſam legem implere. Fundamentum huius erroris erat: nã ipſe exiſtimabat, ꝙ per peccatum primi parentis, liberum uoluntatis arbitrium in deterius non eſſet commutatũ, nec in aliquo extenuatum; quapropter arbitrabatur tantam perfectionem habere, atque habuit in ſtatu naturæ integræ. Vtrumq; horum eſſe cõtra fidem definierunt Patres Concilij Mileuitani, & Arauſicani. Certe Patres Concilij Mileuitani in epiſtola quam ſcripſerant ad Innocentiũ, plane teſtantur, liberũ arbitrium poſt peccatũ ſic eſſe extenuatum, ut nõ poſſit legem implere; niſi gratia adiuuetur: lex n. nouit iubere; non iuuare. Hęc epiſtola habetur inter epiſtolas Auguſtini num. 95. Idem definitur in Cõcilio Mileuitano. & in Concilio Tridentino in hunc modum definitur; Formidare n. debent iuſtificati de pugna, q̃ ſupereſt cum carne, cum mundo, cum diabolo, in qua victores eſſe nõ poſſunt, niſi cum gratia Dei, iuxta illud Pauli, Si aũt ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Ex hoc colligitur euidens argũ: Si iuſtificatus nõ poteſt pſeuerare, quin aliqñ mortaliter peccet ſine ſpeciali munere Dei: ergo multo minus homo in puris naturalibus, aut in natura lapſa cõſtitutus poterit eſſe uictor in pugna contra carnem ex uiribus naturæ: conſentire aũt concupiſcentiis carnis: contra legem naturæ eſt: non ergo põt homo ſine diuino auxilio omne peccatum cauere contra legem naturæ; ac ſubinde non poterit totam legem implere. Ad hæc, in lib. de hæreſibus ſcribit Augu. pertinere ad hæreſim Pelagianorum, ſi quis dixerit, per uires naturæ hominem poſſe uniuerſa legis præcepta ſeruare. Contra iſtum errorem toto agmine dimicat Auguſtinus in multis locis, cuius argumenta ſunt. In primis, Diuus Paulus in epiſtola ad Rom. & in epiſtola ad Galat. hoc perſequitur argũ, ut oſtendat, tam Iudæos, q̃ Gentiles eſſe peccatores, & egere gloria Dei: ergo non pñt homines ſeruare uniuerſam legem naturæ ſine ſpeciali Dei munere. Deinde, Diuus Paulus cum dicit, Lex ſubintrauit ut abũdaret delictum; & lex iram operatur; & littera occidit; loquitur aperte de lege naturali: loquitur. n de illo præcepto, Non concupiſces, qđ certe inter præcepta legis naturæ in Decalogo continetur: dicit. n. Apoſtolus, Concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret; Non concupiſces. ergo lex naturæ ſine auxilio gratiæ ſeruari non poteſt. Præterea, qñ dicit Paulus, Non iuſtificatur homo ex operibus legis; etiam manifeſte comprehendit legem naturæ: nam ſi lex naturalis poſſet homines iuſtificare, gratis Chriſtus mortuus eſſet; ut rectiſſime ratiocinatur Diuus Paulus. Ad hæc, quando dicit Apoſtolus; Infelix homo, quis me liberabit de morte corporis huius? & reſpondet, Gratia Dei p Ieſum Chriſtum; manifeſte loquitur de tentationibus carnis contra legem naturæ: nam præmiſerat, Sentio aliam legem in membris meis; a quibus teſtatur ſe non poſſe liberari niſi per gratiam Chriſti. Sed & illud argũ ex Diuo Paulo collectum efficaciter rem cõcludit: dicit enim; Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ, & ſanguinẽ, ſed aduerſus ſpiritus tenebrarum harum; planiſſime loquitur de pugna, & tentationibus dæmonũ contra legẽ naturæ. Ex his patet, quod ſecundum documenta Diui Pauli non poſſumus ſeruare totam legem naturæ ſine gratia Dei ſpeciali. Sed quoniam poterat quis dicere, quod ex commemoratis teſtimoniis tantum probatur, quod non poſſit homo ſic ſeruare totam legem naturæ, ut per eã iuſtus ſit coram Deo; uerius idẽ demõſtratur ex illo; Abſcondi a te faciem meam, & abiit profugus in errorẽ cordis ſui: quibus uerbis ſignificatur, ꝙ homo, qui eſt in peccato, neceſſe eſt corruat in alia delicta, niſi ad Deum conuertatur cui conuincit illud; Qui non in timore Dñi continuerit ſe, cito corruet domus eius. Hoc ipſum docent ſancti Patres, præcipue Gregorius, & Diuus Chryſoſtomus elucidans illa uerba; Soluite, & adducite mihi. His accedunt rationes, quibus in ſuperioribus oſtenſum eſt, hominem in natura lapſa per uires ſuas non poſſe omne bonũ perficere, neq; diligere Deum ſuper oĩa. Et eſt alia ratio. Nam lex ſcripta non potuit hominẽ iuſtificare ut docet aperte Diuus Paulus: ergo multo minus lex naturæ. Probatur conſequentia: nam lex ſcripta data fuit a Deo, ut legẽ naturæ adiuuaret, atq; perficeret. Sed quid ſi homo eſſet in gratia iuſtificante corã Deo, poterit ne ſeruare totam legem ſine auxilio ſpeciali; Videtur certe, ꝙ poſſit. nam Diuus Thomas dicit, ꝙ non poteſt ſine gratia. ergo cũ gratia poterit. Sed certe non poterit: ſic definitum eſt in Concilio Tridentino in loco proxime citato; ſic oſtendit D. Th. art. 9. & 10. huius quæſtionis, ex uera & diuina Theologia. Hic tantum definit, quod non poteſt homo ſeruare, & implere totam legem ſine gratia ſanante naturam: unde ſi homo haberet ſanam, & integram naturam, ſicut in ſtatu innocentiæ, poſſet quidem ſeruare totam legem: gratia uero iuſtificans non plene ſanat naturam.

Conc. Mile. & Arauſic.

Conc. Mile. cap. 5
Conc. Trid. ſeſſ. 6. cap 2 & 13.

Aug. epi. 95. vſq. ad 96. li. de ſpiritu & lit. lib. de gratia Chriſti c. 8. & 9. lib. de gratia & lib. arb. c. 10. & 11. lib. 2. contra Pelag. & Celeſtis. 25

Epheſ. 6

Eſa. 57

Eccleſ. 27

Greg. 22. li. mora c. 12. Chryſoſ. in Matt. c. 20

Rom. 3
Gal. 2
An exiſtens i gratia poſſit ſeruare totã legẽ ſine alio auxilio.
Solutio ex conc. Trid. & D. Th.

Quarta cõc.

Quarta concluſio. Sunt quædã præcepta particularia, quæ propter incidentes tentationes ita ſunt difficilia, ut hõ ſine auxilio Dei ſpeciali illa præcepta non poſſit implere. Probatur ex illo, ꝙ dr̃ Sapiẽ. 8. Quia ſcio, ꝙ nemo poteſt eſſe continẽs, niſi tu dederis: & Paulus ad Rom. 7. propter huiuſmodi graues tentationes, dicit, Sentio aliã legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Ieſum. Item in oratione Dominica quotidie petimus, Et ne nos inducas in tentationẽ; quod nihil aliud eſt, quam dicere, ne in graui, & uehementi tẽtatione deſeras nos: ſed nõ peteremus id, ſi noſtris uiribus poſſemus tantis tentationibus reſiſtere. Ratione idem probatur. Homo infirmus & æger quemadmodum non poteſt efficere quæ homo ualidus, & ſanus; ita ſi aliquod opus in particulari ſit nimis laborioſum, non poteſt id exercere, neq; paruo quidem tempore: ſicut homo infirmus, non poteſt longum iter pedibus conficere, quamuis paulatim, & leuiter gradiatur: neque poteſt paruum ſpatium curſu uelociſſimo conficere. Igitur ad eundem modum, cum liberum arbitrium ſit infirmum, non poterit ſine auxilio gratiæ, neque facere omnia opera ſtudioſa per multum temporis, nec uero ea ad exiguum tempus, in quibus eſt maior difficultas.

Argũ ſolutio.
Aug. lib. de ſpiritu & lite cap. 26. & 27

Ad argumenta in principio poſita reſpondendum: & ad primum dicendum, quod Diuus Auguſtinus ſic explicat propoſitam ſententiam. Non te moueat quod Apoſtolus dicit, Naturaliter ea, quæ legis ſunt faciunt; hoc enim agit ſpiritus gratiæ, ut imaginem Dei, in qua naturaliter facti ſumus, inſtauret in nobis. Itaque commentarius Auguſtini eſt, quod gentiles ſanati per gratiam Spiritus ſancti ſine lege ſcripta ductu rationis naturalis operãtur ea, quæ ad legẽ naturæ ſpectant. Diuus Thomas elucidãs hanc ſententiam Pauli dicit, quod loquitur de natura humana reformata per gratiam. Alius commentarius eſt, ꝙ Diuus Paulus nõ dixit; omnia quæ legis ſunt faciũt, ſed aliqua. Inde Diuus Auguſtinus inquit, quod neq; in malis adeo eſt deſtructa imago Dei, quin in ſua impietate aliqua legis opera faciant. Et ſecundũ hanc explicationẽ reſpondetur ad Chryſoſtomum, non eſſe intelligendum, quod aliquis ex gentibus ſic fuerit legis uniuerſæ obſeruãtiſſimus, ut omnia præſtiterit opera; ſed quidã, quædã opera, alij uero, alia. & ita uerificatur, quod gentes oĩa, quę legis ſunt præſtiterũt naturaliter. Sed ueriſſimus cõmentarius eſt, quod loquitur Diuus Paulus de gentibus ad fidem conuerſis, ut efficaci ratiocinatione demonſtrat Auguſtinus in loco ſuperius adducto, legite auctorem. Nos ad ſecundum argumentum cõfutandũ reuertamur.

Aug. lib. de ſpiritu & lite c. 28

Ad

Ad ſecũdũ itaq; dicendũ, q̃ de eius magna difficultate diximus quantũ dedit Deus ad finem art. 2. recolite ea, q̃ in illo loco poſita ſunt: neque enim meliora ſe offerunt.

ad tertium.

Ad tertium negatur conſequentia: nam licet peccatum non deſtruxerit naturam, reddidit tamen illam imbecillam, & infirmam; & liberum hominis arbitrium poſt peccatum manſit extenuatum, & ad bona ſenſibilia inclinatum. Ad aliud, quod naturalia mãſerunt integra poſt peccatum, dico, manſiſſe integra quantum ad eſſentialia, & quantum ad potentias naturales; manſerunt uero potentiæ & animæ uires debiles & infirmæ ad operandum conſtanter opera uirtutis. His addat Theologus, mãſiſſe integra naturalia, ſicut ſi homo eſſet conditus in puris meriſque naturalibus; ſed homo conditus in puris naturalibus non poterat per ſua naturalia omnia opera ſtudioſa perficere, ut ſatis in ſuperioribus demonſtratum exiſtimo.

ad quartũ.

Ad quartum negatur conſequentia: nõ enim ſequitur, q̃ ſi homo poſſit uitare ſingula peccata, poſſit omnia ex uiribus naturæ. Et argumentum, quo contrarium probatur, habet uitium a ſenſu diuiſo, ad compoſitum: comprobaturque euidenter argũ eſſe nugatorium, exemplo infirmi, qui poteſt aliquos greſſus facere; at non poteſt diu perſiſtere ambulando, quin cadat: ſic ſane homo per peccatum infirmus & æger, propter humana negotia quibus mens implicatur, aliquando corruet niſi ſanetur. Et quãquam homo per exercitium uirtutum non fiat ineptior ad operandum, ſed habilior; at cum homo in ſe ſit debilis, & imbecillis, tandem aliquando corruet, ſicut patet in exemplo infirmi: licet enim ambulando fiat habilior, nihilominus ſi pergit ambulare, ſine dubio corruet; immo ex ipſo exercitio uirtutum occaſionaliter defatigatur homo, & laſſatur, ut cadat, niſi per gratiam adiuuetur. Ex his patet ad confirmationem argumenti.

Ad ultimũ.
D. Hier. lib. 3. contra Pelag.

Ad quintum multa rñdebant Pelagio ſancti Patres. Diuus Hieronymus uĩ concedere, q̃ impoſſibilitas implendi mandata teneatur in crimine. & probat ex illo; Sentio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ &c. quibus uerbis uĩ ſignificari, quod ſit peccatum in eo quod uitare non poſſumus. Sed profecto non poſſũ intelligere Diuum Hieronymũ, potius amplector illius

Aug. libr. de perfec. iuſt.

ſententiam, cum inquit, Qui dicit Deum præcipere impoſſibile, anathema ſit. Diuus Auguſtinus alia pergit uia: dicit enim, q̃ homo poteſt implere omnia mandata, ſi ſanetur a crimine: quare inuocamus Deum dicentes, De neceſſitatibus meis eripe me. D. Th. in art. in ſolutione 2. & 3. contra gentes c. 159 dicit, q̃ homo habet ſemper paratum diuinũ auxilium, ut oĩa diuina mandata cuſtodiat,

1. Tim. 2.

iuxta illud; Qui uult oẽs homines ſaluos fieri, & ad agnitionem uenire. Sed qui dicũt Deo, Recede a nobis, & ſcientiam uiarum eius nolunt, & rebelles ſunt lumini, ipſi ſibi ſunt perditionis cã. Et c. 160. aliam ſolutionem perſpiquitur dicens, q̃ licet homo peccator auxilio careat diuino; ſibi erit imputandum: nam ille defectus ex præcedẽti delicto originem trahit, ſicut ebrius non excuſatur ab homicidio, q̃ ſciens & prudens in ebrietatem lapſus eſt, præuidens inde malum ſubſecuturũ. Sed hæc ſolutio non caret calumniam, prout in ſuperioribus expoſitum eſt. Nã ſi hæc ſolutio uera eſt, ſequitur certo, quod poſtquã homo caret auxilio diuino, non imputetur ad nouã malitiam, q̃ non ſeruet diuina mandata, ſicut ebrio non imputatur ad nouã malitiam, q̃ in ebrietate occidat. Pergit Diuus Thomas aliam ſolutionem adhibere: ſcribit enim, q̃ licet homo non habeat poteſtatem implendi omnia mandata per totam uitam, poteſt tamen ſingula ſeruare, & quæcumq; in particulari occurrunt: propter quod ſi tranſgreditur aliquod præceptum, uoluntarie tranſgreditur.

Quare homo poteſt ſeruare ſingula præcepta ſine gratia, non tamen omnia.

Sed dices; Quid eſt q̃ Deus tribuat nobis poſſibilitatem ſeruandi ſingula, non tñ ut omnia ſeruemus? Certe hoc inde prouenit, quia diuinum auxilium mouet liberũ arbitrium ſecundum conditionem ſuæ naturæ: conditio autem humani ingenij hæc eſt, q̃ in tempore determinato poſſit adhibere diligentem uigiliam, ſed per totam uitam non poteſt, tum pp diuerſa negotia, quibus humana mens implicatur; tum propter imbecillitatem noſtram; tum tertio, propter defatigationem animæ noſtræ, quæ in operando laſſatur, & deficit.

Obiectio.

Sed contra prædictas ſolutiones eſt argumentum. Nam ſi cõſtituamus hoĩem, qui nihil audiuit de gratia Dei, ſed nutritus eſt inter barbaros, & tantum ducitur lumine rationis humanæ, certe talis uidetur quod non peccet non ſeruando omnia præcepta, uel quod nõ habeat præceptũ ſeruandi omnia præcepta legis naturalis: nã inuincibiliter ignorat gratiam Dei, & auxilia ſupernaturalia, per quæ poterat implere oĩa diuina mandata. Ad huius obie-

Solutio.

ctionis expoſitionem dicendum, q̃ ille peccaret quidem non ſeruando oĩa mandata, ſed non quia non ſeruat oĩa, ſed quia non ſeruat ſingula, quæ poteſt per naturam ſeruare. Unde dicimus, q̃ homo in puris naturalibus nõ habet præceptum ſpeciale ſeruãdi omnia mandata, ſed ſingula: uerum eſt tamen, q̃ habet aliud ſpeciale præceptũ, in quo omnia includuntur. ſ. de conuertendo ſe in Deũ, ſed hoc præceptum tantum obligat hominem, ut faciat quod in ſe eſt ex uiribus naturæ, ut conuertat ſe in Deũ efficaciter, quod poteſt facere per breue temporis ſpatiũ, ut antea declaratum eſt; ut cum peruenit ad uſum rõnis.

Præceptum eſt ſeruari ſingularia mandata.

Unde ſi homo haberet illam uolitionem, de qua ſit ſermo in argumento. ſ. uolo non ſeruare omnia mandata collectiue, quia ſcio me non poſſe ex mea imbecillitate, & infirmitate, & gratiam Dei non agnoſco; fortaſſis non peccaret mortaliter, ſicut non peccaret modo, qui diceret; nolo uitare omnia peccata uenialia collectiue, quia ſcio hoc eſſe mihi impoſſibile ſecundum legem ordinariam: immo credo, q̃ qui diceret; uolo cauere omnia peccata uenialia collectiue per totam uitam, præſumptionis & temeritatis argueretur: nihilominus in hac uolitione eſſet peccatum ueniale, quia uidetur actus otioſus; ſicut ſi diceret, uolo non uolare. Sed adhuc uiri doctiſsimi nõ quieſcunt, neq; ſibi ſatisfaciunt: dicunt igitur, q̃ aliquid eſſe poſsibile, uel impoſsibile, intelligitur bifariã. Uno modo, logice, alio modo, moraliter. Poſsibile logice illud dicitur, quod non continet euidentem contradictionem, conſideratis naturis rerum abſolute. Et illud impoſsibile, q̃ includit contradictionem. At moraliter loquendo, illud dicitur impoſsibile, quod numquam contingit, neq; contingit ſecundum facultatem liberi arbitrij. Cum ergo decreuimus, eſſe impoſsibile per uires liberi arbitrij hominem ſeruare omnia mandata, non loquimur de impoſsibili Dialectice, ſed de impoſsibili moraliter, ſicut dicimus, eſſe impoſsibile ut in hac ciuitate omnes homines ſint ſtudioſi; tametſi quilibet poteſt eſſe iuſtus & ſtudioſus. Hæc autem doctrina fundatur in quodã principio moraliter certo & euidẽti; quia oẽ quod natura ſua eſt defectibile, neceſſe eſt, q̃ aliqñ deficiat, niſi per aliquod fortius contineatur; ſed liberum hoĩs arbitrium, & maxime in natura lapſa, eſt ſuapte natura defectibile: ergo neceſſum eſt, q̃ aliqñ deficiat, niſi diuinitus adiuuetur: hæc aũt neceſſitas non efficit, ut qñ homo deficit, non deficiat libere; quemadmodum hęc propoſitio uerum dicit, neceſſe eſt hominem ſępenumero libere operari; & tamen quotieſcumque operatur, libere operatur, & non neceſſario: ſic etiam uerum eſt, neceſſum eſt hominem quandoque deficere, & qñ deficit, libere deficit. Ex his, quæ dicta ſũt, omnia argumenta propoſita ſolutionem habent.

De obſeruatione ſupernaturalium præceptorum quantum ad ſubſtantiam.

Alia dubitatio ſequitur, utrũ hõ in natura lapſa, uel in natura integra poſsit per facultatẽ naturæ ſeruare præcepta ſupernaturalia quantum ad ſubſtantiã operum, uidelicet præceptum fidei, caritatis, & ſacramentorum.

Argumentum.

A parte affirmatiua ſic arguitur. Nam D. Th. 2. 2. q. 171. art. 2. ad 3. aperte docet, aliqua eſſe, quæ excedunt facultatem naturæ, quantum ad ſubſtantiam actus; ut ſuſcitare mortuos, ſcire futura cõtingentia: alia uero ſunt quæ excedunt facultatem naturæ, non quantum ad ſubſtantiam, ſed quantum ad modum; ut diligere Deum ſuper omnia, credere articulis fidei. Ergo ſi diligere Deum poteſt homo quantum ad ſubſtantiam operis ex facultate naturæ, multo magis poterit alia opera uirtutum perficere quantum ad ſubſtantiam operis. Caietanus explicans prædictam ſententiam Diui Thomæ idem ſentit, quod ſane magna attleueratione docet in hoc articulo Capr. in 1. d. 17. artic. 1. ad 1. & ad ſecundum Aureoli contra primam concluſionem amplectitur eandem ſententiam.

ſecundum.

Secundo arguitur. Præcepta ſacramentorum ſunt ſu-

pernaturalia, vt plane cõſtat: hæc tamen poteſt implere homo ſine ſpeciali Dei gratia; vt aliquis baptizet cum propoſito permanendi in peccato; certe adimplet præceptum baptiſmi, quantum de ſubſtantia operis: non enim tenetur iterum baptizari.

tertium. Tertio is qui accedit ad ſacramentum confeſsionis, putãs ſe adhibuiſſe optimam diligentiam, cũ tamen ex errore culpabili in hoc fuerit deceptus, talis abſque dubio adimplet præceptum confeſſionis, quantum ad ſubſtantiam operis: non enim iterum tenetur cõfiteri.

Quartum. Quarto ſic arguitur. Paganus cum nolit eſſe Chriſtianus, poteſt credere eſſe verũ quod prędicat Euãgelium. ergo adimplet præcept. fidei quantum ad ſubſtantiam operis. & hæretici ſperãt quod ex Dei gratia cõſequẽtur vitam æternam. videntur itaque adimplere præceptum ſpei, quantũ ad ſubſtantiã operis; non enim deſperant.

Quintum. Prӕterea, homo exiſtens in peccato mortali poteſt reſpondere pro honore Dei, quãdo viderit nomẽ eius blaſphæmari; & hoc eſt implere præceptũ amicitiæ, & caritatis, quãtum ad ſubſtantiã operis. Ad huius rei expoſitionẽ diximus nonnulla in præcedentibus: ſed nunc rem definiam, explanaboq; altius, tum etiã & vberius.

Caiet. explicatio & definitio. Igitur Caietanus in hoc articulo ſic procedit. Dicit in primis, ꝙ alia quæſtio eſt de cognitione præceptorum, alia de adimpletione. De cognitione autẽ ſupernaturalium dictũ eſt in articulo primo, quod nõ poteſt homo ex naturalibus cognoſcere, vt clarũ eſt: ſed ſuppoſita lege manifeſtante præcepta, poteſt homo quodlibet adimplere, & ad hunc ſenſum tractatur quæſtio a Diuo Thoma. nam & ad hunc ſenſum tractabatur cõtra Pelagiũ, qui dicebat, opus eſſe quidẽ gratia ad cognitionẽ legis, ſed non ad impletionem. Non ergo poteſt aliquis credere, niſi Deus reuelauerit; q̃a fides ex auditu. ſed facta reuelatione poſtq̃ aliquis audiuit, poteſt credere quemlibet articulũ fidei, imo oẽs, ſine fide infuſa, et ſine gratia; vt ſi aliquis infidelis crederet q̃dẽ omnia, nollet tamen baptizari, vel eſſe Chriſtianus, ne perderet gratiam Regis, vel propter laborẽ legis; talis non haberet fidem infuſam, neq. indigeret auxilio ſpeciali, & ſatisfaceret præcepto fidei. Et idẽ de ſpe poteſt dici, de eo, qui ſperaret quidem, ſed non omnia crederet. talis non reciperet ſpem infuſam; nihilominus ſatisfaceret p̃cepto de ſpe. Et de ſacramentis dicitur, quod nihil cadit ſub p̃cepto quin illud poſſit impleri ſine auxilio ſpeciali, neq; ſacramenta ſunt tam actus præceptorum, aut virtutũ, quam potentiæ; & ideo non eſt ad propoſitũ vbi de præceptis loquimur. Concluditur ergo, quod nullum eſt p̃ceptum quod nõ poſſit aliquis implere quo ad ſubſtantiã operis, quantum ſufficit ad vitandum peccatũ ſine auxilio ſpeciali. Et quod hoc ita ſit, patet ex Diuo Toma: dicit enim, quod homo in natura integra cõſtitutus, poterat implere omnia mandata quo ad ſubſtãtiam operum. Et probat hoc; quia alias non potuiſſet non peccare: vnde patet, quod ex hoc ꝙ poterat adimplere omnia mandata quantũ ad ſubſtantiam operum, infertur quod poterat nõ peccare: ergo id ſufficit ad vitandum peccatum.

Caiet. ſecutus eſt doctiſſimus pater Victoria. Hic eſt Caietani diſcurſus, qui placuit etiã doctiſſimo Patri Victoriæ. Sed ſi res diligentius expendatur, cõtrarium eſt omnino tenẽdum. Vt autem veritas definiatur, ſtatuitur prima concluſio.

Vera definitio.

Prima conc. Aliqua p̃cepta ſupernaturalia poteſt homo implere ſine gratia iuſtificante; poteſt, inquã, implere, quantum ad ſubſtantiam operum. Patet: nam Chriſtianus exiſtẽs in peccato mortali adimplet præceptum fidei, & ſpei.

Secũda con. Secunda concluſio. Aliqua præcepta ſupernaturalia poteſt homo implere quãtũ ad ſubſtantiam operum ſine auxilio ſupernaturali, ſed per vires naturæ tantũ. Patet: nã q baptizatur in peccato mortali exiſtens, peccat recipiẽdo baptiſmum; qui ſine dubio implet præceptũ baptiſmi, in hoc ſenſu, ꝙ non eſt reus omiſſionis illius præcepti: at ad talem receptionẽ Deus nõ confert auxilium ſupernaturale; Deus enim nõ fauet ad peccãdum. Deinde, poteſt homo peccator facere cõfeſſionẽ informem, quã deinceps nõ tenetur iterare, in qua confeſſione faciẽda nõ adiuuatur diuinitus, ſiquidẽ peccat mortaliter, & Deus ad peccandũ non adiuuat. Tandem, homo in peccato mortali exiſtens, adimplet pænitẽtiã ſibi impoſitam quantum ad ſubſtantiam operis.

tertia conc. Tertia cõcluſio. Non poteſt homo omnia præcepta ſacramentorum adimplere, etiam quantũ ad ſubſtantiã operis, quod ſub præcepto mãdatur. Hæc p̃poſitio videtur probabilis quãtum ad ſacramentũ Euchariſtiæ. Nã qui cõmunicat in peccato mortali indigne, non implet præceptum diuinum cõmunicandi, etiam ſi adimpleat præceptũ ea parte, qua Eccleſia obligat fideles, vt in Paſchate ſacramentũ Euchariſtiæ ſuſcipiant: p̃pter quod ſi feratur ſententia excõmunicationis contra eos q nõ communicauerunt, nõ comprehendit eos qui indigne communicauerunt. ſed tantũ docemus, quod nõ adimplet præceptum diuinum; quia eſt præceptum cõmunicandi, ſic vt homo cõmunicet ſpiritualiter vitam ex virtute ſacramenti: eſt enim hoc ſacramentum amicorum. vñ q accedit ad altare, tenetur accedere vt amicus, iuxta illud; Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinẽ, in me manet, & ego in illo. *Ioan. 6.* hoc etiam ſignificat Paulus cũ inquit; Probet autem ſe ipſum homo, & ſic de pane illo edat, & de calice bibat. Sentio ergo quod eſt vnicum præceptum cõmunicandi. & probandi ſe ipſum; quæ probatio eſt diſpoſitio ad cõmunionem vitæ ſpiritualis. Quod ſi aliquis contendat, ꝙ hoc præceptũ poſſit ſeruari quantũ ad operis ſubſtantiã; quia tametſi peccet homo recipiendo ſacramentũ, peccat tamẽ contra illud præceptũ religionis, quo obligatur digne facere quæ pertinent ad cultum diuinũ (ſicut qui peccat indigne recipiens baptiſmum) nõ autem cõtra præceptũ ſpeciale recipiẽdi Euchariſtiam; probabiliter ſatis loquitur. Illud etiã aduertat Theologus ad intelligẽtiam prędictæ cõcluſiõis, quod ſi homo ex ignorãtia accedat in peccato mortali ad ſuſcipiẽdã Euchariſtiam, exiſtimans debitam feciſſe præparationẽ, nõ ſolum vere adimplet præceptũ, ſed recipit primam gratiã ex virtute ſacramẽti: quod docẽt plerique Theologi, nominatim D. Tho. in materia de Euchariſtia.

Quar. conc. Quarta cõcluſio. Præcepta ſacramentorum non poſſunt adimpleri ſine culpa, niſi q implet illa ſit in gratia iuſtificãte, vel exiſtimet probabiliter ſe eẽ in gratia iuſtificante. Hæc cõcluſio probatur. nam peccat mortaliter, qui recipit, vel adminiſtrat ſacramẽtum indigne. Igitur ad implenda huiuſmodi p̃cepta ſine noua culpa, neceſſum eſt quod nõ ſit cõſcius alicuius peccati mortalis, ille, q vel adminiſtrat, vel ſuſcipit. Probatur conſequẽtia. Nam ſuſcipe, vel adminiſtrare ſacramẽta ĩ peccato mortali, eſt ĩdigne ea ſuſcipe, vel adminiſtrare. Sed eſt notãdum quod ad digne ſuſcipiẽda, vel adminiſtrãda ſacramenta, nõ eſt neceſſe quod ſit gratia iuſtificãs in homine recipiẽte, vel adminiſtrante, vt in ſuperiori cõcluſione pateſeci: ſed eſt neceſſe ſaltẽ ad adminiſtranda digne ſacramẽta, ꝙ nõ ſit conſciẽtia peccati mortalis; alioqui indigne adminiſtrat ſacramẽta. Sed eſt obſeruãdũ, ꝙ ad digne ſuſcipiẽda ſacramẽta baptiſmi, & pænitentiæ, ſat fuerit, quod qui ſuſcipit, vel nõ habeat conſcientiam peccati mortalis, vel ſaltẽ habeat attritionẽ de peccatis ſuis: de qua re diſputatur in materia de pænitentia.

Quinta conc. Quinta concluſio. Aliqua præcepta ſupernaturalia ſunt, quæ etiamſi homo poſſit implere, quãtũ ad ſubſtãtiam operis, ſine gratia iuſtificãte; nõ tñ poteſt implere ſine auxilio ſupnaturali, cuiuſmodi ẽ præceptũ fidei, & ſpei. Hæc cõcluſio ſtatuitur cõtra Caietanum, & quantum iudico, eſt certiſſima, & irrefragabilis, cuius rei iſtę ſunt demõſtrationes. Prima, Præceptũ fidei obligat hominẽ vt ſit vere Chriſtianus. ſed nemo poteſt eſſe Chriſtianus niſi ex munere Dei: ergo nemo poteſt implere p̃ceptum fidei ſine munere Dei. Secunda demonſtratio. Pręcepto fidei affirmatiuo obligatᶜ homo ad habendam fidem Dei, & verã fidem, vt plane cõſtat. ſed homo ſine auxilio ſpeciali nõ poteſt habere veram fidem: teſtatur enim vniuerſa Scriptura fidem eſſe donum Dei. Tertia demonſtratio. Error eſt Pelagij, quod pręſuppoſita prædicatione Euãgelij poſſumus credere, aut ſperare, & implere præcepta fidei, & ſpei. ſed ab hac ſentẽtia nõ multum abeſt ſententia quam impugnamus: ergo ſentẽtia eſt improbanda. Quarta demonſtratio ſumitur ex illo, Qui credit, habet teſtimonium Dei in ſe: ergo non ſufficit omnis naturę facultas, vt q̃s adimpleat pręceptũ fidei, &

dei, quantũ ad ſubſtantiã operis quod præcipitur. Denique, vt in ſumma rem comprehẽdam, præceptũ fidei præcipit, vt habemus fidem ſupernaturalem ſed ex viribus naturæ nemo poteſt habere fidem ſupernaturalẽ, ergo nemo ex viribꝰ naturæ poteſt implere hoc pceptũ, etiam quantum ad operis ſubſtantiam.

Sexta conc. Sexta concluſio. Nonnulla præcepta ſunt ad quorum impletionem, etiam quantũ ad ſubſtãtiam operum, neceſſario reqritur gratia gratũ faciens. Probatur hæc cõcluſio in pręcepto de dilectione Dei ſupnaturali; cuius præcepti ſubſtãtia eſt, vt diligatur Deus ſuper omnia ex toto corde, et ex omnibus viribus; ſed iſtum actũ nemo poteſt habere ſine gratia gratũ faciente. Deinde, in diuinis oraculis quotieſcũque fit mentio de hac dilectione Dei ſupernaturali, ſemper intelligitur, quod is, q diligit Deum ſuper omnia, ſit Dei amicus & corã Deo iuſtus, vt patet ex illo 1. Ioan cap. 4. Qui manet in caritate, in Deo manet, & Deus in eo. & ex illo; Qui diligit me, diligetur a Patre meo. Veritas etiam huius cõcluſionis manifeſto patet in pcepto de cõtritione, q̇ eſt dolor de peccatis ppter Deũ ſumme dilectũ. q̄ dilectio ſine gratia gratũ faciẽte haberi nõ poteſt, vt dudũ probatũ eſt.

Vltim. con. Vltima Concluſio. Nullum præceptum adimpleri poteſt meritorie, niſi qui implet, ſit in gratia gratũ faciente. & hoc eſt quod dicit Diuus Tomas in hoc articulo, neminem poſſe implere præcepta diuina quãtũ ad modum, vt ex caritate, & meritorie fiant ſine gratia. Hæc concluſio probatur in primis ex illo Geneſ. 4 Reſpexit Dñs ad Abel, & ad munera eius. in quo ſignificatur, quod vt opera grata ſint, & accepta corã Deo, perſona operans debet eſſe grata, & accepta, ſiquidẽ odibilis eſt Deo impius, & impietas eiuſ; & dona impiorũ nõ probat Altiſſimus. item ex illo Ioan 4 Fieri in eo fons aquę ſalientis in vitam ęternã quo in loco, gratia appellatur Con. Arauſ. fons vitæ ęternę, vnde vita ęterna manat. & I Concilio Arauſicano can. 18. dicitur; Debetur merces bonis operibus, ſi fiãt; ſed gratia quę nõ debetur, pręcedit vt fiant.

Ad argum. ad primum Ad argumenta reſpondendum eſt; ad primum duę reſponſiones adhiberi ſolent. Prior eſt, quod quamquã dilectio Dei, aut credulitas quã poteſt homo habere ex facultate naturę, non differant ſecundum ſubſtantiam in genere naturæ ab operibus ſupnaturalibus, differunt tamen in genere moris. & ideo non ſat fuerit ad præcepta ſupernaturalia implenda, ponere opera q̃ nõ differunt in genere naturæ; ſed vt homo impleat præceptum credendi, neceſſum eſt, vt habeat credulitatẽ ſupernaturalem: ſicut occidere hominem in genere naturæ, non differt in hoĩe, & in tauro; at in homine eſt opus morale vitij, aut virtutis capax; in tauro minimè. Poſterior ſolutio eſt quod Diuus Thomas in loco citato non aſſerit, q homo ex facultate naturæ poteſt implere præceptum dilectionis Dei ſuper omnia, quantũ ad ſubſtantiã operis: ſed tantum docet, quod poteſt habere dilectionem Dei: quod eſt veriſſimum, quantum ad ſubſtantiam operis in genere. Et quod hic ſit germanus ſenſus D. Thomæ, patet. Nam eo in loco cõparat Diuus Thomas actũ diligendi cum operibus miraculoſis, & actibus prophetiæ, vt ſuſcitare mortuos, & ſcire futura contingentia: actus autem miraculoſos nemo poteſt per vires naturæ efficere, etiam quantum ad rationem actus genericam: nemo enim poteſt ſcire futura contingentia; at diligere Deum conuenit homini per naturam: ſimiliter credere, & adhibere fidem his, quę competenter proponuntur.

ad ſecundum Ad ſecundum argumentum iam ſatis dictũ exiſtimo: explanatũ namque eſt, quomodo pręcepta ſupernaturalia ſacramentorũ ſine gratia Dei ſpeciali impleri poſſint.

ad tertium Ad tertium eandem reſponſionem adhibere oportet.

ad quartum Ad quartum reſpondetur, quod paganus atque hæreticus non vere credunt, neque ſperant: quapropter non adimplent præcepta ſupernaturalia quo ad ſubſtantiã operum. Nam vt quis adimpleat præceptum fidei, nõ ſat fuerit quod credat humana fide; ſed oportet vt credat ex diuina reuelatione, & indubitata fide, atque irrefragabili. Neque vero hæreticus vere ſperat, ſed habet vanã fiduciã, non innititur diuinæ miſericordiæ, ſed potius ſuæ præſumtioni, & temeritati. Verum eſt, quod quantum ad præceptum negatiuum, quod includitur in virtute ſpei, vere adimplet; quia non deſperat.

Ad vltimũ dicendum, quod ex parte bene poſſumus implere præcepta ſupernaturalia quantum ad ſubſtantiam operis, ſine gratia Dei ſpeciali: nã quod hactenus definitum eſt, habet hanc ſententiam, quę omni dubio procul veriſſima eſt, neminem poſſe credere, ſperare, & diligere Deum ſuper omnia, ſine gratia Dei ſpeciali. ad quintum

Sed ex hoc enaſcitur dubiũ non omnino facile: Vtrũ de gratia gratum faciente ſit pręceptũ diuinæ legis? Marſilius in 2. quæſt. 18. art. 2. tenet, quod poſt naturæ humanæ lapſum, gratia gratum faciens fuit ſub pręcepto. Huius opinionis argumenta ſunt hæc potiſſima. Difficilis q̃ de gratia cepto, Marſil.

In primis, Fides fuit ſemper neceſſaria ad ſalutem: quia ſine fide impoſſibile eſt placere Deo; & iterum; Qui non crediderit, condemnabitur. Sed fides informis exploratum eſt quod non ſufficit ad ſalutem: ergo neceſſarium eſt habere fidem formatam: ergo & gratiam; ac ſubinde cadit ſub præcepto. Prim. argu. Hebr. 11. Marc. vlt.

Deinde, ſi gratia gratum faciens non eſt ſub pręcepto; ergo obſeruare totam legem non eſt ſufficiens ad ſalutem. Probatur aſſumtum; quia ſi gratia non eſt ſub præcepto, poſſet ergo quis ſeruare totam legem, & non habere gratiam, & ſic non ſaluaretur. Secundum.

Præterea, Pręceptum eſt, & quidem grauiſſimum, de habenda caritate, & caritas non poteſt haberi ſine gratia: ergo eſt præceptum de habenda gratia. Tertium.

Ad hæc, tenemur præcepto non perdere gratiam; ſiquidem tenemur præcepto non perdere numos: ergo tenemur præcepto illam habere. Quartum.

Denique, qui perdit gratiam, quæ eſt vita animę, occidit ſe ſpiritualiter: ergo peccat: tenetur itaque gratiam habere. Ex hac opinione infert Marſilius, quod licet homo in ſtatu naturæ integræ, id eſt, cum iuſtitia originali ſine gratia poterat adimplere omnia præcepta; nunc tamen non poteſt: quia non poteſt adimplere præceptum de habenda gratia, ſine gratia: ſed in ſtatu integræ naturæ poterat omnia mandata implere; quia nondum erat præceptum de gratia habenda; nondum enim erat præceptum de fide Mediatoris. Vltimum.

Sed hæc ſententia videtur mihi falſa, & improbabilis; cuius rei ſunt paucæ demonſtrationes, ſed quæ pondere ſuo rem ſatis demonſtrant. Prima eſt: nam tale præceptũ non inuenitur in lege, neque in ſerie ſanctarum ſcripturarum. Secunda eſt: nam præcepta diuinæ legis nõ dantur de habitibus, ſed de actibus amoris, pęnitentiæ, fidei. Tertia eſt: nam ſi de gratia habenda eſt ſpeciale præceptum ſequitur, quod qui fornicatur, aut tranſgreditur quodcũque pręceptum diuinæ legis, peccat duplex peccatum; vnum ex genere fornicationis; alterum de habẽda gratia. Vltima demonſtratio eſt: nam gratia eſt quodammodo ſubſidium præuium, datum hominibus pro obſeruatione aliorum præceptorum. Cõtra Marſ.

Ad argumenta Marſilij ſatisfaciendum eſt: ad primum dicendũ eſt, non recte ſequi, tenemur credere, ergo tenemur habere fidẽ formatã: immo adulter qui baptizatur, credens omnia quæ credunt Christiani, ſatisfacit præcepto fidei, quamquam non habet fidẽ formatam, vt ſuperius explicatũ eſt. Vel dicat Theologus, quod quamquam teneamur habere fidem formatã, ad quam neceſſaria eſt gratia, nõ eſt conſequens, quod teneamur habere gratiã: non enim omne medium neceſſarium ad ſalutem cadit ſub præcepto; alioqui caderet ſub pręcepto diuina prędeſtinatio, Chriſtus Dominus, Chriſtianũ eſſe hominem. Itaque cum dicunt diuini Theologi, omne mediũ neceſſarium ad ſalutem cadere ſub præcepto, intelligunt de actibus qui ſunt neceſſarij ad ſalutem, nõ de habitibus. ad arg. Marſilij. ad primum

Ad ſecundum neganda eſt argumenti conſequentia: nam non admitto, quempiam poſſe ſeruare vniuerſam legem, præcipue mandatum illud maximum; Diliges Dominum Deum tuũ, &c. ſine gratia iuſtificante, prout ſupra explanatum eſt. ad ſecundũ.

Ad tertium argumentum facile reſpondetur ex dictis: oſtenſum eſt namque, quomodo non omne medium neceſſarium ad caritatem habendam cadit ſub præcepto diuinæ legis. ad tertium

Ad quartum ſic reſpondeat Theologus, vt dicat, teneri Chriſtianum non perdere gratiã, ſed non ſpeciali præ- ad quartum

cepto

cepto; ſed tenetur non perdere gratiam, non fornicando, non adulterando; quemadmodum tenetur non perdere fidei habitum, non quia de habitibus dentur præcepta, ſed quia tenetur non diſcredere articulis fidei.

Ad ultimum.

Ad ultimum dicendum, quod qui perdit gratiam, peccat quidem, ut argumentũ efficaciter probat; non quia eſt præceptũ de habẽda gratia, ſed quia facit actũ peccati per quem perditur gratia. Et ſic quæſtio propoſita ſatis explanata manet.

Concl.

ART. QVINTVS.

Utrum poſſumus ſine gratia mereri uitam æternam.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans. Nam per ſua naturalia non poteſt homo producere opera meritoria proportionata uitæ æternæ, ſed ad hoc exigitur altior uirtus, quæ eſt gratia: oportet.n. actus perducentes ad finem eſſe proportionatos fini: uita autẽ æterna excedit proportionem humanę naturę. Poteſt tamen homo facere opera perducentia ad bonum aliquod connaturale homini, ſicut laborare in agro, habere amicum, & ſimilia. De hoc articulo non eſt in præſentia a nobis ediſſerendum: nam in ultima quæſtione, cum tractatur de merito, iterum reddit eadẽ q̃onem.

ART. SEXTVS

Utrum homo poſſit ſeipſum ad gratiam præparare per ſeipſum abſque auxilio gratiæ exteriori.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Præparatio uolũtatis ad bene operandũ, & ad fruẽdum Deo fieri nõ poteſt ſine dono habituali gratiæ, ꝙ ſit principium bonorum meritorum, ut dictum eſt.

Sec. conc.

Secunda Concluſio. Ad recipiendum hoc donum gratiæ habitualis, nõ oportet, ut homo præparetur per aliud donum habituale: quia ſic procederetur in infinitum.

Tert. cõ.

Tertia Concluſio. Ad recipiendum hoc donũ habituale, oportet ꝑſupponi aliquod auxiliũ gratuitum Dei interius mouẽtis animam, ſiue inſpirãtis bonum propoſitum; his enim duobus modis indigemus auxilio diuino. Quod autẽ ad hoc indigeamus auxilio Dei mouẽtis, patet: quia neceſſe eſt hominem conuerti ad ultimum finẽ per motionem primi mouentis. Cum ergo Deus ſit primum mouẽs ſimpliciter, ex motione eius eſt, quod omnia conuertantur in ipſum ſecũdum communem intentionem boni, per quam vnumquodque intendit aſsimilari Deo ſecũdum ſuum modum. Et ideo quod homo conuertatur ad Deum, non poteſt eſſe ſine Deo conuertente ipſum: hoc autẽ eſt præparare ſe ad gratiam, quaſi ad Deum cõuerti: ſicut ille, qui habet oculũ auerſũ a lumine Solis, per hoc ſe præparat ad recipiendũ lumen Solis, quod oculos ſuos conuertit uerſus Solem.

EXPLICATIO ART.

Dubitatio articuli.

In hoc articulo tria ſunt exponẽda. Primum cum Lutheranis diſputandũ; Vtrũ hõ poſſit ſe præparare ad gratiã? ꝓximo loco cũ Pelagianis; Num homo poſſit ſe præparare ad gratiã ex facultate naturæ, ſic adeo, ꝙ illa præparatio ſit meritũ de condigno primæ gratiæ? denique cum Catholicis; Vtrum hõ poſſit ſe pręparare ad gratiã ex uiribus liberi arbitrij, ſic, ut illa pręparatio ſit meritũ de congruo grę iuſtificãtis. De hac re diſputant Theologi in 2.d.28. & in 4.d.14.

Lutheri aſſertiones impiæ.

Quod igitur ad primũ attinet, Lutherus dicit, ꝙ liberum arbitriũ poſt pctm̃ res eſt de ſolo titulo, & dum facit, quod in ſe eſt, peccat mortaliter. Rurſus dicit, ꝙ contritio, & cogitatio peccatorum facit hominem magis hypocritam, & dum magis conatur ſe diſponere ad gratiã, magis peccat. Vltimo dicit, ꝙ quo ſceleratior eſt homo, citius illi Deus infundit gratiam, quod ſi adornat ſe bonis operibus, ſicut catus, facit ſe indignum diuina gratia, & facit iniuriam Chriſto.

Pri. conc.

Hæretica ſententia Lutheri. Amos 4. 1. Reg. 7. Prou. 16. Luc. 1.

Hæc ſententia eſt hæretica, & inſaniſſima: dicitur enim Amos c.4. Præparare in occurſum Dei tui: & 1. Reg. 7. Pręparate corda ueſtra Domino. Prou. 16 Hominis eſt præparare animam: & Ioannes Baptiſta ad hoc munus miſſus eſt, ut præpararet Domino plebem perfectã: dicitur enim Luc. 1. Præibis enim ante faciem Domini parare uias eius. ſ. per pœnitentiam, per infuſionem timoris, &c. Quod uero ſit etiam neceſſaria præparatio, probat illa parabola de ficu, quę exſpectatur per tres annos, ut reddat fructum ſuum & illud, Exſpectaui, ut faceret uuas, & fecit lãbruſcas. & illud, Exſpectat uos Dñs, ut miſereatur ueſtri; & illud etiam Hier. 3. Tu fornicata es cum amatoribus multis; tamẽ reuertere. & illud; Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos. Hier. 3. 35. & Zacha. 1. & illud, Deſiderium pauperũ exaudiuit Dominus. & Nolite obdurare corda ueſtra: & Proijcite iniquitates ueſtras, & facite uobis cor nouum. Huiuſmodi ſunt multæ ſententiæ in Scriptura. Hæc ueritas eſt definita in Concilio Arauſicano, & Tridentino, & docent illam omnes ſancti Patres. Sed rationes etiã euidentes eam confirmant.

Concil. Arauſ. 2.c.4. Trid. ſeſſ. 6 c.5.& 6.

Nam natura ita comparatum eſt, ut forma perfecta in materiam nõ introducatur, niſi cõcurrentibus diſpoſitionibus præparantibus: ergo cum Deus diſponat omnia ſuauiter, non infundit gratiã ſupernaturalẽ, quæ eſt participatio diuinæ naturæ, niſi in materiam, & animam bene pręparatam.

Secundo, Deus exſpectat noſtrũ conſensũ, ut nos ad ſe cõuertat: ergo exſpectat noſtrã præparationem. Probatur antecedens: nam ſi non exſpectat noſtrum conſensũ, quorſum ſtat ad oſtium, & pulſat? eſt ne importunus ad contingẽdos obices pectoris noſtri? quorſum dicit, Hieruſalem, Hieruſalem, quoties uolui cõgregare filios tuos? & quorſum exhortatur, & immittit timorem inferni?

Mat. 24.

Tertio, gratia non deſtruit naturã, ſed perficit: nihil eſt.n. magis inſitũ in aĩs hominum, quam in reconciliandis amicis eſſe neceſſariã pœnitentiam præuiã: ergo hęc requiritur ad habendã gratiam Dei.

Argument. Lutheri. 1. Cor. 13.

Sed arguit Lutherus ex illo, Si tradidero corpus meum, ita ut ardeam, caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Ecce, inquit Lutherus, quidquid extra caritatem fit, ex toto corde non fit, ac ſubinde hypocriſis eſt, & peccatum.

Solutio.

Reſpondetur negandã eſſe conſequentiam: non.n. ſequitur, hoc eſt extra caritatem, & non prodeſt meritorie: ergo eſt grande peccatum. Nam Deus multa bona operatur in peccatoribus, ut fidem, timorem inferni, &c quę opera ſunt quædam præparatio ad gratiam habendam.

Secun. ſolu.

Secundo reſpondetur, quod ultima diſpoſitio ad gratiam eſt ſimul cum gratia, & ideo pluſimum ualet coram Deo. An non magni momenti eſt conuerti in Deum, & reſipiſcere a uia mala?

Secun. argu. Lutheri.

Secundo, arguit Lutherus ex illo Ioan. 15. Qui in me non manſerit, mittetur foras, & areſcet, & colligent illũ, & in ignẽ mittent, & ardebit. Ex quo colligit Lutherus, ꝙ homo, qui eſt extra caritatem, continuo per opera ſua magis ac magis areſcit, tantum abeſt, ut ad gratiam poſſit ſe præparare. Reſpondetur, quod hæc ſententia loquitur de iudicio finali, in quo qui reperietur ſine caritate, mittetur in ignem inextinguibilem. Secundo reſpondetur, quod ſi fiat ſermo de peccatoribus huius uitæ, ſenſus eſt,

quod

quod peccatores per mala opera magis, ac magis ſemper areſcunt: ceterum quamdiu hanc uitam mortalem uiuimus, poſſumus per liberum arbitrium ab his malis conuerti, & ad gratiam nos præparare.

Tert. argum. ex Augu. doctrina.

Tertiũ argũ deſumitur ex ſentẽtiis Auguſtini: dicit.n. Auguſtinus, ꝙ percipiendæ primæ gratiæ in impio nulla merita præcedunt: meritis.n. impij non gratia, ſed pœna debetur. & iterum, Quid merebaris, o peccator, quid merebaris? vide ſi occurrat tibi niſi ſupplicium, uide ſi tibi occurrat niſi pœna? habentur hæ ſententiæ Aug. 3. lib. cõtra duas epiſtolas Pelag. c. 3. & 4. lib. contra Iulian. c. 3. de uerbis Apoſtoli ſerm. 11. & ſuper Pſal. 144. & ſuper Pſ. 31. in præfatione.

Confutatur argumentum.

Reſpondetur, ſenſum Auguſtini eſſe, ꝙ in homine impio non ſunt merita ad gratiam habendam: licet.n. non haberet niſi unum peccatum mortale, eſſet dignus ſupplicio æterno. Ceterum non condemnat Auguſtinus ſingula opera, quæ facit peccator, præcipue illa, quæ facit adiutus diuino auxilio: iſta enim opera, licet nõ ſint merita gratiæ, non ſunt merita pœnæ.

Secun. ſolut.

Secundo reſpõdetur, quod ultima diſpoſitio ad gratiam, de qua loquimur in præſentia, eſt ſimul cum gratia. itaque non præcedit tempore ipſam gratiam.

Quart. argu. ex Concil. Arauſ. c. 4.

Quartum argumentum ſumitur ex Concilio Arauſicano, ubi definitur, quod Deus non exſpectat noſtram uolũtatem, ut nos conuertat: igitur non exſpectat noſtrã præparationem. Reſpondetur, ſenſum definitionis eſſe, quod nos non præuenimus Deum, ſed ipſe præuenit nos in benedictionibus dulcedinis, dando cõſenſũ libero arbitrio.

Quin. argum.

Quintum argumentum. Nã iuſtificatio impij eſt quædam regeneratio, & quædam creatio, ſecũdum illud; Cor mundum crea in me Deus: & illud; Creati in operibus bonis, &c. ſed creatio non requirit præuiam aliquam diſpoſitionem: ergo iuſtificatio non requirit præuiam diſpoſitionem.

Pſal. 50. Ephe. 2.

Solutio.

Reſpondetur, iuſtificationem fieri ex nihilo, in hoc ſenſu, quod non fit ex meritis. Secundo dico, eſſe differentiam inter iuſtificationem, & creationem. Nam in creatione nullum præſupponitur ſubiectum; in iuſtificatione uero præſupponitur ſubiectum: ſicut in creatione animæ præſupponitur materia, & ſicut anima non introducitur in materiam indiſpoſitam; ita gratia ſupernaturalis niſi animæ præparatæ non infunditur, ut ſit uerum illud Auguſtini, Qui creauit te, ſine te, non iuſtificabit te, ſine te.

Argum. ſuper Pſal. 144. Sextum.

Preterea: Nam ei qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum, auctore Paulo. ergo ſi requiritur noſtra operatio ad primam gratiam, merces imputabitur nobis ſecundum debitum, & non ſecundum gratiam: itaque gratia erit ex debito. Hoc argumentum non poteſt explicari uſque ad quæſtionem ultimam, ubi diſſeritur de merito bonorum operum.

Rom. 4.

Vltimo. Hier. 10.

Vltimo ratiocinatur ex illo; Scio Domine, quoniam nõ eſt hominis uia eius, neque uiri, ut ambulet, & dirigat greſſus ſuos: ergo nemo poteſt ſe ad gratiam præparare per liberum arbitrium.

Solutio.

Reſpondetur, quod hic locus Hieremiæ intelligitur in primis de Nabuchodonoſor, qui propoſuerat in corde bellum inferre Ammonitis, & Deus mutauit uiam eius, & miſit in Hieruſalem, ut puniret Iudæos.

Patet hoc Ezech. 21.

Igitur Hieremias inuocans Dei miſericordiam, aiebat, ſe ſcire Nabuchodonoſorem in Hieruſalem uenire ex Dei diſpoſitione, & ordinatione, uenireque alio, quã ipſe cogitauerat. Sed & hoc ipſum diſponebat Deus, non cogendo liberum arbitrium, ſed ordinando, ut ei bonum appareret mutare ſententiam. Sed melior ſolutio eſt, interpretari prædictam ſententiam de quouis homine: in qua Propheta declarat liberi arbitrij noſtri inſufficientiam, ſi diuinitus nõ adiuuetur. Vnde Diuus Auguſtinus ſic admonet; Nõ audeat quiſquam liberum arbitrium ſic defendere, ut orationem, qua dicimus, Ne nos inducas in tẽtationem, conetur auferre: & rurſus, Neq; quiſquam neget uolũtatis arbitrium, & audeat excuſare peccatum, ſed audiamus Deum, & præcipientem quid facere debeamus; & adiuuantem, quæ facere poſſimus.

Aug. tracta. 53. in Ioan.

Quæſtio alia cum Pelagianis diſcutienda.

Eſt ſecunda quæſtio cum Pelagianis; An poſſit homo ex facultate naturę ſe pręparare ad gratiam, ita, quod illa præparatio ſit meritum gratiæ, & glorię de condigno. Et uidetur, quod ſic, ex illo Prou. 16. Hominis eſt præparare animam: & Zach. 1. Cõuertimini ad me: & Matt. 19. Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata. quibus uerbis ſignificatur, eſſe ſitum in noſtra manu, præparare nos ad gratiam & ſalutem conſequi.

Prim. argum. Prou. 16. & Zachar. 1. & Mat. 19.

Secundum.

Secundo, ſi gratia non daretur ex meritis noſtrę uoluntatis, Deus eſſet acceptor perſonarum: quandoquidem inquirendum eſſet, quare potius dat uni, quam alteri efficacem præparationem. Item, gratia eſſet quoddam ſignum caſuale: nam daretur dormienti, & ſomniãti, uel etiam reluctanti.

Tertium.

Item, ſi Deus ſtat ad oſtium, & pulſat; certe aſſignanda eſt cauſſa, quare unus conuertatur, & alius non conuertatur: & non poteſt aſſignari niſi ex parte liberi arbitrij; quoniam unus aperit, & alius non: ergo, &c.

Quartum.

Item, ſi eſſet gratia neceſſaria ad hanc præparationem, periret liberum arbitrium: nam uoluntati eius quis reſiſtet?

Vltim.

Denique, Deus exſpectat noſtrum conſenſum, ut nos conuertat, ut ſupra demonſtratum eſt: ergo ex parte uoluntatis noſtræ eſt præparatio ad gratiam ſuſcipiendam. Hęc ſunt argumẽta Pelagij, quæ magna ex parte accepta ſunt ex Auguſtino, quibus Pelagius probat, hominem ex facultate naturæ poſſe ad gratiam præparare.

Auguſt. lib. 2. contra duas ep. Pelag. & ep. ad Vitalem.

Hæc etiã eſſe ſententiam Pelagij probatur.

Sed hęc ſententia eſt hæretica, & contra Scripturas, & Cõcilia. Veritas Catholica eſt, quod gratia iuſtificãs datur ſine meritis, & quod nemo ſe ualet ad eam præparare ſine auxilio ſpeciali. Demonſtrat hoc Paulus cum ait, Iuſtificati gratis per gratiam ipſius: &, Ei qui non operatur, merces nõ imputatur ſecundum debitum ſed ſecundum gratiam. Ex quo colligitur, quod gratia non datur ex operibus, & meritis, alias non eſſet gratia: & iterum, Iuſtificati ex fide, & hoc non ex operibus, ut ne quis glorietur.

Rom. 3. Rom. 4. Roma. 11. Ephe. 2.

Quod uero diſpoſitio habeatur ex dono Dei, patet ex Scriptura, ex illo; Pręparatur uoluntas a Dño: &, Miſericordia eius præueniet me: & iterum, Præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: & illud, Vniuerſæ uiæ Domini miſericordia, & ueritas. Ioan. 6. Nemo poteſt uenire ad me, niſi Pater, qui miſit me, traxerit eum: non dixit, niſi Pater duxerit: in quo intelligatur, uoluntatem noſtram aliquo modo præcedere; ſed dixit, niſi Pater traxerit: nemo enim trahitur, qui prius uolebat, ſed trahitur, ut uelit. 1. Cor. 4. Quis te diſcernit? ſcilicet, a maſſa perditionis; & quaſi ſi reſpõdiſſet, Mea fides meum bonum propoſitũ; continuo ſubdit; Quid habes, quod nõ accepiſti? & ſic accepiſti, &c. 2. Para. c. 30. dicitur, quod Deus dedit cor unum in Iuda, ut facerent iuxta præceptum Regis: & Ezec. 36. dicit Dominus, Ego dabo uobis cor nouum, & auferam cor lapideũ. Itẽ cum dicitur in Scripturis, Conuertimini ad me, noſtræ libertatis admonemur; ſed cum dicimus, Cõuerte nos Domine, & conuertemur, confitemur gratia Dei nos præueniri, qui operatur in nobis uelle, & perficere pro ſua uoluntate. Itaq; Lutherus, & Pelagius diſſimili errore, ſed pari impietate blaſphemãt. Pelagius, ut aſſereret liberum arbitriũ, grãm Dei negauit, Lutherus, ut aſſereret gratiã Dei, liberũ arbitriũ negauit. Eccleſia Chriſti media uia incedit, quæ ſecuriſſima eſt: confitetur.n. gratiam Dei ſine meritis dari. Rurſus, confitetur ad hanc gratiã Dei habendam liberum arbitrium adiutorio Dei eſſe diſponẽdum. Hanc ueritatem definiunt Concilia, Mileuitanum, Arauſicanum, Tridentinum, Carthaginenſe: eandem docent omnes Sancti uno conſenſu: atque etiam præclaræ rationes, de quibus in ſequenti dubio.

Conc. Mileu. Arauſ. Carthag. Trident.

Sed oportet omnino ſententias Conciliorum in medium proferre, ſunt enim grauiſſimę. In Concilio Arauſicano ſic definitur, Si quis ut a peccato liberemur, contendit, quod Deus exſpectet uoluntatem noſtram, non autem ut & purgari uelimus per Spiritus ſancti infuſionem, & operationem in nobis fieri confitetur, reſiſtit Spiritui ſancto per Salomonẽ dicenti; Præparatur uoluntas a Domino; & Apoſtolo prædicanti, Deus eſt, qui operatur in nobis & uelle, & perficere pro ſua uoluntate: & iterũ, Si quis ſine gratia Dei credentibus, uolentibus, deſiderantibus, amantibus, laborãtibus, uigilantibus, ſtudentibus, petẽtibus, & pulſantibus, & quærẽtibus nobis, miſericordiam dicit cõferri, non autẽ diuinitus, ut credamus, uel hęc omnia ſicut oportet facere ualeamus, per infuſionem, & inſpirationem Spiritus ſancti

Conc. Arauſ. cap. 4.

in nobis

in nobis fieri conſitetur, reſiſtit Apoſtolo dicenti; Quid habes quod non accepiſti? & iterum, Gratia Dei ſum id quod ſum, & gratia eius in me uacua nõ fuit. Idipſum definitur can. 9 & can. 12 Dr̃, Tales nos amat Deus, quales futuri ſumus ipſius dono, non quales ſumus merito noſtro. & can. 14. Nullus miſer de quacumque miſeria libe-

Pſa. 78 ratur, niſi qui Dei miſericordia præuenitur: ſicut dicit Pſal-

Pſa. 58 miſta; Cito anticipēt me miſericordiæ tuæ: & iterũ, Deus

Conc. Trid. Seſſ. 6. c. 5. meus miſericordia eius præueniet me. Præterea in Conc. Trid. ſic definitur. Declarat ſancta Synodus, ipſius iuſtificationis exordium in adultis a Dei præueniente gratia ſumendum eſſe; hoc eſt, a Dei uocatione, qua nullis eorũ exiſtentibus meritis uocauit, vt qui per peccata erant auerſi a Deo, per eius excitantem gratiam, adiuuantemq; ad conuertẽdum ſe ad ſuam ipſorum iuſtificationem, eidem gratiæ libere aſſentiendo, & cooperãdo diſponãtur.

ad argum. Pelagij ad primum. Ad argumenta in principio poſita reſpondetur. Ad primum, quod quando dicitur in ſcripturis; Conuertimini ad me, noſtræ libertatis admonemur, ſed cum dicitur; Cõuerte nos Domine, gratia Dei nos præueniri confitemur.

ad ſecundũ Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ in iuſtificandis hominibus, & conuertendis, non eſt acceptio perſonarum: nam eſt gratia, in qua habet locum illud Euangelij, An non licet facere de meo quod uolo? Rurſus, non eſt caſus, nec fatum: nam eſt gratia. Numquid ſi ego haberem duos debitores, & uni condonarem debitum, & ab alio exigerem, eſſet fatum & caſus? non: ſed gratia. Quod ſi quæras, quare hunc trahat, & alium non trahat? Nõ occurrit mihi aliud, niſi illud Pauli Rom. 10. O altitudo diuitiarum, &c. & illud Numquid iniuſtus eſt Deus? abſit. & iterum. O homo tu quis es, ut reſpondeas Deo. Cui iſta reſponſio non placet, quærat alios doctiores, ſed uideat ne inueniat alios præſumptiores.

ad tertium. Aug. epiſt. ad vitalem. Ad tertium reſpondetur, ꝙ Auguſtinus condemnat iſtam ſententiam, ſ. quod homines acciperent gratiam ſi conſentirent: ceterum hæc cõdemnatio intelligitur, quaſi noſter conſenſus præueniat gratiam Dei, & motionem, alias noſter conſenſus ſecundum fidem neceſſarius eſt: qđ

Mag. Soto. explicat optime Soto lib. 1. de natura, & gratia c. 15. & in fine quarti ſententiarum, ubi explicat loca obſcura ſuorũ operum.

ad quartum Ad quartum reſpondetur, ad efficaciam diuinæ uoluntatis pertinere non tm̃, ꝙ res eueniant, uerum etiam ꝙ eueniant eo modo quo Deus uoluit: ſed Deus uoluit hominem iuſtificari libere ſecundum conditionem ſuæ naturæ: ergo ita eueniet.

ad vltimum Ad ultimum reſpondetur, quod Deus exſpectat noſtrũ conſenſum: nam (ut ait Auguſtinus) qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te: uerum nõ exſpectat noſtram uoluntatem quaſi ipſa præueniat, & inde ſit initium bonis ſed ut ſequatur, & obediat diuinæ motioni.

Qõ tertia inter Catholicos. Sed iam ſequitur tertia quæſtio; Vtrum homo poſſit p ſuas uires ſine auxilio gratiæ ſe præparare ad gratiam cõſequendam, ſic adeo vt talis præparatio ſit meritum de congruo primæ gratiæ coram Deo? Et pro parte affirmatiua, quod homo poſſit, ſunt aliquot argumenta.

prima arg. Primum. Nam diſpoſitio, & præparatio ad habendam gratiam ſufficiens, eſt dolere de peccatis propter Deum: & hanc diſpoſitionem poteſt homo habere per uires liberi arbitrij: ergo poteſt per uires liberi arbitrij ad gratiam ſe diſponere. Maior huius argumenti uidetur euidens, & ſtatuitur pro certa. Minor ſic oſtenditur; tum, quoniã poſſumus dolere de offenſa amici propter amicum; tum deinde, quoniam Sarracenus põt dolere de offenſa cõtra Mahometũ, tũ tertio, qm̃ põt dolere de peccato pp pœnas inferni ex uirib. naturæ, tum pr̃terea, qm̃ põt homo ſibi placere ꝙ offenderit Deũ: ergo poterit dolere ꝙ offenderit Deũ. Iã uero intellectus põt iudicare, eſſe dolendũ pp offenſam cõtra Deũ cõmiſſam: ergo põt ob eã cãm auerſari peccata. Secũdo ſic arguitur. Puer cum peruenit ad vſum

ſecundum rõnis, ſi pponat ex virib. naturæ ſequi bonũ, & fugere malum, continuo infunditur ei gr̃a: ergo ex uiribus naturæ põt pparari ad gratiam. Antecedens aſſeritur a D. Tho. ſupra q. 89 ar. 6. & patet euidẽt. rõne. Nam ſi differretur gr̃æ infuſio in illo tpis intermedio, poterit eſſe peccatum ueniale cũ ſolo originali; qđ exiſtimatur abſurdum ab uni-

tertium. uerſis Theologis. Tertio ſic. Facienti qđ in ſe eſt ex facultate naturæ, & liberi arbitrij uirib. Deus numquam denegat gr̃am: ergo uirib. naturæ poſſumus hr̃e pparationẽ ſufficientẽ ad gr̃am. Antecedẽs aſſeritur a doctiſſimis Theologis, a D. Th. de ueri. q. 14. art. 11 ad 1. cõſentit Alex. Alen.

D. Th. Alex. Alen. Altiſiod. Gerſon. Gab. 3. p. q. 68. ar. 5. Altiſiodor. 3. p. q. 5. Gerſon in regu. moral. Alphabeto 24. littera m, & Gabri. & alij multi, immo D. Th. in 2. d. 28 q. 1 ar. 4. ſcribit, ꝙ homo ex uirib. liberi arbitrij põt ſe ad gr̃am diſponere, & in huius rei cõfirmationẽ adducit illud uelut decantatũ axioma; Nã facienti qđ in ſe eſt, Deus nõ denegat gr̃am. & diſtinctione pcedenti q. 1 ar. 4. ad 4. dicit, ꝙ hõ meretur de cõgruo primã iuſtificationẽ. & in Cõmẽ. ſup epiſ. ad Heb. c. 6. elucidans illam ſuam, Nõ. n. iniuſtus eſt Deus, ut obliuiſcatur operis ueſtri, ſcribit, ꝙ hõ meretur de cõg uo primã iuſtificationẽ.

Quartum. Quarto ſic arguitur. Si qs doleat de peccatis ſuis p attritionẽ, hoc eſt p dolorẽ imperfectũ, eo modo quo põt dolere p ſuas uires, & cũ illo dolore ſuſcipiat ſacramenũ baptiſmi, aut pœnitentiæ, talis hõ iuſtificatur, vt ſentiũt oẽs Theologi. ſacramentũ. n. baptiſmi facit ex attrito contritũ, & tñ diſpoſitio quã hẽt ad gr̃am, erat ex uirib. naturæ cõparata. ergo p ſuas uires põt qs ſe diſponere ad gratiã.

Vltima Vltimo ſic arguitur. Homo põt per ſuas uires operari bene moraliter, & facere qđ in ſe eſt. at inter opus ſupernaturale gr̃æ, & opus moraliter bonũ nõ eſt dare mediũ: igitur opus moraliter bonũ dicit ordinẽ immediatum ad gr̃am. ergo eſt pparatio ad gr̃am. In hac qõne Dur. in 2. d. 28. q. 5. Sco. q. unica eiuſdẽ diſtinctionis, & in 4. d. 14. q. 2. & ppemodũ oẽs Nominales, quos ſequitur Adrianus quotlib. 7. q. 4. tenent partẽ affirmatiuã, ꝙ hõ p ſuas uires ſine ſpeciali auxilio gratiæ põt ſe ad gratiã pparare, ſic ut

Explicatio quæſtionis Mag. Soto. cõſequatur gratiã infallibiliter, & ex merito de cõgruo. D. Th. tenet contrariũ in hoc art. Ad cuius qõnis explicationẽ aduertendũ eſt, ꝙ hãc qõnẽ in primis eleganter diſputat Soto de natura, & gratia li. 2. c. 5. Secundo notare oportet, ꝙ tres pparationes inueniũtur ad habẽdã gratiã. Vna

Præparatio ad gratiam multiplex. eſt ultima, & immediata, ad quã infallibiliter ſequitur gratia, ueluti cũ pœnitet aliquẽ ſuorũ delictorũ efficaciter, ppter Deũ, & ſtatuit deinceps ſtudioſe, & recte viuere. hæc

Ezec. 18 eſt pparatio ad quã efficaciter ſequitur gratia, de qua dr̃. In quacũq; die ingemuerit peccator, amplius iniquitatũ eius nõ recordabor. Eſt alia diſpoſitio ad quã nõ infallibiliter ſequitur gr̃a v. g. qñ immittit Deus metũ gehẽnæ, & illuminationes, & inſpirationes quib. hõ cõmotus p imperfecta deſideria iuſtificationis paulatim ad ſalutẽ trahitur. iſtæ ſunt pparationes ad quas nõ illico ſequitur gratia. Tertia diſpoſitio, q vix meretur hoc nomen, & eſt impropria diſpoſitio, ueluti cũ qs in affectu peccati mortalis exiſtens operatur aliqua opera moraliter bona, ut dare eleemoſynã &c. hæc eſt diſpoſitio ad gratiã multũ remota, qua rõne cauet peccata. Hæc oĩa dicta colligũtur ex rerũ natu-

Optima congruentia. ris. Nã ad formã ignis generanda eſt ultima diſpoſitio, & immediata, ad quã neceſſario ſequitur forma ignis, v. g. gradus caloris, ut 8. cũ tãta raritate, & ſiccitate, eſt alia diſpoſitio ad quã nõ neceſſario ſequitur forma ignis. v. g. minor gradus caloris cũ minori raritate, uel ſiccitate, eſt alia diſpoſitio magis remota, ſ. ꝙ lignũ ſit ſiccũ, & aridum ad cõbuſtionemq; aptũ. hæc diſpoſitio, improprie eſt diſpoſitio ad pdũcendã formã ignis nã diſpoſitio pprie ea eſt, q ſe tenet ex parte agentis, non quæ ſe tenet ex parte

prim. conc. paſſi. His conſtitutis, eſt prima concluſio. Vltima diſpoſitio ad gratiam, ad quam infallibiliter ſequitur gratia, nõ habetur ex facultate naturæ, ſed tantum dono Dei ſpecialı, & contrarium docere, eſt Pelagianum, quare attente, & cum ſcrupulo legendi ſunt Doctores ſcholaſtici in hac parte, qui arbitrantes ſe contradicere Diuo Thom. contradicunt ſcripturæ, & Concilijs, quæ numquam legerunt, ſed tantum metaphyſicas rationes cõſuluerunt ſuo ingenio adinuentas. Probatur. nam ſufficiens præparatio ad gratiam eſt dimouere animum ab iniquitate, & ſe in Deum conuertere, ſicut qui eſt auerſus a Sole hanc habet præparationem, vt illuminetur, conuertere nimirum faciem ſuam ad Solem. Sed hæc conuerſio in Deũ in ſcripturis attribuitur diuino auxilio, & miſericordiæ, dicitur enim in Pſalm. 79. Deus uirtutum conuerte nos, & Hieremiæ 31. Conuerte me Domine, & conuertar; Threnor. 5.

Conuerte nos Domine,& cõuertemur. Quod ſi Ioelis 2.
& Zachar.1.dicitur: Conuertimini ad me in toto corde ve
ſtro;noſtræ libertatis admonemur:ſed cum dicimus Cõ-
uerte nos Domine,& conuertemur: a diuina gratia nos ꝑ
ueniri confitemur:ſic explicat D.Tho.ſolut.ad 1.& Aug.
2.lib.contra duas epiſtolas Pelag. c. 8.dicit enim in hunc
Pſa.50. modum.Dicitur in Scripturis, Aperi os tuum,& implebo
illud;ſed rurſus legimus; Domine labia mea aperies; le-
gimus quoq́, in Scripturis; Intelligite inſipientes in popu
Prou.16. lo;& rurſus legimus,Da mihi intellectum,ut diſcam mã
data tua;atque etiam legimus, Hominis eſt præparare a-
nimam;ſed continuo dicitur,Præparatur uoluntas a Do-
Conc.Trid. mino;ſic explicat Conc.Trid.Seſ.6.& cano.5. & 6.Dein-
de,præparatio ſufficiens ad gratiã appellatur tractio in
Scripturis inſtar motus corporalis:ſed Ioan.6.dicitur.Ne
mo poteſt uenire ad me &c. Nec eſt ſecura quorundam
Theologorum rñſio, ꝙ hoc teſtimonium referri debeat
ad infuſionẽ gratiæ:nã infuſio gratiæ nec eſt tractio, nec
conuerſio,ſed terminus conuerſionis: quare ſi diſpoſitio
eſſet ex nobis,& Deus deſuper infunderet gratiam, Deus
proprie nos traheret,nec cõuerteret. Item, præparatio ad
gratiam ſufficiens eſt initiũ, & bona pars noſtræ ſalutis:
ſed quod initium iuſtificationis ſit ex nobis, condemnat
2.Cor.3 Paulus cũ dicit; Non ſumus ſufficientes cogitare aliquid
1.Cor.4 ex nobis:& iterum,Quid habes quod nõ accepiſti? & rur
Rom.11
Ephe.2. ſus,Quis prior dedit illi,& retribuetur?&,eos qui iuſtifi-
cantur appellat creatos in operib.bonis:quo ſignificat,id
omne quod attulimus in noſtra creatione, attulimus in
noſtra iuſtificatione:& alibi uocat eos qui iuſtificãtur ſor
te uocatos:in quo ſignificat, ꝙ ſicut in ſortib. nihil valet
induſtria humana,ita in iuſtificatione, nihil ualet indu-
Coloſ.1. ſtria humana ſine gratia Dei. Quarto,præparatio ad gra-
Ephe.1 tiam eſt effectus prædeſtinationis,vt conſtat;ſed effectus
prædeſtinationis referuntur in diuinam uolũtatem præ-
Rom.8 uenientẽ;Rom.8.in illis uerbis,Quos prædeſtinauit, hos
Rom.9 & vocauit &c.c.9. Non eſt uolentis,nec currentis &c.&
in eodẽ c.cõparatur iuſtificatio noſtra in ordine ad Deũ,
ſicut lutum in manu figuli:lutum uero non ſolum infor-
matur a figulo,ſed præparatur,& emollitur. Item,vltima
præparatio ad gratiam,eſt agere pœnitentiam,& diligere
Deum ſuper omnia,ut patet ex ſcripturis:hęc autem ope
ra ſunt dona Dei. Item diſpoſitio ultima ad gratiam eſt ſi
mul cum gratia,& eſt meritum uitæ æternæ,ut infra pate
bit:ſed meritum uitæ æternæ non poteſt haberi ex facul-
Aug. lib.1 contra duas epi.Pelag.c.9.& 8.3. li. hypo.& epi. 105. 106.& 107. tate naturæ.ergo. Hanc ſententiam ſæpe docet Aug & 1.
lib.tract.c.23.retractat id quod dixerat aliquando cũ Pe-
lagianis,initium fidei eſſe a nobis. Definita eſt hæc ueri-
tas Conc.Trid.Arauſ.& Mileui. vbi dicitur:quod nos nõ
incipimus operari,ſed Deus eſt qui incipit.

Conc. Trid. Seſſ.6.c.5.& can.3 Conc.Arau. 2.c. 24 & 26 Conc. Mile. per totum ſecunda cõc. Secunda concluſio. Diſpoſitiones imperfectæ antece-
dentes noſtram iuſtificationem ſunt etiam a Deo præue-
niente.Probatur ex rerum naturis,in quib. non ſolum vl
tima diſpoſitio eſt ab agente, ſed etiam ex diſpoſitiones
quæ paulatim diſponunt ad formam introducẽdam,vt vi
dere eſt in igne,&c.ergo in noſtra iuſtificatione non tan-
tum ultima diſpoſitio eſt a Deo, ſed etiam diſpoſitiones
quæ paulatim emolliunt corda noſtra. Differt tamen,ꝙ
agens naturale,quia eſt finitæ uirtutis, ſemper procedit
per imperfectas diſpoſitiones,quę paulatim diſponũt paſ
Eccle.11 ſum: At Deus,qm̃ eſt infinitæ uirtutis, aliquando ſubito
infundit gratiã. Potens.n.eſt Deus ſubito honeſtare pau-
perem:quod accidit in conuerſione Pauli:nam continuo
atque uocatus eſt a Domino,dixit,Domine,quid me uis
facere?& Dauid a Nathan correptus continuo dixit;Pec-
caui.Idem patet in conuerſione Apoſtolorum,qui uocati
continuò ſecuti ſunt Dominum. Item in ſacris ſcriptu-
ris,& in Concilijs clare definitur, quod initium noſtræ
ſalutis ſit a Deo: atque in eiſdem definitur,quod timor
Tertia conc. inferni ſit donum Dei.

Tertia conc.Opus moraliter bonum, & quidquid ho-
mo facit ex facultate naturæ propriæ non eſt diſpoſitio
ad gratiam,ſed eſt ueluti ſiccitas in ligno, quæ proprie
non eſt diſpoſitio,ſed potius potentia paſſiua. Probatur:
nam in generatione naturali omnis diſpoſitio efficitur ab
agente,qui conatur introducere ſuam formam in alterũ:
& nemo Philoſophorum vnquam dixit,quod lignum ſe
diſponit ad formam ignis per ſiccitatem: ergo ſimiliter
dicendum eſt in noſtra iuſtificatione. Itẽ,in ſanctis ſcri-
pturis,& Concilijs definitur plane, ꝙ omnis motus per-
tinens ad noſtram ſalutem ſit ex Deo, & ꝙ omne initiũ
noſtræ iuſtificationis ſit ex Deo.Item hoc demonſtrat ra
tio D Th.in articulo,ſi bene expendatur,quam defendit
hic Caietanus contra Durandum. Quar.conc.

Quarta concl. Opus moraliter bonum,& quidquid ſit
ex facultate naturæ, licet poſſit dici quædã diſpoſitio re-
mota ad gratiam, non tñ eſt meritum de congruo primæ Mag. Soto
gratiæ.Hanc demonſtrat Soto li.2. de natura gratia ca.4.
Pro cuius expoſitione notandum, ꝙ Scotus locis allega-
tis tenet,hominem ex facultate naturæ poſſe habere attri
tionem,quæ ſit meritum de congruo primæ gratiæ iuſti-
ficantis;& addit,ꝙ ſi eſt debitis circumſtantijs ꝓdita, uſ
eſſe ſufficiens diſpoſitio ad gratiam;alias difficile eſt ſal-
uare,ꝙ Deus non ſit acceptor perſonarum. Idem dicit de
dilectione Dei,quam homo põt habere ex facultate natu
ræ.Idem ſentiunt Duran.Adria.& ceteri Nominales. Me
ritum de condigno(inquiunt iſti Doctores)eſt, cui de iu
ſtitia præmium debetur. Meritum de congruo eſt,cui ꝓ-
mium ex ſola congruitate debeatur & hac rõne ſe tuen- Meritum de
tur ne ſentiant cum Pelagio. Nos uero hanc notam iſtis congruo cũ
auctorib.non imponimus,licet Lutherus Scoto,& pp Sco gratia pu
tum omnib.Doctorib. ſcholaſticis hanc notã hæreſis Pe- gnare uide
lagianæ imponat. In hac concluſione tñ ſtatui oſtẽdere, tur.
ꝙ hoc meritum de cõgruo vr̃ pugnare cum gratia. quod
probatur primo. Nulla eſt diſpoſitio ex puris naturalib.
vt ſupra demonſtratum eſt. ergo non eſt meritum de con
gruo primæ gratiæ ex puris naturalib. Probatur cõſequẽ
tia.nam maiorem energiã habet meritum de congruo, q̃
diſpoſitio.Secundo,meritum eſt correlatiuũ ad ꝓmium,
mercedem,& debitũ.ubi nulla eſt rõ debiti, uel præmij,
nõ eſt ratio meriti:& qualis fuerit ratio debiti, talis erit
ratio meriti;ſed prima gratia iuſtificãs nulla rõne nobis
debetur:dicit.n.Paulus Ro.4. Si ex debito,non eſt gratia. Ro.4.& 11.
Ro.11.Si ex operib.iam non eſt gratia. igitur non eſt ali-
qua ratio meriti in ordine ad primã gratiã. Confirmatur.
nã auctore Paulo meritũ tollit gratiam.ergo ſi eſt aliqua
ratio meriti;adimitur aliquid gratiæ. Tertio,quanto tpe
Eccleſia Chriſti perpeſſa eſt bellum Pelagianorũ, nemi-
ni Pelagianorũ, vel Catholicorũ venit in mentẽ hæc di-
ſtinctio meriti;cũ tñ eſſet ualde neceſſaria. nam uel Pela
giani ſe protexiſſent hoc merito,vel Catholici temperaſ-
ſent rigorẽ cenſendi.tamen in Conc Paleſtino,vt auctor Conc.Paleſ.
eſt Auguſt.damnatur abſolute, qui dixerit, gratiã ſecun- Aug.epi.ad Paul.
dum merita noſtra dari.in Conc.Mileu. definitur,gratiã Conc. Mileu
nullis ꝓcedentib meritis nobis conferri.& in Conc.Arau. cap.5.
definitur, ꝙ Deus nullis bonis meritis præcedentib in- Con.Arau. c 5 Con.Trid.
ſpirat nobis fidem,& amorẽ.eadem definitio eſt in Cõci. Seſ.6.c.5.
Tridenti.Quarto, ſi tempore Pelagij eſſet inuentum hoc
meritum de congruo,& Patres Conci.conceſſiſſent Pela-
gio, quod homo ex facultate naturæ poteſt ſe diſponere
ad gratiam. & mereri illam de congruo, certe non am-
plius periſſet.Nam Pelagius,uir alias acutus, optime co-
gnouiſſet inter Deum,& hominem mortalem non eſſe ri
gorem iuſtitiæ:ſed tantum congruentiam iuſtitiæ. Item,
Pelagius ponebat meritum primæ gratiæ, ne Deus uide-
retur acceptor perſonarum,& ne gratia videretur fatum,
vt auctor eſt Auguſ.at ſi hoc meritum de congruo intro- Aug. lib.1
ducatur,faciliſſime tolluntur hæc inconuenientia Pelagij contra duas
Vnde Scot. dicit, ꝙ ſine hoc merito difficile ſaluaret,qũo epiſ. Pelag.
Deus non ſit acceptor ꝑſonarum,in qua re ſentit cum Pe c.7.& 8
lagio.Sed Patres Eccleſiæ non referunt hoc in meritũ no
ſtræ uolũtatis,ſed in diuinã voluntatẽ præuenientẽ, ſm
illud,Non eſt uolẽtis &c.& illud; Cuius uult miſeretur; Auguſt loco
& quem vult indurat. Vnde Aug. dicit, ꝙ in iuſtificandis allegato.
hominib,non eſt acceptio perſonarum: qm̃ eſt gratia, in
qua habet uerũ illud;Nõ licet facere de meo quod uolo?
an oculus tuus nequã eſt,qm̃ ego bonus ſum?Itẽ,non eſt
fatũ: nã eſt gr̃a.& ponit exẽplũ de duob. debitorib. quo-
rũ uni creditor remittit debitũ,ab altero uero exigit Sed
Pau multo accõmodatius exẽplũ pſequtur, de luto in ma
nu figuli.Deniq; meritũ de cõdigno nõ ex eo dr̃,ꝙ Deus
ꝓprie dẽat nobis ꝓmiũ, ſed qm̃ ſtatuit legẽ certiſſimã de
præmio reddendo:ſed ut dicunt prædicti Doctores,Deus
ſtatuit

ſtituit legem infallibilem, quod facienti quod in ſe eſt ex facultate naturæ, continuo datur gratia, & hoc quidem ex merito: ergo eſt meritum de condigno. Sed dimiſſis rationibus adducendæ ſunt ſententiæ Patrum, quæ in hac parte ſummum habent momentum. Auguſtinus explicans illud ad Romanos 3. Omnes peccauerunt, & egent gratia, dicit ſic; Ante iſtam gratiam nihil præceſſit, niſi quod damnari merebamur. epiſtola 106. Ante iuſtitiam impius quid eſt niſi impius? quem ſi debitũ ſequeretur, quid eius merito niſi ſupplicium redderetur? epiſtola 107. Ibi gratia eſt indulgentia, vbi iuſta poterat eſſe vindicta. & ſerm. 15. de verbis Apoſtoli, exponẽs illud; Gratia eſtis ſaluati per fidẽ; & hoc non ex vobis, Non ex operibus, inquit, ne forte dicas, promerui & ideo accepi; non putes te promerendo accepiſſe, qui nõ promereres niſi accepiſſes. Gratia præceſſit meritũ tuum, non gratia ex merito, ſed meritũ ex gratia. Nam ſi gratia ex merito, emiſti, & nõ gratis accepiſti. Pro nihilo, inquit, ſaluos facies illos. Quid eſt pro nihilo ſaluos facies? nihil in eis inuenis vnde ſalues, & tamẽ ſaluas. Gratis das, gratis ſaluas. Omnia merita præcedis, ut dona tua cõſequantur merita tua. Prorſus gratis das, gratis ſaluas, qui nihil inuenis unde ſalues, & multum inuenis vnde dãnes. Et ſuper Pſalmum 43. argumentatur ſic. Antequã eſſes nõ poteras mereri vt fieres, igitur antequã iuſtus eſſes, nõ poteras mereri ut iuſtus fieres. Non fuiſti, factus es, quid Deo dediſti? malus fuiſti, iuſtificatus fuiſti; quid Deo dediſti? hæc argumentatio habet locũ ex illo Pauli, Creati in operibus bonis, quo ſignificatur, id nos afferre ad noſtrã iuſtificationem, quod attulimus ad noſtram creationem. Similes ſententias habet Auguſt. ſuper epiſt. ad Gal. c. 4. Item ſunt illæ ſententiæ Auguſtini; Meritis impij nõ gratia, ſed pœna debetur: & illud. Quid merebaris o peccator, quid merebaris? vide ſi occurrat tibi niſi pœna? vide ſi occurrat tibi niſi ſupplicium. Bern. 67. ſerm. in Cant. Nolo meritũ quod gratiã excludit: horreo quidquid meũ eſt ve ſim meus. Ex hac definitione ſequitur, q illæ præparationes, quæ antecedũt gratiam iuſtificantem, etiam ſi ſint a Deo, vt metus inferni &c. non ſunt meritum de cõgruo gratiæ iuſtificãtis: hoc patet ex argumentis ſupra poſitis. Itẽ eſt alia manifeſta ratio. Nã omne meritum noſtrum, gratiæ & amicitiæ diuinæ innititur: quare ſi homo ſit impius, nihil ei niſi ſuppliciũ debetur.

Aug. ſer. 2. in Pſal. 18. — *Notãda Auguſtini ſnia.* — *Ephes. 2.*

Obiectiones. Prima obiec. Orig. hom. 3. in Leuit.

Contra hanc ſententiam arguitur. Nam Origines dicit clare, quod pronunciare peccatum, meretur remiſſionem peccatorum: ergo ante remiſſionem peccatorum eſt aliqua ratio meriti in homine.

Secunda.

Secundo Auguſtinus epiſt. 105. dicit, nec ipſa remiſſio peccatorum ſine aliquo merito ſit, ſi fides hanc impetrat, ſecundum quã ille dicebat, Propitius eſto mihi peccatori, & deſcẽdit iuſtificatus merito fidei, fidelis humiliatus. epiſt. 106. Si quis dixerit, inquit, q gratiam bene operãdi fides meretur, non poſſumus negare, immo gratiſſime cõfitemur. Idẽ dicit lib. de prædeſt. Sanct. cap. 1. lib. 1. ad Simplici. quæſt. 2. & lib. de prædeſt. ſanct. c. 7. dicit, q Cornelius meruit credere, qm̃ erat vir probus: & certe Aug. pro certo habuit, q ſi fides eſſet a nobis, eſſet a nobis nonnullum meritũ ad gratiã iuſtificantem. Sed auctore D. Th. 2. 2. q. 6. art. 1. & 2. fides aliquãdo infunditur prius tempore quam gratia iuſtificans: ergo põt eſſe meritum noſtræ iuſtificationis: ita uidetur ſentire D. Th. ſup. epiſt. ad Hebr. c. 6. Explicans illud; Non enim iniuſtus eſt Deus vt obliuiſcatur operis veſtri. Et q meritũ de congruo non ſit negandũ, euidenter demonſtratur. Nam legimus Dñm Ieſum, poſtquã vidit fidem quorundam, dixiſſe paralytico, Tolle grabatum tuũ, & ambula: igitur fides aliena meritoria fuit; ſiquidẽ promeruit paralytico ſalutem animæ, & corporis: hoc aũt de cõdigno eſſe, penitus Theologica reprobant dogmata. Chriſto namq; hoc uni reſeruatur, ut alijs de cõdigno mereatur: eſt igitur meritum congruitatis. Ad hæc, Dñm tradidiſſe legimus, ut oremus pro perſequentibus nos: hæc igitur oratio meritoria erit, vt inimici noſtri reuertantur ad Deũ, & ceſſent a uexandis fratribus. Et ruſum ipſe quoq; Dñs iubet; Dimittite, & dimittetur vobis, ut dimittemini: fac ergo peccatorem quempiã offenſum, remittere iniuriã; qui obſeruat Dñi prædictũ mandatum, hic remittit; ergo meretur de congruo ut ſibi dimittatur offenſa cuius Deo debitor eſt: nã ſuppoſuimus hũc eſſe ſub noxa criminalis culpæ. Quid, q Paulum habemus ex precibus Stephani, ut Auguſtinus docuit: at vero non illi meruit gratiã iuſtificantẽ de cõdigno: ergo meruit de cõgruo. & de Centurione legimus, Dignus eſt ut hoc illi præſtes: diligit enim gentẽ noſtram, & ædificauit nobis ſynagogã. Quæ omnia confirmantur nõ inualido argumẽto. Nã Patres antiqui, vt eſt Theologorũ cõmunis opinio, meruerunt incarnationem Chriſti Dñi de cõgruo, meruerunt itaq; fontem gratiæ iuſtificãtis: ergo meruerunt grãm ex Chriſto, & per Chrm̃ deriuatã. Quod recte ſequatur, euidẽter demõſtratur. Nã ſi quis mereretur fontẽ lucis, ex cõſequenti neceſſario mereretur lucẽ.

Meritum de congruo. — *Marc. 2.* — *Matth. 6. Luc. 6.* — *Luc. 7.*

Solutio.

Rñdetur ad hoc, q multoties ſancti Patres, qñ de ueritate cõſtabat, non multũ erant ſoliciti de proprietate vocabulorum; & ſic inuenimus eos hic uſos fuiſſe nomine, Meriti, in impropria ſignificatione, quo et modo ſolemus nos dicere peccatoribus, Facite eleemoſynas ut mereamini a Deo exaudiri, ſenſus eſt, facite quod in uobis eſt, ut Deus ueſtri miſereatur. hoc fuit cõſilium Danielis; Peccata tua eleemoſynis redime. Tob. c. 4. Eleemoſyna a morte liberat. & illud Dñi; Si dimiſeritis, dimittetur uobis. Secundo dico, q homines per fidem merentur iuſtificationẽ, qñ fides impetrat iuſtificationẽ, illa enim docet quõ debeamus orare, & a quo debeamus petere. Tertio dico, q qñ Auguſt. dicit fide mereri iuſtificationem, loquitur de fide uiua, & loquitur de augmento iuſtificationis, de quo intelligitur illud, Qui iuſtus eſt iuſtificetur adhuc. & q hæc ſit legitima expoſitio Aug. patet ex epi. 106. & ex Magiſtro in 2. diſt. 27. & ex D. Th. infra q. 114. ar. 5. ad 1. Dico quarto, q diſpoſitio bona, ſiue ex libero arbitrio, ſiue ex diuino auxilio ante iuſtificationem dat nonnullã decẽtiam, & congruitatẽ, non tm̃ ex parte Dei, ſed & ex parte hominis, ut iuſtificetur. Quod ſit congruentia ex parte Dei, dicit Anſelmus; Cũ punis malos, iuſtus es, quia illorũ meritis conuenit, cũ uero parcis malis, iuſtus es, non quia illorũ meritis, ſed quia tuæ uoluntati eſt congruũ. Quod uero ſit congruentia ex parte peccatoris, probatur ratione. Primo, qm̃ homo peccator, qui bonis operibus eſt deditus, maiorẽ aptitudinem ſiue (ut proprius loquar) minorẽ repugnantiã habet ad gratiam iuſtificãtem, quã homo innumeris ſceleribus coopertus, ſicut lignum aridum maiorem aptitudinem habet ut cõburatur, quã humectatum. Secundo qm̃ auctore D. Th. 3. p. q. 4. ar. 1. in natura humana erat congruentia vt aſſumeretur a uerbo diuino, quæ conſiſtebat in dignitate naturæ, & neceſſitate: erat enim ex omni parte peccato infecta. ſi igitur in natura humana erat congruentia ut aſſumeretur in unitatem ſuppoſiti diuini, certe in bonis operibus ex facultate naturæ comparatis erit congruentia ad iuſtificationem.

Dan. 4. Tob. 4. — *Mag. ſen. & D. Thom.* — *Diſpoſitio nonnullã cõgruentiam tribuit.* — *Anſel.*

Congruẽtia non fundat rationem iuſtitiæ.

Sed notandũ, q hæc cõgruentia non fundat rationẽ iuſtitiæ, quare Deus ſæpe prætermittit eã, & iuſtificat homines, in quibus hæc congruentia nõ reperitur, ut patet in conuerſione Pauli, Magdalenæ &c. Secũdo, quia magis pertinet ad profunditatẽ diuini iudicij, ut ex duobus, in qbus eſt æqualis cauſſa, & æqualis cõgruentia, dimittat unũ, & alterũ iuſtificet, ut nõ glorietur omnis caro ex operibus corã illo. Item notandum, q homo iuſtus, & amicus Dei põt mereri alteri primã gratiã de congruo, orans pro peccatore ut cõuertatur: nã æquitas eſt, quod Deus exaudiat amicos ſuos pro peccatoribus deprecãtes. Confirmatur. nã D. Th. 3. p. q. 2. art. 11. dicit clare, q Patres antiqui meruerunt de cõgruo Incarnationem Dñi. ſed uocatur hoc meritum de congruo, qm̃ non eſt lex infallibilis, q exaudiatur amicus Dei pro altero. Demum dicendum eſt, q quãquã in oratione a peccatore facta, inſuper in operibus miſericordiæ, atq; in condonatione iniuriæ ſit nonnulla uis ad impetrandã Dei miſericordiam, uim meriti ullã nõ debet admittere Theologus: impetratio .n. diuinæ miſericordiæ innititur, meritum uero, iuſtitiæ. & de iuſtitia peccatori nihil debetur niſi ſupplicium. Sed ad illã argumentationẽ, de merito de congruo, quo Patres antiqui filij Dei incarnationẽ meruerunt, ex quo ratiocinabamur, Patres antiquos primã gratiam de congruo promeruiſſe, dicendũ eſt, argumẽti conſecutionem eſſe nullam. Cuius rei duplex eſt cauſſa; altera eſt, q Chriſtus Dñs non fuit

cauſſa efficiens gratiæ quæ Patribus antiquis collata fuit. Cauſſa enim efficiẽs non poteſt operari, antequam ſit. & certum eſt, ꝙ gratia Patribus antiquis collata prior fuit tẽpore Chriſti Domini incarnatione: ſed fuit ueluti cauſſa finalis, propter quam cõferebatur illis gratia in uirtute Chriſti uenturi, & propter pretium poſtmodum ſoluendum. Vnde conſequentia argumenti nulla eſt: non enim meruerunt Patres antiqui Chriſtum Dominum ut cauſſam efficientem gratiæ ſuæ. Altera cauſſa quare neganda ſit conſequentia, eſt: nã gratia antiquorum Patrum collata eſt illis ex meritis Chriſti præuiſis; & id quidẽ gratis: poſtquam iam uero habuerunt gratiam, per illam meruerunt de congruo ut ueniret deſideratus gẽtibus, & exſolueret pretium ſuæ redemptionis. Vnde euidens eſt, quod non meruerunt ſibi primam gratiam de congruo.

Ad argum. ad primum. Ad argumenta in principio facta, ad primum dicendũ, ꝙ gratia iuſtificationis eſt donũ ſupernaturale, nec perſonæ, nec naturæ, nec operibus noſtris debitum: quare ratio naturalis de hoc nihil põt demonſtrare. & deteſtatio peccati ex facultate naturæ comparata, nõ eſt diſpoſitio, niſi ualde remota, ſicut ſiccitas in ligno. Quare notandũ, quod ſancti Patres, qui pugnabant contra Pelagianos, non pugnabant rationibus humanis, ſed ſcripturis ſanctis, in quibus habetur illud, Sine me nihil poteſtis facere: &, Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? &, Non uos me elegiſtis &c.

Secunda ſolutio. Secundo reſpondetur, ꝙ ſufficiens diſpoſitio ad habendã gratiam nõ eſt quæcumq; dolor propter Deum, ſed efficax, & propter Deum ſumme dilectum, & cum propoſito firmiſſimo cauendi in futurum: hæc uero opera ſine gratia haberi non poſſunt.

Tertia. Tertio dicebat Victoria, ꝙ licet poſſemus habere ex facultate naturæ cõtritionẽ, quod eſt falſum, Deus tamen reſeruauit ſibi præparationem ad gratiam, & eius infuſionem, ne glorietur omnis caro coram illo ex operibus ſuis. Quod autẽ hoc ſibi reſeruauerit, patet ex Concilijs, & ſcripturis. Caietanus 1.q. de contritione dicit, ꝙ diligere Deum ſuper omnia, & deteſtari peccatum ſuper omne deteſtabile, nõ eſt ſufficiens præparatio ad gratiam, ſed requiritur acceptatio diuina, & diuinum auxilium ſpeciale: hæc tamen ſolutio non eſt uera, ut uidebitur ſuo loco.

Ad ſecundũ Ad ſecũdum, de pueto qui peruenit ad uſum rationis, & proponit ex facultate naturæ ſequi bonũ, & fugere malũ, rñdetur, ꝙ Deus continuo adiuuabit illum ex parte intellect⁹, infundẽs illi lumẽ ſupernaturale fidei, ſine qua impoſſibile eſt placere Deo: & ex parte uoluntatis inſpirãs amorẽ diuinũ, ſine quo nemo uiuit, nec iuſtificatur: hoc vero habemus ex diuinis reuelationibus, & ſcripturis.

Ad tertium. Ad tertium rñdetur, ꝙ homo non põt facere quod in ſe eſt, niſi diuina gratia excitetur: ſcriptum eſt enim, Sine me nihil poteſtis facere. ergo ſine diuino adiutorio nõ poteſt facere homo quod in ſe eſt, ut iuſtificetur. hanc ſolutionẽ perſequitur D.Th. hic ad ſecundum, & infra q.112. ar.3. Secundo dico, eſſe probabilem ſententiam doctorũ, quod facienti quod in ſe eſt ex facultate naturæ, Deus ex ſua miſericordia numquam denegat gratiam.

Ioan.15 Sed dicet Theologus, In quo differt hæc ſententia a ſententia Pelagij? Rñdetur, primo: nã Pelagiani dicebant poſſe hominẽ ex facultate naturæ mereri primam gratiã de condigno: at Scotus, & ceteri, quacumq; diſpoſitione poſita ex parte liberi arbitrij, dicunt gratiſſime nobis cõferri. Secundo differunt: nã Pelagius dicebat, hominẽ ex facultate naturæ ſine fide ſupernaturali, & ſine inſpiratione diuini amoris poſſe conſequi gratiã, & gloriã. ſed Catholici fatentur, ꝙ homini facienti quod in ſe eſt ex facultate naturæ, eſt neceſſaria fides ſupernaturalis, & amor deſuper infuſus, ſine quo nemo uiuit, quæ dona cõfert Deus facienti quod in ſe eſt, ut ad gratiã præparetur.

Differt maxime opinio Scoti a ſnia Pelagij.

Non infallibiliter datur gratia faciẽti quod in ſe eſt ex facultate naturæ. Tertio dico, ꝙ probabilius eſt, & magis contentaneũ ſanctis Patribus, præcipue Auguſtino, non eſſe legem infallibilem, ꝙ homini peccatori facieti qđ in ſe eſt ex facultate naturæ cõtinuo cõferatur gratia: nã ſi eſſet lex infallibilis, certe initiũ, & bona pars iuſtificationis eſſet a nobis, profecto haberemus quid rñderemus Paulo interrogãti Quis te diſcernit? nã poſſemus dicere, diſcernit me meũ propoſitũ: quia facio quod in me eſt ex facultate naturæ. Ruſſus haberemus quid reſpõderemus Paulo interroganti, Quis prior dedit illi? nã diceremus, dedimus prius bonũ propoſitũ, & fecimus quod in nobis eſt. Atq; poſſemus ſoluere illã quæſtionem, quã Paulus in epiſt. Ad Rom. inſolutã relinquit, ſcilicet, quid eſt quod hunc trahat, & alium non trahat: in promptu eſt reſponſio ſecundũ iſtam ſententiam. Trahit hunc quia fecit quod in ſe eſt; aliũ minime, quia nõ fecit quod in ſe. Deinde, ſi eſt lex infallibilis, quomodo definiũt Scripturæ & Concilia, hominem ex facultate naturæ non poſſe aliquid facere, quod ad uitam æternã ſit utile, ſine gratia Dei ſpeciali? Certe utiliſſimũ eſt ponere diſpoſitionem ex facultate naturæ, ad quã infallibiliter ſequatur gratia, & poſtmodum gloria. Item, diſpoſitio ad quã infallibiliter ſequatur gratia, eſt effectus diuinæ prędeſtinationis, ut conſtat. Sed effectus diuinæ prædeſtinationis in diuinã uoluntatem præuenientem ſunt referendi, ut conſtat ex ſcriptura: ergo.

Quid in hac cauſſa Aug. ſentiat. Quid uero ſentiat Auguſtinus de hominibus faciẽtibus, quod in ſe eſt ex facultate naturæ, animaduertere licet 4. lib. cõtra Iulianũ c.3. & libro de natura & gratia c.1. uſq; ad 5. & c.67. & 68. & lib. 2. contra Pelagium & Celeſt. c.26. & epiſtola 105.

Sed dicet Theologus; Excuſabunt ſe homines facientes, quod in ſe eſt ex facultate naturæ, dicẽtes. Quid amplius debuimus facere, qui fecimus, quod in nobis eſt, & gratiã vnde conuerteremur non accepimus? Quibus reſpondet Auguſtinus, Quieſcãt, inquit homines hoc murmurare, forte enim recte quererẽtur, ſi nõ præſto adeſſet, qui auerſum reuocat, & credentem doceat. Non enim homines ſunt in culpa, quoniam inuiti ignorãt, ſed quoniã negligunt medicinam. Quod ſi inſtemus de hominibus, qui non negligunt quærere mediũ? Reſpondet Auguſtinus, ꝙ cõdemnantur ratione peccati originis, uel aliorũ criminum quæ addiderunt ſupra peccatum originis.

Ad quartũ Ad quartum dicunt quidam, ꝙ licet homo ex facultate naturæ poſſit habere attritionẽ, quæ cum ſacramento iuſtificet hominem, non tamen inde conuincitur, ꝙ poſſit homo ex facultate naturæ ſe ad gratiã præparare: nam prępatatio non eſt attritio ſolũ, ſed cum ſacramento: hęc uero diſpoſitio eſt ſupernaturalis, & ex diuino auxilio proficiſcens. Quod uero attritio ex facultate naturæ cõparata, cũ ſacramento baptiſmi, uel confeſſionis ſatis ſit ad iuſtitiã, aſſerunt Doctores graues. Soto libr.2. de natura c.3. in 4. in materia de pęnitẽtia. Cano, Victoria, & alij Magiſtri noſtri: & probatur hæc ſententia. Nam ſacramẽta conferunt gratiam non ponentibus obicẽ, ſed qui habet attritionẽ de peccato ſuo, & remouet animum a peccato, nõ ponit obicem: ergo recipit gratiã.

Mag. Soto. Cano, & Victoria.

Attritio quę cũ ſacramento ad iuſtitiam ſufficit ſupernaturalis eſt. Sed alij Theologi (quorum ſententiã ſequor) tenent, ꝙ attritio, quæ ſatis eſt cum ſacramento ad iuſtificationẽ, debet eſſe ſupernaturalis, qualis poteſt eſſe in peccatore, ut metus gehennæ inceſſus a Deo: & omnino ſi nõ eſt præparatio ſupernaturalis cũ ſacramento, non eſt ſatis ad iuſtificationem.

Cõc. Araul. c. 25. Probatur: nã in Concilio Arauſicano definitur ſic, ꝙ initiũ fidei, quo peruenimus ad regenerationẽ baptiſmatis, Deus deſuper nobis infundit, & eius amorem: & qui contrariũ dicunt, dogmatibus Apoſtolicis aduerſantur. & alibi definitur ſic. Salubriter confitemur, ꝙ in omni opere bono nos nõ incipimus, & poſtea a Deo adiuuamur, ſed ipſe Deus nullis bonis meritis præcedentibus noſtris fidẽ, & amorem inſpirat, ut ad ſacramentũ baptiſmi accedamus.

cap. 25.

Concl. Trid. ſeſſ 6. capit 5. & 6. Idẽ definitur in Cõcilio Triden. Itẽ, ut digne accedamus ad ſacramentũ baptiſmi, eſt neceſſarium prius credere, & ſperare ſalutem, quã in ſacramento baptiſmi a ſacramento requirimus. Sed hæc opera ſine gratia Dei ſpeciali haberi nequeunt. ergo &c. Item, ſicut aſſeritur in ſcripturis, ꝙ ſine fide impoſſibile eſt placere Deo, ita aſſeritur, ꝙ ſine præparatione ſupernaturali nemo uiuit, uel iuſtificatur, ſed in nullo euentu põt eſſe ſalus ſine fide ſupernaturali. ergo nec ſine prępatatione ſupernaturali. Cõfirmatur: nã certe eſt abſurdũ, & fere cõtra ſcripturas, ꝙ homo adultus cõſequatur ſalutẽ æternã ſine aliquo actu ſupernaturali ex parte uoluntatis. Itaq; ad argumentum quartũ negatur antecedens. Ad ultimum rñdetur, ꝙ licet ſit immediatus ordo inter opus morale, & opus gratiæ, nõ tñ eſt immediatus ordo inter opus morale, & tale opus gratiæ, ſcilicet gratiæ ibi habitualis: mediat enim conuerſio ſupernaturalis, quę eſt præparatio ad gratiam.

EXPLI-

EXPLICATIO ARTICVLI.

Concluſio D. Tho. confirmatur Hier. 2

Conclufio D. Thom. eſt certa ſecundum fidem. Oſeæ 13. Perditio tua ex te; tantummodo in me auxilium tuum Hier. ca. 2. Si laueris te nitro: & multiplicaueris herbam borith, immunda eris in conſpectu meo. c. 30. Inſanabilis eſt fractura tua, ad alligandum curationem tuam, nō eſt vtilitas in te. Quibus verbis ſignificatur, ꝙ per nulla beneficia naturalia poſſumus a peccato emundari. Idem patet ex illo; Sana animā meam, quia peccaui tibi, & viam iniquitatis amoue a me. Item eſt primum principium in religione noſtra, Non eſſe aliud nomen ſub cœlo, in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in noīe illius. qui propterea Ieſus voluit vocari, ꝙ ſaluum eſſet facturus populum ſuū a peccatis eorum. Hic eſt agnus Dei qui tollit peccata mūdi, qui deſcendit in hunc mūdum peccatores ſaluos facere, vt ſaluum faceret qđ perierat. & venit vocare nō iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiam: q eſt propitiatio ꝓ peccatis noſtris, & lauit nos a peccatis in ſanguine ſuo. Certe hāc veritatem, vel ſolū argumentum D. Th. in contrarium maniſeſte probat, quæ adeo explorata eſt, vt Pelagius inimicus gratiæ Chriſti aſſerat, gratiā Dei eſſe neceſſariam ad remiſſionem peccatorum, vt auctor eſt Auguſtinus.

Concluſio

Detrimēta peccati.

Aug. epiſt. 8. & 94.

Dubitatio: Primum ar.

Hoc ſuppoſito, eſt dubium; An homo per vires naturæ poſſit reſarcire damnum quod infert peccatum cōtra ordinem naturæ. Et videtur quod ſic. Nam D. Th. in 2. d. 28. in expoſitione litteræ clare dicit, ꝙ homo peccator per vires naturæ, licet non poſſit reſarcire damnum quod intulit peccatum cōtra ordinem ſupernaturalem, pōt tamen reſtaurare damnum quod eſt contra ordinē naturalem. & probat auctoritate Ariſ. in c. de oppoſitis: vbi dicit, ꝙ licet a priuatione ad habitum non ſit regreſſio, a vitio vero ad virtutem poteſt eſſe regreſſio: idem ſequit d. 13. Conſentit Caie. hic, & probatur.

Nam habitus parui non neceſſitant voluntatem, vt permaneat in malo: ergo poteſt redire ad bonum oppoſitū, & continuo exercitio ſe ſubdere Deo, vt principiū naturæ eſt. Secundo voluntas ex intemperantia pōt redire ad temperantiam per facultatem naturæ: ergo ex inobedientia pōt redire ad obedientiā Dei, vt eſt principiū naturæ. Tertio, ſi homo conderetur in puris naturalib. cui nulla darentur præcepta ſupernaturalia, neceſſario debebat labi in peccatum mortale: ergo ſi bonum naturale reſtaurari non poteſt ſine gratia Dei, ille homo neceſſario debebat eſſe miſer. In oppoſitum eſt ſentētia D. Th. ſolutione ad 3. quę eſt veriſſima. Nam homo in peccatū lapſus non poteſt ſeruare oīa præcepta legis naturę, nec vero diligere Deū ſuper omnia dilectione naturali, vt ſupra probatū eſt; ꝙ opera ſunt homini maxime naturalia: ergo non poteſt reſtaurare damnum qđ infert peccatum in naturalibus. Secundo, homo peccator, quoaduſq; iuſtificetur, hēt vltimum finem ſuum conſtitutū in commutabili bono. Rurſus, meretur ſupplicium æternum: ergo.

Secundum

tertium

Sententia verior

Tertio, eſt auerſus a Deo, vt eſt principium naturæ: & non pōt habere beatitudinē naturalem, & eſt diſpoſitus ad vltimam miſeriam: ergo &c.

Solutio arg.

Ad argumenta reſpondetur, tantū probare ꝙ poſſumus reſtaurare damna quodammodo, & ſecundū quid; non tamen omnia damna. vt dudum probatū eſt. Eſt aliud dubium; an de potētia Dei abſoluta poſſit remitti peccatum ſine gratia iuſtificante. Rurſus, an poſſit remitti peccatum ſine qualitate, quæ eſt gratia. ſed de hoc infra q. 113.

ART. SEPTIMVS.

Vtrum homo poſſit reſurgere a peccato ſine auxilio gratiæ.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Vt homo reſurgat a peccato, indiget habitu gratiæ iuſtificantis, atq; ēt interiori Dei motione. Non enim eſt idē reſurgere a peccato, quod ceſſare ab actu peccati. Peccatum namq; trāſit actu, & remanet reatu. Sed reſurgere a peccato, eſt reparari hominem ad ea quæ peccando amiſit. At homo nō poteſt reparari ad ea quæ peccando amiſit ſine habitu gratiæ iuſtificantis, & interiori Dei motione. Ergo hęc oīa requirūtur. Probatur minor argumenti. Nā homo peccādo triplex detrimētum incurrit; videlicet maculā, in quantum priuatur decore gratię ex deformitate peccati; īcurrit corruptionē naturalis boni, īquātum natura hominis deordinatur, quando voluntas non eſt ſubiecta Deo, quo ordine ſublato, tota natura hominis peccantis remanet inordinata; incurrit ēt reatum pęnæ, p quā homo peccando mortaliter meretur damnationem ęternam. Tria autem hæc non poſſunt reparari niſi per Deū. Nam Dei gratia prouenit ex illuſtratione diuini luminis, quæ reparari non poteſt, niſi Deo denuo illuſtrante: vnde requiritur habituale donum, quod eſt lumen gratiæ; neq; poteſt reparari ordo naturæ, vt voluntas hominis Deo ſubiiciatur, niſi Deo voluntatē hominis ad ſe trahente. Sed & reatus pęnæ æternæ nō poteſt remitti, niſi a Deo, in quē eſt commiſſa offenſa, & qui eſt hominum iudex. Vnde reqritur auxilium gratiæ, vt homo a peccato reſurgat, & quantum ad habituale donum, & quantum ad interiorem Dei motionem.

ART. OCTAVVS.

Vtrum homo ſine gratia poſſit non peccare.

SVMMA TEXTVS.

Pri. conc.

Prima Concluſio. Homo in ſtatu naturę integræ poterat nō peccare, neque mortaliter, neque venialiter per vires ſuæ naturæ. Nam peccare, nihil aliud eſt, quā recedere ab eo quod eſt ſecundum naturam; quod vitare poterat homo in eo ſtatu.

Secun. co.

Secunda concluſio. Homo in ſtatu naturæ lapſę indiget dono gratię habitualis ſanā

De expoſitione articuli huius vide D. Tho. 3. contra gentes. c. 157. & 158.

EXPLICATIO ARTICVLI.

triplex de peccatis cauendis error.

De peccatis cauendis ab hominibus fuit triplex error. Primus Manichæi, ponētis in nobis mentem quandam malam, productam a malo Deo, quæ non poteſt nō peccare. Secundus eſt Lutheri, huic errori propemodum ſimilis, aſſerentis naturam humanam poſt peccatum eſſe adeo diſſipatam, & corruptam, vt in omni opere ſuo peccet mortaliter: ceterum inquit, ꝙ hæc peccata per diuinam miſericordiā non imputantur ei qui credit in Chriſtum, qui iuſtificat impium. Tertius error eſt Pelagij, aſſerentis, ꝙ homo p ſua naturalia ſine auxilio gratiæ, etiam poſt peccatum, poteſt cauere omne peccatum, & implere vniuerſam legem, & tandem non peccare. Contra hunc errorem diſputat D. Thom. in præſentia.

Secundus error.

tertius error

De ſtatu naturæ integræ quæſtio.

Vt vero eius doctrina explanatius & euidētius intelligatur, eſt prima dubitatio, Vtrum in ſtatu naturæ integræ poſſit homo ſine gratia vitare ea peccata quæ erant contra præcepta ſupernaturalia, videlicet ſpei, fidei, &

tis naturam vt non peccet. Nã in ſtatu naturæ corruptæ, in quo inferior appetitus nõ eſt totaliter ſubiectus rõni, non poteſt eſſe quin contingãt inordinati motus in appetitu ſenſitiuo: & cum ratio hominis non ſit totaliter ſubiecta Deo, contingunt multæ inordinationes in actib. rationis. Nam cum homo non habeat cor ſuum firmatum in Deo, vt pro nullo bono conſequendo, vel malo vitando ab eo ſeparari velit, occurrunt multa propter quæ cõſequenda, vel vitanda homo recedit a Deo, præcepta eius contemnẽdo; & ſic mortaliter peccat; maxime in repentinis, in quibus homo operatur ſecundum finem præconceptum, & ſecundum habitum præexſiſtentẽ; quamuis ex præmeditatione rationis homo poſſit aliquid agere præter ordinem finis ꝑter inclinationẽ habitus: ſed quia nõ poteſt ſemper eſſe in tali præmeditatione, non poteſt contingere, vt diu permaneat, quin operetur ſecundũ voluntatem a Deo deordinatam, niſi cito per gratiã ad debitum ordinẽ reparetur. Vnde indiget homo gratia habituali ſanante, vt a peccato abſtineat.

Tert. con. Tertia concluſio. Homo iã ſanatus per donum gratiæ poteſt cauere omnia peccata mortalia, & ſingula venialia; non tamen omnia venialia ſimul. Nam hæc ſanatio quæ fit per gratiam, primo fit in mẽte, appetitu carnali nondum reparato: vnde Apoſtolus; Mẽte ſeruio legi Dei; carne autem legi peccati. In quo ſtatu poteſt homo abſtinere ab omni peccato mortali, quod in rõne conſiſtit; ſed non ab omni veniali, propter corruptionẽ appetitus inferioris, cuius motus ſingulos rõ poteſt reprimere, non tamẽ omnes: quia dum vni reſiſtit, inſurgit alius & ratio non ſemper eſt peruigil ad huiuſmodi motus vitandos.

Quar. co. Quarta concluſio. Homo in peccato mortali, qui non eſt ſanatus per gratiam, poteſt cauere ſingula peccata mortalia ꝑ aliquod tempus; ſed non poteſt diu perſiſtere quin labatur in aliud: nam auctore D. Gregorio; *Greg. in 11 in Ez.* Peccatum quod mox per pœnitentiam non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit.

argumentũ charitatis? Et eſt argumentum pro parte negatiua, ꝙ non poſſit: quia vitare peccatum, nihil aliud eſt q̃ adimplere præceptum ſed præcepta ſupernaturalia non poterant impleri ſine gratia, etiam in ſtatu naturæ integræ: nemo enim poteſt credere, ſperare, & diligere ſine auxilio gratiæ: igitur non poterat vitare peccata quæ erant contra præcepta ſupernaturalia ſine auxilio gratiæ. Dominus Caieta. in hoc articulo duo concedit: primũ ꝙ iſta præcepta ſupernaturalia in ſtatu naturæ integræ non poterant impleri ſine grã: Secundum; ꝙ in illo ſtatu poterat homo ſine grã vitare peccata, quæ committũtur contra illa præcepta: nã inquit Caie. ꝙ aliud eſt implere aliquod ꝓceptũ, & aliud vitare peccatũ oppoſitũ illi ꝓcepto. Nã inquit. v. g. ꝙ implet præceptũ diligendi, q gratia adiuuãte diligit; *Concluſio* vitat autẽ peccatum omiſſionis alicuius ꝓcepti, q quantum eſt ex ſua parte ita ſe gerit, vt non apponat obicẽ gratiæ auxilianti ad diligendum: hoc autem, ſ. nihil impedimenti apponere gratiæ mouẽti, poterat homo facere per ſuas vires in ſtatu naturæ integræ: & ex conſequenti, ſm hanc ſnĩam, poterat per ſuas vires vi-

Verá ſententia, tare peccata contra præcepta ſupernaturalia. Hic dicendi modus multis argumentis in ſuperioribus a nobis eſt improbatus: & ideo melius eſt dicere, ꝙ eſt idẽ implere ꝓceptum, & vitare peccatum illi oppoſitum; & ꝙ homo in ſtatu naturæ integræ, ſicut ꝑ ſuas vires nõ poterat implere præcepta ſupernaturalia, ita & non poterat ꝑ ſuas vires vitare peccata oppoſita illis præceptis. Et certe D. Th ſupra q. 63. art. 2. ad 2. aperte dicit, ꝙ peccata, q̃ opponuntur virtutib. Theologicis, nõ põt homo vitare ſine gratia, ſicut neq; põt exercere illas virtutes ſine grã. Quando ergo dicit D. Th. in hoc ar. ꝙ homo in ſtatu naturæ integræ ꝑ ſuas vires poterat cauere oĩa peccata, & non peccare; intelligitur de peccatis q̃ aduerſantur rectitudini naturali, nõ de peccatis q̃ aduerſant legi ſupernaturali. Sed maius dubiũ eſt; Vtrũ in ſtatu naturæ lapſæ

De ſtatu naturæ lapſæ. homo poſſit ſine grã euitare, quin de nouo peccet? Nã de hoc ſunt duæ ſnĩæ cõtrariæ. Altera eſt Dur. in 2. d. 27. q. 3. & Scoti in 2. diſ. 23. & Gab. in ead. d. q. 1. qui tenẽt, ꝙ homo in ſtatu naturæ lapſæ ſine grã poteſt cauere omne peccatum. Sed D. Th hoc in loco contrarium docet, cuius ſnĩa ſine dubio eſt fides catholica, & irrefragabilis, & contrarium dogma eſt Pelagianum.

Exponitur ſententia. Pro cuius declaratione aduertẽdũ eſt, ꝙ homo in ſtatu naturæ lapſæ habet multa mala quæ illum incitãt ad malum. Nam primum hẽt ignorantiam rerũ agendarũ, deinde eſt vehementiſſime pronus ad diligẽdũ ſe, & ſua commoda, agitaturq; multis grauiſſimis affectib. præterea habet hoſtes infeſtiſſimos, ſ. mundum, diabolũ, & carnẽ, qui ipſum cõtinuo ad malũ inducunt. Vnde dicebat Pau. Nõ eſt nobis colluctatio aduerſus carnẽ, & ſan- *ad Eph. 6*

guinẽ, ſed aduerſus Principes, & poteſtates tenebrarum, & aduerſus ſpirituales nequitias: & Petr.; *1. Petri 5* Fratres, ſobrij eſtote, & vigilate; quia aduerſarius veſter diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Secũdo loco eſt aduertẽdũ, ꝙ ꝓter iſta mala q̃ ſunt cõia oib. hoib. tã iuſtis, q̃ iniuſtis, homines peccatores q̃ diu ſunt in peccato, habẽt duas alias cauſſas, & grauiſſimas quidem, q̃ illos inducũt, ad peccandum. Prima eſt, ꝙ volũtas hoĩs peccatoris non eſt ſubiecta Deo, neq; in eo firmata, ſed potiꝰ auerſa a Deo. Et quẽadmodũ hõ Deo ſubiectus, ẽ munitus & armatus ſufficiẽter cõtra quodcũq. peccatũ, iuxta id qd̃ dr̃ Eccl. 1. Radix ſapientiæ, timere Deũ: ita e contrario cũ hõ careat iſta ſubiectione aĩ. & voluntatis ad Deũ, nõ hẽt in ſe aliquod principiũ, neq; aliquã virtutẽ qua poſſit in vniuerſũ peccata mortalia vitare. Secunda cauſſa eſt, qa homo quãdiu eſt in peccato mortali habet ꝓ vltimo fine amorẽ ſui inordinatũ vſq; ad cõtemptũ Dei q̃ amor, vt ſcribit Aug. ædificat ciuitatẽ Babylonis. Ea. n. de cã quiſq. peccat, qa ꝓponit ſuã cupiditatẽ diuinæ volũtati: qd mihi vr̃ ſignificaſſe Paulus, cũ inquit, Fugite auaritiã, q̃ eſt idolorum ſeruitus q locus, ſi recte intelligatur, ſignificat fugendũ *ad Colos. 3* eſſe in primis amorẽ propriũ ſui immod cũ qa oĩa peccata, q̃ ſunt idolorũ ſeruitus, ab amore ſui immodico ꝓdeũt. Et ꝙ hæc ſit ſyncera huiꝰ loci explanatio, patet: nã vbi nos legimus, auaritiã, Græce eſt vox q̃dã, q̃ nõ ſolũ ſignificat immodicũ ſtudiũ pecuniarũ, ſed ſignificat in vniuerſũ vehemẽs quoddã ſtudiũ quo qſq; affectat, & deſiderat in quacũq; re & negotio ſibi cõmodare, qd nihil aliud ẽ, q̃ imodicꝰ amor ſui. Tertio loco ẽ aduertẽdũ, ꝙ quãdiu hõ aliqs hẽt aliquã rẽ ꝓ vltimo fine, naturaliter iclinat ad opãdũ pp illã, vdqd operat & ſic ad hoc ꝙ operet, & nõ pp illã quã ſibi ꝓſtituit vlti finẽ, neceſſe eſt accedat ad operãdũ ꝓmeditatus, & cũ cõſilio, & cũ aĩo referendi & dirigẽdi operationẽ ſuã in aliũ finẽ, & nõ in illũ quẽ hẽt ꝓ vltimo. His conſtitutis, eſt prima cõclu. *Prima con.* Hõ dũ eſt extra grãm, ſine auxilio grẽ nõ põt diu vitare qn incidat in aliud, & in aliud peccatũ. Hæc ꝓpoſitio ita certa eſt, vt oppoſitũ affirmare nemo poſſit ſine nota erroris Pelagiani. & ꝓbat primo ex illo, Via impiorũ tenebræ, *Pſal. 34*

bræ, & lubricum, & Angelus Dñi perſequens eos. Igitur ſi peccatores ſunt extra gratiã Dei, & ambulant in lubrico, & tenebroſo loco, neceſſum eſt, ut offendant, & cadãt. Metaphora ſumta eſt ab ijs, qui gradiuntur p loca lubrica, & decliuia in tenebris. Idem probatur ex illo; Peccatũ peccauit Hieruſalem, propterea Iſtabilis facta eſt. Igitur ex ipſo peccato naſcitur inſtabilitas in bono, & ex conſequenti, illi q gratia carent, non pñt diutius conſiſtere in bono. Quod idem elegantiſſime eſt expreſſum in primo Pſalmo, comparatione facta inter peccatorem, & iuſtum: Nam cum primum Dauid dixiſſet de iuſto hoīe; Et erit tãquam lignum plantatum ſecus decurſus aquarum, qđ fructum ſuum dabit in tpe ſuo: in quo ſignificat hoīes iuſtos eſſe ſtabiles, & ī meli' ſemper ꝓficere: ſtatim ſubiungit de hoībus impijs; Non ſic impij, non ſic, ſed tãquã puluis quem proijcit ventus a facie terræ: in quo ſignificat, ꝙ quemadmodum puluis vento agitatus nũquam ꝯſiſtit, ſic peccatores, & gratia deſtituti, & ſuis cupiditatibus agitati nũquam conſiſtunt, & præcipites feruntur in malum. Idem pōt probari ex illo, quod dixit Cain de ſe, Ecce proijcis me hodie a facie tua, & ero vagus, & profugus in terra, & qui inuenerit me, interficiet me. Vagus, ĩquit, ut intelligas, ꝙ peccatores nunquam conſiſtunt, & ſunt expoſiti oīb. affectibus, & paſſionibus Hæc oīa confirmantur teſtimonio D. Chryſoſt. qui ait, ꝙ quemadmodũ nauis fracto gubernaculo non quo vult uadit, ſed quo tempeſtas impellit: ita, inquit, homo gratia Dei deſtitutus in præcipitia peccatorũ defertur. Huc pertinet illud D. Greg. Peccatum quod per pœnitentiam mox non deletur, ſuo pondere ad aliud trahit. Idem arguitur rōne. Nã homo gratiæ deſtitutus auxilio, non poteſt diu & per lõgum temporis ſpatium bene, & ſtudioſe operari; non pōt diu ſeruare totam legem, ut probatum fuit ſuperius: ergo non poteſt diu perſiſtere, quin de nouo peccet.

Secunda concl.; Homo peccator non pōt uitare oīa peccata mortalia, niſi habeat gratiam iuſtificantem, p quam ad Deum conuertatur. Hæc ꝓpoſitio eſt fides Catholica, & ꝯtrium pertinet ad hæreſim Pelagianorum, q̃ eſt condẽnata in Concilijs congregatis ꝯ Pelagiũ, Arauſicano, Mileuitano, Paleſtino, & Triden. Condemnatio ſic hẽt: Si qs dixerit, gratiam Dei, qua in Chriſto iuſtificamur, ualere ad remiſſionem peccatorum, q̃ iam ſunt commiſſa, & nõ ad adiutorium ne committantur, anathema ſit. Teſtimonia ad hunc errorem conuincendum ſunt hæc. Non eſt volentis, neque currentis, ſed Dei miſerentis &, Fidelis Deus, q nõn patietur tentari uos ultra id, qđ poteſtis; ſed faciet cum tentatione ꝓuentum, ut poſſitis ſuſtinere. & illud, Ego rogaui ꝓ te Petre, vt non deficiat fides tua. & illud, Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem. & quod quotidie orantes petimus; Ne nos inducas in tentationẽ: & illud, Sine me nihil poteſtis facere. & illud, Nõ ſumus ſufficientes aliq̃d cogitare ex nobis, quaſi ex nobis; ſed ſufficientia nr̃a ex Deo eſt. Diſputat fuſiſſime D. Aug. ꝯ hunc errorẽ in multis locis. In cuius rei ꝯfirmationẽ nõ eſt neceſſe a nobis excogitari noua argumenta: nã in ſuperioribus ſatis ꝓbatum exiſtimo, ꝙ homo ſine gratia nõ pōt oīa ꝓcepta legis implere: ꝙ non pōt diligere Deũ ſuper oīa; tum ēt ꝙ nõ pōt ſe ad gratiã ꝓparare; atq; adeo ꝙ non pōt a peccato reſurgere. Ex quib. efficaciter concluditur, ꝙ ex uiribus naturæ non poſſumus oīa peccata cauere. Sed contra ea, quæ dicta ſunt, nonnulla argumẽta proponuntur. Homo, qui peccat, uoluntarie, & libere peccat: igitur quacũque oblata occaſione peccãdi pōt nõ peccare, & ex conſequenti pōt uitare oīa peccata. R̃ndetur, ꝙ quamuis homo poſſit ſine gratia uitare vnum aut alterum pctm̃, non tñ pōt diu vitare oīa peccata, niſi diuinitus adiuuetur, qa licet habeat liberum arbitrium, hẽt illud infirmum, & ęgrũ. Et ad formam argumenti ꝓcedo, ꝙ libere, & uoluntarie peccet, qñ peccat: & cum infertur: ergo pōt oīa peccata cauere; ꝯcedo, quod pōt, ſed non ſuis viribus, ſed auxilio gratię, qđ oīb. Deus ſemper liberaliter eſt paratus conferre. Vel dicatur, ꝙ pōt ſingula peccata cauere, non tñ oīa, ꝓut ſupra expoſitum eſt. Scdo ſic arguitur. Si ſine gratia non poſſet homo diu vitare peccata, ſequeretur, ꝙ poſſit homo certo ſcire, & cognoſcere ſe eſſe in gratia. Probatur ſequela, qa pōt quis facile experiri, ꝙ diu non peccauit. Ad hoc argm̃ negatur ſequela & ad ꝓbationem dico, neminem poſſe certo cognoſcere an ſeruauit oīa ꝓcepta, præcipue illud maximũ, Diliges Dñm Deum tuũ ex toto corde. nemo itaque pōt eſſe certus, quod non peccauerit, iuxta illud; Delicta qs intelligit? ab occultis meis munda me. & Paulus, Nihil mihi conſcius ſum; ſed non in hoc iuſtificatus ſum.

Tertio loco ſic arguitur. Si homo, qui eſt extra gratiã, non pōt diu manere ſine peccato, ſequeretur, ꝙ poſtquã peccauit, eſſet in periculo peccandi probabili, & ex conſequenti tenetur poſt pctm̃ ſtatim pœnitere, & dolere de peccato admiſſo: quod eſt contra communem Theologorum doctrinam. Quod autẽ ſequatur recte, probatur. Nam qui amat periculum, peribit in illo: ergo ſi ſtatim poſt pctm̃ eſt periculũ cadendi, ſtatim tenetur ſe ad Deũ conuertere, & ſic cauere commemoratum periculum. Ad hoc argm̃ negatur, ꝙ peccator teneatur ſtatim pœnitere. quia non ſtatim poſt pctm̃ admiſſum eſt periculum probabile vlterius peccandi; ſed ſi diutius perſiſtat in peccato, eſt periculum de nouo peccandi: qñ uero fuerit tale periculum, concedo facile, eſſe obligationem, ut conuertatur in Deum p ueram pœnitentiam, ut tale periculum effugiat. Valet ēt ad confutationem huius argumenti, ꝙ Deus peccatoribus ſæpe confert auxilia, quibus poſſint vincere tentationes, ēt graues, quibus auxilijs efficitur, ut quamquam homo ſit extra gratiam gratum facientem, non tamen ſit in periculo ulterius peccandi de nouo.

Eſt aliud dubiũ; An homo iuſtus poſſit cauere oīa peccata uenialia: in huius expoſitionem eſt primũ aſſertum. Homo pōt eſſe ſine peccato, ſed per gratiam Dei. ita aſſerit Auguſt. & ratio eius eſt: nam alias derogatur euidenter libero arbitrio, & gratię Dei efficaci.

Scdm aſſertum. Homo non pōt eſſe ſine peccato ſine gratia Dei. Hæc ſnīa eſt definita contra Pelagium in oīb. Concilijs contra eum congregatis, & conſtat ex multis teſtimonijs Scripturarum, quæ ſupra ſunt adducta.

Tertium aſſertum. Nullus homo nec uiuit, nec uixit, nec uicturus eſt ſine peccato, licet iuſtus ſit: quare moraliter loquẽdo, bene poſſumus dicere, eſſe impoſſibile, ꝙ homo iuſtus caueat oīa peccata uenialia. Ab hac regula excipimus Chriſtum Dñm, & beatiſſimam Mariam Virginem, quam excipit Aug & Conc. Trid. Hæc oīa conſtat euidenter ex ſcripturis ſanctis 1. Ioan. c. 1 Si dixerim' quod pctm̃ non habemus, &c. Iaco. 3. In multis offendimus oēs. Prouer. 18. Iuſtus in principio ſermonis accuſator eſt ſui. Prouer. 24. Septies in die cadit iuſtus. Eccle. 7. Non eſt homo iuſtus in terra qui faciat bonum. 3. Regũ 8. Non eſt homo qui non peccet. Iob. 25. Nemo mundus a ſorde &c. & in Pſal. Oēs declinauerunt, &c. non eſt qui faciat bonum, &c. & in alio Pſal. Dixi, confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam, & tu remiſiſti iniquitatẽ peccati mei: pro hac orabit ad te oīs Sanctus. & illud, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo oīs uiuens. & illud, Si iniqtates obſeruaueris Domine Dñe quis ſuſtinebit? & ideo oramus quotidie, Dimitte nobis debita nr̃a. Hæc ueritas eſt definita in Concil. Mileu. Idem definiunt oēs Sancti, Ambroſius, Cyprianus Hieronymus, Auguſt. quos refert Driedo. Et notandum, ꝙ S. Patres in confirmationẽ huius ſnīæ utuntur eiſdem rōnibus, quibus utitur D. Tho. in præſentia. Sed non erit inutile Conciliorum decreta in huius rei euidentiorem demonſtrationem adducere. In primis in Concil. Trid. dicitur, Quod ſi quis dixerit, hominem ſemel iuſtificatum poſſe in tota uita oīa peccata, etiam uenialia, uitare, niſi ſpeciali Dei priuilegio, ſicut de B. Virgine tenet Eccleſia, anathema ſit. Item in Conc. Mileui. definitur ſic: Placuit, quod ait S. Ioannes Apoſt. 1. can. 1. ſi dixerimus qm̃ peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt: quiſquis ſic accipiendum putauerit, ut dicat propter humilitatem, ſiue humilitatem, non oportere dicere nos non hr̃e peccatũ, non quia ſit ueritas, anathema ſit. Et probatur a Cõcilio, quia ſtatim ſubdit Apoſtolus, Si autem cõfeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis eſt, & iuſtus q remittat nobis peccata. ubi ſatis apparet, hoc non tm̃ humiliter, ſed etiã veraciter dici. Poterat enim Apoſtolus dicere, Si dixerimus

Pp iiij quia

Margin notes: Tren. 1. — Pſal. 1. — Gen. 4. — Chryſoſt. in Matth. 11. — Secunda con. — Rom. 9. 1. Corin. 10. — Aug. epiſt. 89. et 95. lib. de nat. et gra. lib. 2 de peccatorũ meritis li. de ſpiritu et litera lib. de perfectione iuſtitiæ et 3. libr. contra duas epiſt. Pelag. — Argumenta contra ea, quæ dicta ſunt. Solutio. — Secundum argum. — Pſal. 18. 1. Corin. 4. — Tertium arg. — Solutio. — Dubium de peccatis uenialibus. Prima concl. Auguſt. lib. de peccatorum meritis. Secunda, Tertia concl. Aug. lib. de nat. et gra. c. 36. — Concil. Trid Seſſ. 6. cap. 23 — Conci. Mileu. c. 67. et 8. Driedo 3. lib. de gratia et lib. arbit. c. 5. — Concil. Trid Seſſ. 6. cap. 23. Conci. Mileu. can. 6.

quia non habemus pctm̄, humilitas in nobis non eſt; ſed cum dicat, Nos ipſos decipimus, & ueritas in nobis non eſt, ſatis oſtendit, eum qui dicit ſe non habere pctm̄, decipi, & non uerum loqui. & can. 7. definitur, ꝙ Sancti pro ſemetipſis dicunt, Dimitte nobis debita nr̄a: ſanctus.n. erat Apoſtolus Iacobus, qn̄ dicebat In multis offendi m⁹ oẽs. & Daniel c. 9. ſanctus erat, cum diceret, Cum orarem, & cõfiterer peccata mea, & peccata populi mei Dño Deo noſtro: quē locū Cõciliū Meuile. adducit in cõfirmationem huius ueritatis, & dicit, ꝙ Daniel tãquam ꝓpheta præuidit, futuros eſſe aliquos q male intelligerent, quod ipſe dixerat uniuerſaliter, Peccauim⁹, iniquitatem fecim⁹, ideo dicit poſtea, Cū cõfiteret. peccata mea. Præterea ſãcti Doctores ſic intellexerunt hãc ueritatem eſſe Catholicam. B. Aug. ab hac generalitate ſolam excipit B. Virginem: nam de Chriſto non põt dici, ꝙ ex priuilegio nõ habebat pctm̄; ſed quia erat Deus & homo, non poterat habere pctm̄.

Pri. conc.

Secunda concl.

Auguſt. lib. de nat. et grat.

Greg. 18. moral. c. 4.

B. Greg. explicans illud Iob; Nec.n. reprehendit me cor meum in oĩ uita mea, inquit, ꝙ ſunt quædam peccata, q̄ a iuſtis uitari pñt; quædam uero, quæ etiam a iuſtis vitari non pñt: & quod de primis dicit Iob: Nec enim reprehendit me cor meum in oĩ uita mea; de ſecundis vero dicit ipſe, Si iuſtificare me voluero, os meum cõdemnabit me; & primo dixerat, Peccaui, quid faciam tibi o cuſtos hominum? quod de uenialibus intelligitur. Contra hanc ſententiam Celeſtius hæreticus, ut refert Aug. adducebat 600. & eo plura teſtimonia Scripturarum: in quibus aperte aſſeritur, ꝙ homo in hac uita põt eſſe iuſtus, immaculatus, & perfectus, atq; adeo, ꝙ poſſit eſſe ſine querela, & ſine crimine, & etiam aſſeritur, ꝙ poteſt eſſe homo adeo iuſtus, ut nũquam eum cor reprehenderit. hoc aſſeritur de Iob c. 27. Item adducit illud; Qui natus eſt ex Deo, non peccat. Ad hæc teſtimonia tam dilucide reſpondet Aug. ut non oporteat reſpondere.

Celeſtius hæreticus. Auguſt. lib. de ꝑfectione iuſtitiæ.

Auguſt. loco citato. Quarta concl.

Quartum aſſertum. Homo iuſtus ad breue tempus põt eſſe ſine peccato. Hoc aſſerit Hier. 3 li. contr. Pelag in fi. & uerificat illud in homine cõtinuo atq; egreditur ex fonte baptiſmatis. Sed notat Hiero. ꝙ hoc tempus, in quo eſt ſine peccato, non poſſibilitati humanæ ſed diuinæ gratię eſt tribuendum. Quæritur tñ, Verum poſſit aliquis aſſerere, ꝙ aliquis de priuilegio ſpeciali non peccauerit uenialiter, præter B. Virginem? Ad hoc dubium B. Aug. rñdet, ꝙ ipſe iudicat nullum talem hominem eſſe, uel fuiſſe, uel futurum eſſe, & ꝙ teſtimonijs ſcripturæ ſacræ ita vr̄ eſſe definitum. At uero dicit ſecundo, ꝙ ſi quis contendat eſſe aliquem, qui nũquam peccauerit, & oſtẽderit teſtimonia Scripturæ aliter eſſe intelligenda, q̄ ſonant, non eſt ei aduerſandum, ſed gratulandum: & alibi inq⁹, Verū in hoc ſeculo, uel ſit aut poſſit eſſe aliquis ita iuſte uiuens, ut nullum habeat omnino pctm̄, poteſt eſſe aliqu qõ inter p̄os uerosq; Chriſtianos, ad quã ipſe ſtudet, ꝙ poſt hanc uitam eſſe poſſit, quiſquis ambigit, decipit. Secundo dicit, ꝙ ipſe non vult contendere, non eſſe poſſibile in hac uita, quia quamuis ſibi videatur non aliter eſſe intelligẽda teſtimonia Scripturæ, ſicut eſt illud, Nõ iuſtificabitur in conſpectu tuo oĩs uiuens; ſi tñ aliquis oſtenderet, ꝙ illa teſtimonia aliter, & melius intelligantur, & ꝙ eſt poſſibile, ꝙ in aliquo ſit plena iuſtitia, dum tñ confiteatur, ꝙ multi plures ſunt iuſti, qui põt dicere, Dimitte nobis debita nr̄a; & ꝙ ille qui tã iuſtus eſt, non a ſeipſo, ſed adiuuante gr̄a Saluatoris hr̄e pleniſſimam illam ꝑfectionem confiteretur: nã qui hoc negauerit, nõ eſt deputãdus in numero Chriſtianorum; talem Aug. non condemnat. Itaq; B. Aug. non aſſerit ex propria ſnīa (vt aliq exiſtimant) ꝙ aliqs ſine peccato ueniali poſſit uitam agere; ſed condeſcendens Pelagianis, inqt, ſub quadam cõditione ĩpoſſibili i d facto. ſ. ſi teſtimonia ſcripturæ pñt aliter commode explicari, poterit aliqs dicere, ꝙ ex priuilegio gratiæ Dei aliqs poterit eſſe tam ſanctus. Rñdetur igitur ad dubium, ꝙ ualde temerarium eſt, & proximum errori, aſſerere, ꝙ hoc priuilegium factum ſit alicui ſancto, præterquam B. Virgini, ut ſi quis diceret, ꝙ B. Dominicus nũquam peccauit uenialiter. Rõ huius eſt, quia cum hoc priuilegium non fuerit factum Apoſtolis, vt poſt aduentum Spiritus ſancti nũquam peccarent uenialiter, ut patet ex Conc. Mileui. citato, ubi dr̄, ꝙ de ipſis Apoſtolis ẽt intelligitur illud, Si dixerimus, &c. profecto temere aliquis aſſereret, hoc priuilegium factum fuiſſe alicui ſancto inferiori, & ꝓ cõem legem. Verum eſt tamen, ꝙ forte non eſſet ita temerarium, ſi quis aſſereret, ꝙ B. Ioannes Baptiſta ex ſpeciali priuilegio ſanctificationis in vtero, non peccauerit uenialiter. Ratio eſt, quia in Conc. Trid. ponitur ipſamet exceptio, niſi. ſ. quis ex ſpeciali priuilegio, quemadmodum de B. Virgine tenet Eccleſia: ubi innuatur, ꝙ ſi hoc priuilegium fiat alicui ꝓp magnam rõnem, nõ ſit periculoſum illud dicere. Ex quo ſequitur, ꝙ ubi fuerit aliqua rõ ſpecialis, ut in B. Ioanne Baptiſta ſanctificato in utero, non ſit temerarium aſſerere, ꝙ non peccarit uenialiter. Confirmatur, quia de Ioanne Baptiſta canit Eccleſia: Ne leui ſaltem maculare uitã Famine poſſet. Nihilominus tutius nobis vr̄, neminem excipere præter B. Virginem, quam excipit Eccleſia. & rõ eſt, quia hac uia datur occaſio, ut aliquis dicat, quod etiã Ioannes Baptiſta ex priuilegio non fuerit conceptus in peccato originali, vel etiam Hieremias. uide Driedonem lib. 1. de gratia & libe. arb. c. 5.

An aliquis fuerit ſine ueniali peccato. Auguſt. lib. de ſpiritu, et lite cap. 2.

Lib. de natura et gratia c. 60.

Solut. dubij.

1. Ioan. 1.

De B. Ioanne Baptiſta.

Conc. Triden. Seſ. 6. ca. 23.

ARTICVL. NONVS.

Vtrũ conſtitutus ĩ gratia poſſit operari bonũ abſq; auxilio gratiæ?

SVMMA. TEXTVS.

PRima Concl. Homo in gratia cõſtitutus nõ indiget nouo auxilio habituali. Secunda concl. Homo in gratia conſtitutus eget auxilio Dei ſpeciali ad operãdum bonum, & ad cauẽdum malum. Probationes D. Tho. ſic procedunt. Homo, inqt, ad recte & ſtudioſe uiuendũ dupliciter auxilio Dei indiget. Vno quidem modo, quãtum ad aliquod habituale donum, per quod natura humana corrupta ſanetur, & ſanata eleuetur ad operandũ opera meritoria uitæ ęternæ, q̄ excedunt proportionẽ naturæ creatæ. Alio aũt mõ indiget auxilio gratię, ut a Deo moueatur ad agendũ. Quãtum ad primũ auxilii modũ, homo in gratia exſiſtens non indiget nouo auxilio, ne procedatur ĩ infinitũ; ſed ſecũdo mõ indiget, ut moueatur ad agendũ, ꝓp duo. Primo quidem, quia nihil creatum põt prodire in actum ſine uirtute diuinæ motionis. Scđo ꝓp cõditionẽ ſtatus humanę naturæ, quæ etſi per gratiã ſanetur quantum ad mentem, remanet tñ in ea corruptio, & infectio quãtum ad carnem: remanet ẽt quędã obſcuritas intellectus ex ignorantia, ſm̄ quam neſcimus, quid orem⁹ propter uarios rerum euentus. Vnde neceſſe ẽ, ut a Deo dirigamur, & gubernemur qui nouit omnia.

EXPLICATIO ART.

PRo intelligẽtia quæſtionis primo loco eſt aduertendum, quod aliud eſt bonum morale, & aliud bonum meritorium, ut dictum eſt. Bonum morale dicimus opus conſentaneum rectę rationi ex obiecto, & circumſtantijs. Bonum meritorium eſt opus, quod præter ea, quæ diximus, habet etiam quandam condignitatem, & proportionem ad uitam æternam.

Duplex bonũ, morale & meritorium.

Secundo loco aduertendum, quod cauſſæ ſecundæ nõ poſſunt aliquid agere, niſi ex motione, & concurſu cauſſæ primæ, & ſuperioris. Et ita Deus concurrit ad omnes operationes omnium rerum, qui concurſus dicitur generalis: & præterea concurrit ſpeciali alio quodam modo ad operationes bonas, & honeſtas, qui concurſus dicitur ſpecialis,

Duplex auxilium.

ſpecialis, qui eſt duplex. Vnus cõis omnibus hominibus, qui aliquid bene & iuſte operantur, ſiue iuſti, ſiue iniuſti ſint. Alter uero magis ſpecialis, quo concurrit Deus, non quidem cum omnibus iuſtis, ſed cum certis quibuſdam: qui concurſus eſt quædam peculiaris, & ſelecta manutenentia, & aſſiſtentia, & prouidẽtia diuini numinis, fauẽtis, & cuſtodiẽtis iuſtos uiros peculiari quadã & ſolicitatione, & maiori, q̃ reliquos. Tertio eſt aduertendum, ꝙ cum quærimus, Vtrum homo iuſtus poſſit operari bonũ per ſeipſum ſine ſpeciali auxilio; ea quæſtio poteſt tripliciter intelligi. Vno modo, vtrum poſſit operari per ſeipſum aliquod bonum morale: ſecũdo modo poteſt intelligi; utrum homo iuſtus per ſeipſum poſſit implere oĩa præcepta, & diu bene operari; tertio modo, utrum poſsit per ſeipſum ſine ſpeciali auxilio operari aliquod bonum meritorium: uel potius, utrum in iuſtificatis ad ſingula opera meritoria ſit neceſſarium ſpeciale auxilium. de quibus ſingulis quæſtionibus breuiter dicemus.

Senſus quæſtionis.

Et quantum ad primam quæſtionem, ſit prima propoſitio. Homo iuſtus ſine ſpeciali auxilio per ſe poteſt operari aliquod bonũ morale: ita tenet Caiet. hic, & manifeſte patet. quia ut ſuperius conſtitutum eſt contra Gregorium Arim. homo extra gratiam poſitus poteſt per ſuas uires efficere aliquod bonum opus morale: igitur multo magis id poterit facere, poſteaquam iuſtificatus eſt.

Vtrum iuſtus poſſit per ſe operari bonũ morale. Prima concl. Caieta. & Gregor. Secunda cõcl.

Secunda propoſitio. Hõ iuſtus per ſe, ſine ſpeciali auxilio, põt efficere aliquod bonũ opus, quod alioqui extra gratiã non poterat efficere. Hęc propoſitio mihi eſt ualde probabilis, & probatur primo, quia per gratiã habitualẽ, & p uirtutes infuſas, quæ ſimul cũ grã infundũtur, homo efficitur potentior ad bene operandũ, q̃ antea erat, & debilitatur cõcupiſcentia. igitur poterit efficere aliquod bonũ opus, qđ antea non poterat. Et cõfirmatur hoc ex definitione Cõc. Mileuitani, ubi dr̃, Quicumq; dixerit gratiã Dei, qua iuſtificamur per Ieſum Chriſtum Dñm noſtrũ, ad ſolam remiſsionem peccati ualere, non etiam adiutorium conferre ne peccata committantur, anathema ſit.

Conc. Mile. cau. 5.

Ceterum quantum ad aliam quæſtionem, in qua quæſitũ eſt, Vtrũ hõ iuſtus poſsit ſine auxilio gratiæ facere bonũ diu, & perſeuerare, Noĩales, atq; et Henricus Ganda. quodli. 4. q. 10. & Duran. in 2. d. 29. q. 3. uidẽtur tenere partem affirmatiuã, ꝙ poteſt homo iuſtus ſine auxilio gratiæ facere bonum diu, & perſeuerare. Sed D. Th. in hoc articulo aperte tenet contrarium, & Caie. ibidem, & ſine dubio eſt uera ſententia: unde ſit in hoc certiſsima concluſio.

An iuſtus poſſit perſeuerare in operatione boni ſine peculiari auxilio. Henri. Ganda. Durand. D. Thom. & Caietan. Vera ſententia.

Homo iuſtus indiget auxilio ſpeciali ad quædam operã excellentia, ad implenda cuncta mandata, & diu perſeuerandum. Probatur ex Auguſtino dicente; Sicut oculus corporis pleniſsime ſanus, niſi candore lucis adiuuetur, non poteſt cernere: ſic etiam non poteſt homo uidere, et perfectiſsime iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuetur: & alio loco adducit ad hoc probandum illud Cant. 8. Quæ eſt iſta, quæ aſcẽdit dealbata, innixa ſuper dilectum? & dicit, Quia dealbata bene ambulat, ſi tamen ſuper eum, a quo dealbata eſt, incumbat. Propter qđ & ipſe Ieſus, ſuper quem incũbit dealbata, dixit diſcipulis ſuis, Sine me nihil poteſtis facere. Item ſic argumentor. Homines ſancti, & iuſti quotidie petunt a Deo ut eos adiuuet: nam iuſtorum uox eſt, Et ne nos inducas in tentationem, ſed libera nos a malo: igitur indigent auxilio diuino poſt gratiam iuſtificantem; alioqui fruſtra orarẽt, atque peterent. atq; hęc res certa eſt. Sed probatur maioribus argumẽtis, ex illo; Cum metu, & tremore operamini veſtram ſalutem. &, Seruite Domino in timore, ne quãdo iraſcatur Dominus, & pereatis de uia iuſta; non dixit, ut non oſtendat uobis uiam iuſtam, ſed ne pereatis de uia iuſta, quam iam eſtis ingreſsi. Item illud, Deduc me Domine in uia tua & ruſſus, Etenim illuc manus tua deducet me: & illud, Miſericordia tua ſubſequatur me omnibus diebus uitæ meæ: & propterea oramus dicentes, Et ne nos inducas in tentationem. Demum error eſt Pelagij, aſſerere, ꝙ homo ſanatus per gratiam amplius non egeat auxilio gratiæ, ſicut homo ſanatus a medico amplius ope medici non indiget, ut auctor eſt D. Aug. conſtituens diſcrimen inter hominem ſanatum a medico corporali, & inter hominem ſanatum a medico ſpirituali.

Augu. li. de natu. & gratia c. 26. Lib. de gratia & libe. arb. c. 6. Phil. 2. Pſal. 2. Auguſt. li. de natu. et gratia c. 26.

Ceterum quantum attinet ad ultimã quæſtionẽ, in qua quæritur, Vtrum homo iuſtus indigeat auxilio ſpeciali ad ſingulos actus meritorios, ſunt duæ diuerſæ ſententiæ. Nam Vega in opuſculo de iuſtificatione q. 14. tenet partẽ negatiuam. ſ. ꝙ non indiget ſpeciali auxilio; ceterum Gregorius Arimi. in 2. d. 29. q. 1. tenet oppoſitũ, & inquit, eã eſſe ſolam Catholicorum. Et certe huius quæſtionis definitio pendet ex alia quæſtione, in qua quæri ſolet, Vtrum ad conſtituendum opus meritoriũ ſit neceſſariũ, ut tale opus actualiter, uel uirtualiter referatur in finem ſupernaturalẽ. Nã ſi ad meritorium opus ſatis eſt, ut qui operatur habeat gratiam gratum facientẽ, & nihil aliud requiritur, proculdubio oĩa opera moraliter bona, facta ab hoĩe iuſto, erunt meritoria, & ex conſequenti non erit neceſſarium auxilium ſpeciale ad ſingulos actus meritorios: quia, ut diximus, non ſolũ homo iuſtus; ſed & peccator poteſt per ſuas uires facere aliqua opera bona moraliter: ſi autẽ ad meritum conſtituendum eſt neceſſaria relatio in finẽ ſupernaturalem, uel actualis, uel uirtualis, quod ego ſemper probabilius exiſtimaui, profecto uidetur, ꝙ ſit etiam ualde probabile, ꝙ ad ſingulos actus meritorios requiratur auxilium ſpeciale: vnde in hoc ſit prima propoſitio.

De actu meritorio hominis iuſti. Vega. Gregor. An ad opus meritorium ſufficiat relatio uirtualis ad Deum in habente gratiam.

Ad ſingulos actus ſupernaturales, etiam in homine iuſto, requiritur auxilium ſpeciale, ſ. ad credendũ, ad ſperãdũ, ad diligendum Deũ ex caritate. Et probatur iſta ꝓpoſitio. Hmõi actus ſupernaturales ex ſua natura ſunt altioris ordinis, q̃ naturales: igitur concurſus, quo Deus concurrit cum quocumque homine, ſiue iuſto, ſiue peccatore ad exercendos hmõi actus, eſt altioris ordinis, & alterius generis, & rõnis, quam eſt concurſus generalis quo concurrit cum homine ad opera naturalia. Et hunc concurſũ altioris ordinis dicimus auxiliũ ſpeciale. igitur ad actus ſupernaturales requiritur auxilium ſpeciale. Præterea ſic argumentor. Per habitus, ſiue infuſos, ſiue acquiſitos, potentia non mouetur, neque impellitur ad operãdum; ſed officium habituum eſt, facilitare potentiam ad hoc, ut cũ mota fuerit, faciliter & prompte operetur: igitur homo iuſtus, quamuis habeat gratiam, & habitum caritatis infuſæ, non mouetur ab illo ad operandum ſupernaturaliter, ſed mouetur a Deo ſpeciali auxilio, & motione. & hoc videtur affirmare D. Th. in hac q. art. 3.

prima propoſitio de actu ſupernaturali.

Secunda propoſitio. Omnes actus meritorij uitæ æternæ ſunt ſupernaturales. Probatur ſic. Huiuſmodi actus habent condignitatem, & proportionem ad uitam æternam, quæ eſt bonum ſupernaturale: igitur ſunt ſupernaturales. Item, omnes actus meritorij uel eliciuntur a caritate, uel imperantur, intantum enim ſunt meritorij: ſed caritas nullum actum elicit, neque imperat, niſi in ordine ad finem ſupernaturalem, quem habet pro obiecto: igitur omnes actus meritorij ſunt ſupernaturales. Patet conſequentia: quia actus relatus in finem ſupernaturalẽ, ſaltem ex ipſa relatione ſupernaturalis eſt.

Secund. conc.

Sit tertia, & ultima propoſitio. Iuſti ad ſingulos actus meritorios indigent auxilio ſpeciali. Hæc manifeſte ſequitur ex dictis. Nam ad actus ſupernaturales indigẽt auxilio ſpeciali; & actus meritorij sũt ſupernaturales, ut modo dictum eſt: ergo. Et præterea probatur ex Innocẽtio I, qui ait, Omnes Sãcti ſine adiutorio Dei nihil ſe agere poſſe teſtantur: & alibi loquens de iuſtis inquit Neceſſe eſt ut reſtituta nobis priſtini ſtatus libertate per gratiam, eã gratiam quæramus: quippe qui neque alias diaboli tentationes & machinas niſi gratia iuuante poſſumus uitare. Probatur ex Celeſtino. 1. epiſt. c. 6. ubi dicitur; Nemo, etiã baptiſmatis aqua renatus, idoneus eſt ad ſuperandas diaboli inſidias, ad uincendas carnis concupiſcentias, niſi ꝑ quotidianum adiutorium Dei perſeuerantiam bonæ conuerſationis acceperit. Sane ut rem hanc decernam, exiſtimo, adeo eſſe certũ ad ſingulos actus ſupernaturales credendi, ſperandi, ac diligendi eſſe neceſſariũ auxilium Dei ſpeciale, ut contrarium docere non ſolum exiſtimem eſſe improbabile, ſed etiam temerariũ dogma. Nã Celeſtinus Papa definit, quod gratia eſt neceſſaria ad ſingulos actus: & cõmmemorat Zoſimum Papam definientem, quod in oĩbus actibus, motibus, cauſsis, cogitationibus, Deus eſt adiutor. & prorſus habetis eaſdem definitiones in lib. de dogmat. Eccleſiæ, qui refertur inter opera D. Aug. & Concilium

Tertia conc. Innocent. In reſcripto ad Conc. Carth. In reſcript. ad Conc. Mileuit. Celeſtinus. Celeſt. epiſtola ad omnes Epiſcopos Galliæ cap. 8. et 9. Zoſimus. Conc. Araſ.

cilium Arauſicanum c.9.ita decreuit; Quotieſcumq; bene agimus, Deus in nobis, & nobiſcum operatur ut operemur Concilij illius definitionem habetis in cano.vl. illius Concilij. & D. Aug. in epiſt. ad Vitalem Carthaginenſem, (Auguſt.) & in epiſt. ad Paulinum inter alios errores Pelagij recenſet iſtum, q̄ gratia non ſit neceſſaria ad ſingulos actus; & diſputat grauiſſime cōtra iſtum errorē libr. de natu. & gratia. c. 26. & lib. cōtra Celeſtium. ca.15. Item ꝓbatur iſta ſententia teſtimonijs ſanctarū Scripturarū. (Prim. Cōc. Ioan. 15.) Dicitur Ioa 15. Sine me nihil poteſtis facere. Itē eſt illa ſententia, Nō ſumus ſufficientes cogitare aliquid ex nobis.

ART. DECIMVS.

Vtrum conſtitutus in gratia indigeat auxilio gratiæ ad perſeuerandum.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Perſeuerantia, ſi capitur pro habitu mentis, per quem homo firmiter ſtat ne remoueatur ab eo quod eſt ſecundum virtutem per triſtitias irruentes, ſimul cum gratia infunditur: quapropter ad iſtam perſeuerantiam habendam nihil requiritur præter gratiam habitualem.

(Secū. cōc.) Secunda Concluſio. Si capitur perſeuerantia pro habitu, ſecundum quem homo habet propoſitum perſeuerādi vſque in finem, ſimul infunditur cum gratia, ſicut continētia, & aliæ uirtutes.

(Tertia concl.) Tertia Concluſio. Si capitur perſeuerantia pro continuatione quadam boni vſq; in finem, ad hanc habendam conſtitutus in gratia non indiget alia habituali gratia; ſed diuino auxilio ipsū dirigēte, & protegente contra impulſus tentationem. Vnde iuſtificatus debet petere donum perſeuerantiæ, ut cuſtodiatur a malo vſq; in finē vitæ: quia multis datur gratia, quib' nō datur perſeuerare in gratia.

EXPLICATIO ARTIC.

(Quæſtio cuiuſ. 1.2.) IN hoc articulo eſt grauiſſima quæſtio; Verū homo iuſtificatus per gratiam habitualem, cum diuino auxilio poſsit perducere uitam ſtudioſam uſque in finem: an uero requiratur aliud auxilium diuinæ gratię ſpecialius, ut in bono perſeueret uſque in finem.

(Primum arg.) A parte negatiua ſic arguitur. Nam homo habens gratiam iuſtificantem, cum diuino auxilio poteſt perficere omne bonum, & cauere omne malum, ad hoc enim eſt ſanatus per gratiam, & habet præſentiſſimum, & paratiſſimum diuinum auxilium: ergo non requiritur aliud diuinum auxilium.

(Secundum Aug. lib. de nat. & grat. c. 26. & 28.) Deinde, D. Aug. dicit q̄ ſicut oculus corporis perfecte ſanus ſine ſplendore lucis non pōt uidere, ſic homo ſanatus per gratiā ſine auxilio gratię non pōt bonum operari: ergo pręter hoc auxilium aliud ſuperuacaneum erit.

(Tertium. Aug. loco citato. Conci. Trid. Ad Heb. 12.) Tertio, Homines iuſtificatos Deus numquam deſerit, niſi prius deſeratur ab ipſis, ut ait Auguſtinus, & Concil. Tridentinum, Seſſ 6 cap. 11. & 13. cui conſonat illud, Contemplantes ne quis deſerat gratiam Dei: ergo in poteſtate iuſtificati hominis eſt, perſeuerare ſine alio auxilio præter illud, quod eſt neceſſarium ad recte uiuendum, & ad non peccandum: quod quidem Deus non ſubtrahit, niſi prius homo peccauerit, ut definit aperte Concilium.

(Quartum.) Quarto ſic arguitur. Nam fieri poteſt, ut homo iuſtificatus faciat ſemel opus quoddam bonum, & cōtinuo moriatur, alius uero iuſtus ſæpenumero operetur recte, atq; ſtudioſe, & ad extremum moriatur in peccato. Ex quo ſic conficitur argumentum. Ille, qui mortuus eſt in gratia, non accepit aliquod auxilium motionis diuinæ, quod nō ſuſcepit ille qui damnatus eſt: ergo donum perſeuerantiæ non eſt aliud auxilium pręter illud, quo homo recte utens, bene & ſtudioſe operatur: quin potius fieri poteſt, quod aliquis iuſtificatus cum ſola attritione cum ſacramento pœnitentiæ ſtatim moriatur ſine aliquo bono opere, & continuetur in illo gratia uſque ad finem uitæ, ſine noua diuinæ gratiæ motione.

(Vltimum.) Vltimo, bene poteſt accidere, ut aliquis homo agat uitam quietiſſime, & liberam ab huiuſmodi tentationibus, quæ perturbant animum; uel propter naturalem complexionem ad bonum propenſam; uel propter genus uitæ, quod eligit quietum, & a negotijs ſemotum: & ſic talis homo non indigebit ad perſeuerandum, & ad ſuperandam tentationem dono ſpeciali perſeuerantiæ. Hoc ipſum confirmatur: nam poteſt accidere, quod alicuius hominis iuſti uitæ ſpatium ſit breuiſſimum, & quod in illa breuitate uitæ nulla occaſio peccandi illi ſeſe offerat, & ex conſequenti ille talis ſine aliquo ſpeciali cōcurſu perſeuerabit in bono uſque ad exitum uitæ. Idq; iterū confirmatur. Nā ſi conſtituamus duos homines in æquali gratia coram Deo ſecundum præſentem ſtatum, quorū alter ſit de numero reproborum, alter vero de numero electorum; quorum ille, qui eſt de electorum numero, interficiatur dormiens: certe talis perſeuerabit in bono uſq; in finem, at non habuit ſpecialius donum gratiæ quam ille, qui de numero reproborum erat, ut ex hypotheſi cōſtat: ergo ad perſeuerandum uſq, in finem nō eſt neceſſarius ſpecialis Dei concurſus.

(Explicatio Quæſtionis.) Ad huius quæſtionis explicationē tria ſunt examinanda. Primū, vtrum gratia gratum faciens, & iuſtificans conferat illi, in quo eſt, aliquod auxilium, aut aliquid uirtutis ad bene & ſtudioſe operandum. Secundo, ſuppoſito q̄ conferat, uidendum eſt, an homo iuſtus per ſuas uires, ſine illo auxilio, quod illi affert gratia habitualis, quam habet, poſsit perſeuerare vſq, in finē vitæ. Tertio poſito q̄ nō poſsit, uidendum eſt, vtrum id auxilium, quod habet a gratia habituali ſit ſufficiens ad perſeuerandum in bono vſq; in finem; an potius requiratur præterea aliud auxilium ſpeciale diſtinctum ab illo. His cōſtitutis, ſit prima propoſitio.

(Prima pro.) Gratia habitualis non ſolum efficit hominem gratum Deo formaliter, ſed confert auxilium ad bene operandū. Probatur ſic. Nam gratia habitualis ſanat mentem humanam infirmam, & ad malum pronam: ergo confert uires ad bene operandum. Conſequentia inde probatur: quia ſanitas animæ nihil aliud eſt, quam effici potentiorē ad bonum, quam antea erat. Item ſic arguitur. Defectus uiriū, & infirmitas in homine peccatore ex eo procedit inter alia, q̄ habet pro vltimo fine bonum commutabile: igitur illa res, quæ formaliter efficit, ut homo abiecto illo deteriori fine habeat pro ultimo fine bonum incommutabile, confert eo ipſe uires ad ſtudioſe & recte operandum. (Conci. Mileu. cap. 3.) Hoc ipsū definitū eſt in Conc. Mileu. ubi dr̄; Quicumq; dixerit grām Dei iuſtificantē valere ſolū ad remiſsionē peccatorum, q̄ iam cōmiſſa ſunt, & non & adiutoriū cōferat ne cōmittantur, anathema ſit. Hæc prima cōcluſio, primum dubium ſuperius propoſitum euidenter elucidat.

(Secunda ꝓ.) Secunda propoſitio. Homo iuſtus non poteſt perſeuerare in bono per ſuas uires ſine auxilio, quod eſt a gratia. Probatur iſta propoſitio; quia perſeuerare in bono vſque ad finem, eſt donum Dei: igitur non eſt ſine auxilio gratiæ, nec poteſt fieri per uires naturæ. Conſequentia eſt euidens, & probatur antecedens: nam Paulus inquit, Qui cœpit in uobis opus bonum, ipſe perficiet vſque in diem Chriſti Ieſu. (Phil. 1. Ioan. 15.) & Dominus dicit, Elegi vos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus ueſter maneat. (1. Pet. ult.) & Petrus; Deus omnis gratiæ, qui uocauit nos in æternam gloriam ſuam modicum paſſos, ipſe perficiet, & conſummabit. item Paulus? Quid habes, quod non accepiſti. (1. Cor. 4.) ſed ſi homo a ſe, & per ſuas uires naturales perſeueret in bono, magnum aliquid ex ſe habet. & Iacobus ſcribit, Omne datum optimum, & omne donum perfectum deſurſum eſt, deſcendens a Patre luminum. (Iaco. 1.) Sed perſeuerantia eſt quoddam præclarum et inſigne bonum: ergo eſt donum Dei. & D. Auguſtinus ſic inquit,

Si di-

Si dixerimus, iſtam perſeuerantiam tam felicem & laudabilem ſic eſſe hominis, ꝙ non ſit ex diuino munere, euacuamus id qđ dixit Chriſtus Petro: Ego rogaui pro te ut non deficiat fides tua:& in toto illo lib. Aug. docet, perſeuerantiam eſſe donum Dei:& ſine dubio cōtrariū dogma eſt Pelagianum, prout infra luce clarius demonſtrabim⁹. Atqui ex hac ſecunda propoſitione patet determinatio,& definitio ſecundæ dubitationis. Ceterum quantum ad tertiam dubitationem, in qua quæritur; Vtrum hoc auxiliū, quod eſt a gratia habituali, ſufficiat iuſtis ad pſeuerādū; an præterea egeant alio ſpeciali, in hoc ſit tertia ꝓpoſitio.

Tert. conc.

Gratia habitualis, & auxilium quod procedit ab ipſa, eſt ſufficiēs in ſuo genere ad hoc ut homo poſſit perſeuerare. Hanc propoſitionem ſtatuit D. Thomas in ſolutione ad 3. ubi ſic dicit: Nunc autē per gratiam Chriſti multi accipiunt & donum gratiæ, quo perſeuerare poſſunt, & ulterius eis datur quo perſeuerent. Ex quo euidens eſt, eſſe diſtinctum donū, poſſe perſeuerare, ab eo quod eſt perſeuerare. Nam poſſe perſeuerare habet homo ex eo, quod habet gratiam iuſtificantem, per quā natus eſt ex Deo,& efficitur particeps diuinæ naturæ, ex quo ſit potens operari omne bonum,& uitare omne malū. Vnde 1. Ioan. 3. dicitur, Omnis qui in eo manet, non peccat:& iterū, Omnis qui natus eſt ex Deo, peccatum non facit, quia ſemen ipſius in eo manet,& non poteſt peccare; quoniā ex Deo natus eſt: in quo teſtimonio explicatur nobis poteſtas,& uirtus gratiæ,& caritatis infuſæ, per quam homo poteſt uitare omne malum. Quod autem dicit, Et non poteſt peccare, intelligitur, quantum eſt ex parte caritatis, qua nullus male utitur. Hinc eſt quod dicunt uniuerſi Theologi, minimam gratiam,& caritatem, quātum eſt ex parte ſua, eſſe potentiorem quam ſit aliqua tentatio obiecta uel a dæmone, uel a carne.

D. Thom.

1. Ioan. 3.

Obiectio.

Quod ſi aliquis obiiciat contra prædictam concluſionem, fruſtaneam eſſe potentiam quæ non poteſt reduci ad actum: ergo cum per ſolam gratiam iuſtificantem nemo perſeueret ſine ſpeciali auxilio diuinę gratiæ abūdātiori, fruſtra eſt talis potentia, uel potius non eſt potentia. Ad hoc argū optime reſpondet Caiet. ꝙ dupliciter aliqua res poteſt eſſe ſufficiens ad aliquem actū exercēdū. Vno modo, ſimpliciter ſufficiens: quod accidit, quādo ipſa res ſola ſine adminiculo alterius poteſt abſolute operationem producere: Alio modo poteſt dici ſufficiens, non ſimpliciter, ſed in ſuo genere, uerbi gratia, uiſus in genere potentiæ eſt ſufficiens ad uidendum, & qui uiſum habet, dicitur poſſe uidere; eſt tamen ſufficiens ut potentia, non tamen ſimpliciter: nam ſine obiecto atq. lumine nō poteſt uidere: ita habens gratiam, & habitus uirtutem potens eſt perſeuerare, tametſi egeat auxilio diuinæ gratiæ, tum ad operandum, tum ad perſeuerandum.

Caie. ſolu.

Obiectio.

Sed contra argumentabitur Theologus. Nā conſimili ratione, qui non habet gratiam, pōt perſeuerare, qa Deus poteſt dare illi gratiā, & auxilia ad perſeuerādū, & abſq. dubio pt perſeuerare, ſiquidem poteſt ſaluari. Reſpondēdum, quod hoc uerbum, poteſt, eſt æquiuocū: aliquando accipitur pro eo quod fieri poteſt per aliquam potētiam ſiue intrinſecam, ſiue extrinſecam: aliquando uero pro eo quod eſt in ſe habere uirtutem quandam poſitiuam ad aliquid efficiendum. Primo modo dicimus, quod etiam reprobus poteſt ſaluari,& perſeuerare: ſed ſecundo modo ille qui eſt in peccato mortali non habet in ſe uirtutem aliquam ut perſeueret in bono,& caueat omnia peccata, ſed Deus eſt potens illum iuſtificare; iuſtificatus uero recipit ipſe poteſtatē,& uirtutē, per quā poſſit perſeuerare.

Solutio.

Quar. conc.

Quarta propoſitio. Præter gratiam iuſtificantem,& uirtutes infuſas,& auxilia gratiæ, quæ inde profluunt, iuſti homines indigent alio ſpeciali auxilio ad perſeuerandū. Hæc propoſitio eſt de fide, quam probat late D. Thom. 3. contra Gent. c. 155. & conſtat ex Concilio Arauſicano, ubi dicitur, Adiutorium Dei etiam in ſanctis,& renatis hominibus ſemper eſt implorandum, ut ad finem bonum peruenire, & in bono perſeuerare poſſint. & apertiſſime idem definitur in Conſilio Tridentino; Si quis dixerit, hominem iuſtificatū ſine ſpeciali Dei auxilio perſeuerare poſſe, aut cū illo non poſſet, anathema ſit. Hanc concluſionem euidenter probant ſententiæ ſanctarum ſcripturarum; quæ in confirmationem ſecundæ concluſionis adductæ ſunt. D Hieronymus inter alia ſic ſcribit; Sēper largitor, ſemper donator eſt,& non mihi ſufficit quod ſemel donauerit, niſi ſemper donator ſit. concinit illud Pauli; Habemus theſaurum iſtum in uaſis fictilibus, ut ſublimitas ſit uirtutis Dei,& non ex nobis: conſonat illud Pſalmi, Qui coronat te in miſericordia,& miſerationib. hoc eſt, reddit præmium debitum bonis operib. ſi fiant; ut autem fiant, gratia Dei præcedit; ut autem perſeueret homo, Dei magnum beneficium eſt:& ideo dicit, in miſericordia,& miſerationibus. Ex quo ſequitur, quod donum perſeuerantiæ non cadit ſub merito, prout oſtendemus infra quæſt. 114.

D. Thom.

Con. Arau. can. 10.

Conci. Trid. ſeſſ. 6. can. 22.

D. Hierony. epiſtola ad Steſiphon.

Paulus.

Pſal. 103.

Obiectio.

Sed quæret aliquis; Cum gratia habitualis ſit ſufficiēs de ſe ad quamque tentationem uincendam, & ad perſeuerandum in bono, cur non dicitur eſſe ſufficiens ſimpliciter ad perſeuerandum in bono? Ad hoc reſpondetur breuiter, quod illud accidit ex parte ſubiecti in quo eſt: nā ſi gratia eſſet collocata in aliquo ſubiecto idoneo, ſine dubio abſq; aliquo impedimento daret perſeuerantiā in bono: ſed quia gratia habitualis eſt in ſubiecto infirmo, & ignorante, multis caſibus incidētibus neceſſarium eſt auxilium copioſius, per quod noſtra imbecillitas adiuuetur. Atqui hæc ſolutio in hominibus uerum dicit; utrum uero in Angelis uerum dicat, inferius eſt explicandum.

Solutio.

argumenta ſoluuntur.

Sed iam æquū eſt ut argumēta propoſita diſſoluamus. Ad primum dicendum, ꝙ licet gratia habitualis ſecūdū ſe ſufficiens ſit ad omne peccatum uincendum, & ad oē opus bonum præſtandum; nihilominus ratione ſubiecti in quo reſidet, quod de facili poteſt a bono in malū conuerti,& rōne pugnæ quæ ſemper eſt a carne, dęmone, mūdo, eget homo dono perſeuerantiæ, ut uictor euadat.

ad primum

ad ſecundū

Ad ſecundum dicendum, ꝙ præter auxilium ſpeciale, quod eſt a gratia iuſtificante, neceſſarium eſt aliud uberius ad perſeuerandum uſque in finem, ut probatum eſt. Quare admonet Scriptura; Qui ſtat, uideat ne cadat. & alibi, Cū metu,& tremore operamini ueſtrā ſalutem. Et ex ſanctis ſcripturis apertiſſime conſtat, fuiſſe multos q habuerūt gratiā,& non perſeuerarūt; quotquot uero pſeuerarunt, id ex Dei munere habuerūt: unde dicit ſcriptura, Raptus eſt, ne malitia mutaret intellectum eius. in qua ſententia ſignificatur, donū perſeuerantiæ eſſe conceſſū quibuſdam iuſtis, qui proinde rapti ſunt immatura morte: ſi enim diutius uixiſſent, gratiam perdidiſſent.

Sapien. 4.

ad tertium.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ hominē iuſtum Deus nunquā deſerit, niſi prius ipſe deſerat Deum; ceterū ut numquam deſerat, oportet confirmari magno dono perſeuerātiæ. Sed pro euidētiori intelligentia ſciendum eſt, ꝙ quādo dicunt S. Patres, & approbant ſacra Concilia, Deum ſua gratia ſemel iuſtificatum nō deſerere, niſi prius ab eo deſeratur, explanatio eſt de gratia iuſtificante: numquam enim gratiam iuſtificantem aufert ab homine, niſi ꝓpter peccatum mortale. Vnde Aug. ſic inquit; Præuaricatorem legis Dei digne lux deſerit ueritatis. Si autem loquamur de ſubtractione auxilij efficacis, aliquando ſubtrahit illud propter peccatum; unde ſequitur, ꝙ homo non conuertitur: ſed non ſemper cā huius ſubtractionis eſt peccatum, ſed aliquando ſola diuina uoluntas, quod aperte,& ſine circuitione teſtatur D. Auguſt. Vni, inquit, ex duobus hominibus pijs, cur huic donetur perſeuerantia uſq; in finem; illi autem non donetur, inperſcrutabilia ſunt iudicia Dei. Hoc ipſum confirmatur. Nam ſubtractio diuini auxilij aliquando nihil aliud eſt, quam permiſſio ut cadat a iuſtitia; ſed talis permiſſio non poteſt eſſe, quia peccauit iuſtus: neque in pęnam peccati antiquioris, quia iam erat dimiſſum per gratiam. Explicatur idem euidentius; quia nemo poteſt aſſerere quod Adam permiſſus ſit cadere in peccatum primum propter peccatum qđ antea admiſerat. Certe prius eſt permiſſio peccati, quam ꝙ homo, uel Angelus labatur in peccatum. ergo huius permiſſionis non eſt cauſſa peccatum, ſed diuina uoluntas, & prouidentia, ad quam pertinet non ſolum prouidere bona, ſed etiam permittere mala.

Aug. lib. de natu. & gratia cap. 22.

Aug. lib. de correct. & gratia ca. 8. & libro de bono perſeue. c. 8.

ad quartum

Ad quartum dicendum, ꝙ qui ſemel recepit auxilium diuinę gratiæ ad bene operandum,& ſtatim eſt mortuus, maius & ſpecialius accepit donum, quam ille qui ſæpius

recepit

recepit auxilia diuina, & habuit plurima merita, & ad extremū mortuus eſt in peccato, & perijt in æternū. Neque n. fuit a caſu, ꝙ unus moreretur in gratia: ſed ex intentione Dei, & propoſito bonæ uoluntatis ſuæ: & ſic contrario gratiæ in fine uitæ eſt magnum donum perſeuerantiæ, iuxta illud, Raptus eſt ne malitia mutaret ſenſum eius, aut ne fictio deciperet animam eius. Vt uero hoc diſtincte intelligatur, ſciendum eſt, magnum donū perſeuerantiæ eſſe neceſſarium ad ſalutem; ſed hoc diuinum donū in particulari non ſemꝑ eſt unius generis, ſed eſt multiplex, atq; uariū. In cōe eſt quædam particularis prouidētia qua Deus cuſtodit, atque fouet eos, qui perſeueraturi ſunt: qui eſt præcipuus effectus prædeſtinationis. quæ prouidētia efficit, ut quibuſdam ex perſeueraturis Deus conferat per ſpiritualem concurſum maiores uires tpe quo occurrunt tentationes; quoſdā alios antequam aduenıant tentationes, Deus ſua particulari prouidentia adiuuat bonis conſilijs; alijs uero aufert occaſiones peccādi; alios tandem per particularem hanc prouidentiā eripit e uita, ne malitia immutaret ſenſum eorum. de hac particulari prouidentia intelligitur illud, Oculi Domini ſuper iuſtos, & aures eius in preces eorum. & illud, Qui uos tangit, tangit pupillam oculi mei: & illud, Angelis ſuis Deus mandauit de te, ut cuſtodiant te in omnibus uiis tuis. Ex hoc patet quid dicendū ſit ad argumentū propoſitū. Nā ꝙ quidā iuſti breuiſſime ex hac uita eripiantur, & quod alijs occaſiones peccatorū auferantur, & degant uitā a tentationibus liberam, totū hoc manat ex illa peculiari prouidentia, quæ efficit ut homines iuſti perſeuerēt in bono. Ex qua doctrina quintum argumentū euidentiſſime cōfutatur. Hactenus de neceſſitate gratiæ dictū eſt.

Sap.4

Pſal.90.

Ad ultimum

De neceſſitate gratiæ alia proponitur quæſtio

Sed ſupereſt grauiſſima quæſtio. Nam ſi neceſſaria eſt gratia ad recte & ſtudioſe uiuendum, ad ſeruanda diuina præcepta, ad diligēdum Deum ſuper omnia, ad perſeuerandū in bono, cōſequens eſſe uidetur, ꝙ illis, qui gratiā diuinā non hñt, non imputetur ad culpā ꝙ non ſtudioſe uiuant, ꝙ non conuertantur ad Deū, ꝙ non perſeuerent in bono; ſiquidem non habent auxilium gratiæ diuinæ, ſine quo nihil poſſunt facere. Vt ergo hæc difficultas, quę grauiſſima eſt, exponatur, quæritur; Vtrū Deus uniuerſis hominibus conferat auxilium gratiæ ſuæ quo poſſint ſtudioſe uiuere, perſeuerare iq bono, & demū uitā æternam conſequi. A parte negante ſunt grauiſſima argumenta, & quāplurima, quæ in tres partes diſtribuo. In prima conſtituo auctoritates ſacrarū litterarū; in ſecūda auctoritates Conciliorum, & Patrum; in tertia fortiſſima argumenta.

An Deus omnibus conferat auxilia gratiæ neceſſaria

Argu. ex ſacra ſcriptura

Primū argu.

Ioan.6

Primo adducitur illud, Nemo poteſt uenire ad me, niſi Pater qui miſit me, traxerit eum; &c. ſed reprobi nō trahuntur a Deo, ut conſtat: ergo non poſſunt uenire ad Filium: ergo non habent auxilium neceſſarium & ſufficiēs ad uitam æternam conſequendam. Confirmatur: nam D. Aug. ex illis uerbis Domini; Omnis qui audit, & diſcit a Patre, uenit ad me, colligit, ꝙ qui non uenit, nō audiuit, nec didicit a Patre; ſed reprobus non uenit: ergo non trahitur: ergo non poteſt uenire ad Filium.

Aug. lib. de prædeſt. ſãc. c.8.

Secundum

Ioan.12.

Item dicitur de Iudæis; Ideo non poterant credere, qa iterū dixit Eſaias; Excæca cor populi huius, &c. ergo illis hominibus erat impoſſibile credere; non ergo habebant auxilium neceſſarium & ſufficiens ad credendum; & Paulus; Impoſſibile eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, rurſus renouari ad pęnitentiam: ergo iſtis hominibus impoſſibile eſt agere pęnitentiam. & eſt inſigne teſtimonium in huius rei confirmationem Prouerb. 1. ubi dicitur; Quia uocaui & renuiſtis, & ego in interitu ueſtro ridebo, & ſubſannabo, cum id quod timebatis aduenerit. & paulo infra; Mane conſurgent ad me, & non inuenient; clamabunt, & non exaudiam. quibus uerbis diuina ſapientia comminatur ſuis contemtoribus, ſe deinceps illis non affuturam: & alia ſunt multa teſtimonia.

Hebr.6

Tertium

Quartum

Prouer.1

Argumenta ex Conci.

Deinde Concilia, & S. Patres qñ definiant gratiā Dei eſſe neceſſariam ad ſalutē, non tm̃ docent eam gratiā eſſe neceſſariam, qua poſſumus credere, ſperare, diligere, perſeuerare; ſed eā, qua actu credimus, &c. hoc definit Concilii Mileuitanū, Arauſicanū, Tridentinum, hoc ſtatuit D. Auguſt. hoc ipſum teſtatur uniuerſa ſcriptura, quod cogitare, credere, &c. eſt donum Dei ad ſalutem neceſſariū.

Concil.

ſed hæc dona gratiæ non dantur reprobis, ut conſtat. ergo non dat illis auxilia neceſſaria gratiæ ad ſalutem. Sed & D. Aug. ſuper epiſt. ad Rom. ca. 62. docet aperte, ſic denegatum fuiſſe auxilium gratiæ diuinę Pharaoni, ut poſt indurationem non potuerit ad Deum conuerti. idem docet Iſidorus, Abulenſis, Roffenſis, & Driedo.

Ex Auguſt. lib. de præd. ſanct. c.5. & de gratia & lib. arbit. ca.4 & 5. Auguſt. Ex alijs ſanctis Iſido. lib. de ſummo bono c 15. Abulen. ſuper Exho. q. 12. Roffen. art. 36 contra Luthe. Driedo li. de capitul. & redempt. gē. humani

His accedūt rōnes. Primo, Deus pueris reprobis negat auxilium neceſſarium & ſufficiens quo poſſint ſalutē cōſequi: ergo pari, aut potiori rōne denegat auxiliū neceſſarium reprobis adultis propter ſua delicta præcedentia. Antecedens probatur. nam multis paruulis nō poteſt applicari baptiſmus, qui eſt medium neceſſarium ad ſalutem, ut patet in pueris qui non egrediuntur ex utero.

Prima ratio

Secūdo, Deus denegat reprobis auxilium efficax quo in fine uitæ a peccato reſurgant. nam ſi haberēt efficax auxilium, abſq; dubio conuerterentur; ſed auxilium efficax eſt neceſſarium ad ſalutem. ergo denegat illis auxilium neceſſarium ad ſalutem. Confirmatur. Nam ſine Dei conuerſione efficaci nemo poteſt ad Deum conuerti, ut dicit ſcriptura, Conuerte me Domine, & conuertar. & oſtendit ratio. Nam ſine motione primæ cauſſæ nemo poteſt operari; ſed reprobus non conuertitur a Deo efficaciter. ergo non poteſt conuerti.

Secunda

Tertia

Tertio, Deus denegat reprobis donum perſeuerantię; nam ſi daret, certe perſeuerarent: ſed donum perſeuerantiæ eſt neceſſarium ad ſalutem; ſine quo nemo poteſt ſalutem conſequi: ergo reprobis denegatur auxilium ſufficiens ad ſalutem.

Quarto, ſine fide impoſſibile eſt placere Deo: ſed multi ex reprobis nō poſſunt habere fidem: ergo multi ex reprobis deſtituuntur auxilio ſufficienti ad ſalutem. Probatur minor: etenim D. Aug. aperte pronuntiat, eos etiam iuſtiſſime damnari, qui non potuerunt habere fidem, nō habentes a quo diſcerent. quam ſententiam ſecutus eſt ad litteram D. Thom. 2.2. q 10 ar. 1. ubi docet, ꝙ infidelitas negatiue in quibuſdam gentibus non eſt peccatum; quippe qui non potuerunt audire Euangelium; condemnabuntur tamen propter alia peccata.

Quarta

Hebr.11

Auguſt. de natu. & gratia c 4 & 8.

D. Thom.

Quinto, ex eo quod Deus deneget auxilium gratię neceſſarium reprobus, non ſequitur ꝙ Deus ſit iniuſtus: nā propter præcedentia delicta poterat iure facere. Nec uero ſequitur, quod careāt libertate arbitrij ſui, aut facultate ad ſalutem conſequendam: nam licet ponatur hæc negatio auxilij diuini, ſolum ſequitur, ꝙ in ſenſu compoſito ſaluari non poſſunt; at in ſenſu diuiſo bene poſſunt: quēadmodum reprobus in ſenſu compoſito, ſuppoſito ꝙ reprobus eſt, ſaluari non poteſt, ſed in ſenſu diuiſo bene poteſt: ergo non eſt formidandum id concedere.

Quinta

Præterea, ſi Deus dat uniuerſis hominibus, etiam reprobis auxilium neceſſarium & ſufficiens, quod qui amplectitur, ſaluatur; qui reiicit, damnatur, ſequitur ꝙ Deo tribuamus nos poſſe iuſtificari, & ſaluari, & libero arbitrio tribuamus nos actu conuerti, & ſaluari. qui eſt error peior quam Pelagianorum: Pelagiani. n. tribuebant libero arbitrio initium noſtræ iuſtificationis, ſed cōſummationem Deo tribuebant.

Sexta

Item arguitur ex diuina reprobatione. Nam Diuus Paulus ſic de Deo cōcludit: Ergo cuius vult miſeretur, & quem uult indurat. in qua ſententia D. Paulus reprobationem hominum diuinæ uoluntati aſcribit, ſicut & prædeſtinationem, & electionem: & tamen ſi illa ſentētia de ſufficientia auxilij uerum dicit, euidenter ſequitur, ꝙ homo ipſe ſit cā ſuæ reprobationis: ea enim de cauſſa reprobatur, quia gratiam oblatam a Deo non uult recipere. itaque dabitur cauſſa reprobationis, ſcilicet hæc, qa hic non uoluit oblatam gratiam recipere cuius contrarium dicit Paulus in eodem loco; Non ex operibus, ſed ex uocante dictum eſt, Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Explicatur hoc. Nam ſicut Deus ab æterno firmiter ſtatuit prędeſtinatis dare gratiam, & gloriam, ſic ſtatuit firmiter reprobis non dare gratiā finalem, quæ eſt neceſſaria ad ſalutē. ergo firma ſententia ſtatuit reprobis non dare auxilium neceſſarium. In contrarium eſt. nam ſi reprobi non hēnt auxilium neceſſarium ad gratiam, conſequens eſt quod non illis imputatur ad culpam impœnitentia, ſiquidem ſine diuino auxilio pœnitere non poſſunt, & nemo obligatur

Vltima

Roma.9.

In cōtrariū

ad impoſſibile. Item, nõ magis homo poteſt a peccato exſurgere ſine diuino auxilio, quam poſſit ſine pedibus ambulare, aut ſine oculis uidere: ſed homini non habenti oculos non imputatur ad culpam quod non uideat: ergo ſi homo non habet auxilium gratiæ neceſſarium, ut reſurgat a peccato, non imputatur ei quod non a peccato reſurgat.

Prima con.

Prima concluſio. Quilibet homo uiator poteſt ad Deũ conuerti, & ſaluari: & oppoſitum aſſerere, eſt dogma temerarium, & hæreticum. Ex quo euidenter ſequitur, quod quilibet homo in hac uita habet auxilium gratiæ neceſſarium, & ſufficiens ad ſalutem conſequendam. Probatur in primis ex ſacris litteris, quæ clamant, Deum eſſe paratiſſimum ad uniuerſos peccatores indiſcriminatim conuertendos, & recipiendos. Apoc. 3. Ecce ego ſto ad oſtiũ, &c. & Mat. 11. Venite ad me omnes qui laboratis, &c & Io. 1. Erat lux uera quæ illuminat omnem hominem, &c. & 1. ad Timo. 2. Qui uult omnes homines ſaluos fieri & Ezec. 18 & 33 Nolo mortem peccatoris, &c. cui conſonat illud D. Petri 2. cap. 3. Nolens aliquos perire, &c. Eſa. 49. idẽ docet adhibita ſimilitudine, Numquid poteſt mulier obliuiſci infantem, &c. ſed & Hiere. 3. elegantiori adhuc ſimilitudine idem perſequitur dicens, Vulgo dicitur, Si dimiſerit uir uxorem ſuam, & diſcedens ab ea, &c. tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere, dicit Dominus, & ego ſuſcipiam te: eſt inſigne teſtimoniũ

Apoc. 3. Mat. 11. Ioan. 1. 1. ad Tim. 2. Ezec. 18. 2 Petri 3. Eſa. 49. Hier. 3.

Prouer. 1.

Prouer. 1. & 8. Sapientia foris prædicat, in plateis dat uocẽ ſuam, & in capite turbarum clamitat, Quouſque paruuli diligitis infantiam, & ſtulti ea quæ noxia ſunt cupiunt? Ecce diuina ſapientia omnes peccatores indiſcriminatim ad ſe uocat. Eadem ſententia comprobatur auctoritate Cõciliorum, & omnium ſanctorum Patrum In primis in c. firmiter. de ſumma Trinit. definitum eſt, quod omnibus hominibus ſemper patet aditus ad ueram pænitentiã. quam ſententiam ſecutus D. Th. 3. p. q. 86. docet eſſe dogma hæreticum, aſſerere, eſſe aliquod peccatum quod per pænitẽtiam non poſſit deleri: loquitur de hac re optime Origen. lib. 3. periarchon, cum agit de libero arbitrio Eandem ſententiam docet Chryſoſtomus, Ambroſius, & Hieron. Sed Diuus Auguſtinus, & cum exemplis hanc ſententiã confirmat, comparans duos peccatores grauiſſimos, Pharaonem, & Nabuchodonoſorem, quantum ad naturam, ambo homines, quantũ ad dignitatem, ambo Reges, quantũ ad cauſſam, ambo captiuũ Dei populum detinebant, quantum ad pœnam, ambo flagellis, & uerberibus clementer admoniti: quid ergo fecit fines eſſe diuerſos? quoniam unus manũ Dei ſentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter uero libero contra Dei miſericordiam pugnauit arbitrio, & ſubdit, Noli tuæ indurationis in Dei iniuſtitiam referre cauſſam: quia omnes uiæ Domini miſericordia, & ueritas. ſi ſi pie de Deo ſentire uolumus, etiã Pharaoni datam miſericordiam competiemus. Patientia enim Dei ualere ei debuit ad ſalutem. & 1. lib. retra. c. 19. retractat Aug. quod aliquando dixerit, aliquod peccatum in hac uita eſſe irremiſſibile. & ſubdit, De quocumq; peſſimo in uita hac conſtituto non utiq; deſperandum eſt, nec pro illo imprudenter oratur, de quo nõ deſperatur. D. Ambro. compoſuit duos lib. de uocatione gentium, in quibus duas quæſtiones tractat: Altera eſt, Verum uelit Deus omnes homines ſaluos fieri: Altera eſt, utrum donum diuinæ gratiæ, ſine quo nemo ſaluus eſt, ab eo qui uult omnes homines ſaluos fieri, omnib. conferatur, & tandem cõcludit, ꝙ nulli nationi hominum Deus donum ſuæ gratiæ ſubtrahit. His accedunt fortiſſimæ rationes. Primo, Deus præcipit omnib. peccatoribus, quamdiu in hac uita ſunt, ut conuertantur, & agant pænitentiã, & perſeuerent in bono: ergo dat ſufficiens adiutorium ad hæc iuſſa adimplenda, alioqui præciperet impoſſibile, & iniuſtus eſſet, ſi puniret contrafacientes. Secundo, ſi homo eſſet conditus in puris naturalib. & non eſſet deſtinatus ad finem aliquẽ ſupernaturalem, nec haberet media q̃ illuc ducerent, nõ imputaretur ei ad culpam ſi non crederet, aut diligeret bona ſupernaturalia: ſed ſi hõ reprobus non habet ſufficiens adiutorium ad bona ſupernaturalia, perinde eſt atq; ſi eſſet conditus in puris naturalibus: ergo non imputabitur ad culpam quod non credat, aut nõ diligat bona ſupernaturalia.

Concilia.

D. Th.

Origenes. Chryſo. in illud Iacob. dixit: &c. Ambroſ. & Hieron in illud; qui uult omnes hões. &c. Aug. lib. de prædeſt. & gratia. c. 13. 14. & 15.

Ambroſ.

Tertio, ſi fas eſt de Deo credere, ꝙ homini peſſimo deneget auxilium ſuæ gratiæ neceſſarium; ſequitur, ꝙ homo ſceleratiſſimus poſſit merito dubitare, an fortaſſis ipſe talis ſit. & ſic nõ eſſet tam execranda illa uox Cain, Maior eſt iniquitas mea quam ut ueniã merear. Quarto, damnati in inferno non merentur noua ſupplicia propter peccata quæ ibi committunt, quoniam penitus ſunt deſtituti diuina gratia: ergo ſi reprobus in hac uita eſt deſtitutus gratia neceſſaria. & ſufficienti, non meretur noua ſupplicia propter peccata quæ hic committit.

Gen. 4.

Secunda concluſio. Nemo hominum poteſt ſalutem cõſequi ſine auxilio diuinæ gratiæ. Hæc definita eſt in omnibus Conciliis congregatis contra Pelagium, Mileuita. Arauſic. Tridentino; & patet ex ſacris litteris Io. 15. Sine me nihil poteſtis facere. 2. Cor. 3 Non ſufficientes ſumus cogitare, &c. & 1. Cor. 12 Nemo põt dicere Dñs Ieſus, &c.

ſecunda cõ. Concilia. Ioan. 15. 2. Cor. 3. 1. Cor. 12.

Tertia. Deus nemini hominum denegat auxilium gratiæ neceſſarium, & ſufficiens ad ſalutem. Hæc ſequitur euidenter ex prima, & ſecunda concluſione. Vt uero hoc diligentius explicetur, ſciendũ quod Deus geminum donũ ſuæ gratiæ conferre ſolet peccatoribus: Alterum, quo poſſint reſipiſcere, & ſaluari: & hoc donum vniuerſis hominibus confert, de quo dicitur, Ecce ego ſto ad oſtium, & pulſo, &c. Alterũ eſt auxilium efficax, quo homo efficaciter conuertitur, & ſaluatur: & hoc uniuerſis hominibus qui pereunt, non confert: nam certe ſi conferret auxilium efficax, conuerterentur: efficaci enim Dei motioni nemo reſiſtere põt. & de hoc dono loquitur Dominus cũ dicit, Omnis qui audit a Patre, & didicit, uenit ad me. Quod hoc auxilium uniuerſis hominibus non conferat, patet efficaciter ex illo, Væ tibi Corozain, uæ tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent uirtutes quæ factæ ſunt in te, in cilicio, & cinere egiſſent pænitentiam. Ecce quõ hominibus Tyri, & Sidonis non datum fuit auxiliũ efficax, quo ſine dubio conuerterentur. Quare autem nõ ſit datũ, noli iudicare, ſi non uis errare: nam hoc ad inſcrutabilia Dei iudicia referendum eſt. Præterea D. Aug. multis in locis docet, ꝙ Deus quibuſdam hominib. ſubtrahit auxiliũ ſuæ gratiæ. Secundo nota, ꝙ quamuis Deus uniuerſis hominib. non conferat hoc auxilium efficax, non tamen propterea negat: nam eſt paratus conferre, ſi homines non contradicant, & reſiſtant. Tertio nota, quod licet homines q̃ pereunt, non habeant hoc auxilium efficax, nihilominus poſſunt ſaluari: nam poſſunt habere, & ſua culpa non habent, licet re ipſa numquam habeant. Quemadmodum enim ſtante uoluntate diuini beneplaciti, qua Deus me uult hodie legere, eſt nihilominus in me poteſtas uera, ut non legam, licet infallibiliter legam; non tamen neceſſario: ſic omnes qui pereunt, quamquã non habeant auxilium efficax, poſſunt tñ habere, ſed re ipſa numquam habebunt. Eſt exemplum in rebus naturalibus. Nam qui habet mentem, intelligere poteſt: ſed ſi non applicat mẽtem ad intelligendum, numquã intelliget. Sed uideamus quid de hac difficili quæſtione D. Tho. ſcripſerit. Is namque 3. cont. gent. c. 159 poſtquam demonſtrauerat adiutorium diuinæ gratiæ ad ſalutem eſſe neceſſarium, obiicit ſibi in hunc modum. Ergo non imputabitur ad culpam ei, qui non habet donum diuinæ gratiæ, ſi non cõuertatur: ſiquidem ſine dono diuinæ gratiæ conuerti non poteſt. Huic obiectioni ſic reſpondet D. Thom. quamquam homo per motum liberi arbitrij nõ poſſit mereri, & adipiſci gratiã, poteſt tamen impedimentum ponere gratiæ ſuſcipiendæ: nam de quibuſdam dicitur Iob. 21. Dixerũt Deo, Recede a nobis, & 24. c. Rebelles fuerũt lumini. Ex quo ſequitur, quod homini, qui reſiſtit gratiæ ſuſcipiendæ, merito imputatur ad culpam quod non ſuſcipiat. nam Deus eſt paratiſſimus omnibus hominibus illã conferre: uult enim omnes homines ſaluos fieri. Sequitur ſecundo; quod illi ſoli priuantur gratia, qui ponunt impedimentum gratiæ ſuſcipiendæ, quemadmodum Sole illuſtrãte totum orbẽ, ei qui claudit oculos merito imputatur ad culpam ſi non uideat, & ſi inde detrimentũ ſubſequatur, licet nõ poſſit uidere ſine lumine Hactenus D. Tho. D. Anſelmus ad eũdem modum, & diſtincte quidem explicat nodum huius difficultatis, & proponit tale argumentum. Vel diabolus recepit donum, ut perſeueraret, vel non. Si recepit, quo-

tertia conc. Duplex gratiæ donum. Apoc. 3.

Ioan. 6. Mat. 11.

Aug. lib. de præd. ſanct. c. 6. & 8. & in Enchiri cap. 103; & li. 83. quæſtionum q. 68.

Anſel. li. de caſu diaboli c. 2. & 3.

modo

modo non perſeuerauerit? Si non recepit, quomodo imputatur ad culpam ꝙ non perſeuerauerit? Reſpõdet D. Anſelmus, ꝙ non recepit, quia noluit recipere. eadem uia pergit D. Ambro. Ex his facile eſt ſatiſfacere argumentis in principio propoſitis, quæ optima uidebantur.

i. 1. de uocat. gẽti. ca. 2. & 5.

ad argumenta ex ſacris litteris.

Ad primum ex litteris ſacris, & ad primum teſtimoniũ Ioan. 6. reſpondetur, ꝙ reprobus non trahitur, ſed Deus eſt paratus illum trahere, ſi non contradicat, & reſiſtat. Vel loquitur Dominus de auxilio efficaci. Ad ſecundum teſtimonium Ioan. 12. Non poterant, &c. reſpondetur, ꝙ illi non poterant credere in ſenſu compoſito: quia dixerat Eſaias, illos non credituros. & uaticinium Eſaiæ non poterat falli. Vel, non poterant credere, id eſt, erat ualde difficile credere propter ſuam duritiem, & peruerſitatem.

ad tertium

Ad illud Heb. 6. Reſpondetur ꝙ ibi, Impoſſibile, accipitur pro ualde difficili, ſicut familiare eſt in ſacro eloquio. Vel dicendum, ꝙ eſt ibi ſermo de pœnitentia ante baptiſmũ; quæ iterari non poteſt, non de ea quam uocat Hieronym. ſecũdam tabulam poſt naufragium.

ad quartum

Ad quartum teſtimonium reſpondetur, ꝙ ibi eſt ſermo de auxilio efficaci gratiæ diuinæ. Vel dicendum, ꝙ ex eo teſtimonio maxime confirmatur noſtra ſententia: comminatur enim Deus ſe deſtituturum peccatores, qui renuunt, & contradicunt.

ad argumenta Conci.

Ad auctoritates Conciliorum, & Patrum reſpondetur, veriſſimum eſſe ꝙ donum gratiæ, quo actu credimus, diligimus, & perſeueramus in bono, eſt neceſſarium ad ſalutem: ſed dicunt, ꝙ donum fidei, & perſeuerantiæ eſt paratus Deus conferre omnibus hominibus, etiam ſceleratiſſimis, & ſua eſt culpa ꝙ non habeant.

ad D. Aug.

Ad Diuum Auguſtinum reſpondetur, ꝙ nonnulla dicit in illis commentarijs, quæ poſtea retractauit 1. retrac. c. 19. & uerius expreſſit ſuam ſententiam libro de Prædeſt. & gratia. c. 14. & 15. atque etiam in opuſculo de articulis ſibi falſo impoſitis. Articulus impoſitus ſibi ſic habebat, ꝙ Deus non uelit omnes ſaluos fieri, etſi omnes ſaluari uelint. Cui reſpondet Aug. Cum ueritas dicat, Si uos cum ſitis mali, noſtis bona data dare filijs ueſtris, quomodo Pater ueſter cœleſtis non dabit bona petentibus ſe? quomodo fieri poteſt, ut Deus nolit ſaluos fieri etiam eos, q ſaluari uolunt? Synceriſſime igitur credendum eſt, Deum velle ut omnes ſalui fiant. ex quibus ſi multi pereunt, pereuntium culpa eſt, ſi ſaluantur, Dei donum eſt.

ad alios auctores.

Ad alios auctores dicendum eſt in primis, ꝙ non ſunt tantæ auctoritatis, ut ex ſententia catholica nos deterrere debeant: fortaſſis loquuntur de auxilio efficaci, quod vniuerſis hominibus Deus non confert.

ad primã rationem.

Ad primam rationem neganda eſt conſequentia: nam adulti habent præceptum conuertendi ſe in Deum, & agendi pœnitentiam, & ideo illis non ſunt negata auxilia gratiæ neceſſaria ad id faciendũ: at uero paruuli non poſſunt mundari a peccato originali per actũ ſuum, ſed per ſacramentum baptiſmi, quia in re Deus ſatis prouidet de baptiſmo aquæ, quantum pariter ſtatus, & [illegible] rerum diſpoſitio. Et aliud diſcrimen. Nam adultus habet uſum rationis, & liberi arbitrij, & ideo ſi recte uiuat, & faciat quod in ſe eſt, certe Deus illuminabit eum, paruulus uero non habet uſum liberi arbitrij, & ideo non eſt ſimile.

ad ſecundã.

Ad ſecundam reſpondetur, ꝙ reprobus non habet auxilium efficax quo efficaciter conuertatur, & ſaluetur: ſed Deus paratus eſt conferre auxilium efficax, ſi ipſe non cõtradicat, & reſiſtat. Itaq. hæc argumentatio inualida eſt; Reprobus ſine auxilio efficaci non poteſt conuerti, nec ſaluari: ſed reprobus non habet auxilium efficax: ergo non poteſt ſaluari. quemadmodum hæc argumentatio nihil ualet; Sine lumine nemo poteſt uidere: ſed qui claudit oculos, nõ habet lumen: ergo non poteſt uidere: ſiquidem põt habere lumen, & ſic poteſt uidere.

Augu.

Ad hunc modum ſoluit hoc argumentum D. Aug. li. de corre. & gratia. c. 11. & 12. quo in loco ſcribit, ꝙ primus parens in ſtatu innocentiæ accepit donum quo potuit perſeuerare, & non mori; ſed non accepit donum, ut perſeueraret.

ad tertiam.

Ad tertiam idem reſpondetur: dicendum eſt enim, ꝙ reprobus non habet donum perſeuerantiæ, ut in bono perſeueret uſque in finem. ſed tamen Deus non denegat hoc donum perſeuerantiæ: eſt enim paratus omnibus conferre.

ad quartam

Ad quartam reſpondetur, ꝙ multi non habent auxilia, nec opportunitates, nec media ad credendum: nihilominus tamen Deus non denegat illis fidem, nec media neceſſaria ad ſalutem conſequendam: quoniam ſi recte utentes communioribus auxilijs recte uiuerent, & facerent quod in ſe eſt, certiſſime illuminarentur a Deo.

Obiectio tacita.

Quod ſi obijcias, Sequitur ꝙ huiuſmodi non credendo peccant, ſiquidem ſua culpa eſt ꝙ careant prædicatore, & auxilijs neceſſarijs ad credendum: nam ſi facerent quod in in ſe eſt, Deus illuminaret illos. Ex quo ulterius ſequitur, ꝙ in illis non eſt ignorantia inuincibilis circa fidem.

Confir.

Cõfirmatur fortiſſime. Nam ſi homo præberet his hominib. auxilium ſufficiens ad credendum, peccarent non credendo: ergo cum Deus det omnibus hominibus auxilium ſufficiens ad credendum, ſequitur quod peccent non credẽdo.

Solutio.

Reſpondetur, quod gentes, quæ non audierunt Euangelium, præter inſtinctus naturales quibus odio habent homicidium, &c. habent diuinarum inſpirationum viciſſitudines, non quales inter ſponſum, & ſponſam, & inter dilectum, & dilectam: propter quas dicitur in Canticis; Sponſum nunc declinare, nunc tranſire, nunc manere. Deinde dicendum eſt, quod ſi gentes his inſpirationibus excitatæ, recte uiuerent, & facerent quod in ſe eſt, certe a Deo illuminarentur de fidei ueritate. Itaque ad propoſitam obiectione reſpondetur, ꝙ huiuſmodi homines ignorant fidem, quia non recte uiuunt; nõ tamẽ peccant ignorando fidẽ, quia non tenentur recte uiuere, nec ponere ſe in gratia ad uincendam ignorantiã fidei: ſicut hæreticus non tenetur ſe ponere in gratia ad uincendum errorem quem habet aduerſus fidem, ſed ſatis eſt conſulere uiros doctos, & Catholicos a quibus inſtruatur.

ad confir.

Eodem modo ſoluitur confirmatio argumenti: dicendũ eſt enim, quod Deus dat uniuerſis hominib. ſufficiẽs auxilium immediate, ut recte inſtituant uitam. quod ſi facerent, ſine dubio illuminarentur: ſed non dat immediate auxiliũ, & mediũ ad credendum, & ideo multi excuſantur a ſua incredulitate, ſed non excuſantur a uitæ peruerſitate. Quando ergo dicit Aug. ꝙ multi ſunt qui non poſſunt eſſe Chriſtiani, loquitur in eo ſenſu, ſecundum quẽ ſolemus dicere, ignorantem legem non poſſe legem implere ſed abſolute. & ſimpliciter põt ſaluus fieri quilibet hõ, & eſſe Chriſtianus.

ad quintam

Ad quintam reſpondetur, ꝙ licet ex negatione auxilij neceſſarij, & ſufficientis non ſequerentur incommoda ſi commemorantur in argumento ſequitur tamen ꝙ Deus obligaret huiuſmodi homines ad impoſſibile. Item ſequitur, ꝙ datur ſtatus hominis in hac uita, in quo poteſt de ſua ſalute deſperare. Demum eſt dicendum, ꝙ hæc negatio ſufficientis auxilij tollit funditus libertatem ad uitã æternam conſequendam. Pro quo ſciendum eſt, quod quẽadmodum ex eo quod confirmetur homo in bonum, nõ tollitur libertas, ceterum ſi neceſſitatur ad bonum, omnino tollitur libertas; ſic ſi homo caret ſufficienti auxilio ad ſuam conuerſionem, tollitur libertas ad conuerſionẽ, licet non ad alia opera; ex eo uero quod non confertur auxilium efficax, non tollitur libertas ad noſtram conuerſionem; quia noſtra culpa eſt, ꝙ non habeamus illud.

ad ſextam

Ad ſextam dicendum eſt, ꝙ omnia hæc ſunt dona Dei. & ſtare ad oſtium, & pulſare, & introire, & cœnare, & petere quod dedit, & accipere quod donauit, omnia hæc ſunt munus diuinæ gratiæ, nihil de noſtris meritis, & uiribus pſumentes. in eius declaratione notandum eſt, quod cũ dicimus, omnes homines habere ſufficiens auxiliũ ad ſuã ſalutem: quod qui amplectitur, ſaluatur, qui reijcit, condemnatur, poteſt dupliciter intelligi. Prior ſenſus eſt, ꝙ qui amplectitur ex facultate liberi arbitrij, & ex ſubſidio naturali, ſaluatur. & hic ſenſus eſt Pelagianus: nam reducit diſcretionem bonorum, & malorum in facultatem liberi arbitrij, & non in diuinam gratiam. Rurſus tribuit conſummationem, & perfectionem operis libero arbitrio, initiũ uero gratiæ, Deo. Alter ſenſus eſt Catholicus, quod qui amplectitur ſufficiens auxilium, excitatus a diuina gratia, & eo recte uſus fuerit, habebit auxilium efficax fidei, & caritatis, quo efficaciter conuertatur ad Deum. & hunc ſenſum prætendit Diuus Thomas, quando dicit ſupra artic. 6. quod facienti quod in ſe eſt ex diuino auxilio Deus non denegat gratiam, id eſt, recte utẽti auxilio ſuffi- D. Th.

c. cuti.

cienti, & diuina inſpiratione, abſque dubio dabitur auxilium gratiæ efficax: ſimile quid docet Concilium Trid. Seſſ.6 cap 9.

Ad ultimã.

Ad vltimam non põt exacte reſponderi, donec diſputemus illam quæſtionem; Vtrum ex parte noſtra detur

QVAESTIO CX.

De gratia Dei quantum ad eius eſſentiam; in quatuor articulos diuiſa.

ART. PRIMVS.

Vtrum gratia ponat aliquid in anima?

Difficultates circa auxilium ſufficiens. Primum dubium.

cauſſa diuinæ probationis, quæ inueſtigatur in 1.p q.23 art.5. De hoc auxilio ſufficiẽti ſolent moueri aliæ quæſtiones. Prima eſt, Quid ſit hoc auxiliũ ſufficiẽs, eſt ne actus, an habitus, an potentia? Ratio dubitandi eſt: nã ſi eſt actus, & diuina motio, uidetur ꝙ ſemper ſit efficax. Nam ſi Deus mouet hominem, homo certe mouetur: hæc enim mutuo ſe conſequuntur, & ſunt correlatiua. Si uero eſt habitus, uel potentia: cedo quis habitus ſit uel potentia? Ex hoc naſcitur alia quæſtio, In quo ſubiecto ſit auxilium ſufficiens; in homine ne, an in Deo ipſo? eſt ne uoluntas diuina qua Deus uult oẽs homines ſaluos fieri? Tertia quæſtio eſt, An hoc auxiliũ ſufficiens ſit ad ſalutem? Nam uel requiritur aliquid præterea, uel non requiritur. Si requiritur, ergo non eſt ſufficiens. Si non requiritur: ergo cum ſolo auxilio ſufficiẽti, ſine efficaci põt quis ſalutem obtinere. Quarto dubitatur de huius auxilij utilitate. Nã nemo hominum cum ſolo auxilio ſufficiẽti ſaluabitur, nec ſaluus factus eſt, nec poteſt ſaluari: ergo ſuperuacaneum eſt. Vltimo dubitatur, An ex duobus hominibus, qui æquale auxilium habent a Deo, poſſit eſſe ut unus conuertatur, & alter non? A parte affirmatiua uidetur ſtare D. Auguſt. q ponit duos peccatores æquales, Pharaonem, & Nabuchodonoſorem, æqualiter admonitos, & uocatos a Deo: quorum unus ingemuit; alter uero induratus eſt. & alibi ſic ſcribit; Si duo aliqui æquali affectu in anima, & corpore, & æquali tentatione uideant alicuius corporis pulcritudinẽ, & ea uiſa unus moueatur ad illicite faciendum, alter uero nõ, quid cauſſæ putamus eſſe, ꝙ in uno hæc motio ſit, & non in alio? Certe inueſtigatis omnibus cauſſis, nihil aliud appareret, quam hunc in caſtitate uoluiſſe permanere, illũ uero minime. Ecce auctore Auguſtino ex duobus æqualiter adiutis, unus perit; alter in bono perſeuerat. Et in huius rei cõfirmationem adducit exemplum de inuitatis ad nuptias, ex quibus æqualiter inuitatis, & uocatis, quidã uenerunt, alij non. Diuus Gregorius elucidans hanc parabolam de inuitatis ad nuptias, perſequitur cauſſas: quare ex duobus æqualiter uocatis unus ueniat, & alter renuat? nimirum, quia non æqualiter affecti erant: quemadmodum propoſito lucro, aliter mouetur auarus, aliter pecuniarum contemtor idem docet Origines.

Secundo. Tertia. Quarta. Vltimus. Augu. li. de prædeſti. & gratia c. 5. Lib. 12. de ciui. c. 6. Lib. 83. quæſtionũ q. 68. Gregor. Orige. homilia 2. in Ezo.

Pro hac ſentẽtia fiũt hæc argumẽta. Primo, ex duobus æqualiter uocatis põt eſſet, ut un⁹ cadat, & alter in bono pſeueret, ut cõſtat: ergo ex duobus æqualiter uocatis, & attractis a Deo; põt eẽ ꝙ unus cõuertatur, & alter pereat.

Secundo, Deus confert uniuerſis hominibus auxiliũ ſufficiens ad ſalutem, ut antea dixi: quod conſtituamus eſſe æquale in duobus peccatoribus; tunc unus illorũ cũ tali auxilio põt ſaluari, altero pereunte; alioqui non eſſet auxilium ſufficiens: ergo hæc ſententia uera eſt. Vt iſtæ dubitationes diligenter explicentur, & ſuo ordine, ad primam dicendum eſt, quod hoc auxilium ſufficiens eſt motio, & inſpiratio diuina, qua quiſq; homo excitatur ut recte uitã inſtituat. Itaq; in elucidatione pcedẽtis quæſtionis voluimus docere, nõ ſolum Deũ uelle ut uniuerſi homines ſalui fiant, ſed etiam uoluiſſe ab æterno conferre illis media opportuna ad ſalutẽ cõſequendã, & ſuo tẽpore efficaciter cõferre. hoc ſignificat D. Paulus cũ inquit; Vnuſquiſq; propriũ donum habet a Deo; alius ſic, alius uero ſic. Vnuſquiſque, inquit, nõ unus, aut alter: item, Ex Deo; ne quis arbitretur ſe ſuis uiribus hoc donum obtinere. Ruſus dico, ꝙ hoc donum ſufficiens ad ſalutem efficax eſt ad id ad quod mittit Deus illud: non enim redit ad eum uacuum; ſed non ſemper eſt efficax ad peccatoris conuerſionem. Vltimo dico, ꝙ hoc donum ſufficiens eſt ſupernaturale, licet conferatur uniuerſis hominibus: nã ſine dono ſupernaturali nemo poteſt ſalutem conſequi, ut patet ex illo; Sine me nihil poteſtis facere. Sed hoc donum diuinæ gratiæ eſt ſufficiens ad ſalutẽ: ergo eſt ſupernaturale. Ex his ſatis patere arbitror, quid ſit dicendum ad ſecundam dubitationem: dicẽdum eſt enim, ꝙ hoc auxilium eſt in Deo tãquã in dante, & in homine tãquam in recipiente. Ad tertiam dubitationem reſpondetur, quod hoc auxilium, de quo dicimus, eſt ſufficiens ad ſalutem, ſi homo utatur eo, & non contradicat: quemadmodum cibus eſt ſufficiens ad uitã, ſi homo comedat, & traijciat in ſtomachum: & lumen eſt ſufficiens ad uidendum, ſi homo aperiat oculos: & intellectus ad intelligendum, ſi applicetur. Iſte uero uſus quamuis ſit donum Dei, eſt in libero arbitrio diuinitus adiuto. Vel dicatur, quod illud auxilium de ſe eſt ſufficientiſſimum ad ſalutem; ſed ut actu ſaluemur, requiritur aliud: quemadmodum ut actu ſim albus, requiritur ut albedo in actu exſiſtat; ceterum ut poſſim eſſe albus, ſatis eſt quod poſſim habere albedinem. Ad quartam dubitationem reſpõdetur, quod nemo efficaciter ſaluatur, niſi utatur ſufficienti auxilio. ſed hoc non eſt demonſtrare inſufficientiam auxilij, ſed noſtram culpam, qui illud amplecti nolumus: quemadmodum cibus ſi nõ ſumatur, nihil proderit: ſed hoc non eſt demonſtrare inſufficientiã cibi, ſed tuum defectum, qui non uis illum recipere. Ad ultimam dubitationem reſpondetur, quod illa ſententia propoſita inter dubitandum habet uerum de auxilijs externis, & antecedentibus: ſed ſi loquamur de auxilijs internis, & de omnibus, falſa eſt. Nam in eo, qui conuertitur, ipſummet conuerti, & amare Deum, eſt donum Dei, ut teſtatur Scriptura; quod non habet, qui non cõuertitur. Secundo, qui conuertitur, habet donum pænitentiæ, & caritatis; quod non habet qui non conuertitur. Præterea, qui ſaluatur, habet donum perſeuerantiæ, quod non habet qui perit. Vltimo, qui conuertitur, efficaciter conuertitur a Deo; quod non habet qui non conuertitur. Ex quo ſequitur, quod in ſequentibus eandem uocationem, eiuſdem uocationis eſt aliquis modus, uel aliqua ablatio impedimenti, uel aliquid ſimile nobis occultum, quod non eſt in eo, qui non ſequitur uocationem. Nam eædem inſpirationes ex inſpiratione diuina habent aliquam energiam in eo qui conuertitur, quam non habent in eo qui non conuertitur: ſicut in ſimili caſu declarat Caie. 3.p.q. 13.art.2 & q.62.artic.4. loquitur de hoc D. Auguſt. lib. de bono perſeu. cap. 8. dicens, Cur ex duobus impijs unus ſic uocetur, ut ſequatur uocationem; alius uero ſic uocetur, ut non ſequatur uocationem, inſcrutabilia ſunt iudicia Dei. Sed cur ex duobus æque iuſtis, huic conferatur donum perſeuerantiæ uſque in finem, alteri uero, non, inſcrutabiliora ſunt iudicia Dei. Sed hoc habeat Theologus certiſſimum, unum fuiſſe prædeſtinatum a Deo; aliũ uero minime.

Expoſitio difficultatẽ. Ad primam dubitationẽ. 1. Cor. 7. Ioan. 15. ad ſecũdam. ad tertiam. ad quartam. ad ultimam. Caiet. Auguſt.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio ẽ affirmãs: Sicut enim lux ponit aliquid in illuminato; ita gratia ponit aliquid in aĩa recipiẽte gratiam. Nam quamlibet Dei dilectionẽ ſequitur aliquod bonum in creatu- [illegible]

EXPLICATIO ARTICVLI.

In hoc articulo (qui breuem & perfacilem explicationem habet) obſeruet Theologus ex D. Thoma diſcrimẽ quod uerſatur inter gratiam, & caritatem. Nam caritas eſt per quam nos diligimus Deum. ſed eſſe hoẽm Deo gratum, eſt eſſe dilectũ a Deo, ex quo in homine donum quoddam gratiæ ſupernaturale prouenit, quod gratia nuncupatur, quo homo fit gratioſus coram

Differt gratia a caritate.

Deo:

Dilectio Dei, & creaturæ.

Deo illud etiam obſeruet diſcrimen, quod verſatur inter dilectionem creaturæ, & inter dilectionem Dei. Nam dilectio creaturæ non cauſſat bonum in creatura, quin potius ex bono præexiſtēti mouemur ad creaturæ dilectionem: ea dilectio Dei cauſſat bonum in rebus creatis. Et ita per dilectionē naturalem, & cōmunem largitur eſſe naturale omnibus rebus creatis; per dilectionē ſpecialem, & ſupernaturalē cōfertur nobis quoddam eſſe ſupernaturale, quo eleuamur in conſortiū diuinæ naturæ, & efficimur Deo ſimiles. Vnde per hoc q homo dicitur habere gratiam Dei, ſignificatur quoddam eſſe ſupernaturale in homine a Deo proueniens.

ta cauſſatum: & ſecundum differentiam huius boni cōſideratur differēs dilectio Dei ad creaturam; vna quidem communis, ſecundum quam diligit omnia quæ ſunt, & per eā largitur eſſe naturale rebus creatis: Alia eſt dilectio ſpecialis, ſecundū quam trahit creaturam rationalem ſupra conditionē naturæ ad participationem diuini boni: & ſecundum hanc dilectionem dicitur aliquem diligere ſimpliciter; quia ſecūdum hanc vult Deus ſimpliciter creaturæ bonum æternum; quod eſt ipſe Deus. Sic ergo per hoc quod homo dicitur habere gratiā Dei, ſignificatur quiddam ſupernaturale in homine a Deo proueniens. Verum eſt tamē, quod quandoque gratia Dei dicitur ipſa Dei dilectio; ſecundum quod etiam dicitur gratia pdeſtinationis, prout gratuito, & nō ex meritis aliquos pdeſtinauit, vel elegit.

ART. SECVNDVS.

Vtrum gratia Dei ſit qualitas animæ inhærens.

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Gratia, ſi ſumitur pro auxilio Dei, ſic non eſt qualitas animæ, ſed motio diuinæ inſpirationis. Hæc cōcluſio liquida eſt, ſic ut nō indigeat pbatione.

Secunda Concluſio. Si gratia accipiatur pro habituali dono, quo homo fit gratus, & iuſtus coram Deo, eſt qualitas animæ inhærens.

EXPLICATIO ARTIC.

D. Thom. Marſilius.

De quæſtione huius articuli agūt Theologi in 2. d. ſt. 26. vſq; ad 28. & Marſil. in q. 17. & D. Tho. de veritat. q. 27. & nos nonnulla prælibauimus ſupra q. 62. & 63 cū de habitibus infuſis diſputaremus. Equidem de hac quæſtione homo definitur plane in diuinis ſcripturis, in quibus tantum legimus, q per gratiam iuſtificamur, renouamur, &c. quæ uerba hunc commentarium habere uidentur: id eſt; gratis, ſine meritis iuſtificamur: propter quod ſcriptura diuina ſine diſcrimine utitur his uocibus gratia iuſtificamur, & gratis iuſtificamur, id eſt, non ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos. Sed neq; apud ſanctos Patres de hac controuerſia uerbum vllum inuenimus, an ne gratia ſit qualitas animæ inhærens: Præterea, ſi ex humanis coniecturis argumēta producere libet, plane uidetur, q gratia Dei non ſit qualitas animæ inhærens. Ex eo enim q miles habeat regis gratiam, nullam propterea habet qualitatem ſibi inhærentem, ſed tantum ſignificatur, quod faueat illi Rex, & quod a Rege diligatur. Demum, ſi ex naturalibus philoſophari volumus, ita natura comparatum uidemus, quod uirtutes, & potentiæ ad operandum ſunt accidentia diſtincta a ſubſtantijs rerum: at gratia non eſt principium operandi, ſed tantum qua Deo grati ſumus: nulla ergo firma ratione oſtēdi poteſt, quod gratia ſit qualitas animæ. In huius rei expoſitionem eſt prima concluſio.

Exponitur quæſtio articuli. Prima cōc.

Dogma temerarium eſt, negare, gratiam, & caritatem eſſe qualitates diuinitus infuſas, in anima inhærentes. Probatur ſic: nam in primis hoc eſt contra oīum Theologorum ſententiam. Deinde, in diuinis litteris aſſeritur, gratiam, & caritatem cordibus noſtris infundi: quod cōmode & apte explicari non poteſt, niſi ſtatuamus, gratiā, & caritatem eſſe qualitates infuſas: de qua re ſatis prolixe diſputatum eſt retro, cū de habitibus infuſis loqueremur. Præterea, in cap. maiores. de Baptiſmo, & eius effec. & in Clement. unica, de ſumma Trinitate, & fide Catholica, fit mentio huiuſmodi habituum infuſorum: & opinio Theologorum, quæ ponit hos habitus infuſos, eligitur a Cōcilio ut probabilior, & ſanctis ſcripturis magis conſentanea. Ad hæc, in Concilio Tridentino definitur, quod caritas Dei infunditur in cordibus eorum qui iuſtificantur, & ipſis inhæret, & alibi; Si quis dixerit, hominem iuſtificari ſola remiſſione peccatorum, excluſa gratia, & caritate, quæ in cordibus hominum per Spiritum ſanctum diffunditur, & in illis inhæret, anathema ſit. & iterum, Si quis dixerit, gratiam, & caritatē, qua iuſtificamur, eſſe tantum fauorem Dei, anathema ſit.

Conc. Trid. Seſſ. 6. c. 7

Quæ definitio Concilij quāquam varijs explicationibus elucidetur, nulla planior eſt, & aptior, quā explicare de qualitatibus diuinitus infuſis. Hoc ipſum confirmatur varijs rōnibus ex diuina Theologia adductis: quarū prima eſt. Homo uel dicitur gratus Deo per hoc q Deus uelit ei dare ſeipſum, & beatitudinem; uel per hoc q Deus faueat illi; aut vero per hoc q habeat in ſe donū deſuper infuſum, per qd efficitur hō Deo gratioſus, & dilectus. Certe nō dicitur homo habere gratiam, per hoc q Deus velit dare ei ſeipſum, & uitam æternam: nam prædeſtinato, qui eſt in peccato mortali, Deus uult dare ſeipſum, & uitam æternam; qui tamen neque eſt gratus Deo, neque eſt in gratia. Neque uero dicitur homo habere Dei gratiam per hoc quod Deus illi faueat, ſic ut gratia ſit fauor diuinus: nam in Concilio Tridentino ſic definitur, Si quis dixerit, gratiam Dei, qua iuſtificamur, eſſe fauorem Dei, anathema ſit. Relinquitur ergo, gratiam Dei eſſe donum ſupernaturale in animis noſtris infuſum, per quod homo efficitur conſors diuinæ naturæ, & ſimilis Deo gratificatus, & dilectus. Præterea, paruuli baptizati iuſtificantur per iuſtitiam diuinitus infuſam, & illis inhærentem, ut definit Concilium Tridentinum: at non iuſtificantur per actum aliquem infuſum, ut plane conſtat: ergo iuſtificantur per qualitatem inhærentem, quæ per modum habitus illis inhæreat. Ad hæc, paruuli antequam baptizentur (ut docet fides Catholica) habent in anima peccatum, maculam, & deformitatem illis inhærentes: ergo ut iuſtificentur, & abluantur, neceſſum eſt habeant in anima pulcritudinem inhærentem. Deformitas enim, & macula inhærens, niſi per pulcritudinem, & iuſtitiam inhærentem auferri non poteſt: nuſquam enim dicitur homo pulcer, niſi habeat pulcritudinem quæ in illo inhæreat. Certe ponere huiuſmodi habitus, ſiue qualitates infuſas, pertinet ad ſuauem Dei diſpoſitionem, qua uniuerſas res adminiſtrat: Deus enim uniuerſis agentibus dat formas congruentes ad ſuas actiones, ut ſint illis conſentaneæ, & proportionatæ. Id ergo quod Deus facit in agentibus naturalibus reſpectu actionum naturalium, idem etiam efficit in agentibus ſupernaturalibus reſpectu actionum ſupernaturalium. Hoc ipſum confirmatur. Nam cum homo ſecundum eſſe naturale perficiatur habitibus acquiſitis ad operandum ſtudioſe, conſequens eſt ut in eſſe ſupernaturali perficiatur habitibus infuſis, & ſupernaturalibus.

Prima d... Secūda d...

Secunda concluſio. Non eſt certum ſecundum doctrinam fidei, quod gratia ſit habitus infuſus in anima inhærens. Nam hoc non colligitur ex ſacris litteris, neque

Secūda cō... ...

neque ex traditione Eccleſiaſtica, neque ex definitionib. Conciliorum, & Concil. Trid. in locis ſupra commemoratis (vt recte admonet doctiſſimus pater Soto. 2. lib. de natura & gratia c.18.) conſulto abſtinuit a nomine habitus; ſed tantum definiuit, hominem iuſtificari per iuſtitiam diffuſam in cordibus noſtris, q̃ illis inhæreat. Sed dicet Theologus; Profecto videtur, q ſacri Concilij Tridentini definitio non poſſit cõmode ītelligi, niſi de qualitate cordibus noſtris inhærente: nam definit aperte Concilium, quod homo iuſtificatur p gratiam, & caritatem, quę in cordib' hominum per Spiritum ſanctum infunduntur, & ĩ illis inhærent. Certe cũ iuſtificatur homo corã Deo, non iuſtificatur p aliquam ſubſtãtiã quę cordibus hominũ uniatur; neque eſt neceſſe, q infundatur ei aliquis actus p quẽ iuſtificetur, ut patet in paruulis, q̃ ſine aliquo actu iuſtificantur: conſequens ergo eſt, iuſtificari hominẽ per aliquam qualitatem inhærentem. Vel explicandum eſt, quid ſit illud donum diuinitus infuſum, quod cordibus noſtris inhæreat, per quod homo coram Deo iuſtificatur, cum non ſit ſubſtantia, neç actus. Propter hoc argumentum Alphonſus de Vega in commentarijs Concilij Tridentini, explicãs hæç uerba modo citata, affirmat eſſe de fide, quod tales habitus infuſi ponendi ſunt. Contrarium tenet Soto ubi ſupra.

ARTIC. TERTIVS.

Vtrum gratia ſit idem q̃d virtus?

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt negans. Pro cuius explicatione ſciendum eſt, quod Magiſter Sententiarum poſuit gratiam idem eſſe cũ uirtute; ſed ſolum differre ſecundum rationem, vt gratia dicatur ſecũdũ quod facit hominem gratum Deo; virtus, ſecundum quod perficit ad bene operandum. Sed recte conſideranti rationem virtutis, hoç ſtare non poteſt. Nam virtus cuiuſcunque rei diçitur in ordine ad aliquam naturam prçexſiſtẽtem; quando vnum quodque ſcilicet eſt ſic diſpoſitum, ſecundum quod congruit ſuæ naturæ. Sed manifeſtum eſt, quod virtutes acquiſitæ per actus humanos ſunt diſpoſitiones, quibus homo conuenienter diſponitur in ordine ad naturam, qua homo eſt: virtutes vero infuſæ diſponunt hominem altiori modo, ad altiorem finem: vnde ordinant ad altiorem naturam, hoc eſt, ad diuinam naturam participatam, quæ dicitur lumen gratiæ. Quare ſicut naturale lumen rationis eſt aliquid præter virtutes acquiſitas, quæ dicuntur in ordine ad ipſum lumen rationis; ita etiam ipſum lumen gratíæ, quod eſt participatio diuinę naturæ, eſt aliquid prçter virtutes infuſas, quæ ab illo lumine deriuantur, & ad illud lumen ordinantur. Sicut enim virtutes acquiſitæ perficiunt hominem ad operandum ſecundũ quod congruit naturali lumini rationis; ita virtutes infuſæ perficiunt hominem ſecundum quod congruit lumini gratiæ. Non eſt ergo idem quod virtus; ſed præſupponitur ipſi, ſicut radix, & principium.

Concluſio.

Impugnatur Mag.

Explicatur Concilium.

Ceterum ad ueram explicationem Concilij Tridentini eſt notandum primo loco, quod homo ſicut, quando peccat actualiter, conuertit uoluntatem ſuam inordinate ad bonum commutabile, & auertit illam a bono incõmutabili: ad eundem modum poſtquam prçterijt actus peccati, illius animus habitu manet inordinatus, i. manet cõuerſus ad bonum commutabile, & auerſus a bono incommutabili. & ratione huius inordinationis, & prauitatis, quæ habitualiter manet in anima tranſeũte actu peccati, homo denominatur peccator.

Secundo aduertendum eſt, q dupliciter poteſt intelligi, quod Deus remittat peccatũ homini. Vno modo, mutando, & conuertendo animum hominis a prauitate, in qua erat, ad rectitudinem, quæ rectitudo dicitur iuſtitia interior, & inhærens. Alio modo poteſt Deus remittere peccatum homini nulla mutatione facta in anima peccatoris; ſed ipſo peccatore manente cum uoluntate praua, & inordinata ſicut erat antea, cõcedẽdo illi ueniã peccati, & non imputando illam prauitatem homini ad pœnã. quæ non imputatio dicitur iuſtitia extrinſeca, & non inhærens, & imputatiua.

Illud etiam aduertendũ, quod illa iuſtitia interior, & inhærens, & illa mutatio uoluntatis, qua peccator ex prauo fit rectus, poteſt fieri duobus modis. Vno modo p infuſionem alicuius qualitatis ſupernaturalis permanentis in anima. Alio modo poteſt fieri a Deo ſine infuſione alicuius qualitatis permanẽtis; ſed per ſolam actualem motionẽ diuini auxilij, quod auxilium ſua efficacia conuertit animum hominis a prauitate ad rectitudinem.

Ad argu. ex Concilio.

His poſitis, ad argumentum ſumtum ex decreto Concil. Trid. dicendum eſt, q Lutherani affirmabant, iuſtificari hominem nõ per aliquam interiorẽ renouationem, ſed per ſolã non imputationẽ exteriorẽ, p quos Concilium definit, q De' q̃n iuſtificat peccatores, non ſolũ concedit illis veniam peccati, & nõ imputat illorũ delictum ad pœnam; ſed ẽt interius conuertit, & renouat illorum animum & ex prauo reddit illũ rectum, atq; bonum. Verũ vero Deus efficiat hanc interiorẽ renouationem per aliquam qualitatem pmanentem, & ĩfuſam, uel potius p ſolam motionem actualem auxilij diuini, Cõcil. Trid. non definit: nõ. n. illa q̃ſtio ptinebat ad id quod erat ppoſitũ in Cõcil. Itaq; ex dfinitione Cõcilij nõ colligitur q gratia, & caritas ſint qualitates infuſæ; ſed tãtum colligitur, eſſe dogma pertinens ad doctrinam fidei, quod iuſtitia, qua homo iuſtificatur, non eſt aliquid extrinſecum; ſed eſt interior renouatio interioris hominis, quæ renouatio põt fieri, uel p infuſionẽ alicuius qualitatis permanẽtis, uel p ſolam actualẽ motionẽ auxilij diuini, ſine aliqua qualitate. Et hæc eſt uera interpretatio illius decreti.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Quis ſenſus quæſtionis.

AD explicationem huius articuli intelligẽdum eſt, q hic nõ dubitatur, utrum gratia gratum faciens ſit habitus infuſus diuinitus, ſiue qualitas animæ inhærens: nã de hoc ſatis dictum eſt in ſuperioribus: ſed quçritur, utrũ ſit habitus operatiuus, quo diſponimur ad recte operãdum, id. n. dicitur virtus. Sed & illud certum, & exploratum eſt, q gratia non eſt virtus fidei, neq; vero virtus ſpei: eſt aũt dubium, utrum ſit uirtus caritatis; de quo ſunt ꝯtriæ ſntæ. Altera Scoti in 2. d. 27. q. vnica; Richar. in 2. d. 26. q. 4. Dur. q. 1. eiuſdem d. Gabr. idem q. 1. Marſi. in 2. q. 17. ar. 2. vniuerſi iſti auctores tenent, q gratia, & caritas ſunt idem re, diſtinguuntur tamen ratione. Nam idem habitus dicitur gratia, quatenus nos reddit gratos Deo; & caritas, quatenus nos inclinat ad diligendum Deum. Hæc ſententia poteſt probari his argumentis.

An gratia ſit caritas.

Primum arg.

In primis, oĩa q̃ in ſanctis ſcripturis, & apud ſanctos Patres dicũtur de gratia, eadem dicuntur de caritate: ergo ſignum eſt, q ſunt idẽ re ipſa. Probatur antecedẽs, q̃a ſicut gratia diſtinguit inter iuſtos, & iniuſtos, ſic & caritas; & ſicut caritas eſt forma uirtutum oĩum, ita & gratia; & ſicut gratia eſt principium meriti, ſimiliter & caritas.

Secundum.

Deinde, caritas antecellit omnes qualitates infuſas: ergo, uel eſt idẽ cũ gratia, uel eſt pſtantior gratia: ſed nõ pt

1. Corin. 13. Aug lib. 15. de ciui c. 18. Bernar. ſermone. 59. in Cantica. dici præſtantior gratia:ergo eſt idem cum gratia. Quod autem caritas antecellat omnes qualitates infuſas, patet ex D. Paulo, ex Auguſtino, & D. Bernardo.

Tertio ſic arguitur. Effectus formalis gratiæ eſt efficere hominem gratum, & amabilem Deo, ſed homo redditur formaliter gratus, & amabilis Deo per rectitudinẽ voluntatis, cum hominis voluntas ſic eſt affecta Deo, vt habeat illum pro vltimo fine, & bona commutabilia in comparatione ad Deum deſpiciat: hoc autem efficit formaliter caritas: ergo caritas, & gratia ſunt idem.

Quartum. Præterea arguit Marſilius. Nã omnibus habitibus de medio ſublatis, dum tamen permaneat caritas, adhuc homo manet gratus Deo; eſt ſiquidem Dei amicus, cum caritas ſit vera amicitia: ergo habet gratiam; ex quo conſequens eſt, quod caritas ſit gratia.

Quintum. Deinde vrget Durandus. Eſt (inquit) prorſus impoſsibile, quod gratia, & caritas ſeparentur: ergo impoſsibile eſt ꝙ diſtinguãtur: quæ.n.re ipſa diſtinguuntur, ſeparari poſſunt. Antecedens probatur, quia ſi gratia ſeparatur a caritate, certe homo ille, qui haberet gratiã, ſaluaretur: placeret.n. Deo, & eſſet illi gratus, & non ſaluaretur, ſi quidem caritatem non haberet. Eſt igitur impoſſibile, ꝙ ab inuicem ſeparentur, ſi quidem ex eo, quod ſeparẽtur, ſequitur euidens contradictio.

Sextum. Ad hæc, ſi gratia diſtingueretur a caritate, ex eo, ꝙ caritas eſt habitus operatiuus, quo diligimus Deum; gratia uero non eſt habitus operatiuus, ſed qualitas diuinitus infuſa, quæ dat eſſe ſupernaturale, & participium diuinæ naturæ, ſequuntur hæc incommoda.

Primum incõue. In primis ſeqtur, ꝙ fides & ſpes ſine gratia iuſtificante non eſſent veræ uirtutes in homine peccatore; Immo ſequitur, ꝙ non exſiſterent in homine peccatore: nã eſſe ſupernaturale, qđ confert gratia, præſupponitur ad quodcũque donũ ſupernaturale, ſicuti eſſe naturale ad quodcũque donum naturale. Vnde ſicuti abſque eſſe naturali nullum donum naturale intelligi põt; ita neque poterit intelligi donum ſupernaturale, niſi ſuppoſito eſſe ſupernaturali. Atque hoc eſt primum incommodum.

Secundum incõue. 1. Corin. 13. Coloſ. 3. Sed & illud incommodũ ſeqtur, ꝙ gratia ſit pſtantior caritate. quod aduerſatur D. Paulo dicenti, Maior autẽ horum eſt caritas: & alio in loco, Super oĩa caritatem habere, quod eſt vinculum perfectionis. Quod recte ſequatur, patet: nam gratia confert eſſe ſupernaturale, ex quo oritur caritas. ueluti anima confert eſſe ſubſtantiale, ex quo uirtutes animæ deriuantur. Sicut ergo anima eſt præſtãtior ceteris virtutibus ſuperadditis, ſic gratia præſtãtior erit caritate, & reliquis donis diuinitus infuſis.

Tertium incõue. Confirm ex Concil. Trid. Seſſ 6. cap. 7. & 8. Item ſequitur, ꝙ gratia eſſet in homine otioſa, ſiquidẽ non inclinaret ad bene operandũ: hoc aũt aſſerere, falſiſſimum eſt. Hæc oĩa confirmantur. Nam in Conc. Trid. numerantur plene oẽs cãæ q̃ concurrunt ad nr̃am iuſtificationẽ, inter quas pcipue numeratur caritas, & non numeratur gratia q̃ in iuſtificatione hominis pcipue ꝯcurrit, ut patet ex Paulo in innumeris locis: ergo noĩe caritatis Concilium ſacrum intelligit gratiam, alioqui Conciliũ prætermiſiſſet præcipuam cãm nr̃æ iuſtificationis.

D. Tho. ſententia Caieta. & D. Bonauent. Altera opinio eſt D. Tho. hoc artic. & Caiet. & aliorum diſcipulorum D. Tho. & eandem tenet D. Bonauent. in 2. diſt. 26. q 5. & in 3. diſt. 27. art. 1. q. 3. & 4 quæ opinio eſt magis conſentanea ſanctis ſcripturis, & recte rationi, & ſuaui Dei diſpoſitioni.

Exponitur. D. Tho. Vnde ad id explicandum, eſt aduertendum, ꝙ quemadmodũ aliud eſt eſſe rei, aliud operatio: ita euidens ratio expoſtulat, ut alia forma cõſtituat eſſe rei, & aliæ formæ, & uirtutes deſeruiant ad operationes recte obeundas, & ſicut ad eſſe rei ſequitur operatio, & illud præſupponit; ita & forma illa, q̃ immediate ordinatur ad operandum, præſupponit formam, q̃ eſſe cõſtituit, & ab ea quodammodo proficiſcitur, vt uidere licet ĩ rebus naturalibus. Nam v.g. homo a forma ſubſtantiali hẽt eſſe; ceterum ab alijs formis accidentarijs, & ſuperadditis, quæ ſunt potentiæ, atque habitus, habet vt poſſit recte operari, & illæ formæ, quæ ſunt potẽtiæ, & habitus, præſupponunt formam ſubſtantialem, & ab illa quadam rõne manant, & proficiſcuntur. Potentiæ quidem, & habitus naturales proficiſcuntur a forma ſubſtantiali, naturali quodam conſequio, &, quod dicunt metaphyſici, per ſimplicem quãdam emanationem: ueluti ſplẽdor oritur a Sole, habitus uero acquiſiti ſunt ẽt ex illa, tãquã ex radice, & ſemine. Illud ẽt aduertendum eſt, ꝙ homo iuſtus non ſolum hẽt facultatem operandi opera ſupnaturalia, ſed ẽt hẽt eſſe ſupernaturale, operibus ſupernaturalibus conſentaneum: quod patet ex illo 2 Petri c. 1. Maxima, & ptioſa promiſſa nobis donauit, vt per hoc efficiamur cõſortes diuinæ naturæ. 2. Petr. 1.

Quare iuſti fil. Dei dicuntur. Vñ & iuſti dicuntur filij Dei, quia ſicut filius participat naturã patris, ita & iuſti ut ſic, participant quoddam eſſe ſupernaturale, & ſimilitudinẽ naturæ diuinæ. ex quo eſſe, & ex qua ſimilitudine efficitur, ꝙ homo iuſtus ſit gratus, & amabilis Deo: nam per illud eſſe efficitur quadam rõne eiuſdem naturæ cum Deo; & certum eſt, quod ſimilitudo naturarũ conciliat amorem, & amicitiam. His conſtitutis eſt concluſio.

Concluſio. Gratia non eſt idẽ quod caritas. Gratia non eſt idem realiter, ꝙ caritas; ſed diſtinguitur realiter ab illa. Probatur ſic, nam in Cõcilio Vienenſi dr̃, ꝙ paruulis in baptiſmate, ſm opinionem Theologorum probabiliorem, infunduntur gratia, & virtutes Theologicæ. in quo vr̃ ſignificari, ꝙ gratia a uirtutibus Theologicis diſtincta ſit. Quin ẽt in diuinis litteris ſemper diſtinctis nominibus cõpellantur, qđ eſt argũ diſtinctionis: & ad Rom. 3. Iuſtificati gratis per gratiam ipſius; & 1. can. Ioan. c. 4. Commendat autẽ caritatem ſuam in nobis, nõ quaſi prius nos dilexerimus Deũ; ſed quia ipſe prius dilexit nos. Rom. 3. 1. Ioan. 4. Vnde prius eſt, ꝙ nos Deus ſibi gratificat, & amabiles reddit, q̃ quod nos illum diligamus. Sed & ex dictis concluſio nr̃a manifeſte concluditur. Nam gratia dat eſſe ſupernaturale, quo homines iuſti ſiunt conſortes diuinæ naturæ; ſed caritas immediate atque directe ordinatur ad diligẽdum Deum, & ad operandum; ſed forma, quæ dat eſſe, diſtinguitur realiter a formis, q̃ deſeruiunt operationi; ſicut realiter differunt eſſe, & operari: ergo caritas, & gratia realiter diſtinguuntur.

Ratio D. Tho. elegans. Huic conſonat rõ D. Tho. in primis elegans, quam proſequitur in hoc articulo. Omnis.n. virtus operatiua diſponit ſubiectum, put congruit ſuæ naturæ: ergo omnis virtus præſupponit naturam aliquam cui ſit cõgruens, & proportionata. Virtus naturaliter acquiſita præſupponit naturã, qua homo eſt. Virtus ſupernaturalis præſupponit naturam diuinã participatam, & eſſe quoddam ſupernaturale, cui congruat, & conueniat uirtus ſupernaturalis diuinitus infuſa. Hæc autem participatio diuinæ naturæ a diuinis Theologis gratia nuncupatur, qua gratificat nos Deus, & amabiles reddit in dilecto Filio ſuo. Sed ſupereſt diſſoluamus argumenta in contrarium adducta.

Ad argumenta. Ad Primum. Ad primũ dicendum, ꝙ in ſanctis litteris, & apud ſanctos Patres fere eadẽ dicuntur de gratia, & caritate; non quia ſunt idem realiter; ſed quia ſunt ita connexæ, ut vna ſine altera eſſe non poſſit: nihilominus tamen nonnulla dicuntur de gratia, quæ caritati conuenire non poſſunt. Nã gratia eſt principium formale, quod dat eſſe ſupnaturale, quod p diuinam generationem recipit homo, qđ pſupponitur ad caritatem, quæ eſt virtus operatiua: gratia facit nos gratos, & dilectos Deo; caritas uero facit nos dilectores Dei. Verum eſt tñ, nonnullas excellentias eſſe cões tum gratiæ, tum caritati; ſed differentes in modo. Nam gratia eſt forma virtutum, ſimiliter & caritas; ſed diſſimili ratione. Gratia.n. eſt forma virtutum ratione ſubiecti: nam ex eo, quod facit hominem gratum, efficit ſubinde, quod opera hominis ſint meritoria, iuxta illud; Reſpexit Dominus ad Abel, & ad munera eius; prius Dominus reſpicit, an perſona, quæ opera efficit, grata illi ſit, & accepta. Gene. 4. Caritas uero eſt forma uirtutum ex parte finis. ex eo enim, ꝙ reſpicit vltimum finem, habet in officio omnes alias uirtutes in finem vltimum referre, atq. dirigere. Deinde, gratia, & caritas vniunt nos Deo; ſed diſtincta ratione: nã gratia eſt per quam Deus unit nos ſibi, & efficit nos conſortes diuinæ naturæ; caritas eſt per quam nos Deo unimur, & illum amoris amplexibus cõplectimur.

Ad ſecundum. Ad ſecundum argũ dicendum, quod caritas antecedit omnes habitus infuſos operatiuos, non autem ipſam gratiam, ex qua tãquam ex radice pullulant omnes reliqui habitus operatiui. & D. Paulus in illo loco non confert caritatem cum gratia, ſed cum alijs uirtutibus infuſis, fide, ſpe, & caritate.

Ad tertium. Ad tertium argũ dicendum, ꝙ effectus formalis gratiæ eſt reddere hominem gratum, & amabilem corã Deo; ſed proprie, & immediate homo fit talis per hoc, quod efficitur particeps diuinæ naturæ, & hoc eſſe quoddam ſupernaturale, ſicut ſupra expoſitum ẽ, qđ ſine dubio a gratia proficiſcitur, & dimanat.

Ad quartum. Ad quartum dicendum, quod in illo caſu ille homo eſſet gratus Deo extrinſeca acceptatione Dei; nũc uero homo ẽ gratus Deo & amabilis per qualitatem animis noſtris inhærentem. Vel dicendum, ꝙ ſm legem ordinariam, qui diligit Deum, & hẽt caritatem, diligitur a Deo: at uero de potentia Dei abſoluta non eſt neceſſe, ut qui diligit Deum, diligatur a Deo, quãtum ad bona ſupernaturalia: poteſt.n. aliquis (de potentia Dei abſoluta diſputo) habere caritatem Dei, & ꝙ non acceptetur ad gloriam. Ex quo efficaciter demonſtratur, ꝙ caritas re ipſa a gratia diſtinguatur, & ſeparetur. Vltimo dico pro confutatione argumenti, quod ex eo tãtummodo probatur, gratiam, & caritatem ita eſſe inter ſe connexas, ut una ſine altera eſſe non poſſit.

Concluſio.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, quod Deus de potẽtia ſua abſoluta poteſt caritatem a gratia ſeparare, ut in præcedenti ſolutione explicatum eſt: non tamen eſt neceſſe, ꝙ ſi diſtinguuntur realiter, poſſint ab inuicem ſeparari: multa enim diſtinguuntur realiter, quæ propter neceſſariam cõnexionem nõ poſſunt ſeparari. Eſt enim opinio bonorum Theologorum, riſibilitatem, aut intellectum nõ poſſe ab homine ſeparari, quamquam realiter diſtinguantur.

Ad ſextum. Ad ſextum dicendum, quod non ſequitur primum incõmodum: quamquam enim fides & ſpes maneant in homine peccatore ſine gratia gratum faciente; at non habẽt rationem perfectæ uirtutis, vt ſemper ſit uerum, ꝙ gratia ſit radix, & principium uirtutum, quæ diuinitus infundũtur. Itaque ſecundum ueram Theologiam aſſerẽdum eſt, quod fides & ſpes, quæ permanent in homine peccatore, non ſunt uirtutes ſine gratia iuſtificante, quãquam ſunt habitus diuinitus infuſi: de qua re alio in loco competẽtius ediſſerendum eſt.

Ad ſecundum incõmodum. Ad aliud incommodum dicendum eſt, non eſſe alienũ a diuina Theologia, aſſerere, quod gratia ſit præſtantior caritate: nam cum dicit Paulus, Maior autem horum eſt caritas; aperte confert caritatem ad fidem, & ſpem, atque ad ceteras uirtutes infuſas.

Ad tertium. Neque uero ſequitur tertium incommodum: quamquam enim gratia immediate non ordinetur ad operandum, non eſt conſequens, quod ſit otioſa: ſicut forma ſubſtantialis non eſt otioſa, quamuis non ordinatur immediate ad operandum: conſtituit enim eſſe, & naturam, ex qua omnis uis operandi dimanat: non diſſimili ratione ex gratia manat omnis uis operãdi ſupernaturalis, & oẽs uirtutes infuſæ.

Ad confir. ex Ad confirmationem ex Concilio Tridentino dicendum eſt in primis, ꝙ unica ratio formalis iuſtificationis eſt iuſtitia interior, qua renouatur animus, & ad rectitudinem reducitur, quæ eſt iuſtitia Dei, non qua ipſe Deus iuſtus eſt, ſed qua iuſtos nos facit, quam unuſquiſq; in ſe recipit ſecundum propriam diſpoſitionem. Diſponimur uero ꝑ caritatem, fidem, ſpem, & pœnitentiam: unde caritas eſt diſpoſitio ad iuſtitiam interiorem, quæ gratia Dei eſt. Deinde dicendum eſt, quod Concilium aperte commemorat gratiam inter cauſas iuſtificationis, ut uidere licet can. 11. Seſſionis. 6. Sed de hac quæſtione ſatis dictum eſt, ad aliũ articulum progrediamur.

Concil. numerat gratiã inter cauſas iuſtificationis.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum gratia ſit in eſſentia animæ?

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio eſt affirmans, quæ ex definitione præcedentis articuli euidenter comprobatur. Nam ſi gratia eſſet virtus, oporteret eam eſſe in potentijs ſicut in ſubiecto; quia potentia animæ eſt ſubiectum virtutis: ſed quia probatum eſt, non eſſe virtutẽ, ſed aliquid prius virtute, oportet eã conſtituere in eſſentia animæ. Sicut enim ſecundum potẽtiam intellectiuã, homo participat cognitionem diuinam per fidẽ diuinitus infuſam; & ſecundũ voluntatem, diuinum amorem per virtutum caritatis: ita etiã per naturam animæ participat ſecundum quãdã ſimilitudinem naturam diuinam, per quandam regenerationem, ſiue recreationem, ſecundum quam efficitur homo iuſtus, noua creatura, gratificata, & amabilis coram Deo.

EXPLICATIO ARTICVLI.

EX doctrina huius articuli facile erit inueſtigare definitionem gratiæ, q̃ a nemine fere recte, & exacte explicatur. Definitio gratiæ optima, quam D. Tho. cõſtruit in hoc articulo & præcedenti, hæc eſt. Gratia eſt qualitas animæ infuſa, per quam efficimur conſortes diuinæ naturæ, ut dicitur a Petr. c. 1. Huic conſonat alia definitio, quæ ſic habet: Gratia ẽ quædam forma ſupernaturalis, quæ confert nobis eſſe, & uitam ſupernaturalem. Sicut.n. Deus inſtituit, vt homo uiueret geminam uitam, cũ naturalem, tum ſupernaturalẽ: ita contulit nobis duplex uitæ principium, ueluti duplicem animam; unum naturale, alterũ ſupernaturale: & ſicut ex aĩa, q̃ eſt principium naturale, fluunt, & ꝑficiuntur potentiæ ad operandum opera uitæ conſentanea: ſic ex gratia procedunt uirtutes infuſæ, quibus uiuitur uita ſupnaturali, & plane diuina. Tertia definitio gratiæ, q̃ a quibuſdã Theologis neothericis approbatur, ſic dicit: Gratia Dei eſt ueſtis, & ornamentum aĩæ, quo anima pulcra, & grata efficitur corã Deo, ſicut in ſponsã Dei accipiatur, & filiam. Hoc ornamentum aĩæ deſcribit Eſaias eleganter his uerbis; Gaudens gaudebo in Dño, & exultabit aĩa mea i Deo meo, q indu it me ueſtimẽtis ſalutis, & indumento iuſtitiæ circũdedit me: quaſi ſponſum decoratũ corona, & quaſi ſponſam ornatã monilibus. Alij uero ſic definiunt gratiã. Gratia (inquiunt) eſt acceptatio ad gloriã; q̃ definitio explicat proprietatẽ gratiæ diuinæ. Nã cum ſimus filij ꝑ gratiã; conſequens ꝓprietas gratiæ eſt, ꝙ ſimus hæredes gloriæ, & ꝙ acceptemur ad gloriã. Hãc definitionem calumniatur doctiſſimus Pater Cano, in Relec. de pœnitentia p. 1. ſed ſine magna rõne. Cõmuniſſima uero definitio gratiæ, & q̃ in ore oĩum circũfertur, eſt: Gratia eſt qualitas animæ infuſa, per quam reddimur grati, & amabiles coram Deo. Hæc definitio datur ꝑ cauſam formalem, quę pręcipue explicat rei definitionẽ, & quidditatem; veluti ſi diceremus: albedo eſt, quæ facit album, pulcritudo eſt, quæ pulcrum efficit.

Definitio gratiæ.

An gratia de ſe reddat homines gratos.

Sed ut hæc definitio diligentius explicetur, q̃ritur, Vtrum gratia hẽat de ſua natura reddere homines gratos, & amabiles corã Deo; an potius ex inſtitutione diuina, & ex Dei acceptatione: ſicut potuit Deus facile inſtituere, ꝙ hões albi ſaluarentur, nigri condemnarentur: & ſicut re uera inſtituit, ꝙ baptiſmus aquæ nos lauet a crimine; nõ uero baptiſmus vini, aut olei. Ad propoſitã dubitationẽ, quę non eſt perfacilis omnino, ſic rñdebit Theologus. In primis incũctãter aſſerit, gratiã (q̃ eſt qualitas animæ infuſa) de ſua natura efficere hões gratos Deo, & amabiles: alioqui non eſſet rõ, quare potius ꝑ iſtã qualitatem infuſam nos redderet gratos, q̃ ꝑ albedinem. Certe gratia eſt pulcritudo ordinis diuini, & quędam participatio diuinæ pulcritudinis, & naturæ, & iõ reddit nos amabiles Deo, & dilectos coram illo. Illud ẽt indubie aſſerat Theologus, Deum, q̃ eſt ſua omnipotentia, rectiſſime poſſe efficere hões gratos ſibi & amabiles abſq; aliqua qualitate inhærente: vñ rectiſſime poterat facere hões gratos abſq; gratia, q̃ eſt qualitas diuinit' infuſa: nã Deus rectiſſime & ueriſſime pt amare hõiem abſq; eo, ꝙ infundat ei qualitatẽ inhærentẽ. Certe ex ſnĩa oĩum Theologorum, Deus rectiſſime pőt iuſtificare hominem abſq; habitibus infuſis.

Inſuper addat Theologus, non eſſe oĩno impoſſibile (loquimur de potentia Dei abſoluta) ꝙ hæc qualitas diuinitus infuſa inhæreat animæ, & ꝙ anima non ſit Deo grata, neque accepta. Poteſt enim Deus efficere, vt cum homo peccat mortaliter, prædicta qualitas perſeueret in anima, & tunc anima non eſt Deo grata, neque amabilis.

Obiectio.

Sed contra hãc doctrinã argumentabitur Theolog⁹ ad hunc modum. Nam effectus formalis non poteſt ſeparari a forma: non.n. poteſt fieri ꝙ albedo inhæreat corpori, & non faciat album; ſed eſſe hominem Deo gratũ, eſt effectus formalis gratiæ, q̃ ẽ qualitas diuinitus ĩfuſa: quod ſic oſtendo. Nam grã, quæ eſt qualitas animæ inhærẽs, habet aliquem effectum formalem: vniuerſa n. qualitas hẽt aliquem effectũ formalem, quemadmodum albedo facit album; ſapiẽtia, ſapientem; pulcritudo, pulcrum: ſed gratia, quæ eſt qualitas diuinitus infuſa, non habet alium effectum formalẽ, niſi efficere hominem Deo gratum: ergo non poteſt ſeparari a gratia, quin faciat hominẽ gratum. Cuius contrarium aſſeueratum eſt in tertia aſſertione, quæ in explicationem dubij propoſita eſt.

Cõcluſio.

Confir.

Hoc ipſum confirmatur. Nam effectus formalis non poteſt fieri ſine cauſſa formali, etiam ſi de omnipotentia Dei fiat ſermo: non.n. poteſt Deus ſupplere effectum cãſæ formalis: vnde nõ poteſt facere album ſine albedine, neque hominem ſine anima rationali; ſed eſſe hominẽ Deo gratum, eſt effectus formalis gratiæ, quæ eſt qualitas diuinitus infuſa, ut ſupra oſtenſum eſt: ergo non poteſt fieri, ut homo ſit gratus Deo ſine qualitate inhærente, & animis noſtris infuſa.

Solutio. *Duplex effectus formalis formæ.*

Ad hæc argumenta confutanda dicunt Theologi, duplicem eſſe effectum formalem formæ; unum intrinſecũ; alterum extrinſecum. Intrinſecus, ut album ab albedine: & huius generis effectus non poteſt ſuppleri ſine forma. Extrinſecus bene poteſt ſuppleri ſine forma. exempli gratia, eſt aliquis ſimilis alteri in albedine, cuius ſimilitudinis cauſſa formalis eſt albedo: ſi alter moriatur, altero ſuperſtite permanente, albedo permanentis deſinit eſſe ſimilis; & ſic effectus formalis extrinſecus poteſt ſeparari a forma. Explicatur hoc uberius alijs exemplis adhibitis ad oſtendendum, quod effectus formalis poteſt ſeparari a forma, & inueniri ſine forma. Quod enim materia exiſtat, eſt effectus formalis formæ, extrinſecus tamen: ꝙ.n. materia exiſtat, a forma habet. Vñ ſecundum opinionem probabilẽ Theologorum, Deus poteſt facere, ut materia exiſtat ſine forma. Idem patet in quantitate, quæ hẽt ꝑ effectu formali diſtinguere partem extra partẽ in corporea ſubſtantia. Nihilominus tamẽ ſi Deus ſeparaeret quãtitatem ab homine, non propterea conſ.uerent partes vniuerſę ad punctum; ſed maneret pars extra partem.

Duplex effectus gratiæ.

Vel dicendum, quod effectus formalis gratiæ, quæ eſt qualitas infuſa, geminus eſt. Alter eſt, efficere hominem rectum, pulcrum, iuſtum, per qualitatem inhærentem in corde diffuſam. & hunc effectum non poteſt Deus efficere ſine gratia, quæ eſt qualitas inhærens, uel ſaltem ſine motione auxilij diuini rectificante animam: quod in ſuperioribus ſatis expoſitum eſt. Alter effectus eſt, reddere hominem gratum, & acceptum coram Deo. & hic effectus quoniam ſecundarius eſt ex primo dimanans, poteſt a gratia ſeparari, & abſque ea inueniri.

QVAESTIO CXI,

De diuiſione gratię, in quinque articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS

Utrum gratia ſufficienter diuidatur per gratiam gratum facientẽ, & gratiam gratis datam.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmãs. Alia eñ eſt gratia ꝑ quã homo cõiũgit Deo q̃ vocat gratia gratum faciens: ꝑ ipſam eñ homo iuſtificatur, & dignus efficitur vocari Deo grat⁹, & amabilis. Alia eſt per quam vn⁹ homo cooperatur alteri ad hoc quod reducatur ad Deum: & hoc donum vocatur gratia gratis data, quia ſupra facultatem naturæ, & ſupra meritũ perſonæ homini conceditur: quia vero nõ datur vt homo ipſe iuſtificetur per eam, ſed potius vt ad iuſtificationem alterius cooperetur, non vocatur gratũ faciens. Huic conſonat quod dicit Apoſtolus; Vnicuique datur manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatem aliorum.

1. Cor. 12

EXPLICATIO ARTICVLI.

An ſit optima articuli diuiſio. *Prim. argu.*

Videbitur fortaſſis alicui, quod hæc diuiſio gratiæ, in gratiam gratum faciẽtem, & gratiam gratis datam, non ſit ſufficiens: ſunt.n. multa donorum, & gratiarũ genera, quæ prædicta diuiſione non comprehenduntur. Vita æterna eſt gratia, ut plane ſcribit Paulus Roman. 6. ſed non eſt gratia gratis data, neque gratum faciens.

Rom. 6. *Secundum.*

Deinde, auxilia diuinæ gratiæ, quibus homo diſponitur ad ipſam gratiã, & ipſamet diſpoſitio ad gratiã, & auxilia quibus homo perſeuerat in bono, certum ẽ, ꝙ numerantur inter dona, & gratias, quæ hominibus cõferuntur diuinitus: at nõ ſunt gratię gratis datæ, neque uero gratia gratum faciens.

Tertium.

Sed & diuina ꝑdeſtinatio, q̃ præcipue gratia Dei eſt, & beneficium potiſſimũ, in iſta diuiſione nõ comprehenditur.

Quartum.

Præterea, hæc diuiſio videtur habere aliud uitium; nã eadem vr̃ eſſe gratia gratis data, & gratia gratum faciens: cum tamen diuiſio ſemper debeat per membra oppoſita deſignari. Quod uero gratia gratum faciens ſit gratia gratis data, ſic oſtendo. Nam gratia gratis data ſignificat donum, quod nobis a Deo gratis confertur: ſed gratia gratum faciens gratis nobis a Deo confertur: ergo eſt gratia gratis data.

Exponitur.

In contrarium eſt doctrina D. Tho. Pro cuius elucidatione aduertendum eſt primo loco, quod hic non ſit ſermo de gratia increata; ſed de gratia creata. Gratia increata uocatur a diuinis Theologis, Dei uoluntas, qua Deus ab æterno nos dilexit. Quin etiam Spiritus ſanctus appellatur donum, & gratia, ut uidere licet apud D. Thom. 1. par. q. 38. Inſuper gratia unionis nuncupatur a Theologis gratia increata: nam eſt eſſe perſonale Verbi diuini, communicatum naturæ humanæ. Illud etiam aduertendum eſt, quod hac diuiſione nõ comprehendimus quodcumque donum quod gratis hominibus confertur: natura enim humana, & eſſe humanum gratis nobis cõfertur: at in prædicta diuiſione non cõtinetur: ſiquidem hic tantum diſputamus de gratia, quæ eſt ſupra facultatem humanæ naturæ, & gratis nobis donatur.

Gratia gratis data bifariam ſumitur.

Sed & illud non eſt prætereundum, quod gratia gratis data poteſt ſumi, ut nomen quoddam genericum, quo comprehendimus quicquid nobis gratis confertur: & hoc modo etiam gratia gratum faciens comprehenditur ſub iſto nomine, quia gratia prima iuſtificans gratis confertur, ut docet Paulus, & nos poſtea demonſtrabimus eſſe certam, & irrefragabilem fidem. Alio modo ſumitur, ut ſit nomen ſpecificum, quo ſignificamus quædam dona diuinitus data hominibus ſine illorum merito, quæ ex ui ſua non ſtatim conferunt iuſtitiam illi in quo ſunt. Inter quæ dona, & gratiam gratum facientem, eſt triplex differentia. Prima, ꝙ gratia gratis data immediate, & proprie non datur in commodum, & vtilitatem eius, qui illam recipit; ſed in vtilitatem aliorum. quod plane teſtatur Paulus dicens: Vnicuiq; datur manifeſtatio ſpiritus ad utilitatẽ aliorũ.

1. Cor. 12.

At uero gratia gratum faciens immediate, & proprie datur in commodum & vtilitatem eius q iuſtificatur, ut ſaluus ipſe fiat, & placeat Deo. Scda dr̃ia eſt: nã gratia gratũ faciens per qđuis pctm̃ mortale perditur: nam uir iuſtus, ſi auerterit ſe a iuſtitia ſua, committatq; peccatum mortale, ſtatim deſinit eſſe gratus Deo, & omnes iuſtitiæ eius amplius non recordabuntur, ut dicit Dominus apud Ezechiel. At gratia gratis data non perditur per quod-

uis

quis peccatum mortale: ſcribitur enim Matt. 7. Multi dicẽt mihi in illa die, Nonne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & virtutes multas fecimus? Ecce gratia prophetiæ, & gr̃a miraculorum in hominib nequam perſeuctāt. Idem oſtẽdit Pau. 1. Corint. 13 cum dicit, Si habuero prophetiã, & nouerim myſteria oĩa, caritatem autem non habuero, nihil ſũ. ecce auctore Paulo, donũ prophetiæ, & ſcientiarũ gratia ſine caritate inueniri queunt. Sed q̃d in re manifeſta immoramur? Certe Caiphas, cũ eſſet neq; iuſtus, ꝓphetauit, neſciens q̃d diceret. Sed & Balaã, & Sybillas donũ prophetię habuiſſe exploratũ eſt. Sed & illa differẽtia potiſſima eſt, ꝙ gratia gratum faciens ſemp eſt qualitas inhętẽs animæ p modum habitus, vt ſupra oſtẽſum eſt. Verũ gratia gratis data aliquando eſt donũ habituale, vt donũ fidei, donũ ſcientię: aliquando eſt poteſtas, vt poteſtas miraculorũ poteſtas conſecrãdi: interdum vero infunditur p modum actus, & inſpirationis, vt donum ꝓphetię, & ipſamet motio diuina, & inſpiratio. Qui cupit copioſi' legere, quẽadmodũ differat gratia gratum faciens a gratia gratis data, legat D. Th. 2. 2. q 172. nos ad difficiliora properamus. Sed ſupereſt argumenta in principio poſita confutare.

Argumentorum ſolutio. ad primum, & ſecundum Ad primum namq, dicendum eſt, ꝙ vita æterna, gratia nuncupatur, & eſt, ſed eſt gratia conſumata; gratia, inquam, alterius vitæ, & alterius reipublicæ, & regni, q̃ nemo habet, dum hãc vitam mortalem viuit. Nos vero propoſita diuiſione ſolũ comprehendimus gratiarũ genera, q̃ viatorib conferuntur. Vel dicat Theologus, ꝙ hæc gratia reducitur ad gratiã gratum faciẽtem, a qua ſeparari non poteſt, ſicut & dona Spiritus ſancti: & quãtum ego ſentio, ad gratiam gratum facientem reducuntur omnia gratiarum genera, quæ conferuntur diuinitus in vtilitatem, & commodum eius qui recipit, & quę ſunt veluti diſpoſitiones, & præparationes, vt homo iuſtificetur, & placeat coram Deo dilectus & gratus. Ex quo facile confutatur ſecundum argumentum. *ad tertium.* Ad tertium dicendum, ꝙ gratia diuinæ prædeſtinationis nihil ponit in prædeſtinato, vt oſtenditur in 1. par. hic vero agimus de gratijs quæ in cordibus hominum infunduntur.

ad quartum Sed & quartum argumentum non eſt difficile depellere, ſi ea quæ in ſuperioribus dicta ſunt, ad memoriam reducantur. Nam in deſignata diuiſione non accipitur Gratis data, vt ſignificet donum quod gratis confertur, ſed donum quod gratis confertur in vtilitatem & commodum aliorum. Hæc argumentorum. In ſolutione ſecundi argumenti dicit D. Th. vnam ſniam, quæ de ſe magnã mouet dubitationẽ. dicit n. ꝙ Deus proprie nulli debet, & ꝙ nemini obligat: cui cõſonat illud D. Augu. loquentis cũ Deo, Reddens debita nulli debens: ſed q̃uo quadret cũ prædicta ſnia, ꝙ vir iuſtus meretur corã Deo de iuſtitia uitam æternam, nõ ſa ile explicatur. Nam ſi meretur illam de condigno, & d iuſtitia: ergo ſi Deus non reddit, & perſoluit mercedem, iniuſtus erit: debet igitur de iuſtitia mercedem. E. augetur ratio dubitãdi. Nã Chriſtus Dominus, ut hec Theologorum vera ac ſana doctrina, de oĩ rigore iuſtitię meruit apud Deũ, & ſatiſfecit de cõdigno, nõ ſolũ ad æqualitatẽ, ſed & ſuperabundanter ꝓ peccatis generis humani; cũ quo nullo mõ cohærere vr̃, ꝙ Deus de iuſtitia non obligetur eius ſatisfactionẽ acceptare, neq, ꝓmiũ ꝑſoluere. Sane ſi iuſtitia expoſtulat, ꝙ pater reddat præmium pro meritis, iniuſtitia erit, & inæqualitas nõ reddere, vnde debet reddere, & obligatur ꝑſoluere. Magna ſunt hæc argumenta, fateor, ſed quæ, donec tractetur de bonorum operum meritis, diſſolui nequeunt. & ideõ differetur illorum confutatio vſque ad quæſtionem vltimã huius partis, in qua de merito inueſtigatur.

An Deus proprie debere poſſit, & obligari.

ART. SECVNDVS.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur in operantem, & cooperantem.

SVMMA TEXTVS.

Vt ea, quæ hic ab auctore dicuntur, plene intelligantur, nonnulla principia ex Diuo Thoma ſunt ſtatuenda, ex quibus concluſiones facile educuntur. Primum enim ſtatuendum eſt, quod gratia vno modo accipitur pro diuino auxilio, quo Deus mouet nos ad bene agendum, & volendum: & alio modo pro habituali dono nobis diuinitus infuſo: & vtroque modo gratia dicta conuenienter diuiditur per operantem, & cooperantem. Pro quo ſtatuitur ſecundum principium. Operatio (inquit diuinus Doctor) non tribuitur mobili, ſed mouenti: in illo ergo effectu, in quo mens noſtra eſt mota & non mouens, ſed ſolus Deus mouet, operatio attribuitur Deo; & ſecundum hoc gratia dicitur operans: in illo autẽ effectu, in quo mens noſtra mouet & mouetur, operatio nõ ſolũ tribuitur Deo, ſed etiam animæ; & ſecundum hoc gratia dicitur cooperãs.

Vt autem intelligat Theologus, in quo effectu anima noſtra ſe habeat, vt mota tantũ, & in quo ſe habeat etiam, vt mouens, ſtatuit D. Tho. tertium principium. Duplex enim eſt in nobis actus. Primus eſt interior voluntatis, & quantum ad iſtum actũ ſe habet voluntas, vt mota, & Deus vt mouens, maxime cũ voluntas incipit velle bonum quæ prius volebat malum: & ideo ſecundum ꝙ Deus mouet humanam mẽtẽ ad hũc actum, dicitur gratia operãs. Sed eſt alius actus exterior, qui a voluntate imperatur, & ideo operatio tribuitur voluntati: ſed quia ad hunc actum etiam Deus nos adiuuat, interius voluntatem confirmando, & exterius facultatẽ operandi præbendo, reſpectu huius actus dicitur cooperans.

Prima concl. His conſtitutis, eſt prima Concluſio. Si gratia accipiatur pro gratuita Dei motione, conuenienter diuiditur p operantem, & cooperantem. Nam ſi conſideratur gratuita Dei motio, qua ratione nos mouet ad operandum, dicitur gratia operans; ſi vero cõſideratur qua rõne voluntas humana, gratuita Dei motione adiuta, exequitur bonum opus, dicitur gratia cooperans.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Difficilis ſententia D. Tho. qua dicit voluntatem noſtrã cũ deſerit malu & vult bonum tantum habere ſe vt motam. Primum &c.

Magnum eſt explicare, quid eſt q̃d dicit D. Th. ꝙ in actu voluntatis, quo vult bonũ, & deſerit malũ, ſe habeat tm̃ vt mota, & non vt mouens. Ex quo colligit D. Tho. ꝙ in actu interiori voluntatis eſt gratia operans, non cooperans. hoc vr̃ difficile ad explicandũ. Nã q̃n Deus mouet voluntatẽ humanã ad aliquẽ actũ interiorẽ, voluntas nr̃a non ſe hẽt tantũ vt mota. Q̃d oſtendo argumentis exploratæ efficaciæ, vt vr̃. Actus. n. interior voluntatis, vt, Volo amare Deũ, volo deſerere peccatũ; eſt actus ꝓductus ab ipſa volũtate, tãquã a principio effectiuo: ergo volũtas hẽt ſe vt mouẽs,

non tantum vt mota. Deinde, actus interior volũtatis, quo voluntas incipit velle bonum, eſt actus liber, non ſolum quantum ad exercitium, ſed etiam quantum ad ſpecificationem, vt plane conſtat: ergo voluntas libere elicit actũ illum: non ergo ſe habet tantum vt mota.

Secunda Concluſio. Si gratia accipiatur pro habituali dono diuinitus infuſo, ſic eſt duplex effectus gratiæ, ſicut & cuiuslibet formæ: quorum primus eſt eſſe, ſecundus operatio. Vnde habitualis gratia, in quantum animam ſanat, & iuſtificat, ſiue gratam Deo facit, dicitur gratia operans; ſed in quantum eſt principiũ operis meritorij, quod procedit a libero arbitrio, dicit gratia cooperãs. Vnde gratia operans, & cooperans poteſt eſſe eadem, ſed diſtinguitur ſecundum diuerſos effectus.

ſecundum.

tertium.

Secunda.

Tertio ſic. Nã motus pprius voluntatis eſt, quando ex volitione finis ſe mouet ad eligenda media: ſed voluntas qñ incipit velle bonum, & deſerere peccatũ, & dolere de eo, eligit dolorẽ pp finẽ, nempe, vt ſatisfaciat Deo, & redeat cũ illo in gratiam. Sed ex hoc articulo alia inſurgit dubitatio. Nam certe D. Tho. ſi recte expendatur, non plane & diluc. de nobis explicauit, quid ſit gratia operans, quid vero gratia cooperans. Vnde nõnulli ex doctrina huius articuli decepti arbitrantur, ꝙ in effectu gratiæ operantis mens noſtra nihil agit, ſed ſe habet veluti inanimo organũ. quod tantum mouetur. & nullo modo mouet. Vt ergo veritas elucidetur, intelligendum eſt, ꝙ hic articulus poſitus eſt a Diuo Thoma ad exponendum D. Augu. qui in libro de gratia & libero arbitrio vtitur hac diuiſione, quam etiam D. Aug. ingenioſe, & acute excogitauit, vt exponeret ſacra Concilia, quæ ad explicandã Dei gratiam in hunc modum loquuntur: Multa bona operatur Deus in homine, quæ non facit homo; nulla vero facit bona opera homo, quæ non facit Deus, vt faciat homo: qua in ſententia apertiſſime explicatur, qd ſit gratia operans, & quem effectũ habeat; quid rurſum ſit gratia cooperans, & quod ſit eius officium. Gratia operans eſt, cum mouetur homo a Deo, & excitatur, ipſo homine nihil operante, vt cum prædeſtinatur, cum excitatur, illuminatur, vocatur, qñ Deus ſtat ad oſtium & pulſat, ipſo homine nihil de hoc cogitante. Gratia cooperans, quando Deus ſic concurrit cum hoĩe, vt etiam eius conſenſum, & comitem voluntatem requirat, veluti cum mouet hominem, vt pæniteat, vt amet, & diligat. Hæc eſt aptiſſima huius diuiſionis expoſitio. Sed tamen magis congruit, tum D. Aug. tum D. Th. ſentẽtiæ, ſi dicamus, ꝙ etiam in prima iuſtificatione, & conuerſione peccatoris locum habeat gratia operans, atq; etiam in multis alijs operib. in quibus noſtræ voluntatis conſenſus eſt pernecesſarius. Quod vt recte, & vere intelligatur, animaduertendum eſt, ꝙ diſtinctio gratiæ, in operantem, & cooperantem, ſiue in præuenientem, & ſubſequentem, in ſanctis literis expreſſa eſt, vt in Pſalmo: Et miſericordia eius præueniet me: Et miſericordia eius ſubſequetur me omnib. diebus vitæ meæ. Deus enĩ nolentem præuenit, vt bene velit, & volentem ſubſequitur ne fruſtra velit, ſed vt perficere valeat. Operans ergo gratia eſt, quæ præuenit, ac præparat voluntatem. non vt fiat voluntas; quia & ante hanc gratiam uoluntas iã erat: ſed vt voluntas bona fiat, & quæ prius erat ſerua peccati, liberetur. Cooperans gratia, eſt quæ uoluntatẽ iam bonam factam ſubſequitur, vt quod iam vult bonum, perficere poſſit. Nam voluntas hominis, quam homo naturaliter habet, non ualet erigi, ut bonum efficaciter uelit, uel opere adimpleat, niſi per gratiam liberetur, & adiuuetur, iuxta Pauli ſniam; Non eſt uolentis, neque currentis, ſed miſerentis Dei; hoc eſt, non eſt uolentis bene uelle, neque currentis currere, ſed miſerẽtis Dei, qui operatur in nobis uelle, id eſt, ut aſſentiamur uocanti & currere hoc eſt, ut operemur pro ſua bona uoluntate. Hæc doctrina eſt Diui Aug. ex qua facile eſt intelligere, quemadmodum etiam in ipſa iuſtificatione hominis, & conuerſione uoluntatis habeat locum & gratia operans, & cooperans: quod diligentius adhuc conabor explicare. Gratia operans, ſiue præueniens duplex eſt. Vna, qua præuenit peccatorem, ut reſurgat: Altera, qua peccator præuenienti Deo aſſentiens iam reſurgit. Vtramq; voluntatem præuenit Deus, ſed priorẽ ſubminiſtrando ſolus operatur ſæpenumero: dum immittit in corda noſtra bonum cogitatũ, & excitat nos. In altera, voluntas noſtra Deum præuenientem ſubſequens ei per velle ſeu aſſenſum cooperatur, dum excitatã & mota a Deo incipit bene operari. Verum illa prior gratia, qua Deus hominem præuenit, & incitat, vt reſurgat, iterũ duplex eſt: Vna generalior, q̃ eſt bonus motus, bonaq; cogitatio veluti cum peccator Deo inſpirante cognoſcit peccatum ſuum, & cum terrore gehennæ conuertitur, & cõtremiſcit, et de amittenda æterna beatitudine dolet: Altera ſpecialior eſt, & tot habet ſpecies, quot ſunt ſpecies boni motus ad reſipiſcendum, veluti ſunt auditio verbi Dei, immiſſio aduerſitatis quæ ferocientis hominis animum deijcit, & ad Deum reſpicere facit, remotio occaſionis peccandi, ablatio, ſeu debilitatio tentationis, & id genus alia. Illa generalior nulli hominum vel ſceleratiſſimo deeſſe cognoſcitur: nulli n. hominum, dum in hac vita ſuperſtites ſumus, hanc gratiam penitus ſubtrahit: nam per hanc ſtat ad oſtium, & pulſat, initium nr̃æ ſalutis, quæ eſt peccati cognitio, in nobis operari deſiderans. Quod aũt gratiam ſpecialiorem omnib. peccatoribus Deus non impartiat, in cauſſa eſt peccatoris induratio, grãm illam communem ſeu generalẽm negligẽtis, de quo alio i loco memini me copioſius dixiſſe. Sed nos ad noſtrum propoſitum reuertamur, vt oſtẽdamus, quẽadmodum cum homo iuſtificatur, ſit gratia operãs Certe gratia præueniens; ſiue operans, qua Deus hominem incitat, vt iuſtificetur gratia eſt eximia, ſed non ſufficit, niſi accedat gratia iuſtificans, q̃ voluntatem ſanat, & ſola facit, vt recte viuatur. Ad hanc gradib. quibuſdam peruenitur, quos omnes ad gratiam operantem, ſiue præuenientem referre recte poſſumus. In primis, cum non ſimus ſufficiẽtes ne aliquid quidem cogitare quaſi ex nobis, Deus initio bonam cogitationẽ inſpirat, qua Deũ reſpicere, & peccatum noſtrũ agnoſcere incipimus; quã ſolus Deus in nobis operatur, nec nobiſcũ: quia ad eã habendam nihil facimus, ſed eam mere gratis nobis immittit, dum peccatum noſtrum oculis noſtris opponit: Hæc cognitio magis intellectu q̃ affectu perficitur: præuolat intellectus, ſed ſeqtur tardus, aut nullus affectus: ſubſequitur nonnumquam in anima adiuuante ſenſim gratia, vt cupiat deſiderare. Hoc autem votum quo cupimus deſiderare, eſt q̃dam voluntatis præparatio, quæ fidem iuſtificantem præcedit: quæ volũtatis præparatio, ſua quidem opera habet: quæ tamen ſunt mere Dei dona, iuſtificationem antecedentia Nam homo cum agnoſcit peccatum ſuum, cum pœnæ grauitatem mente reuoluit, incipit temperare a malitia, gemere, lacrymari, reſtituere alienũ, facere eleemoſynam de proprio, ſitire iuſtitiam, eamque precibus apud Deum ambire ſatagit. Hæ cordis præparationes, ac voluntatis conatus, ac ſtudia ad pietatem, nemo negauerit bona eſſe, & eum hominem talibus votis æſtuantem quodammodo bonam voluntatem habere: tamen non eſt illa bona voluntas, qua recte viuitur. Nam vt Auguſtinus ait in epiſtola ad Anaſtaſium, ſine ſpiritu non eſt voluntas hominis libera ad bonum, niſi liberata fuerit; non autem liberatur niſi per Spiritum ſanctum diffundatur caritas in cordibus noſtris, quæ eſt gratia præueniens, & iuſtificans, qua voluntas ſanatur, vt ſanata Dei adiutorio adimpleat legẽ. Hanc autem gratiam iuſtificantẽ voluntas noſtra comitatur, ac veluti pediſſequa ſubſequitur: non q̃dem tempore, ſed ordine naturæ. Itaque velle pœnitere, velle reſipiſcere, velle accipere remiſſionem peccatorũ, non eſt a ſola voluntate, ſed illud nobiſcum operatur Deus, dum immutando maleuolam volũtatem, eam faciat

Gratia operans. & cooperãs quid.

Pſa. 58. Pſa. 22.

Aug. in Enchi. c. 31. & 32.

Aug.

cit beneuolam, & ſuæ uoluntati conſentientẽ. Vñ uoluntatem quidem noſtrã Deus immutet gratia ſua operãte, & præueniente, & ſic operatur in nobis uelle. ſed cũ quia voluntas inuita mutari nequit, Deo cooperatur dum ei conſentit. Ex quibus, conſequitur, hoiem iuſtificari non poſſe, niſi uoluntas eius Deo iuſtificanti, ac ſananti accedat, & eius gratiã ſibi oblatã libẽter ſuſcipiat, amplectaturque. Itaq; gratia iuſtificans, quatenus ſanat aĩam, & voluntatem noſtrã facit beneuolam, gratia præueniens eſt: quatẽ non fit ſine uoluntatis noſtræ aſſenſu, ex uoluntate Dei in nobis inchoãte meritum bonorum operum, pro quo repoſita eſt nobis corona iuſtitiæ, & ſic gratia cooperans dici poteſt. De gratia aũt cooperante, & ſubſequente dixit Apoſtolus, Gratia autem Dei ſum, id quod ſum: & Gratia eius in me uacua non fuit, ſed abundantius illis oĩbus laboraui: non autem ego, ſed gratia Dei mecum, id eſt, quæ mecũ eſt, vel quæ mihi adeſt. In quo agnoſcere potes humanam uoluntatẽ ſimul adnitentem, & cooperantẽ diuino auxilio: atq; adeo non paſſum Dei beneficientiam in ſe otioſam, aut ſterilem eſſe, proinde in iuſtificatis uoluntas non eſt a pijs actionibus otioſa. Vñ Paulus quemadmodũ ubiq; gratiam Dei, & ſpũs ſancti auxiliũ q̃ maxime amplificat, quod eſt gratia præueniens, ſiue operans, ita ſimul acuit diligentiam noſtram, iubens cauere, ne fruſtra gratiam Dei recipiamus, ſed pro uiribus adiuuante gratia quotidie creſcamus, & proficiamus. Sed iam tempus eſt, ut argumenta in principio poſita confutemus: nam ueritas iam ſatis prolixe explicata eſt.

Paulus. 1. Cor. 15.

Argumẽtis contrariis reſpõdetur.

In confutatione em uero argumentorum in primis illa ſnĩa reiicienda eſt, & improbanda, quæ aſſerit, noſtras actiones, & ſtudia, quib⁹ ad gratiã præparamur, prodire tantũ a natura, & non a libero arbitrio. Hæc a ſnĩa, ut prætermittam q̃ ſit hæretica, ſtulta eſt, & omnino rõni aduerſaria: nã prædictæ actiones ſunt operationes uitales, ut credere, ſperare, amare: unde neceſſe eſt, ut a principio uitali, nẽpe a libera uoluntate, & libero arb. prodeant. Sed & illud animaduerſione dignum eſt inprimis, q̃ ut res aliqua ſe moueat, non ſatis eſt, vt concurrat efficienter ad actionem, & eam producat; ſiquidem ignis concurrit efficienter ad calefaciendum, & aqua concurrit efficienter ad motũ in locum inferum: nihilominus ſi uera ſunt, quæ Phyſici dicunt, in iſtis operibus non ſe mouent, ſed mouẽtur a generante, qui dedit talem inclinationem, & propenſionẽ. Sane intellectus in prima intellectione nõ ſe mouet, alioqui eſſet proceſſus in infinitũ in noſtri intellectus actionibus. Ex quo colligunt efficaciter Theologi, oportere oĩno deuenire ad primam intellectionem ab auctore naturæ inditam, & infuſam. Certe uoluntas noſtra in appetitione, qua appetit beatitudinem, & bene ſe habere, nõ ſe mouet: ad hanc n. appetitionem natura trahitur, non proprio motu eam acquirit. Ex quo colligunt uiri ſapientes, & rectiſſime quidem, q̃ uoluntas tunc proprie ſe mouet ad amandum, uel obtinendum, qñ ex appetitione finis, ad quem ex natura inclinatur, determinat ſe per deliberationem, & conſilium ad eligenda media ad illum finem ducentia, uerum in appetitione finis potius a natura mouetur. Si n. exquiras ab hoie, quis mouit illũ, ut ſue perſuaſit, ut vel beatitudine, aut recte ualere poptaret? ſtatim rñdebit, ſe ad hoc nulla perſuaſione, nulla ue motione, aut deliberatione opus habere. Si uero quis interroget, quis te mouit, aut incitauit, ut rebus bellicis operam dares, uel ut religionis habitum ſuſciperes? continuo rñdebit, qñ ad beatitudinem, & gloriam conſequendam hoc medium iudicaui ac deliberaui eſſe conſentaneum. Hæc uero, quæ dicta ſunt, ſi non inſcite ad noſtram cauſſam applicaueris, conſpicies facile, quam uera ſunt, quæ hic dicit D. Thomas, quamque facile argumenta propoſita diſſoluantur. Quando enim Deus gratia ſua præueniente auertit hominis uoluntatem a malo, & conuertit in bonum, eſt gratia operans, licet requiratur aſſenſus noſtræ uoluntatis, & ſubſequatur uoluntas noſtra tamq̃ pediſſequa: nam in hac conuerſione potius uoluntas mouetur, q̃ ſe moueat, quamq̃ libere conſentiat: trahitur enim uoluntas uirtute gratiæ: ſed cum homo iam habẽs beneuolam uoluntatem & ſanatam, operatur ex gratia, iam eſt grã cooperans, ſiquidẽ hõ grã ſuetus iã ſe mouet.

Ad ultimum aduertat Theologus, quod idem opus ſecundum diuerſam cõſiderationem poteſt eſſe gratia operans, & gratia cooperans. Nam ultima diſpoſitio ad gratiam, uidelicet pœnitentia, ſi conſideretur ut antecedit gratiæ iuſtificantis infuſionem ordine naturæ, dicitur gratia operans, & præueniens: ſed ſi conſideretur quatenus eſt effectus, qui ſubſequitur gratiam iuſtificantem, & eſt meritum uitę æternæ, eſt gratia cooperans, ſiue ſubſequens. Hoc documentum acceptum eſt ex Diuo Thoma hic ſolutione ad tertium, cum dicit, quod eadem gratia, ſecundum diuerſas conſiderationes, eſt gratia operans, & cooperans. Idem habetur queſtione 112. articulo ſecundo. Ex his facile erit obiectionibus, & argumentis propoſitis ſatisfacere.

Nam ad primum, & ad ſecundum dicendum, q̃ ex eis tm̃ habetur, q̃ hominis uoluntas a Deo ad illũ producat efficienter actum quo deſerit peccatum, & Deum amplectitur: ex hoc uero non ſequitur, quod in illo actu ſe moueat, ut ſatis prolixe explicatum dedimus. ad primum & ſecundum

Ad tertium argumentum dicendum eſt, quod quando dicit Sanctus Thomas, quod uoluntas humana reſpectu actus interioris ſe habet ut mota, & non ut mouens, non eſt intelligendum de omni actu uoluntatis interiori, ſed debet intelligi reſpectu alicuius actus interioris: ſic explicat Dominus Caietanus hic, & dicit quod diuinus Doctor ſe remittit ad ea, quę dicta ſunt ſupra quæſtione 9. articulo 4. quo in loco elucidatum eſt, quemadmodum uoluntas ad primum actum ſe habet vt mota, non ut mouens; Deus uero ſe habet ut mouens. Obſeruat tamen Caietanus, & rectiſſime admonet, q̃ per primum actum non intelligitur ſolus ille, quem habuit uoluntas ante omnem actum a principio, ſed etiã intelligitur ille actus, quem habet abſque præuio conſilio, & deliberatione præcedenti: & hoc ſignificat Diuus Thomas, cum dicit in articulo, præſertim quando uoluntas incipit bonum uelle. Vel dicat Theologus, quod ſemper in prima conuerſione peccatoris cum infunditur gratia iuſtificans, habet locum gratia operans, tametſi peccator quodammodo uideatur ſe mouere ex quadam præconſultatione, & deliberatione ad pœnitentiam agendam, ut argumentum adductum probare uidetur. ad tertium.

Pro quo animaduertendum eſt, quod actus caritatis, aut pœnitentiæ primus, ac quiuis alius ſupernaturalis, qui tamen liber ſit, dupliciter poteſt conſiderari. Vno modo, ut elicitus ab ipſamet potentia uoluntatis, quantum ad ſubſtantiam operis: Alio modo, ut excedens facultatem naturæ. Si primo modo conſideratur, ſatis liquet, quod non eſt a gratia operante, neque cooperante, ſed eſt a uoluntate circa ſuum obiectum, uel ex uiribus naturę productus. Ceterum ſi ſecundo modo conſideretur, eſt quidem a uoluntate efficienter: uoluntas enim eſt quæ diligit. Sed quia ad talem actum dilectionis, tametſi uolũtas libere diligat, non ſe applicat, neque determinat ex aliquo principio creato, ſed potius determinatur ex diuina motione, ideo uocatur gratia operans, & non cooperãs: quia non eſt in nobis aliqua uirtus, per quam operemur ante illam motionem; poſtmodum uero iam iuſtificatus homo, & habens habitus diuinitus infuſos gratiæ, & uirtutum, conſideratur iam ut exiſtens in actu, & ut habens vim ad operãdum, & ut mouens in ordine ad alios actus etiam interiores, uel ad continuandum præcedentes. Vnde idem actus poteſt eſſe a gratia operante, & cooperante: a gratia quidem operante, in inchoatione, a gratia uero cooperante, in profectione, & continuatione.

Dupliciter poteſt actus ſupernaturalis conſiderari.

His recte conſideratis, ad tertium argumentum reſpondetur, quod contritio in momento iuſtificationis eſt præparatio & diſpoſitio ad gratiam iuſtificantem; nõ prout eſt ex nobis tantum, ſed prout ab ſpeciali auxilio, & ab auctore gratiæ mouente, & mutante humanam uoluntatem. & ideo proprie homo non ſe mouet ad talem contritionem, ſed mouetur a Deo, quamuis quantum ad ſubſtantiam operis poteſt concedi, quod homo ſe moueat. Vel dicatur, q̃ gratia iuſtificãs, quatenus ſanat animam, & beneuolam facit uoluntatem in ordine ad Deũ, eſt gratia operans: quatenus uero eſt principium boni meritorii, & inchoat meritum, dũ collocet pp Deũ & in ſatisfactio-

Ad 3. explicatio ſolutio.

tisfactionem ſuorum delictorum, eſt gratia cooperãs. Ex his facile eſt explicare, quemadmodum gratia operãs nõ neceſſitat uoluntatem. Neque propterea dr̃ operãs, quia ſæpenumero non requirat aſſensũ uoluntatis, ſed dr̃ operans, quia ab ea eſt initium motus, & ſubſequitur noſtra uolũtas quaſi pediſſequa. de qua re legendus eſt omnino Pater Soto libr. 1. de natura & gratia c. 17. quo in loco expli cat optime, quo gratia operãs elicitat actum internũ, & gratia cooperans actum externũ. Vocat autẽ D. Th. actum externum, actũ imperatũ a uoluntate ſanata, & p gratiam rectificata. Hæc de iſto artic.

Concl.

EXPLICATIO ARTIC.

Idẽ eſt gratia operans & cooperãs quod gratia præueniens & ſubſequens.

HIc articulus ſatis prolixe explicatus eſt in p̃cedenti. Nã, mea ſolũ, gratia operans idem eſt ſecũ rem, atque gratia præueniẽs, & grã cooperans idẽ eſt atq; gratia ſubſequens: differunt tñ ſecundũ conſideratione. Illud tñ aduertat Theologus, ꝙ in hac diuiſione nomen gratiæ cõprehendit & gratiam acceptam pro dono habituali diuinitus infuſo; & pro gratuita Dei motione; ne q̃s exiſtimet, quod tñ fiat ſermo de gratia habituali.

Concl.

EXPLICATIO ARTIC.

QVomõin particulari gratiæ gratis datæ cõuenienter enumerẽtur a D. Paulo, late reddit rationem D. Thom. in littera; pręcipue uero in commentariis in Paulum 1. Cor. 12. Qui cupit plura uidere, legat apud auctorẽ. nos ad maiora proficiſcamur. Certe quamquam diligentiam, & acumen D. Thomæ in hac parte ego & ueneror, & exoſculor, qui tam acute per ſingulas partes omnia diuidat, & in portiones diſtribuat: ſuſpicor tamen quod Diui Pauli propoſitum non fuit in loco cõmemorato omnes gratias gratis datas, quib. dotat Deus Eccleſiæ ſuæ miniſtros, connumerare, ſed ſatis habuit præcipuas commonſtrare: quemadmodum non numerauit omnes Eccleſiæ adminiſtros, ſed præcipuos, cum inquit, Alios quidem dedit Apoſtolos, Prophetas, Doctores. Sed Theologus ſtuatur diligentia D. Th. quam ſuſpicio, & exoſculor.

ART. TERTIVS.

Vtrum gratia conuenienter diuidatur in gratiam præuenientem, & ſubſequentem.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio eſt affirmãs & eſt expreſſa in ſancta ſcriptura in Pſalmo: Et miſericordia eius p̃ueniet me, & miſericordia eius ſubſequetur me oĩbus diebus uitæ meæ. Diuiditur ſane gratia in præuenientẽ, & ſubſequentem, ſecundũ diuerſos effectus. Nã quinque ſunt effectus gratiæ in nobis; quorum primus eſt, vt aĩa ſanetur; ſecundus ut bonum uelit; tertius ut bonum qđ vult, efficaciter operetur; quartus ut in bono perſeueret; ultimus, ut ad gloriã perueniat. Quare p̃put in nobis cauſſat primũ effectum, gratia uocatur pręueniẽs, reſpectu ſecundi effectus: & prout cãt ſecundum, uocatur ſubſequens, reſpectu primi effectus.

ART. QVARTVS.

Vtrum gratiæ gratis datæ conuenienter numerẽtur ab Apoſtolo 1. Cor. 12.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio affirmat ꝙ Diuus Paulus conuenienter numeret gratias gratis datas, p quas homo alteri cooperatur, ut in Deum reducatur; non interius mouẽdo, ſed exterius ducendo, & perſuadendo. Vnde ea ſub ſe hæc diuiſio continet, quibus homo indiget, ad hoc, quod alterũ inſtruat in rebus diuinis, quæ ſunt ſupra rationem.

ART. QVINTVS.

Vtrum gratia gratis data ſit dignior gratia gratũ faciente.

SVMMA TEXTVS.

COncluſio ſic habet. Inter gratiam gratum facientem, & gratiã gratis datam dignior eſt gratum faciens, & multis titulis præferenda: quia tanto una uirtus dicitur excellentior, quanto ad altius bonum ordinatur: finis autem potior ſemper eſt his, quæ ſunt ad finem: at gratia gratum faciẽs ordinat immediate hominẽ ad coniunctionem finis: gratiæ uero gratis datæ ordinãt ad quædam præparatoria ad ultimum finem; ſicuti per miracula, & prophetias, & ſimilia homines inducũtur, ut ultimo fini ſe iungant. Et ideo gratia gratũ faciens eſt multo excellentior.

EXPLICATIO ARTICVLI.

VIdebitur fortaſſis alicui, ꝙ ſint quædam gratiæ gratis datæ, quæ poſſunt de dignitate cũ gratia gratum faciente inire certamen. In primis, uiſio beata, quæ eſt uita æterna, excellentior eſt; ſiquidẽ pleniꝰ nos coniungit Deo. Deinde grã unionis in Chro Dño eſt grã gratis data; quę tamen multis titulis pręſtatior exiſtit, quam omnis gratia gratum faciens, ſiquidem per illam efficitur, quod homo ſit filius Dei naturalis; per iſtam filius adoptiuus. Hæc argumenta habent duplicem ſolutionem, ſicut ſupra inſinuatũ eſt. Altera eſt, ꝙ D. Tho loquitur de gratia creata, & de gratia inchoata, qualis in hac uita, & in hoc peregrinationis regno ſolet exſulibus & peregrinis concedi: at gratia unionis eſt gratia increata, & uiſio beata eſt gratia conſumata, & gratia, quæ ſolum in beatitudinis regno ſolet impartiri, & diſtribui. Altera ſolutio habetur ſupra art. 1.

Concl.

QVAEST. CXII.

De cauſſa gratiæ, in quinque articulos diuiſa.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum ſolus Deus ſit cauſſa gratiæ.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Solus Deus eſt cã principalis

EXPLICATIO ARTIC.

DE cauſſis grãæ breui ſermone edisserendũ ẽ, quas enumerabimus, ſequentes Concilij Tridentini definitionẽ, quod in Seſſ. 6. can. 7. de cauſſis gratiæ iuſtificantis grauiſſime ſtatuit: Finalis cã gratiæ eſt gloria Dei, ac Chriſti, & uita æterna; efficiens uero, miſericors Deus, qui gratuito abluit, & ſanctificat, ſignans, & ungens ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ. Ego ſũ, ego ſũ, inquit ipſe Dominus, qui deleo iniquitates tuas propter me. Narra, ſi quid habes ut iuſtificeris. Deus eſt qui iuſtificat. & Quos uocauit, hos & iuſtificauit, ad Rom. 8. Gratiam & gloriam dabit Dominus, inquit Pſalmographus. Certe Deus eſt qui operatur in nobis fidẽ, ſpem, dilectionem, cordiſque immutationem, quibus præparamur a Domino ad gratiam iuſtificantem ſuſcipiendam. Infundit inſuper nobis pretioſa illa dona, quibus efficitur in nobis cor nouum, ſpiritus nouus, nouaque creatura ſecundum Deum. At gratia eſt qua efficitur homo noua creatura, habens eſſe quoddã ſupernaturale & par-

Prima concl. *Eſa. 43.* *Rom. 8.* *Pſal.*

Expoſitio aliquorũ Iudæorum.

& participium, & conſortium diuinæ naturæ. Sed non deſunt neotherici Theologi q illud teſtimonium adductum ex Pſalmo, Gratiam & gloriam dabit Dñs; calumnientur, vt infirmum, & inualidum ad nr̃am aſſertionẽ perſuadendam. Dicunt. n. legitimum illius loci cõmentarium eſſe, non de gratia ſupernaturali, neq. vero de gloria æterna; ſed d̃ gratia, & honore huius uitæ, vt ſit commentarius, Deus ſuis in hac vita & gratiã, & honorem dare ſolet. Sed hic cõmẽtarius Iudæorũ carnalium eſt, q̃ in diuinis litteris veteris teſtamẽti nihil, quod ad vitam beatã, & æternam ſpectat, intelligere pñt; nos vero, qui de vita ſpirituali, & de vita æterna præcipue illum locum intelligimus, edocti a Chriſto, ſenſum D. Th. & ſanctorum Patrum, relictis Hebraizantium ſomnijs, lubenter amplectimur. ex quo manifeſte colligitur, Deum gratiæ eſſe cãm efficientem præcipuam; cã aũt meritoria, dilectiſſimus filius Dei vnigenitus Dñs noſter Ieſus Chriſtus, qui cum eſſemus inimici, pp nimiam caritatem qua dilexit nos, ſua ſanctiſſima paſſione in ligno crucis nobis iuſtificationem meruit, & gratiæ reconciliationem, & pro nobis Deo patri ſatisfecit. Sed & multis alijs modis Chriſtus Dñs gratiæ iuſtificantis exſiſtit cã, ſicut cã ſine qua, non ſicut cauſſa exemplaris: immo uero ſicut cauſſa efficiens, non vtique principaliter, ſed per modũ inducentis, & impellentis principale agens ad effectionem noſtræ iuſtitiæ, & gratiæ iuſtificantis. Primum habes Ioan. 15. dicente Dño, Sine me nihil poteſtis facere. quod & apta quadam parabola ibidem probat. Secũdum, videlicet, iuſtitiam Chriſti eſſe exemplar primariũ noſtræ iuſtitiæ, & gratiæ. Probatur: qm̃ qui dicit ſe in Chriſto manere, debet, ſicut ipſe ambulauit, & ipſe ambulare, 1. Ioan. 2. Rurſus, Chriſtus paſſus eſt pro nobis, inquit Petrus, vobis relinquens exemplum, vt ſequamini veſtigia eius: & tota ſcriptura Euangelica nihil aliud agit, quam quod proponat Chriſtum in actionibus ſuis, & iuſtitijs imitandum. Tertium verò licet ſic probare. quoniam ſicut Apoſtolus docet ad Hebr. c. 7. & 9. Chriſtus aſcendit in cælum, vt appareat nunc vultui Dei pro nobis ſemper uiuens ad interpellandum p nobis: ad interpellandum, hoc eſt, vt ſua iuſtitia præſentata vultui interrumpat cõceptam indignationem Dei aduerſus genus humanum, quæ indignatio intelligitur in nomine vultus: iuxta illud, Vultus autem Domini ſuper facientes mala. Atque hoc eſt, quod Propheta rogat dicens, Protector noſter aſpice Deus, & reſpice in faciem Chriſti tui, id eſt, in iuſtitiam Chriſti, in quo gratificati ſumus coram Deo: de quo dixit Pater cæleſtis, Hic eſt filius meus dilectus in quo mihi complacui, id eſt, in quo vniuerſi, qui mihi placent, gratificantur, vel in quo placatus ſum: hic enim eſt propitiatio pro peccatis noſtris. Sed de cauſſa exemplari motiua meritoria gratiæ ſatis dictum eſt.

Quomodo Chriſt' Dominus ſit cã gratiæ.

Cauſſa inſtrumentaria gratiæ.

Cauſſa inſtrumentaria gratiæ non ſolum eſt ſacramẽtum baptiſmi, verum etiam omnia alia ſacramenta a Chriſto Domino inſtituta, quæ virtute Paſſionis Domini noſtri Ieſu Chriſti in nobis gratiam cauſſant, augent, conſeruant, & continent.

Pri. obiect. de virtute ſacramentorum.

Sed videtur profecto, quod ſacramenta gratiam non cauſſent. Nam gratia creatur in anima, at nulla creatura poteſt aſſumi, ut creationis inſtrumentum, vt efficaciter probat D. Th. 1 par. q. 45 ar. 5. ergo ſacramenta nõ poſſunt gratiam cauſſare. Quod uero gratia creetur in anima, ſic oſtendo. Nam gratia non educitur de potentia animæ, cum ſit forma ſupernaturalis: ergo venit de foris, creatur itaque ſicut rationalis anima.

Secunda.

Deinde, gratia producitur in inſtanti, ut plane conſtat; at operatio ſacramenti ſenſibilis fit in tempore, & requirit tempus, vt exſiſtat: ergo non poteſt cauſſare gratiam.

ad primum obiect.

Ad hæc argumenta depellenda non eſt neceſſe afferri a nobis oĩa, quæ traduntur a Theologis, cum de cauſſalitate ſacramentorum tractant: breuius. n. faciliuſq; confutabuntur.

Secunda concl.

gratiæ: nã cũ gratia excedat facultatẽ oĩs naturæ creatæ, non poteſt dari niſi a ſolo Deo: eſt. n. quædã participatio diuinæ naturæ, quæ omnẽ aliã naturã excedit; & humanitas Chriſti non cauſſat illã ꝓpria virtute, ſed virtute diuinitatis adiunctæ. Sacramẽta autẽ cauſſant illam inſtrumẽtaliter, prĩcipaliter vero p operationẽ Spiritus ſancti in ipſis: Angeli vero purgant, & illũminant p modũ cuiuſdã inſtructionis, nõ autẽ iuſtificando p gratiã. Ex his ſequitur aperte ſecunda Cõcluſio.

Cauſſa inſtrumẽtaria gratiæ eſt humanitas Chriſti, atq; etiam ſacramenta.

Gratia non proprie creatur.

Nam ad primũ duo ſunt dicenda. Alterum eſt, q gratia non proprie creatur: nam creari, ſicut generari, eſt ſubſiſtentium; accidentia vero, ſicut proprie non generantur, ſic neque proprie creantur. doctrina eſt D. Tho. in hoc articulo. quo dicto continuo labefactatur argumẽtum propoſitum. Sed & alia via poteſt cõfutari præſens argumentum propoſitum, ſi dicamus, quod gratia educitur de potẽtia animæ. Nam illa forma educitur de potentia ſubiecti, ſi vera dicunt Phyſici, quæ dependet in eſſe, & conſeruari a ſubiecto: huius generis eſt gratia, q̃ accidens cum ſit, ab anima dependet, tum in fieri, tũ in ſui conſeruatione. non eſt igitur alienũ a uera Theologia, aſſerere gratiam educi de potentia aĩæ obediẽtiali: ex quo conſequens eſt, eam non creari. Alijs ſolutionibus ſolet dilui hoc argũ a diuinis Theologis, cum de ſacramentis inueſtigant: ſed quæ a nobis adductæ ſunt ſolutiones, pro hoc loco, & tractatu ſatis erunt.

Gratia educitur de potentia animæ obediẽtiali.

ad ſecundum.

Ad ſecundum argumentum dicendum, quod in vltimo inſtãti, quo deſinunt verba prolata a miniſtro ſacramentorum, quæ ſemper habent vicem formæ, infunditur, & cauſſatur gratia. Quæ ſi obſcure dicta ſunt, aduertat Theologus, non poſſe hic de ſacramẽtorum cauſſalitate ad plenum ſermonem haberi, niſi uelimus extra chorum ſaltare. Præſtabit certe ad aliam dubitationem explicandam accedere, quæ proprius ad noſtrum inſtitutum pertinere videtur.

Vtrum homo cã gratiæ eſſe poſſit.

Sane apparet, quod homo ſuis operibus, quæ ex Dei adiutorio efficit, cauſſet in ſe gratiam: & ſic videtur, q homo ipſe, qui ex Dei adiutorio ſe præparat ad gratiam ſuſcipiendam per fidem, ſpem, pœnitentiam, & caritatem, debeat numerari inter cauſſas gratiæ; unde videtur concedendum, quod homo ex Dei adiutorio præuentus, & excitatus, cauſſet in ſe gratiam, & quod ſe iuſtificet. Neque deſunt in huius rei confirmationem argumenta probabilia.

Prim. argu.

In primis, qui ponit vltimam diſpoſitionem ad gratiam, facit hominem gratum: at homo qui per fide, & ſpem, ac caritatem ſe conuertit in Deum, ponit vltimã diſpoſitionem ad gratiam: ergo facit hominem gratũ. Maior argumenti ſic probatur: nam qui ponit vltimam diſpoſitionẽ ad hominem, certe generat, & facit hominem. & ſic in omnibus rebus naturalibus compertum eſt. Minor uero argumenti ſatis liquet, & quod ultima diſpoſitio ad gratiam ſit pœnitentia, & uera ad Deum conuerſio, & quod hanc præparationem faciat homo diuinæ gratiæ ſubſidio præuentus.

Secundum

Deinde, quando homo creſcit in caritate, & in bonis meritis, eſt cauſſa augmenti gratiæ: vnde concedendum videtur, quod ſit cauſſa gratiæ: ab eodem enim res augetur, & producitur.

Tertium

Deinde, actus ſupernaturales diuino auxilio producti maiorem proportionem habent cum gratia, quæ eſt forma ſupernaturalis, & ſpiritualis, quam ſacramenta, q̃ ſunt corporea, & ſenſibilia: ſed ſacramenta cauſſant gratiam: ergo actus nr̃i ex ſupernaturali auxilio ꝓducti efficient gratiam. His argumentis nihil obſtãtibus, dicendum, nulla rõne poſſe concedi, quod homo ipſe præuentus a Deo, ſe iuſtificet, aut cauſſet gratiam, aut dona diuinitus nobis infuſa: propter. qd cum definitur habitus infuſus, ſic dicimus. Eſt bona qualitas mẽtis, qua recte viuitur, qua nullus male vtitur, quã Deus in nobis ſine nobis operat. Itaq; opera, & ſtudia bona in

Nulla ratione homo eſt cã gratiæ.

argu-

argumentis commemorata, q̃ præuenti ex adiutorio diuinæ gratiæ facimus, ſunt præparationes q̃dam diuinitus nobis donatæ, quibus efficitur anima nr̃a apta & idonea, vt recipiat gratiam iuſtificantē. diuinitus infuſam ex dono Dei, quam Deus in nobis, ſine nobis operantibus; non aũt ſine nobis cōſentientibus operatur. Pro certo igitur habeat Theolog' ꝙ iuſtitia nr̃a nō poteſt dici ex nobis: ignorantes enim Dei iuſtitiã & ſuam volentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti, inquit Paulus. Quemadmodum enim lutum ſe hēt ad figulum in formatione vaſis, ita ſe habet impius ad iuſtificatorem Deum in opere iuſtificationis. Lutum, quātumlibet præparatum, formam artis, quam recipit, non ex ſe accipit; ſed ex voluntate figuli: ita & peccator, quantūlibet ſe ad gratiam præparauerit adiutorio Dei, credendo, operādo, pænitendo, diligēdo, non accipit illã neq; ex ſe, aut ꝓpria virtute, ſed ex virtute & operatione Dei intus abluentis, & infundentis gratiam: quam homo non magis efficit, aut creat ĩ anima ſua vllis ſuis operib', quã laborator inſcius artis figulinæ, molliens, & præparans lutum inducit formã artis; qui tñ, qm̃ aptat materiã vaſis formandis, ideo cooperari dr̃ in opere artis. ſic homo, quia verbo Dei, fide, pœnitentia, & dilectione præparat ſe ad ſuſcipiendam gratiam, & iuſtitiam, ideo dr̃ cooperari ad ſui iuſtificationem, ſed in genere cãę præparatoriæ. Quapropter neq; ex nobis eſt iuſtitia nr̃a, qua iuſti ſumus coram Deo: neq; tribui debet vllis operibus noſtris, tã quam efficiētibus illam, quod iam eſt ſatis demonſtratum exemplo de luto adhibito: habeſque aliud ſimile 1. Cor. 3. Ego plãtaui, inquit Paulus, Apollo rigauit, ſed Deus incremētum dedit, id eſt, non Paulus plantans, neq; Apollo rigans dedit vobis incrementum iuſtitiæ, ſed Deus. Simili modo dicere debemus, ꝙ peccator quidem ſe, fide, & ſpe conuertit ad Deum, diligit, pœnitet, ſupplicat; ſed Deus eſt, qui incrementum dat remiſſionis peccatorū, & ſalutis. Proinde lōge eſt a vero, vt gratia iuſtificās cadat ſub merito actionis nr̃æ, ꝓut iam demōſtrauimus.

Ad argumenta vero in oppoſitum in promptu ſunt ſolutiones. Nam primùm ſic refellitur: dicet enim Theologus in primis, quod illud axioma in argumento cōmemoratum, habet verum tm̃ in formis naturalibus, q̃ ex ordine naturæ habent neceſſariam connexionem, & conſecutionem cū vltima diſpoſitione ab agente introducta: cęterum non habet verum in formis ſupernaturalibus, quæ deſuper veniunt. Vel dicat Theologus, ꝙ homo qui dolet, qui reſipiſcit, & ad Deum conuertitur, non ſua virtute ponit vltimam diſpoſitionem, ſed excitatus diuina gratia. propter quod dictum eſt in ſuperiori q̃ſtione, quod conuerſio & præparatio ad gratiã iuſtificantem eſt opus gratiæ operantis, non gratię cooperantis: in quo proinde opere potius homo mouetur, q̃ ſe moueat, & agat. Vel dicito, ꝙ hæc præparatio, quam ponit homo diuina gratia præuētus, de ſe, & ex meritis ſuis non hēt, quod ſit vltima diſpoſitio ad gratiã, ad quã ex neceſſaria connexione ſubſequatur gratia, quin potius hoc habet ex acceptatione diuina, qd plane colligo ex D. Paulo dicēte, Ei qui non operatur, credenti aũt in eū, qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiã ſecundum propoſitum gratiæ Dei, ſermo eſt de fide formata, & dixit Paul', ꝙ hęc fides ex Dei miſericordia reputatur, & acceptatur ad iuſtitiã corã Deo.

Ad ſecundum argm̃ dicendum, quod quando creſcit in bonis meritis meretur, vt Deus augeat gratiam, & dona ſua, ſed non eſt cauſſa gratiæ. Eſt enim ſnĩa fere Theologorum omnium, ꝙ habitus diuinitus infuſi augentur noſtris operibus meritorie, non efficienter, quæ ſententia in materia de habitibus ſatis explicata eſt.

Ad tertium dicat Theologus, ꝙ actus ſupernaturales producti ex diuino auxilio habent quidem maiorē ꝓportionem in eſſendo cum gratia, ceterum in cauſando longe maiorem obtinent ſacramenta. Nã actus noſtri, vt contritio, amor, & cetera id genus, ſunt quędã præparationes liberi arbitrij ad recipiendam gratiã diuinitus infuſam, ſacramenta vero ſunt quædam inſtrumenta viuifica ad gratiam conferendam.

Rom. 10. Optima ſimilitudo. Prima cō cluſio. Secun. cō. Ad pri. arg. Tert. con. Rom. 4. Ad ſecundū. ad tertium.

ART. SECVNDVS.

Vtrum requiratur aliqua præparatio ad gratiam ex parte hominis.

SVMMA TEXTVS.

Prima concluſio. Ad gratiam, quæ eſt habituale donum, præexigitur aliqua præparatio ex parte hominis: nulla enim forma poteſt eſſe, niſi in materia diſpoſita.

Secunda concluſio. Ad gratiam, quæ eſt auxilium Dei mouentis ad bonum, nulla ꝓparatio requiritur ex parte hominis, quaſi præueniēs diuinum auxilium; ſed potius quæcū̃que præparatio in homine eſſe pōt, eſt ex auxilio Dei mouentis ad bonum: & ſecundū hoc ipſe motus bonus liberi arbitrij, quo quis præparatur ad ſuſcipiendam gratiam, eſt actus liberi arbitrij, moti & excitati a Deo; & a gratia præueniente, & quātum ad hoc dicitur homo ſe præparare, ſecundum illud Prouerb. 16. Hominis eſt præparare animum; & principaliter eſt a Deo mouente liberum arbitrium: & ſic dicitur volūtas hominis præparari, & eius greſſus dirigi a Dño.

Tertia concluſio. Præparatio, quæ eſt ad donum gratiæ habituale, nihil aliud eſt quã motus liberi arbitrij moti a Deo. Sed obſeruandum eſt, quod eſt quædam præparatio ad gratiam ſimul cum infuſione gratiæ; & talis operatio eſt meritoria, non gratiæ, quæ iam habetur, ſed gloriæ quæ non habetur. Eſt autem alia ꝓparatio gratiæ imperfecta, quæ aliquãdo præcedit donum gratiæ habituale gratum faciens; & iſta non ſufficit ad meritum, nōdum homine per gratiam iuſtificato quia nullum meritum poteſt eſſe ſine gratia. Illud etiam obſeruare oportet, quod nō refert, utrum ſubito, uel paulatim aliquis perueniat ad ꝑfectam præparationem: contingit enim quod quandoq; Deus mouet hominē ad aliquod bonum, non tamen perfectum; & talis præparatio ꝓcedit gratiam: quandoq; vero mouet perfecte ipſum ad bonum, & ſubito accipit gratiam, ut Paulo Apoſtolo accidit, dum eſſet in progreſſu peccati: motum eſt enim cor eius, & ſtatim gratiam eſt cōſequutus.

EXPLICATIO ARTIC.

De neceſſitate præparationis ad gratiã in ſuperioribus ſatis aperte, lateq; eſt aſſertum eſt: ſed libet hoc in loco ſubijcere ſnĩam & definitionem Concil. Trid. q̃ ſic h[illegible] in ſexta ſeſſione, canone quinto. Præterea ipſius iuſtificationis exordiū in adultis a Dei ꝑ Chriſtum Ieſum præueniente gratia ſumendum eſt, hoc eſt, ab eius vocatione, qua nullis eorum exiſtentibus meritis vocantur, vt qui ꝑ peccata a Deo auerſi erant, ꝑ eius excitantem, atq; adiuuantē gratiam ad cōuertendum ſe ad ſuã ipſorum iuſtificationē,

Concil. trid.

eadem

eidem gratiæ libere aſſentiendo, & cooperando diſponãtur; ita ut tangente Deo cor hominis per Spiritus ſancti illuminationem, neque homo ipſe nihil omnino agat, inſpirationem illam recipiens; quippe qui illam & abijcere poteſt; neque tamen ſine gratia Dei mouere ſe ad iuſtificationem corã illo libera ſua uolũtate poſſit: unde ſacris litteris cũ dicitur; Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos; libertatis noſtræ admonemur: cum reſpõdemus; Cõuerte nos Domine ad te, & conuertemur; Dei nos gratia præueniri cõfitemur. Hęc Concilium. Ex cuius definitiõe irrefragabili liquet: eſſe ueritatẽ diuinã, & infallibilẽ quã hic definit Diuus Thomas in prima concluſione. Sed ut hæc ueritas expendatur diligentius, argumentis eam concutiam.

Pri. conc.

D. Tho. concluſio prima diſcutitur.

Prim. arg. In primis; Paruulis in baptiſmo infũditur gratia abſq; aliqua eorum præparatione, aut diſpoſitione.

Secundum. Rurſus, Angelis collata eſt gratia in ſuæ conditionis primordio; Adamo etiã primo parenti, nec non & Chriſto Domino; in quibus omnibus nulla præparatio, aut diſpoſitio præceſſit; quippe qui in primo inſtanti ſunt iuſtificati, & gratiã habuerunt: falſa ergo eſt concluſio D. Th.

Exponitur concluſio. Hæc argumenta facillime depellũtur, ſi animaduertamus ſenſum & mentem Diui Thomæ. Certe Diuus Thomas, ut ego iudico, in præſentia non loquitur niſi de præparatione ad gratiam in adultis: quod ſane Conciliũ expreſſe declarat, cum dicit ſe loqui de exordio, & præparatione iuſtificationis in adultis: & ſic primum argumentum obiectum de paruulis euidenter confutatur.

Ad pri. arg. & ipſa de diſpoſitione ad gratiam in pueris. Diſcipuli uero Diui Thomæ qui uolunt interpretari Diuum Thomã, ut loquatur in uniuerſum, bipartiti sũt. Nam Capreolus, Paludanus, Hiſpalenſis, aiunt, ꝙ baptiſmus in paruulis imprimit caracterem, qui eſt diſpoſitio & præparatio ad gratiam; in iuſtificatis uero in utero abſq; baptiſmatis ſacramento dicunt Deum imprimere, & infundere ornatum præparatorium ad gratiam. Sed hæc ſententia iam ab omnibus gymnaſiis exploſa eſt. Alii uero dicunt (quorum ſententia non eſt omnino improbanda) quod quemadmodum adulti præparantur a Deo per proprium actum liberi arbitrii; ſic paruuli præparantur ad gratiam per habitualem mutationem uoluntatis, quæ auerſa erat a Deo per peccatum. Et quemadmodum actus fidei, ſpei, & caritatis, ſunt actuales quædam diſpoſitiones ad gratiam ſuſcipiendam; ſic habitus fidei, ſpei, & caritatis, ſunt habituales quędam præparationes ad donum gratiæ ſuſcipiendum: & ſic ſufficienter ſubuertitur primum argumentum.

Ad ſecundũ. An Angeli & primus parens receperint gratiam per diſpoſitiones aliquas. Ad aliud, de angelis, & primis parentibus, atq; adeò de Chriſto Domino, aperte & dilucide reſpondemus, ꝙ prædicti omnes per proprios actus ſunt diſpoſiti a Deo ſimul cum infuſione gratiæ: quod late demõſtratũ eſt prima parte, quæſtione 62. Sed uiſo iam & explicato, quemadmodum ad gratiam ſit neceſſaria præparatio, ſupereſt ut exponamus, quæ nam ſit hæc præparatio, & utrum ſit meritoria uitæ æternę: Et quidem illud primum quod exquiritur, diſputabitur copioſiſſime in quæſtione ſequenti, articulo tertio: nunc uero habeatur præ oculis ſententia & doctrina Concilii Tridentini ex ſeſſione ſexta, canone ſexto, ubi ita dicitur.

Diſponuntur autem ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia, & adiuti; fidem ex auditu concipientes, libere mouentur in Deum, credentes uera eſſe, quæ diuinitus reuelata, & promiſſa ſunt; atq; illud in primis a Deo iuſtificari impiũ per gratiã eius per redemtionẽ, quæ eſt in Chriſto Ieſu: & dũ peccatores ſe eſſe intelligentes, a diuinæ iuſtitiæ timore, quo utiliter cõcutiũtur, ad cõſiderãdũ Dei miſericordiã ſe cõuertendo, in ſpem eriguntur, fidẽtes Deum ſibi pp Chriſtum propitium fore, illamq; tamquã omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt, ac propterea mouentur aduerſus peccata per odiũ aliquod & deteſtationem, hoc eſt, per eam pœnitentiã, quam ante baptiſmũ agi oportet: denique, dum proponunt ſuſcipere baptiſmũ, inchoare nouam uitã, & ſeruare diuĩa mãdata. De hac diſpoſitiõe ſcriptũ eſt: Accedẽtẽ ad Deũ oportet credere quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Et, Confide filij, remittuntur tibi peccata tua. Et, Timor Domini expellit peccatum. Et, Pœnitentiam agite; & baptizetur unuſquiq; ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti in remiſſionem peccatorũ ueſtrorũ, & accipietis donum Spiritus ſancti: Et, Euntes ergo docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare quæcumq; mandaui uobis. Denique; Præparate corda ueſtra Domino. Ex hac definitione conſtat, quæ nam ſit præparatio ad gratiam ſuſcipiendam. De eo uero quod conſequenter quæritur, Vtrum hæc præparatio, quæ eſt ſimul cũ gratiæ infuſione, ſit meritoria gratiæ, uel gloriæ, non poteſt in hoc loco exacte inueſtigari, donec in quæſtione ultima diſſeramus uberrime de bonorum operum merito: illuc ergo quæſtio referatur.

Ioan. 6.

ART. TERTIVS.

Vtrum necessario detur gratia præparanti ſe ad gratiam, & facienti quod in ſe eſt.

SVMMA TEXTVS.

Prima concluſio. Si præparatio conſideretur ſecundum ꝙ procedit a libero arbitrio, nullam neceſsitatem habet ad gratiam conſequendam: quia gratia excedit omnem præparationem uirtutis humanæ.

Secunda. Secunda concluſio. Si cõſideretur ſecundum quod eſt a Deo mouente, tunc habet neceſsitatem ad id ad quod ordinatur a Deo, non quidẽ coactionis, ſed infallibilitatis: quia intentio Dei deficere non poteſt. Vnde ſi ex intentione Dei mouentis eſt, quod homo, cuius cor tãgit, conſequatur gratiam, infallibiliter eam conſequetur, ſecundum illud; Omnis qui audit, & diſcit a Patre, uenit ad me.

EXPLICATIO ARTIC.

Prima huius articuli aſſertio in magnã nos coniciebat quæſtionẽ, Vtrum detur infallibiliter gratia præparanti ſe ad gratiã, & facienti qđ in ſe eſt ex puris meriſq; naturalibus, niſi in ſuperiorib. ſatis copioſe fuiſſet explicata, nimirũ quæſtione 109. artic. 6. Igitur totum quæſtionis pondus huc propendet, ut diligenter expendamus ſecundam Diui Tho. aſſertionem: nã his argumentis uidetur ſubuerti & labefactari.

De ſecunda concluſione. D. Thom. eſt difficultas.

Primum ar. Principio ſic argumentor: Poteſt aliquis facere quantum in ſe eſt ex auxilio præueniente; & poſtmodum auxilio efficaci contradicere: ergo non ſemper facienti quod in ſe eſt ex diuino auxilio infallibiliter confertur gratia. Hoc ipſum confirmatur, & explicatur: quia ut præclare docet Diuus Thomas, auxiliũ Dei ſemper eſt efficax ad id ad quod ordinatur: unde nũquam redit ad Deum uacuum: ſed Deus interdum, quamquam confert auxilium præueniens, non intendit cõferre auxilium efficax, neq; uero dare gratiam gratum facientem; alioqui nemo haberet auxiliũ præueniens, qui ſimul non haberet grãm iuſtificantem: eſt ergo poſſibile ut homo faciẽs qđ in ſe eſt ex diuino auxilio præueniente, gratiã iuſtificãtẽ nõ habeat.

ſecundum Secundo ſic. Gratia iuſtificans ſemper datur mere gratis: ergo poteſt Deus eam denegare præparanti ſe ad gratiam, & facienti quod in ſe eſt. Conſequentia inde probatur; quoniam ſi datur mere gratis, nemini hominum debita eſt, & ſic nulla eſt iniuria ſi non conferatur.

tertium Tertio ſic; quia ex oppoſito ſequitur, poſſe hominem eſſe certum, ꝙ habeat gratiam; quod eſt contra ueritatẽ catholicæ fidei, ut infra patebit. Quod autem recte ſequatur; ſic oſtendo: quia poteſt homo eſſe certus quod faciat quod in ſe eſt ex auxilio præueniẽte, credendo Euãgelio, deſiderando placere Deo: immo uidetur ꝙ poſſit eſſe cer-

tus

tus quod diligat Deum ſuper omnia, ſicut poteſt eſſe certus quod diligat uxorem ſuper omnia. Ad huius rei expoſitionem eſt prima concluſio.

Pri. aſſert. Veritas eſt irrefragabilis, & diuina (quam inficiari eſt dogma hæreticum) quæ aſſerit, homini præparanti ſe ad gratiā per actus fidei, ſpei, & caritatis, & pęnitentię īfallibiliter cōferri gratiā iuſtificantem. Patet: quia eſt diuina promiſſio; Conuertimini ad me, & ego conuertar ad uos; & Qui diligit me, diliget a Patre meo: & illud, Cor cōtritū & humiliatū Deus nō deſpicies: & Ezec. 18. & 33. In quacūq; die ingemuerit peccator, iniquitatū eius amplius nō recordabor: & illud Ioannis; In hoc cognoſcim', quoniam trāſlati ſumus d morte ad uitā, ſi diligimus fratres. Item, uera diſpoſitio ad gratiam eſt appropinquare Deo: at dicitur Iacob. 4. Appropīquate Deo, & appropinquabit uobis. Demū, ſufficiēs præparatio ad gratiā eſt audire, & diſcere a Patre. & abſq; dubio dicitur Ioan. 6. Omnis qui audit a Patre, & diſcit, uenit ad me. Hoc ipſū demonſtrant rōnibus euidētibus ex Theologia erutis. Nā ſi oppoſita ſnīa eſt uera, ſequitur ꝙ hō faciēs quod in ſe eſt ex diuino auxilio, & quod poteſt, & quod dēt, dānaretur inferno, ſi quidem nō hēt gratiā iuſtificantem. Sequitur rurſus, hoīem per aliquod temporis ſpatium eſſe extra ſtatum ſalutis, & nō habere remediū, uidelicet, eo temporis interſtitio, quo facit quod in ſe eſt ex diuino auxilio præueniente, & non confertur ei gratia iuſtificās. Præterea ſeqtur, hoīem qui diligit Deū ſuper omnia, & dolet de commiſſis ſceleribus; atq; & Martyrem, qui uere oppetit mortē pro Chriſto, inferno damnari. Hæc oīa incommoda euidenter conſequuntur, ſi non eſt lex infallibilis, ꝙ præparanti ſe & facienti quod in ſe eſt, ex diuino auxilio ſtatim gratia iuſtificans conferatur. Propter quod ſubit mirandum de Scoto, Doctore alioqui clariſſimo, qui in 4. diſtinctione 14. aſſerit, requiri certam temporis continuationem, ut contritio, & uera pęnitentia ſit ſufficiens diſpoſitio ad gratiam: In eadem ſalebra, uel peiori hæret Dominus Caietanus, qui in opuſculo quæſtione. 1. de contritione affirmat, nō eſſe legem infallibilem, quod facienti quod in ſe eſt ex diuino auxilio ſtatim conferatur gratia; & inducitur ad huius rei aſſertionem ex argumentis ſuperius adductis, quæ re uera minime concludunt, ut ſtatim uidebimus.

ſecunda. Secunda concluſio. Homini facienti illud ad quod Deus mittit auxilium præueniēs, quo excitatur ut iuſtificetur, non ſemper confertur gratia iuſtificans. Hæc ſententia eſt certa ſecundum fidem catholicam. Nam certum eſt, multos uocari a Deo, & non uenire: non ergo omnibus uocatis datur gratia, quibus datur auxilium præueniens.

tertia. Tertia concluſio. Omnis qui facit quod eſt in ſe auxilio præueniente, quod Deus ordinat intentione abſoluta ad gratiam iuſtificantem, ſemper conſequitur gratiam iuſtificantem: intentio enim Dei deficere non poteſt, neq; uero fruſtrari.

quarta. Quarta concluſio. Omne auxilium diuinæ gratiæ præueniens, quod re uera non attingit ad hominis iuſtificationem, ordinatur nihilominus a Dei uoluntate conditionata ad iuſtificandum peccatorem, uerum uoluntate, & intentione abſoluta (præſuppoſita tamen malitia, & inde ratione peccatoris) ordinatur ad eius condemnationem. Prima pars huius aſſertionis ſic probatur. Nam illud auxiliū erat ſufficiens, quo ſi bene & recte uteretur, poſſet, ſi uellet, cōuerti, ut ſupius eſt demōſtratum. Secunda pars ſic demonſtratur ex illo; Vę tibi Corozain, uę tibi Bethſaida: quia ſi in Tyro & Sidone factę eſſent uirtutes &c. quibus in uerbis cōminatur Dominus ſupplicium æternum illis ciuitatibus, quia receperunt maiora beneficia ſuæ gratiæ. (Matt. 11. & Luc. 10.) & Ioan. 12. Hic ſermo quem locutus ſum, ipſe iudicabit uos. Ex quibus conſequitur, Deū ordinaſſe, & ſtatuiſſe, ꝙ ſi hoīes diuino auxilio præuenti, & excitati, non conſentirent; ſed potius rebelles eſſent lumini, grauius & acerbius puniantur: ſecundum quem modum peccatores dicuntur theſaurizare irā pro beneficijs receptis. His cōſtitutis ad argumenta propoſita ſatisfaciendum eſt.

ad prim. ar. Ad primi argumenti confutationem dicendum eſt, ꝙ facienti quod in ſe eſt ex diuino auxilio præueniēti, nō ſemper confertur gratia iuſtificans; at facienti quod in ſe eſt ex diuino auxilio copioſo quo homo cōuertitur a uia ſua mala, reſipiſcit & diligit, ſine dubio confertur gratia iuſtificans. Pro quo ſupponendū eſt, ꝙ duplex eſt gratiæ præparatio. Alia remota, quæ non eſt ſimul cum gratię infuſione; ut bonus cogitatus, auditio uerbi Dei: & homini habenti talem præparationem nō ſemper confertur gratia. Altera eſt immediata, ut pęnitere, conuerti ad Dominum; & hāc ſemper ſequitur gratia. (Duplex præparatio gratiæ.) Vel dicat Theologus quod facienti quod in ſe eſt ex diuino auxilio præueniēte, ſine dubio confertur auxilium aliud copioſius, quo efficaciter conuertitur: propter quod non admitto, quod quis facit quod in ſe eſt ex diuino auxilio præueniēte, & ꝙ contradicat, & reſiſtat auxilio Dei efficaciter monētis.

ad ſecundū. Ad ſecundum dicendum, nullam eſſe repugnantiam, ꝙ gratia iuſtificans detur omnino gratis, & ꝙ detur infallibiliter ex Dei promiſſione: Deus enim hominem, quem prædeſtinat ad uitam æternam, infallibiliter creat; at nō ex meritis, ſed gratuito creat. Deus etiam Filium ſuum, quē promiſit, infallibiliter dedit, at nō ex meritis dedit.

ad tertium. Ad tertium dicendum, non poſſe nos certo cognoſcere ꝙ habeamus gratiam iuſtificantem: quia quāquam hō poteſt eſſe certus ſe habere quædam auxilia ſupernaturalia, non tamen poteſt eſſe certus ſe habere ultimā diſpoſitionem ad gratiam, neq. poteſt eſſe nobis exploratum, an diligamus Deum ſuper omnia dilectione ſupernaturali, aut uero an doleamus de uniuerſis ſceleribus ſicuti oportet, pp impedimenta occulta ſceleris. Quis enim poteſt dicere, mundum eſt cor meum, liber ſum a peccato?

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum gratia ſit maior in vno quam in alio.

SVMMA TEXTVS.

Pri. conc. PRima concluſio. Si gratia gratum faciens conſideretur ex parte finis, vel obiecti, non poteſt eſſe maior, vel minor; quia ſecundum ſui rationem coniungit hominem ſummo bono, quod eſt Deus.

Secunda concl. Secunda Concluſio. Si gratia conſideretur ex parte ſubiecti, poteſt ſuſcipere magis vel minus; prout vnus perfectius illuſtratur gratiæ lumine quam alius.

Tertia concl. Tertia concluſio. Ratio aliqua diuerſitatis huius poteſt ſumi ex parte hominis magis ſe præparantis ad gratiam, quamuis ex hac parte nō poſſit accipi prima ratio huius diuerſitatis; quia præparatio ad gratiam nō eſt hominis, niſi in quantum liberum arbitrium præparatur a Domino.

Quarta concl. Quarta concluſio. Principalis & prima ratio huius diuerſitatis accipitur ex parte Dei: quoniam diuerſimode diſpenſat dona gratiæ ſuæ, vt ex diuerſis gradibus pulcritudo & perfectio Eccleſię conſurgat; ſicut diuerſos gradus rerum inſtituit, vt vniuerſum eſſet perfectum, prout patet ad Epheſ. 4. vbi ſic habetur: Vnicuique data eſt gratia ſecundum menſuram donationis Chriſti.

Pſal. 50.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Lutheri ſtultiſſimus error. AD explicationem huius articuli obſeruandum eſt, quod Lutherani negantes iuſtitiam noſtris animis inhærentem, omnes iuſtos æqualem iuſtitiam, & ſanctitatem habere ſentiunt; quia una eſt ſanctitas, & iuſtitia Chriſti, a qua oēs denominan-

mitiantur ſancti. Sed certe adhuc in ſuo errore irrationabiliter procedunt: nã poterat ſumi diuerſitas gratiæ, & iuſtitiæ ex maiori fiducia credentium, quam ipſi exiſtimãt eſſe cam præcipuam noſtræ iuſtificationis. Nã certe intolerabile dogma eſt, aſſerere oẽs iuſtos eſſe æqualiter iuſtos inter ſeſe. Immo ex ipſorũ doctrina vr deduci, eſſe æqualiter iuſtos, atq. Chriſtus Dñs; ſiquidẽ eadem iuſtitia iuſti ſunt. Sed quicquid ſit de Lutheranorum errore, quem alio in loco commodius impugnabimus, ſententia D.Th. φ grã in vno ſit copioſior, & maior, q̃ in alio, eſt fides catholica. Nam in Conc. Trid. ſeſſ. 6. ca. 5. ſic definitur, φ vnuſquiſq. ſuã iuſtitiam recipit ſecundum mẽſurã quã Spũs ſanctus partitur unicuiq; prout uult, & ſecundũ propriam cuiuſque diſpoſitionem, & cooperationem. quibus in uerbis ad litteram ſunt expreſſæ, tertia, & quarta concluſio. D. Th. & Can. 24. definitur in hunc modum, Si quis dixerit, iuſtitiam acceptam non conſeruari, atque etiam non augeri coram Deo per bona opera, anathema ſit. Ex quo euidenter conſequitur, gratiam eſſe maiorem in eodem homine nunc, quam prius, & id quidem per bona opera Ex quo rurſus efficaci argumento deducitur, poſſe augeri, & eſſe maiorem, quam in alio, qui in exercitio bonorum operum non tam diligens & ſtudioſus fuerit. Illud ẽt animaduertat Theologus, quã recte, & uere dictum ſit in ſuperioribus, eſſe prorſus impoſſibile, quod cum æquali auxilio unus melius diſponatur & perfectius, quam alius: nam ſi hoc contingeret, iã prima ratio diuerſitatis eſſet ex libero arbitrio, & non ex Spiritu ſancto: ſiquidem ſpiritus iuxta hanc opinionem æqualiter animum hominis moueret, & incitaret.

Prima cõc.

D. Thom. catholica ſententia.

Secunda.

ARTICVL. QVINTVS.

Vtrum homo poſſit ſcire ſe habere gratiam.

SVMMA. TEXTVS.

PRima concluſio. Per diuinam reuelationẽ ex priuilegio poteſt aliquis ſcire ſe habere gratiam iuſtificantem, ſicut Paulo dictum eſt; Sufficit tibi gratia mea.

Secunda concluſio. Secundum legem ordinariam, & communem curſum, nemo poteſt certo ſcire ſe habere gratiam; quia principiũ gratiæ, & obiectum eius eſt ipſe Deus, qui propter ſui excellentiam eſt nobis incognitus, & ideo eius præſentia in nobis & abſentia per certitudinem cognoſci non poteſt. Vnde homo non poteſt dijudicare an habeat gratiam.

Tertia concluſio. Coniecturaliter per aliqua ſigna poteſt aliquis cognoſcere quod habeat gratiam: vt ſi percipit ſe delectari in Deo, contemnere res mundanas; vel ſi non ſit conſcius ſibi alicuius peccati mortalis. Sed hæc cognitio eſt imperfecta: nam in Pſalmo dicitur, Ab occultis meis munda me Domine. Delicta quis inteligit?

EXPLICATIO ARTICVLI.

IN hoc articulo quatuor sũt explicãda In primis uidendũ eſt, & accurate, & diligẽter explicandum, quemadmodũ ꝓbatio D. Th. recte procedat; deĩde de certitudine gratiæ eſt ediſſerendũ; proximo loco de certitudine fidei; demũ de certitudine ſpei, ac confidentiæ: nã de his ꝑcipue hac tẽpeſtate ſcire magnũ eſt operæpretiũ. Vt uero a primo exordiamur, vr̃ profecto, φ argumentatio D. Th. non ſit legitima. Probatio D. Th. ſyllogiſmo explicata ſic habet. Principiũ & obiectum gratię eſt ipſe Deus; at Deus propter ſui excellẽtiam eſt nobis incognitus: ergo eius præſentia, uel abſentia per certitudinem cognoſci non poteſt: unde homo non poteſt certo diiudicare an habeat gratiam: certitudo enim rei ex ſuis principijs tantum haberi poteſt.

An D. Thom. ratio legitime procedat.

Prim. argu.

Apparet certe, φ D. Tho. hoc argumenti genere id, qđ uult, nõ efficiat. Nã cum dicit, certitudinẽ cognitionis niſi ex principiorum cognitione non cõſtare; aut loquitur de cognitione principiorum euidenti; aut de cognitione obſcura, atq; ænigmatica, qualis fidei noſtræ eſſe cognoſcitur. Si de cognitione euidẽti, falsũ eſt, qđ dicit D. Th. nã põt quis habere certitudinem, φ habeat fidẽ: & Chriſtianus quiuis certitudinem habet, φ Deus ſit trinus, & unus, quanquam non cognoſcat euidenter principiũ fidei, φ Deus eſt, quemadmodum eſt gratiæ principium.

Secun. arg.

Si uero ſanctus Thom. facit ſermonem de certitudine inẽuidenti, & obſcura, ſequitur, quod poſſimus nos hr̃e certitudinem, φ ſimus in gratia; quemadmodũ poſſumus eſſe certi, φ habemus fidem infuſam: Deus. n. qui eſt principium tum gratiæ, tum fidei, eſt nobis incognitus. Videtur profecto ex ſyllogiſmo D. Th. efficaciter concludi, φ non habeamus fidei Chr̃ianæ certitudinem; ſiquidẽ Deus, qui eſt reuelator, & inſpirator fidei, eſt nobis ĩcognitus: uel φ habeamus certitudinẽ, φ ſimus in gratia, quãquã Deus, qui eſt principium gratiæ, ſit nobis ĩcognitus.

Tertiũ.

Tertium.

Iã uero nos habemus certam & immobilẽ certitudinem, quod ſit Deus; uerũ hanc certitudinẽ nõ habemus ex ꝓprij princip ij cognitione, ſed ex creaturis, ueluti ex effectibus cãm primã eſſe euidenter cõmonſtramus: ergo probatio D. Th. ualida non eſt. Ad huius rei expoſitionem dicẽdum eſt, D. Th. loqui de cognitione principij ſufficienti, & efficaci, ut poſſit nos certos efficere, & rei perſuaſionem minime dubiã in animis noſtris gignere: quo in ſenſu explicata ratio D. Tho. uerisſima eſt, & efficaciter rem demonſtrat. Nam cum cognitio rei ex cognitione principij dependeat, ſi cognitio principij eſt certa, & indubia, inducet nos profecto in certam cognitionem, & minime dubiam; at ſi cognitio principij non fuerit conſtans, & certa, non poterit certam rei cognitionem in animis noſtris efficere.

D. Thom. ratio aperitur.

Vnde ad primum argumentum dicendum eſt, quod quamquam homo habens fidem non cognoſcat Deũ euidenter, habet tamẽ certitudinem ſuæ fidei: eſt. n. proprietas fidei & luminis huius, hominem certum efficere de myſterijs fidei, ueluti ſcientia certum reddit intellectum de concluſionibus, quæ in ſcientia inueſtigantur, atque etiam certitudinem præſtat de ipſa ſcientia: non tamen eſt conſimilis ratio de gratia, & caritate, quę perficiunt uim appetitiuam, quarum proprietas non eſt certum reddere intellectum, ſed unire hominem Deo, & efficere, ut tendat in ipſum: quare certo cognoſci nequeunt abſque Dei reuelatione ſpeciali.

Ad pri. arg.

Diſtincta ratione Deus principium eſt fidei, & caritatis.

Ex hoc facile confutatur ſecundum argumentum: nam quamquam Deus eſt principium tum gratiæ, tum fidei, diuerſa tamen ratione. Nam fidei, reuelando, inſpirãdo, teſtificando: qui enim credit, habet teſtimonium Dei in ſe: gratiæ aũt, & caritatis eſt principium interius ſecreto mouendo, & infundendo, & renouãdo uoluntatẽ. Quod vt faciliime perſpicias, ſcire oportet, φ hominem eſſe in gratia nihil aliud eſt, q̃ hominem eſſe Deo dilectum, & carũ; & tandem (ut uno uerbo rem comprehendam) Deo gratum: hoc aũt myſterium, utrum a Deo ameris, diligaris, in ſinu Dei manet reconditum, neq; huius cognitionis principium certum habemus, neq; ex rerum euidentia, aut experiẽtia, neq; uero ex diuinis reuelationibus. Et φ hæc ſit legitima Diui Thomæ explicatio, liquet: nam dicit expreſſe, quod non habemus principium, unde cognoſcamus, utrum Deus ſit abſens, uel præſens; & intelligit per gratiam: nam quod Deus ſit præſens omnibus rebus per eſſentiam, euidens eſt.

Ad ſecundũ.

Ad tertium dicendũ eſt, Deũ eſſe, ex creaturis euidenter demonſtrari, per demonſtrationem euidentem ex effectibus acceptam. & ideo principium huius cognitionis eſt euidens & exploratum, propter quod poteſt gignere in animis noſtris certam & exploratam huius rei perſuaſio-

Ad tertium

ſuaſionem: quin immo Diuus Paulus dicit hanc perſuaſionẽ Deũ nobis reuelaſſe, & inſpiraſſe: inuiſibilia enim Dei a creatura intellecta conſpiciuntur &c. At de defenſione D. Th. hæc dicta ſufficiant. *Roma. 1.*

Vtrum homo de ſua gratia poſſit eſſe certus.

Sequitur ut examinemus diligẽter illam quæſtionem; Vtrum abſq; Dei ſpeciali reuelatione, ſm legẽ ordinariã poſſit homo certo cognoſcere, ſe habere gratiã certitudine infallibili, cui non poſſit ſubeſſe falſum. De hac re eſt ingens controuerſia inter Catholicos, & Lutheranos: Lutherani affirmant; Catholici conſtanter negant in 1. d. 17. ubi inueſtigant, vtrũ poſſimus certo cognoſcere nos hrẽ Dei caritatẽ. Explicat hanc quæſtionem optime Soto li. 3. de natura & gratia a c. 10. uſq; ad finem, & in Apolog. contra Cather. a c. 22. vſq; in finẽ. Roffenſ. art. 1. 11. & 12. contra Lutherum. Vega lib. 9. ſuper Conc. Triden. per totum. *Mag. Soto.*

Hæreſis Luther. Exiſtimant itaq; Lutherani, ꝙ ea certitudine, quã fideles credimus Deum eſſe trinum & unum, quiſq; tenetur credere, quod acceperit remiſſionem peccatorum, & ꝙ gratiam, & iuſtitiam iam fuerit conſecutus propter Chriſti meritum. Deinde dicũt, ꝙ ſi quis parum dubitet, an ſit iuſtificatus, hæreticus eſt, & non pertinet ad Deum, ſed ad diabolum. Tertio dicunt, ꝙ nulla eſt alia uera fides, & Chriſtiana, niſi quæ excluſa ex animo omni formidine, & hæſitatione pacatam ita reddit conſcientiam, ut credat firmiter, quod remiſſionem peccatorum iam acceperit.

Probant ſuũ errorem Lutherani. Pri. Teſtim. Rom. 4. Secundum. Rom. 5. Probãt iſtum errorem ex uarijs ſententijs ſanctæ ſcripturæ, adducunt primo illud, Ideo ex fide, ut ſecundum gratiam firma ſit promiſſio; in quo teſtimonio uidetur affirmari, hominem iuſtificari ex fide, & non ex operibus; ut certitudinem noſtræ ſalutis habere poſſimus.

Deinde citant illud; Iuſtificati ex fide pacem habemus ad Deum per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum: hunc locum uehemẽter exaggerant Lutherani, & pacem interpretantur conſcientiam prorſus ſecuram. Ex qua interpretatione colligunt, quod quiſque fidelis tenetur credere infallibili certitudine, quod ſit iam iuſtificatus.

Tertium. Rom. 8. Præterea adducunt illud; Ipſe ſpiritus teſtimoniũ perhibet ſpiritui noſtro, quod filij Dei ſumus. hoc teſtimonium uehementer facit pro fide Lutheranorum. Nam cũ teſtimonium Spiritus ſancti infallibile ſit, conſequens eſt quod filius Dei, qui habet hoc teſtimonium Dei in ſe, teneatur ei credere fide infallibili.

Quartum. Item citant illa uerba Pauli eiuſdẽ cap. Si Deus pro nobis, quis contra nos? qui proprio filio ſuo nõ pepercit, ſed pro omnibus tradidit illum: quomodo etiam cũ illo oia nobis non donabit? & iterũ, Deus qui iuſtificat, quis eſt, qui condemnet? Ex quo teſtimonio colligunt, omnes fideles eſſe certos de ſua prædeſtinatione, & ſalute: propter quod Diuus Paulus continuo ſubiungit; Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti? certus ſum, quod nec mors, nec uita nos ſeparabit a caritate, quæ eſt in Chriſto Ieſu.

Quintum. Sextum. Quintum teſtimonium eſt 1. Corin. 2. Nos ſpiritũ Chriſti accepimus, ut ſciamus, quæ a Deo donata ſunt nobis; ergo plane ſcimus donum gratiæ nobis collatum. & 2. Cor. 1. Gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ. certe non eſſet magna gloria, ſi ex ſuſpecto teſtimonio originem traheret.

Septimum. Denique eſt inſigne teſtimonium in c. ultimo eiuſdẽ epiſtolæ; Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide, ipſi uos probate. An non cognoſcitis uoſmetipſos; quia Chriſtus Ieſus habitat in uobis, niſi forte reprobi ſitis? Igitur reprobus eſt & infidelis, qui non cognoſcit Chriſtum in ſe habitare per gratiam. Hæc teſtimonia adducunt ex D. Paul.

Teſtimoniũ ex Ioan. 1 Ioan. 3. Apoc. c. 2. 2. Pet. 1. Ex Diuo Ioanne citant illud; Scimus quoniam trãslati ſumus de morte ad uitam, quoniam diligimus fratres: & illud ex Apocal. Vincenti dabo manna abſconditum, quod nemo nouit, niſi qui accipit. & illud Petri, Satagite, ut per bona opera certam faciatis uocationem ueſtram.

Arg. ex ſententiis ſanctorum. Sed & hanc ſententiam ſancti Patres aſtruere uidentur. Dion. in primis in myſtica Theologia inter mentales exceſſus computat unionem, qua quidam ſic arcte Deo coniunguntur, ut cum fiducia dicant, Dominus protector uitæ meæ, a quo trepidabo? quod ſine magna certitudine dici non poteſt. Orig. in uerba illa Pauli, Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro; aperte teſtatur, cum nihil timoris eſt, hoc eſt, cum nihil propter pœnã, ſed propter amorem patris cuncta perficimus, ſpiritum cõfirmare ſpũm noſtrum, ꝙ filij Dei ſumus. Aug. in lib. de bono perſeuerantiæ ſic ſcribit; Sicut ergo Sanctus cũ Deum rogat ut ſãctus ſit, id utiq; rogat, ut ſãctus eſſe permaneat: ita utiq; & caſtus cũ rogat ut caſtus ſit, hoc ſine dubio petit, ut in eo perſeueret bonum, quod ſe accepiſſe cognouit. quibus uerbis ſatis indicat, poſſe ſanctos uiros noſſe hæc dona a Deo ſibi eſſe collata. D. Greg. ſic ſcribit: Mẽs, quæ diuino ſpiritu impletur, habet euidentiſſima ſigna ſuæ uirtutis, & humilitatis; quæ ſi in una mente conueniant, liquet, ꝙ de præſentia ſancti Spiritus teſtimoniũ ferant. *Grego. lib. 1. dialo. c. 1.* Sed & Bernardus multus eſt in aſſerenda certitudine gratiæ, ſed præſertim in ſermone 68. & 69. quærit, Nũ poſſint aliqui viri ſpirituales in hac uita ſibi arrogare uocem illam cum fiducia, Dilectus mihi, & ego illi? Et re diligenter & accurate examinata, ꝙ poſſint, uehementer affirmat & ſermone 2. in octaua Paſchę, ſic inquit; Spiritũ nouum aduenıſſe certiſſime noua cõuerſatio teſtatur. Sed & in epiſt. 107. diligentiſſime enumerat ſigna, quibus certiſſime poſſimus cognoſcere peccata eſſe remiſſa, & nos Deo in gratiam rediſſe. *Ber. ſer. 10. in Cant. & 39. & 55. & 74.* Rationes uero ad iſtum errorem confirmandum nullas adducũt Lutherani. Sed ut ueritas elucidetur, arguitur in patrocinium huius erroris.

Argumenta ſ theol... Primum argu. In primis ſic. Baptiſmus confert gratiã non ponenti obicẽ; ſed ego experior, ꝙ non pono obicem, & ꝙ bono animo ſuſcipio baptiſma: ergo ſum certus, ꝙ habeo gratiã, & iuſtitiam coram Deo. Maior eſt de fide: Minor patet experientia euidenti: ergo concluſio certa eſt & infallibilis. Hoc ipſum confirmatur: nam certum eſt, ꝙ pœnitentię ſacramentum facit ex attrito contritũ, ut in Conc. Trid. definitur. ſed poteſt aliquis certo cognoſcere ſe accedere ad pœnitentiæ ſacrm̃; habens dolorem propter pœnas inferni; quod experientia comprobatur: ergo poſt abſolutionem ſacerdotis poteſt certo ſtatuere, quod ſit in gratia, & quod remiſſionem peccatorum fuerit conſecutus.

Secundum. Deinde, facienti qđ in ſe eſt, Deus non denegat grãm, alioquin iniuſtus uideretur; ſed põt aliquis re ipſa experiri, ꝙ facit, quod in ſe eſt: ergo põt eſſe certus, ꝙ habeat gratiã.

Tertium. Præterea, ueritas eſt infallibilis, ꝙ in martyrio condonantur peccata, & quod qui moritur pro Chriſto habeat Dei caritatem, iuxta illud: Maiorem caritatem nemo habet, quam ut animam ſuam ponat pro amicis ſuis: ſed uidet aliquis, quod uult mori pro Chriſto, & reipſa oppetit mortem pro Chriſto: ergo habet certitudinem infallibilem, quod habet Dei caritatem.

Confir. Et confirmatur: nam Eccleſia ſancta non eſt magis certa de huius hominis martyrio, quã ipſe, qui oppetit mortem: ſed Eccleſia indubitata fide adſcribit illum catalogo Sanctorum: ergo ipſe indubitata fide cognoſcit ſe habere gratiam, & ſanctitatem.

Confir. ſecũ. Hoc idẽ cõfirmatur. Vnus homo poteſt eſſe certus de alio quopiã, ꝙ ſit in grã: ergo & põt de ſeipſo hoc idẽ ſtatuere. Ancedens eſſe uerũ ſic oſtenditur: nam ſacerdos puerũ baptizans lauacro aquæ, adhibens uerã & legitimã formã, certus eſt infallibili certitudine, ꝙ puer ille remiſſionẽ peccatorũ ſit cõſecutus, quod colligere liquet hoc ſyllogiſmo. Fides docet, ꝙ baptiſmus confert grãm, & remiſſionẽ peccatorũ nõ ponenti obicem: ſed ego certo cognóſco, ꝙ puerum baptizaui ſub forma præſcripta a Chriſto Dño: ergo certum eſt & infallibile puerum remiſſionem peccatorum conſecutum fuiſſe. Maior huius ſyllogiſmi eſt de fide diuina: Minor conſtat euidenti experientia.

Quartum. Præterea, uel homo fidelis poteſt certo cognoſcere, ꝙ adimpleat præceptum dilectionis, & caritatis: uel non poteſt. Si ſecundum dederis, numquam habebit conſcientiæ ſecuritatem, & pacem. Si uero primũ: ergo habet certitudinem, quod habet gratiam, & caritatem.

Quintum. Itẽ, puer baptizatus qñ peruenit ad uſum rõnis, uel poteſt cognoſcere primum pctm̃, quod debet admittere, uel non põt. Si non poteſt: ergo non peccat: nemo. n. peccat in eo, quod cauere non poteſt. Si uero poteſt: ergo cognoſcit ſe habere ſanctitatem, & gratiam baptiſmalem.

Vltimum. Vltimo, hõ fidelis hẽt certitudinẽ infallibilẽ, ꝙ hẽt fidẽ ſupernaturalẽ, & diuinã: ergo poteſt habere certitudinem de ſua grã. Conſequentia inde probatur: nam utrumq; eſt donum Dei, cuius principium eſt nobis ignotum. Itẽ

probatur:

probatur; Nã ſicuti nřa iuſtificatio non ſolũ dependet ex diuina ꝓmiſſione, ſed ẽt ex nřa præparatione, & uera cõuerſione, in qua examinanda mens humana ſæpenumero mentitur, ſic aſſenſus fidei nõ ſolũ dependet ex diuina reuelatione; ſed ex noſtro aſſenſu firmo atq; ſtabili, in quo examinando mens humana ſæpiſſime fallitur: ut uidere eſt in hæ̃tico, q exiſtimat ſe oppetere mortẽ ꝓ uera fide. Antecedens probatur; tum, quia illud concedit lubẽter D. Th. ad ſecundum; tum uero, quia fidelis credit oĩa, q̃ docet Eccleſia. ſed eſt certũ de fide, neminẽ poſſe credere oĩa, q̃ docet Eccleſia, niſi hẽat fidem ſupernaturalem: ergo hẽt certitudinẽ infallibilem, ꝙ habeat fidẽ ſupernaturalem. His poſitis, pro explicatione ueritatis ſit prima concluſio.

Prima concl.

Per diuinã reuelationẽ ſpecialem põt hõ iuſtus habere certitudinẽ infallibilẽ de ſua gr̃a. Hæc concluſio liquida eſt. Nã certum eſt, Deum poſſe id reuelare cui maluerit, & eũ certũ efficere: diſputare uero fuſe quibus in particulari hoc fuerit reuelatũ, ſuperuacaneũ exiſtimo. Fuit qui dẽ hoc reuelatũ Deiparæ Mariæ, Angelo dicẽte, Aue gr̃a plena, Dñs tecum, benedicta tu inter mulieres: Dixit & Saluator de Nathanael, Ecce uere Iſraelita, in quo dolus non eſt. Dixit inſuper paralytico, Cõfide fili, remittuntur tibi peccata tua. Itẽ de Magdalena, Remittuntur ei peccata multa, quia dilexit multũ; & iterũ, Fides tua te saluã fecit, uade in pace: & ad D. Paul. dixit Dñs, Sufficit tibi gr̃a mea. Sed & oĩbus Apoſtolis facta eſt hæc reuelatio, quemadmodum docet D. Th. de ueritate q. 24 art. 9. & doctiſſimus Pater Cano lib. 6. de locis c. 3. Merito igitur potuerunt iſti credere firma fide, quod remiſſionem peccatorũ erant conſecuti, & gratiam iuſtificantem obtinuerant.

Quibus fuerit facta reuelatio ſuæ gratiæ.

M. Cano.

Secunda concluſio. Sine diuina reuelatione ſpeciali nemo põt habere certitudinẽ infallibilem de ſua gratia: & oppoſitum eſt dogma hæreticũ. Probatur hoc primo ex diuinis litteris. Iob. c. 9. Si uenerit ad me, nõ uidebo eum: & ſi abierit, non intelligam: & rurſus, Si fuero ſimplex, hoc ipſũ ignorabit aĩa mea: & iterũ, Verebar oĩa opera mea, ſciens, ꝙ non parceres delinquenti. Certe Iob diuiniſſime loquitur de incertitudine gratiæ coram Deo: & Prou. 20. Quis põt dicere, Mundum eſt cor meũ, purus ſum a peccato? & c. 28. Beatus uir qui ſemper eſt pauidus. & Eccl. 9. Nemo ſcit, utrũ odio, uel amore dignus ſit. Sed dicet qs, hoc teſtimonio ẽt probari, ꝙ hoĩes peccatores non certo cognoſcant ſe eſſe in peccato. qđ eſt falſum: nã peccatores habent certitudinem infallibilẽ, ꝙ ſunt Deo ingrati, & inuiſi. Rñdetur, Salomonẽ illis in uerbis non pronunciare in uniuerſum, ꝙ nemo ſciat utrũ odio, uel amore dignus ſit; ſed loquitur tñ de uiris iuſtis, & ſapientibus: nã præmiſerat; Sunt uiri iuſti, & ſapientes, & opera illorũ in manu Dei ſunt, & neſcit hõ, utrũ &c. quaſi dicat, licet ſint uiri eximijs uirtutibus, & ſapientia præditi, & oĩa eorum opera in Deum uideantur referri, neſciunt tamen utrum odio, uel amore digni ſint. Idem confirmatur ex illo; De propitiato peccato noli eſſe ſine metu: quod ideo dictum eſt, quia nemo poteſt certo ſtatuere, utrum remiſſionem peccatorum acceperit. huic conſonat illud; Delicta quis intelligit? & Diuus Paulus ait, Nihil mihi conſcius ſum, ſed neq; in hoc iuſtificatus ſum; Dñs aũt iudicat me. Ad idem propoſitum confirmãdum ſolent citari diuinæ Scripturæ, in quibus aperte aſſeritur, ꝙ nemo in hac uita debet eſſe ſecurus, & ſine metu: ut illud, Seruite Dño in timore, & exultate ei cum tremore: &, Cum metu & tremore ſalutem veſtram operamini: &, Noli altum ſapere, ſed time: &, Qui ſtat, uideat ne cadat. Quod ſi aliquãdo diuinæ literæ promittunt pacem, & ſecuritatem, ut in illo, In pace in idipſum dormiã & requieſcam: & in illo, Dñs illuminatio mea, & ſalus mea, quem timebo? & in illo, Vt ſine timore de manu inimicorum noſtrorum liberati ſeruiamus illi: explicatio Catholica eſt, ꝙ homo fidelis ſm uarias animi affectiones nunc ſperat, nũc timet, nunc confidit, nunc uacillat. Timet quidem conſideratione iudiciorum Dei, & propriæ imbecillitatis: Confidit uero conſiderans Deum eſſe ſuum protectorem, & redemtorem: ꝓpter qđ dicebat Dauid, Ecce nõ dormitabit, neque dormiet qui cuſtodit Iſrael. Hæc conſideratio eſt maxime accommoda hominibus cõſternatis, & in periculo mortis & deſperationis cõſtitutis. Ceterũ homini multũ confidenti, & dicenti in corde ſuo, In abundantia mea non mouebor in æternũ, iudicia diuina mẽte ſunt reuoluenda, ut in die bonorũ memor ſit malorum. Hoc documentũ habemus ex D. Greg. hom. 6. ſuper Euãgelia, & lib. 6. epiſt. 22. Hæc igitur, q̃ ex diuina ſcriptura adducta ſunt, noſtrã concluſionem maxime demonſtrant. Eandem veritatem confirmant oẽs ſancti Patres, quos referunt Soto, & Vega locis citatis. Idem ſentiunt oẽs Doctores Scholaſtici, quorum ſñiæ referuntur in 1. d. 17. Sed potiſſima probatio eſt, quia hæc ueritas eſt definita in Concil. Trid. Sed libet adiungere probationes euidentes ex diuina Theologia. Prima eſt, quia noſtra iuſtificatio non ſolum pendet ex diuina ꝓmiſſione, & reuelatione, ſed ex noſtra conuerſione, & ꝑparatione, qua ex Dei adiutorio præparamur ad gratiam, ſm illud, Conuertimini ad me, &c. Pœnitẽtiã agite, &c. ſed nemo põt certo ſtatuere, ꝙ habeat veram cõuerſionẽ; tum, quia licet uideatur uera cõuerſio, ſm ſubſtantiam, ignoramus ex qua radice prodeat, ex gratia ne, an ex amore ꝓprio, an uero ex firmo propoſito; tũ uero, quia ut recte D. Greg. ait, Mens humana ſæpe ſibi mẽtitur, & fingit de bono amare, qđ non amat. Deinde, Deus nemini ex adultis promiſit gr̃am, & remiſſionẽ peccatorũ, niſi ſub cõditione, ſi crediderit, ſi conuerſus fuerit, ſi ſeruauerit diuina mandata. cum ergo uera ſui cõuerſio citra diuinã reuelationem nemini ſit cognita, nec eſſe poſſit, ſequitur euidẽter, neminẽ poſſe certo ſtatuere, ꝙ habeat gratiã. Tertio, diuinæ ſcripturæ continent quidem generales ꝓmiſſiones, ꝙ qui crediderit, & conuerſus fuerit, iuſtificabitur, ſed de nemine ꝓnunciant, ꝙ uere cõuerſus fuerit, de nemine, inquã, nũc tp̃is in terra uiuentiũ. nemo ergo poteſt huius rei certã notitiã habere. Tunc ſic argumẽtor. Diuina & infallibilis certitudo haberi non põt, niſi ex diuinis reuelationibus, quas Eccleſia ꝓponit; ſed diuinæ reuelationes non pronunciant, te, aut illum, aut me habere gratiã. ergo non eſt certitudo infallibilis. Quarto, peccatum mortale deſtruit gratiã, ut patet ex illo, Odio eſt Deo impius, & impietas eius; & iterũ, Odiſti oẽs, q operãtur iniquitatẽ; ſed nemo põt certo & infallibiliter cõſtituere, ꝙ nõ hẽat pctm̃ mortale, ſm illud, Delicta quis intelligit? eo vel maxime, ꝙ peccamus ſæpenumero ex ignorantia, ſm illud D. Pauli, Miſericordiã conſecutus ſũ, quia ignorans feci. ergo. Vltimo arguo ex ipſa rerum experientia. nõ. n. poſſum in aĩum inducere, ꝙ Lutherani ẽt credãt ſe eſſe iuſtificatos tanta certitudine quanta nos credimus Deum eſſe trinum & vnum. Et ut oĩa argumenta in vnum colligam, ſic argumentor. Certitudo infallibilis de aliqua re haberi põt, vel ex cauſſis, uel ex effectibus, uel ex adiũctis rerũ, & ſucceſſibus. ſed nullo iſtorum modorum põt homo de ſua gratia certificari, quod ſic oſtendo. Nam cã præcipua gratiæ eſt Deus, & diuina beneuolentia, q̃ citra diuinã reuelationem eſt nobis prorſus incognita; cauſſa vero ſecundaria ſunt diuina ſacramenta, quæ conferunt gratiam homini bene diſpoſito: ſed ex hac certificari non poſſumus. nam ſemper intentio miniſtri eſt nobis occulta, ſine qua ſacramentum non conſtat. Rurſus, ignoramus omnino an habeamus legitimam diſpoſitionem; ex effectibus uero, & operibus id non conſtat. nã ut antea dictũ eſt, licet opera uideantur recta, ignoramus ex qua radice prodeant. & hoc eſt, quod dicitur Eccleſ. 9. Sunt uiri iuſti, & ſapiẽtes, & opera illorũ in manu Dei ſunt. i. ſolus Deus iudicat operum ualorem, & pretium. Præterea, non poſſumus certificari ex rerum ſucceſſu. nam vt dicitur Eccl. 9. eadem cunctis eueniunt, & bonis, & malis.

Secun. concl.

Eccl. 5.

Pſal. 18.

1. Cor. 4.

Pſal. 2.

Philip. 2.

Rom. 11.

1. Cor. 10.

Pſal.

Concil. Trid. Seſſ. 6. & c. 13. & 14.

Gre. 3. par. paſtora. c. 9.

Sap. 14.

Pſal. 5.

Pſal. 18.

1. Tim. 1.

Tertia cõcluſio. Qui magnũ donũ perſeuerantiæ ſe certo habiturum certitudine abſoluta & infallibili dixerit, hæreticus eſt. Hæc cõcluſio eiſdem uerbis definita eſt in Concil. Triden. & concluditur euidenter ex præcedẽti cõcluſione, & eius probatione. Certe hic eſt legitimus ſenſus illius ſententiæ Eccl. 9. Nemo ſcit utrũ odio, uel amore dignus ſit, ſed omnia in futurum ſeruãtur incerta. Præterea, donum perſeuerãtiæ eſt effectus infallibilis diuinæ ꝓdeſtinationis; ſed ſecretũ diuinæ ꝓdeſtinationis eſt nobis ignotũ, dicente Paulo, O altitudo diuitiarũ, &c. & iterũ, Nolite ante tp̃s iudicare, donec ueniat Dñs, qui manifeſtabit abſcondita tenebrarũ, & occulta cordis, &c. & rurſus. Firmũ fundamentũ Dei ſtat, habẽs ſignaculũ hoc Cognouit

Tertia concl.

Concil. Trid. Seſſ. 6. c. 13.

Rom. 11.

1. Cor. 4.

2. Timo.

gnouit Dominus, qui ſunt eius. quibus uerbis ſignificatur, myſterium prædeſtinationis ſignaculo eſſe clauſum. Idem ſignificatur Apoc.20, cum dicitur, tunc allatum eſſe librum uitæ, & apertum; ut intelligamus, prædeſtinationis ſecretum in hac uita occultum eſſe.

Quarta conc.

Quarta concluſio. Nemo citra diuinam reuelationem poteſt cognoſcere ſe eſſe in gratia certitudine infallibili, licet non ſit fidei Catholicæ certitudo. Hæc concluſio ſtatuitur cõtra Catherinũ, & alios Catholicos, qui in Conc. Trid. conſtituebant geminam certitudinem infallibilem. Alteram Catholicam, & uniuerſalem, quã oẽs Catholici habere tenentur: tenentur namq; uniuerſi Catholici habere certitudinem infallibilem de myſteriis, & articulis fidei noſtræ. Alteram conſtituebant particularem, & propriam, quã Spũs Sanctus operatur in cordibus filiorum Dei, præbens illis teſtimonium, quod filij Dei ſunt, iuxta illud; Ipſe ſpiritus teſtimoniũ perhibet ſpũi noſtro ꝙ filij Dei ſumus. Hęc ſnĩa aduerſatur teſtimonijs ſãctæ Scripturæ ſuperius adductis. Ruſus aduerſatur definitioni Cõc. Trid. in quo definitum eſt, neminem poſſe eſſe certũ de ſua gratia certitudine infallibili, cui non poſſit ſubeſſe falſum. Item aduerſatur euidentib. probationibus. Nã potiſſimum argumentum, ut quis certo ſtatuat ſe eſſe iuſtum, eſt, oppetere mortem pro Chriſto: ſed hoc argũ nõ probat plenam, & infallibilẽ cognitionem, ut uidere eſt in heretico, qui moritur pro Deo, ut ipſe exiſtimat; & D. Paulus ait; Si tradidero corpus meum ita, ut ardeã; caritatem aũt non habeam, nihil mihi prodeſt; quibus uerbis ſignificat, poſſe aliquem mori pro fide cum affectu peccati mortalis, Deinde, maximum teſtimonium ad id perſuadendum eſt teſtimoniũ bonæ conſcientiæ, & nullius criminis eſſe conſciũ: ſed hoc teſtimoniũ nõ præbet infallibilem notitiam, dicente Paulo, Nihil mihi conſcius ſum, ſed nec in hoc iuſtificatus ſum. Præterea, nullum opus, ſiue externum, ſiue internum inuenitur in homine iuſto, cuius ſimile non inueniatur in peccatore: ergo ex operibus noſtris hanc certitudinem infallibilem habere non poſſumus. Vltimo, reuelatio Spiritus ſancti eſt reuelatio primæ ueritatis: ergo qui huic non credit, & dubitat an forte ſit iuſtificatus, hæreticus eſt: quod aſſerere, abſurdum eſt, & contrarium ſanctis Scripturis.

Catherinus impugnatur.

Rom. 8

1. Cor. 13.

1. Cor. 4.

Quinta conc.

Quinta concluſio. Nemo põt habere certitudinẽ moralem de ſua gratia, q̃ omnem excludat hæſitationẽ, & metum Hæc concluſio eſt contra Vegam lib.9.c.46.& 47.& contra doctiſſimum Patrẽ Soto, qui in Apologia cõtra Catherinum affirmat, poſſe aliquem ſic eſſe certũ de ſua gratia certitudine quadam morali, atq; certus eſt Romã eſſe. Et probatur in hunc modum. Nam ſanctæ ſcripturæ ſuperius adductę pronuntiant aperte; ꝙ uir iuſtus ſemper debeat eſſe pauidus, & operari ſuam ſalutem cum metu, & timore: ergo non hẽt certitudinem moralẽ, quæ oẽm excludat hæſitationem, & metũ. Deinde, id quod eſt certũ moraliter, abſq; aliqua hæſitatione poteſt iurõ confirmari: ſed nemo poteſt iurõ confirmare, ꝙ iuſtus ſit. Rurſus id quod eſt certum moraliter, moraliter euidẽs cenſetur, ut ꝙ Roma ſit, ꝙ Indi ſint; ſed nemo poteſt euidenter cognoſcere, ꝙ iuſtus ſit: ergo, Item, certitudo moralis, quæ excludit oẽm dubitationem, conuincit, & neceſſitat intellectum: nemo.n. ſanæ mentis poteſt negare, ꝙ Roma ſit; ſed homo non neceſſitatur, & conuincitur ut ſe eſſe iuſtum exiſtimet. Præterea, homo iuſtus non ſolum logice, ſed ẽt moraliter põt decipi, & ſæpenumero decipitur qñ exiſtimat ſe eſſe iuſtum: ergo non hẽt certitudinem, quæ excludat oẽm dubitationem, & metum. Vltimo, uir iuſtus ſemper hẽt rõnabilem cãm dubitandi, an fortaſſe iuſtus ſit: ergo numquã redditur ſic ſecurus, ut ſine metu ſit. Antecedens probatur: nã potiſſima argumenta quibus põt ſtatuere ſe eſſe iuſtum, non poſſunt dare tantam certitudinem, ut excludant omnem metum & hæſitationem.

Impugnatur Vega & Magiſt. Soto.

Dubitatio.

Sed numquid põt homo habere tantam certitudinẽ de ſua gratia, quantã habet, ꝙ ſit baptizatus, ꝙ ſit uerus ſacerdos, & a uero Epiſcopo ordinatus, & quantã habemus de eo, ꝙ ſacerdos hẽt intentionem faciendi ſacrm Euchariſtiæ? nam de his rebus certitudinem habemus, quãuis non cõſtent euidenter, nec ex diuina reuelatione, & quãuis dependeant ex noſtris operibus. Vt hoc dubium melius intelligatur, ſciendũ eſt, quod fides humana triplex eſt, id eſt, habet triplicem gradũ Vna eſt, quę ſemper habet adiunctam dubitationem, & formidinem, ueluti cum quis aſſentitur rei ignotæ ex teſtimonio hominis, quem fallere, & falli poſſe certiſſimum eſt Altera eſt, quæ excludit omnem dubitationem, & formidinem, quæ moraliter loquendo euidens & infallibiliter cenſetur; qualis eſt, ꝙ Roma ſit, ꝙ Indi ſint. Tertia eſt, quæ excludit omnẽ cauſſam rationabilem dubitãdi, licet rariſſime poſſit eſſe deceptio; cuiuſmodi eſt, ꝙ patres diligant filios ſuos, & ꝙ miniſtri ſacramentorum habeãt intentionem conferendi ſacramenta. His conſtitutis, ad dubium propoſitum reſpondendum eſt, & ſit ſexta concluſio.

Fides humana triplex.

Solu. dubij; Sexta conc.

Vir iuſtus non põt habere certitudinem ſuæ gratiæ, ſed tantũmodo coniecturalẽ, & q̃ non trãſcendit limites opinionis humanæ, q̃ habet ſemper formidinẽ adiunctã. ſic dicit D.Th. hic: D.Bonau. in 1.d.17.p.2, q.3. Durand q.4. Richar. q.5 Scot. q.1. art.1. Gerſõ.4.p. in opuſculo de ſignis bonis & malis. Roff. art.1.& 11, contra Lutherum. Sed certe ad comprobandã noſtram concluſionem non magnopere indigemus teſtimonijs Doctorum. nam argumenta in confirmationem præcedentis concluſionis efficaciter demonſtrant, ꝙ uir iuſtus ſemper habeat cãm rõnabilẽ dubitandi, an forte iuſtus ſit, & placeat Deo, ex quo ſequitur ſtatim, ꝙ homo iuſtus non poteſt eſſe tã certus de ſua gratia, atq; certus eſt, ꝙ eſt baptizatus, & ꝙ eſt verus ſacerdos: nam vt de ſecundo certus ſit, ſatis eſt intentio miniſtri conferentis ſacra, de qua nullam habet cauſſam rõnabilem dubitandi, aut formidandi, de primo uero, ut certus ſit, requiritur certo ſtatuere, ꝙ non habeat peccata ex ignorantia, ꝙ acceperit remiſſionem peccatorũ, ꝙ placeat Deo, ꝙ uniuerſa mandata recte impleuerit; hæc uero citra diuinam reuelationem nemini cognita ſunt.

Septima conclusio.

Septima concluſio, Licet nõ ex certitudine, ex magnis tamen cõiecturis põt vir iuſtus cognoſcere ſe eſſe in gratia. Nam pro ſolatio noſtræ peregrinationis, Spũs ſãctus teſtificatur in cordibus filiorum Dei, ꝙ filij Dei ſunt. ſic habet D.Paul. ad Rom.8. de his teſtimonijs loquitur eruditiſſime D.Ber. Certe de conſolatione, & pace iuſtorum aſſeruntur multa in ſacris litteris; vt in illo, Erit opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentiũ, & ſecuritas in ſempiternum. cui cõſonat illud, Et pax Dei, quæ exſuperat oẽm ſenſum, cuſtodiat corda veſtra, & intelligentias veſtras. Sed quamquã hæc pax magna ſit, numquã reddit hominem ſic ſecurum, vt prorſus ſit ſine metu. nam vt dicit D. Aug. in Soliloquio; Vita hic verſatur in periculis, via in exilio, finis in dubio. His poſitis, ad argumenta ſatisfaciẽdum eſt, & in primis teſtimonia Scripturæ ſũt explicãda.

D. Bern. ſerm. in octa. Paſc. ſerm. 3. de aduentu ſer. 5. de dedicatione Eccleſiæ ſer. 1. in pſalmis Eſa. 32. Phil. 4.

Ad primum teſtimonium ſacræ ſcripturæ reſpõdetur, duplex eſſe genus diuinæ promiſſionis. Alterum diſpoſitionis certæ, quod numquam mutatur, etiam propter hominum peccata: huiuſmodi eſt promiſſio de Chriſto naſcituro, de quo dicit Paulus; Numquid incredulitas illorum fidem Dei euacuabit? abſit Alterum eſt conditionatum: huius generis eſt de uenia danda peccatoribus promiſſio, ſi egerint ueram pænitentiam. & quoniã uera ſui conuerſio nemini citra diuinam reuelationem cognita eſſe poteſt, ideo nemo poteſt certo ſtatuere, quod remiſſionem peccatorum acceperit D Paul. loco citato loquitur de prima promiſſione, ut patebit legenti textum.

Ad argum. ex ſcripturis adducta reſpõdetur. Ad primum teſtimonium.

Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ iſte locus habet uariam lectionem quidã codices legunt; Pacem habemus. quam lectionem interpretatur D.Ambr. Chryſo. vero & Theophil. legunt, Habeamus, & utraq; lectio bona eſt. Si legamus, habeamus, ſenſus eſt, nõ amplius peccemus, ſed pacẽ cũ Deo ſeruemus, perſiſtẽtes in iuſtitia ſemel accepta; Si uero legamus; pacẽ habemus; explicatio eſt, iuſtificati ex fide iã habemus Deũ placatũ, & reconciliatũ nobis, quẽ prius pp peccata infenſum habebamus. Hic eſt cõmẽtarius D. Ambr. ſm quem hic locus non facit pro ſecuritate conſcientiæ Lutheranorum, excludente oẽm dubitationem, & metum. Sed quamquam hæc ſnĩa intelligatur de ſecuritate, & pace conſcientiæ, quam uiros iuſtos habere certiſſimum eſt, nihil fauet Lutheranis. nam hæc ſecuritas conſcientiæ numquam eſt adeo infallibilis, ut reddat homines ſecuros abſq; omni metu, & trepidatione.

Ad ſecund.

ad tertium

Ad tertium reſpondetur, ꝙ teſtimonium Spiritus ſanƈti eſt uita ſanƈta, & motus pij in Deum, quos in nobis efficit Spiritus ſanƈtus. Hic eſt commentarius Diui Ambroſij, ſecundum quem hic locus nihil facit pro fide Lutheranorum ſpeciali. Secundo reſpondetur, concedendo Spiritum ſanƈtum teſtificari in cordibus filiorum Dei, ꝙ filij Dei ſunt. Rurſus, concedendo teſtimonium Spiritus ſanƈti eſſe infallibile, ex hoc tamen non eſt conſequens, ꝙ homo iuſtus poſſit certo ſtatuere de ſua iuſtitia. Nam ut aliquis aſſentiatur ex teſtimonio alterius infallibiliter, duo ſunt neceſſaria: vnum, ꝙ teſtimonium ſit infallibile; alterum, ꝙ conſtet de illo, ei, qui aſſentitur. Itaq; dico, ꝙ Spiritus ſanƈtus interdum inducit hominem iuſtum ad iudicandum, ꝙ ſit in gratia; ſed quoniam non cognoſcit, vtrum iſte impulſus ſit a Spiritu ſanƈto, ideo nemo poteſt certo ſtatuere de ſua iuſtitia. Vltimo dico, ꝙ hoc teſtimonium Spiritus ſanƈti eſt cōditionale: quod patet ex textu: ſic enim habet textus; Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro, ꝙ filij Dei ſimus; ſi filij, & hæredes, ſi tamen compatimur, vt conregnemus: quod uero ex animo, & legitime compatiamur Chriſto, hoc nobis ignotum eſt.

Ambro.

ad quartum

Ad quartum reſpondetur, ꝙ ille locus euidenter probat, ꝙ merito debeamus concipere magnam ſpem, & fiduciam de Dei miſericordia, qui dilexit nos, & tradidit ſemetipſum pro nobis: cum hac autem confidentia pſiſtit quidam religioſus metus, & trepidatio; non quæ ex diffidentia erga Deum naſcatur, ſed ex cognitione pprię imbecillitatis, ne forte ī aliquod deficiamus. Ad illud; Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti: certus ſum &c. Reſpondetur, ꝙ loquitur de ſeipſo qui de ea re habuit ſpecialē reuelationem. Vel dicendum eſt, ꝙ illis uerbis explicat ingenium, & naturam caritatis, quæ eſt nolle ab amico ſeparari. Similis locutio eſt in illa ſententia Diui Ioānis; Qui natus eſt ex Deo, non peccat; id eſt, quantum eſt ex caritate non peccat, bene autem ex defeƈtu liberi arbitrij. Vltimo dicendum eſt, ꝙ certitudo apud D. Paulum non ſemper ſignificat certitudinem infallibilem, ſed aliquādo probabilem, & humanam: dicit enim Ro. 15 Certus ſum fratres ꝙ eſtis pleni dileƈtione: & 2. Timo. 1. Certus ſum, ꝙ habitat in te fides non ficta; nemo aūt dicat, ꝙ loquatur D. Paulus de certitudine infallibili: non. n. habebat diuinam reuelationē, ꝙ Romani eſſent pleni dileƈtione, aut ꝙ Timotheus eſſet uere fidelis.

Certitudo apud Paul. non ſemper ſumitur pro certitudine infallibili.

2. Tim. 1.

Ad quintum

Ad quintum rñdetur, ꝙ omnes in genere, & ī communi ſcimus, magna & pretioſa dona ueris iuſtis eſſe parata: vtrum uero nos ſimus uere iuſti, id prorſus ignoramus.

ad ſextum

Ad ſextum reſpondetur, non eſſe paruam gloriam nulla palleſcere culpa, nullius criminis eſſe conſcium, & habere ſecuritatem conſcientiæ.

ad ſeptimū,

Ad ſeptimum reſpondetur, ꝙ D. Paulus admonet Corinthios, ut ſe probent quantum fieri poteſt, utrū in fide pſiſtant. Itē dico ex hoc loco optimē probari poſſe, nos certo cognoſcere, ꝙ habeamus fidem diuinam, & ſupernaturalem: de quo infra diſputandum eſt.

ad teſt. Ioā.

Ad teſtimonium D. Ioannis reſpondetur, ꝙ illa certitudo eſt conditionata; ſi diligamus; nemini autem compertum eſt, vtrum diligat ex dileƈtione ſupernaturali.

ad teſt. ex Apoc.

Ad teſtimonium ex Apoc dicendum eſt, non poſſe negari quin viri ſanƈti habeant magnas conieƈturas, & indicia uehemēter probabilia, quib. probabiliter cognoſcant dona diuinitus collata ſe accepiſſe, prout inferius demonſtrabitur. Ad aliud ex D. Petro dicendum eſt, ꝙ nihil facit pro hæreſi huius temporis, de certitudine gratię, & pdeſtinationis: quia non refert D. Petrus hanc certitudinē ad fidē, ſed ad bona opera, ſiue ad uirtutes, quas ante recēſuit, quæ certitudo, probabilitas eſt Grętanica ſcholia interpretātur, vt nullo modo hic locus ſeruire poſſit hæreſi de fide ſpeciali, & ſecuritate perſeuerantię: Certam (aūt) & firmam facite uocationem ueſtram, & eleƈtionē, alijs uitam ueſtram, & mores conſiderantibus.

ad teſtim. D. Petri.

ad ſententias ſanƈtorum Patrum

Ad ſententias ſanctorum Patrum, ut reſpondeant quidam in magnas ſe conijciunt anguſtias, & inducunt opiniones minime probabiles. In primis dicunt, ꝙ Sanƈti in hac uita aliquando habent teſtimonia quędā adeo uehementer probantia, & teſtificantia, ꝙ ſint in grã, & ſecuritate conſcientiæ, ꝙ tunc nullam de hac re poſſunt habere dubitationem, ac trepidationem. Dicunt ſubinde, tale teſtimonium, licet ſit ualde magnum, & veluti conuincens intelleƈtum, non eſſe infallibile. quo fit, ut poſtmodum tranſaƈto illo motu dubitare poſſint, in tale teſtimonium fallibile, & incertum fuerit, cum illi non habuerint ſpecialem reuelationem; quāmuis manente inſtinƈtu Spiritus ſanƈti non ſinantur dubitare, aut trepidare: uerum poſtmodum redeuntes ad ſe, & conſiderantes propriam infirmitatem, incipiunt dubitare, num in aliquo falſi, & decepti fuerint. Hæc ſententia uidetur mihi falſa, & improbabilis, ut me a peiori cēſurā temperem. Nā dū dicūt, ꝙ permanente inſtinƈtu Spiritus ſanƈti non ſinuntur, neque poſſunt dubitare, aut trepidare, incidunt in errorem. Nam vel Deus reuelat illis, ꝙ ſunt in gratia, & Dei amicitia, quod dicere abſonum eſt, & a uera Theologia alienum: nā hoc eſt inducere reuelationes ſpeciales, & illuminationes temere, & ſine cauſa, qđ ad hęreſim Illuminatorum ſpeƈtare vr. Itē, ſi diuina reuelatio fuit: ergo ēt poſtmodum tranſaƈto inſtinƈtu ſunt certi, ſic adeo ut dubitare, & trepidare non poſſint. nam de diuina reuelatione dubitare numquam licitum eſt. Si uero non fuit diuinitus reuelatum, quō non poteſt homo de hac re dubitare, ac trepidare, cum nulla res, nullumve argumētum poſſit reddere hominem certū de ſua gratia, & remiſſione peccatorum iam ſubſecuta, niſi diuina reuelatio? Certe hæc argumenta (uel ego ſum cæcus) conuincunt, hanc ſnīam eſſe omnino improbabilem. Sed & hoc argumentum hoc ipſum efficaciter commonſtrat. Nam, ut conſtat ex diuinis literis ſuperius adduƈtis, nemo ſecundum legem ordinariam poteſt eſſe certus de ſua gratia abſque formidine, & trepidatione. quomodo ergo uerum eſt, ꝙ uiri ſanƈti, pmanente quodam impetu Spiritus ſanƈti, non poſſunt dubitare, aut trepidare de ſua ſalute? Profeƈto ſi hic impetus de quo prædiƈti auƈtores loquuntur, tantam certitudinē pſtat, furor eſt, & inſania, facitq; homines inſanos, & ſui minime compotes. Igitur hac ſententia ſic labefaƈtata, pro uirili admittēdum eſt ſanƈtis Patribus congruam ſolutionem, & explicationem adhibere.

Prim. ſolut.

Prior ergo ſolutio eſt, quod tā uaria poſſunt eſſe Spiritus ſanƈti teſtimonia ad teſtificādum hoc, quod ſit filius Dei, ꝙ poterit adipiſci ſecuritatē, & tranquillitatē cōſciētiæ: numquā tñ tanta eſt in hac uita, ut reddat animū hominis abſq; oī metu. Nā & Hilariō (cuius vitā ſcripſit D. Hiero.) itē & D. Aug. poſt multos annos in obedientia trāſaƈtos, ſoliciti erāt cum iā eſſent morituri. Atqui hæc eſt prior ſolutio. Altera eſt, ꝙ uiri iuſti ſunt certi de ſua gr̃a, & nonnumquā ſecuri, certitudine pbabilitatis, & cōfidētiæ de qua loquebatur Paulus cū dicit, Certus ſum quod neq; mors, neque uita, &c. poterit me ſeparare a caritate Chriſti Ieſu & in epiſtola ad Tim. dicit, Certus ſum ꝙ fides habitet in te nō ficta. & in epiſtola ad Ro. Certus ſum & ego ipſe de uobis, qm̄ & ipſi pleni eſtis dileƈtione. Vñ diſcimus, certitudinē hāc ptinere ad omnē pſuaſionē, & non infallibilē, ſed probabilē tm̄. Nemo. n. dicat Paulum fide crediſſe Romanos plenos fuiſſe dileƈtione, aut Timoth fuiſſe uere fidelē: nā taliū rerū non ſolet eſſe reuelatio. Tertia ſolutio eſt, ꝙ ſanƈti Patres loquantur de certitudine confidentiæ: itaq; ſunt ſigna certiſſima q̄ nos cōmouent, ut cōfidamus peccata nobis eſſe dimiſſa. Vt uero hæc certitudo exaƈte intelligatur, quō a certitudine fidei differat, aduertat Theologus, eſſe latiſſimū diſcrimē. Itaque hæc duo differunt ualde; Credo certa fide me cōſecuturū ſalutē, aut remiſſionem peccatorū; & Spero certo me cōſecuturū ſalutē, aut peccatorū remiſſionem. Primū eſt Lutheranū; Secundū eſt dogma Catholicum. Nam ad ueritatē primi requiritur, ꝙ Deus reuelauerit mihi meā ſalutē, aut pdeſtinationē, ad ueritatē uero ſecundi ſatis eſt, ꝙ credā beatitudinē mihi eſſe poſſibilē, & affuturā quidē, ſi p me nō ſteterit: qđ eſt ex parte diuinæ miſericordiæ, & omnipotentię: ſicuti ad ueritatē ſpei, quā cōſtitui in hac re, ſatis eſt eſſe mihi exploratū, ꝙ per illum numquā ſtabit; licet non ſim certus, an ego ex ignauia, & puſillanimitate deficiā. Sed hoc in quarta huius articuli cōtrouerſia exponendū erit, ubi etiam numerabuntur, quæ ſint illa quę noſtram confidentiam certam reddant, & efficiant.

Secun. ſolut.

Rom. 8

Ter. ſolut.

Rationes ſoluuntur. ad primum

Ad primum argumentum reſpondetur, quod non habet magnam difficultatem; tum, quoniam non nobis conſtat de intentione baptizantis; tum uero, quoniam non certo conſtat vtrum ueram, & legitimam diſpoſitionē ad ſacramentum habuerimus: tum tertio, quoniam non certo conſtat, vtrum ex ignorantia culpabili impedimentum aliquod gratiæ ſuſcipiendæ poſuerimus. Ad confirmationem dicendum per omnia ſicut ad præcedens argumentum: quibus addendum, ꝙ in ſacramento pœnitentiæ nūquam eſt certo exploratum, an propoſitum cauendi peccata in futurum firmum ſit, & ſtabile, ſicut oportet, ut ſacramentum conferat gratiam.

ad ſecundū

Ad ſecundum reſpondetur, nō eſſe certum apud Theologos, Vtrum facienti quod in ſe eſt ex facultate naturæ, ſemper Deus gratiam conferat: de hoc enim uerſantur opiniones Doctorum. Deinde, non eſt certum, & exploratū, ꝙ iſte faciat quod in ſe eſt: nam ſæpenumero mens humana ſibi mentitur, & fingit ſe amare quod non amat.

ad tertium

Ad tertium reſpondetur, non certo nobis conſtare, ꝙ uere, & ex animo moriamur pro Chriſto: quod uidere eſt in homine hæretico, qui exiſtimat ſe mori pro Chriſto, q tamen pro ſuo errore moritur. Secundo dico, non eſſe certum inter Theologos, vtrum martyrium cōdonet delicta ſine uera pœnitentia, & conuerſione; uera autem pœnitentia citra diuinam reuelationem nemini poteſt eſſe cognita. Ad primam confirmationem reſpōdetur, ꝙ Eccleſia de hac re habet maiorem certitudinē: nā in Canonizatione Sanctorum (quantum ego exiſtimo) habet aſſiſtentiam Spiritus ſancti, ut numquam decipiatur. Ad ſecundā confirmationem dicendum, ꝙ in ſolo caſu argumenti propoſiti poteſt quis ſtatuere certo ꝙ alius ſit in gratia ſine ſpeciali reuelatione: ipſe aūt infans qui baptizatur nondum eſt capax ad hoc dijudicādum, & ideo non eſt certus; alij vero qui interſunt, de hac re certitudinem infallibilē habere non poſſunt; quia non poſſunt ſtatuere an miniſter habuerit intentionē faciendi, quod facit Eccleſia; neq; ue ro poteſt eſſe certitudo abſq; formidine, qn̄ adulti baptizantur, an adulti ponāt obicē, & impedimētū ſacramēto.

ad primam confir.

ad ſecundā

ad quartum

Ad quartum reſpondetur, ꝙ homines habent probabilitatem humanam, ꝙ præceptum dilectionis impleuerint, & hoc ſatis eſt ad pacem, & tranquillitatē conſcietię.

ad quintū

Ad quintum reſpondetur, ꝙ puer dum peruenit ad uſum rationis, non certo cognoſcit an ſit uere baptizatus. Deinde, non certo cognoſcit, qn̄ peruenit ad uſum rōnis. atq; adeo non poteſt certo cognoſcere, utrum habeat aliquod peccatum occultum ex ignorantia culpabili.

ad vltimum

Ad vltimum non poteſt exacte reſponderi, niſi prius exponamus ſecundam quæſtionem propoſitam.

Vtrum poſſimus certo cognoſcere nos habere fidem diuinam

Secūda igitur quæſtio eſt; Vtrum poſſimus certo, & infallibiliter cognoſcere, ꝙ habeamus fidem diuinam, & ſupernaturalem. A parte negatiua ſic arguitur.

prim. argu.

Nam infallibilis certitudo tantum reddit nos certos de diuinis reuelationibus, quas Eccleſia proponit: ſed diuina reuelatio non pronuntiat iſtum aut illum habere fidē ſupernaturalē; nec id Eccleſia proponit: ergo non eſt certitudo infallibilis, ꝙ habeamus fidem ſupernaturalē.

ſecundum

Secundo, fides diuina, & ſupernaturalis non ſolum pēdet ex diuina reuelatione, ſed ex meo corde, ex meo aſſenſu, ex mea firmitate qua credo: ſed nemo poteſt certo ſtatuere, ꝙ credat ea firmitate, & ueritate quæ neceſſaria eſt. quod conuincitur optimo argumento. Nam hæreticus exiſtimat ſe credere rectiſſime, & firmiſſime: at non uere credit: ergo.

tertium

Tertio, peccatum infidelitatis, ex ignorantia culpabili procedens, deſtruit fidem, ut plane conſtat: ſed nemo poteſt certo ſtatuere ſe non uerſari in aliquo errore culpabili cōtra fidem: quod patet ex illo, Delicta quis intelligit? certe de his delictis loquebatur Paulus cum dicebat, Miſericordiam conſecutus ſum, quia ignorans feci in incredulitate mea: ergo nemo hominum poteſt habere infallibilem certitudinem quod habeat ueram fidem, & diuinam.

Quartum.

Quarto, potiſſimum argumentū ad cognoſcendum, ꝙ habeamus ueram fidē, eſt, mortē pro ea oppetere: ſed hoc argumentum fallax eſt, & non præſtat infallibilem certitudinem, ut uidere eſt in hæretico, qui ſe exiſtimat mori pro uera, & recta fide: ergo. Quinto, opinio eſt probabilis multorum Theologorum, quod fides de nouo numquam infunditur ſine ſpe, & caritate: & certum eſt ꝙ fidem diuinam ſemper comitatur ſpes, niſi per peccatum deſperationis auferatꝰ. ergo ſi Chriſtianus eſt certus certitudine infallibili, ꝙ habet fidem diuinam, erit aliquando certus ſe habere ſpem, & caritatem. quod eſt dogma hæreticum; neſcit enim hoc, vtrum odio uel amore dignus ſit.

Quintum

ſextum

Item; ſi Chriſtianus haberet certitudinem infallibilē, ꝙ haberet ueram fidem, maxime propter illam rationē, q̄ præcipue exaggeratur. De fide eſt, quod nemo poteſt certo, & incunctanter aſſentiri omnibus quæ proponit Eccleſia, niſi habeat fidem diuinam, & ſupernaturalem: ſed nos videmus aſſentiri firmiter, & ſine formidine omnib. quæ proponit Eccleſia: ergo certi ſumus, ꝙ habemus lumen fidei diuinæ. Sed hæc ratio nihil valet: quamuis enim experiamur nos qualicumq; credulitate aſſentiri doctrinæ Eccleſiæ; at non ſumus certi quod credamus tanta firmitate, & conſtantia, quantam expoſtulat fides diuina: & licet compertum eſſet nobis, non credere conſtantiſſime, ex hoc non licet colligere, ꝙ habeamus fidem diuinam: nam hæreticus credit magna conſtantia, & firmitate; qui tamen ueram fidem non habet.

ſeptimum

Itē, ſi eſt certitudo fidei infallibilis, ꝙ Chriſtianus habet fidem diuinā, & ſupernaturalē, ſequitur ꝙ unuſquiſque tenetur hoc credere, ſicut credit alios articulos fidei; & ꝙ qui de hac re dubitat, hæreticus eſt. hoc aūt aſſerere, duriſſimum eſt. nam hoc uerſatur in Doctorū opinione.

Vlti.

Vltimo, cognitio certa de aliqua re haberi non poteſt niſi ex propria cauſſa, uel ex effectibus. ſed nullo iſtorum modorum poſſumus certo ſtatuere quod habeamus fidē diuinam. quod ſic oſtēdo. Nam cauſſa fidei diuinæ eſt diuina reuelatio: de nemine autem pronuntiat diuina reuelatio, ꝙ ſit uere fidelis; de nemine, inquam, nunc in terra viuentiū. Effectus uero eſt oppetere mortem pro fide. ſed hoc argumentum non cōcludere, ſupra ſatis demonſtratum eſt.

Pri. conc. Aug.

Pro explicatione huius qōnis eſt prima cōcluſio. Cuiq; Chriſtiano euidentiſſimum eſt ſe credere. nā hoc ipſum in ſe experitur. unde dicit D. Aug. 13. de Trini. c. 1. Video me credere, ſi credo. idem aſſerit in opuſculo de fide rerū inuiſibilium c. 1.

ſecū. conc

Secunda concluſio. Chriſtianus non eſt certus certitudine fidei infallibili quod credat per habitum fidei infuſum. nam non eſt certum ſecundum fidem catholicam, ꝙ habitus infuſi ſunt conſtituēdi. ſed de hoc opinio Doctorum uerſatur, ut antea dictum eſt in materia de uirtutib. ergo nemo habet certitudinem, ſed tantum opinionem, quod habeat habitum fidei.

tertia conc.

2. Cor. vlt.

Tertia concluſio. Chriſtianus certitudine fidei infallibili, cui non poteſt ſubeſſe falſum, certo cognoſcit ſe habere fidē ſupernaturalem, & aſſenſum fidei diuinę. Probatur hæc concluſio ex illo, Voſmetipſos tentate ſi eſtis in fide: ipſi uos ꝓbate. Certe D. Pau. loqtur de ꝓbatione legitima, & minime fallibili. Secundo probatur auctoritate Patrum. D. Ambr. Theoph. Lyranus, explicantes illū locū expreſſe dicunt, nos poſſe certo, & incunctāter cognoſcere fidem miraculorum, quæ non minus diuina eſt q̄ fides catholica. D. Th. elucidans prædictam ſn̄iam ſuper Paulū dicit, quod poſſumus certo cognoſcere nos hr̄e fidē informē, qn̄. ſ. credimus ea quæ proponit, & tenet Eccleſia. idē hēt expreſſius hic ſolutione ad ſecundum. Dominus Caietanus hic dicit aperte, quod ex actibus fidei fidelis certo cognoſcit ſe habere fidem, quod eſt donum Dei; ſicut credit omnia alia credibilia, incarnationem, reſurrectionem. Scotus in 3. diſt. 23. quæſtione unica pro comperto habet, quod ſicuti credimus Deum eſſe trinum, & unum; ſic credimus nos habere fidem diuinam, & infuſam. Soto in Apolog. contra Catherinum capitulo 5. dicit, quod euidentiſſime uideo me credere Deum eſſe trinū, & unū, ſi credo; ſed non uideo an credam per fidem infuſam: ſed fide hoc teneo, quod habeam fidem infuſam. Vega libro nono ſuper Concilium Tridentinum can. 37. non abhorret ab iſta ſententia. Denique omnes qui hac ætate ſcribunt cōtra Lutheranos, pro comperto habent; ꝙ ſi homo eſſet tam certus de ſua gratia, atque eſt certus quod eſt

Ambr. Theop. Lyra. D. Tho.

Scot.

Mag. Soto

Vega.

Deus trinus & unus, haberet certitudinem infallibilem de ſua gratia. His teſtimonijs accedũt rationes optimæ, quarum prima eſt. Homo Chriſtianus eſt paratus negare omnem ſenſum, ſcientiam, & omnem euidẽtiam potius quam a perſuaſione fidei diſcedat: ergo habet certitudinẽ ſupra omnem certitudinẽ, ꝙ habet fidem ueram, & diuinam; alioqui quomodo poteſt habere talem animi præparationem & firmitatem? Secunda, uel Chriſtianus eſt paratus negare omnem euidentiam, & certitudinem priuſquam a ueritate fidei dimoueatur, uel non eſt paratus. Si primum, habeo intentum. Si ſecundum, Chriſtianus non eſt. Tertia, Chriſtianus non petit a Deo ut tribuat ei uerã fidem, ſed ut augeat fidem. Rurſus, non petit a Deo ut illuminetur an habeat ueram fidem, ſed ut confirmetur in uera fide: ergo argumentum certiſſimum eſt, quod fidelis habet certitudinem infallibilem quod habeat fidẽ diuinam. Quarta, Si Chriſtianus nõ eſt certus certitudine infallibili, ꝙ habeat fidem diuinã, & aſſenſum fidei ſupernaturalis, ſequitur ꝙ poſſit dubitare an ſua fides, & ſuus aſſenſus ſit fallax: quod eſt falſiſſimum: nã dubius in fide infidelis eſt. Quod recte ſequatur, patet: nam ſi fidelis de hac re non habeat certitudinem infallibilem, poterit ergo merito dubitare an ſuus aſſenſus ſit fidei diuinæ, an humanæ, quæ fallax eſt. Sed reſpondebit Theologus, ꝙ fidelis merito dubitat, an credat tanta firmitate, & promtitudine quantam fides diuina requirit: certus tamen eſt ex parte obiecti, & ex parte rei Deum eſſe trinum & unũ, & myſteria religionis eſſe ueriſſima. Contra. Nam fidelis eſt certus certitudine infallibili Deum a parte rei eſſe trinum & unum, & myſteria religionis eſſe uera: ſed hanc certitudinem infallibilem nulla res præſtat niſi diuina reuelatio, & teſtimonium Spiritus ſancti: ergo eſt certus infallibiliter, ꝙ habet diuinam reuelationẽ. Deinde, ab eo quod res eſt, uel non eſt, propoſitio dicitur uera uel falſa, aſſenſus uerus uel falſus: ſed fidelis eſt certus certitudine infallibili ꝙ Deus a parte rei eſt trinus & unus: ergo eſt certus eadem certitudine ꝙ ſuus aſſenſus eſt infallibilis. Præterea, lumen fidei ad hoc nobis tribuitur, ut præſtet certitudinẽ, qua certiſſime diuinis reuelationibus aſſentiamur. Deus enim præcipit nobis ut diuinis reuelationibus aſſentiamur; & nõ deficit in neceſſarijs: ergo præſtat nobis lumen fidei, quo de hac re certiſſimi efficiamur. Vltimo, de ratione ſcientiæ eſt, ut homo habeat certitudinẽ de his quorum habet ſcientiã, & de ratione fidei eſt, ꝙ habeat certitudinem fidelis de his quorum habet fidẽ: ergo qui habet ſciẽtiam, uel fidem, certus eſt ſe habere illam: argumentum eſt Diui Thomæ hic ad ſecundum. Sed pro maiori huius rei explicatione tria principia ſunt obſeruanda, ex quibus facile erit cognoſcere, quam ualida ſint argumenta ſuperius adducta.

Nemo firmo aſſenſu põt credere, niſi doceatur a Spiritu ſãcto.

Primo ſtatuendum eſt firmiſſima fide, neminem poſſe certo, & incunctanter aſſentiri omnibus reuelationibus quas proponit Eccleſia, niſi doceatur a Spiritu ſancto. Poterit quidem homo ex ſua opinione credere cum formidine ueritatibus reuelatis, ſicut credit hiſtorijs Salluſtij, aut Liuij. Rurſus, hæreticus ex ſua pertinacia credit conſtantiſſime aliquibus articulis fidei: cæterum credere certo, & incunſtãter omnibus reuelationibus quas proponit Eccleſia, ſub iſta ratione, quia ſunt a Deo reuelatæ, non poteſt facere niſi doceatur a Spiritu ſancto.

Vltima reſolutio fidei an ſit in primã ueritatẽ.

Secundo notandum eſt, ꝙ ultima reſolutio certitudinis & infallibilitatis, quæ eſt in aſſenſu fidei, reducitur in teſtimoniũ primæ ueritatis, iuxta illud; Qui credit in me, habet teſtimoniũ Dei in ſe. Itaq; ſicut ultima reſolutio ſcientiæ ſit in prima principia ex quibus cauſſatur: ita ultima reſolutio fidei ſit in teſtimoniũ primæ ueritatis. Itaq; hæc eſt infallibilis argumentatio; Ego ſum certus certitudine fidei, ꝙ Deus ſit trinus & unus: ergo ſum certus eadem certitudine ꝙ habeo teſtimonium Dei in me.

Qui dubitat de aſſenſu, dubitat de obiecto.

Tertiũ principiũ. Aſſenſus alicuius rei, & obiectũ circa qd uerſatur, ſic ſe habent, ꝙ nemo põt dubitare de ueritate, aut certitudine aſſenſus, quin conſequenter dubitet de ipſo obiecto. v. g. habeo demonſtrationem, ꝙ triãgulus habet tres angulos, &c. ſi incipio dubitare an meus aſſenſus ſit uerus, incipio dubitare, an a parte rei triangulus habeat tres angulos: ꝙ ſi certus ſum de obiecto, eãdẽ certitudinem de aſſenſu habeo. Ex his principijs colliguntur optima argumenta. Ex primo concludo hoc argumentum. De fide eſt, neminem poſſe certe, & indubitãter credere omnibus quæ proponit Eccleſia, niſi doceatur a Spiritu ſancto: ſed ego experior quod credo indubitanter omnibus quæ proponit Eccleſia: ergo ſum certus quod habeo teſtimonium Spiritus ſancti.

Ex ſecundo principio elicio hoc argumentum multo euidẽtius. Fidelis credit certitudine fidei quod Deus eſt trinus & unus: ergo eadem certitudine certus eſt quod habet teſtimonium Dei in ſe.

Ex tertio ſic colligo. Ab eo quod res eſt, uel non eſt, aſſenſus dicitur uerus, uel falſus: ſed fidelis certitudine fidei certus eſt quod Deus a parte rei eſt trinus & unus: ergo eadem certitudine certus eſt quod ſuus aſſenſus infallibilis eſt, & diuinus.

Fides & gratia quo ad certitudinẽ multis differunt.

Ad cõfutanda argumẽta in cõtrariũ ſciẽdũ eſt, ꝙ multis differt inter fidẽ, & gratiã, quãtum ad certitudinẽ ſpectat. In primis, fides ponitur in intellectu ad dandã certitudinem de diuinis reuelationibus; gratia uero, & caritas potius ad uoluntatẽ ſpectare uidentur. Rurſus, fides habet regulã externam, per quã examinatur, utrum uera ſit, & recta, nẽpe Eccleſiam uiſibilẽ, quæ eſt columna, & firmamentũ ueritatis; gratia uero, & caritas non habẽt talẽ regulã. Tertio differunt. Nã gratia dependet ex diuina acceptatione, & beneuolẽtia; fides uero minime. His conſtitutis ad argumenta propoſita ſatisfaciendum eſt.

Argumenta ſoluuntur. ad primum

Ad primum reſpõdetur. Deum reuelaſſe, quod qui certo & infallibiliter credit Deum eſſe trinum & unum, habet in ſe diuinam reuelationem, & teſtimonium Spiritus ſancti. nã fides eſt lumen quoddam; & lumen non ſolum manifeſtat alia, ſed etiam ſeipſum. Rurſus, ſcientia non ſolum præſtat euidentiam obiecti, ſed euidentiam ſui ipſius. qui enim cognoſcit euidenter triangulũ habere tres angulos &c. cognoſcit euidenter ſe huius rei euidentiam habere. Secundo reſpondetur, quod uirtus fidei non ſolũ illa eſt, quæ reuelata eſt immediate, ſed etiam quæ deducitur per cõſequentiam euidentem ex diuinis reuelationibus. hæc autem ueritas, quod fidelis habeat ueram fidẽ, deducitur ex reuelatis per euidentem cõſequentiam, ad hũc modum. De fide eſt, neminem poſſe aſſentiri omnibus quæ proponit Eccleſia, niſi habeat ueram fidem, & diuinam. ſed ego experior quod aſſentior omnibus quæ proponit Eccleſia. ergo habeo ueram fidem.

Secunda ſolutio.

ad ſecundũ

Ad ſecundum, concedo fidem diuinã non ſolum pendere ex diuina reuelatione, ſed ex fortitudine, & firmitate qua fideles credunt: ſed fideles ea certitudine, qua credunt Deum eſſe trinũ & unũ, credunt ſe habere teſtimonium Dei in ſe; maxime quia certificãtur ex regula fidei externa, nimirũ ex Eccleſia, quæ eſt columna, & firmamẽtum ueritatis. certificãtur præterea ex lumine fidei, quod ideo a Deo nobis tribuitur, ut nos certos efficiat.

ad tertium

Ad tertium rũdetur, ꝙ fidelis certiſſimus eſt quod nõ habet errorem periculoſum cõtra fidem. nam credit omnibus quæ proponit Eccleſia, quæ eſt fidei magiſtra.

ad quartum

Ad quartũ rũdetur, ꝙ potiſſimũ argumentũ fidei non eſt oppetere mortẽ pro ea, ſed credere oĩbus q̃ proponit Eccleſia ex teſtimonio Spiritus ſancti intus teſtificantis.

ad quintum

Ad quintum reſpondetur, quod illa opinio non eſt uera, ſicut oſtenſum eſt in materia de uirtutibus. Deinde dico, dato ꝙ uera eſſet, eſt opinio; ex opinione uero nõ ſequitur certitudo infallibilis, ſed tantum ſequitur, quod aliquando habeamus opinionem probabilem quod habemus caritatem, quod eſt ueriſſimum.

ad ſextum

Ad ſextum reſpondetur, illud argumentum eſſe optimum, de cuius efficacia in probationibus noſtræ concluſionis copioſe diſputatum eſt.

ad ſeptimũ

Ad ſeptimum rũdetur, ꝙ fidelis tenetur credere ꝙ habet fidem diuinã, qui ſi de hac re dubitat, hæreticus eſt. Hæc eſt noſtra ſententia. Secundo dico, fidelẽ ad hoc non teneri; tũ, qm̃ de hoc uerſantur opiniones Doctorum; tũ qm̃ Eccleſia de hac re nihil haſtenus definiuit, licet fortaſſis ita ſit: quẽadmodum multa dogmata tenemus nũc de fide, de quibus priſco tẽpore erant opiniones Doctorum: ut ꝙ Spiritus ſanctus procederet a Patre, & Filio.

ad ultimum

Ad ultimum reſpõdetur, quod ex cauſſa, & ex effectibus

bus cognoſcit Christianus ſe habere fidem diuinam. Ex cauſis quidem, quoniam cognoſcit ſe habere diuinã reuelationem, ſicut ſupra oſtenſum eſt. Ex effectibus uero, quoniam credit omnibus, quæ credit Eccleſia.

Quidã argumẽta propoſita in cõfirmationẽ cõcluſionis diſſolvere conãtur, & probabiliter oppoſitũ defendunt.

Sed antequam hinc diſcedamus, operæpretium eſt explicare rationes quibus viri docti arbitrantur ſe poſſe argumentis ſatisfacere noſtris, & contrariã defendere opinionem. In primis aſſerunt, ꝙ certitudo, qua aliquis credit ſe habere fidem ſupernaturalem, & diuinam, numquã eſt tanta, quanta eſt de ueritatibus a Deo reuelatis. Itaque nemo Chriſtianorum eſt tam certus, ꝙ habeat fidem ſupernaturalem, ſicuti certus eſt ꝙ Deus eſt trinus & unus. Quod ſic oſtenditur. Nam etiam iuxta opinionem illorũ, qui certitudinem infalubilem de ſua fide introducunt, fides non cauſat directe, & immediate illũ aſſenſum, ſed per reflexionem intellectus ſupra ſuum actũ; fides enim directe tantum certos nos efficit de reuelatis a Deo: ex quo argumentando colligit Chriſtianus ſe habere fidem infuſam, & cõficit hunc ſyllogiſmum; Ego credo certa fide, & infallibili Deum eſſe trinum, & vnũ: ſed nemo poteſt certa & infallibili fide credere, niſi habeat lumen fidei: ergo ego habeo lumen fidei, & teſtimoniũ Dei in me. At nullus eſt diſcurſus Theologicus qui ſit tam certus ſicut aſſenſus principiorum, unde talis diſcurſus originem trahit: ergo nemo põt eſſe tam certus ſe habere fidẽ diuinã, atq; ſi certus eſt Deum eſſe trinum & unum. Deinde dicunt, poſſe optime euenire, ꝙ aliquis Catholicus non amittendo fidẽ poſſit dubitare, & ignorare an habeat fidẽ infuſam, & diuinam, ut patet in hominibus ſcrupuloſis, qui dubitant, an fortaſſis prolapſi fuerint in hæreſim: at hæc dubitatio nõ deſtruit fidem: ſimiliter põt quis dubitare, an credat tanta firmitate, & conſtantia quantã expoſtulat fides. Dicere uero ꝙ hæc animi trepidatio, & formido deſtruat fidem, improbabile omnino uidetur; non enim huiuſmodi dubitant an Deus reuelauerit Deũ eſſe trinum & unum: ex quo deducitur, ꝙ non diſcedunt a ratione formali fidei, quæ eſt diuina reuelatio, ac ſubinde non perdere fidem euidens eſt. Quod ut euidentius oſtẽdatur, intelligendum eſt, ꝙ dubitare de certitudine aſſenſus dupliciter accidere põt: tum, quantum ad ſubſtãtiam actus; tum, quantum ad rationem aſſentiendi, an ne ego aſſentiar propter diuinam reuelationẽ, num aſſentiar tanta firmitate quanta oportet aſſentiri diuinis reuelationibus, & oraculis. Fidelis nũquam dubitat, an aſſenſus, quo iudicat Deum eſſe trinum, & unum, ſit infallibilis & diuinus; ſed poteſt merito dubitare, quæ ſit ratio huius certitudinis, an ſit pia affectio ex inſtinctu Spiritus ſancti; an ſit auctoritas Eccleſiæ; an ſit auctoritas maiorũ; an ſit animi immutabilis firmitas, & adhæſio; ſicut poteſt contingere in ſcientijs, ꝙ aliquis habens demonſtrationẽ ſit certus de ipſa concluſione, dubitet uero num aſſentiatur ſub ratione formali phyſica, aut Theologica, a uero Metaphyſica. Certe Chriſtiani ſimplices, & idiotæ credunt quod credit Eccleſia Romana, & id quidem certiſſime: at non certo ſtatuunt qua ratione credant; an ne quia hæc fuit maiorum fides, an uero quia Deus reuelauit; & fortaſſis multi credũt articulos fidei eſſe ueros, ſed quia nõ credunt propter rationẽ formalẽ fidei, nimirũ quia Deus reuelauit, fidem diuinã non habent. Probabilia ſunt quæ a uiris doctis dicuntur: quis negat? poteritq; hac uia utcunq; contraria opinio defendi. At ſi argumenta noſtra diligenter, & accurate expendantur, probabiliora ſunt, & certiora. Nam certe licet prædicti auctores in omne latus ſe uertant, non poſſunt explicare quomodo qui eſt certus ex diuina reuelatione Deum eſſe trinum & unum, nõ ſit certus ſe habere diuinam reuelationem; & quomodo lumen quod certificat de obiecto, & ueritate aliqua, nõ ex conſequenti reddit certum, ꝙ aſſenſus circa illud obiectũ certus ſit infallibilis; & quomodo ſi ſum certus de ueritate aliqua ꝙ ſit infallibilis, & auctoritate diuina confirmata, nõ ſim certus, ꝙ aſſenſus circa illud obiectũ ſit infallibilis, plane diuinus, & auctoritate diuina cõfirmatus. Sed iã pergamus ut diſputemus quartam quæſtionem.

De certitudine ſpei duplex ſenſus quæſtionis.

Vltima quæſtio in hoc articulo inueſtiganda eſt de certitudine ſpei, & cõfidentiæ, quæ in duos ſenſus diſtribuitur. Alter eſt, utrum poſſimus certam ſpem, & confidentiam concipere, nos eſſe conſecuturos peccatorũ remiſſionem, & tandem æternam ſalutem. Alter ſenſus, utrum poſſimus certo cognoſcere, nos habere in animis noſtris ſpem ſupernaturalem, & diuinam.

An poſſimus certam ſpem habere de peccatorum remiſſione cõſequenda.

Vt ergo primus ſenſus inueſtigetur, a parte negatiua ſic arguitur. Nam certitudo, potiſſime ſi ſit infallibilis, excludit omnem metum, & formidinem: at ſpes, quam Chriſtiani habent, non excludit omnẽ metum, & formidinem, ut ex ſcripturis patet, & ex euidenti rerum experientia: ergo ſpes & confidentia Chriſtiana certa nõ eſt.

Deinde, de rebus ſupernaturalibus non poteſt haberi certitudo, præſertim ſi ſit infallibilis, & diuina, niſi Deo reuelante; ſed Deus non reuelauit Chriſtianis quod ſint conſecuturi ſalutem: ergo non poſſunt certo ſperare ſe conſecuturos ſalutem. Secundum.

Præterea, Lutherani ſunt damnati in Concilio Trid. eo ꝙ iubent homines certo credere, id eſt, certo confidere; ſic enim interpretãtur hoc uocabulum, credere, ut uidere licet in Concilio Trid. ſeſſione 6. canone 9 & canone 13. ergo nõ eſt ſana doctrina aſſerere nos poſſe certo ſperare, & magnam concipere confidentiam nos conſecuturos eſſe ſalutem, & peccatorum remiſſionem. Tertium. Conc. Trid.

Ad hæc, Diuus Paulus omni dubio procul habebat ſpem, & confidentiã Chriſtianam; at dicebat, Nihil mihi conſcius ſum, ſed non in hoc iuſtificatus ſum: & merita ratione. Nam ſpes Chriſtiana innititur bonis operibus ex gratia prouenientibus: ſic enim definitur ſpes a Theologis; Spes eſt certa exſpectatio futuræ beatitudinis, ex meritis & gratia proueniens; ſed non poſſumus habere certitudinem de noſtra gratia, & meritis, vt in ſuperioribus liquido demonſtratum eſt: ergo non poſſumus certam, & immotam ſpem de noſtra ſalute concipere. Quartum. Paul.

Demum, illud eſt certum, quod deficere non poteſt; ſed multi peccatores, qui habebant ſpem Chriſtianam, a conſecutione ſalutis defecerũt: ergo ſpes Chriſtiana certa non eſt. In contrarium eſt: nam vniuerſi Chriſtiani tenentur habere ſpem, & confidentiam Chriſtianã, at ſpes eſt certa exſpectatio futuræ beatitudinis: ergo tenentur certo ſperare beatitudinem, & ſalutem æternam. In expoſitionem huius quæſtionis, quæ non minima eſt, conſtituitur prima concluſio. Vltim.

Spes, uirtus eſt diuinitus infuſa per quam certa cum fiducia noſtræ ſalutis, & æternæ uitæ bona exſpectantur. Hæc concluſio confirmatione non indiget: nam continet ſpei Chriſtianæ definitionẽ, quæ ab omnibus Theologis approbatur. Prim. concl.

Secũda concluſio. Quilibet fidelis faciẽs quod in ſe eſt, tenetur firma & certa ſpe exſpectare in hac quidẽ uita per ſacramentũ baptiſmi, & pœnitentiæ, peccatorũ remiſſionẽ; in ſeculo aũt futuro uitã æternã: quã ſpem niſi ſolidam, & firmã habuerimus, fruſtra Chriſtiani ſumus. Nã certe parum eſt alioqui, Deo, & uerbo Dei fidẽ adhibere, ac diuina quæ in Eccleſia prædicãtur dogmata profiteri, niſi Chriſtianus, Dei bonitate percepta ſpem inde cõcipiat, ac fiduciã obſequendæ gratiæ, & ſalutis æternæ. Hęc cõcluſio ſic probatur. Nã quilibet fidelis tenetur ſperare in Deo uiuo, & de eius bonitate cõfidentiã cõcipere: at ſpes in Deo cõſtituta, firma eſt, & ſtabilis, dicẽte Paulo, Vt per duas res immobiles, quibus impoſſibile eſt mẽtiri Deũ, fortiſſimũ ſolatium habeamus, qui cõfugimus ad tenendã propoſitã ſpem, quam ſicut anchorã habemus animæ tutam ac firmã. Senſus huius ſententiæ eſt, Reſpicientes in promiſſiones Dei magno animo ſumus, nec frãgimur aduerſis, ſed conſolamur nos ſpe: nam propterea uoluit Deus fidẽ ſuã gemino uinculo obſtringere; primum promiſſione; deinde iuramento, ut firmã habeamus cõſolationẽ: quam ſpem nos (inquit) Chriſtiani pro anchora nauigationis noſtræ habemus, quæ in tempeſtatibus magnis huius maris, id eſt, inquieti mundi, animos noſtros ſic fulcit, ut etiam ſi in uita præſidijs deſtituamur, intrepide dicamus; Etiam ſi me occiderit, in eum ſperabo: &, In Deo ſperabo, non timebo quid faciat mihi homo: & iterum, Deus meus in te confido, non erubeſcam. Ratio huius concluſionis aperta hæc eſt. Nã ſpes, quæ collocatur in homine, fallax eſt: quoniam & uerbum hominis, & eius potentia deficere poteſt: at ſpes Chriſtiana, quæ innititur Secun. cõcl. Heb. 6 Iob 13 Pſal. 55

innititur promiſſionibus diuinis, Dei miſericordiæ, & omnipotentiæ, fallax eſſe non poteſt. Sed dicet Theologus; Paradoxum certe uidetur, ꝙ firmiter credere, certoque ſtatuere non poſſimus; firma autem & certa ſpe unumquemque eſſe iubemus, quod in præſenti, peccatorum remiſſionem; in futuro uero ſeculo ſit cōſecuturus æternā

Defert inter ſpem & fidem.

ſalutem. Sed certe non eſt paradoxum, ſed certiſſimū fidei dogma. Quod vt intelligatur, ſciēdum eſt, nihil a nobis recte credi (de fide diuina, & infallibili loquimur) cui ſubeſſe falſum poſſit; ſperamus autem etiā ea recte, quæ ſecus nonnunquam euenire poſſunt: fidei enim ratio in ueritate, tanquam a Deo reuelata, ſita eſt, ſpei aūt ſufficientiſſima ratio ſita eſt in poſſibilitate eius acquirendi, quod ſecundum Dei promiſſiones ſperes. Itaque ut certo ſperem me conſecuturum ſalutem, ſat fuerit ſalutem ex Dei promiſſione mihi eſſe poſſibilem, & certo adfuturā, ſi per me non ſteterit. Vt uero dicat certo credere remiſſionem peccatorum, & ſalutem conſecuturum, oportet quod Deus abſoluta reuelatione id prædixerit.

Ter. conc.

Tertia concluſio: Quamquam ſpes Chriſtiana, qua parte in Deum defixa eſt (quem cognoſcimus in ſuis promiſſis eſſe fidelē) certa & ſolida ſit; tū qua parte reſpicit nos, noſtramque miſeriam, & ignauiam, metum habet adiūctum & trepidationem. Cum enim lapſum eſſe ſciamus Cherub angelorum nobiliſſimum, Salomonem hominum ſapiētiſſimum, Iſraelem populorum electiſſimū, Iudā inter Apoſtolos nominatū; cum etiā intelligamus, non magis deberi nobis Dei tutelā & gratiam, quā illis qui iā ſunt a nobis nominati, aut Iudæ vocato Apoſtolo, aut Sauli electo Regi, aut Nicolao cōſtituto diacono, nō poſſumus eſſe ſine metu; præſertim cū Paulus admoneat, Noli altū ſapere, ſed time: & iterū, Qui ſtat, uideat ne cadat: & Eccl. 1. Qui ſine timore eſt, non pōt iuſtificari, & ad Phil. 2. Cum timore & tremore operamini ueſtram ſalutem: & Prou. 28. Beatus uir qui ſemper eſt pauidus.

Qua de cauſa timeam de ſalute noſtra.

Rom. 11
Eccl. 1
Phil. 2
Pro. 28

Sed dicet Theologus, Si hæc, quæ dudum dicta ſunt, ueritatem continent, uidetur eſſe concedendū, ſpem noſtram infirmam, & incertā eſſe; ſiquidem ex noſtris operibus pēdens eſt, quæ exitum incertum habent. Dicendū tamen eſt, ꝙ hæc trepidatio noſtra non debet animos noſtros deijcere, ſed magis Chriſto ſubijcere, & ſpem noſtram erga illum excitare. Certi enim ſumus & perſuaſi, ꝙ noſtra ſpes, qua parte in Deum eſt defixa, deficere nō pōt, & hoc ſat fuerit ut ſpes erga Deum certa ſit, & immobilis: nam ad certitudinem ſpei, quam ego habeo in amico conſtitutam, ut firma ſit & tuta, ſatis eſt eſſe mihi perſuaſum, ꝙ per amicum non deficiet, ſi mihi ipſi per ignauiam, & ſocordiam non defuero. Ex hoc ſequitur, quod ſpes Chriſtiana maxime augetur ex bonis operibus, & ex mandatorum Dei obſeruatione. Nam ex bonis operibus extenuatur ille timor, quem ex noſtra miſeria concipimus. hoc uero qm̄ Lutherani inficiantur, probandum eſt diligenter ex ſanctorum Patrum teſtimonio. Aſſerit hoc Auguſtinus, Hilarius, Chryſoſtomus, Diuus Ambroſius, & Baſilius: ſed habemus ex ſcripturis firmiorem ſermonem nam 1. Ioannis cap. 3. ſic legimus; Chariſſimi, ſi cor noſtrum nō reprehenderit nos, fiduciam habemus ad Deum. cui conſonat illud ex Pſalmo; Spera in Deo, & fac bonitatem. & alibi; Bonus eſt Dominus ſperantibus in illum, animæ quærenti illum: Threnorum cap. 3. Ratio huius aſſerti hæc eſt planiſſima. Nam Chriſtus Dominus non eſt datus nobis tantum in Redemtorē cui confidamus, ſed etiam in legiſlatorem cui obediamus. Vt ergo ſpes noſtra ſit robuſta, maxime expoſtulat ſtudiū bonorum operum, & mandatorum Dei obſeruationem.

Aug. Pſ. 31.
Hilar. Pſal. 118
Chryſoſt. hom. 15. ad perfect.
Ambro. 2. Cor. 3.
Baſil. in oratione de transfigur.
Pſalm.

Quar. conc.

Quarta concluſio, Vt ſpes Chriſtiana certa ſit, & ſolida, nō requiritur hoc iudicium certum & infallibile; ego cōſequar ſalutem; alioqui omnes Chriſtiani eſſemus certi de noſtra prædeſtinatione, & perſeuerantia cuius contrarium definitum eſt in Conc. Trid. & eſſe uerum, demonſtratum eſt in præcedenti concluſione.

Conc. Trid. ſeſſ. 6. ca. 13 & 16.

Quint. cōcl.

Quinta cōcluſio. Certitudo, & ſecuritas ſpei Chriſtianæ innititur in hoc potiſſimū, quod certo cognoſcimus Deum eſſe fidelem in ſuis promiſſionibus, miſericordē, & oīpotentem: ex quo erumus hāc perſuaſionē minime fallacē; beatitudinem eſſe nobis poſſibilē ex Dei miſericordia; atq; adfuturam, ſi per nos non ſteterit: quæ ratio eſt ſufficientiſſima ut ſpes noſtra certa ſit, & immobilis. de quo ediſſerit D. Tho. plenius 2. 2. queſt. 18 art. ultimo.

D. Thom.

Sexta cōcl.

Sexta concluſio. Fideles nonnūquam poſſunt certo ſperare & confidere, ꝙ ſint conſecuti remiſſionem peccatorum, & quod gratiam obtinuerint. Hæc concluſio probatur. Nam certitudo ſpei non ſita eſt in diuina reuelatione de noſtra iuſtificatione, aut gratia, ſed eius certitudo in hoc conſtituitur, ꝙ Deus eſt nobis paratus conferre gratiam per ſacramentum baptiſmi, aut pœnitentiæ, ſi per nos non ſteterit, & impedimentum non fuerit appoſitū, & ſi ſeruauerimus diuina mandata. Quando ergo nulla ratio dubitationis in nobis appareat probabilis, nulliuſq; criminis conſcij fuerimus, certo poſſumus ſperare nos conſecutos fuiſſe peccatorum remiſſionem. Hoc ipſum confirmatur. Nam certitudo ſpei ac confidentiæ ſæpenumero eſt de his quæ ſecus accidere ſolēt, prout ſupra probatum eſt Sed & huius rei eſt alterum argumentum. Nā certitudo ſpei non excludit metum, & formidinē, & animi trepidationem, ut in ſuperioribus commonſtratū eſt. Hæc omnia confirmantur ualido argumento. Nā Dauid, & Prophetæ, quod eſſent conſecuti remiſſionem peccatorum ſæpe ſæpius confidunt, & ſperant, ut legitur paſſim in ſcripturis diuinis: ſed hoc non ſemper eſt referendum ad diuinam reuelationem: ergo referre oportet ad certitudinem confidentiæ. Ad ultimum ſic argumētor, & uidetur mihi argumentum irrefragabile. Nam homines deiecti, & fracti animi, & ſcrupuloſi, qui ſcrupulis urgentur ad deſperationem, exiſtimantes ſe nūquam gratiam, & remiſſionem peccatorum conſecutos, præcepto diuino obligantur & obſtringuntur ſperare, & certam fiduciam concipere de Dei miſericordia, & remiſſione peccatorū; alioqui homines iam morituros nulla ratio ſpei & confidentiæ poterat conſolari, ſi non poſſent certo ſperare, ſe iam per ſacramentorum adminiſtrationem & ſuſceptionem cum Deo in gratiam rediſſe. Certe prædicti in illa hora conſtituti tenentur ſperare certo ſe ſalutem æternā conſecuturos; & rectiſſime cognoſcunt non eſſe aliud remedium niſi per ſacramēti pœnitentiæ ſuſceptionem ſe præparare, ac diſponere: ergo certo tenentur confidere ac ſperare ſe iam remiſſionem peccatorum fuiſſe conſecutos; alioqui non video quomodo certo poſſint ſperare ſe ſe ad viſionem diuinæ eſſentiæ peruenturos. Huius concluſionis doctrina deſumta eſt ab Hoſio Cardinali, lib. 1. de hæreſibus noſtri temporis circa medium. Progrediamur ut explicemus ſecundum quæſtionis ſenſum: nam prior ſatis prolixe explicatus eſt. In huius rei gratiā conſtituatur ſeptima concluſio, quæ ſic habet.

Sep. concl. Poteſt quis eſſe certus de ſua ſpe.

Valde probabile eſt quod poſſit quis eſſe certus, ꝙ habeat ſpem ſupernaturalem, informem ſaltem; nā formata ſpes ex caritate pendet. quam concluſionem confirmo his argumentis. Primo, Fides ſemper habet coniunctam ſpem, niſi per peccatum deſperationis ſpes & confidētia Chriſtiana aboleatur: ſed quiſque Chriſtianus eſt certus, ꝙ habet fidem Chriſtianam, & diuinam, vt ſupra demonſtratum eſt: ergo quiſque fidelis eſt certus ꝙ habet ſpem Chriſtianam. Hoc ipſum demōſtratur iterum. Nam fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, argumentum non apparentium, ut dicit Paulus: itaq; eſt fundamētum, & principium ſpei. Sed quilibet fidelis eſt certus quod habeat fidem Chriſtianam: ergo quilibet manet certus ꝙ habeat ſpem Chriſtianam. Præterea, fides, & ſpes ſemper ſunt cōnexæ, atq; coniunctæ; niſi quando per peccatum deſperationis deperditur confidentia: ergo fidelis, qui experientia euidenter cognoſcat ſe non fuiſſe prolapſum in deſperationis peccatum, certo cognoſcit ſe ſpem Chriſtianam habere; conficit namq; hunc ſyllogiſmum. Fides & ſpes coniunctæ ſunt, quando ſpes per peccatum deſperationis non deperditur: ſed ego cognoſco quod in peccatum deſperationis numquam inciderim: ergo cognoſco me habere ſpem Chriſtianam. Maior ſyllogiſmi eſt certa, & irrefragabilis. Minor conſtat euidenter experientia. reliquum eſt ut concluſio ſit certa. Sed iam ratio expoſtulat ut argumentis in principio poſitis ſatisfaciamus.

Heb. 11.

Ad primum dicēdum, quod illud quod vndiq; eſt certum, excludit omnem dubitationem, & metum: ſed ſpes

Ad pri. arg. in princi.

Chriſtiana, qua parte nos reſpicit, non habet certitudinẽ, & ideo habet metum adiunctum: cęterum ea parte qua in Deo defixa eſt, omnem excludit metum, & trepidationem.

Ad ſecundũ. Ad ſecundum dicendum, in diuinis litteris plane eſſe reuelatum de diuinis promiſsionib⁹, in qbus impoſſibile eſt mẽtiri Deũ, vt fortiſſimum ſolatium habeamus.

Ad tertium. Ad tertium dicẽdum, non damnare Lutheranos, qui iubẽt homines certo ſperare in Deũ viuum; ſed quia iubẽt homines certo credere ſibi eſſe remiſſa peccata per Chriſtũ, & cõſecuturos ſalutem æternam; & quia dicũt ſolam fiduciã ſufficere ad ſalutẽ. Vel dicendum, ꝙ ſi fidem pro fiducia accipias, quemadmodum iſti accipiũt, fiduciæ timorem excludit: ſpes vero comitem ducit metum. & ideo certo ſperare iubeo quemlibet fidelẽ ſe conſecuturum ſalutem; confidere vero confidentia Lutherana penitus prohibeo.

Ad quartũ. Ad quartum dicendum, tantum ex ui argumenti comprobari, non poſſe nos habere certitudinem infallibilem de noſtra iuſtificatione, quod plane verum eſt.

Ad quintum. Ad quintum dicendum, ꝙ ſpes Chriſtiana nõ innititur gratiæ iam habitæ, ſed omnipotentiæ, & miſericordiæ diuinæ, per quam ille qui non habet gratiam, poteſt & eã conſequi, & ad ſalutem æternam peruenire.

Ad ultimum. Ad vltimum dicendum, multos habentes ſpem Chriſtianam ſolidam & firmam, ſalutem æternam non fuiſſe conſecutos ex defectu liberi arbitrij, & ex ignauia, & culpa ſua, ſed non ex diuinæ miſericordiæ, aut omnipotẽtiæ defectu, cui præcipue ſpes Chriſtiana innititur, & defixa eſt. Et ut huic quæſtioni ultimam manum imponamus, ſciendum eſt, ꝙ certitudo ſpei, & ſecuritas eſt conditionata: in ea namque includitur hæc conditio, ſi non fuero ignauus, & vęcors; ſi ſeruauero diuina mandata; ut conſtat ex Concilio Tridentino, ſeſſione ſexta, canone vigeſimoſexto;

Conc. Trid. & ideo ſi non adimpleas cõditionem, promiſſum non conſequeris: neque propterea incerta eſt ſpei, & cõfidentiæ Chriſtianæ ratio & definitio. Hæc, quæ de certitudine ſpei, & confidentiæ dicta ſunt, diſputationis gratia dicta ſint, ut doctiores id quod uerum eſt, definiant. Nam de hac quæſtione, certi & explorati nihil habeo, probabilia tantum in medium adduximus. Hæc de tota quæſtione.

QVAEST. CXIII.

De effectibus gratiæ in decem articulos diuiſa: & primum quidem de iuſtificatione; deinde verò de merito.

ART. PRIMVS.

Vtrum iuſtificatio impij ſit remiſſio peccatorum.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio, quod in iuſtificatione impij remittũtur peccata, & acquiritur iuſtitia. Sed cum motus omnis denominetur a termino ad quem tendit, ideo hic motus denominatur potius iuſtificatio impij, quam remiſsio peccatorum. Itaq; iuſtificatio impij eſt tranſlatio hominis a ſtatu iniuſtitiæ ad ſtatũ iuſtitiæ. Ex quo ſequitur, quod iuſtificatio non ſemper habet adiunctã remiſsionem peccatorum, ut patet in primo parente, qui in inſtanti ſuæ cõditionis fuit iuſtificatus ſine peccatorum remiſsione. Itaque iuſtificatio impij ſemper habet coniunctam remiſsionem peccatorum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Multiplex iuſtificationis nomẽ in ſancta ſcriptura. Pro. 17

Explicandum eſt in primis, quomodo accipiatur hoc nomen, Iuſtificatio, in hac diſputatione: nam non eſt ſimplex huius uocis ſignificatio in ſanctis ſcripturis. Interdũ enim uſurpatur pro eo quod eſt pronuntiare iuſtum, ut in illo; Qui iuſtificat impium, & qui condemnat iuſtum, uterq; eſt abominabilis apud Deum: quæ ſignificatio eſt familiariſſima in ſanctis ſcripturis. Interdum accipitur pro eo quod eſt liberum eſſe ab aliqua ſeruitute, ut Romanorum 6.

Rom. 6 Qui mortuus eſt, iuſtificatus eſt a peccato, id eſt, liber factus eſt a cauſſis peccati, & a dura ſeruitute peccati. Aliquando accipitur pro eo quod eſt ius ſuum unicuique reddere, ut Pſalmo 81. & Deuteronomij 23.

Deut. 25 Pauperem & inopem iuſtificate; id eſt, quando pauper & inops de re aliqua in iudicio diſceptauerint, reddite illis ius ſuũ. Interdum uſurpatur pro eo quod eſt defendere, ut Iob 9. Si iuſtificare me voluero, os meum condẽnabit me. Interdum accipitur pro eo quod eſt ex non iuſto fieri

Iob 9 iuſtũ: in quo ſenſu Theologi definiũt Adã in primordio fuiſſe iuſtificatũ, & donatum iuſtitia originali. Item accipitur pro augmẽto iuſtitiæ, Apocalypſis vltimo.

Apo. vlt. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & Eccl. 18.

Eccl. 18. Ne verearis vſque ad mortem iuſtificari. Præterea vſurpatur pro eo, quod eſt ex iniuſto facere iuſtum, ut Romanorum 4.

Rom. 4 Ei qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impiũ, fides reputatur ad iuſtitiam: & cap. 3. Iuſtificati gratis per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu: & ad Titum 3.

Tit. 3 Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, hæredes ſimus uitæ æternæ. Et in hac ſignificatione uſurpatur hoc uocabulum in hac diſputatione de iuſtificatione.

Secundo notandum eſt, ꝙ iuſtitia, a qua nomen, Iuſtificatio, deducitur, non ſignificat iuſtitiam commutatiuã, aut diſtributiuam, non legalem, nec politicam; ſed ſignificat iuſtitiam integram, & rectitudinem quæ facit hominem iuſtum, & rectum ex omni parte intus & foris, corã Deo, & hominibus. De hac iuſtitia dicit Dominus;

Matt. 5 Niſi abundauerit iuſtitia ueſtra plus quam Scribarum & Phariſæorum &c. &

Rom. 1 Paulus; Iuſtitia in eo reuelatur ex fide in fidem: &, Qui non nouerat peccatum, pro nobis fecit peccatum ut efficiamur iuſtitia Dei in illo.

2. Cor. 5

Iuſtificatio impij habet adiunctam remiſsionẽ peccatorũ. Tertio notandum eſt, ꝙ iuſtificatio impij ſemper habet adiunctam remiſſionem peccatorum. Eſt enim iuſtificatio impij receſſus a peccato, & acceſſus ad iuſtitiam: quod patet manifeſte ex innumeris teſtimonijs ſanctarũ ſcripturarum, quæ longum eſſet recenſere.

Aug. Diuus Auguſtinus ſuper epiſtolam ad Roman. cap. 8. dicit, Quos uocauit, hos & iuſtificauit, ſcilicet remiſſione peccatorum:

Conc. Trid. ſeſſ. 6. c. 4. & Concilium Tridentinum ſic definit iuſtificationem impij, quod ſit tranſlatio ab eo ſtatu, in quo homo naſcitur filius primi Adæ, in ſtatum gratiæ, & adoptionis filiorum Dei per ſecundum Adam Chriſtum Saluatorem noſtrũ: quæ definitio manifeſte colligitur ex illo,

Coloſſ. 1 Qui fecit nos dignos in partem ſortis ſanctorum in lumine, & eripuit nos de poteſtate tenebrarum, & tranſtulit in regnum filij dilectionis ſuę. Eadem definitio aperiſſime colligitur ex illo;

1. Cor. 6 Hæc aliquando eratis, ſed abluti eſtis, ſanctificati eſtis, iuſtificati eſtis. In ablatione ſignificatur remiſſio peccatorum, & ablatio ſordium quas peccatum inuexerat. In ſanctificatione, & iuſtificatione ſignificatur acquiſitio ſanctitatis, & iuſtitiæ.

His conſtitutis, iam dubium grauiſſimum eſt cum Lutheranis; Vtrum in iuſtificatione impij, cum ei remittuntur peccata, ſic remittantur, ut penitus auferantur, & radicitus euellantur? Pro cuius quæſtionis dilucidatione ſciẽdum eſt,

Lutheri error circa remiſsionem peccatorũ. quod inter multos errores, quos habent Lutherani, hic eſt præcipuus, ꝙ in iuſtificatione impij, quando remittuntur peccata, non auferuntur peccata, ſed credentibus in eum qui iuſtificat impiũ, non imputantur peccata, cum re uera permaneant. Probant ſuum errorẽ his argumentis.

Pri. argum. Luthe. In primis, cõcupiſcentia carnis eſt uere peccatum: dicit enim Paulus;

Rom 7 Cõcupiſcentiã neſciebã, niſi lex diceret, Non cõcupiſces: & de eadem iterum dicit; Sẽtio aliam legem repugnantem legi mentis meę &c. &,

Gal. 5 Caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ: &

Roma 7 iterũ, Iam nõ ego operor

illud

illud, ſed quod habitat in me peccatum; id eſt, concupiſcẽtia. ſic enim explicant omnes ſancti Patres; ſed concupiſcentia carnis manet in renatis, & iuſtificatis per baptiſmum, ut patet: ergo in iuſtificatione non tolluntur omnia peccata. Secundo, præceptum illud maximum dilectionis diuinæ in hac uita mortali impleri non poteſt, ut aſſerit Diuus Auguſtinus: ergo ſemper ſumus tranſgreſſores huius diuini pcepti. Ex quo conſequens eſt, quod in iuſtificatione impij non tollantur omnia peccata, ſed non imputantur.

Secundum.

Aug. lib. de ſpiri. & lit. ad fi. & li. de perfect. iuſt.

ARTIC. SECVNDVS.

Vtrum ad iuſtificationem impij requiratur gratia infuſa.

Tertio, in Pſa. 31. ſic definitur iuſtificatio impij: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata: beatus uir cui non imputauit Dominus peccatũ. quo teſtimonio vtens Diuus Paulus concludit; Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Ad hoc confirmandum allegant illam ſententiam; Caritas operit multitudinẽ peccatorum: non tollit (inquiunt) ſed tegit.

Tertium. Pſal. 31

Rom. 4

Quarto, omnes ſancti Patres clamant cum Diuo Paulo, non eſſe condignas paſſiones huius vitæ ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis: & cum Eſaia; Facti ſumus immundi omnes, & quaſi pannus menſtruatę vniuerſæ iuſtitiæ noſtræ: & cum Diuo Ioanne, Si dixerimus quoniam peccatum non habemus &c. & illud, Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt. & Chriſtus Dominus rectiſſime admonet, Cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt uobis, dicite, Serui inutiles ſumus: & illud, Non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine, quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Citant & ſententias Patrum vt illam D. Auguſtini: Væ etiam laudabili vitæ, ſi remota miſericordia diſcutias eam. & illam D. Greg. Omnis humana iuſtitia, iniuſtitia eſſe conuincitur, ſi diſtricto iudicio iudicetur.

Quartum. Rom. 8 Eſa. 64 1. Ioan. 1

Aug. lib. 9. conf. ca. 13. Greg. lib. 9. moral. ca. 14.

His tamen non obſtantibus, ueritas Catholicæ fidei dicit, ꝙ in iuſtificatione impij ſic remittuntur peccata, ut nihil ex eis damnabile, aut culpabile maneat coram Deo. Probatur hæc ueritas ex ſanctis ſcripturis: dicit enim Dominus Ioannis 17. Sanctifica eos in ueritate. Lutherus dicit, non ſumus uere ſancti, ſed reputamur ſancti: & iterũ; Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis; Lutherus dicit, ꝙ non uere liberamur a peccato. & rurſus dicitur; Qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt; Lutherus dicit, non qui facit iuſtitiam iuſtus eſt, ſed cui non imputantur peccata. & ibidem dicitur, Videt, qualem caritatem dedit nobis Deus, vt Filij Dei nominemur, & ſimus; Lutherus dicit, ꝙ nõ ſumus Filij Dei, ſed ꝙ reputamur Filij Dei. & Paulus: Quę participatio iuſtitiæ cum iniquitate? quæ ſocietas lucis ad tenebras? quæ conuentio Chriſti ad Belial? Lutherus dicit, ꝙ homo iuſtus habet participium cum iniquitate, & ꝙ filij lucis ſint tenebræ, & ꝙ Filij Dei ſint filij Belial. & 1. Corint. 6 cum recenſuiſſet Paulus fornicarios, idolis ſeruientes, ſubiungit, Hæc aliquando eratis, ſed abluti eſtis, iuſtificati eſtis, ſanctificati eſtis; Lutherus dicit, hæc aliqñ fuiſtis, & etiam modo eſtis, ſed non imputãtur uobis delicta ueſtra. Præterea Eſaiæ 43. dicit Dominus; Ego ſum qui deleo iniquitates ueſtras. & in Euangelio dicitur de Chriſto; Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi: & rurſus, ꝙ Lauit nos a peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & eripuit nos de poteſtate tenebrarũ; Lutherus dicit, ꝙ manemus immundi, & in poteſtate tenebrarũ. Hæc ſñia Lutheri damnata eſt in Conc. Tridentino. Et certe Lutherani ſunt ſtultiſſimi: nam dicunt, ꝙ homo manet immundus, & iniuſtus per voluntatem, ſed non imputatur ei iniuſtitia propter iuſtitiam Chriſti, in quem credit. ergo ſimili ratione debent dicere, quod manet hæreticus per intellectũ, ſed non imputatur propter Dei miſericordiam. Cum ergo ſtatuant gratiam iuſtificantem ex parte intellectus, neceſſarium eſt conſtituant gratiam iuſtificantem ex parte voluntatis. Deinde ſunt ſtultiſſimi alio titulo: nam non vident ſuam ſententiam manifeſtam continere contradictionem. Nam ſi manet peccatũ, uel Deus odit illud, vel non odit. Si non odit: ergo non eſt peccatum, niſi uelis dicere, ꝙ ſit aliqua culpa quam Deus odio non habeat. Si uero odit: ergo non condonat, nec remittit peccatum. tũc enim remittitur peccatum, quando animus offenſi pacatur, & reconciliatur offendenti. Denique hæc ſententia Epicurea eſt, & non eget maiori impugnatione.

In iuſtificatione impij ſic remittuntur peccata, vt nihil damnabile corã Deo maneat. Ioa. 17. Ioan. 8 1. Ioan. 3

1. Cor. 6

1. Cor. 6

Eſa. 43

Conc. Trid. Seſ. 5. c. vlti. & ſeſſ. 6. c. 7 & ca. 10. & 12.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt cõcluſio; cuius probatio hæc eſt.

Nam iuſtificatione impij

Ad primum reſpondetur, quod concupiſcẽtia carnis proprie & uere peccatum non eſt, ſed dicitur peccatum; tum, quia eſt fomes, & incitamentum peccati; tũ, quia ex primo peccato derelicta eſt; ſicuti ſcripturã, quã manus ſcriptoris facit, appellamus manum: exemplum eſt quod adducit D. Aug. docendi gratia: ſic explicat Cõc. Trid. Seſſ. 5. ca. vlt.

ad pri. arg. Luthe.

Aug.

Ad ſecundum reſpondetur, illa uerba D. Augu. tantum probare, quod iuſtitia noſtra pro ſtatu huius peregrinationis non habet eam perfectionem, quam habitura eſt in patria: & ꝙ non tam perfecte diligimus ſicuti in vita beata: nihilominus perfecte diligimus quantum ſatis eſt mandato. dicit enim D. Ioannes; Qui ſeruat verbum eius, uere caritas Dei perfecta in ipſo eſt. ſed de hoc dictum eſt copioſius ſupra q. 109 art. 3.

ad ſecundũ.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ non imputari peccatũ, maius eſt quam tegi, dimitti, & tolli peccatum. ita docet Origenes li. 4 ſuper epiſtolam ad Romanos. ſic Hieronymus explicans illum locum Pſalmi Euthymi, ibidem. Itaque tunc non imputatur peccatum, qñ nullum ueſtigium manet peccati. Nam ſi Deus non reſtitueret peccatorem ad priſtinam dignitatem, aliquo modo imputaret illi peccatum. Sed ut argumentum efficacius cõfutetur, ſcire oportet, uerſari magnum diſcrimen inter Deum, ſummum iudicem, & alios iudices inferioris notæ. Nam alij iudices cum non imputant hominibus ſcelera illorum, dimittũt illos liberos, ex quo non eſt conſequens quod maneant uere liberi, neque uere iuſtificati. poſſunt enim manere in ſuo delicto quod iudices latuit. Ceterum ille homo re uera beatus eſt, & uere liber, quem Deus pronunciat iuſtum, nõ imputans illi peccatum: ex eo enim quod Deus non imputat peccatum, mundat a peccato, & uere iuſtum efficit. de qua re loquitur optime D. Th. in ſolutione ſecũdi dicens, quod dilectio Dei ſecum ducit quendã gratiæ effectum in homine, cui non imputat peccatum, per quẽ effectum renouatur homo, & fit noua creatura. Quod uero dicitur in ſanctis Scripturis, ꝙ caritas operit multitudinem peccatorum & ꝙ beatus eſt vir cuius tecta ſunt peccata; locutio eſt metaphorica: Sane in hoc ſenſu dicitur caritas operire multitudinem peccatorum, quia q habet caritatem, Deo non diſplicet propter peccata q̃ prius admiſerat; ſicut dicitur Deus obliuiſci peccatorum noſtrorum propter pœnitentiam; non quia non cognoſcit, ſed quia habet ſe ad modum obliuioni tradentis, non puniendo peccata quæ fecimus. Sed qui in his locis ſcripturæ dicitur tegere peccata, & operire propter caritatem, & obliuiſci delictorum propter pœnitentiam, in alijs locis minime paucis dicitur peccata delere, proijcere in profundum maris, tollere, lauare, & abluere. Hæc de confutatione tertij argumenti dixiſſe ſatis eſt.

ad tertium. Orig. Hierony. Euthym.

D. Tho.

Ad quartum confectum ex uarijs teſtimonijs ſcripturarum, reſponſum eſt ſupra quæſtione 18. articulo primo vbi dimicauimus contra Lutheranos, aſſerentes omnia opera iuſti eſſe peccata, & reſpondebimus diligenter articulo ſecundo.

ad quartum

EXPLICATIO ARTICVLI.

Prima dubitatio eſt in hoc articulo, An iuſtificatio impij ſit acquiſitio iuſtitię internæ, q̃ animis noſtris inhæreat; an potius iuſtificemur iuſtitia externa, qua Chriſtus iuſtus eſt, q̃ nobis reputatur, ut propria, atq; ſi eam nos feciſſemus; ueluti filius

An iuſtificemur iuſtitia inhærente.

lius cum petit præmium a Rege propter patris merita, dignus eſt, ut hoc illi præſtetur, non propter propria merita, quæ nulla extãt, ſed propter patris merita, quæ ꝓpria reputantur. In huius quæſtionis explicatione Lutherus lapſus eſt turpiſſime, & hæreticiſſime. Exiſtimat namque homines iuſtificari coram Deo per iuſtitiã quandam extrinſecam, quæ manet in Chriſto, quæ reputatur nobis, ut ꝓpria, quã; veluti manu, fide apprehendimus.

Hæreſis Lutheri

Probat ſuum errorẽ uarijs argumentis.

Prim. argu. Lutheri

In primis, ex teſtimonijs adductis in præcedenti articulo apertiſſime cõſtat, quod omnis noſtra iuſtitia eſt immunda coram Deo, & veluti pannus menſtruatæ: ergo ſi remittimus homines ad proprias iuſtitias, non alio quam ad gehennam remittimus: quod optime agnoſcens ille, aiebat; Non intres in iudiciũ cum ſeruo tuo Domine; quia non iuſtificabitur in conſpectũ tuo omnis uiuens: & iterum, Si iniquitates obſeruaueris Domine, Domine quis ſuſtinebit? & Iob 9. Scio ꝙ non iuſtificabitur homo compoſitus Deo: & iterum, Si habuero quidpiam iuſtum, non reſpõdebo ei, ſed meum iudicem deprecabor: & Daniel 9. Non in iuſtificationib. noſtris proſternimus preces ante faciem tuam, ſed in miſerationibus tuis multis.

Iob. 9

Daniel 9

ſecundum

Secundo, quis audeat (inquit) allegare in ſuum patrocinium ante tribunal Dei ſuas iuſtitias immundas, & non potius illam iuſtitiam ſummam Chriſti Domini, quæ noſtra eſt? ipſe enim eſt propitiatio pro peccatis noſtris in ſanguine ſuo, & ipſe deleuit chirographum quod aduerſus nos erat, affigens illud cruci: ergo in noſtra iuſtificatione ad iuſtitiam Chriſti recurrendum eſt.

tertium
1. Cor. 1
2. Cor. 5

Tertio, Chriſtus eſt noſtra iuſtitia, qua iuſti ſumus coram Deo: ergo verum dicit Lutherus. Hoc expreſſe dicit Diuus Paulus; Chriſtus factus eſt nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemtio: & iterum; Eum qui non nouit peccatum, pro nobis fecit peccatum, vt efficiamur iuſtitia Dei in ipſo. quod intelligens Dauid dicebat, In tua iuſtitia libera me Domine: & iterum; In tua iuſtitia exaudi me Domine.

Quartum
Rom. 10

Quarto, Diuus Paulus condemnat eos qui ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam uolentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei non ſunt ſubiecti; & alibi multo clarius; Vt non inueniar in Chriſto habens meam iuſtitiam, ſed iuſtitiã quæ ex Chriſti fide eſt.

Quintum
Rom. 4

Quinto, Diuus Paulus habet expreſſe iſtum modũ dicendi, ꝙ iuſtitia noſtra non eſt propria, ſed imputata: dicit enim: Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam; & iterum. Ei qui non operatur, credenti in eum qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam.

Vltim.

Vltimo, iuſtitia Chriſti infinita eſt, & ſufficiens pro vniuerſis delictis, & eſt noſtra: non ergo indigemus alia iuſtitia. Hæc Lutherani.

Argu. prim. In fauo. Luthe.

Sed in fauorem huius ſententiæ arguitur ex Theologia. Probabiliſſima eſt ſententia, & omnium Theologorũ ſuffragio confirmata, ꝙ ſola attritio cum ſacramento ſatis eſt ad impij iuſtificationem: ſed attritio ſola non facit hoīs animũ rectũ, & iuſtificatũ coram Deo: & attriti ſoli non ſunt recti, & renouati corã Deo: ergo poteſt fieri hominis iuſtificatio ſine animi rectitudine, & iuſtitia interiori. Secundo, de fide eſt, ꝙ paruuli iuſtificantur baptizati; ſed non eſt de fide, ꝙ iuſtificantur per actus, quos nullos habent, nec per habitus infuſos: nam non eſt de fide, ꝙ ſint habitus infuſi: ergo iuſtificantur per iuſtitiã Chriſti extrinſecam ſibi imputatam. Ex hac ſententia Lutheri facile eſt intelligere errores uniuerſos, qui hac tempeſtate de iuſtificatione verſantur. Primo errant Lutherani dicentes, ꝙ iuſti homines non ſunt uere iuſti, ſed reputantur iuſti. Secundo errant dicentes, ꝙ omnes iuſti ſunt æquales, & ꝙ ſunt æque iuſti atq; ſanctiſſima Virgo. nam oẽs ſunt iuſti una eadẽq; iuſtitia, qua Chriſtus iuſtus eſt. Tertio errant dicentes, ꝙ gratis, & ſine reſpectu aliquorũ operum (ita ꝙ ad noſtram iuſtitiam nulla opera bona requirantur) iuſtificamur. Quarto errant dicentes, ꝙ nulla ex parte noſtra eſt neceſſaria ſatisfactio pro noſtris delictis: nam inquiunt, ſatisfactio Chriſti infinita eſt, & eſt nr̃a: non ergo egemus noſtra ſatisfactione. Quinto errant dicẽtes, ꝙ fideles ſunt certi certitudine fidei de ſua iuſtitia, & ſanctitate. nã dicunt, Chriſtus eſt noſtra iuſtitia, quæ a noſtris operibus non dependet.

secundum

Erreres Lutheranorum

remittuntur nobis peccata, ſecundum quod Deus offenſus placatur; quæ pax cõſiſtit in dilectione quã nos diligit Deus: & ex parte ipſius actus diuini æterna eſt, & immutabilis; ſed quantũ ad effectũ, quem nobis imprimit, quandoque interrumpitur, prout ab ipſo quandoq; deficimus, & quandoque iterum recuperamus. Effectus autem diuinæ dilectionis in nobis qui per peccatum tollitur, eſt gratia, qua homo fit dignus vita æterna, a qua excludit peccatum mortale. Vnde non poteſt intelligi remiſſio culpæ, ſi non adſit infuſio gratiæ: nã etſi homo ante peccatum potuerit eſſe ſine gratia, & ſine culpa, tamen poſt peccatum non poteſt eſſe ſine culpa, niſi gratiam habeat.

Hæc quæſtio eſt præcipua contra Lutheranos, quam explicat Soto li. 2. de natura & gratia, ca. 19 & 20. Vega li. 7 c. 7. & li. 15. per multa capita. Hoſius Cardinalis in confeſſione fidei cath. a c. 68. uſq; ad 74. Pro explicatione ueritatis eſt prima concluſio.

Mag. Soto
Vega.
Hoſius

Prim. concl.
Rom. 10
Phi. 3

Iuſtitia, qua iuſti ſumus coram Deo, non eſt ex nobis, nec ex uirib. liberi arbitrij cõparata: itaq; eſt iuſtitia Dei, & iuſtitia Chriſti. ſic dicit Paulus Ro. 10. Ignorantes Dei iuſtitiam, & ſuam uolentes ſtatuere, iuſtitiæ Dei nõ ſunt ſubiecti. & ad Phil. 3. Vt inueniar in Chriſto non habens meã iuſtitiã, ſed iuſtitiã q̃ ex fide eſt Ieſu Chriſti. & Ro. 3. Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum; & iterũ, Ex operib. legis non iuſtificatur coram illo omnis caro. & ad Gal. 2. Si per legẽ iuſtitia: ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Simili argumẽto poſſumus concludere, Si ex nobis, & ex uirib. liberi arbitrij iuſtitia eſt: ergo Chriſtus gratis mortuus eſt. Hæc ueritas eſt definita in Conc. Trid. Seſſ. 6. can. 7. & ſupra cõtra Pelagianos probauimus multis neceſſitatẽ gratiæ, vt iuſti ſimus. Itaq; ex hac cõcluſione euidẽter cõcluditur, iuſtitiã, qua iuſti ſumus corã Deo, eſſe eximiũ Dei donũ in cordib. noſtris diffuſum. Secũda cõcluſio. Iuſtitia Dei, qua iuſti ſumus, nõ eſt iuſtitia, qua Deus, aut Chriſtus iuſtus eſt, ſed qua efficit nos iuſtos, impartiẽdo eã ſecundum menſurã donationis Chriſti; ſicuti aer clarus eſt claritate Solis, non q̃ pmaneat in Sole, ſed quã accipit a Sole; aqua calida eſt calore ignis, non qui pmaneat in igne, ſed quẽ recipit ab igne. Itẽ, oẽs homines mouemur, & ſumus, & viuimus in Deo; non uita q̃ permanet in Deo, ſed quã accepimus a Deo. Itẽ, dicitur fides Dei, non qua Deus credit, ſed quã impartit nobis. atq; adeo ſapiẽtia noſtra dr̃ ſapiẽtia Chriſti, non qua Chriſtus ſapiẽs eſt, ſed qua Deus nos imbuit, & inſtruxit. Hæc ueritas definita eſt in Cõc. Trid. Seſſ. 6 ca. 7 explicat eã idẽ in primis elegãter D. Aug. elucidans illud quod hr̃ Ro. 3. Iuſtitia Dei manifeſtata eſt. Ita, inqt, iuſtitia Dei, nõ qua Deus iuſtus eſt, ſed qua induit hominem cum iuſtificat impium, & ſuper Pſal. 30. ſic inquit.

Rom. 3
Gal. 2
Concl. Trid.
Secun. con.

Cũ iuſtus fuero, tua iuſtitia eſt, ſed ſic mea, ut tua ſit, id ẽ, a te donata. & iterũ; Quid eſt iuſtitia Dei? Quid eſt iuſtitia hoīs? Iuſtitia Dei eſt nõ qua Deus iuſtꝰ, ſed quã Deus impartitur, vt hõ iuſtus ſit. cõſentit D. Hier. in dialogo cõtra Pelagianos. & D. Bernar. ait; Iuſtũ me eſſe dixero, ſed illius iuſtitia. q̃ nã illa eſt? finis legis Chriſtus eſt ad ſalutẽ oĩ credenti. Chriſtus namq; factus eſt mea iuſtitia. q̃ facta eſt mea iuſtitia, nõ erit mea? mea traducta eſt culpa, & mea nõ erit indulta iuſtitia? Deniq; oẽs ſãcti Patres Eccleſiæ Latinæ idẽ ſentiũt, nẽpe ꝙ Chriſtus eſt ipſa iuſtitia, & ꝙ de plenitudine eius oẽs accepimus, & participamus nr̃am iuſtitiã. Idẽ ſẽtiũt vniuerſi Patres Græci, Chryſo. Theop. Orig. explicãtes illã ſniam Ro. 1. Iuſtitia Dei in eo reuelatur. Rationes uero ad iſtum errorem conuincendum

Conc. Trid.
Augu. lib. de ſpir. & lit. c. 9. 11. 18. & 21.
ij. lib. cõtra duas epiſto. Pelag. ca. 7.
li. 4. de Tri. c. 12. in quæſtion. ſuper Exho. c. 15. & tract. 26. in Ioan.
Hiero.
Ber. epi. 190
Chryſ.
Theop.
Orig.

cendum ſunt euidentes. In primis, cum iuſtitia Chriſti ſit
vna, & inuariabilis, ſi oẽs ſumus iuſti iuſtitia qua Chri-
ſtus iuſtus eſt; ergo omnes ſumus æqualiter iuſti. quod
eſt dogma hæreticum contra ſcripturarum traditionẽ. Se-
cũdo ſequitur, ꝙ ſumus certe tam iuſti ſicut Chriſtus: nã
ſumus iuſti eodem numero, iuſtitia, & ſanctitate, & obe-
dientia. Tertio, Deus exigit a nobis fidem, ſpem, & cari-
tatem, ut ſecũdum iſtarum uirtutũ diſpoſitionem infun-
dat nobis gratiam, & iuſtitiam qua iuſti ſimus, ut uniuer-
ſa ſcriptura plane teſtatur: ergo non ſumus iuſti iuſtitia
qua Chriſtus iuſtus eſt, ſed quam nobis impartitur ut iu
ſti ſimus. Ad hoc explicãdum ualet illa elegantiſſima cõ
paratio Diui Pauli, de ſtellis, quarum vna differt ab alte-
1. Cor. 15 ra in claritate, ut dicitur primæ Corint. c. 15. Stellæ enim
omnes ab uno Sole habent ſuum ſplendorem, ſed vna-
quæque ſecundum propriam qualitatẽ, prout magis aut
minus diaphana eſt, recipit claritatem. Eſt etiam illa cõ-
Rom. 12 paratio elegantiſſima quam perſequitur D. Paulus Roma
norum 12. de corpore, & membris: dicitur enim, ꝙ om-
nes ſumus vnum corpus in Chriſto Ieſu. In corpore uero
ſic ſe habet res, ꝙ omnia membra participant eandem vi
tam, ſed diuerſo ordine, & diuerſo gradu; aliter oculus;
aliter caput: non aliter in corpore myſtico aliud mẽbrum
eſt Beatiſſima Virgo, aliud B. Paulus. Illa etiam compara-
tio maxime quadrat, de palmitibus exiſtentibus in vite.
Omnes certe palmites a uite uirtutem recipiunt, ſed non
eandẽ fructum habent; alij proferũt vuas; alij labruſcas.
Quarto, iuſtitia, qua iuſti ſumus coram Deo, eſt caritas
de corde puro, cõſcientia recta, fide non ficta, dicente Di
1. Ioan. 3 uo Ioãne: Scimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad
Aug. lib. de vitam, ſi diligimus fratres: & iterum. Qui non diligit, ma
ſpiritu & net in morte. loquitur aperte de dilectione in nos proue
gratia & li. niente, & diffuſa in cordibus noſtris, ut optime demon-
3. cõtra duas ſtrat D. Auguſt. Sed caritas qua nos diligimus, non eſt
epiſt. Pelag. in Chriſto, ſed in nobis: ergo. Quinto, Lutherus dicit, ꝙ
c. 7. & lib. de Chriſtus efficit nos iuſtos per iuſtitiam extrinſecã, quæ
natu. & gra. maneat in ipſo, manentibus interim nobis in noſtris pec
c. 38. 42. & catis, & iniquitatibus. Ex quo ſtatim ſequitur, ꝙ reputet
70 iuſtos, qui re uera iuſti non ſunt. Quod ſi ita ſe res habet,
quomodo uerum eſt ꝙ iudicium Dei ſit ſecundum veri-
tatem, quod aſſerit Paulus Rom. 2. & Eſaias 5. Væ qui di-
citis bonum malum, & malum bonum, & qui iuſtificatis
impium in muneribus? Item ubi eſt illa promiſſio quam
Ezech. 11 Dominus pollicetur per Ezechielẽ; Dabo eis cor nouũ,
& ſpiritum nouum tribuam in viſceribus eorum? ubi eſt
illud 2. Petri 1. Quod ſumus conſortes diuinæ naturæ? &
illud ad Epheſ. 1. Elegit nos in ipſo ante conſtitutionem
mundi, ut eſſemus ſancti, & immaculati in conſpectu
eius? Vltimo, non deeſt argumẽtum ex penetralibus Me-
taphyſicæ adductũ. Nihil enim poteſt denominare ſubie
ctum denominatione reali, & abſoluta, niſi inhæreat ſub-
iecto: albedo non facit album; nec ſapientia ſapientem;
nec uita uiuum, niſi inhęreat ſubiecto, quod denominat:
ergo non poteſt denominari homo iuſtus a iuſtitia quæ
in altero permaneat. Valeant ergo iſti extrinſecarij hære
tici cum ſuis nouis uocibus, & blaſphemijs, extrinſecus
iuſtificari, & extrinſeca iuſtitia: nobis autem certiſſimũ
ſit, quod iuſtitia iuſti in eo, & ſuper eum, ſicut impietas
impij in eo, & ſuper eum.

Tert. conc. Tertia concluſio. Iuſtitia, qua iuſti ſumus coram Deo,
eſt iuſtitia Dei, & Chriſti, & noſtra. Dei quidem, quoniã
efficit eam in nobis, ſecundũ illud Eſaiæ 43. Ego ſum qui
deleo iniquitates tuas: & Roma. 8. Deus q iuſtificat. Chri
ſti uero, non ſolum quia eius merito efficimur iuſti, verũ
etiam quia nemo efficitur iuſtus, niſi de plenitudine eius
accipiat. Noſtra etiam exiſtit: nã cum donatur nobis, re-
nouamur ſpiritu mentis noſtræ, & induimus nouũ homi
nẽ, & efficitur in nobis nouus ſpiritus, nouum cor, noua
creatura, ut teſtatur omnium ſcripturarum ſacra pagina.

Quart. conc. Quarta concluſio. Iuſtitia, qua coram Deo iuſti ſumus
formaliter, eſt vere in animis noſtris inhærens, in viſceri
bus noſtris diffuſa. Hæc concluſio definita eſt ſecundum
Conc. Trid. iſtum tenorem in Conc. Trid. ſeſſ. 6. canone 7. 10. & 11. &
concluditur euidẽter ex præcedentibus concluſionibus;
& concludunt eam Patres ex illo ad Rom. 5. Diffuſa eſt
caritas in cordibus noſtris per Spiritum ſanctũ, qui da-
tus eſt nobis, per cuius gratiam renouamur ſpiritu men-
tis noſtræ, ut dicitur ad Titum 3. & renaſcimur in filios
Dei, ut dicit Dominus Ioan. 3. & uiuificamur in Chriſto,
ad Galatas 3. & accipimus in nobis Spiritum Sanctum, in
quo clamamus Abba pater; per quẽ efficimur conformes
imagini filij Dei, ad Rom. 8. per quẽ abluimur, iuſtifica-
mur, ſanctificamur 1. Corinth. 6. per quem accepimus
nouum ſpiritum, & nouum cor ſecundum uaticinium Ezech. 11
Ezech. c. 11. Vt ſimus conſortes diuinæ naturæ 1. Petr. 1. 1. Petr. 1
Ex quibus omnibus manifeſte liquet, hominem iuſtifi-
cari coram Deo per iuſtitiam quæ animis noſtris inhæ-
reat, & in uiſceribus noſtris ſit diffuſa. Nemo enim uiuit
per uitam quæ in altero permaneat; nemo ſanus efficitur
per ſanitatem quæ in altero perſiſtat. Sed eſt notandum,
ꝙ hæc concluſio poteſt habere duplicem ſenſum. Prior
eſt, hominem iuſtificari coram Deo per habitus infuſos;
hic ſenſus licet certus ſit, non tamen eſt de fide, ut ſupra
oſtenſum eſt in materia de habitibus. Alter ſenſus eſt, ꝙ
in his qui iuſtificantur, neceſſaria eſt renouatio hominis
interioris, & quædam rectitudo mentis, & animæ & hic
ſenſus eſt de fide catholica, & diuina; ſiue hoc fiat per
actum, ſiue per habitum, uel aliquid ſimile.

Quint. cõcl. Quinta concluſio. Qui iuſtificantur coram Deo, ſunt
uere iuſti, & non tñ reputantur iuſti. Hæc concluſio in-
Conc. Trid. fertur euidenter ex prædictis, & definita eſt in Cõc. Trid.
loco citato; & concludunt eam Patres ex illo; ad Rom. 5.
Vbi abundauit delictum, ſuperabũdauit & gratia. & ite-
rum: Non ſicuti delictũ, ita & donum, ſed delictũ primi-
parentis effecit filios ſuos uere peccatores: ergo iuſtitia
Chriſti efficit filios ſuos uere iuſtos. Propter ꝙ pulcherri
me dicit D. Auguſt. ꝙ ſicuti ſi iuſtus dicat ꝙ non habet
peccatum, mentitur, & ueritas in eo eſt; ſic ſi dicat ꝙ nõ
habeat iuſtitiam, mentitur, & ueritas in eo non eſt.

Sexta cõcl. Sexta concluſio. Iuſtificatio impij non ſolum includit
remiſſionem peccatorũ, ſed etiam acquiſitionẽ iuſtitiæ,
& renouationem hominis interioris. Hæc cõcluſio liqui-
do cõcluditur ex ꝑdictis; potiſſime ex quarta cõcluſione.
Nunc uero ſupereſt ſatisfacere argumẽtis in cõtrarium.

Argumenta Lutheranorũ diluuntur. Ad omnia argumenta Lutheranorum in communi re-
ſpondetur, ꝙ nos ante tribunal Chriſti non producemus
in noſtrum patrocinium, niſi iuſtitiam Chriſti, cuius me
rito, & titulo ſumus filij Dei, & hæredes uitę æternę. Sed
obſeruet Theologus, ꝙ ille genitiuus, Chriſti, non deſi-
gnat ſubiectum, ut ſit ſenſus, ꝙ ſumus iuſti iuſtitia quæ
eſt in Chriſto, ſed deſignat cauſſam efficiẽtem, ex qua om
nis noſtra iuſtitia deriuatur: propter quod optime dice-
bat ille, In tua iuſtitia libera me Domine: & iterum, In
tua iuſtitia exaudi me Domine. Sed præſtat ſigillatim
reſpondere ad omnia Lutheranorum argumenta.

Ad primum. Ad primum ex illo, Facti ſumus immundi omnes &c.
dicẽdum eſt, ꝙ hic locus debet intelligi de iuſtitijs ope-
rum, de quibus ex obſeruatione legis Iudaicus populus
gloriabatur, alioqui fœtidus, & immundus, & extra gra-
tiã Dei poſitus. Et cõparat Propheta diuinus iſtas iuſti-
tias panno mẽſtruatæ, qui licet in quibuſdam partibus ni
torem habeat, turpitudine, & aſperſione ſanguinis ſic im
mundus eſt, & fœtidus, ut in conſpectum hominum pro-
dire non debeat. Hæc eſt legitima explicatio illius loci.

Ad aliud; Non intres in iudicium &c. reſpondetur, ꝙ
hic locus habet uarias expoſitiones Catholicas, de qui-
bus actum eſt ſupra quæſt. 18. ar. 1. Breuis explicatio hęc
eſt; ꝙ homo ex ſeſe, & ex viribus liberi arbitrij non iu-
ſtificabitur in conſpectu Domini; bene autem iuſtifica-
tur ex his quæ per eum, & in eo operatur Spiritus ſan-
ctus per fidem, & caritatem, quæ eſt diffuſa in cordibus
noſtris per Spiritum ſanctum.

Ad aliud ex Iob 9. Nõ iuſtificabitur homo compoſitus
Deo, dicendum eſt, ꝙ homo, ſi conſideretur qua parte ho
mo eſt, & ex uiribus liberi arbitrij, non apparebit iuſtus
in conſpectu Dei. Rurſus, ſi conſideretur ut iam eſt rena-
tus per gratiam Spiritus ſancti, tot imperfectionibus, tot
impuritatibus inuoluitur, ut compoſitus Deo potius ap
pareat iniuſtus, quam iuſtus; tenebræ, quam lux. Nihilo-
minus tamẽ iuſtitia fidei, & caritatis magno eſt in pretio
apud Deum; & ideo appellatur in ſacro eloquio, iuſti-
tia Dei, id eſt, iuſtitia quæ multum ualet apud Deum, &

multum

multum eſt, comparata Deo. Hoc ſiquidē eſt, quod eſt fętus nouę prolis, comparatus uiro perfectæ ætatis; quod lumen candelæ comparatum luci ſolis; quod ſemen, cōparatum arbori fructiferæ. Oīs (inquit Apoſtolus Ioannes) qui natus eſt ex Deo, non peccat, quoniam ſemen Dei in eo manet, & nō poteſt peccare, quia ex Deo natus eſt. Parum ne eſt habere ſemen Dei, & ex Deo natū eſſe? Certe gratia Dei gratificati, & iuſtitia Dei iuſtificati, non vtiq; iam nihil dicemur, quin potius vnum erimus cum Deo, Dicēte Saluatore; Rogo Pater, vt omnes vnum ſint, ſicut nos vnum ſumus. An ne parum uidetur eſſe membrum Chriſti, & Spiritum ſanctum habere in nobis? Certe iuſtitia, qua iuſti ſumus, in magno pretio eſt apud Deum.

1. Ioan. 3. — Ioan. 17.

Ad ſecundū. Ad ſecundum iam ſatis dictum eſt, quomodo fideles ante tribunal Chriſti non producemus in noſtrum patrocinium, niſi iuſtitiam Chriſti.

Ad tertium. Ad tertium reſpondetur, ꝙ illa eſt figurata locutio: & ſenſus eſt, quod Chriſtus efficit nos iuſtos atq; ſanctos: & dictum eſt, Factus eſt nobis iuſtitia: ut largitatem & exuberantiam doni demonſtraret quaſi dicat, totus datus eſt nobis, vt ſit fontalis ratio iuſtitiæ noſtræ, & ſanctitatis. Simili locutione dicit Paulus: Ipſe pax noſtra, qui fecit utraque unum quam locutionem elucidat ad Coloſſenſes dicens; Pacificans per ſanguinem ipſius, quæ in cęlo, & quæ in terra ſunt. Itaque dicitur, Pax noſtra, id eſt, pacificator noſter.

Ad quartū. Ad quartum reſpondetur, ꝙ Diuus Paulus non excludit omnem iuſtitiam, ſed noſtram propriam, id eſt, ex viribus noſtris comparatam: ſtatuit uero iuſtitiam quæ ex Deo eſt, quæ noſtra efficitur, cum donatur nobis, per quam renouamur in ſpiritu mentis noſtræ, & efficimur uere iuſti, & ſanctificati.

Ad quintum. Ad quintum, ex illo, Credidit Abraham &c. dicendum eſt, ꝙ Diuus Paulus hiſce uerbis non excludit ueram iuſtitiam animis noſtris inhærētem, ſed eorum hominum opinionem, qui ex merito obſeruatæ legis exiſtimabant ſe veniſſe in Euangelij gratiam. Nam Deus non vendit remiſſionem peccatorum, & ſuam gratiam pro operibus, ſed gratuito condonat delicta, non imputando, & impartiendo iuſtitiam qua iuſti efficiamur.

Ad ſextum. Ad ſextum dicēdum eſt in primis, merito poſſe dubitari, an hæc locutio ſit admittenda, Chriſtus eſt mea iuſtitia: ſed quidquid ſit de iſta locutione, hoc certiſſimū eſt, quod hæc iuſtitia non prodeſt nobis, niſi applicetur per fidem, ſpem, & caritatem, quibus mediantibus, renouamur in ſpiritu mentis noſtræ, & efficimur ſancti, & iuſti coram Deo. Ad alia duo argumēta deducta ex Theologia in ſequenti dubio commodius reſpondebitur.

Ad alia ar.

Vtrum peccatū remitti poſſit ſine infuſione gratiæ. Sequitur dubium inter Catholicos; Vtrum de potentia Dei abſoluta poſſit remitti peccatum ſine infuſione gratiæ, & ſine renouatione hominis interioris? Scotus in 4. diſt. 1. quæſt. 6. diſtinct. 14. quæſt. 1. diſtinct. 16. quæſt. 2. tenet partem affirmatiuam quæſtionis, & probat non infirmis argumentis.

Argu. Scot.

Pri. argum. Nam homo poſt commiſſum peccatum dicitur tantūmodo peccator ex reatu, id eſt, ex obligatione ad pęnam: ſed Deus pōt uelle nō punire peccatorem, & ſceleratiſſimum Iudam ab inferni pœnis liberare ſine infuſione gratiæ: ergo poteſt remittere peccatū ſine infuſione gratiæ.

Secundum. Secundo, peccatū & gratia ſunt oppoſita mediata; mediat enim ſtatus in puris naturalibus, in quo homo conditus nec eſſet in peccato, nec haberet gratiam: ergo poteſt deleri peccatum ſine gratiæ infuſione. Conſequentia inde probatur: nam poteſt homo remoueri ab vno contrario ſine eo quod deducatur ad alterum, quando ſunt contraria mediata: album enim non ſolum tollitur per nigrum, ſed per pallidum, aut rubeum.

Tertium. Tertio, peccatum habet duo contraria, rectitudinem naturalem, & ſupernaturalem, ut plane cōſtat: ergo quæcumque iſtarum rectitudinum ponatur, delebitur peccatum; & ex conſequenti poteſt remitti peccatum per hoc quod homo deducatur ad rectitudinem naturalem abſq; infuſione gratiæ.

Quartum, Argumenta in fauorem Scoti. Ad hæc, qualemcunq; Deus potuit facere volūtatem, talem poteſt ſeparare poſtquam peccauit: ſed potuit facere voluntatem in puris naturalibus, hoc eſt, ſine peccato, & gratia: ergo poteſt talem reparare.

Prim. argu. Sed in fauorē huius ſententiæ Scoti argumentari poſſumus fortius. Nam ſi gratia, & peccatum ſunt oppoſita immediata priuatiue poſt peccatum, ſequitur ꝙ Deus ex ſua omnipotentia non pōt hominem iuſtum a ſua gratia deijcere abſq; eo ꝙ peccet homo ille. Cōſequens eſt manifeſtæ falſitatis. Nam Deus, quæ ſua eſt omnipotentia, pōt deijcere omnes ſanctos a regno cęlorū, & illos a ſua gratia depellere. Quod recte ſequatur, patet: nam Deus non poteſt tollere lumen ab aere, niſi per tenebras, nec poteſt tollere uiſum a Petro permanente, niſi per cæcitatem: quoniam ſunt oppoſita immediata priuatiue.

Secundum. Secundo, Deus pōt remittere peccatū homini, dando ei gratiā; & poſtmodum pōt abijcere illum a ſua gratia: ergo in principio potuit remittere peccatum ſine gratia.

Tertium. Tertio, Deus poteſt annihilare peccatorem, in quo manet auerſio, & prauitas peccati; & poteſt illum reproducere ſine tali auerſione: ergo poteſt tollere peccatum ſine gratiæ infuſione.

Quartum. Quarto, conſtituamus hominem in puris naturalibus, qui non habeat gratiam, nec caritatem, nec ſit deſtinatus ad finem ſupernaturalem: ſi iſte peccat, non priuatur gratia, nec caritate ſupernaturali: ergo ſufficiēter reducitur in priſtinum ſtatū, etſi gratia ei nūquam conferatur. Confirmatur: alioqui ſequitur, ꝙ homini conſtituto in puris naturalibus, ut Deus remittat peccatū quod forte cōmiſit, neceſſe ſit ut D[eus] illū diligat dilectione ſupernaturali: nā gratia eſt dilectio gratuita, qua Deus nos amat in ordine ad finem ſupernaturalē. Cōfirmatur ſecundo: nā ſequitur apertè, quod ille homo in illo ſtatu ſi peccat peccatū mortale, nō poſſit habere remedium. Quod recte ſequatur, patet: nā peccatum, ſecundū iſtam opinionē, non habet remediū niſi per gratiæ infuſionē: ſed homo cōditus in puris naturalibus non eſt deſtinatus ad aliquam gratiam ſupernaturalem: ergo remedium non habet.

Cōfir. ſecūd. — Cōfir. prim.

Vltim. Vltimo, Deus propter meritum Chriſti remittit peccatum cū ſola attritione, & ſuſceptione ſacramenti baptiſmi, & pænitentiæ, ut habet Theologorum receptiſſima opinio: ſed iſti homines ſolum attriti ſunt uere peccatores; attritio enim ſola non ſufficit delere peccatum: ergo Deus remittit peccatum ſine gratia iuſtificante.

D. Thom. Vera ſētē. In contrarium eſt auctoritas Diui Thomæ, qui in fine articuli dicit, ꝙ non poteſt intelligi remiſſio peccatorum ſine infuſione gratiæ. Hæc ſententia Diui Thomę poteſt confirmari optimis argumentis.

Nam peccatum, prēter reatum, & obligationem ad pęnam quam ſecum affert, eſt macula, & deformitas in anima exiſtens: Sed deformitas nō poteſt tolli ab aliquo niſi per pulcritudinem inhærentem, quam appellat Diuus Thomas infuſionem gratiæ.

Secūdo, peccatū eſt auerſio, & obliquitas a regula: ſed eſt repugnātia, ꝙ auerſio tollatur niſi per conuerſionem.

Tertio, peccatum dicit vulnus, & animæ infirmitatē, ut plane teſtātur ſanctæ Scripturæ: ſed eſt implicatio cōtradictionis, ꝙ anima uulnerata ſanetur niſi per ſalutem inhærentem: ergo repugnantia eſt ꝙ tollatur peccatum, & vulnus ſine renouatione animæ interiori. Hæc omnia confirmantur. Nam cum remittitur peccatum, fit anima de immunda munda: ſed hoc non poteſt fieri ſine aliqua tranſmutatione uera, & reali: hæc autem tranſmutatio terminatur ad aliquam formam, quæ omnino peccato repugnat: ergo non poteſt deleri peccatum ſine renouatione animi interioris.

Quarto, ab uno contrario ad aliud contrarium non fit tranſitus niſi per tranſmutationem realem: ſed in remiſſione peccatorum fit anima de immunda munda, & pulcra: ergo non poteſt fieri ſine tranſmutatione reali ipſius animæ. Explicatur hoc: Quando anima fit de immūda munda, uel habet ſe ſicut antea, uel alio modo. Si primum: ergo immunda, & ſordida manet. Si vero ſecundū: ergo interius eſt renouata, & mutata.

Quinto, quando Deus remittit peccatum, & facit animam iuſtam, & rectam, uel aliquid in ea operatur, vel nihil. Si nihil operatur: ergo manet praua & immūda, ſicuti prius. Si aliquid operatur; ergo remiſſio peccati fit per tranſmutationem animi noſtri realem. Explicatur hoc

exemplo,

exemplo. Nam cum remittitur peccatum originale, uel manent potentiæ animæ noſtræ auerſæ, & deordinatæ ſicut antea; uel manent conuerſæ, & recte ordinatæ. Si primum: ergo non eſt remiſſum peccatum. Si ſecundum; ergo iam eſt facta animi interioris renouatio.

Prima con.

Ad huius rei expoſitionem eſt prima concluſio. Deus poteſt remittere omnem pœnam homini cõſtituto in peccato mortali, permanente eius animo prauo, & iniquo. Probatur: nam Deus nulla neceſſitate compellitur ſumere uindictam de peccatoribus: ergo poteſt, ſi vult, non ſumere ſupplicium de peccatoribus. Hoc ita eſſe probat efficaciter argumentum primum factum pro opinione Scoti. Sed eſt notandum, quod hæc condonatio pœnarum, remiſſio peccatorum proprie non eſt: nã manet homo prauus, & iniquus coram Deo.

Secund. cõc.

Secunda concluſio. Poteſt Deus remittere peccatum ſine gratia quæ ſit qualitas animæ. Loquimur de potentia Dei abſoluta. Probatur hoc: nam Deus per auxilium ſuũ ſpeciale, & inſpirationem diuinam poteſt animum hominis ad ſe conuertere, & a prauitate auertere. Rurſus, põt Deus hominem diligere, & efficere ſui dilectorem, ſine habitibus infuſis, ut ſupra demonſtratum eſt. Sed contra hanc ſolutionem ſolent fieri non inualida argumenta, de quibus dictum eſt ſupra q. 110. ad finem.

Tertia conc.

Tertia concluſio. Si gratia accipiatur, vt ſignificet gratuitum Dei beneficium, repugnantia eſt quod Deus remittat peccatum ſine gratia: nam ipſa remiſſio peccati eſt gratuitum Dei beneficium.

Quarta cõ.

Quarta concluſio. Si loquamur de perfecta peccatorũ remiſſione, repugnantia eſt ꝙ remittatur peccatũ ſine gratia, & diuina beneuolentia acceptante; ſiue accipiatur pro gratia creata, aut increata. Patet. Nam tunc eſt perfecta remiſſio peccati, quando redimus in gratiam cum Deo, & ei recõciliamur, & inimicitia, quam peccatum inuexerat, & deſtruitur: hoc uero ſine diuina beneuolentia fieri nõ poteſt. Et confirmatur ex rebus humanis. Nam tunc inter homines offenſa perfecte dimittitur, quando homo redit ad gratiam quam per peccatum perdiderat: & de hac pfecta peccatorum remiſſione loquitur D. Tho. in articulo, cum dicit, non poſſe intelligi remiſſionem peccatorũ ſine infuſione gratiæ. Ex quo inferunt quidam uiri doctiſſimi, ꝙ licet poſſet facere, ꝙ tunc homo, qui nũc eſt in peccato, ſit ſine peccato, & ſine gratia, non eſt conſequens ꝙ poſſit remittere peccatum ſine gratia: nam hoc proprie non eſt remittere peccatum: non enim reſtituitur homo ad id quod perdiderat per peccatum. Quod ſi uerum eſt, omnia argumenta Scoti facillime confutantur: probant enim tãtum, quod poſſit Deus poſt peccatum efficere quod homo maneat ſine peccato, & gratia: hoc autem proprie non eſt remittere peccatum, ut dictum eſt. Sed de huius ſentẽtiæ cenſura infra dicendum eſt.

Quin. conc.

Quinta concluſio. Repugnantia eſt, & eſt ex his rebus quæ fieri nequeunt, quod Deus remittat peccatum homini cui actualiter adhæret peccato. Nam implicatio cõtradictionis eſt, quod Deus nõ odio habeat peccatorem: & ſimilis repugnantia eſt, ꝙ peccatum non ſit contra diuinã uoluntatem. Inſanit ergo Lutherus, qui dicit, hominem iuſtum in quolibet opere ſuo peccare mortaliter, tamen diligi, & amari a Deo.

Sexta conc. qua aſſeritur D. Tho. ſententia, Mag. Soto.

Sexta conclu. Peccatũ nulla potentia deleri, aut remitti poteſt ſine renouatione animi interiori, & trãſmutatione reali a prauitate ad rectitudinem: ſic docet D. Th. hic. Hanc renouationem interiorem appellat D. Th. gratiæ infuſionem: idẽ docet de ueritate, quæſtione vigeſimaoctaua, art. 2. ad quartum. Caiet. hic, Soto li. 2. de natura & gratia, c. 18. Capreolus in 4. di. 1. q. 2. Pro cuius rei declaratione aduertendum eſt, ꝙ poſt actum peccati tranſactũ manet peccatum reatu, cuius ratio formalis non conſiſtit in ordinatione, & imputatione ad pœnã, ut falſo docuit Scot. in 4. diſt. 16. q. 2. ſed in priuatione ordinis, & rectitudinis debitæ ineſſe. Et hæc priuatio appellatur a Theologis macula, a qua denominatur formaliter peccator, & immũdus homo, & iniquus, ut optime declarat D. Tho. ſupra quæſ. 86. art. 1. & 2.

Quid maneat poſt peccatum commiſſum

Ex hoc principio ſtatuto deducitur argumentum ad confirmandam noſtram concluſionem. Nam priuatio nõ poteſt tolli ab aliquo niſi per poſitionem eius formæ cuius eſt priuatio, ut conſtat ex omni Philoſophia: ergo peccatum remitti, & deleri nihil aliud eſt, quam animum reduci ad rectitudinem, cuius peccatum priuatio eſt. Deinde, ſi peccatum eſſet tantum offenſa Dei, & reatus ad pœnã, optime poterat intelligi eius remiſſio, & condonatio per denominationem extrinſecam, per non imputationẽ, per hoc ꝙ animus offenſi reconciliaretur offendenti: verum peccatum eſt macula, & deformitas, & lãguor animæ inhærens: ergo repugnãtia eſt ꝙ peccatum deleatur ab anima, niſi per rectitudinem, & pulcritudinem inhærentẽ. Item, peccatũ eſt auerſio a Deo, & a rationis norma: ſed implicat contradictionẽ, ꝙ auerſio tollatur niſi per cõuerſionem: ergo implicat cõtradictionem, ꝙ peccatum tollatur niſi per rectitudinem. Vltimo, ex eo ꝙ peccatum tollatur ſine rectitudine animæ inhærente, ſequitur euidens contradictio: ergo factibile non eſt. Antecedẽs probatur: nam ex hypotheſi iam nõ manet peccatum, & ex alia parte manet anima praua, & obliqua: ergo eſt in peccato, & non eſt in peccato.

Quid rectitudo, & iuſtitia animæ interior.

Sed dubitabit aliquis, Hæc rectitudo animi, & iuſtitia interior, ſine qua nulla potentia poteſt deleri peccatum, eſt ne aliqua qualitas ſuperaddita, an ipſemet animus recte ordinatus? Rñdetur, de lege ordinaria eſt qualitas ſuperaddita, nempe gratia infuſa, de cuius definitione ſuperius dictum eſt: ſed de potentia Dei abſoluta nõ eſt neceſſe, ꝙ ſit qualitas ſuperaddita: nam hæc rectitudo eſſentialiter in hoc conſiſtit, ꝙ potentiæ animæ inter ſeſe, & cum Deo ſint recte ordinatæ; hic autem debitus ordo potẽtiarum acquiri poteſt ſine qualitate ſuperaddita, per ſolum motum earum rerum quæ ordinantur. ergo Deus per motum diuinum poteſt ordinare noſtras potentias ſine qualitate ſuperaddita. Confirmatur. Sanitas corporis non eſt qualitas realiter diſtincta a quattuor humoribus proportionatis, & pulcritudo nõ eſt qualitas diſtincta a recta poſitione membrorum: ergo rectitudo animi non eſt neceſſe, quod ſit qualitas diſtincta a potentijs recte ordinatis. Exemplum eſt ex diuina Theologia. Nã peccatum originale, propter qđ anima manet praua, & Deo inimica, non eſt aliqua qualitas morbida ſuperaddita, ut perperam docuit Greg. Arimin. ſed eſt ipſę potẽtiæ animæ noſtræ deordinatæ, atq; incompoſitæ. ergo rectitudo animę noſtrę nõ eſt neceſſe, ꝙ ſit qualitas ſup addita, ſed in hoc eſſentialiter cõſiſtit, ꝙ potentiæ inter ſeſe, & cũ Deo ſint recte ordinatæ. Sed proximum eſt, ut accedamus ad ſummã difficultatem explicandam, Vtrum ne ut remittatur peccatum, ſatis ſit rectitudo naturalis, an ſit omnino neceſſaria rectitudo ſupernaturalis. Ad hoc dubiũ ita reſpondebat Victoria. Si loquamur de peccato quod priuat gratia, quale eſt unumquodq; peccatum mortale, de lege ordinaria impoſſibile eſt prorſus, quod remittatur peccatum ſine rectitudine gratiæ ſupernaturali. Nam tunc remittitur peccatũ, qñ reſtituitur homo ad id quod peccando perdiderat. Si uero homo exiſtens in puris naturalib. peccaret, ad remiſſionẽ huius peccati ſatis eſſet ꝙ reſtitueret illũ Deus ad naturalia ſine grã. Hæc ſnĩa nobis olim maxime placuit: ſed rẽ exactius conſideranti cũ Caietano vr̃ dicendũ, nullum peccatum mortale poſſe remitti ſine rectitudine ſupernaturali. Nam ille cui remittitur peccatũ ſine rectitudine ſupernaturali, adhuc manet auerſus a fine ſupernaturali. ergo adhuc peccatum remiſſum non eſt. Deinde, ille qui peccat mortaliter, eſt ſubiectus priuationi gratiæ, & rectitudinis ſupernaturalis. ergo donec ei reſtituatur rectitudo ſupernaturalis, remiſſionẽ ſui peccati nõ hẽt. Vltimo, qui peccat mortaliter, ẽt in puris naturalib. exiſtẽs, ponit obicem amicitiæ diuinæ, & efficitur indignus ad amicitiã diuinã. ergo nõ põt hoc peccatũ deleri, niſi tollatur hæc indignitas. Sed hæc indignitas tolli nõ põe, niſi p dignitatẽ ſupernaturalẽ. Sed eſt ſciendũ, ꝙ aliqui Doctores non indocti aliter probant propoſitam ſententiam: dicunt enim, quod quicumq; peccat contra legem naturæ, peccat ſubinde contra lege ſupernaturalem; itaq; pdit rectitudinem naturalem, & ſupernaturalem. Probãt in hũc modum. Nam qui adulterium committit, non ſolũ tranſgreditur præceptum de non adulterando, ſed etiam pceptum ſupernaturale, ut nullam creaturã diuinæ amicitiæ

An ad remiſſionem peccati ſufficiat rectitudo naturalis Mag. Victoria.

prępo-

præponamus. Hæc probatio mihi non placet: nam ſi homo exiſtens in puris naturalibus peccat, non peccat contra præceptum ſupernaturale, ſi quidem nullum habet: oportet ergo recurrere ad præcedentes probationes. Quibus ſic ſtatutis, ad argumenta in contrarium reſpondendum eſt.

Ad arg. Scoti. ad primum.

Ad primum reſpõdetur, ꝙ in peccatoris animo poſt actum peccati non ſolum manet reatus, & obligatio ad pœnam, ſed macula, & prauitas animi, quæ niſi per rectitudinem animæ aboleri non poteſt. Sed quoniam in confutatione huius argumenti dictum eſt, peccatum non eſſe tãtum reatum ad pœnam, ſed maculam, & deformitatem animi noſtri, idq; eſt præcipuum principium ex quo ſententia D. Th. confirmatur, libet hic breui ſermone cõmemorare incommoda quæ ſecum trahit peccatum, vt demonſtrem euidentius, quemadmodum ſine infuſione gratiæ, & animi renouatione reſarciri non ualeant. Incommoda vero hæc ſunt. Macula, quæ cõtaminat animam; tenebræ, quibus obſcurat eam; vulnera, quibus illam ſauciat in potentijs, ac uiribus; mors inſuper ſpiritualis, quæ diuidit inter animam, & gratiam viuificantẽ; deniq; reatus, quo homo manet reus, & obſtrictus iuſtitiæ uindicatiuæ iudicantis Dei. Quod peccatum ſit macula animæ, ex Scripturis efficaciter probatur: nam Propheta dicit; Beati immaculati in uia. Rurſus interrogans, Domine, quis habitabit in tabernaculo tuo? reſpondet; Qui ingreditur ſine macula, & operatur iuſtitiã. Ad hæc Sapiens; Beatus diues qui inuentus eſt ſine macula, id eſt, ſine peccato. & Chriſtus exhibebit (inquit Apoſtolus) Eccleſiam ſuam ſine macula, & ruga. Quibus ſi adiungas illud, Purgationem faciens ueterum delictorum; & illud, Sed abluti eſtis; nõ poterit dubitari, quin peccatum polluit, ac contaminat animam. Certe peccator, cum peccat, euidentiſſime polluit animã: dum amat, afficitur, & deliciatur in re uetita, bono incommutabili deſerto. & quidem hoc indecẽs eſt, & indecorũ, faciens in anima dehoneſtamentum quoddam, non quidẽ noſtris oculis viſibile, ſed Deo, diuiniſq; ſpiritib. conſpicuum. Huc etiam pertinent diuinæ ſcripturæ, quæ loquũtur de prophanatione, qua peccatum communicat, & prophanum reddit hominem: habes Marc. 7. dicẽte Domino; Ab intus de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ: omnia hæc ab intus procedunt, & communicãt hominem: communicant hominem, id eſt, communem faciunt, ut iam non ſit ſpecialis Domino electus de mundo in peculium ſibi; ſed ſit factus quaſi unus de communi perditionis maſſa: & prophanus, id eſt, procul a templo Dei ſacro: Apoſtolus docet, hominem pium eſſe mundum a peccato, eſſe templum Dei. Porro per peccatum proſtituitur mens hominis diabolo, & angelis eius, quod eſt prophanare. Tantum de maculis peccatorum. Cui doctrinæ correſpondent Scripturæ loquentes de purgatione, ablutione, mundatione, lauacro renouationis, aqua munda, quã promittit Ezechiel, & ſimiles, ut eſt uidere in uarijs locis ſcripturarum. Quod uero peccatum vulneret animã commõſtratur ex ſanctis ſcripturis. Nõ eſt ſanitas (inquit Propheta) in carne mea, infirmata ſunt oĩa oſſa mea; intelligens per oſſa, uires animi, quales ſunt appetitus, ratio, & uoluntas: quã vulneratione doceat Saluator parabolice dicens; Homo deſcendebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones, & vulneratus eſt, & ſemiuiuus relictus. & Michææ 1. Infirmata eſt in bonis q̃ habitat in amaritudinibus: ubi gloſſa, infirmata eſt in virtutib. anima, q̃ eſt in peccatorũ amaritudinib. Vnde Eſai. loquens de ſpirituali languore, & uulneribus animæ; dicit; Omne caput languidum, & omne cor mœrens: a planta pedis vſque ad verticem capitis non eſt in eo ſanitas: vulnus, & liuor, & plaga tumens non eſt circumligata, nec curata medicamine, nec fota oleo. hæc Eſaias, docẽs, ꝙ a principib. uſq; ad extremam plebem, a doctorib. uſq; ad imperitũ vulgus omnis anima ſit ex peccatis vulnerata. Pulcra certe, & in primis elegãs metaphora, quam perſequitur Eſa. Quemadmodum.n. corpus dr̃ ęgrũ, & vulneratũ, dum vires eius vel morbo, uel inflictione plagæ, ita deſtituũtur ſua potẽtia naturali, vt non recte ualeant ſuis fungi officijs in bonum ipſius corporis; ita eſt de animæ peccando eñ adeo

Incommoda quæ ſecum trahit peccatum.

Pſa. 128.

Marci. 7.

Luce. 10.

Mich. 1.

Eſa. 1.

obtenebratur mẽtis acies, & ſenſus hominis, eo ꝙ peccata ſunt tenebræ quædã, vt homo ueluti cæcutiens neſciat cernere uerum; adeoq; inuertitur uolũtas, & quaſi febrili igne inflammatur pars concupiſcitiua, ut homo, tãquã ſui impotens, & incontinens, ruat quacumq; ſpecie mali impulſus, & attractus. Quod uero peccatum præter vulnera naturaliũ virium inducat mortẽ ſpiritualẽ, docet expſſe Iacobus dicens; Peccatum cũ conſumatum fuerit, generat mortem: & Sapiens, Homo per malitiã occidit animã ſuam. Paulus uero inſinuat eleganti phraſi dicens, Stimulus mortis peccatum: quia dum tranſit ad interiora, videlicet ad conſenſum uoluntatis, tunc diuidit gratiam Dei viuificantem ab anima. Poſtremo, quod peccatum reatũ inducat, quo anima manet rea iuſtitiæ uindicatiuæ Dei, expreſſe teſtatur ſcriptura Matth. 5. Ego autẽ dico uobis, omnis qui iraſcitur fratri ſuo, reus erit iudicio; qui autem dixerit, Racha, reus erit cõcilio; qui autem dixerit, fatue, reus erit gehennæ ignis. Quæ omnia ſi recte expendat Theologus, videbit aperte quomodo peccatum remitti non poſſit ſine gratiæ infuſione. Nam licet offenſa, culpa, & reatus tolli poſſent per non imputationẽ: tamen macula non poteſt tolli ab anima, niſi gratia abluente; neq; prophanatio, niſi gratia ſanctificante; neq; uulnus, aut languor, ſine gratia ſanante; neq; mors, niſi gratia viuificante. Hæc plus ſatis pro argumenti primi confutatione.

Peccatum mortem ſpiritualem inducit.

Peccatum inducit reatum pœnæ.

Ad ſecundum reſpondetur, quod gratia, & peccatum non ſunt oppoſita immediata reſpectu hominis, abſolute conſiderati: datur enim medium, ut argumẽtum oſtẽdit; at ſunt oppoſita immediata reſpectu hominis lapſi in peccatum: in illo namq; non datur medium. Ratio diſcriminis eſt: nam homo conſtitutus in puris naturalibus habet negationem rectitudinis ſupernaturalis: ſed negatio non conſtituit illum in culpa: tamen non eſt priuatio rectitudinis debitæ ineſſe: cæterum poſtquam homo peccauit, hẽt priuationẽ rectitudinis ſupernaturalis debitæ ineſſe, vel ſaltem poſuit impedimentum ad diuinam amicitiam. & ideo nõ remittitur proprie peccatum, niſi rectitudo ſupernaturalis reſtituatur. Itẽ alia de cauſſa non datur mediũ. Nam poſt peccatum non reſtituitur rectitudo naturalis ſine rectitudine ſupernaturali. tunc enim reduceretur homo ad rectitudinem naturalem, quũ nec eſſet dignus, nec indignus diuina amicitia. hæc autem indignitas tolli nõ poteſt niſi Deus conuertat animum ad ſeſe, & faciat illũ dignum diuina amicitia. Loquitur de hac re optime D. Th. de verit. q. 28. art. 2. ad quartum, & quintum.

Ad ſecundũ peccatum & gratia an ſint immediate oppoſita.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ peccatum utrique rectitudini aduerſatur, naturali, & ſupernaturali. eſt enim utriuſque priuatio. & ideo deleri nõ poteſt alterutra, ſed vtraq; debet reſtitui. Secundo reſpondetur, ꝙ rectitudo naturalis non poteſt reſtitui ſine rectitudine ſupernaturali, ut iam dictum eſt.

Sed ſi urgeas argumento quarto propoſito: Deus ad illum ſtatum poteſt reducere hominẽ, in quo primum potuit condere cum ſola rectitudine naturali. ergo poteſt reſtituere illum ad ſolam rectitudinem naturalem; Reſpondetur in primis, non eſſe eandem rationem: nam poſt peccatum, gratia & peccatum ſunt oppoſita immediata. Secũdo, cõcedo ad bonum ſenſum, quod poteſt reſtitui homo ad rectitudinem naturalem: ſed ſi non tollatur auerſio a rectitudine ſupernaturali, ſemper manet in peccato. Aliter diſſoluit hoc argumentum Caietanus: dicit enim eſſe falſiſſimum quod peccato aduerſetur gratia, & rectitudo naturalis. rectitudo enim naturalis non aduerſatur cuicũque peccato mortali, ſed tantum exiſtenti contra legem naturalem; & hoc imperfecte. Nam peccatum non ſolum priuat rectitudine naturali, ſed etiam ex conſequenti rectitudine ſupernaturali. propter quod ueriſſime dicit D. Tho. ſupra q. 109. art. 7. quod peccatum maius bonum auferti, quam ponat rectitudo naturalis. Ex quo infert Caietanus quod rectitudo naturalis poteſt eſſe cum gratia, & cum peccato. Quod poſſit eſſe cum gratia, liquidum eſt. Quod uero cum peccato, patet. Nã in Angelis manſerunt perfectiones naturales integræ; peccauerunt uero contra legem ſupernaturalem. Item in pueris, qui diſcedunt in peccato originali, manet ſecundum D. Tho. beatitudo naturalis, & tamen ſunt auerſi a Deo, ut eſt finis ſupernaturalis

Ad quartum

Rectitudo naturalis poteſt eſſe cum peccato.

talis

ralis. Iſtæ ſunt confutationes argumentorum Scoti. Sed & illud commemorari poteſt, quod argumenta Scoti tantũ probant, poſſe Deum facere, quod iſte qui nunc in peccato eſt, ſit ſine peccato, & ſine gratia. hoc tamen non eſt ꝓprie remittere peccatum, ut ſupra dictum eſt.

ad argumenta in fauorem Scoti. ad primum.

Ad primum, quod fecimus in fauorem Scoti, reſpondetur, efficaciter conuincere quod non ſunt oppoſita immediate reſpectu hominis; nam datur medius ſtatus in puris naturalibus. Rurſus non ſunt immediate oppoſita reſpectu hominis iuſti, ut argumentum factum oſtendit; ſed ſunt immediate oppoſita reſpectu hominis peccatoris propter rationes ſuperius commemoratas; ſicuti reſpectu hominis errantis in fide lumen fidei, & error ſunt immediate oppoſita: non enim poteſt tolli error niſi per fidem, ſed reſpectu hominis fidelis non ſunt immediate oppoſita: poteſt enim fides tolli ſine errore, vt patet in uita beata. Item dicendum eſt, quod gratia non poteſt auferri niſi per priuationem, ſed priuatio gratiæ non ſolum eſt peccatum, ſed ablatio Dei voluntaria. Ad ſecundum idem dicẽdum eſt ſicuti ad præcedens.

ad ſecundũ, & tertium.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ ille homo reproductus reproduceretur auerſus a Deo, & Dei inimicus: nam cõmiſit peccatum ſemel, & eius non adhibuit remedium.

Peccatũ cõprodaci a Deo aliquãdo poſſe.

Quod ſi quis interroget; A quo reproducitur macula illius peccati quæ manet in anima? Reſpondẽt quidam, reproduci a Deo ineſſe cuiuſdam accidẽtis illius ſuppoſiti; rationẽ uero peccati habere ab interiori uoluntate hominis, qua committit peccatum. Sed abſonum uĩ mihi, ut cõcedatur maculam a Deo produci, & ideo dicendum exiſtimo, ꝙ comproducetur ex conſequio, ex eo, inquã, ꝙ producatur homo qui fuerat peccator, & numquam remediũ ſui peccati fuerat conſecutus: ueluti cum Deus producit paruulũ in originali peccato, originale peccatum non ꝓducitur a Deo, nec ſequitur ex productione naturæ humanæ quã Deus efficit, ſed ex eo quia natura humana uitio Adam primi parentis eſt commaculata: ſic Deus cum reproducit hominem iſtũ qui peccauerat, non ꝓducit peccati maculam, ſed cõſequitur ex hominis anteriori uoluntate. Secundo reſpondetur, ꝙ qñ dicimus gratiã, & peccatũ poſt lapſum eſſe oppoſita immediate, intelligimus ſubiecto permanente, ſicuti tenebræ, & lumen ſunt oppoſita in aere: at ſi aer nõ eſt, nec eſt lucidus, nec caliginoſus.

ad quartum

Ad quartum reſpondetur, quod ſi homo exiſtẽs in puris naturalibus peccaret, quamuis non perderet gratiam, poneret obicem ad diuinam amicitiam, & eſſet indignus diuina amicitia; quæ indignitas niſi per rectitudinem ſupernaturalem tolli non poteſt. Alia vero inconuenientia quæ cõmemorantur in argumento, ex neceſſitate ſunt deuoranda. Ad quintum reſpondetur, ꝙ cum Deus remittit peccatum attritis virtute ſacramenti, renouat illorum animos interne per informationem rectitudinis ſupernaturalis, quam appellat D. Th. infuſionem gratiæ.

ad vlt.

an peccatũ & gratia ex natura ſua opponantur Scotus Opinio Cai. vera,

Aliud dubium eſt, An gratia, & peccatum opponantur ſecundum naturam, an ex lege Dei, qui ſic ſtatuit, vt qui peccat, ſtatim perdat gratiam? Scotus loco citato tenet, ꝙ opponuntur ſolum ex ſtatuto diuino. Caietanus uero hic docet contrarium quod veriſſimum eſt. Nam peccatum eſt offenſa Dei, qua hõ eſt infenſus, & inuiſus Deo, gratia uero eſt, qua homo eſt acceptus, & gratus Deo: ergo repugnant ſuapte natura. Deinde, idem homo reſpectu eiuſdẽ temporis repugnantia eſt quod ſit Deo gratus, & inuiſus; ergo euidens repugnantia eſt inter offenſam Dei, & gratiam. Vltimo, conſtituamus (docendi gratia) gratiam non eſſe qualitatem animæ inhærẽtem, ſed qua homo eſt Deo gratus atque acceptus; tũc facile eſt intelligere quõ offenſa Dei, & gratia ſuapte natura ſibi aduerſentur. Cum ergo diſputant Theologi, an peccatum, & gratia de ſua natura aduerſentur; non quærunt de his qualitatibus animæ inhærentibus, ſed de peccato, ut offenſo eſt, & de gratia ꝓ eo quod eſt facere hominem gratum Deo, & illi dilectũ. Addideram etiam ego, quod gratia, quæ eſt qualitas de ſua natura, opponitur peccato. Nam gratia, quæ eſt qualitas, ſuapte natura habet facere hominem gratum, ut antea dictum eſt; alioqui non magis faceret hominem gratum quam albedo, & nigredo: peccatum uero, & offenſa Dei ſuapte natura faciunt hominem inuiſum Deo: ergo de ſua natura ſibi aduerſantur.

Obiectiones pro Scoti opinione Prima obiectio

Sed contra. Nam Deus de potentia ſua abſoluta poteſt acceptare peccatorem ad gloriam, & ad uitam æternam: ergo poteſt efficere quod homo peccator ſit gratus Deo: gratia enim nihil aliud eſt quam acceptatio ad gloriam: ex quo conſequens eſt, quod peccatum, & gratia de ſua natura non repugnant. Reſpondetur, quod gratia non eſt acceptatio ad gloriam, ſed dignitas ad uitam beatam. Secundo reſpondetur, aliud eſſe, hominem eſſe acceptatum ad gloriam, aliud eſſe, hominem eſſe acceptum, & gratũ ad gloriam. Primum non ſemper efficit gratia, ſecundum uero maxime.

ſecunda

Secundo, comedere carnes feria ſexta ante legis poſitionem non aduerſatur gratiæ: ergo gratia & peccatum ex legis poſitione aduerſantur. Reſpondetur, lex humana poteſt efficere, quod id quod non erat peccatum, ſit peccatũ deinceps; ſed poſtquam eſt peccatum, de ſua natura aduerſatur gratiæ: ſicut Eccleſia ex ſua inſtitutione conſecrat calices: ſed dato ꝙ ſint conſecrati, uendere, ratione conſecrationis, eſt ſimonia de iure diuino.

tertia

Tertio, ſupra definitum eſt, de potentia Dei abſoluta poſſe permanere gratiam, quæ eſt qualitas in homine peccatore: ergo ſuapte natura non opponuntur. Reſpondetur breuiter, quod licet gratia, quæ eſt qualitas, habeat de ſua natura efficere hominem gratũ; nihilominus Deus de ſua omnipotentia põt hunc effectũ impedire, ſicut ignis ſuapte natura calefacit; at iſtum effectũ Deus põt impedire.

an peccatũ tollat gratiã efficienter, uel demeritorie

Ad aliud dubium ſolet moueri in hoc articulo, contra id quod dicit D. Th. ad finem articuli, quod peccatum tollit, & corrumpit gratiam, An tollat gratiam efficienter, an potius demeritorie, ſic adeo, ut qui peccat, mereatur, vt Deus auferat ab eo ſuam gratiam? Quæſtio eſt quam tractant Theologi in 1. di. 17. Durandus q. 10. & alij in 2. di. 26. Caietanus hic. & 2. 2. q. 24. art. 10. Certe Scotus, & alij neoterici Theologi arbitrantur quod tantum demeritorie: quæ ſententia probatur his argumentis.

primum ar.

In primis, opera noſtra non producunt efficienter gratiam, ſed Deus deſuper infundit illam: quomodo ergo opera noſtra poſſunt corrumpere illam efficienter?

ſecundum

Deinde, gratia & caritas ſunt formæ quædam ſupernaturales, ut plane conſtat: non ergo poſſunt corrumpi actionibus creaturæ: eleuantur ſiquidem ſuper omnem creaturam, & ſuper omnem facultatem, & uirtutem creaturæ.

tertium

Ad hæc, ſimus in hora undecima feria quinta, tunc comedere carnes non corrumpit gratiam efficienter, quandoquidem talis operatio ſtudioſa eſt, & minime prohibita: ſed poſt horam duodecimam ille actus non habet aliquam uim & efficaciam, quam ante non habebat: non ergo corrumpit gratiam efficienter.

quartum

Præterea, opera noſtra non poſſunt eſſe inſtrumẽta ad creandum, neque ad annihilandum, ut teſtatur D. Thom. in pluribus locis ſuæ doctrinæ; ſed gratia cum deſinit eſſe, annihilatur: eſt enim quædam forma ſupernaturalis, q̃ uenit deſuper, & quæ non educitur de potentia ſubiecti. ergo opera noſtra non habent uim, aut energiam, ut gratiam corrumpant.

Vltimum

Iam uero actus noſtri tantum corrumpunt habitum cui contrariantur, unumquodq; enim corrumpitur a ſuo contrario; iniuſtitia, a iuſtitia; intemperantia, a temperantia: ſed peccatum non contrariatur gratiæ, quæ eſt in eſſentia animæ; ſed uirtutibus. ergo non corrumpit efficienter gratiam, ſed uirtutes.

Caietani uera ſententia.

Contrariam ſententiam ſuſtinet Caiet. in 2. 2. loco duodum commemorato, atque etiam in hoc articulo. quæ ſententia oſtenditur eſſe uera fortiſſimis argumentis. Primo ſic. Peccatum expellit efficienter caritatem, quæ eſt diſpoſitio neceſſaria ad gratiam, & ſine qua gratia conſiſtere non poteſt. ergo expellit efficienter ipſam gratiam. Conſequentia inde probatur. nam quamquam ignis non producat animam in corpore, expellit tamen eam a corpore efficienter, introducendo diſpoſitiones contrarias rationali animæ.

Secundo ſic. Peccatum eſt cauſſa motiua, & inductiua, quare Deus hominẽ a ſua gratia abijciat. hæc enim cauſſalis uera eſt, & ueriſſime dicitur, qa homo peccat peccatum

cum mortale, priuatur gratia: ergo peccatum eſt cauſſa efficiens, & motiua quare gratia corrumpatur.

Vltimo ſic. Conſtituamus, docendi gratia, nullum eſſe meritum, aut demeritum, fingamuſq; Deum nullum præmium, aut ſtipendium pro bonis aut malis operibus conſtituiſſe, tūc odiū Dei, quod eſt omnium peccatorū maximū, diſſiparet gratiam, & amicitiam: neque enim ſimul commorari poſſunt odium, & amicitia Dei: at non meritorie, ſiquidem ex hypotheſi nulla eſt ratio meriti: ergo efficienter.

Conc. Sed iam opus eſt vt argumentis in contrarium adductis ſatisfaciam.

argumenta in contrariū diſſoluuntur ad primum Oſea.13 Ad primum dicendum, hominem plus poſſe in malo quam in bono, iuxta illud; Perditio tua ex te, tātummodo in me auxilium tuum. Itaque opera bona, & ſtudioſa, & quæ placēt Deo, niſi adiuti diuinitus efficere non ualemus; peccare uero ex nobis poſſumus, ſiquidem peccare, deficere eſt.

ad ſecundū. Ad ſecundum dicendum, quod peccatum non expellit gratiam efficienter ex eo quod attingit ipſam gratiā, ſed eo, quod introducit diſpoſitiones contrarias, cum quibus gratia conſiſtere non ualet: ſicut ignis cum expellit rōnalem animam ex corpore, non attingit rationalem animā, cum ſit ſpiritus, ſed introducit formas contrarias, eiq; repugnantes. Vel dicat Theologus, ꝙ forma accidentaria corrumpitur dupliciter; tum per actionem contrarij; tum uero ad deſitionem ſubiecti. Et hoc duob. modis, uel quia deſinit eſſe ſubiectum ſimpliciter; vel quia deſinit ſubiectum eſſe diſpoſitum, veluti ſi quis eſſet in cauſſa, ꝙ aer non eſſet diaphanus, ex conſequio corrumperet lucem in aere, q̄ niſi in corpore diaphano conſeruari non poteſt; nō diſſimiliter peccatum corrūpit gratiā, qa eſt in cauſſa, ꝙ ſubiectū gratiæ non habeat diſpoſitiones conuenietes.

ad tertium. Ad tertium dicendum, ꝙ ille actus poſt horam duodecimam acquiſiuit entitatem, & proprietatem quandam moralem, uirtute cuius expellit gratiam efficienter, & pducit habitum uitioſum, virtuti contrarium.

ad quartum Ad quartum dicendum, quod gratia non proprie creatur, neque in nihilum redigitur, ũt ſatis aperte in ſuperioribus oſtenſum eſt.

ad vltimum Ad ultimum dicat Theologus, peccatum contrariari gratiæ, remote, & mediate. Nam peccatum contrariatur caritati, vel virtuti, ſine qua gratia conſiſtere non ualet. Vel dicat, ꝙ peccatum, ſi conſideretur, ut actus quidā, aduerſatur uirtutib. ſi uero conſideretur, ut eſt offenſa Dei, aduerſatur gratiæ, & reſpicit perſonam offendentem. Itaque hæc ad inuicem aduerſantur, & quidem immediate pſonam eſſe gratā Deo, & infenſā, & inuiſam: de qua re legatur Caie. 3. p. q. 86. art. 2. & Pater Soto li. 2. de natura & gratia c. 18.

ART. TERTIVS.

Vtrum ad iuſtificationem impij requiratur motus liberi arbitrij.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt affirmans, quæ ſic oſtenditur, & demonſtratur. Nam in iuſtificatione mouetur a Deo mens hominis ad iuſtitiam: ipſe autem omnia monet ſecundum conditionem ſuæ naturæ. Cum ergo homo ſecundum propriam naturam ſit liberi arbitrij, ideo in eo qui habet vſum eius, non fit talis motio ſine motu liberi arbitrij: ſed ita infundit Deus donum iuſtificātis gratiæ, vt cum dono moueat hominem ad acceptandum donum gratiæ, in ijs qui ſunt huius motionis capaces.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Error Lutheri dānatur. In hoc articulo in primis damnandus eſt error Lutheranorum, qui dicunt, hominem, cum iuſtificatur, non plus agere quā agat malleus in manu fabri, aut lutū in manu figuli. Hæc ſententia condemnata eſt grauiſſime in multis Concilijs: & in Cōc. Tri.

Conc. Trid. Seſ. 6. c. 5. & 9. Damnata eſt in uniuerſis ſcripturis ſanctis, quæ exigunt noſtrum cōſenſum ad noſtrā iuſtificationē: vt in illo Ioel. 2. Conuertimini ad me, & Eſa. 45. Conuertimini ad me, & ſalui eritis. & Prou. 16 Hominis eſt pparare animam: & ad Phi. 2. Cum metu, & tremore operamini ueſtram ſalutem, &c. Denique eſt illud Prouerbium

Aug. Pſal. 144. decantatum D. Aug. Qui creauit te ſine te, non iuſtificabit te ſine te. Eadem ſola damnata eſt ab uniuerſis Patrib. & damnatur ex cōi hominum conſenſu. Nihil enim eſt nobis magis euidens, nec euidentiori experientia comprobatum, q̄ quod libere credamus, amemus. conſentiamus.

Secundo ſciendum eſt, quod hęc quæſtio, Vtrum homo libere conſentiat diuinæ gratiæ, & motioni cū iuſtificatur, habet ſummam difficultatem; tum ex efficacia diuinæ gratiæ, & diuinæ motionis; tum uero ex neceſſitate gratiæ: propter quod præclare dicit D. Aug. libro de gratia Chriſti, cap 47. Cum defenditur liberum arbitriū, gratia Dei uidetur negari; quando uero aſſeritur Dei gratia, liberum arbitrium putatur auferri.

An efficacia diuinæ motionis repugnet libertati arbitrij. Primum ar. Ex efficacia diuinæ motionis hæc argumenta ſumuntur contra liberum arbitrium. In primis cauſſa libera eſt, quæ poſitis omnib. requiſitis ad operādum, poteſt agere, & non agere: hæc enim eſt definitio libertatis. Sed poſita efficaci motione diuinæ gratiæ qua hominem iuſtificat, non poteſt uoluntas non operari, & non conſentire: Ergo non libere conſentit. Probatur minor: alioqui diuina motio non eſſet efficax, nec omnipotens, contra illud, Omnia quæcumque uoluit fecit in cælo, & in terra.

ſecundum Secundo, mouere, & moueri ſunt correlatiua, & mutuo ſe conſequuntur: ergo non libere conſentit. itaq; ſic concludo argumentum. Quando adeſt efficax diuinæ gratiæ motio, homo non poteſt non operari; & quando nō adeſt, non poteſt operari: ergo numquam habet libertatem.

tertium Tertio, Quando Deus mouet animum hominis ad iuſtitiam, non poteſt non operari, & non conſentire: ſed modo Deus mouet: ergo modo me neceſſitat. Profecto ſi quādo Sol oritur, non poſſum non diligere amicum; ſi modo Sol oritur, modo neceſſitor ad diligendum amicum: certe ſi quis moueret manum meam ad ſcribendum, cui ego reſiſtere non ualerem, ſcribere meum, liberum non eſſet; ſed neceſſarium. Cum igitur homo, quando iuſtificatur diuinæ motioni non ualeat reſiſtere, conſequens eſt quod eius iuſtificatio libera non ſit.

Vlti. Vltimo, membra exteriora ea de cauſſa non habent libertatem, quoniam imperio efficaci uoluntatis non valēt reſiſtere: appetitus uero ſenſitiuus ea de cauſſa liber eſt, quoniam reſiſtere ualet: ergo ſi non poſſumus reſiſtere diuinæ motioni, liberum arbitrium hominis negādum eſt. Hæc argumenta ex efficacia diuinæ motionis hanc q̄ſtionem difficilem maxime reddunt.

Sed augetur difficultas ex neceſſitate diuinæ gratię. Nā ſi adiutorium diuinæ gratiæ neceſſarium eſt, ut hō exſurgat a peccato, & iuſtificetur, ſequitur quod reprobis, qbus negatum eſt hoc adiutorium diuinæ gratiæ, non imputetur ad peccatum, ꝙ non exſurgant a peccato, & non iuſtificentur. Explicatur difficultas huius argumenti. Nam non magis hō ſine adiutorio diuinæ gratię poteſt a peccato reſurgere, & iuſtificari, quam ſine pedib. ambulare, & ſine oculis uidere. Sed homini cæco non imputatur ꝙ non videat; & homini alligato non imputatur ad delictū ꝙ non ambulet. Ergo reprobo homini, cui Deus denegat adiutorium ſuæ gratiæ, non imputatur ꝙ non conuertatur. Iterū cōfirmatur. Nā ſi Deus denegat adiutoriū ſuæ gratiæ hominibus qui pereunt, cum hoc adiutorium ſit neceſſariū, conſequēs eſt ꝙ Deus deficiat in neceſſarijs. Iſta difficultates explicat optime Soto li. 1. de natura & gratia a c. 14 vſq, ad 18. Nos breuiſſime elucidauimus, primā qdē difficultatem ſupra q. 10. art. 4. ſecundam uero retro q. 109. ar. vltimo. recolantur quæ in iis locis dicta ſunt.

Nunc

Nunc diſputandum eſt cum Catholicis. Pro quo ſciendum eſt, ꝙ Caietan. ex concluſione huius articuli colligit alteram, ꝙ homo adultus, habens vſum liberi arbitrij, qñ ſuſcipit ſacramentum, non ſuſcipit gratiam, niſi habeat actualē liberi arbitrij motionem, & actualem intentionem. Probat hoc. Nam Deus cum iuſtificat impium, & confert gratiam, mouet liberum arbitriū hominis libere ſecundum conditionem eius & naturam: ergo ſi non mouet actualiter, euidens indicium eſt, ꝙ non confertur gratia. Secundo, ſi ſacerdotes, qui quotidie celebrant ſine actuali deuotione, ex diuino ſacramento ſuſciperent gratiam, haberent certe magnum cumulum donorū, & uirtutum: quod eſt contra experientiam. Hæc ſententia Caietani merito ab omnibus reprobatur: tum qñ D. Thomas in articulo, cum loquitur de iuſtificatione impij, manifeſte loquitur cum ſit iuſtificatio impij per actum liberi arbitrij, & non per virtutem ſacramenti: tum uero, qm̃ hæc euagatio mentis in ſuſceptione ſacramenti ſæpenumero eſt naturalis, & inculpabilis: ergo nō eſt conſonum ꝙ impediat effectum ſacramenti: tum tertio, qm̃ ſi hæc euagatio mentis impediret effectum ſacramenti, cōſequēs eſt, ꝙ ſit peccatum mortale, ſiquidem ponit obicem ſacramēto, quod eſt peccatum mortale. Vltimo, licet hęc euagatio mentis ſit in cauſſa, ꝙ nō ſit actu motio liberi arbitrij ex parte noſtra, non tollit quin permaneat cōſenſus voluntatis uirtualiter. & hoc ſatis fuerit in omnibus negotijs tam diuinis quā humanis. Sed de hoc agitur diligentius 3. par. quæſt. 79. ubi Caiet. tenet mordicus ſuam ſententiā.

Sententia. Caiet. falſa.

Solet etiam diſputari, Vtrum de potentia Dei abſoluta poſſit iuſtificari homo adultus ſine actu liberi arbitrij & conſenſione. Partē affirmatiuam tenet Scotus, Vega lib. 6. cap 5. Caietanus ſupra quæſt. 112. art. 2. Aliqui ex diſcipulis Diui Thomæ id negāt in cōment. ſuper tertiam partē, quæſt. 86. art. 2, ubi hæc materia inueſtigatur. Nobis opinio Caietani uidetur probabilior: nam non apparet repugnantia, ꝙ Deus hominē dormientem in peccato mortali poſſit iuſtificare, & animum eius ad ſe conuertere habitualiter, & rectum efficere. Confirmatur. Nam ſi aliquis actus liberi arbitrij eſt pernecessarius ad noſtrā iuſtificationē, concurrit certe uel diſpoſitiue, uel meritorie, uel efficienter: ſed omnes iſtas cauſſalitates põt Deus supplere: ergo põt iuſtificare hominē adultum ſine actu liberi arbitrij. His explicatis, opus eſt vt ad auctorem noſtrum reuertamur, & eius uerba diligenter examinemus. Dicit enim Sanctus Doctor, uoluntatem noſtram nō moueri a Deo ad iuſtitiam, niſi conſentiente libero arbitrio: quæ ſententia videtur falſiſſima. Nā ſæpenumero Deus mouet humanā uoluntatem excitante gratia, & præueniēte, ſine noſtræ uoluntatis aſſenſu: quod in ſuperioribus ſatis probatum exiſtimo, dū de gratia operante, & præueniente inſtituta eſt diſputatio. Quomodo ergo habet uerū qđ hic dicit ſanctus Thomas? Certe excitatur, & illuminatur homo non raro ſine propria deliberatione, aut cōſenſione; ſed cū nihilominus ipſe cogitaret, aut præmeditaretur: de qua re loquitur optime Pater Soto lib. 1. de natura & gratia, cap. 16. Vt ergo hæc ſententia Diui Thomæ verum dicat, oportet ut intelligatur, qñ Deus mouet humanā uoluntatem ut iuſtitiā habeat & efficaciter conſequatur: tunc enim diuina motio mouet hoīs uoluntatem ad acceptandū proprio conſenſu donū gratiæ oblatum. Pro cuius rei euidenti elucidatione aduertendū eſt, omnia bona opera operari in nobis Deū, ut plane teſtatur uniuerſa Scriptura: nā in Pſalmo 36. dicitur, ꝙ a Deo greſſus noſtri diriguntur; quodq; omnia opera noſtra operatur in nobis Deus, ſcribitur Eſaiæ. 26. Verum non minus certū eſt, & hoc nos facere, cum facimus, quamuis ille faciat, ut faciamus, præbendo uires efficaciſſimas uoluntati, qui dixit Ezech. 36. Faciā ut in iuſtificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis: quem locū adducēs Diuus Auguſtinus, inquit; Faciā, ut faciatis, quid aliud dixit, niſi auferā a uobis cor lapideum, unde nō faciebatis; & dabo vobis cor carneum, unde faciatis? Quando ergo legimus in Scripturis, ꝙ omnia opera noſtra operatur in nobis Deus; ꝙ operatur & uelle, & operari, & perficere; ꝙ operatur oīa in omnibus; ꝙ facit in nobis quod placeat corā ſe; nequaquā in eo ſenſu accipiendum eſt, ut ſic agi nos, cum agimur ſpiritu Dei, putemus, quemadmodū faber agit, & mouet ſerram, aut ſecurim, ſed potius quēadmodum ſeſſor agit equū. Operatur quidē in nobis Deus, uerum nō otioſis nobis, ſed uoluntatis conſenſum, & conatū adhibentibus: quamquā ut uelimus ſine nobis operatur Deus, inquit Auguſtinus, de gratia & liber. arbitrio, cap. 12. ab ipſo enim præparatur voluntas noſtra. Cū autē uolumus, & ſic uolumus ut faciamus, nobiſcū cooperatur: ſine illo tū uel operante ut uelimus, uel cooperante cum uolumus, ad bona pietatis opera nihil ualemus. & alio in loco. Non ſolum Deus poſſe noſtrum donauit, atq; adiuuat, ſed etiam uelle & operari. Operatur in nobis, non quia nos non uolumus, aut nos nō agimus, ſed quia ſine ipſius adiutorio nec uolumus aliquid boni, neq; agimus. Quemadmodum igitur a Paulo dictū eſt; Viuo ego, iám non ego, uiuit uero in me Chriſtus: ſic quiſq; qui in Chriſto iuſtificatur, põt dicere, Viuo ego, iā non ego, viuit uero in me Chriſtus: laboro autem, iā non ego, laborat uero in me Chriſtus. Vnde Auguſtinus; Nos quidem ambulamus, uerum eſt: nos obſeruamus, nos facimus; ſed ille facit ut ambulemus, ut obſeruemus, ut faciamus, hæc eſt gratia Dei, bonos faciēs nos; hæc miſericordia eius præueniēs nos & iterum; Nos ergo uolumus, ſed Deus operatur in nobis & uelle: nos operamur, ſed Deus operatur in nobis & operari pro bona ſua uolūtate. hoc nobis expedit credere, & dicere, hoc eſt pium, hoc uerū, ut ſit humilis & ſubmiſſa confeſſio, & totum detur Deo. Hoc eſt quod pie, fideliter, ueriſſime dicit Diuus Thomas, ꝙ cū Deus quempiam ex adultis iuſtificat, ſic mouet ad iuſtitiam, ut etiam moueat ad aſſenſum voluntatis, ad acceptandum, & amplectandum donū gratiæ quod offertur a Deo. Itaq; operatur in nobis Deus oīa opera noſtra, non nobis nihil agentibus, uerū conſentientibus, & cooperātibus nobis. Sed & ipſum uelle, cōſentire, cooperari, dona Dei ſunt. Sed reperies quoſdā Theologos, qui cum dicit ſanctus Thomas, ad iuſtificationē impij requiri motum liberi arbitrij in adultis, interpretantur tantum, qñ adultus ex impio fit iuſtus. Exiſtimant enim, ꝙ Angelus, qñ creatus eſt in gratia, atq; etiam primus parens, non fuit neceſſaria uoluntatis aſſenſio. non enim ualent intelligere, quomodo in primo inſtanti ſuæ creationis potuerint libere operari. ſicut enim receperunt naturam a Deo, ſic etiā gratiā, naturā receperūt ſine cōſenſione uoluntatis, ſic certe & gratiā ſine aſſenſu uoluntatis accepiſſe exiſtimantur. Sed quanti ualeat horum auctorū ſententia, non poteſt hoc in loco cōpetenter examinari, & ideo huius rei tractatio ad aliū locum referatur. Profecto Caietanus aliter ſentit 1. parte quæſt. 63. ar. 5. & ratio Diui Thomæ in hoc articulo, ſi ualida eſt, de omnibus adultis, qui utūtur uſu rationis, & liberi arbitrij, euidenter procedit.

Vtrū de potentia Dei abſoluta poſſit adultus iuſtificari ſine motione liberi arbitrij. Scotus. Vega. Caiet. vera opinio Caiet.

D. Tho. verba obſcura.

Aug. de gra. & liber. arb. c. 16.

Aug. de gratia Chriſti cōtra Pel. & Celeſt. lib. 1 ca. 25

Aug. contra duas epiſt. Pelag. lib. 4. c. 6

Aug. lib. de bono perſeu. c. 13

Quorundam expoſitio.

Sed ex hoc argumento D. Thomæ uolunt etiā nonnulli Theologi deducere, ꝙ uoluntas, quando libere præſtat ſuum conſenſum Deo mouenti, cum iuſtificat animam, poſſit aliqua ratione cōcedi quod ſe iuſtificat, ſi quidem præparat ad iuſtitiam; poſſit quoque concedi, quod ſit cauſſa ſuæ iuſtificationis, utunturque his argumentis ad huius noui dogmatis confirmationem.

Animā ſeipſam iuſtificare quidā docent cū præbet conſenſum Deo mouenti.

In primis. In ſanctis ſcripturis frequentiſſime dicitur, ꝙ homo ſanctificat ſe, iuſtificat ſe, caſtificat animā ſuā, lauat, & mundat ſe. at prædictæ locutiones non eſſent veræ cū proprietate, ſi homo proprie nō eſſet cauſſa ſuæ iuſtificationis, & ſanctificationis. ergo hō proprie eſt cauſſa ſuæ iuſtificationis. Certe in diuinis litteris apertiſſima & planiſſima ſunt teſtimonia. 1. Ioan. 3. Oīs qui habet hāc ſpem, ſanctificat ſe. & 1. Petri cap. 1. Aīas ueſtras caſtificātes. Hieremiæ cap. 4. Laua a malitia cor tuū. Similia reperies paſſim in ſacro eloquio. His cōſonāt ſentētiæ Patrū. Hieronymus explicās illud; Iuſtus ex fide viuit; ſic ſcribit; Is qui ex ſua fide viuit, cauſſa eſt ſuæ uiuificationis. Beatus Chryſoſtomus eādē docet ſentētiā; ſed in hoc loco caute legēdus eſt: nā vř libero arbitrio multū tribuere.

Pri. arg. ex ſcripturis.

Hierony. Abac. 2 Chryſo. homi. 42. ad populum.

Non deſunt rationes ex diuina Theologia ad idem confirmandum, quarum prima hæc eſt. Nam homo proprie & uere ſe diſponit & præparat ad gratiam. ergo proprie & uere eſt cauſſa ſuæ iuſtificationis. Conſequētia argumenti inde probatur. nam qui diſponit ad aliquā formam

Prima ratio

mam, eſt vere cauſſa introductionis formæ, ſaltē in genere cauſſæ materialis: & cauſſa materialis vera cauſſa eſt. Quod uero homo proprie ſe diſponat ad gratiā, demonſtratur. Nā actus liberi arbitrij, fidei, ſpei, & caritatis, ſunt uera diſpoſitiones ad gratiā, & iuſtificationē. vnde cū homo per liberum arbitrium producat huiuſmodi opera, conſequens eſt, ꝙ vere ſe diſponat ad gratiā; adiutus tamen gratia præueniēti. Atqui hoc argumentū tam efficax exiſtimatur ab auctoribus huius ſententiæ, vt dicant efficaciter cōcludere; quod inficiari hanc ſententiam ſit dogma temerarium.

Conclusio.

Secunda

Eius etiā rei alterum producunt argumentum. Hęc enim propoſitio; Fides iuſtificat, uera ab omnibus cenſetur: quia non excludit caritatem, per quā præcipue animi iuſtificatio fit, ergo cōſimili ratione concedendū eſt hoīem ſe præparare ad gratiam, & iuſtitiam: nam hæc locutio nō excludit virtutem diuinam, per quā homo diſponitur. Et certe cū homo virtute diuina adiutus producat dilectionē ſupernaturalem, quæ eſt immediata diſpoſitio ad gratiam, videtur concedendum, quod homo proprie ſe diſponat ad gratiam. Hæc ratio colligitur ex Concilio Trident. Seſſ. 6. can. 5. ubi poſt alia multa, quæ huic propoſito conducunt, ſic habetur. Cum in Scripturis dicitur; Cōuertimini ad me, & ego conuertar ad uos; noſtræ libertatis admonemur. Ecce quemadmodum propter humanæ uoluntatis liberum conſenſum, quem homo Deo mouenti præſtat, dicitur ſe conuertere ad Deum: conuerſio uero ad Deum eſt uera diſpoſitio, & præparatio ad iuſtitiam.

Conc. Trid.

Tertia

Sed audiamus tertium argumentum. Hæc (inquiunt) aſſertio ab omnibus conceditur, ꝙ ſacramenta nouæ legis cauſſant gratiam, & efficiūt hominem gratum: in qua locutione non excluditur diuina uirtus ſacramentis aſſiſtens: conſimili ergo argumentatione poteſt concedi, ꝙ homo præparat ſe ad gratiam, & efficit ſe gratum & iuſtū coram Deo: nam hæc locutio non excludit adiutorium diuinæ gratiæ, qua homo ad gratiam ſe præparat.

Quarta

Sed vltimum argumentum vehementer exaggeratur. Homo (inquiunt) proprie generat hominem, quamquam non cauſſat rationalem animam; quia cauſſat ultimā diſpoſitionem ad introducendum rationalem animā, quod ex Phyſica nunc pro certo ſtatuitur: cum igitur homo a Deo adiutus cauſſet vltimā diſpoſitionem ad gratiam & iuſtitiam, ut ſupra oſtenſum eſt, uidetur concedēdum, ꝙ homo efficit ſe gratū, & iuſtum. Auctores huius opinionis ſunt uiri præclariſſimi, quos honoris cauſſa nomino. Ruardus Taper. articulo de iuſtificatione, pagina 5. & Pater Cano lib. 12. de locis Theo. cap. 13. ad 7. Sed nūquam inducam in animum meum, ut hanc ſententiam uerā eſſe credam: immo cōtrariū eſſe certum, ſuperius memini me latiſſime & ſutiliſſime demonſtraſſe, & argumēta, quæ ab iſtis auctoribus exaggerātur, facillima ratione labefactaſſe, & ſubuertiſſe. Nunc uero ut ultimā manum huic quæſtioni impoſitā, ſciēdum eſt, ꝙ Diuus Auguſtinus nobiſcū ſentit. Is namq; ſermone 15. de uerb. Apoſtoli pro eodem exiſtimat, ꝙ homo ſe faciat iuſtum & gratū corā Deo, & ꝙ iuſtitia ſit ab homine, & ꝓpria ipſius hominis. Sciendum eſt rurſus, ꝙ teſtimonia ſcripturarū ab his auctoribus adducta parum illos iuuant: nam loquuntur de homine iam iuſtificato; de quo dicitur Apocal. vltimo; Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & in alio loco dicit Scriptura; Non uerearis uſque ad mortem iuſtificari.

Cano.

Aia nequaquam ſe ipſam iuſtificat.

ARTIC. QVARTVS.

Vtrum ad iuſtificationem impij requiratur motus fidei?

SVMMA TEXTVS.

CONcluſio eſt affirmās, quę oſtēditur primo ex illo; Iuſtificati ex fide pacē habeamus ad Deum. Deinde euidenti demōſtratione. Nam ad iuſtificationem requiritur quod homo a Deo excitatus conuertatur ad Deū, iuxta illud; Cōuertimini ad me. Prima aūt cōuerſio in Deum fit per fidē, ſecundū illud; Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & quod inquirētibus eū ſit remunerator: Ergo motus fidei pernecellarius eſt ad impij iuſtificationē, potiſſime ille, quo homo credit Deum eſſe iuſtificatorem hominū per myſteriū Chriſti: quod patet ex illo; Credenti in eū qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam.

EXPLICATIO ARTICVLI.

SCiendum eſt, ꝙ fidem eſſe neceſſariam ad noſtram iuſtificationem eſt primum principium doctrinæ Chriſtianæ: quod patet ex illo; Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. & iterum; Accedentē ad Deū oportet credere quia eſt, & quod quærētibus ſe remunerator ſit: & Marci vltimo. Qui non crediderit, condēnabitur: & Ioan. 3. Qui non credit, iā iudicatus eſt. Hæc ueritas eſt definita in Cōcil. Trid. ſeſ. 6. cap. 6. & 8.

Fides neceſſaria.

Heb. 11

Conc. Trid.

Secundo ſciendū eſt, quod fides duplex eſt, uel (ut propriꝰ loquamur) habet duplicē ſtatum; implicitum, & explicitum. Fides implicita eſt, qua lumine ſupernaturali edocti credimus Deū eſſe, & remuneratorem eſſe: quæ in uirtute cōtinet omnia myſteria religionis Chriſtianę. Hæc fides in omni tempore, & in omni ſtatu fuit ſemper neceſſaria ad ſalutē: de hac enim loquitur Diuus Paulus cū dicit; Sine fide impoſſibile eſt placere Deo. Fides explicita eſt, quæ continet explicite, & diſtincte omnia myſteria religionis Chriſtianæ creditu neceſſaria, & myſterium Trinitatis, & Incarnationis, &c. Et de hac fide certiſſimū eſt, ꝙ poſt ſufficientem Euangelij promulgationē neceſſaria eſt ad noſtram iuſtificationem & ſalute: de hac enim dicitur; Qui non credit, iam iudicatus eſt: &, Qui non crediderit, condemnabitur. & Athanaſius in Symbolo; Qui hanc fidem firmiter non habuerit, ſaluus eſſe non poterit. Vtrum uero in aliquo caſu extraordinario poſt ſufficientem Euangelij promulgationem ſatis ſit fides implicita ad iuſtificationē, quæſtio eſt grauiſſima, quæ ſolet tractari in 2. 2. quæſt. 2. de fide, & in materia de Sacramentis. Nunc tantūmodo explicandum eſt, quid ſit illud, qđ oportet credere cum homo iuſtificatur: non enim tenetur, cum iuſtificatur, de omnibus fidei myſterijs recogitare, neq; ea ad memoriam reducere. D. Thom. tribus uerbis (quod aiūt) explicat nobis quid in hac re ſit tenendum: dicit enim in ſolutione tertij argumenti, ꝙ tenetur credere Deum eſſe iuſtificatorem hominum per myſterium Chriſti: idq; copioſius explicat Concilium Tridentinum hoc pacto in Seſſ. 6. cap. 6. Diſponuntur (inquit) homines ad ipſam iuſtitiam, dum excitati diuina gratia & adiuti, fidem ex auditu concipientes, libere mouentur in Deum, credentes uera eſſe quæ diuinitus reuelata & promiſſa ſunt: atq; illud in primis, a Deo iuſtificari impium per gratiam eius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu; & dum peccatores ſe eſſe intelligentes, a diuinæ iuſtitię timore, quo vtiliter concutiuntur, ad conſiderandam Dei miſericordiam ſe conuertendo in ſpem eriguntur, &c.

Fides duplicem ſtatum habet.

Quid tenetur homo credere cum iuſtificatur.

Conc. Trid.

Sed dubitatio ſequitur ualde magna; Vtrum ad iuſtificationē impij ſic requiratur motus fidei, ut ſola fides ſufficiat. Lutherus affirmat ſola fide hoīes iuſtificari apud Deū: eſtq; hic articulus oīum hæreſum noſtri temporis fons & origo. Probat Lutherus in primis hoc argumēto. Nam in ſanctis ſcripturis frequentiſſime aſſeritur, ꝙ omnis qui credit, & habet fidē, ſalutem cōſequitur: ergo ſola fides ſufficit ad ſalutem: alioqui multi crederēt, qui non ſaluarentur. Antecedens argumenti patet ex innumeris ſanctæ ſcripturæ teſtimonijs. Roman. 1. Euangelium eſt uirtus in ſalutem omni credenti. & cap. 3. Iuſtitia Dei per fidem Ieſu Chriſti in omnes, & ſuper omnes qui credunt in eum. & Ioan. 3. Sicut Moyſes exaltauit ſerpētem in deſerto, ſic exaltari oportet Filiū hominis, ut omnis qui credit in ipſum, non pereat. & iterum; Sic Deus dilexit

Vtrū ſola fides ſufficiat ad iuſtificationem.

Primum arg.

dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitũ daret, vt omnis qui credit in eum, non pereat. & Abac 2. & Ro. 1. & ad Gal. 3 Iuſtus ex fide viuit. Atqui hoc eſt Lutheranorum primum argumentum.

Secundum

Sed ecce producunt alterum ex diuinis litteris. Nõ iuſtificatur homo ex operibus legis, & iuſtificatur per fidẽ ſine operibus legis: ergo iuſtificatur ſola fide. Antecedens huius argumenti oſtenditur ex illo; Ex operibus legis nõ iuſtificatur omnis caro coram illo. & iterum; Arbitramur hominem iuſtificari per fidem, & non ex operib. legis. & rurſum; Scientes ꝙ ex operib. legis non iuſtificatur homo, niſi per fidem Ieſu Chriſti. & ad Rom. 4 Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum: quo in loco arguit Paulus hoc modo, ſicut exiſtimat Lutherus. Abraham, qui eſt forma, & exemplar credentium, & iuſtificandorum, non ex operibus, ſed ex ſola fide iuſtificatus eſt: ergo qui iuſtificatur, non iuſtificatur ex operibus, ſed ſola fide. Atqui hoc argumento putant ſe euidenter ſatisfacere Catholicis, cum Lutheranos vrgent, quo in loco inueniatur in diuinis litteris, hominem ſola fide iuſtificari: illud enim verbum, ſola, numquam inuenitur: vtiq; reſpondent, inueniri expreſſe: nam Lucæ 8. dicitur, Noli timere, tãtum crede, & ſalua erit filia tua: ſed quamquam non inueniretur ſub hac nominis appellatione, inuenitur ſatis expreſſe & diſtincte: nam dicitur in diuinis litteris, fide hominem iuſtificari, & non ex operibus aliis: dicitur ergo ſatis diſtincte, quod ſola fide iuſtificantur.

Rom. 3

Gala. 2

Tertium

Sed pergunt Lutherani, & aliud proferunt argumentum. Nam ad ſalutem, & iuſtitiam tantummodo eſt neceſſarium verbum Dei: ſic enim pronuntiat Iacobus, Suſcipite inſitum verbum, quod poteſt ſaluare animas ueſtras: & Pſalmographus inquit, Miſit uerbum ſuum, & ſanauit eos: ſed uerbum diuinum ſola fide apprehendimus: ergo ſola fide iuſtificamur. Sed & illa ratio non eſt contemnenda, qua quidam utuntur. Nam Deus, quæ ſua eſt omnipotentia, poteſt ſaluare & iuſtificare hominem per ſolam fidem: & hoc uidentur ſonare ſanctæ ſcripturæ: ergo ita eſſe, aſſerendũ eſt, potiſſime cũ Sancti Patres, Hilarius, Ambroſius, & Origenes hanc locutionẽ, Sola fides iuſtificat; approbent, vt ueram & plane diuinam & B. Auguſ. ſuper Pſa. 3 2. ſic habet; Fides tua, tua iuſtitia & in li. de perfec. iuſti. dicit, ꝙ fides eſt uita animæ: & in Pſal. 88 elucidans illud; Deſtruxiſti eum ab emundatione, dicit ꝙ ſola fides mundat nos. Bernardus epiſ. 77. dicit, quod ſola fides iuſtificat. & D. Th. 3 par. q. 70. art. 4. ad 2. dicit plane, ꝙ ſola fides Chriſti ueniuri iuſtificabat Patres ueteris teſtamenti. & 1. ad Timot. 1. lectione 3. dicit de operibus legis, ꝙ non eſt in illis ſpes ſalutis conſtituenda, ſed in ſola fide. & D. Caietanus elucidans Pſal. 2. dicit apertiſſime, ꝙ ſola fides iuſtificat, quæ locutio ẽt inuenitur in aliis Patribus Eccleſiæ, quos refert diligenter Vega libr. 1. ſuper Conc. Triden. c. 23. Dicunt itaque Lutherani, quod ſola fide iuſtificamur, idq; mere gratis, & ſine reſpectu bonorum operum. Sed nomine fidei non intelligunt fidem catholicam, & vniuerſalem, quam illi appellãt fidem hiſtoriæ, ſed fidem quandam ſpecialem, qua quis certo credit, & ſtatuit ſibi peccata eſſe remiſſa per Chriſtum, ſicut credit Chriſtum eſſe mortuum pro peccatorib. & hanc fidem appellant ſpecialem, quia non credunt in genere, & in cõmuni tantum peccata eſſe dimiſſa uere pænitentibus, ſed quiſque certe credit ſibi peccata eſſe remiſſa. Ex hac fide ſpeciali facile eſt intelligere omnes errores hæreticorum, qui hac ætate graſſantur. In primis errant dicentes, ꝙ ſola fides iuſtificat, excludentes ſacramenta, pœnitentiam, cordis caritatem, bonum propoſitum: hæc, inquiunt, non iuſtificant, ſed ſola fides. Rurſus in illo nomine fidei latet alius error: dicunt enim, ꝙ fides uera eſt, qua quis certo ſtatuit peccata ſibi per Chriſtum remiſſa eſſe: hanc autem non eſſe ueram fidem, ſed mendacem, infra demonſtrabimus. Tertio errant dicentes, ꝙ ab iſta fide ſpeciali caritas numquam ſeparari poteſt: quapropter concedunt cũ Catholicis, ꝙ fides quæ iuſtificat, eſt fides quæ per caritatem operatur, ſed ĩ ſenſu hæretico, vt infra explicabitur. Quarto errãt dicentes, ꝙ ab iſta fide ſemel ſuſcepta nemo decidet: uidet: nã hæc fides facit nos eſſe oues Chriſti; oues autem Chriſti nemo rapit de manu eius. Quinto errãt dicentes, ꝙ non eſt niſi unum peccatum infidelitatis, & non eſt niſi una iuſtitia, nempe fides ſola. Sexto errant dicentes, ꝙ hæc fides, quamlibet præclara ſit, non eſt aliqua diſpoſitio nec meritum aliquod, nec aliquid cõducit ad noſtram iuſtificationem, ſed eſt ueluti manus qua apprehendimus iuſtitiam Chriſti, tamquam propriam qua iuſti ſumus coram Deo.

Iacob. 1
Pſal. 106

Hilari. can. 8. in Matt.
Amb. ſuper epiſt. ad Ro. c. 2. & 4
Orig. ibid. c. 3
Aug.
Bernar.

Errores Lutheranorum
Primus error.

tertius

Sextus

Qua ratione lutherani pœnitentiã ueceſſariam dicant.

Sed eſt notandum, ꝙ Lutherani conuicti teſtimoniis ſacræ ſcripturæ a Catholicis adductis, & ipſa rerum euidentia (eſt enim inſaniſſimum concedere, ꝙ homo omnibus peccatis coopertus, & affectus ad omnia ſcelera, per ſolam fidem ſit iuſtus apud Deum) præcipue vero ex illis verbis Domini, Pænitentiam agite, dicunt, pænitentiam & caritatem eatenus requiri ad noſtram iuſtificationem, quatenus ſunt comites inſeparabiles iuſtificantis fidei. Præterea dicunt, obſeruationem mandatorum eſſe neceſſariam, non quidem ad ſatisfaciendum legi, a qua Chriſtus nos liberauit, ſed in teſtimonium ueræ fidei, ad oſtendendam ueram fidem ex operibus noſtris. Omnes iſti ſenſus ſunt hæretici, & execrandi. In primis namque Catholicus debet habere pro certo, ꝙ ſacramenta uere iuſtificant, vt patet ex illo. Baptizantes eos, &c. & rurſus; Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: & Ioan. 3. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu Sancto: & ad Titum 3. Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis, & renouationis: & Eph. 5. Chriſtus dilexit Eccleſiam, & tradidit ſemetipſum pro ea, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ. Quomodo autem ſacramenta conferant gratiam, diſputatur diligentius in materia de ſacramentis. Secundo habeat pro certo Catholicus, ꝙ caritas maxime conducit ad noſtram iuſtificationem: dicitur enim 1. Ioã. 3. Scimus quoniam tranſlati ſumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. & Lucæ 7. Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum.

Impugnatur lutherus
Marci. & Matt. vlt.

Sed accedamus ad ſummam rei difficultatem, & oſtendamus opera bona eſſe neceſſaria ad noſtram iuſtificationem, & quod ſola fides non iuſtificat. Pro quo ſciendum eſt, ꝙ ante mille ducentos annos fuerunt quidam hæretici, qui affirmarunt, ſola fide homines iuſtificari. Huius hæreſis auctores fuere Ætius, & Eunomius, vt auctor eſt Auguſtinus. Immo multo ante, dum viuerẽt Apoſtoli, fuere quidam homines nõ valentes intelligere illud D. Pau. Arbitramur hominem iuſtificari per fidem ſine operib. legis, qui dixerunt, ſolam fidem ſine recta vita, & bonis operib. ſufficere ad ſalutem, vt idem Aug. refert: dicitque, ceteros Apoſtolos, Petrum, Ioannem, Iacobum, Iudam ſuas epiſtolas ſcripſiſſe ad iſtum errorem confutandum; proptereaq; dixiſſe Petrum, ꝙ in epiſtolis D. Pauli ſunt quædam difficilia intellectu, quæ homines praui & inſtabiles deprauant in ſuam perditionem: de qua re uide Roffenſem art. 1. contra Lutherum, & Soto lib. 2. de nat. & gra. capitu. 5. Ad iſtum errorem confutandum ualet illa ſententia, Si uis ad uitam ingredi, ſerua mandata: & illa; Si hæc ſcitis, beati eritis ſi feceritis ea: & alibi: Qui diligit me, diligetur a Patre meo. & iterum, Qui diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit. Diuus Paulus manifeſte conuincit hunc errorem in ſuis epiſtolis, Rom. ſecundo, Non auditores tantum, ſed factores legis iuſti ſunt apud Deum. & capitulo octauo; Si ſecundum carnem uixeritis, moriemini; ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, viuetis. & ibidem; Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet ſpiritui noſtro quod filii Dei ſumus, ſi tamen compatimur, ut conregnemus. & 1 Corinth. ſexto. Nolite errare, nec fornicarii; nec idolis ſeruientes, nec maſculorum concubitores regnum Dei poſſidebunt; & cap. 10. Nolo uos ignorare fratres, quod patres noſtri omnes ſub nube fuerũt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe baptizati ſunt, tamen non in pluribus eorum beneplacitum eſt Deo. Ergo non ſufficit ſola fides ad iuſtitiam. D. Ioan. manifeſte refellit hunc errorem, dicens, Filioli, nolite errare; qui facit iuſtitiam, iuſtus eſt. & ca. 2. dixerat, Qui facit iuſtitiã, ex Deo natus eſt quibus uerbis ſubindicat aperte, iſtum errorẽ, de ſola fide, iã ætate iã fuiſſe ſubortũ. D. Iacobus ſtudioſius direxit ſuam epiſtolã aduerſus iſtum errorẽ: dicit enim, quod fides ſine operibus mortua eſt, & otioſa: &

Opera bona neceſſaria ſunt ad iuſtificationem.

Aug. li. de hæreſibus hæreſi 53.

Aug. lib de gratia & li. arb cap 7 & li. de fide & operi. c 14.
2. Pet. c. vlt.

Matt. 19
Ioan 13
Ioan. xiiii.

1. Ioan. 3

Iacob. 2

ſa: & ibidem demonſtrat, Abraham ex operibus iuſtificatum eſſe.

Sed ſi dicas, hæc argumenta eſſe inania contra Lutherum: nam Lutherus non negat bona opera, quin potius affirmat neceſſario ſubſequi ex fide iuſtificante, tamquam inſeparabiles comites: propter quod vociferatur Lutherus, nos eſſe calumniatores, & dicit; Nos deſtruimus opera per fidem? abſit: immo potius ſtatuimus. Reſpondetur, quod Lutherus vocetenus affirmat opera, ſed re ipſa negat. Nam licet dicat requiri pœnitentiam ad noſtram iuſtificationem, dicit tamen quod nihil conducit ad noſtram iuſtificationem. Rurſus dicit, quod hæc opera requiſita ad noſtram iuſtificationem ſunt peccata mortalia: dicit enim, quod peccator dum conteritur, & facit quod in ſe eſt, peccat mortaliter, & quod iuſtus in omni opere ſuo peccat mortaliter, & quod non eſt vere iuſtus, ſed reputatur iuſtus; atque adeo quod ſemper eſt tranſgreſſor illius præcepti maximi, Diliges Dominum Deum tuum: hoc autem quid eſt niſi opera bona negare, & aſſerere quod ſola fides ſine recta vita, & bonis operib. ſufficit ad ſalutem? Præterea, Lutherus affirmat, quod per ſolum actum fidei apprehendimus gratiam, & iuſtitiam ad quam ſequitur caritas; Catholici vero dicimus, quod antecellunt actus fidei, ſpei, & caritatis ordine naturæ, quib. præparamur ad noſtram iuſtificationem. Vltimo, in hac ſententia Lutheri latent alij quatuor errores. Primus eſt, quod vera fides, & Chriſtiana eſt, qua quis certo ſtatuit peccata ſibi eſſe dimiſſa per Chriſtum. Hæc non eſt vera fides, ſed mendax: nam nemo hominum in terra viuentium poteſt certo & infallibiliter cognoſcere, quod ſibi ſint peccata dimiſſa, ut antea demonſtratum eſt contra Lutherum. Secundus error eſt, quod a vera fide caritas numquam ſeparari poteſt. Hic error eſt aperte contra D. Pau. dicentem; Si habuero omnem fidem, id eſt, veriſſimam fidem; caritatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt. Tertius error eſt, quod vera fides hæc ſemel habita perdi non poteſt. Hic error confutatur in uniuerſis ſcripturis, in quib. aperte aſſeritur, aliquos a fide, a gratia, a veritate excidiſſe, & naufragium feciſſe circa fidem. Quartus error eſt, quod per ſolam fidem iuſti reputamur apud Deum, ſed non ſumus vere iuſti. Sed de confutatione huius iuſtitiæ imputatæ nobis, diximus copioſiſſime in ſuperiorib.

Lutherus ſola voce affirmat opera neceſſaria eſſe.
latent Lutheri errores.
Primus error.
Secundus
1. Cor. 13.
tertius.
Quartus.

Ad primum Lutheranorum ex teſtimonijs ſanctarum ſcripturarum reſpondetur, quod cum dicit Paulus, Fides iuſtificat; & Euangelium, quod omnis qui credit in filium Dei non condemnatur, non perit, non confunditur; prædictæ ſcripturæ habent unum ſenſum hæreticum, & plures Catholicos. Hæreticus ſenſus eſt, quod ſola fides iuſtificat, & nihil præterea neceſſarium eſt. Primus ſenſus Catholicus eſt, quod loquuntur de fide perfecta, quæ per caritatem operatur: ſic enim dicit Paulus, In Chriſto Ieſu nec præputium aliquid valet, nec circumciſio, ſed fides quæ per caritatem operatur. Quid autem ſit perfecte credere, & perfectam habere fidem, ex alijs locis ſcripturæ petendum eſt; præcipue Ioan. 7. vbi ſcriptum eſt; Qui credit in me, ſicut dicit ſcriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: ſcriptura ad quam reſpexit Saluator habetur 2. li. Paral. c. 16. vbi ſic ſcribitur: Oculi Domini contemplantur vniuerſam terram, & præbent fortitudinem his qui perfecto corde credunt in eum. Ille autem credit perfecto corde in Deum, qui non ſolum præbet fidem diuinis reuelationib. verum etiam omnes vires animi ſui accommodat ad faciendum quod fides præſcribit. In eundem ſenſum dicit Aug. quod non eſt habendum pro eodem, credere Deo, & credere Deum, & credere in Deum. Nam credere in Deum, eſt credendo diligere, & credendo amare, & in eo ſpem noſtram, & amorem collocare. Secunda explicatio: quando dicit Paulus, Fides iuſtificat, ſenſus eſt, lex fidei iuſtificat, i. id quod docet fides, iuſtificat, explicatio eſt D. Aug. In eodem ſenſu dicunt ſancti Patres ſola fidem Catholicam ſaluare poſſe, i. ſolam religionem Chriſtianam poſſe ſaluare. In eodem ſenſu dicitur Acto. 4. Non eſt aliud nomen ſub cælo in quo oporteat nos ſaluos fieri, niſi in nomine Dñi noſtri Ieſu Chriſti, i. non eſt alia religio, non eſt alia inuocatio quæ ſaluet homines. Tertia explicatio eſt, quando dicit Pau. hominem iuſtificari per fidem ſine operib. loquitur de operib. ante fidem factis, non de operib. factis ex fide: & quod hic ſit verus ſenſus, patet ex illo Ephe. 2. Gratia eſtis ſaluati per fidem, & hoc non ex nobis, non ex operib. ne quis glorietur: ipſius enim ſumus factura, creati in operib. bonis, ut in ipſis ambulemus. Sic reconciliantur facile D. Iacobus & Diuus Paulus. Quando dicit Iacobus, Abraham ex operib. fuiſſe iuſtificatum, loquitur de operibus factis ex fide, & ex diuina miſericordia. Quando vero dicit Paulus, Si Abraham ex operib. iuſtificatus eſt, habet gloriam, ſed non apud Deum, loquitur de operibus antecedentib. fidem. Sic docet D. Aug. Vel D. Iacobus loquitur de operibus ex gratia procedentibus; Diuus Paulus de operib. quatenus ex virib. liberi arbitrij proficiſcuntur. Quarta explicatio eſt, quando dicit Paulus, quod fides iuſtificat, ſenſus eſt; fides eſt initium, & radix noſtræ iuſtificationis. Sic explicat Concilium Tridentinum, & profecto hunc ſenſum præ ſe ferunt verba Pauli, cum dicit; Fides eſt ſubſtantia ſperandarum rerum, id eſt, fundamentum & radix ſperandarum rerum. Eſt etiam alia explicatio: fides iuſtificat, id eſt, fides oſtendit unde ſit petenda vera iuſtitia, nimirum ex miſericordia Dei, & paſſione Chriſti: in hoc ſenſu dicit Paulus; Iuſtus ex fide viuit, id eſt, iuſtus non ex lumine rationis naturalis, ſed ex lumine fidei vitam ſuam dirigit, & gubernat. Vltimus ſenſus (qui maxime probatur) eſt, quod cum dicit Paulus, fidem iuſtificare, non opera, ſenſus eſt, iuſtificari hominem gratis, & non ex meritis. Nam D. Paulus ſemper diſtinguit fidem ab operib. iuſtificari vero ex operib. apud D. Paulum eſt iuſtificari ex meritis: quod patet ex illo; Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundum debitum.

argumenta Lutheri diſſoluuntur. ad primum
Gala. 5
2. Paral. 16
Aug. tract. 29. in Ioan. & ſerm. 61. de verb. domini & ſermone 1. in vig. Pente. Aug. lib. de ſpiritu & litte c. 12. 13. & 14.
Ro...

Sed dices illa explicatio prima, de fide formata caritate, non explicat mentem D. Pau. Nam iuſtificari, eſt acquirere iuſtitiam: iuſtitia vero noſtra eſt gratia, & caritas, ut ſupra dictum eſt: ergo iuſtificari eſt acquirere caritatem: ergo abſurda explicatio eſt, quod per fidem formatam caritate deuenimus ad caritatem, & iuſtitiam. Propter hoc argumentum quidam affirmant, quod illa explicatio ſit abſurda, & incommoda, & adhibent aliam ex D. Aug. ſed non eſt opus incidere in iſtas anguſtias, nec deſerere explicationem Patrum. Dicendum namque eſt ex diuina Theologia, non eſſe abſurdam explicationem, quod per actum fidei, & caritatis præparemur ad habendam gratiam, & habitum caritatis, quæ diffunditur in cordibus noſtris: immo eſt ſententia certiſſima, de qua diſputandum eſt diligentius infra art. 8.

Aug. Acc. de ſp. litte 14

Ad ſecundum dicendum, quod ex dictis facile patet, quomodo ſit intelligendus Paulus, cum ſcribit, hominem iuſtificari per fidem, & non ex operibus.

ad ſec...

Ad tertium reſpondetur, quod verbum Dei eſt veluti ſemen, cui ſi accedat ſpiritus caritatis viuificus, iuſtificabit animas noſtras: ſed ex indiſpoſitione animi cui infunditur, manet ſæpenumero ſterile, & effœtum, vt explicauit Dominus in parabola ſeminantis.

ad tert...

Ad quartum dicendum, ſententiam Lutheri eſſe prorſus impoſſibilem, & continere in ſe euidentem repugnantiam. Nam euidens repugnantia eſt, quod hominem, alioqui iniuſtum, & omnib. ſceleribus coopertum, Deus per ſolam fidem reputet iuſtum, ac ſanctum: de cuius rei repugnantia dictum eſt accurate, & copioſe in hac quæſtione. ar. 2.

ad quar...

Ad ſententias ſanctorum Patrum dicendum, quod ſancti Patres per illam dictionem excluſiuam, ſola, excludunt quidem opera legis Moſaicæ, vt Ambroſius; alij vero virtutem ſacramentorum veteris legis, ut D. Tho. alij vero exhibitionem ſacramentorum exteriorem, quando non adeſt poſſibilitas, vt D. Bernardus; alij vero aliam religionem, & alium cultum, ut Martinus, qui in bulla, qua condemnat errores Ioannis Vuiclephi, dicit, ſola fides Catholica ſaluare poteſt. Demum Concilium Tridentinum non abſolute damnat hanc aſſertionem; ſola fides iuſtificat, ſed ſub his verbis, quæ habentur can. 9. Si quis dixerit, ſolam fidem iuſtificare, vt intelligat nil aliud requiri ad noſtram iuſtificationem, anathema ſit.

ad ſent. ſanctorum
Mart. Pa... Conc. Tri...

Sed numquid ſi aliquis vteretur hac tempeſtate iſta locutione, Sola fides iuſtificat, damnandus eſſet, & in iudicium vocandus? Certe non eſt tutum, neque ſecurum hac locutione uti, neque in concionibus, neque in diſputationibus; tum, quoniam videtur excludere caritatem, tum vero quoniam videtur ingenerare ſcandalum in animis auditorum, & fauere hæreſi Lutheranorum; tum deinde, quoniam hæretici Lutherani ſic loquuntur, & ſuum errorem

Non eſt dicenda iſta propoſitio ſola fides iuſtificat.

præci-

præcipuum his uerbis explicant: a verbis vero hæreticorum cauere, maxime debet Theologus, vt demonſtrat D. Th. 3. p. q. 16. art. 8. Sed nihiloſecius ſciat Theologus, hāc locutionem poſſe habere ſenſum verū. Nam ea vtuntur fere vniuerſi ſancti Patres: præter enim eos quos ſupra cō memoraui, vtuntur ea D. Baſilius hom. de humilit. Chryſoſt. hom 3. in epiſt ad Tit. Athanaſius ſuper c. 3. epiſto. ad Rom. Theophilactus & Theodoretus ibidē: D. Anſelmus in c. 9. epiſt. ad Hebræos. Senſus autem verus ac Catholicus huius locutionis, Sola fides iuſtificat; varius eſt ac multiplex. Primus eſt, q̄ fides ſola ex parte ītellectus ſufficit ad ſalutem, & iuſtitiam. Secundus ſenſus, vt accipiatur fides pro fide formata. ſic accipit D. Aug. & D. Bern. Tertius ſenſus eſt, vt fides accipiatur p̄ lege fidei, i. ſola lex fidei iuſtificat. Lex. n. fidei includit caritatem, & omnia quæ in lege Chriſti præcipiuntur. in quo ſenſu loquitur D. Aug. li. 3. contra duas epiſtolas Pelag. c. 5. Lex fidei ſeparat iuſtos ab iniuſt. s. Quartus ſenſus eſt, q̄ fides ſola oſtēdit, vnde vera iuſtitia ſit petenda, & ſuſcipienda. Cum igitur hęc locutio habeat ſenſum verū, & Catholicum, nō ſtatim eſt damnandus qui ea vſus fuerit; potiſſime ſi aliunde cōſtet eum de bonorum operum neceſſitate veram ſententiam dicere.

Baſilius. Chryſo. Athana. Theop. Theo dor. Anſelmus.

Aug. lib. de fide & oper. ca. 14. & 16. Ber. epi. 107

ART. QVINTVS.

Vtrum ad iuſtificationem impij requiratur motus liberi arbitrij deteſtantis peccatum.

SVMMA TEXTVS.

Sed dubitabit præterea Theologus, & non ſine cauſſa, quid eſt q̄ D. Paulus, & vniuerſa Scriptura frequentius aſcribat iuſtificationem fidei, quam caritati, aut pœnitentiæ: dicit enim Rom. 3. Iuſtificati gratis p̄ gratiā ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quē propoſuit Deus propitiatorem per fidē. & Vnus eſt Deus qui iuſtificat circumciſionem ex fide, & præputium per fidē. & ad Ro. 5. Iuſtificati ex fide: ſunt & aliæ inſignes ſententiæ in epiſt. ad Rom. & in epiſt. ad Galatas, Arbitramur hominē iuſtificari per fidē. Iuſtitia Dei p̄ fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes qui credunt in eū: & ad Rom. 10. & Phi. c. 3. Iuſtitiam infuſam uocat iuſtitiā Dei, iuſtitiam fidei; iuſtitiam quæ ex fide eſt. & Abac. c. 2. Iuſtus ex fide viuit. Certè huius locutionis demonſtranda eſt, & quidem diligenter, & accurate, uera, & ſolida cauſſa. Nam profecto homini non ſatis verſato in diuinis litteris, & in certaminibus Theologiæ, ex his locis uidebitur fortaſſis, vel ſolam fidem iuſtificare; vel fidem in hominū iuſtificatione primas partes tenere: cū tā certum ſit, & exploratum, caritatem in hac parte maioris eſſe momenti, quod ſic oſtendo ex diuina Theologia. Nā tametſi fides ſit exordiū noſtrę iuſtificationis, tamen iuſtificatio hēt perfectionē vltimā a caritate, q̄ eſt vinculum perfectionis; quod adeo certum eſt, vt fides ſine caritate nihil proſit, nihil ualeat, vt dicit Paulus. Deinde, in iuſtificatione impij ſanctificatur, & renouatur hō interius: & hæc renouatio, & ſanctificatio prę cipue tribuitur caritati, q̄ eſt noſtra iuſtitia, & ſanctificatio diffuſa in cordibus noſtris, vt definitū eſt in Conc. Tridē. fides uero ſæpenumero a gr̄a, & a iuſtitia ſeparatur, & ſeiungitur: manet. n. in hoīe peccatore, & iniuſto. Potius ergo iuſtificatio caritati debet aſcribi: quemadmodum q̄ homo uiuat, præcipue tribuitur animæ, quæ præſtat vitā, & numquā a functionibus vitæ ſeparatur: qui. n. aīam habet, viuit; & qui viuit, animā habet. non aūt tribuitur corpori, aut ſemini, a quib. vita ſæpenumero ſeparatur, & ſeiungitur. Præterea, in iuſtificatione impij ſimul cū motu fidei eſt motus liberi arbitrij in peccatum, p̄ deteſtatio nē peccati: ſed hæc deteſtatio peccati oritur ex caritate, iuxta illud Hie. 31. Poſtquā cōuertiſti me, egi pęnitētiā, hoc eſt, poſtquā cōuertiſti me ad vitæ amorē, ex amore excitata eſt illa pænitentia. hæc aūt p̄paratio p̄ caritatē, & pœnitentiā eſt tā ſufficiēs p̄paratio, vt ad eā cōtinuo ſequatur iuſtificatio: motū vero fidei nō ſtatim ſequitur iuſtificatio in multis. n. motus fidei eſt, in qb. non eſt iuſtitia. Sed iā tp̄s eſt, ut cām huius rei demōſtremus: nā caritatē in opere iuſtificationis maioris eſſe momenti, ſatis p̄ba tum exiſtimo. Triplicē ergo huius rei cām apud auctores inueni. Prima eſt, qm̄ fides eſt initiū, & prima radix iuſtificationis nr̄æ, & oīum aliorū operū q̄ in iuſtificatione cō ueniunt, ſm̄ illud; Accedentē ad Deū oportet credere, q̄a eſt, & q̄ inquirentib. ſe remunerator ſit; & item illud; Sine fide impoſſibile eſt placere Deo: & illud, Fides eſt ſubſtantia ſperandarū rerū. i. primum fundam̄. Eſt igitur prima ianua nr̄æ ſalutis, ſine qua Deū inuenire, & inuocare, Deo ſeruire, & placere, nullus in hac vitā pōt. Tribuitur ergo iuſtificatio impij fidei. ita inde iuſtificatio ſumit exordiū, a fide dirigitur ordinaturq́;, & fides demonſtrat vn̄ ſit vera iuſtificatio. Scda cā eſt, qm̄ nr̄a iuſtitia corā Deo pēdet ex gr̄a Dei, & iuſtitia Chri, q̄ fuit exercita ab ipſo in paſſione, p̄ quā redemit peccatores, & p̄ ipſis ſatiſfecit: itaq; factus eſt p̄ nobis iuſtitia, ſanctificatio, & redemtio. Ex quo tria deducūtur. Primū eſt, q̄ nō hēmus fiduciā in nr̄is operib. quæ ex nobis, quaſi ſufficiāt ad iuſtitiā. Scdm, q̄ ſubijciamus noſmetipſos iuſtitiæ Dei cōlcandæ nobis p̄ Chr̄m. Demū ex hoc euacuatur gloriatio liberi arbitrij, & amplificatur gloria Dei iuſtificātis hoīes ſine meritis p̄ meritū Chri Dni. Hoc explicatur a D. Pau. dicē te in hūc modū: Scdm iuſtitiā q̄ in lege eſt, cōuerſatus ſine q̄rela; ſed q̄ mihi fuerūt lucra, hæc arbitratus ſum p̄p Chr̄m detrimēta. Verūtamen exiſtimo oīa detrimēta eſſe p̄p eminētē ſcientiā Ieſu Chri Dn̄i nr̄i, p̄p quē oē detrimentū feci, vt Chr̄m lucrifacerē. In qb. verbis hr̄, q̄ fiducia nō hēmus in nr̄is operib. fiduciā nō hēmus: & Ro. 10. dicit Pau. Ignorātes iuſtitiā Dei, & ſuā volētes ſtatuere, iuſtitię Dei nō ſunt ſubiecti: quo in ſn̄a aperte ſignificatur, quō Sācti & vere iuſti ſubijciuntur iuſtitiæ Dei: & ad Ro. 3. Omnes peccauerunt, & egent gloria Dei: & ſubdit, Vbi eſt gloriatio tua? excluſā eſt. Per quā legem? factorū? Non; ſed p̄ legē fidei. Ecce quēadmodū in iuſtificatione impij glorificetur, & amplificetur Dñi gloria, q̄ oīa agnoſcit fides. Itaque fides non ſolū eſt initium noſtræ iuſtificationis, ſed reſpicit Chriſtū, & iuſtitiā eius. ex quo reſultāt illa tria q̄ in ſuperiorib. ſunt amplificata. Tertia cauſſa eſt, quoniā cum D. Paul. aſcribit fidei iuſtificationem, non loquitur (quantum ego exiſtimo) de perſuaſione intellectus, & de lumine quo credimus indubitanter ea, q̄ a Deo reuelata ſunt, ſed de lege fidei. lex autem fidei eſt lex ſpiritus, & caritatis, q̄ diffunditur in cordib. noſtris per Spiritū ſanctum. de qua lege fidei in ſuperioribus ſatis dictum eſt.

Quare iuſtificatio tribuatur fidei

1. Cor. 13.

Conc. Trid.

Phil. 3

His vero poſſumus addere quartā cauſſam, quā apud D. Aug. inuenio, q̄ ſic hēt. Ab his q̄ religionē Chriſtianam p̄terī uolebāt, ab ijs, inquā, primo & p̄cipue fides exigebatur, ut ſalutis ianua. Sed poſtquā in Chriſtianiſmū erāt recepti, de operib. pænitētię, & caritatis, multus & aſſiduꝰ erat ſermo. Diuus ergo Pau. qm̄ hoc p̄cipue agebat, vt homines ad Chriſtum traheret, in exordio fidē expoſcebat, fidem p̄dicabat, fidē ſpirabat, totus deniq; in hoc incumbebat, ut a lege veteri hoīes abſtraheret, & ad fidem Chriſti cōduceret. poſtquam uero Chriſtum ſuſcipiebant, docebat illos quemadmodū oportebat eos ambulare in Eccleſia Chriſti, & in operibus caritatis ſeſe exercere debērent, vt remiſſionem peccatorū, & iuſtitiam apud Deum conſequerentur. Hæc de iſto articulo dixiſſe ſufficiat.

Aug. de fide & operibus cap. 1.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Dubium eſt, An actus caritatis ſit neceſſarius ad iuſtificationem impij. Pro parte negante ſic arguitur.

Nam actus pænitentiæ ſatis eſt ad remiſſionē peccatorum, & ad impij iuſtificationē, vt teſtantur ſacræ litteræ, & vniuerſi Docto. ergo nō eſt neceſſarius actus caritatis.

Secundo. Actus pænitentiæ de ſe ſufficit abunde ad remiſſionem peccatorum, & actus caritatis per ſe ſufficit, ſecundum illud; Caritas operit multitudinem peccatorū; ergo alter actus neceſſarius non eſt.

An actus caritatis ſit neceſſarius ad iuſtificatio nem impij. Primum ar. Secundum

Vlt. ſi requiritur actus caritatis, maxime quia deteſtatio peccati, q̄ delet peccatum, dēt eſſe Deū ſumme dilectum.

Vltimum.

ctum. Sed hæc rō inualida eſt: nā ex ea ſequitur, ꝙ actus dilectionis ſit prior, non tempore, ſed ordine naturæ deteſtatione peccati: ſiquidē eſt cauſſa, & rō deteſtationis peccati. Ex quo cōſequēs eſt, ꝙ prior ſit actus caritatis, quam actus pænitētiæ. Itē cōſequēs eſt, ꝙ prius ſit hō Deo amicus, q̃ habeat pænitentiā. Demum conſequens eſt, ꝙ prius habeat remiſſa peccata, q̃ ꝙ habeat pænitentiā, ſiquidem iam eſt Dei amicus.

Actus caritatis neceſſarius. Primum notabile. 1. Ioan. 3. 1. Cor. 13.

Notandum eſt primo, ꝙ actus caritatis ſine dubio eſt neceſſarius ad impij iuſtificationem, quā iuſtificatur per proprium actū, & nō p uirtutem ſacramenti. dicitur enī 1. Ioan. 3. Qui non diligit, manet in morte. & D. Pau. aperte teſtatur, ꝙ opera, alioqui pclara, ſine caritate nihil valeat. Itē conuerſio ad Deū eſt neceſſaria ad impij iuſtificationē. Zach. 1. Conuertimini ad me. Ezech. 18. & 33. Sed conuerſio ad Deum ſine caritate nihil prodeſt, dicente Pau. ad Gala. 5. In Chriſto Ieſu nec circumciſio aliquid ualet, nec præputium, ſed fides quæ per caritatem operatur.

veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pænitentiam: & ca. 13. Niſi pęnitētiam habueritis, omnes ſimul peribitis: & Actorum 2. Penitentiam agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum. & in Pſalmo dicitur; Dixi, cōfitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino, & tu remiſiſti impietatē peccati mei. Sed & ratione efficaci idem demonſtratur. Sicut enim in motu corporali receditur a termino a quo, & acceditur ad terminū ad quē: ita mens humana, cum iuſtificatur, recedit a peccato, & accedit ad iuſtitiā, qui acceſſus & receſſus in motu liberi arbitrij capitur ſecūdū deteſtationem, & deſiderium: dicit enim Auguſt. ſuper Ioannem tract. 46. exponens illud, Mercenarius fugit; Affectiones noſtræ motus animorū ſunt: lætitia, animi diffuſio; timor, animi fuga eſt: progrederis animo cum appetis; fugis cū metuis. Oportet igitur quod in iuſtificatione impij ſit motus liberi arbitrij duplex. Vnus, quo per deſiderium tendat in Dei iuſtitiā. Alter, quo deteſtetur peccatum. Definitur autē hæc ueritas in Cōc. Trid. Seſſ. 6. can. 6. & 14. Sed quoniam qō huius articuli eadem eſt cum illa quam tractat D. Thom. 3. par. quæſt. 86. art. 2. de neceſſitate pænitentiæ, hic parum immorandum eſt.

Secundum.

Secundo notādū eſt, ꝙ recedere a peccato p deteſtationē peccati, & accedere ad Deū p actū dilectionis, ſunt officia caritatis. Nā ad eandē uirtutem ſpectat, proſequi vnū oppoſitū, & deteſtari alterū oppoſitū, ut docet D. Tho. hic ad 1. & diſt. 3. par. q. 85. art. 2. ad 1. dicit in hunc modū, ꝙ ad eandem amicitia pertinet delectari de bono, & commodo amici, & triſtari de offenſa aduerſ' eū admiſſa. Sed hæc deteſtatio peccati, quatenus aſſumitur ab homine in vindictā, & ſatisfactionē ſuorū criminū, eſt actus pænitētiæ uirtutis, q̃ nihil aliud eſt q̃ imperfecta q̄dam iuſtitia vindicatiua, qua ſatisfacimus p delictis cōtra Deū cōmiſſis.

Tertium.

Tertio notādū eſt, ꝙ D. Th. hic ſolūmodo definit, deteſtationē, & dolorem peccati eſſe neceſſariū ad impij iuſtificationem. Vtrum uero ſit neceſſariū, ꝙ procedat a caritate, vel a pænitentia, quæ ſit virtus diſtincta a caritate; prorſus nihil definit, ſed iſtam q̄onem reijcit ad materiā de pænitentia.

Quartum. Caie. Duo motus ſunt deteſtationes peccati. & actus dilectionis. Dei.

Quarto notandū eſt, ꝙ Caie. hic exiſtimat, ꝙ actus deteſtationis peccati, & actus dilectionis Dei, qui in iuſtificatione impij interueniunt, ſunt duo actus diſtincti. Quod probat primo auctoritate D. Tho. qui expreſſe hoc affirmat ad finem articuli. & art. 6. & 7. & ad 3. & ar. 8. Tum ſecundo, qm̄ deteſtatio peccati eſt fuga, & nolitio; actus vero dilectionis, proſecutio, & volitio. Tum tertio qm̄ hoc differt inter motū naturalem, & voluntarium, ꝙ in naturali idē eſt motus localis quo recedimus a termino a quo, & accedimus ad terminum ad quem; in voluntarijs uero non eſt idē motus. Nā motus quo recedo a peccato, eſt deteſtatio, & fuga, cuius obiectum malum; motus uero quo accedo ad iuſtitiā, eſt proſecutio, & volitio, cuius obiectum bonum eſt. ergo ſunt diſtincti actus.

Expenditur. Caie. S. Tho. Dupliciter poteſt voluntas ferri in odiū peccati, & in dilectionem Dei.

Sed ut hæc doctrina Caiet. exactius intelligatur, aduertendum eſt ex D. Thoma ſup. q. 8. art. 3. ꝙ voluntas duob. modis poteſt ferri in odium peccati, & in dilectionē Dei. Primo, quod feratur in vtrumque abſolute, & ſecundum ſe conſideratum. & ſic uoluntas duobus actibus fertur in odium peccati, & Dei dilectionem, id quod argumenta Caietani euidenter conuincunt. Altero modo fertur voluntas in vtrumque ſimul, ſcilicet deteſtando peccatū propter Deum ſumme dilectum; & tunc tantum eſt vnus actus, quod ſic oſtendo. Nam idem eſt actus quo voluntas vult media, & finem, vt optime oſtendit D. Thom. vbi ſupra: qui quidem actus reſpectu medij eſt electio; reſpectu finis eſt intentio: ergo idem eſt actus quo deteſtamur peccatum propter Dei amorem, qui reſpectu peccati eſt deteſtatio, & fuga; reſpectu vero Dei eſt uolitio, & amor. Item actus pænitentiæ ſufficit ad iuſtificationem impij, vt plane conſtat. Sed actus pænitētiæ eſt deteſtari peccatū propter Deum ſumme dilectum: ergo non ſunt diſtincti actus. Item, alia de cauſſa oſtenditur, ꝙ non ſit niſi vnus actus. Nam quando deteſtatur uoluntas peccatū propter Deī amorem, nō ſunt duo obiecta in quæ uoluntas fertur, ſed unum tantum, ſcilicet peccatum quod voluntas deteſtatur; ratio uero deteſtandi eſt diuina bonitas: ergo non eſt niſi unus actus. Illuſtratur hoc apertiſſimo exemplo. Nam quando uidemus coloratum propter lucem, non eſt niſi unum obiectum, quod videtur; ratio vero videndi eſt lux; & ideo non ſunt diſtinctæ uiſiones. Hoc ipſum docet Caietanus vbi ſupra: dicit namque, non eſſe inconmodum, quod idem actus numero ſit volitio, & nolitio, reſpectu diuerſorum, veluti cum deteſtamur peccatum propter Dei amorem, eſt vnus actus caritatis, vel pænitentiæ, qui reſpectu peccati eſt nolitio, & fuga; reſpectu Dei eſt volitio, & amor. Non tamen concedat Theologus, quod volitio ſit nolitio: ſicuti licet concedatur quod idē motus ſit actio, & paſſio, non conceditur, quod actio ſit paſſio: ſit enim prædicatio formalis. Item ſciendum eſt, quod actus dilectionis, qui in iuſtificatione interuenit, prior eſt, non tempore, ſed ordine naturæ deteſtatione peccati quod patet. Nam actus dilectionis eſt radix, & cauſſa, unde oritur deteſtatio peccati, quæ delet peccatum: ergo eſt prior deteſtatione peccati. Antecedens probatur ex illo; Dimiſſa ſunt ei peccata multa, quoniam dilexit multum. item ex illo; Conuerte me Domine, & conuertar: poſtquam enim conuertiſti me, egi pænitentiam. & in Concilio Tridentino Seſſ. 6. capitul. ſexto, ponitur modus conuerſionis peccatoris, & ſic dicitur: Peccatores Deum tamquam omnis iuſtitiæ fontem diligere incipiunt, & propterea aduerſus peccata mouentur per odium, & deteſtationem. Hoc ipſum oſtenditur ex definitione pænitentiæ, quæ ſic habet. Eſt dolor de peccatis propter Deum ſumme dilectum, in qua definitione manifeſte liquet, quod ratio, & cauſſa Chriſtianæ pænitentiæ eſt amor. Vltimo ſciendum eſt quod Diuus Thomas ad 3. videtur affirmare, quod ad iuſtificationem impij requirantur ſingulæ deteſtationes ſingulorum peccatorum. de qua re tractat diligentius tertia parte quæſtion. 87. & Caietanus in ſecunda quæſtion. de contritione. Veritas eſt, quod ad iuſtificationem impij, quæ poteſt fieri in inſtanti, ſatis eſt una contritio omnium peccatorum. Quod uero hic dicit Diuus Thomas, habet tres explicationes. Prima eſt, quod loquitur de contritione in ordine ad confeſſionem, in qua patefacimus noſtra delicta cum ſingulis mœroribus. & hoc vocat S. Thomas ſingulas contritiones. Vel D. Thomas docet communem modum, & ordinarium pænitentiæ.

Prior eſt actus dilectionis.

Luc. 7. Hier. 31. Conc. Trid.

Ad iuſtificationem ſufficit una contritio. S. Tho.

Ordinarius modus eſt, recogitare annos noſtros in amaritudine animæ noſtræ, & de noſtris peccatis ſigillatim dolere. Vel dicendum eſt, ꝙ D. Th. numquam dixit requiri ſingulas deteſtationes ſingulorum peccatorum, ſed tñ affirmat eſſe neceſſariam deteſtationem omniū peccatorū, & ſingulorum, quādo haberi poteſt.

Ad argumenta.

Ad primū.

His explicatis ad primū arg. in principio ſctm̄ nego cōſequētiā: nā actus pœnitentiæ includit Dei amorem: ſic enim definitur pœnitentiæ virtus, ꝙ ſit dolor de peccatis propter Deū ſumme dilectum, &c.

Prima concl.

Ad ſecundū.

Ad ſecundum reſpōdetur, quod ſufficit caritas vt ſalutem cōſequamur: ſed poſtquā homo peccauit, nō poteſt habere caritatē, niſi habeat deteſtationē ſui peccati. propter qd dicit D. Th. ad primū, ꝙ ad eandem amicitiā pertinet gaudere de bono amici, & triſtari de offenſa contra eum commiſſa.

Quattuor in iuſtificatione impii.

Ad tertium.

Ad tertium rñdetur, ꝙ actus dilectionis, qui interuenit in iuſtificatione impii, nō eſt diſtinctus a deteſtatione peccati, & ideo non illius cauſſa exſiſtit: pp quod argumentum propoſitum cōtinuo labefactatur. Nā ſi nō eſt actus diſtinctus, & cā illius nō exſiſtit, non oportet ꝙ prius intelligatur dilectio Dei, & amicitia: ſed ſi ſentiamus ꝙ eſt diſtinctus actus, argumentū habet difficillimā ſolutionē, quæ commode expediri non pōt vſq; ad articulū octauū. Dico tñ breuiter, ꝙ actus dilectionis, quo ꝑparamur ad habendā amicitiā, & remiſſionē peccatorum, non intelligitur vt amicitia, nec vt pfecta dilectio, ſed vt præparatio, & via ad habēdā diuinā amicitiam: quapropter non eſt quare in illo priori intelligatur homo Dei amicus. ita vr̄ docere Conciliū Trid. vbi ſupra. Dicit namq;: Peccatores incipiunt Deum diligere, & ex hac dilectione ad deteſtandum peccatū commouentur. Secundo rñdetur, non eſſe incōueniēs, ꝙ in illo primo ordine naturæ intelligatur homo Dei amicus, & non intelligantur adhuc remiſſa peccata: nā in alio genere intelligūtur iam remiſſa eſſe peccata, nempe in genere cauſſæ formalis: præintelligitur namq; gratia per quā ſunt iā remiſſa pctā. Sed de hac re dicemus in ar. 8.

Conc. Trid.

ARTIC. SEXTVS.

Vtrum remiſſio peccatorum ſit numeranda inter ea quæ requiruntur ad iuſtificationē impij.

SVMMA TEXTVS.

Concluſio eſt. Remiſſio peccatorum eſt vltimum inter ea quæ requiruntur ad iuſtificationem impii. Nam ſi diligenter rem expendamus, in iuſtificatione impii quattuor ſunt: videlicet, gratiæ infuſio, motus liberi arbitrii in Deum, motus liberi arbitrij in peccatū, & remiſsio culpę. Iuſtificatio enim eſt quidam motus, quo anima mouetur a Deo ab ſtatu culpæ in ſtatum iuſtitiæ: ſed in quolibet motu quo aliquid mouetur ab altero, requiruntur tria: primum motio ipſius mouentis, ſecundo motus mobilis, & ultimo cōſumatio motus, ſiue peruentio ad finem. Ex parte ergo diuinæ motionis accipitur infuſio gratię, & ex parte liberi arbitrij accipiuntur duo motus ſecundum receſſum ad terminū a quo, & acceſſum ad terminū ad quem: ſed conſumatio, ſiue peruentio ad terminū huius motus, importatur per remisſionem culpæ: in hoc enim conſumatur iuſtificatio, quæ originaliter conſiſtit, in gratiæ infuſione: nam per eam liberum arbitrium mouetur, & culpa remittitur

EXPLICATIO ARTICVLI.

Diſcutitur concluſio. Primū arg.

Concluſio huius articuli vr̄ falſa, & aduerſari cum Philoſophia. Nā calefactio nō eſt expulſio frigiditatis, ſed acquiſitio caloris; illuminatio non eſt tenebrarū expulſio, ſed acquiſitio luminis: ergo iuſtificatio impij non eſt remiſſio peccatorum, ſed acquiſitio iuſtitiæ.

Secundum.

Scdo, illuminatio non hēt ſpeciē, nec denominationē ab expulſione tenebrarū, ſed a luminis acqſitione: ergo incōgrue dicit D. Tho in ſolutione ad primū, & in corpore, ꝙ iuſtificatio hēt ſpeciē ex remiſſione peccatorū, cuius cōtrariū expſſe docuerat in ar. 1. huius qōnis.

Tertium.

Tertio, ad infuſionē gratiæ prius requiritur, vt aīa, quæ iuſtificari debet, emundetur a peccatis (quod fit p peccatorū remiſſionē) ſicut in gñatione naturali, priuſquā introducatur forma, expelluntur diſpoſitiones contrariæ: ergo eadē rōne expulſio, & remiſſio peccati ē aliquid prius, & prærequiſitum ad gratiæ infuſionem. Incongrue ergo dicit D. Th. ꝙ remiſſio peccatorum eſt vltimū omnium in iuſtificatione.

Quartum.

Quarto, in omni motu prius eſt recedere a termino a quo, q̄ accedere ad terminū ad quē, vt plane conſtat: ergo in iuſtificatione impij prius eſt deſerere pctm̄ q̄ ꝙ ꝑueniat ad iuſtitiā, & grē infuſione.

Quintum.

Vltimo remiſſio peccati, & iuſtificatio īpij ſunt duo motus diſtincti, ſicut gñatio & corruptio: ergo falſo dicit D Th. quod iuſtificatio impij eſt remiſſio peccatorum.

Caieta.

Ad hęc argumēta cōfutāda Caie. dicit eſſe errorem intolerabilem in Philoſophia, ꝙ prius ſit expulſio frigiditatis, q̄ acquiſitio caloris: nā per primū gradū caloris acqſitū expellitur primus gradus frigiditatis. Et D Th. ar 8. huius quęſt. ad primum dicit eleganter, ꝙ motus pōt dupliciter cōſiderari: tū ex parte agētis: tū ex parte mobilis. Si cōſideret ex parte agētis, prius eſt introductio formæ q̄ expulſio cōtrariæ diſpoſitionis. Sol. n. prius illuminat aerem, q̄ ab eo expellat tenebras. nā per lucē expellit tenebras; & ignis prius introducit calorē q̄ expellat frigiditatē: nam per calorem expellit frigiditatē; ceterum ex parte mobilis prius eſt expulſio tenebrarū, & ablatio impedimēti, q̄ ꝙ aer illuminetur. Ita in nr̄o ꝓpoſito, ſi motus iuſtificationis cōſideretur ex parte Dei agētis, prius eſt infuſio gratię: nā per infuſionem gratiæ remittit peccatū. Si vero cōſideretur ex parte mobilis, prius eſt remiſſio peccati, & ablatio impedimenti, q̄ ꝙ gratia diuinitus infundatur.

Impugnatur Caieta.

Sed hęc ſolutio nō probatur a Doctoribus. Nā expulſio termini a quo, impropriiſſime dr̄ conſumatio motus, & magis improprie dr̄ peruentio ad terminū: expulſio enim tenebrarum nō poteſt dici ſm̄ proprietatē conſumatio illuminationis, nec peruentio ad terminū illuminationis, neq; ꝙ in expulſione tenebrarū conſumatur illuminatio. Dicendū eſt ergo, ꝙ agens naturale nō intendit ſua actione expulſionem formæ cōtrariæ: forma enim contraria eſt bonum quoddā, propter qd nulla naturalis inclinatio per ſe fertur vt illā deſtruat, & corrūpat. Fertur itaq; in eius deſtructionē, quatenus eſt impedimentū formæ introducendę: atq; adeo veluti p accidēs intēdit illius corruptionē. Ex quo ſequitur, ꝙ expulſio formæ contrariæ in motu naturali nullo modo habet rationē termini ad quē: verū peccatū oībus modis & abſolute malum eſt, & ideo in iuſtificatione tā Deus ipſe iuſtificans hominem, q̄ homo ipſe qui iuſtificatur, per ſe, & directe intēdunt expulſionem, & ablationem peccati, non ex eo ſolū quia eſt impedimētum gratiæ, ſed quia malū eſt, & contra Deum. Ex quo ſeqtur, expulſionē peccati, & remisſionem, eſſe vltimū terminum in impii iuſtificatione: & ſecundū proprietatem dicitur conſumatio iuſtificationis, & peruentio ad terminum. Nam hic eſt fructus omnis iuſtitiæ, vt auferatur peccatum. Vel dicat Theologus, ꝙ remisſio peccati non ſolū eſt expulſio peccati, ſed eſt cōdonatio iniurię, & offenſæ, quæ in peccatore inuenitur cōtra Deū: quæ condonatio eſt conſumatio totius iuſtificationis, & nullo modo eſt expulſio peccati. Hęc ſolutio colligitur ex D. Th. art. 8. ad primū. Ex hac doctrina patet

Solutio vera.

Ad primum & ſecundū. quid dicendum ſit ad primum. Ad ſecundum reſpondetur quod motus habet ſpeciem a termino ad quem, quē agens prætendit: ignis per ſe intēdit generare ignem, per accidens vero corrumpere: Deus autem in iuſtificatione impij præcipue intendit remiſſionem peccatorum; & ideo nō eſt mirabile quod ex remiſſione peccatorū hic motus accipiat ſpeciē. Secundo reſpondetur, quod iuſtificatio dupliciter fit; tum per modum ſimplicis generationis ex negatione iuſtitiæ ad iuſtitiam; tum vero per motum ex cōtrario, vt ex culpa ad iuſtitiā. Quando iuſtificatio fit primo modo, terminus ad quem, eſt ſola iuſtitia; quando vero fit ſecūdo modo, terminus ad quem, eſt iuſtitia expellens culpā. Vt igitur hāc differentiam demonſtraret S. Th. dixit ſolut. ad primum, quod iuſtificatio impij habet ſpeciem ex remiſſione peccatorum. *Ad tertium & quartum. Ad quintū.* Ad tertium & quartum ex doctrina tradita manifeſte patet quid dicēdum ſit. Ad quintum reſpōdet optime S. Thomas ſolutione ad ſecundum, quem lege.

ARTIC. SEPTIMVS.

Vtrum iuſtificatio impij fiat in inſtanti.

SVMMA TEXTVS.

Prima concluſio. PRima Concluſio. Iuſtificatio impij, quantum ad infuſionem gratiæ, fit in inſtanti, abſque ſucceſſione. Deus enim ad hoc quod gratiam infundat animæ, non requirit aliquam diſpoſitionē niſi quam ipſe facit, quandoque ſufficientem, ad recipiendū ſubito gratiam, quandoque paulatim. Cū ergo virtus diuina infinita poſſit quācumque materiā creatam ſubito diſponere ad formam; & multo magis liberum arbitrium, cuius motus pōt eſſe inſtantaneus, cōſequens eſt, quod iuſtificatio fiat in inſtāti, quādo liberum arbitrium eſt ſufficienter a Deo diſpoſitū. Videmus. n. quod ſtatim cum materia eſt diſpoſita per alterationem præcedentem ad formam ſubſtantialem, forma ſubſtantialis introducitur in materiam: & eadem ratione, quia diaphanū eſt ſecundum ſe diſpoſitum ad lumen recipiendum, ſubito illuminatur a corpore lucido.

Secunda Concluſio. Iuſtificatio impij, quantum ad diſpoſitiones præcedentes, aliquando fit in tempore paulatim, aliquando fit in ſubito, vt in conuerſione D. Pauli. Hæc concluſio adeo liquida eſt, vt confirmatione non ſit opus, Ex his duabus concluſionibus ſequitur, quod iuſtificatio impij ſemper fit in inſtanti, quando liberum arbitrium eſt ſufficienter a Deo diſpoſitum & præparatum; quamquam hæc diſpoſitio aliquando fiat in tempore, aliquando fiat ſubito.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Vtrum homo poſſit iuſtificari in inſtanti. IN hoc articulo dubium eſt difficile, Vtrum homo peccator poſſit in inſtāti iuſtificari? videtur quod non. Nam actus peccati non poteſt durare ſolum per inſtans: non enim poteſt deſinere eſſe in eodē inſtanti, in quo productus eſt: nec vero in inſtanti immediato. nam non dantur duo inſtantia immediata, vt conſtat ex 5. & 6. Phyſic. ergo neceſſarium eſt vt aliquod tempus intercedat: in illo ergo tempore non erit facultas ad talem actum reuocandum.

Secū[d]o, ad actum iuſtificationis neceſſariū eſt plane vt per certum tempus continuetur, vt argumentū adductū probat: ergo iuſtificatio non poteſt fieri in inſtāti.

Tertio, dato quod tempus neceſſarium ad continuandum odium Dei ſit dimidia hora, plane ſequitur quod intra illud tempus non ſit facultas ad deponendum odiū Dei, ex quo cōſequens eſt, quod intra illud tempus homo nō poſſit iuſtificari. Vltimo, ſi infunditur gratia animæ noſtræ cum iuſtificatur neceſſarium eſt conſignare inſtans, in quo primo gr̃a inſit animę. Similiter ſi culpa remittitur, neceſſariū eſt conſignare inſtans in quo anima noſtra culpæ ſubiacet: ſed nō poteſt eſſe idem inſtās; alioqui anima ſimul eſſet in gratia, & in peccato: ergo neceſſariū eſt deſignare inſtantia ſibi inuicē ſuccedentia. Sed inter duo inſtātia ſemper mediat tempus, vt docet Ariſt. 6. Phyſic. ergo iuſtificatio nō ſit in inſtanti, ſed in tpe ſucceſſiue. Propter hæc argumenta Greg. Arimin. in 1. diſt. 38. ar. 3. & in 2. diſt. 4. & 5. q. vni. ad 4. dicit, quod licet homo libere eliciat actū ſuum in inſtanti quo incipit operari, verumtamen nullus actus durat tm̃ per inſtans, non libere, ſed neceſſario continuat actū ſuū: itaq. neceſſitatur homo ad continuandū actū peccati per aliqd tpis ſpatiū. Pro ſolutione tā difficultatis eſt primo aduertendū, quod moraliter, & verum, loquendo nulla operatio humana durat ſolū per inſtans, quod eſſe verum velip ſa experientia confirmat & nō euidēs demonſtrat. Nā actus voluntatis vel reſcinditur per aliū actū voluntatis cōtrarium, vel per aliū actū quo diuertimus cogitationem ad aliud. Sed iſte actus nō pōt eſſe in eodem inſtanti, alioqui duo actus cōtrarij eſſent ſimul in eodem: nec in inſtāti immediato: nam non dantur duo inſtantia immediata: ergo neceſſarium eſt intercedat tēpus. Secūdo, iſti actus ſunt ſibi immediati: nā alter alterū diſſipat, & non ſunt duo inſtantia immediata: ergo intercedit tempus. Sed ex hoc non infert Theologus, quod operatio humana requirit certum tp̃s, vt cōtinuetur. Aliud enim eſt quod requirat tempus, & aliud quod requirat certum tempus. Nam motus, vt conſtat ex 5. & 6 Phyſ. in ſui inchoatione requirit tp̃s, ſed non certū tēpus. Secundo decet, operatio humana non neceſſario continuatur per aliquod tpis ſpatiū, alioqui ſequitur hominē non poſſe iuſtificari in inſtanti: cuius cōtrariū docet fides Ezec. 18. & 33. In quacūq. hora ingemuerit peccator &c. illud, quacūq. hora, ſignificat quodcumq; tpis momentum. Quod recte ſequatur, patet: nā auctore Grego. neceſſitatur homo ad continuandum actū peccati per aliquod tpis ſpatium. Item conſtituamus tp̃s neceſſarium ad continuandum odium Dei eſſe dimidiam horam: cōſtituamus item quod homo in dimidia parte illius tpis faciat totum quod pōt & debet ad deponēdū odiū Dei; tūc ſequitur, quod Deus denegaret ſuam gratiam homini facienti totum qd poteſt, & debet: nam, ſecūdū Gregorium, neceſſitatur vt permaneat in odio Dei. Secundo ſequitur, quod homo faciens totum quod pōt, & quod debet, condemnatur in inferno in ſempiternum, ſi tunc [illegible] neceſſario permanet in odio Dei. Tertio ſequitur, quod homo viator, & habens uſum rationis, per aliquod tp̃s ſit extra ſtatum ſalutis, quandoquidem per illud tēpus nō poteſt odium Dei deponere. Vltimo, hæc ſententia eſt abſurda & [illegible], nā omnes Theologi in quarto, in materia de pœnitentia, cōdemnant Gregorium, & Scotū, aſſerētes quod ad veram contritionem neceſſarium ſit certum & determinatum tp̃s continuationis. *Impugnatur Greg. Arim. Operationes durāt tantū per inſtans. Operatio humana nō requirit certū tempus.*

Ad argumēta Gregorij. Ad argumēta Gregorij rñdetur, quod res ſpirituales, cuiuſmodi ſunt intellectiones, & volitiones, poſſunt durare p ſolum inſtans. præcipue qñ deſinunt eſſe per ceſſationē ab opere, & per abſentiam conſeruantis: qd videre eſt in lumine, qd, qm̃ dependet in eſſe, & conſeruari a Sole, abſente Sole continuo euaneſcit, & deſinit eſſe. Secundo rñdetur, quod licet operatio humana in ſua duratione requirat tempus, nō eſt conſequens quod requirat certum tempus: quemadmodum motus in ſui inchoatione & deſitione requirit tp̃s, ſed non requirit certū tempus, motus. n. ſic incipit: Nunc nō eſt motus, & immediate poſt hoc erit motus.

Ex his patet ad argu. Grego. eſſe reſpõſum pterq̃ ad vltimum, ad quod reſpondet hic D. Tho. ad vltimum. Et dicendum eſt, ꝙ non eſt dare vltimum inſtans in quo culpa præfuit, ſed vltimum tempus: eſt autem dare primum inſtans, in quo gratia inſit animæ, & in tempore præcedenti præerat culpa. Itaque primum eſſe gratiæ, eſt primũ non eſſe peccati, ſicuti in introductione formæ ſubſtantialis datur primum inſtans, in quo forma ſubſtantialis introducitur, & in tpe præcedenti præerat forma oppoſita.

ARTIC. OCTAVUS.

Vtrum infuſio gratiæ ſit primũ inter ea quę requiruntur ad impij iuſtificationem.

SVMMA TEXTVS.

Pri. con. PRima Concluſio. In iuſtificatione impii hæc quattuor concurrunt; infuſio gratiæ, dilectio Dei, deteſtatio peccati, & tandem peccati remiſſio. quod hæc omnia in iuſtificatione impii concurrant, in ſuperioribus ſatis probatum exiſtimo.

Secun. co. Secunda Concluſio. Inter hæc quattuor vnum eſt prius altero, ordine naturæ, etſi tẽpore ſint ſimul. hec etiam concluſio in ſuperioribus eſt explicata, explicabiturque continuo.

Ter. conc. Tertia Concluſio. Inter hæc quattuor, primum ordine naturæ eſt infuſio gratiæ. deinde delectio Dei, quæ eſt cauſſa deteſtationis peccati; tertium deteſtatio peccati; quartũ remiſſio peccatorũ. Nam in quolibet motu naturaliter primũ eſt motio mouentis; ſecundum eſt diſpoſitio materiæ, ſiue motus ipſius mobilis; vltimum eſt finis, vel terminus motus ad quem terminatur motio mouentis. Ipſa ergo motio mouentis eſt gratiæ infuſio. Motus autem, vel diſpoſitio mobilis duplex eſt: motus liberi arbitrij in Deum per dilectionem; & motus liberi arbitrij quo deteſtatur peccatum propter Dei dilectionem; terminus uero vel finis eſt remiſſio culpæ. Vnde naturali ordine primum eſt infuſio gratiæ in iuſtificatione impij; ſecundum eſt motus liberi arbitrij in Deum; tertium eſt motus liberi arbitrij in peccatum, deteſtãdo illud propter Deũ; & vltimũ remiſſio culpæ, ad quam tota iſta tranſmutatio ordinatur, ſicut ad finem.

EXPLICATIO ART.

Quid ſit prius in iuſtificatione. NOtandũ eſt, eſſe certiſſimum, ꝙ hæc quattuor numerata a D. Th. concurrant ad impij iuſtificationem, quod ex ſuperiorib. liquidum eſt. Quod vero illorũ præcedat ordine naturę, nõ tẽpore, ſubtilius quæritur, q̃ utili⁹. Secundo notandũ eſt, ꝙ hæc quæſtio obſcura eſt, & quę multa indiget philoſophia vt explicetur. huiuſmodi ſunt q̃ſtiones magis ſubtiles quam vtiles.

Duplex ordo naturæ. Tertio notandum eſt, quod in omni tranſmutatione duo ſunt conſideranda, tum actio agentis, tum uero actus mobilis. Et ſic duplex eſt ordo naturæ, tum ex parte agentis, tũ ex parte mobilis. Si conſideretur iuſtificatio impij ex parte Dei agentis, prius eſt infuſio gratiæ, per quã mouet liberum arbitriũ ad dilectionẽ Dei, & deteſtationẽ peccati, & tandẽ ſequitur peccatorũ remiſſio. Ex parte vero mobilis, pri⁹ eſt expulſio peccati q̃ infuſio gratiæ. quod diligenter expoſitum eſt in ar. 6. huius quæſtionis. Cauſſæ ſibi inuicẽ cauſſæ. Illud ẽt ſciendum eſt ex 2. lib. Phyſico. ꝙ cauſſæ ſunt ſibi inuicẽ cauſſæ, & vna eſt prior altera, & e diuerſo in diuerſo genere cauſſarũ. v. g. ſanitas, quæ eſt cã finalis, prius mouet infirmum ad deambulandum: itaque eſt prior in genere cauſſę finalis ipſa deambulatione: ſed deambulatio eſt prior ipſa ſanitate in genere cauſſę efficiẽtis, qm̃ efficit ipſam ſanitatem. Itẽ, aer ingrediens eſt prior apertione feneſtræ in genere cauſſæ efficientis: qm̃ ſuo ingreſſu aperit ianuam; ſed in genere cauſſæ materialis & diſpoſitiuæ, prior eſt apertio feneſtræ: nã nũq̃ intraret aer, niſi aperiretur feneſtra. Tertiũ exẽplũ ẽ de forma ſubſtãtiali q̃ affert ſecũ ſuã diſpoſitionẽ vltimã, quæ in genere cauſſæ efficiẽtis, & formalis prior eſt vltima diſpoſitione quã ſecũ trahit: ſed vltima diſpoſitio in genere cauſſæ materialis prior eſt: nã forma nõ introducitur niſi in materiã diſpoſitã. Idẽ patet de lumine, & expulſione tenebrarũ, vt ſupra expoſitũ eſt. Sic certe in nr̃o ꝓpoſito De⁹ pri⁹ in genere cauſſæ efficientis infundit gratiã, per quam mouet liberũ arbitrium ad dilectionem Dei, & deteſtationẽ peccati, & tãdem ſequitur peccatorũ remiſſio: ſed in genere cauſſæ materialis prius eſt expulſio peccati, & prius ſunt actus noſtri, quibus ad gratiam pręparamur.

Obiectio prima. Sed quamuis exempla rerũ ſint ſatis perſpicua, adhuc non vĩ mens quieſcere in ſententia D. Tho. Nam motus liberi arbitrij, ſiũe in Deum, ſiue in peccatum, qui eſt vltima diſpoſitio ad gratiã, uel procedit ex libero arbitrio cũ ſolo auxilio ſpeciali, uel a libero arbitrio cũ auxilio ſpeciali, & gratia iuſtificãte ſimul. Si primũ, ſequitur falſum dixiſſe D. Thomam, ꝙ infuſio gratiæ eſt prima ordine naturæ in nr̃a iuſtificatione. Item ſequitur, ꝙ ille actus, quo vltimo ꝑparamur ad gratiã ꝑ pænitentiã, non ſit gratia informatus, nec ſit meritorius, neq; ſit actus pęnitentiæ. nam actus pænitentiæ præſuppoñit gratiam infuſam, caritatem, & pænitentiam infuſã. Et confirmatur: nã D. Tho. 3. p. q. 85. art. 5. dicit, ꝙ actus pænitentiæ eſt actus caritatis infuſæ: & arti. 6. dicit, ꝙ eſt actus pænitentiæ infuſæ. Si uero ſecũdũ, ſequitur ꝙ non ſit neceſſariũ aliud auxiliũ ſpeciale. nam gratia iuſtificãs eſt auxiliũ ſpeciale, & ſupernaturale. ergo aliud non requiritur. Secũdo ſequitur ex ſnĩa D. Tho. ꝙ actus pęnitentiæ ſit prior quam habitus pænitentiæ; & idẽ ſequitur de actu dilectionis reſpectu caritatis: quod eſt prorſus inintelligibilę in quocumque genere cãæ. Quod recte ſequatur, patet. Nam actus pænitentię eſt prior in gñe cauſſę materialis q̃ infuſio gratiæ; & infuſio gratię eſt prior q̃ habitus pænitẽtię, aut caritatis. ergo actus pænitẽtię eſt prior q̃ habitus pęnitentię. Hoc ipſum confirmatur violento argu. Nã quanquã forma accidentaria, quę reſultat ꝑ ſimplicem emanationẽ a forma ſubſtãtiali, ſit prior illa in genere cauſſæ materialis, & ꝑparatorię, ut calor cõparatus ad formam ignis ſubſtantialẽ, ſed ꝙ actio, quę producitur efficiẽter ab aliqua forma, ſit prior illa, nullũ inuenio exemplum in vniuerſa natura. & ſic videtur omnino impoſſibile.

Tertio motus liberi arbitrij, qui eſt ultima diſpoſitio ad gratiam, & ſimul cum gratia, eſt meritorius glorię, nõ gratiæ, ut plane teſtantur vniuerſi Theologi. ergo nullo modo præcedit ipſam gratiam. Probo conſequentiam: nã opera nr̃a nõ habẽt virtutẽ merẽdi, niſi ex grã iuſtificãte.

Quarto, prius in omni genere, & in omni ratione intelligitur ꝙ forma inhæreat ſubiecto, q̃ ꝙ expellat cõtrariũ. ergo prius in omni genere intelligitur grã infuſa, quã ꝙ expellat peccatũ, & moueat animũ ad eius deteſtationẽ.

Vltimo, actus pænitentię ſufficit ad iuſtificationem impij: ſed actus pænitentiæ eſt unus tantũ, quo deteſtamur peccatum ꝑp Dei amorẽ, ut ſupra expoſitum eſt. ergo nõ requiritur tãta diuerſitas actuũ, ut unus prior ſit, alter poſterior. Explicatur obiectio. Ad primum. Ad primũ rñdetur, ꝙ nõ erraret, qui diceret, ꝙ motus liberi arbitrij, quo ꝑparamur ad grãm, eſt ex libero arbitrio cũ auxilio ſpeciali tm̃: & cũ D. Th. dicit, ꝙ infuſio grę eſt prima ordine naturę, uocat gratiam, gratuitam Dei motionẽ. ſic inſinuat ſolutione ad primũ, & 2. m, & i corpore. Secũdo reſpondetur, ꝙ infuſio grã habitualis eſt prior ordine naturæ in genere cauſſæ formalis, & efficientis nr̃a

diſpoſitione; ſed noſtra diſpoſitio, ut procedit a libero arbitrio, eſt prior in gñe cauſſæ materialis. qd eſſe uerum, explicatũ eſt ſupra varijs exẽplis adductis. Vltimo dicẽdũ eſt, ꝙ quẽadmodũ materia prima in gñe cauſſæ materialis eſt prior q̃ forma; ceterum oẽm virtutẽ, & oẽm exiſtentiã a forma hẽt; ſic actus noſtri, qb. præparamur ad gratiã, in genere cauſſæ materialis, & diſpoſitiuæ priores ſunt; ceterũ oẽ meritum, & omnẽ virtutem ex gratia habent.

Ad ſecundũ M. Cano.

Ad ſecundum Cano in relectione de potentia 1. par. ad finem concedit, ꝙ actus pænitentiæ eſt prior ordine naturæ quã infuſio gratiæ. Itẽ concedit, ꝙ infuſio gratiæ eſt prior q̃ habitus pænitentiæ: Negat tñ, ꝙ actus pænitẽtiæ ſit prior q̃ habitus pænitentiæ, & rem incredibilẽ facit credibilem

Accõmodũ exemplum.

adhibito exemplo. Nã qualitates tam primæ, q̃ ſecundæ, ſunt diſpoſitiones ad formam ſubſtantialẽ: ex quo conſequens eſt, ꝙ ſunt priores in genere cauſſæ materialis, quã forma ſubſtantialis; & forma ſubſtantialis eſt prior in gñe cauſſæ formalis qua qualitates primæ: & tñ nulla rõne cõcedendũ eſt, ꝙ qualitates ſecũdæ ſint priores q̃ qualitates primæ. Item, ad noſtrũ propoſitũ, prior eſt expulſio peccati, q̃ infuſio gratiæ; & infuſio gratiæ prior q̃ actus pænitentiæ: nulla tamen ratione concedendum eſt, ꝙ expulſio peccati ſit prior q̃ actus pænitentiæ.

Actus pænitentiæ quo modo prior habitu.

Secundo reſpondetur, nõ eſſe aliquod inconueniens ꝙ actus pænitentiæ, qua rõne procedit a libero arbitrio, in genere cauſſæ materialis ſit prior habitu pænitentiæ.

Ad confir.

Ad confirmationẽ dicendum eſt, non eſſe abſurdũ ꝙ actus qui producitur efficienter ab habitu ſupernaturali, ſit diſpoſitio, & præparatio ad ipſum. Probabile.n.eſt, ꝙ homini cõuertenti ſe ad fidẽ religionis Chriſtianæ, perſeueranti nihilominus in affectu erga cõcubinã, infunditur habitus fidei ſine gratia iuſtificante; tũc ille actus qui eſt primus fidei, elicitur ab habitu fidei, & eſt præparatio ad lumen fidei. Ideo.n. infunditur huic homini fides, qa per propriũ actum voluit ſuſcipere fidẽ. Dicat ergo Theologus, hoc eſſe peculiare in habitibus diuinitus infuſis, ꝙ in inſtanti quo infundũtur a Deo, actus qui in infuſione exigitur, nõ ſolum eſt ab habitu, ſed etiã a Deo mouente: quapropter ille actus, qua ratione procedit a Deo mouente, eſt diſpoſitio ad habitus ſuſceptionẽ. Sed præſtat dicere, ꝙ gratiæ infuſio ſecum ducit conſenſũ noſtræ voluntatis tamquam pediſſequam; & habitus pænitentiæ a Deo infuſus ſecum etiam trahit actum pænitẽtiæ tamquam pediſſequam, per quem ipſa uoluntas ad ſuſceptionem doni diſponitur; quẽadmodum forma ignis trahit ſecum calorem; & forma aquæ ducit ſecum frigiditatem: ꝙ enim ſit actio, non impedit quominus ſit uere diſpoſitio.

Eiuſdẽm Doctoris nouum dogm.

Quamquam ego vidi hominem doctiſſimum, q vt ſe ab argumenti difficultate liberaret, introducebat in ſcholam, nouam & inauditã ſententiam, videlicet ꝙ motus liberi arbitrij per pænitentiam, & caritatem non eſt præparatio ad gratiam, quẽadmodũ calor eſt diſpoſitio ad ignẽ & frigiditas ad aquã, ſed dr̃ diſpoſitio ad gratiam in genere motis, quia requiritur cõſenſus voluntatis, ut gratia infundatur, ſed nõ eſt neceſſe ꝙ præcedat in genere cauſſæ materialis, & præparatoriæ, quemadmodum præcedunt diſpoſitiones in genere naturæ: & hoc placitum probabat tum argumentis factis, quę (vt ille exiſtimabat) ſunt inſolubilia, niſi ad iſtum modum res expediretur, tum uero, quia nuſquam inuenitur, ꝙ actio ſit diſpoſitio ad aliquam formam: calor quidem ad formam ignis, frigiditas ad formam aquæ, debitæ ſunt diſpoſitiones; at calefactio non eſt diſpoſitio ad formam ignis. Sed huius Doctoris ſñia mihi non probatur, neq; cuiquam Theologo rem penitus conſideranti probari poteſt. Nam vt prætermittam eſſe opinionem nouam domi ſuæ natam, exiſtimo quod aduerſatur ſententijs ſanctarum ſcripturarum, & definitioni Concilij Tridentini, aſſerere, ꝙ actus liberi arbitrij q ſunt diſpoſitiones ad gratiam, non ſint priores ordine naturæ ipſa gratia, & quod non ſint veræ, & propriæ diſpoſitiones ad ipſam. Et ratio eius infirma eſt omnino: quis enim prohibet, quod Deus conſenſum noſtræ uoluntatis expoſtulet, ut præparationem ad gratiæ infuſionem, quẽadmodum actione præparatur lutum, vt ſuſcipiat formã vaſis? Sane figulus qui haberet infinitam virtutem, ſimul poſſet formam vaſis introducere, & per formam ipſam lutum præparare ad formæ ſuſceptionem. Sed demo hanc ſententiam pluribus ſubuertere, nam ad aliorum argum. confutationem properamus.

Ad tertium.

Ad tertium reſpondetur, ꝙ ille actus eſt meritorius vitæ æternę nam eodem temporis momento procedit a gratia, licet ſecundum aliam conſiderationem præcedat.

Ad quartũ.

Ad quartum reſpondetur, ꝙ licet in genere cauſſę formalis prius gratia inſit ſubiecto, in genere tamen cauſſæ materialis prius expellitur peccatum, & præparatur animus ad gratiam ſuſcipiendam.

Ad vltim.

Ad vltimum reſpondetur, ꝙ aliquando dilectio Dei, & deteſtatio peccati non ſunt niſi vnicus actus, ut quando deteſtamur peccatum pp Deum ſumme dilectum, & tũc dilectio eſt prior deteſtatione peccati: non ꝙ ſit actus diſtinctus, ſed quoniam eſt ratio, & cauſſa deteſtationis peccati: quẽadmodum quando volo ſumere potionẽ propter ſanitatem, uolitio ſanitatis, eſt cauſſa volitionis mediorũ, non ꝙ ſit diſtinctus actus, ſed quoniam eſt ratio uolendi media. Qui plura de hac re deſiderat, legat Soto in 4. diſt. quæſt. 2 art. 6. & Cano loco citato.

Magn. Soto & Cano. De cauſa formalis iuſtificationis.

Supereſt ſane, quod necdum ſatis explicatum eſt, quomodo, & quo genere cauſſarum bona opera, quæ in iuſtificatione impij requiruntur, iuſtificent, & quæ ſi. cauſſa formalis noſtræ iuſtificationis, per quam efficimur iuſti, & recti corã Deo: quæ res vt exacte elucidetur, pauca ex ſuperioribus commemoranda ſunt.

Cauſſæ iuſtificationis.

Certe Deus noſter eſt cauſſa noſtræ iuſtitiæ præcipua, & efficiens, condonando culpas, præparando cor ad pænitentiam, & ſuperaddendo gratiam iuſtificantem. Chriſtus eſt cauſſa meritoria: ſacramenta autem Eccleſię, quia illis Deus vtitur veluti vaſis gratiæ ſuæ transfundendæ, et & ipſa cauſſant iuſtificationẽ, ſicuti inſtrumenta, per quæ agens principale Deus operatur. Fides, ſpes, dilectio, pænitentia ueteris uitæ, conuerſio cordis ad Deum, ſunt in iuſtificatione tamquã media, quib. utitur Deus, faciendo cor hominis idoneum ad iuſtitiam ſuſcipiendam. Itaque hæc opera non operantur, nec ipſorum virtute, aut merito introducunt iuſtitiam; uerum tamen inducunt cauſſam diſpoſitiuam, quã reputat Deus ſufficientem, ut infundat iuſtitiam. quod ualde clare inſinuat Scriptura cum dicit, Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: & rurſus. Ei autem qui non operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, reputatur fides eius ad iuſtitiam. quaſi dicat, fides non operatur, neque ſua ipſius uirtute introducit iuſtitiam, aut eam meretur; inducit tamen eam diſpoſitionem, quam Deus ex gratia reputat ſufficiẽtem, ut iuſtitiam infundat. Fides itaq;, qualis erat in Abrahamo, habens coniunctum debitum conuerſionis ad Deum, eſt ſufficiens diſpoſitio ad ſuſcipiendam iuſtitiam: ideoque uocari debet cauſſa ſuſceptiua, ſiue diſpoſitiua, non autem cauſſa effectiua, aut meritoria iuſtitiæ. Ex his facile eſt intelligere, quæ ſit cauſſa formalis noſtræ iuſtificationis. cuius rei ueritas his aſſertionibus explicatur.

Rom. 4. Gen. 15.

Prima aſſer tio. Gratia cauſſa formalis iuſtitiæ.

Prima aſſertio. Gratia in noſtris animis diffuſa, eſt iuſtitia noſtra, eſtq; cauſſa formalis noſtræ iuſtitiæ: p hanc enim efficimur Deo grati & amabiles, efficimur noua creatura, efficitur in nobis cor nouum, ſpiritus nouus, renouamur, & ſanamur, veluti homo bene diſpoſitus ſanitate eſt ſanus. Itaque ſi proprie loquendum eſt, iuſtificamur corã Deo iuſtitia Dei, quam ipſe diffundit in corda noſtra: hæc autem iuſtitia Dei ꝙ ſit gratia Dei, in ſuperioribus ſatis explicatum exiſtimo.

Secunda aſſertio. Virtutes Theologicæ.

Secunda aſſertio. Pretioſa illa dona gratuitum Dei, quæ Deus infundit ſimul cũ gratia, cuiuſmodi ſunt virtutes Theologicæ, & potiſſimum caritas, ſunt cauſſæ formales noſtræ iuſtitiæ, qua anima iuſta eſt. Nã prædictæ uirtutes conſtituunt hominem rectũ, & perfectũ, continentq; in ordine & officio, ſanantq; non ſolũ aĩæ eſſentiam, quam gratiæ infuſio perfecte ſanat, ſed etiã voluntate, intellectum, appetitum, & totũ hoĩem exornãt ac perficiunt. Quemadmodum.n. rõnalis aĩa conſtituit hominẽ in natura rõnali, potentiæ uero, ut intellectus, & voluntas, ẽt intrinſece pficiũt, & exornãt ipſum hoĩem, qui abſq; potẽtijs eſſet oĩno ĩperfectus, reddũtq; illũ idoneũ & aptũ ad pducẽdas operatiões naturæ rõnali conſentaneas: nõ diſſimiliter grã, q cõtẽtt eſſe diuinum, eſt ueluti forma p quã homo eſt eſſentialiter, & formaliter iuſtus. & ſic in Concil. Trid. definitur, ꝙ per gratiam iuſtificamur.

Con. Trid. Seſſ. 6. can. 3. & 11.

Virtutes

Virtutes aũt infuſæ ſunt ueluti potentię, q̃ hanc formam cõſequuntur, q̃bus iuſtitia animæ, & pulcritudo pficitur, & exornatur, & efficitur hõ idoneus & potens ut opera iuſtitiæ exerceat. & ſic in Conc. Trid prædictæ uirtutes inter cãs formales iuſtificationis commemorãtur. Certe nõ poſſet homo dici perfecte iuſtus ac rectus corã Deo, niſi prędictas uirtutes haberet infuſas: quemadmodũ ſi Deus communicaret homini uiſionẽ beatã, quę eſt eſſentialis beatitudo, ſi non conſequerẽtur in volũtate dilectio, & fruitio, non eſſet pfecte beatus; quamquam eſſet eſſẽtialiter beat᾿. Cuius rei hæc eſt ſolida & uetiſſima cauſſa, quoniã ſicut beatitudo deſignat ſtatũ ex oĩ parte beatum, & perfectum, & omnibus numeris abſolutum; ſic iuſtitia corã Deo deſignat perfectã ſubiectionem hominis ad Deũ, vt D. Th. teſtatur art. 1. huius queſtionis. Hæc autem perfecta rectitudo & iuſtitia non cõſiſteret, niſi homo, tũ in anima, tum in potentiis haberet dona gratiatũ ſuper infuſa, quibus pfecte ſanaretur, & perficeretur.

Pri. conc.

ARTIC. NONVS.

Vtrum iuſtificatio impij ſit maximum opus Dei.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio. Si attendamus magnitudinem eius quod in iuſtificatione impij fit, maximum opus Dei eſt iuſtificatio: terminatur enim ad bonũ æternum diuinæ participationis: ſed creatio cæli & terræ terminatur ad bonum naturæ mutabilis; & ideo D. Auguſtinus, cum dixiſſet, quod maius eſt quod ex impio fiat iuſtus, quam creare cælum & terram, ſubdit; Cælum enim & terra trãſibunt; prædeſtinatorum autem ſalus & iuſtificatio permanebit. Huic ueritati conſonat illud ex Pſalmo; Miſerationes eius ſuper omnia opera eius: & illud quod in Eccleſia celebratur, Deum omnipotentiam ſuam parcendo & miſerando maxime patefacere, & manifeſtare: & D. Auguſtinus exponẽs illud Ioan. 14. Maiora horum faciet; dicit aperte, quod maius opus eſt ut ex impio iuſtus fiat, quam creare cælum & terram.

Secunda concl. Secunda concluſio. Ex parte rei factæ maius opus eſt abſolute glorificatio, quam impii iuſtificatio: ſed reſpectiue comparando ad peccatorem, donum gratiæ iuſtificãtis impium, eſt maius dono gloriæ beatificantis iuſtum; quia plus excedit donũ gratiæ iuſtificantis impiũ, dignitatem impii, qui erat dignus pœna, quã donum gloriæ dignitatẽ iuſti, qui ex hoc ipſo quod iuſtificatus eſt, dignus eſt gloria. Vnde Auguſtinus; Iudicet qui poteſt, vtrum maius ſit, iuſtos Angelos creare, quã impios iuſtificare. certe ſi æqualis eſt potẽtię, hoc maioris eſt miſericordiæ.

Tertia conc. Tertia Concluſio. Creatio ex modo faciendi, eſt maius opus quam impii iuſtificatio: quoniam in creatione ex nihilo fit aliquid.

Quarta conc. Quarta Concluſio. Gratia vnius hominis eſt maius bonum, quam bonum totius vniuerſi. Hæc habetur in ſolut. ſecundi, & eſt valde notãda, vt ſciamus quantum bonum ſit gratia; & quantum malum peccatum, quod priuat, & aufert gratiam.

Quinta conc. Quinta Concluſio. Gratia cum confertur ad hominis iuſtificationem, non creatur: non enim fit ex nihilo, ſed ex impio fit homo iuſtus, & opera liberi arbitrii concurrunt ad noſtram iuſtificationem. Hæc concluſio docetur a D. Thoma in ſolutione. 3. argumenti.

EXPLICATIO ARTIC.

Magnum opus iuſtificatio impij. Ad Eph. 1. QVã magnũ opus ſit impii iuſtificatio, explicant copioſe & eleganter in primis D. Paulus dicens: Propterea & ego pcor, memoriam veſtri faciẽs ĩ orationib. meis, vt Deus, Domini noſtri Ieſu Chriſti pater, & gl̃æ, det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis veſtri; ut ſciatis q̃ ſit ſpes uocationis ueſtræ; hoc eſt, vt ſciatis ad quæ, & quam magna bona uocati eſtis: & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis; hoc eſt, quam opulenta ſit gloria hæreditatis, quam promiſit Chriſtianis recte uitam ſuam inſtituentibus ad fidei normam, & regulam; & quæ ſit ſupereminens magnitudo uirtutis eius in nos qui credidimus. Si quis uoluerit uitam ſuam, quam olim egit antequã in Chriſto eſſet, conferre cum ea quam nunc agit, poſteaquã Chriſto initus eſt, is facile intelliget quod hic dicitur: aut ſi ex ſe, ſuaque uita cognoſcere nõ ualet, legat libros cõfeſſionũ Aug. & ex illis ſtatim intelliget. Certe D. Pau. hoc in loco ſic rem exaggerat. Nã ut libidini, & cupiditatib. animus addict᾿ ab his adducatur, nõ uulgari opus eſt, ſed diuina quadã ui ac potẽtia; immo tãta oĩno, ut in ſuſcitãdis mortuis, ubi maxima requiritur. Atq. illud Apoſtol ĩtelligere cupit Epheſ. quo carius amplectãtur beneficiũ ipſis pſtitũ. Potentia, inq̃t, quã Deus exercuit cũ a tenebris gẽtilitatis & paganiſmi ad fidem & iuſtitiam chriſtianã uos adduxit, haud inferior ẽ vi illa ac potẽtia, q̃ exercuit ĩ Chriſto, dũ ipſũ a mortuis excitaret. Iſtud. n. ſignificat illud, Sm̃ operationẽ potẽtiæ uirtutis ei᾿ q̃ operatus ẽ in Chriſto, ſuſcitãs illũ a mortuis. Itaq. iuſtificatio impii nõ ſolũ ex parte termini ẽ maius op᾿ q̃ creare cælum & terrã; qa iuſtificatio terminat᾿ ad bonũ æternũ diuinæ participationis; creatio uero uniuerſi ad bonũ naturæ mutabilis: ſed ẽt quoniã in ope iuſtificationis maxime oĩpotẽtia diuinæ uirtutis manifeſtat, ut ſatis ex D. Pau cõmõſtratũ ẽ. Certe q poẽt intelligere, qd ſit hoĩem eſſe iuſtũ, gratũ, amabilẽ, amicũ corã Deo, diuinũ plane, habẽtem participiũ diuinæ naturæ, is facile ĩtelliget q̃ magnũ donũ ſit iuſtificare impiũ. Quiſquis mente reuoluerit, q̃b. mediis De᾿ ſit opat᾿ nrã ſalutẽ ĩ medio terrę potiſſime illud, q Deus dedit filiũ ſuũ ĩ mortẽ, ut hoĩes iuſtitiã, & ſãctitatẽ, & grã corã Deo haberẽt, p nihilo ducet creationẽ cæli & terræ p unius hoĩs iuſtificatione. In creatione. n. cęli & terræ, ipſe dixit, & facta ſũt: ſed in peccatoris iuſtificatione, dicit Deus, rogat Deus, cõminatur Deus, moritur Deus, ut homo uiuat & iuſtificetur: uide Chriſoſt. ſuper iſtum locum in epiſtola ad Epheſios.

Pauli energia & exaggeratio.

ARTIC. DECIMVS.

Vtrum iuſtificatio impij ſit miraculoſa?

SVMMA TEXTVS.

Pri. con. PRima Concluſio. Si miraculum appellatur illud, quod ſola uirtute diuina effici poteſt, iuſtificatio impij eſt miraculoſa, ſiquidem a ſolo Deo fieri poteſt.

EXPLICATIO ARTICVLI.

D. Thom. Caietan. DE miraculis diſputat S. Thom. 1. parte q. 105. articul. 7. & 8. & de potentia quæſt. 6. artic. 2. Caietanus mouet

uet hic dubium contra ſecundam concluſionem, Quomõ dicit Diuus Thomas, quod ſuſcitatio mortui ſuperat facultatem potentiæ naturalis, & ideo eſt miraculum; iuſtificatio vero minime: Eſt argumentum. Nam ſicut in materia, poſtquam homo eſt mortuus, non eſt potentia naturalis ad uitã recuperãdam: ſic ſane in anima noſtra non eſt potentia naturalis ad gratiã: ſed utrobiq; ē obedientialis potẽtia. ergo eadem prorſus ratio eſt.

Prim. argu.

Secunda concl.

Secundum.

Secundo, maior potentia eſt in materia ad uitam recuperandam, q̃ in anima ad habẽdã iuſtificationẽ. quod ſic oſtendo. Nam in homine ſuſcitato poſtea uita naturalis eſt; & homo naturaliter uiuit, ac forma naturaliter informat; ſed hõ iuſtificatus ſemper hẽt eſſe ſupnaturale, qd ſuperat ordinẽ naturæ; ergo ſi unum opus eſt miraculoſum, & erit & alterum.

Tertia conc.

Tertium D. Thom.

Tertio, Diuus Thomas 3. contra Gentes, c. 161. dicit expreſſe, quod iuſtificatio impij ſuperat ordinẽ naturæ, ſicut illuminatio cæci, & ſuſcitatio mortui.

Solutio argumentorũ.

Ad hæc argumenta conſitãda eſt triplex modus dicẽdi. Primus ē, q̃ ſicuti ĩ animis noſtris eſt naturalis ĩclinatio ad uidendum Deũ, ut exiſtimant Theologi doctiſſimi, ſic eſt naturalis inclinatio ad gratiam, & caritatem, quæ ſunt media neceſſaria ad uidendum Deum. Hæc ſolutio nobis non probatur; tum, quoniam nõ eſt certum, utrum Deus clare uiſus ſit finis noſter naturalis; tum uero, quoniam ex eadem ſolutione ſequeretur, reſurrectionẽ mortuorum eſſe ex inclinatione naturali; quoniam in anima ſeparata eſt inclinatio naturalis ad reſumendum corpus: propter quod dicit S. Thomas in additio. ad 3. partẽ quæſtion. 75. articul 3. quod reſurrectio mortuorum ex parte principij actiui, eſt ſuper naturalis; uerum ex parte finis, eſt naturalis. Secundus modus dicendi eſt, quod Diuus Thomas loquitur de potentia remota, ad hunc ſenſum, quod in anima eſt capacitas quædam ad gratiam, & iuſtificationem, quæ non eſt in brutis. In hanc ſententiam dicit Diuus Auguſtinus, poſſe habere gratiam, & caritatem, naturæ eſt hominũ; habere fidem, gratiæ fidelium. Tertia explicatio eſt, hanc eſſe differentiam inter ſuſcitationem mortui, & impij iuſtificationem: quod ad ſuſcitationem mortui non cooperatur homo, ad iuſtificationem impij opera noſtra ſunt neceſſaria. Aliam ſolutionem habet Caietanus, quem uide.

D. Thom.

Aug. lib. de præd. Sanct. cap. 5.

Secunda Concluſio. Si miraculum appellatur illud, qd eſt ſupra naturalem potentiam talis materiæ; ſicut in ſuſcitatione mortui; vita eſt ſupra naturalem potentiam talis corporis, quantum ad hoc iuſtificatio impii non eſt miraculoſa, quia anima naturaliter eſt capax gratiæ, eo ipſo quod eſt facta ad imaginem Dei.

Tertia Concluſio. Si miraculum appelletur illud quod fit præter cõmunem curſum, & conſuetum ordinem, iuſtificatio quæ communiter fit, non eſt miraculoſa; ceterum aliquando eſt miraculoſa, vt conuerſio D Pauli. Eſt autem communis & conſuetus curſus iuſtificatiõis, ut Deo mouente interius, animã homo conuertatur ad ipſum; primo quidem conuerſione imperfecta, ut poſtmodũ ad perfectum perueniat. Nam caritas inchoata meretur augeri & aucta meretur perfici. Sed aliquando Deus tã vehementer mouet animam, ut ſtatim perfectionem iuſtitiæ conſequatur, ſicut fuit in conuerſione Pauli, adhibita etiam exterius miraculoſa proſtratione: unde tanquam miraculoſa in Eccleſia celebratur.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Lutherani non recipiunt nomen meriti in ordine ad Deũ, immo dicũt eſſe Pelagianũ, aſſerere q̃ hõ aliquid mereatur coram Deo. Nec mirum, cum dicant opera omnia eſſe peccata mortalia. Probant ſuum errorem ex illo; Nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, ſed ſecundũ miſericordiã ſuã ſaluos nos fecit. & ad Ephſ. 2. Nõ ex operibus, ne quis glorietur, Rom. 3. ad Galat. 2. Sciẽtes quod ex operibus legis nõ iuſtificatur hõ coram illo. & ad Roman. 4. Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecũdum debitũ; & c. 6. Gratia Dei, uita æterna; & ca. 11. Si ex operib. iam nõ ex gratia. & cap. 8. Nõ ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futurã gloriam, quæ reuelabitur in nobis. Ex quibus teſtimonijs uidetur colligi q̃ Deus mere gratis conferat uitam æternam hominibus iuſtis. Hanc ſententiam uidẽtur docere ſancti Patres fere oẽs. In primis D. Auguſtinus elucidans illud ex Pſal. 102. Qui coronat te in miſericordia, & miſerationib. ſic ſcribit; Qui in nobis uicti ſumus, ĩ illo uicimus; ergo coronat te, quia dona ſua coronat, nõ merita tua. Plus oĩbus laboraui, ait Apoſtolus; ſed uide qd adiungit; Nõ ego, ſed grã Dei mecũ. & in expoſ. Pſal 98 ſuper illud; Exaltate Dñm Deum nr̃m, ait. Deus, q in nobis coronaturus eſt nõ merita nr̃a, ſed dona ſua, quãtum dẽt a nobis exaltari? Exaltate ergo Dñm Deum nr̃m. & in enarratione Pſalmi. 88 ait. Cum uidet hõ qdquid boni habet, non ſe habere a ſe, ſed a Deo ſuo, uidet id totũ quod in eo laudatur, nõ de ſuis meritis, ſed de miſericordia Dei. & in Pſal. 139. Meritis, inquit, ſuis nil tribuunt Sancti; totũ nõ niſi miſericordiæ tuæ tribuunt, o Deus. & Pſal. 144. exponens ea uerba. Et iuſtitia tua exultabunt &c. inquit; Gratia ſalui facti eſtis. Vbi audis grãm, gratis intellige: ſi ergo gratis, nil tu attuliſti, nil meruiſti: nã ſi meritis aliquid reddirũ eſt, merces eſt, non gratia. & paulo poſt: Totũ de miſericordia eſt, merita tua nuſquã iactes; quia & ipſa tua merita ſunt illius dona. & epiſt. 105 ad Sixtum Presbyterum; Cum Deus coronat merita noſtra, nil aliud coronat q̃ munera ſua. & in Ioan. 3. Cum ergo Deus præmium immortalitatis tribuit, dona ſua coronat, non merita tua. & in li. quinquaginta homiliarum, homil. 14. alloquens Apoſtolum Paulum, ita ait: Proſſus tua a te tibi parata, non nouimus niſi mala;

Luthera.

Argumenta Luther. ex ſcriptura. Ad ſtitum 3

Ephſ. 2.

Galat. 2.

Roman. 4.

Argumenta ex Patribus. Auguſt.

QVAES. CXIIII.

De merito, quod eſt effectus gratiæ cooperantis, in decẽ articulos diſtincta.

BREVIS INTRODVCTIO QVÆSTIONIS.

De meritis bonorum operum diſputant Doctores in 1. diſtin. 17. & aliqui. d. 18. in 3. ſed proprius locus huius diſputationis habetur in 2. diſtinct. 27. Soto lib. 3 de natura & gratia ca. 7. & deinceps. Caie. in opuſc. de fide & oper. Caſtro libro de hæreſibus, in uerbo, Meritum.

ARTIC. PRIMVS.

Vtrum homo poſsit aliquid mereri a Deo?

SVMMA TEXTVS.

Prima Concluſio. Reddere mercedem pro meritis eſt actus iuſtitiæ. Hæc concluſio ſic probatur. Id enim merces dicitur, quod alicui recompenſatur pro retributione operis, uel laboris, quaſi quoddam pretium illius. Vnde ſicut reddere iuſtum pretium pro re accepta ab aliquo, eſt actus iuſtitiæ, ſic etiam reddere mercedem pro meritis, eſt actus iuſtitiæ,

Pri. conc.

Secunda Concluſio. Inter

Secunda concl.

cum ergo Deus coronat merita tua, nil coronat niſi dona ſua. Repetit eãdem ſententiam; Auguſtinus innumeris pene locis, quæ, ne lectori moleſtus ſim, prætereo. Baſilius in comm. Pſal. ſuper hac periodo; Conuertere aĩa mea in requiem tuam, Propoſita eſt, inquit, æterna requies his, q in hac uita legitime decertarunt. quę quidem nõ ſecundum operum debitum ac meritum tribuitur, ſed iuxta magnificentiſſimi Dei gratiã his qui in ipſum ſperauerunt exhibetur. Bernardus homil. 61. in Cantica Canticorũ, in expoſitione huius clauſulæ; Veni columba mea in foraminibus petræ; hęc inſerit uerba: Meritum proinde meum miſeratio Dñi: nõ plane ſũ meriti inops, quã diu ille miſerationum non fuerit: quod ſi miſericordiæ Dñi multæ, multus nihilominus in meritis ſũ: nũquid iuſtitias meas cãtabo? Domine memorabor iuſtitiæ tuę ſolius: ipſa eſt. n. mea, nẽpe factus es tu iuſtitia mihi a Deo.

Baſilius.

Bernar.

Deum & hominem nõ eſt meritum ſecundum æqualitatẽ iuſtitiæ, cuiuſmodi eſt inter hoĩes. Nam cum maxima ſit inæqualitas inter Deũ & hominẽ; cum in infinitum diſtẽt, & totum hominis bonum a Deo ſit; non poteſt eſſe iuſtitia hominis ad Deũ ſecundũ æqualitatẽ, ſed ſecundũ quandã proportionem. Nã ſimpliciter iuſtitia eſt, quorum eſt ſimpliciter æqualitas; eorũ uero quorũ non eſt ſimpliciter æqualitas, non eſt ſimpliciter iuſtitia, ſed quidã iuſtitię modus, ſicut dicitur quoddã ius paternum vel dominatiuum, ſicut filius meretur a patre; & ſeruus a Domino.

Tertia Cõcluſio. Inter Deũ & hominem eſt meritum ſecũdum proportionem tñ: & id quidem præſuppoſita ordinatione diuina, inquantũ uidelicet uterq; operatur ſecũdum modũ ſuæ naturæ. Modus aũt & menſura humanæ uirtutis eſt a Deo, & ideo meritũ hominis apud Deũ eſſe nõ põt, niſi præſuppoſita diuina ordinatione ut id homo cõſequatur a Deo per ſuam operationem, quaſi mercedẽ, ad quod Deus ei uirtutem operãdi deputauit; ſicut ẽt res naturales hoc cõſequuntur per proprios motus, & operationes, ad qđ a Deo ordinatæ ſunt. Ex quo ſequitur, quod actio noſtra habet rationem meriti ex diuina ordinatione, inquãtum debitum eſt, ut ſua ordinatio impleatur.

Quarta cõcluſio. Sola creatura rationalis, & libera mereri poteſt: quia creatura rõnalis, & libera, ſola ſe mouet ad agendum per liberũ arbitrium, potens operari & non operari pro ſua uoluntate: vñ ſua actio habet rationem laudis, & meriti; quod non eſt in aliis creaturis.

Impugnatur error Lutheri.

Sed iſte error eſt ſimilis omnino aliis eorum erroribus. Nam in Sacra ſcriptura inueniuntur iſtæ uoces, merces, quæ eſt correlatiua ad meritum, reddere, ſiue retribuere, reddere ex operibus, reddere ex meritis, reddere ex iuſtitia, reddere ex dignitate: ex quibus omnibus efficax ſumitur argumentum ad aſſerendum meritum bonorum operum coram Deo. Mercedis mentio habetur multis in locis, Sapien. 5. Iuſti autem in perpetuum uiuent, & apud Dominum eſt merces eorum. Eccleſ. 2. Qui timetis Deum, credite illi & non euacuabitur merces ueſtra. & cap. 18. Non uerearis uſque ad mortem iuſtificari: quoniam apud Dominum eſt merces bonorum operum. Matthæi quinto, Gaudete, & exultate, ecce enim merces ueſtra copioſa eſt in cælis. & c. 10. Qui recipit Prophetam, in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet. & ca. 20. eſt tota parabola de denario diurno, quæ merũ in modum ad noſtrum propoſitũm ſpectat. ibidem habetur; Voca operarios, & redde illis mercedem ſuam. Gene. 15. Ego ſum merces tua magna nimis. & Hierem. 31. Erit merces operi tuo. Cum igitur in ſanctis ſcripturis tam frequens mercedis fiat mentio, & merces a merendo dicatur, & nihil aliud ſit merces quam illud quod quis meretur, non eſt quare nomen meriti debeat euitari. Secunda uox, reddere, retribuere, paſſim repetitur in diuinis eloquiis, ut in Pſalmo 61. Tu reddes unicuique ſecundũm opera ſua. Tertia uox eſt, reddere ex operibus, ex qua efficax argumentum educitur pro merito bonorum operum coram Deo: eſt enim hoc argumentum efficax, & catholicum. Vita æterna redditur ex operibus: ergo ex meritis. Conſequentia argumenti euidens eſt apud D. Paulum, qui hac de cauſſa demonſtrat in tota epiſt. ad Romanos, & ad Galatas iuſtificationem impij non eſſe ex meritis, quoniam non datur ex operibus: ergo ſi uita æterna datur ex operibus, conſequens eſt, quod ex meritis tribuatur. Quod uero detur ex operibus, patet ex illo; Qui reddit unicuique iuxta opera ſua: & ex illo; Voca operarios, & redde illis mercedem ſuam: & clarius ex illo; Venite benedicti Patris mei, percipite regnum: eſuriui enim, &c. Quarta uox eſt, reddere ex meritis; quæ non eſt adeo frequens in diuinis eloquijs: habetur Eccleſ. 16. Omnis miſericordia faciet unicuique locum ſecundum meritum bonorum operum. loquitur apertiſſime de merito bonorum operum apud Deum: & ad Heb. vlt. Talibus enim hoſtiis promeretur Deus. Quinta uox eſt, reddere de iuſtitia; ut in Pſalm. 17. Reddet mihi Dñs ſecundum iuſtitiã meã &c. & 2. ad Timot. 4. Curſum conſummaui, fidem ſeruaui, in reliquo repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Dominus iuſtus iudex. Obſeruãdum eſt illud, corona iuſtitiæ; & iuſtus iudex. Sexta uox eſt, reddere ex dignitate, ut Sap. c. 3. Quoniam Deus tentauit illos, & inuenit illos dignos ſe. Hæc ſunt teſtimonia euidentia pro merito bonorum operũ apud Deum. Ex quibus liquido conſtat, quam inſanus eſt Lutheranorum error, aſſerentium, quod apud Deum, in danda uita æterna hominibus, nullus eſt reſpectus bonorum operum. Condemnatur hæc ſententia in Concilio Tridentino Seſſ. 6. cap. 16.

Sapien. 5.
Eccl. 2.
Matth. 5.
Gen. 15.
Hier. 31.
Pſal. 61.
Eccleſ. 16.
Hebr. ult.
Pſal. 17.
2. ad Tim. 4.
Sap. 3.
Cõcil. Trid. ad argumẽta Luther.

Quid intelligant Iuriſti, cum dicunt in nobis no eſſe meritu.

Ad auctoritates ſonantes, quod non meremur, remiſſionem peccatorum, nec uero iuſtificationem, non oportet ſatisfacere: nam omnes conuenimus in hanc ſententiam catholicam, & inretragabilem, quod non meremur remiſſionem peccatorum.

Ad auctoritates uero ſonantes, quod non meremur uitam æternam, oportet ſatisfacere. & in primis ad illam, Gratia Dei uita æterna: & dicendum eſt, eſſe ueriſſimum quod gratia Dei contingat nobis uita æterna: nam gratia Dei efficimur mẽbra Chriſti, cuius uirtute promeremur uitam æternam. explicat hanc rẽ optime D. Auguſtinus: interrogat enim quaſi ſub iſta ſententia ſubinferens, Nulla ne ſunt merita iuſtorum? ſunt plane, quia iuſti ſunt. ſed ut iuſti fierent, merita non fuere. & paulo poſt; Hæc uita æterna, quæ in fine ſine fine redditur, ex meritis præcedentibus redditur: ſed quoniam hęc merita non propter noſtram ſufficientiam data ſunt, ſed propter gratiam donatam, ideo dicit D. Paulus; Gratia Dei, uita æterna.

Aug. epiſto 105. & de grat. & lib. arbit. cap. & 8.

Ad aliud documentum Domini, Cum feceritis omnia. &c. dicendum eſt, quod opera noſtra quatenus ex libero arbitrio prodeunt, nullam utilitatem habent ad uitam æternam conſequendam: ceterũ quatenus prodeunt ex gratia Spiritus ſancti, & ex merito Chriſti Domini, habent magnã utilitatem, & magnum pondus gloriæ ſubminiſtrant. Idem dicendum eſt ad illud, Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis &c. de qua re iterum redibit ſermo art. 3 huius quæſtionis.

Ad auctoritates Sanctorum.

Sed ad auctoritates ſanctorum Patrum ſatisfaciendũ eſt. Ad D. Aug. dicendum, quod ex uerbis huius ſancti Patris meritum bonorum operum non damnatur, ut Lutherani mentiuntur: ubique enim docet merita bonorum operum,

rum, ſemper illud ore circũferens. qđ in ſermone de tpe 1 6 2. protulit, inquiens: Deus pro meritis fidei, atq; bonorum operum dabit fidelibus ſuis regnũ cælorum. In illis ergo ſententiis adductis, Pelagianorum cõdẽnat dogma, qui ſe iactabant propriis uiribus, & laboribus, etiã abſq; diuinæ gratiæ auxilio promereri, & conſequi poſſe coronã æternæ felicitatis. Aduerſus tam inſolentem arrogantiam Auguſtinus pronuntiat Deum in nobis non coronare merita noſtra, ſed munera ſua; ut hac forma loquendi ſignificet, humana merita bifariã eſſe conſideranda, uel quatenus a liberi arbitrii uiribus proficiſcuntur, nullo comitante diuinæ gratiæ auxilio: & hæc quidẽ neq; ulla corona digna ſunt, neque a Deo coronantur in nobis; ſi uero conſiderentur quatenus ex diuina gratia, nobis conſentientibus, & cooperantibus, aguntur, merita ſunt uitæ æternæ, & felicitatis perpetuæ. Atq; hanc eſſe ſuam ſnĩam, explicat epiſtola 105 ad Sixtum presb. his uerbis; Nulla ne igitur ſunt merita iuſtorum? ſunt plane, quia iuſti ſũt; ſed ut iuſti fierent, merita non fuerunt. Et infra; Nullum eſt meritum hominis ante gratiã, quo percipiat gratiam, cũ oẽ meritum noſtrum non faciat in nobis niſi gratia, & cum Deus coronat merita noſtra, nihil aliud coronat, ꝙ dona ſua: ſicut. n. ab initio fidei miſericordiam conſecuti ſumus, non quia fideles eramus, ſed ut eſſemus; ſic & in fine, quod erit in uita æterna, coronabit nos, ſicut ſcriptum eſt, in miſericordia, & miſerationibus. Non itaq; fruſtra Deo cantatur: Et miſericordia eius præuenit me, & miſericordia eius ſubſequetur me. Vñ & ipſa uita æterna, quã utique in fine ſine fine habebit, meritis præcedẽtibus redditur. Tñ quia eadem merita quibus redditur, non a nobis parata ſunt per noſtram ſufficientiam, ſed in nobis facta per gratiam, ẽt ipſa gratia nuncupatur; non ob aliud, niſi quia gratis datur; nec ideo qa meritis nõ datur, ſed quia data ſũt & ipſa merita quibus datur. Hoc ipſum lucidius exprimit inquiens. Cum dicant Pelagiani, hanc eſſe ſolã, non ſecundum merita noſtra, gratiam, qua homini peccata dimittuntur, illam uero quę datur in finem, i. æternam vitam meritis noſtris præcedentibus reddi; Reſpondendum eſt eis: ſi. n. merita noſtra ſic intelligerent, ut & ipſa dona Dei eſſe cognoſcerent, non eſſet reprobanda iſta ſententia: quoniam uero merita humana ſic prædicãt, ut ea ex ſemetipſo habere hominem dicant, prorſus rectiſſime rñdet Apoſtolus; Quis. n. te diſcernit? quid habes quod non accepiſti? prorſus talia cogitãti ueriſſime dicitur, dona ſua coronat Deus, non merita tua, ſi tibi a te ipſo ſunt merita tua: ſi autem Dei dona ſunt merita tua, non Deus coronat merita tua tamquã merita tua, ſed tamquam dona ſua. Hæc Auguſt.

Aug. ſententia.

Lib. de gratia & liber. arb. cap. 5 6. & 7.

1. Cor. 4.

Ad D. Baſil. Ad Bernar. ſermo 61.

Ad D. Baſiliũ dicẽdũ eſt, ꝙ ubicumque prædicat merita ſanctarũ actionũ, maxime uero in Pſal 61. quo in loco enarrans illam Dauidis ſnĩam; Quia tu reddis unicuique ſecundum opera ſua; ſic ſcribit. Qua menſura menſi fueritis, eadẽ remetietur nobis. tribulaſti fratrẽ: exſpecta æquilibrium; rapuiſti bona inferiorum; calumniatus es; mentitus es, exſpecta horum retributionẽ: qualia. n. unuſquiſque ſeminat, talia & metet. Ceterum ſi quid boni a te perpetratum eſt, illius quoq; multiplices exſpecta retributiones, quia reddet unicuique ſecũdum opera. Baſilius ergo non meriti uirtutem uoluit auferre, ſed immenſam Dei munificentiam attollit, quæ ſingula noſtrorum operum merita, non ſeruata quantitatis æqualitate, compẽſat; ſed menſurã meritorũ excedens ſupra omne condignum ampliſſimis remunerat præmiis. Vnde inferunt Theologi, ꝙ Deus præmiat ultra condignum. Ad D. Bernardum dicendum eſt, ꝙ D. Bernardus de merito bonorum operum habet catholicam definitionem: ſcribit. n. in hanc ſententiã. Sufficit ſcire, ad meritum quod non ſufficiant merita. & paulo poſt inquit, Merita proinde habere cures, habita data noueris, & ſic omne periculum euaſiſti paupertatis. & præſumtionis: perniciosa n. paupertas, & penuria meritorum: præſumtio autem ſpiritus, fallaces diuitiæ, & ideo diuitias & paupertatem ne dederis mihi. Hæc ſunt Bernar. uerba, ex quibus apparet eũ in his, quæ adducta ſũt ab hæreticis, non deſtruere, neq; damnare merita, ſed tantum admonere ſeruos Dei, ne de ſuis uirtutibus ac meritis intumeſcant, ut exiſtiment ſe uel a ſeipſis habere.

In cantica. Quid meritum. An de ratione meriti ſit quod ſit opus liberũ. Primũ arg.

Statuto iam & probato ꝙ ſit meritum apud Deũ, quæſtio eſt, Quid nã ſit meritum, & utrum ſit de ratione meriti ꝙ ſit opus liberum? Vĩ quod non. Nam opera noſtra ſũt meritoria ex acceptione diuina: ſed Deus põt acceptare opera naturalia ad uitã æternam: ergo põt eſſe merita.

Secundum.

Secundo, Chriſtus ab inſtanti ſuæ conceptionis promeruit, ſed non per actũ liberum. quod ſic oſtendo. Nã meruit per dilectionẽ Dei, ad quam habendã neceſſitabatur: erat. n. beatus, & beati neceſſitantur ad Dei dilectionem.

Tertium.

Tertio, Chriſtus merebatur in impletione mandatorũ Dei, at non libere ea adimplebat. quod ſic oſtendo: tum quoniam non poterat contrauenire diuinæ uoluntati: tũ uero, quoniam non potuit peccare.

Quartum.

Quarto, pueri decedentes cum baptiſmo habẽt ius ad uitam æternam, quæ illis tamquam merces retribuitur; at non habent opus liberum. Ruſus, qui decedunt in peccato originali, habẽt meritum iuſtæ damnationis abſque actu libero.

Primum notab.

Sciendum eſt, ꝙ meritum eſt nomen latinum, a mercede, uel merendo deductum, eſtq; meritum, opus ſtudioſum, cui in te merces debetur, dicente Paulo; Ei qui operatur, merces non imputantur ſecundum gratiam, ſed ſecũdum debitum. Ei qui operatur, ideſt, ei qui meretur.

Rom. 4. Secundum Requiſita ad meritum.

Secundo notandum eſt, ꝙ ad meritum bonorum operũ quattuor conditiones requiruntur. Prima eſt, ꝙ ſit opus liberum: nam actus expers libertatis, cum nõ ſit uitii, aut uirtutis, non meretur laudem, nec uituperium: unde prouerbium eſt, quod naturalibus, aut neceſſariis non meremur aut demeremur. Hæc conditio adeo neceſſaria eſt, ꝙ de potentia Dei abſoluta non poteſt eſſe meritum, niſi ſit opus liberum. quod ſic oſtendo. Nam ſi Deus daret uitã æternam ratione conſanguinitatis, aut pulcritudinis, certe meritum non eſſet, ut conſtat ex omnium hominum conſenſu: ergo ſi daret propter qualitates naturales, proprie meritum non eſſet. Deinde, prorſus eſt impoſſibile, quod homo demereatur apud Deum per opera naturalia, & neceſſaria: ergo prorſus eſt impoſſibile, quod homo mereatur apud Deum per opera alioqui naturalia. Tertio, Deus non poteſt tollere a merito id quod eſt de eſſentia actus meritorii: ſed de eſſentia actus meritorii eſt, ꝙ ſit opus liberum præſtitum in obſequium alterius: opera. n. naturalia, cum illorum non habeamus dominium, non præſtamus in obſequium alterius: ergo non poſſunt eſſe merita. Secunda conditio eſt, ꝙ ſit opus bonum: nam bonum opus meretur laudem; malum uero uituperationẽ. Vtrum uero opera, alioqui mala, ſint merita apud Deum, diſputatum eſt ſupra q. 2 1. ad finem & diſputatur diligentius infra. Tertia conditio eſt, ꝙ ſit opus exhibitum in obſequium alterius: nam meritum eſt actus iuſtitiæ; ergo dicit ordinem ad alterum. Quarta conditio eſt, quod ſit opus uiatoris: nam beati cum ſint iam in termino, non amplius promerentur. Hac conditiones inſinuat S. Tho. ſupra q. 2 1. & Doctores in 2. d. 27. & in 3. diſt. 18. nominatim Scotus & Almaynus.

D. Th.

Tertium notab. Definitio meriti.

Tertio notandum eſt, quod definitio meriti ſic habet. Eſt opus bonum liberum, ſiue internum, ſiue externum, cui de iuſtitia merces debetur. Ex hac definitione ſequitur, ꝙ in merito quattuor concurrunt, perſona quæ meretur; actus ſtudioſus, qui meritum eſt; merces quæ merito correſpondet; perſona apud quam meremur: ſi enim non eſſet perſona apud quam mereremur, inanes eſſent noſtri labores. Vltimo ſciendum eſt, quod meritum in ſua uniuerſitate diuiditur in meritum bonum, & malum: nã mali homines & improbi habent mala merita apud Deũ. Diuiditur rurſus in meritum de condigno, & de cõgruo: ſed cum meritum de congruo non innitatur iuſtitiæ, ſed congruentiæ, ꝓprie appellationem meriti non meretur.

Vltimum. Diuiſio meriti.

Ad primum

Ad primum in contrarium reſpondetur concedendo, ꝙ Deus poſſet conferre beatitudinem ratione qualitatis naturalis, ſed tunc proprie non eſſet meritum, ut iam expoſitum eſt.

Ad ſecundũ

Ad ſecundum reſpondetur, hoc fuiſſe magnum miraculum, quod cũ Chriſtus eſſet beatus, mereretur, (erat. n. ſimul uiator, & comprehenſor.) Ite, fortaſſis beatus de potentia Dei abſoluta poteſt ſuſpendere actum amoris. de quo diſputatum eſt in materia de beatitudine. Cõmunis

confuta-

confutatio huius argumenti eſt, ꝙ Chriſtus non meruit per amorem beatificum, ſed per alium amorem, quem habuit inquantum uiator erat, & per obedientiam ſpontaneam, qua fuit obediens Patri uſque ad mortem.

ad tertium. Ad tertium reſpondetur, ꝙ fortaſſis Chriſtus non habuit præceptū moriendi; quod ſi habuit, libere adimpleuit: potuit.n. mori & nō mori; quamuis in ſenſu cōpoſito, ſuppoſito pcepto, nō potuit non adimplere: neceſſitas.n. ex ſuppoſitione non tollit libertatem, quemadmodū dicunt Theologi de cōfirmatis in gratia, ꝙ ſuppoſito priuilegio non poſſunt peccare mortaliter; at abſolute poſsūt peccare mortaliter.

ad quartum. Ad ultimū rñdetur, ꝙ ſicuti pueri ex merito malo primi parentis dānatur, ita ex merito bono Chrī ſibi per baptiſmū applicato ſaluātur.

Dubitatur præterea, poſtquā reddere pmiū ꝓ meritis, eſt actus iuſtitiæ, ut aſſerit D. Tho. in 1. concluſione, quæ nā iuſtitia ſeruatur in redditione præmij? S. Th. in 2. d. 27. ar. 3. dicit, ꝙ iuſtitia diſtributiua. Idem probat in 4. d. 46. q. 1. ar. 1. Hoc impugnat Dur. in 2. d. 37. q. 2. duodecim argumentis, & oīa procedunt ex vno capite, nempe, ꝙ reddere mercedem & ſalariū pro ſeruitio impēſo pertinet ad iuſtitiam cōmutatiuā. In hoc.n. differunt iuſtitia diſtributiua, & cōmutatiua; ꝙ diſtributiua reſpicit perſonarum proportionē; cōmutatiua uero, rerum æqualitatē. Sed & idem D. Tho. in 2. 2. q. 61. ar. 4. ad 1. dicit expreſſe; ꝙ diuinū iudicium attenditur ſecundū formā iuſtitiæ cōmutatiuæ, inquantū recōpenſat pmiū pro meritis, & ſupplicium pro peccatis: & in ſolutione ad 2. dicit, ꝙ cū alicui perſonæ pro ſeruitio impēſo cōitati aliquid redditur, eſt actus iuſtitiæ cōmutatiuæ, non diſtributiuç. nā in iuſtitia diſtributiua non attenditur æqualitas eius quod quis accipit, ad id qd impenderat, ſed attenditur præcipue proportio perſonarū. Hæc loca, quæ uidentur diſſidere in D. Th. uarijs modis cōciliāt eius diſcipuli. Victoria dicebat, ꝙ D. Th. in 2. & in 4. cōſiderans opera quatenus ex libero arbitrio prodeunt, dixit ſeruandā eſſe iuſtitiā diſtributiuā: ſed in Summa ſuæ Theologiç cōſiderans opera bona quatenus ex gratia Spiritus ſancti, & ex merito Chrī ꝓdeunt, dixit ſeruādā eſſe iuſtitiā cōmutatiuā. Nam inter meritum ex gratia procedens, & præmium, nō ſolum eſt ęqualitas ꝓportionis, ſed ęqualitas in quantitate; ut oſtēdit S. Th. in art. 3. huius quçſtionis. & ſic cōcordat ea quç uidentur differre in dictis D. Th. Caie. in 2. 2. loco citato, alio modo cōciliat hęc loca D. Tho. dicit.n. ꝙ inter Deū & hoīem nullo modo pōt eſſe iuſtitia cōmutatiua, multo minus quā inter dñm & ſeruum, qm̄ Deus nihil non ſuū accipit a nobis ut teneatur reddere. Rurſus, nō poſſumus ęquiualēs pro acceptis reſtituere. Ex quo ſtatim ſequitur, quod punire peccatores, eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ, qua vnāquamq; partem uniuerſi in ſuo loco conſtituit, ſecundū illud quod ſcriptum eſt Act. 1. de Iuda, ut abiret in locum ſuum. Quod cōfirmatur ex illo axiomate Theologorum, aſſerentiū quod Deus punit citra condignū, & pręmiat ultra condignū. Iuſtitia uero cōmutatiua ſeruat æqualitatem rei ad rem. ſed licet iudicium diuinum fiat ſecūdum iuſtitiam diſtributiuam, admiſcetur quidē modus iuſtitiæ cōmutatiuç; pro quanto redditur res pro re, hoc eſt, pręmium pro meritis, ſupplicium pro delictis. & ſic eſt intelligendus D. Th. cum dicit, quod iudicium diuinū attenditur ſecūdum rōnem iuſtitiç commutatiuç.

Soto. Soto li. 3. de iuſtitia, q. 5. artic. 4. alia uia pergit: dicit.n. ꝙ redditio pmij eſt actus iuſtitiæ diſtributiuæ. nā in ea potiſſime attēditur ad merita, & cōditiones perſonarum, quamquā hic cōſpicitur ꝗdā forma iuſtitiæ cōmutatiuæ. Cū enim bona illa infinita ſint, ſic redditur præmiū ſecundū proportionē meritorū, ut ēt pmiū ad vnguē correſpondeat pro merito: qđ in repub. humana, in qua bona inſufficientia ſunt, nō ſemp obſeruari poteſt. Deinde dicit, ꝙ punitio pctōrum eſt actus iuſtitiæ cōmutatiuæ. nā in punitione non attenditur proportio perſonarum, ſed æqualitas iniuriæ, quæ ad iuſtum reſarcienda eſt. Inter has opiniones, opinio Victoriæ magis nobis probatur.

ART. SECVNDVS.

Vtrum homo ſine gratia poſſit mereri uitam æternam.

SVMMA TEXTVS.

RESpondet D. Th. cōcluſione negante: quam in homine cōdito in ſtatu naturæ integræ, & in homine in ſtatu naturæ corruptæ conſtituto probat. Meritum namq; hominis dependet ex præordinatione diuina; actus autē cuiuſq; rei non ordinatur diuinitus ad aliquid excedens proportionem uirtutis, quæ eſt principiū actus; ſuauis.n. Dei diſpoſitio eſt, ut nihil ultra uirtutem ſuam agat: ergo actiones hoīs in natura integra cōditi non excedunt proportionem naturę creatę. At uita æterna quoddam bonū eſt, proportionē naturæ creatæ excedēs, iuxta illud 1. Corin. 2. Nec ocul⁹ uidit, nec auris audiuit, nec in cor hoīs aſcēdit. Nō ergo natura creata eſt ſufficiēs principiū act⁹ meritorij uitæ æternæ, niſi ei aliquod donū ſupernaturale addatur, quod gratia dr̄. De hoīe uero in natura lapſa, ita quadā peculiari rōne probat D. Thomas eandē concluſionē. Nullus ſiquidē peccator pōt uitam æternā mereri, niſi prius Deo recōcilietur dimiſſo peccato: quia peccatū eſt quædā Dei offenſa, a uita excludēs; quapropter peccatori non debetur niſi mors, iuxta illud Rom. 6. Stipendia peccati mors: recōciliari autem Deo non poteſt ſine gratia: ergo nec mereri poteſt vitam æternam ſine gratia.

EXPLICATIO ART.

An de potentia Dei abſoluta poſſit homo mereri uitā æternam ſine gratia.

DVbium eſt, An de potentia Dei abſoluta poſſit homo mereri uitam æternā ſine gratia? Ad huius dubij expoſitionem dico primū, de potentia Dei ordinaria nō poſſumus mereri uitam æternam ſine gratia. Hoc teſtantur Scripturæ diuinæ, & probat ratio D. Tho. Secundo dico, de potentia Dei abſoluta bene poſſumus mereri uitam æternam ſine gratia habituali. Nā Deus per adiutorium gratiæ ſuæ pōt mouere animum noſtrum ad deteſtationem peccati, & dilectionē Dei ſuper oīa, quibus mereamur uitam æternā. Tertio, de potentia Dei abſoluta non pōt homo mereri uitam æternam per opera naturalia, i. non libera: nam, ut antea oſtenſum eſt, libertas eſt de rōne meriti. Quarto dico, de potentia Dei abſoluta per opera moraliter bona ex uiribus naturæ cōparata poſſumus mereri uitam æternā. Nā ſi rex noſter inſtituat, ut ſtipula ualeat argentum, certe ualebit argentum: ergo ſi rex omniū inſtituat, ꝙ opus moraliter bonū ualeat uitā æternā, ualebit certe. Sed eſt notandum diſcrimen inter hæc merita, & meritum quod procedit ex gratia. Nam meritum quod procedit ex gratia, præter diuinam inſtitutionem habet proportionem cum præmio reddendo: nam gratia facit nos conſortes diuinæ naturæ, & filios Dei. quod ſi filij, & hæredes: at illa merita proportionem non habent.

Rom. 8. Et eſt notandū, ꝙ hæc adoptio filiorū multū differt ab adoptione humana. Nam adoptio humana, tm̄ dat ius ad paternam hæreditatē. Diuina uero pręter hoc dat cōſortium, & participium diuinę naturæ. Sciendum eſt etiā, ꝙ D. Th. in ar. diſtinguit duplicem hominis ſtatum; ſtatum naturę lapſæ, & ſtatum naturę integræ, quem, inquit D. Thom. Adam habuit ante peccatum. In quo uidetur S. Thom. inſinuare, quod Adam ante peccatum non habuit

gratiam

gratiam. quod non ſolum eſt falſum, ſed erroneum. Nam quamuis ſit poſitum opinione Doctorum, an ſit creatus in gratia; nullus tñ dubitare debet, ꝙ habuerit gratiã, & ſanctitatem ante peccatum. Nam in Cõc. Trid. definitum eſt, ꝙ primus parẽs habuit ſanctitatẽ, & iuſtitiã ante peccatũ. Volvit ergo docere D. Tho. ꝙ primus parens in ſtatu naturæ integræ ante peccatũ per integritatẽ, & valorem naturæ non potuit mereri vitam æternam.

Conc. Trid. ſeſſ. 5. ca. 1.

Viſio Dei nõ eſt finis naturalis.

Secundo notandũ eſt, quod dicit D. Th. in articulo, ꝙ uita æterna excedit omnem proportionẽ naturæ, & omne deſideriũ hoĩs naturale; ex quo euidẽs eſt, ꝙ nõ ſit finis noſter naturalis, ut quidã Theologi magni nominis perperam exiſtimãt.

Pri. Cõc.

Tertio notãdũ eſt, ꝙ in cõcluſione D. Thomæ duæ concluſiones inſinuãtur: altera eſt, ꝙ homo conſtitutus in gratia põt mereri vitã æternã, de qua ĩ articulo ſequenti tractabitur. Altera eſt, ꝙ homo ſine gratia non poteſt mereri vitã æternã, de qua etiã diſputatũ eſt. q. 109. ar. 5

Sec. Cõc.

ART. TERTIVS.

Vtrum homo in gratia conſtitutus poſſit mereri vitam æternam ex condigno.

SVMMA TEXTVS.

PRima Concluſio, Si opus hominis meritorium conſideretur ea ratione qua procedit a libero arbitrio, & ſecundum ſubſtantiam ſuã, non eſt meritoriũ vitæ æternæ de condigno, ſed de congruo. Prior pars huius concluſionis probatur ex maxima inæqualitate, quæ inter opa noſtra, hac ratione conſiderata, & uitam æternam reperitur. Poſterior uero ex eo probatur; quia cõgruũ uidetur, ut homini operanti ſecundum uirtutẽ ſuã, Deus recompenſet ſecũdum excellentiam ſuæ uirtutis.

Secunda cõcluſio. Si opus meritorium conſideretur ut procedit ex gratia Spiritus ſancti, meritoriũ eſt uitæ æternæ ex condigno. Hanc cõcluſionem in argumento, ſed contra, probat D. Thom. tali ratione. Id quod redditur ſecundum iuſtum iudiciũ, merces cõdigna eſſe uidetur: vita autem æterna datur propter opera meritoria, ut procedunt a gratia, ſecũdum rationem iuſtitiæ ut patet ex Paulo dicente; Repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ; quã reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex: ergo per talia opera homo meretur vitam æternã de cõdigno. In corpore uero eandem concluſionẽ ita cõfirmat; Nam cum opus meritorium ea ratione conſideratur, quæ a gratia Spiritus ſancti pcedit, valor meriti attenditur ſecundum uirtutem Spiritus ſancti, mouentis nos in uitam æternam; & attẽditur ſecundum dignitatem gratiæ, per quam homo conſors factus diuinæ naturæ adoptatur in filiũ Dei, cui ex ipſo iure adoptionis hæreditas debetur, iuxta illud Rom. 8. Si filij, & hæredes.

Vltimo notandum eſt, ꝙ illud axioma, quod commemorat, S. Tho. in argumento ſecũdo; Opus quanto minus debitum eſt, tanto magis meritorium eſt; non eſt ſemper uerum: nam opus quod fit ex uoto, eſt magis meritoriũ, quam opus ꝙ fit ſponte, & propria voluntate: at illud magis debitum eſt. Deinde, dilectio Dei ſuper omnia eſt opus magis debitum, quam omnia opera ceterarum virtutum; at eſt magis meritorium apud Deum.

EXPLICATIO ARTICVLI.

SCiendum eſt, ꝙ hæc uocabula, Meritũ de rigore iuſtitiæ, Meritum de cõdigno, Meritum de cõgruo, ſunt excogitata a Theologis ad explicandã meriti noſtri dignitatẽ. Meritũ de rigore iuſtitiæ eſt quod nõ innititur gratiæ, aut miſericordiæ acceptantis, ſed habet valorem ex ſeſe, & ex perſona offerentis, quale eſt meritum Chriſti Dñi. Meritum de condigno eſt, quod licet innitatur gratiæ, & miſericordiæ acceptantis, eſt iuſtum, & condignum ad præmiũ futurum: huiuſmodi eſt meritum Sanctorũ. Meritum de congruo eſt, qđ non innititur iuſtitiæ, ſed congruentiæ ſolummodo.

Meritum de rigore iuſtitiæ.
Meritum de condigno.
Meritum de congruo.

Secundo notandũ eſt, ꝙ in expoſitione huius quæſtionis propoſitæ in 3. art. uariant Doctores Scholaſtici. Dur. in 2. d. 27. q. 2. dicit, ꝙ in operibus procedentibus ex gratia proprie non eſt meritum uitæ æternæ de condigno, ſed largo modo, & improprie: qm̃ in hominibus iuſtis eſt quędã dignitas, quę nõ inuenitur in hominibus peccatoribus. Hæc uero ſententia, qm̃ fauet hæreſi Lutheranæ, diligenter excutienda eſt. Et probatur quod ſit uera.

Durand.
Vtrum opera ut a gratia procedũt habeant rationẽ meriti.
Primũ argu. Ariſto.

Nam inter Deum, & creaturam non eſt iuſtum ſimpliciter, multo minus, quam inter Dominum & ſeruum, ut oſtendit Ariſtoteles 5 Ethic. 6 Sed homo in gratia conſtitutus creatura eſt: ergo inter Deum & hoĩem non eſt meritum de iuſtitia, & de condigno: ſiquidem meritum eſt actus iuſtitiæ. Secundo, inter patrem & filium nõ eſt iuſtum ſimpliciter, ut dicit Ariſtoteles loco citato: ergo nec inter filiũ Dei adoptiuum, & Deum ipſum, eſt iuſtum ſimpliciter. Conſequẽtia inde probatur: nã non plus iuſtitiæ habet filius adoptiuus in ordine ad patrem adoptãtem, quam filius naturalis ad patrẽ naturalem.

Secundum

Tertio, ſi homo iuſtus meretur uitam æternã de cõdigno apud Deũ, ſequitur ꝙ Deus obligatur illi uitã æternam cõferre; quod ſi non faceret, iniuriam faceret, & inæqualitatem. quod eſt falſum. Nam ſi Deus omnes beatos de cęlo deijceret, & deturbaret, non faceret illis iniuriã. Item ſequitur, ꝙ Deus deberet hominibus uitã ęternã: quod eſt aperte falſum, & abſurdum; nam Deus nulli debet: unde eſt illud Auguſtini; Reddis debita nulli debẽs. Quod recte ſequatur, patet: nã uita æterna debetur iuſtis, & nõ niſi a Deo: ergo Deus debitor eſt. Item, homo iuſtus habet ius iuſtitiæ ad uitam æternam apud Deũ: ergo Deus debet uitã æternam apud Deum. De iuſtitia hæc Dur.

Tertium
Auguſt.

Sco. in 1. d. 17. q. 1. dicit, ꝙ actus noſtri ex hoc ſolum, ꝙ procedunt ex gratia, non ſunt ſufficienter meritorij uitæ æternæ de condigno, ſed præterea requiritur acceptatio diuina, qua Deus ordinat tales actus ad conſecutionem gloriæ, & in hac acceptatione completur, & perficitur meritum de condigno. Itaq; Scotus habet duas concluſiones. Prior eſt, opera noſtra ſecundum ſe, & ut prodeunt a gratia, non ſunt meritoria uitæ æternæ de condigno. Altera concluſio eſt, opera noſtra ex acceptatione diuina, & ut originaliter procedunt ex paſſione Chriſti, ſunt meritoria de condigno. Probat ſuam ſententiam.

Scotus

Nam ſi opera procedentia a gratia ſunt meritoria vitæ æternæ de cõdigno apud Deũ, ſequitur ꝙ ſi Deus nõ tribueret uitam æternam, iniuſtus eſſet: quod eſt falſum.

Prim. Scot.

Secundo, præmium ſemper excedit meritum, ut patet ex illo quod dicitur, Deum præmiare ultra condignum: ergo actus noſter ex ſua bonitate non meretur tale præmium, ſed ſolum ex acceptatione diuina. Marſilius conſentit Scot. in 2. q. 17. art. 2. concl. 1. & in quæſtione 16 facit quattuor vel quinque argumenta, quæ non eſt neceſſe commemorare: nam fere iam adducta ſunt.

Secundum.
Marſilius.

In huius rei expoſitionem dico primum: Merita Sanctorum in diuina gratia fundantur. Patet ex illo; Gratia Dei, vita æterna. & ex Pſal. 102. Qui coronat te in miſericordia, &c. & ex illo; Quis prior dedit ei, & retribuetur ei? & ex illo; Plus oĩbus laboraui, non ego, ſed gratia Dei mecum. Deniq; hæc veritas definita eſt in Concil. Mileuit. Arauſic.

Merita fundatur in gratia.

Arauſic. Trid. contra Pelagium.

Meritum Chriſti non innititur gratiæ.

Secundo dico, meritum Chriſti non innititur gratiæ & miſericordiæ acceptãtis: nam perſona Chriſti de ſe eſt in finite grata, & eius opera habent ualorem, & infinitum pretium apud Dominum: propter quod meritum Chriſti fuit de omni rigore iuſtitiæ, quemadmodum demonſtrant Theologi in tertio in principio.

Meritũ Sanctorũ eſt de condigno.

Tertio dico, meritum Sanctorum, licet innitatur gratiæ, & miſericordiæ acceptantis, nihilominus eſt uere & proprie meritũ de cõdigno, & de iuſtitia. Probatur, quã ſacræ ſcripturæ ꝓprie loquuntur de merito Sanctorũ, & teſtantur aperte, ꝙ meremur uitã æternã de iuſtitia, ut patet ex teſtimonijs adductis in 1. art. contra Lutherũ: ergo ita aſſerendũ eſt. Pro cuius explicatione oportet demonſtrare principia, ex quibus merita Sanctorũ habent ualorẽ & pretiũ.

Lutherus.

Lutherani referunt merita bonorũ operũ in nudã Dei promiſſionẽ, ſine reſpectu bonorũ operũ. Sed iſti hæretici ſunt condemnati ab uniuerſa Eccleſia, & ex uniuerſis ſcripturæ locis in primo articulo adductis.

Pelagius.

Pelagius referebat merito bonorũ operũ in liberum arbitriũ, & in opera inde prodeuntia: ſed iſte hæreticus iam olim ab Eccleſia expulſus eſt, & damnatus in Cõcilio Mileuitano, Arauſicano, & Tridentino.

Pacty diuinum.

Catholici uero referunt merita bonorũ operũ in primis in pactũ diuinũ cũ hominibus celebratum. Id n. quod inſtituitur ſub pacto; ſub hoc tenore uerborũ, faciam, ſi feceris, inducit obligationẽ iuſtitiæ. Sed Deus noſter nobiſcũ hoc pactu inſtituit; Si ſeruaueritis diuina mãdata, dabo uobis uitam æternã: ergo ſeruãtibus diuina mãdata ex pacto diuino uita æterna debita eſt. Huius pacti mẽtio habetur non in paucis locis ſcripturarũ. Gen. 9. 15. 16. Exho. 24. Hier. 31. Matt. 20. hr̃ mẽtio de conuentione facta cũ operarijs ex diurno denario.

Gen. 9. Exho. 24. Hier. 31. Matt. 20.

Secundo, referunt in gratiã Spũs ſancti, quæ efficit hos conſortes diuinæ naturæ, & filios Dei adoptiuos, ꝙ ſi filij, & hæredes apud Deũ per Deũ, ut dicit Paulus. Quõ aũt gratia Spiritus ſancti ſit æqualis cũ uita æterna, q̃ futura eſt, explicat eleganter D. Th. ſolutione ad 3.

Rom. 8. D. Th.

Tertio, referunt in Spiritũ ſanctum mentes noſtras inhabitantẽ, qui eſt ſufficiẽs cã uitæ æternæ: vñ & dr̃ pignus hæreditatis noſtræ 2. Cor. 1. & Epheſ. 1.

2. Cor. 1.

Quarto, referunt præcipue in hanc cãm, ꝙ iuſti homines ſunt membra Chriſti uiua, q̃ Chr̃s uiuificat per occultam uim, & connexionẽ ſpiritualẽ, ut dicit Paulus Ro. 12. Eph. 4. ad Colo. 2. ſicq; Chr̃s ea uiuificat, ut paſſiones, & uirtutes membrorum Chriſti ſint, & appellentur ipſius Chriſti, iuxta illud Act. 9. Saule, Saule quid me perſequeris? & 2. Cor. 13. An experimentũ quæritis eius, qui in me loquitur Chr̃s? & ad Galatas 2. Viuo ego, iam non ego, uiuit uero in me Chriſtus.

Rom. 12. Act. 9. Gal. 2.

Dubitatio.

Sed nũquid põt uere & catholice concedi, ꝙ Chriſtus in nobis, & per nos mereatur, ita, ut dicat iuſtus; mereor ego, iam non ego, meretur uero in me Chriſtus? Soto loco citato dicit hãc locutionem fauere hæreſi Lutheranæ. Caietanus in opuſculo de Fide & operibus concedit eſſe uerã. Idem Hoſius in confeſſione fidei c. 73.

Soto. Caiet.

Rñdetur tñ, ꝙ ſi hæc locutio faciat hunc ſenſũ; Chriſtus in nobis meretur, ſic, ut homo nihil promereatur, ſed habeat ſe ueluti inanime organũ; hæretica eſt ſententia. Si uero fiat sẽſus, ꝙ Chriſtus in nobis, & per nos mereatur, ſic, ut homo diuino præſidio adiutus mereatur, sẽſus catholicus eſt: ſicuti Deus loquitur in nobis, ſic tñ ut nos loquamur, iuxta illud, Non uos eſtis, qui loquimini, ſed ſpũs Patris ueſtri qui loquitur in uobis. Cũ igitur meritũ bonorum operũ ex pretioſis Dei donis, quibus efficimur conſortes diuinæ naturæ, procedat, non dubium eſt quin ſapiat, & redoleat ipsã naturã diuinæ iuſtitiæ; neq; dubium eſt quin habeat occultam uim, & pretioſitatem ueluti diuinam.

Quorũdam noua expoſitio.

Sed uideamus diligentius, in quem fontem referãt meritũ noſtri quidã Lutherani, qui cũ catholicis (vt ſibi vr̃) præclare ſentiunt. Vtrũq; dicunt, ꝙ de merito bonorũ operum dr̃ in ſcriptura dupliciter. Primo, ꝙ eſt meritum ſaluificum, & propitiatorium, & ſic ſolum eſt unum opus in mundo, quod meruit totaliter, & eſt cã ſalutis æternæ, uictima Chriſti. 1. Io. 2. Ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris. & Eſaiæ 53. Poſuit in eo iniquitatem omniũ noſtrũ: & ideo eſt unũ ſaluificũ meritum, & huius reſpectu nullũ opus meretur uitam æternam. Nam ſi ſolum eſt unum meritum Chriſti, quod meruit ſalutẽ: ergo nulli alij operi hominis tribui põt, & ſic inquiunt opera noſtra nõ merentur uitã æternã. Secundo, loquitur ſcriptura de apprehenſiuo merito, id eſt, quo hõ per idonea media impetrat donationẽ promeritæ ſalutis per Chriſtũ, & ſic opera noſtra dicuntur mereri large ex gratia uitã æternã, nõ ex dignitate operũ, ſed ex promiſſione. Deus. n. promiſit ꝑ opera, ut per media, diſtribuere nobis & propriũ facere ſuũ meritũ, & iõ Chriſtus iubet pænitere, & credere, & baptizari, & ſeruare mandata. Vñ unus eſt Saluator Chriſtus, q̃ meruit ſalutẽ in cruce, & reperit æternam redemtionẽ; Heb. 9. At diſtributionẽ nos meremur ex promiſſione. Ex hac doctrina inferunt, ꝙ apud Deũ nullũ eſt promeritũ ꝑmiũ, quod debeatur noſtris operibus: nam ẽt cum oĩa fecerimus, Deus nobis nihil debet, Lucæ 17. & iõ quidquid nobis donat Deus, hoc eſt gratia, & promiſſum præmiũ; corã hominibus aũt eſt promeritũ præmium. Ro. 4. Ei q̃ operatur, merces non imputatur ſ̃m gratiã, ſed ſ̃m debitũ.

Impugnatur propoſita explicatio.

Verũ hæc oĩa dogmata hæretica sũt: nã quãquã in prædictis ſententiis non negetur opera bona & ſtudioſa eſſe neceſſaria, quod a pleriſq; Lutheranorũ negatur, nihilominus negantur aperte merita bonorũ operũ, introduciturq; meritũ quoddã apprehenſiuũ, quod Eccleſia catholica numquã agnouit. I. ẽ introducitur quoddam præmiũ promiſſum, non promeritũ, quod dumtaxat apud hæreticos inuenitur. Eccleſia catholica indubie docet, ꝙ opera filiorũ Dei in ſe habent dignitatem, & ualorem ex gratia Spiritus ſancti, & quia procedunt ex iuſtis, quatenus ſunt membra Chriſti, ut promereantur mercedem æternam, quæ debetur bonis meritis, prout ſupra oſtenſum eſt. Sed ueniamus ad argumentorum confutationes.

Ad argum. Durandi. ad primum.

Ad arg. Dur. & ad primũ rñdetur, ꝙ ſi meritũ refertur ad Deũ retributorẽ, nõ vr̃ eſſe iuſtũ ſimpliciter, ſed dominatiuũ, uel paternũ. Si uero referatur ad mercedẽ, iuſtitia eſt, & æqualitas de cõdigno ad futurã gloriã, quæ reuelabitur in nobis, ut declarat S. Th. ad 3.

D. Th.

Secundo rñdetur, ꝙ ſi merita noſtra cõſiderentur quatenus prodeunt ex uirtute & merito Chriſti, eſt iuſtitia inter hoĩem iuſtũ, & Deũ, qualis fuit inter Chriſtũ & Deũ. Tertio rñdetur, ꝙ quidquid ſit de hac quæſtione, utrũ inter Deum & hominẽ ſit uera iuſtitia; hoc eſt certiſſimum, ꝙ ſicuti filius bonus & obſequẽs hẽt ius ut alatur a patre, itẽ habet ius ad paternam hæreditatẽ; ſic filius Dei adoptiuus habet ius ad æternam hæreditatem. Ad ſecundum idem dicendum eſt.

ad ſecund & tertium. Deus nõ eſt capax obligationis.

Ad tertiũ rñdetur, ꝙ ſi Deus poſſet obligari alicui creaturæ, certe merita Sanctorũ, præcipue Chriſti Dñi illum obligarent. ſed Deus non eſt capax obligationis, & ideo ſi Deus deuceret oẽs beatos a gloria, nulli irrogaret iniuriã: tũ, qm̃ ex parte noſtra oĩa bona & naturalia, & ſupernaturalia illi debemus: tũ uero, qm̃ ipſe eſt Dñs oĩum, ꝓpter quod ſi oĩa redigeret in nihilũ, nulli inferret iniuriã: tum uero, qm̃ ſi aliquis eſſet inuitus, eſſet irrationabiliter inuitus. Itaq; Deus nemini obligatur: quod amplius in ſequenti ſolutione examinandũ erit.

ad quartum

Ad quartũ dictũ eſt in ſuperioribus, q. 111. art. 1. ad 2. ꝙ merita noſtra non cõſtituunt Deũ debitorẽ. Quæ ſolutio ut diligentius exponatur, ſciendũ eſt, ꝙ hoc argm̃ uarie confutatur a D. Th. in 2. d. 27. ar. 3. ad quartũ non concedit, ꝙ Deus ſit debitor, ſed elabitur ꝑ hoc, ꝙ in iuſtitia diſtributiua, qualis reperitur in redditione præmij, non oportet debitũ inueniri ex parte diſtribuentis. In hac uero quæſtione art. 1. ad tertiũ dicit, ꝙ Deus nulli debet, ſed tñ debet ſuæ ordinationi, & ꝓmiſſioni: in 1. p. q. 21. art. 1. ad 3. dicit, ꝙ Deus reddit debita, quia Deus dat unicuiq; qđ ſua ſapiẽtia ordinauit, & inſtituit.

D. Th.

Ex qua ſolutione ego colligo, ꝙ ſicut ex eo, ꝙ Deus ſtatuit aliqd faciẽdũ, ſum⁹ debitores ad faciẽdũ, ſicuti ſumus debitores præceptorũ diuinorũ, ſic quia Deus uoluit, uel ſtatuit aliquid faciendũ, debitum eſt, ut fiat. Cum igitur Deus ſtatuerit ut habenti gratiam detur uita æterna, debitum eſt, ut ita fiat; & tñ hoc debitum a nullo debetur: quod eſt ingenioſiſſime dictum a D. Tho. loco citato. Nam hoc debitum non habet originem ex eo, ꝙ Deus obligetur creaturæ, q̃ potius ex eo, ꝙ creatura debet ſubijci Deo, ut in ea diuina ordinatio adimpleatur, q̃ eſt, ut talis creatura tales hẽat proprietates, & q̃ ſtudioſe operatur, tale habeat præmiũ. Hactenus cum Dur.

Ad

Ad argum. Scoti

Ad argumenta Scoti dicendũ eſt: ſed prius aſſero, eſſe manifeſtariam contradictionem, dicereꝙ actus noſter eſt meritorius uitæ æternæ ex diuina acceptatione, & nõ ut procedit ex gratia: nã gr̃a ſecũ affert diuinã acceptationẽ: ſic n. definitur gratia ab omnib. Theologis; Gratia eſt donũ deſuper infuſum, qđ efficit hoĩem Deo acceptum, & gratum. Quod euidẽtius apparebit, ſi imaginemur hominẽ eſſe Deo gratum ſine aliqua qualitate ſuperaddita; tunc euidens eſt contradictio, ꝙ homo ſit in gratia, & non ſit acceptus, & gratus Deo. Hoc ita probato; ad primum reſpõdetur, ꝙ licet gratia faciat hominem Deo acceptum, & carũ ſu. pte natura, nihilominus tamen Deus, ſi negaret illi beatitudinem, non faceret illi iniuriam, ut ſupra expoſitum eſt.

ARTI. QVARTVS.

Vtrum gratia ſit principium merendi principalius per caritatem, quam per alias uirtutes.

Ad primum.

Ad ſecundũ

Ad ſm̃ uidetur, ꝙ qñ dicunt Theologi, ꝙ Deus præmiat ultra condignum, cõſiderant opera noſtra quatenus procedunt ex libero arbitrio. Ad eundem modũ explicat D. Th. illam ſententiam D. Pauli; Non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, &c. Aliam ſolutionem adhibet hic Caietanus quem uide. Sed operæpretiũ erit diligentius examinare; Vtrum Deus proprie & uere debeat iuſtis præmium uitæ æternæ. A parte affirmante hęc ſunt argumenta. In primus, Chriſtus Dominus de omni rigore iuſtitiæ meruit coram Deo, ut ſentiũt plerq. Theologi: ergo Deus de omni rigore debet illi præmium: unde ſi nõ redderet, iniuſtus plane eſſet. Deinde, Deus promiſit, Deus iurauit ſe daturum præmium iuſtis ut conſtat ex ſerie ſcripturarum diuinarum: ergo aſſeueratione, & iureiurando ſe obligauit, debet itaque ſtare promiſſis. Tertio ſic. Homini iuſto debetur uita æterna ex pacto, & ex iuramento: ergo ab aliquo debetur; & non niſi a Deo: ergo Deus eſt debitor.

D. Th. Rom. 8.

Verum Deus proprie iuſtis debeat

Prim. argu.

ſecundum

tertium

Quartum

Quarto ſic. Suppoſita gratia in homine iuſto, & adoptione in filium Dei, eſt quædam ęqualitas inter præmiũ reddendum, & inter opus bonum, quod efficitur ab homine iuſto: ergo ſi Deus nõ dat præmium, erit inæqualitas, & iniuſtitia: debet ergo de iuſtitia reddere præmium; alioqui iniuſtus erit.

Vltimum. August.

Demum, ex ſententia probatur ex ſententiis ſanctorũ Patrum. Nam Aug. de uerb. Apoſt. hom. 16. & in enarratione Pſ. 109. ait, ꝙ Deus ex promiſſione debitor eſt, ſicque poſſumus exigere Dñm noſtrum, ut dicamus; Redde qđ promiſiſti, quia fecimus quod iuſſiſti. quem ſecutus Fulgentius in Prologo librorum quos ad Monimũ ſcripſit, Ecce qualis eſt, inquit, Dominus noſter, ut donando debeat, & quanto magis donat, tanto magis eum debitorẽ eſſe non pigeat. Contrarium docet D. Th. in locis ſuæ doctrinæ minime paucis, ſupra q. 1 1. art. 1. in ſolutione 2. & 1. p. q. 21. & 2. contra gentes, c. 28. & 29. & D. Auguſt. lib. 1. conf. c. 4. ſic inquit. Reddis debita nulli debens. Ad huius dubitationis expoſitionem eſt prima concluſio.

Fulgentius

D. Th.

Augus.

Pri. conclu.

Deus proprie nulli debet.

Rom. 11

Deus proprie nulli debet, neq; creaturæ proprie obligatur. Huius concluſionis plures ſunt demonſtrationes. Prima: nam debitor, ut debitor, eſt inferior creditore, & aliquo modo illi ſubiicitur; at Deus benedictus eſt ſuper omnia: vnde Paulus, Quis prior dedit illi, & retribuetur ei? quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia. Secunda demonſtratio: Qui debet alteri, ſi non reddit id qđ debet, iniuſtus eſt, peccat, & in crimine tenetur. ſed Deus tametſi omnes Sanctos de cælo deiiciat, non irrogat illis iniuriam: ergo nemini debet quidquã. Tertia, ſi deberet, non eſſet ſumme liber, ac ſubinde Deus nõ eſſet. Quarta, Deus nihil accipit a nobis, nihil ex noſtris meritis illi accreſcit: vnde Luc. 17 dicitur: Cum feceritis oĩa quæcumque dicta ſunt uobis, dicite, Serui inutiles ſumus. ergo nihil obligatur nobis retribuere. Quinta demõſtratio, Deus eſt ſemper Dominus uniuerſalis omnium, beatitudinis, & beatorum: ergo tametſi annihilaret omnes beatos, nulli inferret iniuriam. certe tametſi annihilaret humanitatẽ Chriſti, ut eius anima ſanctiſſima numquam uideret Deum, iniuſtus non eſſet. Secunda concluſio. Deus proprie nihil ſibi debet, nec proprie eſt ſibi obligatus, & obſtrictus ad aliquid faciendum. Nam creatura nihil ꝑprie ſibi debet, nec ſibi ſm̃ proprietatẽ eſt obligata. Obligatio enim, ſicut & debitũ, dicit ordinẽ ad alterũ, & eiuſdẽ ad ſeipſum, proprie non eſt obligatio, ſicut nec iuſtitia. Deinde, ſi Deus non impleret, nõ irrogaret ſibi iniuriam; quia uolenti & ſciẽti nõ fit iniuria: ergo ꝑprie non ſibi det. Tertia concl. Chriſtus proprie nõ obligatur creaturæ, neq; ſibi. Nam inquantũ Deus, nihil nobis debet, ut ex dictis patet, & inquantũ homo, humanitas eſt unita uerbo diuino: vñ nihil nobis debet. Verũ nõ eſt abſurdũ cõcedere, ꝙ inquantum hõ aliquid debeat Deo: nã inquãtũ homo, eſt inferior Patre, meruit, & habuit ꝓceptũ moriendi, fuit obediẽs, ſatiſfecit pro genere humano. Quarta concl. Quãquã Deus nihil nobis dẽat, nihilominus pleniſſime præſtabit, quod promiſit: alias Deus nõ eſſet, neq. prima ueritas: dicit n. Paulus, 2. ad Timot. 2. Fidelis Deus ſeipsũ negare nõ põt. & ad Heb. 10. Teneamus ſpei noſtrę cõfeſſione indeclinabilẽ: fidelis n. eſt qui repromiſit. & ad Heb. 6. Vt per duas res immobiles, qbus impoſſibile eſt mẽtiri Deũ, fortiſſimũ ſolatium habeamus. Argumentis in principio obiectis ex dictis facile patet, quõ ſit ſatiſfaciẽdũ: ſed ex planatius & uberius ea confutemus. Nã ad primũ dicendũ, ꝙ Chr̃s meruit de oĩ rigore iuſtitiæ, ſic adeo, ꝙ ſi Deus poſſet obſtringi & neceſſitati, eſſetq. capax ut debitor efficeretur, obligaret Deum, & Deus illi deberet. Vel dicat Theologus, prout ſupra inſinuatũ eſt, ꝙ meritũ Chriſti põt cõparari ad præmiũ, & ad pſonã, apud quã promeruit. Si cõparetur ad pmiũ, certe debetur ei de omni rigore iuſtitiæ; ceterũ ſi cõparetur ad pſonã, apud quã ꝓmeruit, nõ cõſtituit Deũ debitorẽ: nã Deus nulli debet. Sed & alio mõ confutatur prædictũ argũm, ſi dicamus, ꝙ ad rõnem iuſtitię nõ eſt neceſſe, ꝙ ſit aliquis debitor, ſed ꝙ ſit debitum ſimpliciter. Ad ſm̃ dicendũ, ꝙ Deus ſine dubio præſtabit, qđ promiſit, ꝑp ueritate, ſed non ꝑp obligationem, neq. poteſt cõſtitui ꝑprie debitor: ꝙ ſi nõ ſoluat mercedẽ, mendax erit iniuſtus nõ erit. Ad tertiũ dicẽdũ, ꝙ uita æterna debetur iuſto, ſed a nemine ei debetur. & quo hoc ſit uerũ, diſtincte in hoc articulo eſt explicatũ. Ad quartum r̃ndetur, ꝙ ſuppoſita gratia eſt ęqualitas inter opus ſtudioſũ, & præmiũ, ſed ſi opus ipſum, ẽt ex gratia ꝓcedens, cõparatur ad Deũ, nõ conſtituit illũ debitorẽ: nã eſt Dñs omnium: quare ſi nõ reddiderit, mẽdax erit, iniuſtus nõ erit. Cõcedo q; ꝙ ſi Deus eſſet capax, ut debitor cõſtitueretur, ſi nõ exſolueret promiſſã mercedẽ, iniuſtus eſſet. Explicatur hoc accommodo exẽplo. Nã relatio, q̃ eſt inter creaturã & creatorẽ, ex parte creaturæ realis eſt; quia eſt capax illius: dependet n. realiter a creatore, ex parte Dei eſt relatio rõnis, quia Deus non eſt capax relationis realis in ordine ad creaturas: ſic ſane in noſtro ꝓpoſito, quia hõ eſt capax, ut habeat ius iuſtitiæ, ponimus, ꝙ de iuſtitia meretur uitã æternã: in Deo aũt non ponimus hm̃oi debitũ, quia Deus nõ eſt capax, ut debitor ſit. Sed dicet Theologus, Quid eſt, ꝙ Deus ex ueritate & fidelitate debet dare ꝓmiſſã mercedẽ, & nõ ex iuſtitia? Rñdeo, diſcrimẽ eſſe manifeſtariũ: nã debitum ex iuſtitia ex altero originẽ trahit, & ex altero oritur uis obligandi, non ex eo, qui debet, ſed ex illo cui debetur: ſed debitũ ex ueritate & fidelitate non oritur ex altero, neq; naſcitur ex iure eius cui debetur, ſed ex parte illius, q debet, quia promiſit, qa dixit; qua obligatione potius Deus debet ſibi, quã nobis, ſed neutra eſt proprie obligatio, prout ſupra expoſitum eſt. Ad ultimũ dicendum; ꝙ ex ſententiis Patrum maxime noſtra doctrina confirmatur. Nam eiſdem conſtat, ſi bene expendantur, quomodo Deus proprie nemini debeat: ſed debet ſuæ ordinationi, & ipſe ſua ſponte conſtituit ſe debitorẽ: ſed proprie neq; ſibi, neque alteri debet.

Luc. 17

Secũ. concl.

Deus proprie nec ſibi debet

tert. concl.

quarta con. Deus pleniſſime adimplebit promiſſa.

2 ad Tim. 2

Hebr. 10

Ad argum. ad primum

ad ſecundũ

ad tertium

ad quartum

ad ultimũ.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio: eam ita probat Diuus Thomas. Actus humanus

EXPLICATIO ARTICVLI.

Dubium primum eſt, Vtrum ad meritum ſufficiat caritas ſine gratia. D. Tho. reſpondit negantes de ueritate

Ad meritum ... ſola. Gen. 4.

ritate.q.27.art.2.ad 5.Nam ad meritum vitæ æternæ duo requiruntur, & ꝙ pſona ſit grata, & ꝙ opus ſit ſtudioſum: quod patet ex illo. Reſpexit Dominus ad Abel,& ad munera eius:prius reſpexit ad Abel,deinde ad munera eius: quãdo.n.perſona non placet, munera non pñt eſſe Deo grata, & accepta.

Valent ad idē ꝓbandum auctoritates euidētes, q̄ adductæ ſunt ī ſuperiori articulo, ad ꝓbandum, ꝙ omne meritū Sãctorū gratiæ Dei innitatur.

Vtrum ad meritum ſufficiat ſola gratia. Prim. opin. De opere bono exiſtentis in gratia.

Sed dubiū maius inſurgit, Vtrū e diuerſo ſufficiat gratia ſine caritate,q̄ quæ quæſtio vt diligentius exponatur, explicandum eſt prius aliud dubiū, Vtrū omne opus bonum exſiſtētis in gratia ſit meritorium vitæ æternæ? De qua re prima opinio dicit, ꝙ ad meritum vitæ æternæ non ſatis eſt,ꝙ homo ſit in gratia,& ꝙ opus exercitum ſit moraliter bonum; ſed pterea requiritur,ꝙ referatur in finem ſupernaturalem, aut motiuum ſupernaturale. Hæc eſt opinio Durandi in 2.d 40.q.2.& Scoti. d.41.q.2.& ſuadetur optimis argumentis.

Duran. Scot. pri. Argu.

In primis,ut opa ſint meritoria vitæ æternæ,neceſſariū eſt,ꝙ informētur gratia,& caritate,vt eſt in cōfeſſo apud omnes Theologos: opera uero tunc informantur gratia, & caritate, qñ referuntur in finem caritatis:ergo ut opera ſint meritoria,neceſſarium eſt,vt actu referantur in finem caritatis.

Secundum.

Deinde,diuerſæ ſunt qualitates in opere humano,ꝙ ſit opus bonum, & ꝙ ſit meritorium vitæ æternæ; ſed primum hēt ex obiecto cōſono rõni,& rectæ prudentiæ: ergo ſecundum habet ex fine ſupernaturali.

Tertium.

Tertio, ſi vir iuſtus meretur apud Deum, qñ exercet opera moraliter bona,ſicuti paganus non recolens finem ſupernaturalem,ſequitur, ꝙ mereatur, quando dormit, quando ludit,&c. quod videtur abſurdum eſſe.

Vltim.

Vltimo,in infidelibus circūſtantia infidelitatis,qñ nō informat opera; ſed tñ concomitatur, non reddit opus vitioſum, v.g.ſi Philoſophus paganus pietate naturali elargitur eleemoſynā, aut honorat parentes,certe nō peccat,qñ infidelitas non informat illa opera;ſed concomitanter ſe hēt: ergo qñ vir iuſtus exercet opera moraliter bona,non recolens finē ſupnaturalē, non meretur apud Deū.Probatur cōſequentia:nã actus noſter facilius vitiatur,q̄ integratur in bonitate: malū.n. ex ſingularibus defectibus conſurgit;bonum vero &c. ergo cum illa opera non informentur caritate, non erunt meritoria vitæ æternę. Hactenus Dur.

Matth. 10. Mar. 9. Matth. 25.

Fauet Durãdo illud; Qui ſuſceperit Prophetam ī noīe Prophetæ, mercedem Prophetæ accipiet;&, Qui ſuſceperit unum ex iſtis in noīe meo,non perdet mercedem ſuam;& illud,Venite benedicti Patris mei, &c. Eſuriui.n.& dediſtis mihi manducare.i.in noīe meo.

Joan. 15.

Cōfirmat hanc ſnīam exemplum de vite,& palmitibus: ſicut.n.vt palmes ferat fructū,non ſatis eſt,ꝙ permaneat in vite; ſed oportet exugere virtutē,ut influxum accipiat: ſic ſane vir iuſtus, ut ꝓducat fructus bonorum operū,non ſatis eſt,ꝙ in gratia conſiſtat; ſed pterea indiget virtute, & motione Chriſti ſupernaturali, quod ſine dubio vī eſſe definitum in Conc.Trid. ſeſſ.6.can.16.&ca. 32.dī enim,ꝙ homo iuſtus operib. bonis meretur apud Deum,q̄ per gratiam Dei,& Ieſu Chriſti meritum,cuius membrum viuū eſt, fiunt.

Conc. Trid.

Ex his teſtimonijs vī colligi, ꝙ ad meritum vitæ æternæ ſit neceſſarium auxilium ſupernaturale.

Aug. lib. 13. confeſ. c. 26.

Hoc idē vī affirmare D Aug.cum dicit, Didicit a te Deus meus inter datum, & fructum diſcernere. Datum eſt res, quã dat,qui impartitur egeno neceſſaria: Fructus eſt bona, & recta voluntas datoris. Non.n.dicit Magiſter bonus, Qui ſuſcipit Prophetam; ſed qui ſuſcipit Prophetam in nomine Prophetę.

duplici ex capite hēt rõnem merendi, ex diuina.ſ.ordinatione,ſm quã actus illius boni dī meritorius ad quod homo diuinit⁹ ordinatur, & ex parte liberi arbitrii,in quantum homo per ſe uoluntarie agit. Vtroq; aūt modo rõ meriti ꝑcipue penes caritatem attēditur. Cōcluſio ergo uera eſt.Minor ita ꝓbatur. Vita.n. æterna in Dei fruitione conſiſtit: motus aūt humanæ mentis ad fruitionem diuini boni eſt motus proprius caritatis,per quē oēs motus aliarum uirtutū in hunc finem ordinantur:meritū ergo uitę æternæ, rõne boni ad quod ordinatur,primo pertinet ad caritatem; ad alias aūt uirtutes ſecundario. Deinde,id quod ex amore facimus,maxime voluntarie facimus: ergo ēt meritū ꝑcipue attribuitur caritati, ſi meritum conſidereretur ex ea parte,qua eſt uoluntarium,& liberum.

D. Thom.

Idem vī docere D Th.1.p q.62.ar.4.ad 2.ubi dicit,ꝙ licet Angeli fuerint creati in gratia,p dilectionē naturalē,qua ſe dilexerunt, non meruerunt, qñ illam in finē ſupernaturalē non ordinarūt.Et rō ſuffragatur:nã finis,& media debēt eſſe ꝓportionati;ſed finis eſt ſupernaturalis: ergo media debent eſſe ſupnaturalia.

Secund. opin.

Secunda opinio dicit, ꝙ vt op⁹ ſit meritorium vitæ æternę,ſat ē,ꝙ homo ſit ī gratia, & op⁹ ſit moraliter bonū, & ſtudioſū.

Victoria. Soto. Caiet. Capr. D. Thom.

In hac opinione fuit,vt fertur, Victoria, ſuſtinet eã Soto lib. 3. de natura, & gratia c.4.Caiet ſupra q. 21.art.3 Capr.in 2.d.40.& D.Th.ſupra q.21.art.4.ad vlt.expreſſe dicit,ꝙ oīs actus bonus eſt meritorius apud Deū, ſi non ſit peccati impedimentū:fauet illud; Reſpexit Dñs ad Abel,& ad munera eius.i.quia pſona grata erat, opera eius,& munera grata fuere.

Gen. 4.

Itē in ſanctis ſcripturis ſæpiſſime aſſeritur,ꝙ Deus reddit vnicuiq; ſm opera ſua;ſed homo iuſtus ſæpenumero operatur opera alioqui egregia pro republica non recolens finem ſupernaturalem:ergo non ꝑdet mercedem ſuam Tertio,hæc opera ſunt amici,& filij Dei,quibus obtemperat,& obſequitur Deo Optim.Max. ergo his operibus promeretur apud Deum.

Tert. opin.

Tertia opinio dicit, ꝙ vt opus ſit meritoriū vitæ æternę, non reqritur actualis relatio in finē ſupnaturalem,vt dicit prima opinio; nec ſatis eſt habitualis,ut hēt ſecunda opinio:ſed reqritur virtualis.i ꝙ operatio ſtudioſa ſit ex imperio caritatis proxime ꝓcedentes, & pp finem ſupnaturalem,quē proxime intēdebamus, q̄ intentio virtualis ſufficit in oī negotio humano, v.g. incipit quis orare religionis gratia:ut hæc oratio ſit meritoria, non ſemp neceſſe eſt,ut actu recolamus finē ſupnaturalē. Rurſus, ꝑgit qs in Diuum Iacobū religionis gratia: ut hæc peregrinatio ſit meritoria,nō oportet,ꝙ ſempī itinere recogitet finem ſupnaturalem. Certe quemadmodū artifex, qñ operatur,non ſemp conſiderat regulam artis,ſed tñ, quando incipit operari; poſtea uero ex habitu operatur: ſic homo iuſtus,qui meretur apud Deū,nō oportet ſemper recolat finem ſupernaturalem; ſed ſatis eſt,quod in principio opera ſua in finem ſupernaturalem referat.

Quart. opin. Sententia. D. Thom.

Quarta opinio dicit,ꝙ nō requiritur virtualis relatio, quam conſtituit tertia opinio;ſed in hoc ſenſu,ꝙ quando homo primum iuſtificatur apud Deum, referat ſe, & oīa ſua in finem ſupernaturalem. & hæc relatio durat p totam vitam,ſi per pctm̄ mortale non interrumpatur Ex quo ſtatim ſequitur,ꝙ ſi homo,vel Angelus habens gratiam,nūquam exiuit in dilectionē ſupernaturalem, qua ſe, & oīa ſua retulit in finē ſupernaturalem p opera moraliter bona, nihil ꝓmeretur.& in hoc ſenſu fortaſſis dixit D.Th. ꝙ dilectio Angeli prima naturalis nō fuit meritoria apud Deū; qñ illam in finē ſupernaturalem nūquam direxerat.Hæc ſnīa ſic expoſita, ſine dubio eſt D. Th.in 2.d 26.art.6 & d.40.ar.5. in corp.& ad 6.& q.2 de malo.art.5.ad 7.& Caiet.in 1.p.q 63.art 6.

D.Thu. Caiet. Argum prim. contra ... D. Thom.

Sed contra iſta ſnīam ſunt optima argumēta.In primis; Infidelis,qui ſe,& omnia ſua retulit in idolum, ſi poſtea pietate naturali elargitur eleemoſynam, certe non peccat,vt ē in cōfeſſo apud oēs Theologos,ex eo,ꝙ illa antiqua relatio nō ſufficit ad illud opu⁹ īficiēdum:ergo licet vir iuſt⁹ ī pricipio ſuæ cōuerſionis ſe, & oīa ſua retulit ī finē ſupnaturalē,ſi poſtea pietate naturali dat eleemoſynā,nō meretur ꝓmiū ſupnaturale,eo ꝙ illa antiqua relatio nō ſufficit ad īformãdū hoc opus.Et confirmatur:nã vt antea dictū ē,actus humanus facilius diſſipatur,q̄ pficitur.

Secundum. Secundo, hæc antiqua relatio non ſufficit in alijs negotijs humanis: certe non ſufficit ad dicendum officium horarium, non ad adminiſtranda ſacramenta, non ſufficit ad eũdum in Diuum Iacobum religionis gratia: ergo nõ ſufficit ad meritum Chriſtianum.

Tertium. Tertio, Cæleſtinus Papa in epiſtola ad Galliæ epiſcopos definit grauiſſime ꝙ oĩa ſtudia nrã, & merita nrã ſunt dona Dei. Inſuper definit, ꝙ oĩs motus bonæ voluntatis, & oĩs recta cogitatio ſunt dona Dei: per illum namq; aliqd poſſum', ſine quo nihil poſſumus.

Concluſio. Habetur hæc definitio c. 8, illius epiſtolæ: conſimilis definitio habetur

Concil. Araus. Conc. Arauſicano can. 9. 20. & vltimo. & D. Aug. epi-

Rom. 11. ſtola ad Paulinum, & ad Vitalem Carthaginenſem dicit expreſſe, errorem fuiſſe Pelagij, gratiam Dei ad ſingulos actus meritorios non eſſe neceſſariam. Ex quo manifeſte colligitur, eſſe de fide, ꝙ opus meritorium vitæ æternæ ẽ opus ſupernaturale, & ꝙ reqrit auxiliũ Dei ſpeciale: nã ſacra Concilia de gratia Dei ſpeciali loquuntur. Ex quo ſequitur, ꝙ ad meritum vitæ æternæ non ſatis eſt, ꝙ homo ſit in gratia, & ꝙ opus ſit moraliter bonũ: nam opus moraliter bonum põt haberi ex facultate naturæ ſine auxilio Dei ſpeciali, ut oſtenſũ eſt ſupra ĩ materia ð gratia.

Ad pri. argu. Opus bonum ſuapte natura refert in Deũ. Ad primum, de infideli, ſatis ſuperq; dictum eſt ſuperius; ſed nunc breuiter negatur conſequentia: nam opus bonum ſuapte natura refertur in Deum verũ, nõ in idolum: ꝙ aũt referatur in idolum, eſt veluti quædam violentia, & motus violentus, quapropter ſi antiqua ſuit relatio, antiquatur, & feneſcit: quemadmodum, ut lapis deſcendat, qui motus eſt ei connaturalis, ſatis eſt ille impetus antiquus impreſſus a generãte; ut uero aſcendat, qñ eſt motus violentus, neceſſarius eſt pſeuerans impetus ꝓijcientis: opera vero bona hominis iuſti ſuapte natura referuntur in uerum Deum, & ideo non eſt ſimilis rõ. Itẽ eſt alia differentia, quod homo iuſtus, qñ ſtudioſe operatur, non reuocat ꝓcedentem intentionem: ſed homo infidelis, qñ dat eleemoſynam ex pietate naturali, reuocat præcedentem intentionem: nã dare ex pietate naturali, & dare propter idolum, ſunt intẽtiones ſibi repugnantes.

Ad ſecũdum. Ad ſecundum rñdetur, ꝙ non conſimilis intentio verſatur in vniuerſis negotijs humanis, certe ad iucundam ſocietatem, & amicitiam, ſatis eſt ſemel incipiam, & oĩa mea in obſequium amici confectari, niſi hæc intentio poſtmodum reuocata fuerit.

Ad tertium. Ad tertium rñdetur, non videtur mihi ſana doctrina dicere, ꝙ homo iuſtus mereatur vitam æternã per opus ex facultate naturæ comparatum: nam contrarium docẽt euidentes auctoritates, in contrarium adductæ in argumento. Nihilominus dicendum eſt, ꝙ omne opus bonũ exiſtentis in gratia, qui ſe, & oĩa ſua retulit in finem ſupernaturalem, eſt meritum vitæ æternæ: nam ut ſit opus ſupernaturale, ſatis eſt illa antiqua relatio ſupernaturalis. Tum deinde, quoniam in vita hominis iuſti, ſæpenumero renouatur, & repetitur hæc eadẽ intẽtio in oratione, in genuflexione; immo uniuerſa uita iuſti hominis ẽ ſeipſum, & omnia ſua in Deum referre.

Obiectio. Sed adhuc eſt importunum argũ contra iſtam ſententiam. Nam ſi ad meritum uitæ æternæ eſt neceſſaria virtualis relatio ex imperio caritatis in finem ſupernaturalem, ſequitur, ꝙ primus actus fidei in homine exiſtente in gratia nũquam ſit meritorius: nam actus fidei ſemper præcedit caritatis amorem. Nullum.n. bonum ſupernaturale eſt amatum, quin prius per fidem cognitũ ſit. Cõfirmatur: nã ſi refertur p aliquem actum caritatis, illũ actũ caritatis præcedit actus fidei.

Solutio. Rñdetur, ꝙ ad meritum ſatis eſt, ꝙ homo ſit in gratia, & ꝙ homo hẽat motiuum ſupnaturale, cuiuſmodi reperitur in actu fidei. Secundo rñdetur, ꝙ ille actus fidei in eodem temporis momento informatur caritate, licet ordine naturæ antecedat caritatẽ.

Ad argum. Ad oĩa argumẽta Duran. dico euidẽter conuincere, ꝙ nullus eſt actus meritorius, niſi informetur caritate: veruntamen ut informetur caritate ſatis eſt illa antiqua relatio, de qua ſatis dictum eſt.

ART. QVINTVS.

Vtrũ homo poſſit ſibi mereri primam gratiam.

SVMMA TEXTVS.

Concluſioni neganti rñdet D. Tho. cuius ꝓbatio talis eſt. Prima gratia, ſi conſideretur ſm rõnem gratuiti doni, non cadit ſub merito; quia ſi ex operibus, jam nõ eſt gratia, ut argumentatur Paulus. Neque uero ſi ſecundũ naturam ſuã conſideretur; quia gratia excedit proportionem naturæ non habẽtis gratiam, qualis ẽ natura nrã ante primæ gratiæ infuſionem. Ex quo cõſequens eſt, ꝙ nemo primã gratiam meretur, antequam eã habeat, neq uero eã meretur poſtquã habet, quia merces eſt termin' operis; gratia vero principium eſt cuiuſlibet boni operis. Si aũt aliud donum gratiæ mereatur, ſuppoſita prima gratia, iam illud donum nõ eſt prima gratia. Nullus ergo ſibi põt primam gratiam mereri.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Diluitur concluſio articuli. Contra cõcluſionem ſunt optima argumẽta ad probandum, ꝙ mereamur primam gratiam de iuſtitia, & de cõdigno.

Prim. argum. In primis, homo iuſtificatur, & reconciliatur Deo ex operibus non antecedentibus gratiam, ſed cõcomitantibus, ut docuit fides Catholica: ergo meretur primam gratiam, & remiſſionẽ peccatorum. Antecedens probatur, qm̃ hæc propoſitio ẽ hæretica, Sola fides iuſtificat, non opera. Conſequentia

Rom. 4. probatur ex illo, Ei qui operatur, merces non imputatur ſm gratiam, ſed ſm debitum; ſed homo operatur in ſua iuſtificatione: ergo meretur primam iuſtificationem.

Secundum. Secundo: Meritum Sanctorum innititur duobus principijs, qm̃ Deus promiſit, & qm̃ procedit ex motione Spiritus ſancti: ſed Deus promiſit pœnitentibus primã gratiã, & pœnitentia ꝓcedit ex motione Spiritus ſancti: ergo meretur primã gratiã.

Tertium. Sed tertiũ argũ fortiſſimũ eſt. Nã hõ in inſtanti iuſtificationis ſuæ ſatiſfacit de iuſtitia pro culpa, & ꝓ pœna: ergo debetur ei remiſſio peccatorũ de iuſtitia. Conſequẽtia euidens eſt, & antecedens eſt D. Th. 3. p. q. 1. ar. 2. ad 2. & in addit. ad 3. p. q. 13. art. 1. & 1. p. q. 21. art. 4. ad 1. & 2.

Quartum. Quarto: Per nrã opera meremur uitam æternã, & gloriã, vt aperte cõſtat: ergo meremur acceptari ad gloriã, ſed grã nihil aliud ẽ, quã acceptatio ad gloriã: ergo meremur grãm.

Quintum. Quinto: Chrũs meruit nobis de rigore iuſtitiæ gratiã, & remiſſionẽ peccatorum: ergo debetur nobis de iuſtitia: nõ ergo datur nobis mere gratis.

Vltim. Vltimo: iſta opera. ſ. deteſtatio peccati, & dilectio Dei ſup oĩa, antecedunt gratiã, & iuſtitiã in gñe cãæ materialis, & diſpoſitoriæ, ut antea dictũ eſt: ergo gratia eſt terminus iſtarũ operationũ: ergo merces, ac ſubinde cadit ſub merito. Antecedens notũ eſt, & cõſequentia patet ex D. Th. dicente hic, ꝙ merces eſt terminus bonorũ operũ.

Veritas concluſionis oſtẽditur. His argumẽtis nõ obſtãtibus ueritas fidei catholicæ eſt, ꝙ prima gratia, & remiſſio peccatorũ, & prima iuſtificatio nõ cadunt ſub merito noſtrorũ operũ. Hanc ueritatẽ demonſtrat D. Paulus ad Rom. 1. 3. 4. 5. & 11. quibus in locis habetur illud, Iuſtificati gratis p gratiã ipſius: & illud, Ex operibus legis non iuſtificabitur hõ coram illo. Itẽ, Si grã, non ex operibus, alioqui grã non eſt grã. Hunc locũ tractans D. Aug. lib. de bono perſeuerantiæ, uertit opera in merita, & hic eſt certiſſimus D. Pau. ſenſus. Si ex meritis, & ex dignitate operum datur gratia, & reconciliatio cum Deo, certe gratia non eſt gratia; ſed hẽt debitæ mercedis rõnem. Valet illud, Si ex lege iuſtitia: ergo Chriſtus gratis, & ſine cã mortuus eſt. Certe ſi ex operib noſtris gratia, & iuſtitia apud Deũ datur, Chriſtus gratis, & ſine cã mortuus eſt. Verſat hũc locũ D. Aug. multis locis. Demũ, ĩ exordio naſcẽtis Eccleſiæ Iudæi glorìabãtur ſe ex merito ſeruatæ legis ĩ gratiã Euãgelij deueniſſe, ꝯ quos ſcripſit D. Pau. epiſt. ad Rom. ad Galatas, ad Philip. Hæc veritas definita eſt ĩ Cõcil. Mile. Araũ. ꝯ Pelagiũ, & in Conc. Trid. Sed in Cõci. Araũ. hẽtur hæc memorabilis ſnĩa; Mer-

Galat. 2. Aug. lib. de nat. & grat. cap. 40. lib. de grat. & lib. arb. ca. 13. lib. 1. de gratia Chriſti ca. 22. & 23. Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 2.

Concil. Arau. 2. Can. 18.

ces

rces debetur bonis operibus, ſi fiant: ſed gratia, quæ non debetur, præcedit ut fiant. Rationes uero ad iſtam veritatem confirmandam ſunt euidentes in D. Tho.

ad arg. ad primum. Ad primum in contrarium reſpondetur, ꝙ motus liberi arbitrij per fidem, pœnitentiã, & caritatem, eſt neceſſarius ad noſtram iuſtificationem, vt antea demonſtratum eſt: quibus operibus iuſtificatur homo, non tamquam ex meritis, ſed tamquã ex diſpoſitionibus: iſtæ uero diſpoſitiones ſunt ſimul cum gratia, & oriuntur, & habent uirtutem ex gratia: quapropter nõ poſſunt mereri primam gratiam, ſed gloriam quam nondum habemus: propter quod optime dicit Paulus: Ei qui operatur, id eſt, ei q meretur, merces non imputatur ſecundum gratiam, ſed ſecundũ debitum. & clarius dicit: Ei qui nõ operatur, credenti autem in eum qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam. Non dixit, fides meretur iuſtitiam, ſed fides induxit eam diſpoſitionem, quam Deus reputauit pro ſufficiẽti ad noſtram iuſtificationem ꝓ ſua miſericordia. Ex qua doctrina colligit D. Th. hoc documentũ, ſolutione ad primum. (D. Th. documentum.) Quando aſſeritur in ſacra Scriptura, hominem ꝑ fidem, aut per caritatem iuſtificari, illa dictio, Per, nõ dicit cauſſam efficientẽ, nec meritoriam, ſed ꝑparatoriã: & ſenſus eſt, quod ad iuſtificationẽ requiritur actus fidei, & dilectionis Dei ſuper omnia, quib. operibus præparatur animus noſter ad habendã iuſtitiã, & gratiã apud Dominũ.

Ad ſecundum. Ad ſecundum reſpondetur, ꝙ Deus promiſit vere pœnitentibus primam gratiam, & primam iuſtificationẽ, nõ ꝙ pœnitentia mereatur primã gratiã, ſed qm̃ eſt diſpoſitio ad primam gratiam. Certe ſicut dicit Paulus, Credenti in eũ qui iuſtificat impium, fides reputatur ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ ſuæ, non ſecundum debitum: ita poteſt dicere Theologus, pœnitenti pœnitẽtia reputatur ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ ſuæ.

ad tertium. Ad tertium reſpondetur, eſſe certum ſecundum fidem Catholicam, ꝙ remiſſio peccatorum, & iuſtificatio impij fiant omnino gratis. hoc aſſerit D. Paulus frequentiſſime in epiſt. ad Rom. & in epiſtola ad Galat. hoc eſt definitum in Conc. Mile. Arauſi. Tridentino contra Pelagium: immo frequẽtius reperitur ĩ D. Pau. ꝙ iuſtificetur homo gratis, q̃ ꝙ gratia detur gratis. Ex hoc principio Catholico ſequitur ſtatim, ꝙ remiſſio peccatorũ datur gratis. Secundo ſequitur, ꝙ non cadit ſub merito. Tertio ſequitur, ꝙ nõ debetur pœnitenti, aut credẽti de iuſtitia. Quarto ſequitur, in quanto errore verſantur, qui dicunt, ꝙ hõ in puncto iuſtificationis per pœnitentiam ſatiſfacit pro culpa de iuſtitia, & ꝙ debetur ei remiſſio peccatorum de iuſtitia. Igitur ad argumentum tertium dicendũ eſt, ꝙ Deus remittit, & cõdonat culpam gratis per ſatiſfactionem Chriſti, applicatam nobis ex ſua miſericordia. Hæc autẽ applicatio in homine adulto non fit niſi per propriam pœnitẽtiam, quæ non meretur remiſſionem peccatorum, ſed eſt pręparatio ad illam habendam Cum ergo dicit D. Tho. ꝙ homo per pœnitentiam ſatiſfacit pro culpa, ſenſus eſt, ꝙ concurrit ſuis operibus ad ſuam iuſtificationem; non ꝙ mereatur illam, nec ꝙ de iuſtitia ei debeatur. In eodem ſenſu dixit D. Tho. ꝙ per fidem iuſtificamur. Rurſum, cum dicit S. Tho. ꝙ in iuſtificatione impij inuenitur quidam modus iuſtitiæ, ueriſſime dicit: tum quoniam Deus ſtatuit, vt q ex adultis non operatur, non iuſtificetur: tum uero, quoniam iuſtificatur homo ex iuſtitia, nõ noſtra, ſed Chriſti, vt ſupra expoſitũ eſt. Cęterũ qm̃ iuſtificatio eſt opus gratiæ operantis, & non cooperãtis, omnino Deo tribui debet, & non noſtris operib. (Quorũdam opinio de ſatiſfactione.) Sed quidam uiri docti uehemẽter ſuſtinent pp auctoritatem Diui Tho. ꝙ ſatiſfacimus pro culpa coram Deo; qui ſubinde negant conſequentiã argumenti propoſiti: quoniam illa ſatiſfactio eſt debita Deo de iuſtitia, propter quod nihil meretur coram Deo de iuſtitia. Deinde, meritum reſpicit bonum ipſius qui meretur: meretur enim præmium ſibi non alteri. at in ſatiſfactione, quæ fit Deo per pœnitentiam, homo nihil ſibi acquirit, ſed conſtituit æqualitatem inter ipſum, & Deum, quam ille debebat ex iuſtitia, & eſt bonum ipſius Dei: vnde Baruch 2. dicitur; Anima quæ triſtis eſt ſupra magnitudinem mali, reddit tibi gloriam, & iuſtitiam Domine. Certe in peccato duo includuntur: alterũ eſt, deordinatio voluntatis eius qui peccat, nempe auerſio a Deo, & conuerſio ad creaturam; alterum eſt, iniuria & offenſa, quæ fit Deo, quia præponitur illi creatura. & hoc quidem eſt malum ipſius Dei, non quidem ſecundum effectum, ſed ſecundum affectum peccantis. Cũ ergo aſſeritur, ꝙ homo ſatiſfacit Deo pro culpa, intelligitur ſecundum hãc poſteriorem rationem. nã ſecundũ priorem remiſſio peccatorum omnino gratis datur, ſicut & gratiæ infuſio. hoc dicunt uiri docti. Sed mihi numquam probari poterit, ꝙ debeatur homini pœnitenti de iuſtitia reconciliatio cum Deo. (Numquam debetur, reconcili[illegible] de iuſtitia.) nam id Paul ubique prædicat, ꝙ iuſtificatio impij, & reconciliatio cũ Deo fit omnino gratis ꝑ Chriſtum: & oppoſitum docere eſt cõculcare D. Pau. Deinde, ſacra Concilia aperte definiunt, ꝙ remiſſio peccatorum, & recõciliatio cum Deo fit omnino mere gratis: ergo nõ debetur homini pœnitenti de iuſtitia. nã ſi fit gratis. ergo non ex iuſtitia. Præterea, ſi reconciliatio, & remiſſio peccati debetur homini pœnitenti ex iuſtitia. ergo debetur homini ex iuſtitia ꝙ redeat cum Deo in gratiam. Ex quo conſequens eſt, ꝙ prima gratia non datur homini gratis. Ad hæc, ſi reconciliatio cũ Deo debetur homini pœnitenti, & ſatiſfacit pro culpa de iuſtitia, cõſequens eſt, ꝙ mereatur de iuſtitia, ut Deus reconcilietur illi, & cõdonet iniuriam. hoc autem aſſerere, plane hæreticũ eſt. Quod recte ſequatur, patet euidenti ratione. Nam illud opus eſt meritũ coram Deo de iuſtitia, cui debetur aliquid ex iuſtitia, & ordinatione diuina. ſed pœnitenti, ut prædicti auctores affirmãt, debetur ex iuſtitia, & ordinatione diuina, recõciliatio cũ Deo: ergo ex meritis reconciliatur peccator cũ Deo. Certe gloria hac de cauſſa cadit ſub merito bonorũ operum, quia debetur homini operanti ex iuſtitia, & ordinatione diuina. Si ergo reconciliatio cum Deo debetur pœnitenti ex iuſtitia, conſequens eſt, ut cadat ſub merito. Hoc ipſũ confirmatur, quia meritum bonorũ operũ ex ſanctis Scripturis ꝓcipue colligitur ex illis ſententijs; Tu reddis vnicuiq; iuxta opera ſua. &c, Quam reddet mihi Dominus in illa die iuſtus iudex. Sed, ut iſti exiſtimant, reconciliatio peccatoris debetur homini pœnitenti iuxta opera ſua de iuſtitia, quã reddit Dñs ex iuſtitia, tãquã iudex. ergo cadit ſub merito pœnitẽtię. Pręterea ꝙ hõ hẽat grãm Dei, & efficiatur illi grat', nõ debetur hoĩ peccatori ex iuſtitia. ergo neq; remiſſio peccatorũ, & cũ Deo recõciliatio. Cõſequẽtia inde ꝓbatur euidẽter. Nã ſi habet gratiã Dei, & eſt illi gratus, iam intelliguntur peccata remiſſa, & condonata. Explicatur hoc argumentũ euidentius. Nam ſi hoĩ pœnitenti debetur de iuſtitia reconciliatio cũ Deo, ſiquidẽ ſatiſfacit de iuſtitia pro culpa, vel præſupponitur ꝙ iam ſit homo Deo gratus: vel fit gratus per opus pœnitẽtiæ. Si intelligitur gratus Deo, & id quidem mere gratis. ergo iam intelliguntur peccata eſſe remiſſa, & iniuria condonata, alioqui non eſſet Deo gratus. Si uero dicas ꝙ fit Deo gratus ꝑ opus pœnitentiæ, conſequens eſt, ꝙ gratia debeatur ex iuſtitia pœnitenti: quod eſt dogma plane peſtiferum. Demũ ſi opus pœnitentiæ eſt tãtæ uirtutis, ꝙ ei debeatur ex iuſtitia reconciliatio cum Deo, & condonatio iniurię, certum eſt ꝙ procedit ex gratia. nam opus quod non procedit ex gratia, nihil ualet coram Deo de iuſtitia. Si ergo procedit ex gratia, iam ꝓſupponuntur peccata dimiſſa, & iniuriam eſſe condonatam. ergo impoſſibile eſt, ꝙ ex iuſtitia debeatur homini pœnitenti condonatio iniuriæ. Sed iã reuertamur ad confutationẽ quarti argumẽti.

Ad quartũ. Ad quartũ rñdetur, ꝙ grã non eſt acceptatio ad gloriã, ſed eſt diuina beneuolentia, qua Deus nos amat, & caros habet. ex hoc uero conſequitur, ꝙ opera noſtra ſint accepta ad vitã æternã.

ad quintum. Ad quintum rñdetur, ꝙ prima grã, & remiſſio peccatorũ datur mere gratis; id eſt, non datur ex meritis noſtris. itaq; cõparata ad nos eſt mere grã. ſed non datur ſine merito, & redemtione copioſa quã Dñs fecit ĩ cruce, itaq; cõparata ad Chriſtũ debetur de omni rigore iuſtitię. Vtrumq; horum explicauit D. Paulus ad Ro. 3. dicens; Iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemtionem quæ eſt in Chriſto Ieſu

ad vltimum. Ad vltimum reſpondetur, quod ſi illa opera conſiderentur quatenus antecedunt gratiam in genere cauſſæ materialis, intelliguntur ſine gratia, & homo intelligitur tendens ad gratiam habendam: itaque intelligitur ſine gratia, & ideo hæc opera non poſſunt eſſe meritoria apud Deum. Si uero conſiderentur quatenus pro-

deunt a gratia in genere cauſſæ formalis, iam non merentur gratiam, ſed gloriam quam nondum habẽt. & quomodocumq; hæc opera conſiderentur, non ſunt meritoria primæ gratiæ: nam prima gratia eſt radix, & cauſſa omniũ meritorum; ſicut quõcumq; materia conſideretur etiam ſi cõſideretur, vt eſt prior in genere cauſſæ materialis quam forma, ſemper habet virtutem, & energiã a forma; materia ſiquidem eſt pura potentia de ſe.

ART. SEXTVS,

Vtrum homo poſſit alteri primã gratiam mereri.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Solus Chriſtus Dominus meruit alijs primam gratiam de condigno, Hæc concluſio, quo ad duplicem expoſitionem quam includit, ſcilicet nullus alius a Chriſto meretur alteri de cõdigno primam gratiam; & Chriſtus Dominus eam alteri meretur, ſic probatur. Opus noſtrum rationem meriti de condigno habet ex vi motionis diuinæ; vnuſquiſq; autem homo mouetur a Deo per donum gratiæ, vt ipſe ad vitam æternam perueniat: ergo meritum condigni extra hanc motionem non ſe extendit. Sed tamen anima Chriſti Domini mota eſt a Deo per gratiam, non ſolum, vt ipſe ꝑueniret ad gloriam vitæ æternæ, ſed etiam ut alios in eam adduceret, quatenus eſt caput, & auctor ſalutis humanę, juxta illud; Qui multos filios in gloriam adduxerat, auctorem ſalutis &c. ergo de condigno meruit etiam alijs donum gratiæ, & gloriæ.

Secunda cõcl. Homo iuſtus poteſt alteri mereri primam gratiam de congruo; quia.n. homo in gratia conſtitutus adimplet Dei voluntatem, cõgruum eſt ſecũdum amicitiæ proportionem, vt Deus adimpleat hominis iuſti voluntatem, qui alteri gratiã, & gloriam poſtulat.

Pri. conc. EXPLICATIO ART.

IN hoc articulo qui ſunt otioſi ad diſputandũ mouent varias qõnes. In primis mouent quæſtionem de merito Chriſti; cum hæc habeat proprium locum apud D. Th. 3. par. q. 1. art. 2. & q. 19. Ruſus mouent aliam; Vtrum Deus potuerit tribuere homini, vt mereretur pro alijs gratiã & iuſtificationem de condigno, cum hæc habeat locum 3. p. q. 1. art. 2. Nos vero tria dubia ꝓ
Quare primus parens non promeruit nobis primam gratiam, ponemus. Primũ eſt; Quid eſt ꝙ primus parens, cum fuerit caput generis humani, nõ potuerit mereri alijs primam gratiã, & iuſtificationẽ, præcipuę cum inuexerit peccatum ſuũ
Heb. 2. in omnes poſteros in cõdemnationẽ? Reſpondetur ideo eſſe, quia non fuit
Secu. con. caput quantum ad influxũ, ſed ſolũmodo quãtum ad receptionem: recepit namq; iuſtitiã originalẽ in omnes poſteros p natiuitatem transfundendam, ſi in iuſtitia, & ſanctitate pſeueraſ-
An beati mereantur nobis primam gratiã ſet. Aliud dubiũ eſt, an beati in patria cæleſti mereantur alijs primã gratiã, & iuſtificationẽ de congruo? Rõ dubitandi eſt. Nã meritũ de cõgruo innititur cõgruentiæ: congruũ aũt eſt, vt orante beato pro aliquo, ut conuertatur, eius oratio exaudiatur. Reſpondetur, qõnem eſſe de nomine: certũ aũt eſt beatos orare ꝓ nobis. Ruſus, certum eſt eorum orationes exaudiri. Itẽ certũ eſt, orationis vim & efficaciam nõ tã inniti meritis, & iuſtitiæ, q̃ diuinæ miſericordiæ, Veriꝰ ſimilius tñ videtur, ꝙ beati nulla rõne mereãtur nec de cõgruo, nec de condigno, ſiquidem iam ſunt extra ſtatum merendi cõſtituti, licet impetrẽt nobis primã gratiam, & iuſtificationem Sed qui diceret oppoſitum, non omnino erraret: nam meritum de cõgruo nõ eſt ꝓ-
Meritum de congruo reſpectu primæ gratiæ. prie, & vere meritum: de quo dictum eſt copioſius ſup q. 109. art. 6. Tertia dubitatio eſt. Nam meritum de congruo non poteſt intelligi reſpectu primæ gratiæ, niſi gratia prima aliquo modo debeatur: ſed eſt euidens cõtradictio, ꝙ prima gratia, quæ datur omnino gratis, aliquo modo debeatur: ergo eſt impoſſibile, ꝙ homo iuſtus mereatur alteri primã gratiã de congruo. Hoc ipſum cõfirmatur. Nam Deus abſque iniuſtitia, aut infidelitate aliqua poteſt uiro iuſto denegare conuerſionem alterius, & iuſtificationẽ, quãuis pro eo offerat merita ſua, & pias preces: ergo nemo iuſtꝰ ꝓmereri põt alteri primã gratiam de congruo. Reſponſio eſt, ꝙ ad meritum tria ſunt neceſſaria; dignitas operãtis; ꝓportio operis cũ ꝑmio; & ordinatio ſeu motio diuina. In homine peccatore hæc omnia deſiderantur, & quando operatur opera ex auxilio diuino ſpeciali, qñ credit, quãdo ſperat, quando timet extra gratiam cõſtitutus. Sed in hoĩe iuſto ĩ primis inuenitur dignitas operãtis, & ꝓportio operis cum ꝑmio; deeſt autem diuina ordinatio; nõ.n. Deꝰ ſtatuit, vt opera hominis iuſti, ꝓ conuerſione alterius applicata, valerent lege infallibili; ſed ex ſua miſericordia, Vñ in hoĩe iuſto inuenitur meritũ cõgruitatis; tum; qm̃ eſt dignitas ex parte operãtis, & ſunt operã accepta Deo, & congruũ ẽ, ut qđ amicus Dei expoſtulat, adimpleatur. Verũ eſt tamen, ꝙ in hoc merito congruitatis non inuenitur rõ debiti ſimpliciter, & iõ non eſt meritum ſimpliciter, ſed ſecundum quid. In hoĩe uero peccatore nulla rõ meriti, etiam de cõgruitate, reperitur. Sed de hoc latiſſime in loco ſuperius citato.

ART. SEPTIMVS,

Vtrum homo poſſit ſibi mereri reparationem poſt lapſum.

SVMMA TEXTVS.

NEgans eſt concluſio, quam D. Tho, non ſolum de merito condigni, ſed etiam de merito congrui probat, Ratio etenim meriti de condigno pendet ex motione diuinæ gratiæ, quę ſane motio cũ in homine lapſo in peccatum non ſit, quoniam interrupta eſt per peccatum, conſequẽs eſt quod neque in ipſo meritum condigni ſit, quo ſuam mereatur reparationem. Deinde, meritum congrui, quo quis alteri primam gratiam meretur, a conſecutione effectus impeditur propter peccatum quod eſt in eo cui alius meretur: multo ergo magis impedietur efficacia talis meriti per illud impedimentum quod eſt in eo qui meretur, & in eo cui meretur; huiuſmodi autem eſt homo poſt lapſum; non ergo ſibi de congruo mereri poteſt reparationem per gratiam.

Cõcluſio.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Cõfirmatur & explicatur concluſio articuli. HÆc concluſio, ſi intelligatur de merito de cõdigno, & de iuſtitia, eſt certa, & irrefragabilis ſecundum fidem Catholicam. Nã ſi hõ iuſtus meretur de iuſtitia reparationẽ poſt lapſum, ſequitur ꝙ qui ſemel iuſtus fuit, infallibiliter ſaluaretur: tenetur enim Deus de iuſtitia illum reparare in priſtinam dignitatem. Conſequens eſt hæreticum, vt videre eſt in Saul, & Iuda, qui aliquando habuerunt gratiam, & iuſtificationem.

Secundo, omne meritum fundatur in gratia, vt plane cõſtat: ſed qui labitur in peccatũ mortale, perdit gratiã: ergo perdit meritum ad reparationẽ: niſi velis dicere, ꝙ homo exiſtens in peccato mortali habet meritũ de iuſtitia, vt reparetur poſt lapſum, quod eſt hæreticum. Tertio, maior & abundatior gratia eſt, ꝙ reparetur homo lapſus;

quam

quam quod conferatur gratia homini conſtituto in puris naturalibus, ſed homini in puris naturalibus datur gratia mere gratis: ergo etiam homini lapſo in peccatum mortale. Quarto inter amicos nullus meretur mercedem pro eo tempore quo ea indignus exiſtit; ſed homo lapſus in peccatum mortale eſt indignus veniæ, & gratiæ: ergo nemo hominum poteſt mereri reparationē poſt lapſum. Idem cōfirmatur. Nā gratia non pōt ſeſe extēdere, vt faciat hominē peccatorē & lapſum, dignū veniæ, & gratia diuina. & hoc eſt qđ dicit D. Th. ꝙ motio gratiæ interrūpitur per peccatū. Hæc ſententia cōfirmatur maxime ex illo; Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatē, omnes iuſtitiæ eius quas fecit, non recordabuntur. Conſonant aliæ Scripturæ euidentes, vt illa. Qui ſtat, videat ne cadat: & illa; Tu fide ſtas, noli altum ſapere, ſed time: & illud, Cū metu, & tremore operamini veſtrā ſalutem. Deniq; D. Paulus in ep. ſ. ad Rom. & ad Gala. ſæpiſſime pronuntiat, impium gratis iuſtificari: ſed homo lapſus in peccatum mortale eſt impius, & peccator; ergo gratis reparatur, & iuſtificatur.

Ezec. 18.

Recte oramus quando labimur in peccatum.

De merito de congruo etiam eſt res conſtantiſſima, ꝙ homo non mereatur reparationem poſt lapſum. Nam iniquitas eſt (& non ferenda) ſi homo diceret amico ſuo; Condona mihi hanc iniuriam, ꝙ volo te alapa percutere: ergo homo nulla rōne poteſt mereri reparationem poſt offenſam. Cū hoc tamen recte facimus, orantes, vt ſi forte labamur in peccatū, a Domino reparemur, dicentes: Cum defecerit virtus noſtra, ne derelinquas nos Dñe. Cuius triplex rō adduci ſolet: tum, quoniā oratio impetrat omnia Dei munera, inter quæ præcipuum eſt ꝙ homo lapſus reparetur: tum deinde, qm̄ oratio non innititur meritis, & iuſtitiæ, ſed diuinæ miſericordiæ: tum tertio, qm̄ in operibus factis in gratia, & iuſtitia eſt q̄dā cōgruitas, rōne quorum peccatores viuificentur, & reparentur. quod inſinuat Paulus cum dicit; Non eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri: quib. verbis uidetur ſignificare rōnem iuſtitiæ, ſed non ſignificat niſi cōgruitatem, explicantib. ſanctis Patrib. Pro cuius declaratione ſciēdū eſt, ꝙ hic locus habet uarias expoſitiones. Prima eſt, ꝙ loquatur de operibus bonis factis in peccato mortali. Secunda eſt de operibus bonis factis in gratia, & loquitur D. Pau. ad totam Eccleſiam Hebræorum, in qua erant uiri iuſti, & aliqui uiri improbi.

Heb. 6.

Expoſitio Pauli.

Obiectio.

Si uero loquatur de operibus bonis ante lapſum, ſenſus eſt; non eſt iniuſtus Deus, vt obliuiſcatur operis veſtri: nā ſi cōuertimini ad Deū ueſtrum, opera mortificata reuiuiſcent per uerā pœnitentiā. Sed cōtra iſtā ſnīam, & contra rationem D. Th. ſic arguitur. Nā nō recte ſequitur, meritum fuit interruptum per peccatum: ergo non eſt vere meritū. Nā quando Iudas fuit in uera gratia, & ſanctitate, habuit uerū meritū, quamuis per peccatū fuerit interruptū: ergo ſimili ratione homo iuſtus meretur reparationem poſt lapſum, quamuis hoc meritum per peccatū fuerit interruptum. Ad hoc argumentum neganda eſt conſequentia: nā hō iuſtus, qñ labitur in peccatum mortale, nō ſolum ponit impedimentum ad reparationem, ſed etiam facit ſe indignum venia, & reparatione: gratia enim, vt ſupra dictum eſt, non ſe extendit, vt faciat peccatorē dignū venia, & reparatione: ceterum quando homo iuſtus labitur in peccatum mortale, ponit impedimentum ad vitam æternam conſequendam, propter quod ſi reſurgat a peccato per ueram pœnitentiam, reuiuiſcunt opera mortificata, & ratione illorum maior gloria illi confertur.

Solutio.

Secun. obie.

Secundum argumentū: ſi ego ſum iuſtus, & orem pro alio, ut reparet. r. poſt lapſum, mereor ſaltem de cōgruo eius reparatiōē, dato ꝙ poſtmodum ego ipſe, qui merui, delinquā: ergo poſſum eadem ratione ꝓpriā reparationē mereri, licet poſtea in peccatum cadam. Ad hoc arg. in primis nego antecedēs, quod certe licet conijcere ex humanis. Nam ſi ego rogaui Regē pro aliquo, & antequam petitio adimpleatur offendo Regē, non amplius manet meritum meum. Secundo negatur conſequentia: nam in primo caſu interrumpitur meritum per accidens; ex eo enī ꝙ ego delinquo, alius non perdit ius, & meritū quod habebat ad præmium. In ſecundo uero caſu interrumpitur meritum per ſe: nam ego ipſe qui pecco, facio me indignum uenia, & diuina gratia.

Solu.

Secun. ſolu.

ARTIC. OCTAVVS.

Vtrum homo poſſit mereri augmentum gratiæ, vel caritatis.

SVMMA TEXTVS.

Affirmans eſt concluſio, cuius probatio talis adducitur a D. Thom. Illud cadit ſub merito condigni, ad quod motio gratiæ ſe extendit: talis autē motio ad augmentum caritatis, & gratiæ ſe extendit: ergo poteſt quis hoc augmentum mereri. Minor probatur: nam motio alicuius mouentis non ſolum ſe extendit ad vltimum terminum motus, ſed etiam ad totum progreſſum in motu: terminus autem motus gratiæ eſt vita æterna; progreſſus autem in hoc motu eſt ſecundum augmentum caritatis, & gratiæ: ergo ad illud augmentum motio diuinæ gratiæ ſe extendit. Vnde Prouer. 4, dicitur; Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens procedit, & creſcit vſque ad perfectū diē. Eandem cōcluſionem in argumento, ſed contra, probat auctoritate Aug. qui ait; Caritas meretur augeri, vt aucta mereatur & perfici.

Aug. tra. 5. ſuper epi. Ioan.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Sciendum eſt, eſſe certum ſecundum fidē, ꝙ hō iuſtus per opera bona meretur augmētum gratiæ, & caritatis, quod patet ex illo; Omni habenti dabitur, & abundabit, habenti, inquā, rectum vſum gratiarum, quas acceperat diuinitus, vt aperte indicat parabola de talentis diſtributis, q̄ cōmemoratur Mat. 25. & Luc. 19. Idē patet ex illo, Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc: & Eccl. 18. Non uerearis uſq; ad mortē iuſtificari, & Prouc. 4. Iuſtorum ſemita quaſi lux ſplendens ꝓcedit, & creſcit vſque ad pfectū diē: & Iacob. 2. Nō uides, ꝙ ex operib. iuſtificatur homo? loquitur de augmento iuſtitiæ, & caritatis. Hoc incrementū petit Eccleſia, cum orat; Da nobis fidei, ſpei, & caritatis augmētū. Hæc ueritas definita eſt in Conc. Triden. ſub anathematis ſnīa. Hanc ſnīam habet aperte Aug. nā tract. 5. in epiſ. Ioā. dicit; Caritas meretur augeri, ut aucta mereatur perfici. Idē hēt ep. 106. & lib. de præd. ſanct. c. 2. Secundo ſciendū eſt, ꝙ aliqui Theologi, ut D. Bonauen. 2. d. 27. q. 2. p. 2. ſentiunt, ꝙ augmētū gratiæ, & caritatis non cadit ſub merito de cōdigno, & ꝓbant in hunc modū. Nā gratia aucta, & ſequens, ſemper eſt maior quam præcedens, ut plane conſtat: ergo non eſt æqualitas. Rurſus, ergo non eſt meritū de cōdigno, & ad æqualitatem. Huic argumento reſpondet hic D. Thom. ſolutione ad ſecundum: & eſt argumētum commune in omnibus quæ incrementum ſuſcipiunt, vt in plantis, animalibus &c. Idemq; inuenitur in habitibus acquiſitis, tū uoluntatis, tum intellectus. Sed notanda ſunt uerba Sancti Thomæ, quibus diſſoluit propoſitum argumentum: dicit enim, ꝙ licet incrementum gratiæ ſuperet gratiam præexiſtentem in quantitate, non ſuperat in uirtute. Sed contra iſtam ſolutionē inſurgit Caieta. Nam in his quæ non mole magna ſunt, idem eſt maius eſſe, & melius eſſe, vt teſtatur D. Aug. ergo ſi incrementum gratiæ ſuperat gratiā præexiſtentem in quantitate, ſuperat in uirtute, & pfectione: Reſpondetur ex eodem Caietano, non eſſe dubiū,

Vera concluſio.

Apoc. 22.

Conc. Trid. Seſ. 6 c. 32.

Bonauen.

Prim. arg.

Solutio.

quia

quia incrementum gratię ſuperet gratiam præexiſtentē, & in quãtitate, & in uirtute, ut patet manifeſte, qñ creſcit uſq; ad conſumationem gloriæ: nihilominus nõ ea ſuperat efficaciã gratiæ præexiſtentis in diſponẽdo, & in merendo, quandoquidem eſt terminus illi proportionatus. Vel dicatur clarius, & diſtinctius, ꝙ incrementum gratiæ non ſuperat uirtutem gratiæ augmentatiuã, ſed illi proportionatam. Alio modo põt cõfutari hoc argumentum, ſi dicamus, gratiam nõ augeri ex noſtris operibus efficiẽter, ſed tantum meritorie, i. meretur qui bene utitur gratia, ut abundantiorem gratiam ex Deo recipiat.

Secundum. Secundum argumentum eſt. Nam augmentum gratiæ eſt gratia, & eiuſdem rõnis cum prima gratia: ergo nõ cadit ſub merito de condiguo. Cõſequentia probatur: tum, qñ ſi gratia, non ex operibus, neq; ex meritis: tum vero, qñ eſt eiuſdem rõnis cũ prima gratia quę non cadit ſub merito.

Solutio. Rñdetur, ꝙ augmentum gratię eſt gratia, & eſt iuſtitia: gratia quidem, ſi reſpiciamus ad primam cauſſam, & originẽ: iuſtitia uero, qm debetur noſtris operibus, ſicuti uita ęterna, gratia eſt, auctore D. Paulo, & merces debita eſt de iuſtitia. **Rom. 6.** Itaque incrementum gratię dicit nouã perfectionem gratiæ, quæ veriſſime cadit ſub merito.

Tertium. Rom. 4. Tertium argumentum eſt, qm D. Paul. manifeſte iudicat, ꝙ augmentum iuſtitiæ, & caritatis non cadit ſub merito: dicit. n. Credidit Abraham Deo, & reputatum eſt illi ad iuſtitiam, & iterum; Si Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habuit gloriam, ſed non apud Deũ: & adducit in huius rei confirmationem hiſtoriam ex Geneſi, ubi aperte agit Scriptura de augmento iuſtitię: ea. n. prius Abrahã iuſtus erat.

Solutio. Rñdetur, gratuitum erat incrementum gratiæ, & iuſtitiæ, ſi reſpiciamus ad primam cauſſam, ex qua ipſum proficiſcitur; licet debitum ſit, ſi reſpiciamus ad operationem hõis poſt acceptam gratiam cooperãtis diuinæ gratiæ. Vnde eſt illud quod dicit Diu. Augu. vitam, & meritum Sãctorũ appellari gratuitum Dei donum, ut Rom. 6. Gratia Dei, vita æterna. Cũ igitur D. Paul. ageret aduerſus illos, qui oĩa ſuis operibus tribuebant, & qui nõ agnoſcebant Dei gratiam, nec in prima iuſtificatione, nec in meritis bonorum operum, cõſtituit aduerſus illos, vtrũque eſſe gratuitum Dei donum, licet differenti ratione.

D. Thom. Victoria. Tertio ſciendum eſt, ꝙ de augmento caritatis, & quomodo creſcat noſtris operibus, diſputat S. Tho. 2. 2. q. 24. ubi hæc materia tractatur, de qua re edidit optimam relectionem Victoria. Illud etiam ſciẽdum eſt, non eſſe neceſſarium ad meritũ, ut præced. t tẽpore ipſum præmiũ: nã augmentum caritatis aliqñ datur ſimul, ac meritũ eſt. Quapropter argumentum inualidũ eſt, ꝙ prima cõtritio non promereatur primã gratiam, quia ſunt ſimul tẽpore; ſed de ea cauſſa, qñ prima gratia eſt prima radix meriti, a qua contritio habet omnem uirtutem, & omnem ualorem, & ideo non poteſt mereri primam gratiam.

De augmento meritorũ. D. Thom. Sed eſt dubitatio: vnde nam merita corã Deo creſcant, & augeãtur? In huius rei explicationem ſic reſpondet D. Tho. 1. p. q. 95. art. vlt. Quãtitas (inquit) meriti ex duab. poteſt penſari. Vno modo ex radice caritatis, & gratiæ, & talis quantitas meriti reſpondet præmio eſſentiali, quod conſiſtit in Dei fruitione: qui. n. ex maiori caritate aliqd facit, perfectius Deo fruitur. Alio modo pẽſari põt quantitas meriti, ex quantitate operis, quæ quidẽ eſt duplex, ſ. abſoluta, & proportionalis. Vidua n. quę miſit duo æra minuta in gazophylatium, minus opus fecit, quam illi qui magna munera poſuerunt: ſed quantitate proportionali vidua plus fecit ſecundum ſententiam Domini, quia magis eius facultatem ſuperabat: vtraque tamen quantitas meriti reſpondet præmio accidentali. Hæc eſt ſententia D. Tho. quæ fere a nemine ſufficienter explicatur: nam contra eam ſiunt efficaciſſima argumenta.

Argu. prim. contra ſententiam. In primis, ſi duo ex æquali caritate ſic ſe habeant, quod vnus ſubeat martyrium, alter uero elargiatur eleemoſynam, omni dubio procul qui ſubit martyrium, habet maius meritum, & præmium eſſentiale.

Secundum. Secundo, quoniam bonitas obiecti pertinet ad augmẽtum meriti: auctore namq; D. Tho. 2. 2. q. 27. artic. 7. dilectio amici magis meritoria eſt, quam dilectio inimici, & ib. q. 26. artic. 2. dicit, quod dilectio Dei magis meritoria eſt quam dilectio proximi: ergo.

Tertium. Tertio, quoniam difficultas operis maxime auget meritũ: docet hoc D. Tho. aperte ſupra hac queſ. ar. 4. ad 2. argumentum. Quod uero intenſio actus faciat ad meritum, patet ex determinatione D. Tho. in 3. p. q. 89. artic. 2. ubi docet, quod ſecundum intẽſiorem motum liberi arbitrij conſurgentis a peccato per pœnitentiam datur maior aut minor gratia, & ex conſequenti maius præmium.

Solutio dubij. Reſpondeo ad dubitationem: non dubito, quin omnia iſta augeant meritum, & præmium eſſentiale ſecundum D. Tho. caritas, bonitas obiecti, difficultas operis, & intenſio actus, &, ut in ſumma dicam, quidquid facit actum eſſe meliorem, facit eſſe magis meritorium, etiã reſpectu præmij eſſentialis, alioquin nõ eſſet retributio ſecundũ opera. Quo ſuppoſito, videndum eſt, quid uoluerit hic dicere D. Th.

Exponitur ſententia. Quantitas meriti ſoli tantum reſpondeat radici caritatis. Reſpõdetur, ꝙ tantum uoluit docere, ꝙ quantitati caritatis tantum reſpondet præmium eſſentiale: caritas namq; eſt radix meriti, & caritati commenſuratur præmium eſſentiale: tantum. n. erit præmium eſſentiale, quanta erit caritas, in qua quis inuenietur: ceteris uero operis perfectionibus correſpondet tm̃ præmiũ accidentale: rõne namq; quantitatis actus præciſe non dabitur, niſi præmium accidentale: niſi. n. per illam quantitatem daretur caritas maior, non plus præmij correſponderet, quam ſi actus minor eſſet. Ceterum, quoniam ratione intenſionis actus, uel rõne magnitudinis operis datur maior caritas, dabitur ſubinde maius præmium eſſentiale. & hoc eſt quod docuit D. Tho. quando dixit, ꝙ ſola caritas auget meritum, & præmium eſſentiale. Sed & alio modo poteſt reſponderi auctoritate D. Tho. Nam cum dicit, ꝙ quantitas meriti, quæ ſumitur ex quantitate operis, nõ auget meritũ in ordine ad præmiũ eſſentiale, ſed tantum accidentale, loquitur de operatione exteriori: etenim omnis operatio virtutis exterior, licet non augeat eſſentiale meritum, auget accidentarium. Dictũ enim eſt ſuperius, ꝙ actus exterior nõ addit ad meritũ, vel demeritũ actus interioris. At cuicumq; operationi exteriori, eo ſolum qa eſt actus virtutis, & conſumatio operationis moralis, correſpondet aliquod præmium accidentarium: quemadmodum martyrio conſumato reſpondet quoddam accidentale præmium, quia eſt actus eximiæ virtutis, vt explicat D. Thom. 2. 2. q. 124. Cum autem dicit D. Thom. ꝙ præmium eſſentiale ſumitur ex quãtitate operis, vt procedit ex caritate & gratia, comprehendit in hoc membro ſuæ diſtinctionis totam illam quantitatem operis, quæ conſideratur in actu interiori voluntatis: quia tota bonitas, quæ eſt in actu uoluntatis, ordinatur ab ipſa uoluntate in finem caritatis.

Vtrum intenſio maior habitus gratiæ augeat meritum. Aliud dubium eſt; Vtrum intenſio maior habitus gratiæ augeat meritum. v. g. Petrus habet gratiam ut ſex, Paulus ut tria: operatur uterq; operationem æqualiter bonã undequaque; utrum actus bonus Petri eo tantum, quia Petrus habet maiorem gratiam, ſit magis meritorius? Prima ſententia eſt affirmans, quam habuit Magiſter Victoria, & Magiſter Pœna & probatur primo.

Primũ arg. Meritum coram Deo fundatur in dignitate operantis, ut ſupra diximus: ergo maior dignitas operantis auget meritum.

Secundum. Secundo probatur: opera quæ fiunt a maiore amico, ſunt magis grata: ſed opera quæ fiunt ab illo qui habet maiorem gratiam, ſunt opera amici Dei maioris: ergo ſunt magis grata, & magis meritoria.

Mag. Cano. Oppoſitam ſententiam docuit Magiſter Cano, & docent illam uiri doctiſsimi, quæ ſententia meo iudicio eſt probabilior, & probatur. Merces correſpondet proportioni operis: nam tantum debet eſſe præmium, quãtum fuit opus eius qui meretur: ergo maior dignitas operantis, ſi non facit maius opus, non auget meritum. Et cõfirmatur ex illo communi proloquio Theologorum, quod habitibus non meremur, ſed actibus: & hinc eſt, ꝙ in hac vita merces nõ habitui, ſed operi promittitur, iuxta illud; Eſt merces operi tuo: & Paulus dicit, ꝙ Deus reddet unicuique iuxta opera ſua; non inquit, iuxta maiorẽ, aut minorẽ gratiam. **Hiere. 31. Roma. 2. & 14.** Præterea probatur: nã ſequitur ex ſententia oppoſita, ꝙ quãtus fuerit exceſſus gratiæ in operãte, tãtus erit exceſſus in ualore meriti. v. g. ſi gratia Petri excedit gratiã Pauli ut quattuor, ſequitur ꝙ operatio bona Petri, alias æqualis operationi Pauli, ſit magis meritoria, ut

qua-

quattuor operatione Pauli. Conſequens eſt falſum, quod nec auctores alterius ſententiæ admittunt, ſed dicunt, ꝙ exceſſus in valore meriti erit ſecundum quandā pfectionē pfinitā, ita, vt operatio Petri in illo caſu excedat vt vnū, aut vt duo operationē Pauli in merito. Sed tñ hæc ſolutio eſt oïno voluntaria, q̄ nec hēt fundam̄ ī hac littera, nec I rōne: immo ſi q̄ l pbāt rationes quas illi aſſerūt p ſua ſola, cõuincunt eſſe verū iſtud noſtrum dictū. Ad argumēta p alia opinione ſuadet. Ad primū dico, ꝙ ꝓportio inter operātē & præmiantē eſt intrinſece pſupponenda ad oē meritū; at quantitas meriti non ſumitur ex hac ꝓportiōe; ſed ex illa, q̄ eſt inter opus, & pmiū. Ad ſecúdū rñdetur, ꝙ ſi ius meritorū eſſet ſolū ius amicitiæ, argm̄ cõuinceret: at eſt ius iuſtitię, qd̄ cāſur ex opere meritorio in ordine ad pmiū, & pmiātem; atq; adeo requirit, ꝙ tantum ſit opus, quantum debet eſſe pmium. Concederem ego libenter, ꝙ opera maioris amici, eo ſolum quia procedūt ab homine magis amico Dei, ſunt magis impetratoria coram Deo: quoniam impetratio fundatur tota in amicitia, & liberalitate donantis.

Ad primum pro alia opi.

Pri. conc.

Ad ſecundum

ART. NONVS.

Vtrum homo poſſit perſeuerantiā mereri.

SVMMA TEXTVS.

PRima concluſio. Homo iuſtus poteſt mereri de cõdigno perſeuerantiam in gloria. Probatur. Illud cadit ſub merito condigni, quod comparatur ad motum liberi arbitrii directi a Deo mouente, ſicut terminus eius. Perſeuerantia autem in gloria terminus eſt prædicti motus: ergo cadit ſub merito condigni.

Secunda concluſio. Nemo in hac vita poteſt mereri pſeuerantiam in bono vſq; ad finem vitæ merito condigni. Ratio huius cõcluſionis eſt; quia qđ ſe habet veluti principium meriti, non cadit ſub merito de condigno: perſeuerantia autem viæ eſt motione diuina, quæ eſt principiū oīs meriti: nō ergo cadit ſub merito de cõdigno; ſed Deꝰ gratis pſeuerātię bonū elargit illis oīb qb. elargiri vult.

Sec. conc.

Sed contra hanc ſnīam ſunt nonnulla argumēta. In primis. Augmentū gratiæ, qđ maius eſt, cadit ſub merito: ergo perſeuerare in grā, quod minus eſt, cadit ſub merito.

Diſcutitur concluſio articuli. Prim. arg.

Secundo. Augmētum gratiæ cadit ſub merito: ergo conſeruatio gratię cadit ſub merito. Probatur conſequentia: nam hęc conſeruatio gratiæ hēt rationē termini: ſi enim cõtinuatur augmentū gratię, neceſſariū eſt gratiam continuari, & perſeuerari.

Secundum.

Tertio. Homo iuſtus pōt mereri augmētū gratiæ, & eius perfectionē, ut ex dictis patet: ergo pōt mereri hanc perfectionem, ut moriatur p Chriſto: ac ſubinde pōt mereri perſeuerātiā vſq; in finem uitæ.

Tertium.

Quarto. Homo poteſt adeo creſcere in peccatis, & ſceleribus, ut mereatur animi obſtinationem, & ꝙ tradatur in reprobum ſenſum: ergo pōt creſcere adeo in officio uirtutum, ut mereatur perſeuerantiā uſque in finem uitæ. Probatur conſequentia: quoniam Deus pronior eſt ad miſerendum, quam ad puniendum.

Quartum.

Ad primum, & ſecundum reſpondet hic D. Tho. ſolutione ad ſecundum & tertium: & fundamentum ad confutanda hæc argumenta hoc eſt; quoniam perſeuerantia nūquam habet rationem termini, ſed principij. Perſeuerantia enim nihil aliud eſt, quam conſeruatio gratiæ. Nec eſt eadem ratio de augmento gratiæ: nam augmentum gratiæ eſt gradus diſtinctus, qui habet rationē termini. at cõſeruatio gratiæ non habet rationem termini.

Ad primum, & ſecundum.

Ad tertium D. Aug. negat conſequentiam: nam perſeuerare in bono, & mori pro Chriſto, eſt ſpeciale Dei donum, quod probat D. Augu. ex illo ad Phil. 1. Vobis donatum eſt non ſolum, ut in illum credatis, ſed etiam ut pro illo patiamini. Secundo reſpondetur, quod quamuis homo iuſtus poſſit mereri perfectionem caritatis, numquam tamen meretur hodie, ut craſtina die in gratia; aſ conſeruetur.

Ad tertium.

Ad ultimum nego conſequentiam. & ratio differentiæ eſt clara: nam ad peccandum homo nō indiget diuino auxilio, ſed de ſeipſo poteſt peccare, & ideo ex ſeipſo pōt habere meritum obſtinationis. Ceterum ad perſeuerandum requiritur motio Spiritus ſancti & conſeruatio in gratiā, quam Deus elargitur hominibus, non de ſuis uiribus pręſumentibus, ſed ad miſericordiam, & orationem currentibus. Maneat ergo certum & fixum, quod donum perſeuerantiæ non cadit ſub merito. Cum hoc tamen recte concedet Theologus, ꝙ homo iuſtus meretur auxilium ſpeciale ad quædam præcepta diuina adimplēda, & exactius obſeruanda; quod aperte docet D. Aug. ſuper Pſal 7. ſuper illud uerbum; Iuſtum adiutorium meum a Domino.

Ad quartum.

Aliud dubium eſt circa ſolutionem ad primum; Verū homo iuſtus per orationem poſſit impetrare donum perſeuerantiæ ex infallibili lege Dei dandum illi, ita, ut non eſſet Deus uerax, ſi non daret iſtud donum?

An iuſtus poſſit impetrare perſeuerantiam per orationem.

Probatur pars affirmatiua primo: quoniam lex eſt ſtatuta a Deo, quod homini oranti & petenti, quæ ſunt ſibi neceſſaria ad ſalutem, dabuntur ei: Ioan. 15. Si manſeritis in me, & uerba mea in uobis manſerint, quodcumq; uolueritis, petetis, & fiet uobis: & in capit. 14. prius dixerat, Quodcumque petieritis in nomine meo, hoc faciam. Marc. 11. Matt. 7. Petite, & accipietis. Sed perſeuerantia eſt maxime neceſſaria: ergo ſi homo petat illam per orationem, quæ habet omnes conditiones requiſitas, impetrabit illam infallibiliter.

Prim. arg.

Secundo arguitur: homo poteſt primam gratiam infallibiliter

Secundum.

EXPLICATIO ARTIC.

SCiendum eſt, quod D. Auguſt. compoſuit librum de bono perſeuerantiæ, in quo tres veritates Catholicæ fidei demõſtrat. Prima eſt, ꝙ perſeuerantia eſt donū Dei ſpeciale. Secunda eſt, ꝙ nemo poteſt certo ſtatuere, an ſit perſeueraturus in bono vſq; in finem vitæ. Tertia eſt, ꝙ perſeuerantia non cadit ſub merito: & docet, ꝙ ex duobus hominibus, æqualem omnino habentibus gratiam, Deus vnum arripit morte, ne malitia immutet intellectum eius, alterum vero pmittit prolabi in peccatum: quod non in meritum hominis, ſed in iudicia Dei occultiſſima referendum eſt. Cõc. Tri. definit in primis, pſeuerātiam eſſe donum Dei ſpeciale. Deinde, neminē poſſe eſſe certū, an ſit pſeueraturus in bono vſq; in finem. Tertio definit, ꝙ neminē Deus deſerit, niſi prius ab homine deſeratur, & indicat, ꝙ perſeuerantia non cadit ſub merito, quod eſt certiſſimū. Nā ſi hō iuſtus meruit de condigno perſeuerantiā in bono, ſeqtur ꝙ qui ſemel eſt iuſtus, infallibiliter ſaluatur: Deus. n. debet illi de iuſtitia dare perſeuerantiam in bono; quod aſſerere, hæreticum eſt. Secundo, perſeuerantia eſt donum Dei, quo manutenet iuſtum, & cõſeruat gratiam, quam in principio gratioſe contulit. ſed ſicut Deus in principio gratis confert gratiam, ſic gratis eam conſeruat. Certe Deus ſicuti creaturas gratioſe condidit, ſic gratioſe in eſſe conſeruat. ergo perſeuerantia non cadit ſub merito.

Concil. Trid. ſeſſ. 6. c. 13.

Tertio vtor argumento ſuperius adducto de duobus æqualiter iuſtis, ex quibus Deus vnum arripit morte, ne malitia immutet intellectum eius, alterum vero ſinit prolabi in peccatum: hoc certe in meritum hominis non eſt referendum, ſed in diuinam miſericordiam. Quarto, poteſt homo mereri bonis operibus abundantiorem gratiam, & maiorem amicitiam; ceterum quod ſit Dei amicus, vel quod perſiſtat Dei amicus, non cadit ſub merito, ergo perſeuerantia non cadit ſub merito. Vltimo, finis vitæ hominis eſt poſitus in diuina voluntate: ergo quod pſeueret homo in bono vſque in finem vitæ, poſitum eſt in diuina voluntate.

libiliter impetrare, ut diximus ſupra, & probat efficaciter Dominus Caiet. in opuſculo de Fide, & operibus, c. 10. ergo a fortiori homo iuſtus poteſt impetrare perſeuerantiā gratiæ, quoniam opera iuſti acceptiora ſunt coram Deo. Ad huius rei expoſitionem eſt prima propoſitio.

ART. DECIMVS.

Vtrum temporalia bona cadant ſub merito.

SVMMA TEXTVS.

Prima cōcluſio. Si temporalia bona conſiderentur, prout ſunt utilia ad opera uirtutū, quibus perducimur ad uitā æternā; ſimpliciter cadūt ſub merito, ſicut de augmento gratiæ ſupra dictum eſt. Probatur ex illo; Timentes autem Dominū non minuentur omni bono: & Pſal. 36. Non uidi iuſtum derelictum &c. Itaq; tantum dat Deus uiris iuſtis de bonis temporalibus, quantū eis expedit ad perueniēdum ad uitam æternam: & talia bona intantum dicūtur, & ſunt ſimpliciter bona, inquantum neceſſaria ſunt ad uitam æternam conſequendam.

Secunda concluſio. Si conſiderentur bona temporalia ſecundum ſe, nō ſimpliciter cadūt ſub merito, ſicut nec ſūt ſimpliciter bona, ſed ſecundū quid, quatenus, ſcilicet, aliquis ad tēporalia bona mouetur, ita ut non in eis finem ultimum conſtituat, ſed potius in uero, & diuino bono.

Prim. concl. Non pōt iuſtus ex lege infallibili impetrare donū perſeuerātiæ.

Hō iuſtus non poteſt impetrare donū perſeuerantiæ ex lege infallibili. Probatur: qm̄ alias quicunq; hō

Pri. concl.

iuſtus p orationē bonam cōſtituet ſe confirmatū in grā: ſaltē ſequitur, ꝙ hō, q hēt egregiam iuſtitiā corā Deo (cuius oratio non pōt non eſſe magni momēti) conſtituet ſe confirmatū in gratia. Conſequēs eſt falſum: nā multi uiri ſāctiſſimi dicūtur in hac uita cecidiſſe a grā. Secūdo probatur, qm̄ alias homines iuſti, qui ſemel per orationem feruentiſſimam petierunt a Deo donum perſeuerantiæ, efficientur remiſſiores ad opera iuſtitiæ; immo putabunt non eſſe ſibi ultra neceſſarium ſemper orare, & numquam deficere. Probatur ſequela: quoniam iſti probabiliſſima coniectura exiſtimant ſe eſſe in gratia, & quod eorū oratio fuit audita a Deo, & ideo putant ſe habere omnia neceſſaria, ut infallibiliter perueniant ad uitam æternam.

Pſal. 33.

Secun. concl.

Secunda concluſio. Si homo perſeuerauerit in oratione, uere & pie orans pro ſe, infallibiliter ſaluabitur: Hāc concluſionem demonſtrat D. Th. eſſe ueram in 2. 2. q. 83. tum ex ſanctis ſcripturis, tum ex ſanctis Patribus.

D. Th.

Tert. concl. Perſeuerāter petentes donum perſeuerantiæ, illud obtinebūt.

Tertia concluſio. Qui perſeuerauerit in oratione petēs pie & uere donum perſeuerantiæ, infallibiliter illud conſequetur. Hæc concluſio liquido colligitur ex præcedentibus. Nam ſi talis infallibiliter & indubie ſaluabitur, infallibiliter & indubie donum perſeuerātiæ cōſequetur: Nec hæc tertia cōcluſio cōtrariatur primæ. Nā licet perſeueranti in oratione pia & uera infallibiliter detur donū perſeuerantiæ, ceterum, ꝙ perſeueret uſq; in finē in oratione, hoc ſpeciale Dei donū eſt; nec poteſt homo iuſtus illud infallibili lege a Deo conſequi, ſed ſemper eſt donū Dei ſpeciale, ex gratuita Dei beneuolentia proueniens.

Ad primum.

Ad primum rñdetur, ꝙ homo iuſtus per orationem tātum poteſt impetrare a Deo, id quod pertinet ad conditionē uiatoris: at quod homo habeat uolūtatem determinatam ad bonum uſum gratiæ, potius eſt conditio exiſtētis in termino: quia quamdiu noſtrum liberum arbitriū nō peruenit ad ultimum terminū, ſemper eſt in utramq; partem flexibile: ergo lex orationis non extenditur ad donum perſeuerantiæ, ſed illud tantum eſt referendum in ſpecialem Dei miſericordiam: & ideo in Concil. Trid. appellatur perſeuerantia magnum donum.

Conc. Trid.

Ad ſecundū.

Ad ſecundum negatur conſequentia propter iſtam rationem modo factam: & propterea dicitur, ꝙ perſeuerantiæ donum eſt maius donum ſimpliciter, quam prima gratia; quoniam eſt conſumatio perfectiſſima illius.

EXPLICATIO ARTICVLI.

Exponitur prima concluſio articuli.

Dubium eſt de 1. concluſione; Vtrum bona tēporalia, quatenus conducunt ad uitam æternā conſequendam, cadant ſub merito de condigno; an potius ſub merito de congruo. Doctores in 2. d. 27. & 28. vbi hæc materia tractatur, ſentiunt, ꝙ cadant ſub merito congrui, & idem affirmat S. Th. ibidē. Sed ex hoc articulo euidenter concluditur, ꝙ cadūt ſub merito de condigno: nā dicit S. Th. ꝙ cadūt ſub merito, ſicuti augmētū caritatis: augmentū uero caritatis cadit ſub merito de cōdigno, ut ſupra oſtenſum eſt. Item dicit S. Th. ꝙ meremur hæc bona ſimpliciter; meritū uero de congruo non eſt meritum ſimpliciter, ſed improprie, & ſm quid. Præterea, alioqui quæſtum diſtinxit S. Th. inter hæc bona, quatenus cōducūt ad uitā æternā cōſequendā, & quatenus ſm ſe conſiderantur, ſi utroque modo cadunt ſub merito de congruo? Dicēdū eſt ergo, ꝙ hæc bona, q̄ ex ſpeciali Dei auxilio & prouidentia conceduntur hominibus iuſtis, ut procedant de uirtute in uirtutē, donec uideatur Deus in Sion, cadunt ſub merito de cōdigno, & ſunt numeranda inter effectus prædeſtinationis. Itaq; contumelioſe uiuere, & pati ignominiā, aut infirmitatē, aliquādo ſunt effectus diuinæ prædeſtinationis. Circa eandem primā concluſionē aduertendū eſt, ꝙ cum dicit S. Th. oīa illa cadere ſub merito, quibus adiuuamur ad uitā æternā conſequendā, excepta prima gratia; exponendus eſt de his, quæ habēt rationē termini. Quod iō ex eo adnotauerim: nā donū perſeuerantiæ non cadit ſub merito, qm̄ nō hēt rōnem termini, ſed principij, ut ſuperiori articulo expoſitū eſt. Vel dicatur: ꝙ donū perſeuerātiæ eſt gratia continuata, & iō nō cadit ſub merito, ſicut nec ipſa gratia. Circa ſecūdā cōcluſionē notādū eſt, ꝙ S. Th. in articulo, & in ſolutionibus argumentorū aperte affirmat, ꝙ peccatores p opera, q̄ faciunt ex Dei motione & ordinatione, licet habeāt peruerſam intentionē, merentur ex Deo præmium temporale. Qua rōne Romani, licet nō habuerint ueras & legitimas uirtutes, meruerūt ex Deo præmiū tpale, ut dicit D. Aug. lib. 5. de ciuitate Dei, c. 12. & 15. & S. Th. 3. lib. de regimine Principū c. 4. 5. & 6. Huic ueritati quadrat maxime ſancta ſcriptura: dicit. n. Exho. 1. quia obſtetrices timuerunt Deum, ædificauit illis domos, ſuper quē locum dicit D. Greg. lib. 18. moral. c. 2. Benignitatis earū merces in uita æterna reddi potuit, ſed culpa mendacij recompēſationē habuit temporalem. Idem hēt D. Aug. lib. q. in Exho. q. 1. & lib. contra mendacium c. 15. Idem confirmatur ex illo Ezech. 29. Fili hominis, Nabuchodonoſor Rex Babylonis ſeruire fecit exercitum ſuū ſeruitute magna cōtra Tyrū, & merces non eſt reddita ei. & ſubdit Dñs; Et erit merces eius in terra Ægypti. Ex quibus principijs facile eſt intelligere Dei clementiā, & liberalitatem, q pro actionibus alioqui iniquis, deſtinatis in ſuū obſequiū, ex Dei ordinatione ſoleat mercedē cōferre. Hincq; habemus magnum documentū, ꝙ Deus pronior eſt ad cōferendū pmium, & copioſam mercedē his, qui mō quodā diuino, & ex Spiritu ſancto uiuūt. Sed hic inſinuabat ſe magna, & difficilis qō, Vtrū p opera, alioq egregia, & illuſtria, q̄ inficiuntur ex aliqua uana gloria adiuncta, uel ex aliquo malo fine adiūcto, uir iuſtus mereatur pmiū uitæ æternæ? ſed huius qōnis explicatio petēda eſt ex noſtris annotationibus ſupra q. 21. Et de his, q̄ ad Primā Scdæ D. Th. ptinere uidebātur, tm̄ dictū ſit. Cōmentarios uero in alias D. Th. partes, quos iā multis uigilijs cōfectos habeo, ſtatim Deo dāte, in lucē emittemus; cui honor, & gloria in ſæcula ſæc.

D. Th.

Sec. concl.

Solutio dubij.

Secun. concl. artic. exponitur.

Aug. D. Th.

Exho. 1. Greg.

Aug. Ezech.

IESV CHRISTO crucifixo, qui auctor atque conſumator eſt ſapientiæ, iuſtitięq; noſtræ, gloria ſempiterna. Amen.

INDEX QVAESTIONVM QVAE IN HIS COMMENTARIIS PRAECIPVE EDISSERVNTVR.

DE ultimo fine huius vitę in communi.quæſt.1. 1.
De beatitudibe humana in quibus cõſiſtat.2. 18
De beatitudine,quid ſit. quæſt.3. 35
De his quæ exiguntur ad beatitudinẽ.q.4. 47
De adeptione beatitudinis.q.5. 63
De voluntario & inuoluntario.q.6. 72
De circumſtantijs humanorum actuum.q.7. 87
De voluntate,quorum ſit,ut uolitorum.q.8. 89
De motiuo voluntatis.q.9. 95
De modo quo voluntas mouetur.q.10. 113
De fruitione,quę eſt actus voluntatis.q.11. 123
De intentione.q.12. 128
De electione, quæ eſt actus uoluntatis in comparatione ad ea,quę ſunt ad finem.q.13. 130
De conſilio quod præcedit electionem.quæſt. 14 138.
De conſenſu, qui eſt actus voluntatis, in comparatione eorum quæ ſunt ad finem.quęſt.15.141
De vſu, qui eſt actus voluntatis, in comparatione ad ea quæ ſunt ad finem.q.16. 144
De actibus imperatis a voluntate.q.17. 145
De bonitate, & malitia actuum humanorum in generali.q.18. 151
De bonitate, & malitia actus interioris voluntatis.q.19. 168
De bonitate & malitia exteriorum actuum humanorum.q.20. 186
De his, quæ conſequuntur actus humanos ratione bonitatis & malitiæ.q.21. 196
De ſubiecto paſſionum animæ in generali.q. 22. 200.
De differentia paſſionum adinuicem.q.23. 203
De bono,& malo circa paſſiones animæ.quæſt. 24 207.
De ordine paſſionum ad inuicem.q.25. 210
De paſſionibus animę in ſpeciali.& primo, de amore.q.26. 213
De cauſſa amoris .q.27. 218
De effectibus amoris.q.28. 223
De odio.q.19. 230
De concupiſcentia.q.30. 235
De delectatione ſecundum ſe.q.31 237
De cauſſa delectationis.q.32 242
De effectibus delectationis.q.33. 245
De bonitate, & malitia delectationum. quæſt.34 247.
De dolore,& triſtitia ſecundum ſe.q.35. 248
De cauſſis triſtitiæ,ſeu doloris.q.36. 251
De effectibus doloris,ſeu triſtitiæ.q.37. 253
De remedijs triſtitiæ,ſeu doloris.q.38. 254
De bonitate & malitia triſtitiæ,ſeu doloris. quæſt. 39. 255
De paſſionibus iraſcibilis. & primo de ſpe & deſperatione.q.40. 256
De timore ſecundum ſe.q.41. 258
De obiecto timoris.q.42. 260
De cauſſa timoris.q.43. 262
De effectibus timoris.q.44. 263
De audacia.q.45. 264
De ira ſecundum ſe.q.46. 266
De cauſſa effectiua iræ, & de eius remedijs.quæſt. 47. 268
De effectibus iræ.q.48. 269
De habitibus in generali quoad ſubſtantiã eorũ.q. 49. 270
De ſubiecto habituum.q.50 274
De cauſſa habituum, quantum ad eorum generationem.q.51. 278
De cauſſa habituum.q.52. 284
De corruptione, & diminutione habituum.quęſt. 53. 287
De diſtinctione habituum.q.54. 289
De uirtutibus quantum ad ſuas eſſentias. quæſt. 55. 291
De ſubiecto uirtutis.q.56. 295
De diſtinctione uirtutũ intellectualiũ.q.57.304
De diſtinctione uirtutum moralium ab intellectualibus.q.58. 308
De diſtinctione uirtutum moralium ſecundum comparationem ad paſſionem.59. 311
De diſtinctione uirtutum moralium adinuicem, q.60. 315
De virtutibus theologicis.q.62. 321
De cauſſa uirtutum.q.65. 325
De medio virtutum.q.64. 332
De connexione uirtutum.q.65. 336
De æqualitate uirtutum.q.66. 341
De duratione uirtutum poſt hanc uitam. quæſt. 67. 344
De donis.q.68. 349
De beatitudinibus.q.69. 354
De fructibus Spiritus ſancti.q.70. 356
De uitijs,& peccatis.q.71. 357
De definitione peccatorum.q.72. 368
De comparatione peccatorum adinuicem. quæſt. 73. 376
De ſubiecto peccatorum.q.74. 386
De cauſſis peccatorum.q.75. 396
De cauſſis peccati in ſpeciali.q.76. 398
De cauſſa peccati ex parte appetitus ſenſitiui.q.77. 408.
De cauſſa peccati,quæ eſt malitia.q.78. 413
De cauſſis exterioribus peccati.q.79. 417
De cauſſa peccati ex parte diaboli.q.80. 423
De cauſſa peccati ex parte hominis.q.81. 425

De peccato originali quantum ad ſuam eſſentiam.q.81. 432
De ſubiecto originalis peccati.q.83. 437
De cauſa peccati, ſecundum quod vnum eſt cauſa alterius.q.84. 442
De effectibus peccati, & primo de corruptione boni naturæ.q.85. 443
De macula peccati.q.86. 450
De reatu pœnę.q.87. 452
De peccato ueniali per comparationem ad mortale.q.88. 461
De peccato ueniali ſecundum ſe.q.89. 467
De lege, & primo de eſſentia ipſius.q.90. 473
De diuerſitate legum.q.91. 483
De effectibus legis.q.92 487
De lege æterna.q.93 492
De lege naturali.q.94. 496
De lege humana.q.95. 502
De poteſtate legis humanæ.q.96 507
De mutatione legum.q.97 518
De lege ueteri.q.98 521
De præceptis ueteris legis.q.99 528
De pręceptis moralibus legis veteris. 100.530
De pręceptis cæremonialibus ſecundum ſe.q.101. 558.
De cauſſis cęremonialium pręceptorum. quæſtio. 103. 539
De duratione pręceptorũ cæremonialium, quaſt. 103. 539
De præceptis iudicialibus. q. 104. 548
De ratione iudicialium præceptorum, quęſt. 105 550.
De lege Euangelica ſecundum ſe.q.106. 552
De comparatione legis nouę ad ueterem, queſt. 107. 557
De his, quę continentur in lege noua, quęſt.107 560.
De exteriori principio humanorum actuum, videlicet de gratia Dei.q.109. 166
De gratia Dei quantum ad eius eſſentiam, quæſt. 110. 607
De diuiſione gratiæ.q.111. 612
De cauſſa gratiæ.q.112. 616
De effectibus gratiæ.q.113. 630
De merito, quod eſt effectus gratiæ cooperantis. q.114.

INDEX LOCORVM IVRIS CIVILIS AC CANONICI, QVI IN HIS COMMENTARIIS PECVLIARITER SVNT EXPLICATI.

EX IVRE CIVILI.

L. Leges ſacratiſſimæ.C.de legibus & conſt. 481
L.Digna.C.eodem titulo. 516
L.non dubium.C.eodem titulo. 517
L.2.C.a maleficiis. 106
L.3.5.7.C.eodem titulo. ibidem
L.2.C. quæ ſit longa conſuetudo. 519
L.Vniuerſi.C. de vectigalibus. 510
L. Iura.ff. de legibus & ſenatusconſultis. 479
L.Contra.ff. eodem titulo. 517
ff. de legibus & ſenatuſconſultis. 512. 518
L. 1.ff. de conſtitutionibus principum. 473
L. Si mulier §. pe.ff. de eo quod metus cauſſa. 82
L. 1 ff. de adilitio edicto. 357
L. ea quæ raro.ff.de regulis iuris. 479
L.capitalium.ff.de pœnis. 510

EX IVRE CANONICO.

C.in iſtis.d.4. 482
C.Ridiculum eſt.d.12. 518
C.Siquis carnem.d 30. 545
C.hi qui arborem.d.50. 395
C qui non probauerit.2.q.3. 511
C.merito 15.q.1. 82
C.necis qui uinitus, eadem cauſſa & quæſt. 395
C.conſtituit.17.q.4. 549
C.primum.22.q.2. 180
C. quid culpatur. 23. q. 1. 176
C. Sed & illud.26. q. 2. 107
C.quicumque.& C. non liceat.26. q. 5. 107
C.ſicut ſatius. 32. q. 4. 545
C.Si virgo. 34. q. 1. 177
C.firmiter. de ſumma Trinitate, & fide Catholica. 605.
C.cognoſcentis. de conſtitutionibus. 481
C.ad aures & c.cum dilectus. de his quæ vi metusve cauſſa fiunt. 83
C.cum omnes.de conſtitutionibus, 516
C.1.de poſtul.præl. 481
C.2.de poſt.prælat 482
C.1.de his quæ vi metus ve cauſſa fiunt. 83
C.maiores.de baptiſmo, & eius effectu. 402 *550.557.*
C.veniens.de ſponſalibus. 83
C locum.eodem titulo. ibidem
C.dominus.de ſecundis nuptiis. 177
C.ex literis.1.de homicidio uoluntario. 395
C.ex literis.2.eodem titulo. ibidem
C.dilectus.eodem titulo. ibidem
C.inquiſitioni.de ſententia excomm. 177
C.cum ſingula.de præbendis 513
C.cum ſecundum leges.de hæreticis, 814
Clementina, multorum.de hæreticis. 535
Clem.ad noſtram.eodem titulo.29. 123

INDEX

INDEX AVCTORVM, QVORVM ERRORES IN HIS COMMENTARIIS confutantur & reprobantur.

ALBERTI Pigii error, peccatum originale eſſe formaliter peccatum primi parẽtis, a quo extrinſece denominamur peccatores. 434
Aliquorum error, quod opus bonum ex facultate naturæ exercitum in homine exſiſtente in gratia, ſit meritum coram Deo.
Armenorum, & Anabaptiſtarum error, quod animæ Sanctorum ante reſurrectionem corporis diuinæ viſionis gloria non fruantur. 58
Auguſtini Chiſamenſis error, hominem propter peccatum non incurriſſe corporis mortem, ſed tantum animę. 449
Begardorum, & Beguinorum error, intellectualem naturam in ſeipſa eſſe beatam, neque indigere lumine gloriæ, neque alia virtute ſupernaturali ad videndum Deum. 68
Caluini & Lutheri error aſſerentium, quod homo proprie non habet dominium ſuorum actuum. 2
Catherini & Durandi error, quod peccatum originale non ſit proprie peccatum. 427
Catherini & aliorum error, de certitudine gratiæ. 622
Cherinti error, qui aiebat poſt corporum reſurrectionem homines mille annos eſſe futuros in regno Chriſti ſm̃ carnis delectationem. 22
Cornelij Agrippæ error, quod peccatũ originale in primis parentibus fuit peccatũ luxuriæ. 433.
Durandi error, quod in operibus procedentibus ex gratia non eſt proprie meritum. 654
Ebionis & Cherinti error, quod lex vetus non ceſſauit per aduentum Chriſti. 541
Flagellantium error, qui dicebant legem Euangelij iam ceſſaſſe ſua lege adueniente. 556
Gregorij Ariminenſis error, de neceſſaria continuatione actus. 669. & ſeq.
Hypocritarum error, ꝙ exteriora opera quæ hominibus apparent, ſint ſufficientia ad ſanctitatẽ interiorem. 560
Iacobi Fabri error, de beatorum peccabilitate, & poſſibilitate peccandi. 54
Iouiniani & Lutheri error, quod omnes in vita beata ſint æquales. 63
Iudęorum error, quod actus interior non eſt peccatum. 365. & ſeq.
Iudæorum error, de promiſſionibus diuinis in ueteri teſtamento. 62
Lutheri error, ꝙ Deus nos cogit ad peccandũ. 81
Lutheranorum error, quod omnis actio humana eſt peccatum. 152. 153. 308. 462
Lutheranorum error, quod omnia opera, etiam peccata, ſunt grata, & accepta corã Deo. 308. 462
Lutheri error, fidem a ſpe & caritate non eſſe diſtinctam. 329
Lutheri error, quod omne peccatum prędstinati eſt veniale; præſciti vero mortale. 376
Lutheri error, quod credendum eſt proprio ſpiritui, neglectis Patrum ſententijs. 404. & 405.
Lutheri error de concupiſcentia carnis. 413
Lutheri error, quod remiſſa culpa numquam remanet reatus ad pœnam. 458
Lutheri error, Chriſtum Dominum non eſſe legiſlatorem. 474
Lutheri error, quod timor pęnę ſit malus, & quod obtemperare legi timore pœnæ ſit vituperabile. 489. 490
Lutheri error, leges humanas non eſſe utiles, neque eis obediendum eſſe. 502. 515
Lutheri error, quod per legem non niſi cognitio peccati. 527
Lutheri error, ſolam fidem ſufficere ad ſanctitatẽ, & opera non eſſe neceſſaria. 560
Lutheri error, tantũ gratiæ Dei tribuens, vt prorſus liberum demat arbitrium. 567
Lutheri error, Deum in nobis ſine noſtris operibus gratiam operari, & demum ſola fide iuſtificari. ibid.
Lutheri error, hominẽ carere libero arbitrio. 591.
Lutheri error, omnia ex neceſſitate euenire. 119
Lutheri error, liberum arbitrium eſſe rem de ſolo titulo. 634
Lutheri errror, quod contritio & cogitatio peccatorum facit hominem magis hyprocritam; & dum magis conatur ſe diſponere ad gratiá, magis peccat. 592
Lutheri error, quod nulla eſt alia vera fides & Chriſtiana, niſi quæ excluſa omni formidine pacatam reddit conſcientiam, vt credat firmiter, quod remiſſionem peccatorum iam acceperit. 62
Lutheri error, quod quo ſceleratior eſt homo, citius illi infundit Deus gratiam; quod ſi adornat ſe bonis operibu , ſicut catus facit ſe indignum diuina gratia & iniuriam facit Xp̃o. 591. 592
Lutheri quattuor errores recenſentur. 665
Lutheri error, quod concupiſcentia carnis ſit peccatum ſemper. 433
Lutheri error, quod in iuſtificatione impij, qn remittuntur peccata, nõ auferuntur, ſed credentibus in eum qui iuſtificat impium non imputantur, cum re uera permaneant. 629. & ſeq.
Lutheri error, nos iuſtificari formaliter per iuſtitiam extrinſecam Chriſti. 630
Lutheri errores, qui de iuſtificatione hac noſtra tempeſtate graſſantur, recenſentur. 630

Lutheri error, quod homo cum iuſtificatur, non plus agit quàm malleus in manu fabri, aut lutum in manu figuli, 634
Lutheri ſex errores circa fidem ad iuſtificationem ſufficientem numerantur, 636. & ſeq.
Lutheri error, quod ſola fides iuſtificat. 637. & ſeq.
Lutheri error omnes iuſtos æqualem iuſtitiam, & ſanctitatem habere, quia vna eſt ſanctitas & iuſtitia Chriſti, à qua omnes denominantur Sancti, 620
Lutheri error, quod vnuſquiſq; tenetur credere, quod acceperit remiſſionem peccatorum, & gratiam ea certitudine, qua fideles credimus Deum eſſe trinum & vnum. 621
Lutheri error, quod ſi quis dubitat an ſit iuſtificatus, hæreticus eſt, & non pertinet ad Deum, ſed ad diabolum. 621
Lutheranorum error negantium merita bonorum operum, 654. & ſeq.
Lutheranorum error referentium merita Sanctorum in ſolam Dei promiſſionem abſque aliquo reſpectu bonorum operum. 654
Lutheranorum alius nouus error de merito bonorum operum. 654
Melanchtonis, Lutheri, & Catherini error, quod non ſit in hominis poteſtate vias ſuas malas facere, & quod Deus ſicut bona, ſic & mala in nobis operatur, 418. 419
Manichæorum error de cauſſa mali. 396
Manichæi, & Marcioniſtarum error, quod lex vetus fuerit mala, & a malo Deo excogitata. 521
Manichæi error, quod vetus teſtamentum nulla ratione ad nos pertineat. 524
Montani, & Priſcillæ, & Manichæi error, quod promiſſio de Spiritu ſancto dando non fuit completa in Apoſtolis, ſed in ipſis. 556
Origenis error, quod angeli beati non ſolum peccare poſſunt, verum & aliquando peccant. 54
Origenis error, & quorundam philoſophorum, quod poſt diuerſas temporum viciſſitudines beati futuri eſſent miſeri; & miſeri e contra beati. 66
Origenis error, pœnam inferni aliquando eſſe finiendam. 454
Paganorum error, fortunam eſſe Deam. 104
Petri Aliaci error, quod ex aſtrorum aſpectibus poterat cognoſci Chriſti natiuitas. 109. 110
Petri Aliaci error, quod Noe potuit cognoſcere ex aſpectu ſyderum futurum diluuium, quod diuina reuelatione cognouit. 110
Phariſæorum error, quod qui maiorem partem legis ſeruauerit, licet in alijs laberetur peccatis, illi Deus ea non imputaret. 367
Pelagij error, auxilium Dei ſpeciale non eſſe neceſſarium omnino ad credendum, ſperandum. 321. 322
Pelagij error, quod peccatum originale nihil aliud eſt quam defectus naturæ, & omnium calamitatum, & ærumnarum aceruus, 429
Pelagij error, nos poſſe cauere ex facultate liberi arbitrij omnia peccata venialia. 471
Pelagij error tribuens plus libero arbitrio, quam gratiæ Dei, 568
Pelagij error duplex. Primus quod poterat homo viribus naturæ iuſtificari coram Deo credendo, ſperando, amando; quæ opera præſtare poterat liberum arbitrium, ſuppoſita lege diuina, & prædicatione quam ille appellabat gratiam. Secundus, quod homo poterat ex viribus naturæ vniuerſam legem implere. 590
Pelagij error poſſe hominem ex facultate naturæ ſe præparare ad gratiam. 592
Pelagij error, præparationem eſſe meritum de condigno gratiæ, & gloriæ. ibid.
Pelagianorum error referentium meritum bonorum operum in liberum arbitrium. 654
Pelagianorum error, quod homo peccator poteſt vitare omnia peccata abſq; gratia iuſtificante per quam ad Deum conuertatur. 598
Pelagianorum error, quod homo ſanatus per gratiam amplius non eget auxilio gratiæ. 601
Publici cuiuſdam prædicatoris error, quod Eua dumtaxat venialiter peccauit. 431
Philonis Iudæi, Ioſephi, & Eucherij error, quod homo per peccatum originale non incurrit mortem corporis, ſed accelerationem mortis, & ſenectutis, 449
Quorundam error, qui impugnabant cœlibem vitam, & continentiam. 564
VVicleuiſtarum, & Lutheranorum error tollentium liberum arbitrium. 119
VVicleph, & Lutheri error, quod peccatum mortale, & veniale non differunt. 464

DE SCRIPTVRIS DIVINIS
admonitio ad lectorem.

ET ſi propoſueram elenchum, & indicem ſubijcere ſanctarum ſcripturarum, quæ in hoc opere continentur, & explicantur; coactus ſum mutare ſententiam: adeo enim creuit earum cumulus, vt fere eſſet immenſus index. Interim vero admoneo lectorem, vt noſtra diligentia lubens fruatur: quidquid enim in ſancta ſcriptura habetur de vita beata, de actibus voluntarijs, de affectibus animæ, amore, concupiſcentia, odio, de bonitate, & malitia humanarum actionum, de peccatis, de legibus, de gratia, & iuſtificatione impij, de meritis bonorum operum, in his commentarijs pleniſſime elucidatur.

INDEX
RERVM ET SENTENTIARVM
MEMORABILIVM,

quæ in hoc opere continentur.

Aron an peccauerit in fabricationem vituli. 492
Abſtractio a ſenſibus ex quadruplici cauſſa contingere poteſt. 227
Actio humana quid ſit. 1.
Actio duplex humana. 2.
Actio humana omnis eſt propter bonum, & finem. 2.6.
Actio bona, & mala differunt ſpecie. 159
Actio humana omnis, durat per aliquod tempus. 122
Actionem, per quam formaliter efficimur beati, eſſe aliquid increatum, error. 24
Actionem peccati ex Deo eſſe, & non peccatum, difficillimum eſt ad intelligendum. 417
Actiua dupliciter inueniuntur, & in eſſe naturæ, & in eſſe apprehenſo. 303
Ex Actiuo principio non ſemper actiones diſtinguuntur. 8.9
Per Actiuorum differẽtiam in eſſe naturę paſſiones animi nõ diſtinguuntur, ſed ſecundum apprehenſionem. 247
Commune eſt omni Actiuo ſi agit, proximum eſſe paſſo. 253
Actus humanus eſt actus voluntarius. 72
Actus perfecte voluntarius eſt perfecte liber, vel perfecte liberi principium. 74
Actus duplex, ſcilicet, primus, & ſecundus. 39
Actus primo primus, actus ſecundo primus, actus perfecte liber quid ſit. 390

Actus interior & exterior.

Actus interioris & exterioris bonitas & malitia, an ſit eadem 186. & ſequ.
Actus exterior an addat de bonitate uel malitia ad interiorem. 188. 189. & ſequentibus.
Actus exterior eſt veluti cauſſa ęquiuoca bonitatis uoluntatis. 185.
Actus exterior in executione habet bonitatẽ ab interiori. 183
Actus interior & exterior in genere moris ſunt vnus actus. 186
Actus interior & exterior eodem prohibentur præcepto. 178. & ſequen.
Actus exterior neceſſario explicandus eſt in confeſſione. 189
Actus idẽ exterior an poſſit eſſe bonus et malus. 194. 195. & ſeq
Actus idẽ nõ poteſt eſſe meritorius, & demeritorius ſimul. 195
Actus exterioris duplex conſideratio. 386
Actus exterior eſt bonus aut malus formaliter. ibid.
Actus exterior quomodo ſolum denominatione extrinſeca ſit peccatum. 387
Actus interior quomodo ſolus dicatur peccatum. 387
Actus totaliter per ignorantiam excuſatus, eſt bonum moraliter. 840
Actus exterior dupliciter conſiderari poteſt, & ex obiecto, & ut eſt in exercitio. 183
Actus exterior quomodo dicatur bonus uel malus intrinſece: quomodo uero minime. 197
Actus exterior furti, uel adulterij quid eſt quod præcipiatur diuerſo præcepto, quam actus interior. 188
Actuum humanorum triplex differentia, alij boni, alij mali, alij indifferentes ſunt, quibus additur quarta eorum qui in malum ſonant. 162
Actus indifferens quid ſit. 161. & ſeq.
Actus humanus in vniuerſum non eſt indifferens. 163
Actus dicitur indifferẽs ex ſpecie ſua, & obiecto negatiue. 164
Actus aliquis, ꝙ ſit indifferens in indiuiduo eſt impoſſibile. 165

Actus naturalis et ſupernaturalis.

Actus dupliciter dicitur ſupernaturalis. 47
Actus naturalis & ſupernaturalis non continuantur. 170
Actus virtutis Theologicæ & virtutis acquiſitę in quo ſenſu ſit de fide, quod differunt in genere naturæ. 332
Actus virtutum Theologicarum & acquiſitarum differre tantum in genere moris, non eſt hæreticum dogma. ibidem
Actus prædicti differunt in genere naturæ. ibid.
Actus fidei diuinæ & humanæ non continuantur. 323
Actus virtutum infuſarum nõ producunt habitum acquiſitũ, ſed priorem intendunt. 283
Actus elicitus & imperatus.
Actus elicitus non oportet quód oriatur ab ea potentia in qua eſt habitus á quo elicitur. 300
Actus voluntatis poteſt eſſe imperatus. 148. & ſeq.
Actus rationis imperatur. 149
Actus appetitus ſenſitiui imperantur. 149
Actus animæ vegetabilis non imperantur. 14
Actus exterior an obediat imperio rationis. 150
Actus quo immaterialior, tanto ſubditur magis rationis imperio. 150

Proprietates actuum humanorum.

Actus humani recipiunt ſpeciem ex fine. 9
Actus humanus in vniuerſum habet ſpeciem ex obiecto immediato. 155
Actus humanus eſt bonus vel malus ex fine. 157. 160
Actus humanus prout ab agente egreditur, vnum tantum habet obiectum. 9
Actus humani habẽt ſpeciẽ boni vel mali ex ſua ſpecie. 159
Actus humanus habet rationem meriti, vel demeriti ſecundũ retributionem iuſtitiæ ad alterum. 196. & ſeq.
Actus humanus quomodo habeat rationem meriti vel demeriti apud Deum. ibidem
Actus humanus inquantum bonus vel malus habet rationem rectitudinis vel peccati. 194
Actus voluntarij tantum dicuntur laudabiles vel vituperabiles. 193. & ſeq.
Actus peccati ex Deo eſt, non autem peccatum. 417. & ſeq.
Actus non eſt in quolibet peccato. 360. & ſeq.
Actus omiſſioni cõiunctus an ſemper ſit peccatũ. 362. & ſeq.
Actus plures, non unus tantũ, generant habitum. 281. & ſeq.
Actus uoluntatis non poteſt eſſe cõſecutio ultimi finis. 6. 33. & ſequen.
Actus intellectus practic, quomodo non quæratur propter ſeipſum, uarie exponitur. 38
Actus bonus omnis non determinat ſibi peculiarem virtutem. 158
Actus perfecte voluntarius, eſt perfecte liber. 74
Actus qui eſt cauſſa omiſſionis, eſt peccatum. 362
Actus uoluntatis in uniuerſum circa finem, uel media uerſatur, & non datur actus neuter. 89. & ſeq
Actus uirtutis cuiuslibet etiã ſupererogationis, quomodo pertineat ad legem naturæ. 500
Actus intellectus & uoluntatis per ſolum inſtans durare poſſunt. 78
Eodem Actu fertur uoluntas in medium, & in finem. 94
Actus nequit eſſe ſimul in ſpecie boni, & mali. 182

Actus eiuſdem ſpeciei, in genere naturæ poteſt eſſe bonus, & malus in genere moris. 184. & ſeq.
Actus diuerſi in genere naturę, poſſunt eſſe eiuſdem ſpeciei in genere moris. 180. 184
Actus idem numero poteſt eſſe ſucceſsiue bonus & malus. 180 184. & ſequentibus.
Actus interior, & exterior in genere moris ſunt unus actus. 187. 189.
Actus unus & idem poteſt habere plures bonitates & malitias. 187
Actus per ignorantiam excuſatus manet bonus moraliter. 408.
Actus primo & per ſe deſtruit habitũ oppoſitũ efficienter. 287
Actum humanum per aliquod tempus continuari non eſt neceſſe. 120
Actus imperfectiores habitum diſponunt ad eius corruptionẽ. 276. & ſeq.
In actibus humanis inuenitur voluntarium. 72
Adam non peccante, & Eua peccante, filij non contraxiſſent peccatum originale. 431. & ſequ.
Adam ſi genuiſſet filios ante peccatũ, poſtmodum eo peccante an filij originalem iuſtitiam perderent? 432
Adam ex peccato nõ amiſit aliquod naturale principium. 446
Adam non peccãte, an filii Caim peccantis peccatum cõtraherent originale, diſputatur. ibid.
Adæ peccatum prius infecit potẽtias, quam eſſentiam; originale vero e contrario. 438
Adam in ſtatu innocentię quid bonorũ operum potuerit efficere: Vide, Gratia & homo in ſtatu naturæ integrę.
Adam vtrum fuerit in gratia creatus, vel in rectitudine naturarali. ibid.
Adam & angeli receperunt gratiam ex diſpoſitione liberi arbitrii. 619
Adoptio filiorum triplex, tribus ſtatibus, ſcilicet, ſub lege, ſub gratia, ſub gloria, correſpondens. 559
Adulterium vtrum ad iniuſtitiam pertineat. 383
Adulterium ad fornicationem, & luxuriã comparari põt. ibid.
Adultus an poſſit iuſtificari de potentia Dei abſoluta abſque motu liberi arbitrii. 639
Adultus interdum poteſt cõſequi gloriam ſine proprio merito ex uirtute ſacramentorum. 196
Affectus omnes ex amore naſcuntur. 225
Afflictiones huius uitæ an ſemper ſint peccatorum pœnæ. 459
Agere contra dubium ſpeculatiuum, immo contra ſcientiã, nõ eſt peccatum. 176. & ſeq.
Agere contra propriam opinionem interdũ eſt neceſſariũ. 177
Agere contra ſcrupulum quando liceat. 178
Agere ſecundum opinionem probabilem, relicta probabiliori, licet 178. & ſeq.
Agentia omnia agunt propter finem, licet hoc peculiariter tribuatur creaturæ rationali. 4
Agentia naturalia dupliciter conſiderantur, & vt agunt, & vt trahunt paſſum ad ſe. 206
Agentis naturalis duplex effectus. 215
Alphonſi regis admiranda ſententia de amoris virtute & efficacia. 223
Almaynus definiens libertatem, illam manifeſte adimit. 129
Amantis animus eſt in ſeipſo mortuus, in alio viuus. 224
Amans, quomodo ſit in amato. 225
Amantis animus eſt velut ſpeculum, in quo amati relucet forma. 223
Amans ſeipſum amato tradit ex omni parte. 222
Amantem non redamare valde diſſonum eſt. ibid.
Amantibus commune eſt, ut moleſtiſsime ferant amoris habere conſortem. 228
Amare propter ſe, uel propter aliud, dupliciter contingit. 90
Amare ſeipſum, an referatur ad amorem amicitiæ, vel concupiſcentiæ. 217
Amati ad amantem duplex unio. 215
Amentes & pueri non habent actus liberos. 116
Amentia unde proueniat. 117
Amentes & furioſi nonnũquã bruteſcũt magis quã beſtię. 117
Amentes, pueri, & ſomniãtes, habent aliquos actus intellectus & voluntatis. 116
Amentes, pueri, num teneantur lege naturali. 496
Amicis indigemus in hac uita, non autem in beatitudine. 61
Amicus qũo dimidium animæ dicatur, & alter ipſe. 224
Amicorum omnia ſunt communia. ibid.
Amicitia hominis ad Deum dupliciter conſiderari poteſt. 518
Amicitia quomodo ſilentio & abſentia diſſoluitur. 268
Amicitiæ amor quid ſit, vide verbo, Amor.

Amor.

Amor triplex nobiſcum naſcitur. 21
Amor in genere cauſſæ efficientis eſt cauſſa paſsionum. 215
Amor quid ſit. 213
Amoris nomen vnde deducatur, & eius etymologia. ibi.
Amoris encomium & laus. 212
Amoris & deſiderij differentia. 213
Amor & delectatio differunt. 214
Amor, dilectio, caritas, & amicitia idem non ſunt. 214
Amor eſt aliquid pertinens ad appetitum. 212
Amor præcipue paſsio eſt pertinens ad concupiſcibilem. 217
Amor ſecũdum triplicem appetitum diſtinguitur in naturalẽ, ſenſitiuum, & intellectualem. 207
Amor duplex, & concupiſcentię, & amicitiæ. 37. 217. & ſequ.
Amor concupiſcentiæ ſemper in ſe continet amorem amicitiæ. 217
Amor beatitudinis ut eſt bonum proprium, eſt amor concupiſcentiæ, non amicitię. 324
Amor ſui dupliciter poteſt intelligi. 217
Amor ſui quando laudabilis, uel uituperabilis. ibid.
Amor ſui eſt principium omnis peccati, & primogenitus peccati originalis. 412. 44
Amor proprius ordinatus bonus; inordinatus, malus. 410
Amor reciprocus unde oriatur. 223
Amoris cauſſę. 220
Amoris cauſſa eſt bonum. 216
Amoris prima cauſſa eſt auctor naturæ. 220
Amoris cauſſa eſt pulcrum. 219
Amoris cauſſa eſt cognitio. 220
Amoris cauſſa eſt ſimilitudo. 220. & ſeq.
Amoris vera & certiſsima cauſſa eſt ipſe amor, iuxta illud, Si vis amari, ama. 223

Amoris effectus.

Amoris effectus eſt vnio. 225. & ſeq.
Amoris effectus eſt mutua inhæſio. ibid.
Amoris effectus eſt ecſtaſis. 225. & ſeq.
Amor zelum parit. 226
Amor non eſt paſsio læſiua. 229
Amor eſt cauſſa omnium quæ amans agit. ibid.
Amori tribuuntur quattuor effectus proximi, liquefactio, fruitio, languor, & feruor. 229. & ſeq.
Amor odium parit. 232
Amor eſt fortior odio. ibidem

Amoris proprietates.

Amoris vis, magis eſt vnitiua, quã intellectionis. 223. & ſeq.
Amor, omnium paſsionum animi noſtri fons & origo. 210
Amor omnium cogitationum bonarum & malarum principium & radix. 221. 222.
Amoris, vis re adepta, non ceſſat. 215
Amor non poteſt eſſe conſecutio vltimi finis. 32. & ſeq.
Amor quare terminum non habeat. 220
Amor quare cæcus dicatur. ibidem
Amoris immoderati remedia. 229
Amor rerum diuinarum quomodo in nobis gignatur. 221
Amor excedit nonnumquam cognitionem. 224
Amor eſt virtus unitiua. 225

amor

Amor mutuus unã mortẽ importat, duplicẽ reuiuiſcẽtiã. ibid.
Amor ſolus enaſci poteſt; creſcere uero ſolus non poteſt. ibid.
Amor boni conuenientis, perfectiuus amantis. 228
Amor boni diſconuenientis, amanti læſiuus eſt. ibidem

Angelus.

Angelus in triplici ſtatu conſideratur. 470
Angelus in inſtanti quo peccauit, forſitan habuit errorem in intellectu practico. 96
Angelus in prima operatione quare nõ potuit peccare. 99.100
Angeli an poſſint uenialiter peccare. 470
Angeli indigent habitibus reſpectu aliquorum. 277
In Angelis non poſſunt eſſe peccata carnalia. 370. & ſeq.

Anima.

Anima vtrum beatificet ſe ipſam. 30
Anima rationalis ut ſic, eſt forma hominis. 358
Anima rationalis una eſt altera perfectior. 444
Anima noſtra compatitur corpore patiente. 201
Anima ſeparata ſicut non dependet in eſſe a corpore, ita nec in vſu ſpecierum. 345
Anima noſtra quinque bonorum genera in ſe continet. 445
Anima Chriſti tẽpore Paſsionis, quomodo ſimul habuit ſummum gaudium & triſtitiam. 47.251. & ſeq.
In anima ſeparata an maneant ſcientiæ acquiſitæ. 345. & ſeq.
Animæ Sanctorum ſi non deferant aliquid purgandum ſtatim atq; e corpore emigrãt, vidẽt Deũ, & beatæ ſunt. 56. & ſeq.
Anima ſic ſeipſam non iuſtificat. 640
Animalia quomodo quædam munda, quædam immunda ante legem dicebantur. 540
Animalia quamlibet imperfecta mouentur ex iudicio quodã imperfecto & non ex ſimplici apprehenſione. 98
Animalia quædam, quomodo erant munda ante legem. 540
Antecedens qui uult, ſemper vult conſequens quod inde infertur. 413
D. Antonius multa quæ numquam audierat, ex inſtinctu diuino intelligebat. 351
Appetitus ſenſitiuus & ſenſualitas quomodo differant. 688
Appetitus numquam appetit tamquam vltimum finem ſuam operationem. 34
Appetitus ſenſitiui, & rationalis diſcrimen. 35
Appetitus ſenſitiuus in homine non uerſatur niſi circa bonum delectabile. 35. & 51
Appetitus ſenſitiui, rationalis, & naturalis differentia. 589
Appetitus quomodo tantum eſt finis. 5
Appetitus elicitus, num feratur ſemper in vltimum finem. 15
Appetitus ſenſitiuus an proſequatur ſuas operationes ob delectationes. 50
Appetitus duplex, naturalis & elicitus. 71
Appetitus ſemper ſequitur apprehenſionem boni. 45
Appetitus naturalis quare a natura datus. 36
Appetitus ſenſitiuus ex parte obiecti mouet uoluntatem. 99
Appetitus ſenſitiuus mouet quodammodo voluntatem ex parte obiecti. 100
Appetitus ſenſitiui brutorum, & voluntatis conuenientia, & differentia. 131
Appetitus ſenſitiuus nobilius obedit rationi quam membra externa. 150
Appetitus & per modum fugæ, & per modum proſecutionis intelligi poteſt. 254
Appetitus delectationis maior eſt, quam fuga triſtitiæ. 250
Appetitus ſenſitiuus ſuapte natura ad bonum inclinat. 421
Appetitus ſenſitiuus vtrum habeat libertatem ſibi propriam. 388. & ſeq.
Appetitus ſenſitiuus habet libertatem participatam. 388
Appetitus ſenſitiuus nõ eſt capax peccati niſi prout a uoluntate mouetur. 389. & ſeq.
Appetitus ſenſitiui motus quando ſunt peccata mortalia, quãdo venialia. 690
Appetitus ſenſitiuus poſt lapſum non intenſius fertur in bonũ ſenſibile, quam ſi in puris naturalibus fuiſſet conditus. 447
Appetitus ſenſitiuus eſt capax habitus vitij & virtutis. 276
Appetibile propter ſe in genere naturæ, & in genere moris. 50
In appetitione rerum duplex ordo ſeruari poteſt. 50
Applicatio diuerſa agentis diuerſum operandi modum conſtituit. 48
Apprehenſio boni non eſt tantum conditio requiſita, ſed ratio etiam obiectiua ut moueat appetitum. 6
Apprehenſio rationis duplex. 5
Apprehenſio diuerſa quando cauſſat appetitiones ſpecie diuerſas. 6
An apprehenſio ſola non ſufficiat ad mouendam voluntatem, ſed requiratur iudicium. 101. & ſeq.
Approximatio agentis ad paſſum non eſt ratio agendi, ſed cõditio. 236
Aptitudo naturalis ad gratiam an ſit in nobis. 326
Ariſtotelis notabilis ſententia de beatitudine. 24
Ariſtotelis placita de beatitudine ſatis conſonant rectę rationi, & ſacris litteris. 43
Ariſtoteles plurimum tribuit bonis fortunæ. 61
Ariſtotelis ſententia circa bonorum diuiſionem. 62
Ars habet rationem virtutis ſecundum quid. 305
Ars quomodo ſemper dicat verum. 309
Ars mentiendi uirtus intellectualis eſt. 305. & ſeq.
Ars ad quam pertinet finis, mouet ſuo imperio artem ad quam pertinet id quod eſt ad finem. 96
Aſtrologi etiam in prædicendis naturalibus effectibus ſæpenumero decipiuntur. 108
Aſtrologi quos poſſunt effectus cognoſcere. 108. & ſeq.
Aſtrologorum impietas circa futura contingentia, circa cogitationes cordiũ, & multo magis circa myſteria gratiæ cognoſcenda refellitur. 109
Aſtrologi declarãtes peccata occulta, peccant mortaliter. 109
Aſtrologi condemnantur a ſanctis Patribus. 110
Aſtrologiæ iudiciarię genus duplex diſtinguitur a quibuſdam, verum, & fictitium. 111
Aſtrologi quare vt in plurimum vera prę nuntient. 111
Attritio quæ cum ſacramento ad iuſtitiam ſufficit, ſupernaturalis eſt. 596
Auaritia de ſe nata eſt nutrire omnigena peccata. 441
Auaritia qua ratione vitium capitale dicitur. 442
Audacia contrariatur timori. 264
Audacia conſequitur ſpem. 265
Audaciæ cauſſæ quę ſint. ibid.
Audacię obiectum quomodo ſit malum. 264
Audaces vt in plurimum ſunt promtiores in principio quam in fine. 265
Audacię definitio. ibid.
Audacia duplicem habet ſignificationem. ibid.
Audacia differt ab audentia. 265
Auerſio a Deo per affectum eſt. 365
Auerſio eſt de ratione peccati. 369
Auerſio una magis elongatur a Deo quam alia. 378
Auerſio an in omnibus peccatis mortalibus ſit ęqualis. 378
Auctor naturę eſt prima cauſſa amoris. 219
Auxilium Dei ſupernaturale neceſſarium eſt omnino ad credẽdum, ſperandum, & amandum vt oportet. 321.322
Auxilium diuinum ſpeciale eſt neceſſarium ad ſingulos actus amandi, credendi &c. 321
Auxilium generale, & ſpeciale quid ſit. 579
Auxilium ſupernaturale neceſſariũ ad implenda aliqua ſupernaturalia pręcepta, quantum ad ſubſtantiam operis, etiamſi abſit gratia iuſtificans. 600
Auxilium diuinę gratię ſufficiens ad ſalutem nemini hominũ denegat Deus. 607
Quid ſit auxilium ſufficiens diuinę gratię. 607
Auxilium ſufficiens ſi ſit ęquale in duobus hominibus, utrum poſſit eſſe ut vnus pereat, & alter ſalutem conſequatur. 608
Auxilium efficax quo homo efficaciter cõuertitur & ſaluatur non vniuerſis hominibus confert Deus. 658

B

Baptiſmus ante paſsionem Chriſti an fuerit ſub præcepto, an vero ſub conſilio tantum. 541.& ſeq.
Baptiſmus a morte Chriſti non fuit ſub conſilio, ſed ſub præcepto. 555
Baptizatus perueniẽs ad vſum rationis, quomodo diligit Deũ 585.
Beatitudinis ratio formalis & eſſentia varie explicatur a diuerſis. 53
Beatitudo in Dei viſione conſiſtit, eſtque eſſentialiter actus intellectus: quod cõi ſacrarũ litterarũ, & Sanctorũ auctoritate, & philoſophorũ cõmuni cõcordia oſtenditur. 35.36.51
Beatitudo eſt conſecutio vltimi finis. 36
Beatitudo quomodo ſolidum gaudium & uerum. 37
Beatitudo quomodo fruitio dici poſsit. 38
Ad beatitudinem tria concurrunt, viſio, comprehenſio, & delectatio. 52
Beatitudo ſine comprehenſione eſſe non poteſt. 52
Beati ex natura beatitudinis ſunt impeccabiles. 53.54
Beatitudo quid ſignificat. 18
Beatitudo in ſacris litteris varijs nominibus exprimitur. 18
Beatitudinis definitio. 18
Beatitudo in diuitijs ſita eſſe non poteſt. 19
Beatitudo in honoribus non conſiſtit. 21
Beatitudo in gloria humana non conſiſtit. 21
Beatitudo in poteſtate humana non conſiſtit. 22
Beatitudo non eſt in aliquo corporis bono. 22
Beatitudo neque in uoluptate corporis, neque in uoluptate animi conſiſtit. 22
Beatitudo quomodo non ſit in aliquo bono animæ. 23
Beatitudo non conſiſtit in aliquo bono creato. 23
Beatitudo in puris naturalibus qualis eſſet. 24
Beatitudo ut eſt aliqđ creatũ in homine exſiſtẽs eſt operatio 25
Beatitudo multis modis dicitur. 25
Beatitudo non conſiſtit in illapſu diuino perficiente eſſentiam, ut exiſtimabat Henricus. 27
Beatitudo non in habitu ſed in actu conſiſtit. 26
Beatitudo non eſt in ſenſus operatione. 31
Beatitudo magis eſt operatio intellectus ſpeculatiui, quam practici. 38
Beatitudo in hoc iudicio præcipue conſiſtit; Quã bonus Iſrael Deus his qui recto ſunt corde. 38
Beatitudo hominis imperfecta qualis in hac vita haberi poteſt, in conſideratione ſcientiarum ſpeculatiuarum ſita eſt, non tamen perfecta. 40
Beatitudo imperfecta in conſideratione ſubſtantiarum ſeparatarum conſiſtit, non tamen perfecta. 40
Beatitudo imperfecta in actiuam & contemplatiuam diuiditur. 40
Beati indigent dono ſupernaturali ex parte voluntatis ad amãdum Deum. 58
Beatitudinis deſideriũ omnibus intrinſecũ & naturale. 17
Beatitudo formalis non poteſt eſſe aliquid increatum. 25
Beatitudo quomodo ſit gratia conſumata. 28
Beatitudo in actu præſtantiſsimo in genere natura conſiſtit. 39
Beatitudo ſine delectatione imperfecta eſt. 51
Beati videntes Deum in perpetuũ & neceſſario vident, amãt & delectantur. 47
Ad beatitudinem requiritur rectitudo voluntatis. 51
Ad beatitudinem perfectam non requiritur corpus, quamuis requiratur ad beatitudinis perfectionem. 53
Beatitudo poſt corporum reſurrectionem non erit maior intenſiue. 60
In beatitudine omne deſiderium expleri quomodo intelligatur. 60
Beatitudo hominis perfecta exigit bonam corporis diſpoſitionem antecedenter & conſequenter. 60
Beatitudo huius vitæ bona poſtulat exteriora; non autem futuræ vitæ beatitudo. 62
Beatitudo quomodo exigat amicorum ſocietatem. 63
Beati de parentum & amicorum ſupplicio & miſeria non triſtantur, & quare. 64
Beatitudo ab homine obtineri poteſt. 64
Beatitudo quod ſit in clara Dei viſione, ſola diuina reuelatione conſtat. 65
Beatitudo eſſentialis non eſt æqualis in omnibus, licet ſit idem obiectum beatificans. 65
Beatitudinis inæqualitas in quo conſiſtat, & penes quid penſetur. 66
Beatitudo imperfecta in hac vita haberi poteſt; perfecta vero minime. 66
Beatitudo imperfecta amiſsibilis eſt; perfecta vero minime. 67
Beatitudo perfecta non compatitur errorẽ, neque opinionẽ in intellectu. 68
Beatitudo imperfecta quæ in hac vita haberi poteſt, per facultatem naturalem obtineri poteſt; non autem beatitudo perfecta quæ in clara Dei viſione ſita eſt. 68
Beatitudo huius vitę duplex, practica & ſpeculatiua 68
Beatitudo eſſentialiter eſt actus intellectus, & non voluntatis. 33.& ſequ. latiſsime.
Beatitudo perfecta per actionẽ ſuperioris creaturę comparari non poteſt. 68
Ad beatitudinem requiruntur bona opera. 68
Beatitudo in communi ab omnibus appetitur. 69.70
Beatitudo dupliciter conſideratur. 71
Beatitudo in particulari non neceſsitat voluntatem. 71
Beati nullum habent faſtidium ex perpetua Dei viſione. 246
Beatitudo an in delectatione conſiſtat. 210
In beatitudine tria concurrunt; videre Deum, amare, & immenſa lætitia animi frui. 38
Beatitudinis elogium & laudatio ex D. Thoma. 262
Beati timorem filialem habent in patria. 262
Beati an neceſſario delectentur. 47
Beati verum errare poſsint. 67
Beatitudinum doctrina præcipua eſt & maxima pars legis Euãgelicæ. 355
Beatitudines enumerantur. ibidem
Beatitudines Euangelicæ nõ in habitu, ſed in actu cõſiſtũt. 357
Beatitudines an a donis & virtutibus diſtinguantur. 358
Beatitudines vnde dicantur. ibidem
Beatitudines an ſint præceptę ex doctrina Chriſti non plane colligitur. 355
Beata virgo peccatum veniale non habuit. 599
Beneficium inſigne Dei quod noſtra opera exigantur ad beatitudinem. 69
Bigamus non eſt irregularis propter pęnam, ſed propter ſignificationem. 512
Duplex bonitas in virtute conſideratur. 35
Bonitas aut malitia quæ ſumitur ex obiecto, non eſt formaliter in obiecto, ſed in actione. 156
Bonitas voluntatis ex obiecto dependet. 168
Bonitas voluntatis per ſe ex ſolo obiecto dependet. 169.170
Bonitas voluntatis a ratione dependet. 171
Bonitas voluntatis dependet ex lege ęterna. 172
Bonitas voluntatis dependet ex intentione finis, quando intentio finis præcedit electionem, & eſt cauſſa illius. 175
Bonitas finis ut in plurimum minuit de mala electione. 176
Bonitas voluntatis dependet ex conformitate ad voluntatem diuinam. 176
Bonitas vel malitia actus exterioris quid ſit. 187
Bonitas in actu exercito ſubiectatur in voluntate. 187
Bonitas ex obiecto & natura ſua prius eſt in actu exteriori quã in interiori. 187
Bonitas quæ eſt ex fine, tota dependet ex uoluntate. 187
Bonitas actus exterioris quæ eſt ex obiecto & circumſtantijs, dependet a ratione. 187
Bonitas moralis non eſt relatio, ſed abſoluta perfectio. 172
Bonitas virtutis non in ordine ad actum, ſed ex recta diſpoſitione in ordine ad naturam præcipue attenditur. 357
Bonitas quomodo ſequatur virtutis eſſentiam. 357

Bonitas & malitia moralis duplex. 387
Bonorum diuiſiones variȩ referuntur & explicantur. 62
Bonum honeſtum ſolum eſt expetibile per ſe in genere moris. 35.52.
Bonum in communi quare in uia non neceſſitat uoluntatem quantum ad exercitium. 71
Bonum eſt quod omnia appetunt. 4
Bonum & finis ſunt idem. 3
Bonum eē diffuſiuum ſui quomodo intelligatur. 11
Bonum in communi neceſſitat voluntatem, quantum ad ſpecificationem; non quantum ad exercitium. 121
Bonum eſſe in rebus quomodo intelligatur. 94
Bonum apprehenſum dupliciter comparatur ad uoluntatē. 97
Bonum hominis eſt ſecundum rationem. 158
Bonum ex integra cauſſa conſurgit. 268
Bonum & malum ſunt differentiæ actuum humanorum in genere moris non in genere naturȩ. 269
Bonum eſt amoris cauſſa. 219
Bonum efficienter cauſſat amorem. 219
Bonum ut ſic, licet poſſit non amari, non tamen poteſt odio haberi. 232
Bonum futurum an ſit de ratione ſpei. 256
Bonum commune conſiderandum a legiſlatore. 508
Bonum ſub ratione conuenientis cauſſat delectationem. 144
Bonū duplex eſſe poteſt, ſcilicet morale & meritoriū. 577.600
Bonū morale an poſſit iuſtus operari ſine ſpeciali auxilio Dei 601.
Bruta operantur propter finem; aliter tamen quam homo. 7
Bruta non ſe mouent in finem. 8
Bruta proprie non operantur ob delectationem. 51
Bruta non cognoſcūt futura ut ſic, licet habeant paſſionē ſpei. 257. & ſequentibus.

C

Caietani explicatio duplex de dilectione Dei ſuper omnia impugnatur. 580.581
Canonici ſi ſacris non interſint, licet teneantur perſoluere mulctam, non ſubinde peccant. 512
Capitale uitium quod ſit. 442
Carentia regulæ rationis, & legis diuinæ pura negatio eſt: quā habet uoluntas quia eſt condita ex nihilo. 397
Caſus, in quibus inferior diſpenſare valeat in legibus ſuperioris. 20
Cauſſarum aliȩ ſunt per ſe ordinatȩ, aliæ eſſentialiter ordinatæ. 9
Cauſſa an vitanda ſit, quando actus eſt volitus in illa. 393. & ſequentibus.
In cauſſis eſſentialiter ordinatis non eſt proceſſus in infinitum. 9
Cauſſa bonȩ vel malæ fortunȩ. 105
Cauſſa efficiēs ſēper ē melior effectu, & quō intelligatur. 358
Cauſſa ſpei quæ ſit. 258
Cauſſa neceſſaria ad diſpenſationem quæ ſit. 520
Cauſſa mali moralis non eſt extra voluntatem, vt dicebant Manichæi. 367
De cā mali moralis diſputatio cū Manichæis. 683. & ſequētib.
Homo an cauſſet ſuam gratiam cū ſe ad illam diſponit. 1087 & ſequentibus.
Cauſſa gratiæ an homo dici poſſit. 617
Cauſſa principalis gratiæ effectiua, aūt virtutum ſupernaturalium nequeunt eſſe angelus, aut homo. 331
Cauſſa principalis quæ ſit? ibidem
Cauſſæ inſtrumentariæ gratiæ quæ ſint. 617
Cauſſȩ quæ hominē ad peccandū inclināt in natura lapſa. 597
Cȩremonia quare ſic dicatur, & quid ſit? 536
Cȩremonialia dicuntur quæ ad cultum Dei pertinent, immediate, ſeu præparatiue. 536
Ceremoniæ veteris legis non iuſtificabant. 537
Cȩrtitudo non ſemper ſumitur pro certitudine infallibili. 615
Character ſacramentalis non eſt habitus, ſed potentia. 274

Caritas.

Caritas dupliciter conſideratur, & vt natura, & vt libera. 49
Caritas non indiget directore. 345
Caritas multoties refert virtutes humanas in finem ſuum, remote tamen, & cum magna difficultate. 340
Caritas an præſtantior ſit ceteris virtutibus Theologicis, oſtenditur 343. & ſeq.
Caritas non poteſt eſſe ſine fide, & ſpe. 344
Caritas in patria quare requiratur. 41
Caritas quomodo ſit fidei, ceterarumque virtutū forma. 328
Caritas ſine aliis virtutibus eſſe non poteſt. 349
Caritati tribuuntur aliarum virtutum opera. 339
Caritas, an ſit mutua amicitia inter nos & Deum 340
Caritas, onera leuia facit. 504
Caritatis ordo in via & in patria non eſt idem. 32
Caritas viæ & patriæ, an ſint eiuſdem ſpeciei. 349
Caritatis viæ & patriæ diſcrimen. 66
Chriſtiani an regendi ſint iudicialibus præceptis Moſaicis. 549
Chriſtianus certo & infallibiliter cognoſcit ſe habere fidem ſupernaturalem, & ſeq. 100.614.

Chriſtus.

Chriſtus Dominus fuit beatus ſine operatione meritoria præcedente. 69
Chriſtus Dominus tēpore paſſionis quomodo habuit ſummū gaudium & triſtitiam. 206
Chriſtus legiſlator, cui obediendum. 476
Chriſtus Dominus habuit proprias paſſiones appetitus. 314
Chriſtus quare dicatur pater futuri ſȩculi. 41
Chriſtus per quæ opera meruit. 56
Chriſtus qualiter ſit cauſſæ gratiæ. 617
Chriſtus aliter eſt cauſſa gratiæ quam Deus. 621
Chriſtus ſecundum quod homo non eſt cauſſa efficiens principalis noſtrȩ gratiæ. 330
Chriſtus non habuit fomitem. 388
Chriſtus non habuit actus indeliberatos. ibidem
Chriſtus originale peccatum non contraxit eo quod virili ſemine non fuit conceptus. 431
Chriſtus non fuit cauſſa efficiens gratiæ collatæ patribus antiquis, ſed finalis. 572
Circumciſio ante legem inſtituta. 539
Circumciſionis præceptum quando extinctum ſit. 543
Circumciſio non habet vim iuſtificandi. 541
Circumciſio an tantum ſub conſilio perſeuerauerit poſt baptiſmi inſtitutionem 543. & ſequentib.
Circumciſio apud Indos qualiter toleratur. 548
Circumciſio non pertinet ad legem. 527

Circumſtantia.

Circumſtantia quid? 89
Circumſtantiarum diuiſio. 89.157
Circumſtantia non confert ſubſtantialem ſpeciem. 90
circumſtantiarum conſideratio pertinet ad Theologum 89. & ſequentibus.
Circumſtantiarum numerus & earum explicatio. 89
Circumſtantiæ potiſſimæ quȩ ſint. 89
Circumſtantiæ mutantes ſpeciem non ſunt obiectum. 157
Circumſtantiæ quomodo mutant ſpeciem 168
Circumſtantia finis, etiam reſpectu actus interioris, habet rationem circunſtantiæ. 157.158
Circumſtantia illa tribuit ſpeciem actui humano quæ reſpicit peculiarem ordinem rationis. 167.168
Circumſtantiæ quando mutant ſpeciem. 168
Circumſtantia temporis ſi deſit, quando vitiat actum, & quando non. 360
Circumſtantia dupliciter eſt volita 376
Circumſtantia quando confert ſpeciem. ibidem
Circūſtātiæ generales omni pctō nouā ſpeciē nō cōferūt 376

Circumſtantia temporis. 378
Circumſtantiæ gulæ. 377
Circumſtantiæ non mutantes ſpeciē ſæpenumero confitendæ ſunt. 373
Ciuitas conſtituta eſt propter ſufficientiam,& ip bene viuendi gratia conſiſtit. 488
Clerici nō reſidentes,reſtituere tenētur fructus perceptos ante iudicis ſententiam. 514
Clericus,habens plura beneficia curata,priuatus eſt omnibus ſuis beneficijs abſque ſententia iudicis. ibidem
Clerici an teneantur legibus ciuilibus. 516
Coactio in creaturis intelligi poteſt, etiam reſpectu actionis Dei. 78
Cogitatio nonnumquam habet rationem vltimi operis;aliquādo vero ad opus deſtinatur. 142

Cognitio.

Cognitionis & humanæ & diuinæ diſcrimen. 12
Cognitio hominum in hac vita eſt imperfecta, & vt in plurimum varijs erroribus & diſſentionibus admixta. 40
Cognitio quattuor expoſtulat. 68
Cognitio vniuerſa quattuor principijs regitur, & gubernatur. 200
Cognitio cauſſat delectationem. 246
Cognitio eſt amoris cauſſa. 221
Cognitio eſt cauſſa per ſe amoris. 222
Cognoſcere Deum nequit haberi in primo inſtanti vſus rationis,ex facultate naturæ. 470
Cōmiſſio & omiſſio oppoſitæ virtutis non differunt ſpecie in genere moris.375.& ſeq.
Comparatio in diuerſo genere dupliciter intelligitur. 14
Complexio naturalis,quomodo ſit cauſſa morum. 189
Comprehenſio cuius potentiæ ſit. 52
Comprehenſio beatifica quid. 52
Comprehenſio eſt intellectus,& idē cum viſione beatifica. 52
Comprehenſio correſpondet ſpei. 52
Comprehenſionis variæ ſignificationes. 52
Cōcilij Tridētini cēſura circa libros aſtrologiæ iudiciariæ. 106

Concupiſcentia.

Concupiſcentia quid. 83
Concupiſcentia duplex,antecedens & conſequens. 84
Concupiſcentia proprie eſt in appetitu ſenſitiuo. 236
Concupiſcentia eſt paſſio ſpecialis. 236
Concupiſcentia diuiditur in naturalem,& non naturalē. 236
Concupiſcentia quomodo ſit infinita. 236
Concupiſcentia differt ab amore,& delectatione. 235
Concupiſcentiæ nomine quid intelligatur. 235
Concupiſcentiæ diſtributio. 236
Concupiſcentia quare dicatur peccatum. 153
Concupiſcentiæ naturalis,& cōcupiſcentiæ rationalis obiectū diſtinguitur. 238
Concupiſcentiam naturalem eſſe finitā quō intelligatur. 236
Concupiſcentiæ non conſentire nō imputatur ad peccatū 391
Concupiſcentia obiecti prohibiti de ſe eſt mala. 389
Concupiſcentia humanarum rerum,peccatorum præcipuus fons. 412
Concupiſcentia qualiter apelletur ab Apoſtolo peccatum. 433
Concupiſcentia auget voluntarium. 84
Concupiſcibilis eſt prior origine & dignitate iraſcibili. 211
Confeſſi,ſcilicet qui ex Iudæis originem ducunt,an optime ab Eccleſiis, & Monaſteriis, ſeu collegijs excludantur. 551. & ſequentibus.
Conformari diuinę voluntati in volito formali quid ſit. 183
Conformari diuinę voluntati in volito materiali quid ſit. 184
Confiteri tenetur vnuſquiſque explicite,cognoſcens habuiſſe præceptum referendi ſe in Deum,in primo inſtanti vſus rationis, tamquam de re dubia. 474
Congruentia operis diſponentis ad iuſtificationem nō fundat rationem iuſtitiæ. 595

Conſcientia.

Conſcientia quid ſit, 176
Conſcientia erronea quid ſit. 175
Conſcientia erronea obligat. 175. 176.& ſeq.
Conſcientia erronea per accidens, & ex ignorantia inuincibili excuſat;ſecus vero ſi ignorantia ſit vincibilis. 178
Conſcientiæ diuiſio. 174
Conſcientia recta quid ſit. ibidem
Conſcientia dubia quid ſit. ibidem
Conſcientia ſcrupuloſa quid. ibidem
Conſcientia erronea obligat virtute præcepti diuini. 176
Conſcientia erronea ex errore culpabili reddit hominem perplexum. 176
Conſcientia erronea plus obligat quā præceptum prælati. 177

Conſenſus.

Conſenſus eſt actus appetitiuæ potentiæ. 141
Conſecutio quomodo cauſſet delectationem. 246
Conſenſus non proprie reperitur in brutis. 142
Conſenſus in amentibus non eſt. ibidem
Conſenſus proprie non eſt de fine, ſed de his quæ ſunt ad finem. ibidem
Conſenſus & electio differunt. ibidem
Conſenſus in actum pertinet ad rationem ſuperiorem. 143
Conſenſus in peccatum mortale ſemper pertinet ad rationem ſuperiorem,ſaltem negatiue ſeu imputatiue. 142
Conſenſus in delectationem cogitationis pertinet ad rationē inferiorem. 143
Conſenſus in concupiſcentiis carnis quando cognoſcitur. 394
Conſenſus in opus, & in delectationem, vtrum ad idem pertineat. 394

Conſilium.

Conſilij ſignificationes. 138
Conſilium quid ſit. ibidem
Conſilium non eſt de fine,ſed de his quæ ſunt ad finem. 139
Conſilium non eſt de his quæ a nobis aguntur. ibidem
Conſilium non eſt impoſſibilium. ibidem
Conſilium, vt in plurimum,tantū verſatur circa vtilia. ibidem
Conſilium tantum eſt de his quæ in dubium veniunt. 140
Conſilium procedit ordine reſolutorio. 141
Conſilium,neque ex parte principij,neque ex parte finis procedit in infinitum. ibidem.
Conſilium Euangelicum quid. 563
Conſilium Euangelicæ paupertatis. ibidem
Conſilium obedientiæ, vbi & quomodo proponatur in diuina lege. 564
Conſilia Euangelica de quibus dantur expoſitiones. 564
Conſilia Euangelica quot. 563
Conſilia virginitatis, & continentiæ quibus ſcripturis data ſint. ibidem
Conſilia perfectioris vitæ an in lege veteri proponerētur. 564
Conſtitutiones quæ non obligant ad culpam, non ſunt veræ leges. 510
Conſuetudo; vt ſit fida legum interpres,quid requirat. 518
Conſuetudo quando incipiat vim legis habere. 519
Conſuetudo quando vim legis obtineat,declaratur. ibidem
Conſuetudo quid. ibidem
Conſultatio non eſt de fine vltimo,ſed bene de alijs. 74
Conſulere peccatum eſt intrinſece malum. 140
Conſulere peccatum pertinet ad ſpeciem ſcandali. ibidem
Conſulere minus malum ad cauendum maius,licitum eſt.142 & ſequentibus.
Contemnere legem intra limites legis leuis, & non magni momenti,peccatum veniale ſolum eſt. 508
Continuatio actuum in certo tempore ad ſalutem neceſſaria periculoſe aſſeritur. 81
Continentia quare ponatur in voluntate. 300
Contractus ex metu celebratus inualidatur. 83

Contrarietas dupliciter poteſt contingere. 306
Contrarietas in mutationibus dupliciter contingit. 157
Contraria quæ ſimul eſſe repugnant. 81
Contraria in gradibus ſummis eſſe,nequeunt in eodē ſubiecto pro ſe;bene autem per accidens 206
Controuerſia magna de tempore, quo præceptū circumciſionis extinctum eſt. 543
Conuerſio ad bonū commutabile eſt de eſſentia peccati cōmiſſionis'. 369
Cōuertere ſe in Deum an teneatur homo, cum primum peruenit ad vſum rationis 471
Cooperari peccato alterius an liceat. 491. & ſeq.
Cor durum quid ſit. 422
Corpora beatorum quomodo dicuntur impasſibilia. 33
Corpora cæleſtia dupliciter mouent voluntatem ex parte obiecti. 106
Corpora non poſſunt agere ſecundū propriam virtutē in ſpiritum. 106
Corpora cęleſtia nō cauſſant neceſſario quemlibet motū, etiā corporeum, in his inferioribus. 107
Creatura omnis, quamuis habeat omnem ſcientiam,peccare poteſt. 30
Creatura omnis prudentisſima, peccare poteſt. 309
Creatura nulla ſuapte natura impeccabilis eſt. 397
Corpus poteſt agere in ſpiritum, & quomodo. 31
Corporalis potentia non poteſt eleuari extra latitudinem ſui obiecti. 32
Credere eſt actus a voluntate dependens. 571
Credere vniuerſā fidē Chriſti aſſenſu Chriſtiano nemo poteſt abſque auxilio gratiæ diuinæ. & contrarium eſt error Pelagij. 572
Credere tenemur plura explicite in noua lege,quam tenerētur antiqui. 563
Credere quid teneatur homo, dum iuſtificatur. 640
Credere certo & infallibiliter ſe conſecuturum ſalutem,Lutheranorum eſt; ſperare autem ſe illam certo adepturum,Catholicorum. 625
Culpa præcedens, quomodo dicitur cauſſa meritoria excæcationis & indurationis. 422
Culpa,an ſit timoris obiectum. 261
Cupidinis & Anterotis fabula explicatur. 225
Cupiditas quid ſit. 234
Cupiditates hominum variæ & diuerſæ referuntur. 236
Cupiditas duplici ex cauſſa eſt radix omnium malorum. 441
Cupido quare Deus amoris nuncupetur. 211

D

Damnati in inferno volunt beatitudinem. 72
Damnati quomodo deſiderant non eſſe. 233
Damnatorum triſtitia an ſit ſummum malum. 255
Dans operam rei illicitę,an excuſetur ab aliqua circumſtantia mala ignorata. 406
Decalogus quid ſit. 531
Decalogi præcepta. ibidem
In Decalogo quomodo ſint. 10. verba cū ſint plura quam. 50 declaratur. 533
Decimarum ſolutio quid in veteri lege ſignificabat. 487
Decimæ non ſunt de iure diuino in noua lege, vt canoniſtæ exiſtimant. 487
Defectus a regula duplex. 368
Deformitas quænam ſit eſſentialior peccato, poſitiua, an priuatiua. 369
Deformitas quæ eſt in peccato ex actu peccati,nō neceſſario ſequitur. 420.421
Deformitatis quæ eſt in peccato Deus non eſt cauſſa, licet ſit cauſſa actus peccati. 420

Delectatio.

Delectatio quid ſit. 47.237
Delectatio non per ſe appetitur. 36
Delectatio operationem conſequitur. 36.242
Delectabile bonum ex diuerſitate actus cauſſat diuerſas paſſiones. 105
Delectatio & voluptas quomodo per ſe exſpectabiles. 38
Delectatio eſt inſtituta natura propter operationem. 51
Delectatio terminat appetitum brutorum,& actum appetitus ſenſitiui. 51
Delectatio correſpondet caritati. 52
Delectatio requiritur ab beatitudinem. 47
Delectatio & gaudium in uoluntate idem ſunt. 47
Delectatio eſt beatitudini naturalis & propria pasſio. 47
Delectatio & uoluptas in genere naturæ ē pp ſe expetibilis. 51
Delectatio & fruitio beatorum poſt corporum reſurrectionē eſt intenſior. 81
Delectationis definitio. 139
Delectatio pasſio eſt. 237
Delectatio per ſe nō ſit in tempore; bene tñ per accidens. 237.
Delectatio differt a gaudio. 238.241
Delectatio aliqua eſt in appetitu ſenſitiuo. 238
Delectatio poteſt eſſe delectationi contraria. 240
Delectatio uoluntatis cauſſatur a uoluntate. ibidem
Delectatio proprie non eſt velle. ibidem
Delectatio & triſtitia eſt a voluntate vt natura. 240
Delectatio & triſtitia voluntatis,proprie lōquendo nō ſunt paſſiones. ibidem
Delectatio ſenſus eſt malorum eſca. ibidem
Delectatio dilatat cor. 242
Delectatio perficit operationem. 243
Delectatio ſpiritualis perfecta non generat faſtidium. 244
Delectatio,& bona,& mala eſſe poteſt. 247
Delectatio aliqua poteſt dici optimū inter bona humana. 247
Delectatio voluntatis eſt regula boni & mali moralis. 247
Delectatio de cogitato actu licito an ſit peccatum. 247.
Delectatio in actus excuſatus per ignorantiam inuincibilem,an ſit licita. ibidem
Delectatio adulterij,& fornicationis, ſi non eſſent lege prohibita,an eſſet peccatum. ibidem
Delectatio & triſtitia reſpectu eiuſdem opponuntur non, autē reſpectu diuerſorum. 249
Delectatio & triſtitia quomodo ſimul in anima Chriſti, cōpatiebantur. 249
Delectatio de malo obiecto ſine aduertētia peccatū nō eſt. 391
Delectatio quando cum aduertentia, & quæ aduertētia ad peccatum ſufficiat. 391.& ſequentibus
Delectatio de actu futuro coniugij in illo qui ſperat ſe habiturum vxorem,an ſit peccatum. 393
Delectatio in opere conditionaliter. v.g. ſi eſſet vxor an ſit peccatum mortale. 395
Delectatio de tactibus & aſpectibus quando ſit peccatū. 395
Delectatio in opere,& in modo operandi differt maxime. 395
Delectationis corporalis præſtantia circa quid attenditur. 240
Delectationis conditiones. 240
Delectationis ſubiectum eſt appetitus. 24
Delectationis appetitus ſenſitiui & rationalis diſcrimen. 240
Delectationis cauſſa eſt motus. 240
Delectationis cauſſæ ſunt ſpes & memoria. ibidem
Delectationis cauſſa per accidens poteſt eſſe triſtitia. 240
Delectationis cauſſæ ſunt actiones aliorum. 240
Delectationis cauſſa eſt ſimilitudo. 241
Delectationis cauſſa eſt admiratio. 341
Delectationis perfectæ finis & origo Deus eſt. ibidem
Delectationis appetitus fortior eſt quam fuga triſtitiæ. ibidem
Delectationes intelligibiles ſunt maiores ſenſibilibus. ibidem
Delectationes corporales quo ad nos ſunt magis vehementes quam ſpirituales. ibidem
Delectationes naturales, & non naturales penes quid attenduntur. ibidem
Delectationes ſpirituales contrarium producunt effectum atq; ſenſuales. 245
Delectationes corporeæ cauſſant ſitim & deſiderium. 245
Delectationes corporales impediunt vſum rationis. ibidem

Dæmon induit fraudulenter multorum perſonam. 201
Dæmonis impulſus triplex. 202
Dæmones in aſſumtis corporibus cum mulieribus coire poſſunt. 370
Dæmones quare non poſſint bene operari. 444
Dęmones habent remorſum conſcientiæ. ibidem
Dęmonum credulitas. 573
Deſiderare quod licet, licet ſubinde procurare. 388
Deſiderium naturale diuiditur ab Scoto, & Magiſtro Soto. 44
Deſiderium efficax videndi Deum ex viribus naturæ eſſe non poteſt, etiam ſi ex parte intellectus cognitio præcedat ſupernaturalis. 45
Deſiderium non eſſendi quomodo intelligatur. 231
Deſiderium in vita beata quomodo ſaturetur. 59
Deſiderium propriæ conſeruationis. 247
Deſiderium gubernandi, & dominandi. 246
Deſiderium perfruendi delectationibus. ibidem

Deus.

Deus neque interiori, neque exteriori ſenſu percipi poteſt. 31
Deus ſe ſolo intellectionem in nobis producere non poteſt. 30
Quidquid Deus poteſt cum cauſſa ſecunda, poteſt ſe ſolo, quomodo intelligatur. 30
Deus operatur propter finem. 8
Deus eſt, qui ſumme diligitur a beatis amore amicitiæ & concupiſcentiæ. 23
Deus proprie nulli debet. 613. & ſequentibus
Deus neminem deſerit, niſi prius deſeratur. 603
Deus attemperat ſe creaturis in modo cauſſandi. 49
Deus quomodo beatorum voluntates neceſſitat ad amorem & delectationem. ibidem
Deus concurrit cum cauſis ſecundis ad modum earum, cum cauſis neceſſarijs, neceſſario, cum liberis, libere. 110
Deus ſolus mouet noſtram voluntatem quantum ad exercitiū tamquam agens extrinſecum. 111. 112
Deus amat omnia & amore amicitiæ, & amore concupiſcentiæ eminenter. 218
Deus clare cognitus non poteſt odio haberi. 233
Deus non poteſt eſſe immediatum timoris obiectum. 260
Deus neminem proprie odio habet. 268
Deus quomodo poſſit immediate odio haberi. ibidem
Deus eſt finis creaturæ rationalis dupliciter. 368
Deus an ſit cauſſa peccati. 420. 421
Deus principale agens, cuius virtute cetera operantur. 420
Dei cauſſalitas omnes ſydereos aſpectus & naturæ ordinem ſuperat. 109
Deo coniungimus duobus modis. 28
In Deo ſunt aliqua formaliter, aliqua eminenter. 65
Quod contrariatur Deo vt eſt finis naturalis, contrariatur etiam vt eſt finis ſupernaturalis; non e diuerſo. 368
Deum videntes impoſſibile eſt peccare poſſe. 55
Deum clare viſum eſſe finem noſtrum naturalem probabiliter aſſeritur. 43
Deum clare viſum eſſe finem ſupernaturalem probabilius aſſeritur. ibidem
Deum non prohibere opera intrinſece mala, implicat contradictionem. 115
Deum citra condignum punire quomodo intelligatur. 234
Deum non poſſe peccare, Scriptura docet. 418. ratio naturalis ibidem.
Diabolus calumniator ſeu accuſator dicitur. 423
Diabolus quare Sathanas vocatur. ibidem
Diabolus libere tentat & inducit ad malum. 423. & quomodo tentet. 424
Diabolus ad peccandum neceſſitare non poteſt. 423

Dilectio Dei.

Qui diligit Deum vt obiectū naturale ſuper omnia ex naturæ viribus, non ſubinde poteſt eum diligere vt obiectum ſuper naturale eiſdem viribus. 581
Diligere Deum explicite vt eſt finis vniuerſi & naturæ, nō ſem per tenetur homo. 471
Diligere Deum ſuper omnia an poſſit homo per ſua naturalia abſque auxilio gratiæ. 582. & ſeq.
Diligere deū ſuper omnia aliquo modo poteſt homo in puris naturalibus conſtitutus. 583. non tamen perfecte; ibidem. idem aſſeritur de homine in peccato originali. ibidem
Diligere Deum ſuper omnia, etiā dilectione naturali, abſolute & ſimpliciter nequit homo in natura lapſa viribus naturæ. 583
Dilectio proximi quomodo ſit intelligenda. 218
Dilectio maior duplex, intenſiue & appretiatiue. 14
Dilectio Dei ſuper omnia duplex. 581
Dilectio Dei ſuper omnia continet in ſe obſeruantiam omniū mandatorum. 583. & ſeq.
Dilectionis Dei ſuper omnia diſtinctionem in naturalem & ſupernaturalem impugnantes, grauiſſime conuincuntur. 580
Dilectionis Dei præceptum poteſt homo, etiā in peccato mortali exiſtens ex parte implere ſine gratia ſpeciali. 583
Dilectionis ſupernaturalis præceptum nequit homo implere, etiam in natura integra viribus naturæ, etiam quantum ad ſubſtantiam actus. 583
Dilectio qua Deus diligit res, differt ab ea qua creatura eas diligit. 608

Diſpenſare.

Diſcrimen inter habitum ſtudioſum, & vitioſum. 443
Diſpenſare quid. 534
Diſpenſatio in voto qua ratione fit a Papa, an diſpenſando in iure naturali, humano, vel diuino. 534
Ad Diſpenſationem legitimam quid requiratur. 520
Ad Diſpenſationem cauſſa neceſſaria eſt. ibidem
Diſpenſatoris prudentia quæ debet eſſe. 521

Diſpoſitio.

Diſpoſitio ad gratiam an requiratur in iuſtificatione ex parte hominis. 619
Diſpoſitio ad gratiam alia proxima, alia remota. 620
Diſpoſitionem vltimam cauſſans, quomodo cauſſare intelligatur formam. 618
Diſpoſitio vltima ad gratiam eſt ſimul cum ipſa gratia. 591
Diſpoſitio vltima ad gratiam non habetur ex facultate naturæ. & contrarium eſt Pelagianum. 593
Diſpoſitio ad gratiam non poteſt eſſe opus moraliter bonum, nec quod fit ex facultate naturæ vt meritum de congruo primæ gratiæ, licet ſit quædam remota diſpoſitio. 594
Diſpoſitio nonnullam congruentiam ad iuſtificationem tribuit. 595
Diſpoſitio ſufficiens ad gratiam quę ſit. 596

Diuitiæ.

Diuites difficile ſaluantur. 20
Diuitiæ, noxiæ, & periculoſæ ad vitā recte inſtituendam. ibidē
Diuitiarum diuiſio. ibidem
Diuitiarum deſiderium infinitum. ibidem
Diuitiarum ſtudium difficile compatitur acquiſitionem regni cæleſtis. ibidem
Diuitiarum copia omnium vitiorum fomentum. ibidem
Diuitiæ bonæ ſunt, ſi adſit optimus illarum vſus. ibidem
Diuitijs acquirendis & virtutibus intendere difficile. 20
Dolor ad appetitum pertinet, eſtque eius paſſio. 248
Dolor exterior maior eſt quam interior. 249
Dolor alius eſt appetitus ſenſitiui, alius intellectiui; & vtriuſq; diſcrimen. ibidem
Dolor latius patet, quam triſtitia. 248
Dolor magnus facultatem aufert ad diſcendum. 253
Dolor quibus mitigatur remedijs. 252
Doloris definitio. 249
Doloris cauſſa magis eſt malum coniunctum quam bonum amiſſum. 250

Dominica dies loco Sabbathi ſucceſſit. 542.& quare ibi
Dominium a poſſeſſione rei diſtinguitur. 514

Donum.

Donum Prophetiæ, an maneat in patria, 346
Donum ſanans naturam quare naturale appelletur. 568
per Donum Spiritus ſancti, & non per virtutes, Deus mouet hominem; exponitur. 352
Dona a virtutibus diſtinguuntur. 292
Dona a virtutibus vtrum diſtinguantur, differitur. 351.& quo modo, 348.& ſequentib.
Dona perficiunt hominem, vt eſt natus moueri a Deo. 552
Dona ſunt principia impulſiua ad bonum modo ſupra humano. 352
per Dona Spiritus ſancti potius agitur homo quam agat 352
Dona Spiritus ſancti ſeptem, & quare. 352.& ſeq.
Dona hominibus ad ſalutem neceſſaria. 353
Dona in vita beata manent. 235.& ad quid ibidem, & 353
Donum perſeuerantiæ multiplex. 603
Donum perſeuerantiæ ad ſalutem neceſſarium. ibidem
Donum perſeuerantię non cadit ſub merito. 662.663.
Donum perſeuerantiæ eſt maximum donum. ibidem.

Dubium

Dubium duplex, ſpeculatiuum & practicum 176.
Dubium ſpeculatiuum non obligat in conſcientia. ibidem.
Dubia in foro conſcientiæ, quomodo ſunt examinanda & diſcutienda. 177.& ſeq.
in Dubijs tutior pars eſt eligenda. ibidem
Dubius de aſſenſu aliquo, dubitat ſubinde de eius obiecto. 627
Duliæ, & latriæ nomina, optime inuēta, & quid ſignificēt. 528

E

ECſtaſis quid ſignificet. 226.
Ecſtaſis ad vim apprehenſiuam & appetitiuam pertinet. ibidem.
Ecſtaſis & raptus diſtinguuntur. ibidem
Ecſtaſis in Deo qualiter reperitur: ibidem.
Ecſtaſim aliquando patiebantur Prophetæ. 227.
Ecſtaſis effectus quid ſit. ibidem
Effectus nullus eſt fortuitus cōparatione ad primā cauſam. 6.
Effectus ex corporibus cęleſtibus varij ſunt, et multiplices. 107
Effectus formalis extrinſecus bene poteſt ſeparari a forma. 612
AEgroto dum anima eſt, ſpes eſt. 258.

Electio.

Electio importat aliquid pertinēs ad intellectum, & aliquid ad voluntatem. 130
In Electione quod pertinet ad intellectum, eſt veluti formale; quod vero pertinet ad uoluntatem, eſt quaſi materiale. 131
Electio ſubſtantialiter eſt actus voluntatis, 131
Electio quid. 131
Electio non conuenit brutis. 131.132
Electio non eſt finis vt ſic, ſed ſemper eſt eorum quæ ſunt ad finem. 133.
Electio tantum eſt eorum quæ per nos aguntur. ibidem.
Electio & voluntas in tribus diſtinguuntur. 131.
Electio tantum eſt poſſibilium. 132.
Electio procedens ex ignorantia poteſt eſſe impoſſibiliſi. 131.
Electio libera eſt; non neceſſaria. 133. & ſeq.
Electio medij neceſſarij libera eſt & meritoria. 134.
Electio ſemper eſt de meliori bono propoſito per intellectum. 135.136.137.
Electio voluntatis mala, qualiter ex errore procedat. 410.
Ens per paticipationem reducitur ad ens per eſſentiam. 43.
Ens quomodo eſt prędicatum eſſentiale omnium rerum. 43.
Epicuri ſententia de beatitudine. 22.
Epichiæ diſputatio. 517.
Epiſcopus tenetur ſcire mores ſubditorum ſuorum. 401.
Epiſcopus diſpenſare valet in impedimento ſuperueniente matrimonio 512, & in lege ieiunij. ibidem.
Error an ſit in beatis: 57
AEſchyli poeta mors ex ruina domus prædicta, qualiter contigerit. 87.111
Eſſentia rei quę dicatur. 35
Eſſentiam diuinam vidit Paulus & Moyſes ſecundum opinionem D. Thom 524.
Eſſentialia omnia non oportet quod ſint priora perſonalibus in diuinis, 493
Eſſentiæ rerum ſunt ſicut numeri. 288
Eſſentię rerum à Deo immutari non poſſunt. 495
Aeſtimatiua in homine poteſt concipere timorem & amorē erga Deum, ſuppoſita intellectus cognitione circa ipſum Deum. 31
Ex tali iudicio æſtimatiuæ aliquando habet ortum dolor ſenſibilis; immo & lacrymæ. 31.
Eternum quid multoties ſignificet in ſacris litteris. 542.
AEua ſtatim atque peccauit non amiſit ex omni parte iuſtitiam originalem: & ſi amiſit fuit vt perſonalis iuſtitia erat, 433
Euangelium Ioānis, vel Matthæi ſcriptum, aſſerere impropriè eſſe Euangelium, temerarium eſt. 553.
Euangelij promulgatio duplex. 547.
Eubulia, Syneſis & Gnome adiunguntur prudentiæ. 307.
Euentus ſequens quando addat ad bonitatem vel malitiam voluntatis. 193.
Euentus præuiſus addit ad bonitatem vel malitiam voluntatis. 193
Euidentia in atteſtante non repugnat fidei. 547.
Excæcare, indurare, decipere, quid importet reſpectu diuinæ actionis. 422.& copioſius. 421. & ſeq.
Excæcationis & indurationis cauſſa meritoria an ſit peccatum præcedens. 421
Excommunicatio lata in canone, etiam a ſummo Pontifice, ſi illi nō ſit nominatim reſeruata, abſolui poteſt ab Epo. 529
Experientia & ebrietas eſt cauſſa ſpei. 256.

F

FAbri Stapulenſis ignorantia. 54.
Fabula pulcra circa amantium vnionem. 224.
Faciens opus & ignorans pęnam illam incurrit. 407.
Quod Facit Deus cum cauſſa ſecūda, poteſt facere ſe ſolo, quā explicationem habeat. 419.
Facienti quod in ſe eſt Deum non negare gratiam, quando intelligatur. 590.
Facienti quod in ſe eſt ex facultate naturæ, non infallibiliter datur gratia 619.& quid de hoc ſentiat Aug. 590. 591.
Felicitas varie a diuerſis explicatur. 17.
Felicitas hominis conſtituti in puris naturalibus inueſtigatur. 578.
Feruor caritatis duplex. & quomodo a peccato veniali impediatur, 467

Fides.

Fides humana triplex. 624.
Fidei infuſa & acquiſita in quo differant. 322.
Fides an tribuat non ſolum credendi facultatem, verum etiam rectum vſum. 298. & ſeq.
Fidei proprietas eſt certificare intellectum de myſterijs fidei; ſecus eſt de gratia. 621.
Fidei & gratiæ diſcrimen, quātum ad certitudinem. 201. 627.
Fidelis quicunque certo & infallibiliter cognoſcit ſe habere fidem ſupernaturalem. 201.626.& ſeq.
Fide certiſſima & infallibili nemo pōt aſſentiri omnib. ab Eccleſia propoſitis, niſi ab Spiritu ſancto moueatur. 570.
Fides & ſpes, Chriſtianæ ſunt virtutes. 323
Fidem eſſe perfectiorem ſpe probabiliter aſſeritur, 324.
Fides a caritate diſtinguitur. 323
Fides infundi poteſt abſque caritate. 574.
Fides & ſpes poſſunt eſſe ſine caritate, 343.
Fides ſicut poteſt eſſe ſine caritate, ita poteſt eſſe ſine ſpe. 341
Sine Fide non poteſt reperiri aliqua virtus, ibidem,

Fides quas diſpoſitiones in nobis ponat. 648
Fides quare non ſit in beatis. 346
Fides actus an poſsit eſſe in beatis. 397.& ſeq.
Fides quantum ad habitum an maneat cum viſione clara Dei? 348.& ſeq.
Fides qualiter manſit in Paulo, ſi vidit diuinam eſſentiam. 348
Fidei non aduerſatur notitia euidens memoratiua, quando non eſt per propriam ſpeciem. 348
Fides in lege naturæ neceſſaria. 526
Fidei præceptum, etiam in veteri lege, non præcipue ad Moſaicam legem, ſed ad Euangelicam pertinet. 528
Fides ad iuſtificationem neceſſaria. 640
Fidem mereri iuſtificationem, quomodo exponatur. 595
Fides an ſola ſufficiat ad iuſtificationem. 640
Fidem ſolam iuſtificare, quos ſenſus catholicos admittat. 640
Fidei quare aſcribatur iuſtificatio in ſcriptura, cum potisſimũ locum ſortiatur caritas. 641
Fidelis caro cognoſcit ſe habere fidem. 201
Filius ex dæmonis concubitu ortus, non dæmonis, ſed illius hominis cuius ſemen fuit acceptum, filius eſt. 370
Filij vt inobedientẽs parentibus dicantur, quid requiratur. 480

Finis.

Finis nomen vnde deriuetur. 1
Finis eſt, cuius gratia aliquid fit. ibid.
Finis & bonum ſunt idem. ibid.
Finis & boni multæ differentiæ. 1
Finis & bonum eſt obiectum voluntatis. 4
Finis cauſſalitas potisſima eſt mouere agentẽ ad operandum. 4 9.& ſeq. 150.
Finis an habeat aliam cauſſalitatem præter eam, quæ eſt in genere cauſſæ finalis. 5
Finis, vtrum moueat ſecundum eſſe reale, an potius ſecundum eſſe cognitum. 4
Eſſe in intentione non eſt tantum conditio requiſita, vt finis moueat. 4.
Finis quomodo ſemper ſit poſterior in executione. 5
Finis quomodo ſit differentia actus humani. 18
Finis quomodo appetatur. 236
Finis duplex habet officium. 90
Finis duplex, naturalis & ſupernaturalis. 46
Finis virtutis & peccati duplex. 13
Finis duplex, operis & operantis. 10
Finis cuiusque rei eſt propria eius operatio. 28
Finis habet rationem circumſtantiæ, etiam reſpectu actus interioris. 158
Finis cõfert tantum ſpeciem accidẽtalem actibus humanis. 159
Finis eſt obiectum cuiuſcumq; actus interioris voluntatis. 161
Finis a ratione deliberata intentus pertinet ad bonum alicuius virtutis. 166
Finis vltimus neceſſario eſt conſtituendus. 11
Propter Finem vltimum omnia operantur homines. 17
Ad Finem vltimum duo ſunt neceſſaria. 37
Finis vltimus omnium quid. 1.16.17
Finis vltimus & formaliter, & materialiter cõſiderari poteſt. 11
Finis vltimus duplex. 1.18
Finis vltimus ſub conſultatiõne non cadit; bene tamen alij fines particulares. 174
Finis vltimus vnius hominis multiplex eſſe non poteſt. 10
Finis vltimus particularis verus eſt quem ſibi homines ſtudioſi præſtituunt. 18
Finis omnium rerum Deus eſt. 18
Finis vltimus peccantis mortaliter eſt ipſe peccans. 13
Finis particularis qui eſt Deus, includitur in omnib⁹ actibus voluntatis, tamquam id propter quod operatur. 17
In Finibus eſt impoſsibilis proceſſus in infinitum, ſiue ſecundũ intentionis ordinem, ſiue executionis. 11
Finis eſſentialiter ordinati qui. 11
Finito quocũq; poſſe Deũ maius efficere, quo intelligatur. 25
Fletus quomodo minuat triſtitiam. 255
Fomes non tollitur in hac vita. 389
Fomitis motus beatisſima Virgo compeſcebat. 390
Fomes ante incarnationẽ fuit ligatus; poſtea vero totaliter ablatus in beata Virgine. 390
Forma poteſt dupliciter corrumpi. 187
Forma vt de potentia materiæ educatur, quid requiratur. 196
Fornicatio quare eſt intrinſice mala. 193
Fortitudo & temperantia acquiſitæ ſunt in appetitu ſenſitiuo 300
Fortitudo & temperantia infuſæ in appetitu ſenſitiuo ſedem habent. 323
Fortitudo excellentior temperantia. ibid.
Fortitudo an ſit iuſtitia præſtantior. 343

Fortuna.

Fortunam eſſe in rerum natura certum eſt. 104
Fortuna quid ſit. ibid.
Fortuna ſecundum rem non diſtinguitur a natura, nec ab intellectu. ibid.
Fortuna non eſt cauſſa totalis ſui effectus. 140
Fortuna non eſt reſpectu Dei. ibidem
Fortuna quomodo ſit intelligenda. 104
Forte, fortasſis in ſacris litteris interdum ponũtur in rebus certisſimis. ibidem
Fortunæ figura & conditiones explicantur. ibidem
Fortunæ opus. ibidem
Fortunę bonę vel malę cauſſa. 105
Fortunatus quis dicatur. ibidem
Fraus legis quid. ibidem
Fructus nomen quid deſignet. 509
Fructuum numerus a Paulo ad Gal. 5. aſsignatur. 356

Fruitio.

Fruitionis ſignificatio. 123
Fruitio eſt actus voluntatis. 124
Fruitio non eſt amor rei pręſentis, ſed delectatio. ibidem
Fruitio proprie & perfecte ſolum cõuenit naturę intellectualis brutis vero imperfecte. ibidem
Fruitio proprie tantum eſt vltimi finis. 125
Fruitio in patria reſpicit Deũ, tamquam proprium obiectum, non viſionem Dei. 125.& ſeq.
Fruitionis & intentionis diſcrimen. 129
Fruitio perfecta eſt finis habiti in re; imperfecta vero eſt finis habiti in ſpe. 129
Fruitio imperfecta poterit eſſe in via vnius perſonæ & non alterius; & eſſentiæ diuinę & non perſonarum. ibid.
Frui perfecte in patria vna perſona abſque alia, & eſſentia abſque perſonis, eſt prorſus impoſsibile. ibid.
Fruitio Dei in via & in beata vita ſunt eiuſdem rationis 127 & ſequentibus.
Fuga a bono eſt duplex. 265
Futura contingentia ſoli Deo ſunt manifeſta. 107
Furari propter concupiſcentiam peius eſt, quam propter miſericordiam. 281

G

Gaudium et triſtitia quomodo opponantur. 206
Gaudium differt a delectatione. 241
Genus dupliciter comparatur ad ſpeciem. 162
Gloria quid. 21
Glorię nomen virtutem & uitium ſonare poteſt. ibid.
Gloriæ nomẽ varias habet ſignificationes in ſacris litteris ibid.
Gnomi quomodo rationem virtutis habeat. 308

Gratia.

Gratia iuſtificans, varijs modis a Chriſto uenit. 554
Gratia & fructus per ſe legis Euangelicæ. 554
Gratię diſputatio difficilis. 517
Gratię nomen quot modis vſurpetur. ibidem
Gratię tractatus in quinque diuiditur partes. 573
An abſq; Gratia poſsit hõ cognoſcere veritates morales. 569

Gratia

Gratia ſpeciali deſtitutus in natura lapſa nequit certam habere cognitionem de eo, quod eſt faciendum in omni re ad veritates morales pertinente. 579
An abſque Gratia poſsit homo aſſentiri doctrinæ fidei aut veritatibus ſupernaturalibus. 571
Gratia eſt neceſſaria ad credendum ex parte intellectus, & etiã ex parte voluntatis. 573. & ſeq.
Gratia ſpeciali deſtitutus homo poſsit ne aliquid bonũ operari. 574. & ſeq.
Abſque Gratia an poſsit homo Deum diligere ſuper omnia per ſua naturalia. ibidem. & ſeq.
Sine Gratia nemo poteſt diligere Deum ſuper omnia caritate infuſa. 585
Gratia iuſtificans non plene ſanat naturam. 590
Sine Gratia ſanante naturam nemo poteſt implere omnia præcepta legis naturalis, quantum ad ſubſtantiam operis viribus proprijs. 986
Sine Gratia poteſt homo vnum aut alterum præceptum ſeruare, non tamen omnia collectiue, neque ea quæ nimis ardua ſunt. 570. 599
Gratia eſt neceſſaria ad implenda aliqua præcepta, etiam quantum ad ſubſtantiam operis. 590
Gratia neceſſaria eſt ad implendum quodlibet præceptum meritorie. 598
In Gratia exſiſtens, an poſsit implere totam legem ſine alio ſpeciali auxilio. 590
Gratia habitualis non eſt ſimpliciter ſufficiens ad perſeuerandum. 604
Gratia ad ſingulos actus meritorios neceſſaria. 603
Gratia eſt initium cuiuſq; motus tẽdentis ad iuſtificationẽ. 578
Ad Gratiam præparatio & diſpoſitio multiplex. 503
Ad Gratiam præparatio tantum abeſt vt ſit peccatum, vt dixit Lutherus, quin etiam ſit neceſſaria ad iuſtificationem. 592
Ad Gratiam an poſsit ſe homo præparare taliter, vt illa præparatio ſit meritum de condigno tam gratiæ quam gloriæ. 592. & ſequentibus.
Ad Gratiã an poſsit ſe homo taliter præparare proprijs viribus, vt illa præparatio ſit meritum de congruo primæ gratiæ. 593
Sine Gratia poſsit ne homo vitare peccata contra legem ſupernaturalem in ſtatu naturæ integræ. 597
Sine Gratia an poſsit homo vitare omnia peccata in ſtatu naturæ lapſæ. 597
Gratiam eſſe habitum, non eſt de fide. 612
Gratia nõ creatur, ſed educiť de potẽtia obediẽtiali animæ. 617
Gratia an ſuapte natura reddat hominem gratum. 615
Gratia non ſolum efficit hominem gratum, ſed etiam auxilium confert ad operandum. 664
Gratia & caritas ſunt qualitates diuinitus infuſæ; & cõtrarium eſt temerarium. 613. & ſeq.
Gratia & caritas diuerſimode dicuntur forma virtutum. 614
Gratia, caritate præſtantior. 615
Gratia, eſt in eſſentia animæ. 615. & ſeq.
Gratiæ definitio exponitur. ibidem
Gratia an recte diuidatur, in gratum facientem, & gratis datam. 616
Gratia gratis data dupliciter ſumitur. 616
Gratia gratũ faciẽs eſt præſtãtior gratia gratis data creata. 617
Gratia increata quid? 613
de Gratia gratum faciente an ſit præceptum diuinæ legis. 602
Gratia operans & cooperans quid? 614
Gratia operans & cooperans quem locum ſortiantur in iuſtificatione. 614
Gratia operans & cooperans poteſt eſſe idem opus, diuerſa tamen ratione. 614
Gratia operans & cooperans idem ſunt ſecundum rem quod gratia præueniens & ſubſequẽs; differunt tamẽ ratione. 615
Solus Deus eſt cauſſa principalis gratiæ. 615
Quomodo Chriſtus Dominus ſit cauſſa gratiæ. 330. 617
Cauſſæ inſtrumentariæ gratiæ. 617
Homo an cauſſet ſuam gratiã, cũ ſe ad illam diſponit. 616. 640
Gratia an ſit in eſſentia animæ. 618
Quod Gratiæ, & virtutes producuntur, & augentur efficienter actibus noſtris ex diuino auxilio prouenientibus, error non eſt 331
Gratia iuſtificans varijs modis a Chriſto venit. 553
Gratia & caritas ſunt habitus diſtincti. 275
Gratia & caritas tempore Euangelij vberius infunduntur. 553
Gratia & caritas ſunt per ſe fructus legis Euangelicæ. 554
Gratiam habẽtes in veteri lege propter hoc ad nouum teſtamẽtum pertinent. 551. 557
Gratiam in vno eſſe maiorem quam in alio, fides eſt Catholica. 595
De certitudine Gratiæ diſputatio. 622. & ſeq.
Gubernãdi triplex ratio, Regia, Optimatũ, & Reipublicæ. 549

H

Habitus quid.

Habitus multis modis dicitur. 268. 275
Habitus definitiones. 268. 271 & ſeq.
Habitus & potentiæ diſcrimen. ibidem
Habitus nomen eſt æquiuocum. 268
Habitus bonus & malus. 271
Habitus, an producant operationes efficienter. 270
Habitus non determinat potentiam ad bonum, vel malum, ibidem.
Habitus eſt determinata ſpecies qualitatis. 268. & ſeq.
Habitus importat ordinem ad actum. 270
Habitus non ſemper ordinatur ad actum. 277. & ſeq.
Habitus iuuat & perficit operationem in ratione principij effectiui. 272
Habitus & potentia quomodo ad eundem actum concurrunt, ibidem.
Habitus eſt neceſſario conſtituendus, & quare: 273 & ſequentibus
Habitus præſtat facilitatem ad operandum. 274

Habitus ſubiectum.

Habitus operatiuus non eſt proprie in corpore, neque in membris exterioribus. 274
Habitus quidam ſunt in corpore per ordinem ad animã; quidam in eſſentia animæ; alij vero in potentijs animæ. 277
Habitus ſunt in potentia ſenſitiua, quatenus ſubditur imperio rationis, ibidem, & ſequentib.
Habitus forſan in ſenſibus exterioribus conſtituuntur. 275
Habitus virtutum in appetitu ſenſitiuo collocantur. ibidem
Habitus eſt in intellectu paſsibili, nõ aũt in agente. 278. & ſeq.
Habitus intellectuales dant facultatem ad recte operãdum. 277
Habitus eſt in voluntate. 279
Voluntas non indiget habitu ad amandum bonum in cõmuni, nec ad finem vltimum. ibidem
Habitus acquiſiti virtutum moralium an ſint in angelis. 279
Habitus & effectus, qui ſunt in voluntate, augent voluntarium. 85
Habitus praui exſiſtẽtes in volũtate, nõ diminuũt liberũ. ibid

Habituum cauſſa.

Habitus quidam ſunt naturale. 280
Habitus primorum principiorum neceſſario eſt conſtituendus. 278
Habitus primorum principiorum quid ſit, & quid includat, & quomodo ſit naturalis. 279. 280
Habitus primorum principiorum nõ vera virtus, ſed inchoata virtus eſt. 326
Habitus primorum principiorum conſumatur per aliquid acquiſitum, ſcilicet per ſpecies. 327
Habitus primorũ principiorum, in vno perfectiores ſunt quã in altero. 443
Habitus non producitur ex actibus indeliberatis, & primo primus 271

Habitus

Habitus effectiue ex actibus cauſſatur. 279
Habitus nonnumquam requirit ad ſui productionem vnum actum; nonnumquam vero plures. 281
Habitus vitioſus in homine iuſto, non dicitur vitium. 357
Habitus an per omisſionem generetur.
Habitus malus à ſolo Deo produci non poteſt. 208
Habitus a Deo infuſi duplices, & per ſe, & per accidens. 281
Habitus infuſos licet non ſit hæreſis manifeſta negare; eſt tamẽ temerarium & errori proximum. 282. & ſeq.
Habitus non generatur ex actibus virtutum infuſarum, 283
Habitus virtutum infuſarum negare temerarium eſt. ibidem

Habituum augmentum.

Habitus augentur & ſecundum ſe & ſecundum participationem ſubiecti. 282. & ſeq.
Habitus ſcientiæ intenſiue, & extenſiue augetur. ibidem.
Habitus infuſi augentur in nobis non efficienter, ſed meritorie. ibidem
Habitus augetur ex actibus perfectioribus habitu, 283 & ſequentibus.
Habitus ex actibus remisſis non augetur, ſed potius diſponitur ad corruptionem. 284

Habituum corruptio & diminutio.

Habituum corruptio pluribus modis contingit. 286. & ſequen.
Habitus per ſe corrumpitur ab actu contrario. 287
Habitus cõtrarij poſſunt eſſe ſimul in eodem ſubiecto in gradu remiſſo. ibidem
Habitus oppoſiti expellunt ſe formaliter. ibidem
Habitus intenſus poteſt corrumpi actu remiſſo cõtrario. ibidẽ.
Habitus primorum principiorum eſt incorruptibilis, 288
Habitus dupliciter diminui poſſunt. ibidem
Habitus per ſolam ceſſationem ab opere corrumpi poſſunt, aut diminui. 288. & ſeq.
Habitus naturales & caritatis diminui non poſſunt. 288
Habitus & actus virtutis infuſæ, an ſit idem ordo. 315
Habitus infuſi prorſus per peccatum tolluntur, fidei & ſpe exceptis. 444
Habitus caritatis an maneat in patria. 349

Habituum diſtinctio.

Habitus quomodo poſſunt in eodẽ ſubiecto multiplicari. 289 & ſequentibus.
Habituum diuiſio multiplex. ibidem
Habituum diſtinctio triplex. 290
Habitus non poteſt ſucceſsiue eſſe bonus & malus. 296
Habitus diſtinguũtur ſpecie ſecundum bonum, & malum. 290
Habitus infuſi & acquiſiti ſpecie diſtinguuntur. ibidem
Habitus gratiæ & caritatis diſtinguuntur. 277
Habitus morales nõ diſtinguũtur ex obiectis in eſſe naturę. 159
Habitus operatiuus non eſt compoſita, ſed ſimplex qualitas, 290. & ſequentibus.
Habitus fidei an maneat cum data Dei viſione. 347
Habitibus nec meremur, nec demeremur. 359
Habitus ſtudioſus ab intrinſeco naturam perficit; ſecus vitioſus. 443
Habitus vitioſus in homine exiſtente in gratia non meretur nomen vitij. 357
Habens habitum an eo neceſſario vtatur. 415
Habituatus male ipſe excitat pasſiones. 416
Henrici opinio temeraria circa beatitudinis eſſentiã. 27 & ſeq.

Hæreticus.

Hęretici ſcripturas deprauant, & ſenſus illarũ dilacerant. 154
Hæreticũ nõ eſt aſſerere aliquem ex peculiari priuilegio peccatum originale non cõtraxiſſe, vt patet de Beata Virgine. 430
Hæreticum eſt dicere paruulos non futuros in uera pœna. 422
Hæreticus mentalis tantum non eſt excommunicatus. 514
Hæreticus ante iudicis ſententiam an amittit dominium rerum ſuarum? ibidem
Hæreticus aut paganus non vere credunt, neq; ſperant: quare neque adimplent præcepta iſta ſupernaturalia quantum ad ſubſtantiã operis, niſi quantum ad præceptum negatiuum quia ſcilicet non deſperant. 590

Homo.

Homicidium propter furtum grauius ne ſit quam propter odium. 381
Homicidium exercitũ ratione actus interioris eſt peccatũ. 387
Hominem animal ſociabile eſſe reponitur. 487
Hominem eſſe animal rationale qualiter æternum ſit. 395
Hominem habere ſuorũ actuum dominium quid ſignificet. 2
Homo adipiſci poteſt beatitudinem. 61
Hominis tres ſunt motores. 351
Homini eſt naturale ſtudioſe agere. 352
Homo interior & exterior quomodo intelligatur. 358
Hominem facere quod in ſe eſt, dupliciter contingit. 405
Hominem non eſſe, an ſit melius quam eſſe in peccato. 437
Hominem eſſe in Adam ſecũdum ſeminalem rationem, & eſſe ſecundum corpoream ſubſtantiam, & eſſe in lumbis Abrahæ quid. 431
Homo miraculoſe formatus abſque virili ſemine non haberet iuſtitiam originalem: non tamen eſſet Deo inuiſus. 431

Homo in puris naturalibus.

Homo in puris naturalibus an deberet eſſe miſer. 24
Homo non tenetur ſemper diligere Deum explicite, vt eſt finis vniuerſi & naturæ. 473
Homo in puris naturalibus, & poſt lapſum in quo differant. 567. 446
Hominis beatitudo in puris naturalibus conſtituti qualis futura eſſet. 3. & ſeq.
Homo in puris naturalibus conditus poterat ne cauere omne peccatum, & ſeruare naturæ legem. 476
homo in puris naturalibus cõditus habet pugnam ex parte appetitus ſenſitiui. 428. 429
homo in puris naturalibus eoſdem naturales defectus pateretur atque poſt peccatum. 449
homo, in puris naturalibus quæ nã opera valeret præſtare. 57
homo in puris naturalibus an aliquod donum haberet ad euitãda peccata, quod in natura lapſa non haberet. 579

Homo in natura integra.

homo in natura integra, quando differat ab homine in puris naturalibus, & in iuſtitia originali. 568
homo in ſtatu naturæ integrę an poterat per ſuas vires, præcepta legis implere, quantum ad ſubſtantiam operum. 585 & ſequentibus.
homo in ſtatu naturę lapſę vel integra, an posſit per facultatem naturæ ſeruare præcepta ſupernaturalia quantum ad ſubſtantiam operum. 588
hominem vitare poſſe omnia peccata per ſuas vires in natura integra, quomodo intelligatur. 590

Homo in natura lapſa.

homo poſt lapſum quomodo vulneratus dicatur. 446
homo in ſtatu naturæ lapſæ quis dicatur. 568
homo ſine gratia an posſit cognoſcere veritates morales. 569
homo in ſtatu naturæ corruptæ an valeat implere omnia diuina mandata abſque gratia ſanante naturam. 506
Homo per vires naturæ an posſit reſarcire damnum quod infert peccatum contra ordinem naturæ. 601
homo iuſtus per ſe & abſque ſpeciali Dei auxilio poteſt facere aliquod bonum opus quod extra gratiam efficere non valeret. 610
homo quilibet dum eſt in via, poteſt ad Deum conuerti & ſaluari. 612

Homo licet habeat auxilium ſufficiens quo poſſit credere, non ſubinde peccat nō credendo, ſi nunquā audiuit de fide. 613
Humanæ operationes quare dicantur bonæ vel malę. 154
Humana in ſpecie reperitur malum vt in pluribus; ſecus in ceteris ſpeciebus. 538
Honor quid. 21
Honor eſt in honorante. ibidem
Honor per ſe expetitur. ibidem
Honeſtum quodlibet vt tale, ad legem naturę ſpectat. 499

I

IAcob cognoſcens Liam, etiam ſi malam intentionem habuiſſet, non fuiſſet adulter. 406.407
Idololatra quis dicatur. 529
Ieiunij lex diſpenſabilis eſt ab epiſcopo. 520
Inclinatio naturalis an ſit ad malum. 207
Inclinatio naturalis omnis bona eſt. 208

Ignorantia.

Ignorantia triplex, concomitans, cōſequens, & antecedens. 86
Ignorantia concomitans non cauſſat inuoluntarium. 86.87
Ignorantia conſequens eſt cauſſa voluntarij ſimpliciter. 87
Ignorantia antecedens cauſſat inuoluntarium. ibidem
Ignorantia conſequens quare recte ſic appelletur. 87
Ignorantiæ diuiſiones. ibidem
Ignorantię peccata quomodo diſcernantur. ibid.
Ignorantia quid. 398
Ignorantię diuiſio. ibid.
Ignorantiæ & neſcientiæ differentia. 399
Ignorantia vincibilis an ſit cauſſa peccati. 402
Ignorantia an ſit peccatum. 401
Ignorantia Euangelij in Pagano, qui numquam illud audiuit, non eſt peccatum. 402
Ignorantia inuincibilis circa myſteria religionis noſtræ eſſe poteſt. 403.& ſeq.
Ignorantia inuincibilis poteſt eſſe circa præcepta Decalogi ad breue tempus. 403
Ignorantia vincibilis per pęnitentiam tollitur, vel ſit inuincibilis 401 & ſequentibus: an vero per ſolam pęnitentiam. 401
Ignorantia culpabilis quot modis fiat inculpabilis. ibidem
Ignorare poteſt exiſtens in gratia articulos fidei; ſecus de cultu vnius Dei. ibidem
Ignorantia an ſit peccatum ex ſua propria ratione, an vero ratione negligentiæ. 402
Ignorantia non imputatur, niſi ratione negligentię. 402
Ignorantia virtuti ſtudioſitatis opponitur. 405
Ignorantia vt ſit inuincibilis, quid homo teneatur facere. 405 & ſequentibus. ibidem
Ignorantia concomitans an a peccato excuſet. ibidem
Ignorantia circumſtantiæ ſicut excuſat a culpa, ſic excuſat a pœna. 407
Ignorantia inuincibilis poteſt dari circa omnia præcepta iuris diuini, poſitiui, & humani. 404
Ignorantia voluntaria duplex. 407
Impeccabilis creatura ſuapte natura a Deo creari nequit. 397

Imperium.

Imperium non eſt notitia apprehenſiua, neque iudicatiua, ſed reducitur ad diſcurſum. 145
Imperare non conuenit brutis. 147
Imperium ſequitur electionem, & præcedit vſum. 147
Imperium aliquando præcedit electionem. ibid.
Imperium & actus imperatus quomodo ſunt vnus actus. 148
Imperium etiam reſpectu actus voluntatis poteſt eſſe. ibid.
Imperium intellectus an moueat efficienter voluntatem. 149
Imperium eſt circa rationis actus. 149.& ſeq.
Imperium eſt circa actus appetitus ſenſitiui. ibid.
Imperio rationis ſubduntur imaginatio & cogitationes. ibidē
Imperium non eſt circa actus animæ vegetabilis. 150
Imperare eſt actus rationis ſuppoſito actu voluntatis. 150.15

Impulſus.

Impulſus naturæ, quo trahitur in ſuum commodum, non eſt accidens naturæ ſuperadditum, ſed ipſa natura. 199.100
Impulſu diuino aliquando ducimur ſine præuia conſultatione 104.
Impulſus & motiones diuinæ in rebus gerendis. 105.106
Impulſus quibus anima noſtra interius ab Spiritu ſancto mouetur, non poſſunt a nobis infallibiliter cognoſci. 126
Impulſus dęmonis triplex. 126.201
Impulſus temere, & ſine ratione nō ſunt reprobandi. 126.202

Inclinatio.

Inclinatio cuiuſcumq; creaturæ eſt bona, neq; inclinat ad malum, neque rationi aduerſatur. 208
Inclinatio appetitus ſenſitiui non eſt malum. 358
Inclinatio appetitus non eſt mala moraliter. 432.433
Inclinationes naturales ad peccandū qualiter ſint in nobis. 416
Inclinatio naturalis ad virtutem an ſit in omnibus ęqualis. 443
Inclinatio naturalis ad virtutem an per bona opera augeatur ibidem.
Inclinatio naturalis ad virtutem per ſe non minuitur per peccatum, bene tamen ex parte termini, neque poteſt prorſus tolli per peccatum. 444
Indiuiduum vnum immateriale æquiualet multis indiuiduis materialibus. 114
Infidelis, an mortem oppetat pro uno Deo. 584
Ingenium humanum, quamlibet acumine preſtans, abſq; fide, & Dei timore, ſæpe vanum & pernicioſum eſt. 571
Iniuſtitiæ habitus non cauſſatur a Deo. 433
Iniuſtitia non inclinat ad malum ſub ratione mali. 92
Innocentes an poſſint pœna æterna puniri. 460.& ſe-
Innocentes poteſt Deus pro alienis peccatis punire, id quod iam factum eſt. 461

Intellectus.

Intellectus præſtantior potentia quam voluntas. 33.36
Intelligere noſtrum eſt quoddam pati. 29
Intellectus efficienter concurrit ad viſionem beatificam, ibid.
ad Intellectionem tria ſunt neceſſaria. ibid.
Intellectus perfectior ſecundum ſua naturalia cū æquali lumine glorię non producit perfectiorē intellectionē eſſentię diuinæ, quā intellectus minus perfectus cum eodē lumine. 30
Intellectus mouet voluntatem in genere cauſſæ finalis. 38
Intellectus noſter reſpicit ens, tamquam obiectum adęquatū, quidditatem vero rei materialis, vt obiectum ſibi proportionatum; ſed verū tamquam propriam ſui perfectionem. 42
Intellectus & voluntatis proportio. 49
Intellectio eſt actio vitalis & immanens. 38
Intellectus effectiue concurrit ad intellectionem. 38
Intellectus & voluntatis differentia. 222
Intellectus eſt potentia apprehenſiua. 36
Intellectus mouet uoluntatem quantum ad ſpecificationem et determinationem. 96
Intellectum non mouere voluntatem in genere cauſſę efficientis, probabiliter aſſeritur 97. quamuis ſententia oppoſita etiam ſit probabilis. 97
Intellectus ſi proponat voluntati duo bona ęqualia & imperiū ſit ęquale, nō determinabitur volūtas ad aliquod illorū. 138
Intellectus practicus tres habet virtutes. 146
Intellectus poſſibilis eſt capax habitus; non autem intellectus agens. 277
Intellectus habet habitum naturalem ad aſſerendum primis principijs. 280
Intellectus quomodo ſit ſubiectum virtutis 297

Intellectus habens lumen gloriæ, qualiter naturaliter videat Deum. 327
Intellectus partim adiuuat, partim impedit voluntatis operationem. 304
Intellectus ſatis perficitur rerum cognitione, ſiue res exiſtant, ſiue non; ſecus eſt de appetitu. 342
Intellectus ſpeculatiui & practici differentia. 171
Intellectus, et voluntas cauſſę immediatæ dicũtur peccati. 398
Intemperantia maius peccatum eſt, quam timiditas. 390. 381

Intentio.

Intentionis diuiſio. 128
Intentio actus voluntatis eſt. ibidem
in Intentione ſplendet maxime rationis ordo. ibidem
Intentio non tantum eſt vltimi finis, ſed aliorum finium particularium. 129
Intentionis & fruitionis diſcrimen. ibidem
Intentio quomodo poſſit eſſe plurium. ibidem
Intentio & volitio mediorum nonnunquam eſt idem actus ſecundum ſubſtantiam. ibidem
Intentio & electio diſtinguuntur ex natura rei. ibidem
Intentio proprie ſolum conuenit naturæ intellectiuæ. 130
de Intentione variæ mouentur quæſtiones. ibidem
Intentio boni finis non eſt mala, quando non neceſſitat ad eligendum malum medium. 129
Intentio boni finis dupliciter poteſt eſſe cauſſa malę electionis 180.
Intentio boni finis, ex qua ſequitur neceſſario mala electio, mala eſt. ibidem

Intenſio.

Intenſio habituũ fit per maiorẽ radicationem in ſubiecto. 284
Intenſio prauę voluntatis non ſemper eſt de neceſſitate confeſſionis. 381
Inuidia doloris & triſtitiæ ſpecies eſt. 251
Ioannes 22. non ſenſit, animas iuſtorum vſque ad diem Iudicij a clara Dei viſione detineri. 60
Ioannem Baptiſtam non peccaſſe venialiter, non eſt temerarium aſſerere. 600

Ira.

Ira nullum habet contrarium. 206
Ira quomodo ſit generalis animę paſſio. 256
Ira ſemper reſpicit duo obiecta, bonum & malum. 256
Ira in iraſcibili collocatur. ibidem
Ira eſt quodammodo cum ratione. ibidem
Ira ex parte ſubiecti naturalior eſt concupiſcentia; licet non ex parte obiecti. ibidem
Ira pertinet ad eos, ad quos pertinet iuſtitia & iniuſtitia. 266
Ira differt ab odio, & offenſione. ibidem
Iræ tres ſunt ſpecies, fel, mania, furor. ibidem
Ira quid ſit. 256
Ira differt ab odio, & offenſione. ibidem
Irę cauſſę referuntur. 267
Irę remedia. ibidem
Irę effectus. ibidem
Iraſcibilis & concupiſcibilis ſunt diuerſę potentię. 204

Irregularitas.

Irregularitas duplex, altera quæ eſt pœna; altera quę non eſt pœna. 512
ab Irregularitate ob ſignificationem non datur facultas abſoluendi in Bullis. ibidem
Irregularitas quando propter homicidium incurritur. 383
Irritare, commutare, abrogare, interpretari, diſpenſare legem quid ſit. 520
Iudex publica ſcientia vti debet ad iudicandum. 506
Iudæi, an recte a religionibus excludantur. 551
Iudicialium, & cæremonialium præceptorum diſtinctio. 549
Iudices munera ſuſcepta reſtituere tenentur abſque alia condemnatione. 514
Iudicium in intellectu quomodo ex paſſionum diuerſitate oritur. 99
Iugum Chriſti ſuaue: & quare iugum appelletur. 504
Iuriſperiti quomodo de legibus tractant. 473
Iuriſperiti & Theologi diuerſimode de legibus agunt. ibidem
Iuris diuiſio a iuriſperitis facta. 474
Iuris naturalis, & humani differentia. 498

Iuſtitia.

Iuſtitia primatum tenet inter virtutes morales. 343
Iuſtitia virtutem continet omnem. ibidem
Iuſtitia eſt neceſſaria omni tẽpore, & loco, & in omnibus hominibus ibidem
Iuſtitia primo & per ſe verſatur circa operationes. 316
Iuſtitia legalis diſtinguitur ſpecie a iuſtitia particulari. 317
Iuſtitia legalis præſtat omnibus virtutibus moralibus. ibidem
Iuſtitiæ originalis deſtitutionem quid ſecutum fuerit. 499
Iuſtitia & ſanctitas huius vitæ non habet eam perfectionem, quam habebit in vita beata 152
Iuſtitia noſtra eſt gratia in cordibus noſtris diffuſa. 648
Iuſtus an poſſit operari per ſe bonum morale. 601
de meritorio actu hominis Iuſti. 601
Ius gentium an ſub humano iure contineatur. 505
Ius gentium in nullo iuri naturæ derogare poteſt. 507

Iuſtificatio.

Iuſtificare proprie Euangelicæ legi conuenit, id qđ veteri legi competere nequit. 554
Iuſtificatio quare creationi aſsimiletur 591. & 594
Iuſtificatio impij quid ſit. 630. 631. & ſeq.
Iuſtificemur ne ſola fide, diſputatur. 640. & ſeq.
Iuſtificationis nomen in Scriptura multiplex. 630
Iuſtificatio impij ſemper habet remiſsionem peccati coniunctam, ita vt nihil damnabile remaneat. 630
Iuſtificemur ne per iuſtitiam inhærentem, diſputatur, 632.
Iuſtitia & animæ rectitudo interior quid. 636
dum Iuſtificatur adultus an libere diuinæ motioni, & gratiæ conſentiat 639
Iuſtificari an poſſit adultus ſine motione liberi arbitrij de potẽtia Dei abſoluta. 640
ad Iuſtificationem ſufficit vna contritio reſpectu multorũ peccatorum 644
in Iuſtificatione impij quõ remiſsio peccatorũ vltimũ ſit. 645
Iuſtificationis conſumatio. ibidem
Iuſtificatio impij quomodo fiat in inſtanti, ibidem 646
Iuſtificationis operatio non eſt neceſſe, vt per certum tempus continuetur. ibidem
in Iuſtificatione impij quattuor concurrũt, infuſio gratiæ, dilectio Dei, deteſtatio peccati, & tandem remiſsio peccati. 647
in Iuſtificatione impij primum obtinet locũ infuſio gratię, ibi.
Iuſtificationis cauſſæ ex diuinis litteris explicantur. 648
Iuſtificatio impij quomodo ſit maximum opus Dei. 649
Iuſtificatio impij quomodo ſit miraculoſa. 650
Iuſti quomodo non intelligantur eſſe ſub lege. 474
Iuſtificet ne ſe anima ipſa, quando præbet conſenſum Deo mouenti. 639
Iuuentus eſt cauſſa ſpei. 256

L

Lacrymæ quare ſint remedium triſtitiæ. 253
Lacrymę quid ſint. 251
Languor quomodo ſit effectus amoris. 229
Latrocinium apud Germanos olim nõ reputabatur iniquũ. 501
Laus & vituperium in ſolis actibus voluntarijs inueniuntur; non in naturalibus aut neceſſarijs. 19 20
Legalia an aliqua ratione ſeruare liceat poſt Chriſti paſſionem 546.
de Legalium ceſſatione maxima contentio inter D. Hieronymum & Auguſtinum. 546

Lex.

Lex quid ſit,& an ſit, 474.476
Lex aliqua an ſit in vita beata. 475
Lex eſſentialiter eſt in ratione. 476
Legis nomen vnde deducatur. 476
Legis promulgatio eſt neceſſaria. 480.& ſeq.
Lex reſpectu aliquorum poteſt eſſe ſufficienter promulgata;& reſpectu aliorum minime. 482
Lex quę reuocatoria tam eſt,promulgationē nō requirit. 483
Lex quando dicatur ſufficienter promulgata. 482
Lex quem effectum habeat in ijs qui ignorant illam inuincibili ignorantia. 482
Legis deffinitio. 483
Legis cuiuslibet ratio non eſt factiua;ſed condere legem pertinet ad totam multitudinem,vel ad eum qui totius multitudinis curam habet. 480.& ſeq.
Lex fomitis quid ſit. 484
Lex ſemper ordinari debet in bonum commune. 477.
Legis effectus qui. 487
Lex officium cuiuſque ſit ne mala permitteret 488
Legis obligatio quando ceſſat. 517
Legis ratio quando ceſſare videtur. 478
Legis ratio ceſſat,quando ratio communis boni ceſſat. 478
Legis tractatus aliter ad Theologum, aliter ad Iuriſprudentes ſpectat. 473
Legibus gubernari vtilius eſt reipublicæ,quam ſapientisſimo & optimo Principe. 506
Sine Lege reſpublica ſtare non poteſt. 474
Lege non ſtante,adulterium eſſet peccatum, & non eſſet peccatum. 473
Lex & pręceptum vtrum ſit in vita beata. 475
Lex an ſit actus intellectus, an voluntatis. 476

Diuerſitas legum.

Lex ſufficienter diuiditur,in ęternam,naturalem, diuinam,humanam,& legem fomitis. 483.& ſeq.

Lex æterna.

Lex ęterna eſt ſumma ratio in Deo exſiſtens. 492
Lex ęterna quomodo ſit omnibus nota. 493
Lex quęuis ab ęterna deriuatur: 493
Lex ęterna ſola eſt in Deo; leges vero cæteræ ſunt participationes legis æternę,& ſunt in creaturis formaliter. ibidem
Legis ęternę omnia ſubduntur,& quomodo peccata legi ęternę ſunt ſubiecta,grauisſime diſputatur. 494
Lex ęterna quomodo ſit promulgata ab ęterno: 484

Lex naturalis.

Lex naturalis quid ſit,& an habitus ſit. 496
Lex naturę plura pręcepta continet. 498
Legis naturalis officia. ibidem
Omnes actus virtutis quomodo ſint de lege naturali, explicatur. 499
Lex naturę vna eſt apud omnes: ibidem
Lex naturę eſt immutabilis. 500
Lex naturę a cordibus hominū nullatenus aboleri poteſt. 501
Lege naturali num teneantur amentes & pueri. 496
Lex naturæ inclinat hominem vt diligat Deum plus quam ſeipſum. 485.

Lex humana.

Vtile fuit aliquas leges humanas ab hominibus poni. 502.503 & ſequentibus.
Leges humanę qualiter imponi debeant. 503
Lex oīs humanitus poſita a lege naturali deriuatur. 505.509
Lex humana ea quę ſunt de lege naturę, nonnunquam pręcipit,& quare. ibidem
Lex humana pręcepta legis naturę determinat. 505
Lex humana vt iuſta ſit,quæ conditiones requirantur. ibidem
Legum humanarum diuiſio ſecundum diuerſa regimina, & quęnam ſint iſta. 507
inter Leges humanas vtrum ius gentium ſit connumerandum ibidem.
Leges humanæ iuſtæ habent vim obligandi in foro conſcientię. 508.& ſequentib.
Lex humana poteſt aliquid pręcipere nō pręceptū a Deo. 509
inter Legem humanam & diuinā differt, maxime quo ad vim obligandi. 510
Lex humana quando obliget ad peccatum veniale, quando ad mortale,explicatur nonnullis regulis. ibidem
Lex humana vtrum obliget ad ſui obſeruationem cum periculo vitę,explicatur diligenter. 510.& ſeq.
Leges humanę pęnales quomodo obligent ad culpam. 511.& ſequentib.
Legis pęnalis tranſgreſſores quomodo obligentur in conſcientia ad ſoluendas pœnas. 511.512.& ſeq.
Leges humanę tabellionibus impoſitæ quomodo obligent. 514
Leges de tributis ſoluendis quam vim obligandi habeant,exponitur. ibidem
Leges & ſtatuta vniuerſitatum & confraternitatum,quomodo obligent. 514.& ſeq.
Lex quę pręcipit vt iudicès munera ſuſcepta reſtituant,explicatur. 514
Legis pœnalis violator tenetur ſubire pęnam poſt iudicis condemnationem. 515
Legibus tyrannorum vtrum ſit obediendum,explicatur ibid.
Legib. humanis vtrū omnes ſubdantur,explicatur. 516. & ſeq.
Legibus humanis quis bifariam ſubeſſe poteſt quantū ad vim directiuam,& quantum ad vim coactiuam. 516
Legi non ſubduntur ſtudioſi & iuſti,quantum ad vim coactiuam. ibidem.& 517
Legibus quomodo teneantur iuſti, explicatur. ibidem
Legibus ciuilibus vtrum clerici teneantur, explicatur. 517
Legis verba licet interpretari pro epicheiam, quando ratio legis in particulari ceſſat. ibidem
Legem in particulari deficere contingit dupliciter. 518
Lex humana duabus de cauſſis mutari poteſt. 518
Lex humana non ſemper mutanda eſt,quando occurrit aliquid melius. ibidem.
Legis vim habet conſuetudo. & multa de conſuetudinibus ibidem.
in Legibus humanis rectores multitudinis diſpenſare poſſunt 518.& ſequentibus.
Lex humana iniuſta non eſt idem quod inutilis: 508.

Lex diuina vetus.

Lex vetus,an poſt mortem Chriſti ſtatim fuerit mortua: 483
Lex vetus grauis. 504
Lex vetus bona fuit,licet imperfecta. 521
Lex vetus a Deo data fuit. 523
Lex vetus data fuit per angelos. ibidem
Lex vetus dari debuit ſoli populo Iudęorum. 524
Lex vetus vtrum ad Chriſtianos aliquo modo pertineat, diſputatur. 525.& ſeq.
Lex vetus non obligabat omnes homines. 525
Legem veterē vtrū Gentiles posſint recipere,examinatur. 526
Lex vetus conuenienter data fuit tempore Moyſi. ibidem
Lex vetus quando inceperit. 527
ad Legem veterem circuncifio non pertinet. ibidem
Lex vetus non ſolum continet vnū pręceptum,ſed multa. 528
Lex vetus continet pręcepta moralia. ibidem
Lex vetus continet præcepta cæremonialia præter moralia. ibidem.
Lex vetus continet præcepta iudicialia. 529
Lex vetus debuit inducere ad obſeruationem pręceptorum per temporales promisſiones & comminationes. ibidem
in veteri Lege vita ęterna erat promiſſa. ibidem

Legis veteris vtilitates plures. 522
Legis veteris præcepta moralia quæ ſint. 530
Legis veteris præcepta moralia ad decem præcepta Decalogi reducuntur. 531
Legis veteris Decalogus quid ſit. ibidem
Legis veteris præcepta moralia quomodo iuſtificabant. 537
Veteris legis cæremoniæ non fuerunt ante legem. 538
Legis veteris cæremoniæ vtrum habuerint virtutem iuſtificandi, diſceptatur. 538.& ſeq.
Veteris legis cæremoniæ vtrum ceſſauerint in aduentu Chriſti 541.542.& ſeq.
Veteris legis cæremoniæ & legalia, vtrum poſt paſſionẽ Chriſti poſſint ſeruari ſine peccato, fuſiſſime 545.546.& ſeq.
Lex vetus ante paſſionem erat in præcepto. 543

Lex Euangelica.

Lex Euangelica principaliter eſt indita in corde; ſecundario uero ſcripta. 552.& ſeq.
Lex Euangelica vtrũ proprie, aut improprie ſit lex ſcripta, explicatur. 552
Lex Euangelica vtrum ſolum ſit in cordibus indita. ibidem
Lex noua quomodo iuſtificet, 554.& ſeq.
Lex noua non debuit dari ab initio mundi. 555
Lex noua duratura eſt vſque ad finem ſeculi. 556
Lex noua, & vetus multis differunt. 557.& ſeq.
Lex noua quomodo veterem compleuit, 559
Lex noua quomodo in veteri contineatur. ibidem
Lex noua leuior & ſuauior quam vetus. 560
Lex noua aliquos exteriores actus præcipit & prohibet: vnde errant Lutherani dicentes, quod opera non ſunt neceſſaria in noua lege. 560.561.& ſequentibus.
Lex noua præcipue de tribus diſponit, de ſacramentis gratiæ, de fine & moralibus præceptis. 561
Lex noua ſufficienter de actibus interioribus ordinauit. 563
Lex noua conuenienter quædam conſilia hominibus propoſuit. 563.& ſeq.
Lex noua quando incepit obligare, quo ad omnes. 555.556
Lex Euangelica poſt paſſionem Chriſti ante eius promulgationem an habuerit vim obligandi. 544
Lex Euangelica quare lex ſpiritus & virtutis appelletur. 554.

Lex factorum.

Lex factorum & fidei quæ dicantur. 559.

Lex fomitis.

Lex fomitis quid. 485
Lex fomitis non vera, ſed metaphorica lex eſt. 487.

Legiſlator.

Legiſlator an legem ſeruare teneatur. 516
Legiſlator liceat ne cooperari malo. 491
Legiſlator in condendis legibus bonum commune præcipue reſpicere debet. 508

Liberalitas.

Liberalitas in homine potiſſimũ eſt in appetitu ſenſitiuo. 295.
Liberalitas & magnificentia duos habitus requirunt, alterum in voluntate, alterum in appetitu ſenſitiuo. 295
Liberalitas proprie eſt in Deo. ibidem
Liberalitatis, & iuſtitiæ diſcrimen. 297
Liberalitatis & fortitudinis differentia. 297

Libertas.

Libertas duas exigit conditiones. 76.
Libertas duplex, contradictionis & contrarietatis. 71.92.95
Libertas formaliter eſt in voluntate; radicaliter vero eſt in intellectu. 75
Libertas ſpiritus quid ad ſui rationem expoſtulet. 562
Libertatis origo & fons eſt indifferentia intellectus. 2
Libertatem voluntatis præcedit cognitio finis. 75

Liberum arbitrium.

Liberum arbitrium eſt facultas rationis & voluntatis. 7.8.
Liberum arbitrium optime ſtat cum motione Dei efficaci, 18
Liberum arbitrium vt ſic, non includit poſſibilitatem peccandi. 55
Liberum arbitrium ex motione corporum cæleſtium non neceſſitatur. 106.& ſeq.
Liberum arbitrium non neceſſitatur, cum homo iuſtificatur 638.639.
Liberum æquiuocum eſt. 59
Liberum & neceſſarium non ſemper differunt re, ſed ſolum ex modo operandi. 128
Liberum & voluntarium non ſunt idem. 84.74.75
Licitum eſt aliquando agere contra ſcrupulum. 179
Licitum eſt agere contra euidentiam ſpeculatiuam. 177
Licitum eſt ex duabus opinionibus æque probabilibus, vtramque indifferenter ſequi. 178
Licitum eſt ſequi opiniones probabiles in materijs & formis ſacramentorum. ibidem.
Licitum eſt ſequi opinionẽ probabilẽ, relicta probabiliore. 179
Linguarum donum non manet in pueris. 348
Loth an peccauit, diſſenſio inter Auguſtinũ, & Ambroſiũ. 491
Luciani fabula, de Deorum faſtidio. 246

Lumen.

Lumen & color eadem viſione videntur. 130
Lumen excedens non impedit receptionem ſpecierum ſenſibilium. 35
Lumen gloriæ in Paulo, ſi tamen vidit eſſentiam diuinam, habuit rationem diſpoſitionis. 348
Lumen gloriæ non eſt proprie habitus. 416
Lumen naturale intellectus an poſſit ad falſum inclinare. 570
Lumen naturale, licet ſit a Deo, non ita nos certificat de veritatibus ſibi proportionatis, ſicut lumẽ fidei 571.& quare, ibid.

M

Macula.

Macula non eſt in omnibus peccantibus æqualis, eſtque de fide. 378
Macula peccati in ſacris litteris euidenter expreſſa. 450
Macula peccati quid ſit in anima noſtra. 451.& ſeq.
Malitia moralis quid ſit. 554
Malitia & peccatum an idem ſint. 557

Malum.

Malum morale duplex. 159
Malum morale eſt entitas poſitiua deficiens. 160
Malum opus morale quid requirat. 163
Malum opus nihil meretur coram Deo. 198
Malum coniunctum & bonum amiſſum diſtinguuntur. 451
Malum per ſe dupliciter intelligitur. 216
Malum quare in ſpecie humana reperitur vt in pluribus; in alijs vero ſpeciebus reperitur in paucioribus. 358
Malum æquiuoce dicitur, de morali & naturali. 366
Malum in naturalibus & moralibus vnde oriatur. 396
Malum culpę quantum in ſe eſt, deſtruit deuinum bonum. 418
Malum morale quid ad ſui eſſentiam requirat. 420
ad Malum quomodo Deus inclinet. 421
Mala permittere an liceat legi. 490.& ſeq.
Mala cur a Deo permittantur. 490

Medium.

Medium viſionis eſt quodlibet corpus tranſparens. 33
Medium participat naturam vtriuſque extremi. 74
Medium non poteſt appeti, niſi ſub ratione finis. 94
Medium numquam neceſſitat abſolute voluntatem. 136
Medium virtutis eſt medium rationis. 334
Medium rationis & rei quid ſit. ibidem.& ſeq.
Medium rei duplex, arithmeticum, & geometricum. 334

me-

Medium iuſtitię & aliarum virtutum differt. ibidem.
Medium quod eligit temperantia infuſa, videtur ſtultitia, ſi humana perpendatur ratione. 329
Medium temperantiæ acquiſitę conſentaneum eſt humanę rationi. ibidem
Melius eſt illud cuius oppoſitum eſt peius, explicatur. 39
Melancholici quare ſine cauſa triſtantur. 252
Membra corporea quomodo ſubduntur rationis imperio. 150

Meritum.

Mereri apud Deum homo poteſt. 650.652
Meritum quid ſit. 652.653
Meritum bonorum operum quattuor conditiones requirit. 652
Meritum in Theologorum ſchola varie diuiditur. 653
Meritis correſpondet præmium ex iuſtitia diſtributiua & commutatiua. 653
Mereri vitam æternam ſine gratia homo non poteſt. 654
Meritum ex facilitate operandi non minuitur. 274
Meritum de condigno. 655
Meritum de rigore iuſtitiæ. 654
Meritum de congruó cum gratia pugnare videtur. 594
Meritum de congruo. 655
Meritum Sanctorum licet innitatur gratiæ & miſericordiæ acceptantis, nihilominus eſt vere & proprie meritum de condigno, & de iuſtitia. 655. & ſeq.
Meritum bonorum operum in quas cauſſas referant Catholici, in quas hæretici. ibidem & 656
Meritum Sanctorum apud Deum non conſtituit Deum debitorem. 657. & ſeq.
Ad meritum verum ſufficiat ſola gratia, an ſola caritas. 657
Meritorium ne ſit omne opus bonum exiſtentis in gratia, diſceptatur. ibidem.
Meritum bonorum operum ſemper debet eſſe opus ſupernaturale. 657
Meritum bonorum operum coram Deo oportet ne vt referatur in finem ſupernaturalem. 657. & ſeq.
Mereri nemo poteſt primam gratiam, nec remisſioné peccatorum, nec reconciliationem cum Deo. 658.659
Meruit nobis Chriſtus primam gratiam de condigno. 660
Mereri poteſt homo iuſtus alteri primam gratiam de congruo. ibidem. & 654.
Mereri homo non poteſt reparationem poſt lapſum nec merito condigni, nec merito congrui. 661. 662. & ſeq.
Mereri poteſt homo augmentum gratiæ vel caritatis. 663 & ſequentibus.
Meritum coram Deo quibus ex cauſis creſcat, & augeatur. 664. & ſequentibus.
Mereri homo non poteſt donum perſeuerantiæ. 664
Mereri homo poteſt bona temporalia. 665
Meretur nonnumquã homo peccator a Deo prẽmium téporale per opera quę facit ex Dei motione & ordinatione licet habeat peruerſam intentionem. ibidem.
Meritum Chriſti quomodo infinitum. 27
Meritum Chriſti & pręmium quomodo ſe habeant. 27
Meritum & pręmium in eodem inſtanti eſſe repugnat. 70
Meritum de congruo cum gratia pugnare videtur. 594
Meritum de condigno non ex eo dicitur quod Deus proprie nobis debeat pręmium, ſed quoniam ſtatuit legem certisſimam de præmio reddendo. 655
Mereri Chriſtum in nobis, & per nos an Catholice dicamur. ibidem.
Metaphyſica eſt ſcientarum naturalium dignisſima. 305

Metus.

Metus non tollit voluntarium, niſi ſecundum quid. 81
Metus duplex, leuis & grauis. 82
Metus quæ opera excuſat, quæ vero minime. ibidem.
Metu pœnę legi obtemperare, an ſit laudabile. 488
Minus malum an posſit ſtrictius prohiberi a Deo. 364
Miſericordię definitio. 250
Miſericordia quomodo ſit ſpecies triſtitię, & circa quę verſetur. ibidem.
Miſericordia quomodo reperiatur in Deo. 251
Miracula Chriſti erant euidentia ſigna diuinitatis. & quibus. 347
Miſeria humanę naturę poſt lapſum. 445
Mixtum, an ex contrarijs componatur. 449
Modus diuerſus operandi ſequitur diuerſam applicationem agentis. 49
Modus pręcepti an ſit neceſſarius ad legem ſeruandam ſecundum omnes circumſtantias, ita, vt tantum per bonum opus lex impleatur. 535
Modus virtutis triplex. ibidem
Modus caritatis an cadat ſub pręcepto, in duplici ſenſu diſcutatur. 536. & ſeq.

Mors.

Mors licet appetitu inferiori refugiatur; at nonnumquam ſuperiori appetitu deſideratur. 66
Moroſa delectatio, quando interuenit. 392
Mortẽ ceteroſque defectus corporales eſſe effectus peccati originalis de fide eſt. 448
Mors in B. Virgine fuit pęna originalis peccati. 449
Mors in Chriſto habere potuit locum, ſicut in alijs in puris naturalibus conditis. 449
Mortuus qualiter dicitur qui eſt in peccato mortali. 461
Moralia præcepta ſunt, quæ pertinent ad bonos mores. 530
Quę ſeruanda ſunt ex naturali lege, ideo pertinere dicuntur ad legem naturę. ibidem
Motio Dei efficax non tollit noſtræ voluntatis libertatem. 119 & ſequentibus.

Motus.

Motus primus ſenſualitatis, quomodo violentus, & quomodo voluntarius. 77
Motus & arduus & efficax voluntatis ſemper excitat paſsionis affectus. 84
Motus naturalis & voluntarius diſtinguuntur. 73
Motus appetitus ſenſitiui partim ſubduntur imperio rationis; partim vero non. 149
Motiuum ad peccandum aliquando concurrit efficienter; aliquando vero tranſit in rationem obiecti. 351
Motores tres ſunt in homine. ibidem
Motus primo primus & deliberatus. 390
Motus illiciti appetitus ſenſitiui ex obiecto expédendi ſunt. 390
Motus primi in infidelibus an ſint peccata mortalia. 470
Vt Moueat ſe quis, quid nam requiratur. 615
Motus liberi arbitrij, num requiratur ad iuſtificationem. 658
Mouere ſe, & mouere ſe in finem, quid ſit, & quibus conueniat. 74
Mouens eſt in duplici differentia. 97
Mouens in vniuerſum mouet ex appetitu finis. 102
Moyſes an viderit diuinam eſſentiam. 522
Mulier dubitans, an maritus quem habet ſit ſuus, tenetur reddere debitum, non tamen poteſt petere. 178
Mulierculę ex illuſione dæmonum viſiones habere ſibi videntur. 424
Mutatio duplex, altera naturalis, altera intentionalis. 33
Mutua inheſio eſt effectus amoris. 224

N

Natura multipliciter dicitur. 113
Natura quomodo contra voluntatem diſtinguitur. 114
Natura in omni ſua operatione agit propter finem. 5
Naturę eſſe hominũ habere caritaté, quomodo intelligatur. 46
Natura lapſa, & natura integra quid. 566.567.574
Naturalis perfectio intellectus an adiuuet ad viſionem. 65
Naturalis hominis inclinatio in bonum eſt. 358
Naturale eſt homini ſtudioſe operari. ibidem
Naturale dupliciter dicitur, & ſecundum naturam ſpeciei, & ſecundum naturam indiuidui. 278

Naturali vi poteſt homo abſq; ſpeciali gratia cognoſcere aliquas veritates naturales, 563.
Naturales veritates quare proponuntur credendæ per fidem. 564.
Naturalia manſerunt integra poſt peccatum; 4.& ſeq.
Neceſſitas duplex, altera coactionis, altera naturalis inclinationis. 78.
Neceſſitas ex ſuppoſitione non tollit libertatem, 121.
Neceſſitas ex ſuppoſitione duplex. ibidem.
Neceſſarijs, & naturalibus, nec meremur, nec demeremur, 197.& ſequentib.
Nolle quomodo cauſſet inuoluntarium. 77.
Nolle quod ſanctum eſt, aliquando licet, 185
Nomen virtutis varie accipitur; 29.
Non eſſe, dupliciter conſiderari poteſt. 234.
Notitia omnium tua Dei ſine Dei præſentia eſſe non poteſt, 53.
Numerus virtutum moralium. 318.

O

Obedientiæ breue & admirabile encomium. 566.

Obiectum.

Obiectum Odij quid ſit. 231.
Obiectum amoris, amicitiæ & concupiſcentiæ differunt. 218.
Obiectum dupliciter actum potentiæ excedit. 29.
Obiectum noſtri intellectus motiuũ & terminatiuũ eſt quidditas rei materialis. 31.
Obiectum dupliciter excedit virtutem potentiæ, ibidem.
Obiectum timoris comprehendit in ſe tria. 260.
Obiectum timoris filialis, 261.
Obiectum operationis quid dicatur. 156.
Obiectum vnius virtutis poteſt referri ad finem alterius virtutis duobus modis. 162.
in Obiecto potentiæ duplex ratio conſideranda eſt. 92.
Obiectorum differentiæ in moralibus variæ aſſignantur. 156.
Obicem ponere Spiritui ſancto ad altiorem ſtatum nõ eſt peccatum, ſi abſit præceptum. 373.
Oculus pro intentione accipitur in ſcriptura. 8.
Occidens hominem corporaliter, an grauius peccet quã occidens ſpiritualiter. 192.
Occidere ſeipſum maius peccatum eſt, quam Sodomiæ. 379.

Odium.

Odium non inclinat in malum ſub ratione mali. 92
Odium ex amore naſcitur. 265.
Odium non eſt fortius amore. ibidem.
Odium reſpectu veri & entis in vniuerſali non eſt; bene tamen eſſe poteſt reſpectu boni particularis. ibidem.
Odium quid ſit. 234.
Odium reſpectu Dei clare viſi eſſe non poteſt. 233
Odium vtrum in Deo reperiatur. 234.
Odium deterius eſt & grauius quam ira. 266.
Odium & ira multis differunt. ibidem.
Odium proximi duplex. 381.
Odij obiectum & cauſſa malum eſt. 234.
Odij diuiſiones. 235.
Odium reſpectu ſui ipſius eſſe, eſt impoſſibile per ſe loquẽdo; non tamen per accidens. 232.
Oſtendens in vno quomodo ſit omnium reus. 377.
Omnia quæ vult homo, vult propter Deum. 17.

Omiſſio.

Omiſſio quomodo eſt abſque omni actu. 76.
Omiſſio voluntaria tres exigit conditiones. ibidem.
Omiſſio, an detur ſine actu. 360.& ſeq.
Omiſſio culpabilis, & inculpabilis in quo inter ſe diſtinguantur. 362.
Omiſſio & actus qui eſt omiſſionis cauſſa, vnam formaliter malitiam habent. 362.
Omiſſio tunc vere eſt, quando eſt tempus implendi præceptum. 361.
Omiſſionis peccatum quo tempore imputetur. 361.& ſeq.
Omiſſionis grauitas vnde attendatur. 361.
Omiſſionis peccato an competat definitio peccati, videlicet quod ſit dictum vel factum, &c. 362.
per Omiſſionem an generetur habitus. ibidem.
Omittens audire miſſam propter ſtudium, an duplex peccatũ committat in confeſſione explicandum. 363.
qui Omittendi ſe periculo exponit, peccat. 352.
Onus Chriſti leue. 503
Onus Chriſti cum onere veteris legis confertur. ibidem.

Operatio.

Operatio omnis depẽdet ab aliquo determinato fine. 8.& ſeq.
Operatio cuiuslibet rei eſt eius finis. 28.
Operatio humana, vt in plurimum, durat per aliquod tempus; & non tantum per inſtans. 121.
Operatio humana non habet bonitatem aut malitiam eo quod a libera voluntate proficiſcitur. 155.
Operatio humana habet voluntatẽ aut malitiã ex obiecto. 155.
Operatio circa obiectũ infinitum, nõ ſubinde eſt infinita. 457
Operationes humanæ & in genere naturæ, & in genere moris conſiderantur. 37.
Operationes animæ Chriſti quandã infinitatem habebant. 26.
Operationes otioſæ quare ſic dicuntur. 9.
Operationes humanę quare dicuntur bonæ vel malæ. 154.

Opinio.

Opinioni propriæ an contrarie liceat. 177.
Opinio quę iudicatur eſſe improbabilis amplecti nõ poteſt. 178.
Opinio habet vere rationem habitus. 269.
Opinio probabilis amplecti poteſt relicta probabiliore. 179.
Opinio qualiter adiuuet ſcientiam. 348.
Opinio probabilis quæ dicatur. 578.
Opinionis & dubij diſcrimen. ibidem.
Opinionem ęqualiter probabilem pro vtraque parte licet indifferenter ſequi. ibidem.
Opinionum duplex genus. ibidem.
Oppoſitum eius quod eſt peius, melius eſt. 38
Optimum opponitur peſſimo. 380.

Opus.

Opus quodlibet bonum exiſtentis in gratia nõ oportet ſit meritorium. 413.
Opus naturę eſt opus intelligentię. 7.8.
Opus ad ſui bonitatem non exigit actualem relationẽ in Deũ, neque in vltimum finem. 165.
Opus bonum moraliter neceſſario requirit, vt ſit virtualiter propter vltimum finem. ibidem.
Opus malum ſemper eſt demeritorium coram Deo. 166.
Opus moraliter bonum in homine extra gratiam eſt indifferens ad meritum & demeritum. 165.
Opus meritorium in homine iuſto quid requirat. 165.& ſeq.
Opus idẽ nõ poteſt ſimul eſſe meritorium, & demeritoriũ. 195
Opus malum morale & peccatum; formaliter differunt. 196.
Opus malum an coram Deo ſit meritorium. 197.
Opus moraliter bonum in homine exſiſtente in gratia qua ratione poteſt dici meritorium. 577.

Opera.

Opera noſtra merito exiguntur ad beatitudinem. 69.
Opera bona exiſtentium in peccato mortali nõ merentur vitã ęternam. 198.
Opera peccatorum bona vtilia ſunt. ibidem.
Opera exteriora gratiam pręcedentia nullatenus ſunt meritoria: verum non ſemper omnia ſunt peccata. 561
Opera exteriora neceſſaria. ibidem
nõ Omnia opera hominis abſq; gratia facta ſunt peccata. 587
Opera omnia quibus peccator diſponitur ad iuſtitiam, ſiue mediate ſiue immediate, non poſſunt fieri ſine auxilio Dei ſpeciali. 577.

Opera infidelium quare ab Auguſtino appellentur vitia. 577.
Oratio ſine attentione, oratio non eſt. 488.
Opera ad iuſtitiam neceſſaria. 641.
de Operum neceſſitate diſputatio. 560.
Ordo caritatis alius eſt in via ad cognitionem fidei; alius vero in patria ad claram Dei viſionem. 38. 39.
Ordo imperij, conſilij, electionis, & vſus qualis ſit. 147.
Ordo habitus, & actus virtutis teologicæ an idem ſit. 325 & ſequentibus.
Organum corporeum dupliciter patitur. 20.
Origenes an exiſtimauerit pęnam inferni finiendam, diſcutitur. 453. 454.
Origenis error damnatur circa hoc, quod angeli beati peccare poſſint. 54.

Originale peccatum.

Originale pctm̄ ex diuina reuelatione cognoſcitur. 425. 426.
Originale peccatum qualiter in poſteros traducatur, explicatio difficilis eſt. 426.
Originale peccatum an vere culpa ſit. 428.
Originale peccatum qua ratione ſit noſtrum, oſtenditur. 427.
Originale peccatum non eſt a Deo. 429.
Originale peccatum in primis parentibus non fuit peccatum luxuriæ. 433.
Neque eſt concupiſcentia animæ. ibidem.
Neque eſt fomes. ibidem.
Originale peccatū nō eſt priuatio iuſtitiæ originalis. 434. 435.
Originale peccatum in nobis nō fuit illud peccatū primi parentis formaliter, neque pura priuatio. 436.
Originale peccatum quid ſit in nobis. 436. 437.
Originale & actuale in quo differant. 438.
Originale peccatū quare a Sanctis cōcupiſcentia dicatur. 436.
Originale peccatum quare appelletur a D.Th. habitus. 437.
Originale peccatum in omnibus eſt æquale. 439
Originale peccatum an fuerit in Adam. ibidem.
Originale peccatum an ſit in eſſentia animæ, an vero in aliqua potentia. 438.
Originalis peccati definitio. 435.
Originale peccatum eſſe virtualiter in ſemine, quo pacto intelligitur. 428.
Originale peccatum non dari, quibus argumentis probabant Pelagiani. 429.
Originale peccatum non contraheret homo, quamlibet formatus brachio aut carne humana, ſi ex ſemine virili non fuiſſet conceptus. 432.
Originale peccatum contrahere quid ſit. 434.
Originalis iuſtitia quomodo hominem Deo cōiungebat. 469.

Pannum nouum & veſtimentum vetus in ſcriptura quid. 525.
Paruuli diſcedentes cum originali peccato condemnati ſunt illa ſententia: Niſi quis renatus fuerit &c. 434.
Paruuli cum originali peccato diſcedētes an cognoſcant ſe priuatos gloria Dei ob peccatum Adæ, diſputatur. 439.
Paruuli cum originali peccato diſcedentes qua pęna puniātur, diſputatur fuſiſſime. 440. & ſeq.
Paruuli non cognoſcunt ſe eſſe priuatos gloria propter peccatum Adæ. 440.
Pars eſt propter totum. 37.
Parentum præcepta eo modo obligant, ſicut leges. 480.
Parentum præcepta, & aliorum Superiorum obligant ad culpam pro qualitate præcepti & materiæ. 510.

Paſſio.

Paſſio multipliciter dicitur. 199.
Paſſio propriiſſime importat receptionem alicuius abiectione conuenientis. ibidem.
Paſſio etiam pro affectu moderato & rationi conſono nonnūquam vſurpatur. ibidem.
Paſſio quid ſit. 199.
Paſſio & propaſſio recte diſtinguuntur a Diuo Hieronymo ibidem.
Paſſiones humanæ in quattuor genera diſtribuuntur, in naturales, animales, rationales, & diuinas. 200.
Paſſiones ex ſubiecto diſtinguuntur. 203.
Paſſiones concupiſcibilis ſunt ſex; iraſcibilis vero quinque. 204.
Paſſiones iraſcibilis ex concupiſcibili originem trahunt. 204.
Paſſionum differētia potiſſime ex obiecto deſumitur. ibidem
Paſſio ſi vſurpetur pro quauis receptione, vel pro receptione vnius cum abiectione contrarij in parte intellectiua inuenitur. 199. & ſequentibus.
Paſſio ſi accipiatur pro paſſione animali ex cognitione cōuenientis aut diſconuenientis, proueniente cū quadam corporis tranſmutatione, tantum inuenitur in parte appetitiua ſenſitiua. 200.
Paſſio ſemper ſequitur cognitionem. 199.
Paſſionum numerus & contrarietas. 199. & ſeq.
Paſſiones quomodo laudabiles. 199. 210. & ſeq.
Paſſiones meritoriæ ſunt & demeritoriæ. 210.
Paſſio omnis, an ſit mala moraliter. ibidem.
Paſſiones animi, an cadant in virum ſtudioſum. 304.
Paſſiones animæ conſiderantur, & ſecundum ſe, & ſecundum quod rationi ſubduntur. ibidem.
Paſſiones dupliciter ſunt voluntariæ. ibidem.
Paſſiones omnes ad quattuor reduci poſſunt. 211.
Paſſionum ordo, diuiſio, & habitudo deſcribitur 212. 213.
Paſſio ſequens deliberationem rationis & voluntatis conſenſum auget voluntarium. 84.
Paſſio anteuertens iudicium rationis, & conſenſum voluntatis auget voluntarium, licet diminuat liberum. ibidem.
Paſſio mouet voluntatem nō ſolum ex parte obiecti, ſed etiam ex parte ſubiecti quodammodo. 101.
Paſſio non neceſſitat voluntatem, niſi quando totaliter perturbat rationis iudicium. 117.
Paſſiones appetitus ſenſitiui non auferunt libertatem. 118.
Paſſio concupiſcentiæ volūtę non minuit peccatum. 381.
Paſſionis, & propaſſionis differentia. 313.
Paſſio appetitus ſenſitiui mouet voluntatē ad peccandū. 408.
Paſſio an ſemper augeat peccatum. 412.
Patres veteris teſtamenti erant veri filij Dei adoptiui. 541. & 558.
Paulus an vxoratus fuerit. 564.
Paulus an viderit diuinam eſſentiam. 348.
Paulus an vere reprehenderit Petrum. 546. 547. & ſeq.
paupertatis encomium, ad eamq; amplectendam ſuaſio proponitur. 565. & ſeq.
Paupertas ſpiritus omnium bonorum radix. 441.

Peccator.

peccans mortaliter ſeipſum conſtituit vltimum finem. 13
Peccans mortaliter quomodo in creatura conſtituat vltimum finem. ibidem.
Peccans venialiter, an cōſtituat vltimum finem in creatura. 14
Pecans contra præceptum naturale & ſupernaturale, an peccet duplex peccatum ſpecie. 374.
Peccantis nocumentum, an augeat peccatum. 384.
Peccans ex malitia non vult malum ſub ratione mali. 91.
peccans contra finem ſupernaturalem non ſubinde peccat contra naturalem. 561.
Peccans auctoritate legis non peccat, quomodo ſit intelligendum. 553.
Peccator quando peccat propter Deum, operatur vt eſt vniuerſale quoddam bonum. 14. 16.
Peccator ſeipſum pabulū mortis efficit, & obſequio ſe dęmonis tradit. 485.
Peccatores ex habitu quomodo ex malitia peccēt. 415. & ſeq.

Peccator quando teneatur ſtatim pœnitere. 599
Peccator qualiter faciat contra voluntatem Dei. 562. & ſeq.
Peccatores ad bona opera inducendi ſunt. 198.
Peccatores non ſe diligunt. 217.

Peccatum.

Peccatum quid ſit. 362.& ſeq.
Peccatum varijs nominibus appellatur. 367
Peccatum non eſt a Deo, quia eſt entitas deficiens. 367
Peccatum num habeat ideam in Deo. 334
Peccatum an formaliter ſit natura poſitiua, late diſſeritur. 365.448.& ſequentibus.
Peccatum quantum ad ſuum formale eſſe priuationem boni, & nihil, vt improbabile reprobatur. 366
Peccatum quod in genere ſit quid priuatiuum, & in ſpecie poſitiuum, improbabile eſt. ibidem.
Peccatū quo ad ſuū formale eē ens rationis falſum eſt. ibidem
Peccatum quo ad ſuum formale eſt aliquid reale poſitiuum. 367. ibidem.
in Peccato tria inueniuntur, actus voluntatis, forma contraria rectitudini, & priuatio rectitudinis. 367
Peccatum includit auerſionem, & conuerſionem. 369
Peccatum ab alijs priuationibus maxime differt. 194.195
Peccatum eo ipſo quod eſt contra rationem, eſt offenſiuum Dei. 367
in Peccato non ſunt duæ oppoſitæ rationes, eſſe contra Deum, & contra rationem. 638
Peccatum, vitium, & malitia an idem ſint. 357
Peccatum, & vitium quomodo ſint contra naturā. 357.& ſeq.
Peccatum & vitium quomodo contrarientur virtuti. 357
Peccatum peius eſt quam vitium. 358.
Peccatum poteſt eſſe ſimul cum aliqua virtute. ibibem.
in Peccato non ſemper eſt aliquis actus. 358.& ſeq.

Peccatorum diſtinctio.

Peccata ex triplici cauſſa diſtinguuntur, ex parte auerſionis, ex diuerſitate præceptorum, ex obiectis, & hæc cauſſa eſt potiſsima in diſtinctione peccatorum. 368.& ſeq.
Peccata carnalia ab ſpiritualibus diſtinguuntur. 370.
Peccata carnalia num poſſint eſſe in dæmonibus. ibidem.
Peccata diſtinguuntur ſpecie ſecundum cauſſas finales, atque etiam motiuas, quando motiuæ cauſſæ tranſeunt in rationē obiecti. ibidem
Peccatum conueniente diſtinguitur in peccatum in Deum, in ſeipſum, & proximum. 375.
Peccata non diſtinguuntur ſpecie ſecūdū reatum pœnæ. 375 & ſequentibus.
Peccatum commiſsionis, & omiſsionis non ſemper differunt ſpecie. 376.& ſequentib.
Peccatum tranſgreſsionis & omiſsionis quomodo ſemper differant ſpecie. 375.
Peccatum conuenienter diuiditur in peccatum cordis, oris, & operis. ibidem
Peccata differunt ſpecie ex ſuperabundantia & defectu. 376
Peccata quando differant ſpecie ex circumſtantijs. 376.

Peccatorum comparatio.

Peccata omnia non ſunt connexa. 376.
Peccata omnia non ſunt paria, & vnde inæqualitas peccatorū proueniat. 377.& ſeq.
Peccatorum macula non eſt æqualis in omnibus peccatis. 378
Peccatorum grauitas attenditur potiſsimum ex obiectis. 378 & ſequentibus.
Maximum peccatum principaliter & directe maxime virtuti contrariatur. 378.379.& ſeq.
Peccata ſpiritualia maioris culpæ ſunt quam carnalia, ceteris paribus. 380.
Peccatorum grauitas quomodo attendatur ſecundum cauſsā peccati. 380
Peccatum quomodo fiat grauius ex circumſtantijs. 381.
Peccatorum grauitas attenditur ſecundum malus nocumentū præuiſum & intentum. 381.& ſeq.
Grauius ne ſit peccatum ſollicitare mulierē ad fornicationē, quam occidere eam corporaliter, exponitur. 384.
Peccatum augetur ex nocumento peccantis. ibidem
Peccatum aggrauatur ex perſona in quam peccatur. 385. & ſequentibus.
Peccatum grauius fit ex magnitudine perſonæ peccātis, & quo modo. 385. & ſequentibus.

Peccatorum ſubiectum.

Peccati ſubiectum voluntas. 387.
Peccati ſubiectum non eſt ſolum voluntas. ibidem.
Peccatum an ſit ſolum actus voluntatis elicitus, diſputatur. 385.& ſequentibus.
Peccatum poteſt eſſe in ſenſualitate. 387. & ſeq.
peccatum non poteſt eſſe in appetitu ſenſitiuo, niſi quatenus mouetur a voluntate. 388.
Peccatum non eſt omnis motus ſenſualitatis circa illicita 389. & ſequentibus.
Peccatum mortale non poteſt eſſe in ſenſualitate, licet poſſit eſſe in appetitu ſenſitiuo. ibidem.
Peccatum poteſt eſſe in ratione. 390.
Peccatum morofæ delectationis in ratione eſt. ibidem.
Peccatum mortale quādo ſit motus illicitus appetitus ſenſitiui exponitur copioſe. ibidem.
Peccatum quo ad conſenſum ſemper pertinet ad rationē ſuperiorem, & quomodo cōſenſus in delectationem communiter pertineat ad rationem inferiorem. 393.
Peccatum mortale an ſit cō ſenſus in delectationem ſine opere diſputatur. 393.& ſeq.

Peccatorum cauſſa.

Peccatum cauſſam habet. 396.& ſeq.
Peccati et mali moralis quæ ſit cauſa, grauis quæſtio explicatur 396.& ſequentibus latiſsime.
Peccatum habet cauſſam interiorem mediatam, & immediatam. 397.
Peccatum poteſt habere aliquam cauſſam exteriorem, quæ moueat ad peccandum, ſed non ſufficienter inducentē ibid.
peccatum ſola voluntas ſufficienter complet. ibidem.
Peccatum vnum poteſt eſſe cauſſa alterius ſecūdum quatuor genera cauſſarum. 398.
Ex vno peccato nonnumquam aliud ſequitur neceſſario. 398.
Peccati cauſſa eſt ignorantia. 399.
Peccatum eſt ipſa ignorantia. 400
Peccatum ignorantiæ, an ſit peccatum ex propria ratione, an ratione negligentiæ, exponitur. 401.& ſeq.
ad Peccatum ignorantiæ vincendum quid teneatur homo facere. 402.& ſeq.
Peccatum excuſatur ex ignorantia. 403.& ſeq.
Peccatum diminuitur ex ignorantia. 403.
Peccatū ex paſsione quomodo contingat, & quomodo paſsio moueat voluntatem ad peccandum, etiam contra propriam ſcientiam. 404.& ſeq.
Peccatum ex paſsione cōuenienter dicitur ex infirmitate. 404.
Peccatum ex paſsione diminuitur. 405.
Peccatorum cauſſæ cōuenienter reducuntur ad hæc tria, cōcupiſcentiā carnis, cōcupiſcentiā oculorū, & ſuperbiā vitæ 411
Peccati omnis principium & cauſſa eſt amor ſui. 410.
Peccatum ex paſsione non totaliter excuſatur. 413.
Peccatum ex paſsione poteſt eſſe mortale. 412.
Peccatum ex malitia quid ſit, ibidem. 413.& ſeq.
Peccatum ex habitu, vtrum ſit peccatum ex malitia. 67.68.
Peccatum ex malitia grauius eſt peccato ex paſsione. 416.
Peccati cauſſa Deus non eſt. 417.
Peccati actus ex Deo eſt. ibidem.
Peccatum a Deo non eſſe latiſsime diſputatur. 418.& ſeq.
Peccatū præcedens quomodo dicatur cauſſa excæcationis, & indurationis. 422.

pec-

Peccati cauſſa diabolus non poteſt eſſe directe, ſed ſolum per modum proponentis appetibile. 423
Peccati cauſſa poteſt eſſe diabolus interius inſtigando. 424.
Peccati cauſſa non poteſt eſſe diabolus neceſsitans voluntatē ad peccandum. ibidem.
Peccata omnia non ſunt ex ſuggeſtione diaboli. 425
Peccatum primum primi parentis per originem in poſteros traducitur. 425.& ſeq.
peccata alia primi parentis, vel proximorum parentum non traducuntur in poſteros. 427.& ſeq.
Peccatum primi parentis tranſit per originem in omnes homines. 428.
Peccatum originale non contraheret, qui ex humana carne miraculoſe formaretur. ibidem.
Peccatum originale non contraherent filij, ſi Adam nō peccaſſet Eua peccante. 431.
Peccati omnis radix eſt cupiditas. 441.442.
Peccati omnis initium eſt ſuperbia. ibidem.

Peccati effectus.

peccatum quomodo diminuat bonum naturæ, & an totum bonum naturæ poſsit auferre. 444.& ſeq. latiſsime
Ex peccato primo quattuor vulnera naturę ſunt deriuata. 445.
peccatum quomodo intulerit vulnus naturæ, explicatur. 446.
peccati effectus eſt priuatio modi, ſpeciei, & ordinis. 447.
peccati effectus ſunt mors, & alij defectus corporales. 458
peccatum cauſſat maculam in anima. 450.
peccati macula quid ſit. 451.& ſeq.
peccati effectus eſt reatus pęnæ. 452.
peccatum quomodo poſsit eſſe pœna peccati. 452.& ſeq.
peccatum aliquod inducit reatum æternæ pœnæ. 454.& ſeq.
peccato mortali ex parte auerſionis debetur pęna infinita, quæ eſt pęna damni, videlicet, infinita amiſsio infiniti boni, ſcilicet Dei. 455
peccato mortali correſpondet pęna ſenſus finita. ibidem
peccati mortalis duplex pœna, damni, & ſenſus, ex diuinis ſcripturi demonſtratur. ibidem.
peccatum mortale ſolum inducit reatum æternæ pęnæ. 456. & ſequentibus.
peccatum veniale in inferno punitur pœna numquam finienda ratione ſtatus. ibidem.
poſt peccatum, manente macula & auerſione a Deo, manet reatus pęnæ. 457.
poſt peccatum ablatum per veram pęnitentiam aliquando manet reatus pęnæ. ibidem.
pro peccato alterius quomodo quis puniatur, varie explicatur. 459.460.& ſequentibus.

Peccatum veniale & mortale.

peccatum veniale & mortale, quod differant inter ſe, authenticum eſt, & habetur ex diuinis litteris. 461
peccati mortalis appellatio ex diuinis litteris eruitur. ibidem.
in peccato mortali qui exiſtit, quomodo dicatur mortuus. ibid.
peccatum veniale quare ita dictum ſit. 463.
peccatum veniale an ſit dicendum peccatum ſimpliciter. 573
peccatum veniale & mortale quomodo differant, exponitur copioſe contra Lutheranos, & Vuicleuiſtas. 46.& ſeq.
peccatum omne veniale de ſe eſſe mortale & mereri ſupplicium æternum, error. 464
peccatum veniale vtrum ſit contra legem an præter legem, exponitur. 465.
peccatum veniale ex genere ſuo differt genere & ſpecie a peccato quod eſt mortale ex genere ſuo. 466.
peccatum veniale quomodo diſponat ad mortale. ibidem
peccatum veniale numquam poteſt fieri mortale, licet in infinitum multipliciter. 466.& ſeq.
peccatum veniale quot modis poſsit eſſe mortale. ibidem.
peccatum veniale ex contemtu intra limites peccatum venialis non eſt peccatum mortale. 467.
peccatum veniale non cauſſat maculam in anima. ibidem.
peccata venialia conuenienter deſignantur 1. Corinth. 3. per lignum, fœnum & ſtipulam. 467.
peccatum veniale non potuit eſſe in ſtatu innocentiæ. 468.
peccatum veniale non potuit eſſe in angelis. 469
peccatum veniale non poteſt eſſe cum ſolo peccato originali, ſine mortali, idq; explicatur latiſsime. 470.& ſeq.
peccatum veniale quem habeat vltimum finem. 13.14
peccati venialis duplex finis. 13.
peccatum veniale an tollat effectum ſacramenti. 196.
peccata venialia non poſſumus omnia in hac vita cauere. 390.559.
peccato veniali aliquem caruiſſe, excepta B. Virgine, an poſsit tuto defendi. 560
peccata venialia non diminuunt caritatem in ſe; bene tamen per impedimenti appoſitionem. 385.

Peccatum originale.

peccatum originale quid ſit, & quod ſit eius ſubiectum, quis effectus, & qua pęna ſit puniendum, vide verbo, Originale peccatum.

Peccatum quædam proprietates.

peccatum ſodomiæ antonomatice dicitur peccatum contra naturam. 358
peccatum quomodo dicitur fieri contra Dei voluntatem. 77.
peccatū ex ignorantia culpabili admiſſum eſt in eadem ſpecie, ac ſi fiere ex certa ſcientia. 178 373.
peccatum ex non ſecuta conſcientia erronea ad quam ſpeciē pertineat. 175
peccatum eſt agere contra conſcientiam dubiam. 176.
peccata contra virtutes Theologicas an vitari poſsint abſque gratia. 328.& ſeq. 558
peccata carnalia non poſſunt eſſe in angelis 382
peccata carnalia quo ad reatum in angelis poſſunt eſſe, nō quo ad affectum. ibidem
peccata pręcipua non oportet quod pręcipuis virtutibus opponantur. 370
peccata commiſſa a maiori virtute pollentibus quando magis illis imputentur, exponitur. 375.
peccatum quodlibet in actu exercito eſt actio immanens. 387
peccatum vnum ex multis actibus diuerſarum potentiarum reſultat. ibidem.
peccatum voluntatis germen. 397.
peccatum cum ignorantia an ſit eiuſdem rationis cum ipſo præſente ſcientia. 470.& ſeq.
peccatum an poſsit eſſe in voluntate, ſtante perfecta ſcientia in intellectu. 490.
peccatum quādo pertineat ad naturam, quando ad perſonam, perſpiciendum eſt ex bono illo quo priuat. 428.429.
peccati conſuetudo hominē magis ineptum reddit ad gratiam recipiendam. 444.
peccatum ex Dei miſericordia aliquando eſt medicina. 461.
peccata omnia fiunt Deo permittente, & quare. 499.
peccatū permiſsū nō eſt conforme diuinæ volūtati, & legi. 491
peccata Sanctorum quare narrentur in ſcriptura. 536.
peccatum an poſsit ſine infuſione gratiæ remitti de potentia Dei abſoluta. 558.
peccatum tranſit actu, & remanet reatu. 635.
peccatum ſine ſupernaturali rectitudine remitti nequit. 636.
peccatum quęnam incommoda ſecum trahat. ibidem.
peccatum & gratia an ſint immediate oppoſita. ibidem.
peccatum comproduci a Deo aliquando poſſe aſſeritur. 637.
peccatum & gratia an ſuapte natura opponantur. ibidem.
peccatum an tollat gratiam efficienter vel demeritorie. 637.
pelagius licet inimicus gratię Chriſti illam neceſſariam aſtruit ad remisſionem peccati. 557.

Pœna.

pœna duplex a lege ſtatuta. 372.
pœna damni non eſt in omnibus damnatis ęqualis. 448.

pœna

Pœna ratione ſignificationis impoſita incurritur etiam ſine culpa. 407.
Pœna incurritur ab illo, qui ſcienter facit opus, propter quod poſita ē, etiamſi ignorauerit illam pœnam. ibidem.
Exceptio huius habetur. ibidem.
Pœna originali peccato debita inquiritur. 439. & ſeq.
Pœna quid in ſui ratione importet. 454.
Pęna inferni nunquā finienda 454. & ſequētibus, etiam pro peccato breui & momentaneo. 455.
Pęna duplex, & ſenſus, ibidem.
Pœna damni quid. ibidem.
Pęna damni infinita; ſecus de pœna ſenſus. 456.
Pęna ſenſus an ſit infinita. 456. & ſeq.
pęna peccati venialis in infinitum exceditur a ſupplicio peccati mortalis. 457.
Pęna debita peccatis remiſſi numquam in inferno finitur. 457.
Pęna peccati mortalis & venialis ex parte detentionis in inferno æqualis; non vero ex parte doloris. 467.
pœna inferni numquam filius punitur propter peccatum parentum; ſecus de temporali. 458.
pęnarum triplex genus. 513.
pœna priuatiua per legē appoſita ipſo facto incurritur abſque alia iudicis condemnatione, & quare. ibidem.
pęna præſtiti iuramēti à rectore vniuerſitatis poſita an obliget ſub mortali. ibidem.
pęnitere ſicut pro aliquo tempore licet, ita & non velle pęnitere. 414.
pęnitentiæ virtus in primo parente ante peccatum. 342. 343.
pęnitentiam eſſe neceſſariam, qua ratione Lutherani conuicti affirmant. 641.
peregrini an teneantur legibus regionis, in qua ſunt. 517.
perfectio Euangelica principaliter cōſiſtit in interiori ornatu cordis; exteriora vero opera ad eius cōſeruationem neceſſaria ſunt. 561.
perſeuerantiæ donum ſi quis dixerit ſe habiturum certitudine infallibili, hæreticus eſt. 624.
perſeuerantiæ donum quod auxilium requirat, inueſtigatur. 602. & ſequentibus.
peſſimum opponitur optimo, quando habet verum. 318, 319.
perplexus homo non eſt in hac vita, niſi ſua culpa. 337.
permittit Deus per indulgentiam minora mala ad cauendum maiora peccata. 490.
permittere mala fieri bonum eſt. 491.
phantaſmata non præcipue concurrunt effectiue ad mouendum intellectum. 107.
philoſophorum variæ ſententię circa amoris definitionē. 213.
philoſophorum grauiſſimæ ſententiæ circa ſenſus voluptatem deteſtandam. 247. & ſeq.
philoſophorum quidam beatitudinis ſpe mortem ſibi conſciuerunt. 65. 65.
Platonis argumenta ad oſtendendam differentiam iraſcibilis & concupiſcibilis. 205.
Plauti verſus de amore. 215.
pollutionem ex audientia confeſſionum ſubſecutam non tenetur confeſſor vitare. 393. & ſeq.
de Pollutione ſine peccato ſubſecuta an liceat gaudere. 393.
poteſtas humana ex pluribus conſurgit. 22.

Potentia.

potentia ad videndum Deum non eſt naturalis. 45.
potentia miraculorum non eſt naturalis. ibidem.
potentia naturalis quid. ibidem.
potentię paſſiuæ correſpondet potentia actiua. 46.
potentia recte diuiditur in potentiam naturalem & ſupernaturalem, & obedientiam: potentia vero neutra eſt merum commentum. ibidem.
potentia fertur in ſuum obiectum, & in ſuum contrarium 4
potentia non poteſt eleuari extra altitudinem ſui obiecti. 33.
potentia corporea poteſt agere in ſpiritum. 33.
potentia obedientialis quid. 46.
potētię omnes pręter voluntatē cogi poſſunt in ſuis actibus. 80
potentiæ quæ ſubduntur voluntati ſunt in duplici differentia. 96. 97.
potentijs quædam conueniunt ſecundum ſua propria obiecta, quædam per participationem cauſſæ ſuperioris. 205.
potentia quę eſt ſubiectum virtutis, qualis eſſe debet. 300.
potentia peccandi an ſit a Deo. 421.
potentiæ animę poſt peccatum diſcordes. 447.
potentię duę quando concurrunt ad aliquem actum, illi actus tribuendus eſt ad quam pertinet ſecundum ſubſtantiam ſuam, & ſecundum id quod perfectiſſimum eſt. 476.
ptās tyrannica, & regia in quo potiſſime diſcriminētur. 478.
prauus omnis quomodo ſit ignorans. 409. & ſeq.

Præceptum.

pręceptum Non concupiſces, quomodo ſit intelligendum. 118
pręceptum delectionis Dei adimpletur in via. 154.
pręceptum quodlibet an obliget ad mortale. 464. & ſeq.
pręcepta legis naturalis ſunt in triplici differentia. 489.
præcepti & legis finis quando ſub pręcepto cadit. 488.
pręcepta aliqua iuris naturalis inuincibiliter ignorari poſſunt. 500.
pręcepta veteris legis quot. 503.
pręcepta a ſuperioribus quo fine, & qualiter imponi debent. 504.
pręcepta Moſayca ad tria genera reducuntur. 529.
pręcepta indiſpenſabilia quę ſint. 533.
pręceptum circūciſionis quando extinctum eſt. 543.
pręceptū implere, & vitare peccatū illo oppoſitū, idē eſt. 598.
præmiare Deum vltra, & punire citra cōdignum, quomodo verificetur. 497.
pręfectus non tam ad ſingula membra, quam ad totum corpus attendere debet. 504.
pręcipientium temerarię intentiones pro quibuslibet rebus parui ponderis, ſtatim obligant ad culpam ſubditos, quam ipſi volunt ſubditos incurrere. 515.
pręlati poſſunt in ſuis legibus diſpenſare. 520.
pręcepta Moſayca ad tria genera reducuntur. 529.
pręcepta primę & ſecundę tabulę quot. 531.
pręcepta quę indiſpenſabilia. 533.
præcepta Decalogi an ſint diſpenſabilia. 533.
pręcepta cęremonialia qua ratione in nuoua lege robur habeant. 541.
pdicatio Apoſtolorū nō fuit poſitio, ſed pmulgatio legis. 544.
pręceptum iudicialium figura, obligatio, diuiſio & infra. 549. & ſequentibus.
pręceptum in veteri lege de non admittendis in eccleſia Dei Ammonitis & Moabitis, etiā poſt decimam generationem diſcutitur. 551.
pręceptum fuit poſitiuum in veteri lege de ducenda vxore ex eadem tribu. 552.
primum in vnoquoque genere eſt cauſſa aliorum. 4.
principium mouens in homines, duplex. 349.
principia quibus homo dirigi poteſt in ſua cognitione ſunt quattuor. 201.
priuationes naturalium potentiarum ſunt malę ſecundum quid. 421.
priuationes multæ ſuſcipiunt magis & minus. 456
priuatio vocis actiuę an ſtatim ipſo facto incurratur. 453. & ſequentibus.
proprietates conuenientes ratione forma, aliter ſe habent quā quę conueniunt ratione materiæ. 114.
progreſſus rationis duplex eſt, reſolutiuus & cōpoſitiuus. 140
progreſſus peccati explicatur. 143.
progreſſus rationis in rebus agendis. 139.
propter, non ſemper importat cauſſalitatem; ſed nōnumquam rationem finalem. 60.
prophetę an ecſtaſim fuerint paſſi. 227.
propphetię donum non manet in patria. 346.

Promulgatio an ſit de ratione legis. 480.
Promulgatio quæ & quanta ad legem requiratur .481. & ſequentibus.
Propitiatorium an fuerit tabula lapidea. 539

Prudentia.

Prudentis definitio eſt regula humanarum operationum, 131.
Prudentia in ſpirituum approbatione maxime neceſſaria. 102.
Prudentia non perditur per obliuionem. 312
Prudentia quomodo ſuum habeat diſcurſum. 303.
Prudentia eſt virtus ab arte diſtincta. 306.
Prudentia eſt virtus homini neceſſaria. 309.
Prudentia eſt in intellectu practico. 306.
Prudentię adiungitur ſyneſis, & eubulia. 308.
Prudentia ſemper dicit verum. 307.
Prudentia quomodo præſtituit finem virtutibus moralibus 289.311.
Prudentia non poteſt eſſe ſine virtutibus moralibus. 290
Prudentiæ diſcurſus qualis ſit. 191.313
Prudentia eſt vnica tantum in vno homine. 316.
Prudentiam eſſe virtutem infuſam ſecundum fidem probatur. 329.
Prudentia an ſit caritate pręſtantior. 344.
Pueri an habeant actus liberi arbitrij. 116.
Pueri & furentes, an teneantur lege naturali. 496.
Puerum facientē quod in ſe eſt ex facultate naturę, dum peruenit ad vſum rationis, Deus illuminat it. 67.
Puer perueniens ad vſum rationis an diligere poſſit Deum ſuper omnia. 584.
Puero in primo inſtanti vſus rationis recte de ſe deliberanti non oportet vt lumen ſupernaturale mox infundatur; ſed ſatis eſt poſt aliquam moram, prout deſtinauerit diuina prouidentia. 473.
Puer ad vſum rationis perueniens quos actus teneatur habere, deſcribitur. 473.
Puerum teneri ad Deum conuerti, cum peruenerit ad vſum rationis, quem ſenſum habeat. 415
pulcritudo eſt amoris cauſſa. 219
pulcritudo quid ſit. 219.
punitio vocis actiuę & paſſiuæ quomodo incurritur. 513
Purgatorij locus ex Paulina ſententia colligitur contra Lutherum. 468.

Q

QValis vnuſquiſque eſt, talis finis videtur ei. 99.
qualitatis ſpecies recenſentur. 268.
Qualitas quid ſit. 268.
Qualitatum proportio in actione & reſiſtentia. 287.
Qualitates quæ intenduntur & remittuntur in ſe ipſis, ſunt magis vel minus perfectæ. 287
Quantitas bonitatis vel malitiæ in electione quomodo conſequitur quantitatem bonitatis vel malitiæ in intentione. 181. & ſequentibus.
Quando ſit laudabile diuinæ voluntati conformari in uolito materialiter. 186.
Queſtiones, quæ de puero peruenienti ad vſum rationis poſſunt moueri, citantur. 473.
Quies, & lętitia, & gaudium quomodo ſe habeant. 125.
Quies conuenit rebus cognitione carentibus; non gaudium nec delectatio. 125.
Quod eſt tale per participationem, reducitur ad id quod eſt tale per eſſentiam. 43.
Quod eſt in potentia, reducitur ad actum per aliquid quod eſt in actu. 95.101.
Quod mouetur, ab alio mouetur, explicatur. 102.

R

RAptus addit ſuper ecſtaſim. 227.
Raptus Pauli quomodo fuerit. ibidem.
Ratio eadem potentia cum intellectu. 142.
Ratio ſuperior & inferior quid ſint, & quō diſtinguātur. 142.
Ratio humana & diuina quid. 143.
Ratio ſuperior non poteſt peccare venialiter tantum, ſi obiectū ex genere ſuo ſit peccatum mortale; ſecus ſi ſit veniale. 396
Ratio humana ex coniunctione ad donum iuſtitiæ originalis habebat in ſe vigorē, quo poſſet cōcupiſcentiā frænare. 568
Reatus pęnæ non eſt pęna, ſed obligatio ad illam. 452.
Reatus pęnæ aliquando manet remiſſa culpa. 458.
Reatus pęnæ an aliquando tollatur manente peccato in hac vita. 459
Rectitudo appetitus gemina. 307.
Rectitudo & iuſtitia animi interior quid ſit. 635.
Rectitudo naturalis poteſt eſſe cum peccato. 636
Rectitudo voluntatis requiritur ad beatitudinem antecedenter, & concomitanter, & conſequenter. 53. & ſequentibus.
Regia poteſtas inter omnes gubernandi rationes eminet. 549
Reges an bona ſubditorum in proprias valeant conuertere vtilitates pro ſuo arbitratu. 477
Reges miniſtri regni in ſcriptura appellantur. 477.
Reges & principes, qui bonis reipub. abuſi ſunt, infeliciter perierunt. 478.
Regimen mixtum eſſe optimum inter ceteros principatus, quomodo intelligatur. 507.
Rex propter regnum; non e conuerſo. 478.
Regula quod tutior pars eſt eligenda. 176.
Regulę ad cognoſcendum, quando lex humana obligat ad peccatum mortale. 510
Regulę ad cognoſcendum, quādo metus a peccato excuſet. 83
Regulę ad cognoſcendum, quando circūſtantię mutant ſpeciem actus. 168.
Regulę ad pacandam conſcientiam in dubijs. 170.
Regulę ad cognoſcendū, quando ex intentione meliori finis creſcat bonitas electionis. 176.
Regulæ ad probandum, vtrum ſpiritus ex Deo ſint. 103.
Regula ad conoſcendum impulſum Spiritus ſancti. 352
Reipub. maxime prodeſt, quod ciues non egeant. 479
Religio an ſit virtus Theologica. 322.
Remedia ad immoderatum amorem minuendum. 230.
quod Religio ſit virtus infuſa ex fide conſtat. 299.
Reſolutio vltima fidei ſit in primam veritatem. 97.
Res amata tripliciter ſe poteſt habere ad amantem. 52.
Res artificioſę dicuntur bonæ per ordinem ad aliquid extrinſecum. 154.
Res naturales ſunt bonę per aliquid abſolutum. ibidem.
Res exteriores dicuntur bonę vel malę cauſſaliter. 157
Res tantum habent de bonitate, ſicut de eſſe. 152
in Rebus per ſe ordinatis, vtrum ſit poſſibilis progreſſus in infinitum. 11.12.
Reuelatio ſuæ gratię quibus facta fuerit. 92 93.
Riſus ſubiectum & ſedes. 245.
Riſus ſolis hominibus conuenit inter animantia. 245
Riſus cauſſa & origo. ibidem
Riſus Hannibalis. ibidem.

S

SAbbathum in Dominicam diem Apoſtoli tranſtulerunt. 504.505.
Sacerdos non tenetur potius mori, quam celebrare abſque corporali, aut lumine, aut coram excommunicatis, niſi fiat in contemtum religionis Chriſtianæ. 515

Sacramentum.

Sacramenta quę dicebantur in veteri lege. 538.
Sacra dicuntur quę ad diuinum cultum, tamquā inſtrumenta peculiaria deputantur. 538.
Sacramenta gratiæ fontes appellantur. 559.
Sacramentorum nouæ legis neceſſitas & conuenientia. 561.
Sacramentalia cur in lege noua nulla fuerint a Chriſto Domino inſtituta. 562.563.

Sacra-

Sacramentum Baptiſmi & pœnitentię vt digne ſuſcipiantur ſat fuerit,vt qui ſuſcipit,vel non habeat conſcientiá peccati mortalis,vel ſaltem habeat attritionem de peccatis. 61
Sacrilegium grauius furto. 518
Sacrificia quot erant in lege veteri. 538
Sanctorum ſententiæ difficiles circa beatitudinem,vtrum futura ſit perfecta ante corporum reſurrectionem. 57. & 58
Sanctorum crimina grauia quare in Scriptura ſacra narrentur. 525
Sapiens dominabitur aſtris. 106
Sapientia an ſit caritate prę̨ſtantior,non ita facile definitur. 344
Saraceni vitam beatam in voluptate conſtituunt. 23
Satisfactio noſtra meritis Chriſti enixa,ſatisfactionem Chriſti maxime cōmēdat & illuſtrat,tantum abeſt vt obſcuret. 459
Satisfacere non poteſt quis in gratia exiſtens pro peccatis ab ipſo committendis. 459

Scientia.

Scientia practica quid requirat. 39
Scientia non eſt collectio ſpecierum. 277
Scientia proprie eſt habitus. 277
Scientia perfectiſſima nō eſt ſufficiens ad mouendam voluntatem. 309
Scientia de rebus agēdis duplex,vniuerſalis & particularis. 310
Scientia quanto vniuerſalior, tanto certior. 346
Per Scientiam inditā Chriſtus non cognouit euidenter myſterium Trinitatis, euidentia rei; ſecus eſt de euidentia in atteſtante. 347
Scientia publica ſecundum quam Princeps iudicare tenetur triplex. 506
Scire tenetur homo quæ ſunt fidei. 400
Et præcepta Decalogi, ibidem
Ea quæ ad ſuum ſtatum pertinet, ibidem
Nonnullas circumſtantias peccatorum, ibidem
Schiſma & Hæreſis grauiſſima peccata. 378
Scripturę pacem promittentes & ſecuritatem conſcientię qualiter debeant interpretari,exponitur. 625
Scrupulus quid ſit. 179
Scrupulus ex triplici capite oriri ſolet. 179
Scrupulorum antidotus & medicina. ibidem

Senſualitas.

Senſualitas quid. 387
Senſualitas & appetitus ſenſitiuus identificantur; differunt tamen ratione. ibidem
An Senſualitatis quilibet motus circa illicita ſit peccatum. 388
Senſualitas dumtaxat poteſt eſſe ſubiectū peccati venialis. 389
Senſationes in vita beata non deſeruiunt intellectui. 34
Senſus omnes tam interni,quā externi in vita beata habebūt ſuas operationes. 32
Senſus in vita beata recipiunt ſpecies ſenſibiles ab obiecto. 33
Senſus operatio poteſt pertinere ad beatitudinem antecedenter & conſequenter. 31
Senſus nec exterior Deum attingit. 31
Sermo Domini in monte compendioſe & ſummarie exponitur 562. 563.
Seruus Hebræus poſt 7. annorum ſeruitia quod eſſet liber. 7. anno. Exhod. 21. quid figurabat & ſignificabat. 548
Sydera nequaquam inclinant ad malum. 109
Sydera inclinare homines ad peccandum,impium dogma. 416
Similitudo eſt cauſſa amoris. 221
Similitudo quare ſit diſcordiæ cauſſa. 221
Simonia deteſtabilior vſura. 377
Synderesis eſt inchoatio virtutis moralis;nō autem ſimpliciter virtus moralis. 530
Synderesis eſt perfectior prudentia in ratione virtutis intellectualis. 330. & 331
Synderesis qua ratione dicitur inclinare ad bonū, & murmurare de malo. 496. 497
Sodomia abominabilior quam fornicatio. 379
Somniantes & amentes habent aliquos actus intellectus & voluntatis. 116
Sonus quomodo in cælo empireo formari poſſit. 33

Species.

Species actuum humanorum conſiderantur formaliter ex fine; materialiter vero ſecundum obiectum actus exterioris. 16
Species quæ eſt ex obiecto quomodo cōtinetur ſub ſpecie quæ eſt ex fine. 161
Species rerum penſanda eſt ex forma ſubſtantiali. 177
Species creata nequit reprę̨ſentare Deum vt trinus. 346. 347

Spes.

Spei & caritatis diſcrimen. 245
Spes differt a deſiderio,gaudio, timore & deſperatione. 256
Spes ad appetitum pertinet. 256
Spes eſt in brutis ibidem
De Spei certitudine diſputatio. 628. 629
Spem certā de peccatorū remiſſione an poſſimus habere. 628
Spes neceſſaria Chriſtiano cuilibet. 628
Spes Chriſtiana qua parte habeat trepidationem & ambiguitatem admixtam,exponitur. 629
Sperare poteſt quis certo ſe conſecutū fuiſſe peccatorum ſuorum remiſſionem. 629
Spei contrariatur deſperatio. 256
Spei cauſſa eſt experientia. ibidem
Spei cauſſa eſt iuuentus & ebrietas. 255
Spes cauſſa eſt & effectus amoris. 258
Spes multum conducit ad operationem. 258
Spei variæ definitiones. 256
Spei cauſſæ explicantur. 257
Ad Spem pertinet intendere finem vt poſſibilem & arduū. 385
Spes & fides augentur ſępe in peccatore. 225
Spes & fides acquiſitæ non ſunt virtutes 324. etiam circa ſupernaturalia obiecta. 325
Spes quomodo dici poſſit forma fidei exponitur. 325
Spes ſin. fide nequit eſſe. 343
Spiritualium defitio poteſt fieri per vltimum ſui eſſe. 122. 123
Spirituum approbatio prudenter gerenda eſt. 203
Spirituum probatio quomodo facienda. 203
Spiritus ſancti impulſus vt cognoſcatur,optima aſſignatur regula. 552
Status legis naturę quare ſic appellatur. 486
Statuti vniuerſitatis violatores, quando ſunt inhabiles ad prę̨ſtandum ſuffragium. & ſeq. 514
Status in quibus natura humana conſiderari poteſt. 567
Stilpo philoſophus propriam compeſcuit inclinationem, & complexionem. 110. 111
Stoicorum ſententia circa bonorum diuiſionem. 61. 62
Stoici inter paſſiones ſolū dolorē,& voluptatē referebant. 203
Stoici & Peripatetici circa paſſionum conſtitutionem ſolis nominibus diſcernuntur. 209. 314
Studioſus & facile,& iucunde operatur. 450. 451
Subiecta diuerſa non poſſunt denominari ab eodem accidenti denominatione intrinſeca,bene autem extrinſeca. 189
Subiectum temperantię & fortitudinis infuſæ. 300
Subiectum liberalitatis & magnificentiæ. 316
Subditus, cui præcipitur aliquid, quod patet eſſe contrarium, quid facere debeat. 177

Superbia.

Superbia radix peccatorum. 442
Superbia quare non numeretur a Gregorio inter vitia capitalia. 442
Superius ab inferiori vt ſic non perficitur. 41
Superbi & ſimul luxurioſi ſunt monſtra hominum,ſemibeſtię, & ſemidiaboli. 375

Tem-

Temperantia.

Temperantia eſt in appetitu ſenſitiuo. 300
Temperantia infuſa formaliter in appetitu ſenſitiuo ſubiectatur. 298.300
Temperantiæ virtus in Angelis nequit eſſe. 374
Templum tempore antiquæ legis quod fuit, exponitur. 539
Temporalia præmia quare obſeruantibus legem fuerunt in antiqua lege promiſſa. 530
Tenemur conformari diuinæ voluntati tam in præceptis affirmatiuis quam negatiuis; non autem in conſilijs. 184
Tenemur conformari diuinæ voluntati in volito formali. 127
Tentatio quid. 424
Tentatio carnis in Chriſto non fuit. ibidem
Teſtamentum vetus quando inceperit, exponitur. 527
Teſtamentum vetus quomodo ad Chriſtianos pertineat. 524
Teſtamentum in ſui ſignificatione quid importet. 527

Theologia.

Theologia eſt digniſſima ſapientia. 305
Theologia eſt vera ſapientia, corrigens omnes ſcientias. 305
Theologia hic comparata in beata anima non remanet. 436
Theologia noſtra ſecundum ſe eſt euidens. 348

Timor.

Timor aliquando eſt naturalis, aliquando minime. 260
Timoris & amoris nouæ & veteris legis differentia. 557.558
Timor eſt paſſio animæ ſpecialis. 260
Timor Domini, qui in ſcripturis commendatur, quis ſit. 259
Timor primo & per ſe reſpicit malũ vt proprium obiectũ ibid.
Timor ipſe timeri poteſt. 260
Timor non eſt proprie de malo culpæ. ibid.
Timor poteſt eſſe de malo naturæ contrario. ibidem
Timor potiſſimum circa mala repentina & quæ non habent remedium verſatur. ibidem
Timor filialis permanet in vita beata. 261.& ſeq.
Timor augetur auctis cauſis, ex quibus naſcitur. 262
Timor an ſit in beatis. 262
Timor etiam ex præteritis periculis naſcitur. 263
Timor facit homines conſiliatiuos. ibid.
Timor tremorem cauſſat. ibid.
Timor impedit operationem. ibid.
Timor & dolor in Chriſto. 489
Timor & dolor conueniunt in materia, & ponitur eorum differentia. ibidem
Timor pœnarum triplex. ibidem
Timore pœnæ legem obſeruare laudabile an ſit. 489.& ſeq.
Timoris ſex ſunt ſpecies. 260
Timoris definitio. ibid.& ſeq.
Timoris obiectum tria in ſe includit, malum, arduum, & futurum. 26
Timoris filialis obiectum eſt offenſa Dei. 261.& ſeq.
Timoris effectus eſt appetitus contractio. 263
Timoris cauſſa diſpoſitiua eſt amor. ibid.
Timoris cauſſa eſt defectus. ibid.
Timoris effectus explicatur clarius. 264
Timori contrariatur audacia. 264
Timiditas maius peccatum eſt quam intemperantia. 380.& ſequentibus.
Timiditas ex doctrina D. Tho. magis peccatum colligitur quã intemperantia. 380
Traditiones multę a temporibus Apoſtolorum vſque ad nos perdurantes recenſentur. 505
Tranſgreſſor legis pęnalis, quomodo incurrit pœnam in priuationem conſiſtentem. 513
Trangreſſio materialiter interim & formaliter ſumitur. 371
Tributa ratione tranſitus quando ſoluenda. 513
Tributum de alcauala, ſita, collecta.i.pecho, quando ſoluenda ſunt. ibidem

Triſtitia.

Triſtitia inferior eſt reſpectu doloris. 248
Triſtitia eſt contraria delectationi reſpectu eiuſdẽ obiecti. 249
Triſtitia & delectatio de diuerſis non ponunt oppoſitionẽ. 249
Triſtitia ſimul & gaudium quomodo fuerunt in anima Chriſti tempore paſſionis. 251
Triſtitia non indiget peculiari virtute vt ſedetur. 318
Triſtitia quomodo ex concupiſcentia cauſſetur. 251
Triſtitia cauſſatur ex appetitu vnitatis. ibidem
Triſtitia cauſſatur ex maiori poteſtate. ibidem
Triſtitia vehemens aufert facultatem addiſcendi. 252
Triſtitia & dolor omnem operationem debilitat. 253
Triſtitia magis nocet corpori quam aliæ paſſiones. ibidem
Triſtitia ex delectatione mitigatur. 254
Triſtitia & dolor ex fletu mitigatur. ibid.
Triſtitia ex compaſſione amicorum & contemplatione veritatis mitigatur. 254
Triſtitia licet ſecundum ſe mala ſit, honeſti tamen & vtilis rationem habere poteſt ex cauſſa. 255.& ſeq.
Triſtitia non poteſt eſſe ſummum malum. 255
Triſtitiæ quattuor ſunt ſpecies, miſericordia, anxietas, inuidia, & accidia. 251.& ſeq.
Triſtitiæ cauſſa magis malum coniunctum quam bonum amiſſum. 252
Triſtitiæ cauſſæ ex parte noſtri tres ſunt. 252
Triſtitiæ effectus recenſentur. ibidem
Triſtitiæ remedia explicantur. 254
Triſtitiæ effectus eſt aggrauatio animę. 252

V

Veniale peccatum.

Veniale peccatum quare ita dictum ſit. 461
Veniale peccatum remittitur amicis Dei, quando anima emigrat a corpore, etiam ſi in hac vita illius peccati pęnitentiam non egerint. 463
Veniale peccatum eſt remiſſibile negatiue, id eſt de ſe non habet quare non poſſit remitti, cum non contrarietur caritati. 464
Veniale peccatum eſt præter legem. ibidem
Veniale peccatum an ſit contra legem. ibid.
Veniale peccatum abſolute peccatum dici poteſt. ibidem
Veniale peccatum quomodo ſit contra legem, quomodo non. 465.
Veniale peccatum qualiter cauendum ſit, & eius incommoda, ibidem.
Venialia peccata, an plura conficiant vnum mortale. ibid.
Veniale peccatum quot modis fiat mortale. 466
Veniale peccatum quomodo diſpliceat Deo, & quem nitorem tollat. ibid.
Veniale peccatum an potuerit eſſe in ſtatu innocentiæ, ibidem
Venialia peccata an per lignum, fænum, & ſtipulam optime a Paul. 1. Corinth. 3. intelligantur. & de intelligentia illius loci. 467.& ſeq.
Verbi otioſi definitio. 164

Veritas.

Veritas actiuæ mentis eſt conſentanea recto appetitui. 307
Veritatis practicæ & ſpeculatiuę definitio. 172
Veritas quæ a nobis cognoſci poteſt, quotuplex. 568
Verum diuinius eſt magis ſeparatum quam bonum. 38
Videntes Deum peccare eſt impoſſibile. 59
Vidua quę de actu coniugij prętериti delectatur, non licet præſentem imaginari virum vt delectetur. 395

Violentia.

Violatores ſtatuti vniuerſalis, quando ſint inhabiles. 514
Violator legis pęnalis quomodo teneatur ſubire penam. 515
Violentia in actibus imperatis poteſt inferri voluntati; non autem

tem actibus ab eis elicitis. 77.79.80
Violentum & coactum quid. 76.78.81
Violentia tribus modis contingit. 79
Violentia inferri poteſt creaturis, etiam à Deo. ibid.
Violentia omnibus alijs potentijs à voluntate inferri poteſt. 79.80.
Violentia cauſſat inuoluntarium. 81.& ſeq.
Vires apprehenſiuæ non ſunt ſubiectum virtutis. 331
Virginitas & continétia coniugio præfertur, non ob carnis integritatem, ſed propter libertatem ad vacandum Deo. 564
Vir conſentiens in actu coniugij præterito, non peccat mortaliter. 394.395

Virtus.

Virtus intellectualis præſtat morali in vita beata. 36.37
Virtutis duplex finis. 13
Virtutum moralium & intellectualium differentia. 277
Virtutes morales acquiſitæ an fuerint in Angelis. 278
Virtus omnis, nomen ſapientiæ habet. 290
Virtus ſecundum ſe eſt habitus bonus. 294
Virtutis definitio explicatur. ibidem
Virtus eſt in potentia animæ ſicut in ſubiecto. 295
Virtus vna & eadem non poteſt eſſe æqualiter in pluribus potentijs. ibidem
Virtus eſt habitus operatiuus. 296
Virtutum intellectualium & moralium diſcrimen quantum ad rectitudinem vitæ. 297
Virtutes intellectuales quomodo ſint perfectiores moralib. 297
Virtutes quæ ſunt in appetitu ſenſitiuo, ſunt veræ virtutes. 299.
Virtus appetitus ſenſitiui eſt principium electionis in voluntate. 299
Virtutis ſubiectum quid requirat. 300
Virtutis nomen varie accipitur. 291
Virtutis variæ definitiones. ibid.& ſeq.
Virtus humana eſt habitus bonus operatiuus. 292
Virtus an ſit ponenda in voluntate in ordine ad bonum alterius. 303.
Virtutes intellectuales non ſunt virtutes ſimpliciter, ſed ſecundum quid. 304
Virtutes intellectus ſpeculatiuæ ſunt tantum tres, ſcientia, ſapientia, & intellectus. ibid.
Virtutes intellectuales ſpeculatiuæ ſemper dicunt verum, ibid.
Virtus moralis diſtinguitur ab intellectuali. 310
Virtus neceſſaria eſt in voluntate, vt rationi obtemperet. 311
Virtus moralis non poteſt eſſe ſine ſynderesi & prudentia. 311
Virtutibus moralibus quomodo præſtituit finem prudentia & e contra. 312
Virtutes intellectuales præter prudentiam poſſunt eſſe ſine virtute morali. 312
Virtus licet non ſit paſſio, poteſt tamen eſſe cum paſſione. 313
Virtus moralis poteſt eſſe cum aliqua triſtitia. ibidem
Virtutes morales conſtituunt mediũ in ipſis paſſionibus. ibid.
Virtus moralis non eſt tantum vna. ibid.
Virtutes morales quæ ſunt circa operationes, diſtinguuntur ab his quæ ſunt circa paſſiones. 314
Virtutes morales ſibi inuicem auxiliantur. 315
Virtutes quæ ſunt circa operationes in ordine ad alterũ diſtinguuntur ſecundum diuerſas rationes debiti. 318
Virtutes morales diſtinguuntur ſecundum diuerſa obiecta paſſionum. 319
Virtutes infuſę, an augeantur per ſuos actus effectiue. 327
Virtutes quæ collocantur in appetitu ſenſitiuo ſunt decem. ibidem.
Virtutum moralium quædam merito dicuntur cardinales. 319
Virtutes cardinales ſunt quattuor. 319.& ſeq.
Virtutes cardinales recte diuiduntur in politicas, purgati animi, & purgatorias, & exemplares. 320
Virtutes cardinales proprie non ſunt in Angelis. 320
Virtutes morales conſiſtunt in medio. 341
Virtutes morales omnes, excepta iuſtitia, conſiſtunt in medio inter duos habitus vitioſos. 335
Virtutis medium non eſt rei, ſed rationis. 333.334
Virtus quare circa difficile verſatur. 332
Virtutes intellectuales quomodo cõſiſtũt in medio. 343.& ſeq.
Virtutes Theologicæ triplici modo conſiderantur. 344
Virtutes Theologicæ quomodo conſiſtunt in medio. ibidem
Virtutes morales perfectæ connexæ ſunt. 336.& ſeq.
Virtutes morales infuſæ ſunt ſimpliciter virtutes; acquiſitæ vero ſecundum quid. 340
Virtutes acquiſitæ ſunt virtutes ſecundum quid; infuſæ vero ſimpliciter. 340.& ſeq.
Virtutes infuſæ etiam cum paſſionibus, ſunt ſimpliciter virtutes. 341
Virtutes Theologicas qui de medio tolleret, non eſſet aperte hæreticus. 321
Qui hac tempeſtate illas negaret, fere eſſet hæreticus & grauiſſime erraret. ibidem
Virtutes Theologales infuſas eſſe neceſſarias ad credendum, amandum, &c. non eſt aperta fidei definitio ibidem; ſunt tamen neceſſariæ de lege ordinaria. 321
Virtutes Theologicæ ſunt neceſſariæ ad ſingulos actus, credendi, ſperandi, &c. ibidem.
Virtutes morales & intellectuales ſunt ſecundum naturam hominis; Theologicæ autem ſupra ipſius naturam. 328
Virtus Theologica quid expoſtulat vt Theologica ſit, & quomodo ab acquiſita diſcernatur. 323
Virtutes Theologicæ ſunt tres. 324.& ſeq.
Virtutes duas eſſe neceſſarias in voluntate reſpectu finis ſupernaturalis exponitur. 325
Virtutes nõ ſunt fides humana, & ſpes humana circa ſua proportionata obiecta, & multo minus circa ſupernaturalia. 325
Virtutes Theologales an ſimul infundantur, & ſequentibus ibidem.
Virtutes ſecundum perfectionem & conſumationem non ſunt nobis a natura. ibidem
Virtutes eſſe in nobis a natura ſecundum quandam inchoationem & aptitudinem, certiſſimum eſt. 326
Virtutes Theologicas certum eſt ab extrinſeco prouenire. ibidem.
Virtutes Theologicę an ſint naturales beatis, Chriſto Domino, & homini in ſtatu innocentiæ. ibid.
Virtutes Theologicæ non infunduntur ſecundum capacitatem naturalem. ibidem
ad Virtutes Theologales non eſt in nobis naturalis potentia ibidem.
Virtutes Theologicæ nulli creaturæ poſſunt eſſe connaturales. 326.
Virtutes Theologicæ quod infundantur ſecundũ actum liberi arbitrij ex facultate naturę cõquiſitum, Pelagianũ eſt. ibid.
Virtutes prædictas infundi ſecundum actum liberi arbitrij ex diuino auxilio habitum, non tollit quominus de foris veniant. ibidem
Virtutes Theologicæ non erant connaturales animæ Chriſti. & quare. 327
Virtutes acquiſitę & infuſę differunt, etiam quantum ad hoc quod vtræque ſe compatiantur cum peccato mortali. ibid.
Virtutes infuſę qualiter ſe compatiantur cum peccato mortali ibidem.
Virtutes morales infuſas negare temerarium eſt. 329
Virtutes morales infuſas Theologicas eſſe, rationibus oſtenditur. 329.& ſeq.
Virtutes morales an ſint in Angelis. 303
Virtutes infuſæ animę noſtræ armis Saulis Dauidi ſuperpoſitis comparantur. 324
Virtutes infuſę ab acquiſitis differunt ſpecie. 325
Virtutes infuſę an augeantur effi cienter per ſuos actus. 325 & ſequentibus.
Virtutes infuſas augeri a nobis efficienter non eſt temerarium aſſerere. 136

Virtus dupliciter poteſt eſſe alia perfectior, ex parte obiecti, & ex parte ſubiecti. 343
Virtutes omnes morales ſunt æquales ex parte obiecti. ibid.
Virtutes intellectuales præeminent moralibus. 304. & ſeq.
Virtutes morales an maneant in vita beata. 344. & ſeq.
Virtutes morales qualiter ſuos actus exerceãt in vita beata. 347
Virtutes morales ad perfectionem vitę beatæ maxime conducunt. ibidem
Virtutes Cardinales quare ſint tantum quattuor. 319
Virtutes cardinales an conueniant Angelis. 320
Virtus perficit voluntatem, vt eſt natura mõueri a ratione. 352
per Virtutes infuſas & Theologicas imperfecte participatur motio Spiritus ſancti: & ideo ponuntur dona. 352
Virtutes an per peccata venialia corrumpantur, & quæ. 359 & ſequent.
Virtus per ceſſationem ab actu diſſipatur. 459

Viſio beata.

Viſio beata an ſit notitia incomplexa. 40
Viſio ſola non conſtituit perfectam beatitudinem. 52 & ſeq.
Viſio correſpondet fidei. 53
Viſio beata animæ Chriſti non eſt infinita ſimpliciter. 26
Viſio maior beatifica non attenditur ex digniori intellectus natura, ſed ex maiori lumine gloriæ. 30
Viſio beatifica non fit per aliquam ſpeciem creatam. 30
Viſio beatifica in multis excedit caritatem. 38
Viſio beatifica ſimpliciter eſt ſpeculatiua, licet quodammodo practica. 39
Viſio beatifica eminenter eſt practica & ſpeculatiua. ibid.
Viſio beatifica vna cum ſit, eſt ſimul apprehenſiua & iudicatiua. 40
Viſio beata quomodo dicatur actio humana. 3
Viſio Dei non eſt naturalis ſimilitudo Dei. 25
Viſio beata in nobis a ſolo Deo effici non poteſt. 30
Viſio Dei ſola ſine amore non efficit perfectam beatitudinem 43
Viſio clara diuinæ eſſentiæ aliter ad fidem, ſpem, & caritatem comparatur. 53
Viſio Dei clara poſt corporum reſurrectionem intenſior non erit. 60
Viſionis beatificæ exceſſus & excellentia penes quid attẽdatur 65.
Viſio beata ſuapte natura eſt inamiſſibilis. 66
Viſio beatifica, etiam ut eſt a lumine gloriæ, eſt dicenda ſupernaturalis. 66
Viſio clara vnius perſonę diuinę non poteſt eſſe ſine viſione clara omnium perſonarum, & ſine viſione eſſentię 126. 127
Viſio animę Chriſti qua videt infinita in verbo, non eſt infinita omnibus modis. 457
Vita ęterna in ſacris litteris ſemper ſignificat vitam beatam 35. 36
Vitę principium duplex in anima. 378
Vita animę eſt ſpiritus Dei. 462
Vita ęterna etiam in veteri teſtamento fuit promiſſa. 530

Vitium.

Vitioſus homo non dicitur eo quod ſemel aut iterum peccet, niſi adſit conſuetudo. 557
Vitium vnde dicatur. ibidem
Vitium virtuti contrarium. ibidem.
Vitium, peccatum & malitia, quomodo ſe habeant inter ſe ibidem.
Vitium hydropi aſſimilatur. 358
Vitium habitum confirmatum importat. 358
Vitium non conſiſtit in medio rationis. 334
Vitium an ſit peius actu malo. 358
Vnionis hypoſtaticę, & vnionis in ratione notitię diſcrimẽ. 26
Vnio amati ad amantem duplex. 215
Vnio tribus modis ſe habet ad amorem. 223
Vnitas ad gubernationem neceſſaria. 550

Volitio.

Velle quidquid Deus vult, aliquando eſt peccatum mortale 185.
Velle quidquid Deus vult, an ſit laudabile. ibidem
Volitio medij non formaliter, ſed uirtualiter includit ſemper uolitionem finis. 90
Volitio finis libera eſt, quantum ad exercitium. 101
Volitionis imperfectæ ſunt volitiones morales & liberæ. 135

Voluntarium.

Voluntarium & liberum diſtinguuntur. 73
Voluntarium directe non poteſt eſſe ſine actu. 76
Voluntarium indirecte poteſt eſſe ſine actu. ibidem
Voluntarium indirecte tres exigit conditiones. ibidem
Voluntarium quid. 73. 78
Voluntarium reperiri in actibus humanis. 73
Voluntarij multiplex acceptio. 72
Voluntarium & liberum diſtinguuntur. 73
Voluntariũ in natura rationali reperitur perfecte; in brutis vero imperfecte. 74
Voluntarium quot modis. 392. & ſeq.
Volũtariũ in ſua cauſſa nihil refert, an cõtingat in ſomnijs. 393
Voluntarium tribus modis contingit. 394

Voluntas.

Voluntatis tres actus, deſiderare, delectari, amare. 36
Voluntas non eſt potentia apprehenſiua. ibid.
Voluntas non conſequitur bonum per ſe. ibid.
Voluntas ad intellectum quomodo comparatur. 37
Voluntas mouet intellectum in genere cauſſæ efficientis. ibid.
Voluntas trifariam conſideratur. 49
Voluntas deliberata quid ſit. 2
Voluntas deliberata duplex. 5
Voluntatis quilibet actus eſt propter vltimum finem. 16. & ſequentibus.
Voluntas tendens in beatitudinem, ferro inter duos magnetes conſtituto merito comparatur. 19. 20
Voluntatis obiectum eſt bonum vniuerſale in prædicando & in eſſendo. 23
Voluntatis & intellectus proportio. 49
Voluntas poteſt neceſſitari a Deo in actibus elicitis, vt velit, vt amet. 79
Voluntas poteſt impediri a Deo, ne prodeat in actum ad quem naturaliter inclinabatur. ibidem
Voluntati intenſiue amanti aliquod obiectum poteſt Deus infundere odium eiuſdem, & vice verſa. 79
Voluntas aliquo modo cogi poteſt. ibidem
Voluntas eſt libera formaliter. 75
Voluntatis actus circa finem tres ſunt, velle, intendere, frui. 90
Voluntatis actus in vniuerſum vel eſt finis, vel mediorum, ibidem.
Voluntas ſemper fertur in bonum. 91
Voluntatis obiectum eſt bonum. 91
Voluntas non eſt deterioris conditionis, quam appetitus naturalis. ibid.
Voluntatis obiectum quomodo ſemper eſt verum bonum. 94
Voluntas fertur in finem, & in ea quæ ſunt ad finem. 94
Voluntas vt nominat actum, eſt tantum finis. 94
Voluntatis & electionis differentia. ibidem
Voluntas fertur in media propter finem vnico actu. 95
Voluntatis actus quo fertur in finem, aliquando tempore antecedit actum quo fertur in media; aliquando vero non. 95
Voluntas quantum ad exercitium, & ſe ipſam mouet, & ceteras potentias. 96
Voluntas quantum ad ſpecificationem & determinationem ſui actus mouetur ab intellectu. ibidem
Voluntas non mouet intellectum in omnibus operibus ſuis. ibidem.
Voluntas mouet intellectum, & ceteras potentias in omnibus operibus

operibus, quę conueniunt homini, quatenus homo eſt, ibid.
Voluntas in homine eſt, ſicut Rex in regno. ibid.
Voluntatem in omnibus operibus ſuis ſe habere paſſiue, vt quoddam delirium reijcitur. 97
Voluntas non mouetur ex ſola apprehenſione, ſed neceſſario ſequitur iudicium. 98
Voluntas mouetur ex ſolo iudicio practico per imperium intellectus. 98
Voluntas mouetur ab appetitu ſenſitiuo ex parte obiecti. 99. & ſequentibus.
Voluntas tripliciter mouet appetitum ſenſitiuum. 100. & ſequentibus.
Voluntas mouet ſe ipſam in electione mediorum. 101. 102
Voluntas cum vult finem non mouet ſe ipſam. 102
Voluntas cum vult finem, mouetur ex inſtinctu Dei mouentis 103. 104.
Voluntas producit efficienter volitionem finis. 104
Voluntas fertur naturaliter in bonum in communi, & in vltimum finem, & in omnia bona quæ conueniunt homini ſecundum naturam ſuam. 113
Voluntas vt natura, & vt voluntas, in modo operandi conſideratur. 114
Voluntas quantum ad ſpecificationem ab aliquo obiecto neceſſario moueri poteſt; non autem quantum ad exercitium 115.
Voluntas Beatorũ quare neceſſitatur, etiam quantum ad exercitium. 115
Voluntas in motibus ſubitis vnde neceſſitatur. 118
Voluntas aliquando indiget ſpeciali Dei auxilio ad vincendam paſſionem appetitus. ibid.
Voluntas nõ mouetur a bono apprehenſo tantum per ſenſum, ibidem.
Voluntas a Deo non mouetur neceſſario, ſed libere. 119
Voluntas pro inſtanti quo vult, non neceſſario, ſed libere vult. 120.
Voluntas directe non mouetur a corpore cæleſti; bene tamen indirecte ex parte obiecti. 109
Voluntas a ſolo Deo mouetur, quantum ad exercitium, ſicut a principio extrinſeco. 112. 113
Voluntas circa finem tripliciter ſe habet. 130
Voluntatis & appetitus brutorum conuenientia & differentia. 133.
Voluntas eſt de re impoſſibili ex quadam præſuppoſitione. 134.
Voluntas conditionata poteſt eſſe de re omnino impoſſibili. ibidem.
Voluntas abſoluta & conditionata quomodo differant. ibid.
Voluntatis efficacis & inefficacis diſcrimen. 136
Voluntas aliquando neceſſitatur ad electionem medij. 136
Voluntas diſcordans a ratione errante mala eſt. 173
Voluntas humana, vt vera ſit, debet conformari diuinæ voluntati in volito formaliter; non autem materialiter. 188
Voluntas noſtra an ſe habeat tantum vt mota, quando Deus illam mouet ad aliquem interiorem actum. 613. & ſeq.
Voluntas Dei duplex ſigni & beneplaciti. 183
Voluntas conformari debet diuinæ voluntati in volito formali 183.
Voluntas quomodo non conformari debeat diuinæ voluntati in volito materiali. 184
Voluntas diuina quo in ſenſu ſit lex æterna. ibidem
Voluntas vt bona ſit, non ſufficit quod conformetur diuinę voluntati in volito materialiter, niſi adſit debita circumſtantia, ibidem.
Voluntas moriendi pro Chriſto, ſi non adeſt facultas, tam bona eſt ſicut martyrium. 191
Voluntas pro facto reputatur, quãtum ad præmium eſſentiale; non autem quantum ad alias vtilitates. 192
Voluntas perfecta quæ ſit. 192
Voluntatis perfectio duplex, naturalis, & moralis. 193
Voluntas eſt animi gubernatrix, & rectrix, & velut primum mobile. 224
Voluntas non eſſendi quomodo intelligatur. 234
Voluntas eſt ſubiectum habitus. 277
Voluntas nõ indiget habitu reſpectu proprij boni, ſed reſpectu alieni. ibidem
Voluntas proprie eſt virtutis ſubiectum. 301
Voluntas in ordine ad proprium bonum ſibi proportionatum non indiget virtute: bene tamen in ordine ad proprium bonum ſecundum excellentiam. 302
Voluntas non eſt naturaliter inclinata reſpectu cuiuſlibet obiecti boni. 302
Voluntas, & ratio tenentur regere appetitum ſenſitiuum, ſicut & exteriora membra. 390
Voluntas habet actus naturales, & ſemiplene liberos. 395
Voluntas quare dicatur cauſſa per accidens peccati, & deficiens cauſſa. 397
Voluntas ſola cauſſa peccati, quantum ad exercitium. 398
Voluntas diuina ſola eſt impeccabilis. 397
Voluntatem humanam diuinę anteponere rebellio quędam eſt 455.
Voluntas Dei beneplaciti ſemper adimpletur. 490
Voluntas diuina an legi æternę ſubdatur. 395

Voluptas.

Voluptas quid ſit. 237
Voluptas ſenſus eſt malorum plurium radix & origo. 238. & ſequentibus.
Voluptas vera vbi nam ſit. 242

Votum.

Voti obligatio in tertiam perſonam non tranſit ratione voti: poteſt tamen tranſire ratione ſtatuti vel conſuetudinis. 480
Votum pęnale, ſi fiat ſub diſiunctione et frangatur, non conſtituit fractorem voti; ſecus ſi fiat abſolute. 512

Vſus.

Vſus duplex actiuus, & paſſiuus. 144
Vſus aliquando præcedit electionem, aliquando ſubſequitur. 145.
Vſus diſtinguitur ab electione. ibid.
Vti proprie eſt actus voluntatis. 144
Vti non conuenit brutis. ibidem
Vti non eſt vltimus finis. 145
Vti fruendis quid ſit. ibid.
Vti Deo in noſtrum commodum quomodo intelligatur. ibid.
Vulnera quæ ex peccato Adæ proueniunt. 447
Vxores qualiter obedire teneantur ſuis viris. 480

Y

YPſilon litteræ Pythagoricæ expoſitio. 473

Z

Zelus.

ZElotes quare dicatur Deus. 228
Zelus dupliciter ſumitur, formaliter & cauſſaliter. ibid.
Zelus aliter eſt in amore amicitiæ, aliter in amore concupiſcentiæ. ibid.
Zelus & zelotypia quomodo differant. 228
Zelus quomodo conueniat Deo. ibid.
Zenonis argumentum ad probandum motum non eſſe, inualidum eſt nugatorium. 122
Zopyri ſententia circa Socratis inclinationem. 110

Finis Indicis Rerum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

LEGATORIA DI LIBRI
R. CICCIORICCIO
Borgo Vittorio, 26
ROMA
Digitized by Google